E-12-78 7.5

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

q910.3
F412n
v.1-2 1738

Rare Book & Special
BIBLIOGRAPHY Collections Library

NOVUM
LEXICON
GEOGRAPHICUM.

NOVUM LEXICON GEOGRAPHICUM

IN QUO

UNIVERSI ORBIS

URBES, REGIONES, PROVINCIÆ, REGNA, MARIA, FLUMINA Novis, & Antiquis nominibus appellata, ſuiſque diſtantiis deſcripta recenſetur.

ILLUD PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

PHILIPPUS FERRARIUS
Alexandrinus, S. T. D. & totius Ordinis Servorum Generalis.

NUNC VERO

MICHAEL ANTONIUS BAUDRAND
Pariſinus, Protonotarius Apoſtolicus, Prior de Roboribus, Novo-Mercato, & Jeſſenis
opus emendavit, illuſtravit, dimidioque auxit, ut novum planè exiſtat.

ACCESSERUNT

Ex Ejuſdem M. ANTONII BAUDRAND *Geographia Excerpta*; De Principiis Geographiæ Præfatio; Additi Articuli: Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus: Urbes Imperiales: Academiæ: Urbes & ditiones Venditæ: Urbes fictitiæ: & alia plurima.

TOMUS PRIMUS.

VENETIIS, MDCCXXXVIII.
Apud Homobonum Bettaninum.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

910.3
F112
v.1-2, 1738

MICHAELIS ANTONII BAUDRAND DE PRINCIPIIS GEOGRAPHIÆ.

DE Geographia fuſius ſcribentes ordine litterarum, quædam nobis præmittenda videntur principia, maximè ad perfectam hujus ſcientiæ notitiam neceſſariam.

Geographia, Græca eſt dictio, quæ ex duobus conſtat vocibus, nempè ex Gea, quæ Græcis terram ſignificat, & grapho, quæ ſcribo ſive deſcribo ſonat: itaque nomen hoc Geographiæ nihil aliud ſignificat, quam terræ deſcriptionem, & ſic definitur à Ptolemæo Lib. I. Geographicæ enarrationis cap. I. Geographia eſt imitatio picturæ exhibentis partem illam omnem terræ, quæ detecta eſt, cum iis, quæ ad generalem ejus notitiam ſpectant. Advertendum tamen eſt, terram hic non debere accipi ſub propria ac ſtricta ſua ſignificatione, ſcilicet ut unum ex quatuor elementis, ſed pro terra hic intelligendus eſt globus terræ & aquæ ſimul, quem communiter mundum ſive terram univerſalem vocamus, quæ ſcilicet ab hominibus habitatur. Et itaque Geographia juxta nominis derivationem, illa ars ſive facultas, quæ deſcribit mundum, vel majorem portionem eorum, quæ in eo ſunt, veluti provincias, urbes, oppida, maria, lacus, flumina, montes, promontoria, inſulas, & alias partes principales ipſius mundi, ſtudendo ut hæc omnia delineata ſint ſecundum habitudinem ac poſitionem quam ad invicem habent.

Differt autem Geographia à Coſmographia, ut pars à toto, cum hæc ſit deſcriptio totius univerſi, ſeu mundi tam elementaris, quàm ætherei; differt etiam Geographia à Chorographia, ut totum à parte, cum hæc ſit regionis alicujus particularis deſcriptio; & hujus pars iterum eſt Topographia, quæ eſt loci alicujus particularis deſcriptio. Geographia autem deſcribit ſitum ſolius terræ, ſive Globi terraquei, hunc verò globum variè Geographi in partes diſtinguunt, de quibus infra.

Quantum Geographia ſit utilis, ac neceſſaria nemo eſt, qui ignoret, quoniam nulla eſt facultas cui hæc magno ornamento non ſit, & cui auxilium non ferat maximum, præſertim Hiſtoria; ſed qui primis hujus ſcientiæ fundamenta jecerint non eſt facilè ſtatuere, maximè cum multorum Geographorum ſcripta cum nominibus auctorum interierint, plures nominantur à Strabone viri eruditi. Nos autem ad fines hujus operis recenſemus præcipuos Geographos tam antiquos, quàm recentiores, qui de ea fuſius ſcripſere.

Nunc verò tantiſper agendum eſt de vocibus, & de menſuris Geographicis, quoniam earum in hoc opere frequentiſſimus eſt uſus, & primum de vocibus.

Vocum Geographicarum aliæ ad terram duntaxat pertinent, aliæ ad aquas tantum, aliæ ſunt aquis, & terræ communes.

Regio, Terræ pars eſt, quæ à Principe regitur.

Regnum dicitur tam regio ipſa Regi ſubjecta, quàm ipſe dominatus.

Provincia, Regio, quæ jus provinciæ accepit, & nunc ſæpius pro parte Regni.

Satrapia, vox fuit Perſica, quæ provinciam ſonat.

Nomus, Præfectura in Ægypto, ſic dicta fuit, quod ſingula ſuas haberet leges.

Diœceſes, rectè reſpondet diviſioni Francicæ Balliviatus, vulgò *des Baillages*, ſed in recenti Geographia ſumitur pro Epiſcoporum juriſdictione.

Territorium, ſive ager, univerſitas agrorum intra fines cujuſque urbis conſtituta.

Mare, dicitur congregatio multarum aquarum & Oceano conjunctum eſt, ſumitque diverſa nomina à diverſis terræ partibus ipſi contiguis.

Oceanus eſt mare magnum, ſeu ingens illud pelagus, quod univerſam Terram circumambit; habet verò diverſa nomina à diverſis mundi partibus, & regionibus, quas alluit.

Littus, eſt maris ora, ſive illa terræ pars, quæ ab aquis marinis tangitur.

Sinus, eſt aqua maris ſe in terras inſinuans ad ſinus ſimilitudinem, quod quaſi brachiis mare recipit, ac complectitur.

Fretum, eſt maris brachium inter duas terras, ſic ab undarum fremitu vocatum.

Aeſtuarium, ubi ſe æſtus maris inſinuat.

Inſula,

715003

Inſula, Terræ pars, quæ undique mari, aut aquis alluitur.

Peninſula, vocatur quaſi pene inſula, quæ non ab omni parte à mari circumdatur, ſed jugo aliquo ſeu brachio continenti ſive terræ ſolidæ annectitur: Græci autem hanc Cherſoneſum vocant.

Iſthmus, eſt arcta terra inter duo maria, qua peninſula jungitur continenti.

Continens, dicitur omnis terra ſolida ſive firma, quæ nec inſula, nec peninſula, nec Iſthmus eſt, ſed tota ſibi conſtat, & cohæret.

Portus, eſt locus maris concluſus, ubi naves ſunt omninò ſecuræ.

Promontorium, dicitur mons, quod conſpicua altitudine in mare prominet.

Urbs, locus eſt amplior, mænibus ſeptus, ædificiis & domibus refertus, & probe cultus, olimque pro Roma tantum ſumebatur.

Civitas, olim diſtinguebatur ab urbe, quod hæc pro loco, illa pro hominibus ſumeretur, nunc autem ferè uſurpatur ab Italis pro urbe, quæ Epiſcopum habet, uti etiam & ſæpe ab Hiſpanis, ſed ab aliis perſæpe Civitas cum urbe confunditur.

Oppidum, vulgò pro minori urbe ſumitur.

Emporium, eſt urbs vel oppidum amplum, ubi gentes ex multis partibus negotiationis cauſa confluunt.

Colonia, fuit urbs in quam Romani cives ſuos ad incolendum deducebant.

Fanum, locus qui crevit ex Templi alicujus celebritate.

Arx, ab arcendis hoſtibus dicta, locus eſt munitus in monte, vel etiam in planitie.

Caſtrum, eſt locus munitus foſſis, & vallo.

Fluvius, vel Flumen, eſt aqua copioſior continuè fluens, & perennis, quæ ab aliquo fonte, vel lacu emanat.

Lacus, locus eſt profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, qui nullum habet exitum, niſi mediante aliquo fluvio, & hic lacus quidem quandoque rivos efficit, & fluvios.

Menſuræ Geographiæ locorum, antiquitus erant Milliare, Stadium, & Paraſanga.

Milliare, ſive etiam Milliarium Romanum, dicitur à mille paſſibus Geometricis, quod Romani locorum intervalla per millia paſſuum dimenſi ſunt, & ſingula millia paſſuum cum lapidibus notarentur, inde ipſa milliaria lapides appellarunt, ut ad decimum lapidem, id eſt ad decimum milliare.

Stadium proprium erat Græcorum, qui ſic ſua intervalla per ſtadia dimenſi ſunt, eratque paſſuum Geometricorum 125. hinc octo ſtadia conficiunt unum milliare Romanum, ideſt mille paſſus.

Paraſanga, menſura fuit Perſica, quæ 30. ſtadia continebat, & ea uſi ſunt Perſæ in demetiendis intervallis, etiamnum *FarſacKh* dictis à Perſis.

Hodie verò menſuræ Geographicæ ad inveniendas locorum diſtantias aliter ſe habent, cum Galli, Hiſpani, & Belgæ leucis utantur, Germani verò, Angli, Itali, Dani, Poloni, & Sveci milliaribus tantum.

Gallica leuca, ſive Francica, eſt 3000. paſſuum ſicque ex his 25. minores gradum unum conficiunt, uti majores 20. in partibus Occitaniæ, & Aquitaniæ.

Hiſpanica leuca, eſt ferè 4000. paſſuum, ſicque ex his 17. cum dimidia gradum unum conficiunt.

Belgicæ leucæ, versùs Galliam à Gallicis non differunt, ſed versùs Germaniam, & Provincias unitas milliaribus Germanicis ſimiles ferè ſunt.

Germanica milliaria, dividuntur in majores, & in communes, ex his verò quindecim gradum unum conficiunt.

Svecica, & Norvegica milliaria, Germanicis ſunt ampliores cum ex his decem milliaria gradum unum conficiant.

Danica milliaria, Germanicis communibus ſunt ſimilia.

Italica milliaria, Romanis antiquis paulò ampliora ſunt, & nunc ſexaginta ex his uno gradui reſpondent.

Anglica milliaria, Italicis ferè ſimilia ſunt, cum ex his ſexaginta unum gradum conficiant.

Scotica milliaria ſunt tantiſper Anglicis majora, & ex his quinquaginta gradum conficiunt.

Hibernica milliaria, Anglicis, & Scoticis majora ſunt, & ex his quadraginta quinque uno gradui reſpondent.

Polonica milliaria, Germanibus communibus ſunt pares.

Hungarica milliaria Germanicis ferè ſimilia ſunt, & ex his 14. unus gradus flagitat.

Ruſſica, ſive Moſchica milliaria, dicuntur patria lingua *Voreſt*, & eorum 80. uno gradui reſpondent.

Græci noſtra ætate utuntur milliari Italico ſimili, ut colligitur ex Leunclavio.

Sed notandum, quod nulla gens æquis ubique utitur intervallorum menſuris, nam milliaria alia dicuntur magna, alia communia, alia parva in qualibet regione, ſic Gallis & Hiſpanis leucæ ſunt inæquales.

De elementis Geographiæ ex ſphera petitis, nempè de Polis Arctico, & Antarctico, de circulis ſpheræ; de quinque Zonis, & de linea Aequinoctiali, uti de Climatibus, cum hæc magis ad ſpheram ſpectent, & de his fuſius etiam ſcripſerint multi viri eruditi; ut nuper & doctiſſime P. Philippus Brietius S. J. in parallelis Geographiæ, ideò ſatis erit lectorem ad ipſorum ſcripta remittere.

Nunc autem agamus de Gradibus, uti etiam de longitudine & latitudine.

Terra omnis, ſive globus, in 360. partes, qui gradus vocantur, diſtribuitur, quemadmodum omnis circulus à Geometris in totidem partes ſecatur, ſinguli autem gradus in 60. minuta, ſive ſcrupulos ſubdividuntur, qui conficiunt totidem millia paſſuum Romanorum, ſeu milliaria Italica ſicque facilè invenietur, quæ eſt circumferentia totius terrarum orbis, & ejus diametri.

Cœterum gradus, per quos terra deſcribitur, alii ſunt longitudinis, alii latitudinis.

Latitudo, eſt pars ab æquatore, ſive linea Aequinoctiali versùs utrumque polum ſpectans, ſeu loci, aut regionis ab Aequatore versùs alterutrum polum receſſum, hinc poli elevatio, eadem eſt quæ latitudo regionis, eſt duplex, nempè ſeptentrionalis versùs polum Arcticum, & meridionalis versùs polum Antarcticum, ſuntque partes ſive gradus ſpatium illud derimentes, nonaginta numero, ab utraque parte Aequatoris utrumque polum ubi nonageſimus terminatur.

Longitudo, eſt terræ ſpatium ab Occidente in Orientem conſideratum, quod in partes 360. diſtribuitur: Partes autem illæ dicuntur gradus longitudinis & Meridiani, qui gradus ſive Meridiani terminantur in polis, ideoque mediam tantum circuli partem efficiunt.

Longitudinis autem initium, ſeu & meliùs primus meridianus, à variis variè ponitur. Alexandes VI. Pontifex Maximus primum meridianum aſſignavit in mari, 100. leucis à promontorio Viridi in occaſum; ſed metam illam avaritia Hiſpanorum, & Luſitanorum refixit 250. leucas magis ad occidentem, licèt diplomate firmata eſſet; Gerardus Mercatus primum meridianum aſſignavit ad Inſulas Flandricas, ſive Accipitrum; alii ad inſulas promontorii Viridis; plures verò ad Inſulam Teneriſæ in Canariis. Sed Franci primum meridianum aſſignant ad occidentalem partem inſulæ Ferri in Canariis, idque ab anno 1634. jubente Ludovico

vico XIII. Rege, cum peritiſſimos in hac arte adhibuiſſet Conſultores, & hæc opinio melius concinit Ptolemaicæ, qui Inſulas Fortunatas nunc Canarias uno gradu removit à primo meridiano.

Omne hoc, cui mundi Cœlique nomen inditum, unum eſt, & uno ambitu ſe cunctaque amplectitur, partibus differt, quæ regiones ſive Cardines mundi vocantur. Unde Sol oritur Oriens nuncupatur ſive Ortus, *l'Orient* vulgò, & *le Levant*; quo demergitur, ſive Occidens, ſive Occaſus, *l'Occident*, & *le Couchant* vulgò; qua decurrit Meridies, *le Midy*; & ab adverſa parte ſeptentrio, *le Septentrion* vulgò, his quatuor partibus aliæ interponuntur regiones. Inter Septentrionem, & Orientem oriens Aeſtivus, qui & Ortus Solis æſtivi dicitur, *le Levant*, & *l'Orient d'Eſtè* noſtris. Inter Orientem ac Meridiem Oriens hibernus ſive Brumalis, qui & ortus Solis Hyberni, *le Levant*, & *l'Orient d'Hyver* vulgò. Inter ſeptentrionem & Occidentem Occidens æſtivus ſive Occaſus Solis æſtivi, *le Couchant d'Eſtè*. Et inter occidentem & meridiem occidens Hybernus ſive Brumalis, qui & occaſus ſolis Hyberni *le Couchant d'Hyver* vulgò.

Quatuor his præcipuis Mundi regionibus ſive Cardinibus, quatuor principes aſſignantur Venti, qui inde Cardinales vocantur. Latinis à ſeptentrione flans dicitur Aquilo, Græcis Boreas, Gallis, & in Oceano *le Nord*, Italis & in mari mediterraneo, la Tramontana; Ventus ab oriente ſpirans, Subſolanus, & Solanus Latinis qui & Eurus etiam, dictus, Apeliotes Græcis, *l'Eſt* Gallis, & in oceano *il Levante* Italis, & in mari mediterraneo: Qui à meridie flat, Latinis Auſter, Græcis Notus, *le Sud* Gallis & in oceano, & *il mezzo giorno* Italis, & in mari mediterraneo; Qui verò ab occidente ſpirat Latinis Favonius dictus, Græcis Zephirus, *l'Oveſt* Gallis, & in oceano, & *il Ponente* Italis atque in mari mediterraneo; & ſub his ſunt Venti Secundarii, Tertiarii, & Quadrantes, triginta duo numero, ex quibus oceanum ſive externum mare navigantes Europæi omnes Gallicis utuntur vocabulis, variè tamen ad ſuam quique lingua detorquentes; horum nomina vide fuſius in Hydrographia Georgii Fournerii, & in Parallelis Geographiæ Philippi Brietii: ſed notandum quod Ventus *il Garbino* ſit notus tantum in mari Adriatico, in aliis verò partibus maris mediterranei vocatur *il Lebeccio* ab omnibus, qui olim Africus dictus fuit.

Terra omnis mari undique cingitur. Totum autem mare, ſeu quicquid aquarum univerſum orbem ambit, id uno nomine oceanus nuncupatur, qui poſtea in varia maria, & ſinus variè diſtribuitur, ac primum quatuor appellationes ex quatuor mundi regionibus recipit, in orbe antiquo, ſive noſtra continenti ab oriente Eous oceanus dicitur, ſive orientalis: ab occidente occiduus ſive occidentalis; à meridie auſtralis & meridionalis, à ſeptentrione Borealis & ſeptentrionalis; præter hæc diverſa à regionibus, quas irrigat, nomina recipit, & de his fuſius ſuis in locis. Cæterum cum ulteriores Mundi partes poſtea detectæ fuerint, oceano recens detecto, recentia quædam impoſita ſunt nomina in Orbe novo ſive in America; Mare enim inter Novam Hiſpaniam, Americam meridionalem, Terras Auſtrales, & Novam Guineam interfuſum Noſtrates mare Auſtrinum vocant, ſive etiam Pacificum, à fluctuum placiditate; Et mare quod inter Novam Hiſpaniam, & Americam meridionalem extenditur uſque ad fluvium Argenteum dicitur Mare Boreale, ſive Septentrionale; In noſtra autem Continenti ſunt Sinus magni, ſive potius maria, de quibus pluribus in voce Mare.

Orbis terrarum pro minima ſui parte cognitus fuerat ab antiquis, cum ex eo dignoſcerent tantum Europam, Aſiæ partem ferè mediam ad Meridiem, & partem ſeptentrionalem Africæ ſive Libiæ.

Prima orbis diviſio, fuit inter filios Noemi, ex quibus Japheto ceſſit Europa, & Aſia minor; Chamo obvenit Africa cum Palæſtina, & Arabia, & Semo conceſſa fuit Aſia, exceptis partibus ſupradictis, nempè Aſia minori, Palæſtina, & Arabia; Eorum verò poſteri cognitum orbem ſibi variè diviſerunt, alii duas ejus conſtituerunt partes, idque bifariam, quidam Aſiam, & Europam, Africam ſub hujus nomine comprehendentes, tamquam partem, alii itidem duas, à freto Gaditano ad Tanaim fluvium, hinc Septentrionalem, quæ Europa dicta, & Meridionalem, quæ Aſia, ſub qua Africam ſimul intellexerunt. Quidam alii rurſus orbem in quatuor partes diſtribuerunt, nempè in Europam, Aſiam, Africam, & Aegyptum; ſed poſtea alii Aegyptum Aſiæ tribuerunt, ſtatuentes ſinum Arabicum terminum Aſiam inter & Africam; ſicque effecta fuit communis illa orbis diviſio, & ab omnibus ferè recepta, quæ mundum habitabilem ſive orbem terrarum diſtinguebat in tres partes, Europam, Aſiam, & Africam; ex quibus Europa ad occidentem, & ſeptentrionem vergebat, per Tanaim & Carambycem fluvios ab Aſia dirempta: Aſia totam plagam orientalem obtinebat, in Boream Auſtrumque latè protenſa, Africæ ſimul & Europæ latitudinem propè exæquans: Africa denique Mediterraneo mari diſcreta ab Europa, ab Aſia Iſthmo Arabico, ut doctiores Nilo fluvio, ut plures credebant, diviſa erat; ſicque fermè orbis Terrarum in tres partes dividebatur uſque ad ſæculum decimum quartum, quo tempore primum circum navigari incepta Africa, qua Atlantico Oceano alluitur, orienſque petitus ſub Joanne II. Portugalliæ Rex, & deinde Aethiopia ipſa patefacta etiam, quæ parte ab antiquis Geographis inaceſſa putabatur.

Sed in fine illius ſæculi decimi quarti, anno nempè 1492. ex Europæis Chriſtophorus Colonus, ſeu Columbus primum, mox Americus Veſpuccius, aliique novas & peramplas detexere regiones, quorum veſtigiis inſiſtentes fæliciter Hiſpani, Galli, Angli, & Belgæ, tantumdem terræ detexere ſæculo decimo quinto, quantum ab antiquis erat cognitum, & ſuis coloniis ampliſſimas regiones implevere; & ab hoc tempore orbis terrarum dividitur ſæpe in orbem antiquum, ſive ab antiquis cognitum, cujus partes ſunt tres, uti antea, nempè Europa, Aſia, & Africa: & in orbem Novum ſive recens detectum, in quo eſt America, ſeu India occidentalis, quæ duplex eſt, ſcilicet America ſeptentrionalis, quæ & Mexicana, & America Meridionalis, ſive Peruana; ab aliis verò dividitur orbis in quatuor partes in Europam, Aſiam, Africam, & Americam, quibus addi poſſunt duæ aliæ partes, nempè Terra Arctica, ſive Borealis Incognita, & Terra Antarctica, ſive Auſtralis Incognita, quæ ampliſſima eſt, & vix tantum detecta in ejus ora littorali quibuſdam in locis; Ex his patet Orbis terrarum partes eſſe quatuor cognitas, duaſque incognitas, ſed de illis, aliiſque ejus regionibus, & locis ſatis erit Eruditum Lectorem ad noſtram Geographiam remittere, ubi fusè de his omnibus ſcriptum, ordine litterarum cum hæc ſint tantum quædam principia ad perfectam ejus notitiam valdè neceſſaria.

NOI RIFFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

Concedemo licenza à Steffano Orlandini Stampatore di poter riſtampare il Libro intitolato : *Lexicon Geographicum Philippi Ferrarii , cum additamentis Michaelis Antonii Baudrand de Principiis Geographiæ* ; giuſto gl' Eſemplari ſtampati ne gl' anni 1672. & 1697.

Dat. 29. Gennaro 1735.

(Zan Piero Paſqualigo Rif.

(Michiel Moroſini Kav. Rif.

(Lorenzo Tiepolo Kav. Proc. Rif.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

1737. 2. Aprile.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſſimo contro la Beſtemmia.

Angelo Legrenzi Segretario.

LEXI-

LEXICON GEOGRAPHICUM

Ea quæ hoc ſigno ¶ edita ſunt, addita ſunt à MICHAELE ANTONIO BAUDRAND, & alia quæ ſine ullo ſigno conſpiciuntur, ea ſunt PHILIPPI FERRARII.

¶ A, *Aa*, amnis Belgii in Tranſiſelania provincia Stenovicum urbem alluit, & poſtea in ſinum auſtralem ſe exonerat ad *Blockzyll* fortalitium in eadem provincia. Hinc à quibuſdam *Blockzyll Aa* dicitur.

¶ Aa, *Aa*, fluvius Weſtphaliæ in Germania, Bockoltiam alluens, in Iſalam veterem excipitur, infra Anholtium oppidum in Zutphaniæ Comit. à quibuſdam Velicer dictus.

¶ Aa, *Aa*, fluvius Weſtphaliæ provinciæ Stenfortiam oppidum Monaſterien. diœc. alluens, & poſtea in Vechtam fluens, 2. leucis infrà in Boream.

¶ Aa, *Aa*, amnis Weſtphaliæ, Monaſterium urbem alluens, & poſt duo mill. Germanica in Amaſium ſe exonerans.

¶ Aada, *Aade*, fluviolus Brabantiæ, Helmontium oppidum rigans, & dein Buſcoducum, ubi Dommelæ & Dieſæ jungitur, & duabus abhinc leucis in Moſam fluvium ſe exonerat.

¶ Aahuſium, *Aahus*, oppidum Weſtphaliæ, in ditione Epiſcopi Monaſterienſis in Germania ad alterum fluvium *Aa*, qui poſtea cadit in Reggam. Tribus leucis diſtat a Coesfelda, & 5. ab Oldeſalia in meridiem.

¶ Aaraſſus, *Aaraſſo*, Piſidiæ urbs in Aſiæ minori.

¶ Aaronis inſula *S. Malo*, urbs Galliæ. Vide Macloviopolis.

Plin. Aba mons Armeniæ majoris, qui & Capotes nominatur, à Simyra urbe 12. mil. paſ. in Boream diſtans: ex quo Euphrates fluvius originem habet; vulgò apud incolas *Caicol*, teſte Andrea Theveto. Eſt & nomen urbis Arabiæ fœlicis & oppidum Phocidis, Abæ num. plur. Strab. unde Abæi populi. Vide Abas.

¶ Abacares, *Abacares*, populi Americę meridionalis prope fluvium Maderam, qui poſtea cadit in fluvium Amazonum, verſus Cayanam provinciæ teſte Texeira.

¶ Abacena & Abacenum, *Bigenis*, urbecula Siciliæ verſus Meſſanam 15. milliaribus hinc diſtantem in ortum. Sedet propè Longanum fluvium in valle Demonæ.

¶ Abacoa, *Abacoa*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis, verſus Bahamam & oram Floridæ. Diſtat ab inſula *Lucajoneque* 18. leucis Hiſpanicis, eſtque in mari boreali, ſub Anglis.

Pauſ. *Ptol.* Abæa, *Chiores*, teſte Moletio, oppidum Meſſeniæ littorale, Pheris proximum; cujus populi Abæatæ. Fuit & urbs Phocidis, cum templo Apollinis, (ubi reſponſa dabantur, unde Apollo Abæus cognominatus eſt) ab exercitu Xerxis incenſa. Vide Abea.

¶ Abaibæ, *Abaibe*, & *Abibe*, montes excelſi Americæ meridionalis in provincia Carthagenæ novæ, prope ſinum Vrabæ.

Aballaba, *Appleby*, oppidum Albionis, in regno Angliæ, in ora occidua Cumbriæ reg. inter Walliam & Scotiam. *Lib. Not.*

¶ Aballaba oppidum eſt Angliæ Borealis, in Weſtmaria provincia, ad Itunam fluvium.

Aballo, *Avallon*, oppidum Galliæ Celticæ in Ducatu Burgundiæ, inter Auguſtodunum, & Antiſſiodorum, inde 51. hinc 18. milliaribus Gallicis diſtans. *Anton.*

¶ Aballonis oppidum ſitum eſt ad Cuſſinum fluvium, 10. leucis ab Antiſſiodoro, & ab Auguſtoduno 18. leucis tantum in Boream, in planitie.

¶ Abanbus, *Abanbo*, fluvius Æthiopiæ ſup. cadit in Nilum paulò ſup. Meroem inſ. aliis eſt Abanhus, Ptol. Aſtapus.

¶ Abancajus, *Abancay*, fluvius Americæ meridion. in Peruvia. Cadit in fluvium Xauxam, non procul à Cuſco civ. Rigat oppidulum *Abancay*, oriturque prope Andes montes.

¶ Abantis, tractus Epiri in Chaonia provinc.

Abantis inſ. Vide Euboea. Inde Abantæus nomen gentile. Ovidius libro 15. Metamorph. *Strab.*

Nuper Abantæis templo Junonis in Argis.

Abantes populi inter Jones & Achivos ab Herodoto lib. 1. memorantur. *Herod.*

¶ Abantonium, *Aubanton*, oppidum Galliæ in Picardia prov. in reg. Tiraſcia. Diſtat à Rupe Regia 6. leucis, à Guiſia autem 9. leucis, ad rivum cogn. prope fontes Oeſiæ fluv.

¶ Abanvivarienſis, *Abanwivar*, comitatus, ſeu prov. regni Hungariæ, cujus caput Caſſovia, in ſuperiori Hungaria, verſus confinia Poloniæ.

¶ Abaranum, *Abaraner*, oppidum Armeniæ majoris, juxta fluvium *Alingeac*, ubi perſæpe degit Archiepiſcopus Naxivanenſis, & ibi ſunt 300 familiæ Catholicorum.

¶ Abaraum, *Abaraus*, & *Aboraas* oppid. Africæ in Guinea reg. ad fluv. *de la Volta* in mediterraneis, diſtatque 25 leucis à littore maris.

Abares, Abari, Niceph. populi Scythiæ inter Hamaxobios, Turcis finitimi: qui & Avares, & Avari aliis dicuntur. *Evag*

Abarim, mons excelſus Arabiæ petreæ, Ammonitidem, & Moabitidem à Palæſtina ſeparans contra Hierichuntem, Moyſis tumulo celebris. *Bibl.*

Abarinus, *Navarino*, oppidum Pelopon. in ora Meſſeniæ apud Coryphaſium prom. & Pylum. Errant qui Pylum *Navarino* indigitant. *Vide Pylus.* *Ptol.*

Abas, mons Armeniæ majoris, ſive Aba. Vide ibi: utroque enim modo legitur. *Plin.*

Luc. Abates, inſula eſt Ægypti paludis Memphiticę ſic dicta quaſi inacceſſa, lini & papyri copia olim celebris, ubi Oſiris Rex ſepultus fuit, de qua Luc. lib. 10.

Hinc, Abaton quàm noſtra vocat veneranda vetuſtas,
Terra potens.

¶ Abaſſinia, ſeu Abaſſia & Abaſſenia, *le païs des Abiſſins*, ſeu etiam *Abiſſinie*, regio Africæ in Æthiopia ſuperiori. Fuit alias regnum ampliſſimum; ſed à centum propè annis per Galas populos valde fuit imminutum, ut pluribus nuper collegimus ex doctiſſimis ſcriptis Iſaaci Voſſii. Dicit enim ille quod ſi ſolam ſpectemus Abaſſiniæ partem, quæ hoc tempore paret Imperatori, illa adeo exigua eſt, ut vix exequet Hiſpaniam, & ut ejus Imperator vix magni Regis titulo cenſeri mereatur; potiorem quippè regni portionem ſuperiori ſæculo invaſit Galarum vicina natio, littoralem verò tractum vicinum ſinui Arabico jam olim occupavere Mauri: ita ut iſte Abiſſiniæ Rex nullum poſſideat portum, nec mari poſſit adiri niſi per Turcicas ditiones. Olim cum latiſſimę extendebatur ejus Imperium ab ortu in occaſum, à faucibus nempe ſinus Arabici uſque ad terminos Regni *Gojame*, non tamen excedebat maxima ejus longitudo leucas Germanicas 160. ſumma verò latitudo à provincia Alaba uſque ad Magazan, ſeu confluentem Nili & Tacaze fluviorum, id eſt, à latitudine Boreali 8. graduum uſque ad gradus 16. erat leucarum Germanicarum centum & viginti. Et ſcripſit Joannes Barros Luſitanus regnum Abaſſenum habere in ambitu leucas Luſitanicas 672. id eſt leucas Germanicas 504. Poſtremi qui ex hoc regno provenere ad nos nuncij referunt ditionem hujus Regis adeo immitutam eſſe, ut vix dimidiam partem terrarum poſſideat quas proavi ejus tenuere. Solæ enim ſuperſunt provin. *Tigre*, *Dambea*, *Bagameder*, *Goyame*, *Amahara*, *Narea*, & pars Xaoę. Harum pręcipua eſt regnum *Tigre*; cujus Prorex, *Tigre Mahon* dictus, cauſam prębuit ut nonnulli *Tigre Mahon* diſtinxerint à regno *Tigre*. Sed neque regnum Barnagaſſi ab hoc diſtingui debet. Minores autem provinciæ, quæ huic etiamnum parent, ſunt iſte, *Magaza*, *Salait*, *Ogara*, *Holcait*, *Sagueda*, *Semen*, *Salaoa*, *Ozecha*; & *Doba*. Olim verò hæ provinciæ regno ejus continebantur. *Angote*, *Doaro*, *Ogge*, *Balli*, *Balli*, *Adea*, *Alemali*, *Oxelo*, *Ganz*, *Betezamora*, *Gurague*, *Buzama Bugamo*, *Cambate*, *Doxa*, *Gumar*, *Conch*, *Damut*, *Mota*, *Aura*, *Holcia*, *Oifate*, *Gedem*, *Marabet*, *Manz*, & *Bizamo*. Sed anno 37. ſuperioris ſæculi Galarum populi Abaſſenis à meridie contermini, provinciam *Balli* ingreſſi, non tantum ipſam, ſed & *Fatigar*, *Doaro*, *Ogge*, *Bizamo*, *Oifate*, *Angote*, *Cambate*, & aliàs provincias occuparunt.

¶ Abbaſſi, *Abbaſchi*, populi Georgiæ regionis Aſiæ, in limite prov. Mingreliæ ad Orientem, ubi ineſt murus 60. mill. paſſ. ad coercendos eorum incurſus. Dicuntur etiam Abcaſſi.

¶ Abbatiſcella, *Appenzel*, burgus prędives, & unius ex tredecim pagis ſeu Cantonibus Helvetiis, ad fontes Sintræ amnis. Diſtat à Curia duodecim leucis Gallicis, & à Fano S. Galli 4. ſim. leucis.

¶ Abbavilla, *Abbeville*, urbs Galliæ in Picardia, ad Somonam fluvium ſita, probè munita & cultiſſima. Dicitur & Abbatiſvilla; eſtque illuſtr. hujus temporis Geographorum Patria, in Pontivo Comit. Diſtat à Lutetia 34. leucis in Boream, ab ora 5. leuc. in ortum, & ab Ambiano 10. in occaſum.

¶ Abbefortia, *Abbefoort*, oppidum Norvegiæ, cum portu maritimo, in præfectura Aggerhuſiana. Diſtat ab Anſloa verſus occid. 15. leuc. Germ. à Stavangria autem 20. circiter.

Strab. Ptol. Abdara, *Adra*, opp. Hiſpaniæ Bęticæ in ora auſtrali regni Granatenſis ab Almeria (quæ illi in epiſcopali ſede ſucceſſit) 7. leucis in auſtrolybicum. Abdera Pomp. Melæ: cui, tanquam Hiſpano, magis fidendum cenſeo.

Ptol. Abdera, urbs Thracię epiſcopalis ſub Archiepiſ. Philippenſi, *Polyſtylo* teſte Curopal. ab Abdera Diomedis ſorore teſte Solino condita, & nominata, anno à Troja capta 104. poſteaque à Clazomeniis Olympiade 31. inſtaurato; in ora maris Ægei inter oſtia Neſti. & Hebri fluv. Democriti patria, qui ſe luminibus privavit, ut contemplationi magis vacaret. Ejus meminit Ovid. in Ibin.

Aut te devoveat certis Abdera diebus.

Pop. Abderitę, & Abderitani. Mart. lib. 10.

Abderitanæ pectora plebis habet.

Hinc adagium, *Abderitica mens*. Abderitanos enim ſtupori mentis obnoxios ſcribit Cic. in lib. de nat. Deor. Plin. quoque lib. 25. cap. 8. apud Abderam paſcua eſſe teſtatur, in quibus equi paſti in rabiem vertuntur: quemadmodum apud Potniam ſini.

¶ Abdera eſt *Aſperoſa* Nigro & alijs, eſtque prope lacum Biſtonium.

Abditana, *Arriana* teſte Lud. Marmolio, opp. Africę apud Tunetim, ſeu Tuneſim urbem olim urbs epiſc. ſub archiep. Carthaginenſi. Conc. Carth.

Abdua. Vide Addua. ſic enim apud veteres ſcribitur.

Abea, Thuria & Æpea Strab. *Calamata*, teſte Nicol. Sophiano, opp. Pelopponeſi in ora Meſſenię apud Pheras & Leuctrum, inter ea, quod aliis nunc *Chiores* dici videtur, Vide Abęa. Ptol.

Abela, oppidum Paleſtinæ geminum, unum in terra Ammonitarum, ubi Jephte dimicavit, à Philadelphia 7. mill. paſſ. diſtans, etiamnum *Abela* appellatum; alterum à Gadaris 12. mill. paſſ. in ortum recedens. Joſeph.

¶ Abella, *Abella*, fluv. Samogitię in Polonia, cadit in Nicvvazam fluv., prope *Ricydany* oppidum.

Abella, *Avella*, opp. Campanię, & col. in Hirpinorum confinio, inter Neapolim 13. & Abellinum 18. mill. paſſ. occurrens. Vide Avella, ſic enim etiam ſcribitur. Strab. Ptol.

Abellaba, *Appleby*, opp. Albionis in Cumbria reg. & comit. Weſtmarię, ad Itunam fluv. Vide Aballaba utroque enim modo legitur. Lib. Not.

Abellinum, *Avellino*, urbs epiſc. Hirpinorum ſub archiep. Beneventano, inde 16. mill. paſſ. recedens, apud Calorum fluv. ſubterfluentem, inter eum & mont. Virginis inde 4. mill. paſſ. diſtant. à Neapoli 30. diſſita. Pop. Abellinates Plin. Ptol.

¶ Abellinum urbs, principatus titulo clara, ſedet in regno Neapolitano & prov. principat. ult. Ejus epiſcopatus unitus eſt cum Frequentino; eſtque prop. fluv. Sabbatum, à quo diſtat uno tantum milliario media inter Beneventum ad Boream & Salernum ad meridiem, & 30. mill. à Neapoli in ortum diſtat.

Abelmaja, ſic in lib. paralipom. Abelmea D. Hieron. oppidum Palęſtinę, nunc pag. inter Neapolim urbem Samarię & Scythopolim urb. Galileę. Bibl.

¶ Abera, opp. Arabię deſertæ verſus Petream.

¶ Aberavonium, *Aberavon*, opp. Anglię, in Vallia, & Glamorganen. prov. in ora, ad oſtia Avonis fluv.

¶ Abercovonium, *Aberconvey*, ſeu oſtium Covonij. fluv. oppidum Anglię in Wallia, & Arvonia prov. in ora. Diſtat à Denbighia 15. mill. Anglic. & novem à Bangoria, ab aliis Conovium. Vide ibi.

¶ Abergennium, *Abergevenevv*, & *Abergeny*, oppid. Anglię in Wallia & Com. Monumethenſi, ad fluv. *Uſke*, Vide Gobanium.

¶ Aberiſtyvium, *Aberiſtyvith*, oppidum Anglię in Wallia in ora littorali ad oſtia fluv. *Yſtvvith.* in Ceretica prov. Vide Tybius.

Aberdonia & Aberdona, olim Devana, *Aberdeen*, urbs Scotię epiſc. empor. & acad. in ora orientali, ab Andreapoli ejus metropoli ſupra 60. mill. paſſ. in Cęciam, ad oſtium fluv. *Done*. Scrip. Scot.

¶ Aberdonia nova, *Nevv-Aberden*, urbs Scotię, in prov. Marria, non procul ab oſtio fluv. *Dee*.

¶ Aberdora, *Aberdor*, opp. Scotię ſeptent. in ora in Buquania prov. Diſtat ab Aberdonia 30. mill. Scot. in Bor.

¶ Aberdura, *Aberdour*, oppidum Scotię merid. in Com. Fifę, ad eſtuar. Forthę, ab Edimburgo 7. leucis diſtat.

Abernęthum, poſtea Andreapolis, *S. Andrevvs*, urb. archiep. & academia Scotię in ora orientali, inter Edimburgum 20. & Aberdonam ſupra 60. mill. paſſ. in Cęciam diſtantem. Mect. Boet.

¶ Abernęthum, ſeu Abernethea, & Andreapolis duę ſunt: hęc enim dicitur *S. Andrè*, Abernethum autem eſt *Abernethy* in Strathernia provincia eratque primaria Pictorum. Ejus Epiſcopatus inde Andreapolim translatus fuit, procurante Cennecho Rege Schotorum.

¶ Abia, *Abia*, fluv. Aſiae in Tartaria, & prov. Zagataja, cadit in Oxum.

¶ Abiadene, prov. Aſſyriae, juxta Tigrim fluvium.

Abila, quae & Abilene in evang. *Bellinas* hodie, oppid. Cœleſyriae circa ortum Jordanis fluv. inter Paneadem & Damaſcum. Sed Abilene reg. eſſe videtur. Plin. Ptol.

¶ Abindonia ſeu Abendono, *Abington*, oppid. Angliae in Com. Bercheria, ad confluentes Occhae & Tameſis. aliis Abonis. Vide ibi.

¶ Abiolica, oppidum Helvetiorum, vicus hodie *le Bullet* dictus, 6. mill. paſſ. ab Eburoduno.

¶ Abiſca, *Abiſca*, provincia Americae merid. in Peruvia reg. prope fontes fluv. *Tapy*, qui poſtea cadit in fluv. Amazonum. Diſtat 50. circiter leucis ab urbe Cuſco in ortum.

¶ Abiſ-

¶ Abiſſinia, regio Africae. Vide Æthiopia & Abaſſinia.

Abitacum, lacus Gall. apud Claromontem urb. in Arvernis, qui nunc *Sorlivia* vulgò dicitur, teſte Maſſono.

don. ¶ Ablata, oppidum Armeniæ primæ in limite versùs Cappadociam.

¶ Abnaqui, *Abnaquiois*, populi Americæ Septentr. in nova Anglia in Mediterraneis.

lin. *tol.* Abnobi, & Abnobæ, montes Germ. circa ortum Danubij fluvij nunc *die Baar* dicti, teſtibus Ægid. Scuto, & Willychio. Fontes autem Danubij in Comitatu *Baar* à Friburgo urb. Briſgojæ 4. leucis Rotovillam urbem versùs ad 3. conſpiciuntur.

¶ Abnoba mons vulgò *Abenovv* dicitur.

¶ Aboa, *Abo*, urbs epiſc. Sveciæ ſub archiep. Upſalenſi, ad fluvium *Aviaroki* in Finnonia meridionali, prope littus maris Baltici; eſtque metropoli provinciae. A Revalia diſtat 25. leucis Germanicis, & ab Alandia inſ. 14.

¶ Abodriti pop. fuere Germaniae tempore Caroli Magni, ubi nunc Pomerania ſuperior prope Mare Balticum, Petro Bertio teſte.

Ptol. Aboni teichos ſive Aboni mænia, *Bolli* nunc teſte P. Gyllio, urbs Galatiæ marit. ſeu Paphlagoniae in ora maris Euxini, inter Teuthraniam ad occ. & Sinopen ad ortum quam *Arcane* nunc dici ſcribit And. Thevetus.

Ant. Abonis, ſive Abon, oppidum & fluv. Albionis opp. *Avington* teſte Guilielmo Camdeno, & fluvius *Avon* nominatur: à Venta Silurum 9. mill. paſſ. ex itinerario Anton. diſtans. Sed aliis eſt *Porshut* pag. ad oſtia Abonis, è regione Briſtolij urbis proximæ.

Liv. *Plin.* Aburigines populi fuere Latii, qui, ut Tac. lib. annal. 11. ſcribit, literas ab Evandro Arcade didicere ante uſum papyri inventum, unde in corticibus arborum ſcribebant, inciſis lignorum taleolis.

¶ Aborras ſeu Chaborras, *Gixlap.* alijs *Hormiz.* fluv. Meſopotamiæ.

¶ Abobrica, opp. Hiſp. Tarraconenſis in ora propè Bracaram, nunc *Villa de Conde* fortè.

¶ Aboya, *Aboy*, urbs Hiberniæ in Media provincia ad Bovindam fluvium. 20. mill. paſſ. diſtat à Drogheda in occaſum, & 27. à Dublinio in circeum, Kilmoriam versùs.

¶ Abracunium, *Abraconis*, opp. Armeniæ majoris ad fluv. *Alingeac*, ubi multi Catholici. 3. mill. ab Abarano diſtat.

¶ Abrantus, *Abrantes*, opp. Hiſp. in Portugallia, ad Tagum fluv. 8. leuc. ſupra Scalabiſcum in ortum.

¶ Abria, prov. Scotiæ Borealis. Loquabria quibuſdam dicta *Loquabre*, versùs occidentem, ubi alias Epidij pop. ibi & lacus cognominis.

¶ Abrieta, urbs Jazigum Metanaſtarum in Hung. versùs Tibiſcum fluv. Eſt nunc Agria, Nic. Sanſon teſte.

¶ Abrinoa, *Aare* & *Are*, amnis Germaniæ, oritur in Eiffalia reg. & cadit in Rhenum, ſupra Bonnam, prope Sinciacum oppidum.

Lib. *Conc.* Abrinca, *Avranches*, urbs epiſc. ſub archiep. Rothomag. Galliæ Celticæ in Norman. in ora maritima, juxta fines Britanniae, à Bajocis 18. leucis in occ. à Falleſia 21. à Conſtantibus caſtris ſeu à Conſtantienſi urb. 7. in auſtrum diſtans. Pop. Abrincatui Plin.

Strab. *Plin.* Abrotonum, urbs Africæ ad Syrtim parvam. Vide Tripolis.

¶ Abrucbania, *Abrukbanya*, opp. Tranſſylvaniæ. Vide Autariarum.

Plin. Abſarum. Vide Apſarus. oppidum Cappad. in ora maris Euxini ultra Trapezuntem 150. mil. paſſ. in Colchorum confinio, ad fluv. cognominis oſtia.

Mel. Abſorus, Abſyrtium Plin. Apſorrus Ptol. *Oſero* inſula Liburniæ cum urbe epiſcopali cognomine, cui Crepſa ferè juncta eſt; ambæque Abſyrtides a Strabo nominantur, Vegiæ proximæ 5. tantum mill. paſſ. diſtantes in auſtrum, à Senia 35. Tragurium versùs 140. in ortum. Abſyrtos a Luc. lib. 3. dicta.

Colchis, & Adriacas ſpumans Abſyrtos in undas.

Fortè Abſyrtis legendum eſt.

¶ Abſorus paret Venetis, eſtque epiſcopalis ſub archiepiſcopo Jaderenſi, & parvi eſt admodum circuitus. Dicitur aliter civitas Auſarenſis.

Ptol. Abudiacum, oppid. olim geminum Vindeliciæ, nunc pag. in Bavaria, unus inter Ratiſponam & Abuſinam vix 2. leucis *Abach* vulgò: alter apud Roſenhemium oppidum *Happing*, in Norici finibus, ſunt qui *Fueſſen* interpretentur, hoc eſt Fauciacum opp. Sueviæ in Tyrolenſ. comit. confinio, ſed ſitus repugnat.

¶ Abuja, *Abuyo*, alijs Abaca, una ex inſulis Philippinis in Aſia, inter Luzoniam & Mindanaum inſulas.

Abula, *Avila*, urbs epiſcop. Hiſpaniæ Tarraconenſis *Ptol.* in Caſtella vet. media ferme inter Madritum, & Valliſoletum, 18. leucis utrinque, à Salmantica totidem in ortum. Segoviam versùs 10. ſub archiepiſcopo Compoſtellano.

¶ Abula clara eſt S. Tereſiæ natalibus. A quibuſdam dicitur etiam Arbacula & Albucella. Sedet juxta Adajam fluvium. Hinc Abulenſes montes, *Sierra d' Avila* in illo tractu.

¶ Abula, *Avila*, oppidum Americæ merid. in Peruvia, & prov. *de los Quixos* dicta. Sedet juxta fluv. Napum diſtatque 35. leucis Hiſpanicis a civ. *Quito* in Eurum.

¶ Abula fontana, *Avila Fuentes*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, ſex leucis à Segovia diſſitum.

¶ Abulhuſeni populi Africæ, in regione Dara, prope regnum Marrochi.

Abus, *Humber*, fluvius Albionis ex præcipuis Angliæ *Plin.* per Eboracenſes in Eurum fluens, multis auctus fluminibus, maximè Derventione. Umber à Beda nominatur.

¶ Abus eſt potiùs æſtuarium, in quo confluunt fluv. Urus, Derventio, Ara, & Trenta, & in Oceanum Germanicum ſe exonerat inter Eboracenſem & Lincolniam prov.

Abus, Abas, ſive Aba Plin. mons Armeniæ majoris. Vide Aba. Is Pariedi mont. pars eſt, ex quo Euphrates fluv. profluit, *Caicol* à Georgianis teſte Theveto appell.

¶ Abus, fluv. Epiri, oritur in Caſſiopea reg. & cadit in mare Adriaticum è fronte Corcyre inſulæ forſan Aous.

Abuſiacum, ſive, ut alij codd. habent, Abuſacum, & *Ant.* Abuzacum, *Fuiſſen*, opp. Rhætiæ ad Lycum fluv. intra montium anguſtias ſitum, quod propterea Fauces (unde Faucenſe cœnobium) etiam Latinè dicitur à Campidona 3. leucis in Eurum in via quæ Tridentum ducit occurrens.

¶ Abuſiacum, ſeu Abodiacus, *Fueſſen*, oppidum alias Vindeliciæ in Rhætia, nunc Sueviæ provinc. Germaniæ, in ipſo limite Bavariæ, in ditione Epiſcopi Auguſtani. Diſtat 12. mill. Germanicis ab Auguſta Vindelicorum in merid.

Abuſina, *Abenſperg*, oppidum Vindeliciæ in Bavaria à Ratiſpona paulò ſuprà 3. leucis Auguſtam versùs diſtans ab Ingolſtadio 5. in ortum Neoſtadio proximum. *Lib.* *Not.*

¶ *Ad fluvium* Abenſt *ſedet.*

Abydus, urbs gemina, una Ægypti, *Abutich*, teſtibus *Strab.* Caſtaldo & Mol. ad Nilum, inter Ptolemaidem ad arctos *Plin.* 22. & Dioſpolim ad meridiem 28. mill. paſſ. à Memphi 290. in auſtrum Syenen versùs. Ibi Memnonis regia, & templum Oſiridis; altera Phrygiæ minoris, ſeu Myſiæ in ora contra Seſton urb. Thraciæ, mari ad 7. ſtadia interfuſo, urbs epiſcopalis ſub archiep. Lampſaceno, inde 21. mill. paſſ. in auſtrum diſtans. *Aveo* & *Aidos* Turcis teſte Leunclavio. Hinc Abydenus nomen gentis, Ovidius Lib. 1. triſt.

Quaque per anguſtas malè vecte virginis undas.
Seſton Abydena ſeparat urbe fretum.

Abydenos ſycophantas & effeminatos fuiſſe, ac in proverbium abiiſſe teſtantur Pauſanus & Suidas, ſicuti & Abydus civitas apud Ariſtoph. ex qua adagium, *Ne temerè Abidum*, apud Steph. & Suidam:

¶ Abydus Phrygiæ eſt arx munitiſſima Turcarum, & una ex Dardanellis, ad Boſphorum Thracium, olim epiſ. nunc Metrop. teſte Miræo.

Abyla, & Alybe, mons & urbs Mauritaniæ Tingitanæ in ora contra Calpen urbem & mont. Hiſp. inde 12. mill. paſſ. freto Herculeo interfuſo, diſtantem. Urbs *Ceuta*, & Latinè Septa, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eborenſi & mons *Almina* teſte Carolo Cluſio nominatur; licèt Marmol. urbem *Alcudia*, & mont. *Sierra de la Ximiera* longius à Calpe diſtantes, nunc dici velit. *Strab.* *Plin.* *Ptol.*

¶ Abyla mons, hodie *mont des Singes* Gallis. *Schaminkelberg* Belgis, eſt prope Septam urbem, in parte orientali freti Herculei, & diſtat 18. mill. paſſ. à Calpe monte Hiſp. in merid.

¶ Abyſſini, *les Abiſſins*, Aethiopiæ pop. Chriſtiani. Veterem habent religionem, ſed ex hæreticorum erroribus confuſam. Eorum Imperator, qui vulgò *Grand Neguz* dicitur, & a quibuſdam *Preſte-Jean*, ſed abuſivè, poſſidet Aethiopiam ſuperiorem fere totam. Vide *Aethiopia*.

Abyſtrum, *Urſimarſo* teſte Gabr. Bario, oppidum Brutiorum in Calabria, Lao finitimum, inde & à littore 12. mill. paſſ. Sed hoc oppidum potiùs Urſentini apud Plin. nominari videtur. *Ptol.*

¶ Acabene, prov. Meſopotamiæ versùs Tigrim.

Academia, *Bagni di Tritoli*, villa Ciceronis in Campan. inter Puteolos urbem & Avernum lacum, teſte Turlerio. Locus item Atticæ nemoroſus apud Athenas, *Plin.*

A 2 ubi

ubi Plato natus, (unde illius ſectatores Academici appellati, teſte Laertio) ſic dictus ab Academo Deo: de quo Horat. lib. 2. ep. 2.

Atque inter ſylvas Academi quærere verum.

¶ Acadræ, populi Aſiæ in Sinarum regno, ubi nunc prov. *Quicheu Huquan* teſte Nic. Sanſon.

¶ Acalandra, *Calandra*, oppid. Italiæ in Lucania trans Apenninum, in provincia Baſilicata, ad fluvium Salandrum.

Strab. Plin. Acalandrus, *fiume di Roſeto*, fluv. Lucaniæ Roſetum oppid. alluens, atque in ſin. Tarentinum inter Heracleam & Metapontum urbes magn. Græciæ exciſas influens, ab Heraclea 4. mill. paſſ. olim Thurios à Tarentinis diſſeparans.

(*Ab aliis dicitur* Salandrella, *Cluverio teſte*.)

Heſy. Ptol. Strab. Acamas, *Cruſoıco*, mons & promontorium Cypri, quod & *Capo di S. Epifanio* teſte Stephano Luſignano nominatur in ora occidua ubi olim urbs ejuſdem nominis epiſcopalis erat, ex libro Concil. à Clidibus promont. orientaliſſimo 1400. ſtad. (quanta eſt Cypri longitudo) diſtans in occ. à Sida urbe Pamphiliæ 1060. in auſtrum, teſte Strabone urbs verò ſeu potiùs pagus hodie etiam *Cruſoccho* dicitur. Hinc Cyprus Acamantis dicta. Scribitur & Achamas.

¶ Acanes major, & Acanes minor, *Acanes le grand, & Acanes le petit*, urbes duæ Africæ in Guinea regione in mediterraneis,

Ptol. Acantina, *Angotina* hodie, teſte A. Stuchio, inſula ſin. Arabini, proxima Daphninæ, inter inſ. Magorum & Orneon.

¶ Achantus, *Biſalta*, urbs Aegypti.

Xenoph. Thuc. Ptol. Acanthos, ſive Acanthus, *Eriſſo* teſte Sophiano, urbs Macedoniæ epiſc. ſub archiep. Theſſalonicæ, ad ſin. Singiticum apud Athon mont. inter Nymphæum prom. & Singum oppid.

¶ Acapulcum, *Acupulco*, urbs Americæ in Nova Hiſpania cum portu in ora maris Pacifici, in provincia Mexicana, & caſtro permunito; 80. leucis Hiſpanicis diſtat à Mexico in meridiem.

¶ Acaraga, *Acaraig*, oppidum Americæ meridion. in regione *Parana*, & ad Paranam fluvium. Dicitur aliter Nativitas Beatæ Virginis, diſtatque 45. leucis Hiſpanicis a fluv. Argenteo.

Strab. Plin. Pauſ. Acarnania, *Carnia & Deſpotato* teſte Mario Nigro, reg. Epiri in auſtrum vergens, Aetoliæ in ortum vergenti confinis. Pop. Acarnanes Polyb. Liv. & al. quorum urbes Ambracia, Actium, Leucas, Halyſæa, & intus Aſtacus. Flumina Aracthus, et Achelous. Hos annum (quem Græci dierum 354. faciunt) ſex menſibus computare ſolitos ſcribit Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 12. Meminit Acarnanum Ovid. lib. 8. metam.

Amnis Acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto.

Acarnanes mollitiei et laſciviæ apud veteres notati leguntur, apud Lucian. in meretriciis, unde proverbium apud Evad. *Procellus Acarnanius*, in laſcivos, Procellus enim vox eſt obſcæna. Cum Aetolis aſſiduas rixas propter vicinitatem hi populi exercebant, ut aliis accidere ſolet.

¶ Acaxium, *Acaxi*, oppidum prov. *Farima*, in Inſula Japoniæ in Aſia. Diſtat à Meaco urb. prim. inſula 25. leuc. teſte Brietio.

¶ Acaxutla, *Acaxutla*, portus Americæ Septentrionalis in ora maris Pacifici in nova Hiſpania, & regione Guatimala. 7. leucis ab opp. S. Salvatoris diſtat.

¶ Accadia, *Accadie*, prov. Novæ Franciæ in America ſeptent. quæ aliter Nova Scotia dicta fuit ab Anglis qui illam occuparant. Sed reddita fuit Francis pace Bredana. Ibi locus praecipuus eſt Portus Regius.

¶ Accara, *Accara*, opp. Africæ in Guinea regione dupl. nempe magn. & parvum in ora, inter fluvium *de la Volta* & fortalitium S. Georgij de Mina.

Lib. 1. Reg. Accaron, urbs Palæſtinæ in Philiſtinorum finibus, Azoto, Jamniae, & Geth urbibus finitima. Nunc vicus *Accaron* adhuc dictus, teſte Brocardo, à littore & ab Azoto 8. mill. paſſ. in auſtrum, ab Aſcalone 20. in Boream à Geth. 14.

Plin. Ptol. Acci, *Guadix*, urbs epiſc. & col. Hiſpaniæ Beticæ epiſcop. ſub archiepiſcopo Hiſpalenſ. in regno tamen Granatenſi, à Granato 9. leuc. in ortum. Baſti versùs 7. media ferè inter Giennium & Almeriam ad meridiem vergentem 14. olim colonia Accitana, inter Romanas colonias non obſcura.

¶ Acci, *Guadix*, ſedet ad radices montium juxta fontes fluv. *Guadalentin.* 12. leucis à Gienno in Eurum, & erepta fuit Mauris anno 1489.

A C

¶ Accia, *Accia*, urbs Corſicæ Inſulæ olim epiſcop. nunc in ruinis jacet, in parte Orientali Inſ. Epiſcopatus verò unitus eſt Marianenſi.

¶ Accipitrum Inſula ſeu Hieracum, *Isle de Saint Pierre* Gallis, *Iſola di S. Pietro* Italis, Inſulà parva in ora Auſtrali Sardiniæ.

Accitum, *Finiana*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ apud Granatum urbem, inter Acci & Almeriam ad 10. leuc. extra viam tamen rectam occurrens. *Vet. Inſ.*

Acedum, poſtea Ceneta, *Ceneda*, urbs epiſcopalis Venetiæ ſub Patriarcha Aquilejenſi: inter Tarviſium & Belunum 20. mill. paſſ. quot ab Opitergio, (cui in epiſcopali Sede ſucceſſit) Feltriam versùs 15. Vide Ceneta. *Ptol.*

¶ Acetum, *Ceneda*, urbs eſt Marchiæ Tarviſinae, Venetis ſubdita; non autem Summo Pontifici, ut quidam malè ſcripſere.

Acellium pagus eſt Inſubriæ inter Verbanum lacum & vallem Ugiam, haud procul ab Arona opp. & Fontaneto vico: quae loca perantiqua eſſe teſtantur plures inſcriptiones Rom. antiquae & marmoreae.

Acelum, *Aſolo*, opp. Venetiae non obſcurum in colle a Baſſano opp. ampla 7. mill. paſſ. in ortum à Tarviſio 22. in Boream. *Plin.*

(*Sedet in monte in Marchia Tarviſina, ad Muſſonum fluvium.*)

¶ Acemum, *Achem*, urbs Aſiae in inſula Sumatra. Vide Achemum.

Acema. Vide Cema, ſic enim legitur apud Plin. licet Ortel. ſic ſcribat. *Prov.*

¶ Acer *S. Marino*, mons Æmiliae cum oppido in Italia. Eſt Reſpublica ſui juris, habens ſub ſe duodecim pagos. Diſtat à mari Adriatico 10. mill. & a S. Leone 6. mill. Sedet in limite Ducatus Urbini versùs Romandiolam prov. Vulgo dicitur *la Republique de S. Marin*. Ex montis hujus radice profluit fluv. Ariminum, vulgo *Marecchia*.

Acernum, *Acierno*, urbs Picentium epiſcopalis ſub archiepiſcop. Salernit. inde 20. mill. paſſ. a monte Corvino 7. *Plin. Rom.*

¶ Acernum, *Acerno*, urbs eſt parva Principatus Ulterioris, 15. mill. a Salerno in ortum.

Acerrae, *l'Acerra*, urbs Campaniae epiſcop. ſub archiep. Neapolitano, apud Clanium fluvium à Neapoli 8. mill. paſſ. in via Beneventum ducente occurrens, à Nola 6. Capuam versùs, aegrè habitata, cujus mem. Virgil. lib. 2. Georg. *Strab. Liv. & al.*

-& vicina Veſævo

Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

Fuerunt & Acerrae, teſte Polyb. urbs Galliae ciſalpinae, inter Alpes & Padum à Rom. exciſa, ubi nunc Carpum oppidum amplum, ut aliquibus videtur. Sed, teſte And. Alciato, pag. eſt ad Padum in agro Ticinenſi, *l'Agerola* dictus. Carulo verò à Baſilica Petri Epiſcop. Novarienſi videtur eſſe pagus agri, ſeu Diœceſis Ticinenſ. in Novarienſi confinio, vulgo *Acere* appellatus, (*Vide Acherra.*)

¶ Acerris, oppidum Lacetanorum in Hiſpania, hodie eſt *Gerry*, in Catalonia provincia, ad Nogueram fluvium versùs montes Pyrenaeos, teſte Brietio.

Aceſines, Aſines Plin. *Alcantara*, ſeu *Cantara*, teſte Thoma Fazello, fluvius Siciliae ex Ætna monte apud Randacium oppidum oriens, ac per agrum Tauromenitanum in mare à Taurominio 18. mill. paſſ. fluens. Aceſinus verò fluvius eſt ingens Indiae in Indum influens, juxta quem arundines ejus magnitudinis proveniunt, ut ſingula internodia navigii vicem ſuppleant, teſte Plinio eſtque teſte eodem gemmifer. Alter hujus nominis fluvius à Plin. in Taurica juxta Penticapen fluens memoratur. *Thuc.*

Aceſta, urbs Siciliae. Vide Egeſta & Segeſta. Ejus memor. Virg. lib. 5. Æneid. *Virg.*

Urbem appellabunt promiſſo nomine Aceſtam.

¶ Acha, *Acha & Achza*, fluvius Germaniae in Bavariae Ducatu per lacum Chimum labitur, & poſtea in Oenum fluvium ſe exonerat.

Achabytos, mons Rhodi inſulae celſiſſimus: in quo Jovis delubrum erat. *Diod.*

¶ Achacica, *Achachica & Achiacica*, oppidum Americae in Nova Hiſp. & Mexicana prov. ubi argenti fodinae. 18. leuc. diſtat ab urbe Angelorum in Boream.

Achad, locus erat palaeſtinae trans Jordanem fluv. in quo Jacob Patriarcha obiit. *Lib. Gen.*

¶ Achadia, *Auvagdoune*, urbs parva Hiberniae in Connacia, & in Comitatu Gallivenſi, epiſc. ſub archiepiſcop. Tuamenſi, teſte Brietio.

Achaei

Strab. Liv. Arr. Achaei pop. Graeciae in univerſum maxim. apud Poetas appellantur. Sunt & Populi Sarmatiae Aſiat. in ora maris Euxini apud Heniochos occ. verſùs incolentes: de quibus Plin. & Ptol. Orchomeniorum col. Ovid. lib. 4. de Ponto:

Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achais.

Steph. Achaemenia, reg. Perſidis felix à veteribus plurimùm commendata. Populi Achaemenii Ovid. Achaemenidae Strab. Vide Perſis, ſic ab Achaemene Rege dicta. Telae Achaemeniae apud Auſon. in epigr.

Laudet Achaemenias Orientis gloria telas.

Plin. Achaeorum portus, *Porto bon*, teſte Nigro. Vide Portus pulcher in Sarmatia. Eſt & ſtatio Troadis apud Sigeum promontorium.

Polyb. Stra. Plin. & al. Achaja, quæ & Hellas, & Graecia, teſte Plinio, reg. praeclara Europae, nunc *Livadia* & *Rumelia*, teſte Caſtaldo cui ad arctos Theſſalia confinis eſt, ad occaſum Epirus, ad auſtrum Pelopponneſus, mari ad ortum & auſtrum circumfluae. In Bœotiam, Atticam, Megaridem, Phocidem, Locros Ozolas, & Doridem regiones dividitur: ſic ab Achaeo Rege nominata. Eſt & Achaja reg. Peloponneſi inter Corinthum, & Patras ſinui Corinthiaco expoſitae. Achajae memor. Ovid. Epiſt. Paridis:

O quoties dices, Quam pauper Achaja noſtra eſt?

Hinc Achaicus nomen gent. Virg. lib. 5. Aen.

O miſera, quas non manus, inquit, Achaica bello
Traxerit ad lethum.

Adagium, *Achaicum telum*, pro ſcommate.

¶ Achaja latè ſumpta, quae Graecia propria, & Hellas, hodie *Livadie*, dicitur. Achaja autem propria in Peloponneſo hodie eſt Ducatus Clarentiae, *le Duchè de Clarence*, teſte Brietio. Subeſt autem utraque Dominio Turcarum a duobus ſaeculis.

Strab. Achara, oppidum Lycaoniae apud Galatiae & Piſidiae fines ad ſtagnum, ab Iconio 43. mill. paſſ. in occaſum recedens. Acaeara item a Cicerone in Verrem memoratur, opp. olim nunc pag. Siciliae in agro Syracuſano, nunc *Carrano*, teſte Faz. Pop. Acharenſes.

¶ Achardeus, *Copa* Mercatori, *Zigna* Lazio, fluv. Sarmatiae Aſiaticae. Dicitur ab aliis Varadanus, effunditurque in Maeotidem paludem.

¶ Acharman, urbs Arabiae felicis, ubi Thamydeni populi teſte Brietio.

Sil. Achates, *Cantara*, ut nonnullis videtur, fluvius Siciliae, idem cum Aceſine, ſive Aſine, qui, teſte Plin. lib. 37. c. 10. Achatem gemmam gignit. De quo Sil. lib. 14.

Et perlucentem ſplendenti gurgite Achatem.

¶ Achates fluvius hodie *Drillo* dicitur, teſte Magino, Brietio, & aliis, eſtque in Valle Neetina, & in mare Africum cadit 6. mill. paſſ. à Terra nova in Eurum.

¶ Achbalucum, *Acbaluch*, oppid. Aſiae in Cathaja regione, non longè a Cambalo, & in provinc. *Tainfu*, juxta lacum.

Strab. Plin. Mel. & al. Achelous, *Aſtropotamo* Soph. *Geromlea* Nig. & aliis *Pachicolmo*, fluvius ingens Acarnanum, eos ab Aetolis ſecludens, ex Pindo mont. ortum habens, ac in mare Jonium contra Echinades inſulas ſe exonerans. Alter apud Strab. & Pauſ. in Theſſalia Lamiam urbem alluens, Ovid. lib. 3. amor.

Neſcio quem ſpectans Acheloon & Inachon amnes,
Et potui nomen, Nile, referre tuum.

Hinc Achelojus nom. gent. Virg. lib. 1. Georg.

Poculaque inventis Acheloja miſcuit uvis.

Eſt & Achelous fluv. Peloponneſi, Dymam urbem praeterfluens. Idem Thoas à celeritate apud Poetas nominatus fuit, & pro quavis aqua, ut apud Virg. uſurpatur.

¶ Achemum, *Achem*, urbs per ampla & regni cognominis caput, in inſula Sumatra in India, cum portu in ora ſeptentrionali inſ. Dicitur aliter Acemum, diſtatque 400. mill. paſſ. a Malacca in Circium, 210. ab ora proximiori Peninſulae Indiae extra Gangem in occaſum, & 40. ab urbe *Pedir*. Ejus Rex obtinet etiam regna *Pedir*, & *Pacem* in viciniis.

Polyb. Acherae, ſive Acherrae, oppidum olim, nunc pagus Inſubriae in agro Novarienſ. *Acerano*, teſte Gaudentio Mer. Vide Ceredanum, & Acerræ. ſic enim legendum videtur.

¶ Acherrae, ſeu Acerrae, hodie eſt *Ghierra*, caſtrum Ducatus Mediolanenſis, in Laudenſi agro, ad confluentes Serij in Adduam fluvium, 2. mill. à Piceleone, & 12. a Cremona in occaſum, uti a Placentia in Boream, teſte Brietio.

Strab. Plin. Acheron, fluvius geminus, unus Brutiorum in Calabria citeriori apud Pandoſiam urbem exciſam fluens, inque ſin. Terinaeum deſinens, *Campaniano* & *Saunto*, teſte Bario; alter Epiri ex Acheruſia palude in ſin. Ambracium decurrens, *Velichi*, ſeu *Verlichi* Nig. *Fanar*. Ant. Nebriſſenſi. Ejus oſtia a fontibus 36. mill. paſſ. diſtant. Eſt & Acheron. fluv. inferorum apud Poetas, quaſi ſine laetitia. Unde Acherontœus nomen gent. Claud. lib. 2. de rap. Proſerp. Ptol.

Tunc Acherontaeos mutato gurgite fontes
Lacte novo tumuiſſe ferunt.

Hujus fluv. mem. Virg. lib. 7. Aeneidos.

Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.

Acherontia, Acherontus Liv. *Acerenza*, urbs Lucaniae, in Apuliae confinio, archiepiſcop. ferè media inter Venuſiam ad occaſum, & Mateolam ad ortum ad 20. mill. paſſ. Pop. Acherontini Plin. Ejus mem. Hor. lib. 3 carm. Hor.

Quicunque Celſae nidum Acherontiae,
Saltuſque Batinos, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti.

¶ Acherontia, *Acerenza*, ſeu etiam *Cirenza* dicta ab accolis, urbs eſt hodie in Baſilicata provincia regni Neapolitani, prope Bradanum fluvium ad radices Apennini, 10. milliaribus diſtat a Venuſia in Eurum, & 28. a Mateola in occaſum. Deficit in dies; eſtque parva admodum, & ejus Archiepiſcopat. unitus eſt Mateolanus ſeu Materanenſis.

¶ Acherſunda, *Akerſondt*, inſula Norvegiae in ora littorali, & merid. eſtque parva & verſùs Fridericoſtadium.

Acheruſia, *Lago della Collucia*, teſte Bened. Falconio. Stra. pal. Campaniae inter Miſenum & Cumas urbes extinctas ad 2. mill. paſſ. Acheruſia item palus Epiri à Plinio memor. per quam Acheron fluvius labitur, ſive ex qua ille emittitur, in Theſprotia, ab Ambracia 36. mill. paſſ. diſtans. Hanc ad Chimerium port. & oppidum per Theſprotiam in mare exire ſcribit Thucyd. Eſt & Acheruſia, teſte Mela, ſpecus Bithyniae apud Heracleam Ponti; unde Cerberum extractum fabulantur. De Acheruſia palude. Sil. lib. 14. Plin.

Serpit paſcendo creſcens Acheruſia peſtis.

Achetus, Acithius Ptol. ut aliquibus videtur, *fiume di Noto*, fluv. Siciliae apud Netum urbem fluens. Acithius verò, de quo Ptol. longè hinc in oram occiduam fluit. Hujus ſolus Silius Ital. memor. Populi Achetini Cic. Sil. lib. 14. Sil.

Et Netum, & Micite, pubeſque liquentis Acheti.

¶ Achilia, *Akill*, inſ. in ora Connactiae prov. in Hibernia, prope Comit. *Maio*. Satis parva eſt.

Achillea, *Cacearia*, teſte Nig. inſ. Sarmatiae Europ. ante oſtia Boriſthenis, quae & Macaron, & Leuce. Achillea autem apud Ptol. Pauſ. & Max. Tyrium, inſ. & urbs ad oſtium Iſtri Boreal. gemina, nova, & vetus, *Killia* vulgò, apud Albam urbem, inde 2. milliar. Germ. Hanc Pauſ. & Max. Tyr. oſtio Danubii opponunt, & Leucam vocant, Achillea quoque apud Strab. et Plin. quae et Dromos Achillis, Peninſ. eſt priori Achileae proxima, *Fidoniſi*, teſte Nigro dicta. Plin.

Achillaeum, *Capo di Croce*, Villanovano, et Mol. oppidum et prom. Sarmatiae Aſſanae ad Boſphorum Cimmerium, et fauces Maeotidis paludis. Strab. Ptol.

Achivi, Graeci dicuntur apud poetas, qui et Achaei ab Achaeo Jovis filio, teſte D. Iſidor. lib. orig. Horat. epiſt. 2. l. 1. Hor.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.

¶ Achonrita, *Achonry*, urbecula Hiberniae in Connachtia prov. Deficit in dies. Eſt in Letrumenſi comitatu, propè lacum *Alyne*; et vix 6. mill. paſſ. a Letruno in Boream. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Tuamenſi.

Achor, vallis et lacus Palaeſtinae juxta Galgala oppid. Hiericunthi proximum ad Bor. Lib. Joſ.

Achris, et Acridus, teſte Cedreno, Lychnidus Ptol. et poſtea Juſtiniana prima a Juſtiniano Imperatore, et inſtauratore dicta, *Acrida*, & *l'Ochrida*; et Turcis *Giuſtandil*, urbs Macedoniae archiepiſcop. et olim Serviae et Bulgariae metropolis ad Lychnidum lac. unde Drinius amnis effluit: ſub qua metropoles 6. erant, et epiſcopatus 10. Abeſt à Dyrrachio 118. mil. paſſ. in ortum Theſſalonicam verſùs. Proc.

¶ Aciaponda, *Aciaponda*, oppidum Indiae extra Gangem, in ora ſinus Bengalae et regni Peguviae, cum portu, 80. mili. paſſuum ab Arachamo in meridiem:

¶ Acibi, populi Sarmatiae Europeae, ad fontes Boryſthenis ſeptentrionalis.

¶ Achyrum, *Achyr*, urbs Poloniae ad Worskloam fluv. in Volhinia infer. et confin. Moſchoviae, cum arce in monte. Diſtat à Boryſt. 25. leuc. Polonicis in Bor. teſt. Guillelmo le Vaſſeur.

Strab. *Plin.* Acila, prom. & urbs Arabiæ felicis contra Diram urb. & promontorium Æthiopiæ, ſinu Arabico intercedente. Ocila, Plin. alibi, Ocelis Ptol. emporium Arabiæ ad ſinum Arabicum. *Zidum*, teſte Nigr. inter Heropolim ad intimum ſin. receſſum 160. & fauces ejuſdem ſin. 195. leucis Hiſpanicis, a Mochura, ſeu Mecha (ut nunc vocant) 40. Sed teſte Rhamuſio, *Capo Celi* potiùs dicitur, promontorium, ad ſinus Arabici fauces, olim emporium Arabiæ, ex quo, teſte Plin. in Indiam navigabatur. Vide Ocelis.

Vet. inſcrip. Acilia Auguſta *Azelburg*, oppidum olim Vindeliciæ, nunc pag. Bavariæ apud Straubingam urbem, Ratiſpona urb. 6. leucis in ortum.

Servio. Acilius, *Acilino* nunc, teſte Faz. fluvius Siciliae inter Lilibœum urbem & Acithium fluv. in mare labens, à Lilybœo 8. mill. paſſ.

Acincum. Vide Aquincum.

Ant. *Strab.* *Plin.* Aciris, *Acri*, fluv. cum oppido cognomine, in Lucania oriens, ac per magn. Græciam in ſin. Tarentinum apud Metapontum urb. exciſam fluens, haud procul à Turſo urbe decurrens. Eſt & Aciris *Acri*; oppidum Brutiorum non obſcurum inter Roſcianum & Beſidianum urbes Calabriæ citer.

¶ Aciris fluvius etiam Agrius dicitur, vulgò *Agri*. Vide ibi, habetque ad oſtia vicum, qui *Torre d'Agri* dicitur.

Ovid. *Theocr.* Acis, *Freddo* nunc, ob ejus frigiditatem, teſte Faz. dictus, fluvius Siciliȩ ex Etna monte in mare apud Taurominium influens, inde ad 5. mill. paſſ. haud procul ab Aceſine fluv. ubi arx nomen antiquum adhuc retinens *Aci*. Curſu citiſſimus eſt, & herbifer. De quo Ov. l.3. Metam.

Acis erat: & ſic quoque erat tamen Acis in amnem
Verſus.

¶ Acis, *Freddo*, fluvius eſt parvus Siciliæ in valle Nemorenſi: & in Jonium mare influit longè ab Aceſino fluvio & medio itinere inter Cataniam & Tauromenium.

Acis item apud Plin. inſula parva eſt, una Cycladum.

Ptol. Acithius, *Birgi*, teſte Faz. fluvius Siciliȩ haud procul à Salemio opp. inde ad 6. mill. paſſ. oriens, ac in mare inter Lilybœum & Drepanum urbes poſt Acilium amnem proximum labens.

Ant. Acius, *Jaicis*, teſte Joſia Simlero, locus Siciliȩ apud Catinam urbem.

¶ Aclea, locus diœceſis Dunelmenſis in Anglia ubi alias Concil. Anglic. ſub Hadriano primo. Eſt juxta fluvium *Skern*. 9. milliaribus Anglicis a Dunelmo in meridiem.

Plin. Acmodæ, inſulæ Silurum Solino, *Silley*, 7. inſulæ maris Britannici, Britanniæ minori adjacentes, à Laona urb. 8. leucis diſtantes, quæ ab aliis *Sorlinges* appellantur: ſed hæ Albioni adjacent à 7. inſulis diverſæ, inter illas & prom. Albionis extremum ad occaſum ſitæ, inde ad 8. leucis recedentes. Quamobrem inſulæ Silurum (qui ſunt populi Albionis) ab Acmodis diverſae eſſe videntur.

¶ Acmodae, ſeu Æmodae inſulae, teſte Cluverio & Sanſone, hodie *Iſles des Schetland* dicuntur, in mari Caledonio; ſuntque ſub dominio Regis Daniae. Earum autem praecipua *Mainland* dicta extenditur ad 60. mill. paſſuum. Vide Schetlandia.

Ptol. Acmonia, urbs Daciae, quae teſte Nigro *Severino* eſſe videtur, urbs ad Danubium apud pontem Trajani, à Severo Imperatore condita, & Severinum dicta, à Temeſvaria 12. leuc. in Eurum. Fuit & urbs Phrygiæ magnae epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno, Eumeniæ finitima.

¶ Acolis urbecula fuit in inſula Tenedo, in mari Ægaeo, a parte Aſiae.

¶ Acoma, *Acoma*, locus in monte, ex praecipuis novi regni Mexicani in America ſeptentrionali.

¶ Acon, ſeu Ptolemais, *Acre*, urbs epiſcopalis Syriae ſub Archiepiſcopo Tyrenſi. Vide Ptolemais. Celebris eſt fortitudine Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, qui illam per tot annos fortiter propugnarunt.

Plin. *Steph.* Acone, & Aconae, portus & opp. Bithyniȩ in ora maris Euxini, apud Heracleam Ponticam, cujus eſt navale, *Naxio* nunc Mol. & al. ab Acone fluv. cujus mem. Val. Flac. lib. 4. Argon.

Quid memorem quas Iris aquas, aut torqueat Acon?

Non longè Aconitus collis, ubi Aconis herba, ex qua aconitum venenum conficitur, teſte Dioſcoride lib. 4. Sunt qui Aconem *Lagula* nunc dici ſcribant, ab Heraclea 20. mill. paſſ. in ort.

Anton. Acontiſma, locus Macedoniae, in Thraciae confin. inter Neapolim & Topirim, à Philippis 21. mil. paſſ. Topirim verſùs 18. occurrens.

¶ Acores inſula, *les Isles Açores*, in Oceano occ. V. Açores.

Plin. *Ptol.* Acra Japygia, quae & Salentino Ptol. dicitur, *Capo di Leuca*, & *Capo di S. Maria*, prom. Salentinorum, ſeu Japygiae & Meſſapiae, in ortum contra Ceraunios Epiri montes excurrens, ab Hydrunto in meridiem, & à Gallipoli in bor. ad 20. mill. paſſ. diſtans.

¶ Acra Japygia, ſeu Japigium promontorium, hodie *Capo S. Maria*, ſeu *S. Maria di Leuca* dicitur. Diſtat ab ora proximiori Epiri 60. mill. paſſ. in occaſum a Gallipoli 24. mill. paſſ. in Eurum, & ab Alexano 9. mill. paſſ. in meridiem. Ibi aliàs oppidum praeclarum, *S. Maria di Leuca*. Nunc in ruinis jacet. Vide Japygium promontorium.

Thucyd. *Liv.* Acrae, Acraeȩ Ptol. *Acremont*, oppidum Siciliae exciſum, in finibus Syracuſanorum apud Palatiolum & Claromontem oppidum ac apud Buſſenam oppidum & ortum Anapi fluv. ad 2. mill. paſſ. à Raguſa opp. amplo 12. in Bor. Ejus mem. Sil. lib. 14.

Non Tapſus, non è tumulis glacialibus Acra.

Thucyd. Acragas, *Drago*, fluvius Siciliae apud Agrigentum fluens. Vide Agragas.

Polyb. *Ptol.* Acrath, *Ve'ez de Gomera* Marm. incolis *Deyrat* Bediz, al. *Agenna*, al. *Mezemme*, oppidum Maur. Tingitanae littor. contra Malacam Hiſpaniae urb. inde 80. leuc.

¶ Acrath, *Bediz Velez*, oppidum eſt hodie regni Fezzae in prov. Errifis & in ora maris Mediterranei. Diſtat tantùm à Malaca urbe 30. leucis Hiſpanicis in auſtrum.

Strab. *Ptol.* Acria, *Ormoas*; teſte Mol. opp. Laconicae marit. apud oſtia Eurotae fluv. inter Gythium ad occaſum 140. & Aſopum ad ortum 60. ſtad. diſſitum.

Cedren. Acrida. Vide Achris, & Lychnidus.

¶ Acrij, *Monte Sirij*, montes Siciliae inf.

Strab. Acriſione urbs fuit Peloponneſi apud Argos, ab Acriſione Acriſii Regis filia nomen habens. Unde Acriſionaeus nomen gent. Virgil. lib. 7. Æn.

Acriſionæis Danae fundaſſe colonis.

Strab. *Ptol.* Acritas prom. geminum; unum Bithyniae, *Capo Acria*, ad Boſphorum Thracium, quod & Acra Melaena, hoc eſt promontorium nigrum appellatur apud Orpheum, haud procul à Chalcedone urbe, teſte P. Gyllio. Alterum Meſſeniae, *Capo di Gallo*, teſte Soph. cum aliis, inter Methonem ad Bor. & Coronen ad Auſtrum proximas urbs: unde ſinus Coronaeus, ſive Aſinaeus incipit; qui & Meſſeniacus ſinus appellatur.

¶ Acritas promontorium eſt Peloponneſi in Meſſenia provincia, 18. mill. paſſ. à Corone in meridiem.

Plin. Acroathon, ſive Acrothon, ut apud Plinium & Melam. Acrothoon Herod. Athos Acron. Ptol. *Cima di monte ſanto*. Jugum Athi cum oppido cognomine, ubi nunc cœnobium ingens & celebre Graecorum, quod aliis cœnobiis & opp. ejuſdem mont. praeeſt. Ibi bibliotheca recondita, & literis opera navatur ſedulò, cùm inde Epiſcopi deligantur.

¶ Achroathon hodie à Graecis ἁγιῶν ὄρος dicitur, eſtque in ea parte Maced. quae nunc *Jamboli* nuncupatur. Vide Athos.

Plin. *Ptol.* Acroceraunia, Acroceraunij, & Ceraunij Melae, *monti della Chimera*, teſte Alphonſo Adriano cum aliis, montes Epiri altiſſimi inter Aulonem urb. Macedonicam in Bor. 35. & Buthrotum in meridiem 92. mill. paſſ. à Japygio Italiae promont. 700. ſtad. in ortum quot à Corcyra in Arctos. Sic montes etiam Armeniam ab Iberia diſterminantes dicuntur quòd à fulminibus ob eorum celſitudinem feriantur.

¶ Acroceraunia juga, ſeu Acroceraunij montes hodie *Monts de la Chimere* dicuntur, ſeu etiam Montes Diaboli, teſte Brietio. Sunt prope Acroceraunium promontorium inter Albaniam & Epirum, prope Aulonem, & ejus incolae *Chimarioti* vulgò dicuntur.

Acroceraunium prom. Epiri, pars Acrocerauniorum, mari Jonio imminens, Lacinio prom. magnae Graeciae adverſum, inde 75. mill. paſſ. in ortum recedens, *Capo della Chimera*. Hic olim Acroceraunia epiſc. ſub archiepiſcopo Dyrrachino, quae nunc *la Chimera* dici videtur. De Acrocerauniis Ovid. l. 2. de remed. amor.

Hæc tibi ſint Syrtes, hæc Acroceraunia vita.

¶ Acroceraunium promontorium hodie *Capo della Lengueta* dicitur, eſtque in Epiro & in limite Albaniae prope Aulonam, 60. mill. paſſuum ab Hydrunto in ortum.

Strab. *Plin.* *Pauſ.* *& al.* Acrocorinthos, arx & mons Corintho urbi imminens non ſecùs ac Ithome Meſſenae imminebat. Hic mons à media Graecia, teſte Plutarco, ortum habet. De ea Stat. lib. 7. Thebaid.

Jam pronis Gadivus equis Ephyræa premebat

Littora

Littora, qua ſummas caput Acrocorinthus in auras Tollit.

Mel. Acronius, Brigantinus Plin. Podamicus poſterioribus, *Bodenzee* lac. maximus inter Rhætos, & Helvetios, cui Venetus apud Conſtantiam urbem copulatur: per quos Rhenus fluvius decurrit. Illum circumſtant San-Gallum urbs libera, Brigantium opp. Lindavium urb. lib. & Podamium opp. cum aliis opp.

¶ Acronius & Brigantinus ſunt duo lacus, Cluverio & aliis, quod rectius, Acronita enim is quem Cellenſem lacum *Cellerzee* ab oppido Cella appellant; Brigantinus autem & Venetus ſeu Podamicus, is eſt qui nunc Conſtantienſis vocatur; eſtque longitudinis 40. mill. paſſ. *Bodenzee* Germanis, *Lac de Conſtance* Gallis, & *Lago di Conſtanza* Italis, eſtque inter Helvetios, & Sueviam. Acronius autem *Lac de Zell* Gallis, eſt prope & infra Conſtantiam Scaphuſiam verſus; vixque extenditur ad 12.mil. paſſ. Per eum labitur Rhenus fluvius: habetque inſulam Sinoviam, *Richenaw*, in qua ædificata fuit Augia major ſeu dives ordinis S. Benedicti: in qua Scholæ olim fuerunt totius Germaniæ celeberrimæ.

Dion. & Steph. Acropolis, *Luco*, oppid. Marmaricæ inter Bathracum port. ad occ. & Scytranium port. ad ort. a Creta 500. mill.paſſ.in auſtrum.Vide Antipyrgus.

¶ Acropolis. *Agropoli*, opp. in littore prov. Princip. citerioris in regno Neapolitano.

Jornan. Acroventum, *Governo*, pag.Venetiæ apud Padum, ubi is Mincium fluv. excipit, in agro Mantuano, interMantuam 10. & Concordiam apud Mirandulam 26.mill.paſſ. haud procul a D. Benedicti cœnobio.

¶ Acroventum vulgò *Governolo* dicitur; eſtque ditionis Mantuanæ, non Venetæ, & ad Mincium fluvium, qui duobus abhinc miliar. in Padum ſe exonerat inter Mantuam & Mirandulam.

¶ Acza, *Akſa* & *Akza*, fluv. Aſię, in Georgia reg. in mare Caſpium ſe exonerans prope urbem *Zitrach* in Zuiria regione.

¶ Acſteda, *Ackſteede*, oppidum Germanię inf. in Ducatu Bremenſi ad fluvium *Lun*, in ditione Svecorum. Diſtat a Brema 6. miliaribus Germanicis in Boream, & paulò minùs a Staada in occaſum.

Strab. Actę, reg. Helladis. Vide Attica. Hinc Actęus nom. gent.Ovid.lib.12.Metamorphoſeon.

Sit ſuper Actæas Heros Cylenius arces.

Plin. Actania, *Heliglhandt*, teſte Ortelio inſula maris Germanici in alto contra Albis fluv.oſtia.Ditmarſię orę adjacens.

¶ Actania, *Heligblandt*, inſula eſt parva Danię ſub dominio Ducis Holſatię, & ferè 8. milliaribus Germanicis diſtans in ortum ab ora Dithmarſię, cujus pars eſt, & paulò plùs ab ora Friſię orientalis in Boream.

Euſeb. Caſ. Actianus, ſive Accianus fundus, locus Umbrię circa Piſaurum urbem; qui nunc *Farnazzano* nominatur.

Cic. Strab. Plin. Liv. & al. Actium, *C. Figalo*, urbs & prom.Epiri ad os ſin. Ambracij, contra Nicopolim urb. proximam vix milliario diſtantem, à Buthroto & Corcyra 50. mil. paſſ. in merid. Leucadem verſùs 30. olim templo Apollinis clarum. Ibi Auguſt. Marc. Antonium vicit. Hinc Actius, & Actiacus nomen gent. Ovid. lib. 1. Faſt.

Frondibus Actiacis comptos redimita capillos,
Pax ades.

Sil. lib. 15.

Leucata, & Phębi vidit citus Actia templa.

Ptol. Acula, ſive Aquula, *Aqua pendente*, oppidum Hetrurię loco ſublimi apud Peliam flumen aquis abundans, inter Senam 40. & Volſinios Romam verſùs 10. mill. paſſ. medium ferè inter Oropitum ad ort. & Suanam ad occ. 12. mill. paſſ. Cujus pop. à Plin. Aquenſes nominantur. Sunt qui aquas Taurinas eſſe velint.

¶ Acula, ſeu Aquula, urbs eſt Hetrurię in ditione Pontificia & in agro Urbevetano 5. miliaribus a limite territorij Senenſis, & 8. a Volſinijs. Epiſcopali ſede decorata fuit ab Innocentio X. anno 1647.loco Caſtri diruti.

Ptol. Acumincum, *Zalonkemen*, opp. Pannonię infer.ad Danubium, inter Petrovaradinum ad occ. & Taurunum ad ort.6.leuc.vel, ut aliis libet, *Cameiz* pag.apud Petrovaradin.

¶ Acumulum, *Acumoli*, opp. Aprutij ulter. in Italia, ad fluvium Truentum, 12. mill.paſſ.diſtans a Nurſia urbe in ortum, & paulo plus ab Aſculo in Circium in limite Umbrię & ad radices Apennini.

¶ Acus, *Agulha*, Luſit. *l'Aiguille* Gallis, inſula maris Aethiopici ſeu Barbarici. Dicitur etiam *Isle de Gale*: diſtatque 900. mill. paſſ. ab ora Zanguebarię in ortum, uti 300. a parte ſeptentrionali Madagaſcarię.

Acuſio col. (non Acuſiorum col. ut Ortel. cum aliis legit) poſtea Gratianopolis ab inſtauratore dicta, *Grenoble*, urbs Gallię Narbonenſis in finibus Allobrogum ad Hiſaram fluv. epiſc. ſub archiep. Viennenſi, inde 15. leuc. totius Delphinatus conventus juridicus, à Civarone urbe primaria Sabaudię 6. leuc. diſtans. Sed potiùs *Agu* pag. eſt ejuſdem tractus. *Ptol.*

¶ Accuſio, *Grenoble*, dicitur etiam Cularo, diſtatque 9. leucis à Civarone in meridiem, 4. a Cartuſia, & 16. a Lugduno in Eurum. Sedet in planitie ad radices montium & ad Iſàram fluvium, ubi recipit Dracum in valle Griſivodana. Vide Gratianopolis.

¶ Acutus, *l'Agout*, fluvius Gallię in Occitania. Caſtrum rigat & Vaurum urbes, & poſtea in Tarnum ſe exonerat.

¶ Acuum prom. *Cap. des Aiguilles*, Luſitanis *Capo de Agulhas*, caput extrem. & pręcip. promontorij Bonę Spei in Africa meridionali.

Acys fluv. Sicilię. Vide Acis. Sil. lib. 14. *Sil.*

Quippe per Æneos Acys petit æquora fines,

¶ Aczudia, oppidum Valachię, vulgò *Aczud*, infra Backoviam, ad fluvium *Miſſovo*.

Ad anſam *Jthanceſter* teſte Camd. oppid.Albionis in Eſſeria reg. Anglię, inter Combretonium 15. & Camolodunum 6. mill. paſſ. occurrens. *Ant.*

Ad aquas Larodas, opp. Sicilię apud *Xaccam* oppid.Vide Thermas. *Ant.*

Adaquilas, *Igle*, pag. apud Treviros, & oppid. Gallię Celticę in Normannia *l'Aigle*, inter Druides 11. & Falleſiam 9. leuc. *Ant.*

¶ Ad Aquilas, *l'Aigle*, oppidum Normannię. Ad Rillam fluv. ſedet inter Drocas 15. Falleſiam 17. & Sagium 9. leuc. Vide Aquila.

Ad caballos, *Bagnacavallo*, opp. Æmilieę. Vide Tiberiacum. *Ant.*

Ad caſas Cęſarianas, *S. Caſſiano*, pag. Hetrurię, a Florentia 8. mill. paſſ. Senas verſùs. *Ant.*

Ad Columellas, locus Æmilię apud Ravennam, inde 6. mill. paſſ. ubi Majorianus Auguſtus creatus eſt, teſte Hieron. Rubeo. *P.Dia.*

¶ Ad decimum, *il Borghetto*, opp. Italię, 10. mill. paſſ. ab urbe, Anconam verſùs.

Ad fines, *Pfin*, opp. non Rhetię, ut ſcribit Ortel. ſed Helvetiae, ad Taurum fluv. à Conſtantia urb. vix miliario Helvetico Tigurum verſùs diſtans. Ad fines etiam *Tuin*, oppidum Belgij in Hannoniae & Leodienſ. ditionis conf. ad Sabim fluv. à Montibus 4. leuc. in ort. Namurcum verſus. Ad fines quoque in Liburniae & Pannoniae conf. *Samaguar*, inter Quadrata 14. & Siſciam 12. mill.paſſ.occurrens. *Ant.*

¶ Ad fines, *Tuin*, ſeu *Thuin*, opp.eſt Hannoniae, Leodienſis tamen ditionis; diſtatque à Vallocuria 3. leucis in occaſum.

Ad Herculem, portus Hetruriae, qui *Livorno* videtur Ortel. *Ant.*

Ad lapidem, *Stoneham*, teſte Camd. locus Angliae in reg. Vitarum. *Beda.*

Ad matrem magnam, *M. Vergine*, cœnobium praeclarum Hirpinorum in monte excelſo, ab Abellino urb. 4. mill. paſſ. diſtans. *Ant.*

¶ Ad matrem magnum eſt in regn. Neapol.& principatu ulteriori, ab alijs Mons Virginis dictus, ubi caput totius Ordinis cognominis.

Ad Mauros, *Maurkirchen*, teſte Laz.pag. Norici in Auſtria. *Li. No.*

Ad muros, *Sumerein*, teſte eod. Laz. pag. Pannoniae ſup. in inſula Cituorum, à Poſonio urbe 2. leuc. muro cinctus, Amm. videtur idem cum ſup. *Ant.*

Ad murum, *Waltovvn*, teſte Camd. villa ſeu pag. Albionis, apud Vallum, in Angliae Scotiaeque confinio. *Beda.*

Ad nonum, Venetię *Meſtre*, oppidum eſt Marchiae Tarviſinae; prope Venetias, ad Muſonem fluvium.

Adpalatium, *Palazzo*, pag. Venetiae à Tridento 4. mill. paſſ. in auſtrum Veronam verſùs, ad Atheſim, inter Tridentum & Roboretum oppidum. *Ant.*

¶ Ad perticas, prope Ticinum, *S. Maria delle Pertiche*, vicus Italiae in Ducatu Mediolanenſi & prope Paviam.

Ad pontem, *Paunton*, teſte Camd. oppidum Albionis in Anglia, Pons Aelius, in lib. not. medium inter Lindum urb.& Verometum opp.19.mill.paſſ. Londinum verſùs. *Ant.*

Ad pyrum, *Speyr*, urb. germ. ſup. Vide Spira. *Ant.*

Ad ſeptem aras, *Azumar*, teſte Jacobo Vaſconc. oppidum Luſitaniae in regno Portugallico, à Medobriga 14. mill. paſſ. Emeritam verſùs. *Ant.*

Ad ſeptem fratres, *Ceuta*, urbs Mauritaniæ Tingitanæ ſic dicta ab æqualitate ſeptem montium. Vide Septa.

Ad ſorores, *Val de Fuentes*, teſte Jac. Delgato, pag. Hiſp. Luſit. apud Emeritam urbem.

Lib. Not. Ad ſtatuas Coloſſas, Colocia poſterioribus, *Coloccia*, urbs Pannoniæ infer. Archiep. ad ulteriorem Danubii ripam, Altinio proxima, à Buda 12. leuc. in Eurum.

¶ Ad ſtatuas Coloſſas ſeu Colocia, *Colocz*, urbs eſt Hungariæ inferioris infra inſulam Uriam; ſubeſtque dominio Turcarum à centum quinquaginta ferè annis. Vide Colocia.

Ant. Ad turres, *S.Biaſo*, teſte Bario, opp. ſeu pag. Brutiorum in Calabria citer. inter Martoranum & Hipponium, à Neocaſtro 5. mill. paſſ. diſtans.

Mart. Rom. Ad urſum pileatum, locus urbis Romæ, ubi nunc ædes ſanctæ Balbinæ.

¶ Adachſunia, mons Africæ in regno Fezzæ & provincia *Chaus*.

¶ Adada, urbs Syriæ in Palmirene prov.

¶ Adama, urbs igne cœli conſumpta cum aliis tribus, in mari mortuo, in Palæſtina.

¶ Adamana, urbs Aſiæ in Cœleſyria, 15. leucis diſtat à Damaſco.

Dion. Ptol. Adana, *Adena*, urb. Ciliciæ archiep. & primaria, ad Pyramum fluv. ubi pons lapideus, inter Tarſum 27. & Mopſueſtiam 18. mill. paſſ. ab Antiochia magna 90. ab Iſſo 30.

¶ Adaovi, *Adaovvs*, pop. Africæ in ora Guineæ.

¶ Adara, *Adare*, oppidum Hiberniæ in Momonia orient. ad fluvium Mayum, 12. mill. paſſ. à Limerico diſtat in meridiem; deficitque in dies.

Plin. Addua, Adua Polyb. Aduas Strab. *Adda*, fluv. Inſubriæ, illam à Cenomanis & Bechunis Venetiæ pop. ſeparans. non longè ab Oeno & Atheſi oriens, perque vallem Tellinam in lacum Larium influens; à quo emiſſus, Laudem Pompejam attingit, ac in Padum inter Placentiam & Cremonam excipitur.

¶ Addua fluv. oritur in Rhætia ex Alpibus & monte Braulio, 15. mill. paſſ. à fontibus Oeni: deinde per vallem Tellinam atque Larium lacum fluens, inde emiſſus, Ducatum Mediolanenſem à dominio Veneto ſeparat ex aliqua parte, ac tandem Pado miſcetur 6. miliaribus ſupra Cremonam.

¶ Addua Glarea, *Giera d'Adda*, regiuncula Italiæ in Ducatu Mediolanenſi inter Adduam & Serium fluvios, celebris victoria Ludovici XII. Francorum Regis contra Venetos, prope vicum *Agnadello* in eo tractu.

Ptol. Addyma, *Ted Velez*, ut aliquibus videtur, opp. Mauritan. Cæſarienſ. mediterr.

¶ Adea, *Adea*, regnum Africæ in ora orientali Æthiopiæ, ubi Magodoxum urbs cum portu in Zanguebaria reg.

¶ Adeba, opp. Hiſpaniæ, ubi forſan *Ampoſta* ad oſtia Iberi fluv. in Catalonia prov. Sanſoni eſt Adebra ſupra Dertuſam.

Ptol. Adedi, urb. Arab. fel. extra fauces ſinus Arabici, *Aden* teſte Nig. Sed *Aden* aliis eſt Arabiæ emporium.

¶ Adel, *Adel*, regnum Africæ in ora orientali Æthiopiæ cum urbe cognom. versùs fauces maris Rubri, in Zanguebaria regione, ad Adelum fluvium, 150 mill. paſſ. à freto *Babelmandel* dicto in meridiem. Vide Azania.

¶ Adendum, opp. Africæ in regno Fezzæ & prov. Temeſna verſus Ommirabihum fluvium.

¶ Adenum, *Aden*, urbs Arabiae permunita, ad radices montis, alias caput regni, cum portu. Capta fuit anno 1538 à Turcis, qui à paucis annis inde ejecti fuere. Alias Arabia dicta fuit, 200 mill. paſſ. diſtat à faucibus maris Rubri in Cæciam, & totidem à Saba in Eurum.

¶ Aderborna, *Aderborn*, oppidum Germ. in Pomerania ſup. ad Oderam fluv. paulò infra Stetinum, ſub Svecis.

¶ Aderburgum, *Aderburg*, oppidum Germ. ad fluv. Oderam, in media Marchia Brandeburgenſi, 9 leucis à Stetino urbe.

¶ Adhile, *Adhil*, opp. Aſiæ in ditione magni Mogoris, & prov. *Tatta*, non procul ab oſtiis Indi fluv.

Strab. Adiabene, *Botan*, teſte Jacobo Caſtaldo, reg. Aſſyriæ, cujus pop. Adiabeni.

Ptol. Adiacium, *Ajazzo* ſive *Ajaccio*, urbs Corſicæ marit. epiſcopalis ſub archiep. Piſano in ora occidua, olim Urcinium.

¶ Adicara, oppidum Arabiæ, in ora interiori ſinus Perſici; aliis eſt Idicara.

¶ Adima, *Adima*, oppidum Moſcoviæ ad Mooxam fluv. in Mordua prov. 70 mill. Germanicis diſtat à Moſcua urbe in ortum.

¶ Adingtona, *Adington*, oppidum Angliæ cum caſtro in Surria prov. 7 mill. Anglicis à Londino in meridiem diſtans.

¶ Admiralis inſ. *Admiraliteitz eylandt* Batavis, *Iſle de l'Admiral* Gallis, inſ. parva in ora litt. Novæ Zemblæ ad Septent. Moſcoviæ.

Ptol. Adonis, *Canis & Narracellebe* incolis, teſte Guilielmo Tyrio, & Poſtello, fluv. Phœniciæ ex Libano mont. in mare inter Byblum & Berytum urbes delabens, à Beryto 6. mill. paſſ. mari exceptus, patriarchatum Antiochenum ab Hieroſolymitano ſeparans.

¶ Adorſum, *Adorf*, oppid. Germaniæ in Voigtlandia, in ditione Electoris Saxoniæ, ad fluv. *Elſter*.

¶ Adorianum, *Adorian*, opp. Tranſylvaniæ in confin. Hungariæ juxta fluv. *Berethon*.

Ptol. Adra, *Zerunaz*, opp. Liburniæ mediterr. quod *Oduca* Mol. & Villanov. potiùs dicitur, Arauzonæ proximum. Eſt & Adra urbs Arabiæ petreæ epiſ. ſub archiep. Boſtrenſi. Item alia in Cœleſyria.

Strab. Plin. Ptol. Adrabæ campi, *Marckfeld*, tractus Germ. in Moravia apud Auſtriæ limites, ab Hamburga urbe 2. leuc. in Bor. ubi olim Marcomanni pop.

Adramyttium, & Adramytteos Plin. *Landramiti*, & Turcis *Endromit*, teſte Leuncl. urb. Troadis marit. epiſc. ſub archiep. Epheſino, ad mont. Idæ radices, inter Antandrum ad Bor. 31. & Elæam urbem Æolidis in auſtrum 50. mil. paſſ. à Pergamo 52.

¶ Adramytticus ſeu Adramittenus ſinus, hodie *Golfe de Landramiti*, pars eſt maris Ægæi in ora Myſiæ majoris & Troadis, prope Adramyttium; dictuſque fuit etiam Idæus ſinus, Guill. Sanſone teſte.

Polyb. Adrana, *Eder*, fluv. Germ. per Haſſiam in Fuldam apud Caſſellam urb. influens, ac juxta Valdecum & Friſlariam urbes decurrens; licet Ritheimerus, *Rhoer*, fluvius Weſtphaliæ in Rhenum ad Diſpargum urb. labentem, qui Rura eſt, interpretetur. Legitur etiam Adranus apud Tac.

Ant. Adranes, *Edrenos* apud Turcas, teſte Leunclavio urbs Bithyniæ olim epiſc. quæ & Adrani, apud Pruſam urbem. Hujus nominis altera fuit in Thracia.

Ant. Adrantis, Adranis Zoſimo, *Dragemel*, ut Wolfango Laz. videtur, oppidum Pannoniæ ſuperioris ad Savum fluv. medium inter Æmoniam & Celejam 25. mil. paſſ. apud Draburgum.

Plin. Plut. Sil. Adranum ſive Hadranum, *Aderno*, opp. Siciliæ ad Ætnæ mont. radices, a Catina 16. mill. paſſ. in occ. à Tauromino 42. Popul. Adranitani Plin. Ejus mem. Sil. lib. 14.

Adranum Ergentùmque ſimul, telâque ſuperba
Lanigera Melite.

¶ Adraon, urbs Arabiæ majoris ſeu deſertæ, epiſcop. ſub archiep. Boſtrenſi, Guill. Tyrio teſte. Vide Adratum.

¶ Adrapſa, *Andicaton*, urbs Hircaniæ.

Lib. Conc. Adraſus urbs fuit epiſc. Syriæ ſeu Phœniciæ ſub archiep. Seleucienſi.

Adratum, *Caſtrum Bernhardi de Stampis*, teſte Guil. Tyrio, urbs Arabiæ petreæ apud fines Palæſtinæ, epiſcopalis ſub archiep. Boſtrenſi.

Plin. Mel. & al. Adria, mare Adriaticum, ſeu ſinus maris Adriatici, Illyricum, Hiſtriam, Venetiam, Galliam togatam, Picenum, Aprutium, Apuliam, & Salentinos, teſte Mela, perfundens, *Golfo di Venetia*. Scribitur & Hadria, ſicuti & mare Hadriaticum. Ejus mem. Luc. lib. 2.

- cùm totas Adria vires
Movit,

Hinc Adriaticum mare. Virg. lib. 11. Æn.

Amnis & Adriacus retro fugit Aufidus undas.

¶ Adria ſeu Adriaticum mare propriè ſinus eſt ampliſſimus maris Mediterranei inter Græciam, Illyricum, & Italiam extenſus. Dicitur etiam perſæpe ſinus Venetus à Venetijs urbe celeberrima, Gallis *Golfe de Veniſe & mer Adriatique*.

Strab. Plin. Ptol. & al. Adria, quæ & Atria, & Hadria, urbs gemina, una Venetiæ in ora, epiſc. ſub archiep. Ravennate, inde 50. mill. paſſ. in Bor. Venetias versùs totidem, aquis penè abſorpta, (cujus Epiſcopus Rhodigii oppido reſidet) Atria Plin. à qua mare Atriaticum, poſtea Adriaticum; aliis verò Adria & Hadria. Altera Piceni, Adria Plin. & Melæ & Ptol. Hadria aliis, patria Hadriani Imp. & col. urb. epiſc. Piceni in Apprutio ſub archiep. Teatino, inde 20. mill. paſſ. in occ. ab Interamna 12. in Bor. versùs oram littoralem, à qua 7. mil. recedit. *Atri* nunc. Prior verò *Adri*, & *Adria* paſſim nominatur. Hinc mare Adrianum. Hor. lib. 1. ode 16.

- ſive flamma, ſive mari libet Adriano.

Adria adeo fluctibus concitatur, ut adagio locum fecerit, *Adria iracundior*, cùm aliquem irritabilis ingenij & animi iracundi notare volumus. Hor. carm. l. 3. ode 9.

- & improbo iracundior Adria.

¶ Adria Aprutij urbs, ſedet in colle, 4. mill.paſſ.à mari Adriatico; eſtque Ducatus domus Aquævivæ in regno Neapol. 10. mill.paſſ. à Pinnenſi civitate in Boream.

l. Adrianopolis, ſeu Hadrianopolis, *Andernopoli*, & *Endrem* Turcis, teſte Leuncl. urbs Traciæ ad Hebrum fluv. emporium, & metrop. ac ante captam Conſtantinopolim Regia Turcarum, inter Philippopolim 72. & Byzantium in ortum 130. mill. paſſ.

¶ Adrianopolis urbs eſt etiamnum ampla,& Thraciæ poſt Conſtantinopolim præcipua, ubi aliquando commoratur magnus Turcarum dominus, uti hiſce ultimis annis. à Gallis *Andrinople* dicitur.

r. Adrianum mare, idem quod Adriaticum & Adriacum. Hor. lib. 1. carm. od. 16.

- Sive mari libet Adriano.

¶ Adriaticum mare, *Golfo di Venetia*, quibuſdam *mare Adriatico*. Gallis *le Golfe de Veniſe*. Vide Adria ſuperius, Hadriaticum mare, & ſinus Illyricus.

¶ Adrobus, *Adrobe*, fluv. Aſiæ in Tartaria Moſcovitica. Influit in Wolgam fluv. infra Cazanum.

¶ Adrobicum, oppidum Callaicorum. In Hiſpania Tarraconenſi, in ora litt. *la Corunna*. alijs Caronium dicitur. Portum habet capaciſſimum & tutiſſimum; diſtatque 9. leucis à Compoſtella. Sed aliis Caronium eſt Flavium Brigantium.

Liv. Adrumetum, Hadrumetum Melæ, Adrumittos Ptol. col. & urb. olim epiſc. ſub archiep. Carthaginenſi, in ora littorali Africæ inter Aphrodiſium ad occ. & Ruſpinam ad ort. à Carthagine 75. mill. paſſ. in ort. diſtans, nunc *Toulba*, teſte Alfonſo Adriano, & *Mahometta* Mercatori.

¶ Adrumetum ab omnibus vulgò *Mahometta* dicitur; eſtque probè munita, in regno Tunetano & in ora maris Mediterranei; unde ſinus adjacens dicitur *Golfe de Mahomete*; urbs autem ipſa dicitur ab Arabibus *Hamametha*, & 40. mill. paſſ. diſtat a Thyſdro in Boream.

Strab. Clau. Adua, *Adda*, fluv. Inſubriæ. Vide Addua. Claud. de 6. conſ. Hon.

Adua, quæ ſciſſas ſpumoſior incitat undas.

Ant. Aduaca Tungrorum, Aduaticum Ptol. (ut Huberto Leodienſ. videtur) olim oppid. nunc pag. Belgij in Brabantia, *Tongerloo*, apud Herentallum opp.

¶ Aduaca eſt in ditione Leodienſi, *Tongeren* vulgò, eſtque etiamnum opp. ad fluv. *Jecken*. 4. leucis diſtat à Leodio. Vide Atuacutum.

Cæſar. Aduatici, populi Belgij, quorum urb. Duacum, *Douay*, accad. Flandrorum non obſcura, inter Atrebates 7. & Tornacum 8. leuc. a Cameraco 5. in Bor. Inſulam versùs, ad Scarpum fluv. Sed aliis Aduatici in Brabantia locantur, eorumque urb. Boſcum Ducis, *Boſleduc*, epiſc. ſub archiep. Mechlinienſi apud Moſam, in Holandiæ & Geldriæ confinio, ab Antuerpia 12. leuc. in ort. Duacum verò, teſte Guicciardino, urbs eſt Catuacorum, quos Cæſar eo loci deſcribere videtur.

¶ Aduatici populi fuere, ubi hodie Comitatus Namurcenſis, *le Comtè de Namur*, provincia Belgij ſatis parva, cujus caput Namurcum, ad Moſam fluv. ubi recipit Sabim, teſte Sanſone. Sed longè diſtat à Duaco in ortum.

Ptol. Adula, Aduallas Strab. *M. di S. Gothardo*, & *Gothardsberg* Germanis, mons ſummarum Alpium, inter Inſubres & Helveticos, ex quo Rhodanus per Galliam Rhenus per Germanias, & Ticinus per Inſubres fluunt; inter Belitionem opp. Inſubrum ſub Helvetiis 35. & Uriam ſeu Taurum, *Torff*, urbem & conventum Helveticum 20. mill. paſſ.

¶ Adula, *le Mont S. Gothard* Gallis, mons eſt Alpium Rhæticarum, ubi incipiunt Penninæ: eſtque in Helvetijs in pago Urienſi. Adulæ autem partes ſunt montes *Criſpaltberg*, unde Rhenus anterior effluit, & *Vogelberg*, Italis *monte Ucello*, unde Rhenus poſterior oritur, *Mont Furck*: unde Rhodanus, & Ticinus, & *Mont Grinſel*, unde Arola fontes habent.

Plin. Aduliton, Adulis Steph. Adule Ptol. urb. Æthiopiæ ſub Ægypto, & empor. ad ſin. Arabicum, *Docono*, in ora inter Ptolemaidē ferarum & Diren apud fauces ſin. prædicti. Aliis eſt *Ercoco* portus & urb. ejuſdem oræ a Ptolemaide prædicta 211. mill.paſſ.in ortum diſtans. Pop. Adulitæ Plin. qui Adulton inter Ptolemaidem & Diren quinque dierum navigatione diſtare ſcribit.

¶ Aduliton ſeu Adulis, oppidum Trogloditicæ in ora ſinus Arabici. Sanſoni & alij eſt *Ercoco* emporium celebre cum portu in Abexia regione, aliàs in ditione Abaſſinorum, qui nullum alium portum habebant ad mare Rubrum. Poſtea expugnatum fuit à Turcis. Sed quidam narrant Turcas hinc ejectos fuiſſe à paucis annis.

Plin. Adunicates, populi Galliæ Narbonenſis quos quidam falsò Albingaunenſes in Liguria interpretantur.

¶ Adura, *Ayre*, urbs Aquitaniæ. Vide Aturres.

Adurnum, *Ederington*, teſte Camd. oppidum in ora, Angliæ auſtrali, in com. Suſſexiæ. Lib. Not.

¶ Adzelia, *Adzel*, oppidum Livoniæ Duc. prope Treideram fluv. juris Svecici: alijs eſt *Abzel*, & juxta fluvium Aa.

Æa, Æapolis Ptol. *Lipotamo*, teſte Mol. urbs Colchidis marit. apud Phaſim & Hippum fluv. inter illum & Cyanum, à Phaſide urbe ad 30. mill. paſſ. diſtans in Bor. Hujus pop. Æætæ, quorum mem. Val. Flac. lib. 1. Argon. Plin.

Hunc ferus Æetes, Scythiam Phaſimque rigentem
Qui colit. Et lib. 5.
Barbarus in patriis ſectatur montibus Æam
Phaſis amore furens.

Eſt & Æa inſ. circa Phaſidis fluv. oſtia, cujus mem. Apollon. nunc *Satabella* Mol.

Æas, qui & Aous, teſte Plin. *Vajuſſa* nunc, ut nonnullis videtur, fluv. Macedoniæ ex Pindo monte oriens, ac in mare Jonium inter Dyrrachium & Apolloniam ſeſe præcipitans. Ejus mem. Ovid. lib. 1. Metam. Strab. & al.

Æpidanùſque ſenex, leniſque Amphryſus, & Æas.

Luc. lib. 6.

Purus in occaſum, parvi ſed gurgitis, Æas.

qui potiùs à Candaviæ montibus, quàm à Pindo profluit.

¶ Pindus enim longè à Dyrrachio diſtat.

Æbura, *Talavera*, teſte Ambroſ. Mor. cum Ant. Beuthero, urbs Hiſpaniæ Taraconenſis apud Tagum fluv. in Caſtella nova, à Toleto 12. leuc. in occ. diſtans, Ulyſſiponem versùs. Vide Libora. Liv.

Æcana, urbs Apuliæ Dauniæ epiſcop. *Troja* nunc. Vide Ecce.

Æculanum, *Laconiano*, oppidum fuit Hirpinorum, ſeu Lucaniæ in conf. ab Appiano Alexand. memoratum. Popul. Æculani Plin. licet Auſeculani apud pleroſque legatur. Vide Eclanum. ſic enim apud Anton. Aug. legitur. App. Alex.

¶ Æculanum, hodie eſt Fricento, urbs Principatus ulterioris in regno Neapolitano ad radices Appennini, non procul a Tripalto fluv. teſte Brietio. Vide Fricentum.

Ædera, Eder, fluv. Germaniæ ex montibus Haſſiæ apud Dillemburgum opp. oriens. Vide Adrana. Script. Germ.

Ædeſſa, Edeſſa Liv. & Polyb. quæ & Ægæa, *Vodena* Mol. Soph. & aliis, urbs Macedoniæ in Æmathia, Pelle & Berrhœæ finitima, à Pella 28. mill. paſſ. inter Heracleam ad occ. & Theſſalonicam ad ort. 50. Ptol.

Ædui, Hedui Plin. & aliis, pop. Galliae Celticæ (quorum reg. Burgundia duc. & urb. Auguſtodunum, quæ & Hedua dicitur) à Sequanis pop. alterius Burgundiæ Arari fluv. diviſi. Cæſ.

¶ Ædui populi fuere Galliæ Celticæ potentiſſimi, inter Ligerim & Ararium, quorum tractus hodie *l'Autunois* dicitur ab eorum urbe præcipua, *Autum*, ad Arotium fluv. continebatque alias majorem partem Ducatus Burgundiæ, ubi tractus Auguſtodunenſis, Carolenſis, Alexienſis, & Cabillonenſis. Sed hodie multo minor eſt.

¶ Æga, *Iſola delle Capre*, inſula maris Ægæi, in ora Aſiæ inter Chium & Tenedum. Vide Æx.

Ægabra, *Cabra*, opp. Hiſp. Bæticæ. Vide Agabra. Vet. Inſ.

¶ Ægades inſ. versùs Siciliam. Vide Ægathes.

Ægæ urbs fuit Ciliciæ epiſc. ſub archiep. Anazarbeno, in ora littorali proxima Mallo & Iſſo, cujus memor. Luc. lib. 3. Ptol.

Mallos, & externa reſonant navalibus Ægæ.

Ægæum mare, *Arcipelago*, mare mediterran. inter Aſiam propriè dictam, & Macedoniam ac Græciam interfuſum, ab Ægе ſcopulo inter Tenedum & Chium teſte Plinio dictum, Aſiam prædictam ad ortum, Traciam ad Bor. Macedoniam, & Greciam cum Peloponneſo ad occ. Cretam ad merid. alluens: in quo inſulæ plurimæ Cyclades ſunt, & Sporades. *Acdeniz* à Turcis, teſte Leunclavio appellatum. Ovid. lib. 4. faſt. Strab. Plin. Mel. & al.

Hinc ivit Ægæum, quo Cycladas adſpicit omnes.

Luc. lib. 2.

Ut maris Ægæi medias ſi celſus in undas
Depellatur Eryx.

¶ Ægæum mare à Gallis *l'Archipel* dicitur, & à Græcis *Archipelagos*. Vocatur etiam *Mer de Candie*, prope Cretam inſ. quòd autem à Turcis *Acdeniz* dicatur, quam vocem Græci explicant Aſpra Thalaſſa, *la Mer blanche*, id fit quatenus opponitur Euxino Ponto, quem *Caradeniz* appellant, ut vertunt Græci. Mauro Thalaſſa, *la Mer noire*, continet plurimas inſulas, ex quibus Samos, Chius, Lesbos, Tenedos, Cos, & aliæ in ejus ora orientali versùs Aſiam in ipſa Aſia cenſen-

cenſentur ; aliæ verò , uti Lemnos,Thaſſus, Samothrace,Eubœa Cyclades, & aliæ in parte occidentali ſub Europa comprehenduntur. Vide Inſulas Archipelagi.

Mel.Sol. Aegathes, *Gotham* Faz.inſ. maris Africi inter Siciliam & Carthaginem occurrens navigantibus, Carthagini propior, apud ſinum illius 3. mill. paſſ. patens. Nardo eſt *Favognana*, quę Siciliæ proxima eſt. Vid.Æguſa.Liv.tamen illam inter Lilybæum & Carthaginem deſcribit,clade Rom. memorabilem ob naufragium. Mela propiorem eam facit Carthagini : ex quo error Nardi deprehenditur.

¶ Ægathes ſunt tres inſulæ ad occid. Siciliae; nempe Phorbantia, Hiera, & Æguſa, quę nunc *Levenzo*, *Maretamo*, *& Favognana* dicuntur.

Virg. Ægeria ſylva,& Ægerium nemus inLatio apud Ariciam, ſic à nympha dicta.

Eductum Ægeriæ lucis Hymettia circum. Virg.lib.7.Æn.

¶ Ægeſta, quae & Egeſta, *Barbara*, urbs Siciliae in parte occidentali Drepanum verſùs, nunc in oppidulum redacta.

¶ Ægeſtaei, popul. Epiri, in ora maris Adriatici, prope oſtium Acherontis fluv.

Suid. Ægiala & Ægialos, *Hyali*, teſte Soph. oppid.Amorgi inſulae. Haec Begialis à Ptol. nominatur.

Plin. Ægialia, inſul. gemina, una maris Cretici apud Peloponneſum, *Cecerigo*, Cytherae proxima, inter illam 15. & Phalaſarnam oppid. Cretae occ. 25. mil. paſſ. occurrens.

Altera, teſtePlinio, inſ. maris Jonii circa Echinadas, Ætoliae adjacens, parva, potiùs ſcopulus videtur quàm inſ.unde illi nomen hodie non eſt.

Strab. Arrian. & al. Ægialos,Cobialon Hom. in aliquibus editionibus, *Cagiali*, teſte Jo. Leuncl. urb. Aſiae in Paphlagoniae ora apud Cròmnam. Altera opp. Peloponneſi apud Sicyonem, teſte Strab. alia in Amorgo inſ. Vide Aegialia. Eſt & Ægialus mons cum urbe in Galatia, teſte Cedreno, quae urbs eadem eſſe cum Paphlagonica videtur.

Plin. Ægida, *Cavo d'Iſtria*, urbs Hiſtriae primaria, Vide Juſtinopolis.

¶ Aegida eſt in inſula ſinus Tergeſtini, ponte juncta continenti, & a Juſtino filio Juſtiniani Imper. reparata, de ſuo nomine Juſtinopolis dicta fuit.

Plin. Hero. Ægila, Augila Ptol. *Augela* adhuc in tab. recentioribus dicta, urb. Cyrenes interiùs intra ſolitudines, à Boreo promont., in auſtrum 120.mill.paſſ. diſtans, unde vaſta & ingens ſolitudo nominatur. Eſt & inſula maris Cretici apud Pind, Vide Ægialia. Ejus mem. & Dionyſ.Afer.

Ægilaque, inde Cythera, Calauria dura colonis,

Ægilia, Aegila Pl, inſ. vide Ægialia. nam eadem eſt.

Hero. Steph. Plin. Ægilium, *il Giglio*, inſula maris Tyrrheni apud Coſanum littus, & mont. Argentarium, a quo 10. mill. paſſ. abeſt. Eadem Igilium apud Rutil. Vide ibi.

¶ Ægilium, *l'Isle du Lis*, Gallis, eſt in ditione magni Ducis Hetruriae.Subeſt tamen in ſpiritualibus Abbati trium fontium, propè Romam, nullius diœceſi, ut ajunt. Ibi tantùm pagus cum caſtro.

Strab. Plin. Liv. Hirt. & al. Aegimurus, *la Galetta*, inſ.maris Tyrrheni inter Siciliam, Sardiniam, & Africam, apud ſin.Carthaginenſem, à Carthagine 230. ſtadiis, teſte Anton. in itin.diſtans. Aegimuri num, plur. Plin. Aegimurus Liv.

¶ Aegimurus, *Galata*, inſula maris Africi. Diſtat ab ora litt.Africae & ab inſ.Tabarca 10. leuc. Gallicis: eſtque parva admodum & deſerta.

Strab. Hero. Plin. & al. Aegina, *l'Egina*, Soph. inſ. ſinus Saronici inter Epidaurum Peloponneſi & Pyraeum port. Atticae ad 28. mill. paſſ. cum urbe cognomine epiſc. olim ſub archiep. Athenienſi, nunc metrop. à Megaris 100. ſtad. in merid, De ea Ovid. lib. 7. Metam.

Æacus Aeginam genitricis nomine dixit.

Stat. l. 7. Theb.

Si modo placarit felix Aegina Tonantem.

Pauli Medici inſignis patria fuit, ex qua is Aegineta cognominatur. Aeginetes vero apud Steph. fluv. eſt Paphlagoniae cum opp. cognomine.

¶ Aegina *Engia* nunc vulgò dicitur, arcemque habet à Turcis excitatam in tutelam ſinus Saronici, hodie *Golfe de l'Engia* ab ea dicti.

¶ Aeginium, opp. Theſſaliae, prope Acheloum fluv. in Graecia.

Polyb. Plin. Strab. Mel. Ven. Fort. Aegira *Xilocaſtro*, urbs Peloponneſi in ora Achajae, a littore 7. ſtad. diſtans, inter Buram 92. & Pellenen 120. Boſtiza priùs dicta Gemiſto, nunc quoque *Boſtizan*, teſte Nig. Vide Ægium.

Ægircius, l'*Egers*, fluvius Aquitaniae in Garumnam influens, in finibus Burdigalenſium. De quo Fortun.lib.1.

Lubricat hic quoniam tenuato Aegircius hauſtu.

¶ Aegircius, *le Gers*, vulgò dicitur. Auſcios & Lactoram urbes alluit, & in Garumnam cadit ad alteram ſupra Agenum leucam.

Aegirum, *Gernia*, teſte Nig. opp. Lesbi inſ. inter Mitylenem & Methymnam, in loco totius inſ. arctiore. Strab.

Aegiruſa opp. fuit Megaridis, non longè à Megaris quod & Aegoſthena, teſte Pauſ. dictum fuit. Strab. Steph.

Aegitharſus, *Capo di S.Vito*, prom.Siciliae inter Drepanum & Segeſtanum emporium, cui proprius eſt, à Deprano 15. mill. paſſ. in Bor. Ptol.

¶ *Aegitharſus hodie Brietio eſt* Capo di S. Theodoro.

Aegithium opp. fuit Aetoliae in mont. à mari 8.mill. paſſ. diſtans. Thuc.

Aegium, urb. olim epiſcop., Achajae Peloponneſi ſub archiepiſ. Corinthio ad ſinum Corinthiacum, inter Corinthum 60. & Patras 27. mill. paſſ. quae *Boſtizan*, teſte Nigro dicitur: ſed Aegira, non Aegium, teſte Gemiſto, *Boſtizan* appellatur. Polyb. Aelian. Ptol. & al.

¶ Aeglesburgus, *Ailesbury*, opp. Angliae, in Bukingamiae Comit. ad fluv. Tamam. Alijs eſt Ailesburia. Diſtat ab Oxonio 14. mill. Anglicis.

Aegon pro Aegeum apud Stat. lib. 5.Theb.

- *Quas ſpumifer aſſilit Aegon.*

Aegones pop. Italiae in Aemilia apud Padum, quorum urbs olim, nunc pag. Vicus habentium. *Vicovenza*, quaſi vicus Aegonum, à Ferraria urb. 16. mill. paſſ. diſtans in ort. dicta eſt. Vide Egones, variè enim ſcribitur. Polib.

Aegoſthenia, *Egiſtenia* in tab.recent.opp. Phocidis in Achaja mediterr. Buliae, Elatiae, & Dualidi finitimum. pop. Aegoſthenienſes Plin. à Delphis ſupra 20. mill. paſſ. Ptol.

Aegua, ſive Hegua Pl. oppid. Hiſp. Baet. Vide Ategua. Strab

Aeguſa, quae & Aethuſa Plin. inſ. Siciliae, orae illius inter Lilybaeum & Drepanum adjacens, *Favognana* nunc. Vide Aethuſa. Plin. Ptol.

¶ Aeguſa, inſ. maris mediterranei, inter Melitam & Africam, alijs Aethuſa. Vide ibi.

Aegyptus, *Elquibet* Turcis, *Sahid* incolis reg. Aſiae (licet à Ptol. in Africa deſcribatur) notiſſima, in ſuperiorem & inferiorem diviſa. Inferior, quae & Delta, ad occ. *Belchria*, & ad ort. *Errif*, teſte Jo. Leone dicitur. Superior *Sahid*, & olim Thebais, Urbes clariores Memphis, Alexandria, Peluſium, Thebae, Dioſpolis, Syene. Inter flum. Nilus; de quo Claud. de vict. Stiliconis. Strab. Hero. Plin. & al.

Irriget Aegyptum Tanais, Meotida Nilus.

Urbium habuit 20000.

¶ Aegyptus eſt Africae regio celeberrima, non autem Aſiae, ſub poteſtate Turcarum ab anno 1517. A Gallis *l'Egypte* dicitur, ab Italis, & Hiſpanis *l'Egitto*, Indigenis *Chibili*, Arabib. *Bardamaſſer*. Extenditur à Septentr. in Meridiem, à mari Mediterr. uſque ad Syenem. Eam interfluit Nilus fluv. cujus inundationibus fœcundatur. Ab Oriente habet deſerta Arabiae, ab Occid. Lybiam, à Meridie Aethiopiam, & à Septentr. mare Mediterraneum. Habet primariam urbem Cayrum ad Nilum ampliſſimam, & aliàs Sultanorum Regiam.

Aegyptios tanquam viles & ſordidos, onera inſtar aſinorum corpore vectare ſolitos Suid. ſcribit. Unde apud Ariſtoph. *Aegyptius laterifer* veluti proverb. eſt.

Urbes Aegypti claræ: quarum clariores aſteriſco notantur.

Abydus epiſc.	Mendes
*Alexandria patriarch.	* Memphis
Anthedon	Myſormus
Antinopolis epiſc.	Naucratis epiſc.
Arſinoe	Nilopolis epiſc.
* Babylon nova	Oſtracine epiſc.
Berenice	* Peluſium epiſc.
Bubaſtus	Pharos
Buſiris epiſc.	Ptolemais ad Nilum
Canobus ſeu Canopus	Altera ad ſinum Arabicum
Caſium	Rhinocorura epiſc.
* Coptos epiſc.	Sais epiſc.
Dionyſias	Sebennytus epiſc.
Dioſpolis magna	* Syene epiſc.
Dioſpolis parva	Tanis epiſc.
Gerra	Tentyra epiſc.
Heliopolis epiſc.	* Thamiatis epiſc.
Hermopolis epiſc.	* Thebae
Heroopolis	Thmuis epiſc.
* Lycopolis epiſc.	

¶ Nunc

¶ Nunc pro majori parte interiere ; & partes Aegypti a Nilo fluvio remotiores ferè incultae jacent, praeſertim verſùs Lybiam .

Ptol. Aelana, urb. Arabiae petreae inſel. confinio ad intimum ferè ſin. Arabici receſſum, qui ibi Aelaniticus ſin. nominatur, à Sina mont. 60. mil. paſſ. diſtans, ab Heroopoli ad 150. *Eltor*, teſte Villanovano: *Aila* verò Nigro. Sed *Aila* Evila in lib. Regum eſſe videtur .

¶ Aeleſhamia , *Ayleſham* , opp. Angliae in Norfolcia prov. Diſtat à mari German. 8. mill. Anglic. & totidem à Norvico .

Vet. inſc. Aelia Adriana, urb. Africae. Vide Zama.

Dion. Aelia Capitolina , col. Vide Hieroſolyma .

Ptol. Vet. Inſ. Aelia Ricina , ſeu potiùs Helvia Ricina, urb. Piceni exciſa ; ex cujus ruinis *Macerata*, urb. Epiſc. condita eſt , & Recinetum, *Recanati*, urb. epiſc. à Macerata 7. mill. paſſ. diſtans, Lauretum verſùs 3.

¶ Aeliae Ricinae urbi proximae exciſae juxta Potentiam fluv. cujus rudera etiam *Recina rovinata* dicuntur , ſucceſſit Recinetum urbs Epiſc. Piceni in colle , & in ditione Pontificia, 6. mill. paſſ. ab ora maris Adriatici.

Aeliopolis. Vide Heliopolis , & Peluſium.

P.Vict. Aelius pons, *Ponte de S. Angelo*, teſte Marliano , pons urbis Rom. quo in Vaticanum ex urbe itur, apud molem Hadriani. (*Recens à Clemente IX. ornatus fuit Aelius pons.*)

Ptol. Aelvaeones, Helvecones Tac. pop. Germ. quorum urb. *Elbing*, à Gedano 9. leuc. in Bor. putatur. Sed haec in Pruſſia , non in Germ. eſt.

¶ Sub Germania alias Pruſſia cenſebatur , ut Elbinga atque etiam Helvecones pop.

Strab. Aemarorum mons, *Montlimar*, opp. Gall. Narbonen. in Delphinatu praeclarum , in provinciae conf. inter Valentiam 8. & Avenionem in merid. 13. leuc.

¶ Aemarorum mons ſeu Montilium Audomari, urbs Delphinatus in colle. Non longè à Rhodano fluv. ſedet; duabuſque leucis diſtat à Vivario , & 4. leuc. a confinio Provinciae in Boream. Ab aliis dicitur mons Ademari.

Plin. Aemathia, reg. Macedoniae , quae & pro tota Macedonia accipitur. Vide Emathia .

P.Dia. Sempr. Aemilia, reg. Italiae, partem Longobardiae Ciſpadanae & Romandiolam complectens, ab Arimino Placentiam uſque protenſa , à via Æmilia à veteribus memorata nomen habens. Tametſi Romandiola etiam Flaminia a poſterioribus dicta eſt . Ejus mem. Martial. lib. 6

Funde tuo lacrymas orbata Bononia Rufo ,
Et reſonet tota planctus in Aemilia .

¶ Aemiliae pars magna ſubeſt Summo Pontifici , alia Ducibus Parmenſi, Mutinenſi, Mantuano, & Mirandulano.

Strab. Aemilia verò via ab Arimino Placentiam uſque , imò uſque Dertonam, atque ab Arimino uſque Aquilejam, & a Piſis per Hetruriam Dertonam uſque urbem Linguriae perducebatur . Ex quo tres eſſe vias Aemilias intelligis ab Aemilio coſ. ſtratas .

Urbes Aemiliæ epiſcopales hujus temporis .

Ariminum *Rimini.*	Forum Livij, *Forli.*
Bononia , *Bologna .*	Forum Popilii, *Forlimpopoli.*
Cervia , *Cervia .*	Julia.
Ceſena , *Ceſena .*	Mutina , *Modena.*
Comacium , *Comachio .*	Parma , *Parma.*
	Placentia , *Piacenza.*
Faventia , *Faenza.*	Petra Honorii , *Bertinoro .*
Ferraria, *Ferrara.*	Ravenna , *Ravenna.*
Forum Cornelii, *Imola .*	Regium , *Reggio.*
	Sarſina , *Sarſina.*

¶ Epiſcopatus Fori Popilij , Petram Honnorij , ſeu Britinorium translatus eſt à multis annis, & Forum Popilij deficit in dies.

.Act. Æmilius pons, qui & ſublicius , pons Romae , ſic a conditore dictus, à quo lapideus conſtructus, nunc exciſus, & *Marmorato* dictus . De quo Juvenal. ſatyr. 6.

Cùm tibi vicinum ſe prębeat Aemilius pons.

Ptol. Æminium , *Agueda* , urb. olim Luſit. nunc oppidum in Portugalliae regno ad fluvium cognom. de quo Plin. ait illum à Minio fluv. 200. mill. paſſ. in auſtrum diſtare; qui & *Agueda* de urbis nomine dicitur : urbs vero à Conimbrica urb. 11. leuc. abeſt in Bor. Portum urb. verſùs.

Lib. Conc. Æmonia , *Cittanova*, teſte Nicol. Manzolio, urb. Hiſtriae ad Nauportum fluv. exciſa, ex cujus ruinis Civitas nova in ora inde ad 3. mill. paſſ. condita eſt, epiſc. ſub patriarch. Aquilejenſi, à Parentio 10. mill. in occ. recedens. Æmonia altera apud Plin. col. Japydiae in Norici & Pannoniae ſup. conf. Labaco urb. & Carniolae metrop. vicina, milliario Germanico diſtans, vulgò *Igg*, teſte Lazio, Æmonia item reg. Macedoniae, quae & Theſſalia, teſte Plin. Hinc Æmonius nom. gent. Ovid. in epiſt. 13.

Aemonis Aemonio Laodameja viro .

¶ Aemonia, ſeu Civitas nova Iſtriae, paret Venetis ab anno 1270. Raros habet incolas propter aeris gravitatem.

Æmus, mons Thraciae . Vide Haemus. Ovid. in epiſt. 2. *Ovid.*

Qua patet umbroſum Rhodope glacialis in Aemum .

Aenaria, *Iſchia*, inſ. Campaniae in ſin. Puteolano cum urb. cognomine epiſc. ſub archiep. Neapolitano, inde 8. mill. paſs. Vide Inarime . De qua Stat. lib. 3. ſylv. *Plin.*

Aenarięque lacus medicos, Statinaſque renatas .

¶ Aenaria inſula eſt praedives; habetq, urbem probè munitam cum arce in ſcopulo ab inſula quaſi ſejuncto , ubi aliàs aſylum Ferdinandi Regis Neapolitani tempore Caroli VIII. Regis Francorum, qui totum regnum ſubjugaverat intra paucos dies. Eam pluribus deſcripſit C. Nepos Gallus: cujus etiam accuratam hujus inſulae tabulam habemus in deſcriptione Italiae Joannis Antonij Magini .

Aenia, *Moncaſtro* , teſte Nardo, op. Macedoniae, à Theſsalonica 15. mill. paſs. in auſtrum Pydnam verſùs . *Liv.*

Aenianes, pop. Epiri inter Aetolos & Moloſsos , Aenienſes Plin. quorum urb. Joanna epiſc. in concil. memorata. *Janna* nunc eſse videtur. Vide Joanna, & Caſſiope. *Plut.*

¶ Aenianes erant paulò remotiores ab urbe Joanna in ortum , & in Theſsalia verſùs Oetam montem.

Aeniochi , pop. Sarmat. Aſianae . Vide Heniochi Luc. lib. 2. *Luc.*

Aeniochi , notìque erepto vellere Colchi .

Aeni pons , *Oetingen* , opp. Norici in Bavaria ad Oenum fluv. medium inter Salisburgum & Landshutum 8. leuc. diſſitum. Vide Oeni pons. ſic enim etiam ſcribitur. Eſt & Oeni pons urbs. *Ant.*

Aenon , locus Palaeſtinae ad Jordanem fluvium , ubi D. Joannes Baptiſta baptizabat , à Scythopoli 8. mill. paſs. in auſtrum .

Aenona, Enona Plin. *Nona*, urb. Illyrici epiſc. ſub archiep. Jaderenſi in ora Liburniæ , inter Seniam ad occ. 45. & Jaderam ad ortum 12. mill. paſs. *Ptol.*

¶ Aenona Venetis paret: eſtque probè munita , & a majori parte mari praecincta. 10. mill. paſs. diſtat à Jadera in Boream, Seniam verſùs 35. contra Giſsam inſulam 4. mill. paſs. diſtantem.

Aenos, *Enio & Eno* Soph. ac aliis , urb. epiſc. Thraciae in ora maris Aegaei , inter Hoſtia Hebri ad occ. & Melanenſ. ſin. Cherſoneſi ad ort. ad 15. mill. paſs. *Strab. Plin. Ptol.*

¶ Aenos, hodie à Graecis *Eno*, a Turcis *Ygnos* dicitur, olim etiam Aeneum & Aenus, Straboni Poltiobria . *Mel.*

¶ Aenoſtadium , *Inſtad*, opp. Germaniae ab Aeno fluvio dictum, quo tantùm dirimitur à Paſsavio , propè Danubium fluvium. Subeſt Epiſcopo Paſsavino, ſedetque inter Bavariam, & Auſtriam.

Aenus, *Ins*, fluv. Rhætiæ, qui inter Noricos & Vindelicos, eos ſeparans, fluit, Danubioq; ad Paſsavium urbem excipitur. Vide Oenus, uti apud alios ſcribitur. *Tacit*

¶ Aenus fluv. oritur in Rhaetia ex monte *Moloja*, 4. leucis Germanicis à Clavenna in Caeciam ; & deinde fluit per Comitat. Tirolenſem & Bavariam inferiorem in Danubium . Vulgo *In* dicitur .

Æolia, Æolis Plin-Melae, Ptol. & aliis , *Sarcum* , teſte Caſtal. reg. Aſiae propriè dictae mari Ægaeo expoſita, inter Troadem ad arctos & Joniam ad merid. cujus urbes , Elaea , Myrina , Cume, & Phocea ; flumina , Hermus, & Pactolus ex Lydia fluentes; pop. Æoles . De Æolia Virg. lib. 1. Aen. *Hero. Strab. & al.*

-loca fœta furentibus Auſtris ,
Aeoliam venit .

Sed hic de Aeolia inſ. Siciliae loquitur . Dionyſ. Afer de ſitu orbis.

Poſthac Aeoliæ tellus prętenditur orę
Fluctibus Aegęi.

Aeoliae, quae & Lipareae & Vulcaniae Latinis, Hephaeſtiades Graecis dicuntur , *Merleres* , inſulae Siciliae inter illam & Italiam ſitae : quarum nomina ſunt Lipara, Hiera , Strongyle , Didyme , Ericuſa , Phœnicuſa , & Evonymos : aliter etiam nominatae . De quibus Ovid. lib. 1. Metamor. *Strab. Plin. Diod. & al.*

Protinus Aeolijs Aquilonem claudit in antris .

¶ Aeoliae inſulae vulgo dicuntur *Iſola di Lipari* incolis , *Isle de Lipari* Gallis ; habentque civitatem epiſc. in inſula Lipara ſitam & probè munitam . Malè habitae ſunt ab Aenobarbo anno 1544. Nunc vulgò dicuntur *Lipari, Volcano, Stromboli , Saline, Panari; Alicur, Felicur , & Uſtica* . Diſtant autem 30. milliaribus circiter ab ora Septentr. Siciliae.

Strab. Aepy opp. fuit Elidis in Peloponneſo apud Thrion opp. quod etiam interiit, Pſophidi urbi finitimum. De eo Stat. lib. 4. Theb.

Quos Thrion, & ſummis ingeſtum montibus Aepy.

Hinc Aepytius nom. gent. Idem Stat. ibid.

Aepytios idem ardor agros, & Pſophida celſam.

Aequana juga, *Montagna di Sorrento*, montes Picentum Vico ac Surrento urbibus imminentes, ſic ab Aequa urbe exciſa (cui Vicus ſucceſſit) nominati, quam Ortel. cum Aecana urbe longè diverſa confundit; quo nomine etiam urbs ipſa Aequana nominatur, nunc *Vico di Sorrento*, epiſc. ſub Archiepiſc. Surrentino, inde 4. mill. paſſ. Stabias verſùs diſtans. De qua Sil. lib. 5.

Aequana & Zephyro Surrentum molle ſalubri.

¶ Aequana urbs eſt in prov. Terrae laboris, in ora ſinus Neapolitani, medio itinere inter Surrentum & Stabias; eſtque parva admodum.

Strab. Aequi, Aequicolae Liv. Aequiculi Ptol. Aequiculani Pl. pop. Latii, quorum urb. fuere Alba, Tybur, Praeneſte, Carſeoli, cum aliis. Aequiculi apud Ovid. lib. 3. faſt.

Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer.

Aequicolae apud Virg. lib. 7. Aen.

Venatu nemorum, duris Aequicola glebis.

¶ Aequilium, *Jeſolo*, opp. Venetorum in Italia.

Ant. Aequinoctium, *Viſchmond*, pag. Pannoniae ſup. in Auſtria ad Danubium, medius inter Viennam ad occ. & Hamburgam ad ort. 4. leuc. diſſitum. Sic Simler. indigitat.

Ptol. *Ant.* Aequum, *Clucci* ſeu *Cluzzi* Villanov. *Chognitz* Jacobo Luccaro Raguſeo, col. & opp. Dalmatiae mediter. à Salona 21. mill. paſſ. in Caec. ab Epidauro ad 49. in Bor.

¶ Aerea, *Ayr*, urbs Scotiae meridionalis in ora Glottae aeſtuarii, in Covalia provincia juxta Aeream fluv. 40. mill. paſſib. à Candida Caſa in Boream, & 34. à Glaſcoa in Africum.

Strab. *Plin.* Aeria, ſeu Aeria Plin. *Aire*, teſte Cognato, aliis; *l'Oriol* oppid. Gall. Narbon. in Delphin. ad Rhodanum inter Valentiam urb. ad Arctos, & Montlimarium opp. in auſtrum 4. luc. ſic, quòd celſo loco ſita ſit, dicta. Eſt & Aerea oppid. Belgii in Arteſia, quod Heria & Aria nominatur, vulgò *Aire*, *ad* Lyſam fluvium interfluentem, Tervannae proxim. ad 2. leuc. & 4. inter Audomarum & Bethuniam.

¶ Aeria, Arteſiae urbs, ſitu & arte permunita eſt, ad Liſam fluv. in limite Flandriae, & varias anno 1641. eſt experta vices, crevitq; ex ruinis Tarvannae vicinae. Urbs eſt nova & culta, & 3. leuc. tantum ab Audomaro in Eurum. Aeria autem, quae vulgò *Lauriol*, in Delphinatu, parum à Rhodano diſtat; eſtque opp. non inelegans.

Liv. Aeropus, mons Macedoniae, inter quem & Aſnaum per vallem anguſtam Aous fluv. Dyrrachium verſùs decurrit. De quo fluv. ſuprà in Aeas.

¶ Aeryndele, urbs Aſiae epiſc. ſub Archiep. Petracenſi, & patriarch. Jeroſolymitano, Myraeo teſte.

Strab. Aeſapus, Aeſepus Plin. & Ptol. *Spiga* in tab. recen. fluv. Myſiae in Aſia ex Ida mont. profluens, ac in Helleſpontum apud Cyzicum urb. influens, ab Abydo 700. ſtad. recedens in Bor. De quo Hom. lib. 2.

Aphnii ab Aſapo potantes flumina Troes.

ex Guarini verſione.

Ovid. Aeſar, Aeſarus Strab. *Eſaro* Bario & aliis, fluv. magnae Graeciae apud Siberenam & Crotonem urbes fluens. De quo Ovid. lib. 15. Metam.

— Lapidoſa Aeſaris undas,
I, pete diverſi.

Hinc Aeſareus nom. gent. Ovid. lib. eodem.

Invenit Aeſarei fatalia fluminis ora.

¶ Aeſar, fluvius parvus, in mare Jonium ſe exonerat juxta Crotonem in Calabria ulteriori, 13. milliar. à Sibenina in Eurum. teſte Magino.

Strab. Aeſaris, *Oſari*, fluv. Thuſciae apud Lucam urb. fluens, qui ex Apenn. mont. oriens, Serclus, quaſi Sarculus, & vulgò *Serchio* nominatur; cujus pars exigua à Sarculo deciſa nomen antiquum retinet, vulgo *Oſari*, inter Arnum & Sarculum mari excepta. Sarculus vero ab Arno 6. mil. paſſ. in occ. Pelago Tyrrheno excipitur. Vide Auſer. Sic enim à Plin. & aliis nominatur.

Strab. Aeſarus, fluv. mag. Graeciae, per fines Crotoniatarum fluens. Vide Aeſar.

Strab. *Ptol.* Aeſernia, Eſernia Plin. Liv. & al. *Sergna & Iſernia*, col. & urb. Samnii epiſcop. ſub Archiep. Capuano, & inde 32. mill. paſſ. ad Vulturnum fluv. non longe decurrentem, inter Sulmonem & Teleſiam urb. 24. mill. paſſ. à Venafro 10. in ort. Bovianum verſùs in Comit. Moliſino.

¶ Aeſernia diſtat à Vulturno 4. mill. paſſ. ad radices Apennini, ſenſimque deficit, à paucis habitata.

Aeſia, *Oyſe*, fluv. Gall. Belg. inter Campaniam & Picardiam, in Sequanam fluens. *Vib. Seq.*

¶ Aeſia ſive Oeſia, fluvius. Cadit in Sequanam ſupra Piſciacum; Picardiamque provinc. alluit, non autem Campaniam: & oritur in Tiraſcia regione prope Irſonium. Vide Oeſia.

Aeſica, *Neterbi*, pag. Albionis, teſte Camd. in Angliae regno, ac in Cumbria reg. *Lib. Not.*

¶ Aeſica eſt in littore maris Hibernici, 35. m. paſſ. a Lamcaſtria in Circium, & fere 30. ab ora Manniae in ort.

Aeſis, *Eſino, ſive* Fiumeſino, fluv. Piceni, ipſum ab Umbria ad occ. diſſeparans, ex Apennin. mont. in mare Hadriaticum per urbem cognomin. fluens. De quo Sil. lib. 8. *Strab. Plin.*

Queis Aeſis regnator erat, fluvioque reliquit
Nomen.

¶ Aeſis fluvius, *Eſino*, in mare Adriaticum ſe exonerat inter Anconam & Senogalliam. Sed non ſeparat Picenum ab Umbria, Extenditur enim Picenum ultra ipſum ad aliquot milliaria ex quavis parte, & ab Umbria ſeparatur Apennino monte, Magino teſte, & aliis.

Aeſium, Aeſis, Ptol. Jeſi, col. Piceni, & urb. epiſcop. ad Aeſim fluv. in Umbriae confin. ab Ancona 15. mill. paſſ. in occ. hybernum, inter Senogalliam 14. & Fabrianum 30. ferè diſſita. Pop. Aeſini. *Strab.*

¶ Aeſium ſedet in colle, & ſub dominio ſedis Apoſtolicae. Diſtat à Senogallia 12. milliar. in meridiem, à Fabriano autem 18. milliar. in Caeciam.

Aeſiſium, Aſſiſium in vet. inſcript, *Aſſiſi*, urbs Umbirae epiſcop. in mont. ad Aſium fluv. praeterfluentem, à quo ſive à mont. nomen habere videtur, à Peruſia 10. mill. paſſ. in ortum. Fulginium verſùs; D. Franciſci natalibus clara. *Ptol.*

¶ Aeſiſium, ſeu, & meliùs, Aſſiſium. 5. milliaribus diſtat ab Aſio fluvio in Eurum, Fulginium verſùs 9. Vide Aſſiſium.

Aeſolani, pop. Latii. Vide Eſulae.

¶ Aeſon, fluv. Theſſaliae cum opp. cognom. cadit in Metam fluvium. *Plin.*

Æſonenſes, pop. Hiſp. citer. quorum opp. Æſona, nunc *Iſona*, pag. Catalauniae, teſte Andrea Schotto. *Vet. inſcr.*

Æſquiliae, unus ex ſeptem collibus Romae. Vide Exquiliae, & Eſquiliae Varie enim ſcribitur. De quib. Hor. lib. 2. ſatyr. 6. *Hor.*

Ventum eſt Aeſquilias, aliena negotia centum.

Et lib. 1. ſat. 8.

Nunc licet Aeſquiliis habitare ſalubribus, atque

¶ Æſtiaei & Æſtii, pop. Sarmatiæ inter Viſtulam fluv. & ſinum Ficimum, ubi hodie Pruſſia & Livonia. Et horum veſtigium translucet in *Eſten*, Eſtonia provincia Livoniae.

Æſulum opp. fuit Latij. Vide Æſulae, uti apud Hor. lib. 3. carm. ode 29. *Patet*

Æthale, Æthalia Plin. Mel. & aliis, *Elba*, inſula maris Tyrrheni ante Populonium, inde 10. mill. paſſ. diſtans. Vide Ilua. *Strab.*

Æthiopia, *Abexin* incolis, & *Abiſſia* noſtris, reg. Africae ampliſſima cis & ultra Æquatorem circulum extenſa, gemina, una ſub Ægypto inter Nilum & ſinum Arabicum latè patens, in qua Meroë inſ. Cujus urbes primariae olim Napat, Meroe; & ad ſinum Arabicum Ptolemais, & Adule; Dire, Moſylon, & Aromata ad ſin. Barbaricum. Altera ultra Æquatorem non ſatis veteribus cognita. Pop. Æthiopes, *Abiſſins* vulgò. Hos D. Iſidor. lib. orig. à Chus filio Cham ortos ſcribit. De his Ovid. lib. 15. Metam. *Hero. Strab. Plin. & al.*

Aethiopeſque lacus? quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut fruit, aut patitur mirum gravitate ſoporem.

Æthiopum nigror adeo nativus eſt ex vicini ſideris ardore, ut Plin. ſcribit, ut ſit locus adagio apud Lucian. in lib. contra indoctum, *Aethiopem* lavas, quoties aliquem fruſtra fatigare ſignificare volumus. *Aethiops non albeſcit*, adagium ex Luciano in eos qui nunquam mutarunt ingenium aut mores.

¶ Æthiopia vulgò *Ethiopie* à Gallis dicitur, dividiturq; in ſuperiorem & inferiorem.

¶ Æthiopia ſuperior ſeu interior, quae aliter ſub Ægypto. latè ſumpta continent Imp. Abiſſinorum ſeu Abiſſinia, Nubiam, Regna Mujaci, & Macoci, & Zanguebariam; ſtrictè autem continet tantum Abiſſiniam, quae *Abiſſinia* ab Italis, & *Abiſſinie* à Gallis dicitur, & à quibuſdam *le pais du Preſtre-Jean*, ſed abuſivè. Vocatur enim Imperator illius tractus *le grand Neguz*. Vide Abaſſinia.

¶ Æ-

¶ Æthiopia inferior ſeu exterior, ea meridionalior eſt totius Africæ pars, quæ antiquis prorsùs incognita fuit, & a Luſitanis proximè elapſo ſeculo inventa & perluſtrata, incipit occaſ. versùs ſupra fluv. *Zaire*, non longè ab Æquatore; & totam complectens littoralem Africæ partem ultra ipſum Æquatorem, Abyſſinorum regnum ab hac parte circumambit uſque ad fretum Arabicum; & continet Regna Monomotapæ, Monemugi, Giringbombæ, & Congi, oram Cafrorum, & regionem Galarum.

¶ Partes Æthiopiæ ſuperioris, ſeu Abiſſiniæ.

Regnum, Tigre.	Ogara.
Provinciæ, Amara.	Dobaſſa.
Angotina.	Ambiama.
Fatigara.	Magaza.
Dambea.	Beleguanza.
Xaos.	Salaoa.
Damuta.	Gaſabela.
Bagamidri.	Sagueda,
Ambiancativa.	Agag.
Quara.	Narea.
Sova.	Dafila, & aliæ multæ pro-

vinciæ, ex quibus Angotina, Damuta, Fatigara, & aliæ per Galas occupatæ fuerunt ultimo ſæculo.

¶ Æthiopia ſuperior, ſeu Abiſſinia raras habet urbes. Præcipuae totius regionis ſunt in praeſentia.

Amara.	Chaxumum.
Sova.	Ambadara.
Zet.	Quara.
Ambiancativa.	Zaflan.
Angote.	Barva.
Dambea.	Adhegena.

In tota Abiſſinia nulla urbs regia certa eſt. Quocunque enim Rex ſeu Imperator cum aula ſua proficiſcitur, ibi fixis tabernaculis, regia eſſe putatur.

in. Æthuſa, quae & Æguſa, teſte Plin. inſ. Siciliae. Sed apud Ptol. diverſae ſunt. Æthuſa enim *Limoza*, teſte Faz. dicitur; inter Melitam & Africam ſita. Aeguſa verò *Favognana* nominatur. Lilybaeo prom. Siciliae vicina, inter Hieram & Phorbantiam 10. mill. paſſ. diſtans, à Drepano urbe 20. in Africum.

ol. Aetinium, *Aetino* Mol. & aliis, opp. Macedoniae, quod Athenaeum à Liv. nominatur, Triccae urbi apud Theſſaliae fines finitimum.

rab. in. iod. & al. Aetna, *Mongibello*, mons Siciliae maximus, & notiſſimus ob ignes quos emittit à Catana urbe (ad quam radices ejus pertingunt) 10. mill. paſſ. diſtans in occ. Illum oppida aliquot & urbes circumſtant. In iis Centuripae urbs exciſa, & Aetna, nunc pag. *Maſcali*, teſte Faz. à Catana 10. mill. paſſ. Hic anno ſal. 1536. flum. igneum emiſit, locis finitimis vaſtitatem afferens: & anno 1554. plus conſueto aeſtuans, Catanam & illius agrum maximè labefactavit. De eo Ovid. lib. 2. Metam.

Ardet in immenſum geminatis ignibus Aetna.

Pop. Aetnenſes Plin. & Aetneus nom. gent. Ov. lib. 2. de Pont.

Aetnaeoſque lacus, & olentia ſtagna Palici.

Aetneos cantharos, ſeu ſcarabeos varios & maximos eſſe tradunt; ut propterea apud Ariſtoph. veluti adagium in magnum aliquem ſtatura & fœdum ſcriptum ſit, *Aetneus cantharus.*

¶ Aetna mons, *le mont Gibel* Gallis, altitudinis eſt 8. mill. circuitus autem 60. Diſtat 15. mill. à Catana, & 50. à Meſſana. Hic anno 1669. quatuor fluvios igneos emiſit, quamplurimis locis in vicinijs vaſtitatem afferens, praeſertim in Catanenſi agro, ubi 15. caſtra cremata ſunt. De varijs ejus incendijs diverſis temporibus lege Cluverium.

Xeno. Strab. Hero. & al. Aetolia, *Artinia*, teſte Niceta, & *Lepanto*, ſic à primaria illius urbe, reg. Achaiae in Epiri conf. ad occ. inter Locros ad ort. (à quibus Eveno fluv. ſeparatur) & Acarnaniam ad occ. Acheloo, fluv. dividente. Popul. Aetoli Plin. & aliis. Urbes, Naupactum, Calydon, Chalcis, & Olenus. Aetolorum mem. Virg. lib. 11. Aen.

Spem ſi quam accitis Aetolum habuiſtis in armis.

Aetoli petaces erant ac improbi, ut qui tales eſſent, proverbio *Aetoli* dicerentur, teſte Steph. à petendo omnia Graece αἰτεῖν ὅλον

¶ Aetolia nunc à multis parva Graecia dicitur, quibuſdam *il Deſpotato*: ſubeſtque dominio Turcarum.

Strab. Aetuatij, Aetuates Caeſ. *Tavetſcher*, pop. Helvetici in Rhaetorum conf. juxta fontes Rheni, quorum opp. *Tavetsh*, ad Rhenum, ab Uria ſeu Tauro urbe Helvetica 3. leuc. à Clavenna in Circium, à Curia in occ. à Belitione in Bor. ſupra 6. leuc. Helvetic.

Aex, ſcopulus maris Aegaei, inter Tenedum & Chium inſ. à quo mare Aegaeum nominatur teſte Plin. *Plin.*

Afri, qui & Africani, pop. Libyae, ſeu Africae, ab Afro ex poſteris Abrahae, teſte D. Iſidor, in lib. orig. dicti; vulgò etiam apud Europaeos *Africani*. De quibus Virgil. lib. 8. Aen. *Virg. & al.*

Hic Nomadum genus, & Diſcinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos
Finxerat.

Lucan. lib. 4.

At vagus Afer aquos ut primum emiſit in agmen.

Afra avis apud Hor. epod. 2. pro praelauta ave.

¶ Afri a Gallis vulgo *Afriquains* dicuntur.

Africa, quae & Libya Graecis dicitur, ſic quaſi ſine frigore dicta, una ex tribus orbis terrae partibus in meridiem vergens mari Mediterraneo ad arctos, Oceano ad occ. meridiem, & ortum, ac ſinu Arabico perſtricta, (niſi qua Aſiae Aegypto connectitur) in Aegyptum, (qui tamen a nonnullis veterum Aſiae tribuitur) Marmaricam, Africam propriè dictam, Mauritaniam, Libyam interiorem, Aethiopiam, & Agiſymbam veteribus ignotam ultra Aequatorem diviſa, *Iphrichia* incolis, teſte Jo. Leone Africano, dicta. Hinc Africus nom. gent. Virgil. lib. 4. Aen. *Ariſt. & al.*

- quos Africa terra triumphis
Dives alit.

¶ Africa à Gallis *l'Afrique*, ab Hiſpanis & Italis *Africa*, ab Arabibus *Alkebulan*, & ab Indis *Beſeccath* dicitur: eſtque una ex tribus terrae partibus antiquis cognitis. Sed Luſitani hiſce ultimis temporibus detexerunt meridional. ejus partem nondum Europaeis notam, praeſertim versùs oram littor. merid. & inſulas. Regio tota ſiccior in Mediterraneis, ubi ſterilis & penè deſerta multis in locis. vel arenis ſterilibus obducta, vel multo ac malefico animalium genere infeſta, vel inopia aquarum. Olim Romanorum tempore diviſa fuit in ſex provincias, & Ptol. eam diſtribuit in 12. regiones. Sed haec diviſio intelligenda eſt de ea tantùm parte quae Romanis parvit. Tunc enim ultra Lunae montes Merid. versùs incognita erat. Nunc ſic dividitur.

Africa regiones pracipua hujus temporis.

Aegyptus, l'Egypte:	*Congi Regnum*, le Congo.
Aethiopia infer. ſub qua regna Monomotapa, & Monemugi, la Baſſe Ethiopie.	*Guinea*, la Guinee.
Aethiopia ſuperior, ſeu Abyſſinia, la haute Ethiopie ou l'Abyſſinie.	*Nigritia*, le pays des Negres.
Barbaria, la Barbarie.	*Nubia*, la Nubie.
Biledulgerid, le Biledulgerid.	*Zaara, ſeu deſertum, olim Libya interior*, le Zaara, ou deſert.
Cafrorum ora, la coſte des, Cafres.	*Zanguebaria*, le Zanguebar, *& inſ. Madagaſcaris, ſeu S. Laurentij, qua etiam inſula Delfina dicitur*, l'Isle Dauphine, *& alia versùs oram.*

Africa proprie dicta, Zeugitana Plin. reg. & pars Africae mari Mediterraneo, quod Africum dicitur, expoſita inter Mauritaniam ad occ. & Cyrenaicam ad ortum: in qua Tunetanum regnum, cujus olim caput erat Carthago. Urbes illius olim clarae, praeter Carthaginem, Utica, Thabraca, Hadrumetum. Leptis magna; & intus, Cirta, Sicca Veneria, Thyſdrus, Bulla regia, Uthina. Nunc clarent Tunes, Utica, Hippon regius, Tripolis. Africa haec leones plurimos gignit & ſerpentes, teſte Plin. ac Solino. Ea nunc unà cum Mauritania *Barbaria* nominatur. Africae hujus mem. Mart. lib. 2. ad Germanicum. *Ptol.*

Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen.

De eadem Claud. lib. 1. de laudibus Stiliconis.

Quod floret Latium, Latio quod reddita ſervit
Africa, vicinum quod neſcit Iberia Maurum.

Africa regiones,

Aegyptus	Marmarica
Aethiopia	Mauritania Caeſarienſis
Aethiopia ſub Aegypto	Mauritania Tingitana
Africa propriè dicta	Meroè
Agiſymba	Nigritarum terra
Byzacena	Nubia
Cyrenaica	Numidia
Delta pars Aegypti	Tripolitana
Getulia	Troglodytica.
Libya	

¶ Africę urbes clariores hujus temporis.

Adea, Adea.	*Aphrodyſium*, Africa.
Adrumentum, Hamamethe.	*Barva*, Barva,
Alexandria, Alexandrie.	*Beninum*, Benin.
Amara, Amara.	*Bugia*, Bugie.

Butua, Butua.	*Mozambicum*, Mozambique.
Cairus, le Caire.	*Quiloa*, Quiloa.
Conſtantina, Conſtantine.	*Ruſucurum, qua Algira alijs*, Alger.
Dambea, Dambea.	*Septa*, Ceuta.
Damiata, Damiete.	*S. Salvator, in regno Congi*, S. Salvatore.
Fezza, Fez.	*Siene*, Aſſuan.
Loanda, S. Paul de Loanda.	*Sofala*, Sofala.
Magadoxa, Magadoxo.	*Theba*, Minio.
Marochium, Maroc.	*Tingis*, Tanger.
Melinda, Melinde.	*Tripolis*, Tripoli.
Mina, S. George de la Mine.	*Tunetum*, Tunis.
Monomotapa, Monomotapa.	*Utica*, Biſerte.

Africę propriè dictæ urbes maritimæ clariores.

Tabraca	Aphrodiſium
Hyppon regius	Hadrumetum
Utica	Ruſpae
Carthago	Ruſpina
Tunes	Tacape
Clupea	Leptismagna
Neapolis	Neapolis, & Tripolis.

Urbes Mediterraneę.

Cirta	Suffetula
Lambeſa	Tebeſca
Aſſurus	Sicca Veneria
Madaura	Muſti
Tagaſta	Tuburbis
Lares	Aquę regię
Thryſdrus	Byzacium

Ant. Inſcr. Agabra, & Aegabra, *Cabra*, opp. Hiſp. Bętice in Vandalia haud obſcurum, inter Aſtigi & Tucci, inde 13. hinc 5. leuc. olim urb. epiſc. Vide Aegabra.

¶ Agades, *Agades*, regnum Africę cum urbe cognom. muris pręcincta, in Nigritia regione versùs lacum Guardę. Eſt etiam alter locus *Agades*, juxta fluv. Ghir, in meditullio Africae.

¶ Agag, *Agag*, regnum, & urbs Aethiopię ſuperioris versùs lacum *Zaire*, inter Nilum fluv. & prov. Ambiam & Novam.

Agamemnonij fontes tepidi Joniae apud Smyrnam urbem, ab ea 5. mille paſſ. diſtantes.

¶ Agamerum, *Agamer*, opp. Hibernię in Momonia prov. juxta portum Corcagienſem.

Agamium, *Aghem*, ſeu *Ghem*, oppid. agri Novar. apud Seſſitem fluv. & Romanianum, à Novaria ad 16. mill. paſſ. Incolae Agamini, ex marmorea antiq. inſcript. Hic B. Panacea virg. & mart. praecipuo colitur honore.

¶ Agana, *Agan*, ſeu *Pagan*, una exinſulis Latronum in Aſia & Oceano orientali inter inſul. *Chemochoam & Guagan.*

Ptol. Aganagara, *Agonara*, Caſtal. & Mol. urb. Indiae marit. citra Gangem.

Plin. Pauſ. & al. Aganippe, fons Bœotiae celebris ad Heliconem mont. haud procul à Thebis in Permeſſum fluv. labens, Muſis ſacer, à Poetis maximè celebratus. De eo Claud. in paneg. Theodoſ.

Concinuit felix Helicon, fluxitque Aganippe
Largior.

¶ Agaoſi, qui & Agoaſi, *Agaos*, pop. Aethiopiae ſuper. in regno Bagamedri inter fluv. Nilum & Tagazzam.

Ptol. Agarus, fluv. Sarmatiae Europeae, qui Sagaris Ovidio dicitur, hodie *Schiret*, teſte Merc. ſeu *Seret*, per Moldaviam in Iſtrum fluens.

¶ Agaſus Portus, *Porto Greco*, locus in ora Apuliae Dauniae in Italia, prope montem Garganum in prov. Capitanata Diſtat 10. milliar. à Vieſta in merid. & 20. à Manfredonia in Cęciam.

Agatha, *Agde*, urb. Gallię Narbon. epiſc. ſub Archiep. Narbonenſ. inde 5. leuc. in ort. in ora littorea, à Bliteris 3. apud oſtia Araurij fluv. in Occitana reg.

¶ Agatha, urbs Occitanię. 7. leuc. diſtat à Narbone, Montempeſſulanum versùs 10. in ora maris Mediterranei & ſinus Leonini, prope oſtia Arauraris fluvij.

Strab. Plin. & al. Agatha altera ex prov. Rom. *S. Agatha di Goti*, urbs Campa. in Principatu ulteriore, epiſcop. ſub Archiep. Beneventano, inde 16. mill. paſſ. Capuam versùs, quaſi media inter Capuam & Teleſiam ad 12. mil. utrinque diſtans.

Vet. Inſcr. Agathopolis, poſtea mons Peſſulanus *Montpellier*, aliter mons puellarum, urb. Gall. Narbonenſ. epiſc. ſub Archiep. Narbonenſi, inde 14. leuc. in ort. Nemauſum versùs 8. Magalonae urb. maritimę (cui ſucceſſit in epiſcopali ſede) propinqua, academia, & urbs poſt Toloſam clariſſima totius Occitaniae reg.

¶ Agathopolis urbs alijs eſt Magalone, Maſſilienſium opus, in Agatha inſula, Brietio, & Sanſone teſtibus. Perijt urbs illa, & epiſcopatus Montem-Peſſulanum translatus eſt; Inſula autem nomen retinet *Maguelone*. Vide Magalone & Monſpeſſullanus.

Fuit & Agathopolis urbs Thraciae epiſc. ſub archiep. Hadrianopolitano.

Ptol. Agathyrium, Agathyrſum Strab. & Plin. Agatirna Liv. urb. olim & prom. Siciliae in ora littorali ad occ. inter Haleſam & Tyndarium urbes exciſas, inde 30. hinc 24. mill. paſſ. Locus urbis, ubi ſparſa rudera cernuntur, *Campo di San Martino* nominatur; prom. verò *Capo d'Orlando*, teſte Faz. dicitur, à Pactenſi urb. 18. mill. paſſ. in Bor. Urbs ab Agathyrſo Aeoli filio condita à Diod. Siculo traditur. Ejus mem. Sil. lib. 14.

Deſuerunt Agathyrna manus, geminoque Lacone
Tyndaris,

Hero. Plin. & al. Agathyrſi, pop. Sarmatiae, ſeu Scythiae Europaeae, & Scythiae Aſianae intra Imaum mont. teſte Ptol. De quibus Virg. lib. 4. Aen.

Creteſque, Dryopeſq; fremunt, pictique Agathyrſi.

¶ Agathyrſi, populi Sarmatiae Europęae, erant ubi nunc provincia *Cargapol & Vologhda*, in Moſcovia, teſte Brietio.

Strab. Agathyrſus, Aegitharſus Ptol. *Capo di San Vito* Faz. & aliis, promont. Siciliae inter Lilybęum & Drepanum urb. ut ſcribit Ortel. Agathyrſum cum Aegitharſo confundens; cùm Agathyrſus ſit nomen urbis, & promont. inter Haleſam & Tyndarium, uti ſuprà in Agathyrium dictum fuit.

Reg. Agaunum, *S. Mauritz*, opp. Gall. Narbon. in Sabaudia apud Rhodanum fluv. in conf. Valleſiae reg. inter Sedunum ad ort. 24. & Genevam ad occ. 30. mill. paſſ. Hinc Agaunenſis nom. gent. Vent. Fortun. lib. 8.

Et legio felix Agaunenſis adeſt.

¶ Agaunum antiquitus etiam Ternadę dictum erat; eſtque in Valleſia, non autem in Sabaudia. Diſtat à Seduno 6. leuc. Gallicis in ortum, à Geneva autem 17. ſimil. leucis in occaſum, & 4. à lacu Lemano. Nobilitatum fuit martyrio S. Mauritij & Sociorum.

¶ Agedunum, *Ahun*, opp. Gallię in Marchia Lemovicenſi, ad Crauſiam fluv. Diſtat 15. leucis à Lemovico, & 3. a Guereto in ortum.

Anto. Angelocum, *Axholme*, ſive, ut Guil Camd videtur, *Littleburgho*, opp. Albionis in Anglia ad Trentam fluv. in Com. Nottinghamienſi. Vide Segelocum.

Cæſ. Agendicum, *Provins*, teſte Marliano cum aliis, opp. Gall. Celt. in finibus Senonum, medium ferè inter Lutetiam Pariſiorum & Trecas, inde 19. hinc 16. leuc. a Senonibus vero 12. in Bor. diſtans.

¶ Agendicum alijs eſt urbs ipſa, *Sens*, archiep. ad Icaunam fluv. quae alias Burgundiae accenſita, nunc Pręfecturae Campaniae tribuitur. Vide Senones.

Lib. Not. Agennum, Aginum Auſon. Aginnum Ptol. & Ant. *Agen*, urb. Aquitaniae epiſc. ſub archiep. Burdigalenſi, inde 16. leuc. Toloſam versùs totidem, urbs praeclara ad Garumnam fluv. inter Auſcios 8. & Mont. Albanum 7. Pop. Garites. Ejus mem. Auſon. in ep. 24.

Santonus ut ſibi Burdigalam, mox jungit Aginum.

¶ Agennum eſt patria Joſephi Scaligeri; & regio circumjacens dicitur ab ea *le pays d'Agenois*, Aginnenſis tractus; qui mirè fertilis & riguus eſt. Urbs autem tantiſper diſtat à Garumna fluvio; ubi recipit Aegircium, 20. leucis diſtat à Burdegala in Eurum, & 10. ab Auſcijs in Boream, uti 9. à Monte Albano in Circium.

¶ Aggerhuſia, *Aggerhus*, arx Norvegiae in intimo ſinu Ansloenſi, unde nomen Praefecturae Aggerhuſianae, quae totius Norvegiae eſt Meridionalior. Vix diſtat una leuca ab Ansloa civ. 24. autem à Bahuſia urb. 9. à Fridericoſtadia, & 25. à Staffangria, ſub dominio Regis Daniae.

Strab. Agidos, nunc *Burgum templi*, teſte Steph. Luſignano, opp. Cypri olim, nunc pagus inter Lapithum & Aphrodiſium, in ora Boreali.

¶ Agilaria, *Aguilar*, opp. Hiſ. cognomento *de campos*, in Caſtella veteri. Diſtat ab urbe Burgi 14. leucis in Boream, & 5. à fontibus Iberi fluvij.

Ptol. Agiſymba, *Zanguebar*, in tab. recent. reg. ampliſſima Africae in auſtrum ultra Aequatorem extenſa, plures complectens regiones.

¶ Agiſymba regio, Sanſone teſte, erat ubi regna *Monemugi, & Monomotapa* in Mediterraneis, ſeu in Aethiopia inferiori.

¶ Agla,

¶ Agla, *Agla*, oppid. regni Fezzæ in Africa, prope fluvium Guargam, in Habata provinc. 17. leucis ab urbe Fezza in Boream.

¶ Agmundeſhamum, *Agmundesham*, opp. Angliæ in Bukingamia prov. Diſtat a Londino 20. mill. Anglicis in Circium, 6. autem à Tameſi fluvio in Boream.

Vet. Inſ. Agneda, Alata caſtro Ptol. Caſtra exploratorum Ant. & Caſtra puellarum poſterioribus, *Edenburg*, urbs Albionis, Scotiæ regia, à Londino regia Angliæ 300. ferè mill. paſſ. in Bor. recedens, ad Fortheam fluv. (*ſeu potiùs æſtuarium.*)

¶ Agnelinum; *Angnetlin.* opp. Tranſſylvaniç, juxta fluv. *Harbach.* 5. milliar. Germanicis à Cibinio.

¶ Agniadellum, *Agniadello*, vicus Ducatus Mediolanenſis, celebris victoria in Ludov. XII. adversùs Venetos anno 1509. Diſtat 8. mill. paſſ. à Crema urbe, eſtque in tractu Addua Glarea dicto.

¶ Agnio, *Aa* fluv. Belgij. Oritur in Bononienſi Comitatu ſupra vicum *Rumilly le Comte*, deinde Audomaropolim rigat, & infra Gravelingam Flandriæ urbem in mare ſe exonerat.

Dion. Halic. Agnitii, pop. Latii in finibus Marſorum, ſic ab Agnitia Circes & Medeae ſorore dicti, ubi & Agnitia ſylva, inter Albam Marſorum & lacum Fucinum. Cujus mem. Virg.lib.7.Æn.

Te nemus Agnitiæ vitreà te Fucinus unda.

Vide Angitia.

¶ Agola, *Agola*, urbs Africae in Æthiopia ſuperiori prope Amaram montem 20. leucis totid. ab urbe Coſla.

¶ Agonalis circus aliàs, nunc *Piazza Navona*, Gallis *Place Navone*, platea pulcherrima & ampla Romae, ſplendidiſſimis ornata aedificiis, fontibus, & obeliſco in meditullio urbis ab Innocent. X. Pont. Max.

Polyb. Agonenſis porta, *Porta Salara*. porta una urbis Rom. quae Collina, & Quirinalis. Vide Portae. Hinc etiam Agonalia feſta, Agonales ludi, & dies. Ovid. lib. 1. faſt.

Nomen Agonalem credit habere diem.

Agones pop. Inſubriae; quorum reg. *la Val di Cogna* hodie dicitur, teſte Gaud. Merula, in agro Ticinenſi. Sed Polyb. eos inter Apenn. mont. & Padum deſcribit, & poſt eos Bojos, deinde Senones recenſet: ex quo Merula, & Leander (qui eos inter Ferrariam & Ravennam deſcribit) errare deprehenduntur; niſi hi pop. mutata ſede in ea loca migrarint.

Scrip. Ital. Agonia, *la Gogna*, fluv. Inſubrum per Laumellinam reg. agri Ticinenſis in Padum fluens.

Hero. Steph. Agora, *Malagra* nunc, teſte Joan. Leuncl. oppid. Thraciae in ora Cherſoneſi ad Helleſpontum, Seſto urb. finitimum.

¶ Agorum, *Agoro*, oppid. Italiae, ditionis Venetae, in Bellunenſi agro, ad *Cordevol* fluv. Diſtat à Belluno 18. mill. paſſ.

¶ Agra, *Agra*, urbs Aſiae in Imperio magni Mogolis, ad fluv. *Gemini*, & in prov. Agra. Ibi perſaepe commoratur magnus Mogol; eſtque civitas per ampla, dives, & elegans. 150. leucis diſtat à civitate *Lahor*, 35. ab urbe *Delli*, & 70. ab *Ameere* urbe.

Strab. Pauſ. Agra, locus Bœotie, ex quo Iliſſus fluv. ortum habet, & ubi Diana venata traditur; unde Agraea cognominata fuit.

Thucyd. Diod. Ælian. & al. Agragas, *Drago*, fluv. Siciliae Agrigentum urb. praeterluens, ei urbi nomen indens, & ipſa enim Agragas dicta eſt. Virg. lib. 3. Æn.

Arduus inde Agragas oſtentat maxima longè
Mœnia.

¶ Agramontium, *Agramont*, opp. Hiſpan. in Catalonia prov. ad amnem *Sio*, inter Solſonam & Ilerdam urbes, in planitie Urgellenſi.

¶ Agrani, populi Arabiae felicis.

¶ Agreda, *Agreda*, urb. Americae merid. in regno Popajani. Diſtat 35. leucis Hiſp. a mari Pacifico in ortum, 40. ab urbe *Quito* in Boream, & totidem à Popajano. Urbs eſt parva, ad montium radices ſub Hiſpanis.

Dioſc. Agria ſive Agaria, reg. Sarmatiae, ubi Agaricus naſcitur. Agria item urb. eſt Jazygum in Hungaria tranſdanubiana epiſc. ſub Archiep. Strigonienſi, a Buda regia 12. leuc. in Caec. à Debrecino totidem in occ. *Erla* incolis dicitur, Turcis nunc parens, noſtro tempore capta.

¶ Agria urbs eſt Hungariae, *Eger* Germanis, *Erlavv* Hungaris. Parva eſt, ſed munita. Sedet ad amnem Agriam, qui tribus abhinc leucis cadit in Tibiſcum fluv. Diſtat 5. leucis à Filleco oppid. in meridiem, & 6. a Tokeo in occaſum. Capta fuit à Turcis anno 1596. & ab eo tempore ipſis ſubeſt.

¶ Agrianae opp. fuit Aſiae minoris in Cappadocia, prope Irim fluvium.

Agriani, Agraei Herod. & Agrianes Steph. & Agrienſes, pop. Thraciae circa Agrianem fluv. inter Rhodopen & Haemum montes incolentes. Strab. Hero.

Agrigentum, & Agragas Graecis, Strab. Thucid. Ptol. & aliis, *Gergenti*, urb. Siciliae in ora auſtrali ad oſtia Agragantis fluv. quondam maxima urbium Siculorum epiſc. ſub Archiep. Panormitano, inde 85. mill. paſſ. in Euronotum diſtans, à Lilybœo 60. in ort. Pachynum versùs, ab Enna totidem in Africum, à Gelenſibus poſt Gelam ann. 100. condita. Hìc ſal fit, qui in igne ſolvitur, in aqua crepitat, teſte Sol. Adeo ampla fuit, ut 800000. incolarum haberet, ambitu 10. mill. paſſ. patens. Pop. Agrigentini Cic. & aliis. Agrigenta appellat urbem Ovid. lib. 4. faſt. Cic. Plin. & al.

Himeraque & Didymen, Agrigentaque Tauromenonque.

¶ Agrillium, opp. Aſiæ minoris in Bithynia reg. 5. mill. diſtat à Nicæa urbe.

Agriophagi, pop. Æthiopiæ, leonibus, & pantheris veſcentes, ut Solin. ſcribit, qui ad occidentem ſolem incolebant. Plin. Sol.

Agrippina colonia, quæ & Agrippinenſis col. Plin. & Sueton. *Coln* Germanis, *Cologne* Gallis. *Cologna* Italis, urb. Germaniæ infer. præclariſſima ad Rhenum, archiep. libera & empor. media inter Trivirim & Monaſterium urbem Weſtphaliæ 16. leuc. a Francofurto 21. in Bor. cujus Archiepiſcopus Elector eſt Imperat. De ea Ven. Fortun. lib. 3. Tacit.

Pontificem polluens Agrippina colonia præfert.

¶ Agrippina, ſeu Colonia Agrippina, urbs eſt ampliſſima & perelegans, ſui penè juris, & omnium urbium Germanicarum maxima, & cultiſſima. Ibi Academia antiqua, quæ anno 1388. publicè renovata eſt, ornataque privilegiis Tariſinæ ſimilibus ab Urbano VI. Ex adverſo Agrippinæ Coloniæ fuit olim Divitenſe munimentum, nunc *Duitſch.* exſtructum cum ponte ad Rhenum a Conſtantino Magno. Sed cum ponte deſtructum eſt a Brunone Epiſcopo circa annum 955. teſte Petro Bertio.

¶ Agrius, *Agri*, fluvius Regni Neapol. in Baſilicata prov. Cadit in ſinum Tarentinum. Oritur autem ſupra Marſicum novum ex Apennino monte.

¶ Augubeni, pop. Arabiæ deſertæ, teſte Brietio.

¶ Aguillionum, *Aiguillon*, urbecula lepida Galliæ ad Garumnam fluv. ubi recipit Lotium in Aquitania prov. Ducatus titulo clara. Diſtat ab Aginno 4. leucis, tribus autem a Neraco. In Aginnenſi Agro ſedet, & in regione feraci.

¶ Agulhæ caput, *Cap. des Aiguilles*, in Africa. Vide Acuum caput.

Aguntum, *Inneken*, teſte Laz. opp. Norici in Carinthiæ & Tirolenſ. com. conf. inter Brunecum opp. comit. Tirolenſ. 5. & Lentium 4. leuc. à Vacorio ſeu Villaco urbe Carinthiæ 15. in occ. Plin. Ptol. Ant.

¶ Aguntum aliis eſt *Dobl ach*, oppid. Brixinenſis tractus, in Tirolis Comitatu, ad radices montium, & juxta amnem *Riencz*, 9. mill. paſſib. ab opp. *Inneken* in occaſ. Brixinonem verſus 28. teſte Cluverio.

Agurium, Agyrium Plin. Agyra Diod. apud quem alii legunt Argyra, & Argyrium, Agyrina urb. Cicer. *San Filippo d' Argirone*, urb. Siciliæ ab Enna 12. mil. paſſ. Ætnam verſus & Centuripas, à quibus 10. mil. abeſt, Trojanopoli propior, & Aſloro, inde 6. mil. in Bor. Patria Diod. Siculi hiſtorici, antiquiſſima ante Herculis tempora. Ptol.

¶ Auguſtius, *l'Agout*, fluv. Galliæ. Vide Acutus.

Agylla, *Corvetere*, urbs olim antiquiſſima Thuſciæ. Vide Cære. Hinc Agyllinus nom. gent. Virg. lib. 8. Æn. Ptol. Dion. Halic.

Urbis Agyllinæ ſedes; ubi Lydia quondam
Gens bello præclara jugis inſedit Hetruſcis.

Agyrium. Vide Agurium. Pop. Agyrinenſes Ciceroni. Cic.

¶ Ahuſa, *Ahauſen*, opp. Scaniæ in Svecia ad mare Balticum, prope Chriſtianoſtadium. Dicitur & *Ahuis*, cum portu commodo, in ditione Svecorum paucis abhinc annis. Diſtat ab Hafnia 12. leucis Danicis, & à limine Smalandiæ prov. quinque leucis.

Ajax, *Pilaca*, teſte G. Bario, fluv. magn. Græciæ, per fines Crotoniatarum fluens, & mare apud Lacinium prom. ſubiens. Lycophr.

¶ Ajabira, *Ajabire*, opp. Americæ in Peruvia verſus lacum Titicacam, 10. leucis Hiſpanicis hinc diſtantem; à Cuſco autem diſtat 35. leucis in merid.

Aila,

Proc. Aila, Ælana Plin. Alamum Steph. urbs Arabię petreae apud intimum ſin. Arabici receſſum. Aila etiam apud D. Hieron. nunc *Eltor*, à mont. Sina 60. mill. paſſ. diſtans.

¶ Ailza, *Ailzall*, inſ. Scotię, ſeu verius ſcopulus prope Gallovidiam prov. & in Glottae aeſtuario. 4. mill. Scoticis diſtat ab ora Gallovidiae.

¶ Ainſa, *Ainſa*, urbecula Hiſpaniae in regno Aragoniae. Olim caput parvi regni de *Sobrarbe*, ad fluv. Cingam, ubi recipit Aram fluv. ad radicesPyrenaeorum 6. leuc. diſtat à Barbaſtro in Boream, 8. autem ab Oſca in Caeciam.

¶ Ainzia, *Ainzia*, regiunc. Scotiae Septent. in Buquania provincia versùs oram & oſtia Speję fluv. ubi Finlaterum caſtrum.

¶ Airiacum, *Airy*, vicus Burgundiae in diœc. Autiſſiodor. ubi Concilium ſub Bened. VIII.

¶ Airus, *Airu*, fluv. Scotiae Septentrionalis. Cadit in fluv. Speyam, in Buquania prov. & ortum habet in Marria prov. ex monte Grampio.

¶ Aizua, *Aizu*, prov. inſ. Japoniae, in Aſia. Oppid. habet cognom. in ora Orientali.

Ptol. Alaba, *Alava*, Villanov. & al. opp. Hiſpan. Tarracon. in Celtiberis, quod Ptol. Valeriae vicinum facit, inter Lobetum urb. & Villam Francam opp.

¶ Alaba, *Alava*, nunc vicus eſt tantum Aragoniae ad fluv. Xilocam, 4. leucis diſtat à Lobeto in Boream, & 5. à Terulo.

¶ Alabo, *Alava*, regio Hiſpaniae. Dicitur & Alava. Vide ibi.

Strab. Plin. Ptol. Alabanda, *Eblebanda* hodie Turcis, teſte Leuncl. urbs Cariae mediter. epiſc. ſub Archiep. Stauropolitano, inter Amyzonem ad occ. & Stratonicen ad ort. De qua Juvenal. ſat. 3.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Alabanda in num. ſingulari apud Stephan. apud quem quod fuerit opulentiſſima, & florentiſſima in proverbio fuit, urbem notans fortunatam. Nomen habet apud Cares ab equo, quem Alam vocant, & à victorio, quę Banda ab eiſdem dicitur; vel ab Alabando Deo indigete ab Alabandiis culto. Hinc Alabandicus nom. gent. ut *Alabandicum opus* proverbio dictum de re inepta; ut ſermo Alabandicus, ideſt, ineptus, homo Alabanditicus pariter.

Ant. Alabona. Vide Alavona, oppid. Hiſpan. Tarrac. in Aragonia.

Ant. Alabuntis, ſive, ut alibi legitur, Alapuntis, oppid. Gall. Narbonenſ. ubi nunc *Talart* oppid. haud obſcurum in Delphinatu, ad Druentiam fluv. apud Siſtaricam urbem, inde 3. leuc. Ebredunum versùs 8.

¶ Alabuntis, ſeu Alabons, hodie eſt *Ventavon*, caſtrum Delphinatus ad Druentiam fluv. 3. leucis à Siſtarica in Boream, Vapincum versùs 7.

Ptol. Ant. Alabus, *Cantara*, Faz. fluv. Siciliae amplus, ſed breviſſimi decurſus, inter Auguſtam & Megaram urbem exciſam in ora orientali mari exceptus, 5. mill. paſſ. poſt Auguſtam, & prope Megaram jacentem.

Vet. Inſcr. Ala Flaviana, quę & Flaviana, & Flavianum, Juliobona Ptol. Vindobona Ant. & Vindomana Notit. *Wien* Germanis, *Wetſch* Turcis, *Viena* Italis, urbs Pannoniae ſuperioris ad Danubium, in Hungariae conſ. munitiſſima, Auſtriae caput, epiſc. ſub Archiep. Saliſburgenſ. ſive exempta, academia, & empor. à Buda 31. leuc. in occaſ. Ratiſponam versùs 57.

¶ Ala Flaviana, ſeu Vindobona, fruſtra obſeſſa fuit anno 1529. a Solimano Turcarum Imperatore. *Wienne* à Gallis, *Wieidun* à Polonis, *Widen* à Bohemis, & *Petz* a Turcis dicitur; eſtque propriè Vindebona, & malè confunditur cum Alis Flavianis, teſtibus Brietio, Cluverio, & al. Ibi perſaepe commoratur Imperator à multis annis, eſtque validiſſimis firmata propugnaculis, cum ponte ſupra Danubium, & armamentario. Vide Vindebona.

Ant. Inſcr. Ala Nariſca, *Aicſtadt*, quaſi Quercopolis, urbs Germ. in Bavaria transdanubiana, epiſc. ſub Archiep. Maguntino, ad Alemannum fluv. Aureato urbi exciſę, cui ſucceſſit, proxima, ab Ingolſtadio 3. leuc. in Boream, Noribergam versùs 10. à Ratiſpana 9. in occaſum.

¶ Ala Nariſca, *Aichſtat*, proprio paret Epiſcopo, & in Palatinatu ſuperiori ſedet.

Ant. Ala nova, *Eberſdorff*, teſte Siml. opp. Pannoniae ſuper. in Auſtria ad Danubium, à Vienna 4. leuc. in ortum Poſonium versùs 6.

¶ Ala nova, *Eberſdorf* quibuſdam, eſt caſtrum Auſtrię inferioris, ubi palatium & delitiae Archiducum Auſtriae. Vix diſtat à Vienna una leuca in ort.

Alæ Flaviae. Vide Arae Flaviae.

Ptol. Alaeſa, Haleſa Cic. urbs Siciliae olim epiſcop. ſub Archiep. Syracuſano, exciſa, in ora occidua, ubi nunc *Caronia* caſtrum, teſte Fax. media inter Cephaledium ad merid. & Agathyrium ad Septent. 30. mill. paſſ. ab Alontio 12. Vide Haleſa Pop. Haleſini Cic. & Plin.

¶ Alagonius, *Alagon*, fluv. Hiſpaniae in regno Legionis. Cauriam urbem alluit, & poſtea cadit in Tagum ſupra Norbam Caeſaream.

Strab. Alalcomenae opp. fuit Bœotiae ad lac. Copaidem inter Aliartum & Coroneam, templo Minervae clarum: cujus mem. Stat. lib. 7. Theb.

Ducis Ithonaos, & Alalcomenaa Minerva.
Agmina.

Arnob. Alamanni, Alemanni al. Vide ibi. Sic & apud. Sidon. panegyr. Avit.

Sternebat: Rhenumque ferox Alamanne bibebas.

¶ Alambater, *l'isle de Diu*, inſ. Aſiae in littore prov. *Guzarate* in India, 50. leucis ab oſtiis fluv. Indi, cum portu & caſtro permunito Luſitanorum, fruſtra aliàs à Turcis obſeſſo. Diſtat à Cambaja urbe 80. leucis. Aliis Alambater eſt *Guadel* opp. & Burace eſt *Diu*.

¶ Alandia, *Aland*, inſ. maris Baltici, juris Suecici, in Finlandiae littore. Vide Oonae inſ.

Plin. Ptol. Amen. Alani, pop. Sarm. Europeae, haud procul à Maeotica palude incolentes, Roxolanis finitimi; qui nunc *Lithuani* dici putantur. Inde etiam Alanus nom. gent. De iis Claud. lib. de vict. Stilic.

Pro latio docuit genti pralatus Alana.

Idem de 4. conſ. Honorii.

- in Latio ritus tranſiſtis Alani.

¶ Alani etiam pop. Scythiae, intra Imaum, prope fluv. Carambicem.

¶ Alanquera, *Alanquer*, opp. Hiſpaniae in Luſitania, versùs Tagum fluvium. Diſtat 9. leucis ab Uliſſipone. Vide Jerobrica.

¶ Alanus, *Alan*, fluv. Angliae in Cornubia prov. in mare ſe exonerat prope oppid. *Paſtow*.

¶ Alarous, *Talart*, oppidum eſt Delphinatus ad Druentiam fluvium, 2. leucis à Vapinco in meridiem, & 5. à Siſtarica.

¶ Alarus, *Alar*, fluv. Perſidis in Hircania: Cadit in mare Caſpium.

Ptol. Alata caſtra, *Edenburg*, urb. & regia Scotiae. Vide Agneda. Olim & Edinodunum dicta putatur, teſte Buchanano. (*Vide Edimburgum.*)

Liv. Front. Plau. Alatrium, quod & Aletrium, & Alatrum Frontino, *Alatri*, col. & urb. epiſc. Latii, in Hernicis, Verulo proxima, ab eo 6. mill. paſſ. ab Anagnia 5. Ferentino propior, à Praeneſte 15. quot à Sora Anagniam versùs.

¶ Alana, urbs antiqua Scotiae merid. prope fontes Tinnae teſte Ortel.

¶ Alava, *Alava*, prov. Hiſp. alias Navarrae; nunc autem Caſtellae annexa à multis, propè Iberum fluv. cujus praecipua urbs, Victoria, eſt inter Navarram, Ipuſcoam; & Iberum fluv. Ibi aliàs Varduli pop.

Ptol. Alauna, Alone Ant. *Allaway*, teſte Camd. opp. Albionis in Damniorum finibus, inter Galavam 12. & Galacum 19. mill. paſſ. Mediolanum versùs, à Clanoventa 30. (*Camd.* Withley *inter Cumbr. & Northumbr.*)

Ptol. Alauni, pop. Sarmatiae Europeae, quorum reg. *Volhinia*, teſte Lud. Decio, putatur in regno Polonico, inter Poloniam ad occ. Lithuaniam ad ort. & Ruſſiam ad merid. ſita. Cujus urbs primaria Luceoria.

¶ Alauni pop. Norici, ubi nunc pars Stiriae, & archiepiſcop. Saltzburgenſi. Dicebantur etiam Ambiſontii, teſte Nicolao Sanſone.

Ptol. Alaunius, fluv. inter Iſacam & Triſantonem, per agrum Durotrigum juxta *Chriſtchurc* fluens. Vide Halenus, prout in cod. Graeco Ptol. legitur. Ortelio *Avon*.

Alaunus, *Alne*, ſeu *Narthtyne* ex tab. fluv. Albionis, in Northumbria, per *Alnewich* in Oceanum fluens.

Ptol. Alavona, Allabona Ant. *Alagon.* opp. Hiſp. Tarracon. ad Iberum fluv. in Aragoniae regno, inter Caeſarauguſtam 4. & Belſinum in occ. 6. leuc. à Turiaſone & Tutela urbibus 10. in ort.

¶ Alavona ſedet juxta Salonem fluv. qui paulò infrà cadit in Iberum.

Plin. Alazon, Alazonius Strab. Alazona Val. Flacco, fluv. Aſiae, Iberiam ab Albania ſecernens, ac in Cyrum influens, de quo Val. Flacc. lib. 6. Argon.

Hiberni qui terga Noa gelidumque ſecuri

Fruit, & tota non audit Alazona ripa.

in. Alba, *Tardera*, teſte Flor. fluv. Hiſp. citerioris, per Catalauniam in mare apud Blandas delabens. A Barcinone 9.leuc. in Bor.

¶ Alba, *Elvas*, urbs Portugalliæ epiſc. ſub Archiep.Oliſſiponen. nota obſidione & clade Hiſpanorum anno 1659. Vide Elva.

¶ Alba, *Akerman*, urbs Moldaviae

¶ Alba, opp. Hiſp.in Cantabris, ubi nunc fortè *Salva-ſierra*, in Alava reg.

¶ Alba, *Alva do Tormes*, ad Tormum fluv. opp. Hiſp. in Regno Legionenſi, cum titulo Ducatus. Diſtat 4. leuc. ab urbe Salmanticenſi.

tol. Alba Auguſta, *Aubenas*, teſte Jac. Dalechampio, opp. Gall. Narbon. in finibus Vivarenſium, à Vivario urb. ad 6.leuc. in occ. diſtans.

¶ Alba Auguſta alijs eſt *Viviers*. Vide Alba Helviorum.

¶ Alba Græca, *Belgrade*, Gallis, *Nandor Alba* Hungaris, *Griechiſch Weiſſemburg* Germanis, urbs munitiſſima Hungariae, in Raſcia provincia, ad confluentes Savi in Danubium, in colle, ſub dominio Turcarum ab anno 1520. Vide Taurunum.

¶ Alba Græca, Hungaris antiquis Alba Bulgarica, Italis *Belgrado*, Slavis *Slauni Biograd*, male pro Taurunno ponitur, cùm Taurunum 3. milliaribus à confluente Savi & Danubii Occidentem versùs ponant tab. Pentingerianæ; ſed crevit ex ejus ruinis, teſte Joanne Lucio.

lin. Alba Helviorum ſeu Helvorum, *Alby*, urbs Galliae Narbonenſ. in Arvernorum & Ruthenorum conf. epiſc. ſub Archiepiſc. Bituricenſi, ferè media inter Toloſam & Ruthenos, 12. leuc. utrinque, à Carcaſone 15. à Biterris 21. in Bor. Quae & Albiga poſterioribus dicta eſt.

¶ Alba Helviorum, quae & Alba Auguſta Helviorum, teſtibus Sanſone, Brietio, & aliis, eſt *Viviers*, urbs Galliae, ad Rhodanum fluvium, in planitie. Vivarienſis tractus caput, in Occitania regione.

Vet. Inſ. Alba Julia, priùs Apulum, *Weiſſenburg*, & Hungaricè *Gyula Fejervar*, urbs Tranſylvaniæ, & Principis ſedes, col. Daciae, epiſc. ſub Archiep. Colocienſi, inter Claudiopolim & Cibinium, utrinque 7. leuc. à Corona 18.

¶ Alba Julia ſedet prope fluvium Mariſum, 8. leucis à Cibinio in occaſum.

Cic. Plin. Liv. & al. Alba longa, *Alba* adhuc, urbs Latii exciſa, antiquior Roma, ab Aſcanio an. 32. poſt excidium Trojæ condita, anno mundi 3066. manet epiſcopatus Cardinalibus tribui ſolitus, ab urbe Roma 16. mill. paſſ. Illam circumſtant caſtra Albanum, Savellum, & Gandulphi, ex ruinis ejus, ut ferunt, conſtructa. Pop. Albani. De Alba Tibull. lib. 2.

Albaque ab Aſcanio condita Longa duce.

Virg. lib. 6. Æn.

Unde genus Longa noſtrum dominabitur Alba.

Et lib. 5.

Albani docuere ſuos: hinc maxima porrò
Accepit Roma.

Ea prorsùs jacet, à Romanis deleta, velut mater à filia.

¶ Alba in ruinis jacet; & ei adjacet Albanum urbs, quae ex ejus ruderibus crevit, & nunc vulgò *Albano* dicitur; eſtque epiſcopatus uni ex 6. antiquioribus Cardinalibus tribui ſolitus. Diſtat ab urbe Roma 14. mil. paſſ. Principatus titulo gaudet Sabellorum, & vino ſuo celebratur.

¶ Alba maritima, olim Blandona, deinde Belingrada, & Belgradum, civitas fuit Croatiae maritimae, nunc Dalmatiæ. Deſtructa eſt, & vulgò *Zara vecchia*, Slavis *Biograd*, dicta etiam Alba maris, teſte Joanne Lucio.

Plin. Liv. Feſto, & al. Alba Marſorum, *Albi*, col. deducta cum Eſernia, & urbs Latii in finibus Marſorum, nunc opp. & com. Aprutii apud lac. Fucinum, à quo 3. mill. paſſ. abeſt, ab urbe Roma 48. ab Aquila 21. à Taliequitio 8. in ort. Sulmonem versùs. Pop. Albenſes. De Alba Sil. lib. 8.

Alba ſedet campos, pomiſque rependit ariſtas.

Plin. Alba Pompeja, *Alba*, col. & urb. Liguriae epiſc. ſub Archiep. Mediolanenſi, ad Tanarum fluv. urbs Montisferrati ab Aſta 12. mill. paſſ. in occ. ab Auguſta Taurinorum 28. Aquas Statiellas versùs 18. Pop. Albenſes.

¶ Alba Pompeja, *Alba*, urbs eſt Ducatus Montisferrati; ſed ab eo avulſa paucis abhinc annis pace inita Cheraſci, paret Duci Sabaudiae, multas experta vices hiſce ultimis temporibus; & deficit in dies, à paucis habitata.

Scrip. Pann. Alba Regalis, *Stulweiſſenburg*, urbs Pannoniae ſup. in Hungaria ciſdanubiana, intra paludem, olim Regum coronatione & ſepultura clara, nunc ſub Turcis, à Buda ſupra 30. mill. paſſ. quot à Strigonio in auſtrum recedit, à Vienna 30. leuc. in Eurum, Veſprinio urbi epiſcop. vicina ad 3. leuc.

¶ Alba Regalis, Slavis *Stolni Biograd*, Hungaris *Ekekes Fejerwar*, & Gallis *Albe Royale*, capta fuit à Turcis anno 1543. & ipſis etiamnum ſubeſt; ſedetq; ad fluvium *Sarwitze* dictum, 45. mill. paſſ. à Buda in occaſ. in ipſo limite ditionis Auſtriacae.

¶ Alba Sebuſiana, ſive Sebuſium, *Weiſſembourg*, urbs Alſatiae in ditione Regis Franciae, pace Monaſterienſi. Sedet juxta Luttram fluv. & 4. leucis diſtat ab Hagenoa versùs Septr. eſtque una ex decem urbibus Praefecturæ provincialis. Vide Viſſemburgum.

Alba Virgaonenſis, Plinio Alba & Virgao, *Ariona*, teſte Mor. ex lap. vetuſto, opp. Hiſp. Bæticæ apud Gienen urb. à Tucci 3. leuc. *Vet. Inſ.*

Alba opp. fuit Germ. apud Nicri fluv. ulteriorem ripam: cujus ager adhuc *Alb* in ſylva nigra & Duc. Wirtembergenſi nominatur. *Fl. Uopiſco.*

Alba quoque fluv. Hiſp. citer. apud Emporias mari exceptus: ex quo *Rio de Ampurias* appellatur. Alter in Gall. Narbon. *Riderens*. Alius in Campan. Gall. Bell. vulgò *Aube*. *Plin.*

¶ Alba, *Aube*, fluvius eſt Galliae. Oritur in limite Burgundiæ, deinde per Campaniam provinciam fluens, Barum rigat; hinc auctus aliquot fluviis, in Sequanam ſe exonerat: diciturque etiam Albula.

¶ Albamala, *Aumale*, urbs Galliæ in Normannia prov. ad initium fluv. Buzinæ, Ducatus titulo ornata, 14. leucis diſtat à Rothomago, & 8. à Bellovaco.

Albana, *Bachu*, ex tab. recent. urb. Albaniæ, & empor. ad Caſpium mare, quod ex illa *Mer de Bachu* nominatur, ultra Portas Ferreas urbem & emp. in Bor. diſtans. *Ptol.*

Albani, pop. Macedoniæ, quorum reg. *Albania*, & ipſi *Albaneſi* dicuntur: eorumque urb. Albanopolis eſt inter alias. *Ptol.*

¶ Albania, *Albanie*, Italis *Albania*, reg. Græciæ, quæ olim Epirus & pars Occidentalis Macedoniæ. Ferè tota paret Turcis, valde populoſa & incolis referta Chriſtianis, qui vulgò *Albanois* à Gallis dicuntur. Hinc milites *Capelets* dicti vulgò.

¶ Albaniȩ urbes clariores hiſce temporibus.

Aulon, la Valona.	*Larta*, Larta.
Butrotum, Butrinto.	*Liſſus*, Aleſſio.
Croja, Croje.	*Ochrida*, Locrida.
Dyrrachium, Durazzo.	*Scodra*, Scutari.

Albania, ſic à populorum colore nominata, reg. Aſiæ mari Caſpio ad ortum incumbens, Iberiæ ad occ. & Atropatiæ ad merid. contermina, *Zuiria* magna ex parte, & *Chipicche* ad occ. & *Zitrachan* ad arctos, teſte Nig. & Caſt. dicta. Urbes clariores Albana, & Oſica. Albania quoque Scotia (pars Albionis ad arctos) dicta eſt, teſte Hectore Boeth. nunc etiam *Albayn* pars Scotiæ mediterr. *Ptol.*

¶ Albania prov. Scotiæ dicitur, & *Braid-Albain*, hoc eſt, pars ſuper. Albaniæ ſcil. Scotiȩ, & *Drum Albain Dorſum Scotiæ, ubi mons Grampius.*

¶ Albania, *Albegna*, fluv. Italiæ in Thuſcia, in ſinum Telamonenſem defluens prope Urbatellum. Vide Almiana.

Albanopolis, *Albanopoli* Mol. & aliis, urb. Macedoniæ mediterr. Albanorum metrop. à Dyrrachio ſup. 40. mil. paſſ. & à Liſſo 35. in ort. *Ptol.*

¶ Albanum, urbs Aſiȩ in Armenia majori, ubi S.Bartholomeus Apoſt. martirio coronatus. Nunc diruta jacet, niſi ſit Albana ad Caſpium mare.

Albanum, *Albano*, villa erat Latii circa Velitras urb. ab urbe Roma ad 20. mill. paſſ. via Appia diſtans. Ejus mem. Hor. lib. 2. ep. 1. *Cic. Procop.*

Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

¶ Vide Alba longa.

Albanus mons, *Monte Albano*, mons & lac. Latii, qui *Lago di Caſtel Gandolfo* dicitur, ab urbe Roma 10. mill. paſſ. apud Albam urb. Ejus mem. Mart. lib. 4. *Liv. & al.*

Albanos quoque Tuſculoſque colles,

Lacus verò Prop. lib. 3.

Albanuſque lacus Socij Nemorenſis ab unda.

¶ Albanus mons diſtat ab urbe Roma 12. mill. paſſibus in ortum.

Albanus, Albius Strab., *Auff der Alben*, teſte Laz. mons Pannoniæ ſup. in Norici & Japydiæ confinio. *Ptol.*

Albanus, *Cohan* Mol. & aliis, fluv. Albaniæ in Aſia, in mare Caſpium influens, à quo regioni nomen eſſe videtur, ſic ab incolis, teſte Matth. Michovio dictus. *Plin. Ptol.*

 ¶ Albara-

¶ Albaracinum, *Albarazin*, urbs Aragoniæ epiſc. Vide Lobetum.

¶ Albayad, opp. Africæ prope paludem Nube, in Nigritia regione.

¶ Albenacum, *Aubenas*, urbs Galliæ in Vivarienſi tractu, ad fluv. *Ardeſche*.

¶ Alberſtrophia, *Alberſtrof*, opp. Lotharingiæ, Metenſis epiſcop. 4. leuc. diſtat à Marſalia.

¶ Albertonium, *Alberton*, opp. Africæ in ora regni Barcæ, versùs Ægyptum, aliàs Paratonium.

Sidon. Albia, & aliis Albiga, *Alby*, urbs Gall. Narbonenſ. Pop. Albienſes Sidonio Apollinari. Vide Alba Helviorum. (Vide Albiga.)

¶ Albia, *Oblok*, opp. Germ. in Carniola prov.

Ptol. Albiana, *Roccha piana* Caſtal. opp. ſeu potiùs hodie pag. Corſicæ mediterr. in ora ad merid. verſa, apud Paconiam, inde 9. mill. paſſ. Fiſeram versùs.

Ant. *Alc.* Albiatum, & Abiatum cognomento craſſum, *Abiagraſſo*, oppid. Inſubriæ amplum in agro Mediolanenſi, inter Mediolanum 14. & Viglebanum 6. mill. paſſ. occurrens.

Caſ. Albici, *Albic*, teſte Rob. Cenali, pop. Aquitaniæ, quorum oppid. ſic vulgò appellatur. Sed Cæſar hos in Gall. Narbonenſ. ſupra Maſſiliam deſcribit. Albienſes à Strab. poſt Salyes locati.

¶ Albienſis Comitatus, *Comtè d' Albe Royale*, prov. Hungariæ juxta Albam Regalem, & una ex provin. regni, in ditione Turcarum.

Greg. *Tur.* Albiga, *Alby*, urbs epiſc. Gall. Cadurcis finitima, ſic à Gregorio Turonenſ. & in lib. conc. dicta. Vide Alba Helviorum. Sita eſt ad Tarnem fluv.

Plin. *Strab.* Albingaunum, Albigaunum Ptol. *Albenga*, urbs Liguriæ littoralis epiſcop. ſub Archiep. Genuenſi, inde 60. mill. paſſ. in occ. Albintemelium versùs 40. Pop. Ligures, Ingauni Strab. & Albingauni Vopiſco.

¶ Albingaunum ſubeſt dominio Reip. Genuenſis. Ejus epiſcopatum inſtituit Alexander III. anno 1179. Sedet in planitie ad Rutulam amnem; è cujus regione inſula ineſt admodum parva, & verius ſcopulus, vulgò *Iſolotto d'Albenga* Italis, antiquitus Gallinaria dicta. Urbs aliàs dives. Nunc deficit.

Ant. Albiniana caſtra, *Alphen*, vic. hodie Batavorum in Hollandia inter Lugdunum & Trajectum inferiùs à Lugduno 2. leuc. in merid. Werdam versùs totid. Sunt qui Albina & Albimana legunt.

Ptol. Albiniminium, *Vintimiglia*, urbs Liguriæ epiſc. Vide Albintemelium.

Ric. Albintemelium, Albintimilium Tac. Vintimilium Var. *Vintimiglia*, urb. Liguriæ Littoralis epiſc. ſub Arch. Mediolanenſ. ditionis tamen Genuenſium, inter Albingaunum 40. & Niceam ad occ. ferè 20. mill. paſſ. Pop. Intemelii apud Liv.

Ariſt. *Plin.* *& al.* Albion, Alvion Ptol. quæ & Britannia, inſ. maxima Europæ in Oceano Galliæ & Germaniæ adjacens, a Gallia 30. mill. paſſ. in Bor. diſtans; in Britanniam primam, quæ eſt Anglia, vulgò *England*, & Britanniam ſecundam, quæ eſt Scotia, *Scotland* vulgò incolis dicta, in duo regna diviſa, inter Cantium prom. ad ortum, & Bolerium prom. ad occ. ad 400. mil. paſſ. lata; longa verò inter auſtrum & ſeptentriones ſupra 800. Angliæ regia eſt Londinum, Scotiae Edimburgum; tametſi noſtra tempeſtate Rex Scotus, Anglis Regibus deficientibus, utrique dominatur.

Liv. ¶ Albion nova, *Nouvelle Albion* Gallis, *Nevv Albion* Anglis, pars Americæ ſeptentr. detecta à Franciſco *Drack* Equite Anglo; & ab ipſo anno 1579. nova Albion dicta. Vide ibi. Eſt regio perampla; ſed nondum bene cognita Europaeis, neque etiam versùs oram littoralem. A multis creditur extenſa à freto Aniano, quod eſt ſupra Californiam inſ. uſque ad terram Eſonis. Aliis autem eſt pars Eſonis, quod forſan rectius. De iſta nova Albione fides ſit penes Anglos. Nihil enim certi habemus de ea.

Senec. *Strab.* *Plin.* *& al.* Albis, *Elbe*, fluv. maximus German. in finibus Sleſiæ oriens, in meridiem primum, deinde in occ. poſtea in ſeptentrionem per Bohemiam, Miſniam, & Saxoniam in Oceanun fluens infra Hamburgum urbem Holſatiæ maximam, Dreſda, Torga, Viteberga, Magdeburgo, Luneburgoque, urbibus praeclaris, irrigatis. Ejus mem. Claud. lib. 1. de laudibus Stilic.

-- mediumque ingreſſa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent. Et alibi.

¶ Albis fluvius in monte, qui *das Riſengebirge* vocatur, id eſt, Gigantum juga, ortum habet, & à Bohemis *Labe* dicitur. Suſcipit autem Multam flumen, quod Pragenſem præterlabitur civit. deinde Egram ex monte pinifero fluentem, poſtea Salam ac Ortellam, & per Saxoniam ſuperiorem fluens, inde per inferiorem Saxoniam inibi iter Ducatus Bremenſem & Holſatiæ infra Glucſtadium oceano Germanico miſcetur.

Albiſtrum, *Urſimarſo* nunc, teſte G. Bar. opp. Brutiorum mediterr. in Calabria citer. ad Apenn. mont. radices, apud Laum fluv. inter Laum opp. 10. & Cerillos 12. mill. paſſ. à Marcopoli ad 30. in occ. Vide Abyſtrum. *Ptol.*

Albium, ſeu Albius, *Alben* Laz. mons Japodum in Carniola reg. Alpes apud Idrum opp. attingens. Vide Albanus. In eo argentum vivum effoditur apud Avendonem opp. inter Juſtinopolim urb. Hiſtriæ, & Labacum Carniolæ metropolim ad 40. mill. paſſ. ubi Albium opp. ſeu caſtrum Albenſ. *Strab.*

Albium Intemelium. Vide Abintemelium.

Albius, mons Japodum (*Birpamervvaldt* incolis) ingens, ex quo Colapis fluv. profluit, qui & *Alben* nominatur, ad occ. ubi Albium opp. *Strab.* *Strab.*

¶ Albocentii, pop. Daciæ, *Coſona*, Hungaris *Ribomeza*, teſte Ricciolio.

Albona, quæ & Alvona Plin. Alvum Ptol. *Albona*, opp. Hiſtriae, ad fin. Flanaticum, apud Arſiae fluv. oſtia, in Illyrici conf. à Pola urb. 21. mill. paſſ. in Bor. Pop. Albonenſes Plin.

¶ Albretum, *Albret*, opp. & Duc. Galliae, in Vaſconia. Vide Lebreti-Vicus.

Albula, qui & Tyberis, teſte Plin. ſic ab aquarum albedine dictus, *il Tevere*, fluv. Hetruriae notiſſimus, Romam interluens. Vide Tiberis, ſeu Tyberis. De eo Ov. lib. 5. faſt. *Plin.* *& al.*

Venit & Alcides turba comitatus Achiva.
Albula, ſi memini, tùnc mihi nomen erat,

Albula altera, quae & Albulates Plin. fluv. Piceni in Aprutio, per fines Praeguttiorum inter Aſculum & Interamnam urbes fluens in mare Adriaticum, *Librafatta*, & *Liberata*, ſeu *Vibrato*. *Plin.*

Albulae aquae, *Bagni di Tivoli*, aquae ſalutares apud Tybur. urb. quae in Anienem fluv. excipiuntur. De quibus Mart. lib. 1. *Vitr.* *Pauſ.* *Plin.* *& al.*

Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces,
Canaque ſulphureis Albula fumat aquis.

¶ Album mare, *Mer blanche*. Vide mare album.

¶ Albunea, *Albona*, fluv. Italiae in Duc. Mediolanen. & agro Novarien. Dicitur & Albonea, inque Padum influit.

¶ Albuquercum, *Albuquerque*, opp. Hiſpaniæ, in Extremadura prov. à limite Portugalliae 3. leucis in clivo, propè Geboram amnem.

Albunea ſylva, & Albuneus fons, in montibus apud Tibur. urb. & Anienem fluv. Nunc etiam *Albuna* vulgò dictus. Cujus mem. Virg. lib. 7. Æn. *Virg.*

Conſulit Albunea, nemorum qua maxima ſacro
Fonte ſonat.

¶ Alburacis, fluv. Galliae Narbonenſis, vulgò *l'Ariege*, in Occitania, Nicolao Sanſone teſte cadit in Garumnam paulo ſupra Toloſam. Ab aliis Aurigera, & ab antiquis etiam Aregia. Vide ibi.

¶ Alburgum, ſeu Ælburgum, urbs Daniae epiſcop. ſub archiep. Lunden. in Jutia ſeptent. ad ſinum Limicum, *Limfort*. 3. leucis diſtat ab ora littor. 8. ab Arhuſia, paulò minùs à Wiburgo.

Alburnus, *Alborno*, teſte Cittadino, & Mazzella, mons Lucaniae, apud Silarum fluv. in Lucanorum & Picentium conſ. à Salerno ad 30. mill. paſſ. Is nunc variè nominatur, *Montagna di Sicignano*, & *M. della Petina*, teſte Celſo Cittadino; apud Auletam opp. unde Tanager fluv. profluit. De eo Virg. lib. 3. Georg. *Vib.* *Seq.*

Eſt lucos Silari circum, Ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo.

Eſt & Alburnus nomen piſcis apud Auſon. in Moſella.

¶ Albus, lacus Tartariae Aſiaticae, in regione Cataja, versùs civitatem Cambalum.

¶ Albuſama, *Alboran*, inſ. Africae in Mediter. mari, in ora regni Fezzae, Sanuto. Vide Erroris inſ.

¶ Alcadeta, *Alcaudete*, opp. Hiſp. in Vandaluſia. Diſtat ſex leucis ab urbe Giennenſi.

¶ Alcala Regalis, *Alcala Real*, opp. Hiſp. in reg. Granatae & confin. Vandaluſiae, 9. leuc. diſtat à Granata.

¶ Alcanitium, *Alcanitz*, oppid. Hiſpaniae in Aragonia, ad fluvium *Guadelete*. Diſtat 9. leucis à Dertuſa. Raros habet incolas.

¶ Alcanitium, *Alcanizes*, aliud opp. Hiſpaniae, in regno

Legionis, prope Durium fluv. 3. leucis diſtat à Miranda urbe Luſitaniae.

¶ Alcamus, *Alcamo*, opp. Siciliae, ad radices montis, in Valle Mazarae, 20. mill. paſſ. diſtat à Palermo merid. versùs, & totidem a Drepano.

¶ Alcaratium, *Alcaraz*, opp. Hiſpaniae, in Caſtella nova, aliter *Villanova*, juxta fluv. *Guadarmena*. Hinc montes dicti *Sierra d' Alcaraz*.

Alcanthoe, urbs Achajae. Vide Megara: nam eadem illi eſt. Cujus inter alios meminit Ovid. lib. 1. triſt. *Ovid.*

Et quos Alchatoes memorant à mœnibus ortos.

¶ Alceſtria, *Aulceſter*, oppid. Angliae, in Warvicenſi provincia ad amnem *Trovv*. Diſtat à Warvico 11. mill. Anglicis.

Alchippe. Vide Archippe.

Alciacum, *Auchy le Chaſteau*, opp. Arteſiæ prov. juris Gallici, ad Altiliam fluv. 4. leucis diſtat ab Hedino in meridiem. *Plin.*

¶ Alciatum, *Alciato*, oppidul. Duc. Mediolanen. in Italia, Vide Alſiatum.

Alcimoennis, urbs Germ. quae nunc, teſte Althamero, Ulma, & vulgo *Ulm* nominatur, urbs libera Sueviae, inter praecipuas, ad ulteriorem Danubii ripam, ab Auguſta Vindelicorum 9. leuc. Eſelingam versùs totidem. *Ptol.*

Alcinoi horti in Corcyra inſ. memoratiſſimi fuere, Alcini ab Homero dicti, ab Alcinoo Rege Phaeacum exculti, Horum mem. Virg. lib. 2. Georg. *Virg.*

Pomaque, & Alcinoi ſylvæ: nec ſurculus idem.

Mart. lib. 10.

Regias Alcinoi nec mihi ſervit ager;

Sat. lib. 1. ſylvar.

Quin bifera Alcinoi laudem pomaria, voſque.

Alcinoi horti apud Phaeac. mirre amęnitatis fuiſſe feruntur, ut in proverbium tranſierint apud Tertull. & Gregor. Nazianz. de loco divitiarum ſeu delitiarum pleno, & per metaphoram de libris eruditione plenis: ſicuti & *Alcinoi menſa* apud eundem, de lauta & opipara menſa.

Alcuith, *Dunbritton*, teſte Hectore Boethio, oppid. Scotiae apud Cludam fluv. ſive ejus oſtia, à Glaſquo urb. 5. mill. paſſ. in occ. quaſi caſtrum Britonum, inter Scotiae emporia. *Beda.*

¶ Alcmaria, *Alcmaer*, urbs Hollandiae, ſeu potiùs Veſt-Friſiae, egregiè munita; unde repulſus fortiter Hiſpanus anno 1573. Lacubus erat aliàs circumcincta. Tribus leucis diſtat ab Horna, & 5. ab Amſtelodamo, duabus autem à Zippa lacu.

¶ Alcobaſa, *Alcobaca*, monaſterium celeberr. ord. S. Benedicti in Portugallia, 5. leuc. diſtat à Leiria urbe, & una tantùm ab Aljubarota.

¶ Alcocerum Salinarum, *Alcocer do Sal*, oppid. Hiſpaniae, in Portugallia, ad fluvium *Zadaon*. Diſtat 8. leucis à Cœtobriga.

¶ Alcudia, *Alcudia*, opp. inſulae Majoricae noviter munitum, cum portu, 7. leucis dìſtat ab urbe Majorica, una autem à Pollentia.

Alcyonium ſtagnum eſſe in agro Corinthiaco fertur. Ejus profunditas multis lunibus connexis non potuit explorari; quod & Amphiarai fons, teſte Pauſania, dictum eſt. Mare quoque in ſin. Corinthiaco Alcyonium, ſeu Halcyonium dictum ferunt, quod in eo ſe Halcyone (poſtea in avem converſa) Ceycis filii Luciferi uxor, audita viri morte naufragio perempti, præcipitarit; illudque mirè tranquillum reddi, dum aves Halcyones ova pariunt. De qua re Ovid. lib. 11-Metam. fabulatur. *Pauſ.*

Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.

Alcyone etiam, teſte Plin. opp. fuit Theſſaliæ ad ſin. Maliacum, ex cujus ruinis Methone opp. exſtructum, ad quod Philippus pater Alex. altero oculo orbatus eſt.

¶ Aldeberga, *Aldeberg*, urbecula Germ. in Saxonia ſuper. in confinio Bohemiæ, versùs Albim fluv. 4. leucis a Dreſda ad merid. diſtat; ſubeſtque Electori Saxoniæ.

¶ Aldeburgum, *Aldebroug*, oppid. Angliæ, in Suffolcia provinc. & in ora maris Germ. 12. mill. Anglicis diſtat ab Gippevico. Vide Iſurium.

¶ Aldeburgum, *Aldenbourg*, urbec. Germaniæ in Holſatia, cujus ſedes epiſcop. inde Lubecam eſt translata anno 970. Dicitur aliter *Oldenbourg*, unde tractus cognomin. in Wagria regione; diſtatque 7. leucis Germanicis a Lubeca urbe.

¶ Aldegus, *Aldego* fluv. territorii Veronenſis. Cadit in Atheſim, in ditione Veneta.

¶ Aldenarda, *Oudenarde*, urbs Flandriæ munita. Jacet inter Gandavum atque Tornacum, & interfluente Scaldi fluvio bipartitur; a Gallis capta anno 1658. & Hiſpanis dein reſtituta, iterum expugnata fuit anno 1667 a Lodovico XIV. Rege Galliæ, cui etiamnum ſubeſt cum toto tractu adjacente, pace ad Aquiſgranum confecta. Arcem habet validam, *Pamele* dictam, in medio urbis.

¶ Aldenburgum, *Altenbourg*, opp. Germ. in Miſnia, cum caſtro, unde Duces Aldemburgenſes è domo Saxonica. Dicitur & Altemburgum. Vide ibi.

Aldeſcus, fluv. Sarmatiæ Europææ, qui in Panticapen influit; ac uterque per Podoliam fluens, in mare Euxinum excipitur. De eis Dionyſ. Afer de ſitu orbis: *Dion. Afr.*

Hìc ſunt Aldeſci, Panticapæque fluenta.

Alduaſdubis, Dubis aliis, *le Doux*, fluv. Sequanæ maximus, per Burgundiam com. ex Jura mont. in Ararim fluens. Vide Dubis. *Caſ.*

Alea oppid. fuit Arcadiæ, cujus ruinæ apud Teſeam urb. cernebantur, teſte Pauſ. ab ea urbe 10 ſtad. diſt. *Plin. Pauſ.*

Alecta. *Alette*, urb. Gall. Narbon. epiſc. ſub archiep. Narbonenſi.

¶ Alecta, urbs in Occitania inferiori, Ad Atacem fluv. ſedet, & *Alet* dicitur; diſtatque 5. leuc. à Carcaſſona, & 7. ab urbe Mirapicenſi. *Cedr.*

Alectriopolis, *Aleſteroſori*, urbs Macedoniæ epiſcop. ſub Archiepiſcop. Philippenſi, inter Philippos & Theſſalonicam. *Vet. Trad.*

Alectum, poſtea Dei donum, *Dondy*, *ſeu Dondee*, teſte Camd. cum aliis, opp. Scotiæ in ora ad ortum, ad oſtia Tai fluv. inter Andreapolim & Brechinium urbes, ad 12. mill. paſſ. occurrens. *Strab. Plin.*

Alejus campus, locus Lyciæ, apud Chimæram mont. in quo Bellerophontes, cum à Pegaſo ab œſtro agitato excuteretur, cecidiſſe, & periiſſe traditur. *Soart.*

Alemanni, Alamanni Steph. Alamanni Arnobio, & Sidon. pop. Germ. Galliæ Belgicæ & Rhætiæ proximi, in Suevia quondam incolentes. Nunc omnes Germani Alemanni etiam dicuntur, vulgò apud Italos *Alemani*. Horum reg. Alemannia *Alemagna* nominatur, Rhætiam præſertim, Helvetiam, & Sueviam complectens. De qua Claud. de laud. Stilic. lib. 1. *Amm. Tac.*

Oravit jungique tuis Alemannia ſignis.

Alemannus, *Altmul*, fluv. German. ex Suevia ortum habens, ac per Aureatum, urb. (nunc Aichſtatum) in Danubium inter Ingolſtadium & Ratiſponam influens.

Alenconium, *Alenzon*, teſte Rob. Cenali, opp. Gall. Celt. in Normanniæ & Belſiæ conf. Duc. titulo inſigne, ac Sagio urb. propinquum, inde leuc. inter Lutetiam 27. & Abrincas 18.

¶ Alenconium, *Alencon*, ad Sartam fluvium ſedet, in Normannia provincia, ſed longè a Belſia provincia. Diſtat a Sagio 5. leucis, & à Lutetia 47. leuc. eſtque urbs ampla & elegans. *Vet. Trad.*

¶ Alentakia, reg. Duc. Livoniæ in Eſthonia prov. prope Narvam urbem, ſinum Finnicum inter & Peipum lacum, in ditione Suecorum.

¶ Aleppum, ſive Alepum, *Alep*, urbs Syriæ & emporium percelebre, Vide Hierapolis.

¶ Alera, *Alre*, fluv. Germaniae in Saxonia infer. Verdam urbem alluit, & poſtea in Viſurgim cadit. Vide Allera.

Aleria, col. & urb. Corſicae marit. in ora orientali, epiſcop. ſub Archiep. Piſano, exciſa, manente epiſcopatu, à Mariana urbe etiam extincta 30. mill. paſſ. in ortum diſtans. *Plin. Ptol.*

¶ Aleria in ruinis jacet, & locus nunc etiam dicitur Aleria deſtrutta; *& Epiſcopus manet in opp.* Cervionis, *in meditulio inſulæ.*

Ales, fluv. Joniae frigidiſſimus, juxta Colophonem urbem fluens: qui Plin. Aleon dici videtur. *Pauſ.*

Aleſa, urbs Siciliae. Vide Haleſa. Hinc Aleſinus, ut urbs Aleſina apud Cic. in epiſt. famil. *Cic.*

¶ Aleſia, *Alais*, urbs Galliae, in Occitania infer. prov. ad Gardonem. Diſtat 5. leucis ab Ucetia, 10. autem a Ponte S. Spiritus, in Nemauſenſi tractu, ad radices Gebenarum montium.

Aleſia, Alexia Liv. & aliis. Vide ibi. *Caſ.*

Aleſtes, *Rio di Braga*, fluv. Hiſp. per Bracaram urb. fluens, teſte Vaſaeo. Sunt qui hunc *Cavado* dici putent; ſed hic Celandus veteribus dictus eſt. *Strab.*

Aleſus, *Pittineo*, teſte Faz. fluv. Siciliae, Aletam opp. alluens, ac in mare inter Cephalodium & Haleſam influens. *Vet. Inſc.*

Aleſus, item fluv. Thuſciae juxta Aleſium fluens, nunc *Sanguinara*, teſte Ortell. vocatus. *Sil.*

Ptol. Aleta, opp. geminum: unum Illyrici in Dalmatia mediterr. *Moſth* hodie, teſte Nig. Alterum Siciliæ everſum, ubi nunc opp. S. Marci, teſte Faz. in ora occid. inter Cephaledium & Haleſam. Alicya Cic. dicta videtur, ut rudera teſtantur.

Aleta, poſtea Maclovium, ſeu Macloviopolis, *S. Malo*, opp. Gall. Celt. in Britania minore, ad Rinctum fluv. in ora contra Aaronis inſulam, à Dola 4. leuc. in Bor. à Rhedonis 14. epiſc. ſub archiep. Turonenſi.

¶ Alletha, poſtea Maclovium, urbs eſt parva, ſed dives & munita, emporium celebre, & ſtatio navium commoda, in Aaronis inſula cum caſtro. Ruinae autem Alethae viſuntur primo lapide a Macloviopoli, quae crevit poſt ejus excidium.

Plin. *Ptol.* Aletium, *Lecci*, urbs Salentinorum: ſeu Japigiae, epiſcop. ſub archiep. Hydruntino, inter Brundiſium ad occ. & Hydruntum ad ort. 24. mil. paſſ. primaria regionis, ac totius regni poſt Neapolim clariſſima, à Tarento 50. mill. diſtans.

¶ Aletium, *Lecce*. urbs eſt in prov. Hydruntina, diſtatque 7. mill. paſſ. ab ora maris Adriatici.

Strab. *Plin.* Aletrium, Alatrium Liv. *Alatri*; urbs Latii epiſc. in Hernicis, inter Anagniam 8. & Soram 15. mill. paſſ. Pop. Aletrinates Plin.

Strab. *Thuc.* Alex, *Aleſſo*, teſte Bar. fluv. Locrorum, terminuſque Brutiorum, quos à magna Graecia ſeparat, agrum item Locrenſem olim à Rhegino dividens. Scribitur etiam cum adſpiratione Halex.

¶ Alex, *Alece*, teſte Magino, fluv. eſt parvus Calabriae ulterioris, & in mare Jonium ſe exonerat inter Promontoria Herculis & Leucopetra.

Alexandria, urbs multiplex.

Strab. *Plin.* *Ptol.* *& al.* 1. Ægypti in ora, ab oſtio Canopico 12. mill. paſſ. in occ. cognomento magna, opus Alexandri Magni. *Scanderia* Turcis, & *Aleſſandria* Italis, urb. patriarch. & emporium celebre, quò ex India merces, praeſertim aromata per univerſam Europam diſtribuenda, advehuntur. Olim ante Cairi erectionem (à quo itinere quatridui diſtat) clarior, ab Alex. Mag. olymp. 112. condita, à Syene ultima in auſtrum urbe Ægypti 600. mill. paſſ. in Bor. à Peluſio 200. in occ. Cyrenen versùs 705. ab Hieroſolymis 400. Hinc Alexandrinus nomen gent. Proper. lib. 3.

Noxia Alexandrina dolis aptiſſima tellus.

Alexandrini, ob cœli clementiam, apud ſcriptores luxus maximè notati ſunt; veluti apud Quintil. lib. 1. & Ammian. lib. 22. ut *Delitia Alexandrina* in proverbio ſint in molles & effeminatos. Alexandriae aer adeo temperatus eſt, ut quolibet die ſolem videant. Unde ob delitias per excellentiam πόλις dicitur, ut Roma urbs, & ἄςυ Athenae.

¶ Alexandria Ægypti dicitur a Gallis *Alexandrie*, & à Turcis *Scanderia*; diſtatque à Cairo 125. milliaribus. Portum habet percelebrem; ſed ipſa deficit in dies; vixque in ea ſunt octo millia incolarum. Ad oſtium portus eſt inſula Pharos, quæ jam injecta mole terræ adjacet, ubi turris Pharos nunc deſtructa: & ſuper ejus rudera eſt arx Turcarum, qui juxta portum alteram arcem habent.

Q. Curt. 2 Albaniae ad mont. Caucaſi radices, & oram maris Caſpii, urbs & emp. regionis praecipuum, *Demiracapi* Turcis, quaſi portae ferreae, & incolis *Derbent*, à Taureſio, ſeu Ecbatanis regia Perſarum itinere viginti dierum diſtans in Boream, ubi ex Aſia in Scythiam per anguſtias tranſitus eſt.

Plin. 3 Arachoſiae, *Cabul* hodie, teſte Caſtal. regionis regia ad Arachotum fluv. Prophthaſia regia Drangarum, 515 mill. paſſ. diſtans in ort. Indiam versùs.

¶ Alexandria Arachoſiae, aliis eſt *Candahar*, urbs munita Indiae, cis Gangem, ſub dominio Magni Mogolis, tractus cognominis caput, in limite Perſiae, ad radices montium, 200. mille paſſibus ab Indo fluvio in occaſum diſtans, teſte Sanſone.

Ptol. 4 Ariae, *Heri* Caſt. & al. (quod nomen etiam eſt ipſi provinciae) urbs primaria & regia, ad Arium fluv. inter Hecatompylon regiam Parthiae ad occ. 565. & Bactra regiam Bactrianae in ort. 484. mill. paſſ. Sunt qui *Burgian* dici velint.

5 Carmaniae, *Serent*, teſte Caſtal. urbs regia, & regionis primaria, inter Armuzam & Ariam.

Steph. *Ptol.* 6 Ciliciae, ſeu Syriae in confinio, urb. epiſc. ad ſin. Iſſicum, inter Iſſum & Seleuciam Pieriae ad 30. mill. paſſ. utrinque, *Aleſſandretta* Italis, teſte Nig. & *Scanderone* Turcis, teſte Leunclavio.

¶ Alexandria, Syriae urbs, Gallis *Alexandrette*. 50. mill. paſſ. diſtat ab Alepo in occaſ. & totidem ab Antiochia in Bor. eſtque emporium celebre.

7 Margianae, *Indion* hodie dici putatur in tab. recent. urb. praecipua & empor. earum regionum.

¶ Alexandria Poloniae, *Alexandria*, urbs nova in Volhinia ſuperiori prov. ad fluv. *Horin*. 20. leucis Polonicis diſtat à civitate Luceoria, 8. ab oppido *Korzee*, & 12. ab *Oſtrog*. oppido. *Plin.*

8 Statiellorum, *Alexandria*, urbs Liguriae non obſcura, ad Tanarum fluv. illam interfluentem, ampla, ubi praeſidium ingens Hiſpanorum, epiſc. ſub Archiep. Mediolanenſi inde 52. mill. paſſ. in auſtrolibycum, media ferè inter Genuam ad ort. & Auguſtam Taurinorum ad occ. eſt ad 40. mill. paſſ. epiſcopalis ab Alexandro III. Pont. Max. (à quo nomen habet, cùm priùs Caeſarea diceretur, ex quatuor pagis, Marico, Gamundio, Roboreto, & Burgolio, cum aliis 4. Quadringento, Solerio, Oviliis, & Foro constructa) effecta. Ibi pons lapideus amplus, & longitudinis admirandae. *Aleſſandria della paglia*.

¶ Alexandria, Liguriae urbs, à Gallis *Alexandrie de la paille* dicitur; eſtque permunita in Duc. Mediolanenſi.

9 Troadis, quae & Troas, (quod nomen etiam regionis eſt, quae & Phrygia minor) urb. epiſc. ſub Archiepiſc. Cyziceno, inter Sigeum & Lectum promontoria: cujus vet. inſcriptio ſic habet, Col. Troas, Antigonia, Alexandria. Abeſt à Sigeo 15. mill. paſſ. ab Abydo verò 27. in auſtr. Antandrum versùs 35. Nunc locus *S. Maria* dicitur, & Turcis *Caraſia*, teſte Leuncl. *Plin.* *Liv.*

Alexandrium, *Scandalia*, teſte Guil. Tyrio, opp. Palaeſtinae in ora, inter Tyrum ad Bor. & Ptolemaidem ad auſtrum, teſte Zonara, proximas urbes. *Joſeph.*

Alexandropolis, urb. Parthorum, ab Alexand. Magno condita: cujus tamen hodie nulla exſtant indicia. *Plin.*

¶ Alexandrovium, *Alexandrovv*, opp. Poloniae, in Podolia, & Palatinatu Braclavienſi, non longè à fluv. *Bog*. Sex leucis diſtat à Braclavia urbe, quatuor autem à *Ladizin* opp. illius tractus.

Alexanum, *Aleſſano*, urb. Salentinorum epiſc. ſub archiep. Hydruntino, inter Hydruntum & Gallipolim ad 20. mill. paſſ. Leucae urbi exciſae apud Japigium prom. cui ſucceſſit, propinqua, ab Aletio 25. *Prov. Rom.*

Alexia & Aleſia, *Aliſe*, urbs everſa Mandubiorum. in Gall. Celtica, olim metrop. nunc pag. teſte Vigenereo, & Paradino, apud Flaviniacum caſtrum, & Semurium opp. Burgundiae Duc. à Semurio 2. leuc. ab Auguſtoduno urbe 16. in Bor. inter Lingones, 19. & Nivernas 26. ab Hercule conditam tradit Diod. Sicul. l. 5. Quidam illam *Arras* falsò indigitant, cùm *Arras* ſit in Belgio. *Caeſ.* *Diod.* *Pater*

¶ Alexia, *Aliſe* hodie, pagus eſt tantum Alexienſis tractus, in Burgundiae Ducatus, ad amnem *Brenne*; ad cujus radices excitatum eſt oppidulum, S. Reyne dictum, una leuca a Flaviniaco, & 11. à Divione in occaſ. Antiſſiodorum versùs 16. circiter. Ab Alexia tractus circumjacens etiam nunc Alexienſis dicitur, vulgò *l'Auxois*, inter Divionenſem & Antiſſiodorenſem tractus.

¶ Alfelda, *Alfedt*, oppidul. German. & Saxon. infer. ad Leinam fluv. in Epiſcopatu Hildeſienſi, juris tamen Brunſvicenſis. 3. leuc. ab Hildeſio, & totidem à Goſlaria diſtat.

¶ Alfertonium, *Alfreton*, opp. Angliae, in Comit. Darbienſi, juxta Ambrum amnem, 8. mill. Anglicis diſtat a Darbia urbe.

¶ Alfordia, *Aldorf*, opp. Angliae in Lincolnia prov. versùs oram littor. 4. mil. Anglicis.

¶ Algarbia, *Algarve*, pars Hiſpaniæ admodum parva, adjecta Portugalliae ſub Alphonſo III. cum titulo regni, cujus caput Tavira. Habet à Septentr. Portugalliam, ab Oriente Andaluziam, ab Occidente autem & Meridie clauditur Oceano.

¶ Algaria, *Algarria*, provincia Caſtellae meridionalis in Hiſpania, cujus periere limites. Ejus caput *Guadalaxara* olim erat; & Toletum atque Madritum cenſentur in illo tractu.

Algarium, *Algher*, urb. Sardiniae marit. in ora occ. epiſc. ſub Archiep. Turritano, à Saſſari 18. mil. paſſ. quot ab Ampuriis in ortum. *Prov. Rom.*

¶ Algeria, Algerium, & Algaria, *Alger* Gallis, *Gezaira* Arabibus, *Algieri* Italis & Hiſpanis, urbs Africae, in Barbaria regione, ampla & dives, ſed Piratica infamis. Sedet in ora maris Mediterranei, cum portu capaci & munito arceque valida. Ab ea regio adjacens dicitur Regnum Algerii. Vide Ruſucurum.

¶ Regnum Algerii, *le Royaume d'Alger*, dividitur in quinque provincias, terminaturque à Septentrione mari Afri-

Africo, ab Oriente regno Tunetano, ab Occaſu regno Fezzæ, & à Meridie Biledulgeride regione. Ibi aliàs Mauritaniæ Cæſarienſis & Sitifenſis cum Numidia. Ejus caput eſt Algerium, alias Ruſucurum. Olim Reges habuit proprios, nunc verò quondam Reipubl. formam ſervat, ſub clientela Turcarum, ſed ad libitum tantum.

Algidum, *Rocca del Papa*, oppidum Latii Tuſculo finitimum, ab urbe Roma paulò ſupra 12. mill. paſſ. diſtans.

Strab. Plin. & al. Algidum nemus, *Selva dell' Aglio*, ſylva Latii cum mont. cognomine (ubi quoque opp. Algidum, de quo ſupr.) Cujus mont. mem. Eutropius. Hinc Algidus nom. gent. ut Algida terra apud Ovid. 6. faſt.

Scilicet hic olim Volſcos, Æquoſque fugatos
Viderat in campis Algida terra ſuis.

¶ Algonquii, *Algonquins*, populi Novæ Franciæ, in America ſeptentr. verius fluv. S. Laurentii inter montem Regium oppidum & Magnum lacum, ubi aliquot Coloniæ Francorum.

¶ Algovia ſeu Algea, *Algou*, regio Germ. in Suevia, inter Danubium & Licium fluv. & lacum Conſtantienſem; ibi Auguſta Vindel. Campodunum, Iſna, Vangena, Memminga, & Biberacum. Ejus limites periere.

¶ Alhama, *Alhama*, urbs olim munita Hiſpan. in regn. Granat. 7. leucis diſtat ab urbe Granata, aliàs Artigis dicta fuit. Vide ibi.

Caſ. Ptol. Plin. & al. Aliacmon, & Haliacmon, (utroque enim modo ſcribitur apud Plin.) *Pelecas* Soph. *Platamona* Mol. fluv. Macedoniæ, illam à Theſſalia, teſte Cæſ. ſeparans, ac in Ægæum mare inter Pydnam & Dium influens. Aliagmon apud Claud. de vict. Stilic.

Et fruſtra rapidum damnant Aliagmona Beſſi.

Apud Ptol. penult. in obliquo longa eſt. Amnis eſt rapidiſſimus & præceps, accolas multis malis afficiens.

¶ Aliadora, *Aliola*, inſula maris Aethiopici inter Africam & inſul. Madagaſcaris, prope inſulas Sancti Spiritus & Comori.

Pauſ. Ptol. Aliartus, & Haliartus; opp. geminum, unum Bœotiæ ad Copaidem lac. juxta Permeſſum flu. Coroneæ & Plateis, teſte Strab. proximum, quod an exſtet hac tempeſtate, incertum eſt. Alterum in Peloponeſo, in ora Meſſeniæ apud Meſſenen. *Neocaſtro*, teſte Nig. *Arcadia* Mol. Sed *Arcadia* Cypariſſia Strab. ſeu Cypariſſæ Ptol. eſt. Ejus mem. Stat. lib. 7. Theb.

Gargaphye: quorumque nonis Aliartus ariſtis
Invidet.

¶ Alibaluchia, *Alibaluch*, inſula maris Caſpii, in littore Hircaniæ; in ditione Perſarum, prope *Mokam* deſertum, & oſtium Araxis fluvii.

¶ Aliciæ, *Salemi*, opp. Siciliæ occid. Mazaram versùs 15. mil. à Drepano 20. mil. Hinc fluvius cognomin.

¶ Alicium caput, *Capo dell' Alice*, promont. Italiæ & Calabr. cit. in mare Jonium excurrens. 12. mil. diſtat à Cariati, & 15. ab Umbriatico.

Pet. Inſ. Alietum, *Iſola*, opp. Hiſtriæ in ora inter Juſtinopolim & Piraunum ad 15. mill. paſſ. diſſitum. Ptol. in Meſſeniæ & Elidis conf. apud oſtia Alphei, inter illa & Cypariſſium prom. eſſe videtur, ab Araxo prom. Elidis 45. mill. paſſ. in merid. Methonem versùs.

Ptol. Aliuda, urb. Cariæ epiſc. ſub archiep. Stauropolitano, mediter. Mylaſæ & Stratoniciæ propinqua.

¶ Alineus; *Alyne*. lacus Hiberniæ in Connachia prov. inter Com. *Letrim* & *Roſecomen*. Eum præterfluit Senus fluvius.

Sidon Paulin. Alingonis portus, Aliganienſis Greg. Turonenſ. *Langeſt*, al. *Langon*, oppid. cum portu Aquitaniæ apud Garumnam fluv. inter Burdigalam 6. leuc. & Vaſſatet 3. teſte Franc. Belforeſtio.

¶ Alingonis portus vulgò *Langon* dicitur, ſedetque in Vaſatenſi regione. Vix diſtat duobus leucis à Cadillaco caſtro.

Lib. Not. Alion, *Lancaſter* quibuſdam, urb. Albionis, in Cumbria, nobilis comit. cognom. caput, ab Eboraco 55. mill. paſſ. in occ. & à Carleolo 42. in meridiem.

¶ Alion ſeu Alone, *Lancaſter*, ſedet ad oſtia fluv. *Lune*, in ora maris Hibernici. 12. milliar. diſtat à Candalia. Vide Lancaſtria.

Hor. Ptol. Alipha, Alipha, & Allifa Plin. & Liv. Vide ibi. Urb. Samnii epiſc. ſub Archiep. Beneventano, penè deſerta. Inde Aliphanus nom. gent. Hor. lib. 2. ſat. 8.

Invertunt Aliphanis vinaria tota
Vibidus Balatroque.

Ant. Aliſca, *Almaz*, ut alicubi Laz. videtur, oppidum Pannoniæ infer. ad Danubium, inter Budam & Coloſciam, inde 7. hinc 5. leuc. Sed alibi Anamaſcia eſt *Almaz* eidem. *Lib. Not.*

Tac. Aliſo, *Iſelburg*, opp. Germaniæ infer. ad fluv. *Yſel*, in Rhenum influentem, in Geldria, ab Embrica & Calcaria 2. leuc. in ort. teſte Hieron. Verrutio. Sed teſte H. Junio, eſt *weſel*, urbs lib. ad Rhenum in Duc. Clivenſi, à Clivia 4. leuc. Colon. Agrippinam verſus. ferè 12. Priori ſententiæ Ortel. adhæret.

¶ Aliſo, *Alme*, amnis Germaniç. Influit in Lippiam haud procul urbe Paderborna, teſte Cluverio; oriturque prope vic. *Almen*, in Ducatu Weſtphaliae.

Aliſo, *Yſel*, fluv. Germ. infer. Aliſonem opp. de quo ſuprà, alluens, ac in Rhenum ſeu foſſam Druſianam apud Duisburgum opp. influens.

Aliſta, *Iſta*, opp. ſeu pag. nunc Corſicae, teſte Pineto, apud Portum novum, inter Boniſacium oppid. & Port. Philonium.

¶ Aliſta, aliis eſt *Porto vecchio*. portus cum opp. in ſinu qui *Golfo Arſiano* vulgò dicitur, in parte merid. ſeu ultramontana Corſicae inſulae.

Ptol. Aliſum, urb. Germ. *Heilprun*, *Hailprun*, ſeu *Hailbrun*, quaſi ſalutis fons, urb. lib. Sueviae ad Neccarum fluv. inter Stutgardiam metropol. Ducat. Wirtembergenſ. ad meridiem 7. & Heidelbergam metropol. Palatinatus Rhenenſis in Bor. 5. leuc. occurrens, Wimpinae proxima, 2. leuc. diſtans.

Ant. Aliſuntia, *Alſitz*, fluv. Gall. Belg. per Duc. Lucemburgenſem in Moſellam ſupra Treviros una cum Sura influens: qui & *Als* aliis nominatur: unde urbi, quam alluit, nomen, licèt depravatè. Luzelburgum enim quaſi *l' Alsburg*, & Latinè Aliſuntieburgum dicitur; à qua urbe nomen eſt Ducatui Luzelburgenſi, ſeu Lucemburgenſi: quae urbs a Treviris 6. leuc. abeſt in occ. De fluv. Auſon. in Moſell.

Stringit frugiferas felix Aliſuntia ripas.

Ptol. Aliſus, *Parthen*, ſeu potius *Bart*, urbs Germ. in ora Boreali maris Baltici, in Magnopolitani Duc. & Pomeraniae confinio, inter Roſtochium & Sundim, inde 6. hinc 3. leuc. diſſita. Vide Bardi.

¶ Aliſus, hodie *Bart*, teſte Villanovano, urbs eſt Ducatus Pomeraniae, ſub dominio Regis Sveciae, duabus leucis à confinio Megalopol. Ducatus, prope fluv. Bardum, 7. leucis à Gripvaldia. Vide Bardum.

¶ Aljubarota, *Aljubarote*, vicus Hiſp. in Portugallia, celebris victoria Joannis Regis Luſitaniae contra Caſtellanos anno 1385. Diſtat ab urbe Leiria 4. leucis, duabus autem ab Oceano.

¶ Alla, *Alla*, oppidum Tridentinae Diæceſis in Italia, ad Atheſim fluv. 18. mill. paſſ. infra Tridentum, & totidem ſupra Veronam.

¶ Alla, *Alla*, fluv. Poloniae, in Pruſſia Ducali. Cadit in Pregelam fluv. infra Allegurgum opp. ad caſtrum *Velavv*, alluitque Gutſtatum & Hilbergam.

Ant. Allabona, ſive, ut aliqui cod. habent, Allabova, opp. Gall. Narbon. Vide Alapuntis, ſive Alabuntis.

¶ Allabus, fluv. Siciliae. Vide Alabus.

¶ Allatura, *Allatur*, urbs Moſcoviae, in regno Cazani, ad Camam fluv. Quindecim leucis diſtat à Cazano, raris habitata colonis.

Scrip. Scot. Allectum prius, poſtea Dei donum; *Dundee*, opp. Britanniae 2. ſeu Scotiae mediterr. in Auguſia reg. ab Andreapoli ſupra 12. mill. paſſ. in Bor. Vide Hect. Boeth.

¶ Allendorfia, *Allendorf*, urbecula Germaniae, in Lantgraviatu Haſſiae Caſſelenſis, ad fluv. Verram. 5. leucis diſtat à Caſſella urbe.

¶ Allera, *Aller*, & *Alre*, fluv. Germ. in Saxonia inferiori. Cadit in Viſurgium infra Verdam urbem, quam alluit. Oritur in Ducatu Magdeburgenſi, & rigat Giforniam & Cellam urbes, recipitque fluvios Onacram & Leinam in Luneburgenſi Ducatu.

¶ Alleburgum, *Allerburg*, oppid. Poloniae in Pruſſia Ducali, ad Allam fluv. qui mox cadit in Pregellam. 10. leucis diſtat à Regio monte in ortum, & 13. ab Hilberga in Boream.

Liv. Luc. & al. Allia, fluv. Sabinorum, per Cruſtumenos in Tiberim apud Eretum opp. fluens, vulgò *Caminate*, teſte Leand. & *Ro de Moſſo*, teſte Blond. 300. Fabiorum caede memorabilis: inde dies Allienſis pugnae inter alios apud Rom. infauſtus. De quo Virg. lib. 7. Æn.

Quouſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Lucan. Lib. 7.

Et damnata diù Romanis Allia faſtis.

Ob Rom. ibi cæſos à Gallis Senonibus, Duce Brenno.

Ptol. Strab. Allipha, Aliſa Liv. Alipha Hor. & Alliphæ Strab. *Alliſe*, urbs Samnii epiſc. ſub Archiep. Beneventano, inde 25. mill. paſſ. diſtans, quot à monte Caſino, à Capua 20. à Callatia 12. inter Teanum & Venafrum, ac 15. hac tempeſtate penè jacens, & à paucis habitata, in planitie. Cujus Epiſcopus Pedemontii oppido, quod Pes montis Alliſæ nominatur, ad 2. mill. paſſ. proximo reſidet. De ea Sil. lib. 8.

Allife, & Clanio contemptæ ſemper Acerræ.

¶ Alipha ſedet ad Vulturnum fluvium in provincia Terræ laboris, in planitie, ad radices Apennini, & in ruinis jacet.

Cæſ. Plin. & al. Allobroges, & Allobryges Ptol. pop. Gall. Narbonen. inter Hiſaram fluv. Alpes Grajas, lacum Lemanum, & Rhodanum fluv. contenti. Quorum caput eſt Vienna, & regia Sabaudia cum parte Delphinatus. Unde male Allobroges à quibuſdam Delphinatus appellantur, cum Vienna tantum cum Gratianopoli ex urbibus Delphinatus in Allobrogibus numerentur. Horum mem. Auſon. in Catal. urbium:

Inſinuant qua ſe Sequanis Allobroges oris.

Et Horat. epod. 16.

Noviſque rebus infidelis Allobrox.

Urbes primariae Allobrogum.

Civaro, (*Chambery.*)	Muriana, (*S. Joan.*)
Geneva, (*Geneve.*)	Tarantaſia, (*Mouſtiers.*)
Gratianopolis, (*Grenoble*)	Vienna,) *Vienne.*)

¶ Alloneſus, *Pelagnaſi*, inſ. Archipelagi, in ora Macedoniae, verſus Thermai cum ſinum.

Alma, *Arbia*, fluv. Hetruriae, per agrum Senenſem in Umbronem fluens, Bonumque Conventum opp. a Sena 12. mill. paſſ. in via quae Romam ducit, alluens. Eſt & Alma Eutrop. mons Pannon. apud Sirmium. Vide Almus.

¶ Alma, ſic vulgò, fluv. Tauricæ Cherſoneſi, illam quaſi bifariam ſeparans. Cadit in mare Nigrum.

¶ Almacara, *Almacaron*, oppidul. Hiſp. in regno Murciæ, in ora maris Mediterranei, ad oſtia fluv. *Guadalentin*, 6. leuc. diſtat à Charthagena. Aliis Utica. Vide ibi.

Almachium mare. Vide mare Almachium.

¶ Almagrum, *Almagro*, oppid. Hiſpaniæ, in Caſtella, in illo tractu, qui vulgò *la Mancha* dicitur, 4. leucis diſtat ab Oreto in ortum.

¶ Almagrum, *Almaguer*, oppidul. Americæ meridion. in regno *de Papayan*, in monte ſitum ad fontes fluv. *Cauca*. Diſtat 20. leucis à Civitate Papajani in merid.

¶ Almaraſium, *Almaraz*, oppidul. Hiſpaniæ, in Extremadura prov. juxta Tagum fluv. Diſtat 8. leucis à Placentia in Eurum.

¶ Almazanum, *Almazan*, opp. Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, juxta fluv. Durium. 6. leucis diſtat à Soria oppido in meridiem, Seguntiam verſus 9.

Almedeſſus, Almydiſſus Ptol. opp. Thraciæ, in ora maris Euxini, inter Byzantium & Apolloniam apud Thyniæ promont. occurrens. Scribitur & Halmydiſſus, nunc quoque *Halmydis*, apud Stagnarum oppid.

¶ Almendralegium, *Almendralejo*, oppid. Hiſpaniæ, in Extremadura provincia, 4. leucis diſtat ab Emerita in meridiem.

Almentia, ſive Almantia, *Amante*, opp. Gall. Belg. in Lotharingia olim præcipuum, (ibi enim erat regionis conventus) à Nancæo 2. leuc. in Cæc. Morhangas verſus 6. diſtans. Vide Amantia. Almantia quoque opp. Oreſtidis reg. Maced. ab Amantia & Aulone haud valde diſtans in ort. *Avoſtma*.

¶ Almenum, *Harlingen*, Friſiæ opp. in Belgio confœderato, ad mare Germanicum; & 4. leuc. diſtat à Leovardia in occaſ. eſtque amplum & permunitum.

Prov Rom. Almeria, *Almeria*, urbs Hiſp. Bæt. littoralis epiſc. ſub Archiep. Granatenſ. unde 21. leuc. abeſt, ab Acci 15. in auſtrum, inter Charidemum prom. & Abdaram olim urb. (cui ſucceſſit in epiſcopali dignitate) ad 7. leuc. in occ. diſtantem. Olim Magnus Portus. Vide ibi.

¶ Almeria, *Almeria*, quæ & *Villa Ricca*, opp. Americæ, in nova Hiſpania, & provincia Tlaſcalæ, in ora ſinus Mexicani. *Naothlan* ab incolis dicitur; eſtque ad oſtium fluvii cognominis, 70. leucis Hiſpanicis a Mexico in ortum.

¶ Almerium, *Almerin*, oppidul. Hiſp. in Portugallia, opp. Extremaduræ, ubi Reges degere conſueverant, ad Tagum ex adverſo Santareni opp.

Almiana, *Albegna*, fluv. Thuſciæ, ex Tuniato monte in mare inter Telamonem & Herculis portum apud Urbatellum exiens. Scribitur & Amiana. *Ant.*

¶ Alminium, *Almiſſa*, urbs Dalmatiae. Vide Peguntium.

¶ Almiſſum, & Dalmiſum, ſeu Dalmaſium, oppidum Dalmatiae recentioris, olim Chulmiae, quod malè pro antiquo Delminio uſurpari ſolet, cùm Delminium mediterranea civitas fuerit, Almiſſum verò maritimum, ad oſtium fluminis Cetinae, & Slave *Omiſc* dicitur, teſte Joanne Lucio.

Almo, *Dachia*, fluviolus territ. Rom. ex via Appia in Tiberim labens. Dicitur & *il Rio d'Appio*, haud procul à porta Capena decurrens. In eo ſacra quae Cybelle fiebant lavabantur. Unde Ovid. lib. 4. faſt. *Ovid.*

Illuc purpurea canus cum veſte ſacerdos.
Almonis, dominam, ſacraque lavit aqua.

Luc. lib. 1.

Et lotam parvo revocant Almone Cybelem.

¶ Alma vulgò *Aquataccia* dicitur ab incolis.

¶ Almochiqui, *Almouchiquois*, pop. Americi in Nova Francia ad meridiem oppid. *Quebec*, ubi aliquot coloniae Francorum.

¶ Almon, *Amonde*, fluv. Scotiae merid. in prov. Lothiana. In Forthae aeſtuarium ſe exonerat.

¶ Almonus, fluv. Germaniae, quo in tota Germania nullus eſt piſculentior. Juxta *Kellaim* in Danubium ſe exonerat, in Palatinatu ſuperiori. Vulgo *Altmul*. Aliis Alemanus. Vide ibi.

¶ Aimopes, popul. Macedoniae verſus Mœſiam, teſte Stephano.

¶ Almoſtadium, *Amſtad*, opp. Sveciae, in Smalandia prov. in limite Blekingiae. Diſtat 3. leucis Danicis a mari Baltico in Boream, 4. autem a Chriſtianoſtadia in Caeciam.

¶ Almunecara, *Almunecar*, opp. Hiſp. in ora littor. Granatenſis regni, 14. leucis diſtat à Malaca urbe in ortum, 13. verò à Granata in meridiem, alias Menobia dicta, Sanſone teſte. Vide & Exitani.

Almus, *Arpatarro*, mons Pannoniae infer. apud Sirmium urb. quem Probus Imp. vitibus exornaſſe fertur. Dicitur & *Tarczal* incolis, teſte Laz. & teſte Jacobo Luccaro, *Eruſcka*, ubi pag. plures à Turcis vaſtati. *Luc. Xiſt. Vop.*

Alna, *Alne* & *Aulne*, pag. Hannoniae, 3. leuc. à Laubaco opp. diſtans. *Ex vit. S. Land.*

¶ Alnenſis, Alnetenſis, ſeu Alnienſis tractus, vulgò *pais d'Aunis*. regiuncula Galliae ad mare Aquitanicum, detracta ex Santonenſi territorio, ubi clara ſuis Rupella malis.

¶ Alnevicum, *Alnevvick*, opp. Angliae, in Northumbria prov. ad fluv. Adaunum, ubi Guillielmus Scotiae Rex captus fuit ab Anglis, medium ferè inter Barvicum ad Boream, & Novum Caſtrum ad meridiem; & 3. milliar. Anglicis diſtat ab ora Oceani Germanici.

Alnia, ſive Alnienſis pagus, *Aulny*, pag. Aquitaniae in territ. Engoliſmenſi ab Engoliſma 12. leucis à Santonis 8. in Bor. Aliàs opp. haud ſpernendum. De eo in hiſtor. revelationis capitis S. Joannis Baptiſtae.

¶ Facile crediderim eſſe Angeriacum. Vide ibi.

¶ Alociae, tres inſulae ad Orientale lacus peninſulae Cimbricae; ſuntque hodie *Leſſo*, *Rom*, & *Anholt*, in ſinu Codano, & juris Danici.

Alone, Alonae Ptol. *Alicante*, urb. Hiſp. Tarracon. in ora littor. regni Valentini, à Valentia 23. leuc. in auſtr. Carthag. verſus, à Murcia 13. in ortum, Alone etiam apud Script. Britann. Lancaſtrenſis urbs appellatur. Eſt & inſ. Propont. apud Cyzicum. Vide Halloneſus, & inſ. Æolidis inter Lebedum & Tejos, teſte Plin. *Pom. Mel.*

¶ Aloni, pop. Aſſyriae, inter Tigrim & Lycum fluv. *Ptol.*

Alontium, *S. Filadelfo*, teſte Faz. urbs Siciliae in ora occ. everſa, inter Halaeſam & Agathyrium 12. mil. paſſ. diſſita. Ex ruinis S. Philadelphi oppid. conſtructum eſt. Vide Halluntium.

Alopece, Alopecia Strab. & Ptol. (cui etiam Tanais dicitur) inſ. Maeotidis ante Tanais fluv. oſtium, *l'isle des Renards* apud Pinetum. *Plin.*

Alorus, Olorus Plin. *Dianoro* nunc ex tab. recent. opp. Macedon. mediterr. inter Deborum & Jorum. *Ptol.*

¶ Aloſtum, *Aloſt* Gallis, *Aelſt* Belgis, urbs eſt Belgii, Flandriae Imperialis caput, ad Teneram fluvium, media inter Bruxellas & Gandavum, una leuca à Teneramunda in meridiem, & 6. à Mechlinia in occaſum. Bis capta fuit à Gallis anno 1667. Nunc immunita ſubeſt Hiſpanis.

¶ Alponacum, *Alpenach*, vicus German. in Helvetiis,

tiis, in pago Undervaldienſi, notus alias clade Auſtriacorum.

olyb. *iv.* *al.* Alpes, montes ſunt excelſi, qui Italiam ſeparant a Gallia & à Germania, *l' Alpi* Italis, *Alben* Germanis dictæ: quæ multiplices ſunt, variaque pro locorum diverſitate ſortiuntur nomina. Quarum longit. eſt 3000. ſtad. teſte Liv. Harum Poetæ omnes mem. Lucan. præſertim lib. 1.

Jam gelidas Cæſar curſu ſuperaverat Alpes.

¶ Alpes a Gallis vulgò *les Alpes* dicuntur.

tol. Dicitur & Alpe num. ſing. apud Claud. Illarum ſeries ſic ſe habet, à littore maris Hall. inchoando: Maritimæ, quæ & littoreæ, Cottiæ, Pœninæ, & Grajæ, à Gallia Narbonenſ. dividunt: Maritimæ quidem, quæ *les Montagnes de Tende*, teſte Pingonio, dicuntur, à Provincia, incipiuntque à Nicæa, Barcinonetamque oppid. uſque protenduntur, inter Provinciam & Liguriam extenſæ.

¶ Alpes maritimae deſinunt in Monte Veſulo, *Mont Viſo*, unde oritur Padus fluv.

…us. Cottiæ, quae & Cottianae à Tac. nominantur, *Mont Cenis*, Delphinatum à Taurinis, hoc eſt, à parte Pedemontani Principatus (per quem Padus fluv. decurrit) dividentes.

Plin. Graje, *M. di S. Bernardo piccolo*, teſte Pingonio, Allobroges, hoc eſt, Sabaudos à Salaſſis, ſive à valle Auguſtana diſcludunt. Grajus mons apud Sen. & Tacit. Harum pars eſt mons Sempronius.

¶ Alpes Grajae exordiuntur à Monte Ceniſio, excurruntque uſque ad Montem S. Bernardi majoris in limite Valeſiae.

Tacit. Pœninae, *M. di S. Bernardo maggiore*, quae ab Allobrogibus & Sedunis partem Principatus Pedemontani & Inſubriae dividunt.

Caſ. Summae, Adula mons aliis, *M. de S. Gothard*, Pœninis contiguae, Helvetios ab Inſubribus ſeu parte Ducatus Mediolanenſ. ſeparantes; quarum radices ad lacum Verbanum perducuntur, *Gothardsberg* Germanis, teſte Schudo. Ex his tria flum. Rhodanus, Ticinus, & Rhenus fluunt.

Plin. Lepontiae Summis, ubi Rhenus ortum habet, junguntur, ubi Lepontii pop. *Monte di S. Bernardino* dici videntur.

Plin. *Tac.* Rhaeticae, quae & Juga Rhaetica, *M. Braulio*, & Germanicè *Wurmſerloch*, teſte Schudo, Rhaetos à reliquis Inſubribus dividentes. Inde Oenus per Noricos, Atheſis per Venetos, Cenomanos, & Addua per Inſubres flumina derivantur.

Caſſi. Tridentinae, quae ad occ. *M. Bernina*, & *M. di S. Nicola*, ad ort. *M. Zelam* (unde Medoacus fluv. & Anaſſus profluunt) dicuntur, aliaque tenent nomina. Comitat. Tirolenſem à Venetis ſeparantes. Noricae, quae apud Melam mont. Taurus dicuntur, *Taurn*, inter Comit. Tirolenſem,

Marc. Saliſpurgenſem tractum, & Carinthiam interſitae, circa Villacum *Villachar Alben*, & apud Saliſburgenſes *Swanberger*, aliiſque nominibus appellatae.

¶ Alpes Tridentinae extenduntur ad fontes fluvij Natiſonis.

Tac. Juliae, quae & Carnicae Ptol. & aliis dicuntur, inter Noricos & Carnos, ſeu inter Carinthiam partem Norici, & Forum Julium, Carnorum ſeu Venetorum regionem, intercedentes, atque in Hadriaticum mare terminantes. Quae adhuc *Zeglie*, ſeu *Zuglie* nominantur.

¶ Alpha, *Aa*, fluv. German. infer. in Friſia prov.

Ptol. Alphabucelis, *Avezzano*, ut aliquibus videtur, opp. Maſorum ab Alba 8. mill. paſſ. diſtans Piſcinam versùs, ab Aquila ad 24.

Alpheus, Alphejus Ptol. *Orfea*, teſte Soph. & *Carbon*,

Strab. *Plin.* *& al.* ſeu *Darbon* nautis, fluv. Pelopponeſi notiſs. & maximus, ex Stymphalo mont. per Arcadiam & Elidem regiones in ſinum Chelonitem ad occ. apud Triphyliam urbem influens, ac Olympiam alluens ab ejus oſtio 80. ſtad. diſtantem. Hunc Poetae Arethuſae fonti apud Syracuſas urbem Siciliae ſubtus mare fluentem miſceri fabulantur, cùm Sicilia à Peloponneſo mari ad 450. mill. paſſ. diſtet. Ovid. lib. 3. amor. eleg. 6.

Quid? non Alpheon diverſis currere terris
Virginis Arcadiæ certus adegit amor?

Plin. Alpini pop. qui Alpes incolunt. Virg. lib. 6. Æn.

Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci
Deſcendens.

¶ Alpinus, *Alpon vecchio*, fluv. prov. territ. Veronenſis, cadit in Atheſim, in ditione Veneta.

Alpis, *Alben*, fluv. Japodum, non in Iſtrum, ut Ortel. ſcribit, ſed in Saunum fluens.

¶ Alpuxaræ, *les Alpujares*, montes Hiſp. in regno Granatenſi, noti in hiſtoriis Granatæ. Sunt inter Granatam & Almeriam; aliaſque montes Solis dicebantur, nunc autem ſunt à paucis inhabitati poſt expulſionem Maurorum ab Hiſpania ſub Philippo III.

¶ Alresfordia, *Alresford*, opp. Angliæ, in Hantonia prov. ad fluv. *Itching*. Diſtat 6. mill. Anglicis a Vintonia urbe in ortum, & 7. ab Altonio opp.

¶ Alricus, *Alrik*, fluv. Scotiæ meridion. in Tivedalia prov. cadit in Tvedam fluv. prope Selaricum opp.

Alſa, *Anſa*, fluv. Carnorum apud Aquilejam fluens, *Plin.* exigui decurſus, mari inter gradum & Maranum exceptus, ubi Conſtantinus junior à Conſtantio fratre cæſus. Alſa alter, qui Ellus potius Latinè dicitur, à quo Alſatia reg. Germaniæ.

¶ Alſa, ſeu Ellus, & Helellus, fluv. Alſatiæ, Vulgo Ill dicitur. Vide Helellus.

¶ Alſatia, *Elſaſſ* Germanis, *Alſace* Gallis, prov. eſt Germaniæ inter Rhenum fluv. cui inſidet ad ortum, & Lotharingiam ad occaſum, fere tota juris Francici pace Monaſterienſi ann. 1648. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem, cujus caput Argentina *Straſbourg*. Habet hæc prov. à Septentrione Palatinatum Rheni, & à Meridie Suntgoviam; eſtque mirè rigua & fertilis.

¶ Alſatiæ urbes clariores.

Argentina, *Strasbourg*,	Molſemum, *Molsheim*
Benefeldia, *Benfeld.*	Rubeacum, *Rufach.*
Colmaria, *Colmar*,	Schleſtadium, *Schleſtad.*
Enshemium, *Enſisheim*,	Tabernae, *Saverne.*
Haguenoa, *Haguenau*,	Turchimum, *Turcheim.*
Landavia, *Landau.*	Viſſemburgum, *Veiſſemburg.*

¶ Alſena, *Alſen*, inſula Daniæ in mari Baltico, ad littus orientale Sleſvicenſis Ducatus, a quo diſſita exiguo freto, ibi magnifica arx Sundeburgum Ducum Holſatiæ, & caſtrum Nordeburgum.

Alſiatum, *Alzia*, pagus non obſcurus agri Mediolan. Andreæ Alciati I. C. clariſſimi patria, a Mediolano 20. mill. Comum verſus 5. apud Canturium 1.

Alſietina aqua, & Alſietinus fons, aquæductus via *Fron.* Claudiam ab urbe Roma 14. mill. paſſ. diſtans, Romam *& P.* uſque perductus, qui & Alſia aqua in lib. Notit. ab Alſio *Vict.* urbe, in cujus agro eſt, dictus.

Alſium, *Ceri* vel *Cere*, opp. & col. Etruriæ apud oram *Plin.* littor. teſte Fulvio, ex antiqua ibi reperta inſcript. ab *Liv.* urbe Roma 25. mill. paſſ. in occ. Centumcellas versùs di- *& al.* ſtans. Sunt qui *S. Severa* opp. exciſum inter Pyrgos 16. & Fregenas 9. mill. paſſ. ex Anton. itinerario interpretentur. Sil. lib. 8.

Alſium, & obſeſſa campo ſquallente Fregellæ.

Nomen ab Aleſo conditore habet, ut Sil. eod. lib. verſu praecedente teſtatur.

Nec non Argolico dilectum littus Aleſo.

Vide Caere.

¶ Alſium vulgò creditur *Palo*, caſtrum gentis Urſinae, in Ducatu Bracciani, ad mare Tyrrhenum, 18. mill. paſſ. à Roma in occaſum Centum-cellas verſus.

¶ Alſona, *Alſone*, opp. Galliae Narbonen. in Occitania prov. ad fluv. *Freſques*, inter Carcaſſonam & fanum S. Papuli.

¶ Alſtera, *Alſter*, fluviol. German. in Holſatia. Cadit in Albim juxta Hamburgum urbem.

¶ Alſuanga, *Alſvvangen*, opp. Livoniae, in Ducatu Curlandiae, in ora maris Baltici, 4. leucis diſtat a Vinda urbe, & 9. à Liba.

¶ Alta, *Alt*, fluviol. Angliae, in Lancaſtrenſi Comit. Cadit in mare Hibernicum prope Almutham oppidul.

¶ Alta, *Alten*, & *Altenbotten*, fluv. & aeſtuarium Norvegiae, in Finmarchia prov. verſus Boreale promontorium, in Vardhuſiana Praefectura.

¶ Altai & Althai, *Althay*, montes Aſiae in Tartaria vera, ſeu ſeptentr. ubi ſepultura Regum Tartariae. Marco Polo teſte, verſus urbem *Caracoran*, & regnum *Mongul*. Dicuntur etiam *Belgian*, ut multi autumant.

Altanum, *Soreto*, opp. Brutiorum in Calabr. infer. apud *Ant.* Wedanam fluv. à Soriana opp. 8. mill. paſſ. Hipponium *Diod.* verſus, a quo duplo diſtat. Altanum, alterum opp. exciſum, ubi nunc Calegnanum caſtrum ejuſdem Calabriae, proximum Morgeto, ad 3. mil. paſſ. recedens.

Altao, ſive Atao, opp. Maurit. Caeſarienſ. mediter. *Ptol.* quod *Calao* hodie dici ferunt.

Alta ripa, *Altrip*, opp. Germ. ſuper. ad Rhenum fluv. *Lib.* in Pa-

Not. in Palatinatu, inter Spiram & Wormaciam, ſeu potiùs inter Heidelbergam & Neoſtatum, ab Heidelberga 2. leuc. diſtans, Spirę proxim.

¶ Altavilla, *Altavilla*, oppidul. Principatus citer. in regno Neapol. ad Sabbatum fluv. Diſtat à mari Tyrrheno ſex milliar. & à Salerno 20. Paucis conſtat incolis.

¶ Altdorfium, *Altdorf*, vicus cultiſſimus, in colle, caput Urienſis pagi in Helvetiis, ad fluv. Urſam, & prope lacum Lucerinum, 4. leucis Helveticis à Lucerna in Eurum, & 2. à Suitio in meridiem.

¶ Altemberga, *Altemberg*, opp. Tranſylvaniae. 6. mill. German. diſtat ab Alba Julia, & totidem ab Abrucbania in merid. in colle, prope Zalatnę rudera.

¶ Altenburgum, *Altembourg*, urbs Germanię in Miſnia; ad fluv. *Pleiſſ*. Ducum ſedes, è Saxonica domo. Diſtat 6. leucis à Lipſia versùs meridiem, & 8. à Miſna in occaſum.

¶ Altemburgum, *Altembourg*, Hungaricè *Owar*, oppid. inferioris Hungariae permunitum, ſub Auſtriacis, Arrabonem versùs, 6. leucis in Circium, & propè Danubium fluvium.

Lycop. Althenus fluv. Apul. Dauniae ſanans vulnera; cujus nullus veterum ob ejus parvitatem mem.

¶ Altilia, *Authie*, fluv. Galliae in Picardia. Dulendium opp. rigat, & cadit in Oceanum in Pontivo tractu. Oritur autem in confinio Artheſię, ſupra vicum *Authie*.

¶ Altilia, *Altelia*, opp. Italiae, ad fluv. *Sanuto*, in Calabria cit. 4. mil. paſſ. à Martorano.

¶ Altiſolia, *Altſol*, opp. Hungariae ſuperioris juxta *Gran* fluv. Sic dicitur ad differentiam alterius *Neuſol* oppid. vicini. Sedet in Comitatu Biſtricienſi, & in regiuncula *Bergſtet*. 7. leucis à Nitria in ortum, & totidem à Filleco in Circium.

Strab. Plin. & al. Altinum, *Altino*, urbs olim pręclara Venetię epiſc. ſub Archiepiſc. Aquilejenſi, ab Hunnis everſa, apud Silis flum. oſtium, quando Aquileja & Concordia ab Attila exciſę fuerunt, media fermè inter Patavium & Concordiam paulò ſupra 30. mill. paſſ. Illi Torcellum ſucceſſit, epiſc. ſub archiepiſc. Veneto, medium inter Venetias & Altinum, 5. mill. paſſ. utrinque. Hujus urbis lana erat in pretio. Mart. lib. 14.

Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.

Ant. Not. Altinum alterum, quod & Altinium, opp. Pannoniae infer. ad Danubium in Hungaria, *Tolna* nunc, proximum Colociae urbi, in altera Danubij ripa ad 2. mill. Hung. diſtanti. A Buda abeſt 14. mill. in Eurum Teutoburgium versùs.

Lib. Conc. Altiſiodorum, urbs Gall. Celticae epiſc. Vide Antiſſiodorum.

¶ Altomontium, *Altomonte*, opp. Italiae, in Calabria citeriori, ad amnem *Grondo*, 4. mill. paſſ. à Saraceda diſtat, fuitque terrae motu deformatum.

Ex vita SS. Belg. Altomons, Belg. pagus cum cęnobio, in Hannonia, quod nunc *Omont* dici ferunt.

¶ Altomons pag. eſt ab Sabim fluv. 3. leucis infra Landrecium in Caeciam Malobodium versùs.

¶ Altonium, *Alton*, opp. Angliae, in Hantonia prov. ſeu Comitatu. Diſtat à Vintonia 3. mill. Anglicis in ort. & à Readinge 14. milliar. in meridiem.

¶ Altorfia, *Altorf*, opp. Germaniae, in Franconia, cum caſtro & academia recenti à Norimbergenſibus excitata anno 1579. prope *Schuvartzach* fluviol. Tribus leucis Germanicis diſtat a Norimberga Orientem versùs, in limite Palatinatus ſuperioris.

¶ Altringamum, *Altringham*, opp. Angliae, in Ceſtria prov. prope amnem *Ringay*. Diſtat a Ceſtria urbe 20. mil. Anglicis in Caeciam, a Mancunio autem 7. mill. eſtque in limite Lancaſtriae.

¶ Altus murus, Altamura, aliis Altavilla, urbs regni Neapolitani, in Bariana provinc. Princip. titulo clara, 6. mill. paſſ. diſtat a Gravina, & 24. à Bario civ. Alias Petilia quibuſdam.

¶ Alvaradi fluv. *Rio d'Alvarado* Hiſpanis, flumen Americae in nova Hiſp. & prov. *de Guaxaca*, in mare Boreale ſe exonerans.

¶ Aluca, *Alota*, opp. alias inſulae Corſicae, nunc vicus in ora, prope ſinum Adjacenſem, ad Occid. inſulae.

¶ Alvernia, *l'Auvergne*, prov. Galliae perampla inter Borbonienſem, Lemovicenſem, & Ruthenenſem prov. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem; ejuſque primaria eſt Claromons. Vide Arvernae.

¶ Alvernus, *Monte d'Alverno*, mons Tuſciae in Italia, & agro Florentino, ſtigmatibus S. Franciſci celeberrimus, 10. milliar. diſtat à Burgo S. Sepulcri in Boream.

¶ Alvertonia, *Alverton*, opp. Angliae, in Eboracenſi provinc. ad Wiſcam fluv. Diſtat ab Eboraco 20. mil. Anglicis in Boream, & totidem à Dunelmo in auſtrum.

Aluntium, Alontium Ptol. (quod etiam Haluntium cum adſpiratione ſcribitur) urbs Siciliae exciſa, in ora occid. ubi nunc opp. *Sancti Philadelphi*, à Cephalodio 40. mill. paſſ. in Bor. Tyndarium versùs. *Cic. Plin & a*

Aluta, *Alth*, & *Olt*, & *Avata* (diversè enim profertur) fluv. Daciae maximus. Tranſſylvaniam à Valachia dividens, ac in Iſtrum ex Carpate mont. apud Trajani Pontis veſtigia deſcendens, & haud procul à Corona urbe decurrens.

Alutraenſes, pop. Alpini Alpium Tridentinarum: quorum opp. ſeu caſtrum *Lodron* hodie nominatur; intra montes, inter lacum Benacum & Idrium, ac inter Brixiam & Tridentum ſitum. Comitatus titulo exornatum, à Brixia ſupra 30. mill. paſſ. diſtans, pluribus à Tridento. *Plin*

¶ Aluva, *Alway*, opp. Scotiae auſt. juxta Tavi aeſtuarium, in Fifa prov. diſtat 20. milliaribus Scoticis ab Edimburgo in meridiem.

Alvum, ſeu Alvo, Alvona Plin. & Albona, *Algona*, opp. Hiſtriae ad Arſiam fluv. ad ſin. Flanaticum, à Pola urbe 21. mill. paſſ. in Bor. diſtans. Dicitur & *Albona*; unde pop. Albonenſes. *Ptol.*

¶ Alvum, ſeu Alvona vulgò *Albona* dicitur: diſtatque 4. mill. ab Arſia fluv.

Alyacmon. Vide Aliacmon. Variè enim ſcribitur. *Ptol.*

Alybe, & Abila Plin. & al. Latinis ſcript. *Sierra della Ximiera*, teſtibus Marmolio & Cluſio, *Alcudia*, opp. & una ex Herculis columnis in Mauritania Tingitana contra Calpen alteram columnam in Hiſpan. Baetica, ab ea 9. mill. paſſ. freto Herculeo interſito diſtans, Septae vicina. *Ptol.*

Alydda, *Luday* ex tab. recent. opp. Phrygiae min. mediter. Sed à Ptol. in Phrygia majore deſcribitur. *Ptol.*

Alyſſus, fons Arcadiae in Peloppon. morſus rabidi canis ſanans. *Pauſ*

¶ Alzaa, *Alzeim*, opp. Germaniae, in Palatinatu Rheni, 5. leucis à Moguntia, & totidem a Vormacia, malè habitum hoc ultimo bello Germanico.

¶ Amacaum, *Macao*, urbs Sinarum in ora prov. *Canton* in inſ. ſub ditione Luſitanorum, emporium celebre & dives. Ab aliis *Amacao* etiam dicitur; eſtque munita, ſub clientela tamen Regis Sinarum.

¶ Amacaxi, *Amacaches*, pop. Americae in Braſilia regione in mediterraneis, versùs Praefecturam fluvii Januarii.

¶ Amacuſa, *Amacuſa* inſula oblonga, & prov. Japoniae inſ. in Aſia, cum urbe cognom. in ea parte quae *Ximo* dicitur. Diſtat ab Arima oppido 12. leucis Hiſpan. & 16. à Nangaſachio. Alias incolis referta Chriſtianis.

¶ Amadabatum, *Amadabath*, urbs Aſiae in India. Vide Armadabathum.

Amadoca, palus cum urbe ejuſdem nominis in Sarmatia Europaea, ex qua Hypanis effluit, in regno Polonico. Ibi etiam pop. & montes Adamoci in Moſcoviae & Lituaniae confinio, juxta Boriſthenem fluv. haud longè ab ejus ortu. *Ptol. Hero.*

¶ Amadoci pop. fuere Sarmatiae Europaeae, verſus oſtia Boriſthenis, teſte Nicol. Sanſone, & Amadoca urbs ad Boriſthenem, quae fortè *Kiow* nunc dicitur.

Amaea, Ammia Plin. urb. Luſit. quae nunc, teſte Jac. Vaſcone. Portus alacris, *Portalegre*, nominatur, epiſc. ſub archiepiſ. Eborenſ. Helvis finitima, ab eis 8. leuc. Scalabim versùs, ad Ebora 14. duplo ab Ulyſſipone. *Ptol.*

Amœnum ſtagnum, *Albufera*, ſtagnum ſeu palus in ora Hiſp. in regno Valentiae, inter Valentiam ad occ. & Sucronem ad ortum. *Plin.*

¶ Amagetrobia, Maizieres, urbs Galliae. Alij autem ſcribunt Magetrobia, interpretanturque *Magſtat* urbem Lotharingiae, 6. leucis à Marſalia diſtantem.

¶ Amagria, *Amager*, & *Amac*, inſ. maris Balthici, Hafniae urbi primariae Daniae adjacens ab Oriente, & ejus nutrix dicta, ei etiam ponte juncta.

¶ Amaguana, *Amaguana*, inſ. Americae ſeptentr. & una ex Lucaiis inſ. ſupra Hiſpaniolam.

Amaja, urbs epiſc. fuit Hiſp. Tarracon. in Cantabris inter Burgos & Legionem; ubi Leovigildus Gothorum Rex Romanos fudit. Aliis videtur *la Maya*, opp. in Vaccaeis, ab Alba Tormenſi 3. leucis in auſtrum, Placentiam versùs. *Lib. Conc.*

Amalchium, Morimaruſa Plin. mare Septentrionale, *Heca.*

le, quod Scythiam alluit; quod Oceanus Scythicus etiam appellatur.

¶ Vide mare Almachium.

Grat. & Prov. Rom. Amalphis, *Malfi*, & *Amalfi*, urbs Archiep. Picentinorum littoralis, à Salerno 15. mill. paſſ. in occ. a Neapoli 26. proxima Scalis & Ravello. Hic primum magnetis uſus inventus traditur.

¶ Amalphis, *Amalfi*, ſita eſt in Principatu citeriori prov. regni Neapol. & Ducatus titulo gaudet. Hic anno 1300. inventa pixis nautica a Flavio Gioja.

¶ Amana, *Amana*, inſ. Americæ ſeptentrion. & una ex Lucaiis inſulis, ſub Anglorum dominio.

Ptol. Amanicæ Pylae ſeu portae, *Stretto di Scanderona*, fauces & portae Amani mont. apud Alexandriam, per quas ex Cicilia in Syriam, & è contra tranſitus eſt; quae & portae Ciliciae Plin. dicuntur.

Sex. Ruf. Amantia, urb. Pann. infer. epiſc. ſub Archiep. Colocenſi, inde ſupra 16. mill. Hung. ferè media inter Albam Regalem & Taurunum ad 16. mill. à Buda ſup. 15. in auſt. Pop. Amanteni Ptol. Amantes Plin. poſtea, teſte Wolf. Laz. cum al. Quinque Eccleſiae, vulgò *Funſkirken*. Aliis verò *Almaz*, oppid. inter Budam & Altinium ad Danubium, à Buda 8. leuc. eſſe videtur. Aliis *Mohacz*, opp. ejuſdem tractus apud Danubium, inter Batham & Valkovariam, à Batha 2. leuc.

Cedr. Amantia, *l'Amanthea*, urb. Brutiorum littoralis, apud ſinum Napitinum, ex adverſo Tropaeae, ſub eodem Epiſcopo, qui Archiep. Rhegino ſubeſt, in Calabria citer. à Conſentia 16. mill. paſſ.

¶ Amantia dicitur à quibuſdam Adamantia; eſtque in ora maris Tyrrheni, & in ditione Principis Biſignani. Arcem habet utcunque munitam, juxta amnem Olivam; diſtatque à Tropaea 35. milliar. in Boream, à Martorano autem 12. tantum.

Cæſ. Plin. Amantia item oppid. Macedon. marit. in ora occid. apud Celydni fluv. oſtia, inter Aulonem & Oricum oppid. Epiri, nunc *Porto Raguſeo*, Acrocerauniis montibus propinquum. Amantia quoque oppid. Lotharingiae, *Amance*, à Nancaeo 2. leuc. in ort. diſtans. Vide Almentia.

¶ Amantini populi fuere in illa parte Illyrici, quae deinde Epirus nova dicta fuit.

¶ Amantricae, *Amatrice*, opp. Italiae in Aprutio, ad fontes Truenti, & pedes Apennini Principatus titulo gaudet. Ejus incolae ſat noti in illis partibus. Aliter Amantricium dicitur; diſtatque 16. mill. paſſ. ab Aquila.

Plin. Amanum, portus & opp. Hiſp. Tarrac. in ora littorali Autrigonum in Cantabris, *Bermeo*, opp. & Portus haud obſcurus reg. Guipuſcoae, à Flaviobriga, ſive Bilbao 15. leuc. in ort. à Placentia 2. in Bor.

¶ Amanum, portus; aliis eſt oppidulum, *Portugalette*, in ora Biſcajae, paulò infra Bilbaum, ad oſtia Nervae fluvii.

Cic. Strab. Plin. & al. Amanus, *M. Nero*, teſte Poſtello cum al. & *Areuna*, teſte Theveto, (contingit enim montes plura habere nomina) mons Syriae notiſſimus, illam à Cilicia diſcludens. Ibi portae, per quas in dictas provincias trajectus eſt, quae Amanicae & Ciliciae appellantur a veteribus apud Iſſum, Alexandriam, & Myriandrum. De eo Luc. lib. 3.

Cappadoces, duri Populus nunc cultor Amani.

Appellatur & vulgò *M. di Scanderona*, ab Alexandria urbs ad illius radices ſita. Hic mons maxime in longitudine patet, cum à mari Cilicio uſque ad Euphratem fluv. protendatur. Ejus mem. Cic. lib. 5. epiſt. 20. ad Att. & lib. 2. famil.

¶ Amapaja, *Amapaja*, prov. Novae Andaluſiae, in America meridionali, prope fluv. *Orenoque*.

¶ Amara, *Amara*, mons excelſus Æthiopiae, cum regno cognom. & urbe. Ibi ſervantur filii & conſanguinei Regis Abyſſinorum in cuſtodia; quo defuncto, imperii ſucceſſor educitur; eſtque juxta regna *Bagamidri & Beleguanze*. Scribitur etiam Amahara.

Scrip. Luſit. Amaranthus, *Amarante*, opp. Luſit. in mont. ac inter ſylvas non obſcurum, inter Brigantiam & Lamacum, à quo 7. leuc. abeſt, quot à Bracara, ferè in medio.

¶ Amaranthus ſedet inter Lamacum & Bracaram, à qua 8. leuc. abeſt in ortum, ad fluvium Tamagam; diſtatque 24. leucis à Brigantia in occaſum, & 3. à Durio fluvio in Boream.

App. Ant. Amaranti pop. Colchidis, incolæ mont. Amarantii, ex quo Phaſis fluv. ingens Colchorum ortum habet.

Plin. Mel. Amardi Melae, Amordi Plin. pop. ſunt Aſiae apud Hyrcanum mare, gens fera inter Bactros & Sogdianos, apud Oxum fluvium, qui inter illos & Paeſicas in Caſpium mare labitur. Hi Mardi Ptol. eſſe videntur: de quibus ſuo loco.

¶ Amardus, fluv. Aſiae, in Media, cadit in mare Caſpium. Fortè *Miana* hodie dicitur.

¶ Amarmochdum, *Amarmochdy*, op. Africae in Æthiopia inferiori & reg. *Zanguebar*, in regno Melindae, 40. leucis Hiſpanicis diſtat à Melinda urbe.

¶ Amarumaja, *Amarumaye*, fluv. Americae meridion. Oritur in Vilcabamba prov. in Peruvia, verſus Cuſcum civitatem, & poſt longum curſum cadit in fluv. Amazonum, prope Tacurios populos.

Strab. Amaryuthus, *Armoa*, uti à nonnullis indigitatur, fluv. Arcadiae in Alphum influens.

Strab. Ptol. & al. Amaſea, *Amaſia*, urb. Cappadociae Archiep. in Ponto clariſſima ad Irin. fluv. hac tempeſtate reg. caput, & Satrapae Turcarum ſedes, inter Byzantium ad occ. 500. mill. paſſ. & Trapezuntum in ort. ad 300. diſſita. Sub hac metrop. Amiſus, Sinope, Zaliſcus, & Zela continebantur. Illam Strabo patriam ſuam multis deſcribit.

¶ Amaſia vulgo a Turcis *Amnaſan* dicitur.

¶ Amaſenum, *Amaſen*, opp. Africae in Nigritia reg. juxta lacum Borni, & in regno cognom. prope Nigrum fluv.

Virg. Amaſenus, *Fiume dell'Abbatia*, fluv. Latii ex agro Privernate in Pontinam paludem & mare Tyrchenum, haud procul à Tarracina & Circaeis deſcendens.

¶ Amaſenus, fluvius Latii, hodie *Toppia* dicitur; & per Pomptinas paludes fluens, in Tyrrhenum mare ſe exonerat verſus Circaejos.

Ovid. Amaſenus, alter fluv. Latii, qui ex finibus Aletrinorum per agrum Fruſinatem & Verulanum in Lirim fluv. labitur.

Amaſenus item fluv. Siciliae, qui aliquando, teſte Ov. lib. 15. Metam. ſiccatur. De quo 15. lib. cit.

Necnon Sicanias volvens Amaſenus arenas.

Vide Amennanus. ſic enim ab aliis nominatur.

Amaſia. Vide Amaſea.

Ptol. Amaſia, *Marpurg*, urbs & academia praeclara Haſſiae in Germ. media inter Francfurtum & Caſſellam Principis Haſſiae ſedem, utrinque 9. leuc. diſtans. Latin. recen. Martisburgum à Marte ibi culto dictum, ut videtur.

¶ Amaſia, Cluverio teſte & aliis, eſt *Embden*: quae etiam Embda, urbs ampla & munita, cum portu, caput Friſiae orient. ſub poteſtate Batavorum, aut ipſis oppignerata. Sedet prope oſtia Amaſii fluv. juxta ſinum qui vulgò *Dollart* dicitur. Vide Embda.

Ptol. Amaſius, Amiſius Plin. Amaſia Strab. *Ens*, flu. ex praecipuis Germ. magnae in Riddeburgenſi Com. ortum ducens, ac per Weſtphaliam fluens, Monaſteriumque regionis caput alluens, ad Embdam, Friſiae orient. urbem primariam, Oceano Germanico excipitur, medius ferè inter Rhenum ad auſtr. & Albim ad Bor. delatus.

¶ Amaſius fluv. non alluit Monaſterium urbem, ſed per vicinia labitur ad duo mill. recipitque Aam amnem, qui ipſam rigat. Fontes habet in Weſtphalia & Diœceſi Paderbornenſi, prope vicum *Ramſel* & Comit. Ritbergenſem: recipitque fluvios Heſelum, Beveram, Aam, & Haſlum in Monaſterienſi Diœceſi, & amnem *Soſte* ad arcem *Lieroort* in Friſia orientali.

Amaſtra, urbs Siciliae. Vide Ameſtrata.

Strab. Plin. & al. Amaſtris, *Famaſtro*, urbs Paphlagoniae in ora maris Euxini, metrop. quae & Amaſtrum. Ex 4. urbibus, ſeu pagis proximis, Seſamo, Cytoro, Cromna, & Tejo, magnam crevit in urbem; media ferè inter Tejum & Cytorum, Cromnae propior, ab Heraclea Ponti ad 68. mill. paſſ. in ort. diſtans. Ejus mem. Catul.

Amaſtris Pontica, & Cytore buxifer.

Val. Flac. lib. 6. Argon.

-peditem pedes haurit Amaſtris.

Strab. & al. Amathus, *Limiſſo*, urb. epiſc. Cypri marit. in ora auſtr. ex qua Cyprus Amathuſa dicta eſt, à Papho 50. mil. paſſ. in ort. in medio Curium, à Famaguſta 100. in occaſ. in medio Saline; hac tempeſtate penè jacens. Inde Amathuſius, & Amathuntius, Amathunteus, & Amathuſiacus. Ovid. lib. 10. Metamor.

Lactentes vitulos, Amathuſiacaſque bidentes.

Idem ibidem:

At ſi fortè roges fœcundam Amathunta metallis.

Virg. in Ceir.

Nam te jactari non eſt Amathuntia noſtri.

¶ Amatica, *Amatique*, quae aliter *S. Thomas* urb. Americae

ricę in nova Hiſp. & prov. *de Honduras*. 18. leucis diſtat à mari Boreali. Ædificata fuit anno 1597. ab Hiſpanis: eſtque parvi circuitus.

¶ Amatitucus, *Amatituc*, fluvius Americę, in Nova Hiſpania, & prov. Soconuſci. Cadit in mare Pacificum, versùs limites prov. Guaxacę.

¶ Amatius, *Amato*, fluv. Italiae in Calabria ult. in mare Tyrrhenum influit versùs S. Euphemiam opp. & oritur ex Apennino. Aliis Lametus dicitur.

Hero. Strab. & al. Amazones, mulieres fuere bellicoſę; quę ex Sarmatia à Tanai fluv. digreſſę, in Cappadocia ad Thermodoontem fluvium conſedere. Ibi mons Amazonius eſt, ex quo fluvius effluit Thermodoon. Ab eis Epheſus urbs Aſię & caput Jonię condita traditur. Dictę ſunt Amazones, quaſi ſine mamma, quam, ut ad prępliandum expeditiores eſſent, pręcidebant. Harum mem. Virg. lib. 11. Æn.

Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.

¶ Amazonum fluv. *Rio de las Amazonas* Hiſpanis, *Riviere des Amazones* Gallis, fluv. ingens Americę meridionalis, oritur prope Quitum civitatem Regni Peruviæ; deinde auctus fluviis Coca, Napo, & aliis, percurrit provin. Canelam, & *Pacamoros*, ubi recipit fluv. Xauxam, ſeu Maranionem, & poſtea rigat prov. Surinam, Camſuaram, Matayam, Apantam, Coropam, Tapayam, & alias multas Europęis nomine tantum notas. Receptis demum fluv. Arumaya, Jopura, Catua, Madera, & aliis multis, poſt curſum 800. leucarum, in mare Septentrionale, ſeu *del Nort*, ſe exonerat, inter Braſiliam & Guajanam regiones. Dicitur etiam a quibuſdam fluvium Orellani a Joanne Orellano Hiſpano, qui primus illum detexit anno 1541. Fusè deſcribitur a Petro Texeira Luſitano, qui illum diligenter luſtravit anno 1639. totumque percurrit intra 10. menſes. Ferunt ejus oſtium inſulis ſparſum 54. leucis Hiſpanicis complect.

Greg. Tur. Ambacia, & Ambacenſis vicus Ven. Fortun. *Amboiſe*, opp. pręclarum Gall. Celt. ad Ligeris ripam, inter Bleſas 10. & Taurones 8. leuc. diſſitum. De eo Fort. in vita S. Martini. lib. 4.

Mirum aliud, vico quod contigit Ambacienſi.

¶ Ambadara, *Ambadar*, urbs Æthiopię ſuperioris; ad Nilum, in regno Bagamedri, ad pedes montium, inter Sovam & Dambeam provinc. in Abyſſinia regione.

Cæſ. Ambarri pop. ſunt Gall. Celt. quorum reg. teſte Vigenereo, eſt *Charolois*, in Burgundia, inter Matiſconam & Borbonium, Aliis *le pays a l'entour de Nevers*.

¶ Ambaſtæ pop. Aſiæ, in regione Sinarum, teſte Sanſone, ubi nunc prov. *Chequiam*, *Chiamſi*, & *Fuquien*.

Ovid. Ambenus, mons eſt Sarmatiæ Europ. apud Tyram fluvium, & Ophiuſam, in ora maris Euxini. De quo Val. Flac. lib. 6.

- Linquitur & mons
Ambenus, & gelidis pollens Ophiuſa venenis.

¶ Amber, *Amber*, fluv. Germ. in Bavaria, cadit in Iſarum. Vide Ambro & Ambra.

¶ Amberga, *Amberg*, urbs Germaniæ ad fluv. Wils, caput Palatinatus ſuper. in ditione Ducis Bavarię à paucis annis, cum priùs eſſet Elect. Palatini, cum toto hoc tractu. Diſtat 7. leuc. à Ratisbona, & 8. a Norimberga.

¶ Ambiamum *Ambiam*, urb. & regnum Æthiopię ſuper. versùs *Zaflan* lacum.

¶ Ambiacativa; ſic vulgò, urbs, & regn. Abyſſiniæ, ſeu ſuperioris Æthiopiæ, prope Nilum fluv. inter Nubiam & regnum Bagamidri.

Cæſar. Plin. & al. Ambiani, *Amiens*, pop. & urb. Gall. Belg. ad Somonam fluv. Picardiæ reg. caput, epiſcop. ſub Archiepiſc. Rhemenſi, cum Lutetia Pariſiorum & Rothomago trigonum faciens, ab eis 28. leucis diſtans, ab Atrebatibus 14. Lutetiam versùs. Fertur à Macedonibus ſub Alex. Magno condita, & ſic ab aquarum ambitu nominata. Hinc Ambianenſis, ut apud Ven. Fortun. in vita Sancti Mart. lib. primo.

Occurrenti igitur porta Ambianenſis egeno.

¶ Ambianum, *Amiens*, urbs Galliae, Picardiæ præcipua, capta dolo ab Hiſp. anno 1597. ſed fortiter recuperata eodem anno ab Henrico IV. Francorum Rege, qui ibi arcem munitiſſima extruxit ad tutelam urbis. Aliàs Samarobriva dicta fuit, Diſtat 10. leucis ab Abbauvilla in Eurum, & 11. a Perona in occaſum. Ab ea tractus adjacens dicitur *l'Amienois* Ambianenſis tractus.

Ambiatinum, vicus German. apud Confluentes, ubi Caligula Cæſar natus.

¶ Ambiatinum nunc dicitur *Capelle*, ad Rhenum fluvium.

Ambibareti, pop. & urb. Gall. Celt. qui nunc Vivarienſes dicuntur, & urb. Vivarium, vulgò *Viviers*, reg. verò *Vivaretz*. Vide Vivarienſis urb. quæ ab Avenione 6. leuc. abeſt. in Bor. Valentiam versùs, apud alteram Rhodani ripam. *Cæſ.*

¶ Ambibareti populi ubi fuerint non conſtat, ſed Helvij fuere, ubi hodie Vivarienſis provincia, *le Vivarais* dicta.

Ambibarij, pop. & urbs Gall. Celt. inter Armoricas civitates, hoc eſt, in ea Gall. reg. quæ Britannia minor appellatur. Quorum opp. *Ambie* eſſe putatur in Normaniæ confinio in ora apud mont. Divi Michaelis Archangeli. *Cæſ.*

¶ Ambibarii pop. fuere Galliæ Celticæ ubi poſtea Abrincatui pop. *le Dioceſe d'Avranches*, in Normannia. Eorum veſtigium hodie manet in *Ambie*, ſeu, & meliùs, *Hambie*, qui eſt vicus Normann. in ora maris Britannici, inter Abrincas & Conſtantia caſtra, 6. leucis diſtat à monte D. Michaelis in Boream.

¶ Ambidrani, pop. Norici, ubi nunc pars orientalis Stiriæ, in Germania.

Ambiliates, pop. Gall. Celt. quorum opp. *Lamballe* non obſcurum nominatur, in Britannia minore, à Rhedonibus 15. leuc. in Bor. inter Briocum & Jugonum 3. Hic charta pergamena copiosè conficitur. *Cæſ.*

¶ Ambilici, pop. Norici, ubi nunc pars occidental. Stiriae provinciæ Germaniæ, ſub Auſtriacis.

¶ Ambiſontij, pop. Norici, ubi nunc Carinthia prov. in Germania, juxta Dravum fluvium.

Ambivariti pop. ſunt Gall. Belg. qui Brabantini a nonnullis putantur, præſertim in eo tractu ubi ſunt Antuerpienſes, teſte Ortelio. *Cæſ.*

Amblada in num. plur. urbs fuit Piſidiæ epiſc. ſub archiep. Iconienſ. dum ſtaret, inter illam & Antiochiam Piſidiæ. Ambladorum in Concil. non ſemel fit mentio. *Strab.*

Amblava, & Amblava, fluv. eſt non magnus Duc. Lucemburgenſ. apud Stabulum monaſterium fluens, in Agrippinenſium conf. *Ambleve* vulgo. *Scrip. Gall.*

¶ Amblavia fluv. ubi ſit non conſtat; ſed fluvius *Rechte* alluit Stabulum monaſterium intra limites Ducatus Lucemburgenſis.

Amboglanna opp. fuit Albionis in ea parte Angliæ, ubi nunc Cambecum opp. vulgo *Camby*, apud Glóceſtriam Briſtolium versùs. (forſan *Cambridge* pagus ita poſitus. Verùm Camden. putat eſſe *Ambleſide* in Com. Weſtmariæ.) nunc vicus. *Lib. Not.*

¶ Ambohitimeni, *Ambohiſtmenes*, pop. Africæ in inſul. Madagaſcar. versùs Orientem, ubi etiam montes altiſſimi ſic dicti, quaſi montes rubei, Flacurtio teſte.

¶ Amboina, *Amboina*, inſula maris Indici, in Aſia, non procul a Moluccis, parva, ſed dives aromatum felici proventu, & fertilis, ubi colonia Batavorum. 24. leucis diſtat ab inſ. Banda in occaſum; habetque opp. *Iſou* præcipuum. Detecta fuit a Luſitanis ann. 1515. ſedetque ad meridiem inſ. *Ceram*.

¶ Ambola, *Amboule*, provinc. & vallis fertiliſſima Africę in inſ. Madagaſcar. versùs Meridiem. Eam bifariam ſecat fluvius *Mananpani*, ad Septentrionem prov. Carcanoſſiæ.

¶ Ambota, *Ambote*, opp. Poloniæ, in Samogitia prov. ad Wardanam fluv. qui paulò poſt cadit in Wetam. Diſtat 9. leuc. à mari Baltico, & 2. à *Saidi* oppido.

Ambra opp. fuit Vindeliciæ cum fluv. cognomine, nunc pag. *Amber* ad lacum eiuſdem nominis, ex quo Ambra quoq; fluv. exit, a Monachio Bavariæ primaria urbe 5. leuc. Aliis eſt *Brug & Pruck*. à Monachio 3. leuc. Auguſtam versùs in occ. ad eundem fluv. *Ant.*

Ambracia, Ampracia Herod. Ptol. & aliis *l'Arta*, urbs epiſc. Epiri non obſcura ad ſinum Ambracium ex ea denominatum, à Nicopoli & Actio urbibus in ore dicti ſinus 25. mill. paſſ. in ort. diſtans, vulgò etiam *Ambrachia*. Hinc Ambracius. Ambracij hœdi apud Aul. Gel. lib. 7. commendantur. Regia fuit Pyrrhi ex Plutarcho. De ea Ovid. *Cæſ. Cic. Strab. & al.*

Ambracię portus, & ſcopuloſa Ceraunia nautæ.
Summa timent.

Pod. Ambraciotæ apud Liv.

Ambracius ſinus, Ambracheus Polyb. inſtar lacus eſt; in cujus ore duę urbes ſunt, Actium & Nicopolis, minus milliario diſtantes; & in intimo illius receſſu ſita eſt Ambracia.

Ambra-

Plin. Strab. ¶ Ambracius ſinus dicitur hodie *le Golfe de Larta*, ſeu *de Preveſa*; eſtque celebris victoria Actiaca Auguſti contra Antonium, vocaturque etiam Anactonius ſinus; & recipit fluv. Inachum & Arachtum.

¶ Ambriſius, *Ambriſi*, fluv. Afię, in regno Congi. Cadit in mare Æthiopicum inter flumina *Lelunda* & *Loſe*. Oritur autem ex montibus prope oppid. *Tinda*.

¶ Ambro, *Amber*, fluvius Germaniae in Bavaria. Cadit in Iſarum fluvium paulò ſupra Landshutum. Oritur autem 2. leucis à Fuſſena urbe, & in limite Comitatus Tyrolenſis.

Scrip. Hiſp. Ambrocius pag. fuit Hiſp. Luſit. ubi nunc Placentia urbs, teſte Jo. Mariana.

Feſto. Ambrones, pop. Gall. Narbonenſ. quorum urbs *Ambrun* ab aliquibus eſſe putatur. Sed hęc apud vet. Ebredunum, ſive Ebrodunum appellatur. Ambrones quoque Gall. Narbonenſis pop. fuiſſe tradit Flor. in epitome lib. 68. quos Montium & Cepionem Rom. Duces viciſſe, ſed poſtea à Liguribus fractos, ac demum à C. Mario unà cum Cimbris & Teutonibus apud aquas Sextias deletos fuiſſe ſcribit. Quia vero hi ex rapto vivebant. Sex. Pomp. auctore, in proverbium abięre. Nam cùm *Ambrones* dicimus, rapacitati & prędae deditos ſignificamus.

¶ Ambrones, teſte Cluverio, & aliis, erant pop. Helvetiorum, ubi nunc pagi Bernenſis, Lucernenſis, & Friburgenſis. Ab iis etiam aliàs Ambronicus pagus, ſub quo magna pars Helvetiorum.

Scrip. Brit. Ambroſii mons locus eſt Angliae, in quo ſaxa ſunt admirandę magnitudinis, incolis *Stonehenge* dictus; teſte Alex. Novilio. Ambroſia quoque vicus eſt Angliae, in Wiltonia reg. vulgò *Ambreſbury*.

¶ Ambroſiii vicus ſeu Ambresburia, *Ambresbury*, urbs Angliae, ad Avennam fluv. in Viltonia prov. Diſtat à Sarisburia 5. mill. Anglicis.

¶ Ambroſii autem mons, ſeu potiùs locus, vùlgò *Stonehenge*, eſt in eadem Viltonia prov. vix duobus miliaribus ab Ambresburia; eſtque vetuſtum monumentum ab Aurelio Ambroſio Britanorum Rege poſitum, quorum Magnates regnante Vortigero anno 475. Saxonum dolo illic cęſi ſunt, & humati, in quorum memoriam Aurelius ille trophæum iſtud erigi curavit forma & magnitudine mirandum, cujus materiam praebent ſaxa quaedam ingentia, quę viginti octo pedes & ſuprà longitudine, latitudine vero decem colligunt. Eorum jam multa vetuſtate conciderunt. Quę vero hodie extant, ſpatium in circuitu trecentorum pedum continent. Hoc in loco Rex ille Aurelius an. 500. duoque pręterea Reges Britanorum, qui ipſi ſucceſſerunt, Uter pendrago & Conſtans, cum aliis nobilibus humati fuerunt. De his fuſius Joannes Speedus.

¶ Ambruareti, pop. Gallię Lugdun. inter Ligerim & Icaunam fluv. ubi nunc pars Nivernenſis pròv.

Strab. Plin. Ambryſus urbs fuit Phocidis mediterr. memorabilis, Hyampoli vicina: cujus nulla exſtant hodie veſtigia.

¶ Ambulatri populi fuere Galliæ, in Aquitania, prope Vaſates.

¶ Amcopeltum, *Amcopeltz hokell*, mons excelſus in medio inſ. Islandiae, in mari Deucalidonio, in ea parte quę vulgò *Nordlendingafiordung* dicitur; diſtatque 7. leucis Germanicis à Schaloto urbe.

¶ Amel, *Amel*, regnum Africæ, in ora maris Atlantici, intra oſtia fluv. Nigri, in eo tractu qui vulgò Nigritia dicitur.

¶ Amelandia, Ameland, inſula maris Germanici, in littore Friſiae occidentalis, ſub Batavis, eſtque oblonga, 6. leuc. Gallicis diſtans à Leovardia in Boream.

Strab. Amenamus, *Judicello*, teſte Faz. fluv. Siciliae, ex Ætna mont. per agrum Catinenſem fluens, ipſamque urbem interluens, Amenes Pindaro, & Amaſenus Ovid. brevis decurſus ad 10. mill. paſſ. ſed profundus.

Ptol. Strab. Ameria, *Amelia*, urbs epiſc. Umbriae antiquiſſima, an. 964. ante Perſeum condita, Narniae propinqua, ab ea vix 6. mill. paſſ. Hortam versùs diſtans, Ocriculo etiam vicina. Pop. Amerini, & Amerinus nom. gent. Vitem Amerinam Virg. memorat lib. 1. Georg.

Atque Amerina parant lenta retinacula viti.

Cic. Plin. & al. Amerina ſalix à Plin. & cæt. commendatur. Plurima enim ibi provenit; quae ſubſtrata thoris, venerem cohibere creditur, amica caſtitatis, unde ἄγνος ſalix à veter. dicitur.

¶ America, *l'Amerique* Gallis, *America* Hiſpanis & Italis, quarta orbis pars noviter detecta, nempe anno 1492. à Chriſtophoro Columbo Genuenſi, & poſtea ab Americo Veſpuccio Florentino nomen ſortita 1497. Dicitur aliter Novus Orbis, ob magnitudinem videlicet, & perſaepè, ſed impropriè, Indiae Occidentales; *les Indes Occidentales* Gallis, *West Inde* Belgis. Non tantùm ab Hiſpanis, qui illam dominationem primi uſurparunt, ſed etiam à Belgis, Anglis, & aliquando à Francis, quòd eodem ferè tempore detecta ſit ad Occidentem, quoad Orientem India reperta eſt. Eſt autem a Septentr. in meridiem exporrecta, ſub duarum magnarum peninſularum forma, quę tenui iſthmo 17. leucarum connectuntur. Clauditur ab Occidente mari Auſtrino ſeu Pacifico, ab Oriente mari Boreali & Æthiopico, & Meridiem versùs freto Magellanico, & freto Maereo. At ſeptentrionales ejus fines ſunt incogniti, neque hactenus ab hac parte perluſtrati. Multae illius partes ſubſunt Regi Hiſpaniae, uti Peruvia, Nova Hiſpania, & aliae regiones. Quaedam autem versùs oram maritimam parent Francis, Anglis, Batavis, Luſitanis, atque Suecis. Ibi incolae cultiores redditi ſunt poſt Europaeorum adventum. Sed qui mediterr. incolunt loca, mores patrios adhuc retinent. Eam accurratè deſcripſit Joannes Laetius paucis abhinc annis. Dividitur autem in ſeptentrionalem, & merid.

¶ Americae ſeptentrionalis, quae & Mexicana dicitur à Mexico urbe praecipua, habet à Septentrione terras Arcticas incognitas, ab Occidente & Meridie fretum Anianum & mare Pacificum ſeu Auſtrinum, ab Oriente autem ſinum Mexicanum, & mare Boreale.

¶ Americae ſeptentrionalis regiones.

Canada, *qua & Nova Francia*; le Canadas ou Nouvelle France.
Eſtotilandia, Eſtotilandt.
Florida, la Floride.
Nova Anglia, Nouvelle Angleterre, *Anglis* Niew Englandt.
Novum Belgium, Nouveau Pays-Bas, *Batavis* Niew Nederlandt.
Nova Dania, Nouveav Danemark.
Nova Hiſpania, *ſeu regnum Mexicanum*, la Nouvelle Eſpagna, ou le Mexique, *Hiſpanis* Nueva Eſpanna, ò Mexico, *ubi* Jucatan, Nicaragua, Nova Galizia, Mechoacan, Guatimala, & Honduras *provincia*.
Novum Regnum Mexicanum, *aliis Nova Granata*, le Nouveau Mexque.
Virginia, la Verginie.
Califormia inſula, l'Isle de Californie.
Cuba inſula, l'Isle de Cuba.
Hiſpaniola inſ. l'Hiſpaniola Isle, ou S. Domingue.
Terra-nova inſ. l'Isle de Terre-neuve:
Aliæ multæ Inſulæ Antillarum nomine contentæ.)

¶ Urbes pręcipuę Americę ſeptentrionalis,

Amſtelodamum novum, Nouveau Amſterdam.
Angelopolis, Ciudad de los Angeles.
Anticaria, Antequera.
Dominicopolis, S. Domingo, *Gallis* S. Domingue.
Emerita, Merida.
Fanum S. Joannis de Portu divite, S. Juan de Puertorico.
Guadalaxara, Guadalajara.
Guatimala, S. Jago de Guatimala.
Havana, la Havana.
Mechoacanum, Mechoacan.
Mexicum, Mexico, *quæ totius illius partis facilè primaria*.
Novum Plimuthum, Nouveau Plimouth.
Panucum, Panuco.
Pomejocum, Pomejock.
Quebecum, Quebec.
S. Auguſtini Fanum, S. Agoſtino.

¶ America meridional. quę etiam Peruviana nuncupatur à Peruvię regno, habet ad Septentrionem mare Boreale, ad ortum Oceanum Æthiopicum, ad Auſtrum mare Megallanicum, fretaque Megallanicum & Mareum, ad occaſum autem mare Pacificum, ſeu Auſtrinum.

¶ Americae meridionalis regiones.

Braſilia, le Breſil.
Cile, le Chili.
Guajana, le Guajane.
Magellanica, le terre Magellanique.
Nova Andaluſia, Nouvelle Andalouzie.
Novum regnum Granatenſe, nouveau royaume de Grenade.
Paraguaya, le Paraguay.
Parana, Parana.
Paria, Paria.
Popajani tractus, le gouvernement de Popajan.
Peruviæ regnum, le royaume du Perou.
Terra firma, la Terre ferme.
Terra ignium, Terre des feux, *Hiſpanis* Terra del fuego.

Tucu-

Tucumania, le Tucumſan.
Venezuela, la Venezuele.)

¶ Urbes praecipuae Americae Meridionalis.

Arequipa, Arequipa,
Argentea, la Plata.
Arica, Arica.
Baeza, Baeza.
Bonus aër, Buenos Aires.
Carthagena Nova, Nouvelle Carthagene.
Civitas S. Fidei, S. Fè de Bogota.
Conceptio, la Conception.
Corum, Coro.
Cuſcum, Cuſco.
Fanum S. Jacobi, S. Jago.
Fanum S. Sebaſtiani, S. Sebaſtiano de Rio de Janeire.
Cuaira, *ſeu Civitas Regia*, Guaira.
Lima, *qua & Civitas Regum*, Lima, ò los Reyes.
Manua, Manoa el dorado.
Maranonium, S. Luis de el Maranon.
Olinda, Olinde de Pernambuco.
Panama, Panama.
Para, Para.
Popayanum, Popajan.
Portus omnium Sanctorum, la Baya de todos los Santos, *ſeu* S. Salvador.
Portus ſecurus, Porto ſeguro.
Potoſium, Potoſi.
Quitum, S. Franceſco de el Quito.
Santa Marta, Sainte Marte.
Siara, Siara.
Turgillum, Trughillo.)

¶ Ameriae, *Aymeries*, caſtrum Hannoniae prov. ad Sabim fluv. in Belgio; inter Quercetum opp. & Avennas 3. leucis ferè ab utraque, & totidem à Malbodio, male habitum hoc bello Belgico.

Plin. Americla, opp. Latii. Interiit ita ut locus ignoretur.

¶ Amersfodia, ſeu Amerſurtum, *Amersford*, urbs Belgii ditionis Ultrajectenſis, ad Emam fluv. probè munita, & ſub Hollandis. Diſtat ab Ultrajecto 3. leucis in ortum, & à mari Auſtrino leucis 2. in meridiem. Capta fuerat ad Hiſpanis anno 1624. ſed fortiter recuperata ab Hollandis. Ipſis paret. In illo tractu ſunt montes, qui vulgò ab illa *Amersfoorderberg* dicuntur.

Ameſtrata, Ameſtratos Steph. Amaſtra Sil. Ital. Muttiſtratum Polyb. Mutuſtratum Plin. *Miſtretta*, urbs Siciliæ, juxta Aerios montes, inter Trojanopolim & Cephalodium ſupra 20. mille paſſ. Pop. Ameſtratini apud Cic. Mutuſtratini apud Plin. dicuntur. Sil. lib. 14.

- comitata Nemæis
Venit Amaſtra viris, & parvo nomine Thiſſe.

Proc. Lib. Not. Amida, Ammaea Ptol. *Caramit*, urbs archiep. & Meſopotamiae primaria, in excelſo mont. apud Tigrim fluv. *Hemit* incolis, olim Conſtantia dicta, Conſtantio Aug. inſtaurata, ab Aziri urbe Armeniae ad Euphratem 130. mill. paſſ. in ort. Taureſium versùs. Hic Praefectus Turcarum reſidet, ab eis *Carahemit* à nigredine dicta, teſte Joan. Leuncl. ibi Rom. à Sapore Perſarum Rege caeſi, teſte Amm.

Dion. Amilton, prom. Thraciae, apud Byzantium, quod vulgò *Tripition*, teſte P. Gyllio, nominatur. Amilion etiam legitur.

Strab. Amimone, vel Amymone, fons apud Argos in Lernam influens. De quo Ovid. lib. 2. Metam.

- quærit Bœotia Dircen,
Argos Amimonem, Ephyre Pyrenidas undas.

Virg. Amineae vites à Virg. lib. 2. Georg. memoratae in Campania, ad mont. Falernum, ab Amineo, ſive Aminea opp. quod hodie non exſtat.

Sunt & Aminea vites firmiſſima vina.

¶ Aminelia, *Aminel*, oppid. Africae, in ora & prov. *Barbaria*.

Plin. Amiſius fluv. Germ. *Ems*. Vide Amaſius.

Ptol. & al. Amiſus, Amiſum Plin. *Simiſo* incolis, & *Amid*, ſive *Hemid* Turcis, teſte Leuncl. urbs Archiepiſc. Paphlagoniae marit. à Sinope 175. mil. paſſ. in ort. Trapezuntem versùs, in reg. Chalybum primaria, à Byxantio 500. mill. paſſ. in ort. media inter Sinopen & Themiſcyram ad ort. vergentem.

¶ Amitatanus, *Amitatan*, ſeu *Amuitan*, lacus Americae, in Nova Hiſp. prope civitatem S. Jacobi de Guatimala, à qua 4. leucis tantùm diſtat in ortum.

Plin. Liv. & al. Amiternum, *S. Vittorino*, urbs olim epiſc. Veſtinorum in Aprutio exciſa, manet pag. de S. Victorini Epiſcopi Amiternenſ. nomine dictus, ad Aternum fluv. ab Aquila (quae illi & Forconio urbi exciſae ex adverſo Amiterni ſucceſſit) 5. mill. paſſ. diſtans in Bor. napis, qui ibi praegrandes proveniunt, apud vet. celebris, olim ingens, ut rudera indicant, & regionis empor. à Spurio Conſ. capta magnaque clade affecta. Salluſtio cive ſuo adhuc gloriatur. Memin. illius inter alios Virg. lib. 7. Æn.

Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites.

Hinc Amiternus nom. gent. Pop. Amiternenſes, & Amiternini apud Plin.

¶ Amixocori, *Amixocores*, pop. Americae, in Braſilia mediterr. versùs praefecturam fluv. Januarii.

¶ Amma, *Emmen*, fluv. Helvetiorum, qui cadit in Arolam fluv., infra Salodurum. Oritur autem prope Thunum lacum.

Ammaea, urbs Meſopotam. praeclara. Vide Amida.

Ptol. ¶ Ammaea, urbs Arabiae deſertae, in intimo receſſu ſinus Perſici.

Ptol. Ant. Ammaedara, Admedera Anton. urbs Africae olim epiſc. ſub archiep. Carthagin. adhuc perſeverans, & nomen antiquum retinens, inter Tebeſtam 25. & Lares 48. mill. paſſ. ſita.

¶ Ammer, *Ammerzee*, lacus ſeu palus Germaniae in Bavaria provinc. Fluv. *Amber* eum praeterluit, diſtatque à Monachio 5. leucis, ab Auguſta 6. & à Lanſperga 2. tantùm.

Plin. Ammia, urbs Luſit. epiſc. Pop. Ammienſes Plin. Vide Amaea.

Ptol. Ammochoſtos, *Famagoſta*, urbs Cypri epiſc. in ora ad orientem ſolem, poſt Leucoſiam primaria inter Tronos & Salaminam propiorem.

¶ Ammochoſtos, *Famagouſte* Gallis, aliàs Arſinoe dicta fuit, teſte Luſignano. Vide Arſinoe.

Ptol. Ammon, Ammonis templum & oraculum Plin. Diodor. & Solin. urbs Libyae infer. in Cyrenaicae reg. confinio, apud Garamantes, à Cyrene 400. mill. paſſ. in auſtr. recedens. *Canzaron di Mahoma* nunc. Ejus mem. Claud. de laudib. Stilic. lib. 1.

Et velox Garamas: nec quamvis triſtibus Ammon
Reſponſis.

Scribitur & Hammon cum adſpiratione. Nomen apud vet. ab arena, ἄμμος enim Graecis arena eſt, nam locus eſt arenoſus.

¶ Ammon nunc in ruinis jacet.

Strab. Amniſus, portus Gnoſſi, in ora Craetae Bor. apud Minoam, cum fluv. ejuſdem nominis: de quo Callimachus, Apollon. & Suidas. Is nunc *Picorna*, teſte Dom. Nigro, nominatur.

Ptol. Amnitae, vel Samnitae ex al. cod. pop. Gall. Celt. ad Ligeris oſtia: quorum opp. *Ancenis* teſte Bertrando Argent. (*Vide Anceniſium.*)

Amœnum ſtagnum *Albufera*, apud Valentiam Hiſp. Tarraconenſis urbem.

¶ Amorbachium, *Amorbach*, urbs Germaniae, in Franconia, ad fluviolum *Muldt*, qui paulò infra cadit in Mœnum, in ditione Electoris Moguntini. Diſtat 5. leucis German. ab Aſciburgio in meridiem, 3. autem à Verthaemo in occaſum; in Ottonis ſylva.

Strab. Ptol. Plin. Amorgos, *Murgo*, inſ. maris Ægaei, cum urb. epiſc. ejuſdem nominis; una Cycladum, ſive, ut aliis videtur, Sporadum: proxima Melo, & Polyaego, ac Naxo, à qua 10. mill. paſſ. abeſt, à Delo autem 40. in auſtr. ipſa circuitu 80. Olim Hypere, & Patage, teſte Plin. dicta; Pancale, & Pſychia, teſte Steph.

Plin. Ptol. Amorium, & Amorius, urbs epiſc. Phrygiae magnae, ſub archiep. Synnadenſi, inter Synnadam & Apameam ſita: cujus frequens eſt mentio in lib. Concil.

Ex. 5. Bibl. Amorrhaei, pop. Palaeſtinae, in Judaea, ab Æmor patre Sichem, teſte Iſid. dicti.

¶ Ampatri, *les Ampatres*, pop. Africae, in inſ. Madagaſcaris, oram versùs ad meridiem, inter tract. *Carremboule* & *Carcanoſſi*, Flacurtio teſte.

Steph. Ampe urbs fuit Babyloniae, ad ſin. Perſicum, apud oſtium Tigris fluv.

Plin. Ptol. Ampelus, *Ampela*, teſte Villanav. cum al. prom. & opp. Cretae, in ora auſtr. inter Hierapytnam & Itanum. Et nomen viri apud Ovid. lib. 3. faſt.

Ampelon intonſum Satyro nymphaque creatum.

¶ Ampelus aliis eſt etiam prom. Macedoniae, vulgò *Capo Caniſtro*; prope Toronaicum ſinum.

Mel. Plin. Ampeluſia; Cotes, & Cottes Plin. & Ptol. *Eſparto*, teſte Ortel. opp. Maurit. cum prom. ad fretum Herculeum; *Cabo Spartelle* dicitur Merc. & Caſtaldo.

Steph. Amphaxis, opp. Maced. in ora ſin. Strymonici, inter

Arethu-

Arethuſam & Stagiram; unde regio Amphaxitis, & pop. Amphaxites intus ad Axium fluv. incolentes.

Amphiale, prom. Atticae, contra Salaminam inſ. porrectum, ex quo in illam brevis eſt trajectus.

Amphigenia urbs fuit Peloponneſi, in Meſſenia reg. Cujus mem. Stat. lib. 4. Theb.

Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia.

Amphilochi, pop. Epiri, in Acarnania; quorum urbs Amphilochia, & Argos Amphilochium, ſive Amphilochicum eſt, etiam nunc *Anfiloca* incolis dicta, inter Ambraciam & Caſſiopen, ab Ambracia ad 20.mil.paſſ.recedens in ort.

¶ Amphilochia, op. Epiri, juxta Acheloum fluv.in Amphilochia regione, versùs Pindum montem.

Amphilochia à Teucro condita, ſic ab Amphilocho uno ex ſociis nominata, teſte Strab. urbs Callaicorum, in Hiſpan. Tarracon. ad Minium fluv. inter Tydem & Lucum, vulgò *Orenſe*, teſte Jo. Mariana. Vide Auria, & Aquae calidae.

Amphimalia, *Suda*, teſte Soph. opp. Cretae, in ora Boreal. versùs occ. ubi ſin. Amphimalus, vulgò *Golfo di Suda* inter Rhitymnam urbem ad ort. & Drepanum prom. ad occ. loca proxima. Opp. verò nunc *S. Nicola*, pag. Soph. Amphimalus apud Ptol. dicitur ſinus; qui etiam vulgò *Golfo di San Nicola* nominatur.

¶ Amphimalus ſinus hodie vulgò *Golfe de Suda* dicitur, ab arce *Suda*, in ſcopulo ſita, & permunita, cum portu commodiſſimo, multoties tentata à Turcis hocce bello Cretico. Diſtat à Canea 10. milliar. Italicis in ortum, & à Rithimna 30. milliar. versùs occaſ. Vicus autem *S. Nicola* diſtat à Suda 10. milliar. in orientem; eſtque in inſula parva, prope oram maritimam.

Amphipolis; quae poſtea Chriſtopolis à Graecis appellata eſt, *Chriſtopoli*, & *Emboli* Turcis, urbs archiepiſc. Maced. in Thraciae conf. juxta Philippos ad oram littoream, ac inter Philippos & Apolloniam ad 30. mill. paſſ. à Theſſalonica ſupra duplum diſtans, Serris proxima & ſinui Strymonico. Dicta eſt Amphipolis, quòd illam Strymon fluv. circumfluit & ambit. Paſſim Macedoniae & Thraciae tribuitur.

Amphiſſa, *Lambina*, teſte Nigro, *Anfiſſa*, al. ad fluv. cognominem, oppid. Phocidis, ſeu in finibus Locrorum Ozolorum apud Ptol. juxta oram ſinus Criſſaei, a Delphis 60. ſtadus in meridiem. Amphyſa apud Claudian. lib. 2. in Eutrop.

Ad muros Amphiſa tuos, auctore repertum.

Luc. lib. 3.

Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cirrha.

Sic dicta ab Amphiſſa Apollinis filia.

Amphiſſa, & Amphiſa, *la Rocella*, teſte Bar. opp. magnae Graeciae, in ora Calabriae ulterioris, inter Locros & Caulonam 8. mill. paſſ. apud oſtia Sagræ fluv. Hinc Amphiſius Ovid. lib. 15. Metamorph.

Linquit Japygiam, leviſque Amphiſia remis
Saxa fugit.

¶ Amphiſia, *la Rocella*, Principatus titulo gaudet, diciturque à Gallis *la Rochelle Calabroiſe*. Habet caſtrum munitum ad mare Jonium.

Amphitheatrum Veſpaſiani, *Colliſeo*, quaſi Coloſſeum, à Veſpaſiano Aug. teſte Sueton. in urbe Roma extructum, à Domitiano inſtauratum, vel etiam ædificatum, ut Mart. teſtatur, figuram habens ovalem, & ferè noſtra tempeſtate integrum, licet à Gothis fœdatum. De quo Mart. lib. 1. epigram. ſic

Hìc ubi conſpicui venerabilis Amphiteatri
Erigitur moles, ſtagna Neronis erant

¶ Amphitheatrum Veſpaſiani malè habitum fuit, non ſolùm à Gothis, ſed etiam ab aliis ultimo ſeculo. Senſim deficit, mediaque ejus pars ferè diruta jacet.

Amphitheatrum alterum in urbe Roma, a Pub. Statilio ædificatum, ubi nunc templum & cenobium S. Crucis in Hieruſalem conſpicitur. Cujus mem. Svet. in vita Caligulae Caeſ.

¶ Amphitheatrum Statilii Tauri nunc ferè dirutum jacet.

¶ Amphora, *Amfora*, fluviolus, ſeu potiùs rivus Forojulienſis prov. in Italis. Cadit in mare Adriaticum prope Aquilejam.

Virg. *Strab.* Amphryſus, & Amphryſſus, fluv. Theſſaliae apud Poetas celebris, licèt parvus. De quo Ovid. lib. 11. Metamorph.

Apidanuſque ſenex, leniſque Amphryſus, & Æas.

Hìc Apollinem armenta Admeti Regis paviſſe fabulantur. Decurrit juxta Othrys mont. radices in Sperchium fluv. apud Thebas Theſſalias. Alluebat Hallum opp. extinctum. Alter eſt in Phrygia, mulieribus ſterilitatem afferens, teſte Plin. Hinc Amphryſiacus, a, um.

Ampſaga, *Suf Gemar*, teſte Lud. Marm. fluv. Africae magnus, illam à Mauritania Caeſarienſi ſeparans, & Cirtam urbem alluens; cujus oſtia apud Cullu, Africae urbem, à Julia Caeſarea 118. mill. paſſ. recedunt in ort. Ibi ſin. Numidicus. *Mel. Ptol.*

¶ Ampſagae fluv. oſtia diſtant ab Algeria 138. mill. paſſ. ab Igilgili autem 18. mill. diciturque etiam *Suffegmar* a quibuſdam: & meliùs.

Ampſalis, *Albaſequia*, teſte Mol. urbs Sarmatiae Aſianae littoralis. *Ptol.*

¶ Ampſanctus, *Mufitè*, ſub opp. *Fricento*, locus Italiae, in Hirpinis. Vide Anſancti vallis.

¶ Ampuniana, *Ampugnana*, opp. inſul. Corſicae, in parte orientali.

Amrinus locus, *Widloch*; locus nunc appellatur in Weſtphalia, teſte Alberto Stadenſi. *Script. German.*

¶ Amroma, *Amrom*, & *Amrod*, inſula Daniae, in ora Ducatus Sleſvicenſis & mari Germanico. Aliis eſt Amerum.

¶ Amſtela, *Amſtel*, fluviolus Hollandiae. Amſtelodamum urbem celeberrimam alluit; & ibi in aeſtuarium *het Ye* ſe exonerat.

¶ Amſterodamum, vel Amſtelodamum, *Amſterdam*, urbs nova, Hollandiae praecipua, & emporium toto orbe celeberrimum. Centum abhinc annis in tantam amplitudinem, & opum abundantiam excrevit, ut inter primarias Europae civitates facilè cenſeatur; creſcitque in dies. Diſtat 7. leucis à Lugduno Batavorum, & totidem ab Ultrajecto. Nomen habet ab amne Amſtela, qui ibi in aeſtuarium *het Ye* ſe exonerat, gaudetque portu percommodo & capaci; & frequentia negotiatorum, navium copia, divitiis civium, & induſtria nautarum cetera Europae emporia antecedit. Capta fuit a Batavis ſub Guillelmo Naſſavio anno 1578. poſt longam obſidionem; vixque 2. milliar. Germanicis diſtat à mari Auſtriano.

¶ Amſterodamum Novum, *Niew Amſterdam* Batavis, *Nouveau Amſterdam* Gallis, urbs Americae ſeptentrionalis, in novo Belgio, ad oſtia fluvii *de Nort*, hiſce ultimis temporibus extructa, & primaria effecta hujus tractus, ſub Batavis, cum portu capaci & munito.

¶ Amſterdamum, *Amſterdam*, Batavis *Amſterdamſche eylandt*, inſula maris Glacialis, in ora occid. regionis Spitzbergae ſeu Montium acutorum.

¶ Amſterodamum, *Amſterdam*, inſ. maris Indicis versùs Terram Auſtralem incognitam ab Hollandis nomen ſortita hiſce temporibus. Eſt parvi circuitus, & media inter Novam Hollandiam & inſ. Madagaſcaris.

¶ Amſterodamum, altera item inſ. *Amſterdam eylandt*, in mari Pacifico, prope aliam inſ. Reterodamum dictam, inter Peruvium & inſulas Salomonis, ab Hollandis recens detecta, ſic dicta.

¶ Amſterodamum, *Amſterdam*, inſ. Aſiae, in mari Sinico, à Batavis ſic dicta paucis abhinc annis, quaſi media inter Japoniam & Formoſam inſulam.

¶ Amudaſae, urbs Africae propriae, ſeu Bizacenae prov.

Amurgus, inſ. Vide Amorgus.

¶ Amus, *Amu*, lacus Aſiae, in Tartaria & regione Zagathaja, teſte Marco Polo.

Amyci campus, locus Syriae, in valle, inter Libanum & Antilibanum montes, per quem Orontes fluv. decurrit. *Polyb.*

Amyci, portus Bithyniæ. Vide Amycli, ab Amyco, filio Neptuni, Rege Bebryciorum.

Amyclæ, *Vordonia*, teſte Nig. vel non longè diſtans, urbs Laconiæ, in Peloponneſo, epiſc. ſub Archiep. Spartano, inde 20. ſtad. diſtans. *Strab. Pauſ.*

Amyclæ etiam urbs Latii, ab Amyclæis Laconiae condita, inter Tarracinam & Cajetam, apud Fundos, à ſerpentibus deleta; ubi adhuc ſpecus Amycleum, *Sperlunga* vulgò, ex quo mare Amyclæum, *mare di Sperlunga*. Plin. lib. 3. cap. 5. ſcribit à muribus deletas, & lib. 8. cap. 29. ab hoſtibus captas, & everſas ex ſilentij obſervantia: unde tacitæ dictæ ſunt. De quibus Virg. lib. 10. Æn. *Virg. Plin. & al.*

-Ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnavit Amiclis.

Amyclas idcirco periiſſe tradit Servius, (illud Lucilii referens: Mihi neceſſe eſt loqui, nam ~~ſcio~~ Amyclas tacen-

do

do periiſſe) quòd ſæpiùs falsò hoſtium adventu nuntiato, ne civitas inani terrore quateretur, lege lata prohibuit, ne quis ampliùs hoſtium adventum nuntiaret. Cùm autem aliquando hoſtes revera adventaſſent, illoſque nemo ob legis interdictum nuntiare auſus eſſet, capta urbe ex improviſo, omnes ad unum interfectos eſſe, ac locum adagio datum, *Amyclas perdidit ſilentium*. Tametſi alii aliam urbis hujus interitus cauſam adferunt, ut apud Plinium quod de Amyclis Italiæ accipiendum eſt.

¶ Amyclæ, urbs erat Auruncorum oppid. Italiæ & Latii, in ora maritima. Hinc olim dictus ſinus Amyclanus, qui & Cajetanus, & Formianus, *Golfo di Gaeta* hodie.

Altera urbs Amyclæ etiam Taygeta appellatur, proxima Spartæ, ad mont. Taygeti radices, Caſtoris & Pollucis natalibus clara, & canum nobilitate celebris. Unde Virg. lib. 3. Georg.

Armaque, Amycleumque canem, Creſſamque pharetram.

¶ Amyclæ, quę & Taygeta, olim Lemnæ dicta fuit, in Laconia prov. prope Eurotam fluv. nuncque *Vordona* dicitur, Nigro teſte.

Amycli, ſive Amyci ex al. cod. Daph. Arriano *Lamia*, portus Bithyniæ, ad Boſphorum Thracium, ultra Chalcedonem urbem: qui & *Scala marmorea*, teſte P. Gillio, dicitur. Ejus mem. Virg. lib. 5. Æn.

Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

Hom. Amydon urbs fuit Macedoniæ, in Pæonia reg. ad Axium fluv. Cujus mem. Hom. & Juven. ſatyr. 3.

Hic alia Sicyone, aſt hic Amydone relicta.

Plin. Pauſ. & al. Amymone fons eſt & fluv. Peloponneſ. per Ariam reg. fluens in Lernam paludem: unde Amymonius fluv. idem cum Lernæo. Vide Amimone. ſic enim etiam ſcribitur.

Amyne collis, mons Falerni, in Campania, qui etiam Amine ſcribitur; unde Amineæ vites dictae apud Virgil. Vide Amineæ.

Val. Flac. Amyrus, fluv. Theſſaliæ parvus, apud Melibœam opp. fluens. Cujus mem. Val. Flac. lib. 2. Argon.

Intrantemque Amyron curvas quæſita per eras
Æquora.

Eſt & Theſſaliæ urbs Steph.

Plin. Amyzon, *Amuzon & Mezo* Curopal. urbs Cariæ epiſc. ſub archiep. Stauropolit. medit. inter Barygazam & Alabanda urb. vicinas, adhuc permanens.

¶ Anabagatha, urbs Aſiæ archiep. ſub Patriarcha Antiocheno.

Ptol. Anabis, fluv. Hiſpan. licèt non in omnibus codicibus legatur.

¶ Anabis, teſte Brietio, eſt etiam opp. Hiſp. fortè *Igualada*, in Catalonia prov. ad Noyam amnem.

¶ Anabus, opp. Germaniæ, prope Danubium fluv. forſan ubi nunc Nehoſelium, *Neyheuſel*, in Hungaria.

¶ Anachimoſi, *Anachimouſſi*, pop. Africæ, in inſ. Madagaſcaris, versùs Orientem, & in Mediterraneis, prope fontes fluv. *Mananghare*, teſte Flacurtio.

Plin. Anactoria, Anactorium Plaut. Strab. Plutarcho, & al. *Vonizza*, oppid. Epiri, apud ſin. Ambracium, teſte Soph. ab Actio ſtad. 40. introrſum recedens, ut ſcribit Strabo, à Leucade 30. mill. paſſ. Pop. Anactorij à Thucyd. dicuntur. Hinc Anactorius nom. gent. ut apud Sil. lib. 15.

Hinc & Anactoria ſigna oſtentavit in ora;
Ambracioſque ſinus.

¶ Laurenbergio *Vodizza* eſt Bonditium oppidum in eo tractu.

¶ Anacui, *Anacuies*, pop. Americæ, in Braſilia, versùs Præfecturam Seregippe, ſub Luſitanis.

Anæa opp. fuit Cariæ in ora occid. contra Samum inſ.

Thuc. Lib. Conc. Anagarum, urbs olim epiſc. Hiſpan. Tarracon. in Caſtellæ & Navarræ conf. inter Dominicopolim & Logronium urbes, 4. leuc. utrinq; diſtans, Tritio Metallo opp. exciſo propinqua, *Najara* vulgò.

¶ Anagarum urbs Ducatus tit. inſignita eſt, & celebris victoria Petri, cognomento crudelis, Caſtellæ Regis contra Henricum fratrem anno 1367. Sita eſt in Rivogia prov. Caſtellæ adjuncta. Ab alijs Najerá dicitur.

¶ Anagelum, *Anaghelome*, opp. Hiberniæ, in Ultonia prov. & Comit. *Dunenſi*, ad fluv. *Ban.* 20. milliaribus Anglicis diſtat ab Armacho in ortum, 10. autem a Nevvriaco in Boream.

Cic. Liv. Plin. & al. Anagnia, *Anagni*, urbs epiſc. Latij, in mont. caput Hernicorum, ab urbe Roma 37. mill. paſſ. Ferentinum versùs 5. Soram verò 16. à Præneſte 14. diſtans. Pop. Anagnini. Hæc Innocentium III. Greg. IX. Alex. IV. & Bonif. VIII. Summos Pontifices dedit. Solum illius fertile apud vet. memoratur, uti apud Sil. lib. 12.

Dorſo frugiferis Borealis Anagnia glebis.

Hic Antonius, Octavia Auguſti ſorore repudiata, Cleopatram duxit.

¶ Anagnium, urbs aliàs Latij, nunc Campaniæ Romanæ, ſub dominio Summi Pontificis hodie. Semidiruta jacet, à paucis habitata, inter Signiam ad occaſ. & Ferentinum ad ortum; diſtatque à Sora 20 mill. in occaſ.

¶ Anagnutes, pop. Gallię, in Aquitania, ubi nunc *Pays d'Aunis*, regio in ora Oceani, inter Pictavien. & Santonen. prov. Vide Alnienſis tractus.

Steph. Anagyrus locus eſt Atticæ Erectheidos tribus, ubi plurima anagyris naſcitur, (unde nomen loco eſt) auctore Steph. & quia anagyrus frutex graviſſimè olet cùm tractatur, adagio locum præbuit illi, *Anagyrim*, ſive *Anagyrum commoves*, de eo qui ſibi malum procurat. Alii Anagyrum genium quendam fuiſſe dicunt, qui propter ſacellum ſuum violatum, omnes incolas vicinos evertit, & inde adagium ortum, ut apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata legitur, referente Suida: qui ait, genium illum ſenem quendam, qui lucum inciderat ſuum, ſic ultum fuiſſe, immiſſo amore inſano in concubinam ſenis erga filium ejuſdem, qui cùm non aſſentiretur mulieri, ab ea delatus ad patrem, quòd ſe voluiſſe ſtuprare, à patre præceps è tecto datus eſt: moxque pater facti pœnitens, laqueo ſe ſuſpendit, & mulier demum ſe in puteum præcipitavit.

¶ Anamani, pop. Galliæ Ciſpadanæ, qui aliter dicti fuere Ananes & Anamares, in Italia, incoluere ubi nunc Ducatus Placentinus & ſtatus Buſſeti, in Longobardia, ſub dominio Ducis Parmenſis.

Ant. Anamaſcia, ſive, ut legit Wolf. Laz. Anamatia, opp. Pann. infer. apud Danub. fluv. in Hungaria, *Almaz* Simlero inter. inter Budam 8. & Altinium 5. mill. Hung. diſtans; quod tamen aliis Amantia eſſe putatur. Aliis eſt *Mohacz* opp. ejuſdem tractus, inter Batham & Varronianum proxima oppida, ad Danubium.

¶ Anamis, fluv. Carmanorum, in Perſia. Cadit in ſinum Perſicum, fortè *Tſindo* hodie.

¶ Anandia, ſeu vallis Anandi, Anandal, provincia Scotiae meridionalis, cujus caput Ananum: ibi aliàs Selgovæ pop. Sita eſt inter prov. Nithiam ad occaſum, & Eſkiam od ortum.

¶ Anandus, *Anan*, fluv. Scotiae meridionalis, in Anandia prov. Ananum alluens, & in ſinum *Solwayfrith* ſe exonerans versùs Mare Hibernicum. Oritur in montibus prope fontes Cludae fluvii.

¶ Ananum, *Anan*, opp. Scotiae meridionalis, in Anandia prov. in littore & juxta oſtia Anandi fluv. 15. milliaribus Anglicis diſtat à Carleolo in Circium.

Strab. Plin. & al. Anaphe, *Nanfio*, inſ. maris Cretici. Therae proxima, a Delo 100. mill. paſſ. in meridiem recedens à Theraſia 10. in Cęciam, circuitu 30. Haec ſerpentes non ſuſtinet, teſte Sol. Ejus mem. Ovid. lib. 7. Metam.

Hinc Anaphen ſibi jungit, Aſtypalęja regna.

¶ Anapliſtus & Anaphlyſtus, *Aſopa*, opp. Graecie, in ora maritima Atticae.

Mart. Proc. Thucyd. & al. Anaplus, ſuburbium Byzantii, ab eo ad 4. mill. paſſ. diſtans versùs os Ponti, teſte P. Gyllio.

¶ Anapuja, *Anapuja*, prov. Venezuelae, in America meridionali, aliàs ab Hiſpanis perluſtrata, versùs montes S. Petri & ortum fluv. *Buria*. Diſtat 40. circiter leucis ab ora maris Borealis in auſtrum.

Anapus, *Anapo*, fluv. Siciliae, apud Buſſemam caſtrum oriens, per agrum Syracuſanum decurrit, mari exceptus à Syracuſis mill. paſſ. De quo Ovid. lib. 4.

Præterit & Cyaneu, & fontes lenis Anapi.
Et te vorticibus non adeunda Gela.

Anapus, alter fluv. Epiri, juxta Stratum urbem fluens, ab ea 10. ſtadiis diſtans, teſte Thucyd.

¶ Anaquitus, *Anaquito*, campus Americae, in Peruvia & regione Quito, ubi magnum prælium commiſſum anno 1546. inter Proregem Peruviae & Pizarrum Hiſpanos magna utrinque clade.

¶ Anarium, opp. Armeniæ majoris, inter Arſametem fluv. & Arſanium lacum.

Cæſ. Anartes, Anarti Ptol. pop. Daciae, Valacchis, & Tranſſylvanis finitimi: quos Cæſar ad Hercyniam ſylvam uſque pertingere ſcribit; cùm inter Daciam & Germaniam, ubi ſylva Hercynia eſt. Jazyges ſiti ſunt.

Strab. Plin. Anas, *Guadiana*, & circa ortum *Roydera*, fluv. ex magnis Hiſp. in Tarraconenſi originem trahens, ac Luſita-

Mel. & al. ſitaniam à Baetica magna ex parte diſterminans; cujus oſtia à Sacro prom. 60. mill. paſſ. Strab. teſte, diſtant in ort. Hic ſpatio 7. leucarum in Extremadura ſub terram conditus, ad Metallinum opp. rurſus emergit. De eo Andr. Reſend.

Et populi quos pulcher aquis perlabitur Anas.

¶ Anas, fluvius Hiſpaniae, ſpatio unius leucae, non longè à fontibus in Caſtella nova, 5. leucis ſupra Calatravam, terrae viſceribus ſe abſcondit, non autem per 7. leucas, neque ad Metallinum opp. ut multi tradiderunt hiſce ultimis temporibus, & prope fontem *Rio Roydera* dicitur, in agro Lamitano, qui *Campo de Montiel* vulgò nominatur. Alluit urbes Calatravam, Metallinum, Emeritam, & Pacem Auguſtam. Teſtes habeo omnes Hiſpanos, Marianam, Garibayum, Suritam, Nonnium, Silvam, Ortelium, & alios. In Oceanum ſe exonerat in ſinu Gaditano, juxta Aimontium, inter Andaluziam & Algarbiam, receptis priùs aliquot fluviolis, nempe *Xiguela*, *Eſtena*, *Zuja*, *Guadaxira*, *Jevora*, *Caja*, *Ardila*, *Gama*, aliiſque minoribus.

Plin. Anaſſus, Plavis poſterioribus *la Piave*, fluvius Venetiae, ex Alpibus Tridentinis, ſive Juliis, per Belunum urbem deſcendens, ac inter Silim & Liquentiam in mare Hadriaticum apud Equilium urbem exciſam influens.

¶ Anaſtus fluvius oritur ex Alpibus Carnicis, in confinio Carinthiae, prope fontes Dravi fluv. excipitque fluvios Padolum, Boetum, Calorum, & Cordevolium, & prope Feltrium urbem labitur. Hinc per Marchiam Tarviſinam fluens, ibi in Adriaticum ſe exonerat.

ib. onc. Anaſtaſiopolis, urbs epiſc. Meſopotamiae, apud Niſibim, ab ea 12. mill. paſſ. diſtans, Daras priùs, teſte Marcellino, & Daria, teſte Procop. dicta. Altera in Galatia epiſcop. ſub Archiep. Ancyrano, Ancyrae finitima. Tertia in Thracia ſub Archiep. Trajanopolitano.

¶ Anatetarta, urbs Cariae, epiſc. ſub Archiep. Staupolitano, teſte Miraeo.

ib. ſue. Anathoth, vicus Palaeſtinae, Hieroſolymis proximus, inde 20. ſtad. teſte Joſepho, diſtans in occ. olim oppid. Durant loco nomen & veſtigia, ſive rudera.

lin. Anatalia, *S. Gilles*, hoc eſt, Fanum S. Ægidii, oppid. Gall. Narbon. in Occitania reg. inter Arelatem & Nemauſum ad 4. leucas diſſitum, quòd ibi S. Ægidius vitam egerit ſolitariam.

lin. Anatiliorum reg. Anatilorum Ptol. *la Provenza*, teſte Jo. Poldo. Non tamen tota Provincia, ſed pars illius occid. circa Arelatem ſic à veteribus dicta. Verùm verba Plinii & Ptol. conſideranti non pars Provinciae, ſed pars Occitaniae reg. circa Rhodanum, ubi opp. Sancti Ægidii eſt, eſſe videtur.

¶ Anatili, pop. Galliae Narbon. erant in illo tractu, ubi nunc *la Crau & la Camargue*, partes provinciae in ora maritima, & ad oſtia Rhodani fluvii.

lin. ol. Anatis, *Zilia*, teſte Jo. Mariana, fluvius Mauritaniae Tingitanae, apud Zelim urbem fluens, marique ibi exceptus.

¶ Anatolia, *Anatolie & Natolie*, pars Aſiae, quae aliter Aſia minor dicitur. Vide ibi.

olyb. Anatolicum Thema, *Anatolia*, ſic pars Aſiae minoris, in qua Phrygia magna Galatiaque ſunt, dicta, quòd in ortum vergat, (ἀνατολὴ enim ortum vocant Graeci) cujus reg. Cotyaeum, Synnada, Peſſinus, & Ancyra urbes clariores ſunt.

rph. Heſio. & al. Anaurus, fluv. Theſſaliae, ex Pelio mont. in mare ad Peliacum littus labens, ſic dictus, quòd non auram neque nebulam patiatur. In ſinum Pagaſicum apud Demetriadem effunditur; unde *fiume Dimetriada* nominatur. De quo Luc. lib. 6.

Aera, nec tenues ventos ſuſpirat Anaurus,

Alter hujus nominis in Phrygia minore apud mont. Idam, à quo fluit, à veteribus locatur.

¶ Anaxus, *la Piave*, fluv. Italiae. Vide Anaſſus.

Plin. Ptol. & al. Anazarbus, Anazarba Steph. & al. praeſertim lib. conc. *Acſar*, ſive *Acſerai*, teſte Leuncl. & *Axar* al. urb. archiep. Ciliciae mediterr. ad Pyramum fluv. urbs quondam clara ſub Patriarch. Antiocheno, patria Dioſcoridis, ubi ſchola erat; poſtea Diocaeſarea & Caeſarauguſta nominata, à Flaviade 18. mill. paſſ. à Tarſo 20. plùs minùs, à Caeſarea Cappad. 120. in auſt. diſtans.

Caſar. Ancalites, *Ankenlut* Glareano, ſive, teſte Guilielmo Camd. *The Hundred of Henley*, pop. Britanniae, in Angliae ora ad ort. circa Thameſim fluv.

¶ Ancamari, *Ancamares*, pop. Americae merid. propè fluv. Maderam, qui poſtea cadit in fluv. Amazonum, in Cazana prov. aliis *Anoamares* dicti.

¶ Ancamia, *l'Iſle d'Ancam*, inſula Sinarum oblonga, in littore prov. Cantonenſis.

¶ Anceniſium, *Ancenis*, aliis Angeniſium, opp. Britanniae, in Gallia, ad Ligerim, alias munitum, nunc dirutum. Diſtat ab Andegavo 9. leucis in occaſum, versùs Nannetas 4. Vide Amnitae.

Anchiale urbs fuit Ciliciae antiquiſſima, eodem die & anno à Sardanapalo Rege condita, quo Tarſus. Ibi Anchialeus fluv. A Stephano eadem cum Tarſo putatur; ſed apud Plin. & al. eſt diverſa, licèt proxima. *Strab. Plin. & al.*

Anchialus, Anchialos apud Orpheum, *Achelo*, ac etiam *Anchialo* Graecis, *Kenkis* verò Turcis, teſte Leuncl. urbs Archiepiſ. Thraciae apud oram maris Euxini, à Develto 24. mill. paſſ. in Bor. Meſembriam versùs. Ovidius lib. 1. triſt. *Orph. Ptol. & al.*

Thynniacos ſinus, & ab his per Apollinis urbem
Alta ſub Anchiali mœnia ſindat iter.

¶ Anchidolium mare, *Mer de Lanchidol*, pars Oceani orientalis, à Java inſula & freto Sundano ad auſtralem terram parum cognitam porrecta.

¶ Anciuna, *Anciun Fu*, urbs Sinarum, in prov. Scienſia, teſte Martino Martinio.

¶ Anclamum, *Anclam*, urbs Germaniae, in Pomerania, valde munita, ſub dominio Regis Sueciae, ad fluv. *Pene*. Diſtat à Volgaſtia 4. leuc. German. in meridiem, 3. ab Uſedomia in occaſ. & à Stetino 8. leucis in Circium.

¶ Ancoharitis, regio Meſopotamiœ versùs Euphratem.

Ancon. Ancona Caeſ. & Melae, Picina priùs, teſte Cat. lib. orig. *Ancona* vulgò, urbs epiſc. & empor. Piceni (quòd propterea ex ea denominatur) primaria, in ora apud Crumerum prom. (ubi portus totius Italiæ maximus & tutiſſimus) media inter Piſaurum ad occ. & Firmium ad ort. ad 40. mill. paſſ. diſtans ab urb. Roma ad 150. in Bor. antiqua, à Syracuſanis Dionyſij tyrannidem fugientibus condita, ex adverſo Dalmatiæ, uti Luc. lib. 2. ait: *Str. Plin. & al.*

Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

¶ Ancona portum habet amplum, ſed non valde tutum, arcemque munitam prope Crumerum promont. quod vulgò *Monte S. Ciriaco*. Urbs autem à Gallis *Ancone* dicitur. 30. milliar. diſtat à Firmo in Boream, & 15. ab Auximo in Cæciam; ſubeſtque dominio Summi Pontif.

¶ Ancora, *Ancre*, opp. Picardiæ, in Gallia, ad amnem cognom. à quibuſdam *Albert* dictum, repugnantibus tamen incolis, inter urbes Corbejam in Africum, & Bapalmam in Cæciam.

¶ Ancudia, *Ancud*, prov. regni Chile, in America merid. Hinc dicitur Ancudanus Archipelagus, *Archipelague de Ancud, ou de Chilve*, multitudo illa inſularum adjacentium in ora maris Pacifici. Vocatur etiam illa provincia Ancudiana, alio nomine Agualaja, *Agualay*; eſtque in parte auſtrali Ciles. Sed nullam coloniam habent Hiſpani in illo tractu.

Ancus, *Rio di Soure*, fluv. Luſit. Saurium oppid. alluens, ac in Mondam fluv. majorem infra Conimbricam influens. *Scrip. Luſi.*

Ancyra, *Anguri & Angara*, teſte Leuncl. cui etiam *Enguni* Turcicè dicitur, urbs Archiepiſc. Galatiæ primaria, in qua Præfectus reg. moratur, edito loco ſita, Conc. Ancyrano clara, inter Peſſinuntem alteram Galatiæ metrop. ad occ. & Nyſam urbem Cappadoc. ad ort. 100. circiter mill. paſſ. diſſita, à Cæſarea 200. in occ. Nicæam versùs totid. diſtantem, à Claudiopoli urbe Paphlagonica 134. Hinc Ancyranus, a, um, ut Ancyrani triumphi apud Claudian. Eſt & Ancyra, ſeu potiùs Angyra ex cod. Græco, urbs epiſc. Phrygiæ Pacatianæ ſub archiep. Hierapolitano: cujus eſt in Concil. mentio. Prioris Ancyræ mem. Jo. Honter. lib. 3. *Strab. Plin. & al. Ptol.*

Ancyra, & Iconium, Derbe, cùmque urbibus amplis.

Ancyræum, *Pſomion*, teſte Gyllio, prom. Bithyniae, ad os Ponti, unde Boſphorus Thracius incipit. *Dion.*

¶ Anczacricus, *Anczakrich*, fluv. Podoliæ. Cadit in mare Nigrum, una leuca tantùm ab urbe Ociacovia, quę nunc eſt in Chrimea prov. ad oſtia Boriſthenis fluvij, teſte Guillelmo le Vaſſeur.

Andabatæ, pop. Aſiæ in tenebris verſantes: à quibus adagium illud venit, *Andabatarum monte pugnare*, apud Cic. lib 7. epiſt. famil. epiſt. 10. pro imprudenter facere. *Cic.*

¶ Andaguili, *Andaguailas*, pop. Americæ merid. in Peruvię regno, inter fluvios Xauxam & Abancajum, 25. leuc. à civitate Cuſco in Circium.

¶ Andaya, *Andaye*, burgus Gallię, Hiſpanię propinquior

in

in Anquitania & in ora Oceani Aquitanici, è fronte Fontarabiæ. Duabus leucis diſtat ab oppido S. Joannis *de Luz* in occaſum.

¶ Andaja, *Andance*, opp. Galliæ, in Vivarienſi prov. ubi Domia fluv. cadit in Rhodanum, 6. leuc. diſtat à Vienna in auſtrum, & totidem ferè à Valentia in Boream.

Andainum, Andagium Sigeberto, *S. Hubert*, pag. cum cœnobio, in ditione Leodienſi, intra ſylvam Arduennam, in confinio Ducat. Lucemburgenſ. inter Baſtoniam & Rupem Fortem oppid. 3. leuc. diſſitus, à Leodio 10. in auſtrum.

Scrip. Belg. ¶ Andainum eſt oppid. Leodienſis ditionis, inſertum in Ducatu Luxemburgenſi, ad amnem *Homme* ſitum; habetque abbatiam percelebrem, & ſui juris, à qua pendent 16. pagi. Incendio deformatum fuit paucis abhinc annis, & illuc pertrahuntur qui rabiem ex canis rabidi morſu reformidant, 4. leucis diſtat à Baſtonia in occaſum, & totidem à Rupe Forti in Eurum.

¶ Andaluzia, *Andalouſie*, prov. Hiſpaniae & regni Caſtellae, ſub qua major pars Hiſpaniae Bæticæ comprehenditur. Ab incolis *Andaluzia* dicitur, eſtque miræ fertilitatis. Eam Bætis fluv. Bifariam ſecat; & à Vandalis nomen accepiſſe fatentur omnes. Terminos habet à Septentrione Caſtellam novam & Extremaduram, ab Oriente regnum Granatenſe, à Meridie Oceanum & fretum Herculeum, & ab Occidente Luſitaniam & Algarbiam. Ejus primaria urbs Hiſpalis, ampla, & dives. Dicitur etiam Vandalitia. Vide ibi.

¶ Andaluzia nova, regio Americae merid. inter Venezuelam & fluv. *Orenoque*. Vide Vandalizia nova.

¶ Andanagarium, *Andanagar*, urbs Indiae citerioris, in regno Decan, in Aſia, juxta fluv. Mandovam in mediterraneis, 35. leucis Hiſpanicis diſtat ab urbe *Chaul* in ortum, 15. autem a *Viſapor* in Boream, & malè habita fuit a Mogorum Rege hiſce temporibus.

Andanius, fluv. Carmaniae amplus, in ſinum Perſicum *Ptol.* contra Armuzam influens, ultra Sabim fluv. 25. m. paſſ. *Plin.* Fortè *Tiſindam* hodie. Andanis Plin.

Andariſtus, *Voſtanza*, teſte Theveto, opp. Maced. me- *Ptol.* diterr. in Pelagonia reg. al. *Eriſſo* dici putatur. Popul. Andariſtenſes Plin.

Andecrium, Andrecium Strab. *Moſtar*, Molet. inter- *Ptol.* prete, oppid. Dalmatiae mediterr. Salonæ finitimum ac Sebenico.

¶ Andecrium. Vide Andrecium.

Plin. Andegavi, pop. Gall. Celt. Andes Cæſ. Vide ibi.

¶ Andegavenſis ager, ſeu Andegavia, *l'Anjou*, provinc. Franciae fertilis admodum & rigua, cujus primaria Andegavum. Terminatur à Septentr. Cenomanenſi provinc. ab Occidente Britannia, a Meridie Pictavienſi provincia, & ab Oriente Turonico agro. Ab Italis vulgò *Angiò* dicitur. Vide Andes.

¶ Andegavum, *Angers*, olim Juliomagus, urbs Galliae ampla admodum & elegans, 2. leucis diſtat à Ligeri fluvio, 9. à Salmurio in occid. & totid. à Flexia. Meduana fluvio alluitur; eſtque epiſc. ſub Archiep. Turonenſi.

Andelaus, *Andely*, pag. Gall. Celt. cum cœnobio, ad *Greg. Tur.* Sequanam fluv. in Normannia, inter Pariſios & Rothomagum occurrens, à Rothomago ad 8. leuc. diſtans. Fluvium habet ejuſdem nominis apud Floriacum.

¶ Andelaus, vulgò *Andelle*, dicitur hic fluvius. Oritur prope oppid. *la Fertè*, caditque in Sequanam paulo ſupra Pontem Arcuenſem. Andelaus autem oppidum dicitur etiam Andeliacum; ibique obiit ex vulnere ad Rothomagum accepto Antonius Rex Navarrae, pater Henrici Magni Regis Francorum.

¶ Andelovium, *Andelot*, opp. Franciae, in Campan. prov. in Baſſiniaco agro, ad amnem *Rougnon*. Diſtat 4. leucis à Calvomonte in Caeciam.

¶ Andemao, *Andemaon*, inſula ſinus Gangetici, in Aſia, verſùs oram regni *Pegu*. Et adjacent ſex aliae inſ. quæ ſub illo nomine continentur, inter ſcopulos & ſyrtes, verſùs Septentrionem inſul. Sumatrae, 80. leuc. Hiſpanicis hinc diſtantis.

Lib. Not. Anderida, *Neuvenden*, teſte Camdeno opp. Britann. in Cantio, quaſi medium inter Cantuaria) à qua 16. mill. abeſt) & Roſſam. (in confinio Suſſexiae juxta Camden.

Ptol. Anderidum, urbs Aquit. epiſc. ſub archiep. Turonen. Vide Gabalus, & Mimatum.

¶ Anderidum urbs eſt Aquitaniae, quae aliter Mimatum dicitur, *Mende*, Cabalorum caput, eſtque epiſc. ſub Archiep. Bituricenſi. Vide Mimatum.

Andes, Andegavi Plin. pop. & urbs epiſc. ſub Ar- *Caeſ.* chiep. Turonenſ. Gall. Celt. apud Ligerim fluv. academia, & Duc. Andegavenſ. caput, inter Turones 26. & Nannetes ad occ. 16. urbs Andegavis, & Juliomagus Ptol. dicitur, vulgò *Angers*, (regio Andegavia, vulgò *Anjou*) inter Galliae antiquiores, à Sarrone Rege ann. ab orbe condito 2026. condita, ut ferunt.

¶ Andes populi fuere, quorum tractus *l'Anjou* dicitur, eorum verò caput Juliomagus ſeu Andegavi, *Anders*. Sedet ad Meduanam fluv. qui paulò poſt cadit in Ligerim. Vide Andegavum.

¶ Andes, *les Andes*, aliter *Cordillera de los Andes*, & *Sierra Nevada*, montes Americae merid. altiſſimi. Protrahuntur à parte ſeptentrionali regni Peruviae uſque ad meridiem regni Chiles & fretum Magallanicum continua ſerie, in longitudinem mille ferè leucarum extenſi, æquali ferè inter ſe diſtantia, nec longiùs à mari Pacifico recedunt quam 20. leucis Hiſpan. & 30. etiam aliquibus in locis. In his multi montes ignivomi, praeſertim verſùs Chilem, ab Hiſpanis *Volcano* dicti.

Andes item pag. agri Mantuani, patria Virgilii (qui *Sil.* propterea Andinus Poeta cognominatur.) *Petula* hodie *Ital.* dicitur, à Mantua 2. mill. paſſ. diſtans. Sil. lib. 8.

Mantua muſarum domus, atque ad ſydera cantu
Evecta Andino.

Andethanna, Andethannalis Anton. *Ecthernach*, oppidulum cum cœnobio agri Trevirenſis, ad Suram fluv. 2. leuc. à Treviris in occ. & Circ. diſtans. Mem. Fortun. lib. 4. de vita S. Martini.

Progreſſis ſociis, ibi ſe Andethanna propinquat.

¶ Andethanna, *Echternach*, Lucemburgenſis eſt prov. non autem agri Trevirenſis, 4. leucis diſtat à Lucem- *Fort. & Sulp.* burgo in Caeciam.

¶ Andetrium, opp. Dalmatiae, ita lapis antiquus apud Joannem Lucium in opere de regno Dalmatiae & Croatiae; deinde Cluſa dicta fuit, & Chliſſura Conſtantinò Porphirogenitae, nunc *Cliſſa*, Slave *Kliſſ*; eſtque arx permunita, in colle, à Venetis expugnata, 20. mill. paſſ. à Sibenico in ortum diſtat.

¶ Andiatarocus, *Andiataroque*, lacus novae Franciae, in America ſeptentr. verſùs limites novae Angliae. Diſtat à Monte Regio 35. leucis circiter meridiem verſùs.

Andomatunum, Antematunum Ant. urbs epiſc. Lingonum in Gall. Celt. inter Trecas & Veſontionem 22. *Ptol.* leuc. *Langres* vulgò. Vide Lingones.

¶ Andorra, *Andorre*, vallis fertiliſſima Pyrenaeorum, in Diœceſi Urgellenſi, vicina Ceretanis & Fuxenſibus, juxta Baliram fluvium, qui cadit in Secorim. Forſan aliàs Udura.

Andoverpum, al. Antuerpia, *Antwerpen* incolis, *Ant-* *Sigeb.* *werp* Angl. *Anveres* Hiſpan. *Anvers* Gall. *Antorff* Germ. *Anverſa* Italis, urbs & empor. Brabantiae ex maximis totius Belgii, ad Scaldim fluv. haud procul à mari, epiſc. ſub Archiep. Machlinienſ. inde 4. leuc. diſtans, à Gandavo Flandriæ primaria 10. leuc. in ort. à Bruxellis Ducis Brabantini ſede 8. in Bor. à Col. Agrippina 28. in occ. à Lutetia Pariſiorum 78. in Caec. Ambivaritorum metrop. ab Ortel. putatur.

¶ Andoverpum, ſeu, & melius, Antuerpia, ſedet in eo tractu Belgii, qui Marchionatus S. R. Imperii dicitur. In epiſcop. fuit erecta a Paulo IV. anno 1559. Urbs eſt pulcherrima, cum arce permunita, & valido Hiſpanorum praeſidio, fortiter expugnata anno 1585. ab Alexandro Farneſio Parmenſi Duce. Nunc in dies deficit (ex quo crevit Amſterodamum in emporium celeberrimum,) cùm aliàs innumeros haberet incolas. Diſtat ab Oceano 18. leucis. Ejus arx exſtructa fuit anno 1569. ab Albano Duce, & aedificia pubblica urbis ſunt ſuperbiſſima. Hinc ortus Abraham Ortel. doctiſſimus ſui aevi Geographus.

¶ Andra, *Andra*, fluv. Africae, in ora littorali Guineae. 30. leucis diſtat à fluv. *Benin* verſùs Occidentem. Dicitur etiam & *Ardra* quibuſdam.

¶ Andragira, *Andragiri*, quae & *Gudabiri*, urbs Aſiæ, cum regno cognomine, in inſula Sumatra, ferè ſub linea aequinoctiali, & in medio inſulæ, 40. circiter leucis diſtat à Maaca in meridiem.

Andrapa, urbs Paphlagoniæ epiſcop. ſub Archiepiſc. Amaſeno, inter Pompejopolim & Ancyram, quae & nova Claudiopolis.

Andreapolis, urbs Archiep. & acad. Scotiae, in ora *Prov.* orientali. Vide Abernaetum, & Rigmundia.

¶ Andreapolis, *S. Andrè*, urbs Scotiae illuſtris, quam archie-

chiepiſcopali dignitate Sixtus IV. Papa cohoneſtavit anno 1471. ejuſque Sedes fuit primùm in Abernetho oppido. Sita eſt in Comit. Fifæ, cujus eſt primaria; gaudetque celebri academia, non longè à mari Germanico. Diſtat à Dono-Dei 12. milliar. Scoticis in meridiem, ab Edimburgo autem 30. milliar. in Boream.

¶ Andreapolis, *S. Andero*, urbs Hiſpaniæ, in littore Biſcajç, olim Flavionavia, epiſcopalis deſignata hiſce ultimis temporibus. Diſtat à Laredo 6. leucis Hiſpanicis in occaſum, & totidem à Santillana in ortum. Portum habet percommodum, cum caſtro antiquo. Ab aliis in Aſturia Santillana ponitur.

Rom. Andria, *Andri*, urbs epiſcop. Apuliæ Peucetię ſub Archiep. Tranienſ., à quo 6. mill. paſſ. in auſtr. diſtat, inter Canuſium & Rubos in ortum vergentes 12. à Bario 28. in occ. Ducat. titulo exornata. Netium Straboni dicta putatur.

¶ Andria, *Andria*, ſita eſt in Bariana prov. regni Neapolitani, in planitie; eſtque Ducatus Carafarum, ſed parvi circuitus.

Strab. Andriaca, *Gatopoli*, ex tab. recent. opp. Thraciæ, juxta oram maris Euxini, apud Halmydiſſum.

Ptol. Andriace, *Gerante*, teſte Villanov. cum Mol. oppid. Lyciæ littoreum, inter Pataram & Apiras, Myris proximum, inde 4. mill. paſſ. recedens.

Strab. Plin. & al. Andros, Andrus Cic. *Andro*, inſ. maris Ægæi, una Cycladum, cum urb. epiſc. ſub Archiep. Naxenſi, & olim ſub Arch. Athenienſi, apud Gereſtum Eubœæ prom. ab eo 10. mill. paſſ. in ort. à Delo 20. à Cea 39. in Bor. ipſa 93. circ. patens. Multa habuit nomina apud vet. Nam Canros, Laſia, Nonagria, Hydruſſa, & Epagris, ac etiam Antandros dicta eſt. In ea fontem eſſe, qui Nonis Januarii ſaporem vini habet, ſcribit Plin. lib. 2. cap. 103. Ejus mem. Ovid. lib. 7. Metam.

At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

Plin. Andros etiam Plin. Hedros Ptol. inſ. maris Hibernici, inter Walliam & Hiberniam. Variè hodie nominatur. Nam Anglicè *Berdſey*, Britannicè *Enbly* appellatur, apud Ganganorum prom.

¶ Andros inſula adjacet Walliæ regioni, & Arvoniæ Comitatui; & vulgò *Bardeſey* dicitur.

¶ Androſa, *Androſen*, caſtrum Scotiæ Auſtralis, & prov. Cuninghamię, in ora littorali. Aliis eſt *Ardroſen*; diſtatque 4. milliar. ab Iruino, & 15. à Dumbritonio.

Ptol. Androſia, *Andres*, ex tab. recent. urbs Galatiæ mediterr. inter novam Claudiopolim & Ancyram occurrens, Gangris finitima.

Andrus inſ. Vide Andros.

¶ Andurianus, *Lago Salſo*, lacus Capitanatæ, in regno Neapolitano, ab opp. Andurio ſic dictus, aliter Salſus, prope oſtia fluvii Candelari in mare Adriaticum. Vix 4. milliar. diſtat à Manfredonia civitate in meridiem; eſtque parvus admodum.

¶ Anduſa, *Anduſe*, urbs Galliæ, in Occitania infer. ad fluv. Gardonem. Diſtat àb Aleſia 2. leucis, & à Nemauſ. ſex in Circium. Aliàs munita fuit. Nunc ejus męnia disjecta ſunt; eſtque ad radices montium.

¶ Aneburgus, *Laſnebourg*, burgus Sabaudiæ, ad radices Alpium & Montis Ceniſii, ad Arcum fluv. Dicitur & Lanciburgium, *Lans le bourg*, ad differentiam alteriùs *Lans le Villars*, oppidul. in vicinia. Ibi ordinarius tranſitus Alpium ex Sabaudię Ducatu & Mauriana valle in Pedemontium.

Ant. Anejanum, ſive Annejanum ex al. cod. *Montagnana*, quaſi mons Anzianus, opp. Venetiæ agri Patavini peramplum, medium inter Ateſte & Leonicum, ſive Ligniacum 20. mille paſſ. diſſitum, à Patavio 25. Mantuam versùs, inde in occ. 28. diſtantem, à Ferraria ſupra 30. versùs Veronam.

Cic. Plin. & al. Anemo, *l'Amone*, fluv. Æmiliæ, ſive Gall. togatæ, ex Apennino mont. in Padum per Faventiam (quam interluit) influens, inter Ravennam & Argentam. De eo P. Burg. l. 7. Sir.

Affluit & vallem quicunque Anemonis & agros
Cultor habet.

Strab. & al. Anemurium, *Stalemura*, ſive *Scalemuro*, teſte Nigro, urbs Ciliciae littor. epiſc. ſub Archiepiſcop. Seleucienſ. inter Antiochiam ad occ. & Celenderim ad ort. ad prom. ejuſdem nominis, quod à Crommyo prom. Cypri 44. mill. paſſ. abeſt in Bor. à Solis 62. in ort. Terminus eſt Cilicię & Pamphiliae apud Melam. Abeſt à Coraceſio urb. Pamphiliae 820. ſtad. in ort. Solos versùs 500. diſtantes, teſte Strab.

¶ Anena, *Anenas*, inſul. Norvegiae regni, in ora meridionali Finmarchiae prov. prope inſulas *Veſtrol* & *Samlen*, & media ferè inter Nidroſiam, & Vardhuſium, & 25. leucis Germanicis diſtat a *Macelſtroom* in Cæciam; diciturque etiam *Andenes*.

¶ Anetum, *Anet*, oppidum Gallię, in provinc. Inſulę Franciae, & Eburam fluvium, & in limite Normanniae, cum caſtro ſplendido à Diana Valentinienſi Duciſſa excitato. Principatus titulo gaudet Ducis Vindocinenſis, 3. leucis infra Drocas in Boream, & 14. à Lutetia in occaſum.

¶ Anſa, *Anſe*, opp. Africae, in regno Fezzæ, olim celebre nunc ſemidirutum, in littore Oceani. A quibuſdam *Anaffe* dicitur; eſtque in prov. Temeſna, cum portu capaci. Diſtat ab Azamuro 20. leucis Hiſpanicis, & 15. à Sala meridiem versùs.

¶ Angadiva, *Angedive*, ſeu Anchediva, inſula parva Aſię & Indiae citerioris, in ora regni *Decan*, 12. leucis à Goa civitate meridiem versùs. Ibi aliàs caſtrum Luſitanorum, poſtea disjectum.

¶ Angamala, *Angamale*, urbs parva Indiae, in monte, ad fluvium *Aicotta*, archiep. facta à Paulo V. Papa anno 1609. Sita eſt in regione Malabaria; ibique & in viciniis degunt Chriſtiani S. Thomae. Dicitur etiam Archiep. Serrenſis, ſeu S. Thomae, aut Cranganorenſis, quia prope Cranganoram, à qua diſtat Angamala 10. leucis, & Coccino 15. leuc. in orientem.

Angelopolis, ſive urbs S. Angeli, *S. Angelo*, urbs multiplex, una Apuliae Dauniae in mont. Gargano, apud Sipontum, ab eo 5. mill. paſſ. in occ. archiep. Altera in Hirpinis epiſc. ſub archiepiſc. Compſano, inde 16. mill. paſſ. Beneventum versùs, à quo 24. *S. Angelo di Lombardi* vulgò. Tertia urb. in Veſtinis Pinnae proxima, ab ea 3. mill. paſſ. in Bor. Angolus veteribus dicta. Quarta addi poteſt in orbe novo, vulgò *Città degli Angeli*, epiſc. ſub Archiep. Mexicano. *Prom. Rom.*

¶ Angelopolis in America dicitur *los Angeles*, aliter *Puebla de los Angeles*, in Nova Hiſpania; diſtatque 22. leuc. Hiſpanicis ab urbe Mexico in ortum; edificata fuit anno 1531. ab Hiſpanis in Tlaſcala provinc. eſtque epiſc. ſub Archiepiſc. Mexicano.

¶ Angelopolis altera, *S. Angelo in Vado*, quibuſdam caſtrum S. Angeli Vadani, olim Tiphernum Metaurum dictum, urbs Italiae, in ditione Pontificia, & Ducatu Urbinate, epiſc. ſub Archiepiſc. Urbinate; ſed unitus fuit ab Urbano VIII. Pont. Max. cum Urbaneae epiſc. Vide Thiphernum Metaurum.

¶ Angeramunda, *Angermond*, opp. Germaniae, in Marchia Brandeburgenſi, ad fluv. *Welſe*, qui mox cadit in Oderam. Vide infra Angermunda nova.

Angeriacum, *S. Jean d'Angely*, opp. Gall. Aquit. praeclarum, in finibus Santonum, ab illis 4. leuc. in Circ. Vide Engeriacum.

¶ Angermannia, *Angermanie* & *Angermanland*, prov. Sueciae, Norlandicarum una, ubi & Angermanus eſt fluvius, & civitas unica Hernoſandia in ora ſinus Bothnici. Terminos habet à Septentrione Bothniam, ab Oriente ſinum Bothnicum, à Meridie Midelpadiam, & ab Occidente minutam partem Laponiae. *Auſa.*

¶ Agermunda, *Angermund*, opp. Livoniae, in Ducatu Curlandiae, & ora maritima maris Baltici. 2. leucis diſtat à Veneda urbe in Boream.

¶ Anger munda nova, *New* Angermund, urbecula German. in Marchionatu Brandeburgico versùs Pomeraniam ad *Welſe* fluv. hoc bello deformata. Vix una leuca diſtat ab Odera fluvio, 2. ab Aderburgo in Boream, 6. autem a Stetino in auſtrum.

¶ Angia, *Enghien*, Gallis *Angujen*, opp. Belgii, in Hannonia, Ducatus titulo clarum, 6. leucis diſtat a Bruxella in Africum, & 5. a Montibus in auſtrum.

Angili pop. Vide Angli.

¶ Angira, *Anſene*, urbecula Ægypti ſuperioris, non longè à Nilo fluv. in monte, 20. circiter leucis diſtat a Cairo in meridiem. *Ptol.*

Angitia ſylva, in finibus Marſorum, inter Albam & lacum Fucinum, *Selva d'Albi* vulgò, ſic ab Oetae Regis filia, Circeſque ſorore dicta, quae & Agnitia. De qua Virg. l. 7. *Virg.*

Tenemus Angitia, vitrea te Fucinus unda.

Angitula, Criſſa Lycophr. fluv. & opp. Brutiorum, in Calabr. infer. fluv. *Angitola* etiam vulgò nominatur. Oppid. ſive caſtrum *Roccha d'Angitola* dicitur, haud procul ab ora ſinus Hipponiatis, ab Hipponio vero 8. mill. paſſ. in Bor. Neocaſtrum versùs. *Ant.*

Antiq. Trad. Angleria, *Anghiera*, opp. Inſubrię, in ora lacus Verbani, ab Anglis, teſte Andr. Alciato, conditum, olimque uti urbs, præclarum, tituloque Comitatus ſub Principibus Vicecomitibus exornatum, Aronæ proximum, lacu interſito, à Mediolano ſupra 35. mil. paſſ. diſtans; olim amplum, uti veſtigia teſtantur, ac ditionis familię Borromeę. Abeſt ab Arona (opp. frequenti cum arce muniтiſſima, ejuſdem familiæ, ubi corpora SS. martyrum Felini & Gratiniani Peruſinorum adſervantur) paulò plus mill. paſſ.

¶ Angleſeja, *Angleſey*, inſ. Angliae, Valliæ adjacens. Vide Mona.

Tac. Angli, Angili Ptol. pop. Germ. in Saxonia, qui in Britanniam profecti, partem in auſtr. vergentem, ejectis Britannis, occuparunt, illamque de ſuo nomine Angliam dixere: quod nomen illi ad hęc uſque tempora durat, vulgò *England*.

¶ Anglia, *England* incolis, *Angleterre* Gallis, *Inghilterra* Italis, *Inglaterra* Hiſpanis, Albionis inſulæ pars major ad auſtrum, regnumque celeberrimum a multis ſæculis, quod olim in ſeptem regna diviſum erat, & Britannia major vocabatur. Vide Britannia.

¶ Anglia nova, *New England* incolis, *Nouvelle Angleterre* Gallis, regio Americae Septentrionalis, ad mare Boreale, inter novam Franciam & novum Belgium. Vide nova Anglia.

Prov. Rom. Anglona, ſic vulgò, urbs Lucaniae epiſcop. ſub Archiep. Acherontino, ſeu Mateolano, hac tempeſtate everſa; cujus Epiſcopus Turſi, à quo 12. mill. paſſ. abeſt in ort. moratur.

¶ Angluſa, *Angluze*, oppidulum Gallię, in provincia Bria, ubi Anga fluv. cadit in Albam fluv. qui 3. leuc. infra in Sequanam ſe exonerat. 8. leucis diſtat a Trecis in Septentrionem.

¶ Angola, *Angola*, regio Africæ meridionalis, inter regnum Congum & regionem Benguelam, quæ illi inſidet ad meridiem. A multis comprehenditur ſub regno Congi, & eſt regio dives & nota Europæis. Ejus primaria urbs Fanum S. *Pauli*, in inſ. Loanda in ora Oceani, cum portu percommodo, ſubeſt Luſitanis.

Ptol. Angolus, Angulos Plin. *Città di S. Angelo*, urbs Veſtinorum, apud oram littoream Aprutii, inter Adriam & Aternum 8. mill. paſſ. à Teata ferè 12. in occ. diſtans; Pinnæ vicina. Pop. Angulani Plin.

¶ Angotinum, *Angote*, regnum Africæ, cum urbe cognom. ad Abanbum fluv. in Æthiopia ſuperiori ſeu Abyſſinia, inter Azugam urbem in meridiem, & *Beleguanzé* in Boream.

¶ Angra, *Angra*, urbs inſulę Terceræ, ſeu Tertiarię, una ex Azoribus, versùs Africam, in Oceano Atlantico, epiſc. ſub Archiep. Oliſypponnenſi. Paret Luſitanis cum tota inſula & aliis adjacentibus. Sedet in ora meridionali inſulæ; eſtque parva, & munita, cum arce ampla S. Philippi dicta.

¶ Angria, *Engern*, opp. Weſtphaliæ, in Comitatu Ravenſpergenſi, ubi ſepultus Witikindus Dux, Saxo ille percelebris ſub Carolo M. Imp. cum quo per tot annos dimicavit, tandemque Chriſtianus effectus eſt. Una leuca diſtat ab Hervordia, & 8. leucis a Monaſterio in ortum.

Tac. Ptol. Angrivarii, pop. Germ. quorum oppid. *Angermond*, in Pomerania, à Stetino urbe primaria 8. leuc. Berlinum versùs, appellatur, teſte Peucero. Et *Engern*, *Engerhen*, opp. Weſtphaliae apud Hervvordiam urbem, inter Monaſterium 8. & Mindam 4. occurrens, teſte Althamero; quaſi hi pop. ex Pomerania in Weſtphaliam, vel è contra migrarint.

¶ Angrivari populi, teſtibus Cluverio, Brietio, & aliis fuere ubi nunc Dioeceſes Oſnabrucenſis, Paderbonenſis, pars Weſtphaliæ & Tranſiſulaniæ. Eorum veſtigium manet in opp. *Engern*, ſeu Angria in Weſtphalia.

¶ Anguillara, *Anguillara*, opp. ditionis Pontificię, in prov. Patrimonii, ad lacum Braccianenſem, ſeu Sabbatium. Diſtat à Bracino 5. milliar. & 18. à Roma in occaſum, prope *Annone* rivum.

¶ Anguillara, *Anguillara*, opp. & lacus Italiæ, in Patavino agro, ditionis Venetę, prope Atheſim fluv. 8. milliaribus diſtat a Rhodigio in Boream, & 15. a Patavio in meridiem.

Anguſia, Scotiæ reg. Vide Oreſtia.

Scrip. ¶ Anhaltium, *Anhalt*, caſtrum Germaniae, in Saxonia ſuperiori, fere dirutum, a quo regio circumjacens dicitur Principatus Anhaltinus, qui nunc in 4. partes dividitur; eſtq; parvi circuitus, & in longum extenſus ab ortu in occaſum. Terminatur ab Oriente Ducatu Saxoniae, à Septentrione Ducatu Magdeburgenſi, & Principatu Halberſtadienſi, uti ab Occidente; ſed ad meridiem habet Comitatum Mansfeldienſem, & epiſcopatum Hallenſem. Ejus urbes praecipuè, Deſſavia ad Albim, Seveſta, & Bernaburgum.

¶ Anholtium, *Anholt*, opp. Comitatus Zutphanienſis in Belgio unito, ſub Batavis, 2. leucis diſtat ab Emmerico, & totidem à Bukoltia, inter amnes Aam & Iſalam veterem.

¶ Aniana, *Anian Fu*, urbs Sinarum, in prov. Chuquami, in Aſia.

Anianę thermę, *Bagni d'Agnano*, teſte Scip. Mazzella, balnea Campaniae, intra Bajas & Cumas: quorum aquae multis ſunt morbis ſalutares. *Vet. Inſc.*

¶ Anianum fretum, *le detroit d'Anian* Gallis, *Eſtrecho d'Anian* Hiſpanis, fretum percelebre Oceani Septentrionalis. A variis variè ponitur. Hiſpani enim, Luſitani, & alias Angli crediderunt illud eſſe inter Tartariam & Novam Albionem, ubi nunc repertum eſt fretum Eſonis. Hiſce autem temporibus exiſtimant Galli & Batavi, multis de cauſis, illud eſſe inter inſulam Californię, versùs Americam, & Novam Albionem, ſeu potiùs Terram Eſonis. De Nova Albione enim nihil certi penes Geographos.

¶ Aniava, *Aniava*, promontorium percelebre in Terra Eſonis, quæ vulgò *Terre d'Jeſo* dicitur, in Aſia ſupra Japoniam, in Septentrionem. Dicitur & *Anivva*, a Batavis, qui illas oras perluſtrarunt hiſce ultimis temporibus.

Anicium, quod & Podrum, *le Puy*, urbs Gall. epiſc. ſub archiep. Bituricenſi, in mont. in Gabalorum, Velaunorum, Arvernorumque, & Bojorum conf. à Gabalis 9. leuc. Viennam versùs, à qua 14. abeſt inter Claromontem & Valentiam ad 15. Sunt qui Avicium ſcribendum velint. Templum ibi Virgini dicatum auguſtiſſimum, & maximè frequentatum. *Prov. Rom.*

¶ Anicium ſedet prope Ligerim fluv. in monte; eſtque caput Velaunorum: ſed longè diſtat a Boiis, a Lugduno autem leucis 22. in Africum, & a Claromonte 20. in Eurum.

Anigrus, Aniger Vib. Seq. fluv. Pelopon. in Elide region. in quo Centauros vulnera laviſſe refert Ovid. lib. 15. Metam. ac propterea defeciſſe. *Strab. Pauſ. & al.*

Fundit Anigrus aquas, poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavere bimembres
Vulnera.

Sed hic Ætolię fluv. eſt, non Elidis, in Evenum fluv. labens, niſi duo ſint, unus Elidis à Strab. & Pauſ. memoratur, alter in Aetolia, de quo Ovid.

¶ Animaca, *Animacha*, fluv. Aſię, in India, & regione Malabaria. Oritur in regno Calecuti, & in Oceanum influit, 6. leucis a Cranganora versùs Boream. Oppidum rigat cognomine.

Anninſula, *S. Carileſo*, pag. ſeu cœnobium eſt Gal. Celt. in finibus Cenomanorum, apud Vindocinenſem urbem, & Ledum fluv. teſte Maſſonio; ubi S. Carilephus vitam primùm eremiticam duxit, & poſtea exſtructo Cœnobio Abbas fuit. *Ex vita S. Carilephi.*

Anio, Anien Vib. Seq. Anienus Statio, *Teverone*, fluv. Sabinorum, ex Trebanis montibus oriens atque in Tiberim ab urbe Roma 3. mill. paſſ. prolabens, Latio à Sabinis ſeparato. Nomen ab Anio Rege Etruſco in eo ſubmerſo habere tradunt. De eo Prop. lib. 3. *Ptol. Dion. Hal.*

Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro
Tramite.

Et Luc. lib. 1.

Tollentemque caput gelidas Anienis ad undas.

Ab Aniene Anienus nom. gent. Virgilius libro quarto Georg.

Unde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta.

Aniſena fluenta apud Ovid. lib. 4. faſt. videtur legendum Amaſena fluenta, ab Amaſeno fluv. Siciliae, qui Catinam urbem interfluit: qui aliis Amenanus dicitur.

Aniſus, *Ens*, urbs & fluv. Norici; qui ex montibus in tractu Salisburgenſi oriens, obliquè in Bor. fluens, apud Laureacum urbem exciſam in Danubium excipitur, ad Aniſum urbem Auſtriacam, à Lentia 3. leuc. in ort. diſtantem, Viennam versùs. Apud nonnullos Onaſus appellatur. *Ex vita S. Flor. Mart.*

¶ Anitia, quę Lentia aliis, *Lenza*, fluv. Italiae, in Longobardia. Oritur ex Apennino monte. Cadit in Papum prope Brixellum, dividitque Ducatus Parmenſem & Mutinenſem.

Anitorgis

¶ Anitorgis urbs fuit Hiſp. Tarracon. ad quam inter Scipiones & Haſdrubalem pugnatum eſt. Ea aliquibus Concha eſſe videtur.

¶ Auna, ſeu Ana, *Anna*, urbs autiqua Arabiæ deſertae ad Euphratem fluv. Mercatu priùs celebris; ſed deficit in dies, & raros habet incolas, cum arce in inſula adjacente. A quibuſdam in Meſopotamia ponitur.

¶ Aunaberga, *Annaberg*, urbecula Germaniae, in Miſnia prov. & mont. *Schneberg*, versùs Bohemiam, 9. leuc. Germanicis à Miſna urbe in auſtrum, una autem à Marienberga, juxta *Schop* amnem.

¶ Annaciugi, *Annocious*, pop. Americæ, in Braſilia mediterr. versùs præfecturam Portus ſecuri.

¶ Annecium, *Annecy*, urbs eſt lepida Sabaudiæ Ducatus, & ampla, ſed à paucis habitata, ad lacum cognominem, in Sabaudiae Ducatu, 7. leucis diſtat a Camberiaco in Boream, uti a Geneva in auſtrum, quot ferè à Bellico in ortum; Ibi requieſcit S. Franciſci de Sale Epiſcopi.

¶ Annibi, *Annibi*, lacus Tartariæ ſeptentrionalis, in Aſia, & montes cognom. in eadem regione, Marco Polo teſte.

¶ Annabona, *Annabona*, inſ. Africæ, in littore Guineæ, 10. leucas habet in circuitu. Sic dicta, quia a Luſitanis detecta primo die anni; diſtatque 180. mill. paſſ. à promontorio Lupi Gondiſalvi in occaſ.

Annomacum, *Annonay*, opp. Gall. Celt. Vivarienſis Diœceſis, à Cæſare, ut ajunt, conditum, & ab annona nominatum, inter Viennam 6. & Podium 15. leuc. à Vivario in Bor. 10.

¶ Annoniacum, ſeu Annonæum, ſedet ad rivum *Deume*, duabus leucis a Rhodano fluvio; eſtque in Vivarienſi provincia ſuperiori.

Anonium, *Anone*, opp. olim Inſubriæ citer. nunc pag. ad lacum qui ab eo nominatur, à Mediolano ad 76. mill. paſſ. in Bor. diſtans, Leucum versùs 6. à Foro clinii 4. a Como 10. Alterum opp. hujus nominis eſt Agri Alexandrini, ab Aſta Pompeja 4. mill. paſſ.

¶ Anonium, Agri Alexandrini, vulgò *Anone* incolis, *la Roque de Non* Gallis, oppidul. eſt Ducatus Mediolanenſis, deformatum hoc bello, & quaſi in Monteferrato inſertum. Sedet ad Tanarum fluv. 10. milliar. ab Alexandria in occaſum.

Anonymi, pop. Africæ, qui & Atlantes, mont. Atlantem incolentes. Sic dicti, quod propriis careant nominibus.

¶ Anoſſia, *Anoſſi*, & *Carcanoſſi*, prov. Africæ, in inſ. Madagaſcaris, versùs oram meridionalem, ubi coloniae Francorum aliquot. Dicitur etiam *Androbeizaha* ab incolis, inter Ampatres pop. ad Orientem, & Ambolam vallem ad meridiem, teſte Flacurtio.

¶ Anothia, *Anoth*, una ex inſulis Sillinis, *Silly*, in Oceano, 25. circiter leucis à Cornubia prov. Angliæ in occaſum, ſub Anglis.

¶ Anotia, *Anout*, inſula parva maris Baltici, in Dania, inter Jutiam Septentrïonalem, & Hallandiam prov. Suetiæ, 8. leucis Danicis ab utraque parte diſtans, 7. autem leucis à Zeelandia inſula, & inter Syrtes poſita.

¶ Anſa, *Anſe*, oppid. Galliæ, in Lugdun. prov. prope Ararim fluv. 4. leucis a Lugduno in Septentr. Matiſconem versùs, ubi aliàs Concilium celebratum.

Anſancti vallis, *la val di Fricenti*, teſte Sanfelicio, locus in Hirpinis, & agro Frequentino, ubi antrum eſt, quod incolae os lupi dicunt. Mem. Virg. lib. 7 Æn.

Anſancti vallis, denſis hunc frondibus atrum
Urget utrinque latus memoris.

Sunt tamen qui hunc locum in Sabinis ſtatuant, apud Reate; cùm is *Neſanto* vulgò nominetur, teſte Leand. Sed teſte Plin. lib. 2. c. 93. locus in Hirpinis eſt, noxius & lethalis, ob aquas peſtilentes & putres.

¶ Anſianacti, *Anſianactes*, pop. Africæ, in inſ. Madagaſc. teſte Flacurtio, in mediterr. 30. circiter leucis ab ora occidentali, versùs inſulam S. Mariae.

Tac. Anſibarii, pop. Germ. infer. qui ab aliquibus Daventrienſes putantur, in Tranſiſulana reg. quorum opp. *Anſeſtadt*, ſive *Amſſen*, pag. apud Lochemum opp. à Zutpheno 2. leuc. à Daventria 3. diſtans.

¶ Anſibarii pop. teſte Cluverio, fuere in illa parte Weſtphaliæ, ubi nunc Mindenſis Principatus, & Comit. Diepholtenſis, & Hojenſis.

Vet. Inſcr. Anſidona, oppidum Thuſciae, apud mont. Argentarium, & Urbatellum opp. ab eo 4. mill. paſſ. diſtans, ſic etiam vulgò dictum, cujus in edicto Deſiderii Regis ſit mentio.

¶ Anſidona nunc *Anſedonia* dicitur, prope mare Tyrrhenum, ubi olim Coſæ everſæ, & in ruinis jacet, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ.

¶ Anſicani, *les Anſiquains*, pop. Africæ, in Æthiopia ſuperiore, ad Septentrionem regni Congi, & ad Orientem regni Loangi in Mediterraneis.

Ansloga, *Anslo*, urbs Scandinaviae, in Norvegia mediterranea, epiſc. ſub Archiep. Nidroſienſi, inde 80. leucis à Bergis 45. in ortum recedens. Prov. Rom.

¶ Ansloga non longe diſtat a mari cum ſinu cognomine. Dicitur aliter *Opslo*, Gallis *Ansloye*, arcem habens propinquam, *Aggherus* dictam. Hęc civitas fœdo conflagravit incendio ſub Chriſtiano IV. Daniæ Rege, qui illam reædificavit, Chriſtianamque de ſuo nomine dixit. 24. mill. diſtat à Bahuſia urbe & a Fridericoſtadia.

¶ Anſpachium, *Anſpach*, opp. Germ. cum caſtro, in Franconia, Brandeburgici juris. Aliter etiam *Onoltzbach* dicitur ad fluv. cognom. 6. leucis diſtat a Norimberga in occaſum, 7. autem à Norlinga in Boream.

¶ Anta, *Ante*, amnis Galliæ, in No mannia. Falaeſam opp. alluit, & tribus leucis infrà in Divam fluv. cadit.

¶ Anta, *Ante*, opp. cum portu, in ora maritima Guineae regionis, in Africa. Tribus leucis diſtat a prom. trium Capitum, Orientem versùs.

Antandros, *S. Dimitri* nunc, teſte Soph. urbs Myſiae, ſeu Phrygiae minoris marit. inter Scepſim ad Bor. & Adramyttium ad auſtrum ferè media inter Troadem & Adramyttium, paulò ſupra 30. mill. paſſ. utrinque diſtans, olim Edonis, epiſcop. ſub Archiep. Epheſino. Hujus ager Antandria à Strab. nominatur. Antandri mem. Virg. lib. 3. Æn. Strab. Plin. & al.

-Claſſemque ſub ipſa
Antandro, & Phrygia molimur montibus Ida.

Ab Andri inſ. populis condita traditur,

Antaradus, *Tortoſa*, urbs epiſcop. in ora Phœniciae, ſub Archiepiſ. Tyrio, quae & Orthoſia, inter Balaneas & Tripolim, inter 34. hinc 50. mill. paſſ. diſſita, aliquando Conſtantia in lib. Conc. dicta a Conſtantino Imper. & inſtauratore. Plin. Ptol.

¶ Antaradus urbs nunc in ruinis ferè deſerta jacet a plurimis annis.

¶ Antavares, *les Antavares*, pop. Africæ, in inſula Madagaſcar. verſus oram & partem Orientalem, ad Septentr. regionis Matatanę. Fluvius Mananzarus eorum tractum rigat.

¶ Antarcticæ regiones, *les Terres Antartiques*, partes orbis, ſic dictæ, quia versùs Polum Antarcticum ſitę ſunt. Dicuntur ab aliis terra Auſtralis. Sed vix ab Europæis luſtratæ ſunt aliquot partes versùs oram littoralem; ſuntque Regio Petri Nuitii, Terra Concordiaę, ſeu Nova Holandia, Carpentaria, Regio Antonii Diemeni, Nova Zelandia, & Regio Ferdinandi à Quiro. Vide Terra Auſtralis. Ant.

Antemantunum, *Langres*, urbs Gall. Celt. Vide Andomatunum, & Lingones.

Antenacum, Antonacum lib. Not. Antunnacum Ant. *Andernach*, opp. Germ. infer. ad Rhenum fluv. inter Confluentes & Bonnam, hinc 7. inde 3. leuc. diſſitum; quod ann. ſal. 1120. exciſum, inſtauratum ferunt.

¶ Antenacum opp. eſt in ditione Archiep. Colonienſis. Eſt parvi circuitus, & paucis conſtat incolis.

Antenna, Antennę Virg. Strab. & al. urbs & colon. fuit Sabinorum, apud Tiberim fluv. ab urbe Roma 40. ſtad. diſtans; cujus hodie nullum exſtat veſtigium. Pop. Antemnates apud Liv. De ea Virg. lib. 7. Æn. Plin. Liv. & al.

Ardea, Cruſtumerique, & turrigerę Antennæ. Ptol.

Antequia, *S. Ander*, teſte Henr. Coquo, opp. Hiſpan. Tarrac. in ora Bor. Autrigonum, inter Laredum & Fanum S. Julianę opp. Cantabrorum, inde 8. hinc 5. leuc. à Flaviobriga 15. in occ. Opp. præclarum, quod non Antequia, ſed Flavionavia veteribus dictum, ab aliis putatur.

¶ Antequia nunc etiam Andreapolis dicitur a multis. Vide ibi.

Anthedon, *Lariſſa*, teſte Nigro, ſed Tyrio Daron; urbs Palæſtinæ epiſc. ſub Patr. Hieroſolym. marit. inter Aſcalonem & Gazęorum port. 8. mill. paſſ. utrinque, quæ & Majuma in lib. Conc. appellatur. Strab. Plin. Ptol.

Anthedon altera, *Talandi*, teſte Ortel. opp. Bęotiae mediter. inter Thebas & Chalcidem, inde 60. hinc 70. ſtad. Sed *Talandi* Atalanta potiùs eſſe videtur opp. in ora. De Anthedone Ovid. lib. 13. Metam. Athe. Ptol. Pauſ.

Nuper in Euboica verſis Anthedone membris
Glaucus adeſt.

Anthemus urbs fuit Macedoniae mediterran. apud *Plin.* Thermam.

Svid. Anthemuſia, Anthemuſias Tac. urbs Meſopotamiae, *Plin.* Nicephorio finitima, à Macedonibus condita; quae ſi *Amm.* exſtet, incertum.

¶ Anthemuſia eſt etiam prov. Meſopotamiae, juxta Euphratem, vulgò *Aliduli* dicta.

Plin. Anthropophagi, popul. Scythiae, qui nunc *Tartari* di- *Ptol.* cuntur. Sunt & in Æthiopia, & alibi; maximè verò *& al.* in America regione novi orbis, quos Hiſpani prorſùs extinxere.

¶ Antropophagi ſunt populi Americae pro majori parte, praeſertim versùs Braſiliam, Megallanicam, & alibi. Illos Hiſpani delere conati ſunt, ſed incaſſum. Ipſi enim Hiſpanos magnis cladibus affecere in provinc. mediterraneis ſed in maritimis malè mulctati ab Europaeis, ipſis parent pro majori parte. De deſtructione Americanorum conſule Bartholomaeum Caeſaum, Epiſcopum Chiapenſem. Popoli etiam Æthiopiae inferioris ſunt Antropophagi, praeſertim in ora Cafrorum, & Zanguebaria, & in aliis locis maritimis. Sed nuſquam didici Tartaros eſſe Autropophagos, ut videre eſt in omnibus Hiſtoricis, qui de ipſis ſcripſere.

Jorn. Anti, pop. Sarmatiae, Hunnorum genus, ad paludem Mœoticam incolentes: quibus devictis, Juſtinianus Imper. Anticus cognominatus eſt.

Ant. Antiana, *Zamko*, teſte Laz. opp. Hung. in Pann. infer. ad Draum fluv. à Quinque Eccleſiis 3. leuc. in auſtr. Poſſegam urbem Boſnicam versùs.

Antibarum, olim Doclea ut nonnullis videtur, *Anti- Prov. vari*, urbs Dalmatiae, apud oram maris Hadriaci, in *Rom.* mont. inter Butuam ad occ. & Olchinium ad ort. 10. mill. paſſ. ſita, à Scodra 18. in auſtrum, metrop. ſive Archiepiſc. cui ſubduntur Butua, Olchimium, Drivaſtum, & Scodra, cum aliis quinque urbibus; ad vaſtitatem ſub Turcis penè redactis.

Anto. Anticaria, quae & Syngylia à fluvio dicta eſt, *Antiquera*, urbs Hiſp. Bęt. in mont. apud Malacam, inde 7. leuc. Aſtigi versùs, a qua 15. quot ab Hiſpali diſtat, in Vandalitiae & Granatenſ. regni conf. ad Singulim, ſive Singylim fluv. Eſt & Anticaria urbs epiſc. in orbe novo, ſub archiep. Mexicano.

¶ Anticaria in America *Nova Antequera* dicitur, epiſ. facta à Paulo an. 1547. Sita eſt in Nova Hiſpania, & prov. de *Guaxaca*. Diſtat à civitate Mexico 80. leucis Hiſpanicis veriùs ortum, à mare Boreali 17. leucis in auſtrum, & 20. tantùm ab oppido Verae Crucis. Urbs eſt parva, & malè culta. Anticaria autem Hiſpaniae urbecula, eſt in regno Granatenſi, 6. leucis à Singili fluvio in auſtrum diſtat, & ab Hiſpali 21. in Eurum: in loco aſpero & edito.

Anticittus, vel Anticites, Atticitus Ptol. fluv. Sarma- *Strab.* tiae Aſianae, in mare contra Boſphorum Cimmerium fluens è regione Panticapaei urbis, *Latiti* nunc, teſte Villanovano.

Anticyra, Anticyrrha Ptol. & Strab. *Suola*, teſte Pi- *Strab.* neto cùm al. urbs Phocidis littor. inter Criſſam ad occ. *Pauſ.* & Siphas opp. Bœotiae ad ort. iſthmum Corinthiacum versùs, à Delphis 10. mill. paſſ. diſtans. Anticyra verò, in qua helleborus contra amentiam naſcitur, inſ. eſt ſin. Oetaei, teſte Plin. lib. 25. cap. 5. Unde adagium in amentes ortum, uti apud Horat.

Navigat Antyciram.

Quae inſ. eſt ſin. Malliaci, contra Oetam mont. Legitur apud Hor. Anticyra, & in num. plur. Anticyrae.

Antigonia, *Argiro caſtro*, teſte Nigro, urbs Epiri me- *Ptol.* diterr. in Chaonia reg. apud Macedon. fines, à Chimęra urbe in montibus Acrocerauniis ad 20. mil. paſſ. diſtans. Sophiano verò & Laz. *Croja*, urbs quondam Albaniae regia, in Macedonia, epiſc. ſub Archiep. Dyrrachino, inter Dyrrachium, Albanopolim, & Lyſſum: cui ſitus Antigoniae repugnat; cum haec in Epiro, illa in Macedonia ſit.

Antigonia altera, urbs Macedoniae in Mygdonia reg. *Pto.* *Cojogna* Pineto interpr. al. *Antigoca*, inter Pydnam et Magneſiam. Antigonia item inſula Propontidis, inter Byzantiùm & Nicomediam, *Iſola del Prencipe*, teſte Gylho.

¶ Antilia, *Anthill*, oppid. Angliae, in Com. Bedfordienſi, 4. milliar. Anglicis diſtat à Bedfordia in auſtrum, & à Buckingam a 12. milliar. in ortum.

Antilia, *Altejola*, teſte Georg. Merula, urbs olim, nunc pag. Liguriæ, ad Iriam flumen, apud *Seravalle* *Svet.* opp. à Dertona 12. mill. paſſ. in via quæ Genuam ducit. Altilia al. cod. habent.

Antilibanus, mons Syriæ, ſeu Phæniciæ, inter quem & Libanum vallis eſt longa, fertiliſque, ac optimè habita- *Plin.* ta, *Abellinas* incolis dicta, teſte Poſtello, per quam O- *Strab* rontes fluv. decurrit apud Heliopolim. *& al.*

¶ Antilibanus mons inhabitatur pro majori parte a Druſis popul. Chriſtianis; ibique eſt Abanum opp. vulgò *Abano*.

¶ Antillæ, *les Antilles*, inſulæ Americæ ſeptentrion. in Mari Boreali, vulgò *Mar del Norte*, quæ in longum excurrunt inter Floridam regionem & novam Vandalitiam in America. Earum praecipuè ſunt Hiſpaniola, Cuba, Jamaica, S. Joannis inſ. Lucajoneca, Bahama, & alię, Linſcoto teſte. Alii autem exiſtimant, & rectiùs forſan, Antillas inſulas eſſe quæ jacent inter continentem Americæ meridionalis, & partem orientalem inſulæ S. Joannis de Portu Divite; ſuntque in modum arcus poſitae. Detectæ primùm fuerunt à Chriſtophoro Columbo anno 1492. dicunturque Antillæ Americæ, quaſi ante inſulas Americæ, nempe ante majores inſulas ſinus Mexicani. Ex iis viginti octo pręcipuæ numerantur, & pro majori parte parent Gallis, Anglis, & Batavis, qui in his multas habent colonias, ab anno 1625. Dicuntur etiam Caribarum inſulæ ab antiquis incolis, & a quibuſdam Camercanæ. Ab Europæis autem harum partium incolis, tota hæc multitudo inſularum cum aliis ſinus Mexicani, vulgò Archipelagus Mexicanus dicitur. Sunt autem Antillæ pro majori parte mirè fertiles & riguæ, abundantque omnibus ad victum & ad delitias etiam neceſſariis.

¶ Antillarum propriè dictarum præcipuæ.

Anguis inſula, l'Anguille, *in ditione Anglorum*,
Antiqua inſula, Antigoa, *Anglorum*.
Bardata inſ. la Barbade, *Anglorum*.
Barbuda inſ. la Barboude *Anglorum*.
Deſiderata inſ. la Deſiderade, *Francorum*.
Dominica inſ. la Dominique, *Caribarum*.
Granata inſ. la Grenade, *Francorum*.
Guadalupia inſ. la Guadaloupe, *Francorum*.
Marigalanta inſ. Marigalante, *Francorum*.
Martinica inſ. la Martinique, *Francorum*.
Montisferrati inſ. Montferrat. *Anglorum*.
Nivium inſ. Nieves, *ſeu* Mervuis, *Anglorum*.
Saba inſ. Saba, *Hollandorum*.
Sanctę Crucis inſ. Sainte Croix, *Francorum*.
Sanctę Lucia inſ. Sainte Alouzie, *Francorum*.
S. Bartholomęi inſ. S. Barthelemy, *Francorum*.
S. Chriſtophori inſ. S. Chriſtophle, *omnium illius tractus facilè primaria, Francorum & Anglorum*.
S. Euſtachii inſ. S. Euſtache, *Hollandorum*.
S. Martini inſ. S. Martin, *Francorum & Hollandorum*.
S. Vincentii inſ. S. Vincent, *Caribarum*,
Tabaci inſ. Tabago, *ſeu* NieW. Valcheren, *Hollandorum*.

Antinoe, *Anthios*, Leone Afric. interpr. urbs Ægypti *Ptol.* ſuper. ad Nilum, quæ teſte Steph. & Hadrianopolis dicta eſt, inter Babylonem & Copton in auſtr. inde 160. hinc 210. mil. paſſ. epiſc. ſub archiepiſc. Thebano.

¶ Antinoe nunc in ruinis jacet, diſtatq: à Nilo 10. leuc. in ort.

Antiochia cognomento magna, urbs Reg. Syriæ, pri- *Cic.* maria quondam, cùm floreret, & Theopolis diceretur, *Strab.* ad Orontem fluvium media inter Pagras & Platarum *Plin.* 25. mill. paſſ. à Tarſo 40. ab Hierapoli ferè 60. in oc- *& al.* caſ. media ferme inter Byzantium & Alexandriam Ægypti itinere terreſtri, 800. circiter mill. paſſ. utrinque diſſita. Nomen apud noſtrates Europæos retinet antiq. ſed apud Turcas *Antachio*, teſte Leuncl. nominatur. Nomen habet à conditoris patre, hoc eſt, ab Antiocho patre Seleuci, qui illam condidit. De qua Olympiade 119.

Antiochi de nomine dictam viſitat urbem.

Auſonius de claris urbibus;

Tertia Pœbeę lauri domus Antiochia.

¶ Antiochia Syriæ aliàs etiam Rebbata dicta fuit, teſte Philippo à S. Trinitate, nunc autem *Antachia*: Sedet partim in clivo, & partim in plano, juxta Orontem fluvium, qui ibi ponte jungitur lapideo. Muri urbis ferè integri manent. Ipſa autem ſemidiruta in ruinis jacet, a paucis inhabitata. Patriarchali tamen dignitate gaudet. Duodecim leucis diſtat à mari Mediterraneo, uti 16. a Laodicea in ortum, & 24. ab Aleppo in Africum. Paret Turcis.

Antio-

Antiochia, quae & Niſibis, *Nisbin* & *Sibin*, teſte Nigr. urbs Archiep. Meſopotamiae, a Seleuco Rege Antiochi filio, uti ſuperior, condita, apud Tigrim fluv. ab Artaxis urbe Armeniæ majoris 750. mill. paſſ. diſtans in auſtr.

¶ Antiochia, quæ Niſibis, ſedet ad rivum, qui 25. abhinc mill. paſſ. in Tigrim ſe exonerat, Diſtat 60. milliar. ab Amida in auſtrum. Nunc *Niſibin* vulgò.

Antiochia Piſidiæ, urbs Archiepiſc. regionis (cui nomen hodie tribuit) primaria, ſedeſque Praefecti, *Verſacgeli* à Turcis dicta, ab Epheſo 92. mill. paſſ. in Eurum recedens.

¶ Antiochia Piſidiæ nunc paucis conſtat incolis; diſtatque ab Iconio 20. leucis Gall. in Africum, & paulò ampliùs ab Aſcanio lacu in auſtrum. In tabulis autem recentioribus Antiochia illa nomen priſtinum ſervat; diſtatque à *Verſacgeli* 20. leucis in occaſ. & ab Epheſo 160. mill. paſſ. in ortum, in Aſia minore.

Antiochia ſuper Crago mont. *Antiochetta*, urbs Cilicię litt. in Piſidiae Pamphyliaeque conf. inter Selinuntem & Nephelim urbes finitimas, epiſc. ſub archiepiſc. Seleucienſi.

¶ Antiochia ad Tragum alias dicebatur, quia ſita erat juxta Tragum fluvium, & prope Cragum oppid. 25. leucis a Seleucia in occaſu, & 4. a Selinunte in Cæciam; eratque in Cilicia aſpera.

Antiochia Margianae, quę & Alexandria, & Seleucia dicta eſt, teſte Plin. *Indion* hodie ex tab. recent.

¶ Antiochia Mæandri, urbs Cariæ epiſc. ſub archiepiſ. Stauropolitano, *Tachiali* vulgò, Mirço teſte. Sedet ad Mę-andrum fluvium inter Apameam & Epheſum, 70. milliar. ab utraque.

Antiochia ad Taurum mont. urbs epiſc. Comagenes in Syria, in ejus & Euphrateſiæ conf. nomen adhuc retinens, teſte Bellonio.

¶ Antiochia ad Taurum ſita erat in Syria, inter Iſſum ad occaſum, & Antiochiam ad Euphratem, ad ortum 10, ferè leuc. diſtans ab utraque, & totidem ab Anazarbo in auſtrum.

Antiochiæ aliæ 7. à veterib. memorantur; quæ cum minimè exſtent, prætermiſſæ ſunt. Ea verò Antiochia, quæ & Mygdonia, & Niſibis, urbs Meſopotamiae, hodie etiam *Abeſin* ab incolis nominari fertur.

¶ Antiochia, *Antiochia*, urbs Americæ merid. in regno Popajano, ſub Hiſpanis. *Diſtat* à fluv. Cauca 12. leucis ad occaſum, à Popajani civit. 60. leucis in Boream, 50. autem à Carthagena nova. Urbs eſt parva, & malè culta, diſtatque 15. leuc. Hiſp. ab oppido S. Fidei Antiochiæ.

Antipatris, (quæ & Apollonia & Aſſur apud Hebræos dicta eſt) Antipatrida nunc, *Aſſur*, & *Sur*, teſtibus Tyrio & Poſtello, urbs Palæſtinæ epiſc. ſub archiep. Cæſarienſi, inter Rhamam, ſeu Lyddam; & Cæſaream ad 10. mil. paſſ. diſtans, ab Hieroſolymis ad 40. in occ.

¶ Antipatris ſita erat non longè nuncq; ab ora maritima, inte Joppen ad auſtrum, & Apolloniam ad Boream, diruta jacet.

Antiphellus, urbs Lyciæ marit. *Antifello* etiam nunc dicta, epiſc. ſub Archiep. Myrenſi, inter Pataram & Andriacam urbes proximas.

Antiphili, portus Æthiopiae, ſub Ægypto, ad ſin. Arabicum, *Vella* nunc, teſte Stuchio dictus.

Antipolis, *Antibe*, urbs Gall. Narbon. marit. ultra Nicæam & oſtia Vari ad 6. mill. paſſ. Forum Julii versùs ad 30. in occaſ. diſtans: olim urbs epiſc. ſub Archiepiſ. Ebrodunenſ. nunc opp. & portus, ſede epiſcopali Graſſam urbem interiùs 6. mill. paſſ. diſtantem tranſducta. Mart. lib. 13.

Antipolitani fateor, ſum filia Thynni.

¶ Antipolis urbs eſt permunita, cum portu, in Provincia. Diſtat à Nicæa 3. leucis in occaſum, 2. a Vincio in merid. & 7. a Foro Julio in Cæciam.

Antipyrgus, *Luco*, Caſtaldo interpr. urbs Marmaricæ litor. apud Catæonium prom. à Creta inſ. 500. mill. paſſ. diſtans in auſtrum Tetrapyrgia Stra.

¶ Antiqua, *Antigoa*, inſula Americę ſeptentr. ſub poteſtate Anglorum, in mari *del Norte* dicto. Una eſt ex Antillis inſ. inter Barbatam & Guadalupam Longitudinis eſt 7. leucarum.

¶ Antirites, *Larite*, fluv. Sarmatiae. Vide Anticittus.

Antirrhium prom. Achajae ſeu Ætoliae, *Capo S. Andrea*, contra Rhium promontorium Achajae Peloponneſi, vix mill. paſſ. ab eo in Bor. diſtans, ad fauces ſinus Corinthiaci, ubi arces utrinque firmiſſimae, ingreſſum in ſinum praedictum prohibentes, Naupacto proximum, uti Rhium Patris, inter Corinthum & Leucadem 85. mill. paſſ. circiter.

¶ Antiſcota, *Antiſcoti*, inſ. Americae ſeptentr. quae etiam Aſcenſionis inſula dicitur, in Nova Francia, & in ſinu S. Laurentii, ubi aliquot coloniae Francorum.

Antiſſa, urbs Lesbi inſulae epiſc. ſub Archiepiſc. Mitylenenſi. Olim inſula fuit, à Lesbo diviſa, poſtea illi aſſidua aggeſtione arenarum copulata. De qua Ovid. lib. 15 Metamorph. *Strab. Liv. Mel. & al.*

Fluctibus ambitae fuerant Antiſſa Pharoſque.

¶ Antiſſa vulgo etiam *Anteſſa* dicitur, versùs partem Borealem inſulae Lesbi.

Antiſſiodorum, Autoſidurum Ammiano, Altiſſiodorum lib. Concil. Autricum Ptol. Vellaunodunum Caeſ. *Auxerre*, urbs Galliae Celt. epiſcop. ſub Archiepiſc. Senonenſi, inde 14. leuc. in auſtr. Auguſtodunum versùs 20. diſtans. à Nivernis 12. in ort. urbs antiqua, à Brenno, ut ferunt, anno urbis Romae conditae 315. condita. De qua Wandelt. *Ant.*

Tunc propriis micuit meritis Antiſſiodorum. *Strab.*

¶ Antiſſiodorum eſt in Ducatu Burgundiae, ad Icaunam fluv. 40. leucis diſtat à Lutetia in meridiem, 20. autem à Nivernis in Caeciam. Urbs eſt ampla & culta, in planitie fertili. Hinc regio adjacens, Antiſſiodorenſis tractus, *l'Auxerrois*, dicitur.

Antitaurus, mons Armeniae minoris, à Tauro in Septentriones avulſus, in cujus convallibus Comana urbs eſt. Illum *Rhoam Thoura* ab incolis vocari And. Thev. ſcribit.

Antiveſtaeum, quod & Bolerium Ptol. dicitur, prom. Albionis extremum ad occ. in Cornubia reg. ab Exonia urb. Cornubiae metrop. 79. mill. in occ. ibi opp. S. Burienae. Variè nominatur hodie. Nam *The Cape of Cornvval* teſte Camdeno, *Lands end* incolis, quaſi finis terrae, & *Penringuaed*. *Ptol.*

¶ Antiveſtaeum prom. à Gallis dicitur *le Cap de Cornovaille*. 18. milliar. diſtat a Damnonio promont. in Circium, & 55. à Plimuto in occaſ. 8. autem à Monte D. Michaelis in Cornubia provincia.

Antium, Anthium, & Anthia Steph. *Antio*, urb. olim epiſcop. & colon. Latii marit. ab urbe Roma 30. mill. paſſ. ab Oſtia 32. Circaejos versùs in ort. 36. diſtantes, ab Aſcanio Æneae filio, ſive ab Antio Rege conditum, & à Sarracenis everſum. Nunc ibi Neptunium oppid. Hor. lib. 1. carm. *Cic. Liv. Plin.*

O Diva gratum quę regis Antium.

Hinc Antiates pop. apud Liv.

¶ Antium nunc etiam dicitur *Antio rovinato*. Caput fuit Volſcorum, & patria Neronis; hicque fuit templum Fortunae celebre, Brietio teſte. In ruinis jacet, ab Oſtia 20 m. paſſ. in Eurum, a Velitris 14. in meridiem. Navale autem Antiatum nunc a multis creditur Neptunium, *Nettuno*, opp. aliàs Columnenſium, 2. milliar. ab Antio, in Campania Romana, & in ora maris Tyrrheni.

Antona, fluv. & opp. Albionis, ſive Angliae, fluv. *Vejum* dici teſtatur Polyd. Virg. incolis *Wie*, in Sabrinam influentem, opp. *Northampton*, teſte Lipſio nominatur. Sed aliis fluv. *Nene*, Bennaventam, ſive Northantonam, quaſi Antonam Borealem alluens. Mihi gemina eſt Antona, una meridionalis, in ora contra Vectim inſ. à Wintonia 10. mil. diſtans, empor. non obſcurum, *Hampton*, & *Southampton* Anglis dicta; altera Borealis, *Northampton*, opp. non contemnendum, inter Londinum & Conventriam, inde 57. hinc 20. mill. paſſ. *Tac.*

Antonia, caſtellum apud Hieroſolymam exciſum, ante Baris dictum, teſte Joſepho. *Joſeph.*

¶ Antonii Diemeni regio, *Thland van Antoni Diemens* Batavis, *le pais d'Antoine Diemens* Gallis, pars terrae Auſtralis, detecta ſub auſpiciis Antonii Diemeni Hollandi, Praefecti Statuum Societatis Batavae Indiae orientalis, anno 1642. die 24. Novembris. Ejus pars maritima tantùm nota eſt Batavis versùs auſtrum. Neſciunt autem utrum ſit inſula aut continens. Inſulis quàmplurimis referta eſt in littore; eſtque in mari Pacifico, versùs terram Auſtralem, & media ferè inter Hollandiam novam & Zelandiam novam. *Vet. Inſc.*

¶ Antonii Ægidii ſinus, *Baye d'Antongil*, ſinus parvus inſ. Madagaſcaris, versùs Septentr. in Africa, ſic dictus a Luſitanis, & ab incolis *Manghabei*; eſtque in ora orientali inſulae, versùs inſulam S. Mariae, quae ei inſidet ad merid. eſtque longitudinis 15. leucarum, habens ad Septentrionem regionem Vohemari, Flacurtio teſte.

Antonia, *Utrecht*, urbs Batavorum archiep. quae Utri-

ceſium Amm. Marc. dicitur; aliis Trajectum inferius, & Trajectum ad Rhenum, ad alteriùs in Brabantia diſcrimen, quod ſuperius & ad Moſam nominatur. Vide ibi.

Fort. Antonnacum. Vide Antennacum. Antonnacenſe caſtellum Fortun. lib. 10.

Antonnacenſis caſtelli promptus ad arces.

¶ Antrimenſis Comitatus, *Countye Antrym* Anglis, *Comtè d'Antrim* Gallis, provincia Hiberniæ, in Ultonia. Terminatur à ſeptentrione mari Deucaledonio, ab Oriente mari Scotico, à Meridie Comitatu Dunenſi, & ab Occidente Comitatibus Colranenſi & Tyronenſi. Ejus primaria, Rupes Ferguſii.

¶ Antrimum, *Antrim*, caſtrum Hiberniæ, in Ultonia prov. & Comitatus cognominis caput. Sedet prope lacum *Neaugh*, ad 2. mill., & ferè dirutum jacet. Diſtat 17. mill. à Rupe Ferguſii in Occidentem.

Steph. Antron urbs fuit Theſſaliæ, à ſpecubus antriſque quibus ſcatebat nomen habens, Steph. & Suida teſtibus, ubi aſini magnitudinis inuſitatæ reperiuntur; ut propterea in proverbium abierit *Aſinus Antronius*, de magnis corpore, & ſtolidis mente. Ferunt ibidem lapides molares ingentes reperiri, quos Graeci ὄνος vocant; unde etiam proverbium derivatum videtur. Alii Antronem & Antroniam opp. in Meſſenia reg. Peloponneſi locant, a Theſſalica diverſum.

Mel. Pom. Antros, *la tour de Cordovan*, inſ. Aquit. ad oſtia Garumnae fluv. inter inſ. S. Martini ad Bor. 12. mill. Gall. & Bajonam urbem ad merid. 28.

¶ Antros, *Cordouan*, inſula eſt parva, ſeu veriùs ſcopulus, inter Syrtes, ad oſtia Garumnae, ubi aedificavit Pharum ſuperbam Henricus Magnus Francorum Rex, quam poſtea injuria temporis collabentem magnificentiſſimè reparavit Ludovicus XIV. Francorum Rex. Diſtat à Burdegala 12. leucis in Circium.

Scrip. Cat. Antrum, *S. Hermeland*, inſ. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. quae & Antrium nominatur, *Aindre*, teſte Bertrandro Argent. in Turonum & Cenomanorum conf. duo habens nomina. Ibi S. Hermelandus Abbas vitam egit ſolitariam.

Antrum Hecates Pop. fuit Samothraciae inſul. cujus mem. *Rico.* Ovid. lib. 1. de triſtib. Vide Zerynthus.

Suid. & al. Virg. Proc. Antrum Sibyllę, antrum Cumanum Mart. Capellae, Tecta Sibyllae, Statio Sacellum Sibyllae Solino, Thalamus Sibyllae Ariſt. (vide quàm variè nominetur) *Grotta della Sibilla*, locus celebratiſſ. Camp. ubi Sibylla Cumana habitavit, in Antro intra duriſſimum ſaxum interiùs mirè excavato, apud Avernum lacum, inter Bajas, Cumas, & Puteolos ad 2. & 3. mill. paſſ.

¶ Antſianachia. *Antſianach*, prov. inſ. Madagaſcar. in Africa, ubi montes excelſi versùs Orientem, in medio ferè inſulae. Regio eſt ampla & dives, ſed parum nota Europaeis, inter tractus *Vohits Angombes & Tametavi*, Flacurtio teſte. Vide Anſianacti.

Cæſar. Anturates, pop. Gall. Vide Nantuates, uti legendum videtur.

Antuerpia, *Anverſa*, urb. epiſc. Brabantiæ, & empor. toto orbe clariſſimum. Vide Andoverpum: quod nomen illi contigit ab Andoverpo gigante, loci domino, circa Julii Cæſ. tempora, cujus adhuc oſſa monſtrantur.

Antuerpia paſſim apud Neotericos nominatur, ut lib. 4. itin.

Nos curſu trepidante vehunt, Antuerpia donec
Oſtentare procul nitidas ditiſſima turres
Inciperet, vallumque altum, foſſaſque profundas,
Hic homines variis mundi regionibus ortos,
Hiſpanos, Italos, Gallos, cultoſque Britannos,
Omnigenaſque orbis merces, arteſque per urbem
Omnimodas &c.

¶ Antuerpiam fusè & accuratè deſcripſit Ludovicus Guicciardinus in deſcript. Belgii. Vulgò *Antwerpen* dicitur ab incolis, *Anvers* à Gallis, *Anvers* ab Hiſpanis, *Antorf* a Germanis, & Anverſa ab Italis; eſtque annexa Brabantiæ, ſed tamen Marchionatus S. Imperii caput, ad Scaldim fluv. ſub dominio Hiſpanorum; deficitque in dies, ex quo Amſterodamum crevit in tantam opum abundantiam. Vide Andoverpum.

Ant. Anturnacum, *Andernach*, opp. Germ. infer. ad Rhenum, à Confluentium urbe 3. leuc. in Bor. versùs Bonam. Vide Antennacum, & Antonnacum.

Hero. Antylla, ſive Anthylla, urbs erat Ægypti apud Alexandriam: cujus veſtigal à Regibus Perſarum ſuis uxoribus in cinctuum impenſas donabatur.

D. Hier. Anus, locus erat Samariæ, à Neapoli 10. mil. paſſ. Hieroſolymam versùs occurrens.

Lib. Anuſcana urbs. Vide Nuſcum. urbs epiſc. Italiæ, in Hirpinis.

Dec. Plin. Anxa, quæ poſtea Gallipolis, *Gallipoli*, urbs Salentinorum marit. ad ſin. Tarentinum, inſtar peninſulæ, a tribus part. mari circumfluo, inter Tarentinum 50. & Japygium promont. in ort. 30. mill. paſſ. occurrens, proxima Nerito, inde 9. Aletio 20. epiſcop. ſub Archiep. Hydruntino.

¶ Anxa, *Gallipoli*, urbs eſt permunita, cum portu in regno Neapolit. & prov. Hydruntina. Jacet in ſcopulo a mari quaſi ſejuncto. Alii autem negant Gallipolim Anxam fuiſſe dictam, teſte Leandro. Vide Gallipolis.

Ptol. Anxanum, *Lanciano*, ſive *Lanzano*, urbs Archiepiſcop. Frentenarum, in Aprutio, apud oram littoream, ab ea 4. mill. paſſ. diſtans, ad Lentum fluv. medium ferè inter Leateam ad occ. & Hiſtonium ad ort. 15. mill. paſſ. plus minus diſſitum, emporium frequens ob nundinas quę ibi fiunt. Pop. Anxani Plin.

¶ Anxanum ſedet in Aprutio citeriori provin. regni Neap. 2. miliar. à Saro fluv. & juxta Feltrinum rivum. Diſtat ab Ortona 7. milliar. in meridiem, à Lento autem fluv. 12. milliar. Deficit in dies.

Plin. Anxur, poſtea Tarracina, ſicuti & vulgò dicitur, urbs epiſc. Latii in colle apud oram maris Tyrrheni, & oſtium Ufentis fluv. inter Circæjos ad occ. & Fundos ad ort. 10. mill. paſſ. ab urbe Roma 6c. Inde incipit regnum Neap. Ejus inter alios mem. Virg. lib. 7. Æn.

Circaumquem jugum, ęqueis Jupiter Anxuris arvis
Præſidet.

¶ Anxur, ſeu Terracina, urbs eſt munita, ſed parva, cum caſtro, in Campania Romana, & in ditione Pontificia, ad radices montis, & in ora maris Tyrrheni. Paucis conſtat incolis, propter aeris gravitatem & paludes Pomptinas ei adjacentes. Olim etiam Trachne dicta fuit, ob ſaxi aſperitatem cui inſidet. Nunc *Terracina* vulgò. Vix 2. milliar. diſtat à confinio regni Neapolitani, 15. autem à Cajeta in occidentem, uti 9. a Fundis.

¶ Anzerma, *Anzerma*, opp. Americæ meridionalis, in regno Popajano. Dicitur aliter *S. Anna d'Anzerma*: 50. leucis diſtat ab urbe Popajani in ſeptentr. juxta fluv. Caucam, 12. autem a Caramanta opp. in meridiem.

¶ Anzeta, urbs Armeniæ majoris, a qua Anzetene regio, quæ Antizena Niceph. & Anęita Plin. versùs Euphratem fluv. a quo diſtat 40. mill. paſſ. in ortum.

¶ Anzighi, *Anzicains*, pop. Africæ; ultra Loanghum, nempe à *Zaire* fluv. uſque ad deſerta Nubiae, in Æthiopia inferiori. Dicuntur & Anſicani. Vide ibi.

¶ Anzuqujum, *Anzuqui*, opp. in ora prov. *Vomi*, in Japonia inſ. in Aſia. Diſtat a Meaco, primaria urbe Japoniæ 20. leucis in ortum, 9. autem ab Oſaca urbe in Cęciam, in ora ſinus Meaci, Brietio teſte.

Pauſ. Gell. Steph. & al. Aonia, reg. Bœotiæ montoſa, in qua Aonius mons & fluv. tametſi pro tota ſumitur Bœotia. Aones pop. Hinc Aonius nomen gent. Claud. lib. 2. in Rufinum:

Sic mons Aonius rubuit, cum Penthea ferrent
Mænades.

Plin. Aornus, lacus Epiri Theſprotia region. ex quo exhalatio eſt avibus peſtifera. Eſt & Aornos fluv. Arcadiae, in Pheneum lacum influens, teſte Athenaeo. De quo lacu Virg. lib. 6. Æn. ſic:

Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon.

Strab Orph. Ptol. & al. Aorſi, pop. Sarmatię Tanaim fluv. citra incolentes, Agathyrſis finitimi. Horum reg. *Severia* hac tempeſtate nominatur, ſub Moſchis, inter eos ad Bor. & Tartaros Praecopenſes (qui Maeoticam paludem incolunt cum Taurica) ad merid.

¶ Aorſi, pop. Aſiae, in Scythia intra Imaum, versùs mare Caſpium, & oſtia Jaxartis fluv.

Liv. Strab & al Aous, *Vajuſſa*, fluv. Macedoniae, per oram occident. apud Apolloniam decurrens, qui Lous Ptol. Æas Strab. & Melae appellari videtur, Plin. utroque modo; Fluit in mare Jonium, ab Apollonia 10. ſtad. teſte Liv. Illum *Pirgi* incolis etiam nominari ferunt. Idem enim fluv. ſaepe plura obtinet nomina.

¶ Aous fluv. qui Laurenbergio Abus, Appiano Alorus, & Plutarcho Anius, Stymphaliam & Elymiotas percurrit, & Philippi Macedoniae Regis clade celebris fuit. Hodie *Polina* vulgò, Brietio teſte.

Apaci, *Apaches*, pop. Americae Septentr. in parte Boreali regionis Novi Mexici. Sunt autem longè latèque diffuſi: dividunturque ab Hiſpanis in quatuor nationes, ſeu populos, nempe *Apaches de Perillo*, versùs Meridiem, *Apaches de Xila*, & *Apaches de Navajo*, ad Septentrionem, & *Apaches Vaqueros*, ad Orientem.

¶ Apa-

¶ Apalatæus mons, *Mont d'Apalatay*, ſeu *d'Apalatche*, in Florida regione Americę ſeptentr. Ibi etiam populi Apalatci, *Apalaches*, in Mediterraneis, qui & *Apalachites*, dicuntur ab Europęis. Sunt autem valde potentes; habentque Regem proprium, cui ſubſunt ſex provinciæ amplæ, nempe *Bemarin*, ubi urbs *Melilot* regni caput, *Amana*, & *Matique*, quæ ſunt in planitie, & tres aliæ *Schama*, *Meraco*, quæ ſunt intra montes Apalataeos, & *Aqualaque*, prov. juxta lacum *Theomi*, versùs Septentrionem. Ibi Rex Chriſtianus à paucis annis, & quædam colonię Anglorum, qui ibi ex Virginia penetrarunt, teſte Briſtokio Anglo.

rab. Apamea, & Apamia, urbs Syriæ Archiep. olim clara, ad Orontem fluv. inter Antiochiam & Hemeſam ad 65.
in. mill. paſſ. à Lariſſa 15. *Hamous*, teſte Bellon. *Hama* Le-
ol. uncl. *Aman* aliis, à Seleuco Rege condita, ac de ſoro-
al. ris nomine dicta. Reg. Apamena. Pop. Apamenſes Cic. & al. Ejus mem. Dion. Afer.

Terrarum medlis Apamea mœnia clara.

lin. Apamea, quæ & Cibotos, & Celænę, *Apamiz*, urbs
rab. archiep. Phrygiæ magnæ, ad Marſyam fluv. circumflu-
v. entem, ubi is Mœandro commiſcetur, à Seleuco Rege
al. & ipſa condita, inter Laodiceam & Synnadam, olim ſub metrop. Antiochena Piſidię, poſtea & ipsa metrop. effecta.

¶ Apamea, urbs Phrygiæ, diſtat 80. mill. paſſ. a Synnada in meridiem, & 100. circiter a Laodicea in occidentem. Nunc a paucis habitata jacet.

Apamea, *Apami*, urbs Bithynię Archiep. ad Propon-
tol. tidem, priùs Myrlea, ſicut & hodie à Turcis nomina-
lin. tur, inter Daſcylium urb. ad Bor. & oſtia Rhyndaci fluv. ad auſtr.

¶ Apamea Bithyniæ ſedet prope Cianum ſinum, 9. mill. paſſ. à Pruſa in Africum, & 50. à Cyzico in ortum. Urbs eſt parva, & male culta.

tol. Apamea, *Miana*, urbs Medię, in illius & Parthiæ
lin. conf. ſic incolis dicta, teſte Molet.

¶ Apamea, *Pamiers*, urbs Gallię, in Occitania. Vide Appamię.

lin. Apamia, item urbs Meſopotamiæ, apud Euphratem fluvium ex adverſo Zeugmatis. Quid nunc vocetur, apud neminem legi. Altera ad Tigrim in eadem provincia, ubi is in duos alveos dividitur, ſupra Seleuciam ad 122. mill. paſſ.

¶ Apanta, *Apante*, prov. Terræ firmę, in America meridionali, inter lacum *de Parimè* & fluv. Amazonum, ubi etiam Apantes pop. ad ſiniſtram fluvii Amazonum ripam, ad occ. prov. Coropę, Texeira teſte.

¶ Aparia, *Aparia*, prov. Peruviæ, in America meridion. prope fluv. Amazonum, ubi recipit Curarajum, ad ſeptent. prov. Pacamorum, Petro Texeira teſte. Ei inſidet Canela provincia ad occidentem.

¶ Apelbuſa, quæ & Anelebuſa, inſ. Aſiæ minoris, in ora Pamphilię, & ſinu Attalico, inter Attaliam & Sidam urbes littorales.

Apeneſtæ, *Vieſte*, urbs Apulię Daunię littor. ad mon-
tol. t. Gargani radices, epiſc. ſub Archiep. Sipontino, inde in Boream fermè 30. mill. paſſ. recedens, Hyrium versùs ad occ.

¶ Apeneſtæ, ſeu Vieſta, *Vieſte*, ſita eſt in regno Neapolitano & prov. Capitanata, 16. milliar. ab Hurio in Eurum diſtat; & caſtrum habet munitum. Sed paucis conſtat incolis, in ora maris Adriatici.

Apenninus, *l'Apennino*, mons notiſſimus & maximus I-
trab. taliæ, illam ab Alpibus maritimis uſque ad extremos
Plin. Salentinos & Brutios in longum, contiguo jugo, niſi qua
& al. tranſitum præbet, dividens; hinc inde varia montium ramenta dimittens, & in duo apud Hirpinos capita ſeu cornua diviſus, uno ad Acram Japygiam in Salentinis, altero in Brutiis ad Leucopetram promont. finitur; varia pro locorum diverſitate nomina tam Latinè, quàm vulgò ſortitus, excelſus maximè inter agrum Parmenſem & Lucenſem. Ab omnibus Poetis memor. A Virg. lib. 2. Æneid.

Vertice ſe attollens pater Apenninus ad auras.

Idem lib. 11.

Apenninicolę bellator filius Auni.

¶ Apenninus, Gallis *l'Apennin*, varia ſortitur nomina diverſis in locis. Inter agrum Mutinenſem & Lucenſem dicitur Mons S. Peregrini, *Monte S. Peregrino*: ibique arduus & difficilis valde, & a ſolo fluvio Aufido ſecatur prope Compſam urbem.

¶ Apenroa, *Apenrade*, urbs parva Danię & Jutiæ meridionalis, prope mare Balticum, in Ducatu Slesvicenſi. Portu gaudet capaci; diſtatque ab Haderſebia 3. leucis in meridiem, & à Flensburgo totidem in ſeptentr. duabus autem ab Alſena inſula.

¶ Aperantii pop. ſuere Gręciæ in Epiro, inter Moloſſiam & Athamaniam ad ſontes Acheloi fluv. Nicolao Sanſone teſte.

¶ Aperi-oculos, *Abrolhos*, inſula parva, & aliquot ſcopuli in mari Braſilico, in itinere ex Europa Pernambucum versùs. Diſtat ab ora Braſilię 70. leucis circiter; ſuntque nautis formidabiles propter ſirtes, quę ad 50. leucas extenduntur. Sunt autem inter inſulam Ferdinandi Noronæ & oram occidentalem Braſilię.

¶ Aperi-oculos, *os Abrolhos*, ſcopuli & ſirtes in mari Braſilico, in America meridionali, inter inſulam Aſcenſionis ad Eurum & Præfecturam Portus ſecuri; a qua diſtant 20. leucis ad occaſum.

¶ Aperi-oculos Babuecae, *Abreojos o Baxos de Babueca*, ſcopuli & ſirtes Americae ſeptentrion. in mari Boreali, 16. circiter leucis ab ora maritima inſulae Hiſpaniolae in ſeptentr.

Aperrae, Apyrae Plin. *Phinica*, teſte Villanov. oppid. Lucyae marit. apud Limyri fluv. oſtia, inter Andriacam Ptol.
& Olympum urbes.

Apeſas, ſive Apeſus, Apeſantus Plin. mons Pelopon-
neſi, in Argia reg. apud Lernam paludem & Nemaeam Stat.
ſylvam. De quo Stat. lib. 3. Theb. cui Apeſus. Steph.

Nomen Lernæi memorant Apeſanta coloni.

Al. Apeſunta. Ibi Jupiter colebatur, qui Apeſantius dictus eſt.

¶ Apetubae, *Apetous*, pop. Americae, in Braſilia, versùs praefecturam Portus ſecuri, in mediterraneis.

¶ Aphana, inſ. ſinus Perſici, in ora Arabiae, *Queximi*, forſan hodie; 10. leuc. diſtat ab ora maritima in ort.

Aphas, qui & Inachus, ut videtur aliis, appellatur, fluv. Epiri, per Moloſſos fluens, *Inachos*, teſte Pineto. Plin.

¶ Aphas in ſinum Ambracium cadit. Dicitur etiam Moloſſorum fluv. apud Plin. hodie *Inacho* vulgò.

Apheca, *Faba*, opp. Palaeſtinę, in campo magno, te- Lib.
ſte Bredenbachio. Reg.

Aphle, *Alarch*, ut ſcribit Pinet. vicus Babyloniae reg. Plin.
apud lacum Chaldaicum.

¶ Aphra, urbs Aſiae epiſcop. ſub Patriarcha Hieroſolym. teſte Guill. Tyrio.

Aphrodiſias, *Apodiſia*, urbs Cariae, apud Maeandrum Ptol.
fluv. epiſcop. ſub Archiep. Stauropolitano. Item inſ. eſt ſinus Perſici, ſic à Venere, quae ibi colebatur, dicta. Venus enim à ſpuma maris genita, ut Poetę fabulantur, Aphrodite dicitur.

¶ Aphrodiſia Cariae diſtat 20. mill. paſſ. ab Antiochia Mœandri in Eurum, & 30. mill. paſſ. à Laodicea in merid. Nam ferè diruta jacet, ſub dominio Turcarum.

Aphrodiſias, templum Veneris Plin. *S. Theodoro*, teſte Ptol.
Coriolano Cepio, opp. Ciliciae marit. inter Celenderim & Sarpedonem prom.

¶ Aphrodiſias 12. mil. paſſ. diſtat à Seleucia in Africum, 18. autem ab Arſinoe in ortum.

Aphrodiſium, *Africa*, teſte Mercat. *Mahadia*, incolis, Ptol.
teſte Faz. urbs Africae marit. inter Neapolim & Hadrumentum à Carolo V. Aug. expugnatum. Alterum quoque in ora littorali ejuſdem Africae apud Hipponem regium, ab eo parum recedens in occ. urb. & col. *Mabra* Molet. Caſtal. & al.

¶ Aphrodiſium, quae vulgo *Africa*, Gallis *Afrique*, urbs eſt munita Barbariae, in ora regni Tunetani; & 20. leucis diſtat ab Hadrumeto in ortum.

Aphrodiſium, *Achatou*, teſte Luſign. opp. Cypri, in Ptol.
ora ad ort. & Bor. à Salamina 9. mill. paſſ. inter Carpaſium & Ceraunium urbes.

¶ Aphrodiſium, Cypri oppid. diſtat à Salamina 24. m. paſſ. in Boream, & nunc in vicum redactum eſt.

Aphrodiſium item, templum Veneris, Venus Pyre- Ptol.
naea Strab., & Plin. Portus Veneris Melae, prom. cum opp. olim ejuſdem nominis in ora Hiſp. citer. in Gall. Narbonenſ. conf. apud Caucoliberim oppid. hodie *Capo de Creuz*, teſte Floriano, à Narbone 16. leuc. Hiſp. in merid. à Pyrene prom. adverſo ad occ. 68. in ort.

¶ Aphrodiſium promont. *Cap. de Creuz*, tribus leuc. diſtat à Rhodis in ortum, 6. à Caucoliberi in Eurum, & decem à Gerunda in Caeciam; eſtque in confinio Cataloniae prov. prope montes Antipyrenaeos. Differt autem à Portu Veneris, qui vulgò *Port Vendres* dicitur; eſtque capaciſſimus juxta Caucoliberim, in Ruſcinonenſi Comitatu, & ditione Regis Franciae, 5. leucis ab Aphrodiſio promont. in Circium & 3. ab Helena in ortum.

Ptol. Aphrodites inſ. gemina, una Cyrenaicæ, altera Ægypti. Vide Læa.

P. Dia. Apianum, *Aviano*, & *Heppen* Germanis, caſtrum Tridentinorum, apud Atheſim fluv. in via Tridento Veronam eunti occurrens.

¶ Apicium, *Apice*, opp. regni Neapol. ad fluv. Calorem, in Principatu ulteriori. Diſtat à Benevento 7. mill. paſſ. in orientem, & totidem ab Ariano in occidentem, pauciſque conſtat incolis.

Strab. Pauſ. Apidanus, *Pidanemo*, Soph. interpr. fluv. Theſſaliæ, qui ex Bormio mont. in Penetum, accepto Enipeo fluv. ejuſdem tractus, delabitur, Gomphos, non longè oriens, & Pharſalum præterfluit. Hic velociſſimus eſt, in Peneum, acceptis Enipeo, Melace, & Phoenice, labens. Ejus mem. Luc. lib. 6.

Appidanus, nunquamque celer, niſi miſtus, Enipeus,

¶ Apidanus fluv. in Peneum fluv. ſe exonerat ſupra Lariſſam, & *Epideno* nunc vulgò dicitur.

Plin. Apina urbs fuit Apuliæ Dauniæ, quam Diomedes unà cum Trica in ea loca veniens, deleta gente Monadorum & Dardorum; ædificavit: quas duas urbes everſas in proverbii ludicrum vertere dicentes *Tricę & Apinæ*, ut Plin. lib. 3. c. 11. auctor eſt: quo adagio res inutiles & nugatorias ſignificamus, uti apud Martial. l. 14.

Sunt Apinę, Tricæque, & ſi quid vilius iſtis.

Apinæ enim & Tricæ, numer. plur. res futiles dicuntur.

Plin. Apollinarium, opp. olim Alebeceriorum, in Gall. Narbonenſ. cujus locus hodie *le Buys*, in Provincia; dici putatur.

¶ Apollinarium in Mimeniis, ſeu Reii Apollinarii Albicorum, qui & Alebeceri dicebantur, nunc eſt *Rieb*, urbs epiſcop. Galliæ, in Provincia, inter Aquas Sextias & Sanitium; & 12. leucis diſtat ab oppid. *le Buys* in Eurum. Vide Reii.

Vet. Inſc. Apolliniacum, *Pollignac*, ſive *Solignac*, opp. ſive caſt. Gall. in finibus Velaunorum, apud Podium urbem in monte.

¶ Apolliniacum vulgò *Polignac* dicitur, prope Podium, in Velaunis. Vide Podomniacum.

Ant. Ptol. Apollinis urbs magna, *Munſia*, teſte Jo. Leone Afric. urbs Ægypti, ad Nilum, Latopoli proxima, à Thebis 80. mill. paſſ. in Bor. Latopolim versùs, pulchra, linoque abundans.

Ptol. Apollinis fanum, *Tamaclati* hodie, teſte Molet. opp. Africæ littor. Tabrachæ urbi propinquum, ab ea in ort. Uticam versùs recedens.

Liv. Ptol. Apollinis promontorium, Apollonium Strab. *Capo Raſamuzar*, teſte Mercat. promont. Africæ, inter Uticam & Apollinis fanum ad occaſ. contra Sardiniam porrectum. Alterum in Mauritan. Cæſarienſ. *Capo di Tenes*, teſte Molet. & Thev. inter Juliam Cæſaream & Quizam ad occ.

¶ Apollinis prom. quod *Cap. de Tenes* vulgò dicitur, eſt in ora marit. Barbarię, & regni Algerii, a qua diſtat 35. leuc. in occaſ. & ſic dicitur à Teneſa urbe in viciniis.

Liv. Ptol. Apollonia, *Pollina*, *Piergo*, & *Siſſopoli*, urbs Maced. marit. ad occaſ. epiſc. olim, nunc metrop. inter Dyrrachium 35. & Aulonem 25. mill. paſſ. diſtans, à littore 7. à Scampe 75. ubi Octavianus litteris operam dabat, quando Cæſ. Romæ interfectus eſt: juxta quam Æas fluv. 10. ſtad. decurrit.

¶ Apollonia nunc *Piergo* vulgò dicitur: eſtque in regno Albaniæ, à paucis habitata. Diſtat 35. milliar. a Dyrrachio in auſtrum, & tot ferè a Scampe in occaſ.

Ptol. Steph. Apollonia altera, urbs Macedon. mediterr. in Mygdonia reg. archiep. poſtea Serræ dicta, *Seres*, teſte Nigro, inter Theſſalonicam & Amphipolim in Cæc. Philippos versùs 30. mill. paſſ. quam alii ſcribunt interiiſſe, Serraſque ſuffectas.

¶ Apollonia ſedet ad fluv. Echedoram, 25. milliar. à Theſſalonica versùs Circium, 70. autem ab Amphipoli in occaſum, & 100. milliar. circiter à Philippis.

Plin. Apollonia tertia in Maced. in mont. Atho ſita eſt, *Bolina*, ſive *Pollina*, & al. *Eriſſo* dicta, urbs epiſc. ſub Archiepiſc. Theſſalonicenſi.

¶ Apollonia hęc tertia ad fluv. Chabrium jacet; ſed paucis conſtat incolis. *Eriſſo* dicitur Brietio & aliis; eſtque inter Theſſalonicam & Amphipolim.

Strab. Plin. & al. Apollonia quoque urbs archiep. Thraciæ, in ora maris Euxini, in parva inſula, quæ Apolloniatarum nominatur, apud Halmydeſſum, ſeu Salmydeſſum, inter os Ponti & Calatin in Bor. diſtantem 88. mill. paſſ. *Siſſolopi*, teſte Nigro & *Pollina*, teſte Plin.

¶ Apollonia magna dicta fuit a Pompejo, eratque in Cœnica regione Thraciae, 20. milliar. ab Anchialo in auſtr. Nunc ferè in ruinis jacet, & *Siſſopoli* dicitur.

Plin. Plin. Steph. Apollonia item urbs Myſiæ Aſianæ mediterr. ad Rhyndacum fluv. *Lupadi*, ut aliquibus videtur, in colle inter Pergamum & Sardes 30. ſtad. ſita, epiſc. ſub Archiepiſc. Sardiano.

¶ Apollonia Myſiæ vix 15. milliar. diſtat ab Hermo fluv. & in confinio Lydiæ, longè autem à Rhyndaco flu.

Ptol. Mel. & al. Apollonia demum urbs olim epiſc. Cyrenaicæ marit. à Phyconte prom. 22. mill. paſſ. in ort. diſtans, totidem ferè à Cyrenis, *Bonandrea* hodie.

¶ Apollonia Cyrenaicæ portu gaudet utcunque capaci; ipſa autem paucis conſtat incolis, in reg. Barcæ, & ab Arab. *Bondarea* dicitur. A Cirene diſtat circiter 35. milliaribus in ortum æſtivum.

Diod. Steph. Apollonia etiam fuit opp. Siciliæ, Leontinis finitimum, quod Apollonienſis urbs à Cic. nominatur, prorsùs extinctum, locus *Pollina* dicitur.

Apollonia item urbs Bithyniæ epiſc. ſub Archiep. Nicomediæ, & alia urbs Cariæ, epiſc. ſub Archiep. Stauropol. Quarum in lib. Conc. fit mentio.

¶ Apollonia Bithyniæ erat in confinio Myſiæ, & 12. mill. paſſ. diſtabat à Propontide in auſt. & totidem à Cyzico urb. ad Rhindacum fluv. Apollonia autem Cariæ erat prope Lyciam interiorem, inter Alabandam & Cabiram urbes, & vix ejus apparent veſtigia, teſte a Via.

¶ Apollonia item urbs Syrię, ad radices Caſſii montis. 14. mill. diſtat ab Apamea in occaſum, 40. autem ab Antiochia in auſtrum.

Apolloniates, pop. Aſſyriæ, ubi Apollonia Sittacina, quę Antiochia Plinio, urbs ad Gorgem fluv. qui paulo infrà cadit in Tigrim, Philippo à Via teſte.

¶ Apollonia, *Apollonia*, prom. Africæ in ora meridionali Guineæ, 5. leucis diſtat a caſtro *Axiem* in occaſum, prope oſtia fluv. *Mancu*, & 20. circiter leucis ab arce S. Georgii de Mina.

Luc. Mart. Aponus, *Abano*, vicus cum fonte & balneis, in agro Patavino, ubi T. Liv. Hiſtoricus ortus traditur, à Patavio 5. mill. paſſ. Euganeos colles versùs. De balneis Claudian. ſic in epigram.

Felices, proprium qui te meruere, coloni;
Fas quibus eſt Aponum juris habere ſui.

¶ Apotevizza, *Apotevitz*, opp. Sclavoniæ, in regno Hungariæ, non longe à Dravo fluv. in Riſienſi Comitatu. Vix una leuca diſtat à Copranitio, in occaſ. intra montes.

¶ Appamiæ, *Pamiers*, urbs Galliae. Vide Pamæa.

Lib. Prov. Appencenſium urbs, *Gap*, urbs epiſc. Gall. Narbon. in Delphinatu ſub Archiep. Ebrodunenſi, inde 7. leucis diſtans. Vide Vapingum.

Ptol. Apphana, inſula ſinus Perſici, ceteris inſ. ejuſdem ſin. occidentalior, prout à Ptol. deſcribitur. Fortè *Quetumi* hodie.

¶ Apphana eſt forſan inſula *Queximi*, in littore Arabiæ, 40. leucis à Balſera urbe in meridiem. Dicitur etiam Aphana.

Liv. & al Appia via ab urbe Roma per Capuam Brunduſium uſque perducebatur, 330. ſeu 350. mill. paſſ. longa, in quam Latina & aliæ viæ incidebant. Cujus magna pars adhuc lapidibus ſtrata conſpicitur. De ea Stat. ſyv. lib. 2

Appia longarum teritur regina viarum.

Strab. Thuc. & al. Cic. Appidanus, fluv. Theſſaliæ, Phthiam urbem alluens, & in Peneum labens, *Pidanemo*. Vide Apidanus.

Appii Forum. Vide Forum Appii, urbs Latii exciſa, in via Appia occurrens, inter Privernum & Terracinam. Apulus apud Hor. lib. 3. carm. ode 4.

Me fabuloſæ Vulture in Appulo.

Vide Apulus in Apulia.

¶ Appledora, *Appledore*, oppid. Angliæ, in Cantio prov. ad Rotherum fluv. 5. milliar. Anglicis diſtat à Ripa in Boream, 16. à Cantuaria in meridiem, & totidem à Dovera in Africum, Speedo teſte.

Plin. Juſtin. & al. Apros col. Apri Ptol. *Aprio*, urbs Thraciæ Archiep. mediterr. inter Philippos urbem Maced. 187. & Byzantium 120. mill. paſſ. inter Trajanopolim ad occaſ. & Reſiſtum ad ortum ad 24. mill. ſita, à Cypſella duplo diſtans, à Theodoſio Imperat. inſtaurata, & Theodoſiopolis dicta.

¶ Aproſitos, ſeu Aproſita, id eſt, inacceſſibilis inſula, quibuſdam *Lanzarotta*, una ex Canariis inſ. in mari Atlantico. Aliis autem eſt *Porto Santo* inſ. prope Maderam, ad 25. leucas in Cæciam, ſub Luſitanis. Sanſoni autem eſt *Isla de San Borondon*, quæ àliàs Ombrio dicta fuit, &

quæ

quaè hodie etiam ab Hiſpanis perſaepe *l'incamada e la non tronada* dicitur.

¶ Aprus, amnis Poloniae, *wieprz*, in Viſtulam cadens, in confinio Poloniae & Sileſiae, Cluverio teſte.

Plin. ¶ Apruſa, *Pluſa*, fluviol. Gall. togatae, viam Æmiliam ſecans, apud Savinianum opp. inter Caeſenam & Ariminum, ac in mare Hadriaticum deſinens.

¶ Aprusia amnis in Adriaticum influit ſimul cum Rubicone in Romandiola, 5. milliar. à Cervia in ortum.

Plin. Apruſtum, Abyſtrum Ptol. opp. Brutiorum, in Calab. citer. quod *Caſtrovillari* nunc dicitur, teſte Barrio, a Coſano 6. mill. paſſ. à Balbia 7. à Beſidiano 22. in occ. Al. eſt *Vernicario* oppidulum, Caſtrovillario & Murano proximum. Albyſtrum verò, teſte eodem Barrio, diverſum ab Apruſto, *Urſimarſo*, opp. ejuſdem Calabriae, à Talao ſeu Scalea 8. à Cerilli 20. ab Argentano 30. Sed Abyſtrum erat in mag. Graecia, apud Petiliam, ex Ptol. deſcript.

¶ Apruſtum aliis eſt *Aprigliano*, vicus in Calabria cit. ſex mill. paſſ. diſtans à Conſentia in orientem.

¶ Aprutium, *Abruzzo*, Gallis *l'Abruſſe*, Italiae provincia, in regno Neapol., ubi aliàs Veſtini, Marrucini, Frentani, Peligni, & Marſi populi, teſtibus Brietio, Sanſone, & aliis. Nunc duplex eſt, nempe Aprutium citerius & ulterius. Terminos habet a Septentrione Marchiam Anconitanam & Umbriam, ab Oriente mare Adriaticum, à Meridie Comitatum Molicinum, & ab Occidente Campaniam Romanam, & terram Laboris; eſtque regio fertilis & abundans. Aprutii ulterioris caput eſt Aquila, quae totius Aprutii primaria, facilè citerioris autem eſt Anxanum.

¶ Aprutium, ſeu Aprutina civitas, quae aliter Theramum dicitur, *Teramo* vulgò, urbs Aprutii ulter. in regno Neapol. Hinc epiſcopus Aprutinus in Provinc. Romana, Vide Interamnia & Theramum.

Ptol. Apſalus, *Preſpa*, Mol. opp. Macedoniae mediterr. Europo & Hormae oppidis finitimum.

Arria Apſarus, Abſarum & Abſarus Plin. Apſorus Ptol. oppid. cum fluv. Cappadociae, in Colchidis confin. inter Trapezuntem 150. & Phaſim urbem Colchorum in Bor. 75. mill. paſſ. *Arcani* nunc dici putatur, teſte Molet. Ortum habet ex Pariedris montibus Arm. majoris, teſte Plin.

Caeſ. Luc. Strab. Apſus, *Aſpro*, al. *Ureo*, fluv. Maced. in mare Jonium inter Dyrrachium & Apolloniam decurrens, Genuſo vicinus. Cujus mem. Luc. lib. 5.

Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus.

¶ Apſus fluvius ab aliis *Spirnaza* dicitur, Brietio teſte & aliis: & in mare Adriaticum ſe exonerat 18. mill. ab Apollonia in Boream. Aliàs etiam Thapſus dicebatur.

Plin. Apta Julia, *Apte*, *Atte*, & *Xat*, (variè enim profertur) urbs Gall. Narbonſ. epiſc. ſub Archiep. Aquenſi, inde 9. leuc. Cabellioni propior 5. leuc. diſtans, ab Avenione 10. in ort.

¶ Apta Julia, ſeu Apta, *Apt*, urbs eſt Provinciae, ad Calevonem fluv. prope montes, ubi ſervatur corpus S. Annae. Urbs eſt parva, & 80. leucis diſtat à Cabellione, 6. autem à Carpentoracte in Eurum.

Suid. Euſeb. Aptera, Apteria Ptol. Apteron Plin. *Atteria* in tab. recent. & al. *Paleocaſtro*, opp. Cretae mediter. à Cydonia 80. ſtad. in auſtr.

Ptol. Aptuchi fanum, Aptungis apud D. Auguſtinum, urbs Cyrenaicae, in reg. Pentapolitana, *Lungifarie* incolis, ut Lud. Marmol. ſcribit.

Cato. Vet. Inſ. Apua, *Pontremoli*, teſte Juſtiniano cum al. opp. Liguriae, in Tuſciae conf. amplum, ad Macram flu. intra montes, qui Apuani dicuntur, à Luna urbe exciſa 25. mill. paſſ. in Bor. quot ferè à Bardo. Pop. Apuani Liv. Ibi carmen vetuſtum in vet. inſcript.

Apua ſum magno quondam celebrata Catone.

¶ Apua, *Pontremoli*, ſubeſt magno Ducis Hetruriae, qui illud opp. redemit ab Hiſpanis paucis abhinc annis. Eſt valde munitum; eratque priùs feudum Ducatus Mediol. Diſtat 5. milliar. à fontibus Magrae, & vix quatuor ab Apennino monte, & confinio Ducatus Parmenſis, 15. autem à Bruneto in orientem aeſtivum.

¶ Apui, *Apuyes*, pop. Americae, in Braſilia mediterranea, verſùs fontes & praefecturam fluv. Jannarii, Laetio teſte, & aliis.

Plin. Ptol. & al. Apulia Daunia, *Puglia piana*, & *Capitanata*, reg. Italiae, in regno Neapolit. inter Tiphernum ſeu Phiternum fluv. à Frentanis in occaſ. ſeparantem, & Aufidum ad ort. ab altera Apulia dividentem, in qua Garganus mons & Sipontum metrop.

¶ Apulia Daunia, antea *Puglia piana*, nunc *Capitanata* dicitur. Errant qui eam Meſſapiam dictam fuiſſe arbitrantur. Regio eſt fertilis admodum, ſed multis in locis incolis caret. Vide Capitanata.

Apulia Peucetia, *Terra di Barri*, & *Puglia*, altera reg. Italiae, à Daunia Aufido fluv. diviſa in ort. vergens, ubi Salentini ſubſequuntur. In ea Barium metropol. à quo hodie regioni nomen eſt. Pop. Peucetii, & Pediculi Plin. Utraque inter Apenninum mont. ad merid. & mare Adriaticum ad Bor. perſtringitur. Hujus mem. Hor. lib. 1. ſerm. ſat. 5. *Plin. Liv. & al.*

Incipit ex illo montes Apulia notos
Oſtentare mihi.

Hinc Apulus, & Apuli pop.

Urbes Apuliae Dauniae.

Apeneſtae	Teanum.
Arpi	Salapiae.

Urbes Apuliae Peucetiae.

Canuſium.	Barium.
Erdonium.	Egnatia.
Nuceria Apulorum.	Venuſia.

¶ Apulia Peucetia, ultra terram, ſeu provinciam Barianam, continet etiam partem Baſilicatae prov. & ea ſimul cum Apulia Daunia, vulgò adhuc *la Puglia* ab Italis, & *la Pouille* à Gallis dicitur; eſtque ex praecipuis regni Neapolitani partibus, & alias Ducatus titulo nobilis. Nunc paſcuis laetiſſima eſt.

¶ Apuliae urbes hujus temporis.

Andria, *Andria*,	Gravina, *Gravina*.
Aſculum Apulum, *Aſcoli*.	Luceria, *Luceria*.
	Manfredonia, *Manfredonia*.
Barium, *Bari*.	
Barulum, *Barleta*.	Tranum, *Trani*.
Bituntum, *Bitonto*.	Troja, *Troja*.
Bovinum, *Bovino*.	Venuſia, *Venoſa*.

Apulum, *Alba Giulia*, ex antiq. inſcript. urbs epiſcop. Daciae ſub Archiep. Colocenſi, Tranſſylvaniae regia, inter Claudiopolim & Cibinium ad 7. leuc. diſſita. Vide Alba Julia. *Ptol.*

¶ Apurima, *Apurima*, fluv. Americae merid. in Peruvia. Fontes habet in Parinacochae tractu, ad pedes Andium montium, alluitque territorium Cuſci; & poſt curſum 60. leucarum Hiſpanic. in fluv. Xauxam ſeu Maranionem ſe exonerat inter Abancayum & Incayum fluv.

¶ Apurvvaca, *Apurvvaca*, qui & Capervvaca quibuſdam, fluv. Americae meridion. in Guajana prov. ex praecipuis illius tractus. Oritur ex montibus ſupra lacum Harritianorum, per quem labitur; & deinde poſt longum curſum in Oceanum Borealem ſe exonerat, 25. leucis ab inſula Cajena in ortum, Joanne Laetio teſte, & aliis. A quibuſdam etiam hic fluvius *Pirague* dicitur.

Aquaperſa, *Aigueperſe*, oppid. Galliae, caput Delphinatus Averniae. 5. leucis diſtat à Claromonte in Boream, à Montepenſierio autem una leuca tantùm in auſtrum, ad amnem Buronium, & in eo tractu qui vulgò *la Limaigne* dicitur.

Aquae, quae & caſtellum aquarum à Tac. dicuntur, *Baden*, urbs Helvetiorum, inter Tigurum & Aquas duras Baſileam verſùs 2. leuc. Helvet. occurrens: ubi ſolent generalia regionis homitia haberi. Appellantur & thermae ſuperiores, ad alterius urbis Germ. in Sylva nigra diſcrimen, quae thermae inferiores à Latinis dicitur, vulgò etiam *Baden*. Vide Thermae. *Anti. Inſcr.*

¶ Aquae Helvetiorum, vulgò *Baden*, oppid. eſt ad Limagum fluvium, qui paulò infrà cadit in Arolam. Oppidum autem Germaniae, verſùs Sylvam nigram, quod etiam *Baden* dicitur, ab aliis *Oberbaden* etiam vocatur, non procul à Rheno fluv.

Aquae item opp. Pannoniae ſuper. in Stiriae confin. inter Vindobonam & Scarabantiam occurrens, vulgò *Furſtenfeld*, inter Bolentium, ſeu Rachelsburgum, & Sabariam in Caec. 6. leuc. Hungar. à Sopronio 8. in auſtrum verſùs Caniſiam 5. *Vet. Inſcr.*

¶ Aquae Pannoniae, teſte Cluverio, eſt *Baden* oppidul. in Auſtria, 3. leucis a Vienna in auſtrum, ad radices montium.

Aquae Albenſes, urbs Mauritaniae Sitifenſis, in Africa, epiſcopalis.

Aquae Apollinares, locus erat Etruriae, inter urbem Romam 34. & Coſas urbem exciſam apud mont. Argentarium 27. mill. paſſ. *Ant.*

Aquae Auguſtae, quae & Tarbellicae, *Acs*, teſte Vineto, vel *Dax*, urbs Gall. Aquit. epiſcop. ſub Archiepiſc. *Ptol.*

Auxi-

Auxitano, à Bajona urb. poſtrema Gall. in Hiſp. conf. 7. leuc. Auſcos verſùs, à Burdigala 26. in auſtr. Sunt qui Aquas Auguſtas ipſam Bajonam vocent. Sed Vineto magis fidendum in ea reg. educato.

¶ Aquæ Auguſtæ, ſeu Tarbellicę, Scaligero & Vineto eſt *Acqs*, urbs ad Aturrum fluv. vix 5. leucis ab ora littorali Oceani in ortum, 12. autem ab Olorone in Boream, quę ab aliis Taſta dicitur. Sanſoni autem eſt Bajona, urbs ampla Aquitanię, ad oſtia Aturi. Vide Bajona.

Ant. Aquę Baliſſę, *Selle*, teſte Laz. oppid. Hungariae, in Pannon. infer. à Quinque Eccleſiis 5. leuc. Hungar. diſtans in occ.

Aquae Bigerronum eaedem cum Tarbellicis putantur.

¶ Aquae Bigerronum, hodie *Bagneres*, differunt à Tarbellicis. Vide Aquenſis vicus.

Ant. Aquae Bilbilitanorum, *Bannos de Alhama*, locus Hiſp. Tarracon. agri Bilbilitani, in regno Aragonio. Sic interpr. Gaſp. Varrerius.

Varr. Aquae Calidae, non Cajae, ut ſcribit Ortel. cum Leandro, thermae in Thuſcia apud Viterbium. inde ad 3. mill. paſſ. Phiſconem verſùs. Bajae Strab. & Tibull. *Bagni di Ballicano*.

Ptol. Aquae calidae, Aquae Celinae Anton. Amphilochia Strab. Auria in lib. Conc. *Orenſe*, urbs Hiſp. Tarrac. in Gallaecia, epiſc. ſub Archiep. Compoſtellano, inde 18. leuc. quot à Luco in auſtr. Tyden verſùs 8. ad Minium fluv. Potiùs Aquae calidae ſunt *Aigues caldes*.

¶ Aquae calidae Cilinorum quibuſdam ſunt Bajona, urbs Gallaeciae in ora occident. verſùs oſtia Minii fluv. Sed quo auctore, neſcio.

¶ Aquae calidae etiam opp. eſt Hiſp. Tarraconenſ. in Auſetanis, prope Gerundam urbem, quòd vulgò *Bagnoles* dicitur, vix 3. leucis à Gerunda in Boream.

Ptol. Aquae calidae etiam in Britannia, quae & Aquae ſolis, & Bathonia, urbs epiſc. Angliae.

Ant. Aquae Convenarum, *Bagneres*, opp. Aquitan. in finib. Convenarum, nunc in Com. Bigerronum, inter Tarbam & Erpaunum 2. leuc. ab Olorona 2. in Bor.

¶ Aquae Convenarum nunc forſan, & meliùs, vicus *Bagneres* vulgò dictus, ad radices Pyrenęorum, in valle Arbuſia, non longè à Garumnae fontibus, 2, leucis à fano S. Beati in auſtr. 3. autem à Viella urbecula Aragoniae.

Steph. Plin. Dion. & al. Aquae Cutiliae, *Lago di Contigliano*, lacus Sabinorum, in agro Reatino. Aquae Sabinae etiam dictae, & Strab. Cotiſcoliae.

Aquae Flaviae, *Chiaves*, opp. Hiſpan. in Bracarum & Callaicorum confin. oppid. amplum regni Portugallici, à Bracara Auguſta 21. leuc. paulò pluribus à Bragantia. Pop. Aquiflavienſes. A Tito & Veſpaſiano nomen habent.

¶ Aquae Flaviae opp. ad fluv. Tamacam ſedet, & una leuca tantum diſtat à confinio Gallaeciae, decem leucis a Bragantia in occaſum, 15. autem à Bracara in ortum; eſtque in prov. Portugalliae, quae intra montes dicitur, & ad radices montium. A quibuſdam etiam Aquae Leę dictum fuit.

P. Diac. Aquae Gradatae, *S. Cantiano*, pag. ſeu vicus Carnorum, apud Aquilejam, ab ea 3. mill. paſſ. ubi S. Chryſogonus pro Chriſto D. capite plexus eſt.

¶ Aquae Gradatae vicus ad Sontium fluv. ſedet, 4. milliaribus ab Aquileja in ortum, in ea parte Fori Julii, quae ſubeſt dominio Imperatoris, prope oram littoream maris Adriatici.

Ant. Aquae Grani. Vide Aquiſgranum.

Aquae Larodae in p. c. Vide Thermae.

¶ Aquae Lupiae, Guadaloupe, *ſeu* Gardeloupe, inſ. Americae ſeptentr. & una ex Antillis, aliàs ab Hiſpan. ſic dicta, nunc ſub dominio Francorum. Vide Guadalupia.

¶ Aquae Lupiae, *Guadalupe*, vicus Hiſpan. devotione erga B. Virginem celebris, cum amne cognomine, in Extremadura, 3, leucis à Trugillo in ortum.

¶ Aquae Mattiacae, *Visbaden*, opp. Germaniae, cum titulo Comitatus, in ditione Archiep. Moguntini, & propè Moguntiam 2. leucis in Boream, a Francofurto autem 4. leucis in occaſum.

¶ Aquae mortuae, *Aigues mortes*, urbs Galliae, in Occitania, prope ſtagnum Magalonenſe, una leuca a mari diſſita, Foſſae Marianae quibuſdam, 7. leucis diſtat ab Arelate in occaſum, 5. a Monte Peſſulano in ortum, juxta Rhodani oſtia.

Plin. Aquae Patavinae, Fontes Aponi Liv. Mart. & Caſſiod. *Bagni d' Abano*, in agro Patavino. Vide Aponus.

Aquae Quintianae, opp. Hiſp. in Callaicis, quod *Aigues caldes* nonnullis eſſe videtur. Fortè illa locus eſt, qui *Ançians* vulgò dicitur. *Ptol.*

¶ Aquæ Quintianæ aliis eſt oppidul. *Sarria*, in Gallæcia, 3 leucis à Luco in merid. quod forſan melius.

Aquæ regiæ urbs fuit Africæ epiſc. ſub Archiep. Carthagin. nunc pag. *Caſal Romol* vulgò dictus, teſte Marm. inter Hadrumetum & Suffetulam 50. mill. paſſ. *Ant.*

Aquæ urbis Romæ.

Anio novus, aqua ex Aniene fluv. extracta, via Sublacenſi Romam perducta, 24. ab urbe mill. paſſ. *P. Vict.*

Anio vetus, aqua pariter ex Aniene, ſupra Tibur extracta, Romamque perducta per viam novam inter Latinam & Lavicanam.

Alſietina ab Alſio urbe.

Appia ex agro Lucullano, via Præneſtina, inter ſextum & octavum ab urbe lapidem deducebatur.

Claudia è lacu Sublacenſi 35. mill. paſſ. diſtante in urbem derivabatur: cujus aquæductus arcus propior apud hortos Placianos adhuc conſpicitur. Urbem ingrediebatur per portam, quæ nunc major appellatur, olim Eſquilina.

Julia ab Aureliano ducta in Tepulam 12. ab urbe lapide incidebat.

Martia ex lacu Fucino via Valeria deducebatur: cujus aquæductus pars apud S. Laurentium extra muros adhuc videtur.

Tepula ex agro Lucullano via Latina 12. ab urbe milliario, ubi villa Luculli erat, apud Columnam opp. exciſum, inter Tuſculum & Tibur.

Virginea, & ipſa ex agro Tuſculano via Praeneſtina, 8. mil. paſſ. ab urbe, in eam per portam Pincianam ducta, nomen ſervans, ac *di Trevi* dicta, uſui totius urbis inſerviens. Cujus mem. Ovid. lib. 1. faſt.

Hic ubi Virginea campus obitur aqua.

Harum porrò aquarum ſola Virginea perſeverat.

Aquae Sextiae, *Aix*, urbs archiep. & col. Gal. Narbon. Provinciae metrop. conventuſque juridicus, Maſſiliae finitima, ab ea 5. leuc. in Bor. diſtans, ab Arelate 12. ab Arenione 12. in ort. inter Nemauſum ad occ. 53. & Nicaeam ad Varum in ort. 73. mill. paſſ. ex Strab. *Plin. Strab. & al.*

¶ Aquae Sextiae, *Aix*, ſita eſt ad amnem *Arc*, urbs ampla, & pulchra, in planitie. Creſcit in dies; eſtque Parlamenti totius Provinciae ſedes. Diſtat autem a Nicaea ad Varum 28. circiter leuc. in occaſ.

Aquae ſolis, aquae calidae Ptol. mons Badonius, ſive Badonicus Bed. poſtea Bathonia, nunc *Bath* vulgò, & *Caer Badon* Britannicè, urb. Britanniae epiſc. ſub archiep. Cantuarienſi, in regno Angliae, inter Briſtolium 10. & Sariſburiam 25. mill. media ferè inter Gloceſtriam & Dorceſtriam, 30. mill. utrinque. *Ant.*

¶ Aquae ſolis, ſeu Bathonia a Gallis *Bathe* dicitur; eſtque in Somerſetienſi Comit. ad fluv. Avonam, 5. milliar. Anglicis diſtat à Briſtolia in ortum, & 27. a Gloceſtria in auſtrum. Sedet in planitie, & a Britannis *Yrennaint Tvvimin* dicebatur. Vide & Bathonia.

Aquae Statellae, Aquae Statyellae Plin. *Acqui*, urb. epiſcop. Liguriae, ad Bormiam fluv. in Duc. Montisferrati, ſub Archiep. Mediolanenſi ab Alexandria 15. mil. paſſ. in occ. paulò pluribus ab Aſta & Alba Pompeja, Savonam verſùs. Hic aquae calidae & ſulphureae; ad quas aegroti plures in dies confluunt, ut humores frigidos noxioſque abſumant. Popul. Statellares Liv. Statiellenſes Cic. *Strab. Plin.*

¶ Aquae Statellae, *Acqui*, urbs eſt Duc. Montisferrati, ſub Duce Mantuano, ſed malè habita & penè deſolata fuit hiſce ultimis temporibus.

Aquae Sueſſanae, Sinueſſanae Liv. Plin. & Mart. *Torre de Bagni*, thermae apud Sinueſſam urbem Campaniae exciſam, à Sueſſa 10. mill. paſſ. in ort. à Minturnis & oſtio Liris 8. al. *Acque di Mondragone* dicuntur. *Tac.*

Aquae Tarbellae, Tarbellicae Anton. quae Aquenſium civit. lib. prov. *Dax*, ſive *Aqs*, urbs epiſc. Aquit. Vide Aquae Auguſtae. *Auſo.*

Aquae Taurinae, Aquula Ptol. *Aqua pendente*, oppid. Etruriae, apud Peliam fluv. inter Senam 40. & Volſinos 10. in via quae Romam ducit. Pop. Aquenſes Plin. Vide Aculà. *Plin.*

¶ Aquae Taurinae, ſeu Acula, urbs eſt epiſc. Hetruriae, in ditione Romani Pontificis, in qua translatus epiſcop. Caſtri diruti ab Innocentio X. Vide Aquula.

Aquae Voconis, *Balneone*, ſeu *Bagno'es*, oppid. Hiſp. citer. *Anton.*

citer. in Catalaunia, teſte epiſcop. Gerundenſi, Gerundæ urb. proxim. inde 5. leucis inter Ficerias & Aulotum propiora oppida.

¶ Aquæ Voconis, ſeu Voconiæ aliis, ubi poſtea Auſa, *Vich*, urbs Hiſpan. Tarracon. in Auſetanis, 7. leucis à Gerunda in occaſum, Sanſone etiam teſte.

¶ Aqualania, *Aqualagna*, vicus Italiæ, in Ducatu Urbinatenſi; ubi victus Totila Rex Gothorum, à Narſete plagam accepit, ex qua interiit; eſtque prope fluv. Cantianum, 5. milliar. à Calio in Boream.

¶ Aquaria, *Yvoire*, oppid. Sabaudiæ, ad lacum Lemanum, in Caballiaco tractu. Vix tribus leucis diſtat a Tunonio in occaſum, & 5. ab Aquiano, 6. autem à Geneva in ortum.

¶ Aquarium, *Acquaria*, opp. Italiæ, in Friniana regione & Ducatu Mutinenſi, medicatis aquis nobile, ad Scultennam fluv. 11. milliar. diſtat à Saxulo in meridiem, uno autem à Seſtula in ſeptentrionem.

¶ Aqua ſparta, *Acqua ſparta*, oppid. Italiæ, in Umbria. Sedet in monte, & Ducatus titulo gaudet gentis Cæſiae. 12. milliar. diſtat à Spoleto in occaſum, & 4. ab Ameria in Boream.

¶ Aquatulcum, *Aquatulco*, opp. & portus Americæ ſeptentr. in nova Hiſpania, & prov. Guaxacæ, ad mare Pacificum, 34. circiter leucis Hiſpanicis ab Anticaria nova in meridiem, & 50. ab Acapulco in ortum. Paucis conſtat incolis, cum caſtro Hiſpanorum.

Lib. Conc. Aqua viva, urbs & col. Camp. Venafro urbi propinqua, opp. nunc adhuc *Aqua viva* dictum, apud Vulturnum fluv. inter Venafrum & cœnob. S. Vincentii, in Aprutii conf. ad 12. mill. paſſ.

¶ Aqua viva nunc eſt vicus prope Apenninum, & in limite Comitatus Molicini, in regno Neapol. 9. milliaribus à Venafro in Boream, 6. autem ab Eſernia, & 4. à Vulturno fluvio.

Ant. Aquaviva, ſive Aquavia, *Fuczel*, ſive *Teplicza*, teſte Laz. oppid. Pann. ſuper. in Stiriæ & Hung. conf. à Pœtovione 20. mill. paſſ. in ort.

¶ Aquaviva, *Aquaviva*, caſtrum regni Neapol. in Bariana prov. Diſtat 15. mill. paſſ. a Matera in Boream, & totidem à Bario in meridiem. Inde nomen ſumpſit familia celebris reg. Neap. ſedetque ad radices Apennini.

Plin. Aquenſes cognomine Taurini, pop. Hetruriç, quorum opp. Aquula, & Aquæ Taurinæ, inter Oropitum ad ort. & Suanam ad occ. 12. mill. paſſ.

¶ Aquenſis vicus, *Bagneres*, oppid. Galliæ, in Novempopulania, in Bigerronibus, ob aquarum ſalubrium copiam nobile, adeoque veteribus Romanis cognitum, ut patet ex antiquis inſcriptionibus, quæ etiamnum extant, teſte Stephano Baluzio. Sedet ad Aturrum fluvium; in Valle Campana, una leuca à Campano in Boream, & ferè 4. à Tarba in Auſtrum.

Pr. Aquenſium urb. *Dax*, urbs epiſc. Aquit. Vide Aquæ Tarbellicæ.

¶ Aquia, *Aqui*, prov. & opp. Japoniae, in Aſia, in ora meridion. in ea parte quae *Niphon* dicitur, inter opp. Toſmum & Jamangucium, Brietio teſte.

¶ Aquianum, *Evian*, oppid. tenue Sabaudiae, ad lacum Lemanum, in Caballiaco tractu, 5. leucis diſtat ab Aquaria in ortum, & 2. à Tunonio, 4. autem a Lauſana in meridiem.

Aquicaldenſes, pop. Hiſp. citer. quorum opp. Aquae calidae, *Caldes* vulgò, in Catalaunia, à Barcinone 4. leuc. Vicum versùs.

Ret. nſ. Aquiflavienſes, pop. Hiſp. quorum opp. Aquae Flaviae, vulgò *Chiaves*, apud Tamacam fluv.

¶ Aquigirae, *Aquigires*, pop. Americae merid. in Braſilia, versùs praefecturam Spiritus Sancti, in mediterraneis, Sanſone, Levinio, & aliis teſtibus.

Prov. Rom. Aquila, urbs epiſc. in Aprutio Veſtinorum, & totius Aprutii primaria, in mont. ad ſubterfluentem Aternum, ex ruinis Amiterni & Forconii urbium exciſarum condita, ſive Aucta, ab urbe Roma 60. mill. paſſ. à Neapoli 120. Anconam versùs ferè totidem.

Aquila vulgò etiam *l'Aquila* dicitur; eſtque ex praecipuis regni Neapolitani. Vide Amiternum.

Curopa. Aquila item, olim Calydon, urbs Ætoliae epiſcop. ſub Archiep. Naupactenſi, ad Evenum fluv. apud oſtia, vulgò *Ayton*, teſte Soph.

¶ Aquila, *l'Aigle*, opp. Franciae, in Normannia prov. ad Rillam flu. Diſtat 5. leucis a Mortania, 8. autem à Sagio. Vide ad Aquilas.

¶ Aquileburgium, Arnsbourg, arx Daniae, prope Goldingam urbem Jutiae ſeptentr. Vide Coldinga.

Aquileja, *Aquilegia*, urbs patriarch. Carnorum metrop. ad Turri & Alſae fluv. confluentiam, ab Hunnis ſub Attila Rege exciſa, quondam ex primis Italiae, ut quae, Roma excepta, primaria. Nunc jacet a paucis habitata, ad Auſtriacos Principes ſpectans: cujus Patriarcha Utini, urbi Carnorum ſub Venetis hodie primariae, inde 20. mill. paſſ. diſtanti, reſidet. Ipſa ruderibus longè latèque ſparſis, inter Concordiam quoque exciſam ad occ. & Tergeſtum in ort. 30. mill. plus minùs diſtidet, *Aglon*, & *Alar* Germanis dicta. De ea Auſon. in Catal. urbium: Cic. Plin. Liv. & al.

Nona inter claras Aquileja cieberis urbes.

¶ Aquileja, *Aquileja*, Gallis *Aquilee*, alias erat perampla; ſed ab Attila anno 452. & deinde a Longobardis anno 590. incenſa & devaſtata fuit, & poſtea a Popone Patriarcha reaedificata. Antiquitus ſub ditione temporali Patriarchae, poſtea ab Archiducibus Auſtriae occupata, & adhunc uſque diem in eorum poteſtate remanet; ſed muris ſpoliata, & ob aeris inclementiam ita inhabitabilis reddita, ut 35, focularia vix complectatur, cum paucis incolis, qui ibi tantùm remanent hiberno tempore, exceptis piſcatoribus aliquot. Vix diſtat 9. milliar. ab ora littorali maris Adriatici in Boream; eſtque media ferme inter Palmam & Gradum.

Aquilonia urbs fuit Samnii olim, urbs epiſc. Hirpinorum, in regno Neapolit. quam variè indigitant. Aliis eſt *Agnone* opp. in Aprutio; aliis *Anglona* urbs exciſa in Lucania, Celſo Cittadino *Lecedogna* urbs epiſc. Hirpinorum ſub Archiep. Compſano. Sed ſitus repugnat. Nam ex Liv. locus Aquiloniae erat inter Beneventum & Luceriam. Laquedonia verò Melphi, & Mont. Viridi proxima eſt, Biſaciae propior ad 3. mill. paſſ. Aquilonia autem à Benevento 30. mill. paſſ. diſtabat, ab Æcis 10. Quare illam prorsùs extinctam cùm Volaterrano putamus. Pop. Aquiloni Plin. Liv. Plin. Ptol.

¶ Aquilonia, Brietio eſt *Carbonara*, vicus regni Neap. in Principatu ulteriori, inter Laquedoniam & Montem Viridem, juxta Aufidum fluvium.

¶ Aquilonium, *Aiguillon*, opp. Galliae, in Aquitania, ad Garumnam fluv. ubi recipit Lotium in Aginnenſi tractu, 4. leucis infra Aginnum. Vide Aguillionum.

Aquilunda, *Aquilonda*, lacus Africae, in regno Congi, versùs Orientem & terminos Abyſſiniae, cum multis inſulis. Ex eo profluit fluvius Dandus, & ab Europaeis *Lago di Quilunda* dicitur.

Aquincum, ſive Acincum, *Cepol*, teſte Laz. opp. Hung. in Pann. infer. ad Danubium fluv. apud Budam, ab ea in auſtr. 2. leuc. Hung. diſtans. Ptol. Ant.

¶ Aquincum, Cluverio teſte, eſt Buda, *Offen*, ad Danubium, Hungariae caput, & primaria: quod etiam probat Brietius ex Lazio. Vide Buda.

Aquinum, *Aquino*, urbs epiſc. & col. Latii, apud fines Samnitium exciſa, ad reg. Neapol. ſpectans, cis Caſinum 5. mill. paſſ. cujus Epiſcopus in Pontecurvo opp. finitimo reſidet. Raros habet incolas, à Conrado Imperat. everſa. D. Thomam Doctorem Eccleſ. celeberrimum protulit. De eo Sil. lib. 8. Cic. Tac. & al.

Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.

¶ Aquinum, *Aquin* Gallis, ſita eſt in regno Neapolit. & in prov. Terrae Laboris, non longe a Liri fluv. & 5. milliar. tantum a confinio ditionis Pontificiae; eſtque ſub dominio civili Ducis Sorae.

Aquiſgranum, Vetera Ptol. & Anton. Thermae grani Rheginoni, cui etiam Aquae, *Aken*, & *Aquiſgrana* Italis, urbs Germ. infer. libera, ac ex primis Belgii, inter Coloniam Agripp. 10. & Leodium in occ. 6. leuc. a Juliaco 4. Nomen habere traditur a Grano, Neronis fratre, illius conditore. Recent.

¶ Aquiſgranum urbs eſt ampla & libera Germaniae Ciſrhenanae, non autem Belgii, quae *Ach* Germanis. *Aken* Flandris, *Aix la Chapelle* Gal. dicitur. Olim claruit palatio, ut & nunc tumulo S. Caroli Magni, qui illic obiit, & illam ab Attila deſolatam reſtauravit. Capta fuit ab Hiſp. ſub Spinula 1624. ſed poſtea reddita. Incendio penè tota conflagravit anno 1656. Sita eſt intra limites Ducatus Juliacenſis, & in confinio Ducat. Limburgenſis, ſub clientela Ducis Juliacenſis. Sed eam à Grano quodam fratre Neronis conditam fuiſſe commentum puto: celebris eſt pace ibi facta anno 1668. inter Reges Galliae & Hiſpaniae.

Aquita, *Aquita*, prov. inſ. Japoniae, versùs Septentr. in Aſia. Urbem habet cognom. in ora littorali, pro fretum

San-

Sangar, in ea parte quæ *Niphon* vulgò dicitur ; eſtque parva, & ad pedes montium, Brietio teſte.

Cæſ. Plin. Strab. & al. Aquitania, quæ & Aremorica Plin. *Guienne*, (tametſi latiùs patet Aquitania quàm Guienna) una ex 4. Gall. partibus: quæ apud Cæſ. Garumna, montibus Pyrenæis & Oceano definitur. Apud Plin. Ptol. & alios longè major, in duas Garumna fluv. diſtincta ; quarum quæ cis Garumnam eſt parte ad occ. *Guienne* dicitur, in qua Burdigala metrop. eſt. Reliquum in tot ferè regiones quot ſunt civitates dividitur. Continet enim Santonas, Pictavos, Lemovices, Petrocorios, Cadurcos, Ruthenos, Arvernos, & alios. Quæ trans flumen Garumnam eſt, magna ex parte *Gaſcogne* dicitur, & *Bearn*, juxta Hiſpan. limites. Vaſconia autem, quæ à Vaſconibus Hiſp. pop. trans mont. Pyrenæos nomen accepit, Novem populonia, teſte Plin. nominata fuit. Pop. Aquitani. Inde Aquitanicus nom. gent. Auſon. in cat. urb.

Interiuſque premunt Aquitanica rura Gebenna.

¶ Aquitania aliàs ampliſſimam partem Galliæ complectebatur ſub Romanis, uti & ſub prima Regum Franciæ proſapia, nempe totam illam regionem, quæ a Ligeri fluvio ad Pyrenæos & Oceanum extenditur. Nunc autem ſtrictiùs ſumitur, & vulgò *Guienne*, ſeu etiam *Guaſcogne* dicitur, & a Garumna fluvio bipartitur; ſed de ejus terminis non eſt facilè ſtatuere. Ipſius partes nunc ſunt provinciæ Aginnenſis, Arminiacenſis, Benearnenſis, Bigerrenſis, Condomenſis, Convenenſis, Lemovicenſis, Petrocorienſis, Burdegalenſis, quæ & Guienna propria, Rutenenſis, Santonenſis, Vaſatenſis, & Vaſconia propria.

¶ Aquitaniæ urbes primariæ hujus temporis.

Aginnum, *Agen*.	Fanum S. Licerii, *S. Licer*,
Aquæ, *Acqs*.	Lactorium, *Lectoure*.
Aturrus, *Aire*.	Laſcurris, Laſcar.
Auſcii, *Auſch*,	Lombarium, *Lombez*.
Bajona, *Bajone*.	Oloro, *Oleron*.
Bergeracum, *Bergerac*.	Palum, *Pau*.
Blavia, *Blaye*.	Petrocorium, *Perigueux*.
Briva, *Brive*.	Ruthena, *Rodez*.
Burdegala, totius Aquitaniæ facilè primaria,	Santones, *Saintes*.
	Sarlatum, *Sarlat*.
Bordeaux.	Tutela, *Tulles*.
Cadurcum, *Cahors*.	Vabræ, *Vabres*.
Condomum, *Condom*.	Vaſatum, *Baſas*.

Ptol. Aquula, Aquæ Taurinæ Plin. oppid. Hetruriæ, apud Peliam fluvium, media ferè inter Suanam ad occ. & Oropitum ad ortum 12. mill. paſſ. utrinque, vulgò *Acqua pendente*.

¶ Aquula, ſeu Acula, *Aquapendente*, urbs eſt epiſcopalis facta ab Innocentio Decimo, loco Caſtri diruti ; eſtque in Clivo & ſat ampla, ſed paucis conſtat incolis, prope Peliam fluv. qui ibi jungitur ponte pulcherrimo Gregoriano dicto. 5. milliar. diſtat a confinio Senenſis ditionis, & 6. à Vulſinienſi lacu. Paret Summo Pontifici.

Vet. Trad. Ara Cæſaris, *Arſago*, pag. Inſubriæ, in agro Mediolanenſi, apud Curiam pictam, à Mediolano 10. mill. paſſ. inter Albiarum & Saronum.

Ant. Ara lapidea, Arlapa Lib. Not. *Pechlarn* Laz. interpr. opp. Norici, ad Danubium, in Auſtria, apud Medelicum opp. 1. leuc. ab eo in occ. diſtans, medium ferè inter Viennam ad ortum, & Lentiam ad occaſ. utrinque 12. circiter leuc.

¶ Ara lapidea dicitur & melius Arelape & Arlape. Vide ibi.

Juven. Ara Lugdunenſis, *Ainay*, cœnobium prope Lugdunum, Ad Araris cum Rhodano confluentiam. Mem. Juvenal. ſat. 1.

Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

¶ Ara Lugdunenſis dicitur aliter Athanacum ; eſtque Abbatia prædives intra muros Lugduni.

Ptol. Ara Tutila, *Calonica*, teſte Molet. opp. olim, nunc pag. Corſicæ, in ora ad ort. apud Marianam urb. exciſam, Aleriam verſùs.

¶ Ara Tutila eſt inter Aleriam & marianam medio ferè itinere.

Corn. Tac. Ara Ubiorum. locus German. infer. ad Rhenum, in altera illius ripa, è regione Coloniæ Agripp. ubi nunc cœnobium Divitenſe, teſte Junio.

¶ Ara Ubiorum eſt *Bonne*, opp. Germaniæ, ad Rhenum fluv. ubi ſedes Electoris Colonienſis, 15. mill. paſſ. ſupra Coloniam Agrippinam, teſte Cluverio.

Strab. Plin. & al. Arabes, populi Arabiæ, de qua mox. De quibus Luc. lib. 3.

Ignotum vobis Arabes veniſtis in orbem.

Arabes olim divitiis fluxiſſe inde colligitur, quod *Arabum gaza* in proverbio ſunt apud Horat. cùm opes cumulatiſſimas ſignificare volumus.

¶ Arabia, emp. & urbs Arabiæ felicis, in ora litt. Oceani Arabici, ubi nunc eſt *Aden*, urbs permunita, cum arce, portu, & emporio celebri, à Turcis dolo capta anno 1528. ſed ipſis erepta à paucis annis. Vix diſtat 69. leuc. Hiſpanicis à faucibus ſinus Arabici in ortum, & 80. à promont. Aromatum in Boream. Maginus autem & Baros credunt urb. Adenum eſſe Mardoce Ptolæmei, Arabiam autem eſſe *Laghi* urb. in illa ora.

Plin. Strab. Mel. Ptol. Arabia, triplex Aſiæ reg. Deſerta. *Beriara*, teſte Villan. cum al. inter Syriam ad occ. & Arabiam felic. ad ort. atque inter Meſopotamiam ad Septentr. Euphrate fluv. diſſeparante, ubi Scenite pop. & Arabiam Petream ad auſtrum. Felix, *Aiman*, & Turcis *Gemen* vel *Giamen*, ampliſſima, inter duos maximos ſinus, Arabicum ad auſtrum, & Perſicum ad ſeptent. perſtricta, inter occ. & ort. longiſſimè excurrens, mari rubro Indiam verſùs definita: in qua Sabæi pop. multaque regna continentur. Petrea demum, Nabathaea Strab. & Plin. *Barraab* & *Bengaucal*, aliiſque nominibus appellata, inter Palaeſtinam ad occ. Jordane & Aſphaltite lacu diviſa, & Arabiam felicem ad ort. ac inter Deſertam ad arctos, Ægyptum, partemque ſinus Arabici ad merid. In qua pop. Nabathaei, & urbes clarae, Petra, Medaba, & Boſtra. In Arabia fel. phœnicem avem unicam, quae 690. annis vivat, & renaſcatur, reperiri auctores ſunt Plin. & Sol. Arabius item nomen, gent. ab Arabia deducitur; ut Arabius tibicen, & Arabia tibia: quae in proverbium abjere, ut apud Jul. Polluc. in Menandro. Nam quoties aliquem loquacitatis notare volumus, *Arabia tibia*, vel *Arabius tibicen* dicimus. Arabia etiam pro unguentis pretioſis accipitur apud Lucret. ut *Totam ſpirare Arabiam* quaſi in modum proverbii dicitur.

¶ Arabia, *l'Arabie* Gallis, *Arabia* Italis, & *Arabiſtan* Aſiaticis, eſt ex praecipuis totius Aſiae partibus, terminos habens à Septentrione Syriam & fluv. Euphratem, ab Oriente ſinum Perſicum, ab Occidente ſinum Arabicum, & à Meridie mare Arabicum, ſeu partem Oceani Indici. Triplex eſt; nempe Arabia Petrea, quae *Baraab* nunc dicitur, inter Arabiam felicem & Syriam; Arabia Deſerta, quae *Beriara* nunc, & aliàs ab Hebraeis Cedar dicebatur ; eſtque inter felicem Arabiam & Euphratem fluv. & Arabia felix, *Hyaman* ſeu *Gemen*, quae à Saracenis *Mamotta* dicitur; habetque ad Boream Arabias Petream & Deſertam, eoſdemque aliàs communes cum tota Arabia terminos habens. Illius maxima pars arenoſa eſt & ſterilis, & raros habet incolas, & urbes tum ob vaſtas ſolitudines & montes aſperrimos, tum etiam propter aquae penuriam; eſtque fere tota ſui juris. Ejus urbes praecipuae nunc ſunt.

Adenum, *Aden*.	Gerra, *el Cattif*.
Almacharana, *Almacharana*.	Jamana, *Jamana*.
	Maſcatum, *Maſcat*.
Anna, *Anna*.	Mecca, ſeu Marraba, *la Meque*.
Aracum, ſeu Petra, *Crac*.	Medina, *Medina Tanalbi*.
Baſera, ſeu Teredon, *Balſora*.	Sanaa, *Sanaa*.
	Zibithum, *Zibith*.
Boſtra, *Buſſereth*.	

Plin. Strab. & al. Arabicus ſinus *Golfo d'Arabia*, Italis *Mare Roſſo*, incolis verò *Bohar Corſun*, & *Calzan*, aliiſque nominibus pro locorum diverſitate: Cujus longitudo, inter intimum receſſum, ubi Heroum urb. & fauces illius 350. leuc. Hiſpan. continet. Latitudo alicubi maxima 50.

¶ Arabicus ſinus a Gallis *Mer Rouge*, ſeu etiam *Mer de la Mecque* dicitur ab urbe Mecca. Extenditur inter Æthiopiam ſuperiorem, Ægyptum, & Arabiam ; eſtque nautis formidabilis, propter frequentes ſyrtes & ſcopulos verſùs utramque oram littoralem, praeſertim verſùs Arabiam, ubi recipit aliquot flumina parvi momenti. Aliàs in intimo ejus receſſu praebuit tranſitum Iſraelitis, ut videre eſt in ſacris paginis.

Ant. Arabiſſus urb. fuit Armeniae minor. epiſcop. ſub Archiepiſcop. Melitenenſi, in confin. Comagenes, apud Taurum mont.

¶ Arabiſſus diſtabat 70. milliar. a Melitene in auſtrum, & 80. circiter ab Anazarbes Boream verſùs.

¶ Arabius, fluv. Gedroſiae prov. in Perſia, nunc *Ilment* fortè. Vide Arbis.

Ant. Arabo, Narabo Ptol. fluv. & urb. Pannoniae ſup. in Hung. *Rab* utrunque incolis dicitur; urbs verò *Giavarin* ab Ita-

ab *Italis* nominatur, urbs munitiſſima ad Arabonis cum Danubii parte confluentiam, epiſc. ſub Archiepiſc. Strigonienſ. inter Viennam ad occ. 14. & Budam ad ort. ad 32. mill. Hung. à Poſſonio 10. in auſtrum, ab Alba regali 18. Viennam verſùs.

¶ Arabo aliàs capta a Turcis, ſed fortiter recepta à D. *de Vaubecourt*, nobili Gallo, anno 1606. Nunc ſubeſt Auſtriacis. Dicitur *Javarin* a Gallis, & *Gevver* ab Hungaris, & *Raab* a Germanis, cum fluv. cognomin. Sedet è fronte Schutiae inſulae, & 4. leucis diſtat a Comara opp. in occaſum, 14. ab Alba Regali in Boream, & 8 a Strigonia in occaſum.

'tol. Arabriga, *Arrabida*, teſte Varrerio, opp. Hiſp. Luſit. in regno Portugallico, inter Leiriam urbem & oram littoream, ad 3. leuc. diſſitum circiter.

¶ Arabriga aliis eſt vic. *Caſtanheira*, in Portugallia, ad Tagum fluv. medius ferme inter Scalabim & Ulisipponem, prope oppidum *Alanquer*, & 10 leucis Hiſpanicis a Leiria: quod melius videtur.

¶ Arachle, urbs Aſiae, in Palaeſtina, epiſc. ſub Archiepiſc. Tyrenſi. teſte Miraeo.

ol. 'tol. 'lin. r al. Arachoſia, *Cabul*, teſte Jac. Caſt. *Cheſimur*, teſte Merc. reg. Æſiae, Indiae finitima, Indo fluv. ab ea in occ. diviſa; cujus urbes primariae, Alexandria, Arachottus, quae & Arachoſia Solino dicitur, à Prophtaſia Drangarum regia 515. mill. paſſ. in ortum recedit.

¶ Arachoſia nunc, teſte Sanſon. *Candahar* dicitur, prov. alias Perſiae, ſed a paucis annis ſub imperio Magni Mogolis, cum urbe cognom. permunita, intra montes, quae forſan aliàs Alexandria Arachoſiae; diſtatque centum circiter leucis ab Indo fluv. in occaſ. totidem ferè ab urbe *Cabul* in merid. & 90. à Prophtaſia Boream verſùs.

'tol. teph. 'lin. Arachotus, lacus & fluv. Arachoſiae, cum urbe ejuſdem nominis, quae Sol. Arachoſia & Plin. Arachoſiorum opp. appellatur, fluv. *Sim*, lacus *Bimaru*, urb. *Cabul* (quod nomen eſt regioni) incolis dicuntur.

¶ Arachotus, urbs, aliis eſt *Chatzan*, in regione *Hajacan*, ditionis Magni Mogolis, media ferè inter *Candahar* urb. & fluv. Indum, 120. leucis a Prophtaſia in ort. aeſtivum, & 100. circiter à *Cabul* in auſtrum.

iv. tol. Arachthus, fluv. cum opp. Epiri, in Acarnanum finibus, quod *Spagmagmuriſi* incolis, teſte Nigro, dicitur. Fluv. etiam apud Nicopolim urb. teſte Strab. fluit diverſus ab hoc, ut videtur, ac in fin. Ambracicum labitur. Al. videtur idem.

roſ. Aracillum, Arracillum Floro, Aracaelum Anton. *Arrajola*, vel *Arexil*, teſte Garibaeo cum Mariana, opp. olim, nunc pag. Hiſp. Tarracon. in Cantabris, à Pompelone 29. mill. paſſ. in occ. Segiſamae opp. proximus; ſed, teſte Hieron. Zurita, *Araciol* nominatur, inter Pharum & Corellam opp. Navarrae.

¶ Arocillum & Arocolis ab aliis dicitur; eſtque *Araqui*, ſeu *Huarte Araquil*, oppidulum Hiſp. in Navarra, 5. leuc. diſtans à Pompelone in occaſ.

¶ Aracuiti, *Aracujes*, pop. Americae meridionalis, in Braſilia, prope Praefecturam Pernambuci, in mediterraneis.

¶ Aracum, *Arac*, urbs Arabiae Petreae, quae olim Petrea. Vide ibi.

'rab. 'in. Aracynthus, mons Ætoliae, ſive Acarnaniae, per illam extenſus. Alter, teſte Steph. in Bœotiae & Atticae conf. ubi Dirce fons, unde Dircaeus. De quo Virg. in eclog. 2.

Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.

Juxta Aracynthum Acarnanum novam Calydonem urbem extructam ſcribit Strabo.

'b. 'd. Arad, opp. olim Amorrhaeorum, nunc pag. à Chebron & Malati 4. mill. paſſ.

tol. Araduca, *Arzua* Molet. & al. *Guimaraes* Floriano, *Guimaranes* al. oppid. Luſitan. quod Latino recenti Vimaranum dicunt, à Bracara 2. leuc. in ortum. Deeſt in cod. Graeco.

¶ Araduca, *Guimaraens*, ad Avum fluv. ſedet, & Ducali titulo gaudet.

'ol. Araducta, *Lamarante*, teſte Moletio, opp. Luſit. Bracarae finitimum, inde 5. leuc. aquas Flavias verſus. Mihi potiùs eſt *Ardoza*, opp. ejuſdem regni Portugallici, apud Caſtrum Blancum, à quo 4. leuc. in occ. Nomen enim alludit, & ſitus apud Ptol. magis congruit.

¶ Araducta aliis eſt *Arouca*, pagus Portugalliae, prope montes, medius ferme inter Viſeum & Portum urbes ad 6. leucas.

'rab. Aradus, inſul. Phœniciae, apud Orthoſiam urb. ponte juncta continenti, à littore olim 20. ſtad. recedens, circ. 7. cum urbe ejuſdem nominis, ab Aradio filio Chanaan condita. *Plin.* *& al.*

Arae Caeſaris, *Veliki Preuvos*, teſte Sigiſm. Eberſtenio, locus Sarmatiae Europ. apud Tanaim fluv. à Tanai urbe 20. leuc. Germ. in Bor. quae & Arae Alexandri. *Ptol.*

Arae Flaviae, ſive ex al. cod. Alae Flaviae, *Nordlingen*, urbs German. in Suevia, trans Danubium, inter Auguſtam Vindelicorum ad meridiem, & Hallam ad ſeptentr. 8. leuc. ab Ulma 7. al. eſt *Blauburen*, opp. apud Danub. ab Ulma 2. leuc. in occ. Aliis eſt *Heidenheym*, oppid. ultra Norlingam 3. leuc. in Bor. Prior interpretatio communior. *Ptol.*

¶ Arae Flaviae à multis Nordlinga creditur, quae *Nordlingen* vulgò, alias etiam Nerolinga, teſte Bertio, urbs Germaniae ad Egram fluvium in Suevia provincia, nota Suecorum clade anno 1634. & Francorum victoria anno 1645. 3. leucis diſtat à Danubio. Vide Nerolinga. Cluverius tamen & alii credunt Aras Flavias eſſe *Aurach*, opp. Sueviae, in Ducatu Wirtembergenſi, 4. leucis à Tubinga in ortum.

Arae Herculis, locus in Alpibus Graiis, quà Caeſar in Gall. trajecit, apud mont. S. Bernardi, ut vocant. *Vet. Inſ.*

Arae Philaenorum, villa Philaeni Ptol. *Nain*, opp. Africae marit. & extremum in Cyrenes conf. teſte Lud. Marm. cum al. Cujus mem. Saluſt. & Val. Max. Al. *Porto di Sabia* dici videtur. *Saluſt.*

Arae Seſtianae, ſive Arae tres Auguſti, Trileucum Ptol. ut ſitus perſuadere videtur, *Capo di Pennas*, in peninſula Aſturum, apud Gigiam opp. ab Oveto 7. leuc. in Bor. recedens. Scythicum Melae dici videtur. *Plin.* *Mel.*

¶ Arae Seſtianae, Sanſone teſte, erant ubi nunc *Capo de Mongia*, in Gallaecia, inter Artabrum prom. & Ceronium opp. quod veriſimilius.

Arae Sextianae, Turris Auguſti Melae, Lucus Auguſti Ptol. *Lugo*, teſte Ambroſ. Mol. cum al. urbs Hiſp. in Gallaecia epiſc. ſub Archiepiſc. Compoſtellano, inde 18. leuc. in ort. à Caronio 12. Mindonem verſus. Sed Arae Sextianae, quae eaedem Seſtianis videntur, à Luco Auguſti diverſae ſunt. Illae enim littorales ſunt, Lucus verò in mediterr. eſt. *Plin.*

¶ Ab Aris Sextianis, ſeu Seſtianis, multùm differt Lucus Auguſti, Gallaeciae urbs, quae ab illis diſtat 24. leucis in ortum.

Arae Solis, *Capo di Mongia*, teſte Molet. cum al. prom. Callaicorum ſeu Gallaeciae extremum ad occ. & Bor. poſt Nerium prom. ſequens ad 4. leuc. Sed Graecus cod. Arae Seſtii, non Solis habet. Ex quo liquet hic Aras Sextianas eſſe locandas, à Luco urb. diverſas. *Ptol.*

De Aris iterum.

Arae Alexandri Ptolom. locus erat Sarmatiae Europaeae, apud Tanais flexionem, ubi maximè in ortum vergens, proximè ad Rha fluv. accedit, in Moſcorum regione.

Arae Caeſaris Ptol. erant in eadem Sarmatia, apud Tanaim fluv. inter oſtia Tanais & ejuſdem flexionem, quo in loco nunc *Scoſna* opp. Moſchorum, ſeu non longè conſpicitur.

Arae Flaviae Ptol. urbs German. quam plerique Nerolingam, *Nordlingen*, vocant, urbem Sueviae liberam claramque, ab Ulma ſupra 6. leuc. in Bor. Noribergam verſùs 12.

Arae Mutiae Cat. & Plin. *Aremuzze*, opp. Etruriae, in colle exciſum, in finibus Vejentum, apud urbem Caſtellanam.

Arae Philaenorum Ptol. & Saluſt. cui etiam Arae Philenon, opp. Africae littor. ultra Septim, inter Syrtes, *Porto di Sabia.*

Arae Sabeae, *Caitachi*, teſte Mol. urbs Mediae, in ora maris Caſpii, in Atropatia, apud Cyri flum. oſtia.

Arae Seſtianae Pomp. Mel. ad Trileucum prom. in ora Aſturum, ubi nunc *Gyon* opp. ab Oveto urbe ad 4. leuc. in Bor. recedens, & ab Abula, *Aviles*, 5. in ortum.

¶ Arae Seſtianae aliis eſt promontorium Hiſpaniae in Callaicis, quod *Capo di Mongia* dicitur, inter Caronium oppidum ad ortum, & Artabrum promont. ad occaſum, in ora Boreali Gallaeciae: quod forſan meliùs. Vide & Arae Seſtii infra.

Arae Seſtii Ptol. (licet aliqui Arae Solis legant) prom. Callaicorum, in ora occid. *Capo di Mongia* hodie, a Nerio prom. 4. leuc. in Bor. Caronium urbem verſùs 11.

¶ Araga, urbs Arabiae felicis, ubi Agrani pop.

¶ Ara-

¶ Aragonia, *Aragon* incolis & Gallis, *Aragona* Italis, regnum peramplum, & ex tribus Hiſpaniæ præcipuis, inter Galliam, Navarram, Caſtellam, & Cataloniam; & in unum coaluit cum Caſtellano ab anno 1479. ſub Ferdinando V. Iberus fluv. illud bifariam ſecat, habetque Cæſar-Auguſtam urbem primariam. Eſt tota regio ſiccior, aſpera, & ſatis deſerta, præſertim versùs Caſtellam, ubi vix habitationes reperiuntur. Sub Aragoniæ regno latè ſumpto aliàs erant regna Valentiae, & Majoricæ, & Catalonia. Nunc ab ipſo disjuncta ſunt, & continet tantùm Aragoniam propriam ſub qua cenſentur regiunculæ *Sobrarba* & *Ribagorca*, verſus Pyrenęos, aliàs notæ in hiſtoriis illius regni. Scribuntur autem Aragonia cum una r ab incolis & ab Hiſp. non autem cum duplici r, ut quidam ſcripſere.

¶ Aragoniae urbes præcipuæ.

Barbaſtrum, *Balbaſtro*.	Lobetum, *Albarazin*.
Bilbilis, *Calatajud*.	Montio, *Moncon*.
Cæſar-Auguſta, regni caput, *Caragoca*.	Oſca, *Hueſca*.
	Terulum, *Teruel*.
Daroca, *Daroca*.	Turiaſo, *Taracona*,
Jacca, *Jacca*.	

¶ Aragonius, *Aragon*, fluv. Hiſpaniæ. Ortum habet in Pirenæis montibus, prope S. Chriſtinam, in Aragonia. Jaccam & Sangoſſam alluit, & cum Arago fluv. ſimul in Iberum influit, in Navarra, infra Calagurim urbem.

Ex D. Eulog. Aragus, *Arga*, fluv. extremus Hiſp. in finibus Cantabrorum, apud Bajonam urb. Gall. Aquitanicæ oriens, ac in Egam fluv. Cantabrorum in Guipuſcoa influens. Aragus item apud Strab. eſt fluv. Moloſſorum in Epiro.

¶ Aragus, fluv. Hiſpaniae, vulgò *Arga* dictus, & non *Agra*, ut quidam malè ſcripſere. Oritur ex Pirenaeis mont. 10. leucis à Bajona, caditque cum Aragonio fluv. in Iberum fluv. poſt rigatam Pompelonem; ſed non recipit Egam flu. & à quibuſdam etiam Agrada vocatur.

Ptol. Arandis, *Torvedra*, ſive *Torres Vedras*, uti Moletio & aliis videtur, opp. Hiſpaniae Luſit. ab Ulyſſipone 9. leuc. Leriam in occid. versùs, Sed ſitus apud Ptol. minimè congruit.

¶ Aranes, caſtrum, ſeu potiùs palatium ſuperbiſs. Regum Sveciae, in Gothia prov. prope lacum *Vener.* cujus nunc tantum ſuperſunt rudera.

¶ Arania, *Aran*, inſula Scotiae, cum caſtro cognom. Adjacet Cantierae & Argateliae prov. eſtque Ducatus titulo inſignis. Aliis dicitur Glotta; Hinc Glotta aeſtuarium, ubi ea inſula. Vide Glotta.

¶ Arania, *Vallèe d'Aran*, vallis fertiliſs. intra Pirenaeos montes, in regno Aragoniae, unde oritur Garumna fluv. Aliàs pars erat Aquitaniae, ſed ab ipſa revulſa eſt à pluribus ſeculis. Ibi Viella oppidul. praecipuum.

¶ Araniae, *les Isles d'Aran*, inſulae duae Hiberniae, ad fauces ſinus Gallovidienſis, in Connactia prov. Suntque etiam aliae inſulae cognom. vulgò *the North Iles of Aran* Anglis, in littore occidentali Ultoniae prov. & Comitatus Dungalenſis.

¶ Aranus, *Aranios*, fluv. Tranſſylvaniae. Oritur prope Claudiopolim, & in Mariſium ſe exonerat.

Plin. Arapotes, Maria, & Maraeotis Stab. lacus Ægypti maximus, proximus Alexandriae, qui *Antacon*, & *Buheira* ab adjacentibus oppidis, teſte Ort. & Ziegl. nominatur.

Caſ. Ptol. & al. Arar, Araris Virg. & Plin. Saucona Amm. Marcell. *la Saone*, fluv. Gall. Celt. Sequanos ab Æduis ſeparans, ac paulò infrà Lugdunum Rhodano congrediens: cujus fontes à Moſellae fontibus in Lotharingia 10. leu. diſtant. De eo Claud. in Paneg. Theodoſ.

Lentus Arar, Rhodanuſque celer, & dives Iberus.

Apud eundem Araris, ſic Rufin. 2.

Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

¶ Arar. fluv. oritur ex Vogeſo monte, in confinio Lotharingiae, deinde per Comitatum & Ducatum Burgundiae fluit, ubi auctus fluv. Dubi & aliis, & rigatis Graeo, Cabillone, & Matiſcone, in Rhodanum ſe exonerat juxta & infra Lugdunum.

¶ Ararath, mons Aſiae, in Armenia, ubi ſtetit. Arca Noè poſt diluvium. Pars eſt montis Caſpii, prope Mediam, & inter Artaxatam & Arſiſſam paludem; & *Arar* nunc dicitur, Herberto teſtè.

Hero. Ararus, fluv. Aſiae, per Armen. fluens, 6. mill. paſſ. ab Euphrate oriens.

¶ Aratus, fluv. Americae meridion. in Braſilia, vulgò *Arari* dictus. Cadit in mare Boreale juxta praefecturam & inſul. Tamaracam.

¶ Arathia, urbs Aſiae, in Cappadocia, epiſc. ſub Archiep. Caeſarienſi, Miraeo teſte.

Araucum, *Arauco*, caſtrum cum valle & flu. cognom. Americae meridionalis, in regno Chile, in ora littorali, ubi Araucani populi notiſſimi in hiſtoriis noſtri temporis, qui per centum propè annos cum Hiſpanis pro libertate pugnaverunt, felici perſępe eventu, tandemque inter ipſos pax inita eſt anno 1650. Vallis eſt cultiſſima prope fluvium *Lebo*, inter urbes Conceptionis & Imperialis, 20. leucis ab utraque.

Araviſci, Arabiſci Ptol. pop. Pannoniae infer. Scordiſcis finitimi, iis boreàliores, qui nunc Raſciani dici putantur, apud Taurunum urb. Hos Tac. ad ulteriorem Danubii ripam, ubi reg. *Maſons* dicitur, deſcribere videtur. De iis Franc. Picus Mirandulan. *Plin.*

Oſus Araviſco, dubium deductus, an illo

Hic genus antiquum referat, ſub judice lis eſt.

Arauris, Araurarius Ptol. Rhauraris Strab. (Vide ibi) fluv. Gall. Narbonen. ex Gebennis montibus profluens, ac in mare Gallicum ad Aghatam urbem influens, *l'Eraud* vulgò. *Mel.*

Arauſa. Vide Arauzona, opp. Illyrici. *Ant.*

Arauſio, col. Secundanorum apud Plin. *Orange*, urbs epiſc. ſub Archiepiſc. Arelatenſi, & Academia in Gall. Narbonen. in Provincia, ab Avenione 4. leuc. Carpentoracti propior. A Gallico regno immunis, proprio Principi paret. *Plin. Ptol. Sidon.*

¶ Arauſio Principatus eſt gentis Naſſoviae, in Provincia; eſtque amœna civitas, ad rivum *Eigue*, una leuca a Rhodano; in qua viſitur Amphitheatrum antiquum. Ejus arx permunita in monte disjecta fuit anno 1660. Ei ſubſunt aliquot pagi; diſtatque 3. leucis à Ponte S. Spiritus in auſtrum; & inſertus eſt Principatus intra Comitatum Vindaxinum, & in limite Delphinatus.

Aravus, *Aravv*, fluv. Gall. Belg. per Lotharingiam in Moſellam influens. De quo ſolus Auſon. ex veteribus agit in ſua Moſella. *Auſo.*

Naviger undiſona dudum me mollis Aravus.

Torta teſte vocat (aliae edit. hab. *mole Saravus.*)

¶ Aravus meliùs eſſet Saravus, *Sar*; qui cadit in Moſellam paulò ſupra Treverim, quia nullus eſt fluv. Aravus in tota Lotharingia. Vide Saravus.

Arauzona, Arauſa Anton. *Oſtroviza* Nigro, *Saonigra* Simlero, opp. Illyrici mediter. inter Jaderam ad occ. 40. & Tragurium in ort. 46. mill. paſſ. ex Ant. itiner. *Ptol.*

Araxes, *Arais* in tab. recent. *Achlar* apud Leuncl. *Cajacz* apud Thevet. fluv. notiſſimus & ingens Armeniae majoris, illam à Media Atropatia ſeparans; ſic ferunt à violentia nominatum. *Areſque* dici à Turcis ſcribit Leuncl. Illius fontes ab Euphrate 6. mil. paſſ. tantùm diſtant, teſte Plin. Ejus mem. Virg. lib. 8. Æn. *Virg. Senec. Strab. & al.*

Indomitique Daca, & pontem indignatus Araxes.

¶ Araxes a Perſis *Araſſ* dicitur, Artaxatamque rigat, & in mare Caſpium ſe exonerat, inter oſtia Cypri & Cambiſis fluvior.

Araxes alter in Meſopot. ultra Thapſacum civ. 32. ſtathmis, & ſo. paraſangis, ut ſcribit Xenophon in Cyri expeditione. *Xeno.*

¶ Araxes alter ab aliis Savoras dicitur, & in Euphratem ſe exonerat 80. milliar. infra Tapſacum.

Araxus, *Capo di Chiarenza*, teſte Soph. promon. Elidis, in ora occid. Peloponneſi, inter Dymam & Cyllenem, inter quod & Chelonitem prom. ejuſdem orae auſtralius, Peneus fluv. in mare Jonium effunditur. Abeſt a Dyma urbe 60. ſtad. in occ. Araxus nautis formidabilis eſt, ut Poeta quidam lib. 2. itiner. ſcribit; eſt enim ſcopuloſum hoc prom. *Polyb. Strab. & al.*

Prateriens ſcopulos, rupeſque minacis Araxi.

¶ Araxajus, *Araxai*, fluvius Americae merdional. in Braſilia, & praefectura Paraibae. Cadit in fluv. Mongaguabam.

Arba, Scardona Ptol. inſ. Liburniae, cum urbe ejuſdem nominis epiſc. ſub archiep. Jaderenſi, contra Seniam urb. inter Vegiam ad occ. & Curictam ad ort. 10. mill. paſſ. longa 40. dimidio lata: *Arbè* etiam vulgò dicta. *Plin.*

¶ Arba inſula Venetis paret. Dicitur etiam Arbum, Italis *Arbe*, Slavis *Rab*; eſtque in Dalmatia & in ora ſinus Flanatici, teſte Ioanne Lucio.

¶ Arbacula, *Avilia*, urbs Hiſpaniae, in Caſtella. Vide Abula.

Arbe-

Arbeja, *Jerbei*, ſive *Jerby*, opp. olim Albionis, nunc pag. Angliæ, in Cumbria reg.

Arbela, urbs quondam Aſſyriæ, apud quam Alexand. Macedo Darium Perſarum Regem vicit, urbs erat epiſc. in lib. Concil. memorata, reg. Arbelitis Ptol.

¶ Arbela erat ad Lycum fluv. qui 20. mil. paſſ. infrà cadit in Tigrim. Nunc vix ejus apparent rudera.

Arbele quoque urbs fuit Siciliæ, cujus cives ſtolidi erant & abjecti, ut proverbio (in eos, qui licet nihili ſint, ſibi tamen aliquid eſſe videntur; quia ad eos profecti ſunt qui ſtolidiores habentur) ſint, auctore Steph. Dicebatur enim, *Quid non fies Arbelas profectus?*

Arbis, Arabius Ptol. *Berbero* hodie, teſte Nigro cum al. fluv. Gedroſiæ, & urb. ejuſdem reg.

¶ Arbis & Arabius aliis duo ſunt. Arabius enim eſt fluv. Perſiæ, qui nunc *Ilmen* dicitur, & in Oceanum Arabicum cadit. Arbis autem, urbs Gedroſiæ, 70. mil. paſſ. diſtat ab Arabio fluv. & *Bilber* à multis dicitur. Hinc Arbiti montes dicti.

Arbogia, *Arbo*, ad fluv. cognom. urbs Sveciæ in Veſtmannia prov. A Svecis *Arbogen* dicitur. Paucis conſtat incolis, ſedetque in confinio Sudermania, 5. leuc. diſtans ab Aroſia in occaſ. & 4. ab Orebroa in ortum.

Arborec, *Oriſtagni*, urbs Sardiniæ Archiep. in ora occidua à littore 6. mill. paſſ. diſtans, inter Saſſarim & Calarim ad merid. 60. mill. paſſ. circiter à Boſa 30. in auſtr. ægrè ob aeris inclementiam habitata.

¶ Arborea habuit Dominos ſeu Judices, uti dicebant, aliàs valde notos, cum inſula in Aragonum devenit poteſtatem. Gaudet portu capaci, ad oſtia ferè fluv. *Tirſi*. Expugnata fuit anno 1639. à Gallis, Duce Harcurio, & ab ipſis *l'Oriſtan* vocatur. Vix 45. milliar. diſtat à Calari, eique adjacet ſinus Arborenſis, vulgò *Golfo d' Oriſtagni* dictus: & urbs olim Uſellis dicta fuit. Vide ibi.

Arbor felix, *Arbon*, opp. Helvetiorum, ad Brigantinum lacum, inter Conſtantiam 3. & Campum Eccleſiæ opp. Rhætorum ad ort. 4. leuc. Lindavio proximum, Tigurum versùs 6. inde recedens in occaſ.

Arborichæ, *Zeelandt*, inſulæ Oceani Germanici, adjacentes Brabantiæ prov. Belgicę, inter illam, Flandriam, & Hollandiam ſitæ, contra oſtia Scaldis, numero 7. 1. Scaldia vulgò, *Scouvven*, à Scalde fluv. effecta, in qua Siriſſ·a opp. 2. Duvelandia, in qua opp. nullum, pagi & villae aliquot. 3. Tola, in qua opp. ejuſd. nominis, cum Fano S. Martini oppidulo. 4. Valacria, *Uvalckeren*, in qua Metelburgum, *Middelburg*, urbs epiſc. ſub Archiep. Machlinienſi, probè munita ac habitata, ab Antuerpia 12. leuc. oppida verò 3. Vera, quae & Compoſera, vulgò *Canfora*, *Veer*, ad ort. Uliſſinga ad occ. (inter quas Metelburgum ſitum eſt, utrinque 1. diſtans leuc.) & Ramua, vulgò *Armuyden*, port. celeberrimus, à Metelburgo vix dimidia leuc. recedens. 5. Zuidbevelandia, in qua oppida duo, Romeſvallia, *Romerſvval*, à Berga ad Somam urbe Brabantica leuc. 1. recedens in Bor. & Goę, ſive Tergoae, vulgò *Goes* & *Tergoes*, in ora adverſa. 6. Nortbevelandia, cujus opp. Corchiene è regione Verae aquis abſorptum eſt. 7. Wolferdicum, in quia nullum opp. reperitur.

¶ Arborichae populi, teſte Jacobo Mejero, fuere ubi hodiae inſulae Zelandiae prov. Belgii, quae ſubſunt dominio Statuum Generalium Provinciarum unitarum, quae a Rege Hiſpaniae defecerunt anno 1581. Alii autem exiſtimant in his inſulis fuiſſe aliàs Toxandros, quamquam credat Ortelius ibi fuiſſe etiam Mattiacos. Becanus autem & alii exiſtimant Arboricas populos fuiſſe in medio Brabantię, inter Antuerpiam & Moſam. Vide Toxandri.

Arboroſa, poſtea Arboroſum *Arbois*, urbs Gall. in Sequanis, ſive in Com. Burgundiae, inter Salinas ad ort. & Polichnium ad occ. 2. leuc. ac inter Dolam ad ſeptentr. 5. & Fanum S. Claudii ad merid. 7.

¶ Arboroſa oppidulum eſt Comitatus Burgundiae; diſtatque 10. leucis à Fano S. Claudii in Boream. Ad amnem Lauſtinam ſedet.

¶ Arburgum, *Aarbourg*, opp. Helvetiorum, ad Arolam fluv. in Bernenſi pago. 2. leuc. German. diſtat à Soloduro in ortum, 4. autem à Tiguro in occaſum. Dicitur etiam Arolaeburgum.

¶ Arca, *Arches*, fluv. Sabaudiae. Maurianam vallem praeterfluit, & deinde in Iſaram ſe exonerat 3. leuc. ſupra Monmelianum. Oritur autem ex Alpibus, non longe à monte Ceniſio.

¶ Arca, *Arques*, vicus Galliae, in Normannia, 2. leucis à Diepa in auſtrum, praelio ſub Henrico Magno celebris, ad amnem cognominem.

Arcabrica, ſive Arcabriga, urbs Hiſpan. Tarracon. olim epiſc. ſub Archiepiſc. Toletano, nunc pagus, Conchae urb. quae ſedem illius & Valeriae epiſcopalem tenet, ſinitimus. *Lib. Conc.*

¶ Arcabriga eſt nunc vicus *Arcas*, in Caſtella nova.

Arcadia, reg. Peloponneſi mediterr. nuſquam mare attingens, à Poetis decantatiſſima, ab Arcade Jovis & Caliſti filio nominata, inter Elidem ad Bor. Meſſeniam ad merid. ac inter Argiam ad ort. praedictas ad occ. Nomen retinet antiquum apud Latinos & Graecos. Urbes illius clarae, olimque epiſcop. Megalopolis, Tegea, & Pſophis: fluvii memorabiles, Alpheus, Ladon, & Erymanthus, in Alpheum labentes. Inter montes excelſior Cyllene, Mercurio ibi genito memorabilis. Ibi Asbeſtus lapis provenit, qui aqua accenditur, & terra extinguitur. Pop. Arcades. *Arcades imitari* proverbium ſapit in eos qui non ſibi, ſed aliis laborant. Arcades enim contra proprios dimicantes hoſtes, numquam illos viciſſe feruntur; aliorum verò hoſtes, auxilium ferentes, ſaepe ſtraviſſe. Hinc Arcadius nom. gent. Antiquitatem Arcadiae Ovid. lib. 2. faſt. ſic teſtatur: *Polyb. Strab. Pauſ. & al.*

Ante Jovem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades.

Arcadiam me oras loco adagii eſt apud Herod. lib. 1. ex Oraculo, in eos qui magna & difficilia petunt. Quo & Cic. in epiſt. ad Att. lib. 4. uſus eſt, cum ait: Quod mihi mandas de quodam regendo, Arcadiam (quaſi dicat) petis; tamen nihil praetermittam, *Arcadium germen* etiam in proverbio eſt de ignavis.

¶ Arcadia nunc cum Laconia *Tzaconia* dicitur ab incolis, & ſubeſt dominio Turcarum à 18c. annis cum tota Graecia. Erat in meditullio Pelopponeſi; habebatque à Septentr. Achajam propriam, ab Oriente Argiam & Laconiam, à Meridie Meſſeniam, & ab Occidente Elidem.

Arcadia, urbs Peloponneſi, in ora occid. Meſſeniae, inter Haliartum & Methonen, *Arcadin* etiam vulgò. Arcadia item urbs eſt Cretę epiſc. apud oram occid. Ciſamo finitima. De Arcadia reg. Ovid. lib. 2. faſt. *Steph. Lib. Conc.*

Quid vetat Arcadio dictos a monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycius habet.

Arcadiopolis, urbs Thraciae epiſcop. ſub Archiepiſc. Heraclienſi, antè Bergulae, ſic ab Arcadio Imp. Theodoſii filio denominata, poſtea inter metropoles relata. Vide Bergulae. *Cedr.*

¶ Arcadiopolis, ſeu Bergulae, nunc vulgò *Berges* dicitur, in ea parte Thraciae, quae aliàs Corpialica dicebatur.

Arcae, *Archis*, teſte Tyrio, urbs Phœniciae, ad mont. Libani radices, ab Archao filio Chanaan. teſte Iſidor. lib. 15. etymolog. condita, inter Anta radum & Tripolim, inde 32. hinc 18. mill. paſſ. diſtans epiſcop. ſub Archiep. Emiſſeno. *Joſeph. Ant. Steph.*

¶ Arca aliis dicitur; eſtque vicus in ora littorali, & in confinio Syriae.

¶ Archangelopolis ſeu Fanum S. Archangeli, *l'Arcangel*, & *S. Michel Arcange*, urbs, portus, & emporium percelebre Moſcoviae, in prov. Duina, & ad oſtia fluvii Duinae, qui ſex leucis infrà ſe in mare Album ſe exonerat. Creſcit in dies frequentia Batavorum & Anglorum. 10. leucis Germanicis diſtat ab opp. S. Nicolai in ortum.

Arcanum, *Arce*, villa olim Cicer. nunc opp. Latii, inter Arpinum 4 & Aquinum 7. ferme mil. paſſ. occurrens, in colle, apud Melphem fluv. praeterfluentem. *Cic.*

¶ Arcanum, *Arcan*, ſive *Charcan*, opp. Tartariae deſertae, in Aſia, ad fluv. Caſſimam, in Caſra regione, ad pedes montium, & ad auſtrum oppid. Ghermani, ut quidam narrant.

¶ Arcaſſonius, *Arcachon*, portus, ſeu potiùs ſinus Galliae, in Aquitania, ad Oceanum, inter Oſtia Garumnę & Aturri fluv. Vix 6. leucis à Burdegala diſtat in Occidentem.

Arcati, *Biſnagar* ex conjectura, teſte Caſt. urbs Indię citer. regia. *Ptol.*

Arcennum, Brygianum Cat. & al. Bracennum, *Bracciano*, opp. Etruriae, ad Sabatium lacum, ab urbe Roma 25. mil. paſſ. in occ. Centumcellas versùs. Ducem proprium ex Urſinorum familia habet. *Cat. Liv. & al.*

¶ Arcennum, ſeu Bracennum, *Braciano*, urbs eſt ditionis Pontificiae, in provincia Patrimonii, Ducatus titulo clara, Urſinae gentis. Eſt parva, ſed lepida, & vix 10. mill. diſtat ab ora littorali maris Tyrrheni in Boream.

¶ Arcennum, prom. Aſiae min. in Jonia. Excurrit in ſin. Argennum, aliis Smyrnaeum, prope Chium inſ.

Ar-

Vet. Inſcr. Arcenſium col. *Arcos*, teſte Mol. urbs Hiſpan. Bæt. mediterr. ab Hiſpali 20. leuc. in merid. diſtans Calpen versùs, ad 13. inde diſtantem, à Xera, ſive Cæſariana, & Aſſidonia 5. in ortum. Lethe fluv. alluitur, & Duci ſuo paret.

¶ Arcenſium col. *Arcos*, urbs eſt parva Vandalitiæ, Ducatus titulo clara, gentis Pontiæ, ſub dominio Regis Hiſpaniæ. Sedet ad fluv. *Guadalete*, 4. leucis diſtat à Xera in ortum, 12. autem ab Hiſpali, & 9. à Gadibus; eſtque oppid. tenue, cum caſtro.

Tab. Peut. Arces Lobiæ, *Hueſſen*, opp. Ger. infer. in Geldria, apud Arenacum urb. inde dimidio milliari ad merid.

¶ Arces Lobiæ, *Hueſſen*, ad Rhenum fluv. ſedet, qui paulò infrà dividitur in Rhenum & Iſalam; eſtque ſub dominio Hollandorum.

Ex vita SS. Belg. Archa, *Herck*, fluv. Tungrenſium, in Belgio, & Leodienſi Diœceſi, haud longè à Tungris fluens, ac in Moſam apud Trajectum fluens.

¶ Archa, *Herck*, caſtrum eſt Leodienſis ditionis, in confinio Brabantiæ. Alluitur amne cognom. qui paulò infrà in Demeram ſe exonerat, non autem in Moſam.

¶ Archas, fluv. Aſiæ min. in Cappadocia. Cadit in Pontum Euxinum, 6. milliar. a Trapezunte in Boream.

Plin. Sol. Ptol. Archelais, urbs & col. Cappad. apud Halym fluv. haud procul à finibus ejus exorientem, inter Aſponam ad occ. urbem Galatiæ, & Tyanam ad ort. ad 80. mill. paſſ. ab Ancyra ſupra 100. Saſimis finitima.

¶ Archelais, urbs Cappadociæ, in limite Galatię, & prope Aſcanium lacum. Diſtabat ab Iconio 70. mill. paſſ. in Boream, ab Aſpana 90. mill. paſſ. versùs auſtrum, & ab Ancyra 160.

¶ Archidona, *Archidona*, oppid. Hiſpaniæ, in Andaluſia, prope confinia Granatenſis regni, 2. leucis à Singili fluv. 6. autem ab Anticaria in ortum. Eſt parvum, & in edito colle.

¶ Archidona, *Archidona*, oppid. Americæ meridionalis, in Peruvia, & prov. Canela, versùs Napum fluv. & Abulam oppid. Paucis conſtat incolis.

¶ Archipelagus, *l'Archipel* Gallis, *Archipelago* Italis, pars eſt maris Mediterranei, inter Græciam & Aſiam minorem. Vide Ægæum mare.

¶ Archipelagus Chilvenſis, *Archipelago de Chilve*, in America meridion. prope oram Auſtralem regni Chiles. Sic dicitur mare inſulis quamplurimis ſparſum, in ſinu maris Pacifici, & juxta inſulam Caſtri. A quibuſdam dicitur etiam Archipelagus Ancudianus. Vide Chilva.

¶ Archipelagus Maldivarum, *l'Archipelague des Maldives* Gallis, *Archipelago de Maldivas* Luſitanis, pars Oceani Indici, circa inſulas Maldivas, in Aſia & versùs oram Malabaricam, ubi infinitæ inſulæ, quæ à quibuſdam ſex mille eſſe dicuntur. Vide Maldivæ.

¶ Archipelagus Mexicanus, *Archipelague du Mexique*. Sic vulgò dicitur à Gallis, Anglis & Batavis ſinus Mexicanus, propter innumeras inſulas quæ in eo reperiuntur. Vide ſinus Mexicanus.

¶ Archipelagus Novi Belgii, *Archipelague du Nouveau Pais-Bas*, pars Oceani Borealis, inſulis quamplurimis referta, in America ſeptentrionali inter oram Novi Belgii & inſulam, *t'Lange Eylandt* vulgò dictam, & non multùm dilatatur.

¶ Archipelagus S. Lazari, *Archipelago de S. Lazaro*, pars Oceani Orientalis, quæ ſic dicitur ob plurimas ſparſas in eo inſulas; eſtque versùs Latronum inſulas, & inter Japoniam, Philippinas, & Novam Guineam, ubi connectitur mari Pacifico.

Ptol. Archippe, Alchippe Plin. oppid. fuit Latii, in finibus Marſorum, ad lacum Fucinum, ab eo abſorptum. Locus *Marſiglia* dicitur, teſte Ligorio; à Marſya Lydorum Rege, Sol. teſte conditum.

¶ Archirgilium, *Arckyrgill*, caſtrum Scotiæ ſeptentr. in ora littorali, prope Cathaneſiam urbem Boream versùs, & in provinc. cognomine.

¶ Archium, *Arcky*, oppid. Hungariæ, ubi Boſna fluv. hauritur à Savo. Partim ſitum eſt in Raſcia, & partim in Boſnia, & medium ferè inter Gradiſchiam & Belgradum, ſub dominio Turcarum.

Vet. Inſc. Aci, *Hariſa*, teſte Car. Cluſ. oppid. Hiſpan. Tarraconenſ. in Aragonio regno, inter Bilbilim & Methymnam cœli 6. leuc. Hoc Arſi apud Ptol. Arci verò, *Arcos*, potiùs eſt inter Harizzam & Medinam cœli 2. leuc.

¶ Vide Arcobriga.

Scrip. Gall. Arciaca, ſive Artiaca, *Archy*, opp. Gall. Celt. in finibus Trecenſium, apud Trecaſſes, ſive Trecas urbem.

¶ Arciaca diſtat 5. leucis à Trecis in Boream, ad Albam fluvium, & vulgò *Arcis ſub Aube* dicitur, in Campania prov.

Arcilacis, *Alcala Horra*, ut Mol. indigitat, opp. Hiſp. Bæt. in regno Granatenſi. Alterum in Baſtetanis, quod idem Mol. *Archiſana* interpretatur: cui non ſatis fido, cum nullus Hiſp. author illi ſuffragetur. *Ptol.*

¶ Arcilacis Bæticæ in Turdulis, nunc *Lora*, vicus in reg. Granatenſi quibuſdam, aliis autem *Hardales*, caſtrum Andaluziæ, in ſummo monte, 5. leucis ab Anticaria in occaſ. & totidem ferè ab Urſone in auſtrum: quod magis probatur. Arcilacis autem in Baſtetanis nunc vic. *Xaraſuel ad* Sucronem fluv. quibuſdam.

¶ Arciſſa palus, *Lac de Vaſtan*, palus Armeniæ majoris, non longè ab Arthemita, versùs montes Caſpios & confin. Mediæ. Aliis eſt Auſiſſa & Arſanias lacus. Eum praeterluit Arſanias fluvius.

¶ Arclovium, *Arclo*, urbecula Hiberniæ, in Lagenia & Comitatu Caterlogenſi, ad oſtia fluvii Durii, non longè à mari, cum caſtro Ducis Ormondani. Diſtat à Viclovio 10. milliar. Hibernicis in auſtrum, & a Vexfordia 20. in Boream.

¶ Arcobadara, urbs Daciæ, ad Tyram fluv. teſte Nic. Sanſone, fortè *Chotezin* nunc, in Moldavia ſeptentr.

Arcobriga, & Arcobrica, opp. Hiſp. geminum, unum in Luſit. quod quidam *Alcaſor*, *Alcaſar d'Oſal*, ſive *Alcocerdoſal* falſo indigitant: alterum in Hiſpan. Tarracon. in regno Aragonio, *Arcos*, apud Medinam cæli, quod ſupra Arci Ptol. eſſe diximus. Tertium additur in Bæt. *Arcos*, quod ex vet. inſcrip. Arcenſium col. nominatur. Eſt & Arcobrica in Luſit. opp. *Azuaga*, teſte Mor. 2. leuc. à Conſtantia opp. *Ptol.*

¶ Arcobriga Luſitaniæ, ut quidam credunt, fuit ubi nunc *Laura*, oppidulum provinc. intra Tagum, & Anam, 7. leucis a Salacia in Boream, & totidem ab Ebora in occaſum. Arcobriga autem Hiſpaniae Tarraconenſis, fuit, in Celtiberis, ubi nunc *Arcos*, oppid. Caſtellae veteris, in limite Aragoniae, ad Salonem fluvium, 2. leuc. à Methymna-Cœli in ortum, 9. autem a Bilbili in occaſum. Deficit in dies.

Arcomarianum, ut habet vet. inſcript. teſte Alciato, quaſi Arcus Marianus, ubi ob devictos Cimbros erectus, *Camariano*, pag. inſub. in agro Novarienſ. inter Novariam & Vercellas, inde 5. mill. paſſ. diſſidens: qui aliis caſtra Mariana potiùs eſſe videtur. *Vet. Inſcr.*

Arcona urbs fuit Rugiae inſ. Pomeraniae adjacentis, in ora Bor. exciſa, cujus locus adhuc *Orcan* vulgò nominatur. Conſule Munſterum. *Scrip. Ger.*

¶ Arcona à Waldemaro Daniae Rege anno 1168. exciſa fuit.

Arconeſus, inſ. Bithyn. ad Propontid. Vide Cyzicus. Cariae Steph.

¶ Arcticae regiones, quae versùs Polum Arcticum ſitę ſunt. Dicuntur & aliter Terrę Arcticę, ſeu Boreales. Vide ibi. *Plin. Steph.*

¶ Arcuatum, *Arqua*, vicus eſt Ligurię, ad Scriviam fluv. in ditione Reipublicae Genuenſis, 15. mill. paſſ. ſupra Dertonam in auſtrum, ad radices Apennini, & in confinio Ducatus Mediolanenſis.

¶ Arcus ſeu Coenus, *l'Arc*, fluviolus Galliae, in Provinc. Aquas Sextias alluit, & poſtea in mare Mediterraneum ſe exonerat ad Aſtromelam ſinum.

¶ Arcus, *Arck*, lacus Scotiae ſeptentrionalis, in Loquabria provincia.

¶ Arcus, *Arco*, oppidulum Tridentinę Diœceſis, ad Sarcam fluv. qui paulò poſt cadit in Benacum lacum. Abeſt à Tridento 14. mill. paſſ. in occaſ.

Arcus, *Arcos*, urb. Bęt. Hiſpan. Vide Arcenſium col. *Scrip. Hiſp.*

Ardanis, *Capo Rameda*, prom. Marmaricę, inter Catacenium ad occ. & Petram magnam ad ort. *Ptol.*

¶ Ardatum, *Ardat*, ſive *Ardrathen*, urbs Hiberniae, in Momonia prov. & Kerrienſi Comitatu, Brietio teſte.

Ardea, *Ardea*, opp. & col. antiqua Latii, Rutulorum metrop. ab urbe Roma 20. à littore 9. mill. inter Oſtiam & Antium, à Danæ Perſei matre, teſte Sol. condita, multò Roma antiquior. Pop. Ardeatini, unde praedium Ardeatinum. De ea Ovid. lib. 2. faſt. *Liv. Plut. & a*

Poſtmodo victa cades, melioribus Ardea reſtas
Improba.

Et Martial. lib. 4. Epigram.

Ardea ſolſtitio, Præſtanaque rura petantur.

Sic dicta ab arduitate, quaſi Ardua, teſte Servio, ob difficilem adſcenſum.

¶ Ar-

¶ Ardea hodie in ruinis jacet. Manet tantùm caſtrum, Marchionatus Cæſarinæ gentis, in ora maris Tyrrheni.

¶ Ardea, *Ardee*, amnis Galliæ, in Normannia provinc. In Oceanum Britannicum ſe exonerat prope Abrincas. Aliis eſt Arduus.

¶ Ardebila, & Ardevila, *Ardebil*, urbs Aſiæ, in Perſia, versùs mare Caſpium, in prov. *Servan*. Sita eſt in plano, 20. leucis Hiſpanicis à mari Caſpio in auſtrum; ibique viſuntur multa Regum Perſiæ ſepulchra. Urbs eſt perampla & ſine muris, teſte Oleario.

¶ Ardeca, *Ardeſche*, fluv. Galliæ, in provincia Vivarienſi. Albenacum alluit, & in Rhodanum cadit ſupra Pontem S. Spiritus.

Ardelica, *Peſchiera*, urbs Italiæ permunita, in ditione Venetorum, ad lacum Benacum, ubi ex eo effluit Mincius fluv. in Veronenſi agro, & in ipſo limite Brixiani. Dicitur etiam Piſcaria. Vide ibi, 14. milliar. diſtat à Verona in occaſum, Brixiam versùs.

¶ Ardenburgum, *Ardenbourg*, oppidul. Flandriæ, ſub poteſtate Batavorum ab anno 1604. Una leuca diſtat a Clauſulis in ortum, & paulò minùs à Middelburgo oppid. olimque erat totius hujus tractus primaria urbs: à Batavis vulgo *Ardenborch* dicitur, & paucis conſtat incolis.

¶ Ardeſia, *Ardes*, regiuncula Hiberniæ, in Ultonia reg. ad lacum *Coyn*, & prope oram littoralem, in Dunenſi Comit. in modum peninſulæ extenſa.

¶ Ardiaei, populi Illyrici, qui Autariatarum loco ſucceſſere, eoſdemque cum Vardeis Plinii & Flori; & Sardieis Strabonis & Dionis ſcribit Lucius, ab eiſdem dictam regionem Ardiæm & montem Ardium Strabonis, qui Dalmatiam mediam ſecabat. Vide Varalii.

¶ Ardila, *Ardila*, amnis Hiſpaniæ. In Anam ſe exonerat infra Oliventiam urbem, ad Muram oppidul. Luſitaniæ, & fontes habet in Andaluzia.

vita Ma- b. Ardinacha, aliis Armaca, unde Armacana urbs, *Armack*, ſive *Armagh*, urbs Hiberniæ Archiep. Ultoniæ reg. metrop. ad lacum inter Drodagham ad auſtrum, & Tuamam in Circ. ad 30. mill. paſſ.

¶ Ardinacha, ſeu meliùs Armacha, ſedet in Comitatu cognom. ad fluv. Caſſinum, longè à quovis lacu, & 36. mil. à Drogheda in Boream. Vide Armacha.

ib. Ardius, mons Illyrici, Dalmatiam per medium, teſte Strab. ſecans.

¶ Ardius mons deſcribitur à Sexto Rufo ſub nomine Alpium Juliarum. A quibuſdam *Roſai* nunc dicitur.

¶ Ardmoria, *Ardmore*, urbec. olim, nunc vicus Hiberniæ, in Comit. Uvaterfordienſi, cum portu, in ora Momoniæ prov. 4. mill. ab Yogallia in Boream, & paulò ampliùs à Dungarvano in auſtrum.

Ardonea, Herdonia Strab. *Hordogna*, urbs Apuliæ exciſa. Vide Herdonia.

Ardotium, *Margonicha* Nigro *Vergovigna* Molet. oppid. Illyrici Mediterr. Aruciæ & Stlupi in Liburnia finitimum.

¶ Ardra, *Ardres*, urbecula Galliæ, in Picardia; eſtque permunita, in paludibus, 3. leucis diſtat à Caleto in auſtrum, & paulò plus à Gravelinga, 4. autem à Fano S. Audomari in Boream. Sæpe ab Hiſpanis tentata, irrito tamen conatu.

¶ Ardracum, *Ardragh*, oppid. Hiberniæ, in Lagenia prov. Brietio teſte.

¶ Ardracum, *Ardee*, ſeu etiam *Ardrek*, oppid. Hiberniæ, in Ultonia prov. & Comitatu Lugenſi, ad fluv. Ardram, *Ardre*. 5. milliar. Hibernicis diſtat à Lugo in auſtrum, & 7. à Drogheda Boream versùs.

¶ Ardracum, *Ardragh*, urbecula Hiberniæ, in Connachtia prov. & Comitatu Lonfordienſi, 3. milliar. diſtat à Lacu Regida, 6. à Longofortio in auſtrum, & 12, ab Altona in Boream.

¶ Ardſtinus, *Ardſtin*, fluv. Scotiæ meridionalis, in Gallovidia prov. in Glottę ęſtuarium & mare Hibernicum ſe exonerat prope *Ardſtinſel* oppid. ex adverſo Arranię inſulæ.

¶ Arduba, civitas Dalmatiæ, deinde Tininium Croatiæ, Slavè *Knin*, teſte Joanne Lucio.

ib. Arduenna, Ardenna poſterioribus, *Selva d' Ardenna* Italis, *Foreſt d' Ardenne* Gallis, *Luitticherwaldt* Germanis, quibus etiam *Achterwaldt*, ſaltus Gall. Belg. maximus, 100. mill. paſſ. in longitudinem patens, teſte Laz. cujus magna pars in ditione Leodienſi. In Duc. Lucemburgenſi, & in Eyſalia reg. perſeverat.

¶ Ardurna, *Ardurnes* oppid. Scotiæ ſeptentrionalis, cum fluv. cognomine, in Comitatu Strathnaverna, non longè à Virvedro promontorio.

Arebrigium, *Bourgh de la Thuile*, teſte Simlero, pag. Salaſſorum, ultra Auguſtam Prætoriam, in Alpibus Graiis. Aliis *Erenburg* pag. ejuſdem tractus: quod magis probatur. Ant.

¶ Arebrigium nunc, teſte Brietio, eſt *Monago* vicus.

Areburium, *Arensberg*, oppid. German. inſer. in Eyſalia reg. inter Col. Agrippinam & Treviros occurrens, inde 8. hinc 10. leuc. à Monaſterio urbe Duc. Juliacenſi, 2. in merid. Ant.

¶ Areburium, ſeu Aremberga, *Aremberg*, ſedet prope amnem *Aer*; eſtque Principatus S. R. Imperii. Diſtat 7. leucis à Juliaco in auſtrum, & 4. à Rheno fluvio in occaſum.

¶ Arecloa, *Arcklo*, urbs Hiberniæ. Vide Arclovium. Plin.

Arecomici, & Aricomii Ptol. Aricomiſci Strab. pop. Gall. Narbon. Volcis proximi, quorum urbs eſt Nemauſus. Horum reg. *Armagnac* à Marliano indigitatur. Sed hæc in Aquit. non in Narbonenſi ſita eſt. Caſ.

¶ Arecomici populi fuere Galliæ Narbonenſ. Aliàs ſub Volcis; & hinc etiam Volcę Arecomici dicti fuere. Erant ubi nunc Occitania inferior, *Le bas Languedoc*, & in eo tractu in quo urbes Agatha, Luteva, Monſpeſſulanus, Nemauſus & Ucetia.

Aredate, *Ardacher*, teſte Laz. olim opp. Norici, ad Danubium, apud Aram lapideam, nunc pagus cum cœnobio, à Pechlarno opp. 3. leuc. in occ. Lintium versùs; olim ex primis urbibus Norici ex Ptol. deſcript. Ptol.

Aregia, *Amaya*, oppid. Hiſpan. Tarracon. in regno Legionenſ. apud oppid. Sancti Facundi, à Legione 11. leuc. in ort. Burgos versùs ad 24. urb. epiſc. olim fuiſſe traditur. Ex D. Iſid.

Arelas, Arelate Strab. & Plin. Arelatum Ptol. *Arles*, urbs Gall. Narbon. archiep. ad Rhodanum fluv. in Provincia prima, in qua multa manent antiquæ nobilitatis veſtigia, ab Avenione 7. leuc. in auſt. inter Nemauſum 7. & Maſſiliam 14. ſive 15. ab aquis Sextiis 12. in occ. Strabo ſcribit illam tantum a Maſſilia quantum Narbo ab Aphrodiſio diſtare, cum duplo à Narbone Aphrodiſium recedat. De ea Auſon. in catal. urb. Poetis

Gallula Roma Arelas, quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Regem habuit. Poſtremus, nomine Boſo, cum Epiſcopo, quòd ſe non expectaſſet ad Sacra in nocte Nativit. D. N. alapam impegiſſet, ab Othone Imper. regno exutus, in cœnobium detruſus eſt. Ex quo tempore regnum Arelatenſe ceſſavit.

¶ Arelate diſtat à Nemauſo 5, leucis in ortum, 12. ab Aquis Sextiis, & totidem à Maſſilia in occaſ. ad orientalem Rhodani alveum, ubi ex adverſo incipit regiuncula feraciſſima, *le Camargue* vulgò dicta.

Aremorica, *Armagnac*, teſte Rob. Conſtant. reg. Aquitaniæ Comit. Sed Dalechampius Arecomica legendum putat. Plin.

¶ Aremorica dicta fuit etiam aliàs Aquitania, inquit Strabo; quia maxima pars populorum ejus ad Oceanum accolebant.

¶ Aremorica, *la Bretagne*, Galliæ provincia. Vide Armorica.

Arenacum, Herenatcum Anton. *Arnheim*, urb. Germ. inſer. ex primis Geldriæ urbibus, ad Rhenum, haud procul ab illius in duos alveos ſciſſione, inter Noviomagum Geldriae primariam 3. & Trajectum inferius 7. leuc. à Col. Agrippina 18. in Bor. Tac.

¶ Arenacum, *Arnheim*, urbs eſt permunita & elegans, & ſubeſt dominio Hollandorum ab anno 1585. A quibuſdam etiam Arnhemium dicitur, & eſt in ea parte Geldrię, quae Velavia dicitur, 2. leucis diſtat à Noviomago in Boream, totidem a Doesburgo in occaſ.

¶ Arenae Olonenſes, *les Sables d'Olonnes*; oppidum maritimum Galliae, in Pictavienſi prov. ubi periti nautae. Vide Olona.

Arenoſum littus, *Latere*, teſte Plin. opp. olim Corſicae inſ. nunc pag. apud Urcinium ſive Adiacium urb. in ora occid. Ptol.

¶ Aresberga, *Arensberg*, urbs Weſtphaliae, ad fluv. Ruram, *Roer*, in ditione Electoris Colonienſis, 4. leucis diſtat à Lippia in auſtrum, undecim autem a Colonia in ortum eſtivum, & paucis conſtat incolis.

¶ Arensburgum, *Arnsbourg*, oppidulum praecipuum inſul. Oſiliae, in mari Baltico, juris Svecici, cum caſtro permunito in ora orientali inſulae. Diſtat 8. milliaribus Germanicis ab ora proximiori Livoniae, 18. autem à Riga in Septentrionem.

¶ Arenſium, *Arleux*, oppidul. Belgii, in Arteſia prov. & confinio Flandriæ. Aliis eſt Arluſium, hoc bello deformatum.

¶ Arenſvalda, *Arenſvvalde*, opp. Germaniæ, in nova Marchia Brandeburgica, juxtà lacum *Slavin*, & in limite Pomeraniæ, 4. leucis diſtat a Lanſperga in Boream, & 8. à Stetino in ortum hibernum. Malè habitum fuit ultimo bello.

¶ Arentalium, *Herentals*, opp. Belgii in Brabantia, ad Netham fluv. Diſtat 6. leucis ab Antuerpia. Aliis eſt Herentalium. Vide ibi.

Steph. Areopolis, quæ & Moab Hebręis, *Aroer*, urb. Arab. petreæ, in Palæſtinæ conf. ad Arnon. torrentem. Illam quoque Rhabathmomam Steph. appellat, Ptol. Rhabmathmomam.

¶ Arequipa, *Arequipa*, urbs Americæ meridionalis, in ora Peruviæ regni, epiſc. ſub Archiep. Limenſi. Diſtat à mari 12. leucis, à Lima 120. in auſtrum, & 75. à Cuſco civitate, juxta fluv. Quilcam, eſtque parvi circuitus, ſub Hiſpanis.

Lycop. Aretas, *Lipuda*, fluv. mag. Gręciæ, per fines Crotoniatarum apud Crimiſſam opp. fluens, teſte Gab. Barrio.

¶ Aretas alluit Umbriaticum urbem, & poſtea in mare Jonium ſe exonerat. Ab aliis Aretus dicitur; eſtque in Calabria ulteriori.

Liv. Arethon, fluv. Epiri, juxta Ambraciam in ſinum Ambracium decurrens, qui idem cum Arachtho videtur.

¶ Arethon fluv. Vide Arachtus; idem enim eſt, & nunc *Spagmgmuriſi* dicitur.

Strab. Plin. & al. Arethuſa, urbs Syriæ epiſcop. ſub Archiep. Apameno, haud procul ab ipſa Apamea, media inter Epiphaniam & Emiſam 16. mille paſſ. quam *Fornacuſa* hodie dici ferunt. Pop. Arethuſii Plin.

Plin. & al. Arethuſa, *Tadino*, teſte Moletio, opp. Maced. ad ſin. Strymonicum, inter oſtia Strymonis & Tentyram opp. Pop. Arethuſii Plin. Sed non *Tadino* opp. at *Rendina* urb. indigitari debet.

Cic. Virg. & al. Arethuſa, item fluv. Siciliæ apud Syracuſas ingens, in quem Alpheum fluv. Elidis ex Peloponneſo occultis ſubter mare cuniculis fluere fabulantur, hac tempeſtate exſiccatus, teſte Faz. de quo Virg. lib. 3. Æn.

-Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare; qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

Plin. Sol. Arethuſa quoque lacus in Armeniæ & Meſopotamiæ confin. à Tigride fluv. procreatus, omnia ſuſtinens pondera, & piſces fluviatiles non excipiens, teſte Plin. & Sol. cap. 40.

¶ Arethuſa, lacus Armenię majoris, prope fontes Tygridis, qui eum præterfluit. Longè diſtat à confinio Meſopotamię, 80. autem mill. à Tigranocerta, versùs Septentrionem, & prope montes Gordiaeos.

Saluſt. Polyb. Liv. Plin. & al. Aretium, Arretium Ptol. *Arezo*, urb. Hetrurię epiſc. ſub Archiepiſc. Florentino antiquiſſ. ab Areta Jani filio condita, ac una ex primis 12. Tuſcorum col. inter Florentiam & Peruſiam 40. mill. Paſſ. occurrens. Vaſa Aretina apud vet. in pretio fuere. Mart. lib. 14. Epigr.

Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus.

Hujus urbis mœnia alta fuere, ex Sil. lib. 5.

-Pœnus nunc occupet altos
Areti muros, Corithi nunc diruat arcem.

¶ Aretium diſtat à Peruſia 33. mill. in occaſ. aeſtivum, & à Sena 28. in ort. Sedet in monte & territorio Florentino; ſubeſtque magno Hetruriae Duci.

Plin. Areva, *Ereſma*, fluv. Hiſp. Tarracon. in Durium apud Turrim Syllanam ex adverſo illius exceptus.

¶ Areva aliis eſt *Arlanzon*, fluv. Caſtellae veteris, qui cadit in Piſoracam, & dein cum eo in Durium, teſtibus Brietio, Sanſone, & aliis.

Ptol. Arevacae, Arevaci Strab. & Plin. Arevacci Appiano Alex. pop. Hiſp. Tarracon. per quos Areva fluv. decurrit, ab eo nomen habentes. Horum oppida, *Aravacca*, à Madrito 10. leuc. *Areval*, inter Segobiam ad ortum, & Methymnam campeſtrem ad occ. 6. & *Marcheſia*, apud Medianam.

¶ Arevaci populi erant juxta Durium fluv. ubi nunc pars Caſtellae veteris & territorii Segovienſis & Uxamenſis. Eorum oppida fuere Clunia, Uxama, Termos, Lucia, & Segobia.

¶ Arezibum, *Arezibo*, oppidulum Americae ſeptentr. cum fluv. cognom. in inſula S. Joannis de Porta Divite. Diſtat 3. leucis à civit. S. Joannis, in ditione Hiſpanor. cum tota inſula.

Script. Scot. Argadia, & Argathelia, *Argile*, reg. Scotiae occidua, ubi olim Novantae pop. in peninſula in oceanum contra Hiberniam excurrente, ab eaque tantùm 20. mill. paſſ. in Bor. diſtante. Novantae potiùs auſtraliùs poſiti ubi hodie *Gallovay*. Vide Novantae & Canovaci.

¶ Argathelia, prov. Scotiae meridionalis. Sita eſt inter Laviniam & Cantieram prov. aliaſque erat ſub Caledoniis propriè dictis, & ad Boream Novantarum. Diſtat 50. ferè milliar. Scoticis ab ora littorali Hiberniae, & Marchionatus titulo gaudet.

Strab. Plin. Sol. Argaeus, mons Cappadociae maximus, valdeque excelſus, inter Cęſaream ad auſtrum, & Sebaſtiam ad Bor. ſpatio 100. ferè mill. paſſ. extenſus, etiam aeſtate nivoſus & pruina opertus, teſte Sol. equos multos generans. De quo Claud. lib. 2. in Eutrop.

Secula. Cappadocum tepidis Argæus acervis
Æſtuat.

Hinc etiam Argaeus nomen gent. Claud. de quo Hon. epigramm.

Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argæa lavere nives.

¶ Argaeus mons eſt extenſus inter confinia Galatię & Caeſaream, prope Melam fluv. Diſtat à Sebaſtia 70. mill. paſſ. in auſtrum, & 50. ab Aſcanio lacu.

Argantomagum, ſive ex al. cod. Argentomagum, *Argenton*, opp. Gall. in finibus Biturigum & Lemovicorum conf. inter Bituricas & Engoliſmam 16. leuc. quot à Lemovicis in Bor. Alterum quod in Martyrol. Argentomachum legitur, vulgò *Argentan* in Neuſtria, ſive Normannia, inter Sagium & Falleſiam paulò ſuprà 3. leuc. interſitum, haud obſcurum opp.

¶ Argentomagum primum, nempe *Argenton*, opp. eſt in Bituricenſi prov. ad Crauſiam fluv. in limite Marchiae Lemovicenſis. Diſtat ab Inculiſma 28. leucis in ortum. Aliud autem Normanniae, quod & Argentomum, *Argentan*, ſedet ad Argenem ſeu Ornam fluv.

¶ Argelia, urbs Germaniae, quae Brietio eſt *Torgau*, ad Albim fluv. Sanſoni autem eſt *Erfort*, Turingiae primaria. Vide Erfurdia, & Erfordia.

¶ Argenes, *Orne*, fluv. Galliae, in Normannia, qui aliter Orna & Olina. Oritur prope Sagium urbem, & 3. leucis infrà Cadomum in mare Britannicum ſe exonerat juxta Etrehamum oppidulum.

Ptol. Strab. Argennum, *Capoſtellaro*, teſte Soph. *Capo Bianco*, apud Nigr. prom. Joniae, inter Clazomenas & Erythras proximas urb. à quo Chios inſ. 60. tantùm ſtad. abeſt.

¶ Argennum, prom. Joniae, ab aliis Arcennum dicitur. *Ptol.*

Argennum alterum, Siciliae prom. *Capo di S. Aleſſio*, ut Faz. teſtatur, dictum, cum caſtro nomen antiquum ſervante in ora ad ort. inter Meſſanam & Taurominium, à Meſſana 24. mill. paſſ. à Taurominio 6.

Ptol. Argennum tertium, prom. Lesbi inſ. teſte Strab. unde Arginuſae inſ.

Liv. Argentanum, *S. Marco*, teſte Barrio, urbs Brutiorum mediter. in Calabr. citer. epiſc. ſub Archiepiſc. Conſentino olim, (nunc enim eſt exempta) inde 24. mil. paſſ. ad Folonem fluv. Temeſae urbi exciſae, cui ſucceſſit in epiſcopali ſede, finitima, ad 6. mill. diſtans.

¶ Argentanum, *Argentan*, urbs Franciae, in Normannia ad fluv. Olinam. Vide Argentomacum.

Rutil. Argentarius mons, *M. Argentaro*, mons Thuſciae, in ora auſtrali, in mare inter portum Herculis & Telamonis excurrens, contra Ægilium inſ. circuitu ſupra 20. mil. paſſ. ad cujus radic. Coſae urb. erant. Abeſt ab Ægidis inſ. 10. mill. paſſ. De quo Rutil. l. 1.

Tenditur in medias mons Argentarius undas.

¶ Argentarius mons, *le col de l' Argentiere*, unus ex Alpibus, per quem tranſitus è Gallia in Italiam, in limite Marchionatus Salutiarum.

¶ Argentea, *la Plata*, urbs ampla Americae meridion. ex praecipuis Peruviae, & primaria prov. *de los Charcas*, in montanis, prope fluv. Picolmayum; urbs nova, ſed fodinis argenteis mirè opulens eſt, epiſcop. ſub Archiep. Limenſi. 180. leucis diſtat à civitate Buſci in auſtrum, & 18. a Potoſi in ortum, ſub Hiſpanis.

Ptol. Argenteola, Argentiolum Anton. *Medules* Molet. interpret, oppid. ſeu pagus Hiſpan. Tarracon. in finibus Aſturum.

Cic. Argenteus, Argentius Ptol. *Argentine* Plin. *Argenſe* Villanov. fluv. Gall. Narbonenſ. in Provincia, inter Olbiam & Forum Julii in mare exiens-Alter vulgò *Argent* in Rhodanum influens, ſeparanſque Comit. Venuſinum à Provincia reliqua.

¶ Argen-

¶ Argenteus fluv. *Argens* vulgò dicitur, & prope Forum Julii in mare Mediterr. cadit, 10. leucis ab Olbia in ortum. Sed Provincia ſeparatur à Comit. Venayſſino Druentia fluv. non autem alio fluv. *Argent* dicto.

¶ Argenteus, *Rio de la Plata* Hiſpanis, *Paranaguazu* Americanis, fluvius Americae meridionalis, qui aliter dicitur *de Paraguay*, ex maximis totius Orbis. Oritur, ut quidam volunt, in regione Paraguaja ſupra lacum *de los Xarayes* vulgò dictum, deinde longò curſu versùs Merid. Paraguajam ſecans biſariam, & rigatis aliquot aliis provinciis, uti & opp. Boni Aeris, Viſitationis, Conceptionis, Sanctæ Fidei, Aſſumptionis, & ſeptem Currentium, & auctus fluviis Picolmajo, Parana, Nigro, Carcarana, aliiſque quamplurimis, in mare Braſilicum ſe exonerat per oſtium 40. leucarum latum. A Gallis *Riviere de la Plata* dicitur. Ab illo regio circa ejus oſtium vulgò *Provincia de Rio de la Plata* dicitur; eſtque fertilis admodum & irrigua.

Argenteus mons, *Sierra Segura* Floriano, *Sierra d'Alcaraz* Cluſio, (à diverſis oppid. diverſa habet nomina) mons Hiſpan. Tarracon. unde Bætis fluv. apud Caſtaonem opp. profluit. Appellatur etiam Argentarius ab Avieno.

ab. ¶ Argenteus mons nunc *Sierra d' Alcaraz* dicitur, in Caſtella nova, versùs confinia regni Granatenſis; eſtque pars montis Oroſpedę.

¶ Argentia, *Argenta*, burgus Ducat. Ferrarien. in Italia, medius ferè inter Ferrariam & Ravennam.

¶ Argentia, *Gorgonzola*, vicus Inſubriæ & Ducatus Mediolanenſis, ad incole Marteſanum, 12. milliar. diſtat à Mediolano in ortum.

¶ Argentolium, *Argentevil*, oppid. Galliæ, ad Sequanam, 3. leucis infra Lutetiam in ortum, Chriſti veſte inconſutili celebre.

geb. Argentomagum, al. Argentomachum, & al. Argantomagum, *Argentan*, opp. Gall. Celt. in Normannia, Sagio & Oximo ad 3. leuc. propinquum.

¶ Argentomagum, *Argentan* medium ferè ſedet inter Sagium & Falæſiam, 2. leucis ab Oximo in occaſum, ad Olinam fluv.

ol. xto ufo al. Argentoratum, *Strasburg*, & Italis *Argentina*, urbs Germ. ſuper. ad Rhenum, Alſatiæ caput, ac ex præcipuis totius Germ. libera, & epiſc. ſub Archiep. Moguntino, inde Baſileam ad auſtrum & Spiram ad Sept. inde 14. hinc 12. leuc. a Nancejo & Metis Lotharingiæ urbib. 18. quot à Mont. Bellicardo urbe Sequanorum, à Biponto 15. Hìc Alemanni à Juliano primum, poſteà à Gratiano Auguſt. ad 30. mill. cęſi. De Argentorato, quod etiam Argentina poſterioribus dicitur, ſic in lib. 5. itin.

In primiſque altam propiùs fert inclyta turrim
Argentina, domus doctorum clara virorum.

¶ Argentoratum, Gallis *Strasbourg*, urbs eſt ampliſſima & dives; eſtque permunita, ad fluv. Hellelum, Ill, ubi cadit in fluv. *Breuſch*, & nomen perdit, non longè a Rheno, qui ibi jungitur ponte ligneo. Sedet in Alſatia inferiori; ibique Turris Eccleſiæ Cathedralis miri ac planè ſtupendi operis.

tol. Argentuaria, Argentaria Aur. Victori, *Horburg*, teſte B. Rhenano, opp. Germ. ſuper. ad Ellum fluv. Colmariæ urbi vicinum, vix dimidia leuca in ort. Rhenum versùs, exciſum, ex quo Colmariam illi ſucceſſiſſe ferunt, Argentuariamque novam dici.

¶ Argentuaria aliis eſt ipſa Colmaria: quod rectius Eſt in Alſatia, & ſub dominio Regis Franciæ.

Argenum, Argennum Ptol. Vide ibi.

trab. lin. tol. Argenus, *Arguenon*, teſte Beritando Argent. fluv. Gall. Celt. per Britanniam minorem fluens, apud portum Saliocanum, & fines Normanniæ, poſt Titum fluv. mari exceptus. Sed apud Ptol. non videtur eſſe nomen fluv.

¶ Argenus, *Arguenon*, alluit Jugonem oppidum, & in mare Britannicum cadit, 3. leucis a Macloviopoli in occaſ. & 10. à limite Normanniæ.

Argeus, mons Cappad. Vide Argæus.

Argi. Vide Argos.

iv. Ptol. Argia, *Romania*, reg. Peloponneſi, inter Arcadiam ad occ. & mare Ægæum ad ort. Argolis Melae, ſic ab Argo urbe primaria, per quam Inachus fluit, & in qua Lernae palus eſt.

¶ Argia prov. terminabatur à Septentrione Saronico ſinu & Corinthia prov. ab Occidente Arcadia, à Meridie Laconia, & ab Oriente ſinu Argolico & mari Ægaeo. Nunc à pleriſque Saconia dicitur, & a quibuſdam Romania Moreae; totaque ſubeſt Turcis.

Argiae Plin. parvae inſ. ſunt Cariae, num. 20.

Argidava, *Argiſch*, teſte Laz. opp. Daciae, in Valachia, apud fines Tranſylvaniae, intra montes, inter Cibinum urbem Tranſylvaniae ad occ. & Tergoviſtum Valachiae metrop. ad ortum 8. mill. Hung. diſtans. *Ptol.*

Argiletum, locus Romae, apud palatium, unde tabernae Argiletanae apud Mart. lib. 1. *Mart.*

Argiletanas mavis habitare tabernas.

Ibi enim habitabant multi artifices.

Arginuſae, inſ. tres ante Canam opp. Æolidis, teſte Strab. Sed teſte Plin. opponuntur Lesbo, ab Ægis 4. mil. paſſ. diſtantes. Apud Steph. adjacent Maleae promont. Lesbi. Nomen habent ab Argeno prom. Lesbi illis proximo, ut videtur. *Strab. Plin.*

Argiros, vel Argirus, urbs Indiae citer. nunc, ut Dom. Nigro videtur, *Oriſa*, Urbs regia. *Ptol.*

¶ Argiruntum, *Peſcha*, urbs Liburniae, in ora maris Adriatici Cluverio teſte. Vide Argyrutum.

Argita, *Banney*, teſte Ortel. ſed Camdeno, cui magis fido, *Svvilli*, fluv. Hiberniae, per oram ſeptentr. fluens. Ex quo mihi potiùs *Der* videtur ex lacu ejuſdem nom. (in quo Righia urbs) longo tractu inter ort. & Bor. fluens, mari apud Caſtrum novum exceptus. *Ptol.*

¶ Argita, fluv. Hiberniae, Robogdios pop. rigabat. Nunc eſt *Band.* fluv. Ultoniae prov. qui per lacum Neaugum labitur, & dein in Oceanum Caledonium ſe exonerat inter Comit. Colranenſem & Antrimenſem, Sanſone teſte.

¶ Argithea urbs fuit Epiri, & caput Athamaniae, in mediterraneis, versùs Theſſaliae limites.

Argivi, pop. Graeciae, ab Argis dicti, quorum frequens eſt mentio, apud Poetas, maximè apud Virgilium: *Polyb. Virg. & al.*

Troja vacat lacrymis, ludis Argiva juventus.

Argivi olim furacitatis ita notati ſunt, ut cùm etiam palam furarentur, adagium ortum ſit ab illis, *Argivi fures*, apud Suid. in palam improbos. Contrà, *Argivo clypeo dignus* de generoſo & venerando dicebatur. Nam apud Argivos pueri incorrupti & puri clypeos priſco more geſtabant. Argivi etiam malè apud veteres audiebant, tanquam ſycophantae & calumnia tores: unde manavit adagium, *Argiva calumnia*, apud Diogen. de detractatoribus magniſque calumniatoribus.

¶ Argla, *Arglas*, opp. & portus Hiberniae, in Ultonia provincia, & Comit. *Dovvne*, in littore, verſus Scotiam, ad oſtia fluv. *Cog*, & ex adverſo peninſulae *Ardes*, 14. mill. Hibernicis à Rupe Ferguſii in auſtr. diſtat.

Argolis, reg. Peloponneſi, eadem cum Argia. Unde Argolicus nom. gent. apud Poetas, uti apud Virgil. lib. 8. Æneid. *Pomp. Mel.*

Dum bello Argolici vaſtabant Pergama Reges.

Hinc Argolicus ſin. apud Ptol. *Golfo di Napoli di Romania.*

¶ Argonna, *Argonne*, regiuncula Franciae, cujus periere limites. Partim eſt in Campania, & partim in limite Lotharingiae, versùs Moſam & Virodunum, ubi Bellomontium & Claromontium.

Argos triplex. 1. Peloponneſiacum, *Argo* adhuc dictum, Argiae reg. caput, urbs olim epiſc. ſub Archiepiſc. Corinthio, inde 25. mill. paſſ. diſtans, nunc metrop. eſt ſive archiepiſc. 2. Amphilochium cognomine in Epiro, *Anfilocha* vulgò, inter Ambraciam & Caſſiopem occurrens in finibus Acarnanum. 3. Pelaſgicum dictum, in Theſſalia vulgò *Armiro* ex tab. recent. in ora ſinus Pagaſaei, Lariſſae proximum; tametſi ipſa Theſſalia Argos Pelaſgicum appellata eſt apud veteres, uti apud Strab. lib. 9. Argos 1. Hippium, ab equis qui generoſi ibi multique proveniunt, cognominatur. Argi num. plurium apud Liv. & al. dictum, uti apud Virg. lib. 2. Æn. *Strab. Plin. Pauſ. & al.*

Si patrios umquam remeaſſem victor ad Argos.

¶ Argos Amphilochium urbs erat Epiri, in Amphilochia, inter Ambracium ſinum & Acheloum fluvium, longè autem à Caſſiope in auſtrum. Nunc omnino periit, Brietio teſte.

Argous portus, *Porto Ferrajo*, portus Æthaliae, ſeu Ilvae inſ. maris Tyrrheni, teſte Paulo Jovio; contra Populonium, inde 10. mil. paſſ. in auſtr. *Strab. Apol.*

¶ Argous portus, *Porto Ferrajo*, ſeu *Porto Ferraro*, nunc eſt ſub poteſtate magni Ducis Hetruriae, qui eum munivit tempore Caroli V. Imperator. Sed nullam Coſmopolim ibi condidit Coſmus, neque ejus ſucceſſores, ut dixere Maginus & alii poſt eum. Et ego ipſe ter teſtis oculatus nullam invenire potui Coſmopolim in tota Ilva inſula, neque in viciniis.

¶ Arguinum, *Arguin*, caſtrum Africae, in ora maris Atlantici, & in Nigritia regione, & tractu Gualata. Captum à Batavis anno 1633. & ab Anglis expugnatum hiſce ultimis temporibus, Inſulam habet cognominem in littore.

¶ Argus, *Arg*, fluvius Germaniae, in Suevia provinc. Vangenam alluit, & poſtea in lacum Conſtantienſem ſe exonerat prope Langenarchiam oppidulum.

Strab. Argyripa urbs fuit Apuliae Dauniae, Argypana a Polyb. dicta, Arpi Cic. Ptol. & al. Vide Arpi. Virg. lib. 11. Æneid.

Ille urbem Argyripam, patria cognomine gentis,
Nicep. *Victor Gargani condebat Japygis agri.*

Calli. Argyropolis ſuburbium erat Byzantii, Chryſopoli alteri ejuſdem urbis ſuburbio oppoſitum: quae duo ſuburbia ſtabant ante urbem à Barbaris occupatam.

Ptol. Argyrutum, Argyruntum Plin. *Scriſſia* Nigr. interpr. opp. olim, nunc pag. Illyrici, in Liburnia, in ora marit. inter Vegiam & Enonam ad ort. Moletio eſt *Novigrad* opp. ejuſdem tractus. Sed, teſte Jacobo Petro Luccaro Raguſaeo, *Obrovazo* hodie dicitur.

Prov. Rom. Arhuſia, *Arhuſen*, urbs Daniae epiſc. ſub Archiepiſc. Lundenſi, in ora Cimbricae, ſeu Jutiae orientalis; à Viborgia 10. leuc. in ort. quot ab Ælburgo in auſtrum, Sleſvicum verſùs 30.

¶ Arhuſia urbs eſt Daniae, in Jutia Boreali, & in ora ſinus Codani. Illam perfluit Gutulus amnis; eique adjacet Scanderburgum arx ad 3. leuc. in occaſum. Diſtat autem 6. leuc. a Fionia inſula in Boream. Vaſtata fuit à Svecis ann. 1644. ſubeſtque Regi Daniae.

¶ Ari, *Aryes*, pop. Americae, in Braſilia, verſùs praefecturam Portus Securi, in mediterr. Laetio teſte.

Strab. Plin. Mel. & al. Aria, *Heri* & *Coraſan*, teſte Jac. Caſtaldo, reg. Aſiae, in regno Perſarum, inter Parthiam ad occ. & Bactros ad ortum, ac inter Hyrcaniam ad arctos, & Drangianam ad merid. cujus urbes olim clarae Aria nunc *Heri*, (unde nomen eſt regioni) Bitaxa, & Alexandria. Pop. Arii & Arienſes.

¶ Aria, Perſiae regio, quae nunc *Choraſan* dicitur, habebat olim à Septentrione Bactrianam & Margianam, ab Oriente Paropaniſum, à Meridie Drangianam, & ab Occidente Parthiam. Sed paulò remotior erat ab Hircania; & ejus urbs Aria nunc *Herat* ſeu *Serheri* dicitur; diſtatque 30. circiter leucis Hiſp. à lacu Ario ſeu Burgiani in occaſum, Urbs eſt ampla & dives, & roſis ſuis celebris.

¶ Aria, *Arree*, ſeu *Arren*, inſula parva maris Baltici, juris Danici, prope partem auſtralem Fioniae inſul. ubi caſtrum *Koping*; eſtque Ducatus Sleſvicenſis.

Ptol. Ariacae, pop. Scythiae, intra Imaum mont. apud Jaxartem fluv. in Sogdianorum confinio; quos Caſtaldus *Decan* dici teſtatur.

Ant. Arialbinum, *Mulhauſen*, teſte Simlero, urbs libera Germ. ſuper. in Aſatiae & Sungoviae conf. inter Baſileam ad auſtrum 3. & Colmariam ad arct. 5. leuc. à Mont. Belicardo 8. in ort. Aliis, ut Rhenano & Laz. *Pantzenheim*, opp. ejuſdem tractus, apud Enshemium urbem, à qua 1. leuc. Baſileam verſùs, à qua 3, pariter recedit. Eſt autem Ptantzhemium Molhuſio propinquum. Artalbinum habent alii cod.

¶ Arialbinum, Cluverio & aliis eſt *Baſle*, urbs epiſc. cop. ſub Archiep. Biſuntino, ad Rhenum, & ex 13. cantonibus ſeu pagis Helvetiis modernis. Baſilea, incolis *Baſel*. Vide ibi.

Hero. Arianthe, *Folone*, teſte Barrio, opp. Oenotriorum, in Calab. citer. ad fluv. cognominem, apud Ninaeam, ſive, ut nunc dicunt, opp. S. Donati, inter Balbiam & Artemiſium 4. mill. paſſ. diſſitum; Sed potius *Arenda* videtur opp. ejuſdem reg. inter Frigidum & Agellum, ab Amantia 6. mill. paſſ. Agello propius.

Prov. Rom. Arianum, *Ariano*, urbs epiſc. Hirpinorum, in mont. ſub Archiep. Beneventano, inter Beneventum & Luceriam, à Benevento 16. mill. paſſ. à Luceria paulò remotior. Sic ab ara Jani dicta. Proprium habet Comitem.

¶ Arianum, *Ariano*, urbs eſt parva. Sita eſt in regno Neapolitano & principatu Ulteriori, in colle difficili; diſtatque à Luceria 25. mill. in auſtrum, & 12. a Benevento, ad radices Apennini.

¶ Arianum, *Ariano*, opp. eſt Ducatus Ferrarienſis, in Italia, ad Padum, unde regio adjacens *Poleſino di Ariano* dicitur, in limite Veneto. Diſtat ab Adria 9. milliar. in auſtrum, & à Ferraria 25. in ortum aeſtivum.

¶ Ariaratha, urbs Armeniae tertiae, epiſc. ſub Archiep. Melitenenſi, quae aliter Ariarſathea dicebatur, ad montium radices, & non longè à Mela fluvio, 80. mill. paſſ. ad Arcis in occaſ. & totidem a Sebaſtia in merid.

Ariarica opp. fuit Sequanorum, in Burgundiae Com. à Veſontione 16. mil. Urbam verſùs, inde 24. diſtantem. Qui nunc dicatur, nondum didici. Ant.

Ariaſpe, *Gobinan*, ut videtur aliquibus, urbs Drangianae, olim praecipua, in occ. vergens, Ariam verſùs. Ptol.

¶ Ariaſpe aliis eſt *Callatia*, oppid. Perſiae, ad fluvium Salum, 20. circiter leucis à *Gobinan* in ortum aeſtivum, & centum plus minus ab *Hierat* in meridiem; eſtque parvi nominis.

¶ Arica, *Arica*, opp. Americae meridion. in ora Peruviae, in prov. *de los Charcas* dicta. Centum circiter leucis diſtat ab Argentea in occaſ. aeſtivum, & totidem ferè a Cuſco in auſtrum ſub Hiſpanis; pauciſque conſtat incolis. Sed portum habet capacem.

¶ Arica, *l'isle de Sarck*, inſula maris Oceani, in littore Normanniae, in ditione Anglorum, parva circuitus, inter Jarſejam & Garnſejam inſulas. Ei adjacet parvus ſcopulus, qui ab Anglis *Little Sarck* dicitur ſeu parva Arica.

Aricia, *l'Ariccia*, urb. & col. olim clara Latii, nunc oppidulum, ab urbe Roma 16. mill. paſſ. haud procul à Velitris, inde 4. mill. recedens, Albae quoque finitima. Ibi porri mirae magnit. proveniunt. Ab Archilocho condita traditur, & de Ariciae Atticae puellae ab Hippolyto adamatae nomine dicta. Pop. Arcini, & Aricinus nom. gent. Ovid. lib. 6. faſt. Cic. Liv. & al.

Inſpice quos habeat nemoralis Aricia faſtos,
Et populus Laurens, Laviniumque meum.

Apud Aricium lacus eſt Aricinus dictus, qui & Triviae; de quo ibid. Ovid.

Lucus eum, nemoriſque ſui Dictynna receſſu
Celat: Aricino Urbius ille lacu eſt.

¶ Aricia, *la Riccia*, urbs fuit Latii, nunc oppidul. Camp. Romanae, Ducatus titulo inſignitum, in colle. Ei ferè adjacet lacus Aricinus, nunc *Lago di Nemi* dictus.

Aricomici, pop. Gall. Narbon. Vide Arecomici.

Ariconium, *Kencheſter*, teſte Camd. opp. Albionis, in Anglia mediter. inter Gallevam ad ort. 59. & Iſcam ad occ. 32. mill. paſſ. Aliis eſt *Hereford*, urb. epiſc. in Angliae & Walliae conf. ſive locus apud Herefordiam. Ant.

¶ Ariconium opp. fuit Dobunorum, in Anglia, nunc vicus *Kencheſter*, in Comitatu Herefordienſi, non longè à Walliae confinio & à fluv. Waga, vix tribus milliar. ab Herefordia in occaſum.

¶ Ariel, *Ariel*, fluv. Tartariae minoris, ſeu Precopenſis. In Boryſthenem fluvium ſe exonerat infra Circaſſiam urbem, Hondio teſte.

Arietis frons, Κριῦ μέτωπον Grecè, *Fanar*, ſive *Famar* teſte Nig. prom. Tauricae Cherſoneſi, in ora Auſtrali, ex adverſo Carambis prom. Paphlagoniae 300. mill. paſſ. diſtans. Alterum Plin. & Ptol. ac Strab. prom. Cretae, in conf. orae Auſtralis & occid. *Capo Hernico* nunc, à littore Cyrenaicae reg. ſive à Phycunte illius prom. 2. mill. ſtadiorum, teſte Strab. in Bor. diſtans. Ptol.

¶ Arigia, ſive Aregia, *l'Ariege*, fluvius Galliae, in Occitania provincia. Cadit in Garumnam. Vide Alburacis, & Aurigera.

¶ Arima, *Arima*, urbecula Aſiae, in ora littorali Japoniae, & in ea parte quae *Ximo* dicitur. Portu gaudet commodo in regione *Figen*, 6. leucis Hiſp. diſtat a Nangaſachio in auſtrum, & decem circiter ab Amacuſa in ortum. Ibi aliàs multi Chriſtiani.

Arimaſpi, pop. Scythiae, uno tantùm oculo praediti in fronte, ut veteribus perſuaſum eſt, teſte praeſertim Sol. cum Plin. de quibus Luc. lib. 3. Plin. Sol. & al.

-Auroque ligatas
Subſtringens Arimaſpe comas: hinc fortis Arius.

¶ Arimaſpi erant pop. Sarmatiae Europaeae, & habitabant ubi nunc Ingria & Ducatus Novogradenſis & Pleſcovienſis, in Moſcovia.

Ariminium, *Rimini*, urbs Æmiliae epiſc. ſub Archiep. Ravennate, inde 35. mill. paſſ. in ort. ad oſtia Arimini fluv. inter Bononiam & Anconam ad ort. quaſi media ad 70. mill. paſſ. diſſita, ab Urbino 30. Ravennam verſùs. Hic Flaminia via ab urbe Roma perducta terminatur, & Æmilia (unde nomen regioni) incipit, Placentiam uſque protracta. Hìc etiam pons lapideus mirae ſtructurae, Auguſti Caeſ. opus. Pop. Ariminenſes, pop. Rom. fideles; nam haec una ex 18. col. quae Romanis pecunias contra Hannibalem ſuppeditarunt, teſte Liv. De Ariminio Luc. lib. 1. Caſ. Liv.

Vicinum-

Vicinumque minax invadit Ariminium, ut ignes.

¶ Ariminium urbs ſita eſt in Romandiola prov. in plano; eſtque elegans civitas, ſub dominio Summi Pontificis, in ora maris Hadriatici, 20. milliar. diſtat à Piſauro in occaſum æſtivum, 25. autem à Ravenna in ortum hybernum, & paulò minùs ab Urbino in Boream.

¶ Ariminus, *Marecchia*, fluv. Æmiliæ prov. Italię, ortus ex Apennino monte, prope fontes Tiberis, Ariminum alluit, & ibi cadit in mare Hadriaticum.

¶ Arimoa, *Arimoa*, inſul. Aſiæ, versùs Novam Guineam, & prope oram ſeptentr. Terræ *dos Papaous* vulgò dictę, à Batavis detecta initio hujus ſeculi. Eſt parvi circuitus, & inter inſulas Moam & Guillelmi Schuteni.

Arina, *Tezela*, teſte Marmol. opp. Maurit. Cæſarienſ.
l. mediterr. Victoriæ urbi finitimum.

Ariniamum, *Arignano*, Hetrurię geminum opp. unum
ro. ad Arnum fluv. inter Florentiam, ab ea 12. mill. paſſ. in ort. & Aretium: alterum in Faliſcis, apud Tiberim, & Soractem mont. ab urbe Roma 24. mill. paſſ. Feſceniam urb. versùs, inde 4. Ocriculum versùs diſtantem, nuper Duc. tit. inſignitum.

¶ Arinianum, opp. Faliſcorum, nunc vulgò *Rignano* dicitur; eſtque in colle, in provinc. Patrimonii dicta, uno milliari à Tiberi fluvio; & paucis conſtat incolis, 15. milliar. ab urbe Roma in Boream. Arinianum autem territorii Florentini eſt tantùm vicus ad Arnum, quod vulgò *Arignano* nuncupatur.

Arintha, al. Ariantha, opp. Brut. in Calab. citer. à Ni-
ph. næa 8. mill. paſſ. Patyco, ſeu Paulæ proximum, inter Mulam & Surdum fluv. Vide Arianthe, quam tamen Barrius diverſam facere videtur.

Ariodonum, *Erding*, opp. Norici, in Bavaria, à Saliſ-
cr. burgo 4. leuc. in Bor. Pataviam versùs.

¶ Ariona, *Ariona*, oppid. Hiſpaniæ, in Vandalitia prov. duabus leucis ab urbe *Anduxar*. Vide Aurieja, & Alba Vircaonenſis.

¶ Ariona, fluv. illyrici, apud Scylacem, hodie *Ombla*. Influit in portum Agravonitarum, nunc *Cravoſa* dictum, ſeu S. Crucis, prope Raguſium, teſte Joanne Lucio.

Ariſabium, *Ava* Caſt. ex levi tamen conjectura, urbs
ol. Indiæ, extra Gangem mediterr. regia.

Ariſbe opp. fuit Troadis, quod & Æolidi tribuitur;
ab. ſed malè. Nam erat Ilio & Sigæo prom. propinquum,
n. teſte Plin. Ejus mem. Luc. lib. 3.

Idalie, & nimium glebis exilis Ariſbe.

¶ Ariſcotum, *Arſchot*, urbs Brabantiæ, in Germania inferiori, cum titulo Ducatus, ad Demeram fluv. Vide Arſcotium.

¶ Ariſtadium, *Arnſtat*, opp. Germaniæ, in Thuringia. Vide Arnoſtadium.

Aritium, Aritium prætorium Anton. *Benavente*, And.
l. Reſendio teſte, opp. Hiſp. Luſit. ab Ulyſſipone ferè 10. leuc. Emeritam versùs in ortum, à Scalabi 4. apud Salvaterram.

n. Arius, *Polimalon*, fluv. Ariæ prov. illam interluens, inter occ. & ort. urbem quoque illius regiam intermeans, Aria à Ptol. dictus: qui etiam *Heri* de reg. & urbis nomine appellatur. Arius etiam nom. gent. ab Aria reg. derivatum. Luc. l. 3.

---Hinc fortis Arius.
Longaque Sarmatici.

¶ Arius, *Lac de Burgian*, lacus Ariæ, in Perſia. Recipit Arium fluv. & alios; eſtque in prov. *Choraſan*, versùs Oxum fluvium.

Arlape, *Erla*, teſte Laz. opp. olim, nunc pag. Norici, in Auſtria, apud Danubium, ubi is fluvium cognominem excipit, apud Pechlarnum opp. quod Arlape ſucceſſiſſe videtur Fluv. verò Arlape, ſive Arlapa, *Erlaph* dicitur.

¶ Arma, *Arma*, prov. & oppidum regni *Popayan*, in
b. America meridionali, prope fluv. Caucam. 50. leucis diſtat
r. ab urbe Popajani in Boream, & 25. ab oppido S. Fidei Antiochiæ in auſtrum.

¶ Armadabatum, *Armadabat*, quæ & *Harimedevvat*, urbs Aſię prædives & ampla, non procul à mari Indico, in regno Cambajæ, in ditione Magni Mogolis, & ex præcipuis illius tractus. Dicitur ab aliis *Amadabath*; eſtque caput prov. *Guzarata*, 18. leucis diſtat ab urbe Cambaja, & 45, ab urbe Surata in Boream.

Armacha, *Armagh*, urbs Archiep. Hiberniæ, Ultoniæ
ip. metrop. ad Eaugum lacum, à Dublinio Laginiæ metro-
ber. poli ad 55. mill. paſſ. in Bor. diſtans. Hujus urbis Archiepiſcopus totius inſ. Primas eſt: ſub quo Epiſcopi Dunenſis *Dovvn*, Conerenſ. *Conner*, Midenſ. *Meth*, Derenſ. *Derry*, Ardachadenſ. *Ardagh*, Clogharenſ. *Clogher*, Rapotenſ. *Robogh*, Kilmorenſ. *Kilmore*, Drumorenſ. *Dromore*, Cluanenſ. *Kiloom*, aliis *Cloney*, Dundalcenſ. *Dundalk*, cum aliquot aliis, qui ad Armachanam metrop. ſpectabant.

¶ Armacha Archiepiſcopalis facta anno 1151. ab Eugenio III. Sedet ad *Kaſin* fluv. non autem prope lacum; habetque Comitatum ſeu provinciam cognom. Incendiis deformata & penè diruta jacet à multis annis; & antiquitus loco *Drumſailich* nomen fuit, Speedo teſte, 12. milliaribus Hibernicis diſtat à lacu Neaugo in auſtrum, & totidem à Monaghano in Boream.

¶ Armalauſi, populi Germanię, ubi nunc Palatinatus ſuperior ſeu Bavaria. Ibi antea erant Nariſci, Brietio teſte.

¶ Armanas, fluv. Armeniæ. Vide Arſamates.

¶ Armanothia, *Armanoth*, prov. Scotiæ ſeptentrionalis, ubi aliàs Cantæ & Lugi pop. Altiſſimis montibus referta eſt; & pars eſt prov. Ruſſiae, inter Loquabriam & Moraviam prov.

¶ Armauria, urbs Armeniæ majoris, inter fontes Euphratis & Lichnitem paludem, & 50. milliaribus ab Artaxata in occaſum.

Armene vicus eſt Sinopenſium, cum portu, quem incolæ ob frigiditatem loci muro cinxere, quaſi calidus futurus eſſet. Unde *Armenen muro cinxere* apud finitimos in proverbium ſtoliditatis verſum eſt, auctore Steph. Qui locus *Carini* nunc dici fertur. Ptol.

Armenia major, *Turcomania* Turcis, *Thoura Emnoe* vel *Aremnoe* Perſis, *Zelbecdibes* Neſtorianis, reg. Aſiæ notiſſima & ingens, ultra Euphratem, a Cappadocia & Armenia minore ſeparantem, uſque ad Mediæ limites in ort. extenſa, inter Iberiam ad arctos, & Meſopotamiam ad merid. perſtricta: cujus urbes quondam claræ, Artazata, Thoſpia, Artemita, & Arſamoſata. Nomen ab Armeo, ſeu Armenio, Jaſonis Comite habere fertur. Pop. Armenii. Inde Euphrates & Tigris cum Niphrate ortum ducunt. Luc. lib. 3. Strab. Plin. Ptol. & al.

Armeniuſque tenens volventem ſaxa Niphratem.

¶ Armenia major nunc vulgò *Turcomanie* & *Curdiſtan* dicitur, & ferè tota ſubeſt dominio Turcarum. A Septentrione dividitur ab Iberia, & Colchide Moſchicis montibus, & Ciro fluv. à Meridie monte Tauro à Meſopotamia, & monte Niphrate ab Aſſyria diſcernitur. Ad occaſum habet Euphratem fluv. & ad ortum montem Caſpium, quo a Media dividitur. Regio olim percelebris, nunc à paucioribus inhabitata. Quaſdam habet urbes alicujus momenti; uti *Revan*, *Erzerum* ad Euphratem, *Van*, quæ Arthemita quibuſdam, *Teflis*, quæ dicta Artaxata, *Cars*, & al.

Armenia minor, *Anaduole*, teſte Nig. & alicubi *Pegian*, teſte Caſt. & ubi Colchorum fines attingit, *Acojonlu*, ut Leuncl. ſcribit, reg. Aſiæ, inter Cappad. ad occ. & ſeptentr. Euphratem fluv. ad ort. Syriam & Ciliciam ad auſtr. contenta. In ea urbes olim celebres, Melitene, Satala, Nicopolis. Cic. & al.

¶ Armenia minor nunc *Aladuli* dicta. Tota paret Turcis. Ibi urbs praecipua *Maraz*, quae forſan Marala & Carmala dicebatur.

Armenius, mons, in Armenia majore, juxta Iberum fines, ex quo Phaſis Colchorum fluv. erumpit; qui Moſchicus à Ptol. dicitur. De Armeniis pop. Ovid. in epiſt. ad Liv. Dion.

Armeniuſque fugax, & tandem Dalmata ſupplex.

¶ Armentariae, *Armentieres*, oppid. Flandriae, ad Liſam fluv. ultimo bello notum. Diſtat ab Ipra 3. leucis in auſtr. ab Inſula 3. leucis, 4. à Baſſea in Ceciam, & 3. à Belliola; eſtque elegans oppid. & ſub dominio Regis Franciae ab anno 1668. pace ad Aquiſgranum confecta.

Armentarium, vel Armamentarium, *Thuys te Bretten*, locus Batavorum, in Hollandia, excifus, apud Cattorum vicum, qui à Lugduno 1. leuc. in Bor. versùs littus maris diſtat. Vet. Inſcr.

¶ Armamentarium, teſte Cluverio, eſt *Roomburg*, prope Lugdunum Batavorum.

Armentia, *Armenza*, urbs Hiſp. Tarrac. in Cantabris, olim epiſ. nunc vicus, collegio Canonicorum in Victoriam proximam urb. translato. L.b. Conc.

¶ Armentio, *Armanſon*, fluv. Galliae, in Burgundia. Oritur ſupra Semurium oppid. quod alluit, in Alexienſi tractu, Tornodorumque rigat, & in Icaunam cadit infra Antiſſiodorum.

Armina, ſive Armena, (utroque enim modo legitur) Strab.

 vic.

Plin. Ptol. vic. Paphlagoniæ, apud Sinopen urbem, nunc *Carime*, teſte Mol. Vide Armene.

¶ Arminiacenſis tractus, *l'Armagnac*, regio Galliæ, in Aquitania ſeu Vaſconia ſuperiori, inter Benearnum & fluv. Garumnam. Ejus præcipuæ urbes ſunt Auſcii & Lactora. Aliàs habuit Comites in hiſtoriis Francicis percelebres.

¶ Armirus, *Armiro*, fluv. inſul. Cretæ, in agro Rhitymnenſis. Cadit in mare Creticum prope Caſtrum vetus.

Scrip. Brit. Armone, *Arton*, ſive *Arvon*, opp. Albionis, in ora Walliæ, contra Monam inſ. vicinam, à Bangorienſi urb. 7. mill. paſſ. Angl. in occ. Alii Arvone ſcribendum ajunt; quod magis placet. (*Caernarvon* forſan.)

¶ Vide Arvonia.

Caſ. Armoricæ civitates, reg. Gall. Celt. extrema, ad Oceanum in occ. & Bor. extenſa, quæ poſtea Britannia dicta eſt, & Hermionia, *Bretaigne*, & incolis *Lhydavv*, teſte Rob. Cænali. Armoricus Fortunato ipſa reg. nominatur. Pop. Britones apud Eginarthum & Jornandem. Ven. Fort. lib. 3. de Felice Epiſcopo:

Ultima quamvis ſit regio Armoricus in Orbe,
Felicis meritis cernitur eſſe prior.

¶ Armorica, *la Bretagne*; eſt prov. ampliſſima, quæque alias Duces habuit proprios. Sed adjuncta fuit regno Galliæ ſub Carolo VIII. Rege, cui nupſit Anna Duciſſa & hæres hujus prov. anno 1488. Vide Britannia minor.

¶ Armorum prom. *Capo dell'armi*, in Calabr. ulteriori, prope fretum Siculum in mare excurrit; quod aliàs Brutium & Leucopetra dicebatur. Vide ibi.

¶ Armotia, *l'Isle d'Armot*, inſula Galliæ, in ora Santonenſis prov. Brietio teſte & aliis.

Ptol. Armozum, *Capo Jaquette*, prom. Carmaniae, ad fretum ſive ad fauces ſinus Perſici, contra Arabiæ fel. oram proximam, in qua Aſaborum prom. inter quæ duo promon. Armuſia eſt inſ.

¶ Armozum prom. à multis *Capo d'Ormus* dicitur; eſtque in Perſide, è regione Armuſiæ urbis. Promont. autem Carmaniæ, quod nunc *Capo Jaſques* dicitur, 150. mill. paſſ. diſtat ab Armuzia in ortum.

Plin. Armuzia, Armuza Ptol. *Ormus*, inſ. cum urbe regia ejuſdem nominis, & emporio celebri in ore ſinus Perſici, inter Armozum prom. Carmaniæ, à quo nomen ſortita eſt, & Aſaborum prom. Arabiæ, Cujus Rex (qui in Arabia fel. & in Perſide & Carmania dominatur) Luſitanorum, qui ibi arcem tenent munitiſſimam, & fruſtra armis Arabum ac Turcarum tentatam, vectigalis eſt, ac ſub illorum tutela regno potitur. Abeſt à Teredone urbe, oſtiis Tigridis finitima, ſive ab intimo ſinus Perſici receſſu, 300. leuc. Hiſp. in ort. à Goa urbe Indica, Luſitanorum col. & regia 22. dierum navigatione in occ. ab oſtio Indi fluv. 200. leucis in occ.

¶ Armuzia urbs eſt Perſidis, regni cognominis caput, celebris unionum copia. Ab antiquis Organa dicta fuit, teſte Verrerio, Harmoſa Arriano. A Tartaris autem *Necrokin* dicitur. Diſtat 350. leucis Hiſpanicis circiter ab oſtio Indi fluvii in occaſum, & à Teredone 200. ſimilibus leucis in ortum, 70. à Maſcato in Boream, & 40. ab urbe *Jaſques* dicta; eſtque in inſula circuitus 9. mill. paſſ. & 12. milliaribus diſtat à continenti Perſiae. Aliàs Reges habebat proprios ſub clientela Luſitanorum, qui illam urbem cœperant anno 1507. Duce Alphonſo Albuquerquio; nunc autem ſubeſt dominio Perſarum, qui inde Luſitanos & Regem inſulae ejecerunt, arcemque illam munitiſſimam auxilio Anglorum expugnarunt die 25. Aprilis 1622. & ab eo tempore urbs iſta, aliàs emporium celeberrimum, ſic defecit, ut nunc ferè deſtructa & deſerta jaceat: & ex ejus ruinis crevit urbs *Gambron*, ſeu *Bander Gamron*, in viciniis, & in proxima continenti Perſiae.

Ptol. Plin. & al. Arna opp. fuit Umbriae, Mevaniae & Hiſpello finitimum, licèt ejus nullum exſtet veſtigium. Pop. Arnates Plin. De ea Sil. lib. 8.

His, urbes, Arna, & latis Mevania campis,
Hiſpellum.

Fuit & Arne urbs Paethiotidis; cujus mem. Plin.

¶ Arnaeum Ducium, *Arnay le Duc.* opp. Franciae, in Burgundia, in Alexienſi tractu. 6. leucis diſtat à Sadoleuco in ortum, & totidem ab Auguſtoduno in Boream, ad fontes Aroſii fluv. eſtque peramœnum & cultum.

Segino Arnapa, *Horndiep*, teſte Ortel. fluv. Friſiae occident. Groningam urbem alluens.

¶ Arneburgum, *Arneburg*, oppidulum Germaniae, ad Albim fluv. in veteri Marchia Brandeburgica, 2. leucis ab Havelberga in meridiem, & 7. à Magdeburgo in ſeptentrionem. Paucis conſtat incolis, & ferè dirutum fuit ultimo bello Germanico.

¶ Arnedum, *Arnedo*, opp. Americae meridionalis, in regno Peruviae. Diſtat 16. leucis à Civitate Regum in Boream. Portu gaudet utcumque capaci, in ora maris Pacifici ſeu Auſtrini.

¶ Arnemuda, *Armuyden*, opp. Belgii, in Zelandiae Comit. & inſ. Valachria, in ora, cum portu è fronte Zud-Bevelandiae inſ. Dimidia leuca circiter diſtat à Middelburgo, ſubeſtque Batavis. Aliis eſt Ramua.

Arneſtum oppid. fuit Apul. Pucetiae, inter Barium & Egnatiam, à Bario 22. mill. paſſ. haud procul à Converſano urbe. Ant.

¶ Arnhemii Regio, *t'Land van Arnheims* Batavis, *Terre d'Arnheim* Gallis, pars terrae Auſtralis, noviter detecta à Batavis, in ora maris Anchidolii, ad auſtrum Novae Guineae, inter Carpentariam & terram ſeu regionem Concordiae.

¶ Arnhemium, *Arnheim*, urbs Belgii, in Gueldria. Vide Arenacum.

¶ Arnhuſia, *Arnhuſen*, urbecula Germaniae, in Pomerania inferiori, ſeu Brandeburgici juris, prope Regam fluv. 4. leucis diſtat ab ora maris Baltici & à Colberga urbe, & 2. à Belloguardia in auſtrum.

¶ Arniſium, *Arniſh*, caſtrum excelſum Hiberniae, in Ultonia prov. & Comitatu Armachano, medium ferè inter Armacham & Lugum urbes.

Arnon, fluv. ſive veriùs torrens Palaeſtinae, inter Amorrhaeos & Moabitas fluens, quem incolis nunc *Adramelech* dici Thev. teſtatur. Lib.

¶ Arnon torrens in mare Mortuum ſe exonerat.

¶ Arnoſtadia, *Arnſtadt*, oppidulum tenue Germaniae, in Thuringia prov. ad Geram amnem. Vix 2. leucis diſtat ab Erfordia in auſtrum, & paulò ampliùs à Gotha.

¶ Arnsburgum, *Arnsbourg*, arx inſulae Oeſiliae, in mari Baltico & ditione Svecica, versùs Livoniam & fauces ſinus Rigenſis. Vide Arensburgum.

Arnus, *Arno*, fluv. Tuſciae; ex Apennino mont. non procul à Tiberis ortu oriens, ac in occ. fluens. Obliquè Florentiam & Piſas interluit, à Florentia ad oſtia uſque navigabilis. Oſtia à Piſis 12. mill. paſſ. diſtant. Ejus mem. Rutil. lib. 1. Strab. Plin. Ptol.

Quam cingunt Geminis Arnus & Anſur aquis.

¶ Arnus fluvius oritur in confinio Romandiolae prov. in territorio Florentino, 15. milliar. à fontibus Tiberis in occaſum, Florentiam versùs paulò plus; & in mare Tirrhenum cadit 6. mill. paſſ. ab oſtiis Auſeris in merid. & 15. à Liburno in Bor.

¶ Aroa, *Aroè*, inſul. Daniae parva admodum, in mari Baltico, inter Fioniam inſ. & Ducatum Sleſvicenſem. Aliis Aria. Vide ibi.

Arocelum, *Nodales*, teſte Jacob. Delgat. oppid. Hiſpan. Tarraconenſ. in Celtiberis, apud Segontiam urb. & Methymnam cœli opp. cui propius eſt. Pop. Arocelitani Plin. Plin.

¶ Arocelum aliis eſt *Araquil*, ſeu *Huarte Araquil*, in Navarra; quod etiam Aracilum à quibuſdam dicitur. Vide ibi.

Aroer. Vide Areopolis. Lib. Reg.

Arola, *Arr*, fluv. Helvetiorum, ex Adula mont. ex adverſo Ticini profluens, Bernam & Salodorum urbes alluens, Rhenoque infra Aquas duras opp. congrediens. Regin.

¶ Arola fluv. fontes habet prope ortum Rhodani & Ticini, ex monte D. Gothardi; dein auctus fluviis Sana, Orba, Emma, Urſa, & Limago, rigatiſque Thuno, Berna, Soloduro, & Arolaelburgo, infra Aquas Helvetias Rheno miſcetur prope Valdhuſtum oppidum.

¶ Arola, *Arool*, urbs Moſcoviae auſtralis, juxta Occam fluv. 40. mill. Germ. à Moſcua urbe.

¶ Arolae burgum, *Aarburg*, oppid. eſt pagi Bernenſis, in Helvetiis, ad Arolam fluv. 15. mill. paſſ. infra Solodurum in ortum, Aquas Helvetias versùs 22.

¶ Aromaja, *Aromaja*, prov. Americae meridionalis, in nova Andaluzia, non longè ab oſtiis fluv. *Orinoque*, versùs Caribanam regionem.

Aromata, *Guardafuni*, teſte Jo. Bario, cum Mercat. & al. emporium & prom. Æthiopiae ad fin. Barbaricum, à Praſſo prom. & urbe ultra Æquatorem 550. leuc. in Bor. & ort. maximè in Orientem porrectum. Ptol

¶ Aromata promont. nunc vulgò *le Cap de Guardafuy* dicitur; eſtque in Azania regione Africae, ubi nunc regnum *Adel*, ex adverſo Arabiae felicis, prope Dioſcoridis inſulam.

Arona,

Arona, ſive Rona, ut aliis videtur, Inſubriae opp. gentis Borromaeae, praeclarum, ad Verbanum lac. Angleriae opp. in adverſa ejuſdem lacus ripa proximum, inde mille paſſ. diſtans. Quod etſi non admodum vetus eſt, (cum à cœnobio ibi ab Obizone Com. Othone Imp. ann. Virg. partus 984. condito, ortum duxerit) illud tamen ob loci praeſtantiam, quòd populo frequens ſit, arceque firmiſſima munitum, cœnobio olim Benedictinorum nunc Jeſuitarum (in quo corpora SS. Felini & Gratiniani martyrum, eo Peruſia, Epiſcopi & Imp. conceſſu ab eodem Comite exportata, piè & religiosè adſervantur) ac S. Caroli Borromaei natalibus clarum, hìc memorari libuit. Dicta eſt Arona quaſi Alona, ab aliis quas gerit, nam in opp. hujus ſtemmate duae pinguntur alae, à quibus illud nominatum veriſimile eſt.

¶ Aroncae, pop. Africae, in Lybia interiori, forſan ubi *Benin* regnum Guineae, Sanſone teſte.

cript. mec. Aroſa, *Aroſen*, urb. Sveciae epiſc. ſub Archiep. Upſalenſi, ubi argenti fodinae.

¶ Aroſia dicitur etiam *Weſteras*, eſtque urbs Sveciae & Veſtmanniae prov. primaria, prope lacum *Meler*, cum arce; ſed parva admodum, 4. leucis Uplandicis ab Arbogia in ort. & 10. ab Holmia in occaſ. Anno 1521. validus Chriſtierni II. Daniae Regis exercitus hìc caeſus & fugatus fuit à Guſtavo Erici Dalecarlorum Ductore, poſtea Rege Sveciae; & anno 1544. regnum Sveciae electivum in haereditarium mutatum fuit in hac civitate.

lin. Aroteres pop. gemini, Æthiopes ad fin. Adulicum, & Scythae in Thraciae Myſiaeque conſ. circa Dionyſiopolim urb. incolentes.

Arotrebae, pop. Hiſp. Tarraconenſ. extremi ad occ. Vide Artabri, ſive Artabrum prom.

Arojus, *Aroy*, fluv. Americae meridionalis. Oritur ex lacu Caſſipa, & in fluv. *Orenoque* cadit, in Nova Andaluſia.

Cic. Strab. Plin. & al. Arpi num. plur. Argos Hippium & Argyrippa à Græcis dicta, urbs Apuliæ Dauniæ à Diomede condita, inter Luceriam & Sipontum 18. mill. paſſ. nunc prorsùs exciſa. Durat nomen loco à Foſſa opp. 6. mill. paſſ. Eorum mem. Virg. lib. 11. Æn.

Qui bellum intulerint, quæ cauſa attraxerit Arpos.

Ptol. Arpii, pop. Myſiæ infer. quorum reg. *Beſſarabia* a Beſſis pop. dicitur, in qua Arpis urb. ipſorum caput, apud oſtia Iſtri: quæ nunc *Bialogrod* dici putatur, teſte Ortel.

Cic. Plin. & al. Arpinum, *Arpino*, oppid. Latii, in Samnii conf. Cic. natale ſolum, inter Soram & Aquinum, inde 4. hinc 11. mill. paſſ. apud Fibrenum fluv. Pop. Arpinates: de quibus Sil. lib. 8.

Accolit Arpinas, accita pube Venafro.

¶ Arpinum, *Arpino*, hodie caſtrum eſt prov. Terrę Laboris, in regno Neapol. in confinio ditionis Pontificiæ. Diſtat 4. milliar. à Sora in auſtrum, & novem à monte Caſſino in Boream; ſedetque in Colle excelſo, 2. milliar. à Liri fluv. & paucis conſtat incolis.

Arpis, urbs Myſ. infer. ad oſtia Iſtri. Vide Arpii.

Ptol. Diod. Sic. Lib. Arponium, *Cerchiara*, teſte Barrio, oppid. magnæ Gręciæ, in Baſilicatæ Calabriæque confin. inter Lagariam urbem exciſam & Coſanum urb. 4. mill. paſſ. apud Cyrim fluv.

¶ Arqua, *Arqua*, caſtrum Italiæ, in dominio Veneto, & territorio Patavino, celebre longa habitatione & ſepultura Petrarchæ Poetæ celeberrimi, 9. mill. paſſ. diſtat a Patavio in merid. 4. autem ab Ateſte in Bor.

¶ Arquæ, *Arques*, vicus Galliae, juxta Moſam fluv. in Barenſi Ducatu, prope Valculerias, patria Joannae Puellae Aurelianenſis, notae in hiſtoriis Galliae ſub Carolo VII. Rege.

¶ Arquata, *Arquata*, opp. Italiae, in Marchia Anconit. ad radices Apennini, juxta Truentum fluv. & verſus limites Aprutii, 7. mill. paſſ. diſtat ab Aſculo in merid.

Ant. Arrabo vel Arrabona, Narabo Ptol. *Rab*, urbs epiſc. & fluv. qui Danubio prope urbem miſcetur, inter Viennam & Albam regalem 16. leuc. plus min. Vide Arabo. De Arrabone lib. 5. itin.

Pannoniæ curru veterem properamus ad arcem,
Arrabo trajectus flumen ut ante fuit.

¶ Arrachamum, *Arracan*, Luſitanis *Arracaon*, urbs Aſiae, in India ulteriori, prope ſinum Gangeticum. Primaria eſt regni cognominis, ad fluv. *Martaban*; & diſtat à mari 6. milliaribus, à civitate Pegu 140. milliar. in occaſ. & totidem a Bengala in auſtrum.

Aelia. Arrhata, lacus Africae, apud Rhizophagos pop. qui lacus nunc *Lacus monachorum*, teſte Livio Sanuto, nominatur.

Arriaca, *Guadalajara*, urbs Hiſp. Tarrac. in Caſtella nova, inter Segontiam 14. & Complutum 4. leuc. *Ant.*

¶ Arriaca, *Guadalajara* ad fluv. Tagonium ſedet; eratque olim caput Algariae tractus.

Arrianum, *Altenhofen*, teſte Laz. quaſi vetus curia, opp. Norici, ad Danubium, in Auſtria, inter Aniſum urbem ad occ. & Grimam opp. ad ort. 2. leuc. à Lentio verò 5. Viennam verſùs. *Lib. Not.*

Arribantium, *Wiczittern* apud Laz. al. *Novibazar*, urbs Myſiae ſuper. in Dardania, (quae nunc Servia dicitur) quaſi novus mercatus: quae urbs in via inter Epidaurum, hoc eſt, Raguſiam, & Sophiam verſùs Byzantium occurrit ab urbe S. Sabae 40. mil. paſſ. Sed prior interpr. Laz. uti locorum periti, probabilior altera, quae Villanovani eſt & Moletii. *Ptol.*

¶ Arro, *Arro*, fluvius Angliae. Cadit in Lugum fluv. in Comitatu Herefordienſi.

¶ Arrojum, *Arrois*, caſtrum praecipuum inſul. Mulae, unae ex Hebridis, ad occidentem Scotiae, in Boreali parte inſulae, & ex adverſo Abriae provinciae.

¶ Arroſius, *Arroux*, fluv. Galliae, in Burgundiae Ducatu. Oritur prope Arnaeum Ducium. Auguſtodunum rigat, & poſtea in Ligerim ſe exonerat ſupra Borbonium Anſelmum.

Arſa, oppid. Baet. ex quo Metellus Viriatum expulit, teſte Liv. Locus ignoratur. *Liv.*

Arſacia, *Casbin*, urbs Mediae mediterr. ex praecipuis reg. in qua Rex Perſarum, poſt amiſſam Ecbatana (poſtea recuperata) habitare ſolitus erat, ab Ecbatanis, ſive Tabreſio, itinere tridui in ortum Hecatomphylon Parthiae urbem verſùs diſtans. *Ptol.*

¶ Arſacia a quibuſdam *Casbin* dicitur, urbs Perſiae pulcherrima & perampla, in provincia *Ayrach*, ubi Rex commorabatur antequam ad Aſpahamum ſedem transferret. Diſtat a Tabriſio 70. leucis in ortum hibernum, & totidem ab Aſpahamo in Boream, à mari Caſpio autem 60. leucis circiter.

¶ Arſametes, fluv. Armeniae majoris. Cadit in Euphratem fluvium.

¶ Arſamias, lacus Armeniae majoris. Vide Arciſſa palus, & Arſiſſa.

Arſamoſata urbs fuit Meſopotamiae, in Armeniae conſ. cui etiam attribuitur, apud Euphratem fluv. epiſc. ſub Archiep. Amidenſi. Arſamote Plin. *Strab. Ptol.*

¶ Aſoſamoſata urbs fuit Armeniae majoris, verſùs Merpotamiam, & prope montem Mazium, 70. mill. paſſ. ab Euphrate in ortum. Quid ſit nunc, ignoratur.

¶ Arſanias, fluv. Armeniae majoris. Tranſit per Arſaniam lacum, & poſtea cadit in Euphratem infra Zimaram.

Arſatianum, *Arſa*, opp. Pannoniae, in Hung. apud Dravum fluv. teſte Laz. cum al. *Ant.*

¶ Arſcotium, *Arſcot*, urbs parva Germaniae inferioris, in Brabantia, ad Demeram fluv. ſub Hiſpanis; eſtque Ducatus gentis *de Crovy*. Diſtat 4. leucis à Mechlinia in ortum, & 3. a Lovanio in Boream; diciturque à Belgis *Ærſchot*.

Arſenaria, *Arzen*, al. *Arzerun*, urb. & col. Mauritaniae Caeſarienſ. maritim. apud portum Deorum, inter Quilzam & Cartennam. *Ptol.*

Arſia, *Arſa*, fluv. Iſtriae, Italiae terminus, illam ab Illyrico, quod in ort. vergit, dirimens, ex lacu Cosliaco in mare Hadriaticum ultra Polam urb. 20. mill. paſſ. influens. Hic à Varo Italiam à Gall. Narbon. dividente 742. mil. paſſ. abeſt, teſte Plin. itinere per Vada Sabatia, Taurinos, Vercellas, Novariam, Comum, Bergomum, Brixiam, Veronam, Vicentiam, Opitergium, Concordiam, Aquilejam, Tergeſtum, Parentium, & Polam habito: quod rectius & brevius eſſe poteſt; imò per loca memorata minor deprehenditur. *Ptol.*

Arſicua, *Brin*, teſte Villanov. urbs Moraviae, non Sleſiae, ut malè Ortel. ſcribit. Ejus reg. poſt Olomucium primaria, inter Olomucium & Znoymam ad merid. media 5. leuc. utrinque diſtans. *Ptol.*

¶ Arſicua Sanſoni & aliis eſt Hradiſta, *Hradiſch*, oppidum Moraviae, ad fluvium Moravum, 6. leucis Germanicis à Bruna in ortum, & totidem ab Olomucio in auſtrum diſtat.

¶ Arſicua alia, urbs Germaniae antiquae, in limite Sarmatiae, ad Viſtulam fluv. teſte Nicolao Sanſone. Nunc forſan *Warſovv*, in Polonia.

¶ Arſietę pop. fuere Germano Sarmatiae, in Peucinis, ubi nunc Chelmenſis Palatinatus, in Polonia.

Arſinarum, *Capo Verde*, teſte Jo. Barrio, prom. Libiae inter. Thevetus *Mançandan* & *Beſenege* dici putat.

¶ Arſinarum promontorium vulgo *le Cap Verd* dicitur; eſtque promont. Nigritiae, in occaſum magis porrectum. 20. circiter leucis diſtat ab oſtio fluv. *Senega*, in occaſum hibernum, & ab Europaeis multùm frequentatur. Ab eò Gorgades ſeu Heſperides inſulae in Oceano Atlantico dicuntur *les Isles du Cap Verd*, quia non longè ab eo diſtant in occidentem.

Strab. Plin. Ptol. Arſinoe, opp. Cypri triplex, 1 in ora occid. inter Paphum novam & veterem, *Afdime* nunc, teſte Steph. Luſignano, 2. in ora orientali, inter Pedalium prom. & Salaminam urb. quae nunc, teſte eod. Luſig. *Famagoſta* nominatur, urbs hac tempeſtate primaria poſt Nicoſiam, 3. ad Callinuſam prom. in ora Bor. versùs occ. Solis proxima, quae Luſign. *Leſcare* dicitur, al. *Criſocu*, & noſtris *Aleſſandretta*. Additur 4. mediterr. *Arzes* dicta incolis, ut idem Luſign. teſtatur, à veteribus non memorata.

Ptol. Arſinoe etiam apud Ptol. urbs fuit Ciliciae marit. inter Anemurium ad occ. & Celenderim ad ort. proximas urbes, *Draganti* nunc pag.

¶ Arſinoe urbecula erat Ciciliae aſperae, inter Antiochiam, ad Tragum & Seleuciam.

Ptol. Strab. Arſinoe, quae & Cleopatris, *Sues*, & Sarracenis *Barraarn*, teſte P. Gyllio, urbs Ægypti, in intimo ſin. Arabici, à Peluſio 125. mill. paſſ. in ort. (quanta eſt maris Mediterranei ab Arabico ſinu diſtantia) à Babylone itinere tridui, à faucibus ejuſdem ſin. 350. leuc. Hiſpan. à Sina mont. 60. mill. paſſ.

¶ Arſinoe aliis eſt *Azirut*, oppidul. diſtans à *Suez* 15. mil. paſſ. in auſtrum.

Strab. Plin. & al. Arſinoe item, quae & Teucheira, *Trochara*, teſte Marm. urbs Cyrenes epiſc. ſub archiep. Cyrenenſi, una ex quinque urbibus Pentapolitanae reg. in ora littor. inter Berenicen ad occ. 47. & Ptolemaidem in ort. 26. mill. paſſ. De Arſinoe Val. Flac. lib. 5. Argon.

Imperet Arſinoen illi, tepideque requirant
Otia laeta Phari.

¶ Arſinus, *Arſine*, fluv. Lapponiae, ſub Moſcovitis. Cadit in mare Glaciale versùs mare Album.

Ptol. Arſiſſa, ſive, ut in cod. Graeco, Areeſa, *Giocho* ex tab. recent. palus Armeniae majoris, al. *Vaſtan*, cum urbe ejuſdem nominis, quae in Media cenſetur, à Tabreſio 100. mill. paſſ. in occ. In ea graviſſima quaeque natant, teſte Plin.

¶ Arſiſſa palus, ſeu Arſanias, lacus Armeniae à quibuſdam, *Lac de Vaſtan*, dicitur, & ab aliis mare Armeniae, *mer d'Armenie*, quia ejus aquae ſunt ſalſae. Ei adjacet Arthemita, quae *Van* cum aliquot pagis, extenditur ad 60. mil. paſſ. ſed non aequalis eſt latitudinis; eſtque in ditione Turcarum, & in limite Perſiae.

Plin. Artabri pop. & Artabrum prom. Nerium Strab. & Ptol. *Capo de finis terra*, dicitur prom. opp. verò horum populorum *S. Maria finis terra* nominatur apud prom. praedictum, ab urbe Compoſtellana 12. leuc. in occ. diſtans. Aliis, ut Petro Medinae, prom. hoc potiùs *Capo di Mongia* (quod à prom. finis terrae 6. leuc. diſtat in Bor.) eſſe videtur. Horum mem. Sil. lib. 3.

Jamque Ebuſus Phaeniſſa movet, movet Artabrus arma.

¶ Artabrum promontorium eſt Hiſpaniae, in Gallaecia, & vulgò *Cap. de Finiſterre* ſeu *Fineterre* à Gallis dicitur. Artabrorum autem portus fuit ubi nunc *Muros* oppid. Gallaeciae, ad oſtium Tamarae fluv. 6. leucis ab Artabro prom. in auſtrum, Sanſone teſte.

Artalbinum, opp. Germ. ſuper. Vide Arialbinum.

Ant. Ptol. Artaunum, *Aurach*, teſte Jo. Heroldo, arx German. in Suev. in colle, à Tubinga urb. 2. leuc. in ort. Ulmam versùs, al. uti Pet. Appian. *Wirtzburg*, hoc eſt, Herbipolis, urbs Germ. Franconiae caput. Sed prior interpr. magis probatur.

¶ Artaunum quibuſdam fuit oppidum Mattiacorum, fortè ubi nunc *Ortenberg* oppidulum Veteraviae & Comitatus Iſenburgenſis, ferè inter Francofurtum ad Mœnum & Fuldam.

Plin. Tac. & al. Artaxata num. plur. Artaxia Tac. Artaxiaſata Strab. *Teflis*, urbs Armeniae majoris munitiſſima, ad Araxen fluv. (qua Turcae diù potiti ſunt, paucis abhinc annis à Perſis ejecti) à Gaza urbe Mediae 450. mill. paſſ. in occ. à Niſibi urbe Meſopot. 754. in Bor. teſte Plin. recedens. Paulò Jovio *Choin* potiùs videtur urbs non obſcura. Sed haec non Armeniae, at Mediae urbs eſt, à Tabreſio 50. mill. paſſ. in occ. diſtans, Juven. ſat. 2.

Sic praetextatos referunt Artaxata mores.

¶ Artaxata, quae *Teflis* ſeu etiam *Tiflis* dicitur, eſt in Georgiae regno, ſubeſtque etiamnum dominio Turcarum. Diſtat 350. mill. paſſ. à Gaza, 500. mill. à Niſibi, & 120. circiter a mari Caſpio in occaſum. Aliàs fuit perampla & celebris in hiſtoriis Romanorum; nunc paucioribus conſtat incolis.

Artaxata altera apud Anton. in Cappad. eſt inter Caeſaream 24. & Comanam 42. mill. paſſ. *Steph.*

Artemiſium, *S. Agatha*, opp. Oenotriae, in Calab. citer. teſte Barrio, Agelio & Arianthae opp. proximum, à Pholone 4. à littore 8. mill. paſſ. diſtans.

Artemiſium alterum. Vide Dianium, opp. Hiſp. Tarracon. marit. in ora regni Valentini quod *Atemuz*, teſte Beuthero, dicitur, apud Gandiam opp. à Saguntinis conditum. Artemiſium quoque opp. Eubœae ad promont. ejuſd. nominis; cujus mem. Demoſthenes. *Strab.*

¶ Artemiſium promont. eſt Hiſpaniae Tarraconenſis, inter ſinus Illicitanum & Sucronenſem, quod Dianium Hemeroſcopium & Ferraria dictum fuit, nunc vulgò *Capo Martin* Hollandis & aliis; & ejus pars pars etiam *Punta del Emperador* dicitur. Diſtat ab Alona 10. leuc. Hiſpanicis in ortum aeſtivum, & à Valentia 15. versùs auſtrum; eſtque in regno Valentino.

Artemidita, Artemitta Strab. *Armening* ex tab. recen. urbs Armeniae majoris, intra ingentem lacum, cujus incolae omnes Chriſticolae fuerunt. Artemitta verò Strab. cùm ſit urbs Aſſyriae, à Seleucia magna 500. tantùm ſtad. diſtans, ab hac diverſa eſt. *Ptol.*

¶ Armita, quae & Arthemita, aliis eſt *Van*, urbs permunita, ſub domin. Turcarum, non longe ab Arſiſſa lacu in auſtrum, in limite Perſiae. Diſtat à Tigranocerta 100. circiter milliar. & 70. à monte Caſpio in occaſum, cujus incolae ex parte ſunt Chriſtiani, ſed non omnes.

Artemita, Artemia Strab. inſula parva eſt ante oſtium Acheloi fluv. in ora Acarnanum. Altera quoque parva apud Æthaliam, ſive Iluam, inſula maris Tyrrheni, quae nunc *Palmajola* nominatur. Artemita item opp. Meſopotam. à Seleucia 500. ſtad. teſte Strab. Vide Artemidita. *Strab. Plin.*

¶ Arteſia, *Artois*, Galliae Belgicae provincia, Comitatus titulo clara, cujus caput Atrebatum, olim ſub Hiſpanis, nunc ferè tota ſub dominio Francorum, pace ad Pyrenaeos; eſtque inter Picardiam & Flandriam. Ibi etiam urbes celebres ſunt Aria, Audomaropolis, ſeu Fanum S. Audomari, Bapalma, Bethunia, & Heſdinum. Vide Atrebates.

Artigi, Artigis Ptol. *Alhama*, teſte Henr. Coquo, urbs Hiſp. Baet. in regno Granatenſi, à Granata urb. primaria 7. leuc. Malacam versùs. *Plin.*

Artobriga, *Artzburg*, teſte Joan. Aventino, olim urbs, nunc pag. Vindeliciae, in Bavaria, cum cœnobio, apud Danubium, inter Ratiſponam & Ingolſtadium ad occ. Lazio *Veltenburg*, pag. proximus Artzburgo eſſe videtur. *Ptol.*

¶ Artobriga, oppid. Vindeliciae, nunc, Cluverio teſte, eſt vicus *Lebnavv*, Juvavo amni appoſitus infra opp. *Lauffen* in Salisburgenſi territorio: quod melius venit.

¶ Artolica, quae & Ariolica, vulgò *la Tuille*, opp. aliàs Seguſinorum, nunc vicus, ad radices Alpium & montis S. Bernardi minoris, in Ducatu Auguſtano, & ſub dominio Ducis Sabaudiae.

Artomici, pop. Gal. Narbon. Vide Arecomici. *Caeſ.*

Artynia, ſtagnum Myſiae, in Aſia, ex quo Rhyndacus fluv. effluit, apud mont. Pomiſium, & Miletopolim urbem. *Plin.*

¶ Arva, *Arve*, fluv. Sabaudiae Ducatus. Cadit in Rhodanum prope & infra Genevam, cum fontes habeat in Fociniaco agro, ad pedes Alpium.

¶ Arua, *Arue*, inſ. Aſiae, inter Moluccas & novam Guineam ad auſtr. Diſtat a *Terra dos Papous* 25. leuc. Ei adjacent aliquot aliae inſ. quae à Batavis frequentantur.

¶ Arva, *Arva*, opp. Hungar. ſuper. unde Comit. Arvenſis; diciturque opp. aliter *Orovva* à Germanis, versùs Carpathum montem & confinia Poloniae. Sex leucis Germanicis diſtat a Biſtricia in Aquilonem.

Arucci, *Moron*, teſte Cluſio ex antiq. inſcript. opp. Hiſp. Baeticae, in conventu Hiſpalenſi, ab Urſone 5. leuc. Nebriſſam versùs in occ. *Plin. Ant.*

Aruci, Arucci Anton. & vet. inſcrip. opp. Luſit. geminum, novum & vetus. Novum *Moura*, teſte Reſend. opp. praeclarum regni Portugall. apud Anam fluv. Serpae & Myrtilli finitimum, à Pace Julia 9. leuc. Vetus *Aroche* haud procul à novo diſſitum. *Ptol.*

¶ Arucci, nunc *Moura*, oppidulum eſt tenue Portugalcum caſtro inter Oliventiam & Mirtilim, 7. leuc. à Pace Julia in ort. Arucci vetus vulgò *Aroche*, eſt vicus Andaluſiæ, in confinio Portugalliæ, & à novo diſtat 9. leucis in orientem.

Aruci alterum, *Aroche*, teſte Mor. opp. ſeu potiùs pag. Turdetanorum, in Hiſp. Luſit. in Extremad. reg. apud Cazallam & Allanitium opp.

Arucia, *Bregna*, teſte Nigro, opp. Illyrici, in Liburnia mediterr. ſed, teſte Villanov. *Othoſach*, Tadiaſto urb. finitimum.

Arvernæ, Arverni Cæſ. Arverna Greg. Turonenſ. Arvernum Sidon. *Clermont*, urbs Aquit. epiſc. ſub Archiep. Bituricenſ. in mont. unde nomen habet, caput Arvernorum. Arverni enim nomen eſt non tam urb. quam pop. quorum reg. *Auvergne* nominatur. Urbs verò nunc Claromons dicta, inter Molinum ad arctos, & S. Florum, alteram Arvernorum urbem, ad auſtrum 12. leuc. diſſita eſt, à Lugduno 24. in occ. Non longè fons eſt qui ſaxa gignit. In ejuſdem agro alter fons viſitur, qui in die feſto S. Petri Apoſt. clarus eſt, turbidus verò die præcedenti. Arvernorum mem. Luc. lib. 1.

Arvernique auſi Latio ſe fingere fratres.

In horum montibus fons eſt vini ſaporem habens apud Cuilam caſtrum, ubi incolæ modico vino opus habent.

¶ Arverni pop. fuere Galliæ Aquitanicæ, ubi nunc Alvernia, provincia Galliæ celeberrima, inter Lemovices, Bojos, Ruthenos, & Gabalos. Ejus pars Alvernia ſuperior dicta, quę & ſatis montuoſa, primariam urbem habet Fanum S. Flori; inferior autem eſt admodum fertilis & rigua, & eam Elaver fluv. bifariam ſecat. Ejus caput ac totius regionis eſt Claromons, urbs ampla & culta in colle. Aliæ urbes celebres ſunt Aquaperſa, Aureliacum, Brivas, Iſſodorum, Ricomagus, & Thierrium.

Arviſius, Arvis Vib. Seq. *Almiſta*, mons Chii inſ. in quo vinum Arviſium optimum generatur, ibi; & Arviſium prom. Vini Arviſii mem. Virg. Eclog. 5.

Vina nova fundam calathis Arviſia nectar.

Arula, *le Loir*, fluv. Gall. Celt. per Caſtrodunum opp. in Ligerim fluens.

¶ Arula fluv. dicitur aliter, & meliùs, Lędus. Oritur in Perticenſi prov. alluitque etiam Vindocinum, Dureſtallumque, & per Cenomanenſem & Andegavenſem provincias in Sartam fluv. cadit paulò ſupra Andegavum.

Arula item apud Script. Helveticos fluv. eſt Helvetiæ, in Rhenum per Bernam & Salodorum fluens, *Aar*, Vide Arola.

Arulę, *Arlas*, Gallis *Arles*, vetus Abbatia Ordinis S. Benedicti, in Comitatu Ruſcinonenſi, & Diœceſi Helenenſi.

¶ Arunarius, *Arunar fiord*, ſinus Islandiæ inſ. in mari Deucaledonio, versùs occ. inſulæ, & in eam per aliquot milliaria extenſus.

Arunca urb. Vide Sueſſa.

Arunci, *Ronches*, pop. & opp. Hiſp. Luſit. in Extremaduræ & Portugalliæ conf. inter Arborquercum, & Extremos oppida clara 6. leuc.

¶ Arunci nunc *Aronches* dicitur. Eſt opp. Portugalliæ, aliàs munitum, in confinio Extremaduræ, 3. leucis ab Albuquerco in occaſum.

Arunci item, pop. Italiæ. Vide Aurunci.

Arunda, *Ronda*, teſte Cluſ. cum al. urbs Hiſp. Bæt. ad regnum Granatenſe ſpectans, in Vandalitiæ conf. ad mont. à Malaca 11. leuc. in occ. à Calpe 8. in arctos diſtans.

¶ Aruntina, *Arundel*, opp. Angliæ, in provincia Suſſexia Comitatus titulo clarum, ad fluv. Arontem. Vix tribus milliaribus Anglicis diſtat ab ora, ubi portum habet utcunque capacem, & à Ciceſtria 10. milliar. in ortum, Paucis conſtat incolis.

Arvone, opp. Albionis, in Wallia, *Arvon*. Vide Armone.

¶ Arvonia, quæ & Arvone, *Caernarvan*, urbs eſt Angliæ, in Valliç Principatu. Inde Arvonia Comitatus ſeu regio adjacens, vulgò *Caernarvan Shire* dicta. Urbs autem ſedet in littore maris & freti *Menay*, ex adverſo inſ. Monæ. 7. milliar. Anglicis diſtat à Bongoria urbe in occaſum hibernum, & 15. ab Harlecho in Boream, ad oſtia fluvii, *Saint*. Excitata fuit ex ruinis Segontii.

Arupenum, ſive Arupinus, ut in alio loco, *Aurſperg* Laz. interpret. oppid. Japodum in Carniolæ & Corbaviç conf. à Senia 28. mill. paſſ. in Bor. Siſciam versùs ex itiner. Anton. Sed vel error eſt in num. vel alterum Arupenum eſt, *Aurſperg* enim Labaco urbi finitimum eſt. Pop. Aurupeni apud Appian. Alexand. Eſt & Arupinum opp. Iſtriae marit. *Rovigno* vulgò, inter Parentium ad occ. 15. & Polam ad ort. 33. mill. paſſ. Arupinorum mem. Tibull. lib. 4.

Teſtis Arupinis & pauper natus in armis.

¶ Arus, *Are*, fluv. Angliæ, in Eboracenſi prov. Oritur in confinio Lancaſtrenſis Comitatus; & rigatis aliquot oppidulis, in Abum æſtuarium ſe exonerat.

¶ Arus, *Aru*, oppid. Aſiæ, cum regno cognomine, in India & inſula Sumatra, ex adverſo urbis Malacae, a qua vix diſtat 15. leucis Hiſpanicis. Sedet in ora freti Sincapurae.

¶ Aruvaccae, *Aruvacques*, populi Americae meridionalis, in Caribana regione, prope fluv. *Eſſekebe*. Sunt valde potentes, & magnas cum Caribis inſulanis exercent inimicitias à multo tempore.

Aruvii pop. Gall. Lugdunenſ. quorum opp. *Arable*, in Britannia minore. Aliis *Sees* in Neuſtria. Ptol.

¶ Aruvii, pop. fuere Galliae, ubi poſtea Seſſui & Vagoritum urbs, quae nunc *Seez* in Neuſtria, inter Lexovios & Cenomanos.

Arxata, urb. Archiep. Armeniae majoris, quae *Teſlis* eſſe putatur, in Georgianorum conf. Vide Artaxata. Strab.

Arx Batavorum, *Batenbourg*, arx Germ. infer. in Geldriae Duc. ad Moſam fluv. inter Ravenſtenium & Megam opp. vicina, vix mill. Belg. diſtans à Noviomago. Tab. Peut.

Arces aliquot propriè dictę.

¶ Arx Alingarum, *le Fort des Alinges*, eſt in Sabaudiae Ducatu & in tractu Caballiaco, in colle, non longè à Drancia fluv. vixque 2. leucis diſtat a Tanonio & a Lemano lacu in auſtrum. Sed deficit in dies.

¶ Arx Andriana, *le Fort de S. André*, in Belgio. Vide Arx S. Andreae.

¶ Arx Arauſicana, *t'Fort Van Orange* Belgis, *Fort d'Orange* Francis, arx nova Americae ſeptentrionalis & novi Belgii, juxta fluv. Boreale, recens a Batavis extructa, & in gratiam Principis Arauſicani ſic dicta. Diſtat ab ora littorali circiter 50. mill. paſſ.

¶ Arx Arauſicana, *le Fort d'Orange*, Belgis *t'Fort Van Orange*, in America meridionali. Excitata fuit hiſce ultimis annis à Batavis prope littus inſulae Tamaracae in Braſilia; diſtatque ab Olinda urbe 5. leucis Germanicis in Boream, Sed capta poſtea à Luſitanis, ipſis etiamnum paret cum toto hoc tractu.

¶ Arx Auſtrina, *Zuyd Schans* incolis, *Fort du Sud* Gallis, arx Belgii, in Brabantia, erecta ad tutelam portus Bergarum ad Zomam, cui adjacet ad Scaldim. Diſtat ab Antuerpia 7. leucis in Boream; eſtque ſub dominio Batavorum.

¶ Arx Barrana quibuſdam, *le Fort Barraux*, locus eſt permunitus Galliae, in prov. Delphinatus & valle Greſivodana, ad Iſaram fluv. duabus leucis a Monmeliano in occaſ. Aliàs excitata à Sabaudo: ſed paulò poſt capta à Gallis, anno nempe 1594. ipſis ſemper remanſit.

¶ Arx Blockzylla, *Schans Blockzyll* incolis, *le Fort de Blockzyl* Gallis, arx eſt Belgii, in Tranſiſelania provinc. ad Sinum Auſtralem, ubi recipit Aam fluv. 2. leucis Germanicis diſtat a Steenvico in occaſum; paretque Hollandis.

¶ Arx Bortangi, *le Fort Bourtang*, locus Belgii, in Tranſiſelania prov. prope limites Weſtphaliae, inter paludes, noviter munitus ab Hollandis arce pentagonali, in Drentia regione. 5. leucis diſtat a Covordia, & 6. a Groninga in ortum. A quibuſdam Burtanga dicitur.

¶ Arx Belgica, *le Fort Belgique*, erecta fuit a Batavis in Aſia, in inſula Banda, una ex Mollucis; eſtque etiamnum ſub eorum poteſtate, & permunita.

¶ Arx Brianconia, *le Fort de Brianconet*, arx Sabaudiae, in Tarantaſia regione, una tantùm leuca infrà Monaſterium urb. in rupe, ad Iſaram fluvium.

¶ Arx Capitis Corſi, *le Fort de Capo Corſo*, ſita eſt in Africa & in ora littorali Guineae; una leuca ab arce Mina ortum versùs, cum portu. Antea paruit Suecis, deinde Danis, poſtea Hollandis hiſce ultimis temporibus.

¶ Arx Carolina, *Fort Charles*, extructa fuit ab Anglis ſub initium hujus ſeculi; eſtque in Ultonia provincia Hiberniae, ad amnem *Blackwater*, in Comitatu Tironiae, 4. milliar. Hibernicis ab Armacha in Septentrionem. Nunc ſenſim deficit.

¶ Arx Carolina, *la Caroline*, arx Americae ſeptentrionalis, aliàs a Gallis excitata in Florida anno 1562. aliquot leucis ab Oceano diſtans versùs Virginiam, ſed poſtea capta & diruta fuit ab Hiſpanis.

Arx

¶ Arx Coubella, *Fort Coubels*, quæ aliter Victoria dicitur, excitata fuit in inſula Amboina, una ex Molucis in Aſia hiſce ultimis annis; eſtque permunita & cum valido Hollandorum præſidio. 25. leucis diſtat ab inſula Banda in occaſum.

¶ Arx Delfzilia, *Delfziil Shans* incolis, *le Fort de Delfzil* Gallis, arx Belgii, in Groningæ dominio, ad littus & prope Amaſi fluvii oſtia, una leuca a Damma, & pari trium leucarum ſpatio a Groninga ſimul & Embda ſemota. Pluries everſa & reſtaurata fuit. Nunc ſubeſt Batavis cum toto tractu.

¶ Arx Delphina, *le Fort Dauphin*, arx Africæ, in inſula Madagaſcaria ſeu Delphina, in Carcanoſſia regione, versùs meridiem inſulæ, cum portu peramplo. Ab incolis *Tholanghare* dicitur, & 3. leucis diſtat a fluvio *Fanshere* in ort. A Gallis extructa fuit anno 1643. ipſiſque paret.

¶ Arx Dunemunda; *Dunemund*, ſita eſt in Livonia, ubi fluvius Duina in ſinum Rigenſem ſe exonerat, una leuca infra Rigam; ſubeſtque dominio Suecorum à multis annis.

¶ Arx Fontanenſis, *Fort de Fuentes*, arx Italiæ probè munita, in Ducatu Mediolanenſi, in colle, ubi Addua fluv. in Larium lacum cadit, in confinio Rhętiæ. Extructa fuit à Comite Fontano; & nunc etiam ab Hiſpanis ſervatur. Sedet ad Borealem laci ripam, & 30. miliaribus à Como diſtat in Boream.

¶ Arx Friderici Henrici, *Friderik Hendrik Schans*, munitio Belgii, in Brabantia, ad Scaldim fluvium, inter Lilloam & Sanflitam. Sic dicta fuit ab Hollandis, quibus ſubeſt; in gratiam Principis Arauſicani, 2. leucis Germanicis diſtat ab Antuerpia in Boream.

¶ Arx Gandulphi, *Caſtel Gandolfo* incolis, caſtrum Italiæ, in ditione Pontificia & Campania Romana. 12. milliar. diſtat ab urbe in occaſum, Velitras versùs, in colle; ubi amœnus Summi Pontificis ſeceſſus vernali tempore & autumnali. Egregie reſtaurata fuit ab Urbano VIII. Pontifice maximo; ornaturque in dies ſplendidis ædificiis. Ei adjacet lacus Albanus, qui inde *Lago di Caſtel Gandolfo* dicitur.

¶ Arx Gueldria, *le Fort Gueldria*, arx probè munita Aſiæ, in India, & ora ſinus Gangetici & Coromandelis, in regno Narſingę, ab Hollandis anno 1619. excitata. Diſtat a Narſinga 10. leucis in ortum, ad oſtia fluvii Aremegani.

¶ Arx Hennuina, *le Fort Hennuin*, munitio Flandriae in confinio Arteſiæ & in territorio Burburgenſi, capta à Gallis, quibus poſtea remanſit pace ad Pyrenæos. Diſtat a Gravelinga vix duabus leucis: eſtque media inter Burburgum & Ardram.

¶ Arx Hoſtenſis, *le Fort de Heuſt*, ſita eſt in Polonia & provincia Pruſſiæ, ubi Viſtula fluvius in duo brachia ſcinditur, tribus milliaribus Germanicis ſupra Gedanum Elbingam versùs, & totidem à Marienburgo. Paret Regi Poloniæ, & varias experta eſt vices hoc ultimo bello Suecico.

¶ Arx Imperialis, *Rocca Imperiale*, caſtrum regni Neapolitani, in provinc. Baſilicatæ, in ora ſinus Tarentini, versùs limites Calabriæ citerioris. Paucis conſtat incolis, & malè habitum fuit à Turcis paucis abhinc annis.

¶ Arx Iſabella, *le Fort Iſabelle*, munitio Belgii, in Flandria, prope portum Clauſularum, aliàs ab Hiſp. excitata, & ſic dicta in honorem Arciduchiſſæ Iſabellae. Vix una leuca diſtat ab ora maris Germanici, & 3. à Dama.

¶ Arx Lierotia, *Lieroort Sahans* Belgis, *le Fort de Lieroort* Gallis, arx Germaniae, in Friſia orientali, ad Amaſim fluvium, tribus leucis Germanicis ſupra Embdam, in ditione Hollandorum.

¶ Arx Ludovica, *le Fort Louis*, aliàs *S. Michel de Ceperoux*, munitio Americæ meridionalis, à Gallis excitata anno 1652. in inſula Cajana, ad oſtia fluvii cognominis, in Guajana regione. Subeſt dominio Gallorum, qui inibi quaſdam habent colonias.

¶ Arx Mardica, ſeu Mardicum, *le Fort Mardik*, fortalitium Belgii, ab Hiſpanis excitatum & permunitum in ora Flandriæ, ubi ſtatio navium prope Dunquercam, una leuca à Fano S. Vinoci in Boream, & tribus a Gravelinga in ortum. Pluries captum fuit à paucis annis. Nunc autem paret Francis, & ferè dirutum jacet.

¶ Arx Mauritia, *le Fort Maurice*, a Batavis, quibus paret, excitata fuit à multis annis in Aſia, in inſula Machiani, una ex Moluccis. Quatuor circiter leucis diſtat ab ora occidentali inſulæ Giloli, in Archipelago S. Lazari.

¶ Arx Monaghana, *Fort of Monaghan* incolis, arx Hiberniæ, in Ultonia prov. & Comitatu cognomine, ad amnem Aquam Nigram, 15. milliar. Anglicis diſtat ab Armacha in auſtrum. Nunc ſemidiruta jacet.

¶ Arx Mormontia, *Forte Moermont*, munitio Belgii, in Brabantia & loco paludoſo, prope Bergas ad Zomam, & ad ipſius tutelam extructa ab Hollandis anno 1628. in via Stenobergam versùs.

¶ Arx Naſſovia, *Fort Naſſau* ſeu *Mouree*, arx Africę, in Guinea regione & ora littorali, 4. tantum leucis ab arce Sancti Georgii de mina in ortum. Eſt probè munita, & ab Hollandis excitata fuit anno 1612. Portu gaudet percommodo.

¶ Arx Naſſovia, *Fort Naſſow*, fortalitium Belgii, in Brabantia, intra paludes, ad fluv. Scaldim orientalem, inter Bergas ad Zomam & Tolam. Subeſt dominio Hollandorum.

¶ Arx Naſſovia altera, *Fort Naſſow*, arx munita Aſiæ, recens erecta in inſula Motiris, una ex Moluccis. Quinque circiter leucis ab ora occid. inſulæ Giloli diſtat; paretque Hollandis à multis annis cum tota inſula.

¶ Arx Nieulana, *le Fort Nieulet*, arx Galliæ, quæ ab aliis caſtrum Nulleti dicitur. Eſt in Picardia prov. in tractu Oſienſi, prope Caletum urbem, non longe ab ora maris, in ditione Francorum; eſtque munita.

¶ Arx Patientia, *le Fort Patientia*, munitio Belgii, in Comitatu Flandriae, alias ab Hiſpanis excitata in ora littorali ex adverſo Zelandiæ, una leuca Germanica ab Iſendico, versùs Aggerem Gandavenſem. Capta fuit ab Hollandis, ipſiſque paret à multis annis.

¶ Arx Philippina, *Philippine Schans* incolis, fortalitium Belgii, in Flandria, medium ferme inter Birsletum & Aggerem Gandavenſem in ora. Aliàs excitatum fuit ab Hiſpanis; ſed poſtea expugnatum ab Hollandis, eorum ſubeſt dominio.

¶ Arx Pinſii, *Fort Pinſen*, arx Belgii, in Brabantia, in loco paludoſo, prope Bergas ad Zomam, in via Steenbergam versùs, ab Hollandis extructa anno 1628. eorum etiam ſubeſt dominio.

¶ Arx Regia, *le Fort Royal*, munitio Americae ſeptentrionalis, à Gallis excitata hiſce ultimis temporibus, in Guadalupia inſula, una ex Antillis. Ipſis etiam paret, eſtque ad meridiem inſulae.

¶ Arx Reyda, *Rheyde Shans*, arx Belgii, quæ ab aliis Reydamum dicitur, in Groningæ dominio, ad Amaſi fluvii & Dullarti ſinus angulum communem, ex adverſo Embdę, à qua diſtat uno milliari Germanico in occaſum, & quatuor à Groninga in ortum; eſtque munita, in ditione Hollandorum.

¶ Arx Saeſtinga, *t'Fort van Saeſtingen*, arx Belgii & Comitatus Flandriæ, excitata hiſce ultimis temporibus, ad ripam Scaldis occidentalis, ſeu Foſſae Ottonianae, ex adverſo Bevelandiae Auſtralis, & inter Hulſtum & Bergas ad Zomam. Subeſt dominio Hollandorum a multis annis.

¶ Arx ſancti Andreae, *S. Andries Schans* incolis, *le Fort de Saint André* Gallis, arx permunita Belgii, quæ aliter Sant-Andreana, in Ducatu Gueldriae, inter fluvios Moſam & Vahalim, in Bommeliae territ., excitata ab Andrea Auſtrio Cardin. anno 1599. Sed anno ſequenti expugnata fuit ab Hollandis, quibus etiam paret. Vix una leuca diſtat à Bommelia, & ferè duabus a Buſcoduco in Bor.

¶ Arx ſancti Chriſtophori, Fuerte de S. Criſtoval, munitio Hiſpaniae, à paucis annis excitata, in colle, juxta Anam fluvium, in Extremadura provincia, ex adverſo Pacis Auguſtae ad ipſius tutelam, a Luſitanis bis tentata. Paret Hiſpanis.

¶ Arx S. Crucis, *Cruys Schans*, fortalitium Brabantiae, ad Scaldim fluvium, excitatum ab Hiſpanis, vix una leuca a Lilloa, & duabus ab Antuerpia. Ipſis etiam paret.

¶ Arx S. Donati, *t'Fort de S. Donaes*, arx parva, ſed munita Flandriae, media inter Damam & Clauſulas, excitata aliàs ab Hiſpanis, ad coercendos incurſus Hollandorum poſt Clauſulas captas.

¶ Arx S. Elmi, *Caſtel S. Elme*, arx permunita, olim Hiſpaniae, nunc Franciae, in Comitatu Ruſcinonenſi, prope Caucoliberim, in ora littorali maris Mediterranei, ad pedes montium, & media ferme inter Perpinianum & Rodam, in confinio Cataloniae. Capta fuit a Francis anno 1641. poſteaque ipſis remanſit pace ad Pyrenaeos.

¶ Arx S. Georgii de Mina, *S. Georgio de la Mina*, caſtrum Africae, in ora littorali Guineae regionis, cum portu capaci & oppidulo, aliàs excitatum a Gallis, munitum

fuit

fuit à Luſitanis, poſtea expugnatum a Batavis. Varias expertum eſt vices hiſce temporibus. Quatuor leucis diſtat ab arce Naſſovia.

¶ Arx S. Helenæ, *le Fort de S. Helene*, munitio parva, nuper ab Anglis extructa, in inſula S. Helenæ, longè ab ora Africę, in Oceano Æthiopico occidentali, media ferme inter promontoria Viride & Bonæ Spei.

¶ Arx S. Joannis de Ulva, *la Fuerca de S. Ivan de Ulva*, arx Americę ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, in parva inſula prope Portum veræ Crucis, & ad ejus tutelam munita ab Hiſpanis ultimo ſeculo. Ibi appellunt qui verſùs Mexicum urbem tendunt, a qua diſtat 80. circiter leucis in ortum.

¶ Arx S. Mariæ, *la Fortezza di Santa Maria*, arx Italię bene firmata, in dominio Reipub. Genuenſis, in ſinu Spetię & in ſcopulo, ferme a continenti ſeparata, ex adverſo Portus Ericis, in ora orientali Genuenſi, & 5. milliar. diſtat à Sarſana in occaſum, 2. autem a Portu Veneris.

¶ Arx S. Mariæ, *S. Maria Schans*, fortalitium Belgii, in Flandria & Vaſia regiuncula, ad Scaldim fluv. prope Calloam, & uno milliario Germanico infra Antuerpiam. Ab Hiſpanis excitatum, ipſis etiamnum paret.

¶ Arx S. Mariæ, *le Fort Saintę Marie*, munitio Americæ ſeptentrion. in inſula Guadalupia, una ex Antillis, verſùs oram orientalem, nuper excitata à Francis, quibus tota inſula ſubeſt a multis annis.

¶ Arx S. Martini, *le Fort de S. Martin de Rè*, arx permunita Franciæ, in Rea inſula, in ora Santoniæ, ex adverſo Rupellæ, a qua diſtat tribus leucis circiter in occaſum. Celebris facta eſt victoria Francorum & clade Anglorum anno 1627.

¶ Arx S. Martini, *fortezza di San Martino* incolis, arx eſt Italiæ, in dominio magni Ducis Hetruriæ & agro Florentino, in colle, à magno Coſmo munita, non longè ab Apennino monte, & prope Sievam amnem, 10. milliaribus diſtat a Florentia Bononiam verſùs in Boream.

¶ *Arx S. Michaelis*, Fuerte de San Miguel, *munitio Hiſpaniæ recens extructa prope Pacem Auguſtam in Extremadura & ad ejus tutelam. Capta fuit à Luſitanis anno* 1658. *Sed poſtea ab ipſis derelicta, juris manet Hiſpanici.*

¶ Arx S. Nicolai, *forte di San Nicolò*, arx Dalmatiæ, prope Sibenicum urbem, & ad ejus tutelam excitata à Venetis, quibus paret, juxta oſtium portus, 300. circiter miiliaribus Italicis diſtat à Venetiis in ortum.

¶ Arx S. Petri, *le fort S. Pierre*, fortalitium Americę ſeptentrinnalis, excitatum in inſula Martinica, una ex Antillis ad meridiem Guadalupiæ inſ. Subeſt dominio Francorum a pluribus annis.

¶ Arx Sancti Philippi, *fuerte de San Felipe* Luſitanis, *le fort San Philippe* Gallis, arx eſt permunita Tertiariæ inſulæ, in Azoribus & in Oceano Atlantico, prope Angram civitatem, ſub dominio Luſitanorum.

¶ Arx Schenkia, *Schenk enſchans* incolis, *le fort de Schenk* Gallis, arx munitiſſima Belgii, quæ a quibuſdam etiam *Sgravenwert* dicitur. Sita eſt in Ducatu Gueldriæ, ubi Rhenus in Vahalim & Rhenum ſcinditur una leuca infra Emmericum ad occaſum, & tot a Clivia in Boream. Sic dicta fuit a Martino Schenkio ejus conditore; & dolo capta fuit ab Hiſpanis anno 1635. fortiter recepta fuit anno ſequenti ab Hollandis, quibus nunc paret. Ei adjacet alia munitio, dicta nova arx Schenkia, a paucis annis extructa.

¶ Arx Stenoberga, *t'fort van Steenberge*, fortalitium Belgii, in Brabantia, prope Stenobergam, & ad ejus cuſtodiam, in littore, excitatum anno 1630. a Batavis, quibus paret, vixque ab ea mil. paſſ. diſtat, & una leuca à Bergis ad Zomam in Boream.

¶ Arx Voornia, *Voorn Schans*, munitio Belgii, in Ducatu Gueldriæ, in Voornia inſula, ad Moſam fluvium, exſtructa à Mauritio Naſſovio anno 1599. paulò ſupra arcem Sancti Andreę, ubi Moſę Vahalis conjungitur, & ab ea ferè eodem loco ſeparatur. Vix duabus leucis diſtat a Buſoduco; ſubeſtque dominio Hollandorum.

¶ Arx Urbana, *forte Urbano*, arx Italiæ, in ditione Pontificia & in agro Bononienſi, hiſce temporibus extructa ab Urbano VIII. Summo Pontifice, & ab eo nomen ſortita. Ibi antea ruinæ Caſtri dicti *Caſtel Leone*. Sita eſt prope confinia Ducatus Mutinenſis, vix uno milliari Italico a vico Caſtro Franco dicto, & tot a Panaro fluvio, 12. milliaribus à Bononia Mutinam verſùs.

¶ Arx Zelandia, *fort Zelandia*, arx Aſiæ, in Caloneſo inſula, ſeu Formoſa, in Oceano Chinenſi, inter Sinas & Luſoniam inſulam. Excitata fuit hiſce poſterioribus annis a Batavis in ora occidentali inſulæ prope Taoanum oppidum. Sed anno 1661. Sinenſes eam expugnarunt.

¶ Arces alias propriis locis deſcriptas invenies.

Arymagdus, *Sequino*, teſte Dom. Nigro, fluv. Ciliciæ, ex Tauro mont. in mare inter Anemurium & Arſinoen exiens.

¶ Arzilla, *Arzilla*, urbs Africae & regni Fezzæ, in ora Oceani Atlantici, capta a Luſitanis anno 1471. ſed poſtea recepta a Mauris. Etiamnum paret Regi Marrochi; eſtque munita, ſed parva, cum purtu & arce in Hasbata provinc. & 15. leucis diſtat a Tingi in auſtrum.

Arziris, *Arzerum*, urbs Arm. apud Euphratem fluv. Vide Aziris. *Ptol.*

Arzus, *Chiaurlic*, teſte Bellonio, urbs Thraciæ cum fluv. ejuſdem nominis. Urbs eadem cum Tzurulo videtur. Vide ibi. *Prov. Rom. Ptol.*

Arzus ex antiq; itiner. urbs eſt inter Philippopolim & Druſiparam urbes Thraciae, à Philippopoli 50. mil. paſſ. in ort. apud Hadrianopolim.

Arzus item, *Arces* vulgò, urbs epiſc. Cypri in medit. olim Arſinoe, ut Steph. Luſig. videtur. *Liv.*

Aſaborum promontorium, *Capo Mochandan*, teſte Jo. Barrio, prom. Arab. fel. ad fauces ſinus Perſici, contra Armozum prom. Carmaniae, à quo 15. leucis abeſt in auſtrum, in medio Armuſiae inſulae. Juxta quod promont. Maçae pop. Arabiae incolunt.

Aſacus, fluv. Phtiotidis, Heracleam urbem ad Oetae mont. radicem alluens, & in ſin. Maleacum ſe exonerans. *Ptol.*

¶ Aſæi, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, verſùs fontes fluv. Rha ſeptentrionalioris, inter Modocas & Suardenos, Sanſone teſte.

Aſama, *Tenſift*, teſte Marm. fluv. Mauritan. Tingitan. apud Mont. Solis in Oceanum ad occ. fluens inter Atlantem mont. minorem & majorem. Al. *Omirabi* dicitur. *Plin. Sol. Ptol.*

Aſana, *Azanaga*, fluv. Libyæ inter. quem Jo. Mariana eundem cum Nigro facit.

Aſanca, *ClepPern*, teſte Villanovano, cum aliis oppid. Germ. in regno Polonico.

¶ Aſaphopolis, ſeu Fanum S. Aſaphi, *S. Aſaph*, urbs Walliæ, in Anglia. Vide Elwa.

¶ Asburtonium, *Ashburton*, opp. Angliæ, in Devonia prov. ad fluv. *Dart*. Diſtat ab Exonia 15. milliar. verſùs auſtrum, & totidem à Plimutho. *Ptol.*

Aſcalingium; *Hildesheim*, teſte Irenico, urbs German. epiſcop. ſub Archiepiſc. Moguntino, in Saxonia, inter Brunopolim 6. & Hammelam in occ. ad Viſurgim fluv. 5. leuc. Hildeſia, ſive Hildeſium Scriptoribus German.

¶ Aſcalingium, *Hildesheim*, ſola Catholicam fidem retinuit in tota Saxonia; eſtque ſub dominio Epiſcopi. Alii tamen credunt Aſcalingium fuiſſe oppid. Dulgibinorum verſùs opp. *Hervvorden* in Weſtphalia & Comitatu Ravensbergico, 9. circiter leucis German. ab Hildeſio in occaſum.

Aſcalon, Aſcalo Plin. *Scalona*, urbs Palaeſtinae maritim. epiſcop. ſub Patriarch. Hieroſolymit. una ex quinque primis Philiſtinorum urbibus, inter Azotum ad ſeptentrion. & Anthedonem ad auſtr. ab Azoto 18. mill. paſſ. quot ferè inter Jamniam & Gazam. Hic ſedes eſt Praefecti, ſede epiſcopali Bethleemiticae juncta, teſte Leuncl. *Mel. Strab. & al.*

¶ Aſcania, *Aſcania*, caſtrum Germaniae perantiquum, Comitatus caput, in Princip. Anhaltino, ad Wippram flu. medio itinere inter Magdeburgum & Northuſiam. Nomen dedit aliàs Principibus Anhaltinis; diſtatque media leuca ab Aſcherleba opp.

Aſcania, *Lago di Nicea*, Turcis *Iſnich*, & *Acſu*, pal. Bithyniae, apud Nicaeam urbem, inter eam & Daſcylium urbem marit. extenſa, ex qua Aſcanius fluv. exit, poſt ingreſſum. *Strab. Ptol.*

Aſcanius, *Aſcu*, fluv. Bithyniae, poſt Aſcaniam paludem apud Nicaeam in ſin. Aſtacenum influens. Cujus mem. Virg. lib. 3. Georg. *Plin. Ptol.*

-Trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium.

¶ Aſcaucalis, opp. Germaniae, ubi Burgundiones populi, teſte Sanſone; eſtque forſan *Furſtenow*, in Marchia Brandeburgica.

¶ Aſcenſio,

¶ Aſcenſio, *Acemeeaon*, Luſitanis, *l'Aſcenſion* Gallis, inſula Americæ, in ora Braſiliae, versùs Præfecturam Spiritus Sancti, in ditione Luſitanorum. Diſtat a Braſilia 100. leucis Orientem versùs; eſtque parvi circuitus.

¶ Aſcerada, *Aſcerade*, oppidulum Livoniȩ, ad Duinam fluvium, in ditione Suecorum, infra Kachenhuſium tribus leucis Polonicis, & 13. ſupra Rigam. Fœdè vaſtatum fuit à Moſcovitis.

¶ Aſchaffenburgum, *Aſchaffenbourg & Aſcheburg*, urbs Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum fluvium, cum caſtro, ubi perſȩpe commoratur Elector Moguntinus. Dicitur etiam Aſciburgium, & diſtat quatuor circiter leucis à Francofurto in ortum, Herbipolim versùs.

¶ Aſcherleba, *Aſcherleben*, urbecula Germaniæ, in Saxonia & Principatu Anhaltino, ad Wipperam fluv. Malè habita fuit hiſce ultimis annis, 3. leucis Germanicis diſtat à Mansfeldia in auſtrum, & quattuor ab Halberſtadia in ortum.

Tac. Ptol. Aſciburgium, *Asburg*, teſte Thoma Leodio, oppid. olim, nunc vic. German. infer. ad Rhenum, infra Colon. Agrippinam ad 8. leuc. Aliis eſt *Duysburg*, urb. in altera Rheni ripa. Sed rudera illius inter Duiſburgum & Murſam apud Rhenum monſtrantur, & à Noveſio 3. leucis in Boream, à Murſia verò vix milliario diſtat.

¶ Aſciburgus, mons Poloniæ. Initium ducit in Hungariæ & Sileſiæ confinio: inde in Septentrionem excurrens versùs Wartam fluvium & Marchiam Brandeburgicam, ad mare Balticum deponitur. Trajectus ejus hic accolis *Golle* dicitur, Cluverio teſte.

¶ Aſcotia, *Aſcoytia*, oppidul. Hiſpan., in prov. Ipuſcoa ad Uroiam fluvium, duabus leucis à Placentia versùs ortum, & 5. à Fano D. Sebaſtiani.

Strab. Pauſ. Aſca, pag. Bœotiæ, ad Heliconem mont. Heſiodi patria, à Theſpia 4. ſtad. Hinc Aſcræus nom. gent. Mem. Virg. lib. 2. Georg.

Aſcrȩumque cano Romana per oppida carmen.

Ptol. Plin. Aſcrivium, *Cataro*, urbs Dalmatiæ epiſc. ſub Archiepiſc. Raguſino, inde in ort. ad 39. mill. paſſ. intra ſinum Rizonicum. Urbs probè munita, ſub Venetis, intra Riſinium & Butuam ad ort. Illam alii ſub Archiepiſc. Barenſi collocant. Aſcrujon Ptol. de Aſcrivio lib. 2. itiner. ſic:

Linquitur à Tergo Butua, Aſcriviumque ſuperbum,
Nobile & Olchinium.

¶ Aſcrivium à ſolo Nigro *Cattaro* interpretatur. Alii credunt eſſe *Caſtelnovo* juxta eundem ſinum Rizonicum. Vide Catarra.

Aſculum, *Aſcoli*, geminum: unum in Piceno, ad Truentum fluv. in Aprutii confin. urbs epiſc. à Firmo ſupra 20 mill. paſſ. Aquilam versùs fermè, 50. alterum in Apulia Daunia, urbs epiſc. ſub Archiep. Beneventano, inde ad 40. mill. paſſ. ab Æcis ſive à Troja urbe 8. in ort. cognomine Satrianum, ſive Apulum, ſicuti priùs Picenum cognominatur à Liv. Pop. Aſculani. Aſclum cauſa metri, uti apud Sil. lib. 8.

Adria, & inclemens hirſuti ſignifer Aſcli.

¶ Aſculum Picenum, *Aſcoli*, eſt Pontificiȩ ditionis & ſedet in colle 20. milliaribus ab ora maris Adriatici, & 9. à Monte alto in auſtrum. Aſculum autem Apulum, à quibuſdam *Aſcoli di Satriano*, eſt in Capitanata provinca regni Neapolitani, non longè ab Apennino, & à confinio provinc. Principatus Ultra; ſexdecim milliaribus à Compſa, & totidem fere à Venuſia. Gaudet Principatus titulo, & deficit in dies.

Plin. Aſdatæ, popul. Aſiȩ, ad Caucaſum mont. incolentes, apud quos Topaſium lapidem gigni ſcribit Plinius.

Pauſ. Aſea, vic. & fons Arcadiae, ex quo Alpheus in occ. & Eurotas in merid. profluunt.

¶ Aſena, *Almeda* fortè, Brietio teſte, oppidulum Hiſ. in Carpetanis, ubi nunc pars Caſtellȩ novæ. Aliis eſt *Adamuz*, vicus non longè à Tago fluvio.

¶ Aſerum, mons Tartariæ deſertæ, in Aſia, juxta Obium fluvium.

¶ Aſgara, provinc. regni Fezze, in Africa: juxta littus Oceani Atlantici, inter oſtia fluviorum Buragragi & Lucci, & provincias Fezzam & Hasbatam versùs Fezzam extenditur; ejuſque caput eſt Lixa urbs, cùm aliæ pro majori parte dirutȩ fuerint ultimis civilibus bellis.

¶ Ashfordia, *Askford*, oppidulum Angliȩ, in provinc. Cantii, ad fluvium Sturam. Novem milliaribus Anglicis diſtat à Cantuaria in auſtrum, & duodecim à Dubri in occaſum.

Aſia, palus cum oppid. cognomine apud Tmolum mont. & Cayſtrum fluv. ubi grues. Hinc Aſius nom. gent. Virg. lib. 1. Georg. Virg. Strab.

-et quȩ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

Idem lib. 7. Æneid.

Dant per colla modos, ſonat amnis, & Aſia longa
Pulſa palus.

Aſia, una ex tribus orbis partibus, reliquas ſimul acceptas magnitudine ſuperans, in ort. maximè extenſa, Indico, Eoo, & Scythico Oceano perfuſa, ab Europa ad occ. Tanai fluv. mari Euxino, & Ægæo ſeparata, ab Africa Nilo fluv. apud Plin. ſed apud Ptol. ſinu Arabico diviſa. Ab Aſia femina, quȩ in ea longe lateque imperavit, teſte D. Iſid. lib. 14. etymolog. nomen habet. Scrip. omnib.

Aſiæ magnæ regiones.

Albania.	Margiana.
Arabia deſerta.	Media.
Arabia felix.	Meſopotamia.
Arabia petrea.	Nabathȩa, reg. Arabiȩ.
Aria.	Oſihoene, regio Meſopotamiȩ.
Armenia major.	Palȩſtina.
Aſia minor.	Paropamiſus.
Aſſyria.	Parthia.
Babylonia.	Perſia.
Bactriana.	Phænicia.
Carmania.	Sacȩ.
Carmania deſerta.	Sarmatia.
Colchis.	Scythia intra Imaum.
Drangiana.	Scythia extra Imaum.
Elymais, reg. Perſidis.	Serica.
Gedroſia.	Sogdiana.
Hyrcania.	Sinȩ.
Iberia.	Suſiana.
India citerior.	Syria.
India ulterior.	

Aſiæ magnȩ regiones ex ordine mari attingentes.

Aſia minor.	Carmania.
Syria.	Gedroſia.
Palȩſtina.	India citerior.
Ægyptus.	India ulterior.
Arabia triplex.	Sinæ.
Babylonia.	Serica.
Suſiana.	Scythia Borealis.
Perſis.	Sarmatia.

Ad mare Hyrcanum.

Colchis.	Hyrcania.
Albania.	Margiana.
Media.	Sogdiana.

Interiores.

Iberia.	Drangiana.
Armenia major.	Arachoſia.
Meſopotamia.	Paropamiſus.
Aſſyria.	Bactriana.
Parthia.	Sacae.
Aria.	Scythia intra Imaum.
Carmania deſerta.	Scythia extra Imaum.

¶ Aſia, maxima pars cogniti orbis antiqui, nobiliſſima mundi portio cenſetur multis de cauſis, & à Gallis *Aſie*, ab Hiſpanis & Italis *Aſia* dicitur. Tribus partibus percingitur vaſtiſſimo Oceano, qui ab Oriente vocatur Orientalis ſeu Eous, a Meridie Indicus, & à Septentrione Scythicus ſeu Tartaricus; ab occidua autem parte habet ſinum Arabicum, ſeu mare Rubrum, Iſthmum inter Arabicum ſinum & mare Internum, atque inde maria Phœnicium & Ægeum, Propontidem, Pontum Euxinum, Mœotidem paludem, & fluvios Tanaim, Rham, & Obium. Non ſeparatur autem ab Africa Nilo fluvio, quia Ægyptus eſt in Africa. Aſiam ipſam Taurus mons mediam quodam modo cinguli in morem dividit, ab Occidente in Orientem longiſſimo tractu excurrens. Duplicem olim Aſiam Veteres fecerunt, alteram ſcilicet Majorem, quae trium orbis

orbis partium tunc cognitarum una fuit, alteram verò, quam Aſiam propriam ſeu Minorem dixere; eſtque illius pars ſeu provincia. Strabo Aſiam in quinque portiones divisit. Ptolemæus in 47. regiones ac provincias diſtribuit. Hisce temporibus dividitur à plurimis in ſeptem ampliſſimas partes; ſunt autem Turcicę ditionis in Aſia, Arabia, Perſia, Tartaria, Sinarum regio ſeu China, India, & Inſulę, ſub quibus multę aliæ regiones continentur.

¶ Aſiæ partes nunc ſunt,

Arabia, l'Arabie, *qua triplex eſt*.

Armenia, *ſeu Turcomania*, la Turcomanie.

Aſia minor, l'Anatolie,

Bornei inſula, l'isle de Borneo.

Cataja, le Catay.

Ceylani inſula, l'Isle de Ceylan, *quę alias Taprobana*.

Comania, les Circaſſiens.

Cyprus inſula, l'Isle de Cypre.

Diarbeca, le Diarbeck *alias Meſopotamia*.

Georgia, la Georgie.

Japonia inſula, le Japon.

Java inſula, l'isle de Java.

India, l'Inde, *qua in tres partes dividi poteſt, nempe in Indiam propriam, ſeu Imperium magni Mogolis*, l'Indoſtan, *Indiam extra Gangem*, la Preſqu'isle de l'Inde de là le Gange, *& Indiam intra Gangem*, la Preſqu'isle de l'Inde deca le Gange.

Maldivæ inſulę, les Maldives.

Moluccæ inſulæ, les isles Moluques, *cum aliis in Oceano Indico ſparſis*.

Perſia, la Perſe.

Philippinæ Inſulę, les isles Philippines.

Sinarum Regio, la Chine.

Syria, la Sourie, *ſub qua Terra ſancta comprehenditur*.

Sumatra inſula, l'isle de Sumatra.

Tartaria deſerta, la Tartarie deſerte, *quæ pars eſt magnę Tartarię, aliàs Scythia intra Imaum*.

Tartaria vera, *quę & vetus & magna*, la vraye ou la grande Tartarie.

Turcheſtania, *ſeu Thibeti regnum*, le Turqueſtan, *ſeu* le Tobbat, *&* le Thibet, *aliàs Scythia extra Imaum*.

Zagathaja Mauralnaria, le Zagathay, *ſeu* le Mauralnaher.

¶ Urbes Aſiæ nunc celebres.

Adenum, Aden.

Agra, Agra.

Aleppum, Alep.

Amedebatum, Amedevvat.

Armuzia, Ormus.

Aſpahamum, Hiſpaham.

Bagdatum, Bagadet.

Balſera, Balſora.

Bantamum, Bantam.

Batavia, Batavia.

Bengala, Bengala.

Borneum, Borneo.

Calecutum Calicut.

Cambaja, Cambaje.

Candea, Candy.

Cantanum, Cantaon.

Casbinum, Casbin.

Damaſcus, Damas.

Goa, Goa.

Hieruſalem, Hieruſalem.

Macaum, Macao.

Malaca, Malaca.

Manilla, Manilha.

Mataranum, Mataran.

Meacum, Meaco.

Meca, la Mecque.

Nanquinum, Nanquin.

Odiaa ſeu Siamum, Odiaa *&* Siam.

Pequinum, Pequin.

Pruſa, Burſe.

Samarcanda, Samarcand.

Smirna, Smirne.

Surata, Surrate.

Tabriſium, Tauris.

Trapezus, Trebizonde.

Aſia minor mari Ægæo cum Propontide ad occ. mari Pamphylio ad meridiem, marique Euxino ad arctos, ac Euphrate fluvio ad ortum definitur; continetque Bithyniam, Myſiam, Æolidem, Joniam, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, Syriam cum Palęſtina, Armeniam minorem, Cappadociam, & Paphlagoniam; intùs verò, Galatiam & Phrygiam magnam. Reliquæ partes harum ſunt; totaque Turcis paret; & *Natolia* dicitur, quod in ort. vergat. ¶ *Syria & Palæſt. non ſunt in Aſia min.*

¶ Aſia minor, quæ nunc Anatolia dicitur à Turcis, dividitur in quatuor partes; quarum major versùs Occidentem & mare Ægæum extenſa, propriè *Anatolia* dicitur; ibique fuerunt aliàs Bithynia, Paphlagonia, Myſia, Phrygia, Lydia, Æolis, Jonia, Caria, & pars Galatiæ. Altera pars versùs Pontum Euxinum & Septentrionem *Amaſia* dicitur, ſeu etiam *Rum*, ubi aliàs Pontus, Cappadocia, & pars Galatiæ. Tertia, *Caramania* dicta, ad Meridiem & juxta mare Mediterraneum occupat totum terræ tractum, ubi aliàs Cilicia, Pamphilia, Licaonia. Quarta, in Orientem porrecta versùs Euphratem, *Aladuli* dicitur, continetque Armeniam minorem antiquam.

Aſiæ minoris regiones, quæ mari attingunt:

Ad ſeptentrionem.

Pontus.

Paphlagonia.

Cappadocia.

Ad Occidentem.

Bithynia.

Myſia.

Phrygia minor.

Troas.

Æolis.

Caria.

Jonia.

Ad auſtrum,

Cariæ pars.

Lycia.

Pamphylia.

Cilicia.

Juxta Euphrat. fluv. ad ort.

Euphrateſia, pars Syrię.

Comagene, pars Syriae.

Melitene, pars Armen.

Armenia minor.

Mediterranea.

Galatia.

Lycaonia.

Piſidia.

Iſauria.

Phrygia magna.

Lydia, ſeu Mæonia.

Aſiæ minoris regionum Metropoles ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, majoribus aſteriſmo notatis.

Abydus, Myſiæ.

* Adana ſub P. Antiocheno, Cilicię.

* Amaſea, Cappadociæ.

Amaſtris, Paphlagoniæ.

Amorium, Phrygiæ major.

Anazarba, & Anazarbus, Ciliciæ.

* Ancyra, Galatiæ.

* Antiochia gem. una Cariae, altera Piſidiae.

Apamia gem. una Bithyniaę, altera Phrygiae magnae.

* Attalia, Pamphyliae.

Caeſarea, quę & Mazaca, Cappadociae.

* Caeſarea altera Ciliciae, nunc ſedes Satrapae.

Camachus, Ciliciae.

Caltzene in Arm. minore.

Ceraſus, Cappadociae.

Chalcedon, Bithyniae.

* Chios, inſulae cognominis.

Chonae, quae & Coloſſae, Phrygiae magnae.

Claudiopolis, Honoriadis in Ponto.

Colonia, Arm. minoris.

* Cotyaeum, Phrygiae major.

Cybiſtra, Arm. minoris.

Cyzicus, Myſiae.

Epheſus, Joniae.

Euchaita, Paphlagoniae.

Gangra, Paphlagoniae.

Germa, Galatiae.

Heraclea, Ponti.

Hierapolis, Phrygiae major.

* Iconium, Lycaoniae.

Laodicea, Lydiae.

* Melitene, Armeniae minor.

Miletus, Cariae.

* Mitylene, Lesbi inſulae.

Mocaſus, Cappadociae.

Mopſueſtia ſub P. Antiocheno, Ciliciae.

Myra, Lyciae.

Nacolia, Phrygiae major.

* Neocaeſarea, Cappadociae.

Nazianzus, Cappadociae.

Nicaea, Bithyniae.

Nicomedia, Bithyniae.

Pergamus, Troadis.

Perge, Pamphyliae, ſedes nunc Sylaei.

Peſſenus, Galatiae.

Philadelphia, Lydiae.

Pompejopolis, gemina, una Paphlagoniae everſa, altera Ciliciae ſub P. Antiocheno.

* Peruſa.

Rhizus, & Rhizaeum, Cappadociae.

* Rhodus, inſulae cognominis.

Samoſata ſub P. Antiocheno, Comagenes.

* Sardes, olim Lydiae regia.

Sebaſte, Ciliciae.

* Sebaſtopolis, Cappadociae.

Seleucia, Ciliciae.

Sida, Pamphiliae.

Silaeum ſeu Silvum, Pamphyliae apud Pergen.

* Smyrna, Joniae.

Stauropolis, Cariae.

Synnada, Phrygiae major.

* Tarſus ſub P. Antiocheno, Ciliciae.

Trapezus, Cappadociae.

Tyana, Cappadociae.

Aſia propriè dicta Myſiam ſeu Phrygiam minorem cum Troade, Æolidem, Joniam, Cariamque cum Lydia & Phrygia magna mediterraneis complectitur, mari Ægaeo, Icario Myrtoo, Rhodioque circumfluo. Urbes olim clarae Cyzicus, Alexandria, Ilium, Pergamum, Smyrna, Epheſus, Miletus, Halicarnaſſus, Gnidus, Sardes, Magneſia, Apamea, Cibyra. Nunc fulgent Smyrna, Cotiaeum, Magneſia. Populi Aſiani.

¶ Urbes Aſiae minoris nunc celebres.

Amaſia, Amaſia.

Ancira, Angouri.

Attalia, Sattaliae.

Chalcedon, Scutaret, *&* Scutari.

Cotiæum, Cutaige, *ſeu* Cutage.

Iconium, Cogni.

Iſſus, Lajazzo.

Pruſa, Burſe, *&* Burſia.

Sinope,

Sinope, Sinabe. *Trapezus*, Trebizonde, *aliis*
Smirna, Smirne. Taraboſan.

¶ Aſiba, oppid. Aſiæ minoris, in Cappadocia, verſùs Euphratem fluvium & Moſchicos montes, 30. milliaribus diſtat ab ora Ponti Euxini.

Aſida, quę & Cæſariana, *Xeres de la Frontera*, urbs Hiſpaniæ Bęticæ ampla, apud oram littoream, contra Gades inſ. ab ea 2, leucis, ab Hiſpali verò 15. in auſtrum. Sed Aſida eadem cum Aſinda vel Aſindo videtur.

¶ Aſida, ſeu Aſila, eadem eſt quæ Aſindum, in Bætica, non autem *Xeres de la Frontera*, quę Aſta, ſeu Aſta Regia, & Cæſariana aliàs dicebatur. Vide Aſta.

¶ Aſinaria, *Aſinara*, ſeu *Zanara*, inſula ad littus occidentale Sardiniæ, olim Herculis inſula dicta, 16. mill. paſſ. ambitu continet; diſtatque 15. milliar. ab urbe Saſſari in Septentrionem.

Aſindum, al. Aſinda, urbs Bæt. in ora à Gadibus 4. leucis in ortum, ab Hiſpali 2c. verſùs Calpen in merid. à Cæſariana 5. poſtea Aſſidonia, & vulgò *Medina Sidonia*, quæ proprio paret Duci.

¶ Aſindum, vulgò *Medina Sidonia*, oppidum eſt Andaluziæ, clarum Ducatus titulo, è gente Guzmanorum, ſub dominio tamen Regis Hiſpaniæ. In colle ſeder, inter Gades & Mundam, 17. leucis ab Hiſpali in merid.

Strab. Ptol. Aſine, *Faneromini*, teſte Soph. *Anchora* Nigro, opp. Peloponneſi, in ora Meſſeniæ; inter Methonen ad Boream, & Coronem ad auſtrum. Cujus mem. Luc. lib. 8.

Quas Aſinæ cautes, & quas Chios aſperat undas.

¶ Rectiùs diceretur Aſiæ, non Aſinæ.

Ab Aſine Aſinæus nom. gent. & Aſinæus ſinus, *Golfo di Modon*, ſeu *Golfo di Coron*. Utroque enim modo dicitur ſinus Meſſeniacus, inter Acritam promont. ad Boream, & Tænarium promont. ad meridiem, qui Coronæus paſſim, & Aſinæus nominatur apud veteres.

Aſines urb. littus ſcopuloſum eſt, ut quidem Poeta lib. 2. itiner. ſcribit.

Hinc Aſines ſcopulos cauti, Acritaque minacis,
Linquimus intactos longè.

Strab. Aſine quoque pag. Argiæ reg. cognomento Hermionica, apud Naupliam, vulgò *Volcanos*, teſte Nigro.

¶ Aſine, qui poſtea Lacedæmoniorum vicus, erat in ora ſinus Argolici, & 14. milliaribus à Nauplia diſtabat in ortum.

Thuc. Mel. Aſines quoque inſul. parva Peloponneſi, in ora occiden. apud Pylum oppid.

Aſines, & Aſinius, fluv. Siciliç. Vide Aceſines.

Ptol. Aſiſia, Aſſiſia Plin. *Bergane* Molet. *Zominicho*, opp. Liburniæ exciſum in mediterr. apud Titium fluvium, & Tinam opp. à Sebenico urbe ad 30. mill. paſſ. in Bor. Pop. Aſſiſiates Plin.

Ptol. Aſius, *Chiazo*, teſte Leandr. fluv. Umbriæ, ex mont. Aſio, qui adhuc *Aſi* vulgò nominatur, oriens Aſſiſiamque urbem prçterfluens, in Tiberim una cum Tinia apud Dirutam opp. excipitur, à Peruſia 6. mill. paſſ.

¶ Aſius fluvius, recentioribus Claſia, ſeu Claſius, vulgò *Chiaſcio*, dictus, oritur ex monte Apennino; inde auctus aliquot rivis, agrum Aſſiſinum rigat, tribus milliarib. longè ab ea urbe defluens; non autem ipſam præterfluens, quæ in monte ſedet; & poſtea in Tiberim cadit ad Torſcianum caſtrum, duobus milliar. ſupra Dirutam. Multùm autem differt ab Aſio fluvio Ptolomæi, qui per Semnones labitur. Vide Claſius.

¶ Askarna, *Aſcherne*, urbecula Hiberniae, in Momonia provincia & Limericenſi Comitatu, ad fluvium cognominem. Aliis eſt *Aſcheten*, 15. milliaribus Hibernicis à Limerico diſtans in occaſum.

¶ Aſmera, *Aſmere*, urbs Aſiae, in imperio Magni Mogolis, in india, & provincia *Bando*, prope fontes fluvii *Padder*. Diſtat ab urbe Agra 70. leucis ab Hiſpanicis in occaſum, 15. autem ab urbe *Bando*.

¶ Aſmiraei, montes Aſiae, in Serica regione, ubi etiam Aſmiraei populi, teſte Nicolao Sanſone, verſùs Iſſedonem Sericam, in eo tractu ubi nunc Cataja regio ampliſſima, & pars Tartariae latè ſumptae.

Liv. Aſnaus, mons Macedoniae, inter quem & Æropum alium mont. Aous fluv. Liv. teſte, decurrit.

¶ Aſola, *Aſola*, opp. Italiae & agri Brixiani, ad fluv. *Chieſe*, in ditione Veneta. Diſtat à Brixia 25. mill. paſſ. & à Mantua 20. milliaribus in occaſum; eſtque prope limites Ducatus Mantuani.

Joſeph. Aſophos opp. erat Palaeſtinae, in Galilaea, apud Sephervam urbem, & Jordanem fluv.

Pauſ. Aſopus, oppid. Peloponneſi, in ora Laconiae, inter Biandinam & Boam opp. apud Onugnathon prom. haud procul à Malea promont. *Eſapo* licèt Nigro *Rampano* dicatur. Ptol. & al.

Aſopus fluv. multiplex. 1. Bœotiae, *Aſopo*, qui ex Cithaerone Mont. profluens, agrumque Thebanum irrigans, à Plateenſi decidit; ipſaque Thebas praeterfluens, Plateas & Tanagram, inter Oropum opp. & Cynoſuram prom. mari excipitur. 2. Theſſaliae, qui in ſinum Oetaeum apud Thermopylas, accepto Phoenice fluv. à Thermopylis 15. ſtad. defertur, ac vulgò etiam *Aſopo* nominatur. 3. Lydiae in Aſia, Laodiceam urbem praeclaram alluens, ac in Lycum cum Capro influens. 4. Macedoniae, qui teſtibus Liv. & Strab. Heracleam alluit. 5. Peloponneſi, haud procul a Corintho decurrens, de quo Strabo & Pauſ. ex Coronio Mont. mari apud Lechaeum exceptus. De Aſopo Bœotiae Ovid. lib. 3. amorum: Strab. Plin. Pauſ. & al.

Quid referam Aſopon, quem cepit Martia Thebe?

¶ Aſopus, fluvius Peloponneſi, in Sicionae tractu, nunc *Arhon* vulgo dicitur, oriturque ex monte Cœloſte, & in ſinum Corinthiacum ſe exonerat.

Aſpacham, *Spahan* hodie, urbs Perſidis non ignobilis. Cedr.

¶ Aſpahamum, *Hiſpaham*, urbs eſt Perſidis praeclara, ad fluv. *Senderut*, in provincia *Yerach*, ubi Rex Perſarum commoratur à ſeptuaginta circiter annis. Ampliſſima eſt, pulcherrima, & opibus pollens, innumeros continens incolas, cum tribus praegrandibus ſuburbiis. *Tzulſa*, *Tabriſabath*, & *Haſenabath*; ornaturque quotidie ſuperbiſſimis aedificiis. A multis *Aſpaham* & *Haſpacham* dicitur, & à Perſis *Spahawun*; habetque in ambitu 16. milliar. & palatium Regis ſumptuoſiſſimum, principali rerum venalium foro imminens. Diſtat ab urbe Sira itinere 10. dierum in Boream, & totidem à Casbino in auſtr.

¶ Aſpacharathae, populi Aſiae, in Serica regione, teſte Nicol. Sanſon. ubi nunc provincia *Tainfu*, in Cathaja, verſùs Sinas.

Aſparluca, *Aſpa* nunc, teſte Hieron. Zurita, opp. Aqu. intra montes Pyrenaeos, unde jugum denominatur. Dicitur enim *Porto di Aſpa*. Ant.

¶ Aſparluca, ſeu Aſpaluca, *Aſpe*, oppid. olim fuit Aquitaniae, in Tarbellis, nunc vicus in Benearnia, ad pedes montium Pyreneorum, hinc ortus fluvius Gabarus, ab eo dictus *Gave d'Aſpe*, qui quinque leucis infrà in Gabarum Oloranenſem ſe exonerat.

Aſpavia, *Eſpejo*, teſte Mor. opp. Hiſp. Baet. in Vandalitia, Cordubae proximum, ad ſalſum fluv. apud Caſtrum Rivi, inter Cordubam & Aſtygi ad 4. leucas. A.H.

Aſpendus, Aſpendum Plin. urbs fuit Pamphyliae, b Argivis condita, epiſc. ſub Archiepiſc. Sidenſi, ab oſtro Eurymedontis fluv. 60. ſtad. teſte Strab. eidem fluv. impoſita, ut apud Dionyſ. Liv. Strab. Plin.

Illic adſpicies Aſpendum, mçnia cujus
Eurymedon amnis lavat.

Aſpendius Cythariſta in proverbio eſt apud Graecos, ut auctor eſt Cic. in act. 3. in Verr. in rapaces, & omnia in ſui utilitatem derivantes; ſicut *Cytharçdus Aſpendius*, qui intùs canens, (hoc eſt, cytharam tantùm digitis percutiens) ſibi, non aliis canit, ut Aſcon. interpretari videtur.

Aſperum mare, ſin. Troglodyticus Plin. ſin. Barbaricus Ptolom. & Barbaricum pelagus Stephano, *Golfo di Melinde*, mare, quod Æthiopiam ad ortum alluit, inter Æquatorem & Aromata prom.

¶ Aſperum mare, ſeu Barbaricus ſinus, pars eſt Oceani Æthiopici & auſtralis; extenditurque inter Aromata promontorium & inſulam S. Laurentii, ſeu Madagaſcaris; & à multis *Coſte de Melinde* dicitur, ab urbe littorali praecipua.

Aſphaltis, & Aſphaltites, ſic à bitumine quod gignit, teſtibus Plin. & Iſidor. dictus, *mare Morto*; & incolis *Sorban*, teſte Franc. Junio, lacus Palaeſtinae in Judaea, in quem Jordanis fluv. influit, longus 100. mill. paſſ. latus 25. à Hieroſolymis 40. ad quem Sodoma & Gomorrha urbes de coelo tactae fuere; hic nihil demerſum ſuſtinet, ſed reiicit, teſte Plin. Mare Mortuum à Juſtino & Pauſ. appellatur. Hieron. Vide hym. Deo. Plin. Ptol. & a

Scit Segoris, ſcitque infelix Aſphaltidos unda
Accola.

¶ Aſphaltites, nunc *mer Morte* à Gallis, *mare Morto* Italis, 20. leucas habet longitud., quinque autem aut ſex lat. & 35. milliar. diſtat ab Hieruſalem in ortum. In eum influunt Jordanis fluvius, Arnon, Dibon, & Zered torrentes, cum aliquot aliis; & ei adjacent altiſſimi montes undequaque.

¶ Aſpis,

¶ Aſpis, *Aſpe Viejo*, oppidum Hiſpaniae, ad Eldam fluv. in regno Valentiæ, 4. leucis ab Alona in occaſ. & paulò ſupra Illicim, 7. leuc. diſtat à Murcia in Cæciam, & ex ejus ruinis crevit oppidulum *Aſpe*, paulò ſuprà.

¶ Aſpis, *Aſpido*, amnis Italiae, in Marchia Anconitana. Cadit in Muſonem prope Lauretum, & dein cum eo in mare Adriaticum ſe exonerat.

Aſpis, *Meis* incolis, teſte Curione, mons & opp. Africæ apud Hermæam prom. de quo Sil. lib. 3.

In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis.

Aſpis item, opp. Africae, ad Syrtim majorem ad initium, inter Calumacumam & Sacazamam pagos, *Lard* incolis teſte Marmol.

¶ Aſpiſij pop. fuere Aſiæ, in Scythiæ intra Imaum, ubi etiam Aſpiſius mons, Nicolao Sanſone teſte, ubi nunc pars Tartariæ deſertae.

Aſpithra, *Aſpida*, ut in tab. recent. urbs Sinarum, ad fluv. ejuſdem nominis, teſte Mercat.

¶ Aſpithræ, populi Sinarum, in Aſia fuere, ubi nunc provinciae *Junnam*, *Quanſii*, & *Canton*, in parte Auſtrali imperii Sinarum. Urbs autem Aſpithra forſan nunc dicitur *Quancheu*, in provinc. *Canton* dicta, ut videre eſt ex tabulis Martini Martinii.

Aſpona urbs fuit Galatiae epiſc. ſub Archiep. Ancyrano, inde 64. mill. paſſ. in ort. Parnaſum & Archelaidem urbem Cappadociae versùs.

Aſprenciacum, *Eſpernay*, opp. & Abbat. Gall. Belg. in Campania, ad Matronam fluv. inter Dormanon opp. ad occ. & Catalaunum urb. ad ortum 8. leucis.

¶ Aſprenciacum meliùs dicitur Sparnacum, *Eſpernay*, eſtque medium ferme inter Catalaunum ad ortum, & Caſtrum Theodori ad occaſum. Vide Sparnacum.

Aſſara, fluv. Maurit. Cæſarienſ. apud fretum magnum, in mare noſtrum inter Sigam urb. ad occ. & Portum magnum ad ort. influens, *Seſſis* incolis, teſte Caſt.

¶ Aſſæ, *Aſſas*, populi ſunt Africæ, in Guinea mediterranea, inter Aboraas & fluv. Mancum, teſte Petro du Val.

¶ Aſſaracæ pop. fuere Lybiæ interioris, forſan ubi nunc regnum *Biafara*, versùs Guineam, Sanſone teſte.

Aſſeriates, pop. Alpini, Alutraenſibus finitimi, in Tridentinorum confin. quorum reg. *Val di Serra* hodie nominatur, teſte Joſia Simlero.

¶ Aſſerimum, *Aſſerim*, caſtrum eſt permunitum, in monte, in regno Cambajæ & imperio Magni Mogolis. Diſtat à mari Indico 15. leuc. Hiſpanicis in ortum, & totidem ab urbe Surata in meridiem. Paret Luſitanis; & dicitur etiam *la Roche d'Aſſerim*.

Aſſinarius, *Falconara*, & intus *Fiume di Noto*, teſte Faz. cum al. fluv. Siciliae ſupra Neetum urbem oriens, cujus oſtium inter Orini & Elori oſtia à Syracuſis 20. mil. paſſ. in merid. diſtat. Apud illum Athenienſes à Syracuſanis victi, inſigni clade, Duce Nicia, affecti ſunt olym 93. anno urbis conditea; 342.

¶ Aſſinarius, amnis Siciliae, *Falconara* dicitur ab oppido cognomine, & prope Neam urbem labitur. Ejus oſtia 10. milliaribus diſtant à Pachino promontorio in Septentrionem.

¶ Aſſinum, *Skiraſſin*, urbs Scotiae ſeptentr., in comitatu Aſſino, & ad lacum *Aſſin.* Decem milliar. diſtat ab ora maris Deucaledonii, & paucis conſtat incolis, in limite Naverniae provinciae.

¶ Aſſinus Comitatus, *Skiraſſin* ſeu *Aſſinshire*, provincia Scotiae ſeptentr. quæ propriè pars eſt Roſſiæ, inter Abriam & Naverniam provincias, juxta Calcedonium mare, ubi aliàs Creones ſeu Cerones populi.

Aſſis, inſula Tiberis apud illius oſtia, inter Portum Romanum & Oſtiam urbes exciſas, ab urbe Roma 18. mill. paſſ.

¶ Aſſis inſula, quàm efficit Tiberis ad ejus oſtia inter Portum & Oſtiam, aliàs Inſula ſacra dicta fuit, nunc vulgò *Iſola Sacra*; diſtatque 12. milliar. tantum ab urbe Roma in meridiem, in ora maris Tirrheni.

Aſſiſia. Vide Aſiſia, uti ſcribitur apud Ptol.

Aſſiſium, Æſiſium Ptol. *Aſſiſi*, urbs Umbriæ epiſc. in monte, divi Franciſci natalibus clara, inter Peruſiam 10. & Fulginium ad ortum 8. mill. paſſ.

¶ Aſſiſium, Gallis *Aſſiſe*, urbs eſt ditionis Pontificiae, & 4. milliar. diſtat à Claſio ſeu Aſio fluv. in merid.

Aſſo, *Oſſea* oppid. olim, nunc vicus Hiſpan. Tarrac. in finibus Baſtinorum, Bigerrae finitimus.

Aſſor, Antiopia Joſepho, opp. Palaeſtinae, *Antiopia*, nunc vicus.

Aſſorus, Aſerus Ptol. Aſſorium Steph. *Aſoro*, opp. Siciliæ, teſte Faz. in mont. ab Agyrio 6. mill. paſſ. in Eurum. Pop. Aſſorini Plin. Aſſorus item Ptol. opp. Macedon. in Mygdonia apud Apolloniam, nunc *Aſſora*. Pop. Aſſorini Cic. Cic.

¶ Aſſorus, Macedoniae oppidum erat, juxta fluvium Echedorum, & decem mill. paſſ. diſtabat ab Apollonia in Boream, Antigoniam versùs. Nunc vix ſuperſunt rudera. Aſſorus autem Siciliae aliàs opp., nunc vicus *Aſaro*, etiam Aſſorium dictum fuit. Ejus pedem alluit Chryſus fluvius 12. milliar. diſtat à Rayalbuto in occaſ. hibernum; & Comitatus titulo gaudet.

Aſſum, *S. Quaranta*, teſte Mol. prom. Troadis, cum urb. epiſc. ſub Archiep. Epheſino inter Lectum prom. & Scepſim urbem. Aſſus Strab. & Apollonia Plin. Sed Apollonia mediterr. videtur. Strab. Ptol.

¶ Aſſus, quae & Apollonia, urbs fuit Troadis in Aſia minori, 16. mill. paſſ. à Lecto promont. in ortum, Gargaram versùs paulò minùs, in ora ſinus Adramiteni, 13. milliar. à Lesbo inſ. in Boream, & 30. milliar. ab Antandro in occaſum.

¶ Aſſumptio, *l'Aſſomption*, urbs nova & parva Americae meridion. prope fluvium Argenteum, in regione Paraguaja. Dicitur aliter B. Maria aſſumpta; diſtatque 80. leucis à Guaira oppido in occaſum, & 200. à S. Cruce *de la Sierra* ortum versùs.

Aſſur, *Arſid*, teſte Ort. oppid. Palaeſtinae, apud oram littor. & Ramam urb. Vide Antipatris. Lib. Rog.

Aſſurus, urbs Africae olim epiſc. ſub Archiepiſcop. Carthaginenſ. apud Siccam veneriam, à Tucca Terebinthina 15. mill. paſſ. à Suffetula 65. introſum. Ptol.

¶ Aſſurus urbs ab aliis Aſſures dicta fuit; eratque media inter Siccam Veneriam & Suffetulam, 150. mill. paſſ. à Carthaginem in meridiem. Quid nunc ſit, non conſtat.

Aſſyria, quæ & Adiabene Plin. *Sarch*, teſte Mercat. *Adrinza* Nig. *Azimia* & *Moſul* Plin. aliiſque nominibus appellata, reg. Aſiae, Meſopotamiae attigua, ab ea Tigride fluv. diviſa, in ort. recedens Mediam & Suſianam versùs. Cujus urbes olim clarae, Ninus ſeu Ninive, Arbela, Cteſiphon contra Seleuciam. Ab Aſſur filio Sem, teſte Iſid. lib. etymol. nomen habet. Pop. Aſſyrii, Claud. lib. 2. de rapt. Proſper. Strab. Plin. & al.

Ditibus Aſſyrii ſpumis fuſcantur aheni.

¶ Aſſyria nunc *Arzerum* dicitur, Arab, *Aderbigian*, ſeu *Adhrabigian*; eſtque ferè tota trans Tigrim fluvium, & ſub dominio Turcarum. Aliàs ampla fuit, ſed anguſtioribus nunc reſtringitur limitibus. Ejus pars olim fuit Adiabene prov. urbeſque ibi celebres ſunt *Moſul*, quae aliàs Ninive, & *Schiarazur* versùs Perſiam.

Aſta, *Maſsa de Aſta*, teſte Mor. urbs fuit Hiſpan. Bæt. in Turdetanis, ad Lethem fluv. Locus ſic nominatur à Cæſariana urbe introrſum, Arcenſem urbem versùs 8. mil. paſſ. diſtans. Rudera ingentem fuiſſe indicant. Strab. Liv. Hirt. & al.

¶ Aſta, quae aliquibus Aſta Regia, nunc Xerez *de la Frontera* dicitur, teſtibus Sanſone, Brietio, & aliis. Eſt media inter Arcenſium urbem, & Mneſthei portum in Vandalitia; deficitque in dies.

Aſta, quae Pompeja à nonnullis cognominatur, *Aſti*, urbs & col. Liguriae, apud Tanarum fluv. epiſc. ſub Archiep. Mediolan. in cujus Duc. olim fuit, inter Alexandriam 18. & Taurinum 20. mill. paſſ. ab Alba Pompeja 12. Ejus mem. Claud. de 6. Conſ. Hon. Plin. Ptol. & al.

-nec plus Poilentia rebus

Contulit Auſoniis, aut mœnia vindicis Aſta.

¶ Aſta, urbs aliàs Liguriae, nunc paret Duci Sabaudiae & à Gallis *Aſte* dicitur; eſtque probè munita, cum valido fortalitio ad Tanari Urbiſque fluminum confluentes. Ejus ager vulgò Comitatus Aſtenſis dicitur; fuitque antea pars Ducatus Mediolanenſis ſub Vicecomitibus. Urbs autem novem milliaribus diſtat à Nic. Palaea in Occidentem, & 18. à Caſali versùs auſtrum.

¶ Aſta, *Aſta*, oppidum Aſiae, in India citeriori & regno *Decan*, inter *Viſiapor* & *Dabul* urbes, 15. circiter leucis ab utraque diſtans.

Aſtabeni, pop. Hyrcaniae, quos quidam *Aſtriadi* ex parva nominis alluſione dici putant. Ptol.

Aſtaboras, *Tacaſſi* Mercat. *Tauci* Nigro, fluv. Æthiopiae, qui unà cum Aſtapo & Nilo Meroen inſ. ingentem facit. De quibus Pontan. lib. 1. Uran. Strab. Ptol.

Aſtapus, & ſocio jungit ſua flumina Nilo;

Jungit & Aſtaboras, Blemium hinc populatur arenas.

¶ Aſtaboras ab aliis *Coror* nunc dicitur; & oritur prope

prope Auxumum, in Abyſſinia regione, ut quidam tradunt.

Ptol. Aſtacapra, urbs Indię citerior. quę à Caſt. *Campanir* urbs regia dici putatur.

¶ Aſtacapra quid ſit hodie, non bene conſtat. De illa enim urbe *Campanir* fides ſit penes Caſtaldum. Quidam tamen exiſtimant Aſtacapram fuiſſe ubi hodie *Janager*, oppidum ditionis Magni Mogolis, in provinc. *Soret* dicta, prope oſtia Indi fluvii.

¶ Aſtacara, *Aſtachar*, urbs Perſiæ, aliàs maxima, juxta fluvium *Bendimir*, prope ruinas antiquę Perſepolis; quæ olim caput fuit imperii Perſici, in via Siras Aſpahamum verſùs. Vide Perſepolis.

Ptol. Aſtacenum æſtuarium, *la Mareſma*, locus Hiſp. Bęticæ, apud Portum Mneſthei.

¶ Aſtacenum æſtuarium, vulgò *la Mareſma*, tractus eſt Hiſp. Bæticæ, juxta oſtium fluvii Bętis. Extenditur verſùs oppida Nebriſſam & Palatium.

Strab. Aſtacenus ſin. *Golfo di Comidia*, vel *Nicomedia*, teſte P. Gyllio, ſic ab Aſtaco urbe Bithynica, ad Propontidem, Nicomediæ urbi finitima. Aſtaces autem fluv. Plin. in Ponto, juxta quem equæ lac nigrum præbent gentibus.

¶ Aſtacus, urbs Bithyniæ, nunc ferè diruta jacet, 15. milliar. à Nicomedia in occaſum æſtivum, à Bizantio autem 50. milliar. in ortum.

¶ Aſtacus, Macedoniæ urbs, in Acarnania regione, Thucid. teſte. Quid nunc ſit, non bene conſtat.

¶ Aſtagoa, *Aſtago*, urbs Africæ, in Æthiopia inferiori, & imperio *Monoemugi*, verſùs limites Zanguebarię & Mozambici.

¶ Aſtatum, *Aſtat*, oppidulum inſulae Islandiæ, in parte Septentrionali, in Mari Deucaledonico, prope ſinum Skagam, & 3. tantùm leucis Germanicis ab urbe Halar, ſeu Hola in auſtrum, ſub dominio Regis Daniæ cum tota inſula.

Ptol. Aſtalicis, ſeu Aſtacilicis ex al. cod. *Teſezara*, teſte Marmol. opp. Maurit. Cæſarienſ. mediterr. apud Timici urbem regiam, quae *Tremeſin* appellatur.

Liv. & al. Aſtrapa, *Aſtepa*, urbs Hiſp. Bæticæ, in Vandalitia, ad Singulim fluv. quam alii exciſam dicunt, ad dicti amnis fontes, ab *Eſtepa* (quae nova Aſtapa dici poteſt) 2. leuc. ab Aſtigi 5. leuc. Anticariam verſùs, quot ab Urſone. Hæc a Marcello obſeſſa, ne in Rom. poteſtatem veniret, ſeipſam cum filiis, uxoribus, & opibus, teſte Liv. concremavit.

¶ Aſtapa, quae aliis Oſtipo, vulgò *Eſtepa*, tribus leucis diſtat a Singuli fluvio, longè autem ab ipſius fontibus, vixque duabus ab Urſone. Sedet in clivo, paucis conſtans incolis.

Strab. Ptol. Aſtapus, *Abanhi* fluv. Æthiopiæ, qui cum Nilo & Aſtabora inſ. Meroen facit. Vide Aſtahoras.

¶ Aſtapus à quibuſdam Abanhus dicitur. Oritur propè montem Amaram, & in Nilum cadit.

¶ Aſtaracenſis tractus, ſeu Comitatus, *le pais d'Aſtarac*, ſeu *d'Eſtarac*, regiuncula Galliae, in Vaſconia, ſupra Auſcios, inter comitatus Bigerrenſem & Convenarum. Ejus caput, Miranda.

¶ Aſtelſus, fluv. Colchidis in Aſia, incolis *Engur* dictus. In Pontum Euxinum ſe exonerat, 20. milliaribus ab oſtio Cobii fluvii in Septentrionem. Oritur autem ex monte Caucaſo verſùs Alanos populos, & Cipuriam Anarghiamque rigat.

¶ Aſterabatia, *Aſterabath*, regio Perſidis non longè a mari Caſpio, in prov. *Tabareſtan*. Oppidum habet cognom. verſùs montes, 20. leucis ab urbe Gorgiano in occaſum, & circiter 50. leucis à mari Caſpio, teſte Oleario.

Strab. Auſo. & al. Aſteria, *Didaſcalio*, Soph. interpr. inſ. maris Jonii parva, inter Ithacam & Cephaleniam. Aſteris Homer. 4. Odiſſ. cujus carmen eſt Latinè redditum.

Aſteris haud ingens portus dat puppibus aptos.

De Aſteria lib. 2. itiner. ſic:

Linquimus Aſteriam, vicinaque ſaxa recepta.

Pauſ. Aſterion, fluv. Argiæ reg. in Peloponneſo, in Eraſinum fluv. influens: ubi etiam mons, teſte Plin. ex quo fluv. prædictus effluit per ſylvam Nemæam. Cujus mem. Stat. lib. 4. Theb.

-quos celer ambit,
Aſterion, Dryopumque trahens Eraſinus Ariſtas.

¶ Aſtetlania, *Aſtetlan*, provinc. novi Regni Mexicani, in America ſeptentr. in Boream prov. Cinaloæ, & non longè a mari purpureo. A paucis annis luſtrata fuit ab Hiſpanis, qui tamen nullas in ea habent colonias.

Dion. Aſtiae, promont. Thraciæ, ad Boſphorum, quod vulgò *Cetrium* nominatur, teſte P. Gyllio. Aſti popul. Strabon.

Aſtigi. Vide Aſtygi, urb. Hiſpan. Bæt. olim epiſc. ſub Archiep. Hiſpalenſi.

Aſtir, *Steyr*, urbs Auſtriae, à Lentio 4. leuc. in auſtr. Vide Aſturis.

Aſtomi, pop. Indiæ, circa fontes Gangis, ſine ore, toto Plin. corpore hirta frondium lanugine tantùm utentes, & odore radicum ad flore herbarum ſylveſtrium viventes, ut Plin. ſcribit.

¶ Aſtrachanum, *Aſtrachan*, urbs ampla Tartariæ Aſiaticæ, prope oſtium Volgę fluv. in ditione Moſchorum ab anno 1554. cum arce permunita; habuitque olim Regem proprium. Ibi antiquitus erant Aſturcani populi. Urbs diſtat 12. leucis à mari Caſpio, & 70. ab urbe Terkia in Septentr. eſtque in ea parte Tartariae, quæ vulgò *Nagaja* dicitur, ſeu regnum Aſtrachanum, Oleario teſte & aliis.

Aſtraeus, fluv. Macedon. inter Theſſalonicam & Berrhœam Ælia. fluv. Nomen ab Aſtræo ſive Æſtraeo opp. habere videtur, (quod *Oſtro* nunc dicitur) unde oriens, in Axium defertur.

¶ Aſtræus, fluvius Macedoniae. Fontes habet in limite Albanorum, prope Aſtraeum oppid. ubi Aſtraei ſeu Æſtraei pop. inter Ælmopes & Deſſaretios.

Aſtrata, inſ. maris Rubri, intra ſin. Arabicum, quæ Ptol. *Cajaſſa* nunc dici fertur.

Aſtromela, Maſtramella Steph. *Martegues*, teſte Pineto, opp. Gall. Narbonen. in ora littorali Provinciæ, apud Plin. Maritimam oppid. inter Maſſiliam & Arelatum, inde 9. hinc 7. leucis. Aliis ipſa Maritima *Martegues* vulgò dicitur.

¶ Aſtromela eſt ſinus, qui vulgò *la Mer de Martigues* dicitur à Maritima oppido ei adjacente ad oſtia. Eum circunſtant oppida Berra, Juncariae, & Ferreriae: & hinc periti nautae, *les Martegaux* dicti.

Aſtrunus, Mons Campaniae, apud Puteolos urbem: Lacus qui vulgò *Bagni di Aſtrugno* nominatur, teſte Mazzella.

Aſtuja, opp. Germ. quod quidam *Bodenhauſen*, indigi- Ptol. tant, in Saxonia.

Aſtura, *Stura*, *Stora*, & *Aſtora*, opp. olim nunc exi- Cic. guum caſtrum, & fluv. Latii apud Circaeos. Feſtus fluv. Feſto, ait 6. mil. paſſ. ab urbe fluere. Sed hic ſtura in agro Lauren- & al. ti. Storas Strab. vocatur, diverſus ab Aſtura, qui 5. mill. paſſ. abeſt ab Antio. Circaeos verſùs: ubi Tull. Cic. à M. Antonii militibus fugiens interfectus eſt.

¶ Aſtura dicitur etiam hodie *Aſtura*; eſtque vicus ad mare, cum fluv. parvo cognom. aliàs ſub Volſcis, nunc in campania Romana, & in ditione Pontificia. Dominos habuit Frangepanos; ibique dejectus & captus fuit Conradinus Suevus, nepos Friderici ſecundi.

Aſtura item fluv. Hiſp. in finibus Aſturum, Legionem urbem alluens, ac in Durium labens. Oroſ.

¶ Aſturia fluv. *Aſta*, Lucum Auſtrum alluit, & poſtea in Cantabricum Oceanum cadit; & à quibuſdam Molſus dicitur. Alii tamen credunt eum eſſe qui nunc *Tera* dictus, Aſturicam alluit, & dein cum Urbico & Eſtolla in Durium cadit; ſed Legionem non alluit.

Aſtures, pop. Hiſp. Tarracon. in ora Boreali Oceani accolentes, inter Callaicos ad occ. & Cantabros ad ort. quorum reg. Aſturia Ptol. vulgò *Las Eſturias*; aurifera quondam, teſte Silio lib. 1. *-Aſtur avarus*

Viſceribus lacerę telluris mergitur imis.
Et redit infelix effoſso concolor auro.

¶ Aſturia, regio Hiſpaniae & regni Caſtellae, Principatus titulo clara. Ab Hiſpanis vulgò *las Aſturias*, & à Gallis *les Aſturies* dicitur; eſtque duplex, nempe *Aſturia de Oviedo*, quae Gallæcię adjacet ad occaſum, a primaria urbe ſic dicta; uti & alia *Aſturia de Santillana*, quae ad ortum & Biſcaę contigua eſt. Totius autem regionis primaria eſt Lucus Aſturum, qui nunc Ovetum dicitur, *Oviedo*, urbs aliàs regio titulo inſignis. Regio hæc montuoſa admodum & ſterilis raros habet incolas; eſtque in longum extenſa inter Gallaeciam & Biſcajam. Sed olim ampliùs protenſa, continebat etiam partem Septentrionalem regni Legionenſis, ubi Aſturica & Legio urbes, & Aſtures Ciſmontani.

Aſturica Auguſta, *Aſtorga*, urb. & col. Hiſpan. Tar- Ptol. racon. in Aſturum & Vaccaeorum confin. epiſcop. ſub Archiepiſc. Compoſtellano, à Legione 9. leuc. in auſtr. Zamoram verſùs, à Burgis 36. in occ. per Palantiam ferè in medio.

¶ Aſturica, *Aſtorgue* Gallis, urbs aliàs Aſturum Ciſmontanorum, in confinio Vaccaeorum, nunc regni Legionenſis,

ſis, ſedet ad fluv. Teram 7. leuc. a Legione, & 30. tantum a Burgis. A paucis inhabitatur, & quotidie deficit.

Aſturis & Caſtris, opp. Norici, in Auſtria, quod, teſte Cuſpin. nunc *Stockeraw* dicitur, à Vienna 4. leuc. Moraviam verſùs. aliis *Steir*, urbs Auſtriæ ad Aniſum fluv. à Laureaco, ſive ab Aniſo urbe 3. leuc. in auſtrum: quod magis probo.

Aſturum lucus, urbs olim in finib. Aſturum, prorsùs everſa, apud Ovetum urb. quæ illi ſucceſſit; & novus lucus Aſturum dici poteſt, à Legione 22. leuc. in Boream versùs Scythicum prom.

¶ Aſturum lucus, nunc Ovetum, *Oviedo*, diſtat à Legione 16. leucis tantùm, & 9. a Scythico promont. Vide Ovetum.

Aſtygi, Aſtygis Ptolom. *Ecya*, urbs Hiſpan. Bæt. hac etiam tempeſtate clara, ad Singulim fluv. epiſcop. olim ſub Archiepiſc. Hiſpalenſi, unde 15. leuc. recedit Granatum versùs, inde in ort. 21. leucis diſtans, à Gorduba 8. Auguſta firma, etiam Plin. dicta. Hæc una cum Aſtapa, Obulco, Ægabro, Lucena, Marcia, Urſone, & Vaena oppid. à Ferdinando Rege, Mauris ejectis, recuperatur ann. ſal. 1239.

Aſtypalæa, *Stampalia*, inſ. maris Carpathii, cum urbe ejuſdem nominis epiſc. ſub Archiep. Rhodienſi, in longum extenſa, circuitu 88. mill. paſſ. ab Icaria 80. in auſtrum, à Delo 100. in Eurum, à Cadiſco promontor. Cretæ 125. in Cæc. & Bor. Ejus mem. Ovid. lib. 2. de arte amandi.

Cinctaque piſcoſis Aſtypalæa vadis.

Aſtypalæa quoque opp. Coi inſ. teſte Steph.

¶ Aſtypalæa inſula vix 70. milliaribus diſtat à proximiori ora Cretæ inſul. à Gnido autem urbe Aſiæ minoris 60. tantum. Ei adjacent ad ortum aliquot inſulae, ſeu veriùs ſcopuli.

Aſtyra, villa inter Tuſculum & Circejos, eadem cum Aſtura, ut videtur ab urbe Roma 40. mill. paſſ. diſtans, ubi Cicero interfectus eſt, teſte Plut. Sed pro Tuſculum Antium legendum eſt.

¶ Aſuga, *Aſug*, opp. Abyſſiniæ, ſeu Æthiopiæ ſuperioris, in prov. *Ambiam*, prope Æquatorem, centum circiter milliaribus infra Ambiamum in Septentr.

¶ Aſulum, *Aſolo*, opp. Italiæ, in Marchia Tarviſina, prope fontes fluvii Muſſoni, ditionis Venetae. In monte ſedet, 15. milliaribus à Tarviſio in occaſum, & octo à Baſſano in ortum.

¶ Aſunga, *Aſungen*, lacus Sueciæ regni, in Weſtro-Gothia provincia, versùs Smalandiam.

Atabyris, mons Siciliæ, apud Agrigentum urb. ubi boves Æneæ mugire ſolitos, cùm aliquid iniqui fieret, tradunt. Mons item ejuſdem nominis in inſ. Rhodi, teſte Strab. unde ipſa Rhodus Atabyria olim dicta fuit, teſte Plin. lib. 5. c. 31.

¶ Atacama, *Atacama*, deſertum Americæ meridion. in regno Peruviæ, versùs confinia regni Chiles, in ora littorali maris Pacifici, in regione *de los Charcas*, inter Aricam & fluvium Copiapum.

Atalante, *Talandi*, inſ. parva, cum opp. Eubœæ adjacens, è regione Opuntis urb. Bœotiæ. Cujus mem. Stat. lib. 6. Theb.

Nota parens curſu. Quis Manaliæ Atalantes
Neſciat egregium decus!

Hinc Atalanteus, a, um, apud Stat.

Atalantes Neſium, inſul. parva Eubœae apud Cenæum prom. quam Niger *Calojero* vulgò dici teſtatur. Sed hæc eadem eſt cum Atalante Plin.

¶ Atavilli, *Atavillos*, populi Americæ meridionalis, in Peruvia, prope fontes fluvii Xauxae. Diſtant circiter 60. Leucis à civitate Regum, & 40. ab ora littorali maris Pacifici.

Atax, *Ande*, fluv. Gall. Narbonenſis, ipſum Narbonem interluens, & paulò infra in mare exiens, Narbo propterea à Polybio dictus, ex Pyrenæis montibus, teſte Mela, oriens, & per Rubreſum lacum tranſiens. Pop. Atacini ab eo Narbonnenſes dicti. Strab. illum ex Cemenis montibus ſcribit profluere; ſed Melae fides habenda. Ejus mem. Luc. lib. 1.

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

¶ Atax oritur ex montibus Pyrenæis, in ea parte Comitatus Ruſcinonenſis, quae *Capſir* dicitur; alluitque Limoſium, Alethum, Carcaſſonem, & Narbonem, urbes Occitaniae; dein auctus aliquot fluviolis, in mare Mediterraneum ſe exonerat.

Ategua, *Tebala veja*, ſeu *Teivela* Mor. opp. Baet. a Caeſare everſum, apud Alcalam regalem, in regno Granatenſi, (ubi adhuc fons viſitur, qui *Fuente di Teivela* dicitur) olim munitiſſimum, a Corduba 16. leuc. Granatum versùs, à Chriſtianis una cum Turone opp. inde 3. leuc. recuperatum ann. ſal. 1330. Scribitur etiam duplici t Attegua. *Dion.*

Atella, *S. Arpino*, teſte Sanfelicio, urbs Campaniae epiſc. ſub Archiepiſcop. Capuano everſa, apud Clanium fluv. & apud Averſam urb. quae illi ſucceſſit: & nova Atella dici poteſt, media inter Capuam & Neapolim, 8. mill. paſſ. utrinque, à Carolo I. Rege Neapolitano exciſa. Nunc ibi vicus S. Arpini. Pop. Atellani Cic. & Plin. Eſt & Atella opp. Lucaniae inter Melphin & Potentiam urbes, inde 8. hinc 16. mill. paſſ. diſtans, à Venuſia 15. De ludis, ludicris, & verſibus Atellanis vide Cic. lib. de Divinat. Mem. Atellæ Sil. lib. 11. *Strab. Ptol. & al.*

Jamque Atella ſuas, jamque & Galatia abegit.

¶ Atella Lucaniae, vulgò *Atella*, oppidum eſt etiam regni Neapolit. in Baſilicata provincia, ad radices Apennini montis, & in confinio Principatus ulterioris, paucis conſtans incolis.

Ater, mons Africae, in longum valde extenſus, & uno latere Syrtim minorem attingens. *Plin.*

Aternum, *Peſcara*, fluv. & urbs Marrucinorum, olim epiſc. Fluv. Aternus in Veſtinis ex Apenn. mont. ortum habet, Aquilam Teateamque praeterfluens. Urbs verò nunc opp. eſt in oſtio fluv. cum arce munitiſſima, (unde Marchiones Piſcarienſes dicti) à Teatea 8. mill. paſſ. quot ab Angulo, inter Hadriam (cui ceſſit epiſcopatus Aternenſis) & Ortonem ad ort. ad 11. Oſtia Aterni fluv. ab oſtiis Tiberis 136. mill. paſſ. diſtant, teſte Plin. quantùm Caſtrum novum Praecutinorum, in ora maris Adriatici, ab Alſio, in ora maris Tyrrheni, recedit. *Strab. Plin. & al.*

¶ Aternum, Gallis *Peſquaire*, oppidum eſt probè munitum regni Neapolitani, in Aprutio citeriori, ſub dominio utili Avalorum, 16. milliar. diſtat ab Anxano; & 12. a Pinna in ortum. Aternis autem fluv. 9. milliar. ſupra Aquilam ortum ducit, & prope Teateam labitur; dein auctus aliquot rivis, & diviſo Aprutio citeriori ab ulteriori, mare Adriaticum ſe exonerat.

Ateſte, *Eſte*, urbs olim epiſc. ſub Patriarc. Aquilejenſi, nunc opp. Venetiae praeclarum, in agro Patavino, ad Medoacum minorem fluv. inter Patavium 15. & Ferrariam 35. mill. paſſ. occurrens. Hinc Principes Ateſtini, ſive Eſtenſes, Italiæ nobiliſſimi antiquiſſimique, Ferrarienſi Duc. diù potiti, nunc Mutinenſes & Regienſes Duces profecti. Ateſtini pop. & nom. gent. lib. 3. *Plin. Tac. Ptol.*

Egit Ateſtinus cauſas, & Cajus, utrumque
Noras.

¶ Ateſte, ſedet prope Euganeos montes, 12. milliaribus à Patavio in auſtrum, & vix 5. a Monte Silicis, 30. autem a Venetiis in occaſum hibernum.

Atha, urbs Bithyniae, ſub mont. Olympo; eadem Pruſa. *Oroſ.*

¶ Atha, *Atha*, amnis Germaniae, in Ducatu Bavariae. In Danubium fluv. ſe exonerat paulo ſupra Ingolſtadium.

Athamanes, pop. Epiri, in Acarnaniae & Theſſaliae conf. quorum reg. Athamania apud Steph. Dicuntur pop. etiam Athamantes. *Liv. Plin. Strab.*

¶ Athamantes populi Epiri fuere, quorum regio Athamia dicta fuit; eratque inter Acarnaniam, Ætoliam, Theſſaliam, & Achajam, intra montes, ubi alias urbs praecipua Argithea.

Athamas, mons Phthiotidis, ab Athamante Rege dictus, cujus incolae Athamantes, teſte Strab. nominantur. Ex eo fluv. Athamas profluit, qui luna ſeneſcente ligna inſtar ignis accendit, teſte Ovid. lib. 15. Metam. *Greg. Turo.*

Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur

Athanacum, *Aiſnay*, teſte Ortel. vicar. & Abb. apud Lugdunum urb. Galliae Celt. ubi ara Lugdunen. apud Juvenal.

¶ Athanacum aliàs erat extra Lugdunum, nunc eſt intra urbem, ad confluentes Araris in Rhodanum fluv. *Liv.*

Athanagia, *Manreſa*, teſte Floriano, urb. Hiſpaniae citer. in Catalaunia, inter Barcinonem 10. & Urgellam 14. leuc. occurrens, à Solſona 5. apud mont. Serratum, inde 3. Sed Beuthero eſt *Sanahuja* opp. ejuſdem regionis inter Solſonam urb. & Olianam opp. 3. leuc. à Servaria oppid. 5. Urgellam versùs 9. Al. eſt *Cardona* opp. ſalis proventu in proximo monte diverſorum colorum opulentiſſimum, inter Minoriſſam, & Solſonam, 3., leucis ab Ilerda

10. Urgellam verſùs, proprio Duci ſubjectum. Athanagiam à Scipione expugnatam. Liv. ſcribit.

¶ Athanagia quibuſdam eſt Ilerda, *Lleyda*, urbs Cataloniæ, ad Sicorim fluvium.

Bibl. Athar, *Jethira*, pag. Palæſtinę, teſte Euſebio, qui ſi nunc exſtet, neſcio.

Omnib. Athenę, *Setines*, teſte Soph. cum al. urbs Græcię notiſſima, Atticæ metrop. clariſſima urbs armis quondam & litteris, à Cecrope condita, & ſic de Minervæ (quæ ibi colebatur) nomine dicta, à Thebis 40. mill. paſſ. diſtans in auſtrum, à Corintho paulò pluribus ad 44. in medio ferè Megaris obviis, à Lacedaemone ejus æmula 145. in Bor. Nunc obſcurior arcem habet pręmunitam. Urb. archiep. multarum urbium metrop. Pop. Athenienſ. Ovid. multis in locis ejus mem. in epiſt. præſertim 1. ſic:

Atque aliquis, jam nunc doctas erat, inquit, Athenas,
Armiferamque Thracen qui regat, alter erit.

¶ Athenarum urbs, priuſquam in Turcarum poteſtatem deveniret, Ducem habebat proprium a multis annis. Sedet inter fluvios Cephiſum & Iliſſum, cum arce munita. Ejus portus Phalerus, nunc *Port Leon* dicitur, ſenſimque oblimatur, ut vix minorum navigiorum capax ſit. Urbs autem nunc obſcura ſenſim deficit, & tantiſper diſtat ab ora littorali; ſubeſt dominio Turcarum ab anno 1455. quo capta fuit à Mahumete ſecundo, 120. milliaribus diſtat a Sparta in Boream.

Athenienſis probus apud Plat. lib. de Legib. dicitur proverbii modo, de eo qui in repub. male inſtituta ſi probus eſt, veriſſimè probus nominatur: quaſi dicatur, Athenis raros probos inveniri, ſed eos eſſe inſigniter probos.

Strab. Plin. & al. Athenæum, quod & prom. Minervæ, & Sirenum, & Prænuſſum apud Strab. *Capo di Minerva*, *Capo di Campanella*, & *Capo di Maſſa*, teſte Scip. Mazzella, prom. Picentinorum, contra Capreas inſ. inde ad 4. mill. paſſ. in occ. diſtantes, Surrento etiam proximum, ab eo 4. mil. in auſtrum recedens, à Neapoli 30. in eo Maſſa urb. modica. Hoc ſinum Craterem à Miſeno prom. inchoatum finit. Athenęum alterum apud Dionyſ. Halicarn. in ora magnae Græciæ, *Roſſia* vulgò, à Roſciano urbe 4. m. p. Athenaeum item locus erat Athenis Minervę dicatus, ubi opera literis dabatur, hoc eſt, gymnaſium & academia.

¶ Athenęum, promontorium Picentinorum, meliùs dicitur Minervæ promont. hodie *Capo Campanella*. Vide Minervæ promont.

Dion. Athenienſis Legio, *Thienen*, & *Tillemont*, opp. Belgii, in Brabantia, à Lovanio 3. leuc. in ort. diſtans.

¶ Athenienſis Legio, in Belgio, ubi fuerit, non bene conſtat. Oppidum quod *Thienen* ab incolis, & *Tillemont* à Gallis dicitur, meliùs & rectiùs dicitur Tenæ, ſeu Tillemontium; eſtque in Brabantia, ad Getam amnem; ſed deficit in dies. Vide Tenae.

Plin. Mel. Athenopolis, *Tres*, teſte Pineto, opp. Gall. Narb. in ora provinciæ, inter Telonem 3. & Forum Julium in ort. 6. leuc. contra Stœchades inſ. ſed Villanovano & Mol. *Teres*, ſeu *Eres*, Olbia veteribus dicta putatur. Al. locus *Napelo*, al. *Nuyz* opp. Prov. inter Forum Julii 4. & Lucum 5. leuc.

¶ Athenopolis ab aliis Antipolis dicitur, *Antibe*, quod forſan meliùs, voce non abludente; eſtque urbs munita, in ora Provinciae, 7. leucis à Foro Julio in ort. aeſtivum. Vide Antipolis. Exiſtimat tamen Hon. Bou. Athenopolim fuiſſe ubi poſtea Sambracis, hodie *Grimaut*, in ora Provinciae, & in intimo receſſu ſinus Sambracitani.

¶ Athenum, *Athene*, opp. regni Neap. in Principatu citeriori, prope fluv. Tanagrum, ſeu Nigrum 9. m. diſtat à Marſico novo in occ. cum tit. Princip.; eſtque ad radices Apennini, & parvi circuitus, 16. milliar. a Potentia.

¶ Atherita, *Atherith*, ſeu *Athenry*, urbs Hiberniae, aliàs amplior, in Connactia prov. & Gallivenſi Comitatu.

Liv. Plin. Tac. Atheſis, Atagis Strab. Atrianus Ptol. accepto nomine ab Atria urbe, *Adige*, fluv. Venetiae, ex finibus Rhaetorum, per fines Tridentinorum, urbem ipſorum alluens, ac Veronam intermeans, in mare Hadriaticum multis alveis ſe ſe exonerans inter Foſſam Claudiam urbem, & Carbonariam poſtremum Padi oſtium. Pop. per quos labitur intra Alpes, Atheſini Plin. dicuntur, *Etſchlender* Germanicè. Virg. lib. 9. Æneid.

Sive Padi ripis, Atheſin ſeu propter amœnum.

¶ Atheſis, fluv. Italiae, a Germanis *Etſch* dictus. Oritur ex Brenna monte maximo Alpium, in Comitatu Tirolenſi, Eiſocumque fluv. recipit infra Bolzanum, & aliquot alios minores; quibus auctus, in Adriaticum mare recipitur, 16. circiter milliar. a Venetiis in auſtrum.

Atheſis alter, flu. Albionis, in Anglia, agrum Eboracenſ. Dunelmenſi dirimens, ac in oram ad ortum fluens, Oceano Germanico exceptus, *Theſe* incolis, teſte Polyd. (Camdenus & alii habent Theſis ac *Tees*.) *Serb. Brit.*

Athiſo, *La Toſa*, fluv. Inſubrum, ex ſummis Alpibus oriens, ac in Verbanum lacum inter Aronam & Locarnum, extrema oppida illius lacus, influens. Oſcellam (Domum Oſcelae vocant) praeterluit, nec procul à Voconia opp. decurrit. *Plur.*

¶ Athiſo, fluvius oritur in confinio Valeſiae provinciae, ex monte S. Gothardi, & Voconiam rigat.

¶ Atholia *Athol*, prov. Scotiae ſeptent. intra montes, in mediterr. ubi alias pars Caledoniorum pop. Ei adjacent prov. Perthia, Badenothia, Abria, & Straternia.

Athos, *M. Santo*, mons Macedoniae excelſus, inſtar peninſulae in mare Ægaeum excurrens, cujus umbra in Lemnum inſ. inde in ort. 87. mill. paſſ. diſtantem, uſque pertingit, teſte Plin. Ejus ambitus 150. mill. paſſ. continet. A Turcis *Monaſtir*, ob cœnobiorum multitudinem, vocatur. Soli enim monachi D. Baſilij illum incolunt; indéque Epiſcopi omnes ſub Conſtantinopolit. Patriarc. ad Eccleſias regendas deſumuntur, ibi in ſacris literis & ceremoniis probè eruditi. Ex quo mons ἅγιον ὄρος ab illis nominatur, à Turcis *Seldidag*, teſte Leuncl. Ibi lepores plurimi. Ovid. lib. 2. de arte amandi. *Liv. Strab. & a.*

Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.

Et lib. 1. Metamorph.

Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete,
Et tunc ſicca, priùs celeberrima fontibus, Ida.

Adeo altus eſt, ut locum imbrium ſuperet, teſte Sol. & Mela. Ejus iſthmus à Xerxe, teſte Herod. perfoſſus fuit. Athos adeo excelſus eſt, ut umbram in Lemnum inſul. uſque proijciat. Unde ortum eſt adagium *Athos celat latera bovis Lemnię*, de iis qui gloriam aliorum obſcurant, ut Athos ſimulacrum bovis Lemniae ex candido lapide factum, & excelſum. Cujus proverbii mem. Plutarc. in moralibus. Dicitur & Athon apud Graecos: nam Athen. hominem voracem, *veracitatis Athonem*, per hyperbolem vocat.

¶ Athos mons in mare Ægęum excurrit inter ſinus Strymonicum & Singiticum, eratque aliàs in Calcidia regione Macedoniae, nunc in tractu *Jamboli* dicto. Jungitur Iſthmo duodecim ſtadiorum, & in eo numerantur 24. monaſteria Calogerorum, ſeu monachorum Graecorum, quorum celeberrima Gatopedos, & Agias laura. In his duobus 600. monachi numerantur; in aliis quinque millia; & pleraque eorum ſunt munita; ut piratis obſiſtent, teſtibus Brietio et aliis.

¶ Athra, *Athren*, oppidulum Hiberniae, in Lagenia, & Comitatu Kildarienſi, ad fluv. Burgum, medium fermo inter Caterlogum et Kildariam.

Athres, fluv. Scythiae Europaeae, qui *Labus* incolis appellatur, teſte Peucero. *Her.*

¶ Athum, *Aeth* Belgis, *Ath* Gallis. oppidum eſt permunitum Belgii, in Hannòniae Comitatu, ad fluv. Teneram, 2. leucis diſtat à confinio Flandriae, quinque à Tornaco in ortum; eſtque medium ferme inter Aldenardam ad Boream, & montes ad meridiem, 5. leucis ab utraque. Captum fuit anno 1667. à Ludovico XIV. Rege Francorum, cui etiamnum ſubeſt cum toto territorio adjacente, pace ad Aquiſgranum confecta.

Athymbra, urbs Cariae, apud Maeandrum fluv. Vide Niſſa. Sic enim poſtea dicta eſt, teſte Steph. *Steph.*

¶ Athyna, *Athyna*, opp. Sclavoniae, in monte, verſùs Dravum fluvium, et prope fontes Oriavvae fluv. 5. milliar. Germanicis diſtat à Poſega in Septentrionem, & ſex circiter à Sigetho in auſtrum.

Athyras, Atyras Plin. *Glycy nero* Graecis, *Acqua dolce* noſtratibus, fluv. Thraciae, cujus oſtia inter Byzantium et Selymbriam 24. mill. paſſ. viſuntur. Ibi Athyra num. plur. urb. epiſc. et nunc metrop. Metris alteri metrop. finitima. *Ptol. Plin. & a.*

¶ Athyras fluv. in Propontidem ſe exonerat, prope Selymbriam.

Atilia, *Altenburg*, Jo. Aventino teſte, *Atelburg* M. Welſero, pag. Vindeliciae, in Bavaria, apud Danub. flu. et apud Neoburgum urb. *Vet. Inſc.*

Atiliana, opp. Hiſp. Tarracon. inter Tritium 41. et Graccurrim urb. 64. mill. paſſ. ex itiner. Anton. *Sadava* opp. Navarrae, teſte Zurita, à Pompelone 10. leuc. Montionem verſùs. *An.*

¶ Atiliana, oppid. Hiſpaniae Tarraconenſis et Vaſconum, nunc quibuſdam eſt *Sadava* opp. Aragoniae, in confinio Navarrae, juxta fluv. Riguelum. Octo leucis abeſt a Calaguri

gari in ortum; ſed non eſt inter Tritium & Graccurrim, longè ab opp. Sadava diſtantes.

Atina, *Atino*, urb. olim epiſc. & col. Latii, in monte, apud fines Samnii, inter Soram et Venafrum, inde 16. mill. paſſ. ultra Fabrateriam, nunc opp. nulli tamen Epiſcopo ſubjectum. Pop. Atinates Plin. & Liv.

¶ Atina nunc vicus eſt Campaniç felicis, prope Melum amnem, 4. milliar. ab Arpino, & à monte Caſſino in Bor. ad radices Apennini.

Atina altera, opp. in Lucania, apud Tanagrum flu. inter Polam & Salam oppid. 4. mill. paſſ. à Salerno ad 40. per Ebolum Potentiam versùs, *Ateno* vulgò: cujus campus Atinas à Plin. commemoratur, in quo fluv. ad 20. mill. paſſ. merſus, emergit Virg. lib. 11. Æneid.

Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas.

¶ Atina hæc vicus eſt regni Neapolitani, in prov. Principatus citerioris, pene ſemidirutus.

Atinium, *Atino*, opp. Theſſ. in Maced. conf. Gomphis Tricæque finitimum.

¶ Atintanes pop. fuere Macedoniæ, teſte Polyb. in Oreſtide regione. Thucydides eos Moloſſis annumerat.

¶ Atinum, *Atino*, oppidul. Italiç, quod alluit Tanager fluv. in Lucania mediterranea. Vide Atina.

Atiſo. Vide Athiſo.

Atlantis, inſ. maris Oceani ingens, quæ à pleriſque doctis *America*, ſive novus Orbis eſſe putatur. Inſula S. Michaelis, una ex iis quae *Azores* vocantur, videtur Ortelio: ſed & hæc non eſt tantæ magnitudinis, ut Atlantis credi poſſit. America ab Hiſp. 600. leuc. diſtans, abeſt; inſula verò S. Michaelis 100. mill. paſſ. longa à Nerio prom. Callaicorum 185. leuc. diſtat.

¶ Atlantis inſula à multis America creditur. Diſtat ab Hiſpania plus mille leucis Gallicis in occaſ. & ejus pars maxima in mediterraneis ſubeſt dominio Hiſpanorum ab anno 1492. quo primùm detecta fuit à Chriſtophoro Columbo. De ea fuſiùs in voce America.

Atlas major, *Induacal*, ſive *Aytuacal*, teſte Marmol. *Montes Claros* Hiſpanis, *Anchiſa* & *Hanchiſa* aliis, mons Mauritan. Tingit. maximus, in oram littoream Oceani occid. & Atlantici deſinens, ipſamque Mauritaniam à Lybia interiore ſeparans, cujus prom. *Capo d' Alguer* à nautis nominatur. Juxta hunc mont. regnum Marocchium ſitum eſt. Atlas minor alter ejuſdem Maurit. *Errif* eodem Marm. teſte cum al. appellatur, regnum Feſſanum à Marocchio diſcludens. Vertex Atlantis mont. ſemper nivoſus, & in eo elephantes reperiri teſtatur Sol. poſt Plin. Abeſt ab Herculis columnis 317. mill. paſſ. in auſtrum, à Lixa urbe 112. Sed quantum ad Lixç diſtantiam error in numero videtur. Nomen habet ab Atlante Rege, aſtrorum peritiſſimo, quem propterea cœlum humeris ſuſtinere fabulantur. Ovid. lib. 4. Metam.

Quantus erat mons factus Atlas: nam barba comæque
In ſylvas abeunt.

Hinc Atlanticus nom. gent. & Atlantis patronym. Virgil. lib. 1. Georg.

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.

Atlantem cçlum hoſpitio excepiſſe fabulantur; quod cùm ſibi inſidias ab hoſpite parari animadvertiſſet, illum in mare Atlanticum prçcipitem dediſſe ferunt: unde ortum eſt adagium, *Atlas cçlum*, in eos qui ſibi malum cauſant, aut qui ſe ſe magnis & moleſtis negotiis involvunt. Metaphoricè *Atlantes* dicuntur, qui Rempub. collapſuram ſuſtinent, ut apud Cic. in Oratione pro domo ſua.

¶ Atlas, mons Africæ maximus, pro diverſitate regionum varia ſortitur nomina. Incipit prope oram Oceani, ab eo Atlantici dicti, juxta promont. Gerum, *de Guer*, inde perpetuo dorſo variè flexus, extendit ſe ſe, Orientem versùs, ad confinia deſerti Barcç, & immanibus, & ſupra quàm credi poſſit altis jugis, è media arenarum vaſtitate conſurgens, extolitur, verticem nubibus ſemper tectum habens. Versùs Oceanum *Aiduacal* ſeu *Idevacal* dicitur, & inter Segelmeſſam regionem & provincias Haſcoram & Tedleziam, *Tenſiſ & Dedes* ab incolis vocatur, & *Zizi* prope confinia regni Fezzç. Altas autem minor, qui pars eſt Atlantis majoris, abeſt à Lixa urbe 130. mill. paſſ. circiter.

¶ Atlona, *Atlone*, urbs Hiberniæ munita, in Connacia provincia & Roſcomanenſi Comitatu, ad Sineum fluv. ubi exit à lacu Rea. Diſtat 16. milliaribus Hibernicis à Longofortio in auſtrum, & circiter 30. a Galwaya in ortum.

¶ Atmones pop. fuere Germano-Sarmatiç, & pars Baſtarnarum, ubi nunc Volhinia ſuperior prov. Poloniç.

¶ Atquanachuci, *Atquanachukes*, populi Americæ ſeptentrionalis, in Virginia prov. in Cæciam, versùs Novum Belgium, ubi aliquot coloniæ Anglorum.

Atraces, pop. Ætholiç, & reg. Atracia Plin. Inde Atracius nom. gent. Stat. lib. 1. Theb.

-qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte color.

Atramyttium. Vide Adramyttium.

Atrani, pop. Apuliæ Peucetiç, quorum urbs Tranium, vulgo *Trani*, urbs haud obſcura archiep. in ora littorea, inter Barolum 6. & Barium in ort. vergens 24. mill. paſſ. *Plin.*

Atrax, *Voidanar*, teſte Pineto, urbs Theſſaliæ, apud Peneum flu. Triccam & Lariſſam interjacens, ab Olympo mont. 10. ſtad. diſtans, ab Argiſſa opp. ad Peneum 40. in Boream hodie ex primis regionis, olim veneniferax. Pop. Atraces Liv. Atracii Propertio. Ibi Atrax quoque fluv. teſte Plin. & Atraceſia ſtagna apud Orpheum. Atraciorum mem. Prop. lib. 1. *Liv. Plin. & al.*

Et dicam, Atraciis licet hæc conſidat in oris.

¶ Atrax, urbs Theſſaliç, in Pelaſgiotide regione, 30. m. p. diſtabat à Lariſſa in occaſum, & 60. à Tricca in ortum, 50. autem circiter ab Olympo monte.

Atrebates, Atrebatii Ptol. *Arras*, pop. & urbs Galliç Belg. epiſc. ſub Archiep. Cameracenſi, caput reg. quæ Lat. recent. Arteſia, vulgò *Artois*, nominatur. Media ferme eſt inter Ambianos urbem Picardiæ, & Tornacum ad ortum urbem Flandriæ 14. leuc. à Cameraco 9. Hic aulaea fiunt optima; & cereus prodigioſus fertur ſervari, qui accenſus non minuitur. *Caſ. Plin. & al.*

De Atrebatibus & Arteſia ſic in lib. 4. itiner.

Venimus & Bergas, urbem amplam: hinc Nervia pubes,
Et poſt Atrebatum fines, Arteſia viſa eſt.

¶ Atrebates, populi Galliæ Belgicç, quorum regio Arteſia dicitur, Comitatus titulo clara, aliàs ſub dominio Hiſpaniorum, nunc autem ferè tota eſt Francici juris; Ejus primaria urbs Atrebatum dicitur. Reliquç ſunt Audomaropolis, Aria, Bapalma, Bethunia, & Heſdinum. Hçc provincia habet ab Aquilone Flandriam, quae ei adjacet etiam ad ortum cum agro Cameracenſi; & ad merid. & occaſum Picardiam & Comitatum Bolonienſem; eſtque fertilis admodum.

Atrebatii, popul. Albionis, in Anglia, quorum reg. *Barkshire* Camd. & Lelando teſtibus oppida *Okingham*, *Reding*, *Ilsley*, & alia, inter Londinum & Sariſburiam ad occ. *Ptol.*

¶ Atrebatii pop. Albionis fuere, ubi nunc Bercheria provincia, *Barkshire*; eorum primaria urbs, Calleva Antonino & Ptolem. nunc *Wallingford* dicitur.

¶ Atrebatum, *Arras* Gallis, *Atrecht* Belgis, urbs ampla & epiſcopalis Belgii, Arteſiæ Comitatus caput, ad fluvium *Scarpe*. Eſt munitiſſima, & ſub dominio Regis Francorum ab anno 1640. cum priùs eſſet ſub Hiſpanis, qui ibi grandi clade affecti fuere a Gallis die S. Ludovico ſacra, anno 1654. & obſidionem ſolvere compulſi. Diſtat 8. leucis à Cameraco in occaſ. uti 5. à Duaco, & 14. ab Ambiano in Boream. Vide Atrebates.

Atria, Adria ſive Hadria Liv. Strab. & al. *Adri*, urbs Venetiæ epiſc. ſub Ravennate Archiep. ad Atrianum fluv. intra ſtagna Hadriatica, ab eis penè ſubmerſa, à piſcatoribus tantùm habitata, Epiſc. Rhodigii ibi commorante, media ferè inter Ravennam ad merid. & Venetias ad arctos 50. mill. paſſ. diſtans, à Ferraria 35. *Plin. Ptol.*

¶ Atria, *Adria* vulgò, urbecula Italiç & ditionis Venetæ, in Peninſula Rhodigina ſemidiruta jacet. Ejus ruinæ 30. milliar. diſtant à Ferraria in Boream, 15. à Rhodigio in ort. & 25. à Venetiis in meridiem.

Atria altera in Piceno, à pleriſque Adria & Hadria dicta, quae licèt in finibus Picenorum ſit, in Aprutio tamen computatur. Ibi Hadrianus Imp. natus, & ab ea ſic nominatus fertur. Videtur etiam mari Hadriatico nomen dediſſe, licet id alteri Hadriç tribuant. De priore Jull. Scaliger de urbibus;

Nunc vix nomen habet, letoque informe cadaver
Et famulis ſordens Hadria putret aquis.

¶ Atria, vulgo *Atri*, eſt in regno Neapolitano & Aprutio citeriori, in planitie; eſtque Ducatus gentis Aquavivç. Ejus epiſcopatus unitus fuit Pennenſi epiſcopatui; & 3. milliar. diſtat ab ora maris Adriatici, 8. a Pinna in Septentrionem, 13. autem ab Aterno in occaſum aeſtivum, paucis conſtans incolis.

Atrianorum paludes, & ſeptem maria, paludes Tartari Tac. & al. ſtagna Hadriatica, circa Hadriam et oſtia Padi: à paludibus Ravennae, de quibus Strabo, diverſa: *Plin. & al.*

quae vulgò *le Valli di Commachio* nominantur. Comaclum autem urb. epiſc. abeſt à Ravenna ſupra 20. mill. paſſ. à Ferraria 18.

Atrianus, fluv. Venetiae, quem alii eundem cum Tartaro, alii eundem cum Atheſi faciunt, & cum Adria fluv. apud Steph. illum Mercat. *Tartaro* indigitat.

¶ Atribunia, *Atribunie*, fluv. inſulæ Hiſpaniolæ, in Amærica ſeptentrionali, versùs occaſum inſulæ, & ex adverſo Cubæ, ubi aliquot manſiones Francorum à paucis annis in eo tractu.

Strab. & al. Atropatia, reg. Mediç Borealis, Iberiæ & Albaniæ ad arctos attigua, mari Caſpio expoſita, in qua Cyropolis urb. praecipua.

¶ Atropatia, ſeu Atropatene, una fuit ex tribus partibus Mediæ, quæ nunc *Servan*, ſeu etiam *Xervan* dicitur; eſtque ſubdita imperio Regis Perſarum. Ejus præcipua Tabriſium, ſeu Tamiſium, urbs ampla.

¶ Attacoti, pop. Scotiæ, teſte Nicol. Sanſone, ubi nunc Comit. Buquamenſis in Scotia ſeptentrionali.

Ptol. Attacum, *Ateca*, opp. Hiſp. Tarracon. in Celtiberis ſeu in regno Aragoniae, proximum Vobertæ, 1. diſtans leuc. a Bilbili 2. ad Salonem fluv. Attacenſe municipium in vet. inſcriptione.

¶ Attacum aliis eſt *Daroca*, oppidum parvum Aragoniae ad Xilocam fluv. qui poſtea cadit in Salonem; diſtatque a Bilbili 4. leucis in meridiem.

Ptol. Attalia, *Satalia*, teſte Soph. *Antali* Turcis, teſte Leuncl. urbs Pamphyliæ Archiep. marit. & primaria region. ubi Præfectus moratur, ab Attalo Rege condita. Aulææ olim Attalica in pretio fuere. Sil. lib. 14.

Lata Tyrus, quæque Attalicis variata per artem
Auleis ſcribuntur acu.

Hinc Attalicus ſin. *Golfo di Satalia*. Scribitur & Atalia unico *t*, ab Olbia 15. mill. paſſ. in ort.

¶ Attalia, urbs Aſiæ minoris, ſita eſt in ora littorali maris Mediterranei, ad oſtium Ceſtrii fluvii, & ferè media inter Aſpendum & Termeſſum, 40. mill. paſſ. ab utraque; nuncque ſub Turcis eſt probe munita. Sed malè habita fuit à Chriſtianis principio hujus ſeculi; & tantiſper diſtat à Veteri Attalia, quæ diruta jacet.

Attella. Vide Atella. Sic autem ſcribitur apud Sil. lib. 11.

Jamque Attella ſuas, jamque & Galatia abegit.

¶ Attenium, *Atteny*, oppidum Aſiç, in India citeriori & regno *Decans*. Aliis eſt *Attony*; diſtatque ab urbe Viſiapor. 22. leucis circiter.

Atter, *Atterſee*, lacus Germaniç, qui aliis *Schwartzſee*, in archiepiſc. Salisburgenſi. Eum præterluit fluv. Æger in confinio Auſtriæ.

Strab. Plin. & al. Attica, Attis Melæ, Acte olim & Actica, *Ducato di Sethines*, reg. Achajæ, ſive Helladis, in angulo orientali & auſtrali, quę & Mopſopia & Cecropia dicta eſt, in qua Athenæ urbs totius Græciæ clariſſima. Hinc Atticus nom. gent. ut mel Atticum, Ovidius lib. 5. de triſtibus.

Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

Attici pluribus elogiis celebrantur, in iis veritatis præcipuæ, ut *Atticus teſtis* in adagiis referatur, teſte Diogeniano, de teſte incorruptiſſimo & probatiſſimo, licèt etiam de improbo per ironiam dici poſſit. *Attica fides* quoque apud Plaut. in Aulul. proverbialiter de fide integra & incorrupta dicitur. Eſt & *Attica Muſa* in proverbio apud Diog. Laert. pro oratione venuſta & eleganti; ſicuti & *Atticus lepos*. Contrà *Advena Atticus* apud Zenod. in violentos in vicinos dicitur, quòd Attici quondam vicinos pop. ſedibus ſuis pellerent. Attici quoque, preſertim Athenienſes, lucri & munerum cupidiſſimi fuere: adeo ut apud Ariſtoph. teſte Diogeniano, prov. dicatur, *Atticus etiam moriens porrigit manus*. Attici item Eleuſina ſacra Cereri apud Eleuſin adeo ſecretè faciebant, excluſis ſacra profanis, ut in proverbium abierint *Attica Eleuſinia*, de iis qui inter ſe ſecretò de re aliqua tractant, ut auctor eſt Zenodot.

¶ Attigouvantani, *Attigouvantans*, populi Novæ Franciç, in America ſeptentrionali, versùs Occidentem, à quibus dictus lacus ille magnus Attigouvantanorum, ſeu Huronum.

¶ Attiquamechi, *Attiquamecques*, populi Novæ Franciæ, in America ſeptentrionali, prope fontes fluvii Saguenaii.

Aimo. Attiniacum *Attigny*, pag. Gall. Belg. in finibus Rhemenſium, apud Axonam flum.

¶ Attiniacum, *Attigny*, oppidulum eſt Campaniç provinciæ & Ducatus Remenſis, 3. leucis à Retelio diſtans in ortum, & 11. à Remis in Cæciam, Sedanum versùs 8. fuitque peſſime habitum ultimo bello Belgico; Sed nunc in dies reſtauratur.

Attium, *Capo di Scardola* in tab. recent. prom. Corſicæ, in ora occidua, inter Calviam & Sagonam. Ptol.

¶ Attium, promontor. Corſicæ, nunc eſt *Punta di Lacciuolo*; diſtatque 22. mill. paſſ. à Calvio in Boream, & 24. à Fano S. Florentii in occaſ. Sed non eſt inter Sagonam & Calvium.

Attuari, Atthuarii Amm. Marcell. pop. German. gen. Francorum, Bructeris finitimi.

¶ Attuarii, populi Germaniç, qui fuerint non conſtat, forſan Chattuarii ſeu Chaſſuarii, inter Chattos, Bructeros, et Cheruſcos. Vel. Pat.

Attubi, quod & Claritas Julia Plin. Atubi, ex al. cod. Ucubi Aulo Hirtio (ut Morali videtur) *Eſpejo*, teſte Mor. Plin. opp. olim col. Hiſp. Baet. inter Cordubam & Alcalam regalem. Vide Aſpavia (hęc enim *Eſpejo* dicitur, ab Ucubi 5. leuc. diſtans.) Vide etiam Ucubi.

¶ Attubi, ſeu Ucubis, oppidum fuit Turdulorum, ad Singilim fluv. 25. mill. paſſ. à Corduba in meridiem, & paulo plùs ab Aſtigi in ortum, Illiberim versùs, ubi forſan hodie caſtrum *Olivera* dictum.

Atuacutum, quaſi Atuaticum, à populi Atuaticis, ſeu Aduaticis apud Cæſ. *Anverſa* nunc, Joan. Becano teſte, urbs clariſſima Brabantię. Vide Antuerpia. Scaligero & al. eſt urbs Tungrenſis. Situs apud Cæſ. arridere videtur. Ptol.

¶ Atuacutum dicitur, & meliùs, Aduacutum ſeu Aduatuca Tungrorum, urbs fuit Eburonum, in Gallia Belgica, & Tungrorum caput, hodie *Tongeren*, opp. Leodienſis ditionis, medium inter Trajectum ad Moſam in ortum, & Fanum S. Trudonis ad occaſum, teſtibus Sanſone, Brietio, Du Val, aliiſque. Vide Aduatuca.

Atuæ, Aduatici Cæſ. Atuatici Dioni, pop. Gall. Belg. Vide Aduatici.

¶ Atturia, regio Aſſyriç, in qua Ninus & Gaugamela ſita eſt. Strabo 16. Vide Aſſyria. Cic.

Aturum, & Aturenſium urb. *Ayre*, urb. Aquit epiſ. ſub Archiep. Auſcenſi, in reg. Novempopulonia, Aquis Tarbellis finitima, ab eis 5. leuc. inter Auſcos 16. & Bajonam 12. Fano S. Severini proxima, 3. leuc. diſtans in merid. Illam Aturus, ſive Aturrus fluv. ex quo nomen habet, interluit. Scribitur etiam geminor. Lib. Prov.

¶ Aturum, ſeu Aturas, urbs aliàs Eluſatum, nunc *Aire* dicta, Vaſconię propriaę caput eſt juxta Aturum fluvium & in ſe ipſo limite Comitatus Arminiaci, 4. leucis Aquitanicis ſupra Fanum S. Severi in Eurum, 10. à Taſta in ortum, uti 16. à Bajona, Auſcios versùs 11.

Aturus autem fluv. qui ex Monte Pyreneo profluit, & in Oceanum Aquitanicum citra Bajonam effunditur, *l'Adour* appellatur. Cujus mem. Auſon. in Parental. Auſon.

Tum profugum in terris, per quas erumpit Aturrus.

Hic à Luc. lib. 1. Atyrus appellatur; unde & urbs Atyra.

Qui tenet, & ripas Atyri, qua littore curvo.

¶ Aturus, ſeu Aturrus, fluvius eſt Aquitaniae, *l'Adour* dictus. Apud Bigerros, in Valle Campana, haud procul Bagneriis fluunt tres fluvii, Aturri dicti, quorum nomen commune, origo prorsùs diverſa. Aturrus ille, qui reliquos excipit, quique ſat notus eſt Hiſtoricis & Geographis, oritur ex Pyrenaeis montibus, in ſummo Baregdini montis jugo, hinc per Bigerros fluens, & per Auſcios, Eluſates, & Datios, rigat urbes Tarbam, Aturum, Fanum Sancti Severi, & Taſtam, & paulò infra Bajonam in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat, receptis priùs Gabaro, Niva, aliiſque minoribus. Alter Aturrus oritur in finibus vallis Campanae, diciturq; Aturrus Sylvenſis, *l'Adour de la Seube*, ac dein influit in Aturrum quem diximus. Tertius Aturrus oritur in Parochia Bagneriarum, vocaturque Aturrus Baudeaenicus, *l'Adour de Baudean*, eò quòd vallem Baudeanicam irrigat, infra quam excipitur undis majoris Aturri. Uterque autem horum fluviorum excurrit per duodecim milliaria, antequam influat in Aturrum majorem, teſte Baluzio.

¶ Atyras, collis in Illyrico, Dioni, incertae poſitionis.

Atys, *Carabi*, teſte Faz. fluv. Siciliae, in ora auſtrali, poſt Termas urbem ad 5. mill. paſſ. in occ. in mare labens. Plin. Cujus mem. Claud. lib. 3. de rap. Proſerp.

*Lucus erat prope flumen * Atyn, quod candida præfert.*

¶ * Acin in pleriſque codicibus.

¶ Atys, ſeu Acithis, *Carabi*, fluvius eſt parvus Siciliae,

in

in vaſſe Mazaræ; & in mare Africum ſe exonerat inter Thermas ad ortum, & promontorium trium fontium ad occaſum. Vide Acis ſeu Acithis.

Avalites, ſin. & empor. & Avalitæ pop. Æthiopiæ, in ora maris Rubri, contra Arabiam, Diræ alteri empor. proximum, inter Aromata prom. & fauces ſinus Arabici propiores, *Zeila*, teſte Mol. à memoratis faucibus 5. leuc. diſtans, Barbaram urbem versùs 20.

¶ Avalites, emporium Trogloditicæ, hodie eſt *Zeila*, urbs munita regni Adelis, in Ajana regione, vix 90. mill. à faucibus maris Rubri in merid. Adelum versùs totidem, 400. autem ab Aromata promontorio in occaſum.

Avallenſis Com. *Avalle*, teſte Ortel. in Gall. Aquit.

Avalonia, poſtea Glaſconia apud Matthæum Weſtmonaſt. *Inis Avalon*, teſte Lelando, incolis *Glaſtenbury*, opp. Albionis in Anglia agri Somerſettenſis, ubi cœnobium Glaſconenſe olim celeberr.

Avanticum, Aventicum, Tac. *Avenches*, urb Sequanorum olim epiſc. in Helvetiorum & Equeſtrium conf. Nunc jacet, manet pag. Vide Aventicum.

Avaricum, *Vierzon* & al. *Viaron*, opp. Gall. Celt. in finibus Biturigum, ab urbe Bituricenſi 7. leuc. ab Exoliduno 4. ab Aurelianis 20. Sunt qui putant Avaricum eſſe ipſam urbem Bituricenſem.

¶ Avaricum aliis omnibus eſt *Bourges*, urbs Galliæ archiep. & primaria Bituricenſis provinc. ad fluv. Auram ſeu Avarum. Academia gaudet celebri; & ab aliis dicitur Avaricum Biturigum Cuborum, quia olim hic habitabant Bituriges Cubi, Undecim leucis diſtat à Niverno in occaſum æſtivum, 5. ab Excloduno in ortum, & 22. ab Aureliano in auſtrum. Vide Bituriges.

¶ Avarini pop. ſeu Peucinis, in Sarmatia Europæa, ubi nunc pars Palatinatus Cracovienſis in Polonia, inter Viſtulam fluvium & Carpathos montes.

Avarum, *Capo di Viana*, teſte Mol. prom. Hiſ. Tarracon. in ora Callaicorum, ſeu Gallæciæ apud oſtia Minii fluv. ubi Viana oppid. Sed hoc potiùs in ora Bracarum eſt, ab oſtio Minij 3. leuc. Bracaram versùs 7.

¶ Avarum promont. aliàs Callaicorum Bracarum, nunc in Portugallia, 5. leucis a Bracara in occaſ. diſtat.

Avatici, pop. Gall. Narbonenſ. ubi in ora Mela locat Avaticorum ſtagna, quorum opp. eſt Foſſa Mariana apud oſtium Rhodani occiduum, & locus *Avancon*.

¶ Avatili, & meliùs Anatili ab alis dicti fuere; erantque in Provincia prope oram ubi nunc Maritima, Rhodani oſtium orientale, & Campi lapidei. Vide Anatili.

¶ Aubanea, *Aubagne*, urbecula lepida Galliæ, in Prov. 3. leucis a Maſſilia diſtat in ortum, & 5. ab Aquis Sextiis; ibique perſæpe celebrantur Comitia provinciæ.

Auca, urbs Hiſp. Tarrac. exciſa penitùs, finitima Burgis, qui illi in epiſcopali dignitate ſucceſſere. Locus adhuc *Nueſtra Sennora de Oca* nominatur apud Villam Francam opp. inter Burgos 5, & Dominicopolim 9. leuc. juxta montes, qui *Montes de Oca* dicuntur.

¶ Auchanites, ſeu Auranitis, tractus Babyloniæ, inter Babylon & Seleuciam urbes, prope Euphratem fluvium, Philippo à Vico teſte.

Auchetae, Auchatæ Herod. pop. Scythiæ Europeæ, apud quos Hypanis fluv. oritur, quorum ſitus in Podolia. Val. Flac. lib. 6.

Eruis ignotis inſons Arimaſpe metallis.
Doctus & Auchates.

Audelopes, pop. Libyæ inter. intra illius deſerta, ultra Garamantes & Naſamones. Quorum mem. Claud de laud. Stilic.

-Repetunt deſerta fugaces
**Audelopes pavidus projecit miſſile Mazax.*

¶ Aiii libri habent * Autololes.

Audomarenſis, urbs Belgii epiſ. ſub Archiep. Camerac. & ex primis Arteſię, Tarvannæ urbi exciſæ proxima ad 3. leuc. ab Atrebatibus 14. in Bor. vulgò *S. Omer*.

¶ Audomaropolis, ſeu Fanum S. Audomari, *S. Omer* urbs, quæ olim *Sithieu*, Abbatia. Ad fluv. Agnionem ſedet; eſtque permunita, habens Epiſcopum ab anno 1559. Crevit ex Tarvannæ ruinis, 8. leucis diſtat a Bononia in ortum, & quatuor ab Aria in Boream.

Audus, mons Africæ, apud fines Mauritan. Cæſarienſis haud procul ab ora littorali; qui *Aurais* incolis dici perhibetur. Eſt & fluv. Audus in Mauritan. Cæſar. apud Audum prom. in ſin. Numidicum exiens, inter Jarſath & Igilgili pop. *Balaſſia*, teſte Mol. prom. verò *Capo Gibranel*.

¶ Aveinum, *Avein*, vicus Belgii, in Duc. Lucemburgico, celebris ingenti victoria Francorum contra Hiſp. ann. 1635. Vix duab. leuc. diſtat a Fano S. Huberti in Septentr.

Avellani, pop. Campaniæ, quorum opp. Avella, intra montes, in Hirpinorum conſ. inter Neapolim 20. & Abellinum 10. mill. paſſ. quot ferè à Nola, à qua 8. Capuam versùs recedit, *Avella*, etiam vulgò dictum. *Plin.*

¶ Avella oppidulum eſt Campaniæ felicis ſeu Terræ laboris, in confinio Principatus ulterioris, 15. milliar. Neapoli, & 4. à Nola in ortum Beneventum versùs.

¶ Avençum, *Avenay*, urbecula Franciæ, in provincia Campaniæ, prope Matronam fluvium, & 4. leucis a Remis in auſtrum.

Avendonis, Vendum Strab. ut videtur, *Adelſperg*, teſte Laz. oppid. Japodum, in Carniola, medium inter Juſtinopolim urb. Iſtriae, & Labacum caput Carniolae ad 40. mil. paſſ. *Avendone* aliis adhuc dictum. *Ant.*

¶ Avedonis nunc eſt vicus *Adelſperg* intra montes, ſub dominio Auſtriacorum, & 3. leucis a Tergeſte in ort.

Avenio, *Avignon*, urbs archiep. Gall. Narbon. ad Rhodanum, praeclara, Com. Venuxini Caput, ad Summum Pontificem ſpectans, in Provincia, inter Arelatum 9. & Valentiam urbem Delphinatus in Boream 22. ab Aquis Sextiis 22. leuc. Academia, ubi pons lapideus mirus, & ſeptem ſeptenarii, à Nemauſo 8. leuc. *Ptol. Plin. & al.*

¶ Avenio diſtat duodecim leucis ab Aquis Sextiis, ſeptemque ab Arelate; & ſita eſt prope & juxta Com. Venuxinum cujus primaria eſtq; Carpentoracte; eſt ditionis Pontificiae ex venditione Joanne Reginae Neapolitanae. Ibi aliàs Cavares populi.

¶ Avenna, *Avon*, fluvius Angliae, Sariſburiam alluit, & poſtea in mare Britannicum ſe exonerat ex adverſo inſulae Vectis. Speedo autem teſte, eſt Avona.

Avennae, *Aveſnes*, opp. Gall. Belg. in Arteſia reg. ab Atrebatibus 4. leuc. in occ. Comit. Sunt & Avennae opp. Belgii in Hannonia, à Malbodio 4. leuc. Cimiacum versùs 6. *G. Turon.*

¶ Avennae, vulgò *Aveſnes le Comte*, oppidulum eſt Belgii, in Arteſia & limite Picardiae, 4. leucis diſtat à Dulendio Atrebatum versùs. Penè deſolatum fuit ultimo bello Belgico; & ſubeſt dominio Francorum cum toto tractu adjacente. Avennae autem, *Aveſnes*, oppidum eſt Hannoniae parvum, ſed praeclarum & probè munitum, ad Hepram fluvium, & Comitatus titulo nobile, in ditione Regis Francorum ab anno 1659. pace ad Pyrenaeos.

¶ Avens, *Curese*, fluvius Italiae, in Sabinis. In Tiberim ſe exonerat.

Aventicum, Avanticum Ptol. *Avenches* Gallis, *Wiflisburg* Germ. olim urbs epiſc. ſub Archiepiſc. Veſuntino, nunc opp. in finibus Helvetiorum, inter Bernam ad ort. & Ebronum ad occ. ad 3. leuc. Helveticas diſtans, Murthae proximum. *Tac.*

¶ Aventicum, Germanicè *Wifliſpurg*, olim pulcherrima civitas, nunc urbecula minuta Helvetiorum. Bernatibus & Friburgijs paret; & ab eo regio adjacens etiam *Wifliſpurgergou* dicitur, Sedet juxta lacum Murtanum ſeu Moratenſem, una leuca Helvetica à Friburgo in occaſum.

Aventinus, unus ex 7. collibus urbis Romae, olim extra pomœrium urbis, *M. di S. Sabina* hodie, ob ſacram aedem D. Sabinae dicatam, dicitur. Cujus mem. Virgil. lib. 7. Æneid. *Feſto. P. Vict.*

Collis Aventini ſylva quem Rhea Sacerdos.

Aventinus item mons, ſuper quo Praeneſte urb. Latii.

¶ Averia urbs fuit Syriae, in Palmyrene provincia, ad fluvium Palmyritem, non longè à confinio Arabiae deſertae & 25. circiter milliar. à Palmyra urbe in meridiem. Quid ſit nunc, non bene conſtat.

Avernus, Aornus Græcis, lacus Campaniae notiſſimus, apud antrum Sibyllae Cumanae, Cumis, Baiis, & Puteolis (à quibus 3. mill. paſſ. abeſt, Baiis propior) proximus, adhuc *Lago d' Averno* dictus, & *Lago di Tripergola*, teſte Erythaeo: cujus aquae inter denſas ſylvas adeo putentes ſunt, ut ſupervolitantes aves decidant mortuae. Hinc ad inferos deſcendi Poetae fabulantur, qui etiam Avernum pro inferno uſurpant, uti apud Virg. lib. 6. Æn. *Strab. Plin. & al.*

- Facilis deſcenſus Averni:
At revocare gradum ſuperaſque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor.

Et Claud. lib. 2. de rap. Proſerp.

Tunc & peſtiferi pacatum limen Averni
Innocuę tranſiſtis aves.

Lucr. lib. 6.

Principio, quod Averna vocant, non nomen id ab re

Impoſitum eſt.

¶ Averſa, *Averſa*, urbs epiſcopalis Campaniæ, in regno Neapolitano, et in terra Laboris ſub Archiepiſcopo Neap. Dicitur condita ex ruinis Atellæ; eſtque media inter Capuam ad Boream, & Neapolim ad meridiem, & parva, in planitie. Vide Atella.

Ant. Aveſica, (Aneſica in aliquibus cod.) *Scenaſechie*, teſte Simlero, pag. Japodum, in Carniola, à Tergeſto ſupra 20. mil. paſſ. in Bor. Labacum versùs ſupra 30. ab Avendone ferè 9. in occ.

¶ Aveſica a Germanis *Senaſecz* dicitur; eſtque intra montes, in limite Comitatus Goritienſis, 12. milliaribus à Tegeſte.

Liv. *Ptol.* Aufidena, *Alſidena*, opp. Caracenorum, in Aprutio, à Sulmone 10. mill. paſſ. in merid. à lacu Fucino ferè tantundem in ort. Auphidena Ptol. Popul. Auffidenates Plin.

¶ Aufidena nunc caſtrum eſt in colle, juxta fluvium Sarum, in Aprutio citeriori, & paucis conſtat incolis, ad radices Apennini.

Plin. *Liv.* *Ptol.* *& al.* Aufidus, *l'Offanto*, fluv. Apulorum, ex Apennino monte in finibus Hirpinorum oriens, ac inter Daunios & Peucetios, illos ſeparans, in mare ad Barolum clariſſimum opp. delatus. *Aufidus Adriam retrofugit* loco adagii à Servio refertur, de re inveriſimili & non conſiſtente, ex Virg. lib. 11. Æn.

Amnis & Adriaticas retrofugit Aufidus undas.

¶ Aufidus fluv. *l'Ofanto*, oritur in Principatu ulteriori, ſupra Compſam urbem, quam alluit, 6. mill. paſſ. & in mare Adriaticum ſe exonerat, 5. mill à Barulo in occaſum. Solus Italiæ fluviorum ſecat Apenninum; ex eo tamen oritur.

¶ Auſona, *Nyne*, fluv. Angliæ. Northantoniam urbem & prov. alluit; poſteaque in mare Germanicum cadit inter Norfolciam & Lincolniam provincias.

Ant. Auſuſtianae, opp. ſeu pag. Illyrici, inter Salonas 59. & Naronam 25. mill. paſſ. ex itiner. Anton. occurrens.

¶ Augæ, ſeu Augum & Euſium, *Eu*, urbs Franciae, in Normannia provincia, ad fluvium Breſlam, non longè à mari, caput Comitatus ditiſſimi, in confinio Picardiæ; eſtque media inter Diepam & Fanum D. Valeriaci, & 7. leuc. diſtat ab Abbavilla in occaſum.

¶ Augarari, *Augarars*, populi Americæ, in Braſilia, & præfectura Portus ſecuri, teſt. Laetio & aliis.

¶ Augela, deſertum Africæ, ubi aliàs Augilæ populi, in Marmarica regione ſeu Libya ſuperiori, Joanne Leone teſte & aliis.

¶ Augia, *le pais d'Auge*, regiuncula Galliae, in Normannia provincia, inter Lexovium, Argentomum, & Faletam urbes. Ejus limites periere. Ab aliis Algia dicitur.

Scrip. *Ger.* Augia major, *Rickhovv*, inſ. Germ. intra lacum Venetum, apud Conſtantiam urb. abbat. & cœnob. præclarum, animalibus noxiis carens, ampla, tribus Parœciis conſtans. De Augia quidam Poeta Germ. lib. 6. itiner.

Augia dives agris hortis, templiſque, lacuque,
Fructibus hac dives, dives abundat aquis.

¶ Augia major aliis nunc eſt *Mehtzravv*, vicus juxta lacum Conſtantienſem, prope Brigantium, & in Comitatu cognomine; 6. leucis diſtat à Conſtantia in ortum.

¶ Augia minor, *Meinovv*, inſula Germaniæ & Sueviæ, in inferiori parte lacus Conſtantienſis, media ferme inter Uberlingam & Conſtantiam.

¶ Augilae, populi Africae, in Marmarica, versùs Cirenaicam. Vide Ægila.

Liv. Auginus, mons Liguriae, intra Apenninos montes, per quos Hannibal tranſiit, qui *M. Augon* dicitur, in finibus Ticinenſium, teſte Bernardo Sacco.

Ptol. Auguſta *Seveſta*, teſte Rhamuſio, & *Sebaſte*, urbs Ciliciae littor. inter Tarſum & Anemurium ad occ. occurrens. Al. *Antap* eſſe videtur, ſed hęc in medit. eſt.

¶ Auguſta aliis eſt *Sebaſte*, oppidum, inter Coricyum & Pompejopolim in ora. Vide ibi.

Vet. *Inſcr.* Auguſta, *Tubingen*, urbs Sueviæ, academia præclara Duc. Wirtembergenſis, ad Nigrum fluv. à Stutgardia urb. aula Principis 3. leuc. versùs Rotemburgum propius, ab Ulma 8. in Bor. à Reutlinga ferè 2. in Bor. opus Caracallæ Auguſti.

¶ Auguſta, Tubinga dicitur ab omnibus, & Caſtrum habet in colle, 2. leucis diſtat à Reutlinga, & una à Rotemburgo, ab Ulma autem decem in occ.

¶ Auguſta, *Auguſta*, opp. maritimum Siciliae ad Orientem, alias Xiphonia; eſtque permunitum. Sunt qui credunt alias ibi fuiſſe Hiblam, quae & Megaris; ſed errant. Sita eſt in Neetina valle, & gaudet portu capaci & percommodo, 18. milliaribus diſtat à Catana in auſtrum, & 25. à Siracuſis in Boream.

Auguſta Acilia, *Azelburg*, teſte Jo. Avent. opp. olim Vindeliciae apud Danubium, nunc pag. Straubingę urb. in Bavaria propinquus, à Ratiſpona 6. leuc. in ortum. *Vi.* *Inſ.*

¶ Auguſta Acilia à quibuſdam Atilia dicitur, ſed malè.

Auguſta Auſciorum, Auſci Cæſ. & Plin. *Aux*, aliis *Auſch*, urb. archiep. Gall. Aquitanicae, à Toloſa 11. leuc. in occ. Bajonam versùs, ab Agenno 8. in auſtrum: cujus Archiepiſcopus inter Galliae ditiores eſt. *Pl.*

¶ Auguſta Auſciorum, *Auch*; caput eſt Comitatus Arminiaci; eſtque ſitu munita, ad Ægircium fluvium, in regione fertili admodum & rigua, 6. leucis diſtat ab Eluſa, & totidem ferè a Condomo.

Auguſta Badacum, Badacum ſimpliciter Ptol. *Birckhauſen*, teſte Siml. opp. Norici, in Bavaria, inter Saliſburgum & Landshutam urbes 8. leuc. *Vi.* *Inſ.*

¶ Auguſta Badacum, ab aliis Badacum & Bedacum dicitur, & Cluverius putat eſſe vicum *Painburg*, ad fluvium Achſam ſeu Alaſam, in ſuperiori Bavaria, paulò infra lacum Chimum, in limite ditionis Salisburgenſis. Vide Cadacum.

Auguſta Batienorum, *Baſſignano*, teſte Georg. Merula, oppid. Liguriae, ad Padum, in finibus Ticinenſium, à Ticino 24. mill. paſſ. Alexandriam versùs 8. in merid. & occ. à Valentia opp. 4. in ort. *Pl.*

Auguſta Bracarum, Bracar. Auguſta, Ptol. *Braga*, urbs archiep. antiqua Hiſp. Tarracon. olim conventus juridicus, nunc metrop. in regno Portugallico, inter Portum ad auſtrum & Tyden urbem Gallaeciae, ad arctos 8. leuc. ab Ulyſſipone fere 58. in Bor. cujus Archiepiſcopus ſe totius Hiſp. Primatem inſcribit, ſicuti & Toletanus facit. Braecara & Bracara paſſim ſcribitur. Pop. Bracari, & Bracarenſes, & Bracares. *P.*

¶ Auguſta Bracarum, quae & meliùs Bracara Auguſta, aliàs erat urbs Callaicorum Braccarum, nunc Portugalliae & Provinciae intra Durum & Minium dictae. Ad Cavarum ſeu Celandum fluvium ſedet, 4. leucis ab ora Oceani, 6. ab urbe Portu, & 50. ferè ab Ulyſſipone: eſtque magni circuitus, ſed non æquè incolis referta. A Gallis *Bragues* dicitur. Vide Braccara.

Auguſta Druſi, urbs Germ. quæ al. Druſomagus, vulgò *Memmingen*, urb. Sueviae putatur. Sed, teſte M. Welſſero, haud reperitur apud Vindelicos aut Suevos. *Str.*

Auguſta Emerita, & Emerita ſimpliciter in lib. Conc. *Merida*, urbs olim archiep. Hiſp. Luſit. in Bæturia, in finibus Turdulorum, ad Anam fluv. ab Auguſto condita, & militibus emeritis ad incolendam tradita; à pace Auguſta 9. ab Ulyſſipone 37. in ort. Toletum versùs, nunc pene jacens, inter urbes Extremadurae, ſede ad Compoſtellam urbem Callaicorum inde longiſſime diſtantem tranſlata. *Sa.* *Pl.*

¶ Auguſta Emerita, *Merida* hodie, urbecula parva. Subeſt dominio utili ordinis militaris S. Jacobi de *Spatai* eratque olim in Luſitania, & caput Conventus, ſed non in Baeturia, 6. leucis diſtat à Metallino in occaſ. & 24. leucis ab Hiſpali in Septentrionem.

Auguſta Euphrateſia, quae et Comagena, urbs Syriæ, in Comagene reg. apud Euphratem fluv. vulgò *Azar*, teſte Nigro. *L.* *C.*

Auguſta Firma. Vide Aſtygi. *Pl.*

Auguſta Gemella. Vide Tucci. *P.*

Auguſta Nova, Porta Auguſta Ptol. *Torquemada* Mol. & al. i. e. Turris cremata oppid. Hiſpan. Tarraconen. in Arevacis, inter Burgos 12. & Valliſoletum in occ. 10. leuc.

¶ Auguſta Nova, quae aliis Nova Auguſta, ad Arevam fluvium, longe diſtat ab oppido Turre cremata in ortum, forſan ubi nunc vicus *Cavarruvias*, in Caſtella veteri, medius ferè inter Burgos & Uxamam, versùs montes.

Auguſta Praetoria, *Aoſta*, et *Augſt* Germanis, urbs et col. antiqua Salaſſiorum metrop. epiſcop. ſub Archiep. Tarantaſienſ. ad Duriam fluv. in Pedemontano Principatu, ab Aug. Taurinorum 55. mill. paſſ. ultra Eporediam ſupra 30. versùs Alpes Grajas, et Tarantaſiam inde ad 36. diſtantem trans Alpes.

¶ Auguſta Prætoria à Solino dicitur Italiæ limes, à Gallis nunc *Aoſte*; eſtque Ducatus caput, qui in ſeptem dividitur valles ad radices Alpium, 25. milliar. diſtat ab Eporedia in Boream, et 4. a Taurino, in regione montuoſa, ſed fertili, quae à Gallis *la Val d'Aouſte* dicitur. *P.* *Pl.*

Auguſta Quintanorum, Quintianae Anton. Quintanae lib. *V.*

lib. Notit. *Kintzen*, olim opp. nunc pag. Vindeliciæ, in Bavaria, apud Danubium, à Patavia urbe 4. leuc. in occ. Ratiſponam versùs.

¶ Auguſta Quintanorum ab aliis Quintana ſeu Quintlana caſtra dicitur, interpretaturque *Kintzen* vicus Bavariæ inferioris, prope *Ooſterhoven* opp. medium inter Patavium & Straubingam.

Auguſta Rauricorum, Rauricum Plin. Rauracum & Rauriaca colon. Amm. Marcell. Rauraci Cęſ. *Augſt*, urb. olim epiſc. nunc pag. Germ, ſuper. ad Rhenum, in finibus Helvetiorum, à Baſilea, quae illi in epiſcopatu ſucceſſit, 2. leuc. diſtans in auſtr.

¶ Auguſta Rauracorum ab aliis dicitur, a Rauracis populis alias Helvetiis adjecti, nunc vicus tantùm cum multis ruderibus in pago Baſileenſi, 2. leucis ſupra Baſileam in ortum, & non longè a Rhinfeldia.

Auguſta Rhętorum, eadem cum Auguſta Vindelicorum (eſt enim in Rhaetorum & Vindelicorum conf.) Vide ibi. Cujus mem. Auſon. in Moſell.

Sola, ſed Auguſtę veniens quod męnibus urbis.

Auguſta Romanduorum. Vide Aug. Veromanduorum, licet quidam hanc ab illa diverſam eſſe contendant, appellarique *Lucemburg* nullo certo indicio freti.

Auguſta Sueſſionum ſive Sueſſonum, ut alii legunt, Auguſta Veſſonum Ptol. Sueſſiones Caeſ. & Plin. *Soiſſons*, urbs Gall. Belg. epiſc. ſub Archiep. Rhemenſi inde 12. leuc. in occ. ad Axonam fluv. in Picardiae conf. inter Lutetiam 20. & Laudunum 9. ſub proprio Comite.

¶ Auguſta Sueſſionum, urbs Galliae, olim Reges habuit proprios, & caput fuit regni perampli ſub prima ſtirpe Regum Franciae. Sita eſt in Picardia, ſub praefectura tamen Inſulae Franciae. Claret titulo Comitatus; eſtque probè munita, & ampla.

Auguſta Taurinorum, Taurasia App. Alex. Taurini Liv. Taurinum poſteriorib. *Turino*, urbs Archiep. Gall. ſubalpinæ, apud Padum Academia, ſedes Principis Pedemontani, Ducis Sabaudiæ, ac regionis totius Pedemontanae conventus juridicus, à Mediolano 75. mill. paſſ. in occ. Vercellis in medio, à Genua ad 80. Alexandria circa medium in Bor.

¶ Auguſta Taurinorum, quæ Tauraſia Livio, Taurania Stephano, poſtea facta colonia, dicta fuit etiam colonia Taurina, nunc urbs permunita, evadit in dies amplior & ſplendidior. Tantiſper à Pado fluv. diſtat. Vocaturque *Turin* a Gallis, qui eam fortiter expugnarunt anno 1640. ſub Comite Harcurtio. Sedet in planitie fertili admodum & rigua, ubi Duria in Padum cadit. Arcem habet firmiſſimam ac pulcherrimam, 12. milliar. diſtat a Pinarolo, & 24. ab Aſta in occaſum.

Auguſta Tiberii, urbs Tiberina in lib. Conc. *Regenſpurg* & *Regensburg*, Italis *Ratiſbona*, Gallis & Anglis *Ratisbone*, urbs Vindelicorum epiſc: & libera, in Bavaria, ſub Archiep. Salisburg. ab Auguſta Vindelicorum 17. leuc. in Cæciam, a Monachio 19. in Bor. à Praga 28. Ibi Imperii comitia haberi ſolent.

¶ Auguſta Tiberii ab aliis Reginum & Regina, ſeu etiam caſtra Regina dicta fuit. Bavariæ aliàs fuit primaria; ſed tandem ſe in libertatem aſſeruit, 9. leucis Germanicis diſtat ab Ingolſtadio in ort. & totidem a Landshuto in Septentr. uti 15. a Monachio. Vide Regina.

Auguſta Trevirorum, ſeu Trivirorum. Vide Treviri.

Auguſta Tricaſtinorum, Tricaſtini Liv. *S. Paul des trois Chaſteaux*, teſte Rob. Cęnali, cum Poldo, urbs Gal. Narbon. in Delphinatu, in Provinciae conf. Montlimario opp. finitima, Ponti S. Spiritus propior, 2. leuc. diſtans, ab Avenione 7. in Bor. ab Arauſione 5. epiſcop. ſub Archiepiſc. Arelatenſi.

¶ Auguſta Tricaſtinorum, antea Senomagus ſeu Neomagus dicta, nunc Fanum S. Pauli Tricaſtinorum. *S. Paul*, ſeu *S. Paul Tricaſtin* quibuſdam. Una leuca a Rhodano fluvio diſtat. 14. a Montlimario in meridiem, & vix duabus a Vivario; eſtq; in clivo ſita, & parva, ſed culta.

Auguſta Trinobantum. Vide Londinium.

Auguſta Vagiennorum urb. fuit in finibus Taurinorum, rum, in quibus Padus fluv. oritur; quam quidam cum Auguſta Batienorum longè à Taurinis diſtante confundunt, non ſine manifeſto errore, Vide Vagienni, ſive Vageni.

¶ Auguſta Vagiennorum, urbs Galliæ Subalpinae, quibuſdam eſt Salinae, *Saluces*, Marchionatus caput. Cluverius tamen credit eam fuiſſe versùs Ligures montanos, circa Carmaniolam, oppidum Pedemontii, *Carmagnole*, quod alias erat Marchionatus Salutiarum. Sedet prope Padum fluvium, & inter Taurinum & Foſſanum.

Auguſta Valeria, urbs Hiſpan. Tarraconenſ. Vide Valeria. *Plin.*

Auguſta Veromanduorum, Auguſta Romanduorum *Ant.* Ptol. Veromandui Caeſ. & Plin. *Vermand*, olim urbs epiſ. ſua Archiep. Rhemenſi, nunc pag. & abbat. Gall. Belg. in Picardia. apud Fanum S. Quintini, ab eo vix 2. leuc. diſtans, à Noviomo urb. 10. Sunt qui Auguſtam ipſam S. Quintini urbem eſſe velint, cùm locus illius nomen antiquum retinens, praedicta abbatia ſit. Ab Hunnis everſa. Sedes epiſcopalis Noviomum recepta fuit.

¶ Auguſta Veromanduorum aliàs primaria, nunc vicus eſt Veromandui tractus, ad rivum *Oumignon*, medius inter Fanum S. Quintini & Peronam, 3. leucis ab utraque diſtans, & 8. leucis a Novioduno in Aquilonem.

Auguſta Vindelicorum, *Augsburg*, vel *Augspurg*, urbs Vindeliciæ, in Rhætiæ conf. ad Vindonis & Lici *Ptol.* fluminum confluentiam; urb. inter Germ. clariores, libera, epiſc. ſub Archiep. Salisburgenſi, emporium ingens: quę olim colon. Julia Auguſta, teſte M. Welſero ejus cive, dicta eſt ex vet. inſcript. media ferè inter Monachium & Ulmam quaſi 9. leuc. diſtans, à Ratiſpona 17. Conſtantiam versùs. Mœnia alta habet; ipſaque triplex eſt, ut quidam Poeta ait:

Urbs Auguſta triplex, ubi męnia nubibus æquat.

Venant. Fort. lib. 4. in Vita Sancti Martini:

Pergis ad Auguſtam, quam Vindo Licuſq; fluentant.

¶ Auguſta Vindelicorum à Tacito & à quibuſdam aliis Rhętorum colonia dicta fuit; ſed revera erat in Vindelicia, ubi Lycates populi; & antea Damaſia nuncupata fuit, Cluverio teſte, nunc Italis etiam *Auguſta*, & Gallis *Ausbourg*; eſtque in ea parte Ducatus Sueviae, quae Algea dicitur. Celebratur aliquot Comitiis Imperii, & confeſſione Lutheranorum, quae dicitur Auguſtana oblata anno 1530. Diſtat 6. leucis a Danubio in meridiem, & 9. à Friſinga in occaſum.

Auguſtaldia. Vide Lindisfarna urb. *Scrip.*

Auguſtana Caſtra, *S. Emmeran*, ſeu *Gaſtanin*, teſte La- *Brit.* zio, opp. ſeu pag. Norici, in Bavaria, & in ditione Salis- *Vet.* burgenſi, ubi auri fodinae. *Inſc.*

¶ Auguſtana caſtra aliis oppidum erat Vindeliciae, Auguſtana dictum, quod nunc eſt *Gaiſting*, vicus prope Danubium fluv. 11. mill. paſſ. infra Reginum, in Ducatu Bavariae, quod meliùs; & longè diſtat a ditione Salisburgenſi in ſeptentrionem.

Auguſtanae Clauſurae, *Cluſa* teſte Ortel. ſeu *la Chiuſa*, *Caſſio.* pag. Carnorum, in tranſitu Alpium Juliarum occurrens, inter Carnos & Noricos, ultra Glemonam 14. mill. paſſ. in via quae ducit Vacorium, ſeu, ut nunc vocant, Villacum urbem Norici.

¶ Auguſtavia, *Auguſtovv* urbs Poloniae, versùs Lithuaniam, in Podlaſſia provinc. ad fluv. Brebezam. Diſtat à Bielka 20. leuc. Polonicis in meridiem, a Grodna autem decem in occaſum; eſtque parva & nova.

Auguſtia, *Kuſty*, teſte Laz. opp. Daciae; apud Danu- *Ptol.* bium, in Valacchia, ſeu, ut aliis videtur, in Moldavia, à Galacio 6. leuc. in Bor.

¶ Auguſtia ab aliis ponitur ad Alutham fluvium, in Principatu Tranſilvaniae, versùs limites Walachiae, aliquot miliaribus à Cibino.

¶ Auguſtoberga, *Auguſtberg*, oppidulum Germaniæ, in Saxonia ſuperiore & Miſnia prov. juxta fluv. *Schop*, Bohemiam versùs. Diſtat a Dreſda 6. leucis Germanicis in meridiem, et 5. à Suica in ortum.

Auguſtobona, quae et Auguſtomane, urbs Gall. Celt. *Ant.* *Troyes*, urbs epiſc. ſub Archiep. Senonenſ. Vide Trecæ, et Trecaſſes.

¶ Auguſtobona Antonino, Auguſtomana Ptolomæo; dicta poſtea Trecæ et Tricaſſium, *Troyes*, urbs Campaniæ primaria, ad Sequanam fluvium, ampla et dives, 34. leucis diſtat a Lutetia in ortum. Vide Trecq.

Auguſtobriga, *Aldea el muro*, teſte Mor. olim oppid. *Ptol.* nunc pag. Hiſp. Tarracon. in finibus Pelendonum, et in *Anto.* vet. Caſtella, apud Graccurim ſive Agredam, opp. pręclarum, ad 4. leuc. diſtans Numantiam versùs, et Aquilariam opp.

¶ Auguſtobriga erat inter Turiaſſonem et Numantiam, ubi nunc limites Caſtellae veteris et Aragoniae.

Auguſtobriga altera, *Villar del Pedroſo*, teſte Mor. cum *Ptol.* Cluſ. opp. olim, nunc pag. Luſit. in Vettonum finibus, ſeu in Extremadura, apud Guadalupam opp. et cœnobium clariſſimum, ubi non longè hujus urbis veſtigia ſparſim cernuntur.

¶ Auguſtobriga autem Brietio & aliis eſt *Puente del Arcobiſpo*; oppidum Caſtellæ novę, ad Tagum fluvium, 10. leucis infra Toletum in occaſum, una a vico *Villar de Pedroſo*, & 5. ab Aquis Lupiis.

Tac. Ant. Auguſtodunum, *Autun*, urbs Gall. Celt. in Burgundia, epiſcop. ſub Archiep. Senonenſ. Ædui Cęſ. Hedui Plin. quò nomine ſignificantur pop. & urb. quæ Hędua poſterioribus dicta eſt, media inter Lugdunum & Senones 35. leuc. à Divione 12. à Samotheo I. Galliæ Rege, ut ferunt, condita anno poſt diluvium 155. De Auguſtoduno Fort. lib. 8.

Ipſe Perſiaca properat Dionyſius urbe;
Auguſtoduno Symphoriane venis.

¶ Auguſtodunum, *Autun*, urbs, ſita eſt juxta Arotium fluvium, in Ducatu Burgundiæ, in eo tractu, qui ab ea vulgò l'*Autunois* dicitur. Ejus Epiſcopus ſuffragatur Archiepiſcopo Lugdunenſi, non autem Senonenſi. Urbs eſt perantiqua, & aliàs valdè celebris, 18. leucis diſtat a Divione in occaſum hibernum.

¶ Auguſtodurus, locus Galliæ Lugdunenſis ſecundę, ad Olinam fluvium, ſupra Bajocaſſes, ubi nunc forſan *Tury* oppidum, in Normannia, Sanſone teſte.

Ant. Auguſtomagus, poſtea Sylvanectum in lib. Concil. Subanectes Plin. *Senlis*, urbs Gall. Belg. epiſcop. ſub Archiepiſcop. Rhemenſi, pręcipua Valeſiæ reg. inter Lutetiam 9. & Compendium 6. leucis in via quae ducit Noviomum urbem Picardiae, inde 12. leuc. diſtantem in Cæc.

¶ Auguſtomagus caput fuit Sylvanectorum, qui ſub Bellovacis comprehendebantur. Nunc eſt Valeſiæ regionis, ſub pręfectura tamen inſulae Franciae. Decem leucis diſtat à Lutetia in ſeptentrionem, & 8. à Compendio, eſtque lepida & bene culta civitas in colle, ad Nonnetam amnem. Vide Sylvanectum.

Ptol. Auguſtomana, eadem cum Auguſtobona, & Trecis. Vide ibi.

Ptol. Auguſtonemetum, Nivernum Ant. Nivernium Turonenſ. & poſterioribus Nivernæ, *Nevers*, urbs Gall. Celt. ad Ligerim fluv. Nivernenſis Ducat. caput, epiſcop. ſub Archiep. Senonenſ. in conf. Burgundiæ, ab Antiſſiodoro 12. leuc. in occ. à Molino 13. in Bor. inter Lugdunum 42. & Lutetiam ad arctos 54.

¶ Auguſtonemetum Ptolemæi, aliis eſt Gergobia, urbs Arvernorum, in Aquitania, nunc vicus *Gergoje*, in monte, prope Claromontem urbem primariam provinciæ: quod probabilius. Nivernum enim alias Noviodunum dictum fuit, & ibi erant Vadicaſſes populi ſub Æduis. Vide Gergobia, ſeu Gergovia.

Ptol. Auguſtoritum, Pictavi Marcell. Pictones Cęſ. & Plin. *Poictiers*, pop. Gall. Aquit. & urbs epiſc. ſub Archiep. Burdigalenſ. urbs ampla, & academia, inter Turones ad arctos, & Santonas ad auſtrum, inde 20. hinc 24. leuc. Pictavia apud Greg. Turonenſ. reg. etiam Pictavia nominatur, vulgò *Poictou*, in qua civitates 2. epiſcopales, pręter dictam, ſunt Maleaca & Luxonia. oppida ampla quamplura.

¶ Auguſtoritum Cluverio, Sanſoni, & aliis eſt *Limoges*, Lemovicorum primaria, ad Vigennam fluvium, in Aquitania. Dicitur aliter Lemovicum; eſtq; caput provincię cognominis, *le Limoſin*. Jacet media ferme inter Pictavium & Claromontem; eſtque civitas pracęclara & populoſa. Non deſunt tamen qui exiſtiment Lemovicum aliàs dictum fuiſſe Ratiaſtrum, Auguſtoritum autem fuiſſe Inculiſmam. Vide Lemovices.

Plin. Sol. Mel. Ptol. Augylę, pop. Libyæ inter. qui Manes Deos ſolos colebant, & quorum uxores principio nuptiarum adulteriis operam dabant, deinde caſtam vitam ducebant.

Avia, poſtea Furconium, *Forcone*, urbs Veſtinorum epiſc. in Aprutio exciſa: cujus epiſcopatus Aquilam, inter ipſam & Amiternum conſtructam, receptus eſt, ſicuti & Amiterni. Abeſt ab Aquila ad 8. mill. paſſ.

¶ Aviarium, *Pluviers*, urbs Galliae, in Belſia provincia, ad amnem *Oeuf.* decem leucis ab Aureliis in Septentrionem, & totidem à Montargio in ortum diſtat; eſtque ſatis culta.

¶ Aviarocus, *Aviaroki*, fluvius Sueciae, in Finnonia. Aboam urbem alluit; caditque poſtea in ſinum Finnicum paulo infrà, & ex adverſo Alandiae inſul.

¶ Avilla, *Avilles*, urbecula Hiſpaniae, in Aſturia Ouetana, juxta oſtia amnis *Nalon*, non longe ab ora littorali Oceani Cantabrici. Quibuſdam eſt Flavionavia Pęſicorum, Brietio & Sanſone teſtibus. Vide ibi. 9. leucis Hiſpanicis diſtat ab Oveto in Septentrionem, 3. autem à Scitico promontorio.

¶ Avinum, *Avino*, opp. Novæ Hiſpaniae, in nova Biſcaja, ubi argenti fodinae, inter Durangum & Ellerenam, prope vicum Nominis Dei, & versùs Zacatecas, in ditione Hiſpanorum.

¶ Avinus, *Avin*, fluvius Scotię merid. Avindalium caſtrum alluit; poſteaque in Cludam ſe exonerat, in Cludeſdalia prov. prope Hamiltonium oppidum.

¶ Aviquirina, *Avlquirina*, inſula Americae meridionalis, in ora regni Chiles, contra Civitatem Conceptionis, in mari Pacifico, cum aliquot pagis.

¶ Aviſium, *Avis*, oppid. Hiſpaniae, in Portugallia, unde Ordo Equitum, ad fluvium cognom. 9. leucis diſtat ab Ebora in Septentr. & totidem à Portu Alacri in occaſum; eſtque parvum, ſed munitum.

¶ Avium inſula, *Isla des Aves* Hiſpanis, *Isle des Oyſeaux* Gallis, una ex Caribarum inſulis, in ora Americae merid. versùs Venezuelam, inter inſulas Rupem & Bonum Aerem; eſtque parva admodum.

¶ Avium inſula, *Isla des Aves*, una ex Antillis inſulis, quae à Gallis *Isle des Oyſeaux* dicitur, in America meridionali. Diſtat à Guadalupia inſ. 25. leucis circiter in occaſum; eſtque parvi circuitus.

¶ Auklandia, *Aukland*, oppidum Angliae, in Dunelmenſi epiſcopatu, ad fluvium *Were*. Dicitur & *Biſhops Auklands*, 5. milliaribus Anglicis a Dunelmo in meridiem; & 10. ab ora littorali Oceani; eſtque parvum admodum.

¶ Aulaga, *Aulagas*, lacus Americae meridionalis, in Peruvia regione, 180. leucis à civit. Cuſci in meridiem, & 8. leucis a Potoſi urbe in occaſum. Dicitur aliter *Lago de Paria*, versùs provinciam *de los Charcas* & montes Andes.

¶ Aulceſtria, *Aulceſter*, oppidum Angliae, in Varvicenſi provincia. Vide Alceſtria.

Aulerci pop. Gall. Celt. varii. Nam reperiuntur Aulerci Eburaici, (qui Cęſ. Eburovices dicuntur) Cenomani, Brannovices, & Diablintres. Sunt qui Aulercos Rothomagenſes eſſe putent, & qui etiam Aurelianenſes Aulercos veteribus dictos velint; cùm nil tale apud Cæſ. & Plin. alioſque antiquos authores legatur. Aulercos Rothomagenſes eſſe quidam teſtatur lib. 4. itiner. *Cæſ. Plin. & al.*

Rothomagum aſſequimur, celeri qua Sequana curſu
Alluit Aulercos veteres fluvialibus undis.

¶ Aulerci, populi Galliae, teſtibus Brietio, Sanſone & aliis, diviſi fuere in Aulercos Cenomanos, ubi nunc le *Maine* prov. Aulercos Diablintes, ubi nunc regio *le Perche*, & Aulercos Eburovices, qui nunc *le Dioceſe d'Evreux*, in Normannia provincia, ubi eorum partem rigat Sequana fluvius. Sed non idcirco Rothomagenſes dicendi ſunt Aulerci.

Aulis, opp. & port. Bœotię, contra Chalcidem urbem Eubœę, nomen apud literatos adhuc retinens. Abeſt à Chalcide 3. mill. paſſ. Ejus mem. Virg. lib. 4. Æn. *Stra. Plin. & al.*

Non ego cum Danais Trojanam exſcindere gentem
Aulide juravi, claſſemve ad Pergama miſi.

¶ Aulis omnino intercidit, teſte Brietio.

Aulocrene, fons, convallis, & mons Phrygiæ magnę, ex quibus Mæander fluv. emanat, ab Apamea urbe 10. mil. paſſ. diſtans. *Plin. Sol.*

Aulon, *Valona*, urbs olim epiſc. ſub Archiep. Athenienſi, poſtea ſub Dyrrachino, deinde metropol. & ipſa effecta, in ora occid. Macedoniae, inter Apolloniam ad Bor. & montes Acroceraunios ad auſtr. inde 25. hinc 33. mill. paſſ. ab Hydrunto urbe Italica 1000. ſtad. teſte Strab. urbs probè munita, cum portu, & ſedes Præfecti Turcarum. Mem. illius Mart. lib. 13. epigramm. ob lanam & vinum. *Ptol. Plin. & a*

Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon,

Alii libri.

Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon,
Det pretioſa tibi vellera, vina mihi.

Eſt & Aulon. opp. magnę Græcię. Vide Caulon.

¶ Aulon eſt in Albania ſuperiori, ubi aliàs Pelaſgonia, pars Macedoniae; eſtque portus ampliſſimus ſeu verius ſinus, quem duo caſtra muniunt.

¶ Aulopotamus, urbs Cretæ inſulæ epiſcop. ſub Archiep. Cretenſi, Mirę̈o teſte.

¶ Aulotum, *Aulot*, oppid. Hiſpaniae, in Catalonia, ad flu. Fluvianum. Diſtat 6. leuc. a Gerunda in occ. & 5. ab Auſa in Boream, paucis conſtans incolis.

Auna, & Emelia, *Emeley*, & *Avvn*, urb. Hiberniae epiſcop. ſub Archiepiſc. Caſſilienſi, in Momonia reg. *Scrip. Brit.*

¶ Auna ſedet in Comitatu Triperarienſi, & nunc ferè deſer-

deſerta jacet, a paucis inhabitata, Speedo teſte, & aliis.

Aunedonacum *Aidnay*, opp. Gall. Aquitan. in finibus Santonum, ab eis 6. leucis in Bor. Aliis eſt *Fontenay*: ſed hoc in finibus Pictonum, non Santonum.

¶ Aunedonacum, *Aunay*, oppidulum eſt Pictavenſis prov. in limite Santoniae, 3. leucis ab Angeriaco in ortum, & 5. a Niortio in meridiem.

¶ Aunus, *Auneau*, urbecula Galliae, in Belſia prov. 14. leucis a Lutetia in merip. & 4. ab Autrico in ortum, nota Germanorum clade ſub Carolo nono.

Avo, Avus Ptol. *Rio d' Avia*, teſte Andr. Reſend. fluv. Hiſpan. in finibus Bracarum, inter Celandum & Naebim in Oceanum occid. influens. Avus alius in Callaicis.

¶ Avo, *Avon*, fluv. Scotiae meridionalis. Cadit in Forthae aeſtuarium prope Lindum urbem, in Lothiana provinc. Aliis autem eſt Avenna.

¶ Avo, *Avon*, fluvius Angliæ, in Wallia, & Com. Monumethenſi. In Uſcam ſe exonerat prope Iſcam urbem. Vide Alaunius fluvius.

¶ Avogaſia, *Avogaſie*, provincia Aſiæ, inter Georgiam, mare Nigrum, & Comaniam, ubi aliàs pars Colchidis, eſtque versùs oram littoralem maris Nigri extenſa, & ſaepe ſumitur pro parte Georgiæ, ibi locus præcipuus S. Sophia.

¶ Avona, *Avon*, fluv. Angliæ meridionalis in Viltonia prov. ortus. Briſtoliam urbem alluit, & poſtea in Sabrinæ aeſtuarium cadit. Vide Abonis.

Avona, *Avon*, fluvius Angliæ. Warvicenſem Comit. praeterfluit, & in Sabrinam ſe exonerat juxta Teocicuriam, in Gloceſtria prov. poſt rigatum Warvicum.

¶ Avus, fluvius Hiſpaniæ, qui nunc *Rio d'Avos*, aliàs in Callaicis Braccariis, nunc in Portugallia, & Provincia inter Durium & Minium fluvios. In Oceanum Occidentalem ſe exonerat inter oſtia Celandi & Durii prope Abobricam.

¶ Aura, *Eure*, fluv. Galliæ. Oritur in Belſia. Carnutum ibi & Drocum alluit, & poſteaque cadit in Sequanam ſupra Rothomagum. Aliis eſt Ebura. Vide ibi.

¶ Auracum, *Aurach*, oppidum Germaniæ, in Suevia & Ducatu Wirtembergenſi, Vide Artaunum.

¶ Auraicum, *Auray*, oppid. Gallię, in Britannia prov; ad aeſtuarium *le Morbihan*, prælio ſuo notum, ubi de Britannia decertatum. Tribus leucis diſtat ab urbe Venetenſi in occaſum, Blabiam versùs.

¶ Aurana, oppidum eſt Dalmatiae recentioris, Slavè Wrana dictum.

Auranitis, *Cavan*, teſte Guil. Tyrio, reg. parva, ſeu locus Palæſtinæ apud lacum Tiberiadis.

Aurariarum, Korosbania poſtea & vulgò *Kereſvvanya*, & *Abrukbanya*, opp. Daciæ, in Tranſylvania, apud Slotnam, ab Alba Julia 5. leuc. in occaſ. teſte Wolf. Laz.

Auraſius; *Auraz*, teſte Leone Africano, mons Maurit. in Zebe reg. in Africę conſ. Audo mont. proximus, vel idem cum eo.

Auravannus, *Rian*, teſte Camd. fluv. Albionis, in Scotiae conf. apud oram occid. & apud Cokermouthum opp. fluens. (Camd. autem habet in Gallovidia Scot. reg. ad ipſum ferme promontorium, additque poſitum eſſe pro Aber-Ruanus, id, eſt oſtium Ruani.

Aurea Cherſoneſus, *Samotra*, teſte Ortel. maxima Indiae extra Gangem peninſula, in plura regna diviſa ſub Æquatoris circulo, hoc tempore ab India ulteriore avulſa, inſula effecta. Jabadio inſulae etiam maximae propinqua. Mercatori eſt *Japan* inſ. longè hinc in ort. diſtans, & Caſtaldo eſt *Malaca* reg. Indiae praedictae auſtralis, in qua Malaca urbs reg. à Luſitanis poſſeſſa.

¶ Aurea Cherſoneſus eſt peninſula Aſiae, in India, extra Gangem, qui nunc *Preſqu'isle de là le Gange* dicitur à Gallis, ſeu *le pais de Malaca*, ab urbe praecipua illius regionis; eſtque in meridiem maximè porrecta, non longè ab Æquatore. In plura regna dividitur, & ab inſula Sumatra disjungitur freto Malacenſi ſeu Sincapurano. Sed longè diſtat à Jabadii inſula, teſtibus Sanſone, Brietio, & aliis. Ejus primaria urbs Malaca, emporium eſt percelebre, in ditione Hollandorum ab anno 1641. cùm priùs eſſet Luſitanorum.

Aureatum, *Aichſtadt*, teſte Gaſp. Brocio, vel *Eyſtadt*, urb. Germ. epiſc. ſub Archiep. Moguntino, in Bavaria Tranſdanubiana, ab Ingolſtadio 3. leucis in Bor. Noribergam versùs, a Ratiſpona 11. in occ. Quae urbs nomen habet à quercu, ita ut Quercopolis, vel novum Aureatum dici poſſit, cum Aureato urbi proximae excidae ſucceſſerit. Rudera enim illius inter Ingolſtadium & Aichſtadium cernuntur, ubi vic. *Naſſenſues*, teſte Laz. qui ſic nunc Aureatum appellari ſcribit. De eo lib. quarto itin. Germ.

Aureati veteres à culmine cerno ruinas,
Mœnia priſcorum diruta Marte Ducum.

¶ Aureatum ſedet in Palatinatu ſuperiori ſeu Bavarię, ad Alemannum fluv. paretque proprio Epiſcopo, tribus leucis a Neoburgo in Septentrionem; eſtque *Eichſtadt*, Gaſparo Bruſchio teſte, Lazio autem eſt vicus *Naſſavels*, ad Scuterum amnem in viciniis. Ortelius novum putat eſſe vocabulum; & ſunt qui credant eſſe urbem *Aurach* in Suevia & Ducatu Wirtembergenſi, incerto auctore.

Aurelia Cariſa cognomine, *Caroza*, teſte Tarapha, opp. Hiſpan. Baet. in Tarraconenſ. conf. Haec Cariſſa Ptol. quae exciſa jacet, teſte Mor. & locus adhuc *Carixa* nominatur. Aliis *Cazorla*, oppid. haud obſcurum, inter Ubedam & Seguram 6. leuc. diſtans, eſſe videtur, ob illius vicinitatem. *Plin.*

Aurelia porta, & via urbis Romae, & locus in Etruria, in territ. Romano, in via praedicta olim opp. occurrens ex Anton. itiner. ubi ager Aurelius extra portam Aureliam, quae nunc *Porta S. Petri* dicitur. *Proc.*

¶ Aurelia, porta urbis Romae, prope molem Adriani erat; nuncque diruta jacet à tempore Leonis IV. Summi Pontificis.

Aurelia, Aureliani lib. conc. Aurelianenſis urb. Sidon. *Orleans*, urb. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. epiſcop. ſub Archiepiſc. Senonenſ. Academia & Ducat. ab Aureliano Imp. anno ſal. 278, condita & nominata, ut ferunt, inter Pariſios 34. & Bituriges 22. leuc. diſſita, ex primis Gall. urbibus. De ea Scalig. *Script. Gall.*

Non potuit magni caput eſſe Aurelia regni.

¶ Aurelia aliàs Reges habuit proprios ſub prima ſtirpe Regum Franciae, celebris effecta clade Anglorum anno 1428. & obſidionibus ſuis ab Attila, & aliis; ejuſque Epiſcopus ſuffragatur a paucis annis Archiepiſcopo Pariſienſi, cùm priùs eſſet ſub Senonenſi. Urbs eſt pulcherrima & probè culta, in regione perferaci. Dicitur etiam Aureliae, & aliis Genabum, quamquam aliqui exiſtiment Genabum eſſe *Gien*, oppidum vicinum, ad Ligerim ſitum.

¶ Aureliacum, *Orilhac*, urbs Galliae, in Alvernia ſuperiori. Dicitur etiam Auriliacum & Meriolacum quibuſdam. Sedet ad amnem Jordanum, intra montes; eſtque ſatis culta, 9. leucis diſtat à Fano S. Flori in occaſum, & 15. à Cadurco in ortum.

Aurelianum, Lentia lib. Not. *Lintz*, teſte Laz. urbs Norici, ad Danubium fluv. in Auſtria, non obſcura, media inter Viennam ad ort. & Ratiſponam ad occ. ad 27. leuc. diſſita, à Salisburgo 15. in Caec. Olmutium versùs. Trigonum aequilaterum cum Vienna, & Graecio urbe primaria Stiriae, facit leuc. 27. *Vet. Inſcr.*

¶ Aurelianum, ſeu, & meliùs, Lintium, urbs eſt Germaniae & Auſtriae Superioris, cum eximio caſtro Archiducum prope, ubi Trávus fluvius, *Traun*, in Danubium cadit, 7. leucis diſtat à Patavio in ortum.

Aurelii vicus, Biracellum Ptol. opp. Hetruriae, ad lacum Sabatinum, à Braceno opp. 6. mill. paſſ. in occ. diſtans, vulgò *Vicarello*, teſte Leandro.

¶ Aureliopolis, urbs Aſiae minoris, epiſcop. ſub Archiep. Epheſino, Miraeo teſte.

Aureoli pons, *Pontirolo*, pag. Inſubriae, in agro Mediolanenſ. ſic dictus ab Aureolo tyranno, ibi à Claudio Imper. interfecto, teſte Gaud. Merula, inter Mediolanum & Brixiam occurrens, ac inter Laudem & Bergomum. De quo Alciat. *Treb. Ptol.*

Ille igitur clemens, dum corporis ultima ſervat,
Qui pontem Aureoli dedicat, & tumulum.

¶ Aureoli pons, qui vulgò *Pontirvolo*, pagus eſt Ducatus Mediolanenſis, in Addua Glarea regiuncula duobus milliaribus ab Addua fluvio, & medius ferme inter Mediolanum & Bergomum, in confinio Bergomenſis agri, Magino teſte.

Aureolum, caſtrum agri Faventini, *Oriolo*, inter Faventiam & Mutilum, à Faventia 4. mill. paſſ. *Antiq.*

Aureus mons, *M. Gradacchio*, teſte Leandro, mons Corſicae inſ. ad oram illius occid. ubi Cervini pop. apud Sagonam urbem dirutam deſinens. Ex eo tria flumin. Tuola, Rhotanus, & Ticarius profluunt. *Trad. Ptol.*

Aureus item mons, *Metzeck*, ſeu *Mathecgk*, teſte Laz. mons Myſiae ſuper. in Hungariae ſeu Pannoniae infer. conf. à Probo Imp. vineis conſitus. *Aur. Vict. Ant.*

¶ Au-

Lib. Not. ¶ Aureus mons, *le Mont d'or*, mons Galliæ, in Alvernia provincia excelſus, Claromontium verſùs.

Lib. Conc. Auria, Amphilochia Strab. Aquae calidae Ptol. *Orenſe*, urb. Hiſp. in Callaicis, ad Minium fluv. inter Tyden 8. & Compoſtellam in Bor. 18. leuc. epiſcop. ſub Archiep. Compoſtellano.

¶ Auria diſtat a Tyde 12. leucis Hiſpanicis in ortum aeſtivum, & à Compoſtella 14. tantùm in ortum hibernum. Quibuſdam ſunt Aquae Calidae.

¶ Auricum, *Aurick*, urbecula Germaniae, in Friſia Orientali, cum caſtro, ubi perſaepe habitat Comes Embdanus. Sita eſt in loco infertili; & vix tribus milliaribus Germanicis diſtat ab Embda in ortum; & totidem à Morda. Ab ea tractus adjacens Aurikia, *Aurikerland*, vulgò dicitur.

Antiq. Inſcr. Aurigi, & Aurigia, Aurinx Liv. *Arjona*, teſtibus Cluſ. & Floriano, *Moron* Beuthero, *Jaen* Jo. Mariana, (prior interpretatio magis arridet) opp. Hiſp Baet. eſt, à Tucci 3. leucis diſtans, in Giennenſi Diaeceſi. Pop. Aurigitani, quorum locus *Taenni* dicitur quibuſdam.

¶ Aurigi quid ſit, non bene conſtat, *Ariona* enim aliàs, Alba Virgaonenſis, & Virgao dicebatur, teſte Ambroſio Morali.

Tac. Auriniana ala, *Ried*, olim opp. nunc pag. Norici, apud Oencum fluv. & Vaſſerburgum urb. in Bavaria, teſte Laz. cui etiam *Haulruck* pag. vicinus eſſe videtur.

Tab. Peut. Auriſium, *Ros*, teſte Laz. opp. olim Vindeliciae, nunc pagus Bavariae, ad Oenum fluv. Vaſſerburgo proxim. inter illud & Roſenhemium in auſtrum diſtans ex adverſò *Ried*, ſive *Rhed*, de quo ſuprà.

Aurunca urb. Vide Sueſſa.

Plin. Aurunci, pop. vet. Latii vetuſtiſſimi: quorum urbs Aurunca ab Auſone Ulyſſis & Calypſus filio condita. Horum frequens eſt mentio apud Liv. & Dionyſ. Halicarn. Virg. lib. 7. Æn.

Atque equidem memini (fama eſt obſcurior annis)
Auruncos ita ferre ſenes.

¶ Aurunci erant ubi nunc pars Terrae Laboris, à Terracina ad Lirim fluv. extenſa in Regno Neapolitano, Brietio, & aliis.

¶ Auruncum, *Auronzo*, oppidum Italiae, in Cadorino agro, ditionis Venetae, verſùs Alpes ad amnem Anſiam, in limite Comitatus Tirolenſis, 8. milliaribus ab oppido Paroecia Cadorini dicto in Boream.

Strab. Aurupini, pop. Japodum, quorum opp. Aurupinum, al. Arupenum, *Auſperg*, in Carniola reg. apud Æmoniam urbem, inde 6. leuc. in Caeciam diſtans. Vide Arupenum.

Ptol. Auſa, *Vich*, & *Vich de Auſona*, teſte Jo. Mariana, urbs Hiſpan. citer. in Catalaunia, exciſa, ab Hercule Libyco, una cum Lobeto urbe Celtiberorum, anno poſt diluvium 625. condita, apud Vicum urbs epiſc. ſub Archiep. Tarraconenſi, qui Auſae ſucceſſit, inter Gerundam ad ort. & Solſonam ad occ. ferè 6. leuc. à Barcinone 14. in Bor. Pop. Auſetani Plin.

¶ Auſa diſtat 8. leucis à Gerundae & Solſona, & ſedet non procul à Tera fluvio in plano, & deficit in dies, paucis conſtans incolis.

Auſana Legio 8. vicus Germ. infer. inter Treviros & Agrippinenſes.

Ant. ¶ Auſana Legio VIII. vulgò *Palleſchied* dicitur, teſte Cluverio, & à quibuſdam Auſacia vocatur.

Cæſ. Plin. Auſci, Auſcii Ptol. *Aux*, pop. & urbs Aquitaniae Archiep. à Toloſa 11. leuc. in occ. ab Agenno 8. in auſtrum. Vide Auguſta Auſciorum. Auxitana urbs poſterioribus. Pop. Auſcenſes Sidonio.

¶ Auſcii, quae Auxis, & Clara etiam dicta fuit, vulgò *Auſch*, caput eſt Comitatus Arminiaci, in Vaſconia.

Plin. Auſer, Auſur Rutilio, Æſar Strab. *Serchio*, & *Oſari*, fluv. Hetruriae, ex Apenn. mont. per agrum Lucenſem, urbem ipſam alluens, in mare Tyrrhenum ad auſtrum delabens. Serculus poſterioribus dictus (nomine retento in alveo exiguo.) Illum Ortel. per errorem Liguriae attribuit. Illius Rutil. lib. 1. mem.

Quam cingunt geminis Arnus & Auſur aquis.

¶ Auſer fluvius, qui à quibuſdam Anſer dicitur, errore forſan impreſſionis, & nunc vulgò *Serchio*, oritur prope Minuccianum oppidulum, dein per Graſinianam decurrit, ubi auctus multis rivis, & rigatis Caſtro novo. Barga, & aliis locis, in mare Tyrrhenum labitur 12. milliaribus infra Luccam.

Ptol. Auſigda, *Zadra*, teſte Marmol. oppid. Cyrenes marit. in Pentapolitana reg. inter Apolloniam & Ptolemaidem.

Ptol. Auſoba, *The bay of Galvvay*; teſte Camd. fluv. Hiberniae, per Connaciam reg. in occ. apud Galvetum urbem fluens. Al. eſt *Gyll*, in Oceanum influens apud Slegum oppid.

¶ Auſoba fluvius, à multis *Logh* nunc dictus, per lacum *Carble* labitur; & dein rigata Galliva civitate, paulò infrà in Oceanum Occidentalem ſe exonerat; ejuſque oſtium ſinus Gallivenſis vulgò *Bay of Gallvvay* dicitur, Speedo teſte.

Liv. Auſona, *Ventuſia*, teſte Elyſio Calentio, opp. olim Latii, nunc pag. ſeu vicus.

Liv. Feſto, & al. Auſonia, reg. Campaniae, inter Cales & Beneventum extenſa, in qua Capua metrop. Pop. Auſones, Auruncis, qui inter Latium & Campaniam circa Sueſſam urb. incoluere, finitimi. Calabria quoque in magna Graecia, & Brutiis, Auſonia dicta eſt, uti apud Ovid. Italia etiam vetus Auſonia apud Poetas appellatur. Ovidius lib. 14. Metamorph.

Auſonia Siculaque tenet confinia terra.

Virg. lib. 4. Æn.

Qua tandem Auſonia Teucros conſidere Terra
Invidia eſt.

Strab. Plin. Auſonium mare idem quod Siculum, quod Auſoniam alluit, hoc eſt, Brutios & magnam Graeciam, inter Tyrrhenum, quod ad fretum Siculum terminatur, & Jonium quod alluit Salentinos.

¶ Auſonium mare pars eſt maris Jonii, a prom. Japigio in meridiem porrecta, verſùs Siciliam inſulam.

¶ Auſſona, *Auxone*, urbs Galliae, ad Ararim, in Ducatu Burgundiae, parva, ſed valde munita. Quinque leucis à Divione diſtat in ortum, quatuor autem à Dola in occaſum, in confinio Comitatus Burgundiae.

¶ Auſterlitium, *Auſterlitz*, Bohemicè *Slavvkovv* oppidum Germaniae, in Moravia provincia ad occid. Brunae urbis, Hradiſtam verſùs, & à quibuſdam Slaukovia dicitur. Male habitum fuit à Svecis hiſce poſterioribus annis.

¶ Auſtervicum, *Oſtervvick*, oppidum Germaniae, in Saxonia inferiori, & Principatu Halberſtadienſi, ad Olſam amnem, qui paulò infrà cadit in Oacrem. Aliàs amplum fuit, nunc deficit; eſtque fermè medium inter Halberſtadiam & Volfembutelam urbes. Ab aliis Oſtrovicum dicitur.

Plin. Auſtra, *Aſtura*, fluv. Latii, apud Cloſtram opp. exciſum decurrens: quod opp. aliis Auſtra & Aſtura nominatur. Aſtura etiam fluv. dicitur in aliis Plin. edition.

¶ Auſtra ab aliis Aſturra dicitur rectiùs; fuitque fluvius Volſcorum, in mare Thirrenum ſe exonerans. Vide Aſtura.

¶ Auſtrania, inſula maris Baltici, quae Ortelio eſt *Ameren*, Cluver. autem eſt *Strand*, in ora occidentali Jutiae, in mari Germanico.

Regin. & Enarth. Auſtraſia, *Weſtrick*, reg. Germ. ſuper. inter Moſam, Moſellam, & Hellum flum. comprehenſa: quo in ſpatio Lotharingia, cum parte Alſatiae, & Palatinatus continetur. Unde Lotharingia paſſim Latinè Auſtraſia nominatur; fuitque olim regnum non exiguum, ut vox ipſa declarat, quam quidam Vaſtum regnum interpretantur, ſicut vox *Weſtrick* ſonare videtur. Nam ſub Auſtraſiae Regibus qui Metis conſidebant, non ſolum regiones praedictae, ſed & finitimae, cum toto ferme Belgio parebant. Ejus mem. Lud. Maſurius Poeta Belga in Hodœporico.

Corpus, & Auſtraſia gloria ſumma domus.

¶ Auſtraſia, *l'Auſtraſie*, pars erat Germaniae Ciſrhenanae, ſeu, & meliùs, regni Franciae ſub prima ſtirpe Regum, & regio titulo inſignita erat; ſicque dicta ab ejus ſitu, non quòd vaſtum regnum ſignificaret. Extendebatur aliàs latiſſimè, ſed poſtea anguſtioribus limitibus coarctata fuit, Scaldi nempe, Moſa, & Rheno fluviis, & Vogeſo monte, & tum diviſa in ſuperiorem, & inferiorem; & inferior dicta etiam Moſellana ſeu Tullingia, Lotharingiae reſpondet, teſtibus Brietio. Fabro Cantarello, & aliis.

Urbes Auſtraſia ſeu Lotharingia notiores.

Amantium, vel Amantia, (*Amance.*)	*Mouſſon.*
Barrum, (*Bar le Duc*)	* Nancejum, ſedes Ducis, (*Nancy.*)
Blancus mons, ſeu Albus mons, (*Blanmont.*)	Raonum, ſeu Ravonum, (*Roan.*)
Caſtrum novum, (*Neufchaſteau*)	Romaricus mons, (*Remiremont.*)
Charmae, (Charmes.)	Spinallum, (*Eſpinal.*)

Deo-

Deodatum, (*Dieuze.*) * Tullum, (*Toul.*)
* Metae, (*Metz.*) Validus mons, (*Vaudemont.*)
Mira Curia, (*Mirecourt.*)
* Muſopontum, (*Pont à* Virodunum, (*Verdun.*)

¶ Auſtraſiae urbes iſtae ſunt nunc in Lotharingia, exceptis Metis, Tullo & Viroduno, quae, etiamſi in eo Ducatu inſertae ſint, parent tamen cum eorum territoriis Regi Franciae à centum & ampliùs annis.

vit. Auſtrebatenſis pag. & ager, *Oſtervandt*, in Hannonia: ielg. in quo agro *Bouchain* opp. à Cameraco 3. leuc. in Bor. quot à Valencenis in occ. ſeu Libonotum.

¶ Auſtrebatenſis, ſeu Auſtrebantum, regiuncula fuit Belgii, inter Scaldim & Scarpam fluvios poſita, cujus caput Bochanium, *Bouchain*, ad Scaldim. Nunc ejus periere limites; & ſub Hannonia complectitur.

Auſtria, *Oeſterick* & *Oſterich*, reg. partem Norici ip. cum particula Pannoniae, partemque Germaniae circa m. Danubium complectens, inter Bavariam ad occ. Hungariam ad ortum, atque inter Moraviam reg. German. ad Septentr. & Stiriam ad merid. contenta. Cujus caput eſt Vienna. Hinc Auſtriacus, *a*, um, ut plagae Auſtrlacae lib. 5. itin.

Exit in Auſtriacas, Pataviaſque plagas.

Dia. Auſtria etiam locus in Italia, ſeu pars Italiae.

¶ Auſtria prov. nomen dedit Domui Auſtriacae; ex qua moderni Imperatores & Reges Hiſpaniç, & prov. à Francis *Auſtriche* dicitur, & *Auſtria* Italis & Hiſpanis. Veterum eſt Pannonia ſuperior, nomen habet à mundi Cardine Orientali, qui Germanis *Ooſt* dicitur. Primo habuit Marchiones, poſtea Duces, poſtremò Archiducatus titulo inſignita fuit; dividiturque in ſuperiorem ſeu Ciſdanubianam, & inferiorem ſive Tranſdanubianam, Bertio & aliis teſtibus: Urbes in ea Vienna, Lintzium, Novoſtadium, Chremſia, Haemburgum, Santohippolitus, Enſia, & aliç aliquot. Tota nunc ſub Germania complectitur.

Auſugani, pop. Alpium Tridentinarum, quorum reg. it. *Val Sugana* inter Tridentum & Feltriam.

¶ Autariatç pop. Ariatæ dicuntur à quibuſdam, exiſtimantes legendum eſſe aut Ariatæ in Plinio. Eorum urbes fuere Sicum, Salona, & Tragurium. Alii Autariatæ, antiquiſſima gens fuit Illyrici, à Titio flumine ultra Dardanos extenſa, teſte Joanne Lucio. Vide Ardiei.

Autarienſes, Autariatæ Strab. pop. Illyrici, in ora Dalip. matiae; quorum urbs eſt Antibarum, ut aliquibus videcx. tur, præſertim Ortel.

Auteri, populi Hiberniæ inſulæ, ubi nunc Comitatus Clarenſis, Letrimenſis, & Gallivenſis, in Connachtia provincia.

l. Authetani, Auſetani Plin. & Liv. populi Hiſpan. citer. in Catalaunia, in ea præſertim parte in qua eſt Vicus urbs.

¶ Authetani habitabant in ea parte Catalauniæ, ubi urbes Gerunda, Auſa, & Aquæ calidae, inter Rubricatum fluvium & Palamum.

Autololes, pop. Africæ, Libyçve, Numidis & Getulis is. finitimi, in Maurit. finibus, inter Salam fluv. & Atlantem mont. ſiti. Quorum mem. Luc. lib. 4.

Autololes, Numidaque vagi, ſemperque paratus
Inculto Getulus equo, tum concolor Indo
Maurus, inops Naſamon, miſti Garamante peruſto.

rab. Automala, *Alcudia*, teſte Marm. opp. Africæ, apud Aras Philaenorum & Syrtim, in conf. Cyrenes. Al. *Eſtam*, & al. *Zanagra*.

lin. Automate, inſ. maris Ægæi, proxima Diæ, anno 130. poſtea Theram enata, inter Theram & Diam in merid. vergentem, Cretam versùs.

¶ Auton, *Volcano d' Anton* Hiſpanis, mons ignivomus Americç meridionalis in regno Chiles & prov. *Chucuito*, intra Andes montes, & prope fontes Biobii fluvii.

Autricum, *Chartres*, urb. epiſ. ſub Archiep. Senonenſ. rol. in Gall. Celt. Carnutum metrop. à Lutetia 20. leuc. in occ. Vide Carnutes. Al. eſt *Auxerre*, longiſſimè a Carnutenſi urb. diſtans.

¶ Autricum, *Chartres*, urbs epiſcopalis, ſuffragatur nunc Archiepiſcopo Pariſienſi, non autem Senonenſi, ut antea; eſtque perelegans & ampla, caputque Belſiae prov. ad Eburam fluv. Ducatus titulo ornatur. Diſtat à Lutetia 18. Leuc. in ortum, & 20. ab Aureliis in ſeptentrionem. Ab aliis Carnutum dicitur. Vide ibi.

Autrigones populi Hiſpan. Tarracon. Oceano Cantalin. brico ad Bor. incumbentes, inter Vaſcones & Cantabros, partim in Navarra, & partim in Guipuſcua reg. incolentes.

¶ Autrigones populi, ab Oceano ab Iberum fluvium protenſi, inter Cantabros & Cariſtos incolebant, ubi nunc Biſcajae pars maxima; & primaria erat Flaviobriga.

¶ Autunnacum, oppid. Trevirorum in Germania, *Andernach*. Vide Antenacum.

Avus, Avo Melæ, fluv. Hiſp. in finibus Bracarum, *Ave* Ptol. vulgò, inter Celandum & Naebim fluens. Alius videtur in finibus Callaicorum, *Avia* vulgò, in Minium ad Tyden urb. incidens.

¶ Avus fluvius, qui eſt Avo, inter Celandum & Durium fluens, in Oceanum ſe exonerat ad Abobricam, & *Rio Daves* dicitur; eratque aliàs in Collaicis Braccariis. Nullus autem alter Avus in Minium labitur in Callaicis, quod ſciam.

¶ Avus, *Auve*, aliis *Loch Anv*, lacus Scotiae auſtralis, in Lorna provinc. Eum praeterfluit fluv. *Avvon*, qui poſtea cadit in mare Deucaledonium è regione Mulae inſulae; eſtque à meridie in Septentrionem extenſus, ſed non aequè latus.

Auxentius, mons Bithyniae, alios altitudine ſuperans, Metafic à S. Auxentio Abb. qui in eo vitam egit ſolitariam, phra. dictus.

Auxima, urbs epiſc. Hiſp. Tarrac. Vide Uxama. Floro.

Auxume, *Chaxumo*, urbs Æthiopiae inter Axumites Ptol. Steph. Abyſſinorum regia.

¶ Auxume, ſeu Auxuma, alias versùs Trogloditicam, nunc in regno *Tigre*, ex praecipuis Abaſſaniae, ſed non primaria. Circiter 80. leucis diſtat ab inſula Meroe in ortum; eſtque versùs Marabum fluvium.

Auxumum, Auximum Lucano & Plutarc. Oximum Strab. Liv. *Oſmo*, urbs epiſc. Piceni, in colle, inter Anconam Plin. S. & Æſium in occ. 7. mill. paſſ. totidem à Laureto nova urbe versùs Anconam. Luc. lib. 2.

Varus, ut admota pulſarunt Auximon ala.

¶ Auxumum, *Oſimo* vulgò, non autem *Oſmo*, ut multi perperam ſcripſere, ſedet in colle, ad Muſonem fluvium, paretque Summo Pontifici, 12. milliaribus diſtans ab Ancona in Meridiem, & ferè totidem inter Æſium & Lauretum. Deficit in dies.

¶ Auyama, *Rio de Auyamas*, fluv. Americae merid. in prov. Sanctae Marthae. Cadit in fluv. *Ceſar*, & deinde in mare Boreale.

Auzacia, *Saccio*, teſte Nigro, urbs Scythiae, olim re- Ptol. gia, extra Imaum montem.

¶ Auzacia, urbs Scythiae, a quibuſdam nunc *Aczu* dicitur, in Turcheſtania regione, & ab ea olim dicti ſunt Auzacitae populi, & Auzacius mons.

Auzara, *Calap*, teſte Mol. urbs Arabiae deſertae, apud Ptol. Thapſacum.

¶ Auzara ad Euphratem fluv. ſita erat, 50. milliaribus infra Thapſacum urbem, in limite Meſopotamiae.

Axa, *Axmiſter*, oppidum Angliae, in Devonia provinc. ad Axam amnem, 4. milliar. Anglicis ab ora littorali maris Britannici, & medium fermè inter Exoniam & Doceſtriam.

¶ Axagui, *Axaguas*, pop. Americae merid. in Venezuela provincia.

Axalita, *Llora*, teſte Cluſ. cum Mariana, opp. Hiſp. Anti. Baet. inter Cordubam & Hiſpalim, à qua 9. leuc. abeſt. Inſcr. Appellatur & Flavium Axalitanum.

¶ Axella, *Axel*, urbs Flandriae, probè munita, in regione Vaſia, Hollandici juris ab anno 1586, quo dolo capta fuit. Diſtat ab Ulſto una leuca cum dimidia in occaſ. à Gandavo autem 4. leucis in ſeptentrionem, et vix una à fortalitio Aggere Gandavenſi dicto.

Axelodunum, *Hexham*, teſte Camd. opp. Albionis, in Lib. Anglia, in reg. Northumbriae, ad Tinam fluv. Not.

Axenus pontus. Vide Euxinus. Axenus ab Ovid. lib. 4. triſt. memor.

Frigida me cohibent Euxini littora ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Axiace, *Oczakovv*, urbs Sarmatiae Europ. ad Pontum Plin. Euxinum, in Podolia, in Lituaniae conf. à Cyrcaſſis urbe Lituanica 40. leuc. in merid. ab Alba urb. ad oſtia Turae fluv. 14. in Bor.

Axiaces, *Solina*, teſte Bordonio fluv. Sarmatiae Eu- Strab. rop. geminus; unus in paludem Maeoticam influens, al- Plin. ter in Pontum Euxinum ad Axiacen urbem. Unde pop. Ptol. Axiaces Strab. & Plin. ac Melae, qui nec ſua retinere, nec aliena furari norunt.

¶ Axiaces, ſeu Axiacae, populi fuere Sarmatiae Europaeae ſub Tirangitis, inter oſtia Tirae & Hippanis, ubi nunc Podolia inferior.

¶ Axie-

¶ Axiemum, *Axiem*, & *Achiem*, caſtrum Africæ permunitum, in ora Guineæ. Quinque leucis diſtat a promontorio Apollonię, in ditione Hollandorum; ſedetque ad oſtia Manci fluvii.

Ptol. Axima, *Lanz* & *Lanſiſſa*, oppid. in Taurinorum finibus, apud Alpium radices, in Pedemontano Principatu, à Taurino urbe 25. à Seguſio 8. mill. paſſibus in Boream.

¶ Axima, urbs Aſiæ, in Perſide, ad fluvium Oroatem. Quid ſit nunc, ignoratur.

Ptol. Axiopolis, *Galacz*, teſte Laz. opp. Myſiæ infer. unde Danubius Iſter appellari incipit, ultra Duroſtorum urb. 30. mill. paſſ. Ubi nunc *Flotz* opp. teſte Mercat. parum à Gallacio diſtans in occ.

¶ Axiopolis, quę aliter Axium, urbs erat Triballorum, in Moeſia inferiori, & à quodam *Colanamik* dicitur. Aliis autem eſt *Axiopoli* etiam, nunc in regno Bulgariæ, ſub dominio Turcarum.

Prop. Axis apud Propert. urbs Umbriæ. Vide Aſſiſium. Propert. lib. 4.

Scandentiſque Axis conſurgit vertice murus.

Ptol. Strab. Ptol. Axius, *Vardari*, teſte Soph. fluv. Maced. ingens, in ſin. Thermaicum inter Theſſalonicam & Pydnam ſe ſe exonerans. Aquæ ejus ob claritatem ab Hom. celebrantur. Apud quem Amphaxis opp. Steph. vulgò *Rutarida*. Pop. Amphaxitæ. Hic fluv. pecora fuſca facit, Haliacmon alba, teſte Plin.

¶ Axius fluvius ex Scardo monte ortus, per Pelagoniam & Mygdoniam labitur; dein auctus Erigono & aliis fluviis, in ſinum Thermaicum cadit inter Theſſalonicam & Pellam, ſed longe a Pydna.

Cæſ. Axona *Aiſne*, & *Diſne* al. fluv. Gall. Belg. per Campaniam in Eſiam per Sueſſiones ex finibus Rhemenſium fluens. Axones pop. apud Luc. lib. 1.

Et Biturix, longiſque leves Axones in armis.

De Axona, fluv. Auſon. in Moſell.

Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps.

¶ Axona oritur in confinio Ducatus Barrenſis, alluitque urbes S. Menehildim, Retelim, & Sueſſones; & receptis Vidula fluvio & aliquot aliis, in Æſiam ſe exonerat paulò ſupra Compendium, & *Aiſne* vulgò dicitur.

Ant. Axona, ſive Axuena in al. cod. opp. Gall. ad Axonam fluv. inter Rhemos & Virodunum in Bor. inde 22. hinc 27. leuc.

¶ Axus, *Axe*, fluvius Angliæ merid. in Somerſettenſi Comitatu. Cadit in Sabrinæ æſtuarium. Juxta illum ſedet *Axbridge* oppidum, in eodem Comitatu.

Ptol. Axylis, Azillis Steph. *Forſeli*, teſte Mercat. villa Marmaricæ marit. inter Panormum & Parætonicum. Al. *Cazales*.

¶ Ayaya, *Ayay*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis, quæ aliter Sancta Crux dicitur. Vide ibi. Paret Francis.

¶ Aydunum, *Aiduni*, ſeu *Aidone*, oppidum Siciliæ, in valle Neetina, in edito colle. Diſtat à Catana 20. milliar. in occaſum, & deficit in dies.

¶ Aymontia, *Ayamonte*, oppidum Hiſpaniæ, in Andaluſia provincia, ad Anæ fluv. oſtia, in colle, ex adverſo caſtri Marini, in Algarbia. Octodecim leucis diſtat a Gadibus, & 22. ab Hiſpali in occaſum; eſtque munitum contra Luſitanos.

¶ Aynadechium, *Aynadeki*, oppidulum Hungariæ ſup. inter Agriam & Fillechium, ſub Auſtriacis. Malè acceptum fuit à Turcis.

¶ Ayoteci, *Ayotecos*, montes excelſi Americę, in nova Hiſpania & Provincia Tlaſcala, versùs mare Auſtrale.

¶ Aytia, *Ayti*, inſula Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter Hiſpaniola ſeu ſancti Dominici inſula. Vide Hiſpaniola.

Ayutla, *Ayutla*, fluv. Americæ ſeptentrion. in Nova Hiſpania & provinc. Guatimala. Cadit in mare Pacificum.

Plin. Ptol. Aza, urbs Armen. min. in Cappad. conf. inter Nicopolim 74. & Satala 26. mill. paſſ. *Aza* etiam vulgo.

¶ Aza urbs erat Cappadociæ prope montes, & non longè à confinio Armeniæ minoris, mediaque ferme inter Trapezuntem & Neocæſaream.

¶ Azaamurum, *Azamor*, urbs Africæ, in ora Oceani Atlantici, in regno Marochi, ad oſtia fluv. Ommirabihi; capta anno 1513. à Luſitanis, ſed poſtea a Mauris recepta. Gaudet portu capaci; in Ducala provincia.

¶ Azafia, *Zafi*, urbs Africę, in regno Marochi, in littore, ad oſtia Tenſiſti fluvii, in Ducala provincia, cum portu & emporio.

¶ Azaga, provincia Mediæ, in Aſia, versùs Armeniam majorem & Caldaramæ planitiem, Philippo à Vico teſte.

¶ Azagarium, oppid. Sarmatiæ, in Amadocis, teſte Nic. Sanſ. fortè *Czernobol*, nunc in Poloniæ regno & Volhinia inferiore, ad Uskam fluv. qui paulò poſt cadit in Boriſthenem, 12. leucis diſtat à Kiovia in ſeptentr.

¶ Azahad, deſertum Africæ, in Nigritia regione, forſan Acza Arabis, Marmolio teſte.

¶ Azamora, oppidum Armeniæ tertiæ, 8. leucis diſtans ab Arabiſſo ſeptentrionem, versùs Arcas. Nunc quid ſit, ignoratur.

Azan, mons (vide Azon, variè enim legitur) in Arcadia, ubi fons Azanius bibentes abſtemios faciens, ſicuti & Clitorius fons ejuſdem reg. Pop. Azanes inter vetuſtiores. *Strab. Pauſ.*

Azania, reg. Æthiopię, in ora maris Azanii, ubi Azanium prom. in ora orientali. Ea *Xoa* hodie dicitur, teſte Ortel. Al. *Adel* regnum. *Ptol.*

Azania regio triplex; una Arcadiæ, altera Maſſyliæ in Africa, tertia Phrygiæ: cujus mem. Strabo lib. 12. *Steph.* Prior ſterilis & inculta traditur; adeo ut adagium inde proceſſiſſe exiſtimetur apud Zenod. & alios, *Azanæa mala*, de re difficili, ac nullius frugis utilitatiſve, vel cùm res eſt cum homine difficili, & intractabili. De ea Pont. lib. 7. Vran.

Immiteſque elephantum oras Azania regna.

Azanium mare, quod inter Æthiopiam & Indiam citerior. ſitum eſt, *Arcipelago di Maldivar* hodie, teſte Barrio. *Plin.*

¶ Azanium mare pars eſt Oceani Æthiopici, in ora Orientali Africae, inter Aromata promontorium & Magadoxum urbem, in littore Azanię regionis, vulgò *la coſte d'Ayan*; ſed longè diſtat ab Archipelago Maldivarum, & a multis *Mer de Zanguebar* dicitur.

Azer, una ex 12. Trib. Iſrael, verſus Syriam & mare Syriacum, habens ab Oriente trib. Nephthalim, & à Meridie trib. Zabulon. Aliis eſt Aſer.

¶ Azera, urbs Armeniae majoris, prope Arſaniam fluv. ab Arthemita 50. mill. paſſ. in occaſ.

¶ Azilia, oppidum Epiri, in Acarnania regione, *Natalico* hodie, teſte Brietio.

¶ Azilium Manſum, *le Mas d' Azil*, oppid. Galliae, in Occitania & Fuxenſi Comitatu, ad Riſum amnem, inter Fuxium eſt Rivos.

Aziris, *Arzichan*, teſte Nigro, al. *Arſingan*, (quod idem eſt) urbs Armeniae minor. apud Euphratem fluv. *Ptol.* in conf. majoris, à Sebaſtopoli urbe Cappad. 100. mill. paſſ. in ort. diſtans. Sunt qui *Arzerum* urbem Armeniae majoris primariam inter Trapezuntem & Tabreſium in ort. occurrentem interpretentur. Arſinga porrò inter Amaſiam 250. & Amidam urbem Meſopotamiae 130. mill. paſſ. ſita eſt.

¶ Aziris, quae etiam Theodoſiopolis quibuſdam, nunc *Arſingan*, diſtat ab Amaſia 150. mill. paſſ. in ortum, ab Amida 250 mill. paſſ. in Boream, & ab *Arzerum* triginta mill. paſſ. in meridiem, à Sebaſtopoli autem 140. mill. Nunc ſubeſt dominio Turcarum. in Anatolia, & confinio Turcomaniae.

Azon, mons Peloponneſi, Pheneo & Stymphalo finitimus. Cujus mem. Stat. lib. 4. Theb.

Venit & Idæis ululatibus æmulus Azon. *Strab.*

Sunt qui Azan legant, ac pop. Azanes vocent ex Strab. *Pauſ.*

¶ Azones, populi Aſſyriae, ubi Thannuris mons, prope Licum fluvium.

¶ Azores, *les Azores*, ab accipitrum copia ſic dictae, inſulae Oceani occidentalis ſeu Atlantici, ſub dominio Luſitanorum. Sunt novem numero, nempe Tertiaria ſeu Tercera, in qua Angra urbs praecipua & epiſcopalis, S. Michaelis, ſanctae Mariae, ſancti Georgii, Pici, Fajalis, Florum, Corvi, & Gratioſa. Dicuntur etiam Flandricae inſulae, quòd à Belgis inventae ſint, et aliàs inhabitatae, Laetio, Golnitio, & aliis teſtibus.

¶ Azorus, & Azorium, oppidum Macedoniae, in Pelagonia regione, ad radices montis Berteceſii Straboni & Ptolemęo.

Azotus, *Aſdod*, Turcis *Alcet* et *Alcete*, urbs Palaeſtinae in Judaea, una ex quinque Philiſtinorum urbibus, à littore 3 mill. paſſ. inter Accaron 12. et Aſcalonem *Ant.* 18. occurrens, olim epiſcop. ſub Archiepiſc. Caeſarienſi. *Ptol.* Jo. Hont.

Aſcalo, & Antipatris, pariterque Azoria rura.

Azua, *Azua*, oppidulum Americę ſeptentrionalis, in parte meridionali inſulæ Hiſpaniolæ ſeu S. Dominici, 24. leucis diſtat ab urbe Dominicopoli in occaſum. Portu gaudet utcumque capaci.

¶ Azuaga, *Azuaga*, oppidum Hiſpaniæ, in Extremadura provincia, 5. leucis diſtat a Regiana.

¶ Azura, *Acuri*, inſula maris Adriatici, in littore Dalmatiae, è fronte Sibenici, in ditione Venetorum.

Admonitio ad Lectorem.

LICET te hic, Lector, admonere, ne in Geographicis vocabulis omnino Calepino fidas, neque Theſauri Ling. Latinæ authori. Nam plura perperam indigitata aut deſcripta occurrent inter legendum, uti in additionibus & cenſuris noſtris in Calepinum (ad quas te remittimus) videre poteris. Hìc verò ex multis aliquot Theſauri praedicti errores ex ordine adnotavimus.

ABELLINUM, *Avellino*; non *Troja*, quæ urbs eſt Apuliae Dauniae.

Abrincatui, pop. Normanniæ ad occ. apud Britanniæ fines; non apud Galletas, ſeu (ut ſcribendum eſt) Caletas, qui Normanniæ adhærent ad ortum.

Abſarum oppid. & fluv. eſt Cappadociæ, in Colchidis conf. non Armeniae minoris, apud Ptol.

Abudiacum apud Ratiſponam; non apud Auguſtam.

Abus Ptol. non Abupus, fluv. Albionis.

Acarnania non eſt ad ſin. Ambracium; à quo diſtat in occaſum.

Accitana colon. eſt in Hiſp. ulteriore; non citer.

Achaja non eſt peninſula inter Ægæum & Jonium mare; ſed pars Peloponneſi ad ſin. Corinthiacum.

Acheruſia palus apud Cumas & Bajas; non inter Capuam & Averſam.

Acritas prom. in ora Meſſeniæ; non apud Tęnarum, & Maleam prom. Laconiæ.

Acuſion col. Ptol. non Acuſiorum; eſt enim nominat. ſing. caſus, non genit. plur. ut multi putant.

Aduallas mons emittit Rhodanum, Rhenum, & Ticinum; non Adduam.

Ægina inſ. non numeratur inter Cycladas, à quibus recedit in occ.

Ænus, fluv. Germ. Oenus apud vet. ſcribitur.

Æſernia, *Sergna* vulgò; non *Eſernia*.

Æſiſium, *Aſſiſi* vulgò; non *Aſſiſia*.

Æthalia inſ. apud Populonium, non apud Corſicam.

Æthiopia, Africæ reg. ultra Ægyptum in auſtrum recedens; non inter Ægyptum & Arabiam.

Ætolia, reg. Epiri; non Gręciae.

Agedicum, ſive Agendicum, *Provins* pleriſque non *Sens*.

¶ Agendicum eſt urbs ipſa *Sens*, Cluverio, Brietio, & aliis. Ideo nullus error. Vide in voce Agendicum.

Aginum, ſive Agennum *Agen*; non *Angouleſme* urb. longè diſtans.

Alabis, ſive Alabus fluv. Siciliae non praecipuus; cum multi majores ſint.

Alalcomenae, non Alalcomenas, urbs Bœotiae.

Alatrium, urbs Hernicorum, in Latio; non in Campania.

Albania, reg. inter Colchos & mare Caſpium; non inter Iberiam & mare praedictum; neque uſque ad Męotidem paludem extenſa.

¶ Albania regio Aſiae eſt, inter mare Caſpium ad ortum & Iberiam ad occaſum, ut tradunt omnes.

Albanus fluv. per Albaniam; non per Armeniam fluit.

Allobroges nunc *Sabaudi*; non *Delphinatus*; cum modica pars Delphinatus in Allobrogibus contineatur.

Almus mons; non Almo.

Alopeconneſus, inſ. apud Plin. non urbs.

Alvona, *Albona*, non *S. Angelo*, opp. Iſtriae.

Amathus, urbs Cypri inſ. maris Syrii, ſive Cilicii, non Ægaei.

Ameria, urbs Umbriae, *Amelia*; non *Almelina*.

Anas, fluv. Luſit. non Ana.

Andros, inſ. vicina Eubœae; non Samo.

Anthemis, inſ. Aſiae; non Thraciae.

Antiochia magna, urbs Syriae; non pars Syriae.

Antobroges, pop. Aquitaniae; non Antoboges.

Anxa, urbs Salentinorum: non Senonum: quae & Gallipolis, non Galliopolis.

Apollonia, urbs Macedoniae; non Epiri.

Apollonia, quae *Bonandria* nunc dicitur, urbs eſt Cyrenaicae; non Syriae.

Apulia non eſt inter Dauniam & Calabriam; ſed Apulia Peucetia eſt inter Dauniam & Salentinos.

Aquae calidae apud Ptol. vulgò dicuntur *Aigues caldes*; non *Vicque*.

Aquiſgranum, vulgò *Ach*, ſive *Aken*; non *Aix*.

¶ Aquiſgranum vulgò *Ach* à Germanis, *Achen* à Belgis, & *Aix* ſeu *Aix la Chapelle* à Gallis dicitur. Itaque non eſt error ibi.

Arachoſia reg. ſita eſt cis Indum fluv. non ultra.

Arae Flaviae, urbs Germ. trans Danubium; non ad Danubium.

Arar, fluv. ex mont. Vogeſo; non ex eodem mont. ex quo Rhodanus.

Araurius fluvius prope Agatham fluit; non prope Maſſiliam.

Arecomici populi non ſunt iidem cum Volcis; ſed finitimi ex Plin.

¶ Arecomici ſub Volcis comprehendebantur; ideoque dicti erant Volcae Arecomici.

Argentoratum urbs eſt Germ. ſuper. non Galliae.

¶ Argentoratum antiquitus urbs erat Galliae, quae ad Rhenum fluvium extendebatur, poſtea autem fuit Germaniae ſuperioris ultimis temporibus.

Argos, poſtea Argirippa apud Plin. non Agri.

Argos, urbs Peloponneſi, in Argia regione, non in Achaja.

Aria, regio Aſiae, *Heri* vulgò; non *Turcheſtan* dicitur.

Aricia abeſt ab urbe Roma 16. mill. paſſ. non 10.

Ariminum urbs ad fluv. cognominem; non juxta Rubiconem ſita eſt; cùm Apruſa fluv. interſit.

Arisbe opp. fuit Troadis, non Trojae.

Arſicua; urbs German. *Brin*, in Moravia, non Arſicina.

Arucci, opp. Luſit. non Arucci in Baetica.

Arverni pop. & urbs ſuper Elaverim fluv. ſiti; non ſuper Ligerim.

Aſcrivium, urbs Dalmatiae, nunc *Cattaro*: non *Aſcrivio*.

Aſphaltites, lacus Palaeſtinae, in Judaea; non Syriae apud Ptol.

Aſſyria, reg. Aſiae, diverſa eſt à Syria; cùm inter eas Meſopotamia intercedat.

Aſtur nomen eſt gentis in Hiſp. non regio.

Aternus (non Aarnus) eſt fluv. Marrucinorum, non Frentanorum.

Athenae urbs in Achaja, non inter Achajam & Macedoniam.

Atheſinus flu. labens in Iſtrum, non fluit ex lacu mont. Apennini: qui non incumbit ſuper Carnos.

Athos mons non adjacet Lemno inſ. à qua ſupra 80. mill. paſſ. diſtat in occ.

Atina, opp. Latii; non juxta Pontinas paludes.

Atrebates, vulgò *Arras*; non *Artois*: quae eſt reg. Latinè Arteſia.

¶ Atrebates populi fuere in eo tractu, ubi hodie Arteſia, provincia Belgii, *l'Artois*; & eorum urbs etiam Atrebates, ſeu etiam Atrebatum & Nemetocerna, hodie *Arras* vocatur.

Avella, opp. Campaniae, diverſum ab Abellino urb. Hirpinorum.

Aulerci, pop. *di Rouen*: non *di Rovane*.

Aulerci in Normannia erant, ubi Eburovices, *la Dioceſe d'Evreux*; ideo non habitabant Rothomagum, *Rouen*, & longè diſtabant à Rodumna, *Rovanne*.

Aulon, opp. & mons magnae Graeciae; non contra Tarentinam reg.

Aurunca, urbs Campaniae; non Latii. Vide Sueſſa.

Auſones Plin. pop. apud Lucros, in magna Graecia, unde Auſonium mare, & apud Oſcos in Campania.

Auſtria eſt Noricum ripenſe; non Pannonia ſuperior: cujus modicam partem complectitur.

Azotus, urbs Palaeſtinae; non Syriae.

Errores qui ſequuntur, ſuis locis indicantur; non quidem omnes, ne Momi officio fungi videremur.

B

BABA, vel Babba, & Julia Campeſtris, Barbae Steph. *Plin.*
Beni Teudi Marmol. col. & urbs Maurit. Tingit. me- *Ptol.*
diterr. à Lixo 40. mill. paſſ. in occ. in regno Feſſenſ. Illam

Theſ.

Theſ. Ling. Latin. ad mont. Atlantem locat, cùm ab eo longè abſit in regno Feſſenſi.

¶ Babae, quae *Benitenda*, urbecula eſt Habatae provinciae regni Fezzae, ad Guarguam fluvium, versùs limites Erriſis provinc.

Xeno. Hero. & al. Babylon, *Bagdet*, urbs archiep. Babyloniae reg. maxima, ad Euphratem fluv. etiamnum regionis caput, & ſedes Præfecti, à Seleucia magna ad Tigrim fluv. 90. mil. paſſ. in Africum, à Teredone apud oſtia Tigridis 412. à Sardibus 2300. in ortum, à Damaſco 480. ab Edeſſa 375. in ort. prima urbium, circa Nohae obitum condita. Ambitus mœnium illius erant ſtad. 385. quae tam lata erant, ut quadrigae obviae ſeſe non impedirent. Mem. Ovid. lib. 2. de Ponto, eleg. 4.

Nec Babylon æſtus, nec frigora Pontus habebit.

Pop Babylonii Plin. & al. Babylonienſis nom. gent. ut miles Babylonienſis apud Plaut. in Tr. Illam Plin. à Semiramide conditam, ſeu veriùs mœnibus cinctam 60.m. paſſ. circuitu patentibus tradit. Aulaea Babylonia apud Mart. ſicuti Sarrana apud Juven. commendantur, maximè verò Attalica dicta Pergami in Aſia.

¶ Babylon, *Babilone* Gallis, *Babilonia* Italis, urbs fuit Chaldeae celeberrima, & ex maximis Aſiae, in Babylonia regione, 250. milliar. a Teredone. Sed nunc omnino deſtructa, ita ut vix ejus ſuperſint rudera; & ex ejus ruinis crevit Bagdatum, *Bagdet*, urbs ampla & probe munita, ad Tigrim, quae alias Seleucia magna, 50. milliar. à Babylone antiqua in ortum, ſub Turcis. Vide Seleucia.

Ptol. Babylon nova *Cairo*, & *Alcairo*, *Miſraim* Hebraeis, *Mitzir* Arabibus, urbs archiep. Ægypti maxima, apud Deltam Nili, è regione Memphis, ab Alexandria 130. m. paſſ. versùs Syenen in auſtrum 470. ab Hieroſolym. 360. à Babylone veteri 900. ab Alexandria & Peluſio recto itinere 90. à monte Sina 270. Acus Babylonis à Mart. lib. 14. memor. & pectines,

Hæc tibi Memphitis tellus dat munera, victa eſt
Pectine Niliaco jam Babylonis acus.

¶ Babylon nova, urbs Ægypti, nunc ferè diruta jacet, & tantiſper diſtat à Cairo urbe primaria totius regionis Vide Cairus.

Ptol. Plin. Babylonia, *Bagdet*, reg. Aſiae, de urbis nomine dicta; circa Euphratis & Tigridis confluentiam, inter Meſopotamiam ad occ. & Bor. Aſſyriam ad Bor. Suſianam ad ort. Chaldeam ad meridiem perſtricta. Urbes clariſſimae Babylon & Teredon, poſt quas Barſita & Orchoe. Pop. Babylonii, & Babylonius nom. gent. Claud. de 6. conſul. Honor.

Namque velut ſtellas Babylonia cura ſalubres.

Ovid. lib. 4. Metam.

Quam procul ad luna radios Babylonia Thisbe.

¶ Babylonia regio, quę nunc *Yerach*, pars fuit Aſſiriae veteris, ſub qua etiam Chaldea comprehenſa erat.

¶ Babylonii montes Aſiae, in confinio, inter Chaldeam & Arabiam, in Babylonia regione; erantque admodum excelſi & extenſi.

Plin. Strab. & al. Babytace, *Bayburt* Pineto, al. *Baypurt*, urbs Aſſyriae, ad alveum Tigridis ſeptentrionalem, in Meſopotamiae conf. ſeu in ipſa Meſopotamia. Eſt & *Bayburt*, urbs Armeniae min. inter Trapezuntem urb. Capp. & Euphratem fluv. cui propior eſt. Babyrace porrò abeſt à Suſis 135. mill. paſſ. in occ. & Corum ex Plin. Ibi aurum ab incolis odio habetur; & ne cui uſui ſit, defoditur in terram, teſte Plin. lib. 6. c. 27.

¶ Babytace vix diſtabat 30. mill. paſſibus à Cteſiphonte in Boream, & 60. ferè à Babylone veteri, teſte Philippo à Vico.

¶ Bacalalus, *Bacalal*, lacus Americae ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania & Jucatania provincia, versùs oram ſinus Hondurae.

¶ Bacara, *Bacar*, regio Aſiae, in India, ſub imperio Magni Mogolis, cis & juxta Gangem fluvium, ubi oppidum praecipuum *Bicaner*.

¶ Bacaracum, *Bacharach*, oppidum Germaniae, in Palatinatu inferiori, ad Rhenum fluvium, paulò infra Pingium, & medium ferè inter Moguntiam & Confluentias. Vide Bacchi Arae.

¶ Baccaracum, *Baccarac*, urbecula Galliae, in Lotharingia, ad Murtam fluvium, in ditione Epiſcopi Metenſis, 7. leucis ſupra Nancejum, versùs Fanum S. Deſiderii.

Baccades, *Buccabel*, teſte Guil. Tyrio, vicus Palaeſtinae, in finibus Zabulon.

Baccanae, *Baccano*, vic. Hetruriae, inter Roſulum 8. & urbem Rom. 15. mill. paſſ. apud ſylvam Maeſiam, quae *Boſco de Baccano* nominatur. De eis lib. 3. itin. *Lib. Reg.*

Jamque egreſſa fuit Baccanis proxima ſilva. *Ant.*

¶ Baccanae, vic. Hetruriae. Exiguum habet lacum, qui vulgò *Lago di Baccano* dicitur; eſtque in ditione Summi Pontificis, & in provinc. Patrimonii.

Bracchi Arae ex antiq. loci tradit. *Baccharach*, opp. eſt Germ. ſuper. ad Rhenum, in Palatinatu, inter Bingium & Veſaliam ſup. 2. leuc. diſſitum, quod & *Bachrach* dicitur.

Bacchiadae apud Ovid. Corinthii dicuntur à Baccho, quem illi colebant. Ovid. lib. 5. Metamorph.

Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho. *Ovid.*

Bacchium, Bacchina Plin. inſ. parva maris Ægaei, ante Smyrnam urb. Joniae.

¶ Bacemum, *Bacaim*, urbs Aſiae, in India, non procul ab ora Oceani & ſinus Cambajae, in ditione Luſitanorum, cum arce munita; eſtque media ferè inter Goam & Amedebatum urbes celebres, & 60. mill. paſſ. ab emporio Surata in auſtrum. *Liv.*

Bacenis, (non Barcenis, ut in Theſ. Ling. Lat.) *Turingervvaldt*, *Duringervvaldt* & *Thuringervvaldt*. Mercat.) ſylva Germ. Cheruſcos à Suevis dividens, nunc inter Franconiam ad merid. & Thuringiam ad Bor. interſita. Sic Althamerus illam indigitat. Sunt qui Nigram ſylvam, in qua Friburgum & Bada urbes ſunt, interpretentur. De ea lib. 7. itin. ſic: *Caſ.*

Sylva Bacenis vaga ubi puteſcit.

¶ Bacenis ſylva, Ptolemaeo Semana dicta, monti Melibocco impoſita, non longè a Viſurgi, ubi aliàs Cheruſci populi. Sanſone, Brietio, & aliis nunc eſt *der Hartz Waldt*, in Ducatu Brunſvvicenſi, versùs Haſiam: quod probabilius.

¶ Bachianum, *Bachian*, inſula Aſiae, in mari Indico, & una ex Moluccis, parva, ſed abundans & mirè fertilis, in ditione Hollandorum; 30. mill. paſſ. diſtat a Machiano in auſtrum, & paulò minus ab ora occidentali Giloli inſulae, ferè ſub linea Æquinoctiali.

¶ Bachienſis Comitatus, provincia regni Hungariae, juxta Danubium fluviun, & prope Coloczam urbem. Vide Bathanatii.

¶ Bachilio, *Bachilione*, fluv. Italię, olim Meduacus minor dictus. Vide ibi. Agros Vicentinum & Patavinum rigat, & in mare Adriaticum ſe exonerat.

¶ Bachovia, *Backovv*, urbs Walachiae, cui Clemens VIII. Epiſcopum dedit ſub Archiepiſc. Coloczenſi, ad *Miſſovo* fluv. Miraeo teſte, & aliis, 30. mill. paſſ. diſtat à Targoviſco in Septentrionem.

Bactra num. plur. Bactrum etiam Plin. Bactra in utroque num. Strab. *Bagdaſan*, teſte Caſt. ſive *Budaſan* al. urbs Bactrianae reg. caput, ad Bactrum fluv. à portis Caſpiis 462. mill. paſſ. in ortum, ab Alexandria Briae 484. ab Antiochia Marginae 250. à Bactro fluv. nomen cum reg. hab. De ea Virg. lib. 2. Georg. *Strab. Ptol. & al.*

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiæ certent; non Bactra, neque Indi,
Totaque thuriferis Panchaja pinguis arenis.

Bactrianos canes alere, qui aetate confectos homines dilacerent, & ſponſas, quae in publicum maximo ornatu prodeunt, etiam ſervis & advenis impune commiſceri tradit Plin.

¶ Bactra, urbs Bactrianae, nunc a multis *Termend* dicitur; eſtque parvi momenti, prope montem Caucaſum, 360. mill. paſſ. diſtabat ab Alexandria Ariae, & 630. ab Antiochia Margiane in ortum, Sanſone teſte; urbs verò *Badaſcian* a multis creditur Maracanda antiquorum, & 300. mill. paſſ. a Bactra in occaſum diſtat.

Bactri, Bactriani Strab. pop. Bactrianae reg. qui etiam Bactrii à Mela appellantur. Hì, teſte Curtio, ſenio morbove confectos canibus ad hoc nutritis devorandos objiciebant. *Plin.*

Bactriana, *Caraſſan* Caſt. *Coraſan* al. *Batter* Rhamuſio, reg. Aſiae, inter Ariam ad occ. Paropamiſum ac partem Sogdianae ad ort. Cujus urbes quondam clarae, Bactra, Chartra, vel Chatracharta, Zariſpa, & Maracanda. Haec olim mille urbes continebat, teſte Joſepho. *Strab. & al.*

¶ Bactriana regio totam illam regionem nunc *Maulrenahar* ſeu *Uſbek* dictam complectitur, cum minuta parte Choraſani ſeptentrionalis. Aliàs pars erat imperii Perſarum, inter Margianam, Scythiam intra Imaum, Maſſagetas, & Indiam; nunc arctior Oxo fluvio bipartitur; eſtque inter Perſiam, Tartariam deſertam, imperium Ma-

gni

gni Mogolis, & regnum Thibeti. Sed tamen ſub Tartaria latè ſumpta comprehenditur. Ibi urbs præcipua, Samaracanda.

Bactrus, *Buchian*, teſte Nig. al. *Bocchara*, flu. ex Tauro monte effluens, & Bactrianam reg. irrigans, ipſaque Bactra (quæ & Bactrum Plin. dicitur) interluens, Oxoque congrediens fluv. Sogdianorum. Bactrus Luc. lib. 3.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Incluſit gelido.

Bacuntius, *Bozvvtha*, teſte Laz. fluv. Pannoniæ infer. in Hungaria, prope Sirmium urb. fluens, nec procul in Saum labens.

¶ Bada, *Baden*, urbecula Germaniæ, in Ducatu Sueviæ, caput Marchionatus Badenſis. Diſtat ab Argentina 5. leucis in Orientem æſtivum, una a Rheno-fluvio, & 8. a Spira in auſtrum; eſtque aquis calidis celebris.

¶ Badacana urbecula fuit Aſiæ minoris, in Bithinia, 30. milliar. ab Heraclea in auſtrum, 60. autem à Nicęa in Boream. Vix nunc apparent ejus rudera.

Badacum, *Obdach*, teſte Laz. oppid. Norici, in Carinthia, ad Lavantum fluv. Iduno urbi propinquum, 2. leuc. in ortum diſtans, à S. Vito 6. in circium. Auguſta Badacum ex vet. Inſcript. Ex quo error patet Theſ. Ling. Lat. *Saltzburg* hoc opp. eſſe putantis. Vide Auguſta Badacum.

¶ Badacum, Cluverio teſte, eſt *Bamburg*, ad Alazam fluv. qui in Ænum defluit, longè ab *Obdach*, oppido Stiriæ.

¶ Badara, *Badara*, oppid. Indię, in peninſula, cis Gangem, in ora Malabarica, & in regno Calecuti. Diſtat 6. leucis ab urbe Calecuto in Septentrionem.

¶ Badenacha, *Badenoth*, Scotiæ ſeptentr. regiuncula, in Moravia provincia, versùs montes, & prope Atholiam regionem. Spea amne in duas partes ſcinditur.

Badeos, *Binda*, teſte Mol. urbs regia Arab. fel. in ora ſin. Arabici. Badei regia in Cod. Græco. Fuit & Badea urbs Maurit. epiſc. ſub Archiep. Cęſarienſi.

¶ Badeos eſt *Serrain* aliis, oppidulum medium inter Meccam & montem Oreb.

¶ Badera, oppidum Galliæ, in Aquitania, vel in eo tractu ubi Volcae Tectoſages, ad Alburacim fluvium, forſan ibi nunc *Hauterive*, oppidum Occitaniae, 4. leucis à Tholoſa in meridiem.

Badonicus mons, *Bannesdovvn* Camp. mons Britannię, in Anglia, ad quem Bathonia eſt urb. epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſ. licèt Polyd. Virg. ſit *Blackamore* mons prope Com. Dunelmenſ. apud Atheſim fluv. à Dunelmo ad 20. mil. paſſ. diſtans. Vide Aquę ſolis.

Badrinus, fluv. Æmiliae, *Santerno*, idem cum Vatreno, Forum Cornelii praeterfluens.

Baduhennae lucus, *Sevenvvaldt*, & *Sevenvvolden*, ideſt, ſeptem ſylvae, locus in Friſia: adhuc *Bacueen* dicitur pag. apud Groningam urb. inde 3. leuc. Sloten versùs, teſte Hieron. Verrutio, al. eſt *Coevvorden*, opp. Tranſiſalaniae, in conf. Friſiae, ad Vidrum fluv. inter Volenhoviam ad occ. 6. & Meppam opp. Weſtphaliae in ort. 5. apud Hardembergam 1. leuc. diſſidens.

Baebeis, lacus Bœotiae. Cujus mem. Prop. lib. 2. eleg. 3.

Mercurio & ſanctis fertur Bæbeidos undis.

Vide Bœbeis.

¶ Baecolicus, mons Africae, in Cyrenaica regione, prope Cleartis Paludem, in mediterraneis.

Baecula, *Bannoles*, teſte Mol. opp. Hiſp. Tarracon. in Catalaunia, inter Ficerias & Olorum ſupra leuc. 1. a Geranda 5. in Bor.

¶ Baecula, oppid. Auſetanorum, nunc *Rhoda* dicitur à multis, ad fluvium *Ter*, vix duabus leucis diſtans ab Auſa in Bor. 7. à Garunda in occaſ. & 10. a Ficeris; & *Bannoles* aliàs Aquae calidae dicebatur.

Baemi, pop. Germ. quorum reg. Bohemia dicitur, regnum undique ſylvis cinctum, Bavaria, Moravia, Sleſia, Luſatia, Miſnia, Voithlandia, Northgoja, aliiſque region. undique inſtar theatri circumdantibus Albi fluv. & Multavia intermeantibus. Cujus regia Praga urbs ampliſſima. Vide Bojemum.

Baeſippo, Beſippo Plin. *Bejer*, teſte Henr. Coquo, opp. Hiſp. Baet. in ora littor, Vandalitiae.

¶ Baetana, urbs Aſiae, in peninſula Indiae, citra Gangem, quae nunc *Beder* creditur a multis, urbs regni Decani, aliis autem eſt *Viſapor*, in eodem regno.

Baetica, Turdetania Strab. Pl. Hiſpania ulterior (quae tamen magis patet quàm Baetica) *Andaluzia*, teſte Flor. (ſub qua etiam *Granada* comprehenditur) una ex tribus Hiſpaniae partibus in auſtrum vergens, à Tarraconenſi Marianis montibus, à Luſitania Ana fluv. diviſa. Hinc Baeticus nomen gent. Fortun. lib. 6.

Condolet hinc Batavus, gemit illinc Baticus axis.

¶ Baetica, ſub qua aliàs Baſtuli, Turdetani, & Turduli populi, nunc continet Andaluziam cum majori parte regni Granatenſis; eſtque regio admodum fertilis, & abundans: ibi urbes celebres, Hiſpalis, Corduba, Gades, Aſtigis, Munda, Eliberis.

Baetis, Tarteſſus Strab. & Pauſ. *Guadalquivir*, ideſt,
fluv. magnus, fluv. Hiſp. ex Argenteo mont. in occ. per *Plin.*
Biatiam, Ubedam, ac Illiturgim urbes fluens, inde in *Mela.*
auſtrum retortus, Corduba & Hiſpali irrigatis, Oceano *& al.*
Gaditano ad Fanum Luciferi ſeſe immiſcens. Olivifer eſt, ut apud Mart. l. 12. epigr. ult.

Bætis Olivifera crinem redimite corona.

Ortus longè diſtat ab ortu Anae, & longiùs ab ortu Tagi, contra quam apud Theſ. Ling. Lat. legitur. Plin. etiam nomen oppidi eſt.

¶ Baetis fluvius recipit fluvios Singilim paulò infra Aſtigim, Corbonem, Guadarizam, Guadarmenam, & Frigidum, cum aliquot aliis rivis; & Andaluſiam provinciam mediam ſecat. Oritur non longè à Baſti, in confinio regni Murciae, 27. leucis à fontibus Anae, & 40. ab ortu Tagi in meridiem.

Baetius, *Eda*, teſte Ortel. fluv. Arab. fel. in ſinum Ara- *Ptol.*
bicum inter Thebas & Badeon urbes influens.

Baetulo, Betulo Melae, *Badelona*, teſte Flor. cum Mor. *Ptol.*
oppid. olim, nunc pag. Hiſp. citer. in Catalaunia, apud *Plin.*
Barcinonem, à qua 3. leuc. Gerundam versùs diſtat, ad fluv. cognom.

¶ Baetulo, qui *Badelona* vulgò, pagus eſt in ora littorali Cataloniae, una leuca à fluv. cognomine diſſitus.

Baetulo quoque, *Beſon*, fluv. ejuſdem tractus Baetulonem opp. olim, nunc pag. circumfluens, ac in mare apud mont. Jovis exiens: *Beſos* apud Florian.

¶ Baetulo, vulgò *Beſos*, fluvius eſt parvus Catalauniae, in mare Mediterraneum ſe exonerans inter, Baetulonem & Barcinonem.

Baeturia, Bethuria Aul. Hirt. Beturia Liv. Plin. & al. *Eſtremadura*, reg. Hiſp. Luſitanicae, teſte Varrerio, Baetica, Carpetania, reliquaque Luſitania contenta. In qua magna pars Vettonum eſt, & pars *Petroche*, quòd ſaxoſa ſit, nominatur. Urbes Emerita, quondam clara, Pax Auguſta, Caurium, & Turris Julia.

¶ Baeturia, quibuſdam erat in confinio Baeticae, inter Anam fluvium & montes Marianos, in qua pars Vettonum fuit. Ibi nunc pars Eſtremadurae provinciae, versùs Andaluziam.

¶ Baffini ſinus, *Baffins Bay*, ſinus Oceani, ſupra Americam Septentrionalem, in boream, & Terras Arcticas maxime extenſus, & ab Anglis detectus; ſicque dictus à paucis annis.

Baga, al. Boga, *Buga*, urbs hac tempeſtate Piſidiae, *Cedr.*
primaria, in qua Praefectus reſidet.

Baga, quae & Bagaja, Vaga Ptol. & Sil. Vagenſe opp. *Lib.*
Plin. *Necaus*, teſte Marm. urbs Africae mediterr. olim *Conc.*
epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſ. ultra Cirtham col. in qua Hunnericus Vandalorum Rex Arrianus], qui catholicos perſecutus eſt, miſerè obiit.

¶ Bagamidriae regnum, *Bagamidri*, regnum Æthiopiae ſuperioris ſeu Abiſſiniae, juxta fluvium Nilum. Subdividitur in 17. provincias ſatis latis versùs Nubiam.

Baganum, Bagacum, ſive, ut alii legunt, Bajacum *Ptol.*
Ant. *Bavay*, teſte Divaeo, opp. Belgii, in Hannonia, à Valencenis 3. leucis in ort. versùs Malbodium, inde 2. à Montibus ferè 4. in auſtrum. Al. eſt *Bagenhaim* pag.

¶ Bagargara, *Bagharghar*, regio Aſiae, in Turcheſtania, ubi aliàs pars Scythiae extra Imaum montem.

Bagaudarum caſtrum, *S. Maur des Foſſez*, teſte Vige- *Vet.*
nereo, pag. Gall. ad Matronam fluv. apud Pariſios: *Trad.*

¶ Bagaudarum caſtrum gaudet caſtro ſuperbo & ponte ad Matronam; duabuſque leucis diſtat à Lutetia in ortum.

¶ Bagdatum, *Bagadad* & *Baghdet*, urbs Aſiae dives, ampla, & valde munita, aliàs dicta Seleucia, in Meſopotamia, nunc provinciae *Yerack* caput, ad Tigrim fluv. antea ſub dominio Perſarum, ſed ab anno 1640. paret Turcis. Crevit ex ruinis Babylonis, cujus hodie pauca quae ſuperſunt rudera ad Euphratem, unius diei itinere inde diſtant. Abeſt autem ab Aſpahamo 400. milliar. in occaſum, 110. à Ninive, & 150. ab Anna in ortum.

Bagrada, *Bintmir*, al. *Bindemir*, & al. teſte N. Nicolao, *Ptol.*

Bud-

Budmir, fluv. Perſidis extremus, in Carmanię conf. non Carmanię deſertæ, ultra priorem Carmaniam, ut malè Ortel. ſcribit.

¶ Bagrada, fluvius Perſidis, nunc *Tiſindon* dicitur, teſte Sanſone. Oritur in confinio Carmaniæ deſertae. Paſagardam rigat, & deinde in Oceanum Perſicum ſe exonerat.

Ptol. Strab. Liv. & al. Bagradas, *Megrada* Marm. *Magrida* Leoni Afric. *Magierdech* P. Jovio, fluv. Africae, ex Audo mont. in mare inter Carthaginem & Uticam fluens, haud procul ab Utica. Macra Polyb. Bagrada Caeſar. Liv. & Luc. lib. 4.

Bagrada lentus agit ſicca ſulcator arena.

Hic Atil. Regulum ſerpentem ingentem exercitu adhibito interfeciſſe, coriumque 120. pedibus longum Romam miſiſſe Aul. Gell. refert lib. 6. cap. 3.

Bagravendene, regio Armeniae majoris, inter Tygrano-certam & Arthemitam.

¶ Bahama, *Bahama*, inſula Americae ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis in mari boreali, 50. leucis ab ora Floridae regionis diſtans, & ab ea dicitur *le Canal de Bahama*, aeſtus maris vehemens admodum & formidabilis inter eam, Floridam, & Cubam inſulam excurrens.

¶ Bahuſium, *Bahus*, caſtrum permunitum regni Norvegiae, in parva inſula, quam facit fluvius Trolhetta, qui ex Venero lacu erumpit; & antea erat in ditione Regis Daniae. Sed ab anno 1658. ſubeſt dominio Regis Sveciae, cum tota praefectura, quae ab ipſo Bahuſiana dicitur. Diſtat 2. leucis Danicis à Gottenburgo in ſeptentrionem, & 3. circiter ab ora Oceani in ortum. Conditum fuit anno 1309. ab Haquino IV. Rege Norvegiae.

Cic. Strab. Plin. & al. Bajae, *Baja*, opp. Campaniae, ad ſinum Bajanum, inter Puteolos & Cumas 3. mill. paſſ. exciſum. Nunc ibi exiguum caſtrum, cum balneis, inter Miſenum & lacum Avernum proximum. Olim urbs epiſc. Nomen à Bajo Ulyſſis comite, ejus conditore, habere fertur, Memor. Propert. lib. 1. eleg. 11.

Ah pereant Bajæ crimen amoris aquæ.

Bajanus ſinus, Crater Strab. Puteolanus Plinio, Cumanus Eratoſtheni, *Golfo di Pozzuolo & di Napoli* paſſim dicitur, inter Miſenum & Athenaeum promontoria contentus. Tametſi Bajanus ea pars eſſe videtur, quae inter Puteolos & Bajas, Miſenumque & Avernum continetur, quae & Lucrinus lacus dicitur, Bajanus lacus apud Tac. dictus. De quo Mart. lib. 13. epigr. 79.

Ebria Bajano veni modo concha Lucrino.

¶ Bajanus ſinus vulgò *Golfo di Pozzuolo* dicitur, extenditurque inter Niſitam inſulam & Miſenum promontorium. Vocatur etiam ſinus Puteolanus. Vide ibi.

¶ Baida, *Baida*, regio Aſiae, in Tartaria deſerta, juxta Peiſidam fluvium, & Oceanum Septentrionalem, & in confinio ditionis Moſchoviticae. Paucis abhinc annis detecta & luſtrata fuit à Moſchovitis.

Str. Bajenni, *Fainge*, teſte M. Welſero, opp. Vindeliciae, in Bavaria, ſeu *Faing*, aut *Vaing*, opp. Sueviae in Duc. Wirtembergenſ. inter Canſtadium 6. & Brettam 3. leuc. a Spira 8. diſtans.

Lib. Conc. Bajocae, Bajocenſis urb. ex vita S. Vigoris Epiſc. Bellocaſſes & Velocaſſes Caeſar. Vellocaſſes Plin. *Bajeux*, urbs Gall. Celt. in Normannia, epiſ. ſub Archiep. Rothomagenſ. inter Cadomum ad ort. 7. & Conſtantia caſtra ad occ. 11. leuc. diſſita. Bajocaſſina urb. Sidonio.

¶ Bajocae, ſeu etiam Bajocum, urbs eſt Normanniae inferioris, vix 2. leucis diſtans ab ora maris Britannici, & 14. à Conſtantia, 5. autem à Cadomo. Circumpoſita regio vulgò *le Beſſin* dicitur, ubi aliàs Bajocaſſes populi, qui & Biducaſſes dicti ſunt.

Auſo. Bajocaſſes, urbs Bajocaſſium lib. Provinc. Vellocaſſes Plin. * Bellocaſſii Ptol. pop. & urb. quae Bajocaſſina Sidon. Bajocae in lib. Concil. nominatur, vulgò *Bajeux*. (* forſan Veneliocaſii.)

¶ Bajona, *Bayonne*, urbs Galliae, in Aquitania, ampla, dives, & valde munita, ad Aturum fluvium, ubi influit in Oceanum poſt receptum Nivum. Epiſcopali dignitate gaudet ſub Archiepiſcopo Auxitano, & portu ſat capaci, 6. leucis diſtat a confinio Hiſpaniae, 7. ab Aquis, et 30. a Burdegala in meridiem. Quidam exiſtimant ibi fuiſſe Aquas Tarbellicas, alii autem Bojatum.

¶ Bajona, *Bajona*, cognomento *de Galizia* à ſitu, urbs eſt Hiſpaniae permunita, in ora littorali Gallaeciae, 4. leucis diſtans ab oſtiis Minii fluvii in Septentrionem, et paulò minus à yde. Ibi fuerunt Tantiquitus Aquae calidae Cilinorum, ut quidam credunt.

Bibl. Bala, *Palmer*, teſte Guil. Tyrio, opp. olim, nunc pag. Palaeſtinae, in finibus Sodomorum, ab incendio ad Loth preces ſervatum.

¶ Balabithena, regio Armenię majoris, inter Arſaniam & montem Antitaurum, Petro à Vico teſte.

¶ Balaguata, *Balaguate*, regio Aſiæ, intra montes, in peninſula Indiæ intra Gangem, ſub dominio Regis Decani, versùs confinia regni Golcondæ.

¶ Balambuanum, *Balambuan*, urbs Aſiæ, in inſula Java, cum portu in ora littorali, versùs Orientem, ex adverſo inſulę Baliæ. Hinc fretum inter utramque dicitur Fretum Balambuanum.

Balanea, * Balanęę Ptol. Balaneæ Steph. *Valania* Nig. *Bagnias* Poſtello, urbs Phœniciæ, apud oſtia Eleutherii fluv. media inter Gabalam ad arctos 27. & Antaradum ad auſtrum 24. mill. paſſ. diſtans à Tripoli 74. in Boor. epiſcop. ſub Archiep. Apameno. Sed hodie ſedes epiſcopalis Moronienſi unita eſt. (* In manuſcr. Cl. Seldeni Βαλαιέν *Ant.*

¶ Balanea ab aliis in Syria ponitur. *Ptol.*

Balantipyrgon, *Capilamba*, teſte Merc. urbs Indiæ, intra Gangem fluv. ut ſitus perſuadet. *Strab. Plin. Liv.*

Balari, pop. Sardiniæ, circa Valeriam urbem exciſam incolentes. Quorum reg. ſeu tractus *Baromela* Plin. dicitur.

¶ Balatha urbs fuit Meſopotamiæ, ad Chaboram fluv. inter Niſibim & Tapſacum.

¶ Balatimora, *Balatimore Bay*, ſinus Hiberniæ inſulae, in Momonia provincia & Deſmoniæ Comitatu, ſpatioſus eſt atque inſulis ſparſus, cum portu cognomine in ora meridionali.

Balatoni, pop. Corſicę mediterr. quorum reg. *Balagna* nominatur, à Calvia & Fano S. Florentii 20. mill. paſſ. Niolum versùs totidem. *Ptol.*

¶ Balatoni populi fuere Corſicæ inſ. quorum veſtigium manet in oppido *Balagna* dicto, intra montes, & ad fontes Oſtriconii fluvii, in parte boreali inſulæ.

¶ Balbeca, vetuſta Phœniciæ urbs, ad montis Libani radices ſita, nunc ferè omnino diruta, non longè à Damaſco, Aleppum versùs.

Balbia, *Altomonte*, teſte G. Bar. opp. Brutiorum, in Calabr. citer. Seſtio opp. propinquum, à Caſtro-villario 6. mill. paſſ. duplo à Coſano urbe, à Conſentia 24. in occ. in colle, ubi manna & cryſtallus proveniunt. Vina Balbina olim, teſte Plin. in pretio fuere. *Plin.*

Balbura, *Caraburun*, teſte Leuncl. urbs Lyciæ mediterr. Chomae, Buboni, & Oenandæ finitima, epiſcop. ſub Archiep. Myrenſi. *Steph. Ptol.*

¶ Baldus, *Monte Baldo*, mons Italiæ & Veronenſis agri, in ditione Veneta; etiam in Principatum Tridentinum excurrit inter Atheſim fluvium & lacum Benacum, Magino teſte.

Baleares, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc eſt, à mittendo dictæ, Balerides Strab. Balliarides Ptol. Gymnaſię vel Gymneſiae à Graecis dictæ, inſ. duæ maris Iberici, ſeu Balearici, Hiſp. Tarraconenſi adjacentes, ab oſtio Iberi fluv. 30. leuc. diſtantes in ort. quorum major *Mallorca*, minor *Menorca* nominatur, inter ſe 10. leuc. diſſitę. Major longa eſt 100. mill. paſſ. circuitu 380. Minor longa eſt 60. ambitu 150. Has præter Virg. mem. Dionyſ. Afer: *Polyb. Plin. Mel.*

Continuoque jacent Gymnaſia, at has Baleares
Romani memorant.

Has Aragoniae Rex Jacobus anno ſal. 1230. pridie Kal. Januarii, victis & ejectis Mauris, recuperavit. Hinc Balearis & Balearicus nom. gent. unde Balearicum mare, quod Hiſpaniam ad ort. alluit, quodque inter Hiſp. & Sardiniam interjacet. Baleares olim adeo leporibus abundaſſe feruntur, ut contra eas ab Auguſt. auxilium militare poſtularint, frugibus ab ipſis leporibus conſumptis.

¶ Baleares, inſulae maris Mediterranei, ad Hiſpaniam pertinentes, & ab ea vix 70. milliaribus diſtantes, & paulò plus ab oſtio Iberi fluvii. Inter ſe 25. mill. paſſ. diſſitæ ſunt. Major, quae Majorica dicitur, Gallis *Majorque*, urbem habet cognominem, amplam, & munitam, Alcudiam urbeculam recens munitam, & 34. vicos; habetque in circuitu 140. mill. paſſ. ut ego pluribus didici à Paulo Ferraguto illius doctiſſimo incola, & ab aliis illius tractus. Minor verò, quæ Minorica, Gallis *Minorque*, oppidum habet *Citadelli* dictum, cum quatuor vicis. Nulla autem ineſt urbs Minorica dicta, ut multi falsò credidere, in tota illa inſula, neque in ſinu Portu Mahonis dicto; & de his quot incolæ tot teſtes. Minorica inſula vix 50. mill. paſſ. in circuitu complectitur.

Bale-

Baleſium, S. *Cataldo* vel S. *Caſtaldi*, olim opp. nunc pag. & portus Salentinorum, Aletio urbi propinquus, inter Brundiſium & Hydruntum. Sed Baleſium opp. exciſum eſt, vic. nunc qui adhuc *Baleſo* dicitur, inter Brundiſium & Luſpias 7. mill. paſſ. diſtans. In Theſ. Ling. Lat. malè in Apulia collocatur.

¶ Balgentiacum, ſeu Baugentiacum, urbs Galliç Lugdunenſis, vulgò *Becaugency*, cum ponte ad Ligerim fluvium, in Belſia provincia & Aurelianenſi agro, media inter Aurelianum & Bleſas.

¶ Balgium, *Bauge*; oppidum Galliæ, in Andegavenſi provincia. Tribus leucis diſtat à Flexia in meridiem, & 5. à Salmurio in boream.

¶ Balia, inſula Aſiæ, in India. Vide Balya.

¶ Balisbiga oppid. fuit Armeniæ majoris, ad Arſaniam fluvium, ſexaginta circiter milliaribus a Militene in ort. & vix decem a Babylone.

Baliſta, *Monte Baleſtra*, mons Liguriæ, pars Apennini mont. ſeu veriùs Thuſciæ, inter Regium Lepidi & Lucam intercedens.

Ballegarium, *Balaguer*, urbs Hiſp. Tarracon. in Catalaunia, Ilerdæ finitima, ab ea 3. leuc. Cardonam versùs & Minoriſſam, à qua 15. leuc. abeſt.

¶ Ballegarium, ſeu Valaguaria, *Balaguer*, urbs celebris eſt expugnatione ſua à Gallis anno 1645. Sita eſt ad fluv. Secorim, 12. leucis a Minoriſſa. Aliis eſt Berguſia.

Balma, & Balmenſe caſtrum, *Bapalme*, opp. Belg. in Arteſia reg. ab Atrebatenſi urb. 6. leuc. Avennas & Ambianos versùs in auſtrum. Eſt & Balmenſe opp. & cœnobium in finibus Sequanorum, hoc eſt, in Burgundiæ Com. *Baume* vulgò & *Baulme*, quod & Palma Latinè dicitur, inter Veſuntionem & Claravallem ad ortum occurrens.

¶ Balma, quæ meliùs Bapalma, *Bapaume*, ſubeſt dominio Gallorum ab anno 1641. Vide Bapalma. Balma autem, ſeu Balmenſe cœnobium, vulgò *Baume les Nonains*, oppidulum eſt Comitatus Burgundiæ, ad Dubim fluvium, 4. leucis a Veſuntione.

¶ Balneolum, *Bagnuolo*, oppidulum Italiæ, in regno Neapolitano & provincia Principatus ulterioris, ad fontes Caloris fluvii, prope Apenninos montes, 9. milliaribus diſtat à Compſa in occaſum.

Balneum Regis, & Balneoregium, & Rhoda ex Edicto Deſiderii Regis, *Bagnarea*, urbs epiſc. Hetruriç, inter Oropitum & mont. Phiſconem occurrens, 6. mill. paſſ. utrinque, à Viterbio 12. in bor. Novempagi à Plin. dici putatur.

¶ Balneoregium urbs eſt Pontificiæ ditionis, & S. Bonaventuræ patria, in agro Urbevetano.

Balſa, *Tavila*, teſte Coquo, urbs Luſit. in Algarbiis, inter oſtia Anae fluv. ad ort. & Pharum urb. ad occ. inde 4. leuc. à Pace Julia 22. in auſtrum. Longiùs abeſt à Sacro promont. licèt in Theſ. Linguæ Lat. dicatur non procul eſſe.

¶ Balſa, Sanſoni eſt *Albufeira*, oppidulum Algarbiç, in ora prope Silvim, 18. leucis à Pace Julia, inter Sacrum promontorium & Pharum.

¶ Balſera, *Balſera*, & *Baſſora*, aliàs Teredon, urbs Aſiæ, & emporium celebre Perſidis, in prov. *Yerack*, prope ſinum Perſicum, 150. milliar. à Bagdeto in auſtrum diſtat. Vide Teredon. Hinc ſinus Perſicus à multis etiam dicitur Sinus Balſerae, *Golfo de Baſſera* Luſitanis.

Balticum mare, à Baltia inſ. illius dictum, *Belts*, teſte Sigiſm. Herbeeſt, *Ooſtſee* al. mare Germ. mediter. inter ipſam Germaniam & Scandinaviam interfuſum, ampliſſimum, à prom. Cimbrorum, ubi os illius eſt, Viburgum uſque urbem extremam ſinus Finnici 210. leuc. extenſum. Venedicum, ubi Pruſſiam & Livoniam alluit, appellatum, ubi Germaniam & Cimbricam, Codanus ſinus apud Melam. Unde li. 1. itiner.

Baltica Vandalica proſpexit & oppida gentis.

¶ Balticum mare, *la mer Baltique* Gallis, *die Belt* & *Ooſtzee* Germanis, & *Warczkoive more* Ruſſis, de quo veteres titubanter admodum ſcripſere, latè terras ſubit ad inſtar ingentis ſinus, aliàs Codanus ſinus ab inſula Codanonia; & quamquam in ejus aditu ſint multç inſulç, tamen ex omni parte impervium eſt, niſi in Sundico freto. Mare autem illud terras ſubiens, iterum in duos ſinus dividitur, Boddicum, *Bothnzee* incolis, *Golfe de Boddes* Gallis, & Finnicum, *Finnichzee* incolis, *Golfe de Finnes* Gallis.

¶ Baltra, *Bautre fluv.* ſinus oblongus Hiberniæ inſulæ, in Momonia provinc. & Deſmoniæ Comitatu; hinc ab aliis *Bautrebay* dicitur. Portus habet aliquos.

¶ Balya, *Baly*, inſula Aſiæ, in India, prope & ad Orientem Inſulae Javae, à qua dirimitur tantùm ſreto Balambuano. Eſt fertiliſſima, & bene culta. Hinc à quibuſdam creditur Java minor, quamquam de iſta Java minore nihil certo conſtet.

¶ Bamba, *Bamba*, provinc. regni Congi, in Africa, cum oppido cognomine, inter Loandam & fluvium *Zaire*.

¶ Bamba, *Bamba*, prov. Americae meridion. in regno Popajani, & versùs urbem cognominem.

Bamberga, & Babenberga, *Bamberg*, urb. epiſc. Germ. *Prov.*
ſub Archiep. Moguntino, in Franconia, à Noriberga 9. *Rom.*
leuc. in Bor. ab Herbipoli 12. in ort. Sic à Baba Othonis Imp. filia nominata, colli impoſita, à D. Henrico Imper. ad hanc dignitatem evecta.

¶ Bamberga ſita eſt prope confluentes Moeni & Regnitii fluv. ſubeſtque proprio Epiſcopo cum tractu adjacente, 9. leucis diſtat ab Herbipoli; & à quibuſdam creditur Bergium antiquorum.

¶ Bamberga, *Bamberg*, oppidulum Bohemiae, versùs montes, in confinio Moraviae prov. juxta amnem *Orlitz*, in colle, una leuca ab Auſtia in ortum, 6. autem à Glacio in auſtrum.

Bambyca, quae & Edeſſa, & Hierapolis. Vide ibi: *Strab.*
Haec, teſte Plin. Hierapolis eſt longè diverſa ab Edeſſa: *Ælian.*
cum Edeſſa ſit in Syria, apud Euphratem fluv. Hierapolis in Coeleſyria. Bambycae, ſive Edeſſae Atargatis Dea Syrorum, teſte Strab. colebatur.

Bamurae, Banurri Plin. pop. Libyae inter. in Mauritaniae conf. Getulis finitimi, curſu perniciſſimi, carentes ferro, haſtilibuſque ligneis utentes. Sil. lib. 3.

Tum chalybis pauper Bamura cruda juventus.

¶ Banara, *Bannara*, urbs Aſiae, in India, & in regno Bengalæ, juxta Gangem fluvium, ſub ditione Magni Mogolis, 40. mill. paſſ. a *Gouro* urbe in ſeptentrionem, & centum ferè ab Halobaſſa in meridiem.

Banaſa, Banaſſa Anton. & Ptol. Valentia cognomina- *Plin.*
ta Plin. *Fanfara*, teſte Mol. urbs Maurit. Tingit. à Lixo 40. mill. paſſ. Thamuſidam versùs 32. ex Anton. ſed ex Plin. à Lixo 75. à Volubili ſeu Feſſa 35. Illam Sabur fluv. alluit.

Banatia * *Banſey*, teſte G. Camd. opp. Britanniç, in Anglia, in Scot. conf. Tueſi finitimum, in Bor. recedens *Ptol.*
apud oram orientalem. (* Camdenus verò ponit ubi jam *Bean* caſtr. in Moravia reg. Scotiæ, longiſſimè a Tueſi fluv. diſtans.)

¶ Banattia urbs erat Vacomagum, nunc caſtrum *Ban*, in Scotia ſeptentrionali, ad amnem *Findorn*, in Moraviç Comitatu, versùs Badenacham. Sed vix 10. milliar. diſtat a Tueſi fluvio, ſeu Spea, Sanſone teſte.

¶ Banburia, *Banbury*, oppidulum Angliæ, in Comitatu Oxonienſi, ad Chervelum amnem, 15. milliaribus diſtat ab Oxonio in ſeptentrionem, & 12. a Varvico versùs auſtrum.

¶ Banca, *Banca*, inſula Aſiæ in longum porrecta in mari Indico, prope Sumatram inſulam, in ora orientali, cum oppido, & ex adverſo Palimbani oppidi. Hinc fretum inter eam & Sumatram dicitur fretum Bancæ.

Bancona, *Oppenhelm*, teſte Georg. Fabritio, opp. Germ.
ſuper. ad Rhenum, in Palatinatu, inter Wormaciam 4. *Vet.*
& Moguntiam 3. leuc. diſſitum.

¶ Banda, *Banda*, inſula Aſiæ ſatis nota, in mari Indico, oblonga & fertiliſſima, ſub dominio Hollandorum, & perſæpe ſub Moluccis comprehenſa. Diſtat ab inſula Cerami 20. circiter leucis in auſtrum, & 30. circiter ab Amboina inſul. in ortum, 60. autem à Gilola inſula in auſtrum. Sub eodem nomine Bandae, continentur inſulae *Nera*, *Pulovvay*, *Pulorim*, *Gumanapi*, & aliquot aliae adjacentes, ſed parvae.

¶ Bandera, *Bandera*, ſeu aliter *Manora*, caſtrum Indiae, intra Gangem, in ditione Luſitanorum.

¶ Bandum, *Bando*, urbs Aſiae, in India, & imperio Magni Mogolis, cum regione cognomine, 15. leucis Germanicis diſtat ab Aſmeera in ſeptentrionem, & 70. leucis ab urbe Agra in ortum.

Bangorium, *Bangor*, urbs Albionis, in Wallia, in *Beda.*
ora contra Monam inſul. epiſcop. ſub Archiep. Cantuarienſi.

¶ Bangorium ſeu Bangoria ſita eſt ad fretum *Menay*, in Comitatu Arvoniae, 3. milliaribus à Bellomariſco, & 6. ab Arvonia civit. in ortum.

¶ Banialucum, *Banialuch*, urbs regni Boſniae primaria, ab aliis Vammelucha dicta, versùs montes & confinia Dalmatiae, prope lacum cognominem, & fluvium Cetinam,

nam, in ditione Turcarum à plurimis annis. Quibuſdam eſt Blanona.

¶ Bantamum, *Bantam*, urbs ampla, & emporium celebre Aſiae, in inſula Java, caputque regni cognominis, 15. leucis a Batava urbe occaſum versùs, prope fretum Sundae, ex adverſo inſulae Sumatrae. Portu gaudet commodo; & eo quotidie confluunt Europae mercatores.

Liv. *Plut.* Bantia opp. fuit Apuliae Peucetiae, in Lucan. confin. quod à Venuſia 3. mil. paſſ. diſtabat. Pop. Bantini Plin. Batini Hor. unde ſaltus Batinus.

¶ Bantiſus, fluvius Aſiae, in Serica regione, qui à quibuſdam dicitur *Puliſanga*, in Cathaya. Sed de his nihil bene certi.

¶ Banza, *Banza*, oppidum Africae & regni Congi, ad fluvium Bengum, inter oram Oceani & lacum Aquilundam.

¶ Bapalma, *Bapaume*, oppidum permunitum Belgii, in Comitatu Arteſiae, nunc in ditione Francia ab anno 1641. medium ferme inter Peronam & Atrebatum, in limite Picardiae; & in regione ſicciori. Aliquibus Balma dicitur. Vide ibi.

Feſt. Bara, inſ. parva, ante Brundiſium urb. in portu illius, Pharos Melae, quae nunc *S. Andrea* dici videtur; à cujus incolis Barium urbs condita eſt, teſte Feſto.

Ptol. * Bara, aeſtuarium & opp. Scotiae, in ora ad ortum, apud oſtium Loxae fluv. ſive Fortheae, *Dunbar* vulgò, fluv. verò *Frith* & *Firth*. Vide Dumbarum, & Vara, ut habet cod. Graecus Ptol. (* in manuſcr. Seld. Οὔαρα.)

¶ Bara. Vide Dumbarum. Ibi Scoti victi ab Anglis anno 1651. magna clade affecti fuere.

¶ Bara, *Bara*, oppidum Africae, in Æthiopia ſuperiori, ſeu Abyſſinia, in provincia Gorga, & prope lacum Zaflanum, teſtibus Sanſone et aliis.

Ptol. Barace, *Diu*, teſte Alph. Adriano, *Bazaim* Mercat. inſ. cum urb. epiſc. Indiae citer. inter oſtia Indi fluv. Prior interpretatio probabilior alia eſt: Dium enim inſ. et urb. praemunita inter oſtium Indi occid. et Cambajam urb. in ortum ad 50. leuc. epiſc. ſub Archiep. Goano; quam tenent Luſitani ipſorum colon.

¶ Barace, quae quibuſdam Burace, eſt *Diù*, urbs permunita, in parva inſula, prope ſinum Cambajae, ſed longè ab oſtio Indi fluvii; quamquam non deſint qui credant Dium olim fuiſſe Alambatrum. Sed prior opinio probabilior.

Ptol. Baracura, *Bacala*, teſte Caſt. *Bangela*, teſte Pet. Appiano, urb. et empor. Indiae ulter. marit.

¶ Barampura, *Barampour*, urbs Aſiae, in India, ſub dominio Magni Mogolis, 100 milliar. à Surata diſtat versùs ortum, & 200. ab urbe Agra in merid. Sedet juxta fluv. *Tapte*; & ab aliis *Brampore* etiam dicitur.

¶ Baranatheta, *Baranateta*, regnum Aſiæ, cum urbe cognomine, in Tartaria, uti didici à quibuſdam Europęis qui has regiones perluſtrarunt.

Ptol. Barathia, *Brata*, Caſt. *Blata* Merc. *Cazerhaſcen* Marm. urbs Africæ littor. inter oſtia Cinyphi flum. & Trierorum prom. ultra Leptim, ſeu Tripolim urb. Baratha verò, Baratta Ptol. urbs fuit Lycaoniæ epiſc. ſub Archiep. Iconienſi: quam quidam exſtare nomenque antiquum retinere ferunt.

Polyb. Barathra, Barathron Diod. Siculo, palus Palæſtinæ Sirbonidi juncta, *Baſerena* vulgò, teſte Nigro.

Barba, authore Euſtat. ſuper li. 2. Odyſſ. portus eſt Trœzenis urbis Argivorum. Unde ortum adagium, *Navigare Trœzenen*, in eos qui imberbes barbati videri voluat, quaſi ad eum portum barbam adepturi navigent.

¶ Barbacoæ, *Barbacoas*, populi Americæ meridion. in regno Popajani, versùs montes, & inter fluvium Caucam & mare Pacificum, teſtibus Sanſone & aliis.

Liv. Barbana, *Fiume di Scutari*, fluv. Dalmatiæ, ex Labeatide lacu effluens, Scodramque urbem alluens.

¶ Barbana fluvius nunc *Bojana* dicitur, & in mare Adriaticum ſe exonerat prope Dulcinium.

Arria. *Ptol.* Barbari, *Bermet* Caſt. *Meti* Reſendio, urbs Indię citer. apud oſtia Indi fluv.

¶ Barbari, urbs Indiæ, nunc à Sanſone & aliis creditur Amedebatum, urbs perampla regni Guzarati, ſub imperio Magni Mogolis. Vide Amedebatum.

Arria. *Ptol.* Barbaria, *Regno di Quiloa*, reg. Æthiopiæ, in ora ſinus Barbarici.

Steph. ¶ Barbaria, pars Africæ, quæ à Gallis *Barbarie* dicitur, ab Hiſpanis *Barberia*, & ab Italis *Barbaria*, juxta mare Mediterraneum extenſa, & oblonga, ſed non ęque lata. Protenditur ab Oceano uſque in Ægyptum; & versùs meridiem dividitur à regione Biledulgerid monte Atlante. Ibi aliàs erant Mauritania, Africa propria, & Libya exterior; nuncque continet regna Marrocanum, Fezzanum, Algerianum, Tunetanum, & Tripolitanum, & Barcanam regionem.

Barbariana, *Araviana*, ut videtur Jo. Marianę, opp. olim, nunc pag. Hiſpan. Tarracon. in via inter Aſturicam & Tarraconem occurrens, à Graccurri 32. mil. paſſ. in ortum. Idem alibi ſcribit eſſe Almenaram, ad Cauni mont. radices. *Ant.*

¶ Barbariana locus eſt Hiſpaniae, in Andaluzia prov. qui vulgò *Caſtel de la Lucena*, in ora, prope Fretum Gaditanum, & Cartejam.

Barbaricus ſinus *Golfo di Melinde*, in ora Æthiopiae orientali. Vide Aſperum mare. *Ptol.*

Barbarium, *Capo di Spichel* Cluſ. & Taraphae, prom. Luſit. ad oſtia Tagi fluv. Cetobricam versùs, ubi Barbari pop. & Barbaricus mons, *Monte Rabida*. *Ptol.*

Barbaſtrum, ſive Balbaſtrum, *Balbaſtro*, urbs Hiſpan. Tarracon. in Aragonio regno, juxta fines Catalauniae, epiſc. ſub Archiep. Caeſarauguſtano, inde 12. leuc. in ort. inter Ilerdam & Oſcam ad arctos 7. *Prov. Rom.*

¶ Barbaſtrum urbs erepta fuit Mauris anno 1102. Sita eſt ad fluv. Verum, ubi in Cincam ſe exonerat; aliaſque dicta fuit Bergidum: & ſunt qui illam etiam Belgidam dictam fuiſſe credunt.

¶ Barbata, ſeu Barbada, *la Barbade* Anglis, *la Barboude* Gallis, inſula Americae Septentrion. in mari Boreali, & una ex Antillis. Paret Anglis, qui ibi multas habent colonias ab anno 1627. Ejus circuitus eſt 25. leucarum circiter, & valde fertilis & dives. Diſtat 25. leucis ab inſul. S. Luciae in Orientem, & paulo ampliùs à Martinica in Eurum.

¶ Barbela, *Barbela*, fluvius Africae, in regno Congi. In fluvium Zairum ſe exonerat prope ejus oſtia, & oppidum S. Salvatoris rigat.

¶ Barberinum, *Barberino*, oppidulum Italiae, in Tuſcia, & in agro Florentino, unde nobilis familia nomen ducit. Sedet in colle, in Via Sena Florentiam versùs.

Barbeſola, Barbeſul Meſ. *Marbella*, teſte Flor. urbs Hiſp. Baet. in ora littor. inter Malacam & Calpen, inde 8. hinc 11. leuc. diſſita. Malè in Theſ. Ling. Lat. Berbeſula ex Plin. legitur, cum iis Barbeſula habeat. *Ptol.*

Barbeſola item, *Rio Verde*, fluv. Hiſpan. Baeticae ejuſdem tractus. *Plin.* *Ptol.*

¶ Barbeſola fluvius aliis eſt *Rio Guadajara*, versùs Calpen.

Barboſthenes, mons Peloponneſi, in Laconica reg. à Lacedaemone 10. mill. paſſ. diſtans. *Liv.*

¶ Barbuda, *la Barboude* Anglis, *la Barbade* Gallis, inſula parva Americae ſeptentr. & una ex Antillis, ſub poteſtate Anglorum, qui in ea habent colonias. Diſtat 18. leucis circiter ab inſula S. Chriſtophori in Orientem, 10. autem ab Antiqua inſula in boream.

Barbyſſus, ſeu Barybyſſus, *Cartaricon* incolis, & idiotis *Pectinacorion*, teſte P. Gyllio, fluv. agri Byzantini, in ſin. Ceratinum influens. *Svid.*

¶ Barca, *Barca*, regio Africae, in Barbaria, inter Ægyptum & Syrtim magnam, juxta mare Mediterraneum. Ejus primaria Barce, *Barca*. Deſertum habet cognomine & peramplum in mediterraneis. Ibi aliàs Libya exterior, Cirenaica, & Marmarica. Regio eſt ſterilis admodum & inculta, ſub Barbaria comprehenſa; paretque dominio Turcarum.

Barce, mons & prom. Libyae, ſeu Marmaricae: unde Barcaei pop. dicti videntur, apud Ptolemaidem urb. & Barcitae. Mem. Sil. l. 3. *Plin.*

Deſtituit Barca ſitientibus arida venis,
Nec non Cyrene.

Et Virg. li. 4. Æn.

-lateque furentes.
Barcai; Quid bella Tyro ſurgentia dicam?

¶ Plinio etiam teſte, ipſa Ptolemais priùs Barce dicta fuit.

Barcaei etiam pop. inter Colchos & Iberos ſunt, agnatos morbo extinctos igni tradentes, & in bello caeſos vulturibus obiicientes. *Aelian.*

¶ Barce nunc *Barca* dicitur; eſtque regionis cognominis caput, ſed parva, in eo tractu qui proprie Meſrata dicitur. Vide Barca ſupra.

¶ Barcelorum, *Barcelor*, urbs Aſiae, in India & ora Malabarica, ſub dominio Hollandorum à paucis annis, cùm priùs eſſet Luſitanorum. Sedet in ora littorali, cum portu,

& me-

& media ferme inter Goam & Cananoram; aliaſque regio titulo clara fuit.

Barcennum, *Bracciane*, opp. Hetruriae, ad Sabbatinum lacum. Vide Arcennum.

Barcetum, *Barcei*, & *Berzeto*, opp. Æmiliae, in agro Parmenſi, intra montes Apennini, inter Parmam 28. & Apuam 16. mill. paſſ. Ibi coenobium olim celebre, à Regibus Longobardis conditum.

Barcino, Barcinon Ptol. Barchino Liv. Faventia priùs dicta, & Col. Faventia, necnon & julia Auguſta Barcino ex vet. inſcript. *Barcelona*, urbs Hiſp. citer. marit. empor. ac inter primas Hiſpan. urbes, Catalauniae caput, ſeu conventus juridicus, & academ. ab Hamilcare Carthaginenſ. cognomento Barca condita, & nominata, licèt Ant. Beuth. ab Hercule conditam ſcribat. Haec anno ſal. 805. à Ludovico Pio Imp. victis Mauris, recuperata fuit, epiſc. ſub Archiep. Tarraconenſ. inde 11. leuc. in Bor. Gerundam versùs 14. à Ceſarauguſta ſupra 40. in ortum. De ea Auſon. in epiſt. 24.

Tarraco, & oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto.

¶ Barcino anno 1652. recepta fuit ab Hiſpanis poſt longam obſidionem; eſtque probè munita, cum portu in ora maris Mediterranei, prope oſtia Rubricati et Baetulonis fluviorum, ubi aliàs Laeetani populi.

¶ Barcino, *Barcelone* incolis, *Barcelonette* Gallis, opp. eſt Provinc. versùs Alpes, juris Sabaudici cum toto agro. Intra Alpes ſedet, ad *Hubaye* rivum.

¶ Bardeatis, oppidum Aſiae, in India, intra Gangem, ubi nunc forſan *Bicaner*, in Bacaria regione, 25. leucis circiter à Gange. Subeſt imperio Magni Mogolis.

Barderate, *Brà*, ut nonnullis videtur; opp. Liguriae, apud Polentiam urb. exciſam, ferè 2. mill. paſſ. in colle diſtans, ab Alba Pompeja 8. Taurinos versùs 22.

¶ Barderate, *Bra*, ſedet ad Sturam fluv. in Principatu Pedemontano, et ex adverſo Claraſci.

Bardi, qui poſtea Longobardi, pop. Germ. in Vandalia, (nunc Ducatus Magnopolitanus dicta) in ora maris Balrici: quorum urb. Bardum, *Bart*, non obſcura, inter Roſtochium ad occ. 6. et Sundim ad ort. 3. leuc. Bardi quoque pop. Gall. Unde Bardaicus nom. gent. apud Juvenalem. (Antiqui etiam Gallorum vates Bardi dicti ſunt.) Quorum mem. Luc. lib. 1.

Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

¶ Bardi, ſeu, et melius, Longobardi, fuerunt, ubi nunc Marchia Brandeburgica, in Germania. Barcum verò urbs ſita eſt ubi aliàs Eudoſes populi.

Bardia, *Batz*, fluviolus Germ. ad Bardum urb. fluens, marique exceptus, de quo Fort. lib. 7.

Bardia qua fluvius ſinuoſo gurgite currit.

Bardomagum, *Vertema*, pagus Inſubriae, in agro Mediolanenſ. a Mediolano 20. mill. paſſ. Vide Vertacomacora.

Barduicum, *Bardvvick*, urbs fuit antiqua Saxoniae infer. Luneburgo propinqua, inter illam et Hamburgum, à Luneburgo dimidia leuc. diſtans. De qua lib. 7. itin. quidam Poeta Germ. ſic:

Egreſſi portis Barduicum venimus, olim
Urbem conſpicuam; ſed eam dejecit ab alto
Henricus Leo, (Saxonia Dux inclytus ille)
Oppidum adhuc exſtat multis ſpectabile templis.

¶ Bardovicum urbs everſa fuit ab Henrico Leone anno 1189. & ex ejus ruinis crevit Luneburgum. Sedet ad fluvium *Ilmenou*, vix duabus milliaribus Germanicis ab Albi fluvio.

Barduli, qui Varduli Ptol. pop. Hiſpan. Tarracon. in ora boreali, ad Oceanum incolentes: quorum reg. *Guipuſcoa* dicitur, Cantabriæ attigua ad ortum. Malè in Theſ. Ling. Lat. Turduli, qui in Bætica & Luſit. ſunt, ex Plin. dicuntur.

¶ Barduli, ſeu, & meliùs, Varduli, populi Hiſpaniȩ, inter Oceanum Cantabricum & Iberum fluvium. Habitabant ubi nunc pars Orientalis Ipuſcoæ & Alavæ regionum, quæ antea ad Navarram pertinebant, nunc autem ad Caſtellam. Vide Varduli.

Bardum, *Bart*, pag. Salaſſorum, in Pedemontano Princip. inter Eporediam & Auguſtam Prætoriam. Bardum quoque arx firmiſſima in ſaxo undique prærupto intra montes, inter Placentiam 30. & Apuam 20. m. paſſ. quot ferè à Parma, vulgò *Bardi*, ſedes Principis vallis Tari ex Landa familia. Bardum item urbs Pomeraniæ, in conf. Duc. Magnopolitani, *Bart*. Vide Bardi. Unde Longobardi profecti putantur.

¶ Bardum, *Bardo*, pagus eſt Ducatus Auguſtani, ad

Doriam Balteam fluvium, 10. milliar. ſupra Eporediam, ad radices Alpium. Bardum alterum ſeu Bardium, *Bardi*, oppidum eſt cum arce, ad Ceuum fluvium, à plurimis annis ſub Dominio Ducis Parmæ cum toto ferè Principatu Vallis Tari, fruſtra reclamante Principe ex Auria gente Genuenſi. Bardum item, *Bardt*, urbs Germaniȩ, in Pomerania, cum portu ſat capaci in ora maris Baltici; diſtat à Sunda 3. milliar. German. & totidem à Damgardia, à Roſtochio autem 7. Arce ſatis ſplendida exornatur; ſubeſtque dominio Suecorum, pace ad Monaſterium confecta.

Barea, Bareja Ptol. *Veria*, teſte Mariana, opp. Hiſpan. Baet. in ora littor. regni Granatenſ. ab Almeria urb. 11. leuc. in occ. ultra Abdaram 4. Sexi versùs 8. *Plin.*

¶ Barenſis ager, *Terra di Bari*, prov. regni Neapolitani, juxta mare Adriaticum, & inter Baſilicatam & territorium Hydruntinum, ubi aliàs major pars Apuliae Peucetiae. Dicitur aliter Barianus ager, & nomen habet ab ejus primaria urbe Bario.

Baretium, *Vareſe*, oppid. Inſubr. in agro Mediolanenſ. amplum, à Mediolano 30. mill. paſſ. apud lacum Lucanm & Verbanum, inter illos: quod & Valleſium à valle dictum, & Vallexium, quaſi vallis exitus, à Locarno opp. 8. *Steph.*

¶ Baretium, ſeu Varetium, medium eſt inter lacus Lucanum & Gaviratium, 10. milliar. diſtat à lacu Verbano, intra montes, ſed 20. à Locarno oppido.

¶ Bargaſa, quae aliter Juſtinianopolis; urbs fuit Aſiae minoris, in Caria prov. versùs confinia Lyciae, 40. milliar. ab Alabanda in ortum, & paulò ampliùs à Cabyra in occ.

Bargylla, Ptol. & Strab. Bargylia, aliis Bargiliae & Bargillae, urbs Cariae epiſc. ſub Archiep. Strauropolitano, olim celebris, nunc jacens, ad Bargylum mont. à quo nomen accepit, vel à Bargylo Bellerophontis Comite: unde Bargiletae incolae Strab. *Steph.*

¶ Bargylla ſita erat in ora maris Ægaei, media ferme inter Myndum & Miletum urbes.

Baria, ſeu Varia, vicus Sabinorum, ad Anienem fluvium. *Hor.*

¶ Barigazenus ſinus, *Golfe de Cambaye*, ſinus Oceani, in Aſia & India intra Gangem, ſic dictus olim à Barigaza urbe, à Luſitanis *Enſeada de Cambaja*; & extendit ſe in regn. Guarazati, Cambajam uſque, à qua nunc nomen ſortitur.

¶ Bariquicimeta, provincia Americae meridionalis, in Venezuela regione, vulgò *Bariguicemeto*. Hinc oritur fluv. cognominis; qui auctus multis aliis, poſt varios meatus, ſimul cum Pato fluvio in Orenocum fluv. labitur ex adverſo Cayamae inſulae.

* Baris urbs fuit Pamphyliae, in Piſidia, epiſc. ſub Archiepiſc. Antiocheno. Et apud Horat. idem quod Barium, de quo mox, (* in manuſcr. Seld. Βάρις.) *Ptol.*

¶ Baris ſita erat in Piſidia regione Aſiae minoris, juxta fontes fluvii Cataractes, versùs Taurum montem, & 30. milliar. ab Antiochia Piſidiae in occaſum.

Barium, Baris Hor. Baretum Strab. (quod potiùs Barolum opp. eſſe videtur) Varia Anton. *Bari*, urbs Archiepiſc. Apuliae Peucetiae primaria in ora littor. à qua reg. denominatur, à Neapoli 150. mill. paſſ. à Barolo 30. in ortum, à Tranio altera metrop. 24. Ejus mem. Horat. ſat. 5. lib. 1. *Tac.* *Ptol.* *Feſto*,

Bari mœnia piſcoſi, dehinc Gnatia lymphis.

A Bara inſ. parva apud Brunduſium, teſte Feſto, nomen habet, ab incolis illius condita.

¶ Barium urbs regni Neapolitani, & agri Barenſis caput, probe munita, in ora ſinus Veneti, 8. milliaribus diſtat a Bitonto, & in ea ſervatur corpus S. Nicolai Mirenſis Epiſcopi.

¶ Barium, ſeu Barum, *Bar*, oppidum munitum Poloniae, in provincia Podoliae. Arcem habet in colle, & tota paludibus vallatur, ad amnem *Kovv*. 18. leucis diſtat a Camieniecz in ortum, & totidem ferè à Braclavia in occaſum.

¶ Barium ad Albulam, *Bar ſur Aube*, oppidum eſt lepidum Galliae, in Campania provincia, ſic dictum, quia ad Albulam fluvium ſedet, in regione paramoena. Vino ſuo celebratur; diſtatque 10. leucis à Trecis versùs ortum, & 6. à Calvomonte.

Barium ad Sequanam fluv. *Bar ſur Seyne*, urbecula Galliae, in Burgundiae Ducatu & Montanenſi agro, prope confinia Campaniae, ad Sequanam fluvium, 5. leucis ſupra Trecas in meridiem.

Barna, *Varna*, urbs epiſc. Myſiae infer. ad Euxinum mare. Vide Dionyſiopolis. *Cod.*

¶ Barna, quæ & Varna, urbs eſt Bulgariæ, nota clade Chriſtianorum ſub Uladislao Rege Hungariæ anno 1444.

¶ Barnagaſſia, *Barnagaſſo*, regnum amplum Æthiopię ſuperioris, ſeu pars Abyſſiniæ versùs mare Rubrum, à quo extenditur uſque ad Nilum fluv. ibi urbs primaria Barva, & portus Suachemum & Ercocum.

¶ Barnaſtapula, *Barnſtable*, oppidum Angliæ, in Comitatu Devonienſi, juxta fluvium Tavum, cum portu cognomine, 4. milliaribus ab eo diſtat, 20. autem milliaribus ab Exonia in boream.

¶ Barneveldi inſula, *Barnevelts Eylandt* Batavis, *isle de Barneveld* Gallis, detecta fuit à Batavis anno 1616. eſtque in mari Auſtrino, prope Terram Ignium & Fretum Mæreum.

¶ Barocha, *Baroche*, oppidum Aſiæ, in India & imperio Magni Mogolis, ubi fluvius Narvorus influit in ſinum Cambaję, in regno Guzarati; eſtque medium inter Cambajam & Suratam.

Alut. trad. Barolum & Barulum, Baretum Strab. ut nonnullis videtur, *Barletta*, opp. Apuliae Peucetiae, ad oſtia Aufidi fluv. totius Italiae clariſſimum, à Bario 30. mill. paſſ. in occ. Sipontum versùs totidem, Cannis urbi exciſae proximum ad 6. mill. paſſ.

¶ Barolum, ſeu, & meliùs, Barulum, urbs eſt agri Bariani, in ora, 4. milliar. ab oſtiis Aufidi fluvii, & totidem à Tranio. Deficit in dies.

Plin. Cat. Barra, *Barriano*, opp. olim Cenomanorum, nunc caſtrum agri Bergomenſ. intra montes, à Bergomo 10. mill. paſſ. Apud Caton. eſt oppid. Orobiorum, à quibus ſunt Bergomates.

¶ Barro Ducum, *Barleduc*, urbs Lotharingiae, Ducatus Barenſis praecipua, in clivo, cum caſtro munito, ad fluvium *Ornain*. Diſtat 15. leucis à Nancejo, & 13. à Catalauno, eſtque lepida, & culta.

Ant. Barſa, *Isle de Bas* Gallis, *Baſepole* Anglis, inſ. maris Britannici, Angliae adjacens. Al. *Bardſey*: quod magis probatur.

¶ Barſa aliis inſula eſt Galliae, in ora Britanniae minoris, ſeu Armoricae adjacens, vulgò *isle de Bas*, prope Staliocanum portum ſeu Fanum S. Pauli Leonenſis.

¶ Barſalium, quae & Sergiopolis poſtea dicta, urbs fuit Armeniae tertiae, ad Euphratem fluvium, inter Samoſatham, & Claudiopolim.

¶ Barſita, quae & Borſippa, urbs Aſiae, in Babylonia regione, ad Euphratem fluvium, ex praecipuis totius tractus, Petro à Vico teſte.

Ptol. Baruſſae, inſ. quinque maris Indici, quarum tres *Mindanao*, *Cailon*, & *Subut*, teſte Mercat. dicuntur.

Baruſſae inſulae ſunt quae nunc *Macaſſar*, *Gilolo*, & *Ceram* dicuntur, cum aliis in viciniis, quae etiam Moluccae perſaepe dicuntur.

¶ Barva, *Barva*, urbs Africae, in Æthiopia ſuperiori, ſeu Abyſſinia, & regno Barnagaſſi, inter urbes Chaxumum & Ercocum, juxta Marabum fluvium, vixque 70. milliar. à mari Rubro.

Ant. Ptol. Barygaſa, *Bacam*, teſte Caſt. al. *Calecut*, ſed Rhamuſio eſt *Goa*, urb. Indiae citer. in parva inſul. continenti orae occiduae adjacente; colon. Luſitanorum munitiſſima, archiepiſc. & conventus juridicus omnium urbium indicarum, quae Luſitanis parent. Abeſt ab oſtiis Indi fluv. ubi Dium urb. & colon. Luſitanorum, ſupra 60. leuc. in auſtrum.

¶ Barygaſa, ſeu Barigaſa, nunc *Bacaim*, dicitur; eſtque urbs Indiae cis Gangem, in regno Guzarati, permunita cum portu in ora, ad fauces ſinus Cambajae. Subeſt dominio Luſitanorum à multis annis, & 60. milliaribus diſtat à Surata in auſtrum.

Trithem. Baſanburgum, *Batenburg*, ut videtur Ortel. opp. cum arce Batavorum in German. infer. ad Rhenum fluv. in Duc. Geldriae, à Noviomago urb. 2. leuc. in bor.

¶ Baſanburgum, ſeu, & meliùs, Batavorum arx, *Batenburg*, eſt ad Moſam fluv. 2. leucis à Noviomago in merid. Vide Arx Batavorum.

Baſculi, M. Varr. pop. Hiſp. Vide Baſtuli.

Ptol. Baſi, *Bas*, opp. Hiſp. Tarracon. in Catalaunia, Vicecomitat. inter Caprariam & Campum rotundum oppida, olim urbs epiſc. ſub Archiep. Tarraconenſi.

Ptol. Lib. Not. * Baſiana, Baſſiana Anton. *Poſſega*, teſte Laz. urbs Pannon. infer. apud Saum fluv. in Boſſina reg. inter Jaiczam urbem Boſſinenſem ad auſtrum, & Quinque Eccleſias urbem Hungaricam in bor. 10. leuc. epiſcop. ſub Archiep. Colocenſ. Al. videtur *Bantz*, opp. inter Sirmium ad oc. & Taurunum ad ort. ad Savum fluv. inde 19. à Singiduno 31. mil. paſſ. ex quodam itiner antiquo. Βασσίανα in manuſcr. ſeld.

¶ Baſiana, quae vulgò *Poſega*, urbs eſt Hungariæ, in Sclavonia regione, & caput Poſegienſis Comitatus, ad fluvium Oriavam, qui duabus leucis infrà in Savum ſe exonerat. Subeſt dominio Turcarum cum toto tractu a multis annis.

Plin. Diod. Baſilia, Baltia Platoni, Scandia Ptol. Scandinavia Plin. *Paeſi Settentrionali*, inſ. maxima Oceani ſeptentrionalis, Germaniæ adjacens, mari Baltico interfuſo, uti antiquis perſuaſum fuit. Sed deprehenſum eſt non inſulam, ſed potius peninſulam eſſe maximam, inter mare Balticum ad merid. & Oceanum ad ſeptentrionem, & occaſum, longè lateque extenſam, (cujus iſthmus Sarmatiæ Europeæ in ditione Moſchorum jungitur) in plura regna & regiones diviſam, hoc eſt, in Careliam, Finlandiam, Lapponiam, Biarmiam, Suediam, Gothiam, & Norvegiam ad occ.

¶ Baſilia, ſeu Baltia, quæ, & meliùs, Scandinavia, malè ab antiquis credita inſula, longè versùs Septentrionem & Orientem extenditur, continens Norvegiæ regnum, *la Norvege*, & Sveciæ regnum, *la Svede*: ubi partes præcipuæ ſunt Gothia, Svecia propria, Lapponia, & Finlandia. Vide Scandinavia.

Mart. Baſilia, Baſilea poſterioribus *Baſel* Germ. *Basle* Gallis, *Baſil* Angl. & *Baſilea* Italis, urb. German. ſuper. ad Rhenum interfluentem, ſeu dividentem; poſtremus Helvetiorum conventus in bor. media fere inter Conſtantiam & Argentoratum ad 15. leuc. urbs ampla, ex primis German. quæ Auguſtæ Rauricorum exciſæ ad 2. leuc. in merid. diſtanti ſucceſſit, (ex quo patet Baſileam non eſſe Auguſtam Rauricorum, ut in Theſ. Ling. Lat. aſſeritur) epiſc. ſub Archiep. Veſuntino, cujus Epiſcopus (quòd urb. à catholica religione prorsùs defecit) Brunduſiæ oppido Sequanorum, & Friburgi urb. & academ. Briſgoiæ à Baſilea 7. leuc. diſtantis moratur. Baſilicus vero ſinus apud Plin. eſt ſinus Jonię. De Baſilea l.4.Itin.

ut Jura quoque culmina montis
Sint ſuperata mihi; Baſilea ut mœnia tandem
Luſtrarim.

¶ Baſilea urbs diſtat ab Auguſta Vindel. 31. milliaribus German. versùs occaſum, à Tiguro 9. & à Nancejo 24. leucis. Urbs eſt perampla & munita; Ibique Rhenus excipit fluvios Birſam ex monte Jura profluentem, & Wieſam è Silva nigra. Aliàs Arialbinum dicta fuit; teſte Sanſone.

¶ Baſilicata, *Baſilicata*, provincia regni Neapolitani, ubi aliàs major & potior pars Lucaniæ, inter Principatum citeriorem, Calabriam, ſinum Tarentium, & Terram Barenſem. Regio eſt ſat ſterilis & inculta; habetque primariam urbem Acherontiam versùs Apenninum montem.

¶ Baſilides populi fuere Sarmatię Europaeæ, ſub Hamaxobiis, ubi nunc Ducatus Moſcovienſis & Rezanenſis, Brietio teſte.

¶ Baſiliopolis, *Baſilougorod*, urbs Tartariæ Moſchoviticæ, in regno Caſanenſi, ad confluentias Surae fluvii in Volgam. Urbs eſt nova, à Duce Baſilio condita.

Ant. Baſilippum opp. Hiſp. Baeticae fuit, ab Hiſpali urb. 21. mill. paſſ. ex itiner. Anton. diſtans: niſi ſit Beſippo; cujus tamen diſtantia ab Hiſpali longè major eſt.

Ptol. Baſiliſene, *Turcomania*, teſte Caſt. reg. Armeniae majoris in meridiem vergens. Alii ipſam Armeniam totam ſic vocari putant, cùm pars ſeptentrionalis *Giorgiana* vocetur.

¶ Baſiliſſene regio fuit Armeniae majoris, inter Euphratem fluv. & Moſcicos montes, ubi nunc pars Turcomaniae; ſubeſtque dominio Turcarum.

Strab. Baſilius, fluv. Meſopotamiae, inter Euphratem & Tigrim in auſtrum fluens, inque Euphratem labens.

¶ Baſra, *Baſra*, oppidum Africae, in regno Fezzae & provincia Hasbata, juxta Lucum fluvium, 30. milliaribus à Sala versùs ortum, & prope confinia Aſgarae provinciae.

Liv. Baſſania, opp. erat Maced. in Illyrici confinio, apud Liſſum urbem, inde 5. mill. paſſ. diſtans.

¶ Baſſanum, *Baſſano*, opp. Italiae, inter Covetiacam arcem & Patavium, in valle arctiſſima, ſub dominio Veneto, ad Meduacum fluv. in Marchia Tarviſina. Hinc tractus adjacens *Baſſaneſe* dicitur, 12. milliaribus diſtat à Vicentia in Boream.

Plin. Baſſi, ſeu, ut alii legunt, Haſſi, pop. Gall. Belg. quorum opp. *la Baſſee* dicitur, in Flandriae & Arteſiae confi-

confinio, teſte Jacobo Meyero, à Bethunia urbe Arteſiae 2. leucis in ort. Tornacum verſùs 9.

¶ Baſſi populi fuere Belgii, ubi etiamnum oppidum Flandriae alias munitum, *la Baſſee* dictum, in confinio Arteſiae, pluries captum hoc ultimo bello. Subeſt dominio Francorum, pace ad Aquiſgranum anno 1668.

Baſſiana. Vide Baſiana.

¶ Baſſiniacus ager, *le Baſſigny*, regio Galliae, in provincia Campaniae, verſùs fontes Moſae & Matronae fluviorum, ubi urbes Lingones, Calvomontium, Andelovium, & aliae. Ejus periere limites. Sed ejus magna pars etiam ſub Lotharingia continetur.

Baſta, ſeu, ut alii, Haſta, *Vaſte*, & *Baſti*, opp. Salentinorum in ora inter Hydruntum ad Bor. & Japygium prom. ad auſtrum, utrinque 15. mill. paſſ. diſtans, exciſum; nunc vicus.

Baſtarnae, Baſternae Plin. pop. Sarmatiae Europaeae, in regno Polonico contenti, apud oram maris Euxini, Peucinis, qui in Podolia, & Alanis, qui in Lituania cenſentur, finitimi. Horum mem. Ovid. lib. 2. de triſtib.

Haſtenus Euxini pars eſt Romana ſiniſtri:
Proxima Baſternæ Sauromatæ qua tenent.

¶ Baſtarnae populi, qui aliter Peucini, teſtibus Cluverio & aliis, erant ubi nunc Ruſſia nigra, Podolia, Vohinia ſuperior, & Beſſarabia.

Baſti, *Baza*, urbs Hiſp. Tarracon. extrema, in Baeticae conf. nunc verò in regno Granatenſi contenta, olim epiſc. ſub Archiep. Illiberitano. Abeſt ab Acci 11. leuc. à Granato 16. in ort. ab Almeria 15. in Bor. Pop. Baſtetani Plin. & Strab. Baſtitani Ptol. Vaſtetani Liv.

¶ Baſti, urbs alias, Baſtitanorum caput, prope montem Oroſpedam. Nunc paucis conſtat incolis, juxta fluv. *Guadalentin*, verſùs limites regn. Murciae & Caſtellae novae, 7. leucis diſtat ab Acci, & deficit in dies.

¶ Baſtia, urbs Italiae, & Corſicae inſulae caput, vulgò *Baſtia*. Sita eſt in parte Boreali inſulae, ubi aliàs Mantinum & Mantinorum oppidum. Gaudet arce munita & portu ſat capaci in littore Thuſco, ibique degit Gubernator Genuenſis inſulae. Diſtat viginti milliar. à Sacro promontorio dictae inſulae in auſtrum, & 70. circiter milliar. à Bonifacio in Borerm.

¶ Baſtitani, populi Hiſpaniae Tarraconenſis, verſus Baeticam. Vide Baſti.

¶ Baſtonacum, *Baſtoigne*, oppidum amplum Belgii, in Ducatu Lucemburgico, prope Arduennam Silvam. Octo leucis à Lucemburgo diſtat. Aliis eſt Baſtonia; eſtque adeo lepidum, & cultum, ut dicatur ab incolis *Paris en Ardenne*.

Baſtuli, populi Hiſp. Baeticae, juxta fretum Gaditanum incolentes: quorum reg. *Andaluzia* à nonnullis eſſe putatur; ſed Vandalitia multò magis patet in mediterran. Horum oppid. Sexi, Abdara, Ilurgis, Obulco, & Ubeda.

¶ Baſtuli, qui & Pœni, populi fuere Hiſpaniae Baeticae, prope fretum Gaditanum, & oram maris Mediterranei, ubi pars meridionalior Andaluziae, & pars maritima regni Granatenſis, Almeriam uſque.

¶ Baſurura, *Baſurure*, fluv. Americae meridionalis & Caribanae regionis. In fluvium Amazonum cadit paulò infra fluv. Cutiguaram, Petro Texeira teſte.

¶ Batanagra, urbs Aſiae, in India intra Gangem. Quibuſdam eſt *Naugralcut* urbs eſt ampla, in dominio Magni Mogolis, ad Hidaſpem fluvium, cum regione cognomine adjacente. Diſtat 60. leucis a *Lahor* urbe in ortum.

Batancaeſara, *Baicadul*, teſte Caſtal. (ex levi tamen conjectura) urbs Indiae citer.

¶ Batancaeſara aliis eſt *Calſory*, oppid. in regno *Jamba*, 30. circiter leucis à Gange fluv. in occaſum, ſub imperio Magni Mogolis.

Batavae, & Batava, poſtea Patavia, *Paſſavv*, urbs Norici, ad Oeni cùm Danubio confluentiam, in Bavaria, epiſcop. ſub Archiep. Salisburgenſ. inde 12. leuc. in Bor. à Ratiſpona 18. in ort. Lintium & Viennam verſùs. De ea in lib. 4. itin.

Qui Batavam celebris defendit Epiſcopus urbem,
Quam prope Danubii mergitur Oenus aquis.

¶ Batava, ſeu Patavia, incendio penè tota conflagravit anno 1662. Aliàs etiam Batava caſtra dicebatur. Urbs eſt triplex; una dicitur *Paſſavv*, inter Danubium & Ænum; alia *Inhſtadt*; & tertia *Iſtat*, quae verſùs Bohemiam, & ubi Ilſa amnis in Danubium cadit. Vide Patavia & Patavium.

Batavi, pop. Germ. infer. in Belgio, inter oſtia Rheni, quorum reg. Batavia eidem Caeſ. *Hollandt* German. *Plin.*
Holland Angl. & Italis *Hollanda*, (ſicuti & pop. *Hollandeſi*) inter duo Rheni cornua, Oceanoque Germanico *Tac. & al.*
perſtricta. Inſula Batavorum à Cæſ. & Plin. etiam dicta. Cujus portio adhuc antiquum nomen retinet, *Betovve* & *Betuvye* dicta, in Geldriæ tamen Duc. contenta. Porrò Hollandia reg. eſt Comit. amplus, in qua urbes multæ, quarum præcipuæ Trajectum inferius, Dordracum, Lugdunum, Delphi, Harlemum, & Amſterodamum empor. Batavos mem. Luc. lib. 1.

Vangiones, Batavique truces, quos are recurvo.

Hinc Batavus nomen gent. ut apud Mart. lib. 8. Epigram. 32.

Et mutat Latias ſpuma Batava comas.

A Batavis *Batava auris* proverbium eſt, quale à Bœotiis *Auris Bœotica*.

¶ Batavi, populi Belgii, ubi nunc pars maxima Hollandiae, & munita portio Gueldrię. Hinc Batavia regio, quę à Gallis nunc *Hollande* dicitur, ſicuti & populi *Holandois*. Sed notandum quòd Hollandia latius ſumitur quàm Batavi. Regio eſt tota admodum rigua & fertilis, abundatque omnibus ad delicias neceſſariis; aliaſque ſuberat dominio Hiſpanorum, ſed ab ipſis defecit anno 1581. factatque eſt Reſpublica potentiſſima ab illo tempore cum vicinis provinciis, ſub nomine Belgii confœderati. Sed Trajectum ad Rhenum, ſeu inferius, non eſt urbs Hollandię prov. facitque dominium disjunctum. Vide Hollandia.

Urbes Batavorum, hoc eſt, Hollandiæ, præcipuæ.

Alcmaria, *Alcmaer*.	Dordracum, *Dort*.
Amſterodamum, *Amſterdam*.	Enchuſa, *Enchuſe*.
	Gouda, *Goude*.
Briela, *la Brile*.	Gertrudenberga, *Gertruydenberg*.
Delphi, *Delft*.	
Goricum, *Gorcum*.	Lugdunum, *Leyden*.
Haga, pagus maximus, ubi Comitia habentur, *la Haye*.	Roterodamum, *Roterdam*.
	Trajectum inferius & Ultrajectum, *Utrecht*.
Harlemum, *Haerlem*.	
Horna, *Hoorn*.	

¶ Batavia, *Batavia*, urbs Aſiæ, in inſula Java, ſub dominio Hollandorum ab anno 1619. cum antea Jacatra diceretur. Eſt permunita, in plano perferaci, & emporium celebre; ita ut nunc cenſeatur ex præcipuis illarum partium, cum caſtro & valido præſidio; ibique reſidet Præfectus Generalis pro Societate Hollandica Indiarum Orientalium. Diſtat à Bantamo 15. leucis in ortum, & 60. circiter a Materano in occaſum. Creſcit in dies ſplendidior.

¶ Batavia, *Rivier Batavia*, fluvius Aſię, in Carpentaria regione, parte Terrae Auſtralis, recenter ab Hollandis luſtratus, ſed tantùm verſùs oſtia.

Batavodurum, *Wyckte Duerſteden*, oppid. German. in- *Ptol.*
fer. in Batavis, & in Geldriæ Duc. ad Licum Rheni foſſam, inter Vada opp. Geldricum, & Trajectum urbes Hollandiae 3. leuc. à Noviomago 4. Duroſtadium etiam Latinè.

¶ Batavorum inſula, *Betuvve*, pars Geldriæ, inter fluv. *Scrip.*
Rhenum & Vahalim comprehenſa, ſat longa, ſed non *Belg.*
æquè lata, ubi nullum oppidum magni momenti.

Betenis arx, *Battenbourga*, opp. Germ. infer. in Gel- *Athe.*
dria, inter Noviomagum & Tielam ad Bor. 2. leuc. Vide Arx Batavorum.

Bathanatii, *Bethmonſter*, ſeu *Bathaſeck* Laz. tractus Pannoniae infer. ubi Bathia opp. & Bathienis. Comit. ad Sarvitiae amnis ad confluentiam cum Danubio, non longè ab oſtio Drai fluvio, ab Altinio 4. leucis in auſtrum, à Quinque Eccleſiis 7. in ort.

Bathis, *Jati*, teſte Faz. fluv. Sicilię, apud Elymam urbem exciſam ad 3. mill. paſſ. non longè à Criniſo fluens. Nomen habet ab Ieta opp. juxta quod oriens decurrit, ut quidam ajunt.

Bathonia, *Akenianceſtre*, locus Angliæ, teſte Matthæo
Vveſtmonaſt, apud quem D. Elphegus occiſus traditur. *Ex vi.*
Bathonia item, *Bathe*, urb. epiſc. Britanniæ ſub Archiep. *S. El.*
Cantuarienſ. olim Aquae ſolis, & Aquae calidae, & mons Badonicus, inter Vvintoniam & Briſtolium. Vide Aquę ſolis.

* Bathracus, *Trabuco*, teſte Mercat. opp. Marmaricæ *Ptol.*
littorale, inter Cherſoneſum magnam, & Antipyrgum ad ort. (* manuſcr. ſeld. Βάτρα ο.

Bathycolpus, *Biutere*, ſeu *Biudere*, i. e. magnum ne-
mus, ſeu magnus fluvius, fluv. ſinuſque Thracię apud *Heſy.*
Byzantium, teſte P. Gyll. qui fluv. Bathynias Plin. & Bathynius

thynius Ptol. dicitur, Bathinio Graecis, & *Binders* Turcis.

Plin. Bathynias, fluv. Vide Bathycolpus, ex mont. Rhodope oritur.

Dion. *Haly.* Batia opp. ſuit Aboriginum, in Sabinis, à Reate urbe 30. ſtad.

¶ Batiana, oppidum Galliae Narbonenſis, in Segalaunis, ubi forſan nunc *Laurſiol*, in Delphinatu, una leuca à Rhodano fluvio diſtans.

¶ Baticala, *Baticale*, urbs Aſiae, in India & inſula Ceylami, in ditione Hollandorum à paucis annis. Caput eſt regni cognominis, in ora orientali inſulae, 40. circiter leucis diſtat ab urbe Columbo.

¶ Baticala, *Baticala*, urbs altera Aſiae, in peninſula Indiae cis Gangem, in ora littorali maris Malabarici, & caput regni cognominis, ſub ditione Regis *Onor*, ſed in feudum Regis Biſnagarae. Gaudet portu ſat capaci, inter urbes Onorum & Barcelorum, in Canara regione.

Ptol. Batieni, pop. Liguriae, qui Bacienni Paterculo vocantur, in agro Ticinenſ. quorum opp. Auguſta Batienorum Pado impoſitum. Vide ibi.

¶ Batienni dicti ſunt a Cluverio & aliis Vagienni. Vide ibi.

Plin. Batinus, & Batinum, Matrinus Strab. *Tordino*, teſte Pontano, fluv. Picenorum, in Aprutio, Interamnam urbem alluens, & ad Flavianum caſtrum in mare Hadriaticum exiens.

Batinus ſaltus, à Batia ſeu Bantia opp. inter Venuſiam & Acherontiam urbes (non Batina, ut in Theſ. Ling. Lat. legitur.) Memin. Horat. lib. 3. carm. ode 4.

Saltùſque Batinos, & arvum.

Batinae, opp. Meſopotamiae, apud Niſibim urb. amœnitate Tempis Theſſaliae comparandum.

Am. *Steph.* *Zoſim.* ¶ Batta, *Batta*, provincia mediterranea regni Congi, in Africa, cum oppido cognomine ad Barlam fluvium, teſte Petro Du Val.

Battarus, *Guattaro*, teſte Scalig. fluv. Corſicae.

¶ Batueci, populi Hiſpaniae, vulgo *los Batuecos* in regno Legionenſi, in montanis, inter Cauriam & Salamanticam; ſuntque reliquiae Gothorum popul. & inventi fuerunt ultimo ſeculo à Duce Albano, teſtibus Mariana & aliis.

Batulum opp. fuit Campaniae: cujus hodie nullum prorsùs exſtat veſtigium. Mem. illius Virg. lib. 7. Æn. *Sil.* *Virg.*

Quique Rufas, Batulumque tenent, atque arva Celennæ. *Plin.*

Batum, *Bato*, fluv. Brutiorum, cum oppidulo ejuſdem nominis, in ora Calabriae citer. poſt Blandam opp. in mare Tyrrhenum influens.

¶ Bavacum, *Bavay*, oppidum perantiquum Belgii, in Hannoniae Comitatu, quod aliter Bagacum dicitur ſeu Baganum, 3. leucis diſtat a Valencenis, & 4. a Montibus. Deficit in dies, & paucis nunc conſtat incolis, juxta *Hoſneau* amnem.

Bavaria, reg. Germ. à Boiis dicta Bojaria, olim Vindelicia. De qua lib. 4. itin.

Incipit adjunctos monſtrare Bavaria campos.

¶ Bavaria, regio Germaniae perampla & fertiliſſima, *Bayern* dicta incolis, *Baviere* Gallis, & *Baviera* Hiſpanis & Italis, Ducatus titulo clara. Habet a Septentrione Danubium, ab Oriente Auſtriam, a Meridie Comitatum Tirolenſem, & ab Occidente Sueviam. Ejus Dux eſt S. Imperii Elector a paucis annis, & ejus dominio etiam ſubeſt Palatinatus ſuperior, pace ad Monaſterium, primaria totius regionis, & ſedes Principis eſt Monachium, ad Iſaram.

¶ Urbes Bavarię præcipuæ:

Burchuſia, *Burchauſen*.	*Munchen*.
Friſinga, *Friſinghen*.	Novoburgum, *Neubourg*.
Ingolſtadium, *Ingolſtadt*.	Ratiſbona, *Regensburg*.
Landshutum, *Landshut*.	Straubingam, *Straubingium*
Monachus, Ducatus caput,	*hen*.

¶ Baudobriga, *Boppart*, oppidum Germanię, ad Rhenum, 10. mil. paſſibus a Confluentiis, in ditione Trevirenſi. Vide Bodobriga.

¶ Baujovium, *Beaujeu*, oppidum Gallię, in Lugdunenſi prov. caput regiunculæ ab eo dictæ Baujovienſis, *le Beaujolois*, a quibuſdam etiam Bellijocum dicitur. Ad rivum *Ardiere* ſedet, 8. leucis diſtans a Lugduno in Boream, & tribus ab Arari fluvio.

Bauli, *Bagola*, *Bauli*, teſte Ferdinando Loffredo, locus Campaniæ, inter Milenum urb. exciſam, & lacum Bajanum, à Puteoli paulò ſuprà 3. mill. paſſ. diſtans. Mem. Sil. lib. 12. *Plin.* *Svet.* *Tac.*

Nomina, & Herculèos videt ipſo in littore Baulos.

¶ Bavota, *Pacavita* Cluverio, oppidulum alias, nunc vicus Italiæ, in Salentinis, ad radices Apennini montis, 6. milliaribus diſtat a Gallipoli in ortum.

¶ Bauſcum, *Bausko*, ſeu *Bautske*, oppidulum Polonię, in Semigalia, ad fluvium Muſſam, ex Samogitia exeuntem, qua Suſſam fluviolum recipit. Occupatum fuit bis a Suecis hiſce ultimis temporibus, ſed poſtea redditum Duci Curlandiæ, 4. leucis diſtat a Mittavia in ortum. *Ant.*

Bautæ, *Bona*, teſte Siml. pag. Centronum Gall. in via inter Auguſtam Prætoriam & Veſuntionem occurrens.

¶ Bautæ aliis eſt pagus Allobrogum, 12. milliaribus à lacu Lemano, Tarantaſiam versùs, & vulgò *la Bonneville* dicitur, ad Arvam fluvium.

* Bautiſus, ſeu potiùs Bautes, ut in cod. Græco, *Quiam* teſte Mercat. fluv. maximus Sericae, Banthiſis à Marcellino dictus, (Βαύτιβος in manuſcr. Seld.) *Ptol.*

¶ Bayana, *Bayana*, urbecula Aſiae, in India, ſub imperio Magni Mogolis, versùs Agram in occaſum. *Ptol.*

Bazacata, *Baſſe*, ut Caſtal. conjecturat, inſ. maris Indici, Indiae extra Gangem adjacens. *Euſt.*

Bazanis, Byzana Procop. urbs Armeniae minoris, poſtea Leontopolis, & demum Juſtinianopolis in horum Imperatorum honorem dicta.

¶ Bearefordia, *Bearefoad*, oppidulum Groenlandiae, ſeu regionis viridis, ad Septentrionem Americae, cum Cœnobio ibi exſtructo à 300. & ampliùs annis, in ditione Regis Daniae. Nunc vix ejus ſuperſunt rudera, & totus hic tractus aegrè ab Europaeis frequentatur.

¶ Bearnia, *Bearn*, prov. Galliae. Vide Benearnia.

Beatia, vel Biatia, ſicut etiam Plin. & al. urbs Hiſp. Baet. olim epiſcop. ſub Archiep. Toletano, nunc Diœceſ. Gienenſis. Vide Biaria. *Ptol.*

Bebriacum, *la Bina*, opp. olim, nunc pag. Cenomanorum, ad Ollium fluv. inter Cremonam & Veronam, ſeu potiùs inter Cremonam 12. & Brixiam paulò ſuprà 20. mill. paſſ. Hic Vitellius ab Othone Imp. caeſus eſt, teſte Tac. lib. 18. annal. Mem. Juvenal. Bebriaci ſat. 2. *Corn.* *Tac.*

Bebriaci in campo ſpolium affectare palati.

¶ Bebriacum, ſeu Bedriacum, aliis eſt *Caneto*, oppidulum Ducatus Mantuani, ad Ollium fluvium, ubi recipit Cluſium; eſtque medium inter Cremonam & Mantuam, 20. milliaribus ab utraque, celebre pugna inter Othonem & Vitellium, mox alia inter Vitellium & Veſpaſianum.

Bebrycia, reg. Bithyniae, in qua Lampſacus urb. unde & Lampſacena dicta eſt. Pop. Bebryces Strab. & Plin. Hinc Bebricius nom. gent. Virg. lib. 5. Æn. *Apol.* *& al.*

-qui ſe

Bebricia veniens Amyci de gente ferebat.

¶ Beccum Helvini, *le Bec Helovin*, Abbatia Gallię ditiſſima, in Normanniae Ducatu, & Rothomagenſi Diœceſi, prope Riblam fluvium, & ſex leucis à Rothomago in occaſum, inter Ebroicum & Pontem Audomari.

Bechires, pop. Themiſcyrae, in Cappad. de quibus lib. 6. c. 4. Vide Calepin. & Theſ. Ling. Lat. *Plin.*

Bechuni, pop. Italiae, inter inſubres & Cenomanos: quorùm opp. Carraca, Anonium, Bretina. *Ptol.*

Beda, *Bitburg*, pag. Trevirenſium, à Treviris 4. leuc. in Bor. ferè. Dicitur & *Bedburg*. *Ant.*

¶ Beda, vulgò *Bidburg*, pagus eſt Belgii, in Ducatu Lucemburgico, prope confinia Trevirenſis ditionis. *Ptol.*

Bedacum, opp. Norici. Vide Badacum. *Ptol.*

Bedeſis, vel Beſedis, *Montone*, fluv. Æmiliae prope Forum Livii decurrens, mari apud Ravennam exceptus, ex Apennini mont. radicibus emiſſus. In Theſ. Ling. Lat. fluv. Sabinorum longiſſimè hinc diſtantium ſcribitur.

¶ Bedeſis fluvius, vulgò *Ronco*, ſeu etiam *Bedeſe*, oritur in agro Florentino. Fanum S. Sophiae & Meldolam rigat, & deinde infra Ravennam mari Adriatico miſcetur. Differt autem à Montone, altero fluvio Æmiliae.

¶ Bedfordia, *Bedfort*, urbs Angliae, in Comitatu cognomine, ad Uſam fluvium, 14. milliaribus Anglicis diſtat a Northantonia in ortum, & 18. à Cantabrigia in occaſum, & ab ea regio adjacens *Bedfordſhire* dicitur.

¶ Befortium, *Befort*, oppidum munitum Suntgoviae, in Alſa-

Alſatia, ſub dominio Regis Francorum, pace ad Monaſterium inita; fuitque olim Comitatus caput. Vix duabus leucis diſtat à Monte Belliardi in ortum, & 4. à Ferreta in occaſum, ad radices montium.

Belbina, *Blenda*, teſte Soph. inſ. Peloponneſi, ad ſinum Argolicum, è regione Anaphlyſtiorum, apud quos templum erat Panos & Veneris, teſte Strab. l. 9.

¶ Belbina oppidum fuit Peloponneſi, prope Eurotam fluvium, ſupra Spartam, in Laconia provincia. Sed quid nunc ſit, non bene conſtat. Belbina item, inſula, in Saronico ſinus de qua variae ſunt opiniones.

¶ Belegra, oppidum Italiae, in Piceno, Ptolemęo teſte, hodie fortè *Civitella*, oppidum munitum Aprutii ulterioris, ad Sabinelli amnis ripam, 6. milliaribus ab Aſculo in ortum.

¶ Beleguanza, *Beleguanze*, provincia Æthiopiæ ſuperioris, ſeu Abyſſiniç, in Africa, cum urbe cognomine, versùs Cubelam fluvium, inter montem Amaram & regnum Angotinum.

Beleja, Velia Ptol. *Veleja* Mor. opp. Cariſtorum, in Hiſp. Tarracon. inter Pompelonem & Viroveſcam occurrens. Mihi potiùs *Bolea*, opp. in Aragonio regno videtur, Velia Ptol. ab Oſca 3. leuc. in occ.

¶ Beleja, Brietio & aliis eſt *Trevino*, oppidum provinciae Alavae, in Caſtella, prope Zadorram amnem, 8. milliaribus ab Ibero fluvio, inter urbes Mirandam & Victoriam; longe autem diſtat à Bolea Aragoniae.

Beleridae inſ. Sardiniae, quarum una *Tauro*, altera *Vacca*, teſte Dalechampio, dicitur.

¶ Beleridae, ſeu Belerides, inſulae tres, hodie *le Sanguinare* dictae, in ora Occidentali Sardiniae, 25. milliaribus à Calari in ortum, teſtib. Sanſone, Brietio, & aliis.

¶ Beleſma, *Beleſme*, oppidum Franciae, in Belſia provincia & agro Perticenſi. Vix 4. leucis diſtat à Mortania in Septentrionem, & paulò ampliùs à Nogento Rotrodo in occaſum.

Belgae, pop. Gall. Belg. maximè qui versùs Oceanum incolunt: quos Caeſ. fortiſſimos Gallorum vocat. Horum reg. Belgium nominatur, vulgò *Paeſi baſſi* apud Italos. Belga etiam dicitur num. ſing. Luc. lib. 1.

Et docilis rector roſtrati Belga covini.

Hinc Belgicus nom. gent. Prop. l. 2. eleg. 14.

Turpis Romano Belgicus ore color.

Belgae etiam pop. ſunt Albionis, in Anglia ad occ. quorum reg. *Somerſethire*, *Uviltshire*, & *Hampshire*, teſte G. Camd. appellatur, ubi Venta Belgarum urbs.

Belgae, poſtea Wellae, *Welles*, urbs Albionis, ultra Bathoniam urb. ad 24. mill. paſſ. in occ. quarum urbium epiſcopatus copulati ſunt ſub Archiep. Cantuarienſi.

¶ Belgae ſeu Wellae urbecula eſt Comitatus Somerſetienſis, quae aliter Fontanenſis, & olim Theodorodunum dicta fuit, à fontibus qui paſſim in ipſa ſcaturiunt. Vide ibi.

¶ Belgartia, *Belgart*, oppidum Germaniae, in Ducatu Pomeraniae & regione Caſſubia, ad amnem *Perſante*. Duabus leucis diſtat ab ora maris Baltici, & tribus a Colberga; eſtque juris Brandeburgici.

¶ Belgianum, *deſert de Belgian*, deſertum Aſiae, in Tartaria vera, versùs confinia Catajae,cum regione cognomine.

Belgica, *Bullingen*, teſte Siml. pag. Germ. infer. inter Treviros & Col. Agrippinam, à qua 26. mill. paſſ. abeſt. Belgica etiam quarta pars Galliae. Vide Gallia.

¶ Belgica, pagus Germaniae inferioris, nunc, teſte Philippo Cluverio, eſt *Balchuſen*, 10. mill. ab oppido *Duren*.

¶ Belgica, *le fort Belgique*, arx Aſiae, in inſula Nera, una ex Bandis inſ. quae ſub Moluccis continentur. Subeſt dominio Hollandorum, & ab ipſis extructa & ſic dicta fuit. Vide Arx Belgica.

Belgida, oppidulum Hiſp. quod Ortel. in regno Valentiae locat, *Belgida* etiam vulgò dictum; ſed nec in eo tractu, neque alibi opp. hujus nominis. Alii pro Belgida Segeda legendum putant.

¶ Belgioſum, *Belgiojaſa* Italis, *Beljojeuſe* Gallis, vicus Italiae, in Ducatu Mediolanenſi & agro Papienſi, cum caſtro Comitum Barbianorum, 5. milliaribus diſtat à Papia in ortum.

Belgis, pleriſque opp. Hannoniae, quod *Bavay* dicitur, eſſe videtur; Ortel. teſte, *Veltſick* pag. eſt.

Belgium, aliis, ut Glareano & Vigenereo, eſt *Bavay*, opp. Hannoniae; alii, ut Cognato & Guiciardino, eſt *Beauvais*, urbs Picardiae; al. quod magis probo, eſt reg. Gall. Belgicae Borealis: ſiquidem Caeſ. lib. 5. de bello Gall. ſub Belgio plures civitates comprehendit, in quibus legiones hyemabant. In Belgio, quod Regi Hiſpano ſubeſt, tres Metropoles ſunt a Philippo II. erectae. Cameracenſ. Machlinienſ. & Trajectenſ.

¶ Belgium pars eſt antiquae Galliae Belgicę, quae mari Oceano vicinior eſt, & versùs Septentrionem porrecta. Dicitur etiam Germania inferior ab aliquot ſeculis, tum quia tota regio humilior versùs Oceanum, ubi confuſi ſunt admodum Galliae Germaniaeque limites; tum etiam quia harum gentiun ſermo ab aliis Germanis non multùm differt. Nunc arctioribus quam antea reſtringitur limitibus, habens a Septentrione Oceanum, ab Occidente & a Meridie Franciam, ab Oriente autem Germaniam propriam. Totum Belgium ab incolis *Nederlandt*, a Gallis *le Pais bas*, & ab Italis *Paeſi baſſi* vulgò dicitur; complectiturque ſeptemdecim provincias, quae ſunt:

	(*Brabantiæ*, Brabant.
Quatuor	(*Limburgi*, Limbourg.
Ducatus	(*Luxemburgi*, Luxembourg.
	(*Gueldriæ*, Gueldres.
	(*Flandriæ*, Flandres.
	(*Arteſiæ*, Artois.
	(*Hannoniæ*, Hainaut.
Septem	(*Hollandiæ*, Hollande.
Comitatus	(*Zelandiæ*, Zelande,
	(*Namurci*, Namur.
	(*Zutphaniæ*, Zutphen.
Marchionatus S. Imperii, ubi Antuerpia, Anvers.	
	(*Friſiæ Occidentalis*, Vveſt Friſe.
Quinque	(*Mechliniæ*, Malines.
Dominia	(*Ultrajecti*, Utrecht.
	(*Tranſiſalaniæ*, Ovveriſſel.
	(*Groningæ*, Groningue.

Hae omnes Belgii provinciae alias Regi Hiſpaniae paruerunt, eique ſubſunt etiamnum meridionaliores. Sed quae ſunt versùs Septentrionem ab Hiſpanis defecerunt ſub Philippo II. anno 1581. fœduſque inter ſe injerunt, quod Fœderato Belgio nomen dedit. Hinc orta diviſio Belgii in Belgium Hiſpanum, quod perſaepe ab exteris *la Flandre* dicitur, & in Belgium Hollandicum, ſeu Fœderatum & Provinciarum unitarum, quod etiam ab aliis *les Eſtats de Hollande* dicitur: ſub quo ſunt Hollandia, Zelandia, Gueldria pro majori parte, Zutphania, Tranſiſalania, Friſia occidentalis, Dominia Ultrajecti & Groningae, & partes Septentrionales Flandriae, & Brabantiae, & Limburgi. Reliquae Hiſpano parent, exceptis Arteſia ferè tota, & partibus maximis Frandriae, Hannoniae, & Luxemburgi, quae Francorum agnoſcunt imperium.

Urbes Belgii & Germaniæ inferioris, majoribus aſteriſmo indicatis.

Aldenardum, Flandriae, *Oudenarde*.

* Amſterodamum, Hollandiae. *Amſterdam*.

Ariſcotum, Brabantiae, *Arſcot*.

* Atrebates. Vide Origiacum, *Arras*.

* Audomarum, Arteſiae, *S. Omer*.

Auguſta Eburonum. Vide Leodium.

* Antuerpia, & Andoverpum, Brabantiae, *Anvers*.

* Aquaegrani, & Aquiſgranum, Juliacenſis Ducat. *Aix la Chapelle*.

Arenacum, Geldriae, *Arnheim*.

Baſtonia, & Baſtonacum, Lucemburg. Ducat. *Baſtogne*.

Bonna Colonienſis epiſcopatus, *Bonne*.

* Boſcum Ducis. Vide Sylva Ducis, *Bois le Duc*.

* Brugae, Flandriae, *Bruges*.

* Bruxellae, Brabantiae, *Bruxelles*.

* Cameracum, Hannoniae, *Cambray*.

Campi, Tranſiſalaniæ, *Campen*.

Clivia, & Clivenſis arx, Ducatus cognominis, *Cleves*.

* Colonia Agrippina, Archiepiſcopatus cognominis, *Cologne*.

Corteriacum, Flandriæ, *Courtray*.

* Daventria, & Davontria, Tranſiſalaniæ, *Deventer*.

Delphi, Holandiæ, *Delft*.

Docum, Friſiæ occidentalis, *Dockum*.

* Dordracum, Hollandiæ, *Dordrecht*.

* Duacum, Flandriæ, *Dovay*.

Duſſeldorpium, Comitatus Bergenſis, *Duſſeldorp*.

Embrica, Clivenſis Ducatus, *Emmerik*.

Excluſa, Flandriæ, *l'Eſcluſe*.

Flevo, & Flevum, Friſiae occidental.

* Gandavum, Ganda ante, & olim Clarinea, Flandriae. *Gand*.

Geldria, Ducatus cognominis,

minis, *Gueldres.*
* Groninga, & Gruninga, olim Philaeum, provinciae cognom. *Groningue.*
Haga, Hollandi, *la Haye.*
* Harlemum, Hollandiae, *Harlem.*
Herculis Caſtra, Geldriae, *Erkelens.*
Hujonum, & Huum, Leodienſis epiſcopat. *Huy.*
Hyprae Flandriae, *Ipres.*
* Inſula Flandriae *l'Isle.*
Juliacum, Ducatus cognominis, *Juliers.*
* Legia, & Leodium, epiſcopat. cognominis, *Liege.*
* Levardia, conventus jurid. Friſiae occident. *Levvarden.*
* Lovanium, olim Grudii, Brabantiae, *Louvain.*
* Lucemburgum, Latinè Aliſuntiopolis, Ducatus cognominis, *Luxembourg.*
* Lugdunum Batavorum, Hollandiae, *Leyden.*
Lymburgum, quaſi Lymeburgum, Ducatus cognomin. *Limbourg.*
* Machlinia, Brabantiae, *Malines.*
Marcodurum, Ducatus Juliacenſis, *Duren.*
* Metelburgum, Zelandiae, *Midelbourg.*
* Montes, Hannoniae, *Mons.*
* Namurcum, Comitatus cognominis, *Namur.*
* Navalia, Suolis nunc putatur, Tranſiſalaniae, *Zuvol.*
* Noviomagus, Geldriae, *Nimegue.*
Neuſium, Coenienſ. epiſcopatus, *Neus.*
Orchianum, Flandriæ, *Orchies.*
* Origiacum, quæ & Atrebates, Arteſiæ.
Orolaunum, Lucemburgi Ducat. *Arlon.*
Pons Scaldis, poſtea Valentianæ & Valencenæ. Vide ibi.
Roterodamum, Hollandiae *Roterdam.*
Ruremunda, Geldriae, *Ruremonde.*
Stauria, antea Sturii, Friſiae occidental. *Staveren.*
Suolis. Vide Navalia. *Zuvol.*
Teutoburgium, Cliviae. *Duyſbourg.*
* Sylva Ducis, Brabantiae, *Bois le Duc.*
Theodonis villa, Lucemburg. Duc. *Thionville.*
* Tornacum, Flandriae, *Tournay.*
* Trajectum ſuperius, Brabantiae, *Maeſtricht.*
* Trajectum inferius, quod & Ultrajectum, Utriceſium, olim Antonina, Ultrajectinae provinciae *Utrecht.*
Trudonium; Brabantiae, *S. Truyen.*
Vendoa, Geldriae, *Venlo.*
Vada, Geldriae.
Valentianae, & Valencenae, quaſi Vallis cygnea, Honnoniae. *Valenciennes.*
* Veſalia, Cliviae, *Veſel.*
Veteres Marſi, Tranſiſalaniae, *Otmarſen.*
Veteres Salii, Tranſiſalaniae, *Oldenſel.*
Xunthus, poſtea Santae, Cliviae, *Santen.*
* Zutphenum, Comitatus cognominis, *Zutphen.*

Ex his urbibus notabis Aquiſgranum, Bonnam, Cliviam, Coloniam Agrippinam, Duſeldorpium, Herculis Caſtra, Hujonum, Juliacum, Leodium, Marcodurum, Nueſium, Teutoburgium, & Xantum urbes eſſe Germaniae propriae, non autem Belgii, & Embricam & Veſaliam tantum Batavis oppigneratas.

¶ Belgium Novum, *Nievv Nederlandt* Batavis, *Nouveau Pais bas* Gallis, pars Americae ſeptentrionalis, inter Virginiam & Novam Angliam, ſub dominio Hollandorum. Vide Novum Belgium.

¶ Belgradum, *Belgrade*, urbs Hungariae, in Raſcia regione, antea Taurunum dicta, & quibuſdam Alba Graeca, Germanis *Griechiſch Weiſſemburg*, ad ripam Danubii, ubi recipit Savum, in colle; eſtque permunita. Eam Turcarum Imperator Solimanus anno 1521 deditione obtinuit; ibique novus epiſcopatus erectus eſt à paucis annis. Belgrado iter eſt 26. dierum Conſtantinopolim; & à Vienna diſtat 102. leucis Germanicis.

¶ Belia, opp. Hiſpaniae Tarraconenſis, nunc *Belchite*, in Aragoniae regno, in eo tractu ubi alias Edetani populi; & antea Segeda dicta fuerat; Sanſone teſte. Hinc Beli, ſeu Belli, & forſan Bellitani. Vide Belli.

Ant. Belica, ſive Bellica, ut al. cod. habent, *Belay*, urbs epiſc. Allobrogum ſub Archiep. Veſuntino, in Sabaudia, ad Rhodanum fluv. inter Lugdunum & Genevam 12. leuc.

¶ Bellica, urbs Galliae, eſt in Breſſia provincia, & in Beugea tractu, quae alias ſub Duce Sabaudiae, nunc autem Francici juris eſt ab anno 1600. ſub Rege Henrico IV. Non longè diſtat à Rhodano fluvio.

¶ Belingenſe caſtrum, *Belingen*, caſtrum Bononienſis agri, in Picardia provincia Galliæ, inter Ardram & Guinam, in paludibus.

Belion, *Lima*, fluv. Hiſp. Vide Limæa. Strab.

Beliſama, *Ribel*, teſte Camd. æſtuarium Albionis, in Ptol.
ora Angliæ occidua, apud Preſtonum opp. in Com. Lancaſtrenſi.

Beliſenſis Eccleſia. Vide Belica. Nam Belicenſ. Eccleſia legendum eſt. Lib. Conc. P. D

Belitio, al. Berinſona, *Belinzona*, opp. Inſubriæ, ad Ticinum fluv. præterfluentem haud procul ab oſtio illius in Verbanum lacum, ſub Helvetiis, gemina arce præmunitum, à Lucano opp. 12. mill. paſſ. Adulam mont. verſùs.

¶ Belitio, quę aliter Bilitionum, caput eſt præfecturę cognominis; & ejus cives ſe Helvetiis dederunt anno 1422. A Germanis *Bellentz* dicitur; & 6. milliaribus diſtat à lacu Verbano in Boream.

Belitrae, urb. Latii. Vide Velitrae.

Belius, flumen parvum Palaeſtinae ex mont. Carmelo Joſeph.
apud Ptolemaidem fluens. Vide Belus.

¶ Bellacum, *Bellac*, urbs Galliae, in provincia Marchiae, ad fluv. Uniconium, 2. leucis ab Oratorio diſtat in meridiem, & 7. à Lemovico in Boream.

Belli, pop. Hiſp. in Celtiberis, quorum opp. Segeda eſt, teſte Ortel. Bellitani à Plin. dici videntur. Iis pro- App.
ximi erant Titthi & Arevacae. Alex.

¶ Bellicaſtrum, *Belcaſtro*, urbs Italiae, in regno Neapolitano & Calabria ulteriori, non longe ab ora littorali ſinus Scillacei. Vide Chonia.

¶ Bellicum, *Bellay*, urbs Galliae, in Baugeſia regione, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Biſuntino; eſtque parva, in colle, 2. mill. paſſ. à Rhodano fluvio, 5. leucis à Cameriaco in Septentrionem, 6. autem ab Annecio in occaſum; eſtque juris Francici ab anno 1600. cùm antea ditionis eſſet Sabaudicae cum toto tractu. Vide Belica.

¶ Bellinguoldium, *Bellinghvvolſter Schans*, fortalitium Belgii, in dominio Groningenſi, medium ferme inter Dullarti ſinum & Burtangam, in limite Friſiae orientalis, ſub Batavis.

¶ Belliola, *Belle* Belgis, *Bailleul* Gallis, oppidulum Belgii, in Comitatu Flandriae, 3. leucis ab Hipra, & inter Armentarias & Caſtellum.

¶ Belliſama, aeſtuarium Angliae. Vide Beliſama.

Bello. Vide Belo.

Bellocaſſes, pop. & urbs Gall. Vide Velocaſſes. Mel.

¶ Bellocaſtrum, *Belcaſtro*, urbs Italiae, in Calabria. Vide Chonia.

¶ Bellogardia, *Bellegarde*, urbecula Galliae, in Ducatu Burgundiae, ad Ararim fluvium. Dicitur aliter *Scure*; eratque aliàs minuta. Diſtat 5. leucis à Cabillone in Boream, Ciſtercium verſùs, & prope confinia Comitatus Burgundiæ.

¶ Bellomariſcus, *Beaumariſh*, oppidum Angliae, in Walliæ Principatu, in Mona inſula, cum portu ad fretum *Menay*, è regione Arvoniae Comitatus, 3. milliaribus diſtat a Bangoria in Septentrionem, & 8. ab Arvonia in ortum.

¶ Bellomontium, *Beaumont ſur Oyſe*, oppidum Franciæ, ad Oeſiam fluvium, in provincia Inſulae Franciae, 8. leuc. diſtat a Lutetia Bellovacos verſùs.

¶ Bellomontium Rogerii, *Beaumont le Roger*, oppidum Franciæ, in Normanniæ Ducatu, ad Rillam fluvium, 4. leucis diſtat ab Ebroico in ortum; eſtque in colle ſitum.

¶ Bellomontium, *Belmonte*, oppidulum Italiae, in regno Neapolitano & Calabria citeriori, prope oram maris Tirrheni, & 3. milliaribus ab Amantia in Boream.

¶ Bellomontium in Argonna, *Beaumont en Argonne*, oppidulum Galliae, ſic dictum ab ea regiuncula, ad differentiam aliorum. Eſt in Campania provincia, una leuca diſtans a Moſomio, uti a Stenaeo oppido. Malè habitum fuit hiſce ultimis temporibus.

¶ Bellomontium, *Beaumont*, oppidum Franciae, in Normanniae Ducatu & Conſtantienſi agro, prope oram littoralem, & ex adverſo Angliae, 3. leucis diſtat à Caroburgo in occaſum.

¶ Bellomontium, *Beaumont*, oppidum Belgii, in Hannonia, Comitatus titulo clarum, in confinio Leodienſis ditionis, 7. leucis diſtat a Montibus in Eurum, & 4. a Chimaeo in Boream, non longè a Sabi fluvio.

¶ Bellomontium, *Beaumont* cognomento *le Vicomte*, urbecula Franciæ, in Cenomanenſi provincia, Ducatus titulo inſignita, ad fluvium Sartam, media ferè inter Alenconium & Cenomanum.

Bello-

Bellonoti, pop. Sarmatiae Europ. quorum mem. Sidon. in panegyric. Avito.

Chunus, Bellonotus, Neurus, Baſterna, Toringus.

¶ Belloquadra, *Beaucaire*, urbecula Galliae, in Occitania inferiori, ad Rhodanum ſita, è regione Taraſconis. Nundinis ſuis celebratur, 4. leucis diſtat ab Avenione in meridiem, & tribus ab Arelate in Septentr. Ugernum aliàs dicta fuit.

Bellovaci, (non Bellovacum, ut habet Theſ. Ling. Lat.) *Beauvais* pop. & *Beauvais* urbs Gall. Belg. in Picardia, inter Pariſios 16. & Ambianos 14. leuc. quorum reg. *Beauvoiſis*, epiſc. ſub Archiep. Rhemenſ. cujus Epiſcopus Comes eſt, & unus ex 12. regni Gallici Proceribus. De popul. multa apud Caeſ. Hos mem. Act. Sincerus ecloga 3.

Bellovicos, Morinoſque, & (quos quis dicere poſſit?)
Tarbellos.

¶ Bellovaci populi ſunt Galliae, quorum urbs Bellovacum, *Beauvais*, ſedet ad Tharam amnem, in provincia Inſulae Franciae, non autem in Picardia. Regio circumjacens, quae ſatis extenſa, dicitur vulgò *le Beauvaiſis*; & Epiſcopus eſt unus ex 12. Franciae Paribus, non autem ex Proceribus. Civitas ipſa alias dicta fuit Caeſaromagus; eſtque ampla & probè munita.

¶ Bellunum, *Belluno*. Vide Belunum.

Belna, *Beaulne*, opp. Gall. Celt. in Burgundiae, Duc. praeclarum, apud Araris ripam, inter Cabillonum ad meridiem 7. & Divionem in arctos 9. leucis apud Bibracte.

¶ Belna 4. leucis ab Arari fluvio diſtat, 5. a Cabillone, & 8. a Divione.

Belo, Baelo Ptol. Bello Melae, *Tariffa* Gerundenſi, *Brabate* Gluſio, opp. Hiſp. Baet. in ora Vandalitiae, quod adhuc nomen retinet, (*Belona* enim dicitur) exciſum, apud Brabantem fluv. inter Calpen urb. ad merid. 5. & Conilium opp. 3. apud Tariffam, à Tingi urbe Mauritan. 30. mill. paſſ. Belo item fluv. ejus orae variè indigitatur, *Trafalgar* Iunio, al. *Rio Vernator*: ſed eſt *Rio Barbate*, juxta Belonem opp. fluens.

¶ Belo quibuſdam eſt *Tariffa*, ſeu *Beger*, aliis autem, & forſan meliùs, eſt *Belona*, vicus cum portu in Andaluſia, inter *Tariffa* & *Barbate*, prope fretum Herculeum.

Belſia, *Beaulſe* vel *Beauſe*, reg. Gall. Celt. latè patens inter Pariſios ad ort. & Britanniam minorem ad occ. ac inter Ligerim fluv. ad merid. & fines Normanniae ad Bor. quanquam ultra Ligerim etiam extenditur: in qua urbes, & pop. Carnutes, Aureliani, & Cenomani.

¶ Belſia provincia nunc anguſtioribus reſtringitur limitibus; & continet tantùm agrum Carnotenſem, cum parte Aurelianenſis agri cis Ligerim et aliquot aliis regiunculis. Ejus praecipue urbes Carnutum ad Eburam, Aurelianum, Stampa, Caſtrodunum, & aliae. Ejus veri periere limites. Regio eſt ſiccior, ſed tamen abundans, et probè culta.

Belſinum, Balſio Anton. *Borja*, urbs Hiſp. Tarracon. in Celtiberis, & regno Aragonio, inter Caeſarauguſtam 10. & Turiaſonem ad occ. 5. leuc. *Beljoco* pag. proximus videtur Henr. Coquo, ita ut *Borja* novum Belſinum, non vetus ſit.

Belſonancum *Baſtonach* Germ. *Baſtoigne* Gall. oppid. ſive urbs Germ. infer. in medio Duc. Lucemburgenſ. emporium illius, à Lucemburgo 8. leuc. in Bor. Baſtonia a recentibus.

Belunum, (non Bellunium, ut in Theſ. Ling. Latin.) *Cividal di Belluno*, urbs Venetiae epiſc. ſub Patriarc. Aquilejenſi, in Marchia Tarviſina, intra montes Tauriſanos, ad Anaſſum fluv. à Feltria 15. mill. paſſ. in ort. à Tarviſio 40. Ceneta in medio.

Belus, fluv. Palaeſtinae, apud Ptolemaidem 2. ſtad. fluens, apud quem vitrum primò inventum, teſte Plin.

¶ Belza, *Belz*, urbs Poloniae regni, in Ruſſia nigra, 5. leucis Polonicis diſtat a fluv. *Bug*; eſtque tota ferè lignea inter Leopolim et Zamoſciam.

¶ Bemarina, *Bemarin*, prov. Americae Septentrionalis, in Florida regione, et ſub dominio Regis Apalatii, in eo tractu ubi urbs *Melilot*, regni caput.

Bembinadia, parva reg. Arcadiae, quae et Nemaea, ubi Bembina vicus; unde Bembinatis bellua apud Plaut. in Mil. et apud alios Poetas, idem quod leo Nemaeus ab Hercula interfectus.

Bene, *Bene*, oppidum Italiae, in Pedemontio, alias munitum, prope Tanarum fluv. 5. milliaribus a Claraſco versùs montem Regalem.

¶ Bena, *Bena*, regnum Africæ, cum oppido cognomine in Nigritarum regione, prope fluvium Guinalam versùs Guineam & regnum Meli, Petro du Val teſte. Ab aliis Beria dicitur.

Benacum, *Tuſculano*, opp. exciſum, apud Tuſculanum pag. in ora orientali lacus Benaci. Pop. Benacenſes apud Vopiſcum. *Mel.*

¶ Benacum, vulgo *Toſcolano*, vicus eſt agri Brixiani, in ora occidentali Benaci lacus, inter Salodium & Garnianum.

Benacus, Bænacus Ptol. Lacus Lydius Catullo, *Lago di Garda*, *Gardſee* Germ. lacus Venetiae, in finibus Cenomanorum, ac in Marchia Tarviſina, inter Brixiam ad occid. & Veronam ad ort. à qua 12. mill. paſſ. abeſt, longus inter Piſcariam arcem ad meridiem & Ripam oppid. Boream ad 40. mill. paſſ. latus ubi plurimum ad 6. licèt Strabo long. 500. faciat, latit. 30. Ex eo Mincius fluv. effuſus, Mantuam in auſtrum defertur. Anguillis abundat. Hic carpio piſcis nobilis tantùm reperitur, & anguillæ plurimæ capiuntur. Mem. Benaci præter Virg. lib. 2. Georg. Claud. in epithalamio Palladii & Celerinæ: *Strab. Plin. Sext. Aur. & al.*

Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto.

¶ Benacus lacus extenditur ad 30. milliaria tantùm in long. & nomen habet hodie ab oppido Garda ei adjacente in Veronenſi agro.

¶ Benavarium, *Benavari*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Aragoniæ, in limite Catalauniæ, 6. leucis diſtat a Barbaſtro in ortum; eſtque in Comitatu Ripagorciae.

Benda urbs eſt Macedoniæ epiſcop. ſub Archiepiſcop. Dyrrachino, in ora occidua, in Albania regione. *Curop.*

¶ Benda, vulgò *Benda*, etiamnum dicitur tractus adjacens antiquae urbi, quae nunc in ruinis jacet, ſub dominio Turcarum, in Albania.

¶ Bendarmaſſina, *Bendarmaſſen*, urbs Aſiæ, in parte Auſtrali inſulae Bornei, in mari Indico, ad oſtia fluvii Saccadani.

¶ Benefeldia, *Benfeld*, urbs Germaniae, in Alſatia, alias probe munita; ſed ejus munitiones disjectæ ſunt. Subeſt dominio civitatis Argentinae, à qua diſtat tribus leucis in auſtrum, ad Hellelum fluvium. Dicitur etiam Benofeldia.

Beneharnum, Benarna Turonenſ. Hortenſis hodie, teſte Scalig. *Orthes*, oppid. Aquitaniae, in Bearnia reg. apud Hiſpaniæ fines, quæ reg. *Bierne* vel *Bearn* dicitur, titulo Principatus inſignis, in qua urbes epiſcopales ſub Archiep. Auſcenſi 2. Laſcura & Elorona. Palum verò regionis conventus eſt. Horteſium verò abeſt à Laſcura 2. leuc. à Palo 4. Bajonam versùs. *Ant.*

¶ Beneharnum quibuſdam eſt *Leſcar*, ad Gabarum fluv. & inde nomen ſumpſit Beneharnia provincia Galliæ in Aquitania, vulgò *Bearn* dicta, ad radices Pirenaeorum montium; eſtque regio fertilis & rigua, quae accrevit regno Franciae ſub Henrico quarto.

Beneventum, priùs, teſte Plin. Maleventum, Venebentus quoque Ptol. *Benevento*, urbs archiep. & colon. Hirpinorum, in regno Neapolit. ad Calorem & Sabbatum flum. ad Pontif. Max. cui ab Imper. pro Bamberga urbe Germ. in Franconia donata eſt, ſpectans, à Diomede unà cum Arpis in Apulia condita. Concordia colonia apud Frontinum. Abeſt à Capua 28. mill. paſſ. à Neapoli 32. à Salerno 34. Ejus mem. Hor. ſat. 5. lib. 1. *Polyb. Strab. Plin. & al.*

Tendimur hinc recta Beneventum: *ubi ſedulus hoſpes.*

¶ Beneventum, *Benavente*, oppidum Hiſpaniae in regno Legionenſi, cum arce, inſigne titulo Comitatus Pimentellorum, forſan alias Vallata dictum; eſtque medium inter Senticam & Legionem, ad Eſtolam flu.

¶ Bengala, *Bengala*, urbs Aſiae, cum regno cognomine, in India extra Gangem, ſub imperio Magni Mogolis à multis annis. Sita eſt ad oſtia Coſmini fluvii, non longè ab oſtiis Gangis; eſtque urbs ampla & emporium percelebre ab Europaeis frequentatum, unde ab ea Sinus Gangeticus nunc dicitur Sinus Bengalae, *le Golfe de Bengala*. Regnum autem Bengalæ in tres partes dividitur, nempe in *Prurop*, quae cis Gangem, *Patan*, quæ trans Gangem, & *Bengala*, quae versùs oram littoralem. Regni urbes aliae praecipuae ſunt Halabaſſa, Gourum, Chatiganum, Ougela, Patana, Banara, & Tanda; eſtque regnum amplum & valde extenſum.

¶ Benguela, *Benguela*, regio Africae, in Æthiopia inferiori, & regno Angolae, in ora Oceani, cum urbe & portu cognomine, in ditione Hollandorum à paucis annis.

¶ Be-

¶ Benibeſſera, *Benibeſſera*, regio Africae ; in Segelmeſſa parte Libyæ citerioris, versùs montem Atlantem & confinia regni Telenſini, teſtibus Lud. Marmollo, Sanuto, & aliis.

¶ Benigomia, regio Africæ, in Segelmeſſa regione Libyæ citerioris, juxta Ghirum fluvium. Hinc Benegomates populi, Lud. Marmolio teſte.

¶ Beniguazevalus, *Beniguazeval*, mons Africae, in regno Fezzæ & in provincia Errifis, versùs fontes Guargæ fluvii, longè ab ora maris Mediterranei. In eo ſunt aliquot oppida cum plurimis pagis. Ibi etiam mons ignivomus, teſte Marmolio.

¶ Beninum, *Benin*, urbs celebris Africae, in Guinea regione, regni cognominis caput, juxta fluvium etiam *Benin* dictum. De ea plurima narrant qui has oras perluſtrarunt. Regnum autem Beninum eſt valde extenſum, præſertim versùs oram.

Ptol. Benlauni, pop. Vindeliciae, quorum opp. *Wailheim* eſſe videtur Ort. ſeu *Weilhaim*, in Bavaria, à Monachio 7. leuc. apud Scongam opp. Sueviae 2. diſtans. Alterum hujus nominis opp. eſt in Nariſcis, inter Ingolſtadium & Pappenhemium 3. leuc.

Ant. Bennaventa, in aliis Bennavenna, *Northampton*, teſte G. Camd. urbs Britanniae, in Anglia, inter Londinum & Eboracum in Bor. à Londino 73. mill. paſſ. Sed apud Lelandum eſt pag. in eod. tractu *Northeavondune*. ¶ * Camdeno potiùs eſt *Wedon*, à Northamptona ad 6. vel 8. mill. paſſ. diſtans.

¶ Bennaventa, oppid. Catieuchlanorum, nunc eſt Wedon, vicus Northantoniæ Comitatus.

Scrip. Ger. Bennopolis, *Hildesheim*, urbs Germ. in Saxonia, & Duc. Brunſvicenſi, epiſc. ſub Archiep. Moguntino, à Brunſvico 6. leuc. in Africum. Quæ etiam Latine Hildeſia, & Hildeſium dicitur. Nomen habet à D. Bennone illius Epiſcopo.

¶ Bennopolis ſubeſt dominio Epiſcopi, qui ſolus Catholicus in tota Saxonia. Vide Hildeſia.

¶ Benthima, ſeu etiam Benthemum, *Benthem*, oppidulum Germaniae, in Weſtphalia, Comitatus Benthimenſis caput. In colle ſedet, prope Aam amnem, inter Epiſcopatum Monaſterienſem & Tranſiſalaniam provinciam Belgii. 2. leucis diſtat ab Oldeſalia in ortum.

¶ Bentitiana *Ventotiene*, inſula parva Italiæ & regni Neapolitani, in mari Tirrheno, e regione Campaniae felicis, 9. milliaribus diſtat ab Iſchia inſula in occaſum, & 18. a Gaeta in meridiem; eſtque deſerta.

¶ Bentivolium, *Bentivoglio*, caſtrum Italiae, in agro Bononienſi, Ferrariam versùs, alias pulcherrimum, nunc ferè dirutum. Hinc nobilis familia originem trahit.

Ptol. Bepyrrus, mons Aſiæ. Sic Taurus mons appellatur in India extra Gangem, apud Damaſos montes, ex quibus duo flumina Daonas & Dorias effluunt, & in ſinum magnum excurrunt.

Bequia, *l'Isle de Bekia*, inſula Americae ſeptentrionalis, & una ex Antillis, à Caribis tantùm habitata, propter inopiam aquarum; eſtque circuitus 12. leucarum, portum habens ſecuriſſimum, 7. leucis tantum diſtat à Sancti Vincentii inſ. in auſtrum, 15. autem à Granata inſ. in Boream.

Lib. Prov. Beranenſium urbs, *Bierne*, teſte Cœnali, urbs in Aquitania. Sed *Bierne* nomen regionis eſt, non urbis. Vide Beneharmum.

¶ Berauna, *Beraun* Bohemis, *Bern* Germanis, urbecula Germaniæ, in Bohemiae regno, ad fluvium Miſam. Tribus leucis diſtat à Praga in occaſum, & à quibuſdam Verona dicitur.

Ptol. Berbis, *Barbovvyna*, teſte Laz. opp. Pannoniae infer. in Hungaria.

¶ Berbis nunc *Berzenche* dicitur, & 2. milliaribus diſtat à Dravo fluvio in ditione Turcarum.

¶ Bercheria, *Barckshire*, provincia, ſeu Comitatus Angliae, juxta Tameſim fluvium, & inter Oxfordiam & Viltoniam provinc. Ibi aliàs pars Atrebatum populorum.

Plin. Bercorcates, pop. Aquitaniae, quorum opp. ſive pag. hodie *Beaulieu* nonnullis dici videtur.

¶ Bercorcates, qui Bercorates Sanſoni, fuere Vaſatum populorum pars, ubi forſan nunc *Baulac* oppidulum in eo tractu.

¶ Berdua, *Berdoa*, regio & deſertum Africae, cum urbe cognomine, in Libya deſerta, & inter Gaogam & Lemptam regiones.

Plin. Plut. Berecynthius, mons Aſiae, in Phrygiæ magnę et Cariæ confin. apud Marſyam fluv. & Celaenum mont. haud valde ab Apamia urbs diſtans: apud quem Cybele mater Deorum colebatur, ab eo Berecynthia dicta. Virg. lib. 9. Æn.

Ipſa Deum fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Jovem.

Scribitur etiam Bereacynthus, ac Berecyntus ſine adſpiratione. Berecynthius tractus, monti vicinus, multa buxo abundans, teſte Plinio lib. 16. c. 16.

*Berenice, Heſperia Melae, *Bernich*, teſte Marm. urbs Cyrenaicę marit. archiep. una ex quinque urbibus Pentapolitanæ reg. inter Boreum promont. ad Syrtim magnam, & Arſinoen urbem ad ortum, à qua 47. mill. paſſ. recedit. Nomen habet à Berenice Regina, quæ Ptolemęo III. Regi nupſit, teſte Sol. Hinc Berenicis patronym. Luc. lib. 9. Plin. Strab. Ptol. & al.

Separat ardentem tepida Berenicida Lepti.

Hic erant Heſperidum horti adeo celebres apud veteres, & lucus ſacer. ¶ * Selden. manuſcr. Ptol. habet Βερονίκη.

Berenice altera, Berenice Arriano, *Choſair* Zieglero, ſeu *Alchaſir* Nigro, al. *Celir*, urbs Ægypti, ad ſinum Arabicum, in Æthiop. confin. Utraque à Ptolemæo Rege condita, ac de uxoris nomine dicta. Hæc à Ptolemaide ferarum, urbe Æthiopię ad eundem ſinum 602. mill. paſſ. in occid. recens. Plin. Ptol.

Beretra, *Celino*, teſte Nig. oppid. Prægutiorum, in Aprutio, inter Atriam urb. & Montorium, ab Atria 4. mill. paſſ. Aliis videtur eſſe ipſum Montorium, opp. ejuſdem tractus non obſcurum, apud Vomanum fluv. ab Interamna urb. 7. mill. paſſ. ab Atria 12. in occid. ſeu in Africum. Ptol.

¶ Beretra, quæ aliis Belegra, nunc eſt *Civitella*, oppidum Aprutii ulterioris, ad Sabinellum amnem, 12. milliar. ab Atria. Vide Belegra.

¶ Berga, *Bergen*, oppidulum Germaniæ, & caput Rugenſis inſulę ſeu Principatus, in mari Baltico, prope Pomeraniam, in ditione Regis Sueciae ab anno 1630. Tribus leucis diſtat à Sundia in ortum.

¶ Bergę ad Zomam, *Bergh op zoom* incolis, *Bergue ſur le Zoom* Gallis, urbs permunita Belgii, in Brabantię Ducatu, ad Scaldim fluvium, Marchionatus titulo clara ab anno 1533. Fruſtra tentata fuit ab Hiſpanis, Duce Spinula, anno 1622. & nunc etiam paret Hollandis; & 7. leucis diſtat ab Antuerpia.

¶ Bergæ Divæ Gertrudis, *Sinte Geertruydenberg*. incolis, *Mont Sainte Gertrude* Gallis, urbs Belgii permunita, in Comitatu Hollandiæ. Paret Principi Arauſicano, ſub dominio tamen Batavorum, in ora littorali; à Dordraco, Heuſdeno, & Breda æquali ferè trium leucarum ſpatio diſſidet. Nomen habet à Sancta Gertrude Pipini Landeni filia, quæ in hoc tractu claruit, & mortua eſt anno 664.

¶ Bergæ S. Vinoci, *Vinoxberg* incolis, *Berg. S. Vinoch* Gallis, urbs Belgii, in Comitatu Flandriæ, ſub dominio Francorum. Vide Vinociberga, ſeu Finum S. Vinoci.

¶ Bergenſis regio, tractus Germaniæ, ad Rhenum, vulgò *le pais de Berg*, ſeu *de Monts*. Vide Montenſis Ditio.

¶ Bergeracum, *Bergerac*, urbs Gallię, in Petrocorienſi provincia, ad Duranium fluvium, olim munita, 5. leucis diſtat à Petrocorio in meridiem, & 9. circiter à Sarlato in occaſum; eſtque adhuc elegans & dives.

Bergidum, Vergium Liv. ut aliquibus videtur, *Vierzo* opp. olim, nunc pag. Ilergetum Hiſp. Tarracon. in Catalaunia. Aliis *Berdun*, pag. ejuſd. reg. à Barcinone 14 leuc. a Cervaria 3. Mihi diverſa loca videntur; ita ut Virgium, nunc *Vierzo*, Bergidum, *Berdun* vulgò dicantur. Non ſine errore in Theſ. Ling. Lat. *Urgel* indigitatur; cum hęc urbs ſit Orgella. Ptol.

¶ Bergidum aliis eſt urbs Ilergetum, ad Cincam fluvium, quæ nunc *Balbaſtro* dicitur, in regno Aragoniae. Vide Barbaſtrum.

Bergintrum, *S. Bernardo*, teſte Siml. cœnobium Ciſtercienſium opulentum in Alpibus Graiis, inter Arebrigium 24. & Tarantaſiam urb. ultra Alpes in Sabaudia 19. mill. paſſ. Ant.

¶Bergintrum, ſeu Bergintium, oppidum Centronum, nunc eſt *S. Maurice* caſtrum, ad Iſaram, in Tarantaſia regione Sabaudiæ, versùs montem minorem S. Bernardi.

Bergiſtani, pop. Hiſp. citer. quorum opp. (ſive pag.) *Perga*, Oſcę urb. finitimum, teſte Jo. Mariana, putatur. Al. *Berga* oppid. in Catalaunia, inter Minoriſſam urb. 6. & Jugum Ceretanorum in Bor. 5. leuc. Sed hoc Berguſia Ptol. dici videtur. Liv.

Ber-

Bergomum, *Bergamo*, urbs Cenomanorum, Venetę ditionis, epiſc. ſub Archiep. Mediolanenſ. in mont. Orobiorum, ampla & probè munita, inter Mediolanum & Brixiam ad ortum, utrinque 30. mill. paſſ. quot à Como in ort. Ab Orobiis pop. una cum Como & Foro Licinii, teſte Catone, condita. Olim ſub Ducat. Mediolanenſ. nunc Venetis parens.

¶ Bergomum urbs eſt Italiæ, in agro cognomine, cum caſtro, inter fluvios Brembum & Serium, ſub Venetis ab anno 1508.

Bergos, *Bergen*, urbs Scandinaviæ marit. in ora occ. (ubi meridionalis incipit) Norvegiæ, illius empor. & regia, epiſc. ſub Archiep. Nidroſienſi, à prom. Cimbrorum 60. leuc. inter occ. & Bor. contra Britanniam ſecund. hoc eſt, contra Scotiam in occ. diſtant. Tametſi Plin. illam inſ. facit apud Britanniam, à qua tamen ad 20. leuc. mari diſtat.

¶ Bergos, quę & Berga, ſita eſt in ſinu flexuoſo, vulgò *Carmeſond*, cum arce valida Bergenhuſium dicta. Ipſa indigenis *Baern*, Gallis *Bergue*, & Italis ac Hiſpanis *Berga* dicitur; gaudetque portu capaci & commodo, editis montibus cincto. Diſtat 300. mill. Germanicis a Wardhuſia arce Norvvegiæ ultima & Septentrionaliori, 60. à Nidroſiá, & 80. ab ora proximiori Scotiæ in occaſum. Ab ea regio adjacens dicitur Bergenſis Præfectura; paretque Regi Danię cum tota Norvegia.

Bergula, quæ & Bergulæ, & Arcadiopolis, teſte Cedreno, *Bergas* Mercat. & al. urbs epiſc. Thraciæ mediterr. inter Hadrianopolim ad occ. 54. & Heracleam ad ort. 47. mill. paſs. nunc inter metropoles habita.

¶ Bergula ſedet in Copialica regione Thraciæ, prope montem Rhodope, & inter fluvios Melam & Arzum.

Berguſia, Percuſa vel Pertuſa Ant. *Pertus*, teſte Beuth. cum Varrerio, opp. olim, nunc vic. Hiſp. citer. in Catalaunia, inter Papirianum 4. & Juncariam 3. leuc. à Gerunda 8. in Bor. Papirianum versùs, apud Pyrenęi mont. jugum. Pop. Barguſij Liv. & forſan Steph. Al. eſt *Berga*, opp. Catalaunię, inter Minoriſſam urb. 6. & Jugum Ceretanorum ſupra 5. leuc. diſtans.

¶ Berguſia aliis oppidum eſt Ilergetum, ad Sicorim flu. ubi nunc *Balaguier* urbs Catalonię, 5. leucis ſupra Ilerdam. Vide Ballegarium.

Berguſia altera, *Burgoin*, opp. Gall. Narbon. in Delphinatu, apud Sabaudiæ fines, inter Lugdunum 6. & Cambericum urbem Sabaudię 10. leuc.

¶ Berguſia, quæ Berguſium aliis, vulgo *Bourgoin*, dicitur; eſtque oppidulum 5. leucis à Vienna in ortum.

Berinſola, *Belinzona*, opp. Inſub. ad Ticinum fluv. inter Mediolanum & Uriam Helvetiorum primam urbem occurrentem ſupra 50. mill. paſſ. Vide Belitio.

¶ Berjolium, *Barjols*, oppidulum Franciæ, in Provincia. Vix tribus leucis diſtat à Brinolio in ſeptentrionem, & quinque à Reiis in auſtrum.

Berlinum, *Berlin*, urbs Germ. præclara, in Marchia Brandenburg. ad Goylam fluv. Principis ſedes, à Viteberga 12. leuc. Francofordiam ad Oderam versùs 9. de quo lib. 5. itin.

Linquere Berlinum Phębo ſurgente placebat,
Wiſtochium rectam verſus & ire viam.

Berlinum urbs eſt permunita, in media Marchia Brandeburgica, ad Sprevum fluvium, 10. leucis diſtat à Vitteberga versùs Boream; nuncque primaria totius Marchiae cenſetur, & Electoris Brandeburgici ſedes. Urbs duplex eſt, cujus pars una propriè Berlinum, altera, quæ cis Sprevum, Colonia dicitur.

Bermius, mons Maced. (non Theſſaliæ, ut in Theſ. Ling. Lat.) in auſtrum vergens, in Epiri & Theſſaliæ conf. Pindo finitimus: ad cujus radices Myeza, Atinium, & Ctemenę oppida. Ibi etiam lacus, ab eo Bermicus appellatus.

¶ Berna, *Bern* incolis, *Berne* Gallis, urbs Helvetiorum ampla & potens, ab urſo ſic dicta, & condita a Bertoldo Duce Zeringhenſi. Sita eſt ad Arolam fluvium, inter Salodurum & Friburgum; eſtque caput Bernenſis pagi ampliſſimi, qui anno 1353. aliis unitus fuit.

¶ Bernaburgum, *Bernbourg*, urbecula Germaniae, cum caſtro, in Saxonia ſuperiori & Principatu Anhaltino, ad Salam fluvium, ubi Vipperam recipit, 4. leucis Germanicis diſtat à Magdeburgo in meridiem, & totidem à Deſſavia in occaſum.

¶ Bernardi urbs, *Bernſtad*, urbecula Germaniæ, in Sileſia & Ducatu Olſnenſi, ad Veidam amnem. Tribus leucis diſtat ab Uratislavia in ortum versùs Poloniam.

Bernenſes, populi Rhetiæ, quorum urb. *Bern*, teſte Ortel. qui valde fallitur; cum Berna urbs ſit Helvetiorum, inter Salodorum & Friburgum urbes ſita, apud fines Equeſtrium, longiſſimè à finibus Rhętorum diſtans.

¶ Bernenſes hi populi ſunt forſitan Veronenſes, qui alias ſub Rhætis continebantur, teſtibus Plinio & aliis, quanquam communius in Gallia Tranſpadana in finibus Cenomanorum ponatur eorum primaria Verona, *Verone*. Vide ibi.

Beroa, Berrhœa al. Vide ibi.

Berones, popul. Hiſp. Tarracon. Cantabris finitimi, quorum oppid. *Briones* eſſe videtur, Dominicopoli proximum, inde 3. leuc. Burgos in occ. versùs 11. A Silio Verones nominari videntur à Verone fluv. cujus mem. Martial. Vide ibi. *Ant. Strab. Ptol.*

¶ Berones populi fuere ſub Celtiberis, inter Autrigones, Cariſtos, & Pelendones, juxta Iberum fluv. ubi nunc pars Rivogię provinciæ. Eorum primaria erat Tritium, quæ nunc *Triejo* quibuſdam, & eorum veſtigium elucet in oppido *Briones*, ad Iberum fluv. ubi recipit Tironem amnem, 6. leucis à Dominicopoli in Boream.

Beronice, urbs Ægypti, ad ſinum Arabicum, *Choſair*, ſic dicta à matre Ptolemęi Philadelphi Regis. Vide Berenice. *Strab.*

Berrhoea urbs gemina; una in Maced. apud mont. Bermii radices, *Veria*, teſte Soph. *Boor* Turcis, teſte Leuncl. inter Theſſalonicam ad Cæc. 50. & Dium in auſtrum 33. mill. paſſ. Pellæ proximior, ad Haliacmonem fluv. epiſc. ſub Archiep. Theſſalonicenſi; nunc metrop. Altera in Syria, Plin. Beroea, Beroa Anton. Beroe, Steph. *Aleppo* nunc, teſtib. Zonara, Cedreno, P. Gyll. & al. media inter Antiochiam & Hierapolim ad 30. mill. paſſ. inter Chalcidem 18. & Hemeſam 42. urbs maxima totius Syriæ, à Damaſco itinere 10. dierum in Bor. diſtans. Scribitur & Beroe à Beroe Dorycli conjugi, de qua Virg. lib. 5. Æn. *Plin. Strab. Ptol. & al.*

Fit Beroe Iſmaris conjux longæva Dorycli.

¶ Berrhoea multis nunc *Alep* dicitur. Sedet ad fluvium Marſyam, in Syria, 140. mill. paſſibus à Damaſco in Boream, & 40. ab Euphrate fluvio in occaſum; eſtque nunc emporium celebre, cum innumeris incolis, maximè Europaeis, qui eo ob mercimonia conveniunt. Habet in circuitu 8. milliaria, caſtrum ſat munitum, & tria ſuburbia. Aliis autem *Alep* eſt Hierapolis, teſte Sanſone. Berrhoea autem Macedoniae eſt in Æmathia regione, prope Ludiam fluvium, & inter Aliacmonem & Axium flu. 30. milliar. à Pidne, & totidem a Pella.

Berſabee, *Gibelin*, Brochard. Giſtello & Volaterrano teſtib. vel *Gallyn* al. *Bethgebrim* Arabicè, teſte G. Tyrio urbs Palaeſtinae, regni Judaici quondam terminus ad meridiem à Gaza 8. mill. paſſ. in ort. ab Hebron ſupra 20. in auſtrum. *Lib. Reg.*

Berſinum, vel Belſinum, locus Gall. Celt. apud Lugdunum, 12. mill. paſſ. ab eo diſtans. *Ant.*

¶ Bertolgada, *Bertolchgaden*, oppidum Germaniae, in Bavaria inferiori & ditione Salisburgenſi, ad amnem Aham, cujus præpoſitus loci dominus, tribus leucis diſtat à Salisburgo in auſtrum.

Bervaldia, *Bervvaldt*, urbs parva Germaniae, in nova Marchia Brandeburgica, & in ditione Electoris cognominis, nota foedere inito inter Reges Franciæ & Sueciae, & Principes Germaniæ anno 1631. Juxta ſtagnum ſedet, & vix una leuca diſtat ab Odera fluvio, et ferè quatuor à Lanſperga in occaſum.

Berubium, prom. Albionis, *Dunis Bei*, teſte Buchanano, *Dume* Boeth. prom. Scotiae, in ora orientali. Al. *The cape of S. Andrevvs* appellant, apud Andreapolim urbem. *Ptol.*

¶ Berubium, ſeu Beruvium, promont. Scotię, maximè in Boream extenſum, contra Orcades inſulas. Nunc *Dungesby head* dicitur, in Cathaneſia regione, ubi aliàs Cornabii populi. Sed longiſſimè diſtat ab Andreapoli.

Bervicium, *Bervvick* & *Barvvick*, urbs Albionis, in ora orientali, in Angliæ Scotięque confin. probè munita, ab Anglis Scotis erepta, inter Dunelmum ad merid. 60. & Edimburgum Scotorum regiam ad ſeptent. 30. mill. Angl. diſtans. Veterib. Bremenium dicta putatur. *Scrip. Brit.*

Bervvicum ſedet ad oſtium Tuedae fluvii, & nunc in Anglia cenſetur, in Northumbria, cùm aliàs fuerit in Marchia provincia Scotiae, 40. milliaribus diſtat à Dunelmo. Bremenum autem antiquorum eſt vicus, *Brampton*, 15. milliar. inde diſtans. Vide ibi.

Strab. Plin. Ptol. & al. Berytus, *Baruti*, colon. & urbs archiep. Phœniciæ littoralis ſub Patr. Antiocheno, inter Byblum ad arctos 34. & Sidonem in auſtrum 30. mill. paſſ. à Tripoli 70. ex itin. Anton. ſed apud reccent. inter Tripolim 40. & Damaſcum 60. urbs clara, & empor. celebre. Cujus mem. Dionyſ. Afer.

Antiquamque Tyrum, Beryti & mœnia grata.

Plin. Amm. Steph. Besbicus, *Calonio* Mercat. & Bellon. *Zoegua* Theveto al. *iſola del Principe*, inſ. Propontidis, ab oſtio Rhyndaci fluv. 18. mill. paſſ. diſtans, Proconneſo finitima: quæ & Besbycus ſcribitur.

¶ Besbria, *la Besbre*, amnis Galliæ, in Boiis; qui ex Monmorillone ortus, caſtrum & oppidum *la Palice* perluit, & deinde ad Borbonium in Ligerim cadit.

Steph. Beſcia, Veſcia Liv. Veſcianum Cic. *Veſciano*, opp. Camp. in Hirpinorum confin. apud Nolam urb. teſte Ambr. Leone.

Liv. Beſidię, *Biſignano*, teſte Scipion. Mazzella, quaſi Beſidianum, urbs Brutiorum, in Calab. cit. epiſc. exempta, titulo Principatus clara, inter Conſentiam 15. & Roſcianum 20. mill. paſſ.

¶ Beſidiae, qui & Dediſiae quibuſdam, nunc Biſinianum, urbs eſt in colle, cum arce, ad Cotilum fluvium, qui paulò infrà cadit in Crathim. Diſtat 15. milliaribus à Roſciano in occaſum, & totidem à mari Tirrheno; nuncque paucis conſtat incolis.

¶ Beſingitis, regio Aſiae, in India extra Gangem, ubi nunc regnum Peguanum. Ejus primaria erat Beſynga urbs, quæ nunc *Pegu* à multis creditur.

Plin. Mel. Ant. Beſippo, Bæſippo Ptol. *Ciclana*, teſte Schotto, oppid. Hiſp. Bæt. in ora, inter Calpen 36. & Gades 30. mill. paſſ. ex itin. Anton. ubi numeri depravati. Nam Ciclena oppid. à Gadibus 2. leuc. tantum diſtat, inter Conilium & Portum regalem.

¶ Bæſippo aliis eſt *Vegel*, oppidulum Andaluziae, prope oram littoralem, 5. leucis à Gadibus in auſtrum, & 10. a Calpe in occaſum: & paucis conſtat incolis, prope Conilium.

¶ Beſſarabia, provincia magni regni Hungariae, quae nunc dicitur *Beſſarabie*; eſtque inter Podoliam, Moldaviam, Danubium fluvium, et mare Nigrum, ſub dominio Turcarum, ibi urbs praecipua Moncaſtrum, et Tartari populi aliquot.

Caſ. Strab. Liv. Beſſi, pop. Thraciae ſeu Myſiae, in conf. ad Haemum mont. incolentes, quorum reg. *Beſſarabia*, in Myſia infer. nominatur. Alii in Thracia locantur à Plin. et Sol. inter Strymonem et Neſtum flum. Boſniae etiam reg. *Beſſen* vulgò, a Beſſis pop. eo ex Myſia profectis nomen traditur. Hos mem. Ovid. lib. 3. triſt. eleg. 10.

Sauromata cingunt fera gens, Beſſique, Getaque.

¶ Beſſi populi fuere Thraciae, à quibus Beſſica regio dicta fuit juxta Hebrum fluvium, inter Hęmum et Pangaeum montes. Eorum praecipua urbs fuit Philippopolis; ſed longè diſtat à Beſſarabia provincia.

¶ Beſteda, *Beſtede*, aliter *Kronningeſgard*, arx Islandiae, ubi Prorex Inſulae pro Rege Daniae commoratur, in parte meridionali inſ.

¶ Beſyngitis, regio Aſiae, in India extra Gangem. Vide Beſingitis.

¶ Beta, *Beta*, fluvius Americae meridionalis et regionis Parię. Cadit in Orenocum fluvium.

Ant. Betarum, ſive Betharum, opp. olim, nunc pagus, (vide Betharo) inter Cæſaream 18. et Dioſpolim 22. mil. paſſ. alibi verò 28.

Plin. Tac. Betaſii, pop. Belgii, in Brabantia, teſte B. Rhenano, quorum tractus *Peelandt* appellatur, et vic. *Beets*, teſte P. Divaeo, nomen antiq. referre videtur. Al. horum urbem Bethuniam in Arteſia eſſe volunt.

¶ Betaſii populi dicuntur à Tacito, qui aliis ſunt Aduatici, inter Scaldim et Moſam fluvios, ubi nunc Geminiacum & Perviciacum, & major pars Comitatus Namurcenſis. Sed longè diſtabant à Bethunia urbe Arteſiae.

Sat. Lit. Beterones, pop. Hiſp. Tarracon. inter Saguntum & Liriam: quorum adhuc manet pag. exiguus, vulgò *Beters* ubi Hamilchar Carthaginenſ. cęſus eſt.

Deut. Bethania, opp. ſive caſtellum olim Judaeae, nunc vicus proximus Hieroſolymis, juxta mont. Olivetum, ab Hieroſolymis 2. mill. paſſ. praedicto mont. interſito, ab Hiericho 20. Bethania altera trans Jordanem fluv. Mem. Bethaniæ. Sedul. lib. 4.

Talia Davidicam poſt facta reliquerat urbem,
Bethania vicina petens.

Betharia, campus palæſtinę, ubi Zacharias Propheta ſepultus eſt apud Eleutheropolim urb. inde 5. mill. paſſ. ab Hiereſolymis 20.

Betharo, Baetharrus Steph. opp. Palęſtine, inter Caeſaream & Dioſpolim in auſtrum vergentem, inde 18. hinc 22. mill. paſſ.

Bethel, *Sargoreg*, teſte Beniamin, opp. Palaeſtinę, in terra Beniamin, ab Hieroſolymis 12. mill. paſſ. quod & Luza & Bethaven, hoc eſt, domus iniquitatis dictum fuit, quod per ſe domus Dei ſignificat. *Ante.*

Bethleem, priùs Ephrata, à Jebuſęis condita, unde forſan Betholene toparchia Plin. urbs Judęę, epiſc. ſub Patr. Hieroſolymitano a Paſchali II. Pont. Max. effecta, cum cœnobio, quod manet urbe exciſa, ab Hieroſolymis 7. mill. paſſ. Hebron verſùs in auſtrum. Epiſcopatus illius manet apud Gallos: epiſcopatus n. in xenodochio apud Clametium opp. agri Alſiſiodorenſ. loci praefectus ſedem habet; ſicuti Nazarenus Archiep. Baroli in Apulia, qui & Carmeli et Mont. viridis etiam Epiſcopus eſt. Hinc Bethleemiticis nomen. gent. et Bethlaeus. Mem. urbis Juvenc. lib. 1. *Bibl.*

Hoſpitium amborum Bethlem ſub mœnibus urbis. Sedul. lib. 2.

Talia Bethlæis dum ſigna geruntur in oris. *Joſeph.*

Bethmaus, vicus Palæſtinæ, apud Tiberiadem, 4. tantùm ſtad. inde diſtans. *Bibl.*

Bethſaida, opp. Palæſtinæ, apud lacum Geneſareth, quę & Julia, à Nepthali 6. mill. paſſ. diſtans in auſtrum Magdalum caſtrum verſùs, Tiberiadi quoque propinquum, ac Bethuliæ & Scythopoli, à Nazareth 10. mill. paſſ. Penè exciſum jacet, nomen antiq. retinens.

Bethſaines, opp. Palæſtinæ geminum, unum in tribu Nephthalim, alterum in tribu Beniamin, teſte D. Hieron. Poſterius Accaron urbi finitimum eſt, 8. mill. paſſ. inde diſtans Hieroſolymam verſùs. *Bibl.*

Bethſan, urbs Palaeſt. apud lacum Geneſareth. Vide Scythopolis. *Bibl.*

Bethſor, ſive Bethſur, *Bethoron*, oppid. Palęſt. in tribu Juda, ſive Beniamin, ab Hieroſolymis 20. mill. paſſ. apud Chebron, teſte D. Hieron. *Bibl.*

¶ Bethunia, *Betune*, urbs Belgìi probè munita, in Comitatu Arteſiæ, ad amnem *Biette*, octo leucis ab Atrebato in Boream, & 5. ab Aria. Subeſt dominio Francorum ab anno 1646.

Bethuria, reg. Hiſp. Luſit. *Eſtremadura*. Vide Beturia. *Hir.*

Beticolæ ſive Bæticolæ, pop. Hiſp. circa Betim flu. incolentes. Sil. lib. 1. *Sil.*

Bęticolaſque viros ſpatiis agitabat iniquis.

Betis, fluv. Hiſp. Bæt. Vide Bætis.

¶ Betiſiacum, *Betiſi*, oppidulum Francię, in provincia Inſulæ Franciae & Valeſio agro, tribus leucis à Compendio in auſtrum, & non procul ab Oeſia fluv.

Betius, fluv. Arabiae fel. ex Zamito mont. oriens, ſeque in mare rubrum exonerans. Vide Zametes. *Ptol.*

¶ Betius fluvius à quibuſdam *Chaibar* dicitur, & prope Meccam labitur, poſteaque in mare Rubrum ſe exonerat.

¶ Bettonium, *Bettona*, oppid. Umbriæ, in Italia, olim urbs epiſc. inter Perſiam & Aſſiſium. Vide Vettonium.

Betulia, oppid. Galilęæ, in Ptolemaidem & Tiberiadem; inde 35. hinc 6. mill. paſſ. teſte Brochardo, non longè à Nephtali & Dothain, & à Cana Galilææ 13. mil. paſſ. *Bibl.*

Betullo, fluv. & opp. Hiſp. cit. opp. *Badelona*, (non *Beſon*, ut in Theſ. Ling. Lat.) & fluv. *Beſon*. Vide Bętulo. *Mel.*

Betulo, opp. Hiſp. Bęt. apud Biatiam & Ubedam exciſum, teſte Mor. *Liv.*

Betys, fluv. Hiſp. Bæt. ſic apud Claud. de laudibus Stil. lib. 2. *Claud.*

Suſtinet, ut patrium commendet purpura Betym.

Vide Bætis.

¶ Bevelandia, *Beveland*, inſula Belgii, in Zelandię Comitatu, quę anno 1532. inundatione maris duplex inſula effecta eſt. Ejus pars ſeptentrionalis, quae & minor, Nort Bevelandia dicitur; quae verò ad auſtrum, Zud Bevelandia nominatur, ubi Goeſa, *Ter Goez*, oppidum lautum & munitum, ſub Hollandis una cum inſulis.

¶ Beugeſia, *le Bugey*, regiuncula Galliae partim & Sabaudiae, à Rhodano fluv. bifariam ſecta, cujus pars quae cis Rhodanum, juris eſt Francici ab anno 1600. una cum Breſſia ei adjacente, & ejus primaria eſt Bellicum.

¶ Beu-

¶ Beutha, *Beuthen*, oppidum Germaniae, in Sileſia, ad fluvium Oderam, in Ducatu Glogavienſi. 2. leucis diſtat à Glogavia in ſeptentrionem, 3. à confinio Poloniæ in occaſum, & 4. à Sagano in ortum.

¶ Biafara, *Biafara*, urbs Africae, in Guinea regione, regni cognominis caput, juxta fluvium *dos Camarones* dictum, in mediterraneis, versùs regnum Benini in ortum.

¶ Bialaceria, *Bialacerieu*, urbs Poloniae, in Volhinia inferiori, ad fluv. *Ros*. Dicitur & *Bialacerkiovv*; diſtatque à Kiovia 14. leucis in meridiem.

¶ Bialagrodenſes Tartari, *ceux de Bialogrod*, populi Tartariae Precopenſis, versùs oſtia Danubii fluvii, ſic dicti à Bialogroda urbe Beſſarabiae, prope mare Nigrum, & ſub dominio Turcarum.

* Biandina, ſive, ut al. cod. habent, Biadyna, opp. Peloponneſi, in Laconica, in ora littorea, *Prignico*, teſte Nig. apud oſtia Eurotae Maleam prom. in ort. versùs. Al. urb. *Rampano*. * manuſcr. Selden. Βιαδύνα.

¶ Biandina à multis *Rampano* nunc dicitur, juxta ſinum Laconicum, & inter Maleam promontorium, & oſtia Eurotae fluvii.

Biatia, *Baeza*, urbs Hiſp. Baet. apud Baetim fluv. olim epiſc. ſub Archiep. Toletano, Ubedae urb. vicina, ab ea 1. leuc. diſtans, in Vandalitia, anno ſal. 1212. unà cum Ubeda à Chriſtianis recuperata, ſupra 200. mill. Maurorum caeſis.

Bibacum, *Bibrach*, urbs Germ. libera, in Suevia, ab Ulma 3. leuc. Conſtantiam versùs diſtans.

¶ Bibacum aliter Biberacum dicitur; eſtque urbs Imperialis Sueviae, in Algovia, ad amnem Ruſſam, à qua non procul aquae ſunt ſalubres Jordanis dictae.

Bibali, pop. Hiſp. Tarracon. quorum opp. Forum Bibalorum, vulgò *Femillam*, dicitur, nunc pag.

¶ Bibali populi erant ſub Callaicis Braccariis, & Forum Bibalorum erat ad Lethem fluvium, ubi nunc pagus *Celme*, in Gallaecia.

Bibaſis, Hypaſis Plin. Hypanis Strab. fluv. Indiae cit. Vide Hypanis.

Biberiacum, *Labina*, opp. agri Cremonenſ. ad Ollium fluv. Vide Bebriacum. Hic Otho à Vitellianis ſuperatus.

Bibiſcum, Ubiſcum in aliis, *Vivis*, teſte Siml. opp. Gal. Narbonenſ. ad lacum Lemanum, inter Octodurum 32. & Aventicum opp. Helvetiorum, ſive Equeſtium in Bor. 29. mill. paſſ. à Seduno 57. in occ. à Lauſonio 23.

¶ Bibiſcum, ſeu Viviſcus, *Vevay*, caſtrum eſt Helvetiorum ad lacum Lemanum, in Romana regiuncula pagi Bernenſis, 4. leucis diſtat à Lauſana in ortum, & 8. ab Octoduro.

Bibium, ſive, ut habent al. cod. Bilbilis, vel etiam Bibilis, *Beligraz*, opp. Japodum, in Carniolae & Liburniae conf. à Senia urb. Liburnica 38. mill. paſſ. in Bor. Siſciam versùs 59. Arupeno finitimum, ab eo 10. mill.

¶ Bibium oppidum fuit Japodum, in Liburnia, prope Colapim fluvium, decem milliaribus à Metulo in ortum, & prope ejus rudera erectum fuit ultimo ſeculo Caroloſtadium, oppidum probè munitum, in Croatia, quae Auſtriaco paret. Sed longè diſtat a Billigretia urbecula Carniolae ſuperioris, ad amnem *Billi*, prope Labacum. Vide Caroloſtadium.

¶ Bible, quae & Digha, urbs Aſiae, in Babylonia regione, ad Tygrim fluv. 15. milliaribus infra Cteſiphontem, forſan nunc *Cormaba*.

Biblis, fons Lyciae, in quem Biblis ſoror Cauni converſa eſt, teſte Ovid. lib. 9. Metam.

Sic lacrymis conſumpta ſuis Phœbeja Biblis.

Bibonum, *Bebelingen*, ut aliquibus videtur, opp. Sueviae, ad Nicrum fluv. Sed, teſte Rhenano, *Bebenhauſen* eſt oppid. Sueviae in Duc. Wirtenbergenſ. inter Tubingam 1. & Villam urbem 3. leuc. quod & Febiana caſtra. Vide ibi. *Bebelingen* verò, ſeu *Bebling*, oppid eſt ejuſd. tractat. inter Villam & Phorcenam, hinc vix 2. inde 4. leuc. diſtans.

¶ Bibonum quid ſit, non conſtat, *Bebling* eſt oppidulum Ducatus Vvirtembergenſis 2. leucis à Villa Tubingam versùs, & 2. leucis à Nicro fluvio, & *Bobenhauſen* eſt vicus prope Tubingam.

Bibracte, *Beuvrect*, (non *Beaulne*, ut apud Theſ. Ling. Lat.) teſte Jo. Macario, opp. olim Heduorum praeclarum, nunc vic. Burgundiae, apud Belnam oppid. clariſſimum, obſcurus, ab Auguſtoduno ſupra 4. leuc. à Divione 7. Sed Orontius putat Bibracte eſſe ipſam Belnam, quae videtur ex ruinis illius exſtructa, poteſtque novum Bibracte appellari, non vetus, quod adhuc monſtratur. Cæſ.

Bibrax, *Braine*, teſte Heur. Leodio, oppid. Gall. Belg. in finibus Sueſſonum, ab illis 4. leuc. vel *Bray* Henr. Steph. oppid. Comit. Retelenſ. Al. ut Vigenereo, *Breſne*.

¶ Bibrax nunc eſt *Brayne*, oppidulum Campaniae, ad Vidulam fluv. & in Diœceſi Sueſſionenſi; eſtque medium inter Fimas & Sueſſiones. Cæſ.

Bibroci, pop. Britaniae *Bibrogger*, teſte Glareano; ſed G. Camd. *The hundred of Bray*, tractus Angliae, in Bercheria regione, apud Windeſoram: quod magis probo.

Bice, Byce Ptol. palus Sarmatiae Europ. ad paludem Maeoticam, circa iſthmum Tauricae Cherſoneſi, Burges Plin. quod nomen etiam eſt fluv. *Seſeban*, teſte Mol. De qua Val. lib. 6. Argon. Val. Flac. Ptol.

Quique lacum cinxere Bicen, *non defuit Anxur.*

Bicurgium, *Erffudrt*, teſte Pyramio, aliis *Erfurt*, et *Erdfurt*, urbs Germ. ampliſſima, Thuringiae caput, ad Getam fluv. media inter Herbipolim urbem Franconiæ, & Vitebergam urbem Saxoniæ in Cæciam 22. leuc.

¶ Bicurgium quibuſdam eſt *Erford*, urbs ad Jeram fluv. inter Vimariam & Gotham, 13. leucis à Lipſia, & Academia ſua celebris. Paret Electori Moguntino à paucis annis cum tractu adjacente. Aliis eſt *Zuickau*. Vide Erfodia. Ant.

Bidajum, *Dietmaning*, teſte Laz. opp. Norici, in Bavaria, in tractu Salisburgenſ. non in Auſtria, ut ſcribit Ortel. inter Pontes Oeni 3. & Salisburgum in Eurum 5. leuc. Simlero eſt *Birckhauſen*, opp. proximum, al. *Lauffen*, à Salisburgo 3. leuc.

¶ Bidajum, ſeu Bedajum, Cluverio, Sanſoni, & aliis eſt *Bainburg*, vicus Bavariæ, prope oppidum *Troſperg*, in confinio tractus Salisburgenſis, ad Alazam fluv. qui paulò infrà cadit in Oenum. Vide Badacum. Cæſ.

¶ Bidaſcia, *Bidaſche*, caſtrum Galliæ, in Benearnia, ad fluv. *Bidouſe*, Principatus titulo clarum, in Vaſcitania, 5. leucis diſtat à Bajona in ortum Orteſium versùs.

¶ Bidaſſo, *Bidaſſoa*, fluvius parvus, Galliam ab Hiſpania ſeparans. Oritur ex Pyrenæis montibus infra Mayam caſtrum; & poſt curſum aliquot leucarum, in Oceanum Cantabricum ſe exonerat prope Hondarabiam. Calc.

Bidina, ſeu Bidinum, urbs Myſiæ ſup. Vide Bydena. Cic.

Bidini, pop. Siciliæ, quorum opp. Bidis Cic. *Bizini*, inter Syracuſas & Ennam ad 30. mill. paſſ. vel, teſte Faz. opp. exciſum, nunc vic. *S. Giovanni d'Abidini* vulgò, à Syracuſis 15. mill. paſſ. versùs Ennam & Leontinos, ubi ejus rudera cernuntur. Plin.

¶ Bidis, oppidulum Siciliae inſulae, in mediterraneis, nunc *S. Giovanni di Bidini* vicus, 6. milliaribus ab ora littorali, in valle Neetina. Scrip.

Bidiſcum, *Bitſch*, opp. & Comitat. Germ. ſuper. in Alſatia, inter Hagenoam 5. & Bipontum 6. leuc. Germ.

¶ Bidiſcum, ſeu Biſchium, Gallis *Biche*, oppidum eſt Germaniae, quod ſubeſt Duci Lotharingiæ à multis annis, cùm antea eſſet ditionis Palatinae. Sedet ad radices montium, cum caſtro ſat tuto; eſtque ferme medium inter Bipontium & Haguenoam.

Biducaſſes, populi Galliæ, nunc in Normannia inferiori, ubi tractus *le Beſſin*, dictus, & urbs Bajocum *Bayeux*. Dicuntur & Bajocaſſes. Vide ibi. Ptol.

* Biducenſes, popul. Gall. Celt. in ora Normanniæ, apud fines Britanniæ min. (*Selden. manuſcript. Βιδουκάσιοι in Pal.

¶ Biducenſes populi meliùs dicuntur Biducaſſes & Rajocaſſes. Vide ibi.

¶ Bielca, *Bielsko*, urbs regni Poloniæ, in Podlaſſia provincia, cum arce munita. Sita eſt ad Bialam amnem, inter Breſſiciam & Grodnam urbes.

¶ Bienna, *Bienne*, urbecula Helvetiorum, incolis *Biel*, juxta lacum cognominem, media inter Neocomum & Solodurum, Olim erat in ditione Epiſcopi Baſileenſis; ſed ab anno 1547. fœdere juncta eſt Helvetis.

¶ Bientinus lacus, *Lago di Bientina*, aliter *di Seſto*, lacus italiae, in Etruria, partim in agro Lucenſi, & partim in agro Piſano, ubi vicus *Bientina*, in ditione magni Ducis, 6. milliaribus diſtat à Lucca, & 2. circiter ab Arno fluvio. Ptol.

Bieſſi, pop. Sarmat. Europ. Vide Beſſi; ſunt enim iidem.

¶ Bieſſi populi fuere ſub Peucinis contenti, inter montes Carpatem & Peucem, versùs fontes Tiræ fluvii, ubi nunc Polkutia regio Poloniæ.

Cont. Lib. Bigaſtrum urbs fuit epiſc. ſub Archiepiſc. Toletano, in Hiſp. Tarrac. in eo tractu qui *la Mancha* nominatur, versùs Cazorlam opp. Bagaſtra apud Jo. Marianam legitur, qui illam Oriolæ urb. proximam facit, quòd una illius urbis porta adhuc *Magaſtra* quaſi Bagaſtrenſis nominetur. Quod etiam Morali probatur.

¶ Bigenum, *Bigen*, oppidum Aſiæ, in ea parte Japoniæ inſulæ quæ *Niphon* dicitur, aliquot milliaribus ab ora diſtans, & 60. circiter mille paſſibus ab urbe Meaco in occaſum hibernum, Brietio teſte.

Liv. Ptol. Bigerra, *Bejar*, teſtibus Vaſæo, Beuthero, & Mariana, oppid. Hiſp. Tarracon. in Baſtetanis, apud conf. regni Valentiae, Caſtellae, & Murciæ, Villenae urb. proximum, 1. leuc. ab ea diſtans: quod & Apiarium Latinè dicitur. Aliis eſt ipſa *Villena* urbs & Marchionatus in regno Caſtellae, ab Alonis 8. leuc. in occ. à Murcia 12. in Bor.

¶ Bigerra aliis eſt *Paſquera*, vicus Caſtellae novae, in confinio regni Valentiae, & prope fluvium *Cauriel*, qui paulò poſt cadit in Sucronem, inter Concham & Villenam.

Cæſar. Bigerriones, ſive Bigerrones, ut al. cod. habent, Bigerri Plin. (non Begerri, ut habet Theſ. Ling. Lat.) Begeritani Auſon. pop. Gall. Aquit. ad mont. Pyrenaeum in Hiſp. confinio, quorum reg. *Bigorre*, teſtibus Orontio, Vineto, & Scaligero, nominatur, Comitatus. In ea Begorra, ſeu Bigerra urbs epiſc. cujus mentio in Concil. Matiſconenſi fit; Tarba nunc urb. & Lapurdum oppid. cum aliquot aliis. Bearniae reg. attigua eſt in occ. vergenti.

¶ Biguba, *Biguba*, regnum Africae, in Nigritia regione juxta fluvium Nigrum, ubi primum in duo brachia partitur, & recipit Bigubam fluvium, teſte Petro du Val. Ibi Cantori regnum à quibuſdam ponitur.

Ptol. Bilaena, *Beron*, teſte Caſt. ex conjectura, & aliqua nominis alluſione, urbs Arab. fel. in ora maris Rubri ad ort. Gerrę urb. quondam clarę proxima. Bilbana habent Lat. codices.

¶ Bilbaum, *Bilbao*, urbs Hiſpaniae; & Biſcayae caput, ad Nervium fluvium, 2. ab Oceano milliaribus. Vide Fluviobriga.

Strab. Bilbilis, Bilbis Ptol. *Baubola* ſeu *Bambola*, teſtibus Hieran. Zurita, & Ant. Auguſtino, urbs exciſa Hiſp. Tarrac. in Celtiberis, in monte, apud Salonem fluv. ſubterfluentem, (nunc pag.) apud *Catalayud*, à Mauris condita, & de conditoris nomine dicta, urbs regni Aragonii, quę nova Bilbilis dici poteſt, inter Cæſarauguſtam 14. & Segontiam 16. leuc. in via quae Toletum & Madritum ducit, occurrens. Pop. Bilbilitani.

Trogo. Bilbilis etiam ejuſdem loci fluv. in Salonem influens, ferri temperaturae aptiſſimus, *Xiloca* vulgò, teſte Varrerio. De Bilbili Mart. lib. 1. epigr. 49.

Videbis altam, Licinione, Bilbilim,
Equis & armis nobilem.

Et lib. 10. epigr. 103.

Municipes Auguſta mihi quos Bilbilis acri
Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Auſon. quoque in epiſt. 25.

Bilbilis, aut hærens ſcopulis Calagurris habebit.

Hinc Bilbilitanus, a, um, ut Poeta Bilbilitanus, id eſt, Martialis.

¶ Bilbilis fluvius aliis eſt *Rio Baubula*, qui juxta & infra Bilbilim in Salonem ſe exonerat: quod probabilius.

Chron. antiq. Bilbium, *Caſtillo Villovio*, teſte Mor. locus Hiſp. Tarracon. apud Nagaram urb. non procul à cœnobio, quod *S. Maria della Cogolla* appellatur.

¶ Biledulgerid, *Biledulgerid*, regio Africae perampla, ubi alias Getuli populi, Cluverio teſte. In longum porrigitur ab Oceano uſque in Ægyptum; ſed non ęque lata, habens à Septentrione Barbariam, & à Meridie Zaharam ſeu Deſertum. Ejus partes ſunt Suſa, Dara, Segelomeſſa, Tegorarinum, Tafileta, Zeb, Biledulgerid propria, & Deſertum Barcae.

¶ Bilina, *Bilina*, lacus & fluvius Sueciae, in Sundheda regiuncula Helſingiae provinciae, quam mediam ſecat.

Tyrio. Bilis, locus Palaeſtinae, Hieroſolymis proximus ad 5. mill. paſſ. *Mahomena* vulgò, teſte Guil. Tyrio.

¶ Billena, *Bille*, amnis Germaniae, in Vagria ortus, Saxoniam inferiorem ab Holſatia dividit, & poſtea ad Hamburgum in Albim fluvium ſe exonerat.

¶ Billomum, *Billom*, urbecula Galliæ, in Alvernia provincia, quinque leucis à Claromonte in ortum.

¶ Bilſtinum, ſeu Biliſtinum, *Beilſtein*, oppidulum Germaniæ, in Veteravia regione Franconiae, Comitatus cognominis caput, inter Confluentias & Marpurgum, 7. leucis ab utraque urbe.

Bilumnum, *Beauvois*, teſte Siml. opp. Gall. Narbon. in Sabaudia, à Tarantaſia 13. mill. paſſ. versùs Viennam diſtans. *Ant.*

¶ Bimina, *Bimini*, inſula Americae ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis, non longè ab ora Floridae regionis, & ad meridiem inſulae Bahamae, in eo tractu ubi aeſtus maris vehemens eſt admodum.

Bimonium, ſeu potiùs Binovium, vel Vinovium, (eſt enim varia lectio) *Bincheſter*, teſte Camd. opp. Albionis in Anglia. (in epiſcopatu Dunelmenſi, à Dunelmo ad 7. mill. paſſ. in auſtrum. *Ant.*

Binae, & Bacenas, *Binaſco*, teſte Gaud. Merula, pag. Inſubriae in via, medio itinere inter Papiam et Mediolanum occurrens, ubi caupunae multae. *Trad. Antiq.*

Binchium, *Bins*, ſeu *Binch*, opp. Belgii, in Hannonia à Montibus urb. 3. leuc. in ortum, à Malbodio 4. in Bor. & Caec. *Scrip. Belg.*

¶ Binchium ſedet prope fluv. Henium, qui in eo tractu oritur; ibique in viciniis alias erat ſuperbiſſimum palatium Mariae Hungariae Reginae, in cineres redactum anno 1554. poſtea tantiſper reparatum, et *Marimont* dictum. Oppidum autem olim amplum nunc defecit; ſed eſt permunitum à Gallis, quibus ſubeſt ab anno 1667. cum tractu adjacente.

Bingium, *Bingen*, opp. Germ. ſuper. ad Rhenum, ubi is Nabam fluv. excipit, cum cœnobio, à Moguntia 4. leuc. in Circ. Colon. Agripp. versùs. *Tac. Mart. Ant.*

¶ Bingum, *Bingo*, oppidulum Aſiae, in Japoniae parte, quae *Niphon* dicitur, 20. milliaribus diſtat ab ora littorali in Septentrionem, et 1000. circiter ab urbe Meaco in occaſum.

Binovium. Vide Vinovium.

¶ Biobius, *Biobio*, fluvius Americae meridionalis, in regno Chiles. Oritur ex Andibus montibus, et in mare Pacificum ſe exonerat prope civitatem Conceptionis et Aviquirinam inſulam, Alfonſo Ovallio teſte.

¶ Biorneburgum, *Biorneboürg*, ſeu *Biernburg*, urbs Sueciæ in Finlandia ſeptentrionalis, ubi Cumo fluvius in ſinum Bothnicum ſe exonerat ex adverſo Helſingiæ. Paucis conſtat incolis; & 20. leucis diſtat ab Aboa in Boream.

¶ Biota, aliter Bithia, hodie *Porto Bota*, vicus Sardiniæ inſulæ, cum portu in latere Auſtrali, Brietio teſte.

Biottia opp. fuit Macedoniae, ex quo Biottica reg. Chalcidicæ finitima, haud procul ab Olintho, de quo inter Athenienſes & Spartanos decertatum eſt. *Thuc.*

Bipedimui, pop. Gall. Aquit. quorum urbs *Pamiers*, apud Fluſtates, à Toloſa 7. leuc. in auſtrum recedens, putatur. *Plin.*

¶ Bipontium, *Zuveybrucken* incolis, *Deux ponts* Gallis, urbs Germaniæ, Ducatus Bipontini caput, in Palatinatu Rheni, parva, ſed culta, ad amnem *Schwolbe*, cum arce, in Vaſgoja regione, 3. leucis à Cæſaropoli in occaſum.

Biracellum, *Vicarello*, teſte Leandro, oppid. Thuſciæ, ad lacum Sabatinum, à Braceno 5. mill. paſſ. diſtans.. Sed hoc vicus Aurelii, teſte Volaterr. veterib. dictus. *Ptol.*

¶ Biracellum, *Vicarello*, meliùs dicitur Vicarellum. Vide ibi.

¶ Birca, *Bircka*, urbs aliàs praeclara Sueciæ, & Oſtrogothiae caput, bidui itinere ab Upſalia diſtans. Nunc tota in ruinis jacet, teſtib. Joanne Meſſenio & Zeilero.

¶ Birchenfeldia, *Birckenfeld*, oppidum Germaniæ, in Palatinatu Rheni, Principatus caput gentis Palatinæ, in regione *Hunſruck*, prope Nabum fluvium, 5. leucis Germanicis à Treviris in ortum, & 6. à Bingio in occaſum.

¶ Birfletum, *Bieruliet*, fortalitium Belgii probè munitum, in inſula cognomine, in ora Comitatus Flandriæ, ex adverſo Iſendici, & medium ferme inter Sluſas & Axellam, tribus leucis à Gandavo in ſeptentrionem. Subeſt dominio Hollandorum à multis annis.

Birginum, *Berga*, teſte Gerundenſ. opp. Hiſp. citer. in Catalaunia, à Jugo Ceretanorum 5. leuc. in auſtr. Minoriſſam urb. versùs. *Scrip. Hiſp.*

Birgus, *Barrovv*, teſte, G. Camd. fluv. Hiberniae, per Lageniam reg. haud procul à Sacro prom. in Ocean. influens. Al. eſt *Neure* fluv. ingens, unà cum Suiro (qui præterlabitur Waterfordiam) in Baroum exceptus, ac in ortum fluens. (Hi tres fluvii, juxta Camden. *Ptol.*

den. ex montibus Bladiuis (Hibernicè *Sliew Bloomy* , vel *Slew Bloom*) fluunt ; & diviſis alveis decurrentes, priuſquam Oceanum adeunt , concordibus ſe conſociant aquis, unde tres ſorores ab antiquis dicti.

¶ Birgus fluvius , vulgò *Barow*, oritur in Comitatu Reginæ, in Lagenia ; dein auctus aliquot rivis , alluit Rhebam,Caterlogum,Laghliniam , urb. recipitqueNeorum, *Neſure* , fluv. qui per Kilkennium labitur , paulò ſupra Roſſas, quas rigat, & poſtea unà cum Svirio , *Sewer* , qui Caſſiliam , Caricum , & Waterfordiam rigat ; Lagemani à Momonia dividit , & in Oceanum Hibernicum ſe exonerat.

Birionum. Vide Brionum.

¶ Bironium, *Biron*, caſtrum Galliae , in Aquitania & agro Petrocorienſi, intra montes ſitum, unde Mareſcalli duo in hiſtoriis celebres; eſtque medium ferme inter Bergeracum & Cadurcum.

Birrus, Byrrus P. Diac. ſeu , ut alii legunt, Pyrrus , fluv. Norici, *Putſter*, teſte Laz. per Carinthiam in Dravum fluens. Ejus mem. Ven. Fortun. in vita S. Mart. lib. 4.

Norica rura petens, ubi Birrus vertitur undis,
Per Dravum itur iter.

Birtha, *Bir* , urbs Meſopotamiae , apud Euphratem fluv. quae & Syriae tribuitur, ab Hierapoli ſive Halepppo tridui itinere in ortum diſtans, epiſc. ſub Archiep. Edeſſano. Altera, quae Bithra potiùs, in Meſopotamia urb. hujus nominis eſt , ſive in Babylonia, ad Tigrim fluv.

¶ Birtha, *Bir*, urbs eſt parva regionis *Diarbech* , in confinio Syriae, ad Euphratem, & inter Alepum & Orpham, in ditione Turcarum.

Biſa, Vide Byzia.

¶ Biſacium, *Biſaccia*, urbecula Italiae, in regno Neapolitano & provincia Principatus ulterioris, juxta Apenninum, & 3. tantùm milliaribus ab Alcedonia , & 7. à Monte Viridi. Paucis conſtat incolis.

Biſaltae, pop. Thraciae, in Macedoniae conf. ſive è contra, circa Amphipolim & Philippos urbes incolentes : ubi Biſaltes fluv. Steph. & Biſaltia reg. Sunt & Biſaltae pop. Sarmatiae Aſianae , Achaeis finitimi . Horum mem. Val. Flac. lib. 6. Argon.

Proxima Biſalta regio, ductorque Colaxes.

Priorum Virgil. l. 3. Georg.

Biſaltę quo more ſolet, acerque Gelonus.

¶ Biſaltæ populi fuere Macedonię, versùs Thraciam, & juxta Strymonem fluvium, ubi alias Euporia oppidum.

¶ Biſamnis, *Biſagno*, amnis Italiae, in Liguria. Oritur ex Apennino monte,& in mare Mediterraneum ſe exonerat prope Genuam. Ab aliis Feritor dicitur.

Biſanthe, *Rodoſto*, urbs epiſc. Thraciae. Vide Rhaedeſtum. Hic error in Theſ. Ling. Lat. hanc urb. cum Longo muro confundentis , & eam apud Melanem fluv. deſcribentis.

¶ Biſargis, oppidum Ilercaonum, in Hiſpania Tarraconenſi, nunc forſan vicus *Ribaroja* , in Catalonia , ad Iberum fluvium , Brietio teſte, ſeu , ut aliis placet, *Flix*, oppidum paulò inferius.

¶ Biſcaja , *Viſcaja* Hiſpanis , *Biſcaye* Gallis, provincia Hiſpaniae & regni Caſtellae veteris, ampla, fertilis, & portubus referta, habens à Septentrione Oceanum Cantabricum , ab Occideute Aſturiam , ab Oriente Ipuſcoam, & à meridie Caſtellam veterem & Alavam provinciam. Ejus praecipuae urbes Bilbaum, Fanum ſancti Andreae, Ordunia , et Laredum.

¶ Biſcaja nova, *Nueva Viſcaja* Hiſpanis, *nouvelle Biſcaye* Gallis , regio Americae Septentrionalis, ſub nova Hiſpania. Vide Nova Biſcaja.

¶ Biſchium, *Biſch*, oppidum Germaniae, cum caſtro, antea ditionis Palatinae nunc autem Lotharingiae. Aliis eſt Bidiſcum. Vide ibi.

¶ Biſerta, *Biſerte*, urbs Africae, in regno Tunetano, in ora littorali, cum portu ſat tuto , ſed piratica infamis. Vide Utica.

Biſmantum, *Biſmantua*, mons excelſus, cum pago, in territ. Regii Lepidi , cujus fit mentio in vita S. Bertulphi abbatis.

¶ Biſnagara, *Biſnagar*, regio Aſiae, in India citra Gangem , ſeu potius regnum peramplum inter Malabariam ad auſtrum , et regna Decani & Golcondae ad Boream, & ſub ſe ſeptem regna continet. Ejus urbs praecipua dicitur etiam *Biſnagar* , ſeu aliter *Chandegry* , in mediterraneis, in via Narſinga , Goam versùs , & 50. leucis ab ora littorali ſinus Gangetici.

Biſontio urbs Gall.Bel. maxima Sequanorum : quae Caeſ. Veſontio, & Ptol. Viſontium dicitur. Hinc Beſutium pag. agri Mediolanenſ. apud lacum Verbanum , non obſcurus , quaſi Biſuntium , ſeu Biſontio, à Gallis, ut creditur, teſte Merula, conditus , unde nobilis Beſutiorum familia Mediolani proceſſit. A Mediolano 40. mill. paſſ. *Amm. Marc.*

¶ Biſontio , *Beſancon*, urbs Galliae Lugdnenſis , quae aliter Viſuntio, Sequanorum primaria, archiepiſcopalis , in Comitatu Burgundiae , alias libera, nunc in ditione Regis Hiſpaniae , pace Monaſterienſi. Ad Dubim fluvium ſedet; habetque Academiam ſuperiori ſeculo fundatam, 11. leucis diſtat à Dola in ortum , & paulo minus a Graeo.Capta fuit à Gallis anno 1668.ſed poſtea reddita,pace ad Aquiſgranum confecta.

Biſſonum , *Beſſan*, ſive *Biſſon*, teſte Vineto, pag. Aquit. in te rrit. Burdigalenſi, ab ipſa urbe 7. mill. paſſ. diſtans. De quo Venant. Fort. lib. 1. ſic ad Placidium: *Fortu.*

Incola Biſſonum vocat hunc de nomine priſco.
Millia ſeptem hinc urbs Burdigalenſis abeſt.

Biſtonis, Biſtonum ſtagnum Solin. *Poru* , teſte Soph. lacus Thraciae , ubi Biſtonia urb. epiſc. quae & ipſa Porum nominatur, ſub Archiep. Trajanopolit. Pop. Biſtones Plin. Biſtonii Steph. Biſtonius nom. gent. Ovid. in epiſt. Paridis: *Ptol.*

Et tuta a bello Biſtonis ora fuit.

Idem lib. 13. Metam.

Eſt ubi Troja fuit, Phrygia contraria tellus,
Biſtoniis habitata viris.

Biſtonis lacus nunc vulgò *Bouron* dicitur, in Droſicá regione Thraciae cis Rhodopen . In eo confluunt multi fluvioli : et vix aliquot milliaribus diſtat a mari Ægęo. Hinc Biſtonia urbs prope mare, nunc etiam *Bouron* dicta . Ab Abdera 15. milliaribus in ortum Maroncam versùs diſtat.

Biſtritia , *Beſterce* , Hungaris , *Noeſen* & *Noeſenſtadt* Germanis, urbs Daciae , in Tranſylvania , a Claudiopoli 4. leuc. in Bor. & Caec. quae Nentidava Ptol. dicta putatur, teſte Laz. *Scrip. Germ.*

Biſuldunum , *Beſalu* , opp. Hiſp. citer. in Catalaunia cum cœnobio et abbatia praeclara , inter Gerundam 4. et Papirianum in Bor. 9. leuc. *Scrip. Hiſp.*

¶ Biſuldunum oppidulum ſedet ad Fluvianum amnem, et 5. leucis diſtat ab ora maris Mediterranei. Male habitum fuit hiſce ultimis temporibus.

Biſunianum , *Biſignano* , urbs Calabriae cit. epiſc. olim ſub Archiep Rhegino , nunc exempta. Vide Beſidiae. *Curop.*

Biſurgis, fluv. Germ. Vide Viſurgis.

B iterrae , *Beſiers*. Vide Bliterrae.

Bitetum, *Biteto* , urbs regni Neapolitani , in prov. Bariana, epiſc. ſub Archiep. Barenſi, 8. milliaribus diſtat a Bario, & 5. tantùm à Bitunto; & paucis admodum conſtat incolis. *Strab.*

Bithias, *Bir*, & *Perazuch*, teſte Nigro , urbs Meſopotamię , ad Euphratem fluv. in Syriæ conf. Aliis *Bithlis*, urbs inter Hierapolim 24. & Edeſſam 15. mill. paſſ. à Carthis 30. in occ. ſive Africum. *Ptol.*

Bithynia, ſic à Bithynio Rege nominata , cum priùs Bebrycia diceretur, reg. Aſiæ, ad Euxinum mare cum Ponto, & ad Propontidem contra Thraciam ſita , *Becſangial* Caſtal. *Burſia* al. *Oſmanili* Turcis , teſte Leuncl. Thracia Aſiatica dicta Xenophonti, Maliande, Cronia , Strymonis, & Theſſalis etiam veterib. nominata , teſte Plin. Urbes clarę olim Chalcedon, Nicomedia, Nicæa , Apamia , Heraclea , & quae nunc cæteris praeſtat, Pruſa.Hinc Bithynius, & Bithynicus, a, um , apud Mart. De ea Claud. lib. 2. in Eutrop. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

Thyni Thraces erant, qua nunc Bithynia fertur.

Bithyniæ prom. *Capo di Pontinio* , teſte Mol. ultra Chalcedonem in ore Ponti. *Ptol.*

¶ Bitum, *Bito*, regnum Africæ , in Nigritarum regione, inter Zanfaram & Beninum , teſte Petro du Val.

¶ Bituntum, *Bitonto*, urbs Italiæ. Vide Butuntum.

Biturg a, opp. Hetruriae, quod quidam per errorem *Borgo di San Sepolcro* indigitant , cùm hæc urbs non in Hetruria, ſed in Umbria ſit, apud Tiberim fluv. à Tiferno 8. mill. paſſ. in Bor. diſtans . Potiùs eſt *Magliano* , oppid. Senenſ. ditionis , à Telamone 8. mill. paſſ. Suanam versùs 20. *Ptol.*

¶ Biturgia aliis eſt *Civitella*, oppidulum Hetruriæ , in dominio Florentino, 9. milliaribus ab Aretio Senam versùs, quanquam à Cluverio ponatur ad Tiberim fluvium , non longè à Peruſia in Boream, ubi nunc forſan *Cerqueto* caſtrum.

¶ Bi-

¶ Bituricenſis provinc. *le Berry*, provincia regni Franciæ, Ducatus titulo inſignita, ampla & fertilis, inter Borbonium, Nivernenſem agrum, Marchiam, Pictavenſem, Turonicum & Aurelianenſem agros. A Cari fluvio bipartitur.

Cæſ. Plin. & al. Bituriges, Bituríci Columel. pop. & urbs Gall. Celtic. archiep. quæ & Bituricæ, *Bourges*, ampla, metropol. Duc. Bituricenſ. caput, pop. & reg. *Berry*, in qua plura oppida, eaque ampla, continentur. Urbs inter Aurelianos ad Boream 22. & Claromontem urb. Arvernorum in auſtrum ad 40. leuc. ſita circa Galliæ umbilicum. Ejus mem. Luc. lib. 1.

Et Biturix, longiſque leves Axones in armis.

Baſilicam habet auguſtiſſimam, & academiam.

Ptol. Bituriges Vibiſci, (priores enim Cubi vocantur) pop. Aquitaniae, quorum caput eſt Burdigala urbs.

Biturix, Biturigo Oroſio, Bituricae Eccleſiaſticis & lib. Concil. *Bourges*, urb. archiep. ut dictum eſt, Biturigum metrop. media inter Aurelianos & Molinum ad auſtr. 22. leuc.

¶ Biturix, ſeu Bituricum, urbs eſt Gallę ampla, & Bituricenſis provinciae caput, ad Avaronem fluvium, aliàs Avaricum dicta, 7. leucis diſtat à Caritate in occaſum, & 6. ab Exeloduno versùs ortum. Fuit olim Celtarum regia, & poſtea caput regni Aquitanici. *Bourges* hodie.

* Bityla, Vitylum Stra. et Pauſ. *Vitilo*, teſte Soph. opp. Peloponneſi, apud oram Laconicam, à Tænaro urb. & prom. ad 22. mill. paſſ. à Thalame oppid. 10. (* in manuſcr. Seld. Βιτ.λα.

Cic. Bizantium. Vide Byzantium. Luc. lib. 11.

Fluctus ab Europa, quamvis Bizantion arcto

Pontus, & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu.

Scrip. Ger. Bizenia, poſtea Melincum, caſtrum German. in Bohemia, teſte Ænea Sylvio. Cujus fit mentio in vita S. Venceslai.

Steph. Suid. Ptol. Bizya, & Byze, (non Bizen, ut in Theſ. Ling. Lat.) Byzus Arriano, Biſa etiam Steph. *Vize*, teſte Leuncl. urbs Thracię archiep. in mediter. ſedes Præfecti, ab Apris 50. mill. paſſ. in Bor. Bizona etiam Strab. & Melae. Fuit & Byzon, ſeu Bizon Plin. opp. Thraciae, inter Apolloniam et Calatim, terræ hiatu abſorptum.

¶ Bizya, & Bizia, urbs Traciæ cis Rhodopen, in Cænica regione, 20. milliaribus diſtat à Perontico, & paulo amplius à Salmideſſo versùs Pontum Euxinum, inter Cabylam & Apolloniam.

Lib. Not. Blabia, *Blavet*, teſte Ortel. opp. cum arce pręmunita Gall. Celt. in ora occidua Britanniæ min. inter Venetos ad merid. & Brivatem portum ad arctos, apud Pontem Securum, opp.

¶ Blabia gaudet portu celebri, qui dicitur Portus Ludovici, *le Port Louis*; eſtque media inter Coriſopitum ad occaſum, & Venetias ad ortum, juxta oſtium Blabii fluvii, 3. leucis ab Hannebonto in meridiem.

Nicet & Cur. Blachia, reg. Daciæ, cum Myſię portione, quæ vulgò Valacchia apud noſtrates appellatur: in qua Tergoviſta metrop. & ſedes Principis.

Blamontium, *Blamont* ſeu *Blanmont*, oppidum Lotharingiae Ducatus, aliàs munitum. Comitatus titulo gaudet, ad fluvium Voſorium, qui paulò infra in Murtam cadit, 7. leucis diſtat à Nancejo in ortum, & prope montes, teſte Petro du Val.

¶ Blancaberga, *Blanckeberg*, oppidulum Belgii, in Comitatu Flandriæ, cum portu & fortalitio una leuca a Brugis in ora littorali, 2. autem ab Oſtenda in ortum.

¶ Blancafortium, *Blanquefort*, oppidulum Galliae, in Aquitania, prope Garumnam, & vix duabus leucis à Burdegala, in eo tractu qui vulgò *le Medoc* dicitur.

Mel. Ptol. Blanda, *Blanes*, opp. Hiſp. Tarracon. in ora littorali Catalauniae, inter Barcinonem ad auſtrum 8. & Gerundam ad arctos 6. leuc. ad fluv. cognominem.

Plin. Mel. & al. Blanda altera, Blandæ Liv. *Belvedere*, teſte G. Barrio, opp. Brutiorum, in ora marit. Calabriæ cit. inter Corillos ad occ. 9. & Clampetiam in ort. 10. mill. paſſ. ab Hyela oppidulo 4.

Cic. Blandenona, *Broni*, oppidulum Liguriae, in Galliae Ciſpad. et agro Ticinenſi, à Ticino 10. mill. paſſ. medium ferè inter Placentiam et Dertonam ad 20. mill. Ejus mem. M. Cic. in epiſt. ad Cic. fratrem, in epiſtolarum ad Attic. volumine.

Ex vita S. Belg. Blanderate, *Biandra*, opp. olim, nunc pag. Inſubriae, in agro Novarienſ. apud Seſſitem amnem: cujus Comites antiqui ſub Friderico I. Aug. præſertim memorati, olim cum Novarienſibus odia et pugnas exercuere. Abeſt à Novaria paulò ſupra 5. mill. paſſ. à Vercellis ad 15. Id Barderate a Plin. dici putatur; ſed ſitus videtur repugnare.

In vita S. Bertulf. Blandinium, cœnobium inſigne urb. Gandavenſis, in Flandria, D. Petro Apoſt. dicatum: quod propterea vulgò *S. Pietro* nominatur.

Anto. Blandona, Blanona Ptol. opp. Illyrici, in Liburnia, medium ferè inter Jaderam ad occ. Sebenicum ad ort. et Arauzonam ad Bor. ferę 20. mill. paſſ. diſſitum, *Vrana*, teſte Molet. apud oram littor. Ortel. malè Flavonam (quae in hiſtoria eſt) eſſe ſcribit.

¶ Blandona, ſeu Blanona, Brietio teſte, eſt *Banjaluch*, urbs munita in Boſnia, prope montes, et ſub Turcis, ſed longè a Jadera.

Hor. Blanduſia fons eſt in finibus Sabinorum, apud Mandelam villam Horatii, de quo is li. 3. carm. ode 13.

O fons Blanduſia, ſplendidior vitro.

¶ Blangiacum, *Blangis*, oppidulum Galliae, in Normannia et Caletenſi tractu, in limite Picardiae, ad amnem *Breſle*, in via Albamala, Aucas versùs.

¶ Blanii, populi Hiberniae. Vide Eblani.

Plin. Ptol. Blaſcon, *Gianea*, teſtè Dalechampio, inſ. maris Gallici, apud oſtia Rhodani fluv. Ortel. Metinam dici à Plin. ſcribit; ſed Metina legitur apud Plin. a Blaſcone diverſa. Blaſcon aliis *Languillade* hodie dici putatur.

¶ Blaſcon vulgò *Breſcou* dicitur, arx permunita et inſula maris Gallici, ſed parva in ſinu Leonino et ora littorali Occitaniae. Vix duabus leucis diſtat ab Agata in meridiem, et fere ſeptem a Narbona in ortum; ſed longè diſtat ab oſtiis Rhodani fluvii.

Ant. Blatum Bulgium, ſive Ablatum Bulgium, ut alii legunt, *Bulneſſe*, teſte Camd. opp. Albionis, in Cumberlandia, ſive in Cumbria reg. Angliae ad occ.

Auſo. Turo. Blavia, Blabia li. Not. Blavium Turpino, Blavutum, ut videtur Ant. *Blaye*, opp. Gall. Aquit. apud Garumnam fluv. ab oſtio illius 12. leuc. a Burdigala urb. 4. in Bor. Santonas versùs 16. Hujus mem. Auſon. epiſ. 10.

Aut iteratarum qua glarea trita viarum

Fert militarem ad Blaviam.

¶ Blavia eſt arx muniſſima, in qua tenentur tormenta ſua bellica relinquere qui Burdegalam versùs navigant. Sita eſt in Burdigalenſi agro, infra Confluentes Garumnae et Duranii, et 9. leucis a Santonis in meridiem, Burdegalam versùs, 6.

¶ Blekingia, *Bleking*, provincia alias Daniae, nunc regni Sueciae ab anno 1658. et olim Ducatus titulo clara. Sita eſt juxta mare Balticum, qua Germaniam reſpicit, habens a ſeptentrione Gothiam; et ab Occidente Scaniam. Ejus urbes praecipuae ſunt Ahuſium, Rotembya, et Chriſtianopolis.

Hero & a. Blemyes, Blemmyes Strab. Blemmyæ Plin. Melae, et Sol. opp. Æthiopiae, ſub Ægypto, apud citer. Nili ripam: quos Plin. ſine capite oculos in pectore geſtantes fabulatur.

Clau. Blenae, pop. Libyae, qui & Bleptae, Melae, quòd oculos habent in pectore, apud Nilum fluv. incolentes. Quorum Claud. mem. in epigr. de Nilo,

- Errat

Per Meroen, Blenaſque feros, atramque Syenen.

Ubi alij Blemyaſque feros legunt.

¶ Blenavium, *Bleneau*, oppidulum Franciae, in Ducatu Burgundiae et Puſaeenſi agro, ſub dominio Corteneorum, ad Lupam fluvium, 4. leucis a Brevioduro in ortum, et 11. ab Altiſſiodoro in occaſum.

Ptol. Blera, Blerae Cat. *Bieda*, urbs olim Thuſciae, nunc opp. Sutrio et Viterbio urbibus finitimum, ad 10. mill. paſſ. diſtans. Popul. Blerani Plin. In Theſ. Ling. Lat. ſcribuntur vicini Cortonenſibus, à quibus maximè diſtant.

Scrip. Gall. Bleſę, & Bleſenſe caſtrum, *Bloys* ſeu *Blois*, oppid. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. præclarum & elegans, à Regibus, ob loci amœnitatem & elegantiam, habitari ſolitum, inter Aurelianos ad ortum 16. & Turones ad occid. 18. leuc.

Ant. Bleſtium, *Old touun*, teſte G. Camden. oppid. Albionis, ſeu pag. in Angliæ Walliæque conf. haud procul ab Herefordia urbe.

Vet. Inſc. Bletiſa, *Ledeſma*, teſte Vaſæo, opp. Hiſp. Tarracon. in Salamanticenſi territ. ad Thormin fluv. vino celebre, apud Albam, inde 2. leuc. à Salamantica 6.

¶ Bletterum, *Bletterans*, oppidum Comitatus Burgundiae, ad amnem *Seille*, & in confinio Ducatus Burgundiae,

9. leu-

9. leucis a Cabillone in ortum , & totidem a Dola in auſtrum. Alias munitum fuit , nunc ſine mœnibus .

Bliteræ, Biltera Strab. Blitera Mel. Ptol. Bætiræ ; Bętarrns Steph. Beterrę Anton. Biterae lib. Conc. *Beziers*, urbs Gall. Narbonenſ. epiſc. ſub Archiep. Narbonenſi , inde 3. leuc. Montem Peſulum ad ort. versùs 11. colon. Septumanorum , teſte Plin. urbs probè habitata , ex praecipuis Occitaniae reg.

¶ Bliterae , *Beziers* , urbs eſt Occitaniae inferioris, ad Orobum fluvium, vix duabus leucis ab ora marisMediterranei , & 3. ab Agatha in occaſum ; eſtque elegans & culta .

¶ Bloczilia, *Bloczill Schans* , arx Belgii , in Friſia occidentali , ad oſtium amnis *Aa*, una leuca infra Stenovicum , & in littore maris Auſtrini, in dominio Hollandorum . de Arx Bloczilia .

¶ Blonicum, *Blonicz*, urbs Poloniae inferioris, in confinio provinciae Mazoviae , tota lignea eſt , quamvis ſpatioſa. 7. leucis Polonicis diſtat a Varſovia in occaſum , Lanciciam , versùs .

Boactus, *Vara* , teſte Auguſt. Juſtiniano , fluv. Thuſciæ non Liguriae, ut ſcribit Ortel. inter Auſerim & Macram fluens. Quamquam Vara non in mare Tyrrhenum, ut Boactus , ſed in Macram fluv. influit. Mihi Boactus is videtur , quem incolae Frigidum vocant , qui ex Apenn. mont. deſcendens , apud Maſſam opp. pelago excipitur.

Boactus fluv. eſt Liguriae , qui *Verra* dicitur , & etiam *Brignole* à quibuſdam ; Brunetum urbem alluit , & in Maciam ſe exonerat.

Boae , Bœae Paul. *Batica*, ſeu *Vatica*, teſte Nigro , opp. Peloponneſi, in Laconia reg. Bœa Plin. in ora littorali , inter Aſini maxillam & Maleam vicina promontoria . Al. *S. Angelo* , uti apud Mol.

Boagrius, fluv. Locrorum Epicnemidiorum , in Graecia , Thronium opp. praeterluens, ac in ſin. Oetaeum inter Cynum & Scarphiam oppida exiens. Qui aliquando ſiccis plantis tranſitur, aliquando ad 2. mill. paſſ. intumeſcit. *Terremotto* dicitur , ac etiam *Boagrio* .

Boandus fluv. Hiberniæ , per Laginiam reg. fluens. Vide Buvinda.

¶ Boas, inſula Dalmatię . Vide Bubua .

Bobium, (non Bobion , ut in Theſ. Ling. Lat.) *Bobi* , & *Bobio* vel *Bobbio*, urbs epiſc. Liguriæ ſub Archiep. Genuenſi , ad Trebiam fluv. intra montes ; olim cœnobium à Theodolinda Longobardorum Regina exſtructum , quod poſtea ſub Longobardis crevit in urbem , manente adhuc cœnobio , inter Placentiam 25. & Dertonam totidem mill. paſſ. à Genua ſupra 35. quot à Ticino. Ad Duc. Mediolanenſ. ſpectat, ſub ditione Vermenſ. familiæ. A Theodolinda Regina exſtructum traditur.

¶ Bobium eſt in confinio ditionis Genuenſis & Ducatus Placentini , & paucis conſtat incolis, 35. milliaribus à Dertona in ortum , & *Bobbio* dicitur .

¶ Boburii , *Bobures* , populi Americæ meridionalis, prope Emeritam , oppidulum Venezuelæ regionis , & Maracaibum lacum .

* Bocanum Hemerum, *Marocco*, & Hiſp. *Marruecos*, urbs Mauritan. Tingit. teſtib. Olivario , Nigro , & Curione, regia regni Marocchii , ampliſſima , apud mont. Atlantem , à columnis Herculis ſupra 400. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, à Volubili , ſeu Feſſa altera regia ſupra 300. Bocenum verò , ſeu Bozenum, *Bolzan*, opp. & emp. eſt Comitat. Tirolenſ. ultra Tridentum . De quo lib. 4. itin. Germ. ſic .

Excipit & feſſos Bocenum veſpere multis
Emporium clarum mercibus atque mero ,

(* Manuſcr. Seld. geminato X.)

¶ Bocanum Hemerum , Gallis *Maroc* , urbs eſt ex praecipuis totius Africæ, quæ aliàs ampliſſima & ſuperbiſſima , nunc ſenſim deficit à multis annis . Sedet juxta fluvium Niſſim , 35. leucis Hiſpanicis ab ora maris Atlantici , & 70. à Fezza ſeu Volubili in auſtrum , à Freto autem Gaditano 350. mill. paſſ. Bocenum verò *Botzen* incolis , *Bolzano* Italis , urbs eſt Comitatus Tirolenſis , in Germania , pertinens ad Juriſdictionem Oenipontanam , ad Eiſacum fluvium ; qui 3. milliar. infra in Atheſim cadit inter Tridentum & Brixinonem , 6. leucis Germanicis ab utraque .

¶ Bochanium , *Bouchain* , oppidum Belgii , in Hannonia provin. ad Scaldim fluvium , parvum , ſed munitum , quatuor leucis ſupra Valentianas , & tribus à Duaco , totidemque à Cameraco .

¶ Bochara , *Bochar* , urbs Aſiæ , in Zagathaya ſeu Mauralnaharia regione , versùs Oxum fluvium . Dicitur ab aliis Bachara , & celebris effecta eſt natalibus Avicennæ Philoſophi , 60. leucis diſtat a Samarcanda in meridiem .

Bodeni , Budici Melæ , Herod. ait nonnullis eſſe Geloni , pop. Scythiæ , ſive Sarmatiæ Europaeæ , quorum reg. *Podolia* eſt , teſte Vvillichio , in regno Polonico, Sauromatis & Tauroſcythis finitima. Ptol.

¶ Bodeni aliis fuere pars Baſtarnarum , inter Amadocos & Geunios populos , ubi nunc pars Volhiniæ ſuperioris provinciæ regni Poloniæ , Sanſone teſte .

Boderia , fluv. Albionis , in Scotia , *Forth* & *Frith*. Vide Bodotria . Ptol.

Bodincomagum , *Bondeno* , teſte Blondo , oppid. Gal. Togatae , ad Padum fluv. inter Ferrariam urb. ad ort. & Mirandulum opp. ad occ. 12. mill. paſſuum , quod & Induſtria . Sed Blondo contradicunt Andr. Alciatus, M. Niger , & Leander ex Plin. lib. 3. cap. 5. & 16. Bodincomagum & Induſtriam oppida diverſa in Liguria apud Padum reponente . Poſteriori loco ait Padum Bodincum appellari lingua Liguſtica , quaſi carentem fundo , quod ibi praecipua ejus profunditas incipiat . Crediderim Bodincomagum , quod & Bodincomum , fuiſſe apud Odolencum , vel ipſum Odolencum eſſe , caſtrum juxta Padum in Marchion. Montisferrati , ob vet. inſcript. ibi in marmore repertam . Ptol.

¶ Bodincomagum, ſeu Bodincomagus , eſt *Caſal* , urbs Italiae , epiſcop. permunita, & Montisferrati primaria, juxta Padum fluvium , quae etiam Induſtria dicta fuit à Romanis , teſtibus Brietio , Sanſone , & aliis . Ab Italis nunc vulgò *Caſale* dicitur , habens arcem hexagonam abſolutiſſimam ; eſtque celebris fortitudine Francorum & clade Hiſpanorum hiſce ultimis temporibus , 15. milliaribus diſtat ab Aſta in Boream , & 4. à Tridino , à Novaria autem 10. ſubeſtque dominio Ducis Mantuani . Vide Caſale S. Evaſii . Odolencum autem , qui *Odalengo* , vicus eſt juxta Sturam amnem , 8. milliaribus diſtat à Bodincomago in occaſum , & 3. à Pado flavio .

Bodiontii , ſive , ut in aliis lib. Ebroduntii , popul Gal. Narbon. in Sabaudia , ad lacum Lemanum , quorum opp. *Bonne* , nomen antiq. redolens , apud eundem lacum eſt , inter Genevam & Agaunum , à Geneva 6. leuc. Al. horum reg. *Val Fontenay* , & Germanis *Fuſseneir* , teſte Ægid. Scudo , putatur . Plin.

Bodius mons , *Monte Albodde* , opp. Umbriae , in Ducat. Urbinate , à Senogallia urb. 7. mill. paſſ. in meridiem . Script. Ital.

¶ Bodius mons , *Monte Alboddo* , oppidulum eſt Marchiae Anconitanae , in ditione Pontificia , 5. milliaribus ab Æſi in occaſum , prope limites Ducatus Urbini .

Bodminia , ſeu Boſuena , *Bodman* , urbecula Angliae , olim Epiſcopalis & ampla , in Cornubia provincia , 8. milliaribus a littore , & 15. à Plimuto in occaſum .

Bodobriga , Boudobrica , ſeu Baudobrica , Anton. *Boppart* , opp. Germ. ſuper. ad Rhenum , inter Bingium ad auſtrum 5. & Confluentes ad Bor. 3. leuc. à Fano S. Goaris proximum , à Magontia 9. Colon. Agrippinam versùs . Ant. Lib. Not.

¶ Bodobriga ditionis eſt Trevirenſis, 2. leucis diſtans à Confluentiis, una autem à Fano S. Goaris , & 3. a Naſſovia .

Bodotria , Boderia Ptol. poſtea Forthea , teſtibus Lhuydo & Buchanano , *Forth* vel *Frith* , fluv. Scotiae Edimburgum urb. regiam alluens , & ad ort. in mare Germanicum fluens . Sed Hectori Boethio (cui magis fidendum, uti indigenae) eſt Levinus fluv. & lacus , (cujus nominis & alius exſtat , in quem Glota influit apud Dunbritonum opp.) inter Fortheam & Taum decurrens , Corn. Tac.

¶ Bodotria aeſtuarium eſt Scotiae , inter provincias Fifam & Lothianam extenſum . A Scotis dicitur *Forth* & *Frith* , ab Anglis *Edenborrow Frith* , & à Gallis *Golfe d' Edinbourg* ab Edimburgo civitate primaria Scotiae; eſt aliquot inſulis ſparſum , & in illud plures fluvii ſe ſe exonerant ,

¶ Bodrogus , *Bodrog* , fluvius Hungariae ſuperioris . Oritur ex monte Carpatho ; & auctus aliquot fluminibus, in Tibiſcum ſe exonerat prope Tokaeum oppidum .

Boduni , pop. Britanniae , ſive Albionis . Vide Dobuni .

Bœbeis , Bœbe Steph. *Eſero* , teſte Soph. palus ſive lacus

lacus Theſſalię, cum opp. cognomine, quod Bœbos Hom. dicitur. Illum circumſtant montes Oſſa, Pelion, et Olympus, ac Pherae urb. unde etiam *Lago di Jeniſar* appellatur. Luc. lib. 7.

Ire per Oſsęam rapidus Bœbeida ſanguis.

Hinc Bœbicius nom. gent. Idem lib. 6.

Pinguis Bœbicio diſceſſit vomere ſulcus.

Fuit et Bœbe Steph. opp. Cretae.

Scrip. Germ. Boeni, pop. Germ. quorum reg. Bœmia, et Bohemia. De quibus lib. 1. itiner.

Huc ubi regna tenet, ſaltùque virente tuetur
Cuncta Boemorum candidus arva Leo,

Vide Bojemum.

Bœmia, et Bohemia, reg. Germ. ampla. Vide Bojemum. De ea lib. 5. itinerarii.

Cingitur Hercynio quo læta Boemia ſaltu.

Urbes Bohemiae majores ordine alphabetico.

Auſtia, *Auſsy*.	Marobudum. Vide Praga
Broda gemina, Bohemica, *Bohmisbroda*, & Teutonica, *Deutſchenbrod*.	Miſa.
Budoviſſa, *Budvveiſs*.	Pilſna, *Pilſen*.
Cutna, *Cuttemberg*.	Praga, *Prague*.
Egra, *Egra*.	Satecium, *Statz*.
Glacium, *Glatz*.	Slania, *Slany*.
Glatovia, *Klatavv*.	Taboria, ſeu Taborium, *Tabor*.
Hradecium geminum, unum Reginae, *Koniginggretz*, alterum Henrici, *Hradecz Henry*, ſeu *Newhaus*.	Tachavia, *Tachavv*.
Jaromiria, *Jaromirz*.	Verona, *Bern*.
Littomeritium, *Litomeritz*.	Sunt et Commoda, *Commetavv*.
Littomeſcum, *Littomiſſel*.	Launa, *Launy*.
	Limburgum, *Lymburg*,
	Mutha, *Moſta*.
	Pardubitia, *Padubitz*,
	Tetina, *Teyn*.
	Trebonia, et aliae.

¶ Bœnium, *Bœn*, oppidum Galliae, in provincia Forenſi, ad fluvium Linionem, qui 3. leucis infra cadit in Ligerim. 5. leuc. diſtat à Rodumna in auſt.

Ptol. Bœodurum, opp. Norici exciſum, apud Pataviam urb. Vide Boiodurum.

Ptol. Bœon, *Czurgati*, teſte Nig. opp. Tauricae Cherſoneſi mediterr. Tazo Cytaeoque finitimum.

Strab. Plin. Pauſ. & al. Bœotia, *Stramuzupa*, teſt. Laz. reg. Achaiae ſeu Helladis notiſſima, Aonia prius dicta, et Ogygia, teſte Steph. inter ſin. Corinthiacum et mare Ægaeum ubi ſin. Oetaeus et Chalcidicus, contenta, Doridi, Phocidi, Atticae, et Theſsaliae ſeu Phthiotidi contermina; cujus urbs primaria Thebæ, hodie tamen penè jacens. Sola Aſpalacum animal gignit frequens apud Orchomenum, quod exportatum aliò perit. A bovę à Cadmo ibi inventa, teſte Iſidor. nominata. Hinc Boeotus nom. gent. & Boeotius Ovid. lib. 3. Metam.

Męnia fac condas, Boeotiaque iſta vocato.

A Boeotiis multa manarunt adagia: in quibus hæc: *Ænigmata Boeotica*, de obliquè & obſcurè dictis; ut illud à Sphynge monſtro Thebano Oedipo propoſitum, *Quadrupes, bipes, & demum tripes*, ad triplicem hominis ætatem pertinens: *Bęotica cantio* apud Ariſtoph. de rudi & indocta cantione, & apud Sophocl. de vita primum læta, poſtea luctuoſa, *Boeoticum ingenium* apud Lucian. de ſtulto aut inſulſo: ait enim. Quod dixiſti, prorsùs agreſte eſt & vehementer Boeoticum. Unde aliud natum adagium *Auris Boeotica* apud Diogenianum, de homine craſſi judicii, ad quod alludit illud apud Hom.

Proxima Boeoti; quorum craſſiſſima gens eſt.

Sic *Bęotica ſus*, de homine agreſti & rudi. In Theſ. Ling. Lat. per errorem ſcribitur Boeotiam etiam mare Adriaticum attingere.

¶ Boeotia nunc *Stramulipa* dicitur; ſubeſtque cum tota Græcia ſub dominio Turcarum à 170. annis, habens urbes præcipuas *Stives*, Thebas, & *Badia*, Lebadiam, & ſub Livadia regione videtur comprehenſa à recentioribus.

Ptol. Bogadium, *Forsler*, teſte Villanov. ſeu potiùs *Friſlar*, vel *Fritzlar*, urbs Germ. in Haſſia reg. Latino rec. Friſlaria, urbs libera, inter Caſſellam ad Bor. 3. & Martisburgum ad auſtr. 6. leuc. Francofurtum versùs.

Ptol. Bogdomantis reg. Phrygiae majoris, *Chiutaje*; teſte Caſ. ſed *Ghiutaje* Cotyaeum eſt urbs clariſſima. Vide ibi.

¶ Bogdomantis ab aliis Bogdomanis dicitur; eſtque regio Bithyniae inter ſinus Aſtacenum & Cianum, & inter Pruſam & Nicomediam urbes, teſte Philippo a Vico.

¶ Bogeſunda, *Bogeſund*, oppidulum Sueciæ, in Veſtrogothia provincia, famoſum prælio Danorum cum Suecis facto anno 1520. in quo *Steno Sture* regni Sueciæ Adminiſtrator vulneratus, paulò poſt obiit, Davide Chytræo teſte.

¶ Bohemia, *Boheme*, regnum. Vide Bojemum.

Boja, urbs Bojorum pop. Gall. Celt. quae nunc *Bourbon* dici putatur: unde Borboniae reg. quae Ducatus eſt, & familiæ Borboniæ (ex qua nunc Reges Gallię dominantur) nomen. Nunc opp. a Molino opp. reg. primario 4. leuc. in auſtrum, Claromontem urb. versùs 14. ubi thermæ variis morborum generibus ſalutares. Caſ.

Bojanum, Bovianum Liv. & Pl. Bujanum Ptol. *Bojano*, colon. & urbs epiſc. Samnii ſub Archiep. Beneventano, inde ad 30. mill. paſſ. diſtans, ab Eſernia 20. in ort. apud fluv. Phiternum.

¶ Bojanum urbs eſt regni Neapolitani, in Comitatu Moliſino. Vide Bovianum.

Bojatum, *Bajone*, teſte Scalig. urbs Aquit. epiſc. ſub Archiep. Auſcenſi, maritima, in Hiſp. Tarracon. conf. ab Auſcis 22. leuc. ab Aquis 7. à Burdigala in merid. 34. Fonti rapido opp. & arci Hiſp. 5. Al. *Fovais* opp. dici putatur. Rom.

¶ Bojatum, pleriſque *Bajone*, urbs Galliæ, in Vaſcitania, ad Aturum fluvium, qui ibi Nivum haurit, 3. mill. paſſ. diſtat ab Oceano Cantabrico; eſtque permunita, ampla, emporium celebre, & Lapurdenſis agri caput, 14. leucis diſtat a Palo in occaſum, 30. ab Auſcis, & totidem a Burdegala; ſuntque qui exiſtiment inibi fuiſſe alias Aquas Tarbellicas.

Bojemum, Bojohemum Paterc. Bæmi Ptol. Bohemum apud Tac. ex al. cod. *Bohemia*, Italis, *Behemerlandt* & *Bemerlandt* Germ. reg. maxima Germ. ſylvis undique cincta & ſaltibus. Cujus regia eſt Praga, urbs ex maximis totius Germ. Ta

¶ Bojemum, regio Germaniae perampla, ubi primùm Boii fuere, tum Marcomanni, & tandem Bęmi nunc Bohemia dicitur, Germanis *Boheim*, Gallis *Boheme*, Italis *Bohemîa*, & Hiſpanis *Boemia*, incolis *Czeskazem*, teſte Brietio. Habet ab Oriente Sileſiam & Moraviam, a Septentr. Luſatiam & Saxoniam ſuperiorem, ab Occidente Franconiam, & a Meridie Bavariam; gaudetque titulo regni ſub quo continentur Sileſia & Moravia, ſicuti & alias Luſatia, quae ab anno 1623. Saxoni reddita eſt. Bohemia paret Auſtriaco a multis annis, ejuſque Rex eſt S. R. Imperii Elector.

Boii, pop. Gall. Celt. quorum reg. *Bourbonnois* dicitur, in qua Molinum, ſedes Ducum cùm ſtarent. Hi ex Germania profecti, in Gallia ſedem fixere. C

¶ Boii populi fuere Gallię valdè celebres, quorum regio nunc Borbonenſis provincia dicitur, Ducatus titulo inſignita, habens ab Oriente Burgundiam, à Septentrione Nivernenſem provinciam, uti ab Occidente Bituricenſem, cum Marchia Lemovicenſi, & a Meridie Alverniam. Ejus primaria eſt Molinum, ad Elaverem fluv. qui eam bifariam ſecat.

Boii, pop. Germ. quorum reg. Bavaria, vulgo *Bayern*, & *Beyeren*, eſſe videtur pleriſque. Hos Cæſar trans Rhenum habitaſſe, atque in Norico agro conſediſſe lib. 1. de bello Gall. refert. Hinc Bojus, a, um, ex lib. 7. itiner. T

Cùm Boias olim vincti luſtravimus urbes,
Qua ruit undoſi flava procella Lyci.

¶ Boii populi fuere Vindeliciae, in Germania, inter Iſarum & Oenum fluv. qui poſtea Bojoarii dicti ſunt. Eorum regio nunc Bavaria dicitur, incolis *Bayern*, Gallis *Baviere*; eſtque nunc Ducatus nobiliſſimus, cujus Dux S. R. Imperii Elector conſtitutus fuit hiſce ultimis temporibus. Vide Bavaria.

Boii quoque, popul. Gall. Aquitan. quorum tractus *Buchs*, teſte Vineto, dicitur, apud oſtia Garumnae fluv. à Burdigala urb. 16. leuc. in occ. A

¶ Boii populi fuere Aquitaniæ veræ, in Medocenſi agro, juxta Oceanum Aquitanicum, quorum tractus nunc *le pais de Buchs* dicitur; eſtque Principatus, cui qui preeſt dicitur Captam Buſius, *le Captal de Buchs*, ibi oppidum pręcipuum Buzium, *Cap de Buchs*, 8. leucis à Burdegala in occaſum, & totidem ab oſtio Garumnę in auſtrum.

Boij deniquè, Italiae pop. in Gall. Togata, inter Æmiliam viam et Padum, apud oram incolentes: quorum reg. magna ex parte Romandiola, vulgò *Romagna*, nominatur. Ipſorum primaria urbs fuit Ravenna. Mem. Bojorum. Sil. lib. 4.

Undè Bojorum; ſociata examina denſant
Inſandi Senones.

¶ Boii populi fuere Galliæ Ciſpadanæ. Ab Occidente ſeparabantur ab Anamanis Taro fluv. ab Oriente à Lingonibus Idice fluv. a Meridie a Liguribus Apennino monte, & a Septentrione a Cenomanis & Venetis Pado fluvio, teſte Brietio; erantque ubi nunc Ducatus Parmenſis & Mutinenſis, & ager Bononienſis.

Bojodurum, Bojodorum lib. Notit. *Boitre*, teſte M. Welſero, urbs olim Norici, in Vindelicorum conf. apud Oeni & Danubii confluentiam, nunc viculus, ruinis adhuc apparentibus, in Bavaria, apud Pataviam urb. *Bewtern* etiam à Cuſpiniano nominatur.

¶ Bojodurum eſt *Inſtat*, ad Confluentias Oeni & Danubii fluviorum, ex adverſo Pataviae urbis, ſeu potiùs pars ipſius versùs Auſtriam, in Bavaria inferiori, & à quibuſdam Ænoſtadium dicitur.

Bojon, opp. Doridis reg. Achajæ, Bojum Strab. Biuum vel Bæo Ptol. Lilææ & Cytinio finitimum, *Aſtaco*, teſte Mol. apud Sperchium fluv.

Bojorum deſerta, locus & tractus in Noricorum finibus, *Wienervvaldt*, teſte Laz.

Bojum, *Boibo*, opp. Æmiliae ſeu Gall. Tog. intra radices mont. Apennini, haud procul à Sarſina urb. nunc pag. Bojum etiam, *Bobio*, eſſe videtur urbs Liguriae, ad Trebejam amnem, à Placentia 25. mill. paſſ. Genuam versùs diſtans.

Bola, Bolae Liv. oppid. fuit Æquorum in Latio (non in Campania, ut in Theſ. Ling. Lat.) in via Appia, ab urbe Roma ad 10. mill. paſſ. occurrens. Pop. Bolani Plin. Mem. illius Virg. lib. 6. Æn.

Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios, caſtrumque Inni, Bolamque, Coramque.

Hi proximi erant Fidenatibus & Coriolanis.

Bolęna, urbs epiſc. Peloponneſi. Vide Bolina, ubi Bolinaeus fluv. urbem alluens, teſte Pauſ.

Bolbitinum, unum ex Nili fluv. oſtiis, inter Heracleaticum & Sebennyticum: ubi Bolbitina urbs Steph. *Roſſeto*, teſte Villanov. cum Mol.

Bolentium, *Rackelſpurg* Villanov. opp. Ponnoniæ ſuper. in Stiria, in Hungariae conf. ad Muram fluv. à Pætovione & Varianis caſtris 4. leuc. in Bor. à Kaniſia arce 3. in occ.

Bolerium, quod & Antiveſtæum, opp. & prom. Albionis occidentaliſſimum, in Gornubia reg. opp. *S. Burien* nominatur, ab Exonia urbs 79. mill. paſſ. in occ. Abeſt hoc prom. à Cantio prom. orientali ad 320. mill. paſſ.

¶ Bolerium oppidulum nunc S. Burienae Fanum dicitur; eſtque vicus extremus Cornubiae provinciae, prope Bolerium promontorium, quod nunc *The lands end*, ſeu finis terræ & etiam *The Cape of Cornwal* Anglis, *Penvhinguaed* verò & *Penvvith* Britannis. Vide Antiveſtæum.

¶ Boleslavia, urbs Germanię, in Bohemia, duplex, vetus nempe, quae *Boleſau* ſeu *Jung Bunczel*, ad Gizeram fluv. & nova, quę *Alt Bunczel*, ubi Gizera influit in Albim è regione Brandiſii oppidi, 2. milliarib. Germanicis a Praga in ortum.

Bolina, *Bolena*, urbs Achajæ, in Peloponneſo, epiſc. ſub Archiep. Patrenſi, Patris proxima. Unde Bolinæus fluv.

Bollia, *Polan*, teſte Laz. fluv. Pannoniæ ſup. in finibus Stiriæ infer.

¶ Bolſuerda, ſeu Bolſuardia, *Bolſuert*, oppidulum Belgii, in Friſia occidentali, 3. leucis diſtat à Leovardia in auſtrum & vix duabus ab ora Oceani Germanici, in dominio Batavorum.

¶ Boltonia, oppidum Angliae, vulgò *Bolton*, in Comitatu Lancaſtrienſi, 20. milliaribus à Lancaſtria urbe in auſtrum & totidèm à Caſtria in Boream.

¶ Bolzanum, *Bolzano*, caſtrum, in ditione Tyrolenſi, frequentibus nundinis tota Europa celeberrimum.

¶ Bombona, *Bombon*, provincia Peruviæ, in America meridionali, juxta lacum Chincacochiam & fontes fluv. Xauxae, versùs Andes montes.

Bomium, ſeu, ut alii cod. habent, Bovium, *Covvbridge*, teſte G. Camd. opp. Britanniae, in Vvallia inter Iſcam legion. 27. & Nidum 15. mill. paſſ. ex itin. Anton. (Camden. potiùs putat *Boverton* eſſe oppidulum, 3. illinc mill. paſſ. diſtans in auſtrum Utrumque eſt in agro Glamorganenſi.

¶ Bomium, ſeu, & meliùs, Bovium Silurum, Camdeno teſte, eſt *Covvbridge*, vicus Clamorganenſis Comitatus, 3. milliaribus ab ora littorali, et 8. à Cardiffa in occaſum.

¶ Bommelia, oppidum inferioris Germanię probè munitum, vulgò *Bommel*, inter Moſam Vahalemque ſitum in inſula vulgo *Bommelwert*, in Ducatu Gueldrię, ad tractum Batavicu. ſub ditione Batavorum. 2. leucis diſtat à Buſco Ducis in Boream Ultrajectum versùs.

Bonae fortunæ, inſ. maris Eoi, Sinarum oræ adjacentes, quæ *Borneo*, Mercat. teſte, dicuntur. *Ptol.*

¶ Bonæ ſpei Caput, *Cap de bonne eſperance* Gallis, *Cabo di buena ſperanza* Hiſpanis, promontorium Africae maximum & extremum, in auſtrum valde extenſum. Vide Caput bonæ ſpei.

¶ Bonavallis, *Bonneval*, oppidulum Gallię, in Belſia provincia et agro Carnotenſi, ad Lædum fluv. Tribus leucis diſtat à Caſtroduno in Boream.

Bondelia, *Banone*, ſive *Bagnone*, teſte Molet. opp. Hetrurię, inter Cariaram et Apuam, ſive inter Apuam & Fivizanum, inde 6. hinc 8. mill. paſſ. *Ptol.*

¶ Bondelia, *Bognone*, caſtrum eſt ad radices Apennini & juxta amnem cognominem, in valle Macrana, ſub dominio magni Ducis Hetruriae.

¶ Bondenum, *Bondeno*, oppidulum Italię, in Ducatu Ferrarienſi, ubi Panarus fluv. influit in Padum; 9. milliaribus ſupra Ferrariam, in ditione Pontificia.

¶ Bonifacium, *Bonifacio*, urbs eſt Italiæ, in Corſica inſula, ſatis culta, et probè munita, ſub dominio Genuenſium, ad meridièm inſulę, cum portu capaci. Ab ea fretum inter Corſicam & Sardiniam dicitur *le bocche di Bonifacio*; fretum Bonifacii, quod aliàs fretum Taphros dictum fuit; urbs autem Palla. Vide ibi.

Bonitium, *Poggibonci*, aliàs *Poggio Bontio*, opp. Thuſcię, in agro Senenſi, in via quæ Florentia Senam ducit occurrens, inter illam 20. & hanc 12. mill. paſſibus. *Vet. Inſcr.*

¶ Bonitium, Gallis *Pontgibont*, aliàs *Poggio Bonitii* dictum, oppidum eſt agri Florentini, ad Elſam fluvium. Sed ejus arx diruta jacet a multis annis.

Bonium, ſive, ut alii legunt, Bovium, *Bangor*, ſive *Banchor*, teſte G. Camd. urbs Albionis epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſ. in ora Vvalliae Boreali, ad Devæ fluv. oſtium. Al. Bovium pag. eſt apud Landavenſem urb. de quo in Bomio. *Ant.*

¶ Bonium oppidum fuit Cornaviorum, nunc vicus *Bangor* dictus, ad Devam fluvium, & in Flintenſi Comitatu Vvallię; fuitque alias monaſterium celeberrimum, nunc in ruinis jacens. Sed 40. milliaribus Anglicis diſtat a Bangoria urbe epiſcopali in ortum, et 20. ab oſtio Devæ fluvii.

Bonna, *Bon*, urbs Germ. infer. ad Rhenum, à Col. Agrippina 4. leuc. in auſtrum Confluentiam versùs & Moguntiam; quæ et Colon. Julia Bonna in antiq. inſcriptionibus, ac Verona ex vita S. Hannonis Epiſcopi. Hęc à Trojanis unà cum Xantho urbe Duc. Clivienſ. poſt excidium Trojæ an. 280. condita traditur. Hujus nobile encomium eſt lib. 6. itiner.

Templaque, cum claribus Bonna ſuperba ſuis.

¶ Bonnæ ſaepe degit Elector Colonienſis, aliaſque Ara Ubiorum dicebatur.

Bonna, *Bonne*, oppidulum Sabaudiae, aliàs Banta dictum, Simlero teſte. Sedet in Foſſiniaco tractu, 3. leucis à Geneva in orientem hibernum, ad Menojam amnem. *Tac. Ant. Ptol.*

¶ Bonnopolis, *Bonneville*, oppidum Sabaudiae Ducatus, in agro Foſſiniaco, ad fluv. Arvam, 2. leucis infra Cluſas, & 4. ab Annecio in ortum.

Bononea, priùs Felſina, à Felſino Tuſcorum Rege condita, *Bologna*, urb. archiep. & academ. Gall. Tog. in Æmilia, Romandiolae reg. primaria, ac ex praecipuis Italiae urbibus, ſi paucas excipias, inter urbem Romam ad Eurum 192. et Venetias ad Septentr. 102. mill. paſſ. ac inter Mediolanum ad occid. 125. & Anconam in ort. 135. à Florentia 54. in Bor. Mem. illius inter alios Sil. lib. 8. *Strab. Liv. Tac. & al.*

Ocni priſca domus, parvique Bononia Rheni.

¶ Bononia ſita eſt prope Rhenum amnem, in dominio Pontificio, cum tota ſua ditione. A Gallis *Boulogne la graſſe* dicitur, & gaudet Archiepiſcopatu ab anno 1583. Ab ea provincia adjacens vulgò dicitur *il Bologneſe*, eſtque

Prope Romandiolam. Urbs autem diſtat 25. milliaribus a Ferraria in auſtrum.

Scrip. Gall. Bononia altera, *Bo'oigne*, vel *Bologne ſur la mer* Gallis, & *Bologna al mare* Italis, urbs Gall. Belg. in ora Picardiæ, à Caleto urbe 7. leuc. diſtans in auſtrum, epiſcop. effecta ſub Archiep. Rhemenſi, ob excidium Tarvannae, a qua 6. leuc. abeſt in occ. Geſſoriacum navale à veter. dicta putatur, ab Ambianis 24. leuc. in Bor.

¶ Bononia, Galliæ urbs, eſt duplex, & valde munita, ad oſtium ferè amnis Lianae, cum portu & pharo a Carolo Magno Imperatore inſtaurata, & a Gallis dicitur *Boulogne ſur mer*; eſtque caput Comitatus ſeu provinciæ Bononienſis, quae vulgò *le Boulonois* dicitur.

Ptol. Amm. Bononia tertia, Hungarica urbs olim, nunc opp. Pannoniæ infer. ad Danubium fluv. media ferè inter Murſam, & Taurunum extremam Pann. & Hungariae urbem ad ortum, hinc 8. inde 7. leuc. à Sirmio 19. mill. paſſ. in Bor. Ea nunc *Bommonſter* ob cœnobium nominatur.

Ant. Bononia item, *Bodon*, teſte Mercat. urbs Myſiæ ſuper. ad Danubium, inter Dorticum ad occ. & Ratiariam in Caeciam 18. mill. paſſ. ex Anton. itin. Sed quae nunc *Bodon* dicitur, Bidina ſeu Bydena Græcis eſſe videtur metrop. de qua ſuo loco.

¶ Bononia, *Bologne*, urbecula Galliæ, in Aquitania & Comitatu Arminiaco, prope Geſſam amnem, 5. leucis diſtat à Lombarienſi civitate, & totidem a fano S. Bertrandi.

Jo n. a. Bontas, *Rottenthurn*, ſeu *Broſſi*, teſte Laz. anguſtia Alpium, per quas ex Hungaria ad merid. tranſitus eſt in Tranſylvaniam ad ſeptentr.

¶ Bonus aer, *Buenos ayres*, urbs Americae meridionalis, in Tucumania regione, juxta Argenteum fluvium, dicitur etiam Civitas Trinitatis; paretque Hiſpanis à multis annis.

¶ Bonus Conventus, *Bonconvento*, urbecula Italiae, in Etruria & Ditione Senenſi, in colle, juxta Umbronem amnem, 5. milliar. a Sena Romam verſùs. In ea obiit Henricus VII. Imperator ex veneno.

Plin. Booſcœte, urbs Bithyn. ſeu Ponti, poſtea Germanicopolis. Vide ibi.

¶ Boota, *Boot*, inſula Scotiae meridionalis, in Glottæ æſtuario, inter Araniam inſulam & Argatheliam provinciam, per 8. mill. paſſ. in longum ſe extendens, ſed non æquè lata.

¶ Bopardia, *Bopart*, urbecula Germaniæ, ad Rhenum poſt S. Goari oppidum, Archiepiſcopo Trevirenſi oppignerata. Vide Bodobriga.

¶ Boquerana, *Boquerano*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico, vix decem leucis diſtans ab ora Orientali inſulę Bornei verſùs Mindanaum.

¶ Borani, populi Sarmatiæ Europææ, & pars Baſtarnarum, a Ptolemæo Bulones dicti fuere.

Borbetomagus, Borbitomagum Anton. *Vvorms*, urbs Germ. ſup. ad Rhenum, epiſc. ſub Archiep. Moguntino, inter Spiram ad merid. 6. & Moguntiam ad ſept. 7. leuc. Latino rec. Vvormacia, Pop. Vangiones.

¶ Borbonia, *l'isle de Bourbon*, inſula Africæ, in Oceano Æthiopico, in ditione Francorum à paucis annis, cùm antea à Luſitanis inſula Maſcarenhae diceretur, ad orientem inſulae Madagaſcariæ ſeu S. Laurentii. Longa eſt 14. circiter leuc. & lata 25. eſtque 50. leucarum circuitus, fertiliſſima atque bene rigua. Ibi portus S. Pauli & Aſſumptionis, ubi habitationes Francorum.

¶ Borbonienſis ager, *le Bourbonnois*, provincia Galliae, Ducatus titulo inſignita. Vide Boii.

¶ Borbonium Anſelmium, *Bourbon Lancy*, oppidum Galliæ, in Ducatu Burgundiae & Auguſtodunenſi agro, ad Ligerim fluv. 7. leucis à Molino diſtat in ortum, cum caſtro antiquo.

¶ Borbonium Arcimbaldi, *Bourbon l'Archambault*, urbecula Galliae, in Borbonio Ducatu, 4. leucis à Molino; quae à quibuſdan Boja dicta fuit.

¶ Borca, *Borca*, oppidulum Africae, in Guinea regione & regno Biafræ, ad fluvium cognominem, qui infrà in Oceanum Æthiopicum cadit.

¶ Borcholmia, *Borcholm*, oppidulum Sveciae, in Oelandia inſula maris Baltici, verſùs Oſtrogothiam provinciam & Calmariam urbem, à qua tantùm 10. mill. paſſum diſtat.

¶ Borcholtum, *Borcho't*, oppidulum Germaniae, in Vveſtphalia & ditione Epiſcopi Monaſterienſis, ad fluvium Aam, in confinio Belgii, 3. leucis à Veſalia diſtat in Bor.

Lib. Not. Borcovicum, *Barwiek*, ſive *Borwick*, teſte Camden. urbs Albionis, in ora Angliae orientali, in Northumbria reg. inter Novum Caſtrum ad merid. 12. & Morpetum ad Bor. 8. mil. Angl. *Bervvick* al. dicitur.

¶ Borcovicum, *Barwick*, urbs alias Scotiae, nunc Angliae, & probè munita. Sedet ad oſtium Tuedę fluvii, 30. milliaribus Anglicis à Novo Caſtro, & totidem ferè ab Edimburgo.

¶ Bordelona, *Bordelong*, urbs Aſiæ, in India ultra Gangem, & in regno Siami, cum emporio & portu ſatis commodo.

Boreas, mons Macedoniae, in ora occidua, Dyrrachio urbi imminens. Vib.

Boreum, *Tel'inghe ad* Ortel. al. *S. Hellens head*, promont. Hiberniæ, in ora Bor. quod etiam al. *Capo di Ligra* dicitur. Pto

¶ Boreum promontorium, ubi Venicnii populi; nunc eſt *Cap. Enis*, in Lagenia provincia & Comitatu Dungalenſi.

Boreum alterum, *Capo di Tejones*, teſte Marm. prom. Cyrenaicæ, à Berenice urb. 126. mill. paſſ. in occ. ad Syrtim majorem, quam terminat. Pto

Borgum Centenarium, *Zentmar*, opp. olim, nunc pag. Pannoniae ſup. ſeu Valeriæ Ripenſis, teſte Laz. Li Ni

¶ Borgus, *Borgo*, urbs Finlandiae, in Svecia, in ora littorali, ad Finnicum ſinum maris Baltici, & in eo tractu qui vulgò *Nylandt* dicitur, 15. leucis Germanicis diſtat a Revalia Livoniae in Boream, & 25. a Viburgo Careliae in occaſum. Aliis eſt Burgus.

¶ Boringia, *Bornholm*, inſula maris Baltici, verſùs Scaniam, ab ea 20. mille paſſibus diſtans in orientem hibernum, ſub dominio Regis Daniae. A quibuſdam Bornholmia etiam dicitur. Ibi oppidum Nexoa & arx Hammerhuſia. Pluries devaſtata fuit a Svecis.

¶ Boriquena, *Borique n*, inſula Americae ſeptentrionalis, & una ex Antillis inter inſulas Portus Divitis & Sanctæ Crucis; eſtque parva admodum.

Bormanico, & Macina, opp. Gall. Narbonenſ. in Provincia. Alii ſic legunt, Bormani, Comaci, diviſim; quibus Bormani eſt *Obrac* opp. & Comaci *le Cave*, teſte Dalechampio. Pl.

¶ Bormanum, urbecula Daciae, in eo tractu ubi Javiges Metanaſtae; Sanſone teſte Non longè diſtat à Tibiſco fluvio.

¶ Bormia, *Bormia*, fluvius Italiae. Duplex eſt; uterque exoritur in Marchionatu Cevę, in Pedemontio, & aquas ſuas miſcet paulò ſupra Seſſanum; deinde auctus aliquot rivis, Aquas Stateliorum rigat, & infra Alexandriam in Tanarum influit.

Bormiae aquae, *Vvormſee*, ubi Bormium, vulgò *Vorms*, Ital. *Bormio*, opp. Rhætorum, ad extremum Valis Telinae, inter fontes Adduae et Ollij flum. a Novocomo urb. Inſubrum 100. mill. paſſ. diſtans in Cæc. teſte Paulo Paravicino. Sunt et Aquae Bormiae thermae apud Aquenſem urb. Statiellorum in Liguria, ſic dictae à Bormia fluv. juxta fluente. Bormium verò opp. non obſcurum abeſt ab ortu Adduae 3. mill. paſſ. à Morbonio apud initium vallis prædictę, haud procul ab oſtio Adduae, & Arce Fontana ad 52.

Bormius, mons Maced. Vide Bermius.

¶ Borneum, *Borneo*, inſula perampla Aſiae, in mari Indico, inter Sumatram, Javam, & Philippinas inſulas, figurę circiter rotundae, et ſub linea Æquinoctiali. Aliquot regna complectitur; ſed ab Europaeis nondum bene luſtrata fuit, præſertim verſùs oram Orientalem. Ejus primaria urbs *Borneo* etiam dicitur; eſtque in ora ſinus parvi, intra paludes, et Venetiarum ad inſtar, ampla, & emporium celebre.

¶ Bornhemum, *Bornheim*, caſtrum Belgii, in Comitatu Flandriae, unde regiunculae nomen, ad Scaldim fluvium, inter Aloſtum & Antuerpiam.

¶ Bornum, regnum et deſertum Africae, vulgò *Borno*, in Libya deſerta, ubi alias Garamantes, Cluverio teſte. Urbem habet cognominem et alicujus famę in illis partibus; et ab eo etiam nomen ſumit lacus Borni, *le lac de Borno*, per quem Niger fluv. labitur.

Boructuarii, pop. Germ. quorum fit mentio in vita S. Swiberti, quorumque villam Ortel. *Velſenberch*, in Duc. Bergenſi indigitat, vel divinando *Brouck* opp. ejuſd. reg. inter Duisburgum et Vverdam, quaſi Bructeri dicti. De quibus ſuo loco.

Boruſci, ſive, ut al. legunt, Boruſſi, popul. Sarmatiae Europ. in ora ad ſinum Venedicum incolentes, quorum reg. *Pruſſia*, quaſi Boruſſia dicitur in regno Polonico, contenta inter oſtia Viſtulae, et Memelli ad Cęciam; 37. leuc. patens inter dicta oſtia. Reg. Prutenia etiam Lati-

Latino rec. dicitur, *Preuſſen* & *Pruiſſen* vulgo, in regiam & ducalem diviſa. Urbes illius clariſſimę & emporia, Gedanum in regia, Mons regius in ducali. Ovid. lib. 4. de triſt lib. eleg. 8.

Vita procul patria peragenda ſub axe Boruſco.

¶ Boruſſia, ſeu, ut vulgò, Pruſſia, *la Pruſſe*, alias diviſa fuit in duodecim partes, dum Equitibus Teutonicis paruit. Sed a quamplurimis annis in duas partes dividitur, nempe in regiam, quę Regi Poloniæ ſubeſt, & in ducalem, quæ Electori Brandeburgico, olim jure clientelari, nunc ſupremo. Provincia eſt admodum fertilis & rigua, inter mare Balticum ad Boream, Poloniam inferiorem Mazoviamque ad merid. Lithuaniam ad ort. & Pomeraniam ad occ.

¶ Urbes illius clariores ſunt.

In Pruſſia Regia,	In Pruſſia Ducali,
Gedanum, *Dantzick*.	Regiomons, *Konigsberg*.
Marienburgum, *Marienburg*.	Memelia, *Memel*.
	Brausberga, *Braunsberg*.
Elbinga, *Elbing*.	Brandeburgum, *Brandebourg*.
Torunia, *Thorn*.	
Conitza, *Konitz*.	

Boryſthenes, fluv. Sarmatiæ Europ. notiſſimus & ingens, Danaſter Jornandi, Danaſtus Marcell. ut aliquibus videtur, variè indigitatus, *Dnieper* Lud. Decio, *Nieper* Mercat. *Briſna* Leuncl. *Bereſina* Peucer. & Eberſtenio, *Dneſter* & *Neſter* Mart. Cromero. Sed *Nieper* Naparis eſt Herod. *Neſter* eſt Tyras, qui inter Boryſthenem & Danubium fluit. *Bereſina* itaque, per Lituaniam fluens, & Naparim excipiens, (in cujus nomen tranſit) Boryſthenes eſt, cum mont. & urbe cognomine, anno 111. poſt captam Trojam condita apud oſtia illius, ab oſtio Iſtri Boreali 250. mill. paſſ. ab oſtio verò Tyræ 120. in ſeptentr. diſtantia. Pop. Boryſthenitae Herod. apud oſtia incolentes, aliis Boryſthenidę. Ovid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

Cumque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dyraſpes.

Hic fluv. per 600. ſtad. navigatur, ſalemque multum ad oſtia producit, teſte Herod.

¶ Boryſthenes, nunc *Nieper* dictus, fluvius Poloniae pręcipuus, teſtibus Cluverio, Sanſone, Brietio, & aliis. Fontes habet in Moſcovia; qua relicta, Poloniam ingreditur, ubi Smolenskum, Orſam, Mohiloviam, & Rohaczoviam, Lithuaniæ urbes, rigat: dein auctus fluviis Bereſina Pripejo, Soſa, Deſena, & aliis plurimis per Volhimiam inferiorem labitur juxta Kioviam & Circaſſium urbes præcipuas, & in mare Nigrum ſe exonerat prope Oczacoviam, quæ alias Olbia & Boryſthenes etiam dicta fuit, 50. mill. paſſ. ab oſtio Tyræ, & 100. circiter ab oſtio Boreali Iſtri in Septentrionem.

Boſa, *Boſa* etiam vulgò, *Boſſa* & *Boſi*, urbs epiſc. Sardiniae ſub Archiep. Turritano, in ora littorali, inter Emporias ad Bor. 40. & Arboream ad auſtrum 30. mill. paſſ. à Saſſari metropolit. loco Taurritanae ad 40. in merid. Pop. Boſenſes Plin.

¶ Boſcobellum, *Boisbelle*, ſeu aliter *Enrichemont*, oppidulum Galliæ, in Bituricenſi Ducatu, Principatus titulo clarum, cum caſtro, 5. leucis à Biturico, & totidem a Ligeri fluvio.

Boſcum Ducis, ſive Sylva Ducis, *Bois le Duc*, & per contractionem *Bosleduc* & *Bolduc*, Belgicè *'s Hertogenboſch*, urbs Belgii in Brabantia, epiſc. ſub Archiep. Mechlinienſi, inde & ab Antuerpia 12. leuc. in ort. in Holandiæ Geldriaeque conf. urbs probè munita, cujus pop. bellicoſiſſimus. Ibi inter alia admiranda horologium artificioſiſſimum conſpicitur.

¶ Boſcum Ducis, *Bosleduc*, urbs eſt nova & ampla, ad Domelam amnem, qui mox cadit in Moſam fluv. habens territorium peramplum, quod vulgò *la Mairie de Boſleduc* dicitur, continetque 102. parochias. Capta fuit ab Hollandis anno 1629. & nunc etiam ipſis paret cum toto tractu adjacente.

¶ Boſna, *Boſna*, fluvius Boſniae regionis, ſub magno regno Hungariæ. Oritur in Servia; & dein rigatis Saralio & aliis locis, & auctus aliquot fluviis Boſniae regionis, in Savum cadit, prope Arkium.

¶ Boſna Sarajum, *Boſna Saray*, urbs Boſniæ, ad Boſnam fluv. quae ab aliis Saralium dicitur, *Sarajo*, in limite Serviae regionis. Vide Saralium.

¶ Boſnia, ſeu Boſſena, *Boſnie* Gallis, *Boſſen* Germanis, et *Boſnia* Italis, regio fuit Serviae, ſic dicta à flumine cognomine per eam labente; adjacentibus deinde regionibus Rama, Uſora, et Sale mediterraneis, et Chulmia maritima additis, in regnum evecta fuit; habuitque Reges proprios, cum antea pars fuiſſet magni regni Hungariae. Habet a Septentrione Schlavoniam, ab Occidente Croatiam, ab Oriente Serviam propriam, et a Meridie Dalmatiam. Nunc autem tota paret Turcis à quamplurimis annis; et ejus primaria eſt Jaycza. Dicitur etiam Boſna, teſte Ioanne Lucio. Et ibi fuit antiquitus pars Illyrici occidentalis.

¶ Boſphorani, populi Sarmatiae Europaeae, versùs Boſphorum Cymmerium, ſub Roxolanis, ubi nunc pars Tartariae Precopenſis. Eorum alii Aſiatici dicti fuere, quia in Aſia erant trans Boſphorum; alii autem Europaei, quia in Europa degebant.

Boſporus geminus, unus Thracius, qui vulgò Italis *Stretto di Coſtantinopoli* dicitur, Græcis *Laimon*, Turcis *Bogazin*, teſte P. Gyllio. Eſtque maris anguſtia inter Byzantium in Europa et Chalcedonem in Aſia 4. ſtadiis patens: unde utrinque cantus gallorum, latratus canum, rumoreſque hominum exaudiuntur. Alter Cimmerius, qui Fretum Cimmerium Herod. dicitur. Os Mæotidis Capellae, Patares anguſtiae Marcellino, vulgò *Voſpero*, (quòd nomen eſt etiam urbis ibidem ſitae) *Stretto di Gaffa* Italis, et *Bocca di S. Giovanni*. Eſtque anguſtia maris inter Tauricam Cherſoneſum in Europa, et Sarmariam in Aſia, paulò laxior Thracia. Ibi Boſphorus urb. archiep. vulgò *Voſpero*. Abeſt à Thracio 500. mill. paſſ. ab oſtio Tanais 375. in auſtrum. Pop. Boſphorani Plin. Boſphori mem. Claud. de laud. Stil. l. 1.

Polyb. Strab. Plin. & al.

Cum floribus æquora vernis
Boſporus indueret, roſeiſque evincta coronis.

Et Val. Flac. lib. 4. Arg.

Æquora, qua rigidos eructat Boſphorus amnes.

Hinc Boſphoreus, a, um, adject. apud Sidon. in panegyr. Anthem.

Boſphoreis elephas inglorius ora tributis.

¶ Boſporus ab aliis, et melius, Boſphorus Thracius dicitur; eſtque inter Thraciam et Aſiam minorem, ſeu inter Pontum Euxinum et Propontidem, et a Gallis *le detroit de Conſtantinople*, ſeu *Canal de la mer Noire* vocatur; Boſphorus verò Cimmerius, inter Maeotidem Paludem et Pontum Euxinum, alias Mæotidis fauces dictus fuit, nunc *detroit de Caffa*, ab urbe in viciniis, ſeu etiam *de Kerci*, ab oppido ei adjacente in Taurica Cherſoneſo. Ab eo dicti fuere Boſphorani populi in eo tractu, et mare Boſphoranum. Boſphorus verò urbs, poſtea Panticapaeum, in Taurica Cherſoneſo hodie eſt *Voſpero*, teſte Nigro.

Boſporus etiam *Ochſenfurt* appellatur, oppid. Germ. in Franconia, ad Mœnum fluv. inter Herbipolim et Rotemburgum 4. leuc. diſſitum.

¶ Boſſina, ſeu Boſſena, *la Boſſine*, ubi aliàs Beſſi pop. Vide Boſnia.

¶ Boſſonis villa, *Boſſonville*, oppidulum Lotharingiae, quod a Germanis *Buſendorf* dicitur. Sedet ad Nidam fluv. cum Abbatia aliàs celebri, nunc bellis deformata, 2. leucis diſtat à Valdelfinga in occaſum, et 5. à Metis in ortum.

Boſtra, *Boſra* Leuncl. *Buſſereth* G. Tyrio et al. urbs archiep. Arabiæ petreæ metrop. Philippi Imper. patria: quę ex eo Philippopolis dicta eſt, teſte Zonara; nunc ſub Patr. Hieroſolymitano, cùm priùs eſſet ſub Antiocheno. Fuit & urbs Phœniciae littoralis, proxima Byblo, teſte Strab. In Theſ. Ling. Lat. neſcio quo errore urb. maritima Phœniciae apud Byblum deſcribitur.

Amm. Steph. Lib. Not.

¶ Boſus mons, *Monte Bozo*, mons Italiae, in Ducatu Mediolanenſi et agro Novarienſi.

¶ Bothnia, *la Bothnie*, provincia eſt regni Sveciae, ampla, inter Lapptam regionem, et extremam ſeu ſeptentrionaliorem partem maris Baltici, quae aliàs *Dumashaff*, quaſi Dumbi mare dicta, nunc Bothnicus ſinus appellatur. Regio ipſa dividitur in tres partes, nempe in Bothniam Borealem, *North Bothnie*, Bothniam Orientalem, *Ooſt Bothnie*, et Bothniam Occidentalem, *Weſt Bothnie*; ejuſque primaria urbs eſt Torna, *Torn*, civitas juxta ſinum Bothnicum. Aliae urbes ſunt nullius nominis.

Botontinus ager, qui idem videtur cum Butuntino, à Butunto urb. Apuliae Peucetiae.

Botrodus, nemus Hiſp. Tarrac. in Celtiberis: ubi olim opp. fuiſſe, nunc vicum, apud Segobrigam urbem, ſcribit Perottus ex Polyb. Ejus mem. Mart. lib. 1. epigr. 49.

Tib. Lim. Martia.

Et delicati duce Botrodi nemus,
Pomona quod felix amat.

Mel. Ptol. & al. Botrus, *Botrun* Poſtello & Volaterr. *E'patron* incolis, & al. *Beteron*, urbs epiſc. Phœniciæ ſub Archiep. Tyrio, in ora, inter Tripolim ad Bor. & Byblum in auſtr. 18. mill. paſſum ſita. * Botrys etiam apud Strab. legitur. (* At male legunt codices excuſi Boſtra, inquit Ortel.

Ariſt. Bottiæi, apud Ariſt. pop. fuere ex Creta, genus ab Athenienſibus ducentes, in Japygiam primùm profecti, deinde in Thraciam. Horum puellae inter canendum dicere ſolebant: *Eamus Athenas*: quod dici ſolitum erat, cùm quis patriæ aut prioris fortunæ deſiderio teneretur, authore Ariſtot. in polit. de Repub. Bottiæorum.

Lib. Conc. Bova, urbs Brutiorum marit. in monte, in ora Calabriȩ ulter. inter Rhegium & Locros ad 30. mill. paſſ. epiſc. ſub Archiep. Rhegino, etiam vulgò *Bova*.

¶ Bova urbecula eſt, 20. milliaribus a Rhegio in ortum, 3. milliar. ab ora littorali maris Jonii, & 7. ab Herculis promontorio; deficitque in dies.

Plin. Liv. & al. Bovianum, Bojanum Strab. Bujanum Ptol. *Bojano* colon. & urbs epiſc. Samnii ſub Archiep. Beneventano, inde ad 30. mill. paſſ. diſtans, in Comit. Moliſino. Hinc Bovianius nom. gent. Sil. lib. 8.

Qui Batulum Mucraſque colunt, Boviania quique.

Tac. Liv. & al. Bovillae, Bobile Frontino, *Babuco*, opp. Latij, in Hernicis, colon. & municipium, apud Cic. memoratum, Alatrio Veruloque finitimum, inter Fruſinonem & Soram ad arctos ad 6. mill. paſſ. diſtans, ab Arpino totidem. Ejus mem. Martial. lib. 2. epigr. 6.

Et cum currere debeas Bovillas,
Inter jungere quȩris ad camȩnas.

Fuerunt & Bovillæ pag. Romæ vicinus, in via Appia. Mem. Prop. lib. 4.

Quippe ſuburbanae parva minus urbe Bovillæ.

Unde ab Ovid. in faſt. lib. 3. Suburbanae Bovillae dicuntur.

¶ Bovillæ, nunc eſt *Bauco*, caſtrum ditionis Pontificiæ, in Campania Romana, prope limites regni Neapolitani, 4. milliaribus à Liri fluvio, & 8. à Fruſinone in ortum.

¶ Bovillium, ſeu etiam Boglia, *Boglio* incolis, *le Bueil* Gallis, oppidum Comitatus Nicæenſis, in ditione Ducis Sabaudiae, & in limite Francico, 3. leucis à Glanateva in ortum, intra montes; & aliàs Comites habuit proprios.

Scrip. Belg. Boviniacum, *Bovines*, opp. Belgii, in Comit. Namurcenſi, ad Moſam fluv. contra Dinantum opp. in altera fluminis ripa, à Namurco urb. 4. leuc. in auſtrum. Ejus mentio fit in vita S. Remacli Epiſcopi.

¶ Bovinum, *l'isle Bouin*, inſula Galliae, in ora Oceani, Pictavienſis provinciae ex parte, & Britanniæ, & prope Herum inſulam. Parvi eſt circuitus, cum uno aut altero caſtro.

¶ Bovinum, *Bovino*, urbs regni Neapolitani, in provincia Capitanata, epiſc. ſub Archiep. Beneventano. Sedet prope fluv. *Cervaro*, ad radices Apennini, & in limite Principatus ulterioris; pauciſque conſtat incolis, 6. milliaribus diſtat a Troja in auſtrum Auſculum versùs, & 12. ab Ariano.

Bovium. Vide Bonium, & Bomium.

Ant. ¶ Bovium, urbecula Albionis, in eo tractu ubi aliàs Ordovices populi, nunc *Bangor*. Vide Bonium.

¶ Boxtuda, *Boxtehude*, oppidum Germaniae, in Ducatu Bremenſi, ſub Suecis. Vide Buxtehuda.

¶ Bozolum, *Bozolo*, oppidulum Italiae, in Ducatu Mantuano, Principatus titulo clarum, gentis Gonzagæ, in limite agri Cremonenſis, 2. milliaribus ab Ollio fluv. & medium fere inter Mantuam & Cremonam.

Scrip. Belg. Brabantia, *Brabant*, reg. maxima Belgii, inter Flandriam ad occ. & Geldriam ad ort. cujus pop. Ambivariti veteribus dicti à nonnullis putantur. In ea Tungros & Grudios eſſe certum eſt. Urbes primariae ſunt Bruxellae, ſedes Ducis, (eſt enim Ducatus titulo inſignis) Machlinia metrop. et conventus juridicus, Lovanium academia celeberrima, Antuerpia emporium maximum ante Batavorum defectionem. De ea lib. 4. itiner.

Tungrorum hic veteres monſtrare Brabantia ſedes.
Incipit, ut Buſcum primò devenimus, inde, &c.

¶ Brabantia, *le Brabant*, provincia eſt Belgii, inter Hollandiam ad Boream, Gueldriam & Leodienſem ditionem ad ortum, Flandriam & Zelandiam ad occaſum, & Hanoniam Comitatumque Namurci ad meridiem. Ibi alias fuere, Menapii populi; & hodie pro majori parte ſubeſt dominio Regis Hiſpaniae. Sed pars ejus ſeptentrionalis paret Hollandis, & ſub Brabantiae Ducatu cenſentur etiam Marchionatus S. Rom. Imperii, ubi Antuerpia, & Mechliniae dominium, ubi Mochlinia.

¶ Brabantiae urbes.

Antuerpia, *Anvers*, ſub Hiſpanis.
Bergae ad Zomam, *Berg op zoom*, ſub Hollandis.
Breda, *Breda*, ſub Hollandis.
Bruxellae, provinciae caput, *Bruxelles*, ſub Hiſpanis.
Buſcumducis, *Bosleduc*, ſub Hollandis.
Gravia, *Grave*, ſub Hollandis.
Guillelmoſtadia, *Willemſtadt*, ſub Hollandis.
Lovanium, *Louvain*, ſub Hiſpanis.
Meſchliniae, *Malines*, ſub Hiſpanis.
Tienæ, *Tillemont*, ſub Hiſpanis.

Brabaſtenes, mons Peloponneſi, Lacedæmoni urb. proximus, inde 10. mill. paſſ. diſtans. *Liv.*

Bracara, quae & Braeçara, *Braga*, urbs archiep. Hiſp. Tarraconenſ. ad regnum tamen Portugallicum ſpectans: (Pop. Bracari vel Bracares) olim clariſſimus conventus. Sita eſt inter Portum Calenſem ad merid. ad oſtium Durii fluv. & Tyden. urb. Calaicorum, ad Minium fluv. in Bor. 8. leuc. plùs minùs. Vide Auguſta Bracarum. Sub Bracarenſ. Archiep. olim cenſebantur Dumium, Portus Calenſis, Tyde, Auria, Iria Flavia, Lucus Auguſti, Bretonia, Aſturica, & Legio, quae nunc Compoſtellano ſubſunt, Portu excepto. De ea quidam Poeta Luſitan. *Plin. & al*

Quaque ſinu pelagi jactat ſe Bracara dives.

¶ Bracara, *Braga* incolis, *Bragues* Gallis, urbs antiqua & ſatis ampla, à qua dicti fuere Callàici Braccarii, in Tarraconenſi Hiſpania. Nunc eſt in Portugallia, ad amnem Cavadum, 5. leucis ab ora littorali Oceani, & totidem à Viana in ortum, in provincia intra Durium & Minium dicta.

¶ Braccianum, *Braciano*, aliis Bracenum, oppidum Italiae, in prov. Patrimonii S. Petri, Ducatus titulo inſigne Urſinorum, ad lacum cognominem. Dicitur aliter Arcennum. Vide ibi.

Brachbantium, *Klein Brabant*, reg. parva Brabantiae, in Flandriae conf. teſte Ortel. cujus mentio habetur in vita S. Landoaldi Presbyteri. *Scrip Belg*

¶ Brachia, inſula Illyrici, Scylaci Cratia, Porphirogenitae Bratzes Narentanorum, Italis *Brazza*, Slavè *Brac* dicta, teſte Joanne Lucio.

Brachmanes, * Ptol. Brachmani, Philoſophi Indiae citer. qui adhuc *Bramini* noſtratibus, & *Nairi* incolis, teſte Maphæo, nominantur. (* Selden. manuſc. βραχμᾶναι. *Str. Pto*

¶ Braclavia, *Braclau*, urbs Poloniae, in Podolia inferiori, ad fluvium Hipanim, *Bog*, versùs confinia Moldaviæ.

Brada, Bradanum hab. alii cod. *Bradano*, fluv. Lucaniae, inter Venuſiam et Potentiam urbes fluens, ac in ſin. Tarentinum immittens inter Tarentum & Metapontum. Hic Mont. Peluſium, Gravinam urbes, Graſſanum, Milionicum, Scalioſum oppida, cum aliquot aliis praeterfluit, ex Apenn. mont. ortum ducens. *An*

¶ Bradanus fluvius per Baſilicatam provinciam currit, et in ea prope Acherontiam, Oppidum, Montem Peluſium, et Scalioſum urbes labitur; et versùs oſtia Baſilicatam ab agro Hydruntino ſeparat. Sed longè diſtant ab eo Gravina et Graſſanum.

Bræcara urbs, et Braecarii pop. Hiſp. Vide Bracara. *Pt*

Bracari, five Bracares pop. Plin. Horum reg. *Entre Duero e Minho* appellatur, i.e. inter Durium et Minium fluvina tractus. Vide Auguſta Bracarum.

¶ Braegitium, urbs Pannoniae, hodie *Comara*, ad Danubium fluv. aut locus non procul, *Bontuda*, ubi ejus ruinae viſuntur, teſte Brietio. Vide Bregaetium.

¶ Bragiacum, ſeu Braeum, *Bray*, oppidum Galliae, ad Sequanam fluvium, in Senonenſi, agro inter Monaſteriolum ad Icaunam, et Nogentium ad Sequanam.

Bragodunum, ſeu Brogodunum, ut alii legunt, opp. Rhaetiae, *Rockenburg*, inter Ulmam 2. et Memingam 8. leuc. Vide Bragodurum.

Bragodurum, *Pfullendorf* Mol. et al. opp. Ger. liberum, in Suevia, à Conſtantia urb. 5. leuc. in Bor. Tubingam versùs diſtans. *Pt*

¶ Bragodurum, ſeu Brigodurum, quod etiam Brigobanna, eſt caſtrum *Beyern*, in Suevia, ad Danubium fluvium, 12. mill. paſſibus à Dutlinga in ortum, teſte Cluverio, & 16. ab Uberlinga in Boream.

¶ Bramæ, *Bramas*, populi Africae, in Æthiopia inferiori & regno Loanghi, inter Anzicanos populos & Oceanum.

Bramagum, vel ex al. cod. Bromagum, *Bramans*, vel *Bramaſans*, teſte Siml. olim urbs, nunc opp. Sequa- *A*

quanorum, in Equeſtrium & Helvetiorum confin. apud lacum Lemanum, inter Bibiſcum oppid. ad lacum prædictum 9. & Minnodunum in finibus Bernenſium 6. mill. paſſ. diſſitum. Sunt qui *Romont* eſſe ſcribant, opp. in finibus Sequanorum.

Bramma, *Brema*, teſte Mercat. urbs Sinarum, in ora maris Eoi, in conſ. Serum.

Branchidarum oratulum, Branchidæ, quod & Didyme, locus Apollini ſacer in Mileſia reg. in Joniae confin. *Petrun* hodie locus, Nig. teſte, nominatur.

Brandeburgum, quaſi Brennoburgum, *Brandeburg*, & *Brandenburg*, urbs Marchiæ, quæ ab ea Marchia Brandeburgenſis denominatur, à Brenno Gallorum Duce, ut putatur, condita, ad Havellam fluv. in Saxoniae confin. epiſcop. ſub Archiepiſcop. Magdeburgenſi, inde 10. leuc. diſtans in ort. hibern. inter Berlinum & Havelburgum ſerè media 7. leuc. utrinque. Ejus mentio ſit lib. 4. itinerar.

-digreſſus ab urbe petebam,
A Duce qua Brenno *condita nomen habet.*

¶ Brandeburgum urbs eſt antiqua Germaniae, in media Marchia, & ab Havela fluvio in duas partes diviſa, nempe in ſuperiorem & novam; eſtque media ferme inter Berlinum & Magdeburgum. Hinc dicitur Marchia Brandeburgica, quæ triplex, nempe ſuperior, media, & nova; & hinc etiam Elector Brandeburgicus ex præcipuis Germanię Principibus. Vide Brennoburgum.

¶ Brandeburgum, urbs Poloniae, in Pruſſia Ducali, ab Electore Brandeburgico conſtructa à paucis annis, ubi Pregela fluvius in ſinum *Friſch Haff* ſe exonerat aliquot milliaribus infra Regium montem.

¶ Branicum, *Branick ſeu Bruneck*, caſtrum Germaniae, in Comitatu Tirolenſi & ditione Epiſcopi Brixienſis, ad amnem *Rienez*, 3. leucis Germanicis à Brixinone in ortum, & totidem ferè a confinio Status Veneti.

Branneſia, *Aldenburg*, & *Oldenburg*, urbs German. ſeu Cimbricæ Cherſoneſi, in ora Holſatiae orientali, ferè exciſa, à Lubeca, quæ ſucceſſit ei, 11. leuc. in Bor.

¶ Branneſia, *Oldenborch*, & quibuſdam *Aldeborch*, urbs fuit Epiſcopalis Holſatiae, in Wagria regiuncula, 8. leucis à Lubeca, quæ ei ſuffecta in epiſcopatu, nunc tantùm caſtrum, 2. leucis ab ora maris Baltici. Vide Aldeburgum.

Brannogenium, poſtea Brangonia, & Brangornium, ut aliquibus videtur, *Bangor*, urbs Albionis epiſcop. ſub Archiep. Cantuarienſi, in ora Walliae Boreali, contra Monam inſ. propinquam, ab urbe Aſaphenſi ad 20. mil. paſſ. in occ. Sed Brangonia aliis Vigornia potiùs eſſe videtur. Vide Branovium.

¶ Brannogenium, Camdeno & aliis oppidum fuit Cornaviorum, quod nunc *Worceſter*, & Latino recenti Vigornia, urbs Anglię, in provincia cognomine, ad Sabrinam fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi. Vide Branovium.

Brannovices, pop. Gall. Narbonenſ. in Allobrogum finibus, quorum reg. *la Morienne* vel *Maurienne*, & Latinè Mauriana nominatur, teſtibus Marliano & Pingonio, ubi Mauriana urbs. Vide ibi.

¶ Brannovices, ſeu Brammovices, pop. fuere Gall. Narbonenſ. & pars Centronum, nunc in Ducatu Sabaudiæ, quorum oppidulum etiam Brammovicum, *Bramant*, ad Arcum fluvium, in colle, in Mauriana valle, ut ego didici pluribus, & reperi ibi ex inſcriptione antiqua. Diſtans 7. leuc. à Fano S. Joannis Maurianenſis in ort. & 3. ab Aneburgio, 7. autem à Brigantio in Bor.

Brannovi, pop. ejuſdem Gall. quorum oppid. Brigantium, teſte Vigenereo, in Delphinatus reg. Vide Brigantium, ſive Brigantio.

Branodunum, *Brancaſter*, teſte G. Camden. opp. Britannię, in ora Anglica ad ort. in Com. Norfolciae.

Branovium, Brannogenium Ptol. (qui illud in Ordovicis reponit) Brangonia ſcriptor. Britannicis, *Worceſter* & Britannicè *Caervrangon*, teſtibus Lhuydo & Camd. urbs Albionis, ad Sabrinam fluv. in Angliae Walliæque conſ. nunc Vigornia, inter Herefordiam ad occid. & Warvicum ad ort. ad 30. mill. paſſ.

Branovium, nunc Vigornia, celebris eſt infelici pugna Scotorum adversùs Anglos anno 1652. Vide Vigornia.

Braſiae, Praſia Ptol. Praſiae Steph. Polyb. & Thucyd. *Cipariſſi*, teſte Zardo, ſed Nig. *Tiros*, oppid. Peloponneſi, in Laconica reg. marit. in Argiae conſ. inter Cyphantam portum & oſtia Inachi fluv.

¶ Braſilia, *le Breſil*, Luſitanis *Braſil*, pars admodum ampla & fertilis Americae meridionalis, à Luſitanis detecta & occupata. Etiamnum hodie Regem agnoſcit Portugalliae. Dividitur in 14. Pręfecturas ſeu Capitanias, ut vocant, & in ortum valde porrigitur; eſtque inter Paraguajam provinciam & fluvium Amazonum extenſa. Ejus urbes praecipuae ſunt Soteropolis Portus omnium Sanctorum, *S. Salvador de la Baya de todos os Santos*, Olinda, *Olinda de Pernambuco*, Portus ſecurus, *Puerto Seguro*, Fanum ſancti Sabaſtiani fluvii Januarii, *S. Sebaſtian de Rio Janeiro*, Siara, *Siara*, & Spiritus Sanctus, *Spirito ſanto*. Alias dicta fuit provincia S. Crucis, quia detecta fuit die ſanctæ Cruci ſacra.

¶ Bratislavia, *Braslavu*, urbs Poloniæ & Lithuaniae Ducatus, cum arce in ſcopulo, ad lacum. Vix 5. leucis diſtat à fluvio Duinæ, & a confinio Livoniae in meridiem & 8. leucis à Duneburgo.

Brattia, *la Brazza*, inſ. maris Hadriatici, Liburniae oræ adjacens, inter Abſyrtides ad occ. & Iſſam ad ort. ante Tragurium, ſed, teſte Plin. ante Surium, capreis & bobus abundans. Miror quod in Theſ. Ling. Latin. ex Plin. inſ. Mœſiae proxima Pannoniis ſcribatur. *Plin. Anto.*

¶ Brattia, quę *Labrazza*, inſula eſt oblonga, in ora Dalmatiae, inter Spalatrum & Narentam, in ditione Venetorum, prope Tragurium & Leſinam inſulam, ſed longè ab Iſſa in ortum. Vide Brachia.

Bratuſpantium, *Grattepanco*, teſte Car. Bovillo, vel *Granviller*, pag. & abbatia; *Beaumont*, oppid. teſte Vigenereo; al. *Clermont*, opp. in finibus Bellovacorum, in Gall. Belg. inter Bellovacus & Ambianos, à Bellovacis 5. leuc. Pariſios versùs 14. *Cæſar.*

¶ Bratuſpantium quid ſit nunc, non bene conſtat. Multi tamen credunt eſſe Bellovacum.

¶ Brava, *Brava*, urbs Africae, in Zanguebaria regione & Ajana ora, cum portu, vix centum milliaribus a Magadoxo in Occidentem hibernum, & non procul ab Abyſſinia.

Braunodunum, *Braunaw*, opp. Norici, ad Oenum fluv. in Bavaria, à Patavia urbe 6. leuc. Oenipontem versùs in Libonotum. *Scrip. Germ.*

¶ Brausfelda, *Braunsfelds*, oppidum Germaniae & Franconiae, in monte ſitum, in Comitatu Solmenſi, prope Lanum fluv. & 3. leuc. Germ. à Gieſſa in occ.

Bravum, *Burgos*, teſte Tarapha, urbs archiep. Hiſp. Tarrac. Caſtellae veteris regia, praeclara, intra montes, olim Masburgi, ut aliquibus videtur: quae Aucae urbi exciſae ſucceſſit, a Toleto in Hiſp. umbilico 51. leuc. in Bor. à Cęſarauguſta totidem in occaſ.

¶ Bravum, ſeu Bravium, urbs fuit Murbogorum populorum. Vide Burgi.

¶ Brechinia, *Brecnock*, provincia Angliae, in Wallia regione, cum urbe cognomine, ad Oſcam fluvium, media inter Maridunum & Herefordiam; & quibuſdam eſt Loveantium antiquorum. Hanc provinciam devicit regnante Guillelmo Rufo Bernardus de Novomercatu Normannus, conſcripta non parva Anglorum & Normannorum manu, & Neſtam Gruffini Principis filiam uxorem duxit.

Brechinium, *Brechin*, urbs Britannię 2. ſive Scotiæ, in ora orientali, epiſc. ſub Archiep. Andreapolitano, inde ad 55. mill. in Bor. inter Aberdoniam & Caſtrum Caledonium urbes 20. ad Eſcam fluv. in Anguſia reg. *Scrip. Scot.*

¶ Brechinium, *Brechin*, diſtat 18. milliaribus ab Andreapoli in ſeptentrionem, 6. ab ora littorali, & 28. circiter ab Aberdonia in meridiem.

¶ Brechynia, *Brechyn*, urbecula Germaniae, cum arce, in regno Bohemiæ, bello Taboritano nota. Quibuſdam eſt Bechynia, ad amnem *Laucnitz*, prope Taborum.

¶ Breda, *Breda*, urbs Belgii, in Brabantiae Ducatu, permunita, ad fluvium Mervam, cum titulo Baroniae, in ditione Principis Arauſicani; ſub dominio tamen Hollandorum ab anno 1637. 8. leucis diſtat ab Antuerpia, 2. à monte D. Gertrudis, 6. à Buſco Ducis, & 5. à Berga, ad Zomam.

¶ Bredenberga, *Bredenberg*, oppidulum Daniæ, cum arce permunita, in Holſatia & Stormaria regione, ad Sturam amnem, non procul ab Itzehoa.

Brederoda *Brederode*, caſtrum Belgii, in Hollandia ſeptentrionali, prope Harlemum. Hinc familia illuſtris nomen habet.

¶ Brefurtium, *Brefort*, oppidulum Belgii, in Zutphaniae Comitatu, ſub Hollandis ab anno 1597. Situm eſt in loco paludoſo, 2. leucis à Grolla, & totidem ab Anholto diſtat.

¶ Brega *Brieg*, urbs Germaniae, in Sileſia, Ducatus cognom. caput, ad Oderam fluvium, media inter Uratiſlaviam & Oppolium, 4. leucis ab utraque diſtans.

* Bregetium, Bregetio Anton. & Amm. Bergentio Aur. Victori, Brigitio Calliſto, *Bregnitz*, teſte Pirchaimero, pag. *Bontuda* Laz. locus Pannoniae infer. vicinus prædicto, ubi Bregætii ruinę cernuntur, in territor. Tauruni urb. inde 30. mill. paſſ. diſtans ex itin. Anton. ex quo error patet aſſerentium Bregætium eſſe ipſum Taurunum. (* manuſcr. Selden. Βραιγετιον.

¶ Bregetium, Cluverio teſte, eſt Strigonium, *Gran*, urbs præclara Hungariæ. Aliis eſt *Komara*, arx ad Danubium fluvium, in Scutia inſula.

¶ Brema, *Brema*, urbs Aſiæ, in India extra Gangem, ad fluvium Menanum; eſtque caput regni cognominis, in regione *Pegu*.

¶ Brema, *Bremen*, urbs Germaniae, in Saxonia inferiori, archiepiſcopalis, ad Viſurgium, & Ducatus cognominis caput. Vide Phabiranum.

¶ Brembus, *Brembo*, fluvius Italiae & agri Bergomenſis. Hinc Brembana vallis. Fontes habet in limite vallis Tellinae, & in Adduam ſe exonerat 8. milliaribus à Bergomo.

¶ Bremefurda, *Bremefurde*, oppidum Germaniae, in Ducatu Bremenſi. Vide Vorda.

Ptol. *Ant.* Bremenium, ſive Brameniun in al. cod. *Brampton* Camd. opp. Britanniae, in Angliae Scotiaeque conf. in ora littor. ad ort. *Bamberrovv* Talboto, *Barvvick* Villanov. quod rec. Latino Bervicium dicitur, opp. præclarum, ad oſtia Tuedæ, Scotis ereptum ab Anglis, in Northumbriæ conf. Vide Borcovicum. Subſcribo Camdeno. (Qui tamen coniicit eſſe *Rochester* pag. ad Readum fluv. in parte occident. Northumbriæ, quæ Ridiſdalia dicitur: *Erampton* verò illi in Comitatu Cumbriæ, prius Brementuracum.

¶ Bremenium Camdeno eſt *Brampton*, oppidulum Angliæ, in Northumbria, ad amnem *Till*, 9. milliaribus Anglicis ab ora littorali, & 6. tantùm à confinio Scotiæ versùs Bervicum.

¶ Bremenſis Ducatus, *Hertzogthumb Bremen* incolis, *Duchè de Bremen* Gallis, provincia eſt Germaniae, in Saxonia inferiori, alias ſub dominio Archiepiſcopi Bremenſis, nunc autem ſubeſt Regi Sveciæ pace Monaſterienſi. Terminatur à ſeptentrione Albi fluv. à meridie Viſurgi, ab ortu Ducatu Luneburgenſi & Principatu Ferdenſi, ab occaſu autem Comitatu Oldenburgico & ditione Lavenburgica. Ejus urbes ſunt Stada, Bremefurda, & Buxtehuda. Sed Brema, totius tractus caput, ferè ſui juris eſt.

Ant. Bremetonacum, Bremetenracum lib. Not. * *Ribchester* nunc, teſte Camden. opp. Britanniae, in Anglia, inter Galacum 27. mill. paſſ. & Mancunium 38. Mediolalanum versùs ex itin. Anton. (* Camdeno vero eſt *Overburrow* viculus Lancaſtrenſis, ad Lonum fluv. in confinio Weſtmarię.

¶ Bremetonacum, Camdeno teſte, eſt *Ribcester*, pagus Angliæ, in Lancaſtrenſi provincia, ad amnem *Ribbil*, 10. milliar. Anglicis ab ora littorali in ort.

¶ Bremocartum, *Bremgarten*, oppidum Helvetiorum, ad Urſum amnem 15. mill. paſſibus ab aquis Helvetiis Lucernam versùs.

Brenda pro Brunduſio urbe apud Poetas, teſte Feſto.

¶ Brendulum, *Brendolo*, oppidulum Italię, cum portu in inſula maris Adriatici & Ducatus Veneti, prope littus & foſſas Clodias, paucis milliaribus a Venetiis in auſtrum.

¶ Brennacum, *Mezieres*, ſeu *S. Michel en Brenne*, oppidulum Galliae, ad amnem *Claiſe*, in Turonenſi provincia & confinio Bituricenſis Ducatus, teſte Petro du Val. Aliis eſt *Brenne* vicus Campaniae in Remenſi agro.

Floro. Brenni, pop. Norici, in Comit. Tirolenſi, *Brunauvver*, teſte Siml. quorum opp. *Bruneck*, inter Brixinam urb. ad occ. 4. & Aguntum opp. in ort. 5. leuc. diſſitum. Vide Breuni.

¶ Brennia, *Brenne le Comte*, oppidum Belgii, in Comitatu Hannonię. Ab aliis eſt *Braine*, diciturque etiam Bronium. Vide ibi.

Scrip. Germ. Brennoburgum, *Brendeburg*, urbs Germ. in finibus Saxonię, epiſcop. ſub Archiep. Magdeburgenſi, inde 10. leuc. in Cęc. inter Wirtembergam & Havelburgum 8. à Berlino 7. ex qua urbe nomen eſt Marchiæ reg. amplæ: cujus Marchio unus eſt ex Imp. Electoribus. A Brenno condita traditur, teſte Georg. Sabino Poeta:

Italiam quando digreſſus ab urbe petebam:
A Duce quae Brenno condita nomen habet.

¶ Brennoburgum, *Brandebourg*, urbs eſt ad Havelam fluvium, in media, Marchia, quæ ab ea nomen ſumpſit, uti & Elector potentiſſimus, cui dominio ſubſunt hæ provinciae, Marchia vetus Brandeburgica, Marchia nova, & Marchia media, Pruſſia Ducalis, Pomerania ulterior, Ducatus Croſſenſis in Sileſia, Ducatus Magdeburgenſis, Principatus Halberſtadienſis & Mindenſis, Comitatus Ravenſpergenſis & Marchię, cum Ducatu Clivenſi & parte Voigtlandiae.

Brennus mons, *Brenner*, mons Norici, in Comitat. Tirolenſi, apud Stiriacum opp. ab Oeniponte 5. leuc. in auſtrum. Vide Pyrenaeus. Eſt etiam Brennum *Bre*, pag. agri Brixienſ. in valle Camunorum, inter Iſeum lacum 33. & Tiranum oppid. Rhætorum 38. in via inter Brixiam & Curiam, inde 34. hinc 79. mill. paſſ. *Scrip. Germ.*

Brenteſia, *la Brenta*, fluv. Venetiae. Vide Medoacus.

Brentonicum, *Brentoni* Laz. pag. Venetiae, ad Atheſim fluv. inter Veronam & Tridentum occurrens, *Brentonego* Italis, à Roboreto opp. 6. mill. paſſ. in auſtrum, Veronam versùs 30. *Scrip. Ital. P. D.*

Breones, Breuni Ptol. Breuci Strab. Vide infrà in Breuni. Sunt qui hos popul. in Vindelicia inter Licum & Oenum deſcribant. De quibus Ven. Fortun. lib. 4. de vita S. Mart. *Fortu*

Qi vicina ſedent Breonum loca, perge per Alpem.

¶ Breſegella, *Briſighella*, oppidulum Italiae, in Romandiola provincia, ditionis Pontificiae, juxta Anemonem fluvium, & ad radices Apennini, 6. milliaribus à Faventia diſtat, & 2. tantùm à confinio dominii Florentini.

¶ Breſſia, *la Breſſe*, provincia Galliae, Comitatus titulo clara, alias ſub Duce Sabaudiae, ſed anno 1600. Francici juris effecta eſt ab Henrico Magno. Habet ab Oriente Sabaudiam, a Septentrione Comitatum Burgundiae, ab Occidente Ducatum Burgundiae, cum Lugdunenſi Prefectura, & ad Meridiem Delphinatum. Ejus primaria urbs Burgus dicitur, & ei adjacent Beugeſia & Verromaea regiunculae, quae ſub ipſa ſępius continentur.

¶ Breſſicia, *Breſſici*, urbs regni Poloniae, in Poleſia provincia, ad fluvium *Bug*, cum arce; eſtque regionis caput, 25. leucis Polonicis diſtat à Lublino, & 30. à Varſavia in ortum.

¶ Breſſuria, *Breſsuire*, urbecula Galliae & Pictavienſis agri, ad amnem Argentonium, 3. leucis diſſita à Parthenaeo, & totidem à Thuracio occaſ. versùs.

¶ Breſtia, *Breſt*, urbs Poloniae, in Cujavia provincia, ſatis munita, & inter paludes ſita. Ab aliis *Brzeſtye* dicitur; & vix 4. leucis à Viſtula fluvio diſtat, 8. à Torunio in auſtr. & 10. à Lancicia in Bor.

¶ Bretellium, *Breteuil*, oppidum Galliae, in Normanniae Ducatu. Diſtat ab Ebroico 6. leucis in meridiem, & 2. à Vernolio, juxta Itonem fluvium.

Bretena, oppid. Venet. quod Brintum Plin. dicitur, vulgo *Brignano*, ut aliquibus videtur; ſed fides penes ipſos ſit. *Ptol.*

Bretina, oppid. olim Inſubriae, quod hodie *Barlaſina* dici putatur, pag. agri Mediolanenſ. medio itinere inter Mediolanum & Comum occurrens, D. Petri martyris occiſione memorabilis. *Ptol.*

Bretolaeum, *Bretulla*, (non *Britio*, ut in Theſ. Ling. Lat.) teſte Mol. opp. olim, nunc pag. Hiſp. Luſit. in regno Portugalliae. *Ptol.*

Bretonia urbs fuit Hiſp. Tarraconenſ. in Gallæcia, olim ſub Gothis, epiſc. ſub Archiep. Bracharenſi, nunc pag. *Bretagna* dictus, teſte Jo. Mariana, Mindonenſi urbi, quae illi ſucceſſit, proximus, 8. mill. paſſ. diſtans. *Lib. Conc.*

¶ Bretta, *Bretten*, oppidulum Sveciae, in Veſtrogothia provincia, à Danis vaſtatum anno 1644.

Brettii, pop. Italiae. Vide Brutii. *Cod. Tho.*

Breucomagus, opp. Germ. ſup. Vide Brocomagus.

Breviodurum opp. fuit Gall. Celt. in ora Normandiae, inter Juliobonam ad ort. et Neomagum ad occid. 17. mill. paſſ. *Ptol. Ant.*

Breuni, Brenni Floro & Hor. pop. Vindeliciae, in Bavaria, *Perlachers & Perlachereyd* hodie, teſte Aventino. Mem. Horat. lib. carm. 4. ode 14. *Ptol.*

Druſus Genaunos, implacidum genus,
Brennoſque veloces, & arces
Alpibus impoſitas tremendis.

Breuni item, pop. Alpini, in Lepontiorum confinio, quorum reg. *la Val di Bregna* Italis, *Palenſerthal* Germ. teſte Ægid. Scudo nominatur, ubi Breunus fluv. *Bregno* vulgò, per vallem antedictam decurrens, ac in Ticinum fluv. ſupra Belitionem opp. 8. mill. paſſ. influens. *Plin.*

¶ Bria, *la Brie*, provincia Franciae, Campaniae adjecta inter Sequanam & Matronam fluvios, non longè à Lutetia. Anguſtioribus coarctatur limitibus. Ibi urbes praecipuae Meldae, Latiniacum, Provinum, Seſana, & Bria Comitis Roberti.

¶ Bria Comitis Roberti, *Brie Comte Robert* urbecula Galliae, in Bria provincia, ad amnem *Jerre*, 6. leucis diſtat à Lutetia, in regione feraci.

¶ Brianzonia, *le Fort de Briancon* ſeu *Brianconet*, arx Sabaudiae, in Tarantaſiae Comitatu. Vide Arx Brianconia.

Bridoborum, & Brivodurum, *Briare*, teſte Siml. opp. Gall. Celt. ad Ligerim fluv. in Duc. Nivernenſi & Vaſtiniae reg. confinio, à Nivernis 21. luc. in Bor. versùs Mont. Argium 10.

¶ Briela, *Briel* incolis, *la Brile* Gallis, urbs permunita Hollandiæ, prope oſtium Moſę, ubi jacta fundamenta Reipublicæ Batavæ. Sedet in Voormia inſula, cum portu ſat tuto, 2. leucis à Delphio, & 3. à Roterodamo in occaſum.

¶ Brielium, *Bruel*, ſeu *Briel*, oppidum Germanię, cum caſtro Archiepiſcopatus Colonienſis, ubi aliquando commoratur Elector, 2. leucis Germanicis diſtat à Colonia in auſtrum.

Brigæcium, *Oviedo*, teſte Tarapha, urbs Hiſp. Tarracon. in finibus Auſtrum, epiſc. ſub Archiep. Compoſtellano, apud Lucum Aſturum urbem exciſam, à Legione 12. leuc. in Bor. & Circium.

¶ Brigæcium aliis eſt *Braganza*, urbs Portugalliæ intra montes.

Briganconia, *Bregancon*, arx Galliæ, in littore Provinciæ, ſcopulo affixa in modum inſulæ; eſtque parva, ſed munita, & media inter Telonem & Fanum S. Eutropii, contra Stoecades inſulas.

Brigantes, pop. Albionis, qui nunc Eboracenſes, *Torkshire* ſunt Lelando. (Camdeno ſunt Eboracenſes, Lancaſtrienſes, Dunelmenſes, Weſtmarienſes, & Cumbri.)

Brigantes quoque Ptol. pop. Hiberniæ, in ora orient. quorum urbs eſt * *Galvvay*, teſte Hect. Boetho. Aliis *Ganaforda*. (* *Galvvay* verò eſt in ora occidentali.)

Brigantes item in Scotia, quorum reg. Gallovidia eſſe videtur.

¶ Brigantes in Hibernia fuere, ubi nunc Comitatus *Waterford & Triperary*, in Momonia provincia, inter Suirii oſtium Confluenteſque Neori & Barovvi.

Brigantia. Vide Brigantium. Eſt etiam Brigantia urbs Luſitaniæ ſeu Portugalliæ Ducali titulo inſignis, *Braganza*, Mirandæ urbi proxima, inde novem leuc. Bracaram versùs 27. Vide Cœliobriga.

¶ Brigantia, *Berganca* Hiſpanis, *Bragance* Gallis, urbs fuit Aſturum, nunc Portugalliæ, intra montes, in confinio regni Legionenſis, cujus Dux hodie eſt Rex Portugalliæ ab anno 1640. Sed non bene conſtat eam Cœliobrigam dictam fuiſſe.

¶ Brigantini montes, *monti di Brianza*, montes Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ubi Addua fluvius exit è Lario lacu.

Brigantinus lacus, qui & Acronius Melæ, Brigantia Amm. *Bodenſee* Germanis, lacus Rhætiæ, plura habens nomina à circumdantibus oppidis. Per illum Rhenus ad 100. ſtadia decurrit. Veneto jungitur circa Conſtantiam urb. Vide Acronius. Hic muſtelas marinis muſtelis aemulas gignit.

¶ Brigantinus lacus, qui aliter Venetus, Podamicus, & Conſtantienſis dicitur, Germanis *Bodenſee*, Gallis *Lac de Conſtance*, & Italis *Lago di Conſtanza*, eſt maximus inter Helvetios & Sueviam, ſupra Conſtantiam. Sed ab eo differt Acronius, qui aliter Cellenſis lacus dicitur, vulgò *Cellerſee*; eſtque paulò infra Conſtantiam, teſte Cluverio. Brigantinus lacus rigat urbes Conſtantiam, Brigantiam, Lindaviam, Uberlingam, & Buchorniam.

Brigantinus item lacus Cenomanorum, in finibus Brixienſium, ex quo Cluſius fluv. per agrum Brixienſem in Ollium delabitur. Hic lacus *Idro*, teſte Erythraeo, nominatur, quem tamen apud vet. haud legi. A Brixia 15. mill. paſſ. abeſt.

¶ Brigantinus hic lacus ab aliis Edrinus dicitur. Vide ibi.

Brigantinus portus, *Porto della Corunna*, teſte Jo. Mariana, port. Hiſp. Tarracon. in Callaicis, ampliſſimus, apud Caronium urbem, à Compoſtella urb. 10. leuc. in Boream.

¶ Brigantinus portus erat ubi Lucenſes Callaici; & prope eum Brigantium, ſeu Flavium Brigantium, oppidum, quod multis eſt oppidum *la Corunna*, aliis autem eſt *Betanzos*, urbecula in viciniis. Vide Flavium Brigantium.

Brigantium, Brigantia Anton, *Bregentz & Bregnitz*, opp. Rhaetiae, in Suevia, ad Brigantinum lacum, Comitat. olim, urbs Rhaetiae primaria, apud Lindavium urb. ab ea 2. leuc. in auſtrum, Curiam versùs 8. à Conſtantia 5. in ort. ab Ulma 12. in Libonotum. *Ptol.*

¶ Brigantium, *Bregentz*, oppidum aliàs Rhaetiae, ubi Brigantii populi, nunc in Suevia, caput eſt Comitatus cognominis Tirolio adjecti, ſub dominio domus Auſtriacae, & ibi amnis etiam *Bregentz* influit in lacum Brigantinum.

Brigantium alterum, Brigantio Anton. Virgantia Amm. Marcellino, *Brianzon*, opp. Gall. Narbonenſ. in Delphinatu, in Seguſianorum conf. ad Druentiam fluv. inter Seguſium urbem Italiae in finib. Taurinorum 12. & Ebredunum urbem Delphinatus 7. leuc. *Strab. Ptol. Ant.*

Brigantium tertium in Albione, urbs archiep. Angliae, *Yorck*, ſic à Ptol. lib. 2. magnae conſtruct. appellatur. Vide Eboracum. Brigantium quoque urbs Hiſp. in Gallaecia, quae *Compoſtella* nonnullis eſſe videtur. Aliis eſt *Betanzos*. *Ptol.*

Brige, *Broughton* Camd. opp. Britanniae, in Anglia, inter Ventam Belgarum 11. & Sorbiodunum 9. mill. paſſ. ex Anton. itin. Brage etiam legitur. *Ant. Beda.*

Brigenſis ſaltus, qui & Brigia ſylva, in Gall. Celt. *Aimoi.*

¶ Brigevatera, *Bridgevvater*, oppidulum Angliae & Comitatus Somerſetenſis, ad amnem *Parret*, 5. milliar. Anglicis ab aeſtuario Sabrinae.

Brigiana, *Buriana*, opp. Hiſp. Tarracon. teſte Beuthero, haud obſcurum, in ora regni Valentiae, à qua 7. leuc. abeſt in occ. Dertuſam versùs, inter Caſtellonum & Populam 2. *Scrip. Hiſp.*

Brigiani, pop. Alpini, in Alpibus Cottiis, ſupra Caturiges: quorum opp. *Brianzon* eſſe videtur Simlero. *Plin.*

¶ Brigioſum, oppidulum Galliae Aquitanicae, nunc vicus *Brou*, in Pictavenſi provincia, ad Botonam fluvium, inter Pictavium & Mediolanum Santonum.

¶ Brigobanna, *Beyern*, teſte Cluverio, oppidum Germaniae, in Suevia, ad Danubium flu. 12. mill. paſſib. à Durlinga diſtat in ortum.

¶ Brigolium, *Brigevil*, oppidulum Galliae, in provincia Marchiae inferioris, prope Vigennam fluv.

Brillendunum, *Bridlington*, opp. Albionis, in ora littorali ad ort. in Com. Eboracenſi, apud Flamburgum, & Hullam portum, & empor. ab Eboraco ad 30. mill. in ortum. *Scrip. Brit.*

¶ Brillendunum, nomen forſan novum oppidi *Briddington*, quòd aliàs Gabrantovicum dictum fuit; eſtque in ora, juxta Flamburgum, & 15. milliaribus Anglicis ab Hullo in Boream diſtat.

¶ Brinnica, *Brinnitka*, oppidulum Germaniae, in Sileſia & Ducatu Oppolienſi, ad Brinnitium fluvium, 3. leucis diſtat ab Oppolio in ortum, una autem à confinio regni Poloniae.

¶ Brinnum, *Brinn*, urbs Germaniae, in Moravia provincia, ad Suvartam fluvium, qui ibi in Zuittam cadit, 5. leucis diſtat ab Olmutio meridiem versùs, & paulò minùs à Znoymo. A Bohemis *Brno* dicitur; eſtque munita, cum caſtro valido; & anno 1645. fortiter propugnata fuit à Souchio Gallo contra Svecos, quos compulit obſidionem ſolvere irrito conatu.

¶ Brinolium, *Brignoles*, urbecula Galliae, in Provincia, prunis ſuis celebris, ad amnem *Caranne*, 6. leucis diſtat à Telone, & 2. à fano D. Maximini; eſtque intra montes ſita.

Brinta, *Brenta*, fluv. Venet. apud Patavium fluens. Vide Medoacus. De eo Ven. Fort. in vtia S. Mart. lib. 4. *Fort.*

Hic tibi Brinta fluens, iter eſt Retenone ſecundo.

Brintum, *Caſtel Brito*, opp. olim Æmiliae, in territ. Bononienſi. Al. *Brento* opp. exciſum videtur, in monte, apud Idiſim fluv. à Bononia 12. mill. paſſ. in merid. diſtans.

Briocum, *S. Brieu*, urb. Gall. Celt. in ora Britanniae Boreali, inter Maclovium ad ort. 10. & Leonam ad occ. 20. mill. paſſ. epiſc. ſub Archiep. Turonenſi, à S. Brioco Epiſcopo denominata. *Scrip. Gall.*

Brionum, reg. Norici, in qua *Bruneck* opp. Comitat. Tirolenſis, teſte Laz. à Brixinenſi urbe 4. leuc. in ortum. *P. Dia.*

ortum. Ibi ſanguinem è nubibus decidiſſe teſtatur P. Diac. Aliis Brionum *Pernavv* opp. videtur in territ. Saliſburgenſi. Briones pop. Breuni Ptol. Breones Venant. Fortun.

Vet. mon. Bripium, *Brivio*, opp. Inſubriæ, in agro Mediolanenſi, ad Adduam fluv. inter Mediolanum 24. mill. paſſ. & Bergomum 10.

¶ Briqueraſcum, *Bricheraſco* incolis, *Briqueras* Gallis, oppidum Italiæ, in Pedemontio, juxta amnem *Peles*, in colle, & 4. milliaribus à Pinarolo in auſtrum.

Ant. Briſacus mons, Briſiacus ex al. cod. *Briſach & Priſack*, opp. Germ. ſuper. ad Rhenum, in Alſatia, inter Baſileam ad auſtrum 7. & Argentoratum ad Bor. 8. leuc. à Colmaria 2. in ortum.

¶ Briſacus mons, ſeu, & melius, Briſacum, *Briſach*, urbs eſt & arx munitiſſima Germaniæ ſuperioris, in Alſatia provincia, cum ponte lapideo ad Rhenum fluvium. Antea erat Auſtriacæ ditionis. Sed fortiter fuit expugnata à Duce Bernardo Veimarienſi anno 1638. & poſtea remanſit ſub imperio Gallorum, pace Monaſterienſi.

Lib. Not. Briſigavi, pop. Germ. ſuper. *Briſgovver*, teſte Ortel. reg. Briſgoja Lat. rec. dicitur, vulgò *Briſgovv*, in qua Friburgum urb. & academia, à Baſilea 7. leuc. in Cæciam.

¶ Briſigavi, populi Germaniæ, prope Rhenum fluvium. Hinc Briſgoja ſeu Briſgovia regio Germaniae, inter Rhenum & Sylvam nigram, cujus Briſacum aliàs primaria, nunc Friburgum. Ferè tota juris eſt Auſtriaci.

Ptol. Briſoana, *Bindimir*, teſte Molet. cum Caſt. fluv. Perſidis, in ſinum Perſicum inter Rhogomanem & Bagradam ad ort. influens. Hic Perſepolim urbem primariam interluit.

Scrip. Brit. Briſtolium, *Briſtovv*, urbs Albionis, in Angliae & Walliae conf. apud oſtia Sabrinae fluv. urb. epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſi, & empor. celebre, à Londino 97. mill. in occ. inter urbes tertium ſibi locum vendicans. Olim Venta Belgarum, juxta nonnullos.

¶ Briſtolium, *Briſtol* Gallis, aliàs Trajectus ſecundum aliquos, ſed male Venta Belgarum, urbs partim in Somerſetenſi poſita eſt agro, & partim in Gloceſtrienſi, ad Avonam fluvium, ubi Fromum amnem recipit. Editiori ſitu gaudet, 5. milliaribus à Bathonia in occaſum, & 7. ab oſtio Avonae in aeſtuarium Sabrinae in ortum. Sed 18. milliaribus diſtat à confinio Walliae, & 75. circiter à Londino, Speedo, & Camdeno teſtibus.

¶ Briſtolium novum, *Nevv Briſtovv*, oppidum Americae ſeptentrionalis, in ora litorali novae Angliae, & ſub dominio Anglorum.

Caeſ. Plin. & al. Britannia, quae Ptol. Albion, inſ. maxima Europae, in Oceano Galliae obverſa: in duas à veteribus diviſa, in 1. & 2. hoc eſt, in Angliam & Scotiam. Prior etiam dicitur major, & ſuperior; altera minor, & inferior. Anglia in auſtrum, Scotia in arctos vergit. Longitudo 800. mill. paſſ. continet inter oram auſtralem Angliae, ubi Antona opp. contra Vectim inſ. & oram Borealem Scotiæ. Latitudo maxima 320. inter Cantium ad ortum, & Bolerium ad occ. promontoria. Ambitus quadragies octies ſeptuagies quinquies mill. paſſ. teſte D. Iſid. Eſt & Britannia minor pars Gall. Celticae ad occ. & Bor. quae Aremoricae civitates Caeſ. dicitur, ſic à Britannis, qui ex Britannia magna ab Anglis, ſive à Saxonibus ejecti, in ea conſederunt. Pop. Britanni, quorum mem. Virg. ecl. 1.

Et penitus toto diviſos orbe Britannos.

Britannia non ſolùm Angliam, ut in Theſ. Ling. Lat. ſed etiam Scotiam complectitur.

Urbes & oppida præclariora Britanniæ primæ, i.e. Angliæ & Walliæ, quæ nunc exſtant. Quæ aſteriſmis indigitantur. oppida ſunt vel munitiora, vel munimenti capaciora.

Urbes & oppida Angliæ.

Aballaba, *Appleby*, in Comit. Weſtmariæ.
* Æglesburgus, *Aileſbury*, Bucking.
Alnevicum, *Alnvvick*, Northumb.
Antona auſtralis, *Southampton*, reg. cognominis portus.
Antona Borealis, *Northampton*, reg. cognom.
Axelodunum, *Hexham*, Northumbriæ.
* Banburia, *Banbury*, Oxonienſis.
Barnaſtapula, *Barnſtable*, Devoniae.
Bathonia, *Bath*, olim Aquae calidae & Aquae ſolis. Somerſett. epiſc. urbs.
Bedfordia, *Bedford*, reg. cognom,
* Bervvicus, *Barvvick*, Northumb. portus.
Boltonia, *Bolton*, Lancaſtrienſis.
Brigevvatera, *Bridgevvater*, Somerſett.
* Briſtolium, *Briſtovv*, Somerſet. portus.
Buckingamia, *Buckingham*, reg. cognom.
Calcaria, *Tadcaſter*, Eboracenſis.
Camalodunum, *Maldon*, Eſſexiae.
Cantabrigia, *Cambridge*, olim Camboritum, reg. cognom. academia.
Cantuaria, *Canterbury*, olim Durovernum, Cantii, urbs archiepiſcopalis.
* Carleolum, *Carlile*, Cumbr. urbs epiſc.
* Ceſtria, *Cheſter*, & *Weſtcheſter*, reg. cognom. urbs epiſc. & portus.
Chardum, *Chard*, Somerſett.
Chelmerum, *Chelmsford*, Eſſex. olim Canonium.
Cheſterfeldia, *Cheſterfield*, Derbienſis.
Ciceſtria, *Chicheſter*, Suſſex. urbs epiſc.
* Colceſtria, *Colcheſter*, Eſſex. olim Colonia.
* Conventria, *Coventry*, Varvic. urbs epiſc.
Corinium, *Cirenceſter*, & *Circeſter*, Gloceſt.
Dancaſtrum, *Doncaſter*, olim Danum, Eborac.
Derbia, *Derby*, vel *Darby*, reg. cognom.
Dertmuta, *Dartmouth*, Devon. portus.
* Diviſae, *the Vies*, ſeu *Devizes*, Wiltonienſis.
Dorceſtria, *Dorcheſter*, reg. cognom.
* Dubris, *Dover*, Cantii, portus,
Dunelmum, *Dureſme* & *Durham*, epiſcopatus cognom. urbs epiſc.
Duniſtabulum, *Dunſtable*, Bedfordienſis.
Durnovaria, *Dorcheſter*, reg. cognom.
* Eboracum, *York*, reg. cognom. urbs archiepiſc.
Elia, *Ely*, Cantabrig. urbs epiſc.
* Exonia, *Exceſter*, olim Iſca Damnoniorum, Devon. urbs epiſc.
Fanum S. Albani, *S. Albans*, ubi olim Verulamium, Hertfordienſis.
* Fanum S. Botolphi, *Boſton*, Lincoln. portus & emporium.
Fanum S. Edmondi, *S. Edmonds Bury*, Suffolc.
Fons clarus, *Shirborn*, Dorceſtr.
* Galleva, *Wallingford*, Bercheriae.
Garianonum, *Yarmouth*, Norfolc. portus & emporium.
* Genesborvvia, *Gainsborough*, Lincoln.
Gippevicum, *Ipſvvich*, Suffolc.
Glaſconia, *Glaſſenbury*, Somerſetenſis.
* Glovernia, *Glouceſter*, olim Glevum, reg. cognom. urbs epiſc.
Harlepolis, *Hartlepool*, Dunelm. epiſcopat. portus.
* Harvicum, *Harvvich*, Eſſex. portus.
* Herefordia, *Hereford*, reg. cognom. urbs epiſc.
Hertfordia, *Hartford*. reg. cognom.
* Hulla, *Hull* vel *Kingſton upon Hull*, Eborac., portus & emporium.
Huntingdonia, *Huntington*, reg. cognom.
Lancaſtria, *Lamcaſter*, reg. cognom.
Lanſtuphadonia, *Launſton*, Cornubiae.
Ladeſia, *Leeds*, Eboracenſis.
Leiceſtria, *Leiceſter*, reg. cognom.
Leonis monaſterium, *Lemſter*, Hereford.
* Lichfeldia, *Lichfield*, Stafford. urbs epiſc.
Lindum, *Lincoln*, reg. cognom. urbs epiſc.
* Linum Regis, *Lienne*, Norfolc. portus & empor.
* Liſerpalus, *Lirpool* & *Leverpool*, Lancaſt. portus.
* Londinum, *London*, Middleſexiae, urbs regni primaria & epiſc.
* Ludloa, *Ludlovv*, Salopiae.
* Mancunium, *Mancheſter*, Lancaſtr.
Margaberga, *Marleborovv*, Wiltonienſis.
Morpitum, *Morpeth*, Northumbriae.
* Morſiburgus, *Brug-morſe* & *Bridgenorth*, Salop.
Neoportus, *Nevvport*, Vectis inſ.
* Nevarca, *Nevvarck*, Nottingamienſis.
Nortahalvertonia, *Northallerton*, Eboracenſis antehac Comitatus.
Norvicum, *Norvvich*, Norfolc. urbs epiſc.
Nottingamia, *Notingham*, reg. cognom.
* Novum caſtrum, *Nevvcaſtle*, Northumb. portus & empor.
Novus mercatus, *Nevvmarket*, Cantabrigienſis.
* Oxonium, *Oxford*, reg. cognom. urbs epiſc. & academia.

Petro-

Petropolis, *Peterborough*, Northampt. urbs epiſc.
* Plimmnta, *Plimmouth*, Devon. portus.
* Pons fractus, *Pontfract* vel *Pontfreit*, Eborac.
* Portus oſtium, *Portſmouth*, Southampt. portus.
Preſtonium, *Preſton*, Lancaſt.
* Readingum, *Reading*, Bercheriç.
Richmondia, *Richmond*, Eboracenſis ante hac Comitatus caput.
Rium, *Rye*, Suſſex. port.
Roffa, *Rocheſter*, Cantii, urbs epiſc.
Sacri capilli, *Halifax*, Eboracenſis.
* Salopia, *Shrevvſbury*, reg. cognom.
Sandovicum, *Sandvvich*, Cantii, portus.
Sarum & Sarisburia, *Sariſbury*, Wiltonienſis urbs epiſc.
* Scarburgum, *Scarborough*, Eborac. portus.
Stanfordia, *Stamford*, Lincoln. antehac academia.
Staffordia, *Stafford*, reg. cognom.
* Tanodunum, *Taunton*, Somerſet.
Theoci curia, *Tevvksbury*, Gloceſt..
Thetfordia, *Thetford*, Norfolc. olim Sitomagus.
Tonbrigium, *Tunbridge*, Cantii.
Tripontium, *Torceſter*, Northampton.
Varingtonium, *Warington*, Lancaſt.
Varvicum, *Warvvick*, reg. cognom.
Vicus Malbanus, *Nantvvich*, Ceſtr.
* Virgonia, *Worceſter*, olim Brannogenium, reg. cognom. urbs epiſc.
* Vimutium, *Weymouth*, Dorceſtr.
Uriponium, *Rippon*, Eborac.
Uzella, *Leſtitbiel*, Cornubiæ.
Welle & de Fontibus, *Welles*, Somerſettenſis urbs epiſc.
Weſtmonaſterium, *Weſtminſter*, Middleſexiç.
Wibigginum, *Wiggin*, Lancaſt.
* Windleſora, *Windſor*, Bercheriæ.
Wintonia, *Wincheſter*, Southampt. urbs epiſcopalis, olim Venta Belgarum.

Walliæ urbes & oppida quæ exſtant.

Albergennium, *Albergevenny* & *Abergenny*, olim Gobannium, reg. Monumetenſis.
Arvone, *Caernarvon*, reg. cognom.
Bala, *Bala*, Merviniæ.
Bangoria, *Bangor* vel *Banchor*, Carnarv. urbs epiſc.
* Bellomariſcus, *Beau-mariſh* & *Beaumoris*, Monæ inſ. portus.
Brechinia, *Brecknock*, reg. cognom.
Cardiffa, *Caerdiff*, Glamorganenſis.
Cardigania, *Cardigan*, reg. cognom.
Chepſtovium, *Chepſtovv*, Monumet.
Civitas legionum, *Caer-leon*, olim Iſca, Monumetenſis.
Conovii oſtium, *Aberconvvey*, ubi olim Conovium, Carnarv.
Denbighia, *Denbigh*, reg. cognom.
Fanum S. Aſaphi, *S. Aſaph*, Flintenſ. urbs epiſc.
Fanum ad Taffum, *Landaff*, Glamorganenſis urbs epiſc.
Harlecum, *Arlech* vel *Harlech*, Mervin. portus.
Haverfordia, *Haverfordvveſt*, Penbroch.
Maridunum, *Caermarden*, reg. cognom.
Menia, *S. Davids*, Penbroch. urb. epiſc.
* Mons Gomericus, *Montgomery*, reg. cognom.
* Monumethia, *Monmouth*, reg. cognom.
Nidum, *Neath*, Glamorganenſis.
* Penbrochia, *Pembrook*, reg. cognom. portus.
Radnoria, *Radnor*, reg. cognom.
Ruthunia, *Ruthin*, Denbigh.
Trellinum, *Welshpool*, Mongomer.

Britanniæ primæ populi juxta Camdenum.

Atrebatii.
Bercheria, *Barkshire*.
Belgæ,
Dorſettia, Dorceſtrenſis Comitatus, *Dorcetshire*.
Somerſettenſis Comit. *Somerſetshire*.
Southamptoniæ Comit. *Hamshire*, *Hantshire*.
Vecta inſula, *The Isle of Wight*.
Wiltonienſis Comit. *Wiltshire*.
Brigantes,
Eboracenſis Comit. *Yorkshire*.
Dunelmenſis epiſcopat. *The Bis hoprick of Dureſme* vel *Durham*.
Lancaſtrienſis Comit. *Lancashire*.
Weſtmaria Comit. *Weſtmorland*.
Cumbria Comit. *Cumberland*.
Cantium, *Kent*.
Cattieuchlani,
Bedfordienſis Comit. *Bedfordshire*.
Buckingamienſis Comit. *Buckinghamshire*.
Hertfordienſis Comit. *Hartfordshire*.
Coritani,
Derbienſis Comit. *Darbyshire*.
Leiceſtrienſis Comit. *Leiceſtershire*.
Lincolnienſis Comit. *Lincolnshire*.
Northamptoniç Comit. *Northamptonshire*.
Nottingamienſis Comit. *Nottinghamshire*.
Rotelandia, *Rutland*.
Cornavii,
Ceſtrienſis Comit. *Cheshire*.
Salopienſis Comit. *Shropehire*.
Staffordiae Comit. *Staffordshire*.
Warvvicenſis Comit. *Warvvickshire*.
Wigornienſis Comit. *Worceſtershire*.
Danmonii,
Cornubia, *Cornvvall*.
Devonia, *Devonshire*.
Dimetæ,
Cardiganiae Comit. *Cardiganshire*.
Carmardeniae Comit. *Caermarthenshire*.
Penbrochienſis Comit. *Pembrookishire*.
Dobuni,
Gloceſtrienſis Comit. *Glouceſtershire*.
Oxonienſis Comit. *Oxfordshire*.
Iceni,
Cantabrigienſis Comit. *Cambridgeshire*.
Huntindonienſis Comit. *Huntingtonshire*.
Norfolcia, *Norfolk*.
Suffolcia, *Suffolk*.
Ordevices,
Arvoniæ Comit. *Cacrnarvonshire*.
Denbighienſis Comit. *Denbighshire*.
Flintenſis Comit. *Flintshire*.
Mervinia, *Merionetshire*.
Mongomerienſis Comit. *Montgomeryshire*.
Mona inſula, *The Isle of. Angleſey*.
Ottadini,
Northumbria, *Northumberland*.
Regni,
Suſſexia, *Suſſex*.
Suthreja, *Surrey*.
Silures,
Brechiniæ Comit. *Brecknockshire*:
Herefordenſis Comit. *Herefordshire*.
Glamorganenſis Comit. *Clamorganshire*.
Monumetenſis Comit. *Montmouthshire*.
Radnorenſis comit. *Radnorshire*.
Trinobantes,
Middleſexia, *Middleſex*.
Eſſexia, *Eſſex*.

Urbes Britanniæ ſecundæ, hoc eſt, Scotiæ.

* Aberdonia, olim Devana, *Aberdeen*, academ.
¶ Abrenethea, *Abernethy*.
¶ Aerea, *Ayre*.
* Alata caſtra, *Edenburgh*, urbs regia & acad.
* Andreapolis, *S. Andrevvs*, academia.
Brechinium, *Brechin*.
* Candida caſa, *Whithern*.
Caſtrum Britonum, *Dunbritton*.
Caſtrum Caledonium, *Dunkelden*.
Chanrea, *Chanonry*.
¶ Donum Dei, *Dundee*.
Dornocum, *Dornock*.
Dumblanum, *Dunblane*.
¶ Dunfreſa, *Dunfreis*.
Edimburgus. Vide Alata caſtra.
Elginum, *Elgin*.
Fordunum, *Fordon*.
* Glaſquum, *Glaſcovv*, academ.
Hamiltonum, *Hamilton*.
¶ Innernium, *Innerneſſ*.
Inſula S. Columbi, *Columb-kill*, juxta Mulam.
Kirchvallum, *Kirkvvale*; in Pomonia.
Liſmoria, *Liſmore*.
Muſſalburgum, in Laudonia, *Muſſelborovv*.
* Perthum, *S. Johnſton*.
¶ Stephanodinum, *Dunſtafag*.
* Strivilingum, *Sterling*.
Suavicordium.
Victoria, *Vvington*, aliis *Inch-Keith*.

¶ Britannia minor, olim Armorica dicta, nunc vulgò *la Bretagne* Gallis, *Bertagna* Hiſpanis atque Italis, provincia eſt regni Galliae perampla & fertiliſſima, quæ per aliquot ſecula Duces habuit proprios. Sed ab anno 1491. regno Franciæ annexa eſt: & maximè in Occidentem percurrit; à qua parte rigatur Oceano, uti & a meridie & à ſeptentrione. Sed ab Oriente habet Norman-

mанniam & provincias Genomanenſem, Andegavenſem, & Pictavenſem, eſtque tota portuoſa. Ejus primaria Rhedones.

Urbes Britanniæ Gallicæ, ſeu minoris.

Aletha. Vide Maclovium.
Briocum, *S. Brieu.*
Brivates, *Breſt.*
¶ Cliſſonium, *Cliſſon.*
Coriſopitum, & Curioſolitæ, *Cornovaille.*
¶ Dinantium, *Dinant.*
Dolis, *Dol.*
¶ Filiceræ, *Fuogeres.*
¶ Gueranda, *Guerande.*
¶ Hannebontum, *Hannebont.*
¶ Kimperlæum, *Kimperlay.*
Leona, *S. Pol de Leon.*
¶ Machicolium, *Machecou.*
Maclovium, olim Aletha, *S. Malo.*
¶ Mons Relaxus, *Morlaix.*
Nannetes, *Nantes.*
Rhedones, *Rennes.*
Saliocanus, *Roſcou.*
Trecorium, olim Oſiſmi, *Triguier.*
Venetiae, *Vannes.*
¶ Vitraeum, *Vitrè.*

¶ Britannia nova, *nevv Bretaign* Anglis, *nouvelle Bretagne* Gallis, pars Americae Septentrionalis, inter Novam Franciam & Fretum Hudſonium, ſic dicta ab Anglis, qui ejus oras tantum perluſtrarunt. Ab aliis dicitur Terra Laboradoris, ſeu Eſtotilandia. Vide ibi.

Plin. Britanni etiam pop. Belgii, quorum tractus apud oſtium Rheni *Thuys te Bretten* appellatur, teſte Ort.

Sidon. Britanni item, pop. Britanniae minoris, qui & Britones, quorum reg. *Bretaigne* à Gallis dicitur. *Britannica menſa* inſtar adagii a Britannis orti dicitur, ſicuti *Sybaritica menſa.*

Plin. Ptol. Britannicus Oceanus, mare quod inter Galliam & Britanniam excurrit, *Canale* nautis Belg. *Manche* Gallis, *Sleeve* Anglis, teſte Ortel. inter oſtia Rheni & Sequanae, teſte Plin. quod tamen magis patet. Hoc & Germanicum, non rectè, quidam dicunt.

¶ Britannicus Oceanus, vulgò *le Manche* Gallis, extenditur à promontoriis Gobaeo, in Britannia minori, & Bolerio ſeu Antiveſtaeo, in Anglia, ad Fretum Gallicum, *le pais de Calais*; & differt à mari Germanico.

Plin. Britannicus portus Morinorum, idem cum Iccio. Vide ibi.

Lib. Conc. Britinia, quæ & Britonium & Britonia, ac Bretonia, urbs Hiſp. Tarracon. in Callaicis, (olim epiſc.) exciſa, proxima Mindonenſi urbi, quæ illi ſucceſſit.

¶ Britinorium, ſeu Bretinorium, *Bertinoro*, urbs Italiæ, in Romandiola provincia, ditionis Pontificię, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennatenſi, prope Bedeſim amnem. Crevit ex ruinis Fori Popilii. Diſtat 7. milliaribus à Ceſena in occaſum, & 5. à Foro Livii in ortum, & in colle ſedet.

Britium. Vide Eburobritium, opp. Luſit.

Juven. Britones, pop. Gall. Celt. in Britannia minore, qui & Britanni Sidonio dicuntur. Sunt autem Britones, ſeu Brittones, (utrumque enim legitur apud Sidonium) pop. Gall. Celt. apud alios etiam Albionis, ita ut nulla videatur differentia inter Britones & Britannos. Juvenal. ſat. 15.

Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.

Britonia. Vide Bretonia.

Lib. Conc. Script. Scot. Britonum Caſtrum, *Dunbritton*, opp. Scotię, & emporium in ora occidua, apud oſtia Cludæ fluv. à Glaſquo urb. 5. mil. diſtans. Vide Alcluith.

Ant. Brieva Iſaræ, poſtea Eſiepons, *Pontoyſe*, opp. Gall. Belg. pręclarum, ad Æſiam fluv. ubi is in Sequanam labitur, à Pariſiis 7. leuc. in Bor. Rothomagum & Bellovacos versùs.

Sidon. Brivas, Vicus Brivatenſis Herico, Briva Curretia G. Turonnenſi, *Brive en Limoſin*, al. *Brive*, pag. Gall. in finibus Lemovicum. Et *Brioude*, opp. præclarum Arvernorum, à Claromonte urbe 4. leuc. Podium versùs.

¶ Brivas, quae & Briva Curretia, *Brive* cognomento *la gaillarde* ab amœnitate loci, urbs eſt lepida Galliæ, in Lemovicenſi provincia, ad Curretiam amnem, 3. leucis diſtat à Tutela in occaſum, & 6. à Sarlato in Boream, & in limite provinciæ Cadurcenſis. Brivas autem, vulgò *Brioude*, oppidum eſt Alverniæ, amplum, ad Elaverem fluvium, 10. leucis diſtat à Claromonte in auſtrum, & 6. à Fano S. Flori.

Ptol. Brivates portus, *Breſt*, teſte Scalig. opp. & port. ac empor. Gall. Celt. in ora occid. Britanniæ, non circa oſtia Ligeris, ut ſcribit Ortel. à quibus ſupra 40. leuc. abeſt, in Bor. ſed circa Gobęum prom. à Leoną 8. leuc. à Nannetibus 43. in arctos. Eſt & Brivas *le port de Croiſil*, ad oſtia Ligeris, teſte Bertrando Argentræo.

Brivenes, *Prentz*, pag. Germ. ad Danubium, in Suevia, apud Laugingam urbem, teſte Laz. ad Brentium fluv. ab Ulma urbe 4. leuc. in ortum, à Nerolinga 3. in auſtrum. *Vet. Itin.*

¶ Brivodurum, *Briare*, oppidum Galliæ Celticæ, ad Ligerim fluvium, in Belſia provincia & Aurelianenſi agro. Ibi Ligeris Lupiæ fluvio, & deinde Sequanę jungitur per incile à paucis annis. Ab aliis Breviodurus dicitur & Bridoborum. Vide ibi.

Brixantæ, Brixantes Plin. pop. Norici, quorum urb. Brixino, ſeu Brixinum in Comit. Tirolenſi. De qua mox. *Ptol.*

Brixellum, ſeu Brixillum ex al. cod. *Breſſello*, urb. olim epiſc. Gall. ciſpadaniae, Pado flum. impoſita, nunc opp. cum arce firmiſſima, ad Ducum Mutinenſem ſpectans, contra Vitellianum opp. in altera Padi ripa, à Parma urb. 8. mill. paſſ. Mantuam versùs, inter Cremonam 30. & Regium Lepidi 24. *Plin. Svet. Ptol.*

Brixia, *Breſcia*, colon. & urbs Venetię, in Cenomanis, epiſc. ſub Archiepiſc. Mediolanenſi, inde ad 60. mill. paſſ. Veronam versùs diſtans, inter Bergomum ad occ. 30. & Veronam ad ort. 40. urbs ampla & munitiſſima, olim ſub Ducibus Mediolani, nunc Venetis parens, à Senonibus, ſive ab Inſubribus una cum Mediolano, Como, Bergomoque condita. Ejus mem. Catull. l. 3. carm. 68. *Strab. Plin. Liv. & al.*

Brixia Veronę mater amata mea.

Eſt & hujus nom. fluv. Aſiae: de quo Plin. lib. 6. cap. 27.

¶ Brixia, Gallis *Breſſe*, urbs eſt Italiæ, in Longobardia ad ripam Gorzam & prope amnem Melam, cum arce pervalida in colle ſita, 15. milliaribus diſtat à lacu Benaco in occaſum, & paulò minùs à Sebino lacu, à Mantua autem 30. circiter. Ab ea regio adjacens dicitur ager Brixianus, vulgò *il Breſciano*, Gallis *le Breſſan*; eſtque ampla & extenſa à Valle Tellina Ollium uſque à ſeptentrione in meridiem, & inter lacus Sebinum & Benacum ab occidente in orientem.

Brixino, & Brixinum, Brixina lib. Concil. & Brixia Poetis Germ. *Brixen & Briſnon* Germanis, urbs Norici epiſc. ſub Archiep. Salisburgenſi, in Com. Tirolenſi, inter Tridentum 13. & Oenipontem in Bor. 10. leuc. proxima Sabionæ urb. exciſæ, cui ſucceſſit. Pop. Brixientes Plin. Ortel. putat hanc eſſe Sublavionem: ſed ſunt urbes diverſæ apud Anton. cum Sublavio eadem ſit cum Sabiona; licet quidam Poeta Germ. ſic de ea:

Brixina qua antiquum nomen (niſi nomina fallunt)
Sublavionis habet.

¶ Brixino, Gallis *Breſſenon*, urbs eſt Germaniae, ſub clientela Comitum Tirolis cum toto territorio. Sita eſt juxta Eiſocum fluvium, qui ibi recipit amnem *Riencz*, ad pedes montium, 2. leucis Germanicis à confinio ditionis Venetae, 6. à Bolzano.

Brizana, Briſoana Ptol. *Sirt*, fluv. Perſidis, teſte Ortel. Sed al. eſt *Bindimir*. Vide Briſoana. *Sirt* autem eſt in Perſidis & Carmaniae confinio. *Arri.*

¶ Brocalum, *Brocalo*, regnum Africae, in Nigritarum regione, inter oſtia Nigri fluvii, non longè ab ora Oceani Atlantici, & ab Heſperio promontorio.

Brocomagus, Breucomagus Ptol. *Brucomat*, teſte Rhenano, opp. Germ. ſup. in Alſatia, infra Argentoratum 2. leuc. diſtans in Bor. ab Hagenoa totidem in Africum. *Ant. Amm.*

Broda, urbs Boemiae gemina, Teutonica, & Boemica. De hac lib. 5. itin.

Prabuit hoſpitium dein Broda Boenica nobis.

De Teutonica ibidem:

Mœnia Teutonica Brodę mox clara ſubimus.

Et non longè poſt:

Trebitium verſus non patuere via.

Prior *Brod Behemiſch*, inter Pragam 4. & Cuttembergam 4. leuc. altera *Brod Deutſchen*, à priore 11. leuc. Trebitium versùs 9.

¶ Brodentia, urbs Germaniae, ſub Hermanduris, ubi forſan nunc Rotenburgum, in Franconia.

¶ Brodra, *Brodra*, oppidum Aſiae, in India & imperio Magni Mogolis, non longè à ſinu Cambajae, in regno *Guzaratte*.

¶ Bronchorſtum, *Bronchorſt*, oppidulum Belgii uniti, in Comitatu Zutphanienſi, ad dexteram ripam Iſalę fluminis, & una tantum leuca a Zutphania disjunctum, in ditione Hollandorum.

Bronium, *Braine*, opp. Belgii, in Hannoniae & Braban- *Scr.*

bantiae conf. à Monte S. Gerardi 5. leuc. Al. Videtur pag. in territorio Lonacenſi.

¶ Bronium, vulgò *Braine le Comte*, oppidum eſt Hanoniae, in limite Brabantiae, medium inter Bruxellas & Montes. Dicitur etiam Brennia.

¶ Bronsbroa, *Bronsbroo*, pagus Oſtro Gothiae provinciae Sveciae, ubi pax confecta inter Reges Sveciae & Daniae anno 1645. Idibus Sextilis. Scribitur etiam *Broemſebroo*; eſtque in limite Blekingiae provinciae, & 15. mill. paſſibus diſtat à Chriſtianopoli in occaſum.

Brovonacis, Brabonlacum lib. Not. *Brougham*, teſte Camd. opp. Albionis, in Anglia, inter Eboracum 85. & Luguvallum 22. mill. paſſ. ex itin. Antonini, à Caturractonio 43. apud Scotiæ limites, in regione Weſtmariç.

¶ Brouverhavia, ſeu Brouverii portus, *Brouvershaven*, oppidulum Belgii uniti, in Comitatu Zelandiæ & inſula Scaldia, cum portu ſat capaci. Una leuca diſtat a Ziriczæa in Bor. & 2. a Goerea in auſtrum.

¶ Brouveri fretum, *Brouvers Straet* Batavis, *detroit de Brouvers* Gallis, fretum Americæ meridionalis, detectum à Batavis anno 1643. Maximè in auſtrum ſpectat, infra fretum Maereum; & nomen habet ab eo qui primus ipſius oras luſtravit.

Bructeri, pop. Germ. in Friſia orientali incolentes: quorum tractus *Brokmerlandt*, teſte Corn. Kempio, dicitur. Ab his *Brockerſberg* mons circa Goslariam urb. Saxoniae dictus videtur, teſte Peucero, Melibocus veteribus. Putantur iidem Buſacteris. Vide ibi. Sunt qui hos in Marchia Comit. in Weſtphalia collocent. Mem. illorum Claud. de 4. conſ. Honor.

-Venit accola ſylvæ
Bructerus Hercyniæ, latiſque paludibus exit
Cimbrus.

Hos Druſus navali praelio in Amaſio fluv. ſuperavit teſte Tacito.

Brugae, *Brugge & Bruges*, urbs Belgii, in Flandria, ampla & elegantiſſima, ſic à pontium multitudine dicta, à Gandavo 8. leuc. in occ. versùs Furnas totidem, quot à Metelburgo urbe Zelandica in Libonot. Aldenardum versùs, epiſc. ſub Archiep. Mechlinienſi. Sunt & Brugae opp. in Nortgoja, quarum mem. Poeta quidam lib. 5. itiner.

Mœnia Brugarum veſpere parva peto.

Brumia, *Pruim*; pag. cum cœnobio, ſive abbatia praeclara in ſylva Arduenna, in Leodienſis ditionis & Lucemburgenſ. Duc. conf. ad fluv. cognominem, inter Treviros 7. & Limburgum in Bor. 6. leuc. Prumia pleriſque nominatur, proxima Fano S. Viti.

¶ Brumia, Gallis *Prum*, ſedet in Germania, in ditione Archiepiſcopi Trevirenſis, qui perpetuus eſt Adminiſtrator dictae Abbatiae, in qua Lotharius Imperator, relicto Imperio, monaſticam vitam egit.

¶ Bruna, ſeu Breina, *Breyn*, lacus Scotiae ſeptentrionalis, in Aſſino Comitatu, longe per terras excurrens, & poſtea in mare Deucaledonium ſe exonerat. Ei adjacet *Breyn* oppidulum.

Brundiſium, Brendeſium, Ptol. Brunduſium Plin. Hor. & Liv. Brenteſium Steph. & Strab. *Brindiſi*, colon. & urbs archiep. Salentinorum marit. in ora Bor. contra Tarentum, à quo 36. mill. paſſ. abeſt in ſeptentr. Portum habet tutum, ab Ætolis Diomedis ſociis conditum, teſte D. Iſidor. Abeſt inter Barium ad occ. 72. & Hydruntum in ort. 50. mill. paſſ. Aletio in medio. De eo Enn. Poeta ſic:

Brunduſium pulchro præcinctum præpete portu.

Luc. lib. 2.

-profuguſque per Appula rura
Brunduſii tutas conſcendit Magnus in arces.

Brendam ſive Brundam à Poeta quodam brevitatis gratia dictum ait Feſt.

¶ Brundiſium, ſeu, & melius, Brunduſium, urbs eſt Italiae & regni Neapolitani, in provincia Hidruntina & in ora maris Adriatici, cum arce in mari ſita. A Gallis *Brindes* dicitur, 40. milliaribus diſtat ab Hidrunto, & 15. ab Oria in ortum.

¶ Brundiſium, ſeu Brandiſium, *Brandeis*, urbecula Germaniae, in regno Bohemiae, ad fluvium Albim, ubi recipit Gizeram. Vix 3. leucis diſtat à Praga in ortum, & 4. à Broda Bohemica.

Brundulus portus, *Brondolo*, port. Venetiae, apud Foſſam Clodiam urb. ab Atheſi & Togiſono (non à Pado, ut ſcribit Ortel.) effectus.

Brundunum, *Braunavv*, opp. Norici, in Bavaria, à Salisburgo 7. leuc. in Bor. Pataviam propiorem versùs. Vide Braunodunum. *Scrip. Germ.*

Brunduſia, *Bondrut*, vel *Bruntrut* vulgò, opp. eſt Sequanorum, in territ. Baſileenſi, ſedes Epiſcopi Baſileenſis, inter Baſileam 6. & Mont. Bellicardum urbem Burgundiae ad occ. 4. leuc. *Scrip. Ger.*

¶ Brunduſia, Gallis *Porantru*, ſedet in limite Alſatiae, 6. leucis diſtans à Baſilea, & 3. à Ferreta in occaſum, 3. autem à Monte Bellicardo oppido Germaniæ; ſubeſtque dominio Epiſcopi Baſileenſis.

¶ Brunetum, ſeu Bruniacum, *Brugneto*, urbs Liguriae, ad fluvium Votrum, ad radices Apennini, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo & Republica Genuenſi, 9. milliaribus diſtat ab Apua in occaſum, & totidem à Spetia in Boream, à Genua autem 50. eſtque parvi circuitus.

Brunopolis, Brunonis vicus Brunſuiga, & Pentapolis, *Brunſvvick*, urbs Saxoniæ clariſſima & maxima, ſic à conditore dicta, licet Tuliſurgim à Ptol. dicta putetur, urbs potens, munitiſſima, ac libera, (tametſi Principes reg. ſeſe Duces Brunſvicenſes inſcribunt) inter Erfordiam & Hamburgum, inde 24. hinc 20. leuc. à Magdeburgo in occ. 13. quot à Luneburgo recedens. De ea lib. 7. itiner. *Scrip. Ger.*

Donec Brunonis vicum pervenimus uſque.
Hæc olim vicus, nunc ampla & nobilis urbs eſt;
Quintuplicique regit cives diſtincta ſenatu.
Bello & pace potens; vario munimine firma.

Et alibi:

Pentapolim hic noto Brunſuigam nomine dictam.

¶ Brunopolis, *Brunſvvick*, urbs Germaniæ Imperialis & Hanſeacica, in Saxonia inferiori, quam Oacer fluvius interſecat. Primaria eſt Ducatus Brunſvicenſis, ſed ſui penè juris, & 2. leucis à Volfenbutela diſtat in Boream.

¶ Brunsberga, *Brunsberg*, urbs Pruſſiæ regalis, in Polonia, ubi Epiſcopus Varmenſis ſedem habet, juxta ſinum *Friſch Haff* dictum; eſtque media inter Mariaeburgum & Regium montem, Elbingae propior. Sed à paucis annis fuit oppignerata Electori Brandeburgico.

¶ Brunsbutta, *Brunsbuttel*, oppidulum munitum Daniae, in Holſatiae Ducatu & Dithmarſia regione, ad Albim fluvium & prope ejus oſtia, 3. leucis infra Glucſtadium.

Bruſa per errorem, pro Pruſa ex Plin. urbs Bithyniæ, In Theſ. Ling. Lat. ſcribitur.

¶ Bruſtacia, urbs Oenotrorum, in Italia; ſub Crotoniatis & Brutiis, nunc *Umbriatico* Brietio & Sanſoni in Calabria citeriori, 10. milliaribus à ſinu Tarentino. Vide Umbriaticum & Bryſtacia.

Brutii, pop. Italiæ, in ora maris ſuperi & inferi, contra Siciliam, inter Lucanos & magnam Græciam incolentes, quorum reg. *Calabria* hodie dicitur, ex amplioribus in regno Neapolitano; Bretii Strab. Brutiani Polyb. & Aul. Gell. Brettii in cod. Theodoſiano. Horum duae ſunt metropoles, Conſentia in Calabria citer. Rhegium in ulteriore. Hinc Brutius nom. gent. Illos Aul. Gell. lib. 10. à Rom. victos loco ſervorum habitos eſſe ſcribit, quod primi Hannibalem excepiſſent. Sil. lib. 8. *Plin. Luſtri. Strab. & al.*

Brutius haud diſpar animorum, unaque juventus
Lucanis excita jugis.

Brotates appellantur ab Ennio, qui eos bilingues vocat, quod Oſcè & Græcè loquerentur, ut Feſtus refert.

¶ Brutii populi fuere Italiæ, in magna Græcia, inter Lucaniam provinciam & fretum Siculum extenſi, & inter mare Tirrhenum & ſinum Tarentinum. Diviſi fuere in Ciſmontanos & Tranſmontanos, ubi nunc Calabria citerior & ulterior, in parte auſtrali regni Neapolitani.

Urbes Brutiorum quæ hodie exſtant.

Amantia, *l'Amanthea.*	Miletus & Melita, *Melito.*
Balbia, *Altomonte.*	* M. Altus, *Mont-alto.*
* Beſidianum, *Biſignano,*	M. Leonis, olim Hipponium, *Monte Leone.*
Bova, *Bova.*	Nicotera, *Nicotera.*
* Conſentia, *Coſenza.*	Oppidum, *Oppido.*
Marcopolis, *S. Marco.*	* Rhegium, *Reggio.*
Martoranum, olim Mamertium, *Martorano.*	* Tropea, *Tropea.*

Bru-

Mel. Brutium, *Capo Burſano*, prom. Brutiorum, inter Leucopetram, apud Rhegium, & Zephyrium apud Locros, cui propius eſt, non procul à magnæ Græciæ conf.

¶ Brutium promontorium, aliter Leucopetra, in quo deſinit alterum Apennini cornu, teſtibus Sanſone & Brietio, nunc *Punta della Saetta* dicitur, eſtque prope fretum Siculum, in Calabria ulteriori, 12. milliaribus Italicis à Rhegio diſtat, & 15. milliar. in occaſum à promont. *Burſano*, quod olim Zephyrium dictum fuit.

¶ Bruxella, *Bruxel*, urbecula Germaniæ & Palatinatus Rheni, in ditione Epiſcopi Spirenſis, ad amnem *Saltz*. Ab ea ineſt incile Philippolim uſque, à qua & à Rheno diſtat tantum duabus leucis in ortum.

Scrip. Belg. Bruxellæ, *Bruſſel*, urbs Belgii, Brabantiæ præcipua, ſedes Principum, ab Antuerpia 8. leuc. in auſtr. à Lovanio 4. in occ. versùs Gandavum. Bruxella quoque numer. ſingul. paſſim dicitur, ut liber 4. itinerat.

Excepit Bruxella, ſacras ubi Cæſaris arces
Vidimus, adjunctoſque hortos muro undique cinctos.

¶ Bruxellę, Gallis *Bruxelles*, urbs eſt ampla & culta, ad Senam amnem, partim in plano & partim in colle ſita, prope ſylvam *Soigne*, 2. leucis à Vilevordia, & 4. à Nivella, creſcitque in dies.

Heſyc. & Lycophr. Brychus, fluv, Peloponneſi, per Achajam apud Pellenen opp. in ſinum Corinthiacum influens.

Cat. Brygianum, *Bracciano*, opp. Hetruriæ. Vide Arcenum.

Plin. Brygion opp. fuit Macedoniæ: de quo Plin. lib. 4. cap. 10.

Ptol. Bryorum littus, *Ardbry*, teſte Marmol. opp. Cyrenaicę marit. inter Boreum prom. ad occ. & Berenicen urb. ad ort. propiorem.

Bryſae, pop. Thraciae, inter Neſtum & Hebrum flumina, quorum Bryſis urbs epiſc. ſub Archiep. Hadrianopolitano, teſte Curopalate, poſtea inter metropoles habita.

Steph. Bryſeae, urbs Laconiae, in Peloponneſo, teſte Porphyr.

Bryſtacia, *Umbriatico*, *Briatico*, teſte G. Barrio, urbs magnae Graeciae epiſc. ſub Archiep. Siberenenſi, in Calabria ulteriore, Cerentiae urbi finitima ad 8. mill. paſſ. à Cariato 14. in auſtrum, à Cottone 24. quot ferme à Siberena Roſcianum versùs ad 35.

¶ Bryſtacia, quae *Umbriatico*, urbs eſt regni Neapolitani, in Calabria citeriori, ad Aretum amnem. Sed deficit in dies, 10. milliaribus Italicis diſtat à Cariato, & paulò minùs ab ora maris Jonii; eſtque intra montes.

Ptol. Buba, Buca Strab. *Termole*, ut aliquibus videtur, urbs Frentanorum marit. in Aprutio, apud Apuliae fines, apud oſtia Tipherni fluv. Hiſtonio opp. proxima, ab eo 6. mill. paſſ. in ortum diſtans.

Sex. Aur. Bubalia Pannonia, quae & Sirmienſis, pars Pannoniae inferioris, in Hungaria, circa Sirmium urbem, *Sirmiſch*, teſte Laz.

Plin. Bubaſſus, reg. Cariae, teſte Plin. in qua Bybaſſus urbs erat Steph. ubi templum erat Dianae ſpectabile. Inde Bubaſis patronym. apud Ovid. lib. 5. Metam.

Budaſides videre nurus-

Ptol. Strab. Bubaſtus, & Bubaſtis Herod. *Pibeſeth*, & teſte Jo. Leone, *Azioth*, urbs Ægypti, ad Nilum, intra Deltam, ſic à Dea quae ibi colebatur nominata, ubi templum fuit auguſtum illi Deae dicatum: cujus mem. Ovid. lib. 9. Metamorph.

Sanctaque Buhaſtis, variiſque coloribus Apis.

Sed potiùs Bubaſtis Dea dicta eſt ab urbe in qua colebatur, quae Diana fuit, quàm urbs à Dea.

¶ Bubaſtus urbs epiſcopalis Ægypti inferioris, quae etiam Hephaeſtus dicta fuit, erat ad Nilum extra Deltam, & 30. mill. paſſibus à Peluſio in auſtrum, nuncque *Azioth* dicitur.

Strab. Bubiemum, Bujaſmum in Graecis codicibus, Marobudum Ptol. *Praga*, teſte Avent. urbs Bohemiae regia & archiep. Sed alii contradicunt. *Budvveiſſ* aliis. Vide Maroducum.

Plin. Ptol. Bubon urbs fuit Lyciae (non Lydorum, ut in Theſ. Ling. Lat.) mediterr. epiſc. ſub Archiep. Myrenſi, Balburae, Chomati, & Condybae finitima. Scribitur & Bubo.

¶ Bubua, Plinio inſula Dalmatiae, Ammiano & Peuting, Boas, nunc *Bua* dicta Slavè *Cibovo*, Tragurio ponte juncta, teſte Joanne Lucio.

Strab. Plin. Buca, Bucara Melae, Buba Ptol. *Termole*, teſte Celſo Cittadino, urbs Frentanorum, in Apuliæ conf. epiſc. ſub Archiep. Beneventano, à monte Gargano 200. ſtad. teſte Strab. in occ. diſtans. *Secca* opp. videtur Leandro exciſum, apud oſtia Sari fluv. & apud Foſſam cæcam opp. ab Anxano 5. mill. paſſ. in occ. à Teatea 14. in Bor. Sed hoc in Pelignis, non in Frentanis. Buba quoque, teſte Ptol. in Pelignis erat; ex quo à Buca diverſa videtur.

¶ Buca, quæ & Buba, quibuſdam eſt *Marozzo*, vicus in ora littorali Aprutii citer. prope oſtia fluvii Trivii. Aliis eſt *Termole*, civitas Capitanatæ prov. in ora maris Adriatici, prope oſtia Tipherni fluvii, & 25. milliaribus ab Anxano in ortum.

¶ Bucellum, *Civita Burella*, urbs Italiae parva admodum, in regno Neapolitano & provincia Aprutii citerioris, ad Sarum fluvium, in limite Comitatus Moliſini, 15. milliaribus Italicis diſtat à Sulmone in ortum.

Ptol. Bucephala, Bucephalum Q. Curtio & Aul. Gell. *Gelfeten*, teſte Mercat. urbs Indię citer. ad Hydaſpen fluv. ab Alex. Magno condita, & de equi ſui nomine dicta.

¶ Bucephala Sanſoni & aliis eſt *Lahor*, urbs provinciae *Pengab*, ad fluvium Hydaſpen, nunc Raveyum, & ex praecipuis imperii Magni Mogolis; emporium percelebre, & urbs ampliſſima, 60. leucis Gallicis diſtat ab urbe Agra verſus Septentrionem, & 75. ab Attochio in ortum.

Bucia, opp. Siciliae mediterr. (quod nunc *Butera* dici putatur) non obſcurum, vallis Neetenſis, à Terra nova 8. mill. paſſ. diſtans.

Scrip. Sard. Bucina, ſive Buccina, ut alii legunt, *Tolara*, vel *Teulara*, inſ. Sardiniae, ante Phauſaniam urbem orae orientalis; quam quidam Hermaeam à Ptol. dici volunt. Hic S. Pontianus Rom. Pontifex exilium paſſus occubuit.

Plin. Bucinna, inſ. maris Sardoi, à Plin. inter Æthuſam & Oſteodem inſulas Siciliae memoratur.

Marc. Bucinobantes, *Weiſbaden*, teſte Heroldo, opp. Ger. ad ulteriorem Rheni ripam è regione Moguntiæ urbis.

¶ Buchingamia, *Buchingham*, urbecula Angliæ ad Uſam fluvium, Comitatus ſeu provin. cognominis caput, media fere inter Oxoniam & Bedfordiam urbes.

¶ Bucoria, Buchor, regio Aſiæ, in India, ſub imperio Magni Mogolis, ab Indo fluvio in duas partes ſecta. Extenditur uſque ad confinia Perſiæ; habetque urbem cognominem ad ripam Indi fluv. 60. leucis Gallicis diſtat à Tatta in Septentrionem.

Ptol. Bucra, *Longobardo*, ſive *Longobalda*, teſte Cl. Arretio, opp. Siciliae, in ora auſtrali, inter Agrigentum ad occ. & Camarinam ad ort. Sed Bucra nomen eſt prom. non opp. unde *Capo Longobardo* dici debet.

¶ Bucra quibuſdam eſt *Longobardo*, 10. milliaribus à Camarina in ortum versùs Pachinum promont. Aliis eſt *Capo Scalami* promont. 5. milliar. tantùm à Camarina.

Scrip. Hun. Buda, *Offen*, urbs Pannoniae inſer. ad Danubium, Hungariae regia & caput, cum Stigonio & Alba regali trigonum faciens, 8. leuc. utrinque diſtans, ſub Turcis. Olim Sicambria dicta putatur. Hic duo fontes apud Danub. in colle, quorum alter frigidiſſimus, alter ita gelidus, ut manus ferre nequeat merſa. De Buda in lib. itin. 5. ſic:

Illinc Buda gemens vix octo millia diſtat:
Strigonium ſubita veneris inde rate.

¶ Buda, qua aliàs Aquincum, ut multi opinantur, nunc à Gallis *Bude*, ab Hiſpanis, & Italis *Buda*, & à Germanis *Offen* dicitur; eſtque urbs ampla, dives; & munita. Alias ſedes Regum Hungariae, nunc autem Praefecti Turcarum, qui eam aſtu adepti ſunt anno 1541. Diſtat à Belgrado 49. milliaribus Germanicis in Boream, & à Vienna 54. in auſtrum.

Hero. Budini, Bodeni Ptol. Vidini Amm. pop. Sarmatiae Europ. qui & Geloni: quorum reg. *Podolia* in regno Polonico. Ibi Budinus mons Ptol. (Βαδινον in man. Seld.)

¶ Budiſſima, ſeu Bubeſia, *Bautzen*, urbs Germaniae, in Luſatiae ſuperioris Marchionatu, ad amnem Sprebam, in ditione Electoris Saxonici. Dicitur & *Budiſſen*. 4. leucis diſtat à Gorlitio in occaſum, & fere 7. à Dreſda in ortum.

¶ Budnocum, *Budnok*, oppidum Hungariae ſuperioris, in praefectura Caſſoviae, ad Gayum amnem, ſub dominio Auſtriacorum. Paucis conſtat incolis, Petro du Val teſte.

Ptol. Budorgis, *Breslavv* Pyramio & Curio, urbs Germ. epiſc. ſub Archiep. Gneſnenſi, Sleſiae caput, ad Oderam fluv.

fluv. ex primis Germ. inter Pragam 28. & Poſnoniam urbem Poloniae in Caec. 24. leuc. Gneſnam verò metropolim 31. atque inter Dreſdam urb. Miſniae ad occ. & Cracoviam regiam Poloniae in ort. 35. Uratislavia Lat. recenti. Sed Ortel. Budorgis *Ratibor* eſſe videtur, qui *Breslavv* Budorigum dici Ptol. ſcribit.

¶ Budorgis, ſeu Budorigum quibuſdam, multis eſt *Ratibor*, oppidum Sileſiae ſuperioris, ad Viadrum. Aliis autem eſt Breslau Vratislavia, urbs ampla & elegans, diſtans 8. leucis à limite regni Poloniae, & 10. ab Oppolio. Aliis duo ſunt, & Budorgis eſt *Ratibor*, & Budorigum *Breſlau*.

¶ Budorigum urbs ſuit Longobardorum, in Germania. Sed quid nunc ſit, non conſtat. Sanſon autem putat eſſe Vratislaviam.

Budoris, urbs Germ. quae nonnullis *Heidelberg* eſſe videtur, urbs & acad. in Sueviae, Franconiae, Palatinatuſque conf. Spirae proxima ad 3. leuc. Comitat. primaria. Sed B. Rhenano potiùs eſt *Durlach* urbs Marchiae Badenſis, ab Heydelberga 7. leuc. in auſtrum, inter Badam & Spiram 4. Eſt verò Heydelberga apud Neccarum amnem, ut lib. 4. itin. Germ.

Hinc quoque Muſarum celebres quas Neccarus arces
Alluit, Heydelberganam, claraque Tubinga.

¶ Budoris, Cluverio teſte, eſt *Buriach*, oppidulum Sueviæ, in Marchionatu Badenſi, uno milliari Germanico a Rheno fluvio & a Durlaco oppido, duabus autem a Philippoli in Boream.

Budua, *Nueſtra Sennora de Bettove*, opp. olim, nunc vicus Luſitan. teſte Vaſconcello, inter Elteri ad occ. & Emeritam ad ort. quaſi 10. leuc. proxim. à Septem aris 12. mill. paſſ. diſtans.

Buduiſſa, *Budvveiſſ* urbs non obſcura Bohemiæ inter Pragam 15. & Lentiam 12. leuc. de qua lib. 5. itin. ſic:

Urbs (Budoviſſam quam dicunt) ſplendida tectis
Quas habet è ſaxis exhibet illa domos.

¶ Buduiſſa urbs eſt probè munita, ad Vultavam fluvium 10. leucis à Paſſavia in ortum æſtivum, & 5. ab oppido *Tabor* in auſtrum.

Bugei, pop. à Partheniis orti, qui expulſi, & ad Cretam appulſi, unà cum Minoe in Siciliam navigantes, inde in Macedoniam pervenere.

¶ Bugella, *Biela*, urbs Italię, in agro Vercellenſi, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ſat ampla & dives. Hinc tractus adjacens *le Bieleſe* dicitur. Ibi obiit anno 1658, Franciſcus II. Mutinę Dux, virtute militari celebris.

¶ Bugenum, *Bugen*, urbecula Aſiæ, cum regno cognomine, in parte Septentrionali Japoniæ inſulæ, quæ *Ximo* dicitur, 60. mill. paſſibus diſtat à Bungo in Septentrionem.

Buges, Byce Ptol. *Seſeban*, pal. Sarmatiæ Europęę, apud iſthmum Tauricae è regione ſinus Carcinitis, in paludem Maeoticam influens.

¶ Buges palus nunc *Suka Morzi* dicitur, Sanſone teſte; eſtque in Tartaria Precopenſi, & ex ea ducta fuit Foſſa in ſinum Carcinitem.

¶ Bugia, *Bugia*, urbs Africae, in ora Bàrbariae, ab Hiſpanis capta anno 1508. Sed a Turcis iterum occupata. Portu gaudet capaci & arce ſatis tuta. Vide Salda.

¶ Bulahuana, *Bulahuana*, oppidum Africae, in regno Marroci & provincia Ducala, ad Ommirabihum fluvium.

Bulgari, pop. Myſiae, in Thraciae conf. ſic à Bulga fluv. ſive Volga, ubi primum in Moſchorum finibus habitarunt. Reg. Bulgaria etiam vulgò dicitur. Cujus metropoles ſunt Sophia, ubi ſedes eſt Praefecti, & Ternobium, ubi ſedes Metropolit.

¶ Bulgari nunc *les Bulgares* dicuntur, & eorum regio, vulgò *la Bulgarie*, ſita eſt inter Danubium fluv. Serviam, Thraciam, & Pontum Euxinum, totaque ſubeſt dominio Turcarum: & eſt valde extenſa & ampla, aliaſque titulo regio decorata. Ejus primaria eſt Sophia, urbs ſatis culta.

¶ Bulgariae regnum, *les Bulgares*, pars Imperii Moſchorum, quae aliter dicitur Regio ſeu Horda Zavolhanorum, juxta Volgam fluvium, & antea paruit Tartaris.

Bulini gens in antiquo Illyrico, a Hieraſtamnis uſque ad flumen Neſtum, nunc Cetinam, extendebatur, teſte Joanne Lucio.

Bulla Regia, urbs Africae propriè dictae, inter Hipponem 87. & Carthaginem in ort. 130. mill. paſſ. Siccae Veneriae proxima. *Antra* hodie dici fertur, olim epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi. Bullae etiam apud Curopal. urb. epiſc. Myſ. infer. nunc metrop. ſub Patriarch. Conſtantinopolitano.

¶ Bulla Regia, urbs Africae, Sanſone teſte, nunc *Beije* dicitur, eſtque inter Conſtantinam & Tunetum, in regno Tunetano.

Bullaeum, *Buelth*, teſte Camd. prom. Albionis, in * Cornubia reg. cum opp. cognomine, quod Biltheum dicitur, vulgò *Buelth*, in ora reg. Boreali, inter Exoniam urb. ad auſtrum & Herculeum prom. ad 20. mill. Villanovanus *Witlam* ſcribit appellari; ſed Camdeno indigenae magis fidendum. (* Camden. verò eſt *Buelth*, opp. mediterr. in Wallia. Comitat. Brechinienſ. ad Vejum fluv. *Ptol.*

¶ Bullacum, *Bulles*, oppidum Galliae & Bellovacenſis agri prope amnem *Breſche*, 4. leucis a Bellovaco in ortum.

¶ Bullis, oppidulum Pelaſgoniae regionis Macedoniae, ſub Elimiotis; ejus incolae Bylliones Straboni.

Bullonium, *Boullion* & *Bouillon*, opp. cum arce in monte firmiſſima Gall. Belg. Ducali tit. exornatum, ad Epiſcopum Leodienſ. ſpectans, in Ducat. Lucemburgenſis conſ. intra ſylvam Arduennam, inter Maderiacum, ſive Macerias opp. Galliae ad Moſam, & ad occ. 4. ac Caſtrum novum ad ort. 3. leuc. à Lucemburgo 12. in occ. *Sigeb.*

¶. Bullonium gaudet titulo Ducatus jam inde a temporibus Godefridi Bullonii, primi Jeroſolymorum Regis, qui in Syriam profecturus, Ducatum illum Otberto Epiſcopo Leodienſi vendidit anno 1096. A Leodio diſtat 16. milliaribus eſtque in confinio Franciae ditionis.

Bulua. Vide Butua. *Ptol.*

¶ Bungum, *Bungo*, urbs Aſiae, in Japonia & in ora orientali inſulae *Ximo*, cum regno cognomine, ubi alias Rex Catholicus cum maxima parte ſubditorum, nunc tantùm pauci inibi reperiuntur ab anno 1620. Diſtat 50. mill. paſſibus a Nangaſaco in ortum.

Bunitium, *Sundt* ſive *Straelſundt*, teſte Villan. urbs Germ. in ora Pomeraniae Boreali, inter Roſtochium ad occ. 9. & Gripſvvaldum ad ort. 4. leuc. media inter Bardum & Gripſvvaldum, contra Rugiam inſ. emporium haud obſcurum; Sundis ſive Sundium Lat. recenti. *Ptol.*

¶ Bunitium, ſeu Sundium, *Stralſund*, eſt emporium celebre & urbs Hanzeatica permunita, inſtar inſulae, Svecici tamen juris ab anno 1630. cum paulò antea Caeſariani ejus obſidionem ſolvere compulſi fuiſſent.

Bunius, fons in finibus Veſtinorum, apud Amiternum urb. exciſam, teſte Pompon. Fortunato, & Columellá. *Colu.*

Bunobora, *Barba* Marmol. opp. Maurit. Caeſarienſ. mediterr. Victoriae, Vagis, Gigluiſque urbibus finitimum. *Ptol.*

¶ Bunobara nunc *Beni Arax* dicitur, Sanſone teſte; eſtque urbs ampla Barbariae, in regno Algerii, 60. mill. paſſ. ab Orano in auſtrum.

Bura, *Voſtica* Mol. opp. Achajae Peloponneſi, ad ſinum Corinthiacum, inter Pelenen & Helicen, urbs ab aquis abſorpta una cum Helice, teſte Ovid. lib. 15. Metam. *Pauſ.* *Ptol.*

Si quaeras Helicen & Buram Achaidas urbes,
Invenies ſub aquis.

¶ Bura, *Buren* incolis, *Bure* Gallis, oppidum Belgii, in Gueldria Batavica, prope Lingam amnem, Comitatus titulo clarum. Tribus leucis diſtat a Buſco Ducis in ſeptentrionem, totidem ab Ultrajecto in meridiem, uti a Neomago in occaſum.

¶ Burace, urbs Aſiae, in India intra Gangem. Vide Barace.

¶ Buragragus, *Buragrag*, fluvius Africae, in regno Fezzae. Provinciam Temeſnam dividit a Fezzana, & in Oceanum Atlanticum ſe exonerat ad Salam oppidum.

¶ Burburgus, *Burbourg*, oppidum Belgii, in Comitatu Flandriae, alias munitum. Una leuca tantum diſtat a Gravelinga in auſtrum; ſubeſtque dominio Regis Francorum ab anno 1657. cum toto agro.

Burchiana, inſ. maris Germ. occid. Vide Byrchanis, & Fabaria. *Plin.*

Burcholmia, *Borcholm*, arx Sueciae, in Oelandia inſula maris *Baltici*, & ex adverſo Smalandiae provinciae.

Burcinacium, *Kraneburg*, teſte Siml. opp. Germ. infer. in Ducat. Clivenſi, apud Cliviam urb. 1. leuc. diſtans in occ. à Noviomago urb. Geldriæ 2. Sunt qui Burcinacium, ſive Burginatium, *Burick*, opp. ejuſdem Ducat. ad Rhenum ex adverſo Weſaliæ urbis indigitent: quod veriſimilius videtur. *Ant.*

Burdigala, *Bordeaux* & *Bourdeaux*, urbs archie. Aquitanię, ad Garumnam fluv. in ora occid. ejus reg. Aquit: quæ vulgò *Guienne* dicitur, caput ac conventus juridicus, (Parlamentum Galli vocant) à Toloſa 30. leuc. in Circium, inter Santonas ad Bor. 21. & Bajonam ad merid. urbem extremam 26. leuc. & alia via 34. Patria Auſonii, de qua ille in catal. urbium: *Ant.* *Ptol.* *Auſ.*

Dilige

Diligo Burdigalam, Romam colo; civis in hac ſum:
Conſul in ambabus, Cunę hic, ibi ſella curulis,
Apud illum lacus eſt marinus.

¶ Burdigala ſeu Burdegala, urbs eſt valde antiqua, potens, & perampla, emporium celebre, & ſtatio navium non contemnenda, cum arce munita, vulgò *le Chaſteau Trompette*, 12. leucis ab oſtio Garumnae, & 5. a Liburnia.

¶ Burdigala, *Bourdeaux*, oppidulum Galliae, in Delphinatu, ad Robionem amnem, juxta montes, 7. leucis à Valentia versùs auſtrum, & 5. à Dia.

¶ Bureva, *Bureba*, regiuncula Hiſpanię, in Caſtella veteri.

Scrib. Hiſp. Burgi, *Burgos*, urbs archiep. Hiſp. Tarracon. Caſtellæ veteris caput & regia, inter Cæſaream Auguſtam ad ort. & Legionem ad occ. 33. ac inter Toletum ad merid. 51. Flaviobrigam ad Bor. et Cęc. 31. Vide Bravum et Masburgi.

¶ Burgi civitas, Gal. *Bourgues*, ad Arlanzam amnem ſedet. Crevit ex ruinis Auccę, et Archiepiſcopali dignitate decorata fuit à Gregorio XIII. Pont. Max.

Ant. Burgium, *Mal Borgetto* ex Siml. teſte Ortel. opp. ſeu pag. Norici, in conf. Carnorum, non Rhętię, ut Ortel. ſcribit, ad Fellam fluv. in via inter Aquilejam et Villacum occurrens, inter Clemonam opp. Carnorum et Villacum urbem Norici 24. mill. paſſ. intra Alpes Julias.

¶ Burgolium, *Bourgueil*, oppidulum Galliae, cum Abbatia celebri Andegavenſis Ducatus non procul à Ligeri fluvio, et 3. leucis a Salmurio in ortum.

¶ Burgovia, *Bourgovv*, oppidum Germaniae, in Sueviæ Ducatu, Status ſeu Marchionatus cognominis caput, ad Mindelium fluvium, uno milliari Germanico à Danubio, et 4. ab Ulma in ortum.

Prov. Rom. Burgum S. Sepulchri, *Borgo di S. Sepolcro*, urbs epiſc. Umbriae, apud Tiberim fluv. ſub Archiep. Florentino, inde in ortum 50. mill. paſſ. diſtans, à Tiferno Tiberino 8. in Bor. Ea ſtractem producit, & magno paret Etruriae Duci. Illam Biturgiam Ptol. dictam volunt. Sed Biturgia in Etruria longè ab hoc loco deſcribitur. Eſt et Burgum S. Domnini urbs Æmiliae (Vide Julia) epiſc. ſub Archiep. Bononienſi.

¶ Burgundia, vulgò *la Bourgogne*, Italis et Hiſpanis *Borgogna*, et cujus populi *Bourguignons* dicuntur, olim ampliores habuit terminos cùm proprios Reges haberet, praecipitante Romano imperio. Sed poſtea à Francis devicta fuit. Nunc autem arctior. Dividitur in duas partes, nempe in Ducatum, cuius caput Divio, Parlamenti ſedes, ſub Rege Franciae; et in Comitatum, vulgò *la Franche Comtè*, ſeu *Comtè de Bourgogne*, cujus primaria Dola, Senatus ſedes; eſtque anguſtior, et inter Ducatum et Helvetios, Lotharingium & Breſſiam, cùm Ducatus, qui amplior, habeat à Septentrione Campaniam, ab Oriente Comitatum Burgundię, à Meridie Baujovienſem agrum, & ab Occidente Nivernenſem & Borbonienſem provincias.

Plin. Burgundiones, pop. Gall. Celt. *Bourgongnois* Gallicè, *Borgognoni* Italis, ex Germania in Galliam profecti: quorum reg. Burgundia gemina, Arari fluv. diviſa, una Ducatus (in qua Hedui) ad Regem Galliæ ſpectans, altera in ortum vergens (in qua Sequani) Comit. ad Hiſpanum Regem pertinens. Olim proprium Regem Burgundia habuit. Burgundio in ſing. num. Sidon. in Panegyr. Avito:

Te capit, inſidoque tibi Burgundio ductu.

¶ Burgundiones, ſeu Burgundi, populi Germaniæ ſub Vindilis comprehenſi. Agros Chattorum & Alomannorum occupavere; & poſtea in Gallias tranſmigrarunt.

Burgundiæ Ducatus urbes primariæ:

Aballonium, *Avallon*.
Antiſſiodorum, *Auxerre*.
Arnæum Ducium, *Arnay le Duc*.
Auguſtodunum, *Autun* vel *Auſtun*.
Auſſona, *Auſſone*.
Barium ad Sequanam, *Bar ſur Seyne*.
Belna, *Beaulne*.
Borbonium Anſelmium, *Bourbon Lancy*.
Cabilonum, *Chalon ſur Saone*.
Caſtellio ad Sequanam, *Chaſtillon ſur Seyne*.
Divio, *Diion*.
Lingonæ, *Langres*.
Matiſcona, *Maſcon*.
Niverną, *Nevers*.
Semurium, *Semur en Auxois*.
Tinurtium, *Tournus*.
Tornodurum, *Tonnerre*.
Virodunum, *Verdun*.

(Sed notabis Lingonas & Nivernas non eſſe urbes Burgundiae.)

Burgundiae Comitatus urbes:

Arboſium, olim Arboroſa, *Arbois*.
Cromarum, *Cromary*.
* Dola, *Dole*.
Falconiacum, *Falcougny*.
Grajacum, *Gray*.
Juſſum, *Juſſey*.
Momboſium, *Monthoſon*.
* M. Bellicardus, *Monthelliard*.
M. Juſtinus, *Mont Juſtin*.
Nozoretum, *Nozereth*.
Orgelium, *Orgelet*.
Ornanum, *Ornans*.
Palma, *Baulme*.
Polychnium, *Poligny*.
Pons Araris, *Pont ſur Saone*.
Pons Arlius, *Pont Arlier*.
Quingium, *Quingey*.
Rupes fortis, *Rockefort*.
* Salinæ, *Salins*.
* Veſulium, *Veſoul*.
* Veſuntio, *Beſancon*.

¶ Ex his notabis Montem Bellicardum non eſſe in Comitatu Burgundiae; & exceptis Dola, Veſuntione, Graeo, & Veſulio, cetera eſſe tantùm minuta oppida & caſtra.

¶ Burgus, *Bourg en Breſſe*; urbs Galliæ, in Breſſiæ Comitatu, ad amnem *Reſouſse* 5. leucis diſtat à Matiſcone in ortum, & 9. a Lugduno versùs ſeptentrionem. Subeſt dominio Regis Franciæ ab anno 1600. cum tota regione, quę priùs erat Sabaudici juris. Arcem habuit munitam, nunc disjectam.

¶ Burgus, *Bourg* cognomento *ſur mer*, oppidum Galliæ in Aquitania, olim munitum, ad Duranium fluvium, ubi Garumnæ commiſcetur, 2. leucis diſtat à Blavia, & 5. a Burdegala in Boream.

¶ Burgus, *Borg*, oppidulum Suecię, in Finlandia provincia & regiuncula Nilandia, prope ſinum Finnicum.

¶ Burgus-novus, *Bourganeuf*, oppidum Galliae, in Aquitania & provincia Marchię Lemovicenſis, ad Taurionem amnem, 6. leucis diſtat a Lemovico in ortum. Cenſetur tamen provincię Pictavienſis pars.

¶ Burgus S. Domnini, *Borgo di S. Donnino*, urbs Italiæ. Vide Fidentia.

¶ Burgus Seſſites, *Borgo di Seſia*, oppidulum Italiae, in agro Vercellenſi & ditione Ducis Sabaudiæ, ad Seſſitem fluvium, & in confinio Ducatus Mediolanenſis, 20. milliaribus Italicis à Vercellis in Boream.

¶ Burichum, *Burick*, oppidum munitum Germaniae & Ducatus Clivenſis, ad Rhenum fluv. è regione Veſaliæ, 3. leucis à Geldria in ortum. Quibuſdam eſt Burcinacium.

¶ Buriciana, *Burchain*, teſte Cluverio, oppidum eſt Bavariae, non longè à Danubio fluvio, prope Lichi fluvii confluentes.

Buridenſii, pop. Daciae, quorum urbs Varadinum eſt, *Ptol.* teſte Laz. in Hungaria, trans Danubium, in conf. Tranſſylvaniae, ultra Tibiſcum, à Buda 24. leuc. in ort. (in medio Solnocum urbs ad Tibiſcum fluv.) epiſc. ſub Archiep. Colocenſi. *Wardeyn* & *Varadin*. * (in man. Seld. Βουριδήνσιοι.

Burii, pop. Germ, cognomine * Luti, qui, teſte And. *Tac.* Vellejo, cum Rantzovio, in inſ. maris Baltici, cui nomen *Ptol.* eſt *Bornholm*, habitant. Alii eos in Sleſia reg. in Teſchinenſi Ducat. locant. (in man. Seld. Δὁγιοι.

¶ Burii, Brietio teſte, erant ubi nunc pars magnae Poloniae, versùs Caliſiam urbem.

Burnum, Burnium Liv. *Grachova*, teſte Nig. opp. Il- *Plin.* lyrici mediterr. in Liburnia, non in Dalmatia, ut in Theſ. *Ptol.* Ling. Lat.) Arauzonae propinquum.

¶ Buroa, *Bouro*, inſula Aſiae, in mari Indico, inter Moluccas & Macaſſariam inſulas, ſat culta & oblonga.

Buronia ſylva, *Weſtervvaldt*, ſylva apud Col. Agrip- *Tri.* pinam.

Burrium, *Uske*, teſte Camd. opp. Albionis, in Wallia *Ant.* reg. Monumetenſ. Iſcae finitimum, inde 9. mill. paſſ. Callevam versùs. Sed al. eſt *Lodbury*, nomine alludente.

Burſaonenſes, pop. Hiſp. Tarracon. inter Calagurita- *Plin.* nos & Complutenſes.

¶ Burtanga, *Bourtange*, arx Belgii in dominio Groningenſi, intra paludes, in confinio Weſtphaliae, ſub Batavis, inter Weſtervoldios & Monaſterienſes. Vide Arx Burtanga.

Burtina, Bortina Anton. *Almudenar*, teſte Surita, opp. *Pto.* Hiſp. Tarracon. in Aragoniae regno, inter Caeſarauguſtam 10. & Oſeam in Caec. 4. leuc. Al. videtur *Balbaſtro* urb. à Caeſarauguſta 22. leuc. ab Ilerda 5. Oſcam versùs.

Burun-

¶ Buruncum aliis eſt *Wuringhen*, oppidulum ad Rhenum fluvium, inter Coloniam & Novetium, in ditione Electoris Colonienſis.

Buſacteri, pop. Germ. gemini, majores & minores, iidem, ut aliquibus videtur, cum Bructeris Strab. Tac. & Paterc. quorum reg. eſt Tranſiſalana, teſte Pyramio. Al. pars eſt Weſtphaliae circa Monaſterium urb. teſte Willichio. Buſacteri majores ab aliis in Com. Oldemburgenſ. minores in Comit. Benthemenſ. collocantur. Horum *Brockerſverg* opp. eſſe videtur apud Goſlariam urbem, in Saxonia. Buſatonae etiam dicuntur, ut lib. 7. itiner.

Qua Friſius, Cattus, Buſatonaque tenent.

Buſiris, *Boſire*, teſte Jo. Leone, urbs Ægypti, intra Deltam, Sebennyto & Leontopoli urbibus finitima, ad Nilum, inter Babylonem & Memphim, teſte Bellon. inter Cairum & Pyramides occurrens. Sed Pyramides extra Deltam ſunt. Rameſſes Hebraeis, nunc *Jskaal Lein A'ſchemes*, jacens.

¶ Buſium, *Buis*, oppidum Galliae, in Delphinatu & in limite Provinciae, 5. leucis a Vaſione diſtat in ortum, ad amnem *Louveſe*.

¶ Buſſetum, *Buſſeto*, oppidum Italiæ. Vide Buxetum.

Buterç, *Beſiers*, urbs epiſc. Gall. Narbonenſ. apud Narbonam. Vide Bliteræ.

¶ Buterium, *Butera*, oppidum Siciliae, in valle Neçtina, Principatus titulo clarum, intra montes, 10. milliaribus ab ora littorali, & 4. à flumine Himera.

Buthrotum, ſive Buthrotus Ptol. *Butrinto*, urbs Epiri, in ora contra Corcyram inſ. à Corcyrenſi urbe 12. mill. paſſ. diſtans in Cæc. ab Acroceraunis montib. 100. ſtad. in merid. Nicopolim versùs 50. epiſc. ſub Archiep. Naupactenſi. Hic Medea Oetæ Regis filia à Jaſone ſepulta, teſte Solino. Buthrotos legitur apud Ovid. lib. 13. Metam.

-Regnataque vati
Buthrotos Phrygio, ſimulataque Troja tenetur.

¶ Buthrotum, aliàs urbs, nunc oppidum eſt Albaniæ, in Chimera regione, ſub Turcis à centum & ampliùs annis, ægrè habitatum. Eò multi piſcatores confluunt quotidie; & hinc dicitur ſinus Buthroti, aliàs Pelodes, nunc multis *Botronto*; & vix 6. mill. paſſ. diſtat ab inſula Corcyra in ortum.

Buthrotus, fluv. magnæ Græciæ, apud Locros fluens, *Novito* hodie, teſte Barrio.

¶ Butovium, *Butovv*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ, ad Stolpam amnem, prope *Valdovv* deſertum Pruſſiæ, & in ditione Electoris Brandeburgici, qui illud tenet jure clientelari à regno Poloniæ, 8. leucis Germanicis diſtat à Gedano in occaſum.

Butrium, *Budrio* vel *Butrio*, opp. Æmiliae ſive Gall. Togatæ, in agro Bononienſi, à Bononia 10. mill. paſſ. Ferrariam versùs. In Theſ. Linguæ Lat. non procul à Ravenna dicitur, cùm ab ea ad 40. mill. paſſ. diſtet, proximum Bononię ad 10.

¶ Buttoni ſinus, *Buttons Bay*, ſinus Oceani ſeptentrionalis, ſeu maris Chriſtiani, ab Anglo *Buttons*, qui eum luſtravit, ſic dictus, in America ſeptentrionali.

Butua, Bulva Ptol. Buthoe Steph. *Budoa*, urbs Illyrici, in ora Dalmatiæ (non Liburniæ, ut in Theſ. Linguae Latinae) littorali, inter Aſcrivium & Olchinium urbes ejuſd. orae, ab Antibaro 10. mill. paſſ. in occ. Aſcrivium versùs 20. epiſc. ſub Archiep. Antibarenſi. De ea lib. 2. itiner.

Linquitur à tergò Butua, Aſcriviumque ſuperbum.

¶ Butua urbs eſt Dalmatiae meridionalis, parva ſed munita, in ditione Venetorum, aliàs à Turcis malè habita, & anno 1667. à terrae motu ferè diruta fuit.

¶ Butua, *Butua*, urbs Africae, in Æthiopia inferiori & imperio Monomotapae, cum regno cognomine versùs Zamberum fluvium.

Butuntum, ſive Butuntus, Budruntum in aliis lib. *Bitonto*, urbs Apuliae Peucetiae mediterr. inter Rubos 10. & Barium 8. mill. paſſ. Bitecto urbi propior, epiſc. ſub Archiep. Barenſi. Pop. Butuntinenſes Plin. non in Calabria, ut in Theſ. Ling. Lat. malè legitur.

Buvinda, *Banna*, Camd. ſive *Banny*, fluv. Hiberniae, per Laginiam in ort. apud Eblanam urb. (haec eſt Dublinum) fluens. Al. *Slayne* putatur; qui etiam Latinè Boandus dicitur, apud Dondalciam urbem fluens. Paul. Jovius Boandum cum Buvinda confundit, illumque per Hultoniam apud Armacam urb. in Boream contra Scotiam fluere ſcribit. (Camdenus habet *Boyn* flav. per Midiam apud Droghedam fluens, cui ſuperimponitur *Slane* oppidum *Banna* autem ſive *Bann* ait Ultonienſ. eſſe fluvium & in Comitat. Coiranenſ. fluere.)

Buxentum, Pyzuntum, ſeu Pyxus Strab. *Piſciota*, olim col. & urbs epiſc. nunc caſtrum parvum Lucaniae marit. apud prom. ejuſd. nominis, vulgò *Capo di Piſciota*, inter Paeſtum ad occ. & Laum ad ortum, à Paeſto 30. mill. paſſ. Nomen habet a Buxo, cujus ibi copia reperitur. Pop. Buxentini Plin. Hinc Buxentius nom. gent. Sil. lib. 9. *Plin. Liv. Mel. & al.*

Arridet tellus, ſeu ſunt Buxentia cordi
Rura magis.

¶ Buxentum aliis eſt *Policaſtro*, urbs epiſcopal. regni Neapolitani, in Principatu citeriori. Ducatus titulo gaudet; & 15. milliaribus Italicis diſtat à *Capo Piſciota* in ortum. Sed parva eſt admodum, in ora maris Tirrheni, & deficit in dies.

¶ Buxetum, *Buſſeto*, oppidum Italiae, in Ducatu Placentino, regiunculae cognominis caput, vulgò *Stato di Buſſeto*, olim in ditione Palavicinorum, nunc autem Farneſiorum & Ducis Parmae, ubi urbs Burgi S. Domnini & oppida Buxetum, Florentiola, & Curia major. Oppidum autem Buxetum ſedet juxta Longenam amnem, 2. milliar. à Pado fluvio.

¶ Buxtehuda, *Boxtehude*, urbecula Germaniae, in Ducatu Bremenſi, quam Eſta amnis ſecat. Uno milliari diſtat ab Albi fluvio, & tribus ab Hamburgo; eſtque in limite Luneburgenſis Ducatus, in ditione Svecorum.

Buxudis, ſive Buxidis, *Bouſſut*, caſtrum ſeu pag. Belgii, in Hannonia, ad Hanam fluv. inter Montes, inde 2. leuc. & Binchium in ort. *Sigib.*

¶ Buxudis, *Boſſut*, caſtrum eſt amplum & elegantis ſtructurae in Hannonia, prope Fanum S. Ghisleni, 2. leucis à Montibus versùs ortum, longiùs autem à Binchio.

¶ Buzancaeum, *Buzancois*, oppidum Galliae, in provincia Bituricenſi, ad Ingerem fluvium, in limite Turoniae.

¶ Buxium, ſive Buchſium, *Teſte de Büſch*, oppidulum Galliae, in Aquitania propria, non longè ab ora littorali; eſtque caput ditionis Buſianae, quae vulgò *le Captalat de Buſch* dicitur, ad ſinum Arcaſſonium, 7. circiter leucis diſtat à Burdegala in occaſum. Ibi aliàs Boii populi.

Byblis, mons Cariae, apud Miletum urbem, teſte Ortel. Sed apud Ovid. lib. 9. Metam. fons eſt, non mons. *Ovid.*

Sic lacrymis conſumpta ſuis Phœbeja Byblis
Vertitur in fontem.

* Byblus, Byblos Plin. *Giblet*, teſte Brochardo, ſeu *Zibellet* Nig. & Poſtel. al. *Gibeleto*, urbs Phœniciae marit. inter Tripolim ad Bor. 36. & Berytum in auſtrum 24. mill. paſſ. Al. inter Botrym & Berytum 10. mill. urb. archiep. ſub Patr. Antiocheno, nunc cum Botry exciſa. Eſt & Byblus ſeu Biblus fluv. Naxi inſ. teſte Steph. Unde vinum Biblinum. (Βίβλος in Seld. manuſcr.) *Strab. Mel. Ptol.*

Byce, Byges & Buges Plin. palus & fluv. Sarmatiae Europ. in Mœotidem influens, *Seſehan* Mol. (non *Buges*, ut in Theſ. Ling. Lat. nam Buges eſt nomen Latinum apud Plin.) *Ptol.*

¶ Byce, ſeu Buges, palus nunc, *Suza Morſi* dicitur. Vide Buges.

¶ Bychovia, *Bychovv*, oppidum Poloniae, in Lithuania, ad fluvium Boryſthenem, inter Mohiloviam & Rohaczoviam urbes. Malè habitum fuit à Moſcovitis à paucis annis.

Bydena, *Vidin*, ſeu *Bidin*, & *Bodon* Nigro, urbs Myſiae ſuper. apud Danubium, archiep. & ſedes Praefecti. Vide Viminacium. *Cedren.*

Byrchanis, Burchanis Steph. Burchana Plin. cui & Fabaria, *Borkun*, teſte G. Camd. inſ. maris Germanici, Friſiae adjacens, contra Amaſii flum. oſtia. Vide Fabaria. *Strab.*

Byrſa, *Berſack*, arx Carthaginis urbis notiſſimae, in ora Africae, teſte Marm. *Almenara* al. Cujus mem. Virg. lib. 1. Æn.

Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam.

Byzacium, Byzacina Ptol. reg. Africae, inter Tuniſim ſive Tunetim, et Adrumetum urbes, vulgò *Regno di Tuniſi*, teſte Ortel. Quae reg. 200. mill. paſſ. & am- *Strab.*

& ampliùs patet, teſte Solino. Ubi Byſacena urbs epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi fuit ex Lib. Conc. Reg. Byzacium tantæ fertilitatis eſt, ut unum centum & quinquaginta reddat, ut Plin. lib. 5. c. 4. & lib. 17. c. 5. auctor eſt: quod ſanè mirum videri poteſt, cùm apud nos pro uno vix octo ex ſeminibus terræ demandatis recipiantur.

¶ Byzacena regio eſt Africae propriae, inter Adrumetum & Tacaſpem urbes, & extremum anglum Sirtis minoris, ubi nunc *le royaume de Tunis* Gallis, *regno di Tuniſi* Italis.

Xenoph. Strab. Polyb. & al. Byzantium, Bizantium Cic. Conſtantinopolis poſtea, à Conſtantino Magno inſtaurata & aucta, *Conſtantinopoli* Italis, & *Stamboli* Turcis, urbs patriarc. Thraciae, ad Boſporum, contra Chalcedonem urbem Bithyniae, urbium Europæarum maxima, (18. enim mill. paſſ. ambitus continet) inter urbem Romam ad occ. 1210. & Ecbatana, ſive Tabreſium regiam Perſarum ad ort. 1390. mill. paſſ. à Pauſania Spartarum Rege anno ab orbe condito 3469. poſt captam Trojam 96. quando Tarentum & Locri, condita, Impp. Græcorum ſedes, nunc regia Turcarum. Pop. Byzantii Polyb. Byzantius nom. gent. Claud. lib. 2. in Eutrop.

Cum Duce mutata vires, Bizantia robur
Fregit luxuries.

Byzantius etiam nom. gent. Claud. loco citato:

Et Byzantinos Proceres, Grajoſque Quirites.

¶ Byzantium, quæ & Conſtantinopolis, vulgò *Stamboul* Turcis, *Conſtantinopoli* Italis, *Conſtantinople* Francis, urbs eſt innumeris referta incolis, & omnium Europæarum maxima, (una tantùm Lutetia excepta) cum portu commodiſſimo & percapaci. Sedet juxta Boſphorum Thracium, inter Pontum Euxinum & Propontidem, è regione Aſiæ minoris; eſtque triangularis, & perſæpe incendiis deformata. Sed ab aliquot annis multum defecit, quamquam ſitu & aſpectu pulcherrima ſit totius orbis.

Val. Flac. Dionyſ. Byzeres, pop. Aſiæ, inter Cappadoces & Colchos incolentes. Moſynœci finitimi & Macronibus, Quorum mem. Dionyſ. de ſitu orbis, & Val. Flac. lib. 5. Argon.

Byzereſque vagi, Philiraque à nomine dicta
Littora.

Plin. Byzia, *Vize*, urbs Thraciæ mediterr. ad fluv. cognominem, ab Apris 50. mill. paſſ. in Bor. diſtans, teſte Plin. olim regia, nunc quoque ſedes unius Præfecti, & metrop. cùm priùs epiſc. eſſet ſub Archiep. Heracleenſi. Hujus mem. Poeta quidam lib. 2. itiner.

Haud procul hinc etiam deſerta arx Byzia Regum
Threicia gentis petricoſi in vertice montis.

C.

Ptol. CABALLINUM, urbs Gall. Celt. Vide Cabillonum. Eſt & Caballinus fons notiſſimus, quem Poetæ ex Pegaſi ungula, qua is mont. Heliconem percuſſit, emerſiſſe ajunt. Unde & Pegaſæus nominatur.

Ptol. * Cabanodurum, opp. Norici, quod aliquibus *Braunavv*, teſte Mol. opp. Bavariæ, ad Oenum fluv. eſſe videtur, ſed ſitus repugnat, (* vel Gavanodurum, man. Seld. Γαιαιόδ ρον.)

¶ Cabanodurum aliis, & meliùs, eſt Gavanodurum, ſeu Juvania, vulgò *Saltzbourg*, juxta amnem *Saltz*. Vide Gavanodurum.

¶ Caballiacus ager, *le pais de Chablais*, regiuncula Ducatus Sabaudiæ, juxta Lemanum lacum, & prope Foſſiniacum tractum. Ibi oppidum primarium Tunonium, ad lacum. Ibi aliàs Nantuates pop. ut aliqui exiſtimant.

Ptol. Steph. Cabaſſus, *Thebaſſe*, teſte And. Theveto, urbs Armeniæ minoris, Cybiſtris urb. finitima, in Cataonia reg. Sed *Thebaſſe* legendum videtur. Eſt & vicus hujus nominis inter Tarſum & Mazacam, teſte Apione cum Steph.

Plin. Ptol. Cabellio, *Cavaillon*, urbs Gall. Narbonenſ. in Provincia, ad Druentiam fluv. in Comit. Avenionenſ. inter Avenionem 4. & Aquas Sextias 8. leuc. diſſita, epiſc. ſub Archiepiſc. Avenionenſi. Ortel. Cabellionem cum Cabillono confundit. In Theſ. Ling. Lat. legitur hanc urb. eſſe vicinam Carcaſo: quod falſum eſt; Carcaſum enim, ſeu Carcaſo, longè hinc diſtat, ut ſuo loco.

¶ Cabellio, ſeu Caballio, ſita eſt prope Avenionem, in Comitatu Vindaſcino ſeu Venuxino, non autem in Avenionenſi; eſtque ditionis Pontificię, in planitie, prope Druentiam fluv. cùm aliàs fuerit in colle, ut etiamnum apparent veſtigia, eſtque parvi circuitus.

Cabillonum, ſeu Cabilonum ex al. cod. *Chalon ſur Saone*, urbs Gall. Celt. ad Ararim fluv. in Burgundiæ Duc. inter Matiſconam ad merid. 13. & Divionem in Bor. 16. leuc. ab Auguſtoduno 21. in Cæc. in Theſ. Ling. Lat. ſcribitur hanc urb. alio nomine dici Catalaunum: quod falſum, nam Catalaunum eſt urbs Campaniæ Gallicae, longè ab hac diverſa. *Cæſ.*

¶ Cabillonum arcem habet permunitam, eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi. Diſtat à Matiſcone 11. leucis tantùm, totidem ab Auguſtoduno, & 8. à confinio Comitatus Burgundiae; eſtque ampla & probè culta, cum duplici muro & ponte lapideo ad Ararim. Dicitur vulgò *Challon ſur Saone*, & tractus adjacens *Breſſe Challonnoiſe*, Breſſia Cabillonenſis.

Cabira urbs fuit Paphlagoniæ, Eupatoriæ propinqua, ob ea 150. ſtad. diſtans teſte Strab. Cabura verò, teſte Plin. li. 31. c. 3. eſt fons Meſopotamię odorifer, quòd ibi Juno perfuſa ſit. *Strab.*

¶ Cabrri aliis urbs Aſiae minoris, in confinio Liciae, & media ferme inter Laodiceam & Termeſſum.

¶ Cabliacum, *Chably*, oppidum Franciae, in Senonenſi agro, vino ſuo commendatum, & ubi aliàs à fratribus contra Lotarium Imperatorem pugnatum fuit. Sedet juxta fluv. Seninum, inter Antiſſiodorum & Tornodorum.

¶ Cabulum, *Cabul*, oppidum Indiae ſatis amplum, provinciae cognominis caput, in imperio Magni Mogolis, versùs montes & confinia Zagatajae regionis.

Cabyla, Cavyla Sex. Ruf. Cedreno, *Cavalla*, teſte Leuncl. urbs Macedoniae, in ora littorali, in Thraciae conf. Philippis proxima, hac tempeſtate florens, à Philippis 10. mill. paſſ. in auſtrum. Sed Cabyla Ptol. non in Maced. eſt, ſed in Thracia, longè hinc diſtans. *Ptol.*

Cabyla quid ſit, non bene conſtat, forſan regiuncula in Thracia, & oppid. *Cavalla* antiquis fuit Bucephala, ut credit Brietius, in confinio Macedoniae, versùs Thraciam, & in littore Archipelagi ſeu maris Ægai.

¶ Cacerae, *Caceres*, & *Caceres de Camarintha*, urbs Aſiae, in parte auſtrali Luzoniae inſ. Philippinarum praecipuae, in mari Indico. Eſt epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Manillano; eſtque parvi circuitus, in ora littorali, cum portu, ſub dominio Hiſpanorum. Dicitur etiam Cacerenſis civitas.

Cacus, mons Hiſp. citerioris, *Moncayo*, in Aragoniae & Caſtellae veteris confinio, ſic, ut ajunt, à Càco inſigni latrone ab Hercule interfecto nominatus. De quo latrone Juvenal. ſat. 5. *Scr. Hiſ.*

Duceris planta, velut ictus ab Hercule Cacus.

Non longè abeſt Mons Acutus, opp. non incelebre.

¶ Cacus, *Moncajo*, mons Hiſpaniae, in Aragonia & prope confinia Caſtellae, inter Turiaſſonem, Boriam, & Agredam. Dicitur, & melius, Mons Caunus. Vide ibi.

Cacyron, *Caſſaro*, opp. Siciliae medium, inter Leontinos & Neaetum 15. mill. paſſ. Pop. Cacyrim Plin. *Ptol.*

Cacyron, *Caſſaro*, oppid. eſt Siciliae versùs auſtrum, in valle Neaetina, Principatus titulo clarum, 8. milliaribus ab ora maris Jonii, & totidem à Siracuſis in occaſum.

Cadavus, *Cavado* & *Cabado*, fluv. Hiſp. in finibus Bracarum, qui Naebi fluv. auctus majore, in mare ad Fanum opp. exit Bracaram urbem alluit.

¶ Cadavus, *Cavado*, amnis Luſitaniae. Oritur versùs confinia Galaeciae, alluitque Bracaram urbem & Barcelum oppidum; & dein in Oceanum ſe exonerat. Sed non miſcetur Naebi amni, qui etiam minor eſt. Cadavus autem Sanſoni & Cluſio eſt Celandus. Vide ibi. *Scri. Luſ.*

¶ Cadenacum, *Cadenac*, oppidum Galliae, in Cadurcenſi provincia, in cujus viciniis viſitur Uxellodunum Caeſaris, quod nunc in ruinis jacet. Sedet ad Oldum ſeu Lotium fluvium, in limite Ruthenenſis provinciae, una leuca à Figeaco, & 9. à Cadurco in ortum.

Cadetes, pop. Gall. Celt. inter civit. Armoricas, in Britan. min. quorum opp. *Chaſteau Brant*, opp. inter Andegavos & Rhedones 13. leuc. diſſitum eſſe traditur. *Cæſ.*

¶ Cadetes, pop. Galliae. Error eſt Typographi, ut arbitror; nuſquam enim inveni Cadetes populos in Gal-

Gallia neque in Armorica. Sed eorum loco lege Calectes, & vide ibi.

¶ Cadillacum, *Cadillac*, oppidum Galliæ, in Aquitania & Burdegalenſi agro, cum caſtro cultiſſimo; eſtque caput Comitatus Benalgii, iuxta fluvium Garumnam ſitum, 4. leucis ſupra Burdegalam, & totidem à Vaſato.

Cadiſcus, mons & prom. Cretae apud Phalaſarnam opp. *Capo Buſco* ex tab. recent. à Malea prom. Peloponneſi 70. mill. paſſ.

Cadmus mons eſt Lydiae, apud Laodiceam urb. ex quo Lycus fluv. manat. Cadmea autem quandoque urb. Thebana dicta eſt, teſte Strab. lib. 9. & Cadmeis ipſa Achaja Thucyd. lib. 1.

Cadomus, *Caen*, urbs & acad. Gall. Celt. praeclara, in Normannia, poſt Rothomagum (unde 21. leuc. recedit in occ. Bajocas verſùs 7.) caeteris urbibus praeſtans: quaſi Caii domus dicta.

¶ Cadomum caput eſt inferioris Normanniae, cum caſtro permunito, ad Olinam fluvium, qui 4. leucis infrà in mare Britannicum ſe exonerat. Diſtat 26. leucis à Rothomago, & 6. à Bajocis in ortum.

¶ Cadorinus ager, *il Cadorino*, tractus Marchiae Tarviſinae, ſub Venetis. Ibi oppidum praecipuum Parœcia Cadori, *la Pieve di Cadore*, ad Planim fluvium. Ejus tractus, qui totius Italiae ſeptentrionalior, terminatur Comitatu Tirolenſi verſùs Alpes & occaſum.

Cadurci, Cadorci, & Catorci al. pop. Gall. Aquit. & urbs epiſc. ſub Archiep. Bituricenſi, *Cahors*, Academia, inter Tarnem & Duranium flum. à Toloſà 16. leuc. (in medio Mons Albanus) in Bor. Lemovicos verſùs duplo diſtantes. Reg. *Quercy* nominatur.

¶ Cadurci, populi Aquitaniae, quorum tractus Cadurcenſis ager dicitur, *le Quercy*, inter provincias Petrocoricenſem, Ruthenenſem, Alverniam, & Occitaniam. Ibi urbs primaria Cadurcum, *Cahors*, epiſc. ad Lotium. fluvium. Diſtat 12. leucis ab Aginno, & 9. a Montalbano in Boream. Urbs eſt ampla, elegans, & munita, in modum peninſulae à fluvio cincta.

Caea & Cea, *Zea*, opp. ſeu pag. Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum & regno Legionenſi, cum fluv. cognomine, à Fano S. Facundi 5. leuc. à Palentia urb. 11. in Bor. ejus fluv. fit mentio in Martyrol. Rom. ſed in Gallaecia. Caea quoque inſ. maris Ægaei Ovid. epiſt. Acont. Cydip.

Cingitur Ægeo nomine Caa mari.

Vide Cea.

Caecinum, opp. magnae Graeciae marit. Vide Cecinum Plin.

Caecius, mons Pannon. Vide Cetius, ut in cod. Graeco Ptol.

Caecubum & Caecubus, mons & locus (non opp. ut in Theſ. Ling. Lat. legitur) Latii; in Camp. conf. ad ſinum Cajetanum, apud Fundos urb. vitifer, Amyclis vicinus. Unde vinum Caecubum apud vet. teſte Plin. cum al. in pretio nomen retinet antiq. Mons nunc *M. di Gajeta* dicitur. De vino Caecubo Mart. lib. 13. ep. 112.

Cęcuba Fundanis generoſa eoquuntur Amyclis.

¶ Caelanum, *Celano*, oppidum regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori, Comitatus titulo clarum, in ora lacus Fucini, qui ab eo nomen ſortitur, 12. milliaribus diſtat ab Aquila civitate, & 15. à confinio ditionis Summi Pontificis, ad radices Apennini.

Caelianum, *Ciliano*, opp. Lucaniae, inter Venuſiam 95. & Heracleam urbem, ad ſinum Tarentinum excisam, 24. mill. paſſ. ex itiner. Anton. Ortel. confundit hoc Cælianum cum Caelia Ptol. & Strab. in Apulia.

Caelina, & Celina, opp. & fluv. Carnorum, in Venetia: opp. exciſum jacet apud Anianum opp. ex illius ruinis ædificatum, ab Utino urb. 20. mill. paſſ. in Africum; fluv. adhuc *le Celine* nominatur, potius torrens.

Caeliomons, & Celiomons, *Kelmuntz*, opp. Rhaetiæ, in Svevia, teſte Siml. inter Guntiam & Campodunum ad merid. 3. leuc. ab Auguſta Vindelic. 8. Caelium in lib. Not.

¶ Caeliomons, & Caelius mons, oppidum eſt Germaniae, in Suevia, ad Ilarum fluvium, 3. leucis infra Memmingam, 5. ab Ulma in auſtrum, & 3. ab Auguſta in occaſum; eſtque parvi momenti.

Caelium, *Celio*, ôpp. Calabriae, in Salentinis, inter Tarentum & Bruduſium ad 20. mill. paſſ. diſtans, apud Hoſtunium, inde 6. recedens Francavillam verſùs 7.

¶ Cælium *Ceglie* dicitur; eſtque oppidum regni Neapolitani, in provincia Hydruntina, ad radices Apennini, & 10. mill. a mari Adr. Cælium item, Ptol. Selium, *Ceice*, teſte Vaſconc. opp. nunc pag. apud Nabantiam ſeu Thomarium opp. Colipponem verſùs. Vide Celium.

¶ Caelium aliis eſt *Zoira*, vicus Luſitaniae, 2. leucis à Thomario in occaſum, in Extremadura provincia. Multi autem ſcribunt Selium & Sellium, exiſtimantque eſſe Leiriam urbem epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Uliſipponenſi.

Caelius, *M. di S. Giovanni*, unus ex 7. collibus urbis Romae, unde porta Caeliomontana dicta. *Vict.*

¶ Celius mons, *monte Celio* aliquando, & *monte di S. Giovanni*, quia in eo extructa eſt Baſilica S. Joannis Lateranenſis, quae totius urbis Romae prima & praecipua eſt.

Caelum aureum, ſuburbium olim Ticini, ſeu Papiae urb. nunc intra urbis mœnia, ubi templum D. Petro à Luitprando Rege excitatum, *S. Petro Celaureo* vulgò, in quo corpus D. Auguſtini Epiſcopi & Doctoris Eccleſiæ conditum adſervatur. *P. Dia.*

Caene, *Camares*, teſte Nig. opp. Peloponneſi, in reg. Laconica, inter Tænarium & Teuthronam in auſtrum. Hinc Caenites port. eiuſdem loci apud Plin. & Caenuus, a, um, ut Juppiter Caeneus,) quod ibi cultus fuit) apud Ovid. lib. 9. Metam. *Ptol.*

Victor ab Oechalia Caeneo ſacra parabat
Vota Jovi.

Licèt Ceneus potiùs a Caeneo ſeu Cenaeo (uti alii ſcribunt) *prom.* Eubœae Boreali dici videatur. Eſt & inſ. parva maris Africi, apud Melitam & Gaulum Plin. *Plin.*

Cæneum. Vide Cenaeum.

¶ Caenica, regio Thraciae cis Rhodopen, à Caenis populis nomen habens. Ibi urbes praecipuae fuere Bizia, Anchialus, & Apollonia magna. *Plin.*

Caenis, *Coda di Volpe*, teſte Faz. ſed Barrio *Capo di Peſſolo*, prom. Brutiorum, in ora Calabriae ulter. contra Pelorum prom. Siciliae, apud Scyllaeum opp. ubi Scylla ſcopulus, à Meſſana 250. ſtad. in ort. teſte Strab. diſtans.

Caenis etiam, opp. ejuſdem orae praeclarum, apud Cænidem prom. vulgò *Fiumara di Moro*, à Rhegio urb. et metrop. reg. 8. mill. paſſ. in occ. Scyllaeum verſùs 6. quod et Caenyſium. *Steph.*

¶ Caenis oppidulum eſt regni Neapolitani, in Calabria ulteriori, 4. milliar. ab ora littorali freti Siculi, et 8. à Rhegio in Boream, juxta amnem Caenidem dictum.

Caenophrurium, *Caſtelnovo*, ut ipſum nomen Graecum ſignificat, pag. Thraciæ, ac Propontidem, inter Byzantium 40. et Heracleam ad 32. mill. paſſ. diſtans, ubi Aurelianus Imper. interfectus, teſte Eutropio. *Fl. Vopiſco.* *Ant.*

¶ Caenophrurium diſtat 20. milliaribus a Selimbria, Sanſone teſte, & aliis, & nunc *Drepali* dicitur.

Caenos Gallicanos, Gallica Ptol. *Callica*, pag. Bithyniae, inter Dadaſtanam & Dablim, qui et Gallicana ſtatio, ubi Conſtantia Auguſta Galli uxor obiit, à Dabli 18. mill. paſſ. ultra Nicaeam 62. in ortum. *Ant.*

Caenus, fluv. Gall. Narbonenſ. per Provinciam apud Argenteum fluv. inter Maſſiliam et Maritimam in mare influens, exiguus, *Arq* vulgò, haud longè a Maritima mari exceptus. *Plin.* *Ptol.*

¶ Caenus, fluvius in Provincia, quid ſit, non bene conſtat. Forſan ibi error. Nullus enim amnis alicujus momenti cadit in arcum; & Argenteus fluvius in mare Mediterraneum ſe exonerat prope Forum Julii.

Caere, *Cervetere*, oppid. Tuſciae vetuſtiſſimum, in terr. Romano, urbs quondam ditiſſima, in qua Roma à Gallis capta virgines Rom. ſervatae ſunt, & cujus dona ingentia in templo Apollinis, teſte Strab. ſervabantur, ab urbe Roma 25. mill. paſſ. Centum cellas verſùs, inter Alſium & Pyrgos. Priùs Agylla. A Pelaſgis Teſſaliæ pop. condita. De qua Liv. lib. 5. dec. 1. Hinc Caeretanus nom. gent. Mart. lib. 13. ep. 121. *Strab.* *Liv.* *Plin.* *& al.*

Cæretana Nepos ponat, Setina putabis.

Caerites pop. à Rom. ſubacti, ſuffragii jure privati ſunt. Unde adagium ortum *Cærite cera digni* apud Hor. in indignos: nam Caerite cera ignominia inſignis ſignificatur, quaſi Caerites pop. notati ſunt, ut Acron et Porphyrion ſcribunt.

¶ Caere, nunc *Cervetere*, oppidulum eſt parvum Italiae, in ditione Pontificis, in prov. Patrimonii D. Petri, in colle 3. milliar. a mari Mediterraneo, et 8. à Bracciano verſùs amnem Vacinam. Dictum fuit etiam Caerete à quibuſdam, & regio adjacens Sabatia ab antiquis.

Taſ. Cæreſi, & Cereſi in al. cod. pop. Belgii, apud Eburones & Moſam fluv. quorum arx adhuc *Cerey* nominatur, inter Leodium 3. & Namurcum 7. leuc. teſte Hub. Leodio.

Strab. Cæretanorum emporium, Cæris, ut videtur aliquibus Virg. *Porto di Ceri*, locus in ora, à Pyrgis 30. ſtad. teſte Strab. diſtans in ort. Virg. lib. 10. Æn.

Qui Cærieto domo, qui ſunt Minionis in arvis.

¶ Cæretanorum emporium aliis, & meliùs, eſt S. *Severa*, pagus in ora maris Tyrrheni, cum turri, 5. milliaribus à Cære in occaſ. Centumcellas versùs. Sed omnino caret portu in præſenti; eſtque in provincia Patrimonii D. Petri, 28. milliaribus ab urbe Roma.

Plin. Ceretanus, Cæres Virg. *Eri*, teſte Leand. fluv. Hetruriȩ, in Tyrrhenum inter Cære & Centum cellas excurrens, ortum ex ſylva Mantiana ſupra Bracenum ducens. Cujus mem. Virg. lib. 8. Æn.

Eſt ingens gelidum lacus prope Cȩritis amnem.

Cæretum. Vide Ceratæ, opp. Umbriæ, inter Spoletium & Nurſiam.

Scrip. Brit. Cærperis, *Portcheſter*, opp. Albionis, in Anglia, teſte Lhuydo cum Virunnio, in Comitatu Southanton.

Sveto. Ceruleus fons, qui & aquæ Claudiȩ, apud urbem Romam.

Ptol. Cæſȩna, Cæſena, Anton. Ceſena Plin. *Ceſena* etiam vulgò, urbs Gall. Tog. in Romandiola, apud Sapim fluv. mœnia radentem, inter Faventiam & Ariminum ad ort. 20. mill. paſſ. utrinque, (Forolivii in medio inter ipſam & Faventiam) epiſc. ſub Archiep. Ravennate, inde 24. mill. paſſ. in merid. Hinc Cæſenates pop. & Cȩſenatia vina generoſa Plin. Scribitur & gem. *n* Cæſenna.

¶ Cæſaena urbs fuit Senonum, in Gallia Ciſpadana; nunc autem ditionis Pontificiae, in Romandiola prov. ad pedes montis, in cujus ſummo habet arcem ſatis munitam. Vix 10. milliaribus diſtat à Sarſina in Boream, & totidem à confinio magni Ducatus Hetruriae. Deficit in dies.

Plin. Mel. & al. Caeſarauguſta, Cȩſarea Auguſta Ptol. prius Salduba, *Saragoza*, urbs archiep. Hiſp. Tarracon. ad Iberum fluv. acad. Aragonii regni caput, & convent. juridicus, inter primas Hiſp. urbes, inter Barcinonem ad ortum 44. & Burgos in occaſ. aeſtiv. 52. leucis à Valentia 60. à Toleto 64. anno ſal. 1118. à Chriſtianis victis Mauris unà cum Tutela, Turiaſone, Bilbili, Daroca, & aliis opp. recuperata. Colonia Caeſarea Auguſta Salduba in vet. inſcript. Metrop. à Joanne XXII. Pont. Max. effecta. Cujus mem. Prud. in periſteph. hymn. 7.

Cæſarauguſtam vocitamus urbem.

Res cui tanta eſt.

¶ Cæſarauguſta, *Caragoca* incolis, *Saragoſſe* Gallis, *Saragoza* Italis, Aragoniȩ primaria, cum ponte, ad Iberum fluv. Deficit in dies. Fuit antea Regum Aragoniȩ ſedes, & juxta ipſam Iberus fluvius recipit Guervam & Gallȩcum amnes. Diſtat à Valentia 48. leucis Hiſpanicis, à Barcinone 46. à Burgis 42. à Toleto 54. 20. ab Ilerda in Circium, decem ab Hueſca in occaſum, 12. à Bilbili in ortum, & 14. à Turiazone in Eurum.

Ant. Caeſarea, *Gerzey*, teſte G. Camd. al. *Jerſey*, inſ. maris Britannici, ante Conſtantia Caſtra urbem Normanniȩ ab ora Anglica 14. leuc. in auſtrum diſtans.

Caeſarea, *Jerſey*, inſ. Gall. Celt. alias Normanniae pars, nunc verò Suthamptoniae prov. Angliae annexa, cum ſola ſuperſit Regibus Angliae una cum Garnſeja ex avita haereditate Ducatus Normanniae, à cujus ora vix 5. leucis diſtat, & totidem à Garnſeja. Sed 30. circiter à littore Angliae, 12. habet Parrochias & caſtrum *Montorgueil* dictum in ejus ora orientali.

Strab. Plin. Ptol. & al. Caeſarea cognom. magna, quae & Mazaca priùs, *Tiſaria, & Caiſar*, urbs archiep. Cappad. ad Melam fluv. & mont. Argaei radices, cui D. Baſilius magnus praefuit Epiſcopus, inter Ancyram ad occ. 198. & Melitenen ad ort. 220. mill. paſſ. hac tempeſtate obſcurior effecta. Caeſarea item Ptol. penes Anazarbum; aliis Anazarbus (vide ibi) urb. Ciliciae eſt. Caeſarea quoque Ptol. urb. Bithyn. epiſcopal. ſub Archiepiſc. Nicomedienſi.

¶ Caeſarea Ponti, urbs Aſiae minoris epiſc. Vide Neocaeſarea.

Ant. Caeſarea, *Thata*, teſte Laz. opp. Pannoniae ſup. in Hungaria, apud Crumerum arcem, inde 2. leuc. Albam regalem versùs 10. in Euronotum.

Caeſarea, *Reſching*, pag. Germ. apud Ingolſtadium, in Bavaria jacens. *Tab. Peut.*

Caeſarea, *Capo Figalo*, urbs fuit Maurit. Caeſarienſis marit. *Plin.*

Caeſarea ſuburbium Ravennae, urbs in Gall. Tog. ſive in Æmilia, inter ipſam & Claſſem, nunc *S. Maria in Portico*, teſte Hieron. Rub. *Jorna.*

Caeſarea Julia. Vide Julia Caeſarea.

Caeſarea Paleſtinae, quae & Turris Stratonis, & Apollonia priùs, *Caiſar*, urbs olim Palaeſtinae archiep. ac poſt Hieroſolymam primaria, inter Ptolemàidem ad Bor. 40. & Joppen in auſtrum 30. mill. paſſ. ab Hieroſolymis 50. in occ. & Circium, prorsùs jacens, in littore maris. *Plin. Ptol. & al.*

Caeſarea Philippi, priùs Paneas, *Belina*, teſtibus G. Tyrio, Poſtello, & Brocardo, *Balbec* Bellonio, urbs Palaeſtinae, apud ortum Jordanis fluv. & ipſa exciſa, in finibus Cœleſyriae, olim epiſc. ſub Archiep. Tyrio, inter Sidonem ad occ. 20. & Damaſcum ad ort. & Caec. 6. mill. paſſ. ab Hieroſolymis paulò ſupra 100. in Bor. *Plin. Joſeph. Ptol. & al.*

¶ Caeſareopolis, *Keſmarckt*, ſeu etiam *Keyſerſmarkt*, urbs eſt Hungariae ſuperioris, ſita in Comitatu Zepuſienſi, juxta Carpathum montem atque in finibus Hungariae & Poloniae, cum arce, 2. milliaribus à Leutſcha, & 8. ab Epperia in occaſum.

Caeſariana, quae & Aſida, *Xeres de la Frontiera*, urbs Hiſp. Baeticae, apud oram littoream, contra Gades inde ad 2. leuc. diſtantes, ab Hiſpali 15. in auſtrum; urbs ampla, Vide Aſida. *Plin.*

Caeſariana quid ſit, non bene conſtat. Aſida enim et Aſindum eſt *Medina Sidonia*, et urbs *Xeres de la frontera* alias Aſta Regia dicebatur; diſtatque 4. leucis Hiſpanicis a Gadibus in Boream.

Caeſaris Dictatoris villa, *Bagni di Salviati*, thermae in Camp. apud ſinum Cumanum, teſte Loffredo, à Caeſare nomen habens: à quo Ceſares Imperatores dicti, et Caeſareus nom. gent. De quibus Auſon. de 12. Caeſarib. *Tac.*

Cæſareos Proceres, in quorum regna ſecundis
Conſulibus, dudum Romana potentia ceſſit.

Caeſarodunum, *Tours*, urbs Gall. Celt. archiep. ad Ligerim. Vide Turones. *Ptol.*

Caeſaromagus, *Beauvais*, urbs Gall. Belg. epiſc. in Picardia. Vide Bellovaci. *Ant.*

Caeſaromagus, *Chenford & Churnford*, teſte Talboto, (al. *Chelmsford*) opp. Britanniae, in Eſſexia reg. Angliae. Sed * Camd. *Burgſted* opp. ejuſd. reg. eſt, à Londino 30. mill. paſſ. in Caec. Camalodunum versùs. (* Camden. ſolum juxta *Brentvvood* oppid. ejuſd. reg. eſſe autumat. *Ptol. Ant.*

Caeſaropolis urbs fuit Macedoniae epiſc. ſub Archiep. Philippenſi. *Cu.*

¶ Caeſaropolis, Keiſers *Lautern*, urbs Germaniae, in Palatinatu Rheni, *Caſeloutre* Gallis, eſt Imperialis, ad amnem *Lauter*, prope Ducatum Bipontinum, 6. leucis à Spira in occaſum, et paulò minus à Wormatia, 2. autem ab oppido *Landſtul* dicto. Gaudet arce et Praefectura.

Caeſarotium, *Giſors*, opp. Gall. Belg. apud fines Bellovacorum. Vide Caeſortium. *An.*

Caeſena, urbs Æmiliae. Vide Caeſaena, et Ceſena. Cȩſenna in Theſ. Ling. Lat. ex Plin. Ant. Ceſena ſcribitur.

Caeſia ſylva, *Heſervvaldt*, ſylva Germ. infer. in Duc. Clivenſi, apud Dinſtlakam opp. teſt. Chryſantho. *Ta.*

Caeſortium, quaſi Caeſaris ortium, *Giſors*, teſte Siml. opp. Gall. Belg. in Bellovacorum confin. à Bellovacis 6. leuc. Pariſios versùs, inter Petromantalum opp. et Rothomagum urb. occurrens. *An.*

¶ Caeſortium, ſeu Caeſarotium, *Giſors*, in Normannia, ad fluv. Eptam, in Vexino Normannico. Diſtat à Lutetia 14. leucis, et totidem à Rothomago, 7. autem à Medunta ſeu Petromantalo in Boream, 3. à Bellovacenſis agri confinio, cum titulo Comitatus, et 6. leucis à Bellovaco. Sed non occurrit inter Rothomagum et Meduntam, neque inter Bellovacum et Lutetiam; diciturque etiam Giſorium.

Caetobrix, Cetobrica Plin. *Setuval*, opp. Luſitan. In Theſ. Ling. Lat. indigitatur *Cezimbra*, et Latinè Cezimbria; ſed malè. Vide Cetobrica. *Pt.*

Caferonianum, *Curfigliano*, opp. exiguumve caſtrum Hetruriae, apud Auſerim flum. ortum et mont. Apennini radices, à Luca 26. mill. paſſ. in Bor. ab Apua opp. ſupra 20. in ortum. Ibi Caferoniana reg. vulgò *la Grafignana*. *A.*

¶ Caferoniana regio eſt intra Apenninum montem, in Italia, cujus major pars eſt ditionis Mutinenſis, minor verò Rei-

rò Reipublicę Lucenſis; ibique oppidum præcipuum Caſtrum novum. Vide Carferoniana & Grafiniana.

¶ Caſſa, *Caffa*, urbs Tauricæ Cherſoneſi, ſub dominio Turcarum, cum portu & emporio celeberrimo, in ora Ponti Euxini, quanquam in Tartaria minori. Ab omnibus creditur Theodoſiam antiquitus dictam fuiſſe, ſed tamen Guillelmus Sanſon exiſtimat ibi fuiſſe aliàs Cavum oppidum, 30. mill. paſſ. à Theodoſia in occaſum.

¶ Cafri, populi Africæ meridionalis, in Æthiopia inferiori, & juxta oram littoralem Oceani, inter regnum Angolæ & Zanguebariam, regionem. Nullas habent civitates, ſed undequaque vagantur, in ora prçſertim versùs promontorium Bonç Spei; ſuntque pro majori parte Antropophagi, & dicuntur à Luſitanis *los Cafres*, & à Gallis *les Cafres*. Ibi loca alicujus notae ſunt Caput Nigrum versùs Benguelam, Caput Currentium versùs Zanguebariam, & Caput Bonae Spei in extrema parte Africae versùs auſtrum. Eis etiam tribuitur à multis Soffala arx Luſitanorum in ora Oceani, ex adverſo Madagaſcariae: & paucis annis Hollandi exſtruxerunt etiam arcem ſinum Tabulae dictam, vulgò *Table bay*, in ora prope promontorium Bonae Spei. Sed de aliis locis nulla fere mentio inter auctores recentes.

¶ Cajana, *la Cajenne*, inſula Americae meridionalis. Vide Cayana.

¶ Cajaneburgum, *Cajaneburg*, oppidum Sveciae, in Finlandia, in Cajania provincia, cum arce, in mediterraneis, versùs Lapponiam, & prope Ulam lacum.

¶ Cajania, *la Cajanie*, provincia regni Svecię, in Finlandia regione. Dicitur aliter Bothnia orientalis, extenditurque inter ſinum Bothnicum & Lapponiam.

Caici, pop. Germ. Vide Cayci, & Cauchi. Horum mem. Luc. lib. 1.

Et vos crinigeros bellis arcere Caicos.

Hos accolas Rheni facit Theſ. Ling. Lat. quod repugnat aliis ſcriptoribus.

Caicus, Caycus Xenoph. olim Aſtraeus, *Girmaſti* pleriſque, *Caſtri* Nigro, aliis *Chiay*, fluv. Æolidis, inter Pitanen ad Bor. & Elæam ad auſtr. in mare Ægæum ex Myſia ortus exiens. Ovid. lib. 15. Metam.

Et Miſum capitiſque ſui, ripaque prioris
Pœnituiſſe ferunt, alia nunc ire Caicum.

Non procul à Pergamo urb. decurrit, agrum illius irrigans.

Cajeta, Cajatta Strab. *Gajetta*, & *Gaetta*, urbs Latii novi, non Campaniæ, nunc in regno Neap. urbs marit. probè munita, epiſc. ſub Archiep. Capuano (ſed inter exemptos epiſcopatus) proxima Formiis vulgò urbi exciſę ad 4. mill. paſſ. cui ſucceſſit in epiſcopatu, à Neapoli 58. Romam versùs. Nomen habet à nutrice Æneae ibi ſepulta, teſte Virg. Ex ea ſinus Cajetanus apud Strab. nominatur. Ejus præter Virg. mem. Sil. lib. 7.

Littora Cajetæ, Læſtrygonioſque receſſus.
Sulcabat

¶ Cajeta, *Gaeta*, Gallis *Gajete*, urbs eſt prov. Terræ Laboris, ad radices collis, in peninſula, cum duplici arce & portu percapaci, in ora maris Tirrheni. Aliàs varias experta vices, nunc validum habet Hiſpanorum præſidium.

¶ Caimana, *Caiman*, inſula Americae ſeptentrionalis, in ſinu Mexicano, ad auſtrum Cubae inſulae, piſcatione teſtudinum percelebris; & *Caiman grande* etiam dicitur, quia major altera in eo tractu, quae *Caiman pequeno* vocatur, ſeu Caimana parva, ſubeſtque dominio Anglorum à paucis annis.

Caino, *Chinon*, olim vic. nunc opp. non obſcurum Gall. Celt. in finibus Turonenſium & Pictavorum, à Turon. 9. leuc. in occ. Salmurium versùs totidem.

¶ Caino oppidum eſt lepidum ad Vigennam fluv. in provincia Turonenſi & versùs Pictavenſem tractum, 7. leucis diſtat à Salmurio in ortum, & 5. à Loduno. Dicitur etiam Chinonium.

¶ Cairoanum, *Cairoan*, urbs Africae, in regno Barcae. Vide Cyrene.

¶ Cairoanum, *Cairoan*, urbs Africae, in regno Tunetano, quæ *Cairavan* Arab. dicitur. Non longè diſtat ab ora maris Africi & à Sirti minore; crevitque, ut multi exiſtimant, ex ruinis antiquae Thiſdri; fuitque antea majoris momenti. Vide Thiſdrus.

¶ Cairus, *le Caire*, urbs Ægypti praecipua & ampliſſima, ad Nilum fluvium. A quibuſdam dicta Memphis, cum reverà ſit Babylon, in altera Nili ripa. Ipſa non ſolùm Ægypti caput & regia, ſed & totius Africae praecipua, jacet ad dexteram Nili ripam, crevitque in immenſum cùm Sultanos ſeu Reges haberet proprios. Nunc autem ſenſim deficit, cum tantùm habeat Proreges ſub dominio Turcarum, quibus ſubeſt à 150. annis cum tota regione, & ipſa quae antea Lutetia major erat, nunc multò minor ab omnibus exiſtimatur. Diſtat ab ora maris Mediterranei 80. circiter milliaribus in auſtrum, & 110. ab Alexandria: & paulò infra ipſam urbem Nilus in duo brachia dividitur.

Calabria, reg. Italiae, inter Apuliam Peucetiam ad *Plin.*
occ. & Japygiam ad ortum, in Salentinis, ad oram Bo- *Lib.*
realem, circa Brunduſium & Hydruntum contenta; *Ptol.*
cujus urbes Brunduſium, Aletium, & Hydruntum; *& al.*
vulgò *Terra d' Otranto*, quae tamen plus patet, cum terra Hydruntina Salentinos omnes complectatur, Calabria verò oram tantum Borealem. Calabria verò, quae ſic hodie vocatur, longè ab hac diverſa & diſtans eſt, cùm Brutios & magnam Graeciam complectatur. quae in Theſ. Ling. Lat. ſic vet. praeſertim Plin. dicta putatur, & appellatur inſ. quod mirandum eſt. Pop. Calabri. Ovid. libro 3. de arte amandi:

Ennius emeruit Calabris in montibus ortus.

Hor. lib. 1. carm. od. 31.

Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta.

Hinc Calabricus nom. gent. ut olea Calabrica apud Colum. Cherſydris ſerpentibus haec reg. abundat, teſte Sol. quorum mem. Virg. lib. 3. Georg.

Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis.

Calabri pyris maximę abundant, eaque hoſpitibus affatim apponunt, & vice bellariorum donant, ut domum ea deferant: unde apud Hor. in epiſt. loco proverbii eſt, *Calabri hoſpitis xenia*, de donis ruſticanis, quae ſunt contemptui, vel quae accipientem magis onerent quàm juvent. lib. 1. epiſt. 7.

Non quo more pyris veſci Calaber jubet hoſpes.

¶ Calabria olim, teſte Brietio, complectebatur Meſſapiam, ſub qua Salentini & Calabri populi; eratque in modum peninſulae extenſa inter mare Adriaticum & ſinum Tarentinum; ibique urbes praecipuae Hydruntum, Brunduſium, Tarentum, Gallipolis, & Aletium, ubi nunc provincia dicta Terra Hydruntina. Calabria verò hodierna provincia eſt ampla regni Neapolitani, maximè in auſtrum extenſa versùs Siciliam, ubi aliàs Brutii & magna Graecia, vulgò *Calabria*, Gallis *la Calabre*: eſtque duplex, nempe Calabria citerior, *Calabria citrà*, quae magis in Boream extenditur; & ulterior, *Calabria ultra*, quae in meridiem tendit. Utraque eſt inter mare Tirrhenum & mare Jonium, à Borea in Auſtrum extenſa. Citerioris caput eſt Conſentia, ulterioris ſeu inferioris primaria eſt S. Severina.

Urbes Calabriæ quæ extant:

Biſinianum, Biſignano.	*Nicotera*, Nicotera.
Cantazara, Cantazaro.	*Rhegium*, Regio.
Cariathis, Cariati.	*Roſſanum*, Roſſano.
Conſentia, Coſenza.	*S. Severina*, S. Severina.
Nicaſtrum, Nicaſtro.	*Umbriaticum*, Umbriatico.

Calacta, Caleacte Herod. Galeate Ant. *S. Marco*, opp. Siciliae, teſte Faz. in ora occid. inter Pactenſem urb. 20. mill. paſſ. & Cephalodium in auſtrum ad 40. Pop. Calactini Cic.

¶ Calacta (hoc eſt, pulchrum littus) urbecula eſt *S. Marco*, nunc ad amnem Fitaliam, 3. milliar. ab ora maris Tirrheni, quamquam Brietius exiſtimet eam fuiſſe in eo tractu ubi nunc Caroniae rudera viſuntur, in valle Demonae.

Caladunum, opp. Hiſp. Tarracon. quod inter Bracaram *Ant.*
& Aſturicam occurrebat, à Bracara 72. mill. paſſ. ex *Ptol.*
itin. Anton. quod nunc *Sela* pag. eſſe putatur.

¶ Caladunum oppidum fuit Callaicorum Braccariorum teſte Nicolao Sanſone, ubi nunc Mirandela caſtrum Portugalliae, ad Tuelum amnem, in provincia Tranſmontana, inter Lamegam & Bragantiam.

Calaecia, ſeu Calaegia ex cod. Graeco, *Wittemberg*,
teſte P. App. urbs Germ. ad Albim fluv. acad. & ſedes Duc. Saxoniae, media inter Miſnam ad auſtrum & Magdeburgum ad arctos 10. leuc. Al. potiùs videtur *Kalbe* opp. ejuſdem Saxoniae, à Magdeburgo 4. leuc. Hallam versùs 7. *Ptol.*

¶ Calaegia quid ſit, non bene conſtat. Sanſoni oppidum erat Senonum, in Germania, ad fluvium Salam, ubi nunc forſan Jena urbs. Aliis eſt *Kalbe*, caſtrum ad confluen-

tes Salæ in Albim, paulò ſupra Darbicum & inter Serveſtam & Bernaburgum.

Plin. Strab. & al. Calaguris, quæ Calagurris Liv. Galagorina Ptol. *Calahorra*, urbs Hiſp. Tarracon. epiſc. ſub Archiep. Burgenſ. cum antè ſub Tarraconenſi eſſet, ad Iberum fluv. in finibus Vaſconum, olim in regno Navarræ, nunc in Caſtella veteri, media inter Tutelam ad ort. & Logronium ad occ. urbes ad Iberum 8. leuc. utrinque, à Pompelone regia Navarræ 15. patria Clem. Prudentii Poetæ clariſſimi, teſte Mariana, ſed ut ipſemet innuere videtur, Salia opp. Cantabricæ oræ ſolum natale illi fuit. Pop. Calagurritani, qui Plin. Naſcici cognominantur. De Calagurri Prud. in periſteph. hymn. 7.

Noſtra geſtabit Calagurris ambos,
Quos veneramur.

¶ Calaguris, *Calahorra*, ſita eſt ad Iberum fluv. ubi recipit amnem *Cidacos de Caſtiglia* dictum; & epiſcopatus Calciatenſis ipſi unitus fuit anno 1236. Diſtat 13. leucis à Calciata in ortum; eſtque prope confinia Navarrę.

Oroſ. D. Au. Calama, *Calamata*, ut videtur, urbs Africæ mediterr. inter Hipponem & Cirtam, Hipponi propior, epiſc. quondam ſub Archiep. Carthaginenſi.

¶ Calamiana, *Calamianes*, inſula oblonga Aſiæ in mari Indico, inter Borneum & Philippinas extenſa ſub dominio proprii Regis; diciturque aliter Paragoja.

ophr. Calamina, *Malipur*, & Luſitanis *Citta di S. Thoma*, urbs Indiæ cit. in ora ſinus magni, apud Taprobanam inſ. ubi corpus Divi Thomæ Apoſtoli ſuperioribus annis inventum ſcribit Maphæus cum al.

¶ Calamina, *Meliapur*, ſeu etiam *S. Thomas* ab Europæis dicta, quia ibi inventum fuit corpus divi Thomæ à Chriſtianis, urbs eſt parva Aſiæ, in India, versùs oram littoralem ſinus Gangetici, in regione Coromandelis, quę pars eſt regni Narſingæ. Diſtat 25. milliaribus à Paliacata in auſtrum; eſtque ſatis culta, & a Chriſtianis S. Thomæ dictis inhabitata. Sed diſtat à Taprobana inſula 200. circiter milliaribus in Boream.

Clearcho & Euſ. Calani, pop. Indię citer. Philoſophiae ſtudio dediti, qui iidem Brachmanibus ſunt, teſte Æliano.

Calantica, *Arrajolas*, teſte Jacobo Vaſconc. pag. Luſit. Eborae urb. proximus, inde 2. leuc. Scalabim versùs.

Plin. Calapis, fluv. Japodum. Vide Colapis. Hic non Pannoniae, ut ſcribitur in Theſ. Ling. Lat. licet in ea deſinat, ſed Liburniae, in qua oritur.

Plin. Mel. Calaris, Caralis Aul. Hirtio, Carallis Ptol. *Cagliari* urbs archiep. Sardiniae primaria & regia, in qua ſedes eſt Proregis, in ora meridionali, à Turribus altera metrop. excisa 120. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, quot ferè à propiore Africae littore recedit. Pop. Caloritani. Calaritanum prom. haud procul ab urbe Calaritana, à Carthagine 1500. ſtad. teſte Strab. diſtans. Claud. de bello Gild.

Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undas.

Pop. Calaritani, & prom. Calaritanum Plin.

¶ Calaris, Gallis *Caglier*, urbs eſt triplex, & cum portu capaciſſimo in mari Africo. Capta fuit à Jacobo II. Aragonum Rege anno 1330. à quo tempore ſubeſt dominio Hiſpanorum cum tota inſula. Ab ea pars auſtralis inſulae dicitur promontorium Calaritanum, *Capo Cagliari*. Diſtat ab Arborea 50. milliar. in ortum.

¶ Calaroga, *Calarvega*, oppidulum Diœceſis Oxomenſis, in Hiſpania, in Caſtella veteri, patria S. Dominici Inſtitutoris Ordinis Praedicatorum.

Lib. Not. Calarona, urbs Gall. Riparienſ. haec Clarona & Glarona, ut al. cod. habent, urbs Helveticorum, una ex XIII. conventibus eſſe videtur, vulgò *Glarys*, ab Abbatis cella 4. in Africum, à Curia urb. Rhaetorum 5. leuc. in Bor. Luceriam versùs.

¶ Calarona, & melius Glarona, *Glaris*, oppidum eſt Helvetiorum, ad amnem *Sarneff*; & fœdus iniit cum aliis pagis anno 1351. Vide Glarona.

Strab. Calaſarna, *Capana*, Barrio teſte, opp. magnae Graeciae mediterr. in Calabria, inter Roſcianum 20. & Cariatum ad ort. 12. mill. paſſ.

¶ Calaſarna, opp. Lucanorum, aliis eſt *Campana*, oppidulum Calabriae citerioris juxta amnem Lacanetum, 4. milliaribus ab Umbratico.

Cic. Calata, Galeata Anton. *Galati*, opp. Siciliae, medium inter Pactas ad occ. & Troynum ad Eurum 25. mill. paſſ. Pop. Calatini, Plin. Galatani.

Cic. Calata ultera *Calatagirone*, ut Cluſ. Arretio videtur, urbs Sicil. mediterr. Ennae urbi finitima, ab ea in auſtrum 24. mill. paſſ. diſtans, à Plutia 15. Calata Jeronis Latino rec. dicta, quae urbs inter recentes adnumeratur, longè diverſa ab ea cujus Cic. in orat. in Verrem meminit; illa enim apud oram occiduam ſita eſt, haec in valle Netenſi.

¶ Calata altera, ſeu Calata Hieronis, opp. eſt ſitum intra montes. Crevit ex ruinis Zoticae urbis deſtructae, & in ejus viciniis labitur fluvius Achates, qui 25. abhinc milliar. in mare Africum ſe exonerat.

Calathe, Galata Plin. & Anton. *Galata* etiam vulgò dicta, inſ. maris Africi, Numidico ſinui adjacens, à Tabraca urb. 32. mill. paſſ. diſtans, à Calari urbe Sardiniae 120. Aliis eſſe videtur *la Goletta*, inſ. cum arce in ore ſinus Tunetani, ab Hiſpanis diu poſſeſſa, & ſuperioribus annis ob nimiam diſtantiam amiſſa.

Calathuſa Plin. lib. 4. cap. 12. eſt inſula parva maris Ægaei, inter Cherroneſum & Samothracen.

Calatia, quae & Galatia colon. *Gajazzo*, urbs Campaniae, in monte, inter Capuam 8. & Alliphas 12. mill. paſſ. epiſc. ſub Archiep. Capuano. Pop. Calatini Plin. Mem. Calatiae Sil. lib. 8.

Inſula, nec parvis aberat Calatia muris.

In Theſ. Ling. Lat. Calatiae num. plur. ex Plin. cùm Calatia legatur, ſitque Capuae, non Bovillis vicina:

¶ Calatia, *Cajazzo*, urbs eſt regni Neapolitani in provincia Terrae Laboris, prope Vulturnum fluvium, & media inter Capuam & Teleſiam, 4. milliar. à Caſeria in Boream. Senſim deficit.

Calatis. Vid. Callatia.

¶ Calatrava, *Calatrava*, urbecula Hiſpaniae, in Caſtella nova, ad Anam fluvium, alias munita. Hinc tractus adjacens campus Calatravae dicitur, & hinc etiam Ordo militaris Equitum Calatravae. Diſtat tribus leucis à Civitate regia, 4. ab Almagro, & totidem ab oculis ſeu fontibus Anae fluvii.

Calatum, (quod & Galacum Ant.) *Tadcaſter*, & *Helcaſter* Lhuydo, opp. Albionis, in Brigantibus, inter Clanoventam 39. & Mancunium 65. mill. paſſ. ex itin. Ant. Vide Galacum. Sed * Camd. eſt *Overburrovv*, opp. Comit. Lancaſtrenſis. Mihi Calatum & Galacum opp. diverſa videntur. (* Camden. videtur *Vvheallep caſtle*, reg. Weſtmar.

¶ Calatum, ſeu, & meliùs, Calacum, Camdeno eſt *Ovver Burrovv*, lacus Lancaſtrienſis Comitatus, inter Lonum & Laccum amnes, prope Weſtmariam provinciam.

Calauria, *Sidra*, teſte Soph. inſ. ſinus Argolici contra Trœzenen, (ubi Demoſthenes clariſſimus Orator Antipatri perſecutionem fugiens, accepto veneno obiit) haud procul à littore & Scyllaeo prom. ubi Damala urb. Ibi Diana colebatur, quae Calaurea cognominata eſt. Calauris non amplior eſt 30. ſtad. ubi templum Neptuno ſacrum fuit, ut propterea Poſidonia, teſte Strab. lib. 8. dicta ſit. Haec Latonae prius erat, Delos verò Neptuni; facta permutatione ortum eſt proverbium, *Pro Delo Calauriam*, cùm officium officio compenſatur, ſimile ei, *Manus manum lavat*. Vel cum res magna cum parva commutatur. * Ovid. lib. 7. Metam.

Inde Calaurea Latoidos adſpicit arva.

Calcaria, *Kalcaceſter* Bedae, teſte Ort. & *Aberford*, teſte Camd. opp. Britanniae, in Anglia & Eboracenſi Com. inter Eboracum 9. & Cambodunum 20. mill. paſſ. Mediolanum versùs in occ. Eſt & Calcaria urbs Ducat. Clivenſis. (* Camden. videtur *Tadcaſter*, opp. ejuſd. reg. ad Vvherſum fluv.

¶ Calcaria, opp. Brigantum nunc, Camdeno eſt *Tadcaſter*, vicus provinciae Eboracenſis, qui à Beda *Calcaceſter* dictus fuit, 9. milliar. ab Eboraco in occaſum.

¶ Calcedonia, *Scutaret*, urbs Aſiae minoris. Vide Chalcedon.

Calciaci, pop. Germ. infer. quorum urbs, teſte Junio, Calcaria, vulgò *Calkar*, appellatur, in Duc. Clivenſi, à Clivia urbe 2. leuc. vix diſtans. Ortel. negat Calciacos à Tac. memorari, ſed Talbiacum.

¶ Calcaria, *Calcar*, urbs Germaniae, in Ducatu Clivenſi, parva, ſed lepida, una leuca tantum à Rheno fluvio, & duabus à Clivia urbe, & paulò amplius ab Emerico, ſub dominio Electoris Brandeburgici, ad amnem *Men.* Sed quid ſint Calciaci non mihi conſtat.

¶ Caliata, *la Calzada*, ſeu *S. Domingo de la Calzada*, urbs eſt Hiſpaniae, in Caſtella veteri, in Rivogia regiuncula; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burgenſi. Sed ab anno 1236. ejus epiſcopatus unitus eſt Calaguritano.

tano. Urbs eſt parva intra montes, celebriſque devotione erga S. Dominicum, 12. leucis diſtat à Calaguri in occaſum, & 3. à Nagera.

Cale, opp. olim, nunc vic. Hiſp. Luſit. in ora apud oſtia Durii fluv. *Gaja*, al. *Caja* nunc dictus: ex quo vicinus portus Calenſis vocatus eſt, qui in urbem præclaram excrevit, vulgò *Porto Gallo*, (quod nomen eſt toti regno) & *Porto* ſine additione, *C. Puerto* Luſitanis, urbs epiſc. ſub Archiep. Bracarenſi, inde 8. leuc. in auſtrum, Ulyſſiponem versùs ad 47.

¶ Cale, oppidum alias Callaicorum Braccariorum, ad oſtia Durii fluminis, cum portu admodum frequenti propter piſcationem, unde dictus Portus Cale; & crevit in civitatem opulentam, unde poſtea Portugalliȩ regni nomen, urbs ipſa *Ciudad de Puerto* incolis, *Porto* Italis, & *Port à Port* Gallis & Belgis. Emporium eſt celebre & maximè frequentatum a Belgis. Sed vicum *Caja* non reperio in tabulis.

Cale etiam Anton. poſtea Callium in lib. Conc. *Cagli*, urbs Umbriæ, ad Candianum fluv. in Duc. Urbinate, inter Urbinum ad Bor. & Eugubium ad merid. 15. mill. paſſ. non vicina Anconæ, ut ſcribit Ortel. à qua ſupra 50. mill. paſſ. diſtat, epiſc. ſub Arch. Urbinate

¶ Cale, nunc Calium, *Cagli*, urbs eſt Italiȩ, ad Cantianum amnem, ubi recipit Boaſim, ad radices montis Apennini; ſubeſtque dominio Summi Pontificis.

Cale, & Calenſis vicus, *Kala*, cœnobium Campaniæ Gallicæ, à Pariſiis 12. mill. paſſ. in ort. diſtans.

¶ Cale & Cala, *Chelles*, oppidulum eſt Galliæ, cum celebri monaſterio Monialium, in provincia Inſ. Franciæ dicta, prope Matronam fluvium, 4. leucis à Pariſiis Meldas versùs.

Cale acte, quaſi pulchrum littus, opp. olim, nunc pag. Eubœæ inſ. inter Leonem prom. & Caryſtum urb. cui vicinus eſt, *Piatari* vulgò, teſte Mol. Cale acte etiam Herod. opp. Siciliæ, quod Calata Cic. Galata Plin. Calacta Ptol. eſſe videtur. Fuit & opp. ſive pag. amplus Cretæ, à Steph. memoratus.

¶ Calecutium, *Calecut*, urbs Indiæ orientalis cis Gangem, & emporium celebre, caput regni perampli, in ora Malabarica, cum portu ſatis capaci. Diſtat à Cochino 20. leucis Hiſpanicis circiter, & vix decem à Cananora. Ejus Rex Zamorinus dicitur.

Caledonia, reg. Britanniæ ſecundæ ſeu Scotiæ, ubi adhuc Caledonia ſylva, *Caldar*, *&* *Calender* teſte Hect. Boetho, apud Sterlingum opp. Pop. Caledonii, quorum reg. *Roſſia*, teſte Ortel. ubi caſtrum Caledonium urb. *Dunkelden*, ad Taum fluv. epiſc. ſub Archiepiſc. Andreapolit. inde 22. mill. in occ. Scongæ opp. finitima, Dumblanam urb. versùs 12. Hinc Caledonius nom. gent. Caledonii pro Scotis accipiuntur Claud. de laud. Serenæ:

Inde Caledoniis, auſtralibus inde parentum
Cingeris excubiis.

¶ Caledonia, pars ſeptentrionalis Scotiæ, & Caledonii etiam populi, ubi nunc prov. Roſſia, Loquabria, & Atholia. Regio autem incolis *Allibavvn* dicitur, & Albania Latinè, teſte Camdeno; hinc etiam Caledonia ſylva, cujus vix reliquiæ ſuperſunt quanquam aliàs in immenſum ſpatium diffuſa, & monte Grampio diviſa. Ibi & Caſtrum Caledonium, *Dunkeld*, urbs ad Tavum fluvium, in qua antiqui nominis veſtigia agnoſcit Buchananus. Ab ea regione mare Scoticum dicitur etiam Oceanus Caledonius ſeu & Ducaledonius, maximè versùs Boream.

Caledonius Oceanus, Duecaledonius Ptol. mare quod Scotiam alluit.

¶ Calembergicus, *Calemberg*, tractus Germaniæ, in Ducatu Brunſvvicenſi, prope Viſurgim fluvium extenſus, & inter Hannoveram, Hamelium, Eimbecum, & Gotingam urbes, ſub dominio Ducis Luneburgenſis Hannoverae.

Calenum, *Carinola*, urbs Campaniȩ, in regno Neapolitano, in agro Stellate, apud mont. Maſſicum, Sueſſae urb. propinqua ad 6. mill. paſſ. totidem ferè à Sinueſſa urb. exciſa, epiſc. ſub Archiep. Capuano, inde 12. mill. Sinueſſam versùs. Ibi Calenus ager fertiliſſimus; ſed urbs ipſa ob aeris inſalubritatem penè deſerta, fortè quod Epiſcopus injuria affectus illi maledixerit, ut ferunt. Ortel. dubitat an Calenum & Cales urbes diverſae ſint, cum id manifeſtiſſimum ſit ex Cic. Liv. & Ptol. Hinc Caleni pop. Polyb. & Calenus nom. gent. Horat. lib. 1. carm. ode 20.

Caecubum, & prelo domitam Caleno
Tu bibes uvam; mea nec Falerna
Temperant vites, neque Formiani.
Pocula colles.

Aqua Caleni eſt quæ tumulentos facit, teſte Plin. ſicuti & in Paphlagonia, ut lib. 2. c. 103. Vinum Calenum adeo celebratum eſt, ut pro vino Calenum accipiatur apud Juvenal. ſat. 1.

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro.

¶ Calenum, ſeu Carinula, *Carinola*, urbs eſt regni Neapolitani, in provincia Terrae Laboris, 4. milliar. ab ora maris Tirrheni, & totidem à Sueſſa; eſtque parvi circuitus, parumque diſſita à veteris Caleni ruinis.

¶ Calepium, *Calepio* oppidum Cenomanorum, in Italia, 14. mill. paſſ. à Bergomo, patria Ambroſii Calepini. Ad Ollium fluvium ſedet, in ditione Veneta & agro Bergomenſi. Hinc vallis Calepia, prope Sebinum lacum.

Cales num. plur. *Calvi*, colonia & urbs Campaniae *Cic.*
proxima Calena, & 6. mill. paſſ. in occ. diſtans, ſeu in *Liv.*
Circ. inter Capuam & Sveſſam media 8. mill. diſſita, *& al.*
propior Teano Sidicino, ab eo 4. mill. Capuam versùs, à Cala Boreae filio Argonauta, ut ferunt, condita, urbs parva epiſc. ſub Archiep. Capuano. Mem. Hor. lib. 4. carm. ode 12.

Sed preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis.

Virg. quoque lib. 7. Æn.

Sidicinaque juxta
Æquora, quique Cales linquunt, amniſque vadoſi
Accola Vulturni.

In Theſ. Ling. Lat. Cale etiam nominatur; cum apud vet. omnes Cales dicatur. Hinc etiam putat dici vinum Calenum, quod à Caleno urb. nominatur.

¶ Cales, *Calvi*, urbs eſt regni Neapolitani, in provincia *Ptol.*
Terrae Laboris, 8. milliaribus à Caleno in ortum, 6. à Capua in Boream; eſtque parvi circuitus.

Caletae, Caletes Caeſ. & Strab. pop. Gall. Belg. Oceani Britannici, oram inter oſtia Sequanae & Somonae fluminum incolentes: quorum regio *le Caulx*, teſte Pet. Divaeo, appellatur, ubi oppida praecipua Juliobona, Fiſcicampus, & Diepa, in ora intus Caeſertium, Clariacum, Pontiſara, Gornacum, Albamala, Neocaſtrum, Heum, & Arcae: quibus omnibus praeſtat Diepa à Rothomago urbe 15. leuc. in ort. Hinc error patet Theſ. Ling. Lat. & aliorum Caletas indigitantium Cales urb. Picardiae. Calete verò apud Plin. inſ. parva eſt inter Cherroneſum & Samothracen. De Caletibus lib. 1. itiner.

Jamque tuo tandem Caletes Marte receptos
Venimus.

¶ Caletae populi fuere Galliae Lugdunenſis, teſtibus Ptol. Sanſone, Brietio, & aliis, quorum regio nunc *le pais de Caux* dicitur: eſtque pars Normanniae, inter Oceanum, Britanniam, & Sequanam fluv. Ibi urbes praecipuae ſunt Diepa, ſeu Deppa, Calidobeccum, Juliobona, Fiſcicampus, Portus Gratiae, Albamala, novum Caſtrum, & Augae ſeu Eum. Sed Caeſortium, Pontiſara & Gornacum ſunt in Vexino tractu, non autem in Caletenſi.

¶ Caletum, *Calais*, urbs Galliae dives & permunita, emporiumque celebre, cum arce, & portu capaci, in Picardia, & in ora Oceani, juxta fretum Gallicum. Tribus leucis diſtat à Gravelinga in occaſum, & 5. à Bononia in Boream, ſeptemque ab ora proximiori Angliae. Ab ea fretum inter Galliam & Angliam dicitur *le Pas de calais* a Gallis, & *The Straict of Calais* ab Anglis; & ibi multi credunt fuiſſe Itium portum antiquorum. Sed alii exiſtimant fuiſſe ubi nunc *Wiſſant*, caſtrum Bononienſis tractus: quod melius.

Caleva, Ναηλεα in cod. Graec. Calleva Antonio po- *Ptol.*
ſtea Oxonium, *Oxenford*, teſte Priſaeo, vulgò *Oxford*, *Ant.*
urbs epiſc. & academia praeclara Albionis, in Anglia, ad Thameſin fluv. à Londino 50. mill. Angl. in occ. Sed Camd. eſt *Wallingford* opp. ejuſd. tractus; ſic Humfredo. Hic Ortel. Ptol. citat; cum in cod. Graeco Ptol. Caleva deſit. In Theſ. Ling. Lat. pro Caleva Calena legitur.

¶ Caleva Atrebatum, quae & Galena Camdeno, eſt
Wallingford, opp. Bercheriae provinciae, ad Tameſim flu- *Lib.*
vium cum ponte, 10. milliar. Anglicis infra Oxonium, *Conc.*
Vindſoriam versùs, & è regione Oxonienſis provinciae.

Caliabrum et Caliabria, ac Calimbria alibi, *Montanies*, teſte Mor. cum al. urbs Luſitan. olim epiſc. ſub Archiep. Emeritenſi, nunc opp. non obſcurum Extre-

madaræ Equitum D. Jacobi, à Caſtris Cęcitiis 4. leuc. diſtans, inter Zafram 4. & Ellerenam 10.

Ptol. Calicula, opp. Hiſp. Bæt. Nigro *Hueſca* videtur: ſed *Hueſca* Eſcua Plin. & Oſca al. eſſe videtur.

¶ Colidobecum, *Caudebec*, urbs Galliæ, in Normannia provincia, & prope æſtuarium Sequanæ in tractu Caletenſi, 7. leucis infra Rothomagum, versùs Portum Gratiæ. Lanificio ſuo celebratur.

Mart. Calidonii, pop. Scotiæ. Vide Caledonii. Horum mem. Mart. lib. 10. ep. 44.

Quinte Calidonios Ovidi viſure Britannos.

¶ California, *California*, inſula maxima Americæ ſeptentrionalis, oblonga, & à Borea in Auſtrum porrecta, prope Novum Mexicum, à quo dirimitur mari Purpureo. Extenditur ad 300. leucas Hiſpanicas circiter à Borea in Auſtrum, nempe à promontorio Mendocino ad promontorium S. Lucæ versùs novam Hiſpaniam, ab Oriente autem in Occidentem ſtrictior, vix habet 70. leucas plus minus. Nulla ibi urbs quod ſciam, aut colonia Europaeorum; ſed tantum luſtrata fuit ab Hiſpanis versùs oram occid.

Ptol. Calinda, Calymna Strab. Calydna. Plin. *Lagula*, teſte Mol. opp. Lyciae marit. apud fines Cariae, inter Caunum & * Chydam ad ort. (* al. libri Lydas.

Ptol. Calipus Calipodis, *Palma* fluv. Hiſp. Luſit. teſte Goropio, in agro Eborenſi oriens, ac ad Cetobricam in mare exiens, *Sandano*, teſte And. Reſendio, qui illum Calipodem vocat, cui magis credo.

¶ Calipus eſt *Zadaon* fluvius, ſeu *Cadaon*. Fontes habet in confinio Algarbiae, & recipit amnes Alvitum, Odegum, Cabrellam, & amniculum *Palma* dictum. Deinde prope Caetobrigam in Oceanum Atlanticum ſe exonerat.

Ptol. Caliſia, *Clusburg*, teſte Ortel. opp. Germ. magnae: ſed potiùs *Kaliſch* urbs Poloniae majoris, inter Wartam ad merid. 5. & Poſnaniam in Bor. 12. à Gneſna 9. in auſtrum, Caliſienſis Palatinatus caput.

¶ Caliſia, oppidum Germaniae, ubi alias Lugii Helvaeones, nunc *Kaliſch* urbs eſt Poloniae majoris ſeu infer. ad Proſnam amnem, qui paulò poſt cadit in Wartam. Diſtat 5. leucis Germanicis à confinio Sileſiae, 5. à Siradia in Bor. & 12. ab Vratislavia, fuitque male habita a Svecis hiſce ultimis temporibus.

Strab. Ptol. Callaici, Calaici, Callaeci, ac Calleci, necnon Gallaeci Plin. cui etiam Callaeci, pop. Hiſp. Tarrac. extremi ad Oceanum occid. & Borealem (non Luſitaniae, ut in Theſ. Ling. Lat. legitur) vulgò *Gallegos* Hiſp. quorum regio Callecia, & Gallaecia, vulgò *Galicia* Italis. Hinc Callaicus, ſive Calaicus nom. gent. ut Oceanus Calaicus apud Martial. Ovid. lib. 6. faſt.

Tum ſibi Callaico Brutus cognomen ab hoſte
Fecit, & Hiſpanam ſanguine tinxit humum.

Sil. lib. 3.

Callaici conjux obit irrequieta mariti.

Claud. de laud. Serenae:

Divitiis undaſſe Tagum. Callacia riſit.

¶ Callaici, populi Hiſpaniae Tarraconenſis, aliàs diviſi fuere in Callaicos Braccarios & Callaicos Lucenſes. Braccarii inter Durium & Minium fluv. habitabant, ubi nunc pars regni Portugalliae, quae dicitur Transmontana, & regio inter Durium & Minium. Callaici verò Lucenſes, qui & praecipui, fuere ubi nunc Galiciae regnum, *Galicia* incolis, *Galice* Gallis, & *Galiſſen* Belgis. Habet à Septentrione & Occidente Oceanum, à Meridie Luſitaniam, & ab oriente Aſturiam & regnum Legionis. Regio eſt montuoſa. Ejus caput eſt Compoſtella. Vide Gallaeci.

Ant. Callatia, Callacis Anton. Calatis Strab. & Plin. *Kilia*, teſte Laz. urbs Myſiae infer. ad oſtium Boreum Iſtri fluv. ubi Alba urbs, vulgò *Bialogrod*, in Beſſarabia reg. Sed Laonico, cui magis fidem habeo, *Calliacra* eſt, ab oſtiis Iſtri diſtans in auſtrum Bizantium versùs; cùm Calatis ex Strab. ſita ſit inter Apolloniam urbem Thraciae ad auſtrum 1300: & Tomos urbem Myſiae ad ſeptent. 280. ſtad. longè diſtans ab Iſtro in merid. Nigro eſt *Pandalla*.

¶ Callaum, *Callao*, ſeu *Callao de Lima*, inſula parva Americę meridionalis, in ora maris Pacifici, ex adverſo urbis Limae ſeu Regum. Habet oppidum ſatis amplum cum valida arce, efficitque portum urbis ipſius Limae, totius Peruviae regiae.

Ant. Calle, Cale alibi, & Callium lib. Conc. urbs Umbriae *Cagli*, epiſc. ſub Urbinate Archiep. inter illum & Eugubium 15. mill. paſſ. Ortel. urbem facit Senonum in Piceno: ſed longè abeſt à Piceno & ab ora Senonum, à qua ad 45. mill. paſſibus in auſtrum recedit.

¶ Calle media ferme eſt inter Urbinum & Eugubium, in Ducatu Urbini, ſub dominio Summi Pontificis, versùs montem Apenninum, ad Boaſim amnem, qui paulò poſt cadit in Cantianum fluvium, 15. milliaribus à Foro Sempronii, & 10. tantùm à limite Piceni. Vide Cale.

Callicula, *Cajanello*, teſte Leand. opp. Campaniae, ad Caſilinum fluv. à Capua 6. mill. paſſ. Sueſſam urb. versùs diſtans. Scribitur & Calicula unico l Apud Liv. mons eſt. *Liv.*

¶ Callicula mons erat Campaniae, dictus aliter Eribanus & Eribianus, teſte Brietio, inter Turrim Francoliſiam & Calem.

Callidromus, *Caliar*, mons Achajae, in finibus Locrorum Ozolorum. *Strab. Ptol.*

Calligeris, *Cananor*, teſte Caſtal. urbs Indiae citer. in ora occid. urbs ampla, cum arce, à Cocchino 32. leuc. in Bor. Goam versùs. Hujus urb. Rex Luſitanorum vectigalis eſt. *& al. Ptol.*

¶ Calligeris utrum ſit *Cananor*, eſt tantùm levis ſuſpicio. Vide Cananorium.

Callinicus urbs fuit Syriæ epiſc. ſub Archiep. Edeſſeno, ac ſub Patr. Antiocheno. *Curo.*

Callipolis) non Calliopolis, ut in Theſ. Ling. Lat. (*Gallipoli* noſtris, *Geliboli* Turcis, teſte Leuncl. urbs Thraciæ ad Propontidem, contra Lampſacum urb. Aſiæ, epiſc. ſub Heracleenſi Archiep. ſedes Præfecti maris, à Byzantio 120. mill. paſſ. in auſtrum, à Lampſaco 5. in occ. tam exigua eſt ibi Propontidis latitudo. Ejus mem. Sil. lib. 14. *Strab. Ptol. & al.*

-Romana petivit
Fœdera Callipolis.

¶ Callipolis, *Gallipoli*, urbs Italiae, aliàs ſub Salentinis, & Anxa dicta, nunc ex praecipuis Terrae Hydruntinae. Sedet in ora ſinus Tarentini, eſtque urbs permunita. Vide Gallipolis.

¶ Callipolis urbs eſt Cherſoneſi Thraciae, aliàs ampla, nunc ſenſim deficiens, ſub dominio Turcarum, ſed cum armamentario inſtructiſſimo. Sedet è regione Aſiae minoris, juxta Helleſpontum, qui ab ea detroit de *Gallipoli dicitur*.

Callipus, fluv. Luſit. *Sandano* Reſend. Vide Calipus.

Callirrhoe, & Callirhoe al. Laza Hebraeis, *Coronun*, teſte Mol. opp. Palaeſtinae, in Judaea, apud Jordanem fluv. Plin. verò fons Atticae, et apud Aſphaltitem lacum, & Strab. fons novem fiſtulis aquam mittens. Mem. illius Stat. lib. 12. Theb. *Ptol.*

Et quos Callirhoe novies errantibus undis.

Eſt & Callireoh fons Syriae apud Edeſſam urb. quae, teſte Plin. de nomine fontis Callirhoe appellata fuit. Eſt etiam fons Atticae apud Plin. l. 4. c. 7.

Calliſte, inſ. una Sporadum. Vide Thera. *Plin.*

Calliſtratia, *Caſtellas*, teſte Theveto, opp. Paphlagoniae, in ora maris Euxini, inter Carambim prom. ad occ. & Aboni mœnia in ort. ſic apud Mol.

Calmaria, *Calmar*, urbs munita Sveciae regni, in Oſtrogothia & Smalandia provinc. cum portu in ora littorali maris Baltici, è regione Oelandiae inſulae, 4. leucis diſtat à Chriſtianopoli, & 40. ab Hafnia, & ab ea mare interjacens inter ipſam & Oelandiam inſ. *Calmarſund* vulgò dicitur. Mirè deformata fuit incendio anno 1647. Arcem habet validam, & 40. milliar. diſtat ab Hafnia. *Ptol.*

¶ Calniacum, *Chauny*, oppidum lepidum Galliae, ad Oeſiam fluvium, in Inſula Franciae, ſed in limite Picardiae, in agro Tartenico, 3. leucis à Novioduno, & paulò minus à Fara in auſtrum.

Caloneſus *Belle-Isle*, inſula Galliae, in ora meridionali Britanniae minoris, cum portu, & uno aut altero fortalitio. Ejus longitudo eſt 6. leuc. latitudo autem 2. circiter, diſtatque 5. leucis à littore proximiori Britanniae.

¶ Caloneſus, *Belle Isle* Gallis, *Formoſa* Luſitanis, Sinis *Talienkieu*, inſula Aſiae, in mari Sinico. Vide Formoſa inſula.

Calonis, *Cleves*, teſte Laz. urbs Germ. infer. Duc. Clivenſ. caput, à Noviomago primaria urbe Geldriae 3. leuc. à Col. Agripp. 16. in Bor. Sed haec urbs olim Clivus & Clivenſis arx ex antiq. inſcr. ibi reperta dicitur. *Ant.*

¶ Calonis aliis, & forſan meliùs, eſt *Kalenhuſen*, vicus Clivenſis Ducatus, 2. mill. paſſ. infra Ordingam, ad Rhenum fluvium, teſte Cluverio.

Calor, *Calore*, fluv. Hirpinorum, ex valle Anſancti oriens, propeque Beneventum decurrens, infra illud non longè Sabbatum excipiens. Vulturnoque apud Teleſiam *Liv. Ant.*

leſſam urb. congrediens. Scip. Mazz. ſcribit illum in Silarum ulteriora Salernum influere, non ſine manifeſto errore: niſi alter ſit fluv. hujus nominis: de quo tamen nihil apud aliquem legi.

¶ Calor, *Calore*, fluv. eſt provinciae Principatus ulterioris. Oritur ex Apennino monte, & montem Maranum civ. rigat; deinde auctus Miſcano & Tamaro fluv. prope Beneventum labitur, & paulò infrà in Sabatum ſe exonerat.

Calpas, *Carrathaſſan*, ſi Theveto fides, fluv. port. & oppid. Bithyniæ, inter oſtia Pſillidis & Saugarii in Euxinum labens, *Aqua*, teſte Mol. dicitur, Pineto autem *Zagari*. Sed hic Sangarius eſt à Calpa diverſus.

Calpe, *Gibraltar*, & Arabicè *Gebel Tarif*, teſtib. Cluſ. & Arret. mons & urbs Hiſp. Beticæ, ad fretum Herculeum, una ex Herculis columnis, contra Abylen opp. & mon. Mauritaniae alteram columnam, 12. mill. paſſ. in Bor. diſtans, (tanta eſt dicti freti latitudo) à Malaca 19. ab Arruuda 10. leuc. in merid. à Gadibus paulo ſupra 12. ab Hiſpali 21. Ejus mem. Luc. lib. 1.

Heſperiam Calpen, ſummumque implevit Atlanta.

¶ Calpe, *Gibraltar* nunc, eſt urbs Vandalitiæ parva, ſed munita, cum arce, ad fretum Herculeum, quod ab ea *Eſtrecho de Gibraltar* dicitur ab Hiſpanis, *detroit de Gibraltar* à Gallis. Diſtat ab Abila 15. milliaribus ſeu 4. leucis Hiſpanicis in Boream, à Tingi 11. leuc. à Gadibus 16. circiter, & 4. mill. paſſ. ab Heracleæ ruderibus, *Gibraltar viejo* dictis.

¶ Calpinus lacus, *Calpinzee*, lacus Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, in confinio Brandeburgico, juxta Warenum oppidum, 5. leucis diſtat a Guſtrovio in auſtrum, eſtque inter Muritiam & Plavenſem lacus.

Calpurniana, *Carpio*, teſte Henr. Coquo, opp. Hiſp. Bæt. in finibus Turdulorum, in Vandalitia reg. inter Cordubam 26. & Illiturgim 54. mill. paſſ. ex itin. Anton. Nunc inter Cordubam 5. & Illiturgim 7. leuc.

¶ Calpurniana ſedet juxta Bætim fluvium, media inter Cordubam & Illiturgim.

¶ Calvarius, mons Paleſtinæ, ſeu Terrę ſanctæ, antea Golgotha dictus, prope & extra Hieroſolymam. Jeſu Chriſti Domini noſtri paſſione celebris, Gallis *le Calvaire*, Italis & Hiſpanis *Calvario* dictus.

¶ Calvium, *Calvi*, oppidum Corſicæ inſulæ munitum, in ora occidentali, cum arce permunita, in modum peninſulæ, undique ferè inacceſſum, ſub dominio Genuenſium cum tota inſula 35. milliaribus diſtat à Baſtia in occaſ. & 30. ab Ajacio in Boream.

Calucones, Collucones Plin. pop. Rhætiæ, quorum reg. Algoja, *Algoew*, teſte Ægid. Schudo, & opp. *Leukirchen* à Campoduno, 3. leuc. teſte Laz. Memingam versùs al. 3.

Calucula, opp. Hiſp. Bæticæ, quod quidam *Cabra* malè indigitant, cùm id Ægabra ſit veteribus.

Calumacama, Macomadę Anton. *Mecellata*, teſte Marm. opp. Africæ, ad Syrtim magnam, ultra Leptim & Tripolim ad 220. mill. paſſ. in ort. versùs Philęnorum aras.

Calvus mons, *Chaumont*, opp. Gall. Belg. in Valleſia reg. inter Pontiſaram & Bellovacos 6. leuc. à Pariſiis 13. Alia oppida ſunt hujus nominis in Gallia: In Campania à Lingonibus 7. leuc. in Bor. In Siliginia, inter Aurelianos 8. & Romorentinum ad occ. 7. In Aquit. ad Garumnam, ab Agenno 2. leuc. Burdigalam versùs. Eſt & mons Calvus opp. cum arce firmiſſima in Ducat. Montiſferrati, in Liguria, inter Caſalenſem urb. 10. & Aſtam 8. mill. paſſ. *Moncalvo*, ex præcipuis reg.

¶ Calvus mons, ſeu Calvomontium, *Chaumont* cognomento *en Baſſigny*, urbs Galliae ſatis ampla & munita, in provincia Campaniae & Baſſiniaco tractu. Sedet in colle, prope Matronam fluvium, 7. leucis, à Lingonibus in Boream. Calvus mons alter, *Chaumont*, oppidum Galliae, in inſula Franciae & Vexino Francico, ut dicunt, in colle ſitum, inter Bellovacos & Meduntam, 6. leucis ab utraque diſtans, 2. à Ceſortio, & 6. à Pontiſara. Non eſt autem in Valeſia, à qua multum diſtat. Calvus mons, *Chaumont*, oppidulum Galliae, in Saloniae tractu, inter Aurelianos & Romorentinum, 5. leucis ab utraque urbe. Calvus mons, *Chaumont*, oppidulum Galliae, ad Garumnam fluvium, 7. leucis infra Agennum, & 2. a Tonninio. Aliis eſt Calvomontium.

¶ Calvus mons, ſeu Monſcalvus, oppidulum eſt Italiae cum arce nunc disjecta, in Ducatu Montiſferrati. Vide Monſcalvus.

Calyba, Cabila Ptol. & Amm. *Sicibah* Molet. urbs Thraciae mediterr. Arzo finitima, inter Bergulas & Halmydeſſum, proxima Bergulis. *Steph.*

Calycadnus, *Saleſo*, Nigro & Juſtiniano teſtibus, fluv. Ciliciae Seleuciam urb. (à qua nomen accipit) interluens, inter Sarpedonem & Zephyrium prom. in mare exiens. Appellatur etiam à noſtratibus *Fiume del ferro*. *Strab. Ptol. & al.*

Calydna inſ. (non opp. Cariae, ut in Theſ. Ling. Lat.) maris Myrtoi, inter Aſtypalaeam inſ. ad occ. & Gnidum urb. Cariae ad ort. à Carpatho inſ. 25. mill. paſſ. in Bor. Niſyro & Telo propinqua. Calymna Ovid. lib. 8. Metam. melle abundans: *Plin.*

Dextra Lebynthos erat, fęcundaque melle Calymnae.

Calydnae, inſ. duae parvae, circa Tenedum inſ. maris Ægaei, *Maure*, teſte Nigro dictae. *Q. Calab.*

Calydon, poſtea Aquila, *Ayton*, teſte Cyriaco Anconit. urbs Ætoliae epiſc. ſub Archiep. Naupactenſi, inde in occ. ſupra 12. mill. paſſ. ad Evenum fluv. ab ejus oſtio 7. mill. paſſ. in Bor. Inter Calydonium fretum Thucyd. inter Rhium & Antyrrhium prom. in ora ſinus Corinthiaci intercedens. Mem. Ovid. lib. 8. Metam. *Xenop. Strab. Pauſ. & al.*

Alta jacet Calydon, lugent juveneſque ſeneſque.

Idem lib. 3. Amor. eleg. 6.

Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti.

Hinc Calydonius, a, um, & Calydonis, dis. Patronym. apud Ovid. 8. Metam.

Mira Deum, nixus cubito Calydonius amnis.

Et ibid.

Plangunt ora ſimul matres Calydonides.

Calidon etiam ſcribitur apud Plaut. in Pœnulo.

¶ Calydon urbs fuit Ætoliae primaria, ubi Diana Laphria colebatur; nunc autem eſt parvi momenti, in provincia parva Graecia dicta.

Calydonium, prom. Britannicae Borealiſſimum, & mare, quò Ulyſſem perveniſſe Sol. teſtatur, pro Caledonium. Ex eo prom. ad Tulen inſ. Borealiſſimam biduo navigari ſcribit, cùm longè majus intervallum ſit. Prom. hoc Tarvedum Ptolemaeo & Orcas appellatur. Vide ibi. Hinc Calydonia Scotiae (ut apud aliquos ſcribitur) & reg. Vide Caledonia. *Sol.*

Calynda, Calydna Plin. Calymna Strab. urbs Lyciae littor. in conf. Cariae, proxima Cauno. Abeſt ab Artemiſio prom. 60. ſtad. teſte Strab. Vide Calinda. In Theſ. Ling. Lat. eſt nomen duarum inſularum. *Steph.*

Calypſus, Ogygia Hom. inſ. maris Auſonii, magnae Graeciae adjacens una cum Dioſcoro, à Lacinio prom. ad 12. mill. paſſ. in ort. recedens. Cujus mem. Tibull. lib. 4. carm. 1. *Plin.*

Non amor, & fęcunda Atlantidos arva Calypſus,
Finis & erroris miſeri Phęacia tellus.

¶ Calypſus inſula diſtabat 15. milliaribus à Lacinio promontorio in Boream, eratque ubi nunc oſtia fluvii Nethi, in Calabria citeriori, versùs ſinum Tarentinum. Sed in praeſentia non apparet, uti neque Dioſcorus.

Camachus, *Chemach*, teſte Leuncl. urbs Ciliciae Archiep. ſub Patriarch. Conſtantinop. in Arm. min. conf. à Leone Aug. metrop. effecta. *Balſa.*

¶ Camaldulum, *Camaldoli*, vicus Italiae, in ditione Florentina, cis Arnum, in quo à S. Romualdo Camaldulenſis Ordinis auctore monaſterium illuſtre eſt aedificatum in altiſſimis montibus, juxta Apenninum & in confinio Romandiolae Florentinae, 30. milliaribus à Florentia in ortum, & 15. à Sarſina.

Camaletum, *Cairmalei*, teſte Lelando, opp. Albionis, in Anglia ad occ. in finibus Murotrigum. *Scrip. Brit.*

Camalodunum, opp. Albionis. Vide Camulodunum. *Ptol.*

* Camane, *Chaul*, urbs Indiae citer. teſte Caſt. in ora occid. ſub Luſitanis, a Cambaja urbe regia 125. leuc. in merid. Goam versùs. Sed Nigro eſt *Cambayth* urbs ejuſdem orae. (* Καμανὲ in manuſcr. Selden.

¶ Camane, ſeu Camanes, aliis eſt *Daman*, urbs ampla & emporium celebre, juxta ſinum Barigazenum, nunc *Golfe de Cambaja*, cum portu capaci & tuto, in ditione Luſitanorum.

Camani, pop. Germ. quos variè interpretantur: nam P. App. illos in Nortgoja, ſive Bavaria Tranſdanubiana locat, ubi *Chamb* oppid. à Straubinga 5. leucis in Boream à Ratiſpona 7. in Caec. Alii in Pomerania, eſſeque illorum urbem Caminum in ora apud Julinum urb. (cui in epiſcopatu ſucceſſit) a Stetino 10. leuc. in Caec. diſtantem putant. *P. ol.*

¶ Camani populi qui ſint; non bene conſtat, meliùs forſan Camavi, ſeu Chamavi. Vide ibi.

Cama-

Ptol. Camara, *Camera*, Pin. opp. Cretae, in ora orientali inter Samonium et Zephyrium prom. ubi ora Borealis incipit, Cherſoneſo finitimum.

Camaracum, Cameracum al. *Cambray*, & German. Ant *Camerick*, urbs Gal. Belg. archiep. in Picardiæ, Hanonię, & Arteſiae conf. inter Peronam opp. Picardiae, & Valencenas urbem Hannoniæ, 7. leuc. ab Atrebatibus 9. olim epiſc. ſub Archiep. Rhemenſi, metrop. effecta a Philippo Rege Hiſp. & Belgii Dominio curante. Sunt qui illam à Cæſare Samarobrinam dictam velint, ut lib. 4. itin. Poeta quidam ait:

Ad Samarobrina (Cameracum hoc tempore dicunt)
Donec nos veteres duxit lux altera turres.

Camaracum, ſeu, & meliùs, Cameracum, urbs eſt Belgii, & Cameracenſis agri caput; ſed a multis annis Hannoniæ annexa cum illo tractu. Gaudet duplici arce; eſtque permunita, ad fluvium Scaldim, 4. leucis a Duaco in auſtrum, & 7. a Fano S. Quintini. Archiepiſcopalis effecta fuit anno 1559. a Paulo IV. fruſtra reclamaute Remenſi Archiepiſcopo; eratque antea civitas Imperialis & libera: Sed diſtat a Samarobriva 8. leucis.

Aimo. Camaria, *Camargue*, inſ. Gall. Narbonenſ. ſive Provinciae ad oſtia Rhodani flu. Maritimę opp. proxima.

¶ Camaria dicitur, & meliùs, Caſtra Mariana & Campus Marii, ubi Marius caſtra habuit contra Cimbros, quos poſtea ibi maxima clade affecit. Nunc vulgò *la Camargue* dicitur. Eſt inter Rhodani oſtia & Arelatem; eſtque miræ fertilitatis in Provincia, 5. leucis à Maritima in occaſum.

Ptol. * Camarina, Camerina Liv. *Camarana* nunc, teſte
Plin. Faz. urbs Siciliæ (cum fluv. cognomine & palude) exciſa, anno poſt Romam 155. condita in ora auſtrali, inter Gelam ad occ. & Pachynum promont. ad ortum paulò ſupra 30. mill. paſſ. inter duos amnes proximos Vanum & Iporum, antiquiſſima, à Syracuſanis condita olymp. 45 anno poſt Syracuſas 135. à quibus poſtea everſa fuit. Apud illam claſſis Rom. Æmil. conſ. ingens naufragium paſſa eſt navibus, 384. amiſſis. Ejus mem. Virg. lib. 3. Æn.

Apparet Camarina procul, campique Geloi.

Cùm Camarinenſes paludem contra Oraculi reſponſum exſiccaſſent, viam hoſtibus urbis expugnandæ patefecerunt. Unde adagium, *Noli movere Camarinam*. Sic etiam *Camarinam movere* apud Lucian. proverbio dicitur, cùm quis ſibi malum accerſit, veluti Camarinenſes, qui contra Oraculum Camarinam moventes paludem, id eſt, exſiccantes, ut peſtem averterent, hoſtibus aditum patefecerunt, à quibus trucidati ſunt (* Μαχαρινα man. Seld.

Strab. Camarinum, Camerinum Anton. Camertes Plin. (ſed
Ptol. hi pop. ſunt non urb.) urbs Umbriae epiſc. in mont. juxta Piceni fines, à Septempeda urbe Piceni 10. mill. paſſ. Fulginium versùs 20. in merid. inter Nuceriam ad occ. & Tollentinum urbem Piceni ad ort. 15. Camertum mem. Sil. lib. 8.

Vel raſtris laudande Camers, his Sarſina dives.

Hinc Cameitinus, a, um, ut fœdus Camertinum apud Cic. in orat. pro Corn. Balbo.

Auſon. Camaves, Chamavi Tac. pop. Germ. inferioris, quorum urbs *Campen*, in Tranſiſalana reg. teſte H. Junio apud oſtium Iſalæ fluv. Suolæ urbi vicina, 1. leuc. diſtans, ultra Daventriam 5. Volenhoviam urbem Friſiae versùs 2.

¶ Camaves, ſeu, & meliùs, Chamavi, habitabant inter Cheruſcos, & Bracteros, prope Viſurgim fluv. ubi nunc pars epiſcopatus Monaſterienſis & Paderbornenſis. Vide Chamavi.

¶ Cambaja, *Cambaja*, urbs regni Cambajæ metrop. & emporium nobiliſſimum, quod idcirco Cairum Indiæ nuncupant, in ditione Magni Mogolis, cùm antea eſſet regnum proprium, dictum aliter regnum Guzaratae. Ipſa urbs gaudet portu capaci, diſtatque 50. milliaribus ab Amedebato in auſtrum; & ab ea ſinus Barigazenus dicitur ſinus Cambajae.

¶ Cambalum, *Cambalu*, urbs Tartariae, Arab. *Cham Balig* dicta; eſtque Catajæ caput, juxta fluvium Caramoranum. Sed de ipſa pauca dicuntur, ſatiſque incerta, quanquam vulgò credatur ampliſſima urbs & Tartariæ præcipua. Sed in ea pauci admodum Europęi penetrarunt. Sunt etiam quidam recentiores qui eam confundunt cum Pechino urbe primaria Sinarum.

Ant. Cambetis, ſive Cambate alibi, *Kaemps*, teſte Rhenano, oppid. Germ. ſuper. in Rauricorum & Sequanorum confin. in finibus Baſilienſium, à Veſuntione urbe Sequanorum 15. leuc. in ort. Baſileam propiorem versùs.

¶ Cambetis, *Kaemps*, ſeu *Kems*, vicus eſt Germ. in Suntgovia provincia, ad Rhenum fluvium, 6. mill. paſſ. infra Baſileam civ. & in ditione Francorum.

Cambodunum, *Baergen*, teſte Aventino, olim oppid. Ptol.
nunc pag. Vindelicorum, in Bavaria, apud Monachium Bavariae regiam, quam Petr. App. putat eſſe ipſum Cambodunum. Sed potiùs Cambodunum novum dici videtur, cùm Monachium ex reliquiis Camboduni exſtructum dici poſſit.

¶ Cambodunum aliis eſt Campodunum, caput Æſtionum, nunc *Kempten*, ad Ilarum fluvium, in Suevia. Vide Campodunum.

¶ Cambodunum, quod Ptolemæo Camulodunum & Bedæ Campodunum, teſte Camdeno, nunc *Ruines neeres Almonbury*, ruinæ quædam prope Almonburium viculum, in Eboracenſi agro, ubi Brigantes populi, ad amnem Calderum, prope Montes & confinia Darbienſis Comitatus.

¶ Camboja, *Camboja*, regnum Aſiæ, in india ulteriori, cum urbe cognomine, juxta fluvium *Mecon*. Habet ab Occidente regnum Siami, & ab Oriente regna Cocinchinae & Ciampae.

Camboricum, *Cambridge* Camd. & Talbotto, urb. Al-
bionis mediterr. in Anglia, academia, quae & Cantabrigia Latinè dicitur, à Londino 45. mill. Lincolniam Ant.
versùs in Bor. Comitat. Cantabrigienſis caput, in quo Elya urb. epiſc. proxima.

¶ Camboricum, ſeu Camboritum, quæ & Cantabrigia urbs, ſita eſt ad Camum fluvium, & diſtat a Londino 35. milliaribus Anglicis, et 10. ab Elya urbe, ab ora autem maris 28. mill. circiter.

¶ Camboritum, *Chambor*, caſtrum Galliae, cum palatio planè regio Bleſenſi agro, à Franciſco primo Rege ędificato, juxta amnem *Coaſſon*, 4. leucis à Bleſis in ortum Aurelias versùs.

Cambre, locus Campaniae, ad Gauri mont. radices, apud Puteolos urb. ubi balnea, *Campana* vulgò, teſte Jo. Juve.
Scoppa, et Franc. Lombardo. Cujus mem. Juvenalis ſat. 7.

Occidit miſeros Cambre repetita magiſtros.

Cambria, *Zambre*, reg. Britanniae in occ. vergens, Scrip.
Wallia poſtea dicta ab Anglia Sabrina fluv. diviſa, teſte Brit.
Pontico Virunio, * Cornubios, Demetas, et Silures pop. complectens, Ang. *Wales*. (* Camd. continet Demetas, Ordevices, et Silures.

¶ Cambria, *Zambre* Britannis, *Wales* Anglis, *pais de Galles* Gallis, pars eſt occidentalis regni Angliæ, aliàs regionem ſeparatam faciens, ſub Principibus, uſque ad Henricum III. Regem Angliae, cujus filius Eduardus primus Vvalliae Princeps dictus, uti & deinceps cęteri primogeniti Regum Angliae. Vide Vvallia.

Cambus, *Camb*, Laz. teſte, fluv. Germ. in Auſtria Egina.
Tranſdanubiana, in Danubium influens.

¶ Cambus, *Kamp*, fluvius eſt Auſtriae ſuperioris. Fontes habet versùs conf. Bohemiae, et in Danubium ſe exonerat infra Chrembſam opp.

¶ Cambuvii, montes Macedoniae, in Æmathia regione, Livio teſte, nunc *Voluzza* dicti. Plin.

Cambyſes fluv. Aſiae, per Albaniam reg. ex Cauca- Pomp.
ſo mont. in Cyrum fluv. influens, haud procul ab oſtiis in Caſpium mare.

¶ Cambyſes fluvius eſt Mediae, fontes habens ex Caſpio monte; et deinde rigata Atropatia regione, in mare Caſpium ſe exonerat, 80. circiter milliaribus ab oſtio Cyri in ortum; ſed non in ipſum influit.

Cambyſopolis urbs fuit Ciliciae epiſc. ſub Archiep. Ana- Lib.
zarbeno, ad Patriarch. Antiochenum ſpectans. Conc.

Camelodunum, *Duncaſter*, teſte Lhuydo, opp. Albio- Scrip.
nis, in Anglia, ad Dunium fluv. Brit.

¶ Camelodunum, *Duncaſter*, oppidum erat Brigantum, nunc autem Eboracenſis Comitatus, ad Dunum fluv. qui cadit in Abi aeſtuarium, 20. milliar. Anglicis ab Eboraco in auſtrum. Camelodunum aliis eſt Dunum.

¶ Camenecia, ſeu Camienicum, *Kamieniek*, urbs Poloniae permunita, caput ſuperioris Podoliae provin. epiſc. ſub Archiep. Leopolienſi, et cum arce valida inter rupes ſita, ſaepeque tentata à Turcis et Tartaris irrito conatu. Sedet juxta amnem Smotrzicum, qui paulò infrà cadit in Tyram; eſtque in confinio Moldaviae, 15. leucis à Baro in occaſum, et 30. a Leopoli in ortum. Dicitur etiam perſaepe *Kamienick Podelski* a Polonis. Incendio fœdè vaſtata fuit an. 1669.

Came-

Cameracum. Vide Camaracum, urbs Belgii præclara.

Camere, ager magnæ Græciæ, inter Sybarim & Crathim flum. ab Ovid. l. 3. faſt. memor.

Parvus ager; Cameren incola turba vocat.

¶ Cameriacum, ſeu Camberiacum, *Chambery*, urbs Galliæ Narbonenſis ſatis ampla, Sabaudiæ caput, & Senatus ſedes. In planitie ſedet, 2. leucis a lacu Burgetio, & 3. a Monmeliano in Boream, juxta amnem *Orbanne* dictum.

Camerina, urbs Siciliȩ. Vide Camarina. Sic Ovid. lib. 4. faſt.

Hinc Camerinam adiit, Tapſonque & Eloria Tempe.

Camerinum, urbs. Vide Camarinum. Hanc Theſ. Ling. Lat. in Piceno locat, cùm ſit urbs Umbriæ.

¶ Camerinum, *Camerino*, urbs erat Umbriæ trans Apenninum, nunc autem Marchiæ Anconitanæ, ſub dominio Summi Pontificis, ad pedes montium. Sedet media inter Maceratam & Spoletum, alias Ducatus titulo clara, 25. milliaribus diſtat à Fulginio in ort.

Camerium, Cameria Liv. & Halycarn. colon. & oppid. fuit Latii, cujus hodie nullum prorsùs exſtat veſtigium.

Camertes, pop. Umbriæ, nunc Camerinenſes. Vide Camarinum.

Camicus, Inycus Pauſ. *Longobardo*, teſte Faz. oppid. olim, nunc vic. Siciliæ in ora auſtrali & finibus Agrigentinorum, à Dædalo exſtructum, ubi fluv. ejuſd. nominis Vib. Seq. Leandro eſt *Camarata*, opp. longiùs hinc diſtans.

¶ Camicus urbs fuit Siciliȩ, in qua Cocalus regnavit, & circa quam Minos Cretenſis mortuus eſt. Nunc ſemidiruta jacet, in colle, & *Siculiano* dicitur teſtibus Brietio & aliis; fluv. autem cognominis nunc *Cannaro* ſeu *fiume delle Caane*, eſtque parvi momenti.

Camina, inſ. parva maris Ægæi, inter Sporades, à Platea 38. mill. paſſ. diſtans, teſte Plin.

Caminum, *Camin*, urbs Germ. epiſc. ſub Archiep. Gneſnenſi, al. ſub Magdeburgenſi, in ora Pomeraniæ, ad ſin. Balticum, Julino, cui ſucceſſit, finitima, à Stetino urbe reg. primaria 10. leuc. in Bor. & Cȩc.

¶ Caminum, *Camin*, urbs eſt Pomeraniæ ulterioris, antea ſub dominio proprii Epiſcopi, & nunc Electoris Brandeburgici, ad oſtium Oderæ *Druvenow* dictum, vix una leuca à mari Baltico, & 6. infra Stetinum, 3. autem à Treptavia. Sita eſt è regione inſulȩ Vollinæ, & ejus Epiſc. ſuffragabatur Archiepiſcopo Gneſnenſi.

Camirus, *Ferachio*, teſte Plin. una ex tribus urbibus Rhod. inſ. inter Lindum & Jalyſſum ad 40. ſtadia in ora ad ortum, à Camiro Herculis filio condita & nominata.

Camon opp. erat Palȩſtinȩ, à Legione 6. mill. paſſ. Ptolemaidem versùs, *Cimana*, teſte divo Hieronymo locus.

¶ Camonica, *Val Camonica*, vallis celebris Italiae, in ditione Veneta & agro Brixiano. Fluvio Ollio irrigatur, Brietio & aliis teſtibus, & monte Auriga à valle Tellina ſeparatur. Ibi tranſitus freqnens ex Helvetiis in Italiam; eſtque perlonga & ferax. Vide Camuni.

Campana via ab urbe in Faliſcos, teſte Vitruv. ducebat.

Campania cognomine felix *Terra di Lavoro*, reg. Italiæ, in regno Neapolitano, clariſſima urbibus & fertilitate. Cujus caput eſt Neapolis, urbium Italicarum maxima. Popui. Campani. Hinc Campanus nom. gent. Virgil. l. 10. Æn.

Et Capys; hinc nomen Campanȩ ducitur urbi.

Urbes Campania qua nunc exſtant.

Acerræ, *l'Acerra*.	Germani.
Ænaria, *Iſchia*.	Neapolis, *Napoli*, *Naples*.
Attella, nunc pro illa Averſa, *Averſa*.	Nola, *Nola*.
Calatia, *Cajazzo*.	Puteoli, *Pozzuolo*.
Calenum, *Carinola*.	Sueſſa, *Seſſa*.
Cales, *Calvi*.	¶ *Surrentum*, Sorrento.
¶ *Capua*, Capoa.	Teanum, *Tiano*.
Caſerta, *Caſerta*.	Venafrum, *Venafro*.
Caſinum, nunc Fanum S.	

¶ Campania felix pars eſt Italiæ, ſub qua nunc comprehenditur major pars Terrae Laboris, ut dicunt, vulgo *Terra di Lavoro*, Gallis, *Terre de Labeur*, in regno Neapolitano; eſtque regio admodum abundans, plana, & rigua. Alias terminabatur à ſeptentrione Samnio, ab oriente Hirpinis, ab occidente Latio, & à meridie mari Tirrheno.

¶ Campania, *la Champagne*, provincia perampla regni Franc., ſub qua continentur agri Retelenſis, Remenſis & Baſſiniacus, et pars Briae tractus. Habet a Sept. Belgium, ab oriente Lotharingiam, ab occidente Iululam Franciae, et a meridie Burgundiam, Ejus caput Trecae. Irrigatur autem fluviis Sequana, Matrona, Axona, et Albula.

¶ Urbes Campaniae Gallicae.

Barium ad Albulam, *Bar ſur Aube*.	Moſonium, *Mouſon*.
Calvomontium, *Chaumont*.	Nogentium ad Sequanam, *Nogent ſur Seyne*.
Carolopolis, *Charleville*.	Provinum, *Provins*.
Caſtrum Theodori, *Chaſteau Thierry*.	Remi, *Reims*.
Catalaunum, *Chalons ſur Marne*.	Retelium *Retel*.
Fanum S. Deſiderii, *S. Dizier*.	Rupes Regia, *Rocroy*.
Janvilla, *Joinville*.	S. Menehidis, *S. Menehou*.
Lingones, *Langres*.	Sedanum, *Sedan*.
Maceriae, *Mezieres*.	Sparnacum, *Eſpernay*.
Melda, *Meaux*.	Trecae, *Troyes*.
	Victriacum Francicum, *Vitry le Francois*.

¶ Campania Romana, vulgò *Campagna di Roma*, provincia Italiae, ſub dominio Summi Pontificis. Continet majorem partem Latii antiqui, et terminatur a ſeptentrione Aniene fluvio, ab occidente Tiberi fluvio, à meridie mari Mediterraneo, et ab oriente Liri fluvio et regno Neapolitano. Ejus caput Roma; ibique aliàs Latini, Volſci, Rutuli, et Henrici. Vide Latium.

¶ Campania, *Campagna*, urbs regni Neapolitani, in Principatu ulteriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, ſed unita Satrianenſi epiſcopatui; eratque antea Principis Monoeci, 10. milliaribus diſtat à Salerno in ortum, et 11. ab ora littorali maris Mediterranei etiam in ort.

Campania, *Campen*, teſte Siml. opp. Valeriae, in Stiria, ubi et Campona legitur. Sed Laz. eſt opp. Hungariae *Theten*, Budae propinquum, ad 2. leuc. in auſtrum. *& al. Ant.*

¶ Campi, *Campen*, urbs Belgii, in Tranſiſallania provincia, ad Iſalam fluvium, qui mox cadit in mare Auſtrinum Vix. 2. leuc. diſtat a Zuvolia in ortum, et 7. leucis infra Daventriam, in ditione Hollandorum.

¶ Campianum, *Campiano*, oppidum munitum Italiae, prope Tarum fluvium, ad radices Apennini, et in Principatu vallis Tari, ſub dominio Ducis Parmae, 12. milliaribus Italicis ab Appua in Boream, & 6. à Burgo vallis Tari in auſtrum.

Campi lapidei, ſaxoſi Strab. *La Crau*, locus Gal. Narbon. in Provincia, inter Maſſiliam, Arelatum & apud oſtia Rhodani, ubi opp. S. Heliȩ, ab Aquis Sextiis 8. leuc. à Maſſilia 9.

¶ Campi lapidei, ſeu Herculeus campus, regiuncula eſt Provinciȩ lapidibus obducta, Rhodanum fluvium & Stagnum Aſtromelam, ubi aliàs Anatili populi; ibique nunc Salone oppidum præcipuum: Sed nullum S. Heliæ oppidum, quod ſciam, neque vicus; forſan perperam pro Salone, ut videre eſt ex loci diſtantia.

Campi Macri, al. cod. Nacri, locus Gall. Ciſpadanæ, *Strab.*
inter Mutinam & Parmam, *Val de Montirone*, teſte Leandro; qui locus inter Carpum & Mirandulam viſitur. *Liv.*

¶ Campinacum, ſeu Compiniacum, *Coſnac*, urbs parva Galliȩ, in Inculiſmenſi provincia, ad Caranthonum fluvium, Spondano teſte. Vide Conacum.

¶ Campinia, *Kampenland*, tractus Belgii, in Brabantia & in Tetrarchia Boſcoducenſi, ſub dominio Batavorum, ubi oppidum Endovia, inter Boſcumducis, Gueldriam ſuper. & dominium Leodienſe.

Campi Phlegræi, Forum Vulcani, *la Solfatara*, locus *Plin.*
Campaniæ, inſtar theatri collibus cinctus, prope Puteolos urb. ignes perpetuo emittens, ac ſulphur gignens. *Strab.*

Campi veteres, locus Lucaniae, nulla re niſi morte Gracchi memorabilis. *Liv.*

Campodunum, poſtea Campidona, *Kempten*, teſtibus Welſero & Pyramio, urbs Rhaetiae libera, et abbatia inſignis, in Svevia, inter Ulmam ad Bor. 9. et Curiam ad auſtrum 14. leuc. ab Auguſtia Vindelic. 10. Memingae finitima, 4. leuc. diſſidens. Sunt qui *Munchen* urbem Bavariæ indigitent, ſed M. Welſero indigenæ fides habenda: deinde apud Monachium Cambodunum fuit, non Campodunum. *Ant.*

¶ Campodunum, ſeu & Cambodunum, omnibus eſt *Kempten*, urbs Germaniæ, ad Ilarum fluv. 5. leuc. Germ. a Memminga in auſtrum, 17. à Curia in Boream, & a Conſtantia 14. in ortum.

Vet. Inſcr. Campolatum in literis Pontificiis opp. eſt, quod veterib. Ad columnas dictum putatur, & nunc Gambolatum, vulgò *Gambulo*, apud Viglebanum urbem, ad 2. mill. paſſ. diſtans.

Ant. Campona, *Keppel*, teſte Siml. pag. Pannonię infer. ad Danubium prope Budam urb. Sed Laz. cui magis fido, eſt *Theten* pag. inter Budam & *Keppel* 2. leuc. Niſi ſit *Koppan* urbs non obſcura, ab Alba Regali 5. leuc. in merid. Vide Campania.

Plin. Camponi, pop. apud Plin. in Aquit.

¶ Campoveria, ſeu Veria, *Veer*, & *Campvveer*, oppidum Belgii, in Valachria inſula Zelandiæ, ubi Scaldis fluvius in Oceanum Germanicum ſe exonerat, cum portu & arce ſub dominio Principis Auraicenſis; paret tamen Batavis.

¶ Campſani, Germaniæ populi Ptolemęos quorum, ſedes fuit inter urbes *Brunſvvick* & *Werningerode*, in Saxonia inferiori, versùs Chatto, teſte Cluverio.

P. Vict. Campus Martius, locus urbis Romę, adhuc vulgò *Campo Marzo* nominatus, olim extra urbis mœnia, poſtea intra, omnium aliorum maximus.

P. Di. Campus Merulæ, locus Pannoniae infer. Germanis *Amſerfeldt* & *Amelsfeldt*, Hungaris *Rigomozeu*, Turcis verò *Coſſovo*, quaſi campus anſerum, ſeu *Caſſou*. Vide Merulæ campus.

Ptol. Camudolanum, Camalodunum Tac. Camolodunum Anton. Camulodunum Dioni, *Colcheſter* Lhuydo, Camdeno autem *Maldon*, à Londino 48. mill. Yermouthum in Cęc. ſeu Norvicum in Cæciam versùs totidem, Legio Victricenſis, & Nicephoria ex antiq. inſcrip. Hic confundi videntur Camudolanum, Camulodunum, & Camalodunum. Al. Camudolanum eſt *Northampton*, urbs & Comit. in Trinobantibus, inter Buckingam & Stanfordiam opp. 20. mill.

¶ Camudolanum, ſeu Camulodunum et Camalodunum, oppidum Trinobantum, in Britannia. Nunc eſt *Maldon*, oppidum Eſſexiae provinciae, ad amnem Chelmerum, 8. milliaribus Anglicis à mari Germanico, & totidem à Colceſtria in auſtrum.

Tac. Ptol. Camulodunum, Camalodunum Plin. Cambodunum Anton. colon et opp. Albionis, in Brigantibus, *Weſtcheſter* Talboto, ſed Camd. *Almondbury* in Comit. Eboracenſi, à Londino 52. mill paſſ. Eboracum versùs in Boream ex itin. Ant. *Colcheſter* ab Humfredo indigitatur.

¶ Camulodunum, nunc ruinæ prope *Almondbury* viculum. Vide Cambodunum.

Plin. Camuni, pop. Alpini, in Venetiæ, ſeu Cenomanorum Rhætorumque conf. quorum reg. *Val Camonica* nunc dicitur, in agro Brixienſi.

Diod. & al. Plin. Cana, opp. in reg. Arabiæ fel. thurifera, quæ adhuc, teſte Rhamuſio, *Canacain* nominatur.

Cana, Canna Melę, Cęne Ptol. opp. Æolidis cum prom. cognomine, contra Methymnam urbem Lesbi inſ. porrecto.

Ioſeph. Cana item, opp. Galilęę, adhuc nomen ſervans antiquum, apud Nazareth urb. exciſam, inde 4. mill. paſſ. in occidens Ptolemaidem versùs ad 12. in littore diſtantem.

¶ Cana Galileæ infer. opp. erat in Tribu Zabulon; ibique aqua in vinum mutata fuit à Salvatore noſtro J. C. ut docet ſacra Scriptura.

¶ Canada, *le Canada*, pars Americæ ſeptentrionalis. Vide nova Francia.

¶ Canada, fluvius Americæ ſeptentrionalis, *riviere de Canada*. Vide fluv. S. Laurentii.

Prov. Rom. Canadium, & Cenadium, *Chonad*, urbs Jazigum in Hungaria, ad Tibiſcum fluv. in Moriſſena reg. epiſc. ſub Archiep. Colocenſi, inde 12. leuc. in ortum Lippam versùs 6.

¶ Canadium, urbs Hungariae, ſedet juxta fluvium *Mericz*, qui paulò infrà cadit in Tibiſcum; eſtque Comitatus Conadienſis caput, in ditione Turcarum, versùs confin. Tranſylvanię, 3. leucis Germanicis à Segedino in ortum, & 16. a Colocza.

Ptol. Canagora, *Canago* Caſtal. *Cangigu* Mercat. urbs Indię citer.

Ant. Canalicum, *Caralupo*, teſte Siml. pag. Liguriae inter aquas Statiellas 30. & Vada Sabatia 12. mill. paſſ. Al. eſt *il Cairo* opp. ejuſdem tractus, à Savona urbe 7. mill. Aquas praedictas versùs.

¶ Canalicum eſt *Cairo*, caſtrum Italiae, ad Bormiam amnem, in Ducatu Montisferrati & prope Apenninum, medium inter Finarium & Aquas Statiellas, 10. mill. à Savona in Boream.

¶ Cananorium, *Cananor*, urbs Indiæ citerioris, in ora Malabarica, antea ſub dominio Luſitanorum, ſed a Batavis capta hiſce ultimis temporibus, 10. leuc. Hiſp. diſtat a Calecuto in Bor. eſtque regni cognom. cap.

¶ Canara, *Canara*, regio Indiae citerioris, inter montes & oram littoralem Oceani Indici versùs occaſum, in ditione Regis Biſnagaris, inter Malabariam & regnum Deani, ubi regna Onoris, Baticalae in ora, & Gorcopae in mediter. Hinc etiam Lingua Canarina in Indiis uſitatiſſima.

Plin. Ptol. Canaria, una ex inſ. fortunatis, caeteris major, ac nomen antiquum retinens *la Canaria*, ſic à canum multitudine & magnitudine dicta, in mari Atlantico, à Madera 70. leuc. Hiſp. in merid. diſtans. Hic ſedes eſt Epiſcopi, & conventus juridicus omnium Fortunatarum. Canarii verò pop. ſunt Africae, quorum mem. Pl. l. 5. c. 1.

¶ Canariae, *les Canaries*, inſulae ſunt Africae, in mari Atlantico, alias Fortunatae dictae, ſeptem numero majores, quarum praecipua etiam *Canaria* dicitur, uti antiquitus: Aliae ſunt *Teneriffa*, quae alias Nivaria, omnium major, *Forteventura*, antea Capraria & Caſperia, *Lancerotta*, antiquitus Centuria, *Gomera*, alias Theode, *inſula Ferri*, antea Pluvialia, & *inſula Palmę*, quae Capraria etiam dicebatur. Detectę fuerunt a Joanne Betancurtio nobili Gallo anno 1346. parentque Regi Hiſpaniae. Ipſa Canaria diſtat 90. milliaribus ab ora proximiori Africae in occaſum, & 260. ab inſula Madera in auſtrum; habetque urbem cognom. cum arce & portu versùs orientem inſ.

Strab. Ptol. Canaſtræum, *Capo Caniſtro*, & al. *Capo Crio*, prom. Macedoniae, in ora ad ortum, & ad Thermaicum ſin. apud Caſſandream, ubi ſin. Toronaeus incipit, a Theſſalonica 50. mill. paſſ. in ortum.

Ptol. Canatha urbs fuit Cœleſyriae epiſc. ſub Archiep. Boſtrenſi, Philadelphiae finitima, ab ea in Eurum recedens.

¶ Canatha urbs erat Decapol. 15. mill. à Philadelphia in Boream, & 12. à Boſtra in occaſum.

¶ Canavenſis tractus, *il Canaveſe*, regiuncula Italiae, alias Montisferrati pars, nunc autem Pedemontio attributa, pace ad Claraſcum confecta anno 1631. eſtque inter Eporediam urbem & Padum fluv. versùs Clavaſium.

¶ Cancius, *la Canche*, fluvius Galliae, in Picardia provincia. Hedinum alluit, atque infra Monſtrolium in Oceanum ſe exonerat. Vide Quentia.

Candaeenſis vicus, et Candaeum, *Cande*, oppidulum Galliae, ad Ligerim fluvium, ubi recipit Vigennam; ibi D. Martinus Turonenſis Epiſcopus ultimum diem clauſit; eſtque provinciae Turoniae, ſed in limite Andegavenſi.

¶ Candahara, *Candahar*, regio Aſiae, cum urbe cognomine, in Perſia alias, nunc ſub imperio Magni Mogolis à multis annis. Urbs ipſa eſt permunita, intra montes, 50. leucis Germanicis ab urbe *Balch* in auſtrum, & 60 ab Indo fluvio.

¶ Candalia, *Kendale*, urbecula Angliae, in Veſtmaria regione. Vide Concangium.

Vet. Inſcr. Candamius mons, *Candannedo*, teſte Mariana, mons Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum, inter Legionem & Ovetum urbes occurrens.

Steph. Candara, *Candari*, ſeu *Canduraje*, teſte Leuncl. opp. Paphlagoniae, Gangris finitimum, ab eis 12. mill. paſſ. ſeu tribus ſchœnis.

Cæſ. Cic. Candavia, reg. Macedoniae ad occaſ. ubi montes Candaviae dicti, & urbs ejuſdem nominis epiſc. ſub Archiep. Dyrrachino, & ſaltus Candaviae à Scardo monte initium ſumentes in auſtrum extenſi, à Dyrrachio 79. mill. paſſ. diſtantes. Horum montium & ſaltuum mem. Luc. lib. 6.

Terraque ſecutus
Devia, qua vaſtos aperit Candavia ſaltus.

¶ Candavia *la Canovia* etiamnum dicitur; eſtque regiuncula Albaniae, intra montes, ubi incolae plerumque Chriſtiani.

¶ Candeae, *Candea* et *Candy*, urbs Indiae citerioris, in inſula Ceylani, regni cognominis caput, in meditullio inſ. eſtque urbs ampla et totius inſulae facilè primaria, 100. mill. paſſ. a Columbo in Boream, et 50. à Trinquimalia in occaſum.

¶ Candelarus, *Candelaro*, fluvius Italiae et regni Neapolitani, in Capitanata provincia. Oritur ex Apennino monte, et in mare Adriaticum ſe exonerat prope Manfredoniam.

¶ Can-

¶ Candis, *la Candie*, inſula celeberrima maris Mediterranei, cum urbe primaria cognomine. Vide Creta.

¶ Candia, *Candia* Italis, *Candie Gallis*, urbs archiepiſcopalis & primaria Cretæ inſulæ, quæ ab ea nunc denominatur Candia: urbs ipſa ſatis ampla eſt in ejus ora Boreali, atque permunita, utpote quæ ab aliquot annis Turcarum impetus fortiter ſuſtinet, quamque validè tuentur Veneti. Portum habet commodum, arcem & armamentarium inſtructiſſimum. Diſtat à Rhitymna 35. milliaribus in ortum, & à Spinalunga 40, circiter in occaſum, alias Matium dicta, teſte Pineto. Vide Matium.

¶ Candia nova, *Candia nuova*, arx permunita Cretæ inſulæ, à Turcis excitata à paucis annis, prope Candiam urbem inſulæ primariam, ut facilius Venetos coercerent. Vix 3. mill. diſtat à Candia. Nunc ferè diruta jacet ab anno & ultra.

Candida caſa, *With-hern*, urbs Albionis, in Scotia, epiſc. ſub Archiep. Glaſquenſi, inde 30. mill. in occ. in Gallovidia reg. Vide Lucopibia. Appellatur etiam S. Ninianus de S. Niniani Epiſcopi ſui nomine.

¶ Candida caſa, *With-hern*, diſtat à Glaſcoa 43. milliaribus Scoticis in auſtrum; eſtque in ora maris Hibernici, ex adverſo Monae inſulae, a qua 18. milliaribus Anglicis diſtat in Boream; gaudetque portu utcumque commodo.

Candidum, *Capo ferrato* Merc. prom. Africæ, Tretum Ptol. Tritum Strab. inter Collopem magnum & Collopem parvum, Ruſicadæ opp. proximum.

Candollica, Candalica Anton. *S. Vito*, ſeu, Germ. *S. Veit*, opp. Norici, in Carinthia præcipuum, inter Villacum 6. & Friſacum 4. leuc. à Clagenfurto 2. Aliis Canariaca lib. Not. dictum putatur. Sed hæc apud Judemburgum fuit, teſte Lazio.

¶ Candollica nunc eſt Fanum S. Viti, oppidum ex præcipuis Carinthiæ, ad confluentes fluv. *Vvilicz* & *Gan*, 5. leucis à Dravo fluvio in Boream, & 4. à Gurchio in auſtrum, dicta fuit etiam Norejo antiquitus, ut quidam exiſtimant.

Candys, urbs Mediç mediterr. quam Niger *Cremani* dici opinatur, apud Caduſios in Atropatia.

Cane, *Cayem* in tab. recent. urbs & empor. Arabiæ fel. in ora maris rubri ad ortum, ab Arabiæ emporio (ſive, ut nunc vocant, ab Aden) 93. leuc. Hiſp. in Cæciam.

¶ Cane, oppidum Arabiae felicis, nunc *Caxem* dicitur; eſtque in ora maris Arabici, 17. leucis Hiſpanicis à Fartachio urbe in occaſum, & 70. ab Adeno in ortum. Hinc Cane promontorium in ora viciniori.

¶ Canea, *la Canea*, urbs Cretae inſulae, munita & epiſcopalis, in ora Boreali inſulae, capta à Turcis anno 1646 Vide Cydonia.

Canelate, *Scalla di Canello*, opp. Corſicae, in ora Boreali, quod nunc *le Canelle* vicus aliis dicitur, in ora ortiva apud Sacrum prom. & Centurinum opp. Al. verò *Caneri* opp. inter Centurinum ad ſeptentr. & Arcem S. Florentii in auſtrum, quod magis probo. Canelaten enim Ptol. poſt Sacrum prom. & Centurinum deſcribit.

¶ Canelate, ſeu & Canelata, & Canellata, nunc eſt *S. Fiorenzo*, urbs Corſicae ſatis munita, in parte ſeptentrionali inſ. ad mare, in planitie. A Baſtia diſtat 6. milliaribus in occaſum, 18. à Sacro promontorio, teſtibus Sanſone & Brietio, & 9. a *Capo canela*, in auſtrum, & paulò minus à vico Caneri.

Canentelus, fluv. Aquitaniae. Vide Caranthonus.

¶ Canetum, *Caneto*, oppidulum Italiae, in Ducatu Mantuano, ubi Cluſius in Ollium ſe exonerat; eſtque medium inter Mantuam & Cremonam, aliàs Bedriacus vicus.

Canganorum, Cangorum Tac. *Gogarth*, teſte Humfredo, & Lhuydo, ſive *Gannock* eidem; Brittannicè *Diganwy*, promon. Albionis in Vvalliae orae occid. apud Caerdiganum opp. inter Arvoniam opp. ad ort. & Meneviam urb. ad occ. ad 20. mil. Al. legunt Ganganorum, caſus eſt genit. plur. (Camden. incolis *Lhein* vocatur, in Arvonia Comitat. illa autem *Gogarth*, *Gannock*, & *Diganwy*, de Dicto prom. Boreal. ejuſd. reg. interpretatur.

¶ Canganorum promontorium, ſeu Canganum, promontorium eſt Angliae, in Vvallia & Arvonia provincia; Speedo teſte, eſt *Braychypult point*, ad auſtrum dictæ provinciae, ex adverſo *Bardſey* inſulae, quanquam alii credant eſſe *Penvenkele point*, 2. milliaribus a priori promontorio, non autem *Lhein*, ut Camdenus credit; & 24. milliaribus Anglicis diſtat ab Arvonia in auſtrum.

Canicae valles, *Cangas*, opp. Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum.

¶ Canigus mons, *Mont Canigo*, unus et Pirenaeis, dictus etiam Candidus, inter Comitatum Ruſcinonenſem & Cataloniam, versùs Confluentes.

Canineſates, Cannuneſates Plin. *Kennemerlandt*, teſte B. Rhenano, pop. Batavorum, in Hollandia, quorum tractus ſic vocatur: in quo Goricum opp. *Tac.* *Pater.*

Canini, *Griſoni* Italis, *Graupundtner* Germanis, pop. Rhaetiae, quorum metrop. ſeu urbs primaria Curia ad Rhenum. Sic campi Canini dicitur tractus Rhaetorum. *Marce.*

Caniſia, *Caniſſa*, & *Caniſia*, *Caniſcha* Ortel. oppid. cum arce munitiſſima Pannoniae ſuper. in Hungariae & Stiriæ conf. intra paludes, Chriſtianis annis ſuperioribus erepta, apud Olimacum opp. inter Waraſdinum ad auſtrum, & caſtrum ferreum in Bor. 4. leuc. diſſitum, à Petovione 3. in ort. *Marce.*

¶ Caniſia, *Caniſe* Gallis, Ducis Mercurii fortitudine alias celebris, arx eſt Turcarum in Hungaria prope confinia Stiriæ provinciç. 3. leucis Germanicis à Savo fluvio diſtat, 2. à Mura, & 12. ab Alba regali; eſtque intra paludes.

Cannæ, urbs (non vicus, ut in Theſ. Ling. Lat.) Apuliæ Peucetiæ exciſa apud Canuſium & Aufidum fluv. à Barolo 6. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, pugna inter Hannibalem & Romanos, ac Romanorum cæde memorabilis. Manet epiſcopatus, qui ab Archiep. Nazareno Baroli exercetur. Pop. Canneuſes Plin. Cannarum mem. Luc. lib. 7. *Liv.* *Plin.*

Conſulis, & Libycæ ſuccenſae lampade Cannę.

Et Claud. de vict. Stil.

Et Trebiam ſævo geminaſſent funere Cannæ.

Fuit & Canna urbs Lycaoniæ epiſc. ſub Archiep. Iconienſi.

¶ Cannæ urbecula fuit Italiæ, in Apulia Peucetia, ubi Romani victi ab Hannibale, 40. militum millia perdidere. Nunc ejus tantùm ſuperſunt rudera; diciturque *Canna deſtrutta*. Eſt in agro Bariano, prope Aufidum fluvium, 5. milliaribus infra Canuſium, & 6. tantùm ab ora maris Adriatici. Sed nullus ibi ineſt epiſcop.

Canobium opp: Iuſubriç eſt frequens gentis Borrhomaeae, in ora lacus Verbani, inter Pallantiam & Locarnum ad 15. mill. paſſ. diſtans. *Ant.*

¶ Canobium, *Canobio*, caſtrum eſt Ducatus Mediolanenſis, in ora orientali lacus Verbani, in confinio Griſonum, 6. milliaribus a Pallantia in Boream, & totidem à Locarno in auſtrum.

Canonium, *Canondem*, teſte * G. Camd. opp. olim nunc pag. Albionis, Angliæve mediterr. in Eſſexię reg. à Londino 44. mill. paſſ. inter Cæſaromagum 12. & Camulodunum 9. (* Camden. verò eſt *Chelmerford* vel *Chensford*, oppid. Eſſexiæ ad Chelmerum fluv.

¶ Canonium & Canovium, oppidum Trinobantum, in Anglia, nunc vicus *Canvvidon*, in Eſſexię Comit. ad amnem Crouchium, qui paulò infra in mare Britannicum ſe exonerat, 5. milliaribus a Ralegho in ortum, & totidem a Tameſi in Boream, 35. autem milliaribus Anglicis a Londino in ortum.

Canopus, apud al. Canobus, *Bochir* Zieglero, ſive *Bichieri* al. urbs Ægypti olim epiſc. apud oſtium Nili, ex ea Canopicum appelatum, Heracleoticum Ptol. Naucratium Plin. ab Alexandria 2. mill. paſſ. in ort. diſtans patria Claudiani Poetę. Mem. ejus inter alios Ovid. lib. 15. Metam. ad finem: *Hirt.* *Strab.* *Plin.* *& al.*

Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.

Juven. ſat. 15.

Barbara famoſo non cedit turba Canopo.

Canopus item, inſ. parva oſtio Canopico objecta.

Canovaci, pop. Britanniæ 2. i. e. Scotiae, in ora occidua; quorum reg. ampla *Lennoſia*, *Argadia*, & *Lorna*, *Lennox*, *Argile*, & *Lorne* putatur, teſte Lhuydo. Sed apud Ptol. Carnonacae pop. leguntur, longè ab hoc ſitu diſtantes; nam poſt Epidios & Cerones eos locat, deinde Cornalios orientaliores deſcribit. *Ptol.*

¶ Canovaci, ſeu & Carnovacae, populi fuere Scotiæ, ubi nunc Roſſia provincia, ad oram occidentalem, teſtibus Sanſone & aliis.

¶ Canſtatum, *Canſtat*, urbecula Germaniae, in Ducatu Wirtembergico, ad Nicrum fluvium, prope Stugardiam, & vix una leuca infra Eslingam.

Cantabri, pop. Hiſp. Tarracon. ad Oceanum Borealem, qui Cantabricus nominatur, incolentes inter Vardulos ad ort. & Aſtures ad occ. quorum reg. Cantabria Plin. *Biſcaja*, ſeu *Biſcaya* Aug. Cur. et al. de quibus Luc. lib. 6. *Cæſ.* *Plin.* *Liv.* *& al.*

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

Claud.

Claud. de laud. Serenæ:

Cantaber Oceanus vicino littore gemmas
Exſpuit.

¶ Cantabri erant inter Aſtures ad occaſum & Antrigones ad ortum, & juxta Oceanum ubi nunc Biſcaja pro majori parte, & pars Aſturiæ Santillanæ. Hinc Cantabria, *la Biſcaje*, quę cùm late ſumitur, continet etiam Autrigones, Cariſtos, & Vardulos; & hinc etiam Oceanus Cantabricus. Eorum primaria fuit Juliobriga, ad Iberum fluvium.

¶ Cantabriam urbem alias Cantabrorum primariam fuiſſe in Hiſpania Tarraconenſi, ejuſque etiamnum rudera conſpici ad Iberum fluvium ſupra Logronnum urbem, in confinio Navarræ, pluries mihi narravit Sebaſtianus Mongelos vir doctiſſimus illius tractus. Sed de hac urbe magnum eſt ſilentium inter Scriptores illius temporis.

Beda. Cantabrigia, *Cambridge*, opp. & academia Angliæ præclara, à Londino 44. mill. paſſ. plùs minus in Bor. diſtans. Vide Camboricum.

¶ Cantabrigienſis Comitatus, provincia Angliæ, vulgò *Cambridge Shire*, cujus caput Cantabrigia, eſt inter prov. Lincolniam, Norfolciam, & Suffolciam.

¶ Cantazara, *Cantazaro*, urbs Italiæ & regni Neapolitani, in Calabria ulteriori, versùs oram maris Jonii ad 4. milliar. Vide Catacium.

Ptol. * Canthapis, *Calecut*, teſte Nigro, urbs Indiae citer. in ora occid. urbs ampla hodie Luſitanis vectigalis, cujus Rex olim omnibus Regibus Indiae prędictae imperabat. (* manuſc. Selden. Χαρϑαπις.

¶ Canthapis quid ſit nunc, non bene conſtat. Calecutum enim eſt Muſiris emporium.

Ptol. Canthi, *Golfo di Cambaja*, teſte And. Roſend. ſinus Indiae citer. apud oſtium Indi fluv. orientale.

¶ Canthi ſinus, Sanſone & aliis teſtibus, eſt nunc ſinus Indicus, *Golfe de l'Indie*, Luſitanis *Golfo dello Indo*, quia in eum ſe exonerat Indus fluvius, in ditione Magni Mogolis; & a quibuſdam dicitur etiam ſinus Resbutarum a Resbutis populis in eo tractu degentibus; eſtque in regno Guzaratarum. Sed longè diſtat a Cambajae ſinu in occaſum, qui alias Barigazenus dictus fuit.

Cantiera, *Cantyr*, provincia Scotiae meridionalis, in modum peninſulæ extenſa, & in mare Hibernicum excurrens, ubi Dunowertium oppidum praecipuum, & Tribartia etiam urbecula.

Ptol. Canticœbis, *Amberg* ex P. App. conjectura, urbs Germ. in Nariſcis, hoc eſt, in Nortgoja, reg. primaria, aliquando Principum ſedes, ad Nabum fluv. à Ratiſpona 8. leuc. in Bor.

Cæſ. *Ptol.* Cantium, Cantia Bedæ, *Kent*, reg. Albionis ſive Angliae, in ora orientali, cum meridionali proxima, contra Galliam Belgic. inde Icio portu & Geſſoriaco 30. mill. paſſ. diſtantem, porrecta, ubi Cantium promont. *Noriforeland*, teſte Ortel. quod ab Antiveſtaeo Cornubiae maximè occiduo 320. mill. paſſ. recedit in ort. Hujus reg. metrop. eſt Cantuaria urbs archiep. à Londino ad 45. mill. diſtans, in medio Roffa urb. ſub qua metropoli 25. urbes epiſcopales continentur.

¶ Cantium provincia eſt Angliae, aliàs regio titulo decorata. Habet à ſeptentrione Eſſexiam, ab occidente Surriam, a meridie Suſſexiam, & ab oriente Oceanum Germanicum. Ibi urbes Cantuaria, totius provinciae caput, Roffa, Dubris, Sandvicus, & Graveſinda.

¶ Cantuaria, *Canterbury* Anglis, *Cantorbery* Gallis, *Cantuaria* Italis, urbs eſt archiepiſcopalis Angliae, in Cantio reg. ad Sturam fluvium, ſub qua 21. Epiſcopi. Diſtat à mari 5. milliaribus Anglicis, & 15. a Dubri in occaſum. Vide ſupra Cantium.

Ptol. Canuccis, *Sargel*, teſt. Marm. aliis *Cercel*, opp. Maurit. Caeſarienſ. in ora littorea, inter Juliam Caeſaream ad occ. & Apollinis prom. ad ort.

¶ Canum, *Cano*, regnum Africae, in Nigritia regione, cum urbe cognomine, non longe à Nigro fluvio. Sedet urbs ipſa juxta lacum, eſtque ex præcipuis totius regionis.

Cic. *Strab.* *Plin.* *& al.* Canuſium, Cannuſium Liv. *Canoſa*, urbs Apuliae Peucetię, apud Aufidum fluv. à Cannis excifis, 3. mil. paſſ. diſtans, à Barolo 8. in auſtrum, epiſc. ſub Archiepiſ. Barenſi, inter Barium ad ort. & Aſculum ad occ. 35. mill. paſſ. circiter diſſitum. Hinc Canuſinus nom. gent. Mem. illius Hor. li. 1. ſerm.

Nam Canuſi lapidoſus ager, non ditior urna:
Qui locus à forti Diomede eſt conditus olim.

Martial. lib. 14. epigr. 125.

Hęc tibi turbato Canuſina ſimillima mulſo.

Hor. lib. 1. ſerm. ſat. 10.

Verba foris malis, Canuſini more bilinguis.

¶ Canuſium, *Canoſa*, urbs alias Apuliae Peucetiae, nunc agri Bariani, 5. milliaribus à Cannis exciſis, & 10. a Barulo in occaſum. Sita eſt in colle, non procul à vetere loco. Ejus epiſcopatus unitus eſt Barienſi Archiepiſcopatui.

Capara Capera Plin. cui pop. Caperenſes, *Caparra* teſte Cluſ. urbs Hiſp. Luſit. in Extremadura jacens, inter Emeritam & Placentiam in Bor. quaſi media occurrens. *Ant.* *Ptol.*

Capedunum, *Capeſtein & Capſenberg*, teſte Laz. opp. Scordiſcorum, in Pannonia fuit, cujus adhuc manent veſtigia. *Strab.*

¶ Capella, *la Capelle*, arx munita Galliae, in Picardia regione & Tiraſcia tractu, vix una leuca ab Oeſia fluvio, 4. leucis ab Avenna in auſtrum, & 5. à Guiſia in ortum. Sedet in confinio Hannoniae, & erecta fuit ultimo ſeculo contra Belgas.

Cappellatium, quod & Palas, *Pfaltz*, reg. Germ. ſuper. quae, teſte Rhenano, Palatinatus nominatur, ab eoque denominatur Comes Palatinus unus ex 8. Imperii Electoribus. Metropolis eſt Heidelberga urb. & acad. à Spira 3. leuc. in ort. Al. eſt *Bergſtraſs* vel *Bergſtras*, tractus inter Francofurtum & Heidelbergam, teſte Munſt. *Amm.*

Capena, Capinna Steph. *Canapina*, oppid. Hetruriæ, in mont. Cimino proxim. Viterbio ad 4. mill. paſſ. Caprarolam & Nepitam versùs. Quod Ortel. malè in Latio apud Tiberim locat, & apud Apenninum mont. Pop. Capenates, & Capenus nom. gent. Virg. lib. 7. Æn. *Liv.* *Plin.*

Et Cymini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

¶ Capena, *Canegina*, caſtrum eſt Status Ronciglionis, in ditione Pontificia, 32. milliaribus ab urbe Roma in Boream, & 7. circiter à Viterbio, quot à Caprarola.

Capena item, porta urbis Romae, *Porta di San Sebaſtiano*, ſic dicta à Capena opp. exciſo apud Lucum Feroniae, cujus pop. ſaepe à Liv. memorantur Capenates: Dicta eſt & Fontinalis à multitudine fontium. Ibi Capenas fluviolus à Sil. memoratus lib. 13. *Ovid.*

Et ſacer humectat fluvialia rura Capenas.

Portae mem. Ovid. lib. 6. faſt.

Appoſitum dextrę porta Capena vię.

Caper. Vide Caprus.

Capernaum, Capharnaum in ſac. liter. ſic vulgò apud Europaeos, *Jefferkin* Turcis, & *Reyme* incolis, teſte Juſto Giſtello, urbs Palaeſtinae olim epiſc. in Galilaea ad oram Borealem lacus Geneſarae, à Scythopoli urbe in ora ejuſd. lacus auſtrali 12. mill. paſſ. nunc prorsùs deſerta. Mem. illius Juvenc. lib. 3. in finib. Zabulon & Nephtali. *Ptol.*

Inde Capharnaum gradiens pervenit ad oras.

Hinc Capharneus nom. gent. Sedul. lib. 4.

Jamque Capharnea ſynagogam intraverat urbis.

(* Manuſc. Selden. Καπαρναούμ.

* Caphereus, Caphareus Plin. & al. *Chimi* Soph. *Figera* Nigro, *Capo d'oro* al. prom. Eubœae inſ. Caryſto urbi proximum, ab Helleſponto 225. mill. paſſ. teſte Plin. Hinc Caphareus nom. gent. quadriſyllabum. Caphareus autem mons triſyllabum eſt Poetis. Virgil. libr. 11. Æn.

Sidus, & Euboicæ cautes, ultorque Caphareus.

Prop. lib. 3. eleg. 5.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes.

Caphareus excidio claſſis Argivae, quam Nauplius Palamedis pater in filii necis ultionem prorsùs (pyra in monte excitata) abſumpſit, memorabilis effectus eſt, uti apud Sophoclem. *Ptol.* *Plin.* *Mel.*

¶ Caphereus; ſeu, melius, Caphareus, *Capo dell' oro* promontorium eſt Eubœæ, orientalior. Diſtat 20. milliaribus à Scyro inſula in auſtrum, 12. à Cariſto, & 70. à Chalcide in ortum.

Caphrena, urbs Syriæ, in reg. Comagene, ad Euphratem, quae Zeugma vicina erat. *Plin.*

Capionis turris, & Capio, *Chipiona*, teſte Cluſ. opp. Hiſp. Bæt. in ora Vandalitię, ab oſtio Bætis 12. mill. paſſ. in ortum diſtans, ſed hodie minùs diſtare reperitur, cum inter Fanum Luciferi 1. & Rotam opp. ad ort. 3. leuc. diſſitum ſit. Turris Caepionis ex vet. inſcript. locus in tribus mari irriguus, ac navigantibus inſtar Phari. *Strab.*

¶ Capionis turris, quæ nunc *Chipiona*, Luſitanis *Chaipionha*,

pionba, Caſtrum eſt in colle, ad oſtia Bætis, in ora Oceani, vix una leuca à Luciferi Fano in auſtrum, & 5. a portu S. Mariȩ; eſtque nunc parvi momenti.

¶ Capitanata, *Capitanata*, provincia regni Neapolitani & pars Apuliae, quæ alias Apulia Daunia dicta fuit. Habet a ſeptentrione & oriente mare Adriaticum, ab occidente Comitatum Moliſinum, & a meridie Principatum ulteriorem, Baſilicatam & Terram Barianam. Regio eſt fertilis admodum & rigua. Ibi urbes præcipuȩ Manfredonia, Aſculum Apulum, Luceria Paganorum, Bovinum, & Troja.

Capitina, Capytium Ptol. *Capizzi*, opp. Siciliæ amplum, apud Montes Aerios. Vide Capytium.

¶ Capitis viridis inſulæ, *Is'e du Cap Verd*, inſulæ ſunt Oceani Atlantici, ex adverſo Capitis viridis, in Africa, a quo tamen 150. leucis diſtant in occaſum. Alias Heſperides ſeu Gorgades dictæ ſunt; ſuntque decem numero, nempe S. Jacobi, Ignium, Antonii, S. Vincentii, S. Luciæ, S. Nicolai, Salis, Boni viſus, Maii, & Brava. Harum præcipua eſt S. Jacobi inſula, cum urbe cognomine & epiſcopali, ſub Luſitanis.

Capitolia num. plur. Capitolinus mons, & Tarpejus, *Campidoglio*, unus ex 7. urbis Romæ collibus, ubi Capitolium; & Capitolia pro Curia & Senatu, qui ibi fiebat. Virg. lib. 8. Æn.

Hinc ad Tarpejam ſedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis.

Sunt, & Capitolia, ſeu Capitalia, montes Indiæ excelſi, teſte Plin. lib. 6. apud Indum fluv. auro & argento feraciſſimi.

Capitolias, ſeu Capitolia alibi, *Suvete*, teſte Maſio, urbs Palæſtinæ, media inter Hieroſolymam & Damaſcum, utrinque 100. mill. paſſ. in Cœleſyria, à Scythopoli 32. in Cæc. Svitha Hebræis, ubi adhuc Job ſepulchrum monſtratur.

¶ Capitolias vix diſtat 60. milliaribus a Damaſco in auſtrum, & a Philippo de Vico *Sveta* dicitur.

Capitulum opp. fuit Latii, in finibus Hernicorum, ultra Præneſte, apud Bovillas.

¶ Capitulum, teſte Cluverio, oppidulum fuit versùs Fucinum lacum, ubi nunc forſan *Luco* vicus.

Capotes, mons Armen. majoris. Vide Aba.

Cappadocia, Aſiae reg. ampla, mari Euxino expoſita, inter Galatiam ad occ. & Armeniam ad ortum contenta, introrſus in auſtrum uſque ad Ciliciae fines Tauro mont. dividente, extenſa. In qua urbes olim celebres Trapezus, Comana Pontica, Comana Cappadociae, deinde Amaſea, Caeſarea, Tyana, & Sebaſte, ac Satala. Nunc clarent Amaſea, ex qua nomen reg. ad occ. quae *Amaſia* nominatur, Trapezus, & Nicopolis, ex qua reg. ad ortum *Genech* dicitur, & Neocȩſarea in medio, ex qua reg. *Toccato* vocatur Pop. Cappadoces, & nom. gent. Cappadocius. Claud. de equo Hon.

Seu te Cappadocum gelida ſub valle natantem
Argaȩ lavere nives.

Urbes Cappadociae quae adhuc durant, cum aliquot Armeniae minoris.

* Amaſea.	Mocaſus.
Archalla.	* Neocæſarea.
Baratha.	Nazianzum.
Caeſarea. Vide Mazaca.	Nyſſa.
Comana Ponti.	Pharnacea.
Ceraſus.	Pityuſa.
Cybiſtra.	Polemonium.
Derbe.	Rhizus, & Rhizæum.
Diocaeſarea.	Saſima.
* Iconium.	Sebaſte, & Sebaſtia.
* Laranda.	* Sebaſtopolis.
Mazaca, poſtea Cæſarea.	* Trapezus.
* Melitene.	Tyana.

Capræ, *Caprefi*, pag. Hetruriæ, apud mont. Alverniam, nec procul ab ortu Tiberis, ab Aretio urb. ſupra 12. mill. paſſ. in Boream, a Callio urbe Umbriæ 10. in occ. non longè a Cluſio pag. ibi Totilas Gothorum Rex à Narſete ſuperatus, interfectus eſt.

¶ Caprae aliis eſt *Caprile*, Magino teſte; eſtque vicus agri Florentini, in conf. Ducatus Urbini, ad fontes Ariminii, prope Apenninum. Diſtat 5. milliaribus ab ortu Tiberis in ortum, 8. à Cluſio, 18. ab Aretio, & à Callio 30. circiter in occaſum.

¶ Capranica, *Capranica*, oppidum Italiae, alias amplum, in ditione Pontificia, in provincia Patrimonii D. Petri, 2. milliaribus à Sutrio, Vetrallam versùs, & 3. à Roncilione. Deficit in dies.

Capraria Capraſia apud Varr. lib. 2. c. 3. *Capraja*, inſ. maris Tyrrheni, in Liguſtici conf. inter oram Thuſciae & Corſicam inſ. occurrens, cum opp. ſive arce ſub Genuenſibus, circuitu 18. mill. paſſ. à portu Liburno 60. mill. paſſ. in merid. diſtans, a Corſicae littore propiore 25. De ea Rutil. lib. 1. *Ptol. Plin.*

Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit.

Sic dicta a caprarum copia, teſte Varr. lib. 2. cap. 3. & Plin.

¶ Capraria, *la Capraja*, inſula eſt montuoſa, cum caſtro contra Piratarum incurſiones; eſtque ſatis culta, & 36. milliaribus à Liburno diſſita.

¶ Capraria, *la Caprara*, inſula eſt parva maris Adriatici; & una ex Tremitanis, quae aliàs Diomedeae dictae. Oblonga eſt atque deſerta versùs oram Apuliae & montis Gargani; pendetque ex regno Neapolitano.

Capraria altera, inſ. maris Iberici, ſive Balearici, circa Baleares inſulas, majori adjacens, ab ea 12. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, vulgò *Cabrera*. *Plin.*

¶ Capraria, *Cabrera*, inſula eſt Majoricae adjacens in auſtrum, vixquae 2. leucis Hiſpanicis ab ea diſtans versùs prom. Salinarum; eſtque parvi circuitus.

Capraria item una ex inſ. fortunatis, Caſperia Ptol. vulgò *Forteventura*, teſte Nigro à Canaria 10. leuc. diſſita. *Plin.*

¶ Capraria, inſula una ex Fortunatis ſeu Canariis, nunc eſt Palma inſula, *la Palma*, circuitus 25. leucarum Gallicarum, cum urbe Palma, ſeu Fanum S. Crucis de Palma, 15. leucis diſtat a Gomera in circium. Forteventura autem inſula alias Erbania dicta fuit. Vide ibi.

¶ Caprarola, *Caprarola*, Palatium ſuperbiſſimum Ducis Parmenſis, in Italia, & in ea parte ditionis Pontificiae, quȩ dicitur provincia Patrimonii D. Petri. Opus eſt Vignoli Architecti, & extructum fuit ab Alexandro Cardinale Farneſio, 26. milliaribus diſtat à Roma Viterbum versùs; eſtque in eo tractu Statu di Ronciglione dicto.

Capraſae, ſive, ut alibi legitur, Capraſis, *Tarſia*, teſte Barrio, opp. magnae Graeciae, in Calabria citer. à Conſentia urb. ad 20. mill. paſſ. Thurio urb. exciſae finitimum, à Summurano 20. ac medium ferè inter Roſcianum & Coſanum in Bor. ſupra 10. *Ant.*

¶ Capraſae, & Capraſia, opp. Brutiorum, in Italia, nunc caſtrum *Tarſia* dictum, Principatus titulo clarum, in Calabria citer. medium ferme inter finum Tarentinorum & mare Tirrhenum, 18. milliaribus à Roſciano in occaſum, & 15. a Caſſano in auſtrum, in tractu valde riguo.

Capraſia, *Magna vacca*, teſte Blondo, unum ex oſtiis Padi fluv. cum vico, à Comaclo urbe 8. ferè mill. paſſ. diſtans, Spinae prox. inter Ravennam ad merid. 19. & Volanen alterum oſtium in Bor. 24. De eo lib. 3. itiner. *Plin.*

Inter Capraſias, everſaque mœnia Spinȩ.

Capraſia etiam inſ. maris Tyrrheni apud Varr. lib. 2. cap. 3. eadem Capraria.

¶ Capraſia, *Porto di Magna vacca*, vicus eſt Ducatus Ferrarienſis, in ditione Pontificia, cum caſtro & portu in ora maris Hadriatici, ubi ſtagnum Comaclium in mare ſe exonerat, 4. milliaribus diſtat a civ. Comaclo, & 10. ab oſtiis Padi. Sed non cenſetur inter ipſa, quidquid dicant Ortelius & alii.

Capreae, Caprea Ptol. *Capri*, inſ. cum urbe epiſc. (ſub Archiep. Amalphitano) maris Tyrrheni, ſive ſin. Crateris, apud prom. Minervae, & Surrentum urb. inde 4. hinc, 8. mill. paſſ. à Neapoli verò 30. in auſtrum, circuitu 40. mill. paſſ. à Neapoli verò 30. in auſtrum circuitu 40. mill. inſula Telonis Sil. dicta. De qua Ovid. lib. 15. Metam. *Tac. Plin. Ovid. & al.*

Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ.

Haec inſ. in delitiis habita fuit Tiberio Aug. teſte Sveton. & Tac. Abundat coturnicibus, ex quibus Epiſcopo reditus non modicus.

¶ Capreae, *l'isle de Capri*, inſula eſt regni Neapolitani, Campaniae adjacens, in mari Tirrheno, 3. milliaribus a Minervae promontorio, & 24. a Neapoli, ambitus 12. milliar. cum civitate parva. Ibi coturnices bis in anno incredibili copia capiuntur.

Caprianus, mons Siciliae, apud Heracleam urbem everſam, in ora auſtrali: qui Latinè nunc mons gemmarum dici putatur. *Diod. Sic.*

¶ Caprina Turris, *la Tour de Bouc*, arx Galliae, in inſula parva, in ora Provinciae, & prope Maritimam, a qua una tantum leuca diſtat in occaſum, media ferme inter Maſſiliam & oſtium Rhodani. Ca-

Prov. Rom. Caprulæ, *Caborle*, inſ. parva maris Hadriatici, proxima littori oræ Venetæ, à Venetiis ad 40. mill. paſſ. in Bor. Aquilejam verſùs, à Concordia ſupra 12. contra oſtia Romatini fluv. cum urbe epiſc. ſub Patriarch. Aquilejenſi, inde ad 30. mill. in auſtrum. Hinc Caprulanus nom. gent.

¶ Caprulæ, *Caborle*, urbecula eſt parva in inſula proxima littori Fori Julii, 40. circiter milliaribus a Venetia in Cœciam, & 4. tantùm ab oſtio Romati fluvii. Epiſcopi modicus admodum eſt proventus, & Diœceſis non excedit civitatem, quę ęgrè inhabitatur propter æris gravitatem.

Plin. Caprus, fluv. Aſiæ, ex Phrygia magna in Mæandrum cum Lyco influens, ac cum eodem & Aſopo Laodiceam urb. alluens.

Lib. Conc. & Sal. Capſa, *Capi*, urbs Africæ olim epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, (ubi erant theſauri Jugurthae) inter Tacapen ad occ. & Leptim magnam, ſive Tripolim in ort. cujus Epiſc. Capſitanus.

¶ Capſus ſinus, *Golfo de Capes*, ſinus maris Mediterranei, in Africa, & in ora regni Tunetani, olim dictus Syrtis minor. In eum influit Capſus fluvius, & ſic dicitur ab urbe Capſa adjacente.

Cic. Liv. Plin. & al. Capua, *Capoa*, urbs archiep. Campaniæ, apud Vulturnum fluv. à veteri Capua, (quae nunc *S. Maria* ingens pagus nominatur) ad mont. Tifatę radices 2. mill. diſtans; media inter Sueſſam ad occ. & Neapolim ad ort. 16. mill. paſſ. à Capy Sylvio Rege albano, teſte Virg. condita, ſive ab Oſcis teſte Halycarn. à quibus Oſca dicta fuit. Hæc Romanis, quod Hannibalem excepiſſet, inviſa fuit, & à Genſerico Rege Vandalorum exciſa, cum à Narſete fuiſſet inſtaurata, rurſus à Longobardis everſa fuit. Metropolim Jo. XIII. Pont. Max. effecit. Illam Auſon. inter claras urbes reponit.

Nec Capuam pelago, cultuque penuque potentem,
Delitiis, opibus, famaque priore ſilebo.

Capua adeo olim arrogans & ſuperba fuit, ut Romæ pręferri voluerit: de qua re Cic. in orat. pro Roſcio pluribus agit. Hinc ortum adagium *Campana arrogantia* de ſumma ſuperbia. Et ipſa Capua ſuperbiæ domicilium ab eodem Cic. ibidem nominatur. Hic Hannibal delitiis operam dans, effœminatus eſt.

¶ Capua, *Capoa*, Gallis *Capoue*, urbs eſt regni Neapolitani, in Campania felici, cum arce munita. Antiquitus Caſilinum dicta fuit; & eo translata fuit Capua a Laudone Comite & Epiſcopo Landulpho, loco Capuae veteris; cum antea ſępe ędificata in monte Piſiſco, ſemper deflagraſſet. Recens hęc Capua 2. milliaribus diſtat a veteri in Boream; & ipſa malè habita ſenſim deficit, & multum ab antiqua differt.

Prov. Rom. Caput aqueum, *Capace*, & *Capaccio*, urbs Lucaniae, in ora ſinus Pæſtani, epiſc. ſub Archiep. Salernitano, inde ad 25. mill. paſſ. diſtans in ortum Pæſto urbi in littore exciſæ, cui in epiſcopatu ſucceſſit, proxima, ad 3. mill. paſſ. recedens.

¶ Caput aqueum, *Capaccio* vulgò, urbs eſt Principatus citerioris, in regno Neapolitano, 3. milliaribus ab ora littorali. Dicitur etiam *Capaccio nuovo*, quia recens ędificata eſt in eo loco in planitie, cum antea eſſet in colle, qui nunc *Capaccio vecchio* dicitur. Diſtat 3, milliaribus a Peſto urbe exciſa.

¶ Caput Iſtriæ, *Capo d'Iſtria*, urbs Italiæ, alias Ægida dicta, in Iſtria regione Venetorum, & in ora ſinus Hadriatici, olim etiam Juſtinopolis dicta. Vide ibi.

Ptol. Caput Padi, ſive Eridani, *Coderea*, pag. agri Ferrarienſis, inter Ferrariam & Comaclum ad ortum.

¶ Caput Padi quid ſit, non bene conſtat, niſi forſan *Cadegoro*, vicus agri Ferrarienſis, juxta ramum Padi Volanæ dictum, inter Arianum & Comaclum. Sed nullus eſt lacus *Coderea* dictus in toto Ducatu Ferrarienſi.

¶ Caput Acuum, *Cap des Aiguilles*, in Africa meridionali. Vide Acuum Caput.

¶ Caput Album, *Capo Bianco* Hiſpanis, promontorium Africę, aliis, Solventia extrema dictum à quibuſdam, excurrit in Oceanum Atlanticum, in ora Nigritiae regionis, & in regno Gualatae, ubi Arquinum oppidum, inter oram Zaarae & fluv. Senegenam.

¶ Caput Aniwa, *Cap Aniwa*, promontorium eſt Aſię, in Tartaria & in regione *Yupi* dicta, 350. mill. paſſ. a parte Boreali Japoniae, & totidem à Terra Eſonis in occaſum. A Batavis detectum fuit.

¶ Caput Arenarum, *Cap de Sable*, promontorium Americae ſeptentrionalis, in Nova Francia & prov. Acadia in auſtrum tenuens, prope ſinum Gallicum & Portum Regium.

¶ Caput Aromatum, *Cabo de Guadafui*, in Africa. Vide Aromata promontorium.

¶ Caput *Bicayume*, *Cabo Bicayo*, promontorium Aſiae, in Mindanoa inſula una ex Philippinis in auſtrum & orientem maxime tendens.

¶ Caput bonæ Spei, *Cap de bonne Eſperance* Gallis, *Cabo de Buena Speranca* Hiſpanis, promontorium eſt celeberrimum in parte auſtraliori: Africae, in Cafreria regione, primum detectum à Vaſco Gama Luſitano anno 1498. & ita proceſſoſum & nautis formidabile, ut idcirco tunc dictum fuerit Caput procellarum; ſed ab Emanuele Luſitaniae Rege nomen ei fuit mutatum; & dictum Caput bonae Spei; quia eo detecto, facilius ſperant nautae in Indiam pervenire. In auſtrum maximè tendit juxta Oceanum Æthiopicum.

¶ Caput Bonum, *Cap Bon* Gallis, *Capo buono* Italis, promontorium eſt Africae, in regno Tunetano, in mare Mediterraneum valde protenſum è regione Siciliae. 70. milliaribus à Tuneto diſtat in Boream, & 45. à Pantalarea inſula. Alias Mercurii promontorium dictum fuit.

¶ Caput Boreale, *Noort Caep* Hollandis, *Nortkiin* incolis, promontorium eſt Nortvegiae, in Boream maximè tendens in ſeptentr. parte Lapponiae, antiquitus dictum Rubeae promontorium. Vide ibi.

¶ Caput Boreale, *Cap de Nort* Gallis, *Cabo Race* Hiſpanis, promontorium eſt Americae meridionalis, in Guayana regione, prope oſtium fluvii Amazonum ſeptentrionem verſùs, in mare Boreale excurrens.

Caput Britannicum, ſeu & Britonum, *Cap Breton*, promontorium & inſula eſt Americae ſeptentrionalis, in ora Novae Franciae, inter Accadiam & inſulam Terrae Novae, in ſinu S. Laurentii.

¶ Caput Candenoum, *Cap Candenos*, promontorium eſt Moſcoviae, in parte Boreali inſulae Candenoae, in Septentrion. Oceanum ſeu Petzoricum mare excurrens, prope mare Album, è regione Lapponię regionis.

¶ Caput Cantinum, *Cabo Cantin*, promontorium Africæ, in ora Oceani Atlantici & in regno Marochi, prope Azafiam & oſtium Tenſifti fluvii, in provincia Duccala.

¶ Caput Comorinum, *Cabo Comorin*, promontorium eſt Aſiæ, in parte auſtrali peninſulæ Indiæ cis Gangem, in regione Malabarica. In Oceanum Indicum ſe extendit verſùs Maldivas inſulas.

¶ Caput Corſum, *Cabo Corſo*, promontorium eſt Africæ, in Guinea, cum arce probè munita, prope oppidum S. Georgii de Mina, & ab eo aliquot tantum leucis diſtat in ortum. Pluries capta fuit arx hiſce ultimis temporibus a Danis, Svecis, Anglis, atque Batavis.

¶ Caput Crucis, *Cap de la Croix*, promontorium eſt Aſiæ, in terra Eſonis, prope fretum *Uriez*, & ex adverſo inſulæ Terræ Statuum dictae, nuper à Batavis detectum & denominatum.

¶ Caput Currentium, *Cabo das Corrientes*, promontorium Africae, in ora Cafreriae, alias Praſſum dictum. In Oceanum Æthiopicum excurrit ex adverſo inſulae Madagaſcariae.

¶ Caput Farvelum, *Cap Farvvel*, Gallis *Cap d'Adieu*, promontorium eſt Americae ſeptentrionalis, in parte auſtrali Gronelandiae regionis, ex adverſo Eſtotilandiae & Terrae Laboradoris.

¶ Caput Finis terrae, *Cabo de Finis terra*, in Hiſpania. Vide Artabrum promontorium.

Caput Floridae, *Cabo de Florida*, promontorium Americae ſeptentrionalis, in parte auſtrali Floridae regionis & in Tegeſta provincia, in ſinum Mexicanum valde protenſum è regione Cubae inſulae, à qua diſtat 28. leucis Hiſpanicis.

¶ Caput Formoſum, *Cabo Formoſo*, promontorium Africae, in ora Guineae & regni Benini, 70. circiter leucis Hiſpanicis à Benino in auſtrum diſtans, & 50. ab inſula Ferdinandi Pai in occaſum, inter ſinum Benini & ſinum S. Thomae.

¶ Caput Henriceum, *Cap Henry*, promontorium Americae ſeptentrionalis, in ora Virginiae regionis, ad ſic ces ſinus Cheſapeaci, ab Anglis illius tractus incolis faudictum in gratiam Henrici filii primogeniti Regis Jacobi.

¶ Caput Hornanum, *Cap de Hoorn*, promontorium Americae meridionalis, in Magellanica regione & in Terra Ignium maximè in auſtrum porrectum verſùs mare Magellanicum. A Jacobo le Maire Batavo Hornano detectum fuit

ſuit anno 1618. & ab ipſo ſic denominatum. A quibuſdam verò Hiſpanis dictum ſuit Caput S. Salvatoris.

¶ Caput Lupi Gundiſalvi, *Cabo di Lopo Gonſalves*, promontorium Africae, in ora Oceani Æthiopici, inter ſinum S. Thomae & oram Congi.

¶ Caput Mendocinum, *Cabo Mendocino*, promontorium Americę ſeptentrionalis, in Boreali parte inſulae Californiae juxta mare Pacificum.

¶ Caput montis Leænæ, *Cabo de Sierra Liona*, promon. Africæ, aliter Caput Tagrinum, alias Heſpericornu dictum, Sanſone teſte, in ora occidentali Guineæ, juxta amnem cognominem, & in confinio Nigritię regionis.

¶ Caput Non ſeu Naonis, *Cabo de Non*, promontorium Africae, in ora Oceani Atlantici, & in prov. *Sus* regni Marochi, ſic dictum antea, quod eſſet ultima meta navigantium, ultra quam progredi poſſe non credebant.

¶ Caput Nigrum, *Cabo Negro*, promontorium Africæ in ora occidentali Cafrorum, in regno Molemba, 140. circiter leucis Hiſpanicis diſtat ab urbe Loanda in auſtrum.

¶ Caput Palmarum, *Cabo dos Palmas*, promontorium Africæ, in Guinea, ubi definit in ora Malaghettae, & incipit ora littoralis Guineæ propriæ, in auſtrum porrectum.

¶ Caput S. Antonii, *Cabo de S. Antonio*, promontorium Americę meridionalis, ad oſtia fluvii Argentei, versùs auſtrum, in provincia Plata ſeu Argentea, in mare Magellanicum excurrit.

¶ Caput S. Antonii, *Cabo de S. Antonio*, promontorium Americæ ſeptentrionali, in Cuba inſula versùs occaſum inſulae, 55. leucis Hiſpanicis circiter diſtans à Jucatania provincia in Boream.

¶ Caput S. Auguſtini, *Cabo de S. Agoſtino*, promontorium Americae meridionalis, in Braſilia, cum valida arce, in Præfectura Pernambuci, 6. leucis Germanicis diſtat ab Olinda in auſtrum. Alias cepta fuit ab Hollandis, ſed poſtea recepta à Luſitanis hiſce poſterioribus annis.

¶ Caput S. Crucis, *Cabo de ſanta Cruz*, promontorium Americae ſeptentrionalis, in Cuba inſula versùs auſtrum, è regione Jamaicæ inſulę, à qua 20. leucis Hiſpanicis circiter diſtat.

¶ Caput S. Lucae, *Cabo de S. Lucas*, promontorium Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali Californiæ inſulæ, vix 50. leucis Hiſpanicis diſtans à nova Hiſpania.

¶ Caput S. Sebaſtiani, *Cabo de S. Sebaſtian*, promontorium Africæ, in parte ſeptentrionali Madagaſcariæ inſulae, in mari Æthiopico.

¶ Caput S. Vincentii, *Cabo de S. Vincente*, promontorium Hiſpaniae, in Portugallia. Vide Sacrum promontorium.

¶ Caput Spartellum, *Cabo Spartel*, promontorium Africae, in Mauritania Tingitana, ad fretum Herculeum. Vide Cotes promontorium.

¶ Caput trium furcarum, *Cabo de tres forcas*, promontorium Africae & regni Fezzæ, in ora littorali maris Mediterranei, è regione Alborani inſulæ, in provincia Gareta.

¶ Caput Victoriæ, *Cabo de la Vittoria*, promontorium Americae meridionalis, prope oſtium freti Magellanici, in mare Pacificum, versùs Boream, à Magellane dictum & detectum.

¶ Caput Virgineum, *Cabo de las Vergines*, promontorium Americę meridionalis, ad oſtium orientale freti Magellanici, versùs mare Paraguajum, ſic dictum à Magellane, quia ab eo primum detectum fuit die feſto S. Urſulae.

¶ Caput Viride, *le Cap Verd* Gallis, *Cabo Verde* Hiſpanis, promontorium eſt Africae, in Nigritia regione, inter oſtia fluvii Senegae. In Oceanum Atlanticum maximè excurrit. Alias Arſinarium dictum fuit. Vide ibi.

Capytium, Capitina Cic. *Capizzi*, urbs Siciliae mediterran. apud fontes Teriæ fluv. inter Trajanopolim & Ameſtratam ad occ. 10. mill. paſſ. circiter diſtans, ab Enna 30. Aerios montes versùs.

Caracates, pop. Germ. ſuper. inter Triboccos & Vangiones Borealiores, in Alſatia: quorum nomen arx vulgò *Drackenfeld*, teſte Rhenano, referre videtur.

Caracca, Characa Plutarcho, Arriaca fortè Anton. *Guadalajara*, teſte Mor. urbs Hiſp. Tarracon. in finibus Carpetanorum; ſeu in Caſtella nova, inter Secontiam ad Bor. 13. & Complutum ad auſtrum 4. leuc. à Madrito 10. in ortum. Al. *Caragoſa* oppid. inter Guadalajaram & Molinam 6. leuc. apud Centum fontes oppid. quod veriſimilius videtur. Caracca Varrerio fluv. eſt qui *Rio de Henares* dicitur.

¶ Caraca, ſeu Carracca, urbs eſt parva Caſtellae novæ, *Guadalaxara*, juxta amnem *Henares*, 5. leucis Hiſpanicis à Compluto in ortum, in Algarria regiuncula.

Caracca altera. Vide Carraca.

Caracotinum. Vide Veneli, & Crociatonon.

¶ Caracotinum, Cluverio teſte, eſt *le Crotoy*, opp. Galliæ, in Picardia, ad Somonae fluv. oſtia, quod etiam Gravinum dicitur, quamquam alii credant fuiſſe ubi nunc portus Gratiae, ad oſtia Sequanae in Caleteuſi tractu. *Hirt.*

Caradrus, fluv. Vide Charadrus. *Liv.*

Caralis, Carallis Ptol. Calaris Plin. & al. *Cagliari*, urbs archiep. Sardiniae primaria, in ora auſtral. contra Africam. Vide Calaris. Ab Ariſtęo Apollinis filio anno poſt diluvium 1434. poſt Noram 59. condita. Mem. illius Claud. lib. de bello Gildonico.

Tenditur in longum Caralis, tenuemque per undas
Obvia dimittit.

¶ Caramania, *Caramanie*, regio Aſię minoris, juxta mare Mediterraneum, ex adverſo Cypri inſulae. Alias dicta fuit Cilicia. Vide ibi.

¶ Carambice, fluvius Sarmatiae, qui & Carambucis, *Oby*, Cluver. teſte. Europam ab Aſia dividit. Fontes habet in Tartaria deſerta; & rigatis aliquot provinciis ditionis Moſcoviæ, in Oceanum Sarmaticum, ſeu Chronium ſe exonerat, in Samojeda reg. & à Moſcovitis *Obb reca* dicitur; eſtque fluvius ampliſſimus. Ad ejus oſtia eſt Litarmis prom. quod nunc *Cap Oby* dicunt.

¶ Carambice inſula creditur ea quae nunc *Nouvelle Zemble* dicitur, quaſi nova terra. Vide nova Zembla.

Carambis, *Capo Piſello*, teſte Soph. al. *Comano*, prom. Paphlagoniae, maximè in Pontum Euxinum contra Criu metopon. prom. Tauricae in Bor. 250. mill. paſſ. diſtans excurrens, inter Cotyorum ad occ. & Sinopem urb. in ortum, ab ore Ponti Euxini 220. In ort. Memor. ejus Val. Flac. lib. 4. Argon. *Strab.* *Plin.* *Ptol.*

Quid tibi nubifera ſurgentem rupe Carambin,

Hinc Carambiacus, a, um, Orph.

Alta Carambiaca tenuit confinia terrę.

Caranthonus, Canentelus Ptol. *la Charente*, fluv. Aquitaniæ, inter Engoliſmenſes & Santonas, in Oceanum Gallicum inter Rupellam urbem & Tallemontium opp. influens. De quo Auſon. in Moſell. *Auſon.*

Santonico refluus non ipſe Caranthonus æſtu.

¶ Caranthonus fluv. oritur in confinio Lemovicenſis prov. deinde per Pictavenſem Comit. labitur; & rigatis Iaculiſma, Coſnaco, Mediolano Santonum, & Talleburgo, in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat infra Sobiſœum oppid. ex adverſo Uliari inſulae, 2. leucis à Broagio, non autem inter Rupellam & Tallemontium.

Caratae, pop. Norici, ad Danubium, in Auſtria; quorum opp. Vetus curia *Altenhofen* à Lentia ſupra 4. leuc. in ortum, inter Aniſum urb. & Grimam opp. 2. teſte Laz. *Lib. Not.*

¶ Caravacca, *Caravacca*, oppidulum Hiſpaniae, in regno Murciae, ubi ſervatur crux è cœlo delapſa Sacerdoti Sacra facturo coram Rege Mauro. Situm eſt intra montes, prope Seguram amnem, & versùs confinia Caſtellae novæ.

¶ Caravagium, *Caravaggio*, oppidum lautum Italiae, in Ducatu Mediolanenſi, in confinio agri Bergomenſis, notum Dominis ſuis & victoria Franciſci Sfortiae Mediolanenſis contra Venetos. Aliis eſt Carraca. Vide ibi.

Carax, *Caruci*, pag. Corſicae, apud Marianam urbem exciſam, ſub ſe plures vicos ſeu villas continens, ſub epiſcopatu Marianenſi. *Strab.*

Carbantorigum, *Glencar*, teſte * Camd. oppid. Albionis, in finibus Selgovarum, in Angliae ora orientali, inter Abum & Vedram fluv. Sed Selgovae pop. ſunt Scotiae, Loquabriis & Novantis finitimi, quorum opp. Carrictonium, vulgò *Carrik*, in Scotia. Vide ibi. (* Camdeno eſt *Caerlaverock* in Nidiſdalia reg. Scotiae occident. huic etiam *Carrick* ſeu *Carrict*, regionis nomen non oppidi. *Ptol.*

¶ Carbantorigum oppidum fuit Selgovarum, in Albione ulteriori, nunc tantùm caſtrum *Carlawrock*, in Nidiſdalia prov. Scotiae merid. in ora Oceani hibernici, prope Itunam æſtuarium & oſtium Nidæ fluv. à Dunfreja 3. milliar. diſtans; fuitque antea munitum. Nunc ſunt dijecti aggeres.

Carbonaria, *le Fornaci*, teſte Leandro, unum ex 7. Padi oſtiis, ab Hadria urb. 16. mill. paſſ. medium inter Sagem, nunc Gorum, & Foſſam Clodiam urb. 15. *Plin.*

¶ Carbonaria, *Porto di Goro*, unum ex duobus præcipuis oſtiis Padi fluv. à quadam Turri ei adjacente ſic

dictum, teſtibus Brietio, Sanſone, & aliis, & ut egomet vidi. Alveus autem dicitur *Po di Ariano* ab opp. cognom. ei adjacente. Diſtat vix 8. milliar. in auſtr. ab alio oſtio Padi; quod nunc *Porto Viero* dicitur, 20. mill. ab Hadria in ort. & 25. à Foſſa Clodia in auſtrum.

Aimo. Carbonarius ſaltus, *D'lant van Luyck*, teſte Becano: aliis pars ſylvæ Arduennae, in Leodienſi Diœc. Sunt qui ſylvæ Hercyniæ partem faciant, & Sylvam nigram vocent; ſed hæc in Germ. illa verò in Gallia.

¶ Carbonarius ſaltus pars fuit Arduennae ſylvae, in ea provincia Belgii quae nunc Hannonia dicitur, inter fluvios Sabim, Scaldim, & Haynam, atque inter, Binchium & Quercetum, cujus etiamnum veſtigia manent in Silva de *Mormaux* dicta.

¶ Carcanoſſia, *Carcanoſſi*, regio Africæ, in inſula Madagaſcariæ, versùs oram auſtralem, ubi aliquot coloniae & munitiones Gallorum à paucis annis, Regio eſt admodum rigua, fertilis, & culta.

¶ Carcaranna, *Carcaranna*, fluvius Americae merid. in Paraguaja. Oritur versùs Andes montes, & in fluv. Argenteum ſe exonerat.

Plin. Carcaſſum, Carcaſo Ptol. Carcaſſio Procop. *Carcaſſone*, urbs Gall. Narbonenſis, in Occitana reg. epiſc. ſub Archiep. Narbonenſi, inde 10. leuc. in occ. Toloſam versùs 14. urbs lanificio clara.

¶ Carcaſſo urbs eſt triplex, ad Atacem fluv. media inter Perpinianum & Toloſam, 5. leuc. ab Aleto in auſtrum.

Polyb. Steph. Carchedon, Carthago Latinis. Vide ibi. Hinc Carchedonius carthaginenſ. apud. Plaut. in Pœnul. Nomen habet à conditore.

Strab. Plin. Mel. & al. Carcinites, *Golfo di Nigropoli*, teſte Ortel. ſinus Tauroſcytharum, cum fluv. Carcinito apud Ptol. apud iſthmum Tauricę Cherſoneſi, in Euxinum mare fluens ex adverſo Byces paludis, ubi Carcina urb. vulgò *Nigropoli*. In Theſ. Ling. Lat. Carpineites pro Carcinites legitur: quod, ut error vitetur, admonemus.

¶ Carcinites ſinus eſt medius inter oſtia Boriſthenis & Boſphorum cimmerium, in Scythia Europea. Dictus fuit etiam Tamyraces, teſte Brietio. Ei adjacet Carcine urbs, juxta oſtia Gerrhi & Carcinites ſeu Hippaciris. Quid ſit nunc, non bene conſtat. Sed plurimis leuc. diſtat à Nigropoli in auſtrum. Sunt tamen qui credant nunc dici *Golſe de Moſcovie*, ut narrant nautae qui illas oras luſtrarunt a paucis annis. Sed regio adjacens in ejus ora littorali pro majori parte deſerta eſt atque inculta.

Plin. Carcinum, Cocynthum Polyb. *Capo di Stilo*, teſte celſo cittad. prom. magnae Graeciae, in Calabria ulteriore, ubi carcinum urbs Melæ, ſive, ut alii legunt, Cæcinum, *Stilo*, a caulonia 10. mill. paſſ. in Bor. Vide cæcinum.

¶ Carcoviaca, *Kirkua*, urbecula Scotiae, Orcadum præcipua, in Mainlandia inſula, cum arce & portu ſat capaci, in dominio Regis Scotiæ ab aliquot ſeculis jure pignoris, fruſtra reclamante Rege Daniae, qui illas inſulas ſibi vindicat, 20. circiter milliaribus Anglicis diſtat a Tarvedro prom. Borealiori Scotiae in ſeptentr.

Carcuvium, *Caracuel*, teſte Mariana, opp. ſeu pag. nunc Hiſp. Tarracon. inter Mirobrigam 42. & vicum cuminarium in ort. 100. mill. paſſ. ab Emerita 54. in Bor. circa Placentiam urb.

¶ Carcuvium, teſte Antonio, oppid. fuit Hiſpan. inter Emeritam & Ceſarauguſtam. Sed quid ſit nunc ex locorum diſtantiis ipſi neſciunt indigenae.

Lib. Not. Cardabianca, *Friburg*, opp. Valeriae ripenſis, in Stiriae & Hungariae confinio.

Herod. Strab. Ptol. Plin. Cardamyla, *Sapico*, teſte Nig. opp. Peloponneſi, in Laconica reg. à littore 8. mill. paſſ. a Leuctris 60. Al. *Parama*. Cardamyle etiam inſ. maris Ægei inter Chium ad merid. 20. & Lesbum ad ſeptent. 30. mill. paſſ. *Cardamila* etiam nunc dicta.

¶ Cardamyla, & cardamile, opp. Peloponneſi in Laconia, trans Eurotam fluv. prope Meſſeniacum ſinum, & 8. milliaribus a Leuctris in Boream.

Demoſt. Plut. Steph. Cardia, Cardiopolis Ptol. *Caridia*, teſte Soph. urbs Cherſoneſi Thraciæ, ad Melanem ſinum (qui ex ea *Golfo di Caridia*, nominatur,) quae Steph. Pauſ. eadem Lyſimachiae & Hexamilio, vulgò *Hexamili*, eſſe videtur, urbs epiſ. olim ſub Archiep. Heracleenſi, poſtea metropolis effecta. Vide Lyſimachia.

Cardia urbs fuit cherſoneſi Thraciae, quae a Ptolemaeo Cardiopolis dicta, ex cujus ruinis crevit Liſimachia in viciniis, nunc tantum oppidul. *Cardia*. Ab ea ſinus adjacens maris Ægei caridiacus dictus fuit, 15. milliaribus diſtat a Callipoli in occaſum.

¶ Cardiffa, *Cardiff*, urbs Angliae, in Vallia regione, in com. Glamorganenſi, & ad oſtia Taffi fluv. in Sabrinę ęſtuarium. Vix uno milliari diſtat a Fano ad Taffum, olim quibuſdam Ratoſtibius, 15. milliaribus diſtat a Briſtolia, & totidem a Monumethia in occaſum.

¶ Cardiganum, *Cardigan*, urbs & prov. Walliæ, in Anglia. Vide Ceretica.

¶ Cardona, vulgò *Cardona*, Hiſpaniae oppidum, in Catalaunia, Ducatus titulo clarum, ad amnem cognom. 3. leucis infra Solſonam, 8. a Monteferrato in auſtrum; eſtque ſub dominio antiquae familiae *de Folch* dictæ. Ibi ſalis fodinae celebres.

Carelia, *la Carelie*, provincia Sveciæ, in Finlandia regione, incolis *Karelen*. Ejus pars pertinuit ad Moſchos. Nunc autem ſubeſt tota Suecis, & pars extenditur ad ſinum Finnicum. Ibi oppidum præcipuum, Viburgum.

Carembola, *Carembole*, regio inſulae Madagaſcariae ſeu Delfinae, in Africa, in Oceano Æthiopico, versùs auſtr.

Careni, pop. Albionis, in Scotia, quorum reg. *Loqhuabria*, in ora occidua, contra Mulam inſ. teſte Lhuydo dicitur; juxta quam Evonium urbs, vulgò *Dunſtaphag*. (* Χάρινοι man. Seld.) *Ptol.*

¶ Careni, ſeu Carini, & Catini, populi fuere Albionis, in parte ſeptentrionali Scotiae, quorum nomen remanet in prov. *Cathnes* dicta. Fuere omnium ultimi versùs Orcades, teſtibus Camdeno & aliis.

Carentani, pop. Germ. ſeu potiùs Norici, quorum reg. Carinthia, teſte Laz. nominatur. *Sigel. P. I.*

¶ Carentani pop. ſunt Bojaris vicini Luitprando, Sigeberto, Ditmaro Aimoino, aliiſque ejus ſeculi Scriptoribus. Carinthiae incolae ſunt Crantzio, cui ſubſcribit Lazius. Vide Carinthia.

Carentini, pop. apud Plin. Italiae in 4. regione.

¶ Carentonium, *Carentan*, oppidum Galliae, in Normannia prov. & Conſtantienſi tractu, ad amnem cognominem. 3. leucis diſtat ab ora maris Britannici, & 8. a Conſtantia, cum caſtro.

Carepula, *Bataglio*, & incolis *Giraflumar*, teſte Jovio, Turcis verò *Carapula*, teſte Marm. urbs Mauritan. Caeſarienſ. in ora, inter Juliam Caeſaream ad ort. & Quizam ad occ. à Canucci 2. leuc. *Ptol.*

Caretha, quae & Dionyſia, *Gironda* Nig. inſ. maris Lycii, apud Chelidonias inſ. & oſtia Limyri fluv. *Plin.*

Carferoniana, aliter Grafiniana, *Carfagnana*, regiuncula Italiae, intra montem Apenninum, in Hetruria. Vide Grafiniana.

¶ Cargapolia, *Kargapol*, provincia Moſcoviae occidentalis, cum oppido cognomine, prope lacum Onegam, inter confinia Sueciae & Duinam fluv.

Caria, reg. Aſiae, inter Joniam ad Bor. & Lyciam ad ort. (porrigitur enim inter oram occid. & meridionalem) mari Carparthio ad occ. Rhodio ad auſtrum terminata, *Aidinelli & Menteſeli* dicta; in qua olim Miletus, Myndus, Halycarnaſſus & Gnidus urbes in ora littorali clarae; nunc Myndus omnibus præſtat. Pop. Cares & Leleges. De quibus Ovid. lib. 9. Metam. *Strab. Plin. Ptol.*

Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.
Jam Cragon, & Lymiren, Xantique reliquerat undas.

De regione;

Arcades antiqui, celebrataque Caria fama.

Cares licet in rebus bellicis percellerent, ut *arma Carica & lorica Carica* in proverbio eſſent, viles tamen habiti ſunt, quod mercede militarent, ac in prima acie locati, primos hoſtium impetus ſuſtinentes, vitam ſuam nihili aeſtimarent. Unde adagium natum. *In Care periculum facere*, apud Plat. in Socrate, cum periculo exponitur res, cujus jactura gravis non ſit. Illud quoque apud Diogen. *Cum Care Cariſſa*, hoc eſt, cum ruſtico ruſticè agas; quod Cares inter agreſtes & ruſticos haberentur. *Cum Care Cariza* apud Diogen. idem quod *cum Cretenſe Cretenſis*. A Caria Caricum olim dicebatur quod vile, lugubre, et contemptibile erat; unde *Vinum Caricum* proverbio dicitur apud Svid. pro tenui; ſicut & *Carica Muſa* pro inſuavi. *Caricus hircus* apud Diogen. uti proverbium eſt, in hominem vilem & contemptibilem, vel pro ſacrificio vili, quod etiam *Caricum ſacrificium* dictum eſt, quod Cares pro hirco canem immolarent. *Caricum* quoque *Schema* apud Heſych. pro modo congreſſus libidinoſi ſpurco & turpi, qualem figurae Caricae oſtendebant.

¶ Caria regio eſt Aſię minoris, nunc *Aidinelli* dicta. Habet ab Oriente Lyciam, nunc *Menteſeli*, & ab Occid. mare Ægaeum, ſeu et Carpathium. Subeſt domi-

nio

nio Turcarum ab aliquot ſeculis; ibique ſunt rarae urbes alicujus momenti.

Carienla, inſ. & lac. Cariç, apud Myndum urb.

Cariarra, *Carrara*, opp. Hetruriæ mediter. Maſſæ in ora opp. proximum, inde 4. mill. paſſ. in Bor. à Luna nova, ſive Sarzana urbe 9. in ort. Marmorum copia & varietate clarum; ſub Maſſano Principe.

¶ Cariara, quæ & Cararia, oppidum eſt Lunegianæ, ad radices montium. A paucis annis Principatus titulo gaudet, in ditione Ducis Maſſæ è gente Cibo, juxta amnem Lavenzam, 6. milliaribus à Sarzana, & totidem a Maſſa.

Cariata urbs fuit Bactrianae, ab Alex. Magn. everſa, teſte Strab. lib. 11.

Cariathiarim, opp. Paleſtinę, in Judæa, everſum ab Hieroſolymis 9. mill. paſſ. in occ. Lyddam versùs. Cariath verò Sepher urb. antiquiſſima fuit ejuſdem reg. à Sem. teſte D. Iſidor. condita, ubi primum literis data eſt opera, quae in lib. Joſue Dabir nominatur. Erat & Cariath urb. Moabitarum apud Medabam, teſte D. Hieron.

Cariatum, *Cariati*, urbs magnæ Græciæ, in ora Calabriæ, inter Roſcianum 24. & Crotonem 36. mill. paſſ. epiſc. ſub Archiep. Siberenenſi, inde ad 28. mil. in Bor. diſtans.

¶ Cariatum, *Cariati*, urbs eſt Calabriæ citerioris, in ora littorali maris Jonii. Gaudet titulo Principatus, & epiſc. eſt ſub Archiep. S. Severinae. Diſtat à Crotone 26. milliaribus in Boream, & 20. à ſancta Severina etiam in Bor., decem autem ab Umbriatico; eſtque ſatis parva.

¶ Caribæ, *les Caribes*, populi Americę ſeptentr. qui alias occupabant omnes inſulas Antillas, in mari Oceano Boreali ſitas. Sed cum ab aliquot annis ab Europęis occupatae ſint, ipſi pro majori parte in proximam continentem Americae merid. ſe receperunt, ubi Guajana regio.

Caridemum, promont. Hiſp. Bæt. Vide Charidemum.

Carietes vel Carytę, pop. Hiſpan. Tarracon. in Conventu Clunienſi, quorum opp. *Ciria*, nunc pag. ex vet. inſcript. teſte Plin.

Carilla, opp. Picentinorum, ab Hannibale deletum, quòd partes Rom. ſequeretur: de quo Sil. lib. 8.

Miſit, & exhauſtę mox Fœno Marte Carilla.

Carina, mons Cretae 9. mill. paſſ. ambitu patens, in quo ſpatio muſcae nullae reperiuntur, neque mel attingunt, teſte Plin.

Carine, *Cherima*, teſte Nig. urbs Medię, à Tabreſio in occid. diſtans. Carina autem P. Vict. vic. erat urbis Romæ apud ędem Pompeii: de quo Virg. lib. 8.

Romanoque foro, & lautis mugire Carinis.

¶ Carini, Germaniae pop. Ptol. & Plin. ubi nunc pars Marchiæ Brandeburgicae & magnae Poloniae, Cluverio teſte.

¶ Carinianum, *Carignano*, oppidum Italiae, in Pedemontio, cum arce & ponte ad Padum fluvium. Principatus titulo gaudet, 5. milliar. ſupra Taurinum in auſtrum, & paulò minùs à Carmaniola. A Gallis *Carignan* dicitur.

¶ Carinthia, *la Carinthie*, Germanis *Karnten*, provincia Germaniae, cum titulo Ducatus, cujus caput Villacum. Subeſt dominio Archiducum Auſtriae, habetque a Septentrione Diœceſim Salisburgenſem, & Stiriam quam habet etiam ad ortum, & terminatur Carniola a merid. In duas quaſi partes ſecatur Dravo fluv. eſtque Stiriae conjuncta.

Cariopolis, *Clarioboli* Turcis, teſte Leuncl. urbs Cariae epiſcop. ſub Stauropolit. Archiep. à veteribus non memorata.

Thur. Caris, *Cher* fluv. Gall. Celt. per Bituriges & fines Turonum fluens, ac in Ligerim infra Amboſiam influens, rapidus, & inundans Avaricum, Pontem Soderae alluens. Aliis Carus Latinè, ſive Charus.

¶ Caris fluv. *le Cher*, oritur in confinio Alverniae, dein per Bojos, Bituriges, & Turones labitur; & aliquot milliar. infra Cęſarodunum Turonum in Ligerim ſe exonerat tribus oſtiis, ſed non prope Ambaſiam; neque etiam alluit Avaricum & Pontem Saldræ.

Cariſa. Vide Cariſſa.

Cariſiacum, non *Cireſſi*, pag. Belgii apud Leodium urb. ut ſcribit P. Divaeus, inde 3. leucis (de qua re vide Caereſi) ſed *Creſſey* opp. Gall. Belg. geminum, unum in Valleſia reg. à Meldis 3. leuc. versùs Fertilitatem Milonis 2. alterum in Picardia, inter Sueſſiones & Feram 4. leuc.

¶ Cariſiacum ad Saram fluv. teſte Labaeo, eſt *Creſſy ſur Serre*, oppidul. Galliae, in Picardia prov. 4. leuc. à Fera in ort. & 3. a Lauduno in Bor. à Sueſſione autem 10. leuc.

Cariſſa, *Cariſſar*, teſte Mol. cum al. urbs Galatiae, Claudiopoli ſeu Adrapae proxima, inter Rhaſſiam & Androſiam Borealiorem ſita. Cariſſa quoque Ptol. opp. Hiſp. Baet. Vide Aurelia. *Ptol.*

Cariſſanum, locus ubi Milo interfectus. Vide Coſſanum.

Cariſti, pop. Hiſp. Tarracon. in ea reg. quae *Guipuſcoa* nominatur, inter Autrigones ad occ. & Vaſcones ad ort. Per eos Deva fluv. decurrit, ubi Deva et Motricus oppida in ora. *Ptol.*

¶ Cariſti pop. fuere ſub Cantabris, ubi nunc pars Guipuſcoae prov. & pars Orientalis Bicajae, inter Iberum fluv. et Oceanum Cantabricum.

Caritni, pop. Germ. quorum urb. *Wirtenberg* eſſe putatur, regionis ejuſd. nominis caput.

¶ Caritni pop. fuere Germaniae, ubi nunc Wirtembergenſis Ducatus, in Suevia prov. juxta Nicrum fluv. Ortelio & Sanſone teſtibus.

Carleolum, *Carlile*, urbs Albionis, in Anglia, apud Scotiae limites, epiſc. ſub Archiep. Eboracenſi, inde 50 mill. diſtans in Circium. *Scrip. Brit.*

¶ Carleolum, *Carliſſe*, urbs eſt munita ad Itunam fluv. 3. milliaribus à mari, et 6. à Scotia, in Cumbria prov. juxta ruinas muri Pictici. Diſtat à Lancaſtria 35. mill. 40. a Dunelmo, et 60. ab Eboraco; eſtque parvi circuitus. Luguvallum antiquorum Brigantum fuiſſe credit Camdenus, et alii poſt eum. Vide Luguvallum.

¶ Carlinfordia, *Carlingford*, oppidulum munitum Hiberniae, in Ultonia provincia et Lugenſi Comitatu. Portu gaudet utcunque capaci, 4. milliaribus a Dunkerano, et 22. a Duno in auſtrum.

Carman vel Acarman, *Amanſiſirdim* Mol. et al. urbs Arabiae fel. regia, in mediterr. *Ptol.*

¶ Carman opp. eſt Arabiae, ubi alias Minaei popul. Nunc eſt *Chaibar*, ad fluv. cognom. 70. leuc. Hiſpan. a Mecca in Boream; ſed 160. leuc. ſimilib. diſtat in Circium ab urbe *Aman Zirifdin* ſeu *Ziſirdim*, quae ab antiquis Omanum dicta fuit.

Carmania, Aſiae reg. gemina; una *Chirman*, à Carmana urbe illius primaria ac metrop. in regno Perſarum: Altera Deſerta cognomine, *Dulcinde*, teſte Caſtal. et *Mingiu*, teſte Ortel. Prior Perſidi haeret, ab ea in ortum recedens, ſinum Perſicum circa fauces illius Armuzo prom. contra Armuzam inſ. et urbem attingens; Altera Oceano Indico adjacet, inter priorem Carmaniam ad occ. et Gedroſiam ad ort. perſtricta. Tota Carmaniae ora 1250. mill. paſſ. patet ex Plin. ubi teſtudines plurimae et magnae. Urbes clarae prioris, Carmana, Armuza, et Samydace. Aliter eas Ptol. deſcribit. Deſertam enim in Bor. versùs Ariam et Parthiam, ac in occ. versùs Perſidem extendit; alteram ad merid. et ort. Pop. Carmani. Luc. lib. 3. *Strab. Ptol. Plin. & al.*

Tunc furor extremos movit Romanus Oreſtas
Carmanoſque Duces.

¶ Carmania, regio Aſiae, in regno Perſarum, inter Gedroſiam ad ortum, et Perſidem propr. ad occaſum, et versùs oram ſinus Armuſiani et Oceani Indi, nunc *Chermam*, prov. perampla, ſic dicta ab urbe *Cherman*, quae alias etiam Carmania vocata; et ſub hac regione continentur prov. *Guadel*, *Dulcinda*, et Armuza. Carmania autem deſerta provincia erat Perſidis ſatis parva, inter Parthiam et Carmaniam propriam, cujus verius pars, ubi nunc pars merid. prov. *Sableſtan*, et deſertum *Mingui* dictum, in Boreali parte Kermani, intra montes.

¶ Carmaniola, *Carmagnola*, urbs Italiae munita, alias ſub Marchionibus Salutiarum, nunc in Pedemontio, vix 2. milliaribus à Pado fluv. et 9. a Taurino in auſtrum. Arcem habet et armamentarium, et à Gallis *Carmagnole* dicitur; paretque Duci Sabaudiae.

Carmelus, *Carmelo*, teſte Poſtello, mons Paleſtinae, in ora, inter Sycaminum et Doram urbes proximas, in Phœnicis conf. cujus prom. *Capo Bianco* nominatur, teſte Ort. inter Ptolemaidem ad ortum 30. et Caeſaream ad occ. 20. mill. paſſ. Ad ejus radices versùs ort. Capha opp. à Ptolemaide 12. mill. Hinc Carmelitarum ordo nomen habet et originem. *Strab. Tac. Ptol. & al.*

¶ Carmelus *Mont Carmel* à Gallis dicitur, et ejus prom. *le cap de Carmel* à nautis, 10. milliarib. a prom. Albo in auſtrum, prope Porphirion et Caipham.

Carmelus alter, mons Judaeae, apud oram Borealem

lacus Aſphaltitis conſpicitur. Non in Galilæa, ut in Theſ. Ling. Lat. legitur.

P. Vi. Carmentalis, porta urbis Romæ, una ex tribus à Romulo effectis, inter Tiberim & Capitolium. Cujus mem. Virg. lib. 8. Æn.

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Hæc etiam Scelerata dicta eſt, auctore Feſto, quod Fabii per eam egreſſi adversùs Etruſcos interfecti ſint.

Strab. Ptol. Carmon, Charmonia Ptol. Carmo ex veter. inſcript. *Carmona*, oppid. Hiſpan. Bæt. templum, in colle, apud Bætim fluv. inter Hiſpalim 6. & Cordubam 16. leuc. ab Aſtigi 8. in occ. Pop. Carmonenſes Cæſ. & Plin. in Vandalitia. Eſt & flumen Achajæ, mons in Peloponn. templum Apollinis in Laconia, & locus in Meſſenia apud Steph.

¶ Carmon, *Carmone*, ſeu & Carmone, opp. Turdetanorum, in Hiſp. nunc in Vandalitia prov. 2. leuc. à Bęti fluvio. Alias fuit amplum & probe munitum, nunc autem eſt parvi momenti, juxta Silicenſem amnem.

Carna, urbs Arab. ſel. mediterr. olim regia. Eò Moyſes S. Antonii diſcipulus à Valentiniano Imper. miſſus, Mamiam Saracenorum Reginam ad Chriſti Domini fidem convertit. Carna etiamnum dicitur. Carne etiam opp. fuit Phœniciae ad mont. Libanum.

¶ Carna, urbs Arabiæ felicis, in Minæis, quid ſit nunc non conſtat, cum nullus locus ſit in præſentia ſic dictus. In illo tractu forſan erat, ubi nunc Medina Tanalbi ſeu Civitates Prophetæ, ubi natus Mahumetes Pſeudopropheta.

¶ Carnarius ſinus, *Golfo di Carnero*, ſinus Italię, in Iſtria provincia. Vide Flanaticus.

Carnaſa, al. Cæſana, *Curden*, teſte Merc. urbs Indię citer. ex levi conjectura.

¶ Carne oppidum fuit Phœniciæ, in ora littorali maris Mediterranei, prope Caſſium montem & oſtia Eleutheri fluvii, 8. milliaribus ab Antarado in Boream, & totidem à Palto in auſtrum.

Plin. Liv. & al. Carni, pop. Italiae, in Venetia reg. contenti, à reliquis Venetis Liquentia fluv. ſeparati, in Boream vergentes & Cæc. qui & Forojulienſes: quorum reg. non Carinthia, quæ in Norico eſt, ſed Forum Julii German. *Fricul*, vulgò Friuli nominatur, à Norico Alpibus Juliis diſcreta. Cujus urbes, Concordia & Aquileja (olim metropolis Carnorum, & ex primis Italiaę) in ora exciſæ: Tergeſtum, Noreja, Forum Julium, & Utinum; hodie regionis conventus juridicus. Patria etiam vulgò hæc regio nominatur.

¶ Carni populi fuere Italiae, ubi nunc pars Orientalis Foro-Julii, & Comitatus Goritię, inter Liquentiam fluvium & Formionem, nunc vulgò *Friuli*, & *Patria del Friuli* quibuſdam, Gallis *le Frioul*, provincia ampla, pro majori parte ſub dominio Reipublicæ Venetæ, exceptis, Aquileja, Tergeſto, & Goritia, quæ ſubſunt Imperatori, uti Archiduci Auſtrię.

Urbes Carnorum:

Aquileja, *Aquilegia*.
Concordia, *Concordia*.
Forum Julium, *Cividal di Friuli*.
Julium Carnicum, *Zuglio* aliquibus, *Pontafella* aliis.
Noreja, *Venzone*.
Tergeſtum, *Trieſte*.
Utinum, Udine.

Plin. Carni Tauriſci, pop. Alpini, inter Carnos & Noricos, vulgò *Krainer*, Italis reg. *il Cragno*, Latinè Carniola nominatur, Japodes etiam pop. complectens. Hic error in Theſ. Ling. Lat. tollendus, ubi ait Ptol. locare Carinthiam ſupra Forum Julii & Concordiam, cum Ptol. nihil de Carinthia dicat.

¶ Carni Tauriſci, populi Norici, versùs Alpes Julias, ubi nunc Carniola, *Krain* incolis, Italis *Cragno*, Gallis *Carniole*; ſub qua tamen Japodes non comprehendebantur.

Ptol. Carnicum Julium, & Julium Carnicum Anton. *Zuglio*, teſte Siml. olim urbs nunc pag. intra Alpes Julias, per quas ex Carnis ad Noricos tranſitur.

¶ Carnicum Julium urbs fuit Carnorum, in Italia, inter Alpes ſita, nunc *Pontafella*, teſte Lazio, id eſt, Pons ad Fellam amnem, opp. partim in Foro Julio & partim in Carinthia ſitum, 6. leuc. German. ab Utino in Bor. & 7. à Villaco in auſtr. ubi tranſitus; quanquam alii credant Carnicum Julium eſſe ubi nunc pagus *Zojel*, ſeu *Zuglio*, prope fontes Buti amnis & oppidul. Moſcardum, ad pedes Alpium; 4. leucis Germanicis à Pontefella in occaſum. Sed nulla ibi via ſtrata.

¶ Carnioburgum, *Krainburg*, oppidum Germaniae, in Carniola ſuperiori provincia, prope Savum fluv. 5. leucis Germanicis à Labaco in occaſum, & 7. à Clagenfurto in auſtrum, quibuſdam Carrodunum.

Carniola, ſic etiam vulgò, & alicubi il *Cragno*, reg. Norici, inter Alpes Julias, mari Adriatico vicinas, & Saum fluv. quae reg. etiam Japodes Liburnis finitimos complectitur. Cujus metropolis Nauportus, ſive, ut Lat. rec. vocant, Labacum eſt, à Villaco 12. leuc. in ortum diſtans. P. Di.

¶ Carniola, *Krain*, regio eſt Germaniae, inter Carinthiam & Stiriam in Boream, & Foro Julium & Iſtriam ad Auſtrum, & Croaciam ad ortum, ſub dominio Archiducum Auſtriae. Dividitur in ſuper. & infer. & ejus caput eſt Lubiana ſeu Labacum.

Carnodunum, opp. Vindeliciae exciſum, nunc vicus Bavariae, ad Oenum fluv. apud Waſſerburgum. Vet. Inſcr.

Carnovacae, pop. Albionis, in Scotia; quorum reg. Cathneſia, vulgò *Cathnes*, ab aliquibus putatur in ora orientali, versùs Tarvedum prom. Ptol.

¶ Carnovacæ populi erant in ultimo receſſu Scotiae Borealis, prope oram occidentalem, inter Creones & Carinos, ubi nunc pars occidentalis Stranaverniae provinciae, Brietio & Sanſone teſtibus.

¶ Carnovia, *Jagerndorff*, oppidum Germaniae, in Sileſia provincia, regiunculae cognominis caput, alias in familia Brandeburgica, ad Oppam fluvium. A Sileſiis *Karnow* dicitur. Diſtat 3. leucis ab Oppavio, & 4. à Ratiboria. Caſtrum habet ſplendidum.

Carnovium, *Carnobio*, opp. olim, nunc pag. Hiſpan. Tarracon. in Vaſconibus, ſive in regno Navariae. Vide Curnonium.

¶ Carnovium, ſeu Curnonium, eſt *Eſtella*, urbs regni Navarrae, ad Egam amnem; & nullus ineſt locus *Carnobio* dictus in toto illo tractu. Vide Curnonium.

Carnus, Carnuntum Plin. & Liv. ac Paterc. urbs olim Pannon. ſuperior. ad Danubium, nunc pag. Auſtriae, in Hungariae confin. qui, teſte Laz. *S. Petronel* dicitur, ob cœnobium divæ Petronillae dicatum, apud Hamburgam urbem, à Poſonio 4. leuc. in occ. Viennam versùs 6. De eo lib. 5. itiner. Ptol.

Carnuntum veteres ubi monſtrat grande ruinas,
In quibus urbs hodie tota ſepulta jacet.

Carnutes, Carnuti Plin. Carnutae Ptol. Carnoti Tibullo & lib. Concil. *Chartres*, pop. & urbs Gall. Celt. à Pariſiis 20. leuc. in occ. ad Auduram fluv. epiſc. ſub Archiepiſcop. Senonenſi Reg. *Chartrain* à Gallis dicitur. Urbs Autricum Ptol. & Carnutum Zoſimo etiam nominatur. Cujus mem. Tibull. lib. 1. eleg. 8. Cæſ.

Teſtis Aras, Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna,
Carnuti & fluvii cęcula lympha Liger.

Hic Baſilica omnium totius Galliae auguſtiſſima, Virgini, cujus induſia ibidem adſervantur, dicata.

¶ Carnutes populi fuere Galliae, quorum tractus nunc *le pais Chartrain* dicitur, in Belſia provincia. Horum caput eſt Carnutum ſeu Autricum Carnutum, urbs ampla, ab Eburam fluvium, vulgò *Chartres* Gallis, *Ciartres* Italis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi antea, nunc ſub Archiepiſcopo Pariſienſi ab anno 1621. Diſtat 18. leucis à Lutetia in Africum, & totidem ab Aurelianis in Boream. Vide Autricum.

¶ Caroburgus, *Cherbourg*, urbs Galliae, in Normannia provincia et in Conſtantienſi tractu, ad mare Britannicum, et ſat munita, cum portu utcumque capaci, 15. leucis diſtat à Conſtantia in Boream, et 9. à Carentonio.

¶ Caroleſium, *le Charolois*, regio parva Franciae, in Ducatu Burgundiae, cujus caput Caroliae, *Charolles*, urbecula lepida, ad amnem Reconſam, 6. leucis à Cluniaco in occaſum, totidem à Ligeri fluvio, et 11. ab Auguſtodunoi eratque antea ſub utili dominio Regis Hiſpaniae.

¶ Carolomontium, *Charlemont*, oppidum Belgii cum arce anno 1555. à Carolo V. Imperatore excitata in monte, juxta Moſam fluvium, in Namurcenſi Comitatu, medium inter Carolopolim et Namurcum, à Philippovilla autem 4. leucis in ortum, et 2. à Dinantio.

Carolopolis, opp. Gall. Vide Compendium.

¶ Carolopolis, *Charleville*, urbs nova et munita Galliae, ad Moſam fluvium, in Retelenſi agro, ubi antea pagus *Arches*. Exſtructa fuit paucis abhinc annis à Duce Nivernenſi prope Meſierias. Ei inſidet ex altera parte fluvii Mons Olympus, arx munita; et diſtat 5. leucis à Sedano, et 3. a Rupe regia.

¶ Caroloregium, *Charleroy*, fortalitium Belgii, ab Hiſpanis excitatum anno 1666, in monte, prope Sabim fluvium,

vium, in Comitatu Namurcenſi, & in confinio Hannoniæ, ubi aliàs vicus *le Charnoy* dictus, 6. leucis diſtat a Montibus in ortum, & 5. a Namurco in occaſum. Captum fuit a Gallis anno 1667. ipſiſque etiamnum ſubeſt pace ad Aquiſgranum confecta.

¶ Carolostadium, *Caroloſtadt* ſeu *Carlovitz*, urbs nova Germaniæ, & probè munita, in Vinidorum Marchia, ad confluentias fluviorum *Kulp* & *Mereſvvitz*, à Carolo Archiduce Auſtriç condita, quod forſan meliùs. Diſtat a Metelinga 2. leucis in ortum, & 5. a Rudolfiverda.

¶ Caroloſtadium, *Carloſtadt*, oppidum Sueciæ, in ea parte Weſtrogothiæ provinciæ, quæ Wermelandia dicitur, loco Tingvallæ civitatis a Carolo IX. extructum, juxta Venerum lacum. Malè habitum fuit a Danis anno 1644. Diſtat 25. milliaribus a Philippoſtadio in occaſum.

Caronium, *Corunna*, urbs Hiſp. Tarrac. in ora Gallæciæ Boreali, portum habens amplum, ac ab exteris frequentatum, à Compoſtella 10. leuc. ab Ulyſſipone 100. in Bor. in Theſ. Ling. Lat. *Cheroga* indigitatur: quod opp. longiſſimè diſtat à Caronio.

¶ Caronium quibuſdam oppidum Callaicorum, nunc vicus Gallæciæ, aliquot leucis remotus ab ora. Coruna autem eſt ubi alias Flavium Brigantium, portus munitus & totius oræ capaciſſimus, inter promont. Artabrum & Trileucum. Vide Flavium Brigantium.

Carpaſia, Carpaſium Plin. urbs Cypri, in ora Boreali, apud oram orientalem, apud Clides prom. epiſc. ſub Archiepiſc. Salaminio olim, *Carpaſſo* vulgò.

¶ Carpaſia, urbs inſulę Cypri, in ora, inter Aphrodiſium & Dinaretum prom. 28. milliaribus a Salamine in Boream, & paulò ampliùs a Clide. Ab ea dictæ fuerunt Carpaſiæ inſulae, in ora adjacente Cypri, inter Carpaſiam & Dinaretum promont.

Carpaſia item, inſ. Ciliciæ, ante Sarpedonem prom. & inſ. Cypri, in ora occidua, apud Drepanum prom. Acamantem versùs. Theſ. Ling. Lat. confundit hanc inſul. cum Carpatho inſ. quo ſe Geographiæ ignarum oſtendit.

Carpates (non Carpatus, ut in Theſ. Ling. Lat.) Rupes Sarmaticæ, Sol. Sevo Plin. mons Sarmatiæ Europ. Moraviam, Poloniam, Ruſſiamque ab Hungaria & Tranſylvania diſcludens, *Crapack* & aliis nominibus appellatus: Nam alibi *Tarczal*, alibi *Den Munch*, & alibi *Wurzgarten*; ubi ſeparat Ruſſiam à Tranſylvania, *Bieſcid*; ubi Poloniam ab Hungaria, *Tarczal*; ubi Moraviam ab Hungaria, *Schneberg*, teſte Laz. De eo libro 7. itiner. ſic.

Carpatus a noſtro qua ſeparat orbe Polonos.
Vertice contingens ſydera celſa ſuo.

¶ Carpates ab accolis dicitur *Szepeſi*, *Krapak*, & *Bieſciady* à Ruſſis, teſte Cluverio, & Latine etiam Carpathus. Pro varietate locorum & idiomatum varia ſortitur nomina. Hujus altiſſima juga, quae Solino Sarmaticae rupes dicuntur, inquit Vvernherus, quæque ſunt inter Moraviam & Hungariam, & Danubium attingunt, *Schneberg* Germanis & *Tatri* Slavorum lingua hodie vocantur.

Carpathus, *Scarpanto* Soph. & al. inſula maris Carpathii, una Sporadum, circuitu 25. mill. paſſ. inter Cretam 60. & Rhodum ad ortum 50. mill. à Calydna 25. in auſt. Inde mare Carpathium, quod Telmeſſum uſque extenditur, & Aſiaticum quoque appellatur, teſte Plin. Quod ſi verum eſſet, etiam mare Rhodium ſive Rhodienſe Carpathii pars erit. Mem. illius Ovid. lib. 15. Metam.

Donec Carpathius medio de gurgite vates.

Carpathius teſtem & Carpathius leporem apud Archilochum proverb. eſt in eum, qui teſtem in ſui malum adducit, vel aliquid aliud in ſui perniciem affert: uti qui lepores in Carpathon inſ. deferunt, adeo excreſcentes, ut fruges omnes diſſipent maximo incolarum detrimento. Malè in Theſ. Ling. Latin. locatur inter Ægyptum & Rhodum, cùm ſit inter Rhodum & Cretam.

¶ Carpathus inſula eſt Aſiae, inter Cretam ad occaſum & Rhodum ad ortum, Aſię minori ſeu Doridi propior. Oppidum habuit Poſidium, nunc etiam *Scarpanto* dictum; & ab ea dicitur mare Carpathium, quod extenditur a Creta Rhodum uſque. Subeſt dominio Turcarum.

¶ Carpentaria, *Carpentaria*, & etiam *Carpenter landt*, regio ſeu pars terrę Auſtralis, recens detecta, in intimo receſſu Oceani Indici, & a Præfecto Carpentario Batavo, qui primus ejus oram luſtravit, nomen ſortita hiſce ultimis temporibus.

Carpentoracte, *Carpentras*, urbs Gall. Narbonenſ. in Provincia, & Com. Venuſino, epiſc. ſub Archiep. Avenionenſi, inde 4. leuc. in Bor. & Cæc. Arauſioni, propior 2. leuc. diſtans. *Plin.*

¶ Carpentoracte caput eſt Comitatus Venuxini, in Provincia, ſed in ditione Pontificia, 3. leucis diſtat ab Arauſione, & 4. a Vaſione in auſtrum.

Carpetani, pop. Hiſp. Tarracon. circa umbilicum incolentes: quorum metrop. eſt Toletum, & reg. Caſtella nova, *Caſtiglia la nova*, & *Regno di Toledo* nominatur. *Liv.* *Plin.*

¶ Carpetani populi fuere Hiſpaniae in eo tractu Caſtellae novae, ubi nunc pars Algarriae, & regionis *la Mancha* dicta, versùs Tagum & Anam; & eorum caput fuit Toletum, teſtibus Ortelio, Sanſone, Brietio, & aliis.

¶ Carpiani populi fuere Sarmatiae Europaeae, gens Baſtarnarum populorum, inter Carpatem montem & Viſtulam fluvium. Dicti ſunt etiam Carpi, teſte Cluverio.

¶ Carpium, *Carpi*, urbs Italiae, in ditione Mutinenſi, cum titulo Principatus, alias ſub dominio Piorum, ad incile flu. Secii, vix, 4. milliaribus a Corregio, & 12. à Mutina in Boream. Arcem habet munitam & territorium ſat amplum.

Carpis, *Carpen* Laz. opp. Pannoniae infer. in Hungaria, apud Danubium, inter Strigonium & Budam occurrens. *Ptol.*

Carpis item Ptol. olim urbs epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, nunc pag. Africae, inter Maxulam & Clupeam, Tuneti urb. finitimus, *Carpi* adhuc.

Carpis etiam fluv. Myſiae, qui una cum Albi Iſtro miſcetur, *Crapin*, qui & *Kruppa*. Sed hic Colapis eſt, non in Myſia, ſed in Liburnia, in Saum influens. *Hero.*

Carpudaemum, oppid. Thraciae mediterr. quod *Cappa* dici ferunt, apud Molet. *Capſia*, inter Bizyam & Bergulas. *Ptol.*

Carraca, *Caravaggio*, opp. praeclarum Bechunorum, in Inſubrum et Cenomanorum confinio, à Mediolano 24. mill. paſſibus Brixiam in ort. et Caec. versùs, proprio parens Marchioni, ex Ducum Mediolanenſium ſtirpe. Hic Franciſcus Sfortia Venetos ingenti ſtrage proſtravit. Aliis Carraca, *Cara*, pag. agri Mediolanenſis eſſe videtur: ſed ſitus apud Ptol. haud reſpondet. *Ptol.*

¶ Carraria, quae Carrea et Carrera, *Carrara*, Gallis *Carare*, urbecula Italiae, in Thuſcia, nuper Principatus titulo inſignita, in ditione Ducis Maſſae gentis Cibae. Vix 4. milliar. diſtat à mari Mediterraneo, et 6. à Sarſana in ortum. Vide Cariara.

Carrea, *Cairaſco*, et *Cheraſco*, opp. Liguriae amplum probeque munitum, in colle, apud Tanari et Sturae fluminum confluentiam, in Principatu Pedemontano, inter Albam Pompejam 7. et Foſſanum urb. 13. mill. paſſ. à Taurino 22. Claraſcum Latin. rec. Hic Ortel. Carream cum Cariara oppid. Hetruriae confundit. *Plin.*

¶ Carrea, quae et Claraſcum, Gallis *Quieraſque*, oppidum eſt Italiae, in Pedemontio, ad Tanarum fluvium, ubi recipit Sturam fluv. medium inter Albam et Foſſanum, 7. milliaribus ab utraque, et 13. à Carmaniola. Fruſtra tentatum fuit ab Hiſpanis ultimo bello; eſtque celebre pace ibi confecta anno 1631. in qua portio ſatis ampla Montisferrati acceſſit Pedemontio.

Carrhae, *Orfa*, urbs Meſopotamiae epiſcop. ſub Archiepiſcop. Edeſſeno, Edeſſae & Euphrati propinqua, ad 12. mill. paſſ. diſtans in ortum à Bithia 30. ab Hierapoli 84. Amidam versùs 150. in Caec. diſtantem, à Parthis condita, Craſſi caede memorabilis, teſte Lucan. lib. 1. *Plin.* *Ptol.* *& al.*

-miſerando funere Craſſus
Aſſyria Latio maculavit ſanguine Carrhas.

¶ Carrhae, Nigro et Sanſone teſtibus, nunc *Heren* dicitur. Sedet prope Chaboram fluvium 40. milliaribus ab Edeſſa, et 60. ab Euphrate in ortum; eſtque nunc in provincia *Diarbech* dicta, ſub dominio Turcarum.

¶ Carricta, *Carrick*, provincia Scotiae meridionalis, in ora ad occaſum, inter Gallovidiam et Covaliam prov. Ejus primarium oppidum eſt Berigonium, *Bargeny*, ad Luſſum amnem, teſte Brietio, 20. milliaribus Scoticis à Candida caſa diſtans in Boream.

Carrina, *Carima*, et *Cadima*, pag. Luſitaniae, juxta Mundam fluv. in Diœceſi Conimbricenſi, ubi duo fontes miri, unus omnia reſpuens, alter omnia abſorbens, teſte Plin. Locus abſorbens *Ferventia* vulgò, teſte And.

Reſend. dicitur. Videtur legendum apud Plin. Carima.

¶ Carrina, *Cadima*, pagus eſt provinciæ Beiræ, in Comarca Conimbricenſi, ſupra fontes amnis *Girabn*, una leuca Hiſpanica a caſtro Cantaneda, & 2. ab Oceano Luſitano, uti a Munda fluvio.

Ptol. Carrodunum, (non Carodunum, ut in Theſ. Ling. Lat.) *Krakow*, teſte Bonfinio, & *Cracow*, urbs Germ. ad Viſtulam fluv. intermeantem, Poloniæ regia præclara, Graccopolis poſtea, & Cracovia dicta, à Vienna urbe Auſtriæ 43. leuc. in Bor. inter Pragam 48. & Vilnam Lituaniæ in Cęciam 80.

Carrodunum (non Carnodunum, ut in Theſ. Ling. Lat.) alterum, *Krainburg* Pirchaimero, oppid. Vindeliciæ, in Bavaria, ad Oęnum fluv. (non ad Danubium, ut in eod. Theſ.) inter Oenipontem, ſive Oetingam ad Bor. & Waſſerburgum ad merid. 2. leuc. à Landshuta urb. 8. Salisburgum verſus. Eſt & *Krainburg* opp. Rhætię, inter Brigantium 2. & Campodunum 3. leuc.

Carrodunum tertium, *Kharnburg*, teſte Ort. oppid. Pannon. ſuper. in Stiriæ & Hung. conf. inter Siſciam & Lentudum in Bor. Al. eſt *Craimburb*, ſive *Krainburg*, in Norico, ad Saum fluv. inter Villacum 8. & Labacum in ort. 4. leuc. Situs tamen Ptol. non reſpondet, cùm Carrodunum in Pannon. *Krainburg* verò in Norico ſit.

¶ Carrodunum tertium oppidum fuit Pannoniæ, nunc Stiriæ, vulgò *Korburg* dictum, ad Arrabonem fluvium, 3. leucis Germanicis a confin. Hungarię, & 6. a Græcio in ortum, 24. autem a Carnioburgo Carniolæ in ortum; eſtque nunc urbecula parvi momenti, 2. leucis a Racelburgo in Boream.

¶ Carrodunum quartum, Cluverio, Sanſone, & aliis teſtibus, Peucinorum præcipua eſt Leopolis, Ruſſiæ minoris ſeu Nigræ caput, *Lwow*, Germanis *Lembourg*, Palatinatus caput, juxta amnem *Peltevv*, qui cadit in Burgem fluvium.

Cedr. Carſe, *Cars*, teſte Leuncl. urbs Armen. majoris, inter Azirim ad occ. & Artaxata ad ort. occurrens, Chorſa Ptol. urbs ſub Turcis probè munita.

¶ Carſe, ſeu Chorſa, nunc *Cars*, urbs eſt munita Aſiæ, in Turcomannia, prope fontes Euphratis fluvii, & in ditione Turcarum à centum circiter annis.

Strab. *Liv.* Carſeoli, & Carſeola Liv., alibi *Carſoli*, colon. & opp. Latij, in finibus Æquicolarum, apud lacum Fucinum exciſum, non longè à Taliequitio opp. (quod novum Carſeoli dici poteſt) *Tagliacozzo*, inter urbem Romam 40. & Aquilam 28. mill. paſſ. ab Alba Marſorum 7. Pop. Carſeolani Plin. Ovid. lib. 4. faſt.

Frigido Carſeolis, nec olivis apta ferendis.

Et mox eod. lib.

Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat.

¶ Carſeoli oppidum fuit Æquorum, in Latio, in colle, nunc *Arſoli* caſtrum, 3. milliaribus diſtat ab Aniene fluv. & paulò ampliùs a confin. Aprutii, intra montes, 10. autem a Taliacotio in occaſum, ſed longiùs a Lacu Fucino, in ditione Pontificia.

Ptol. Carſidava, *Kuryma*, ut videtur Laz. opp. Daciæ in Valacchia.

¶ Caſidava, oppidum Daciæ Alpeſtris, nunc tantùm vicus Kurima, in Valachia prop. verſùs Moldaviam.

Strab. Carſuli, Carſula Ptol. *Carſola*, urbs olim Umbriæ epiſc. in via Flaminia, inter Narniam & Mevaniam occurrens, exciſa, apud Aquam Spartam opp. à Narnia ſupra 8. mill. paſſ. Volaterr. & Leander *Caſcina* opp. longè hinc diſtans eſſe putant.

Cartamitanum, ſeu Carthamitanum, *Cartama*, opp. Hiſp. Bęt. apud Malacam urb: in Vandalitiæ & regni Granatenſis conf. à Malaco 2. leuc. in occ. Arundam verſùs, in valle.

¶ Cartamitanum municipium, ſeu & Cartima, *Cartama*, oppidum regni Granatenſis, 3. leucis à Malaca in occaſum, ad maximi montis radices ſitum, prope confin. Vandalitiæ, aliaſque amplum & munitum, nunc autem deficit in dies.

Suid. *Mel.* * Cartennæ, *Moſtagan* Marm. *Mazzagran* Gaſt. *Circelli* Jo. Etrobio, opp. Maurit. Cæſarienſ. in ora littor. inter Arſenariam col. ad occ. & Carepulam ad ort. ad 18. mill. paſſ: à Quiza 58. in ort. Juliam Cæſaream verſùs, ad Carteni fluv. oſtia: qui *Xilef* Marm. dicitur, *Mina* Caſtal. (* Manuſcr. Selden. Κάρτεινα.

¶ Cartennae, nunc *Moſtagan*, oppidum eſt Africae, in regno Algerii, cum portu capaci, & arce in ora littorali maris Mediterranei, ad oſtia fluv. *Selef*. Diſtat 14. leucis Hiſpanicis ab Orano in ortum.

Carthago, Charchedon Ptol. & al. Græcis, urbs Africę quondam clariſſima, Romæque æmula, in ora littorali, olim archiep. & ampla metrop. ſub qua 125. epiſcopatus conveniebant, nunc ab Arabibus everſa, prorsùs jacens, *Berſack* incolis (de antiquo nomine Byrſæ, à Didone conditae) dicta & *Cartin*, & *Rocca de Maſtinaces*, teſte Marm. dicitur, *Almenara* Africanis. Abeſt à Tuneto 15. mill. paſſ. in occ. Uticam verſùs 30. De qua Auſon. in catal. urbium:

Conſtantinopoli adſurgit Carthago priori,
Non toto ceſſura gradu.
Accuſat Carthago Deos jam plena pudoris.

¶ Carthago, urbs Africae, everſa fuit à Scipione Æmiliano poſt tertium bellum Punicum. Ejus Portus *Marcia* nunc dicitur, & mons, qui hac urbe cingebatur, hodie ab Africanis *Almenara* vocatur, & à Chriſtianis *Rocca de Maſtinaces*. Ex ejus ruinis Turetum urbs vicina crevit.

Carthago vetus, *Cantaveja* Ant. Auguſt. *Cantavilla*, teſtib. Varrerio & Beuthero, urbs olim Hip. Tarracon. apud Iberum fluv. nunc vic. apud Villam Francam opp. in Catalaunię & Aragoniae conf. ab Hamilcare Carthaginenſi condita, à Dertuſa urbe 10. leuc. in Corum diſtans, Ilerdae propior. *Cic.* *Polyb.* *Plin.* *& al.*

¶ Carthago vetus urbs fuit Ilercaonum, in Hiſpania, nunc vicus *Cantavieja* dictus, in Aragoniae regno, verſùs confinia Cataloniae & Valentiae, in colle, medius inter Terulum & Dertuſam. Alii tamen credunt fuiſſe ad oſtia Sicoris in Iberum, ubi nunc Mequinenca caſtrum Cataloniae.

Carthago nova, quae & Spartaria, à ſparti copia cognominata, *Cartajena*, urbs Hiſp. Tarracon. in ora Conteſtanorum, cum portu amplo, in regno Murcienſi, à Murcia urbe 10. leuc. in ort. à Valentia 33. in merid. epiſc. ſub Archiep. Toletano, ab Haſdrubale condita. Cujus mem. Ovid. in epiſt. 7. *Polyb.* *Plin.* *Liv.* *& al.*

Nec nova Carthago, nec te creſcentia tangunt
Męnia.

¶ Cartago nova, *Cartagena*, Gallis *Cartagene*, 6. leucis diſtat à Murcia in auſtrum, & totidem à Scombraria promontorio in occaſum. Arcem habet permunitam & portum ampliſſimum et tutum. Ibidem et ſcambrorum piſcatio opulenta, à quibus inſula objecta, quae portum claudit, Scombraria dicitur; eſtque prope Virgitanum ſinum.

¶ Cartago nova, et Cartagena nova, *Cartagena nueva*, urbs maritima Americae meridionalis, in novo regno Granatenſi, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo S. Fidei de Bogota. Gaudet portu tuto et capaciſſimo; eſtque permunita cum duobus fortalitiis, licet àliàs capta et devaſtata fuerit ab Anglis. Ab ipſa regio adjacens dicitur *Governacion de Cartagena*, Gubernium Cartaginis novae. *Cic.* *Plin.* *& a*

Cartheja, Cartaea Steph. Cartha Ovid. Carteja Melae, Ptol. et Plin. quae et Tarteſſus Plin. Strab. Melae et al. *Tariffa*, teſtibus Curione, Mariana, et Becano, *Algezira* Morali, cui magis fido, urbs Hiſp. Baet. everſa, extra fauces freti Herculei, media inter Calpen ad ort. et Tariffam (quae nova Belo dici poteſt) ad occ. 2. leuc. cum dimidia. Haec caput Olcadum fuit, teſte Liv. ab Argantonio (qui annos 300. vixiſſe traditur) condita. Cum regia Maurorum eſſet, et quidem munitiſſima, ab Hiſpanis obſeſſa anno ſal. 1344. hoſtibus victis recuperata fuit, nunc prorsùs jacens. Ejus mem. Ovid. lib. 10. Metam.

Namque ſacer nymphis Carthæa tenentibus arva.

Sil. lib. 3.

Argantoniacos armat Carteja nepotes.

Fuit et Cartheja Ptol. urbs Ceae inſ. Ovid. lib. 7. Metam.

Tranſit & antiquę Cartheja męnia Cęæ.

¶ Cartheja, ſeu, et meliùs, Carteja, urbs Baſtulorum, in Hiſpania ad fretum Herculeum, *Algezira*, urbs everſa, Morali et aliis teſtibus, quanquam non deſint qui credant ipſam fuiſſe ubi nunc *Gibraltar*. Hujus vix ſuperſunt rudera: portu tamen gaudet commodo et capaci intra fauces freti Herculei verſùs ortum, 2. leucis a Calpe in occaſum, et 4. a Tariffa in ortum. Alias regio titulo decorata fuit per aliquot tantum annos, dum in ea permaneret filius Miramolini ſeu Regis Marroci, et ad Cartejam caeſus fuit Cnejus Pompejus Magni filius, ex praelio ad Mundam profugus.

Cartheſa urbs fuit epiſc. in Hiſp. finib. Aſturum, cujus S. Eſychius Epiſcopus fuit. *Lib.* *Con*

Car-

Carthuſia, *la Chartreuſe*, eremus Gall. Narbonenſis, in Delphinatu, intra montes, apud Granopolim urb. ubi cœnobium primum & clariſſimum Carthuſianorum, à S. Brunone Ordinis Carthuſiani auctore ædificatum, unde toti Ordini nomen inditum.

¶ Carthuſia, *la grande Chartreuſe*, eremus eſt intra montes altiſſimos, 4. leucis à Gratianopoli in Boream, Camberiacum versùs 5. prope confin. Sabaudiæ, ubi incunabula Carthuſiani Ordinis, & in eo ſemper commoratur Prior Generalis Ordinis. Sic dicta fuit à Carthuſia vico, *Chartrous*, ei adjacente,

Cartris, peninſ. & prom. Cimbrorum, *Scagen*, opp. & prom. Daniæ, contra Norvegiam.

Caruancas, *Brenner*, teſte Pyramio, mons Norici, in Comit. Tirolenſi. Al. eſt pars Alpium Juliarum, Japodes & mare attingens, apud Hiſtriam.

Carou, *Grave*, opp. Germ. infer. ad Moſam fluv. in Geldriæ Duc. medium inter Genepiam & Megam 2. leuc. quot à Noviomago. Al. eſt *Carvehen* pag. inter Moſam & Rhenum, quod magis probatur. Caruonis aliis legunt.

¶ Carvonis Antonino, nunc *Grave*, oppidulum permunitum Belgii, in Brabantia, ad Moſam fluvium, Cuicanæ regiunculę caput, 2. leucis a Genapia, & 5. a Boſcoduco in ortum; ſubeſtque dominio Hollandorum, ſeu Belgii uniti a plurimis annis.

Carura opp. fuit Phrygiæ in conf. Cariæ, inter Epheſum ad occid. 740. & Holmos ad ort. 920. ſtad. teſte Strab. Eſt & Carura urbs Paropaniſadarum præcipua. Vide Ortoſpana.

Caryſtus, *Caryſto* etiam hodie, teſte Soph. urbs Euboeę littor. in ora auſtrali, epiſc. ſub Archiep. Athenienſi, inter Leonem prom. & Caphareum, à Cholcide urbe primaria ad 70. mill. paſſ. in Eurum, à Geræſto prom. 15. Hic Briareus gigas colebatur. (Titanes enim in Eubœa regnaſſe feruntur.) Marmore abundat, quod Caryſtium nominatur. Hinc Caryſtius nom. gent. De Caryſto Luc. lib. 5.

Qua maris anguſtas fauces ſaxoſa Caryſtos.

Cariſteus etiam nom. gent. Ovid. lib. 4. faſt.

Quaque Caryſteis frangitur unda vadis,

Hic error inſignis Theſ. Ling. Lat. vitandus, Caryſtum inſ. unam ex Cycladibus facientis.

Caſa candida, urbs Scotiae, quæ & S. Ninianus, & Lucopibia. Vide Candida caſa.

Caſale, & Caſalenſis urbs, olim Sedula ex urbis annalibus, urbs Liguriae, ad Padum fluv. epiſc. ſub Archiep. Mediolanenſ. inde 40. mill. paſſ. cum arce firmiſſima, recens à Ducibus Mantuanis exſtructa, Montisferrati caput, & conventus juridicus, inter Ticinum & Taurinum 35. mill. paſſ. inter Alexandriam 16. & Vercellas propiores 10. vulgò *Caſale*, & ad aliorum Caſalium differentiam, *Caſal di S. Vaſo*, à D. Evaſio ejus patrono cognominata, & epiſcopali ſede à Sixto IV. Pont. Max. donata.

¶ Caſale, *Caſal*, urbs permunita Italiae, alias Bodincomagus dicta a Liguribus, & Induſtria a Romanis, ubi alias Veliates populi. Celebris facta eſt hiſce ultimis temporibus obſidionibus ſuis & clade Hiſpanis illata anno 1640. a Gallis, Harcurio Duce; aegre habitata propter cœli inclementiam.

¶ Caſale majus, *Caſal maggiore*, oppidum amplum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi & agro Laudenſi, prope Padum fluvium, & in limite Ducatus Mantuani & agri Parmenſis.

¶ Caſale Puſturlengum, *Caſal Puſturlengo*, oppidum amplum & cultum Italiae, in Ducatu Mediolanenſi & agro Laudenſi, medium ferme inter Laudem Pompejam & Placentiam.

Ptol. Caſalus ſinus, *Golfo di S. Fiorenzo*, Pineto teſte, ſinus Corſicę, in ora Boreali, ſic ab arce S. Florentii (ubi ſedes eſt Epiſcopi Nebienſis, Nebio urbe non longè exciſa) ibi ſita denominatus. Sed Caſalus ſinus non in ora Boreali, at in occidua apud Sagonam urbem everſam à Pt. deſcribitur, & vulgò *Golfo di Genarca* nominatur.

Caſalus ſinus Brietio eſt *Spiaggia de Corſari*, Magino autem eſt *Golfo di Calvi*, in parte occidentali inſulae Corſicae, quod forſan probabilius, eſtque inter Sagonam & Nebium.

¶ Caſanum, *Cazan*, urbs Tartarorum, in ditione Moſcovitica, a Joanne Baſilio capta, expulſis Regibus. Sedet ad Caſanum, qui mox cadit in fluvium Volgam; eſtque primaria regni cognominis, inter Bulgariam & Ceremiſſos.

¶ Casbinum, *Casbin*, urbs Perſiae, vetus Regum ſedes, cultiſſima & perampla, in provincia *Ayrach*, 260. milliaribus diſtat ab Haſpahamo in Boream versùs Caſpium mare: & multi credunt fuiſſe Ecbatanam antiquorum. Vide ibi.

¶ Caſcale, *Caſcaes*, oppidum Luſitaniæ, in ora Oceani, cum arce ſatis munita, prope promontorium Lunæ, quod vulgò *Capo de Roca ſintra*, ad oſtium Tagi, 5. leuc. infra Uliſipponem in occaſum.

Caſcandrus apud Plin. inſ. eſt deſerta, magaritarum piſcatione celebris, ſicuti & Tilos inſ. Arabiae. Plin.

Caſcantum, *Caſcante*, opp. Hiſp. Tarracon. apud Iberum fluv. in Navarræ regno, juxta Aragoniae fines, inter Cæſarauguſtam ad ort. 12. & Calagurrim ad occ. 7. leuc. proximum Tutelae urbi, inter illam & Turiaſonem 2. leuc. Pop. Caſcantenſes Plin. Ant.

¶ Caſcantum, oppidulum parvum Navarrae, ad amnem *Queiles*, in Præfectura Tudelenſi, & inter Tudelem & Turiaſonem, vix 2. leucis ab Ibero fluvio.

¶ Caſcia, *Caſcia*, oppidum Italiae, in ditione Pontificia; in Umbria; versùs Apenninum & confinia regni Neapolitani, inter Reate & Nurſiam, intra colles.

¶ Caſerta, *Caſerta*, urbs eſt parva Italiae, in regno Neapolitano & Campania felici, prope Vulturnum fluv. Principatus titulo gaudet gentis Gaetanorum, ad radicibus montis Tifatæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, 6. milliaribus diſtat à Capua in ortum, & paulò minus à Calatia in auſtrum; eſtque parvi circuitus.

* Caſilinum, & aliquibus Caſſilinum, *Caſtelluccio*, vel *Caſteluzzo*, Leandro & Sanfelicio teſtibus, colon. et opp. olim, nunc pag. Campaniae, ubi Caſilinus fluv. in Vulturnum excipitur, a Capua 16. mill. paſſ. Sinueſſam versùs in auſtr. diſtans. Apud Caſilinum 30000. Gothorum à Narſete caeſos Agathias lib. 2. ſcribit. Hinc Caſilinus nom. gent. Sil. lib. 12. Cic. Liv. Ptol.

-atque æquavit mœnia terrę.

Poſt Caſilina ſibi, multum obluctatus iniquis.

(* Manuſc. Seld. Καβεχινον.

¶ Caſilinum hodie eſt Capua, teſtibus Sanſone, Brietio, et aliis, urbs archiepiſcopalis Campaniae, *Capua* vulgò, ad Vulturnum fluvium ſita, cum arce munita, 2. milliaribus à veteri Capua diſtans. Caſilinus etiam dictus fuit Vulturnus Vibio Sequeſtro. Sed quid ſit pagus *Caſtelluccio* in illo tractu, neque ego potui ſcire ab incolis, cum illas partes luſtrarem anno 1667. Vide Capua.

Caſimomagum, ſeu Caſinomagum ex al. cod. Salomacum Anton. teſte Welſero, *Cauſalion*, opp. Gall. Narbonenſis in Lingua Occitana, inter Toloſam ad occ. et Pontiopolim ad ort. Tab. Peut.

¶ Caſimomagum, ſeu Caſinomagus Sanſoni, fuit oppidum inter Toloſam et Lactoram, ubi nunc oppidum *Coulogne*, in Verdunenſi regiuncula Vaſconiae, 7. leucis à Toloſa in occaſum.

Caſinum, Caſſinum Liv. et Columel. *Caſſino*, colon. et urbs olim epiſc. Samnii, in Latii Campaniæque conf. ad montem Caſſini radices (ſuper quo clariſſimum Benedictinorum cœnobium conſtructum eſt) exciſa, apud Fanum San. Germani oppidum ex illius ruinis exſtructum, ubi multa manent ſuae magnitudinis veſtigia, inter quae theatrum, inter urbem Romam 72. et Neapolim 48. mill. paſſibus occurrens, Aquino propinquum ad 5. mill. ad fluv. cognominem memor. Silio libro 12. Plin. Liv. Sil. & al.

Haud inamatus ager, nymphiſque habitata Caſini
Rura evaſtantur.

¶ Caſinum, *Monte Caſſino & Caſſina*, Gallis *le Mont Caſſin*, urbs fuit Volſcorum in Latio, juxta confinia Campaniae, nunc autem in provincia Terrae Laboris in regno Neapolitano. Ex ejus ruinis crevit oppid. S. Germani, *S. Germano*. Ibi cœnobium quadratum pulcherrimum in colle, ubi incunabula Ordinis S. Benedicti, 6. milliaribus ab Aquino, 12. à ditione Pontificia in ortum, et 5. à Liri fluvio.

Caſium, opp. apud mont. Caſium Palæſtinae, (non Arab. pet. ut in Theſ. Ling. Lat.) ubi Pompeii ſepulchrum: quod et Caſſium apud Ant. ſcribitur gem. *ſ*, ſicuti et Caſſius mons, cujus incolae Caſſiotae vafri et verſuti habiti ſunt, ut ex eis adagium ortum ſit, *Caſſioticus nodus*, apud Suid. et Diogenian.

¶ Caſium, ſeu, et melius, Caſſium, oppidum fuit Ægypti, prope confinia Palaeſtinae, in Auguſtamnica prima provincia, et ad radices montis Caſſii, intra Oſtracinam et Gerrhum, et in ora, ubi Sirbonis palus

in mare Mediter. ſe exonerat. 50. milliaribus diſtat à confinio Arabiæ; fuitque antea urbs epiſcopalis ſub Patriarcha Alexandrino.

Hero. Plin. Strab. & al. Caſius, mons Palæſtinæ (non Arabiæ, ut in Theſ. Ling. Lat.) in Ægypti conf. mons ingens apud Oſtracinam urbem, a Peluſio urb. 300. ſtad. in Bor. diſtans, inter mare noſtrum & ſinum Arabicum ad 125. mil. paſſ. extenſus, ubi Pompeii magni ibi interfecti ſepulchrum. Hinc Caſiotis regiuncula, non Arabiæ petreæ, ut in Theſ. Ling. Lat. ſed Palæſtinæ. Memor. illius Lucan. lib. 8.

Nec tenuit Caſium nocturno lumine montem.

Hic templum Jovis erat, ex quo Jupiter Caſius cognominatus.

¶ Caſius, qui & Caſſius, mons eſt Ægypti, in ora littorali, in Auguſtamnica regione, prope Sirbonis paludem & confinia Palaeſtinae, 35. milliaribus à Peluſio in ortum; extenditurque versùs limites Arabiæ Petreæ. Ibi alias Caſſium urbs. Mons nunc *Lariſſa* dicitur, Theveto teſte.

Plin. Sol. Ptol. Caſius alter, mons Syriae, mare Syrium inter Ciliciam & Phœnicem attingens, *Liſon* ſeu *Liza*, teſte Nigro, Antiochiae urbi & Lydiae finitimus. Cujus ſummitas duo de viginti mill. paſſ. continet, ita ut ex vertice ſol adhuc 4. vigilia noctis oriens conſpiciatur, ac eodem tempore dies ſit ad ortum, nox ad occ. teſte Plin. Ex eo Caſiotis reg. nominatur, in qua urbes Antiochia, Seleucia, Lydia, & Epiphania, Marathus, Antaradus, & aliae.

Thuc. Hero. Caſmene, *Comiſo*, teſte Aretio, opp. Siciliae mediterr. apud Acras, inter Syracuſas urb. & Terram novam opp. in ora auſtrali ad 25. mill. paſſ. diſtans, ſed Faz. non longè hoc opp. jacere ſcribit.

¶ Caſmene, & Caſmena, oppidum Siciliae, aliàs à Syracuſanis conditum, nunc *Scicali*, Brietio & aliis teſtibus; eſtque ad amnem cognominem, in valle Neetina, Magino autem eſt *Scicli*. Diſtat ab ora 10. milliaribus, & totidem à Neeto in occaſum: & nunc fere in ruinis jacet.

Plin. Ptol. & al. Caſos, & Caſus, *Caſſo*, teſte Soph. inſ. maris Ægei, una Sporadum, teſte Plin. inter Sammonium promont. Cretæ 30. & Carpathum inſ. in Caec. vergentem ad 20. mill. paſſ. ut ſcribit idem Plin.

Virg. Vib. Seq. Caſperia, *Aſpra*, opp. olim, nunc pag. Sabinorum, apud ortum Himellae flum. Caſperula Silio, à Narnia 12. mill. paſſ. ab Interamna ferè totidem, inter Ocriculum & Reate 16. Ejus mem. Virg. lib. 7. Æn.

Caſperiamque colunt, Forulóſque, & flumen Himelle.

De Caſperula Sil. Lib. 8.

Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Caſperula.

Plin. Ptol. Caſpiae portae, urbs Mediae, in Parthiae conf. illam ab hac ſeparans, haud procul à Caſpio mari, Caſpia clauſtra Tac. à Rhagis diei itinere diſtans, teſte Arriano, ab Ecbatanis 20. in ort. teſte Plin. Hecatompylum versùs 245. mill. paſſ. Al. non urbs, ſed anguſtia montis Tauri, per quam in ulteriorem Mediam tranſitus eſt.

¶ Caſpiae portae ſunt anguſtiae intra montes, ubi facilior tranſitus inter Mediam & Parthiam, in regno Perſarum. Dicuntur *les portes de Teflis* a quibuſdam.

Plin. Caſpii, pop. Aſiae, in Hyrcania, quorum reg. Caſpiana Strab. dicitur, ubi canes faeviſſimi, teſte Pomp. Mela, *Strama*, teſte Caſtal. mare attingens, quod propterea Caſpium dicitur. (Quod veteres Oceano Scythico communicare crediderunt. Sed Macrob. lib. 2. cap. 9. ſcribit illud ab Oceano non derivari, prout à recentioribus compertum.) Sunt & Caſpii montes ejuſd. reg. in Caſpium mare definentes. Strabo Caſpios parentes cum annum 70. attingunt fame necare refert. Horum mem. Virg. lib. 6. Æn.

Hujus in adventu jam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent Divum.

Claud. lib. 3. de rap. Proſerp.

Si tu ſancta Ceres, & te non Caſpia Tigris
Edidit.

¶ Caſpii fuere populi in Hircania. Sunt & Caſpii montes, à Septentrione in meridiem valde extenſi, inter Armeniam majorem & Mediam.

Caſpingium, oppidum Batavorum, prope Vahalim fluv. nunc caſtrum dictum *Gieſſenburg*, teſte Cluverio, inter Goricum & Dordracum, in Comitatu Hollandiae.

Ptol. Caſpira, (non Caſpirus, ut in Theſ. Ling. Latin.) *Coſpetir*, teſte Mercat. urbs Indiae citer.

¶ Caſpium mare nomen habet à Caſpiis populis; diturque etiam Hyrcanum ab Hyrcanis; aliaſque in quatuor ſinus diſtributum fuit, nempe in Scythicum, Albanum, Caſpium, & Hyrcanum, nunc vulgò *mer Caſpie*, ſeu etiam *mer de Sala* ab urbe *Salacinits* in ora, & *mer de Bacu* ab urbe cognom. in Media, & *de Tabareſtan*. Ab Armenis dicitur *mer de Giorgiam*, à Perſis *Kurſum*, ſeu *Dario Gueylani*, à Ruſſis *mare Gualenskoi*, et ab Italis *mare Caſpio, o di Bacu*. In illud ſe exonerant plurima flumina, Rha, Jaxartes, Oxus, Cyrus, Araxes, in longitudinem ad 800. millia paſſuum extenditur. Latitudo autem vix 650. paſſuum millia implet. Varia ejus nomina lege apud Texeiram, ubi notat hieme magna ex parte concreſcere. Habet ad Boream Tartariam deſertam, ab ortu Usbechiam ſeu *Mauralnahar*, ab occaſu Georgiam, et ad meridiem regnum Perſarum.

¶ Caſſanda, *Caſſandt*, et *Caſſant*, inſula Belgii in ora Flandriae et ex adverſo Zelandiae et Fliſſingae urbis. Arcem habet cognominem et permunitam, captam à Batavis quibus etiamnum paret. Vix una leuca diſtat à Sluſa, et 4. à Brugis in ortum.

Caſſandrea, Ptol. ſimplici *f*. *Caſſandria* adhuc, Soph. teſte, dicta, prius Potidaea, teſte Steph. urbs Macedon. marit. ad ſin. Thermaicum, inter Theſſalonicam et Canaſtraeum prom. olim epiſc. nunc metrop. Sic à Caſſandra Priami filia dicta. De qua Virg. lib. 2. Æneidum. Plin. Pauſ. Ptol. & al.

Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris.

Caſſanum, *Caſsano*, urbs magnae Graeciae, in Lucaniae conf. epiſc. inter oram littor. et Summuranum, ſive Caſtrovillarium 6. mill. paſſ. Vide Coſanum. Prov. Rom.

¶ Caſſanum urbecula eſt regni Neapolitani, in Calabria citeriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino, juxta amnem *Lione*. Diſtat 20. milliaribus à Roſſano in Boream; eſtque parvi circuitus.

¶ Caſſanum, *Caſsano*, oppidulum Italiae, in Ducatu Mediolanenſi, ad Adduam fluvium, alias frequens, 15. milliaribus à Crema, et 12. à Bergomo.

¶ Caſſella, *Caſsel*, urbs Germaniae, in Franconia, Lantgraviatus Haſſiae caput. Vide Caſſilia.

Caſſentinum, ſive Caſuentinum, opp. olim et col. Hetruriae, exciſum, cujus ager in territ. Aretino adhuc *Caſentino* nominatur. Front.

Caſſi, pop. Britanniae, apud Cattieuchlanos, *Gaſserer* nunc Glareano, at * Camd. *Caishow*; ſed *Caishow* Cattieuchlani eſſe videntur. (* Camden. ait in regiuncula *Caishow* ſervari nomen Caſſiorum, quos etiam Cattieuchlanos vocat, vulgo *the Hundred of Caishow*, in Comit. Hertfordienſi. Ceſ.

Caſſia via olim à Cluſio Florentiam perducebat, uti ex antiquo marmore in urbe Mont. Politiani reperto legitur. Cic.

¶ Caſſianum, *Caſſian*, urbs ampla Perſidis, in provincia *Hierach*. Diſtat circiter tridui itinere ab Haſpahamo in Boream, versùs mare Caſpium, eſtque in perpulchra planitie.

Caſſilia, et Caſella, *Cashel*, urbs Hiberniae archiep. et Momoniae reg. orae auſtralis metropolis, inter Waterfordiam, et Limericum umbilicum Hiberniae 25. mill. paſſ. ſub qua epiſcopatus Liſmorenſ. Limericenſ. Roſſenſ. Corcagienſ. Waterfordienſ. Aunenſis ſive Emilienſ. et Clonenſ. numerantur. Scribitur etiam Caſſilium: quo nomine etiam urbs Haſſiae in German. primaria *Caſsel* nominatur. Vide Stereontium. Prov. Rom.

¶ Caſſilia urbs eſt Momoniae, ad Suirium fluvium, in Comitatu Triperarienſi. In colle ſedet, eſtque ampla et culta, et Archiepiſcopali dignitate exornata ab Eugenio Papa. Male habita fuit hiſce poſterioribus temporibus ab Anglis.

¶ Caſſilia, ſeu Caſſella, *Caſsel*, urbs eſt Germaniae probè munita, ad Fuldam fluvium, cum arce, ubi ſedes Principis Landgravii Haſſo-Caſſellani, 12. leucis diſtat à Marpurgo in Boream, et 11. a Paderborna in occaſum. Dicta fuit etiam Caſtellum Cattorum et Stereontium. Vide ibi.

Caſſiliacum, *Romakeſsel*, opp. olim, nunc pag. Rhaetiae, à Schonga opp. 3. leuc. in Bor. Auguſtam versùs 8. a Lansberga 2. in via ab Auguſta ad Oenipontem occurrens. Sic à B. Rhenano indigitatur. Lib. Not.

Caſſinatium, Caſini reperta, genit. eſt plur. pop. enim Caſſini Caſſinates olim dicti ſunt. Vet. Inſc.

Caſſinum, urbs Latii exciſa. Vide Caſinum. Plin.

Caſſiope, *Jannina*, urbs in Theſprotia reg. olim epiſcop. ſub Archiepiſ. Naupactenſi, *Cogniza* Nigro. Sed Ptol. & al.

Leoni-

Leonico ſides habenda, qui Caſſiopejam vocat, eamque nunc *Joannina* dici teſtatur. Caſſiope altera, opp. olim, nunc ;pag.' Corcyræ inſ. vulgò *S. Maria di Caſſopo*, teſte Soph. à Brunduſio & Tarento urbibus Italiæ 1700. ſtad. diſtans, teſte Strab. Pop. Caſſiopaei Plin. Hinc Caſſiopejus. De Caſſiope Prop. lib. 1. eleg. 17.

Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam.

¶ Caſſiope, *Caſſiopo*, urbecula eſt Epiri, in regiuncula Caſſiopaea dicta, in montanis, versùs Macedoniam. Caſſiope alia urbs Epiri, in Almena provincia, versùs oram littoralem. Nunc *Joannina* dicitur; eſtque alicujus momenti: ambæ ſub dominio Turcarum.

¶ Caſſipa, *Caſſipa*, lacus Americae meridionalis, in Paria regione. In fluvium Orenocum ſe exonerat; eſtque inter Orinocum & lacum Parime dictum.

Caſſiterides, Cattiterides Strab. & Ptol. inſ. Hiſpaniae Tarracon. Callaicis adjacentes, plumbo divites, quas ſcriptores varie indigitant. * G. Camd. nunc *Silly*, ſeu *Sorlings*; ſed *Silly* Galliæ, *Sorlings* Britanniæ potius adjacent. Olivar. *Biſargo*, al. *Zizarga*, quod magis probo; hæc enim à Caronia urbe Gallaeciae 7. tantum leuc. diſtat. De eis Poeta quidam lib. 7. itiner.

-Vena qua divite profert
Caſſiteris nitidum plumbi non una metallum.

¶ * Camdeno *Silly & Sorlings* unum idemque ſunt, ſicut & aliis.

¶ Caſſiterides Nonnio, Cluverio, & aliis ſunt inſulae quæ Trileuco promontorio Galaeciæ objacent, quarum una ad occaſum *Zizarga*, alia ad ortum *Isla de S. Ciprian* dicta, in ora Boreali Gallaeciæ regni, & in Oceano Cantabrico. De ipſis tamen magna quæſtio inter Scriptores. Credit Camdenus Caſſiterides eſſe inſ. *Silly* ſeu *Sorlingues*, ſed probabilius fuiſſe in ora Gallaeciae, ubi duae inſulae praecipuae, & aliquot aliae minores, quae verius ſcopuli.

Caſſium, *Caſe*, opp. parvum Liguriae, in agro Ticinenſi, inter Silvanum & Caſtrum novum oppida 2. mill. paſſ. à Ticino 18. à Dertona 7. Caſſios autem Plin. fluv. Albaniæ.

¶ Caſſovia, *Caſchavv* incolis, *Caſſovie* Gallis, urbs Hungariæ ſuperioris caput, & Comitatus Abanvivarienſis præcipua, juxta rapidum fluvium Kunnertum ſita, & probe munita, 4. milliaribus ab Eperia in auſtrum, & 11. ab Agria in Boream. Subeſt dominio Imperatoris tanquam Regis Hungariae. Eſt tamen libera, & ſui pene juris, ſex leucis diſtans à Monte Carpatho.

¶ Caſſubia, regio Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, vulgò *Caſſuben & Caſſubie*, inter mare Balticum & Pruſſiam, ac inter Ducatus Stetinenſem & Wendenſem; gaudetque etiam titulo Ducali. Ibi urbes præcipuæ Colberga, Coslinum, & Belgardia. Eam poſſidet Elector Brandeburgicus ab aliquot annis.

Caſtabala urbs fuit Ciliciae epiſc. ſub Archiep. Anazarbeno, & Patriarch. Antiocheno, in mediterr. Mopſueſtiæ finitima, in Syriae conf. Pop. Caſtabalenſes, canes alentes ad bellum.

¶ Caſtabala, urbs Ciliciae Campeſtris, versùs oram littoralem ſinus Iſſici, inter Anazarbum & Adanam.

Caſtalius, fons & mons Phocidis, inter Delphos & Parnaſſum, mons celebris apud Poetas, pars Parnaſſi, fons muſis ſacer,) qui & Caballinus nomen habet) à Caſtalia virgine, quam fugientem Apollinem in fontem verſam fabulantur, dictus. Hinc Caſtalius nom. gent. Virg. lib. 3. Georg.

Caſtaliam molli divertitur orbita clivo.

Caſtania, *Caſtellaneta*, urbs Lucaniae, in Salentinorum conf. epiſc. ſub Archiep. Tarentino, media inter Mateolam ad occ. & Tarentum ad ort. 18. mill. paſſ. Motulae proxima ad 6.

¶ Caſtanovitium, *Caſtanovitz*, arx Croatiae in ditione Turcica, ad fluvium Unnam, 3. leucis à Siſcia, & 4. à Petrina in ortum, versùs confinia Croatiae Auſtriacae.

Caſtaon, *Cazorla*, teſte Mor. cum Gomeſio, oppid. Hiſp. Baet. inter Ubedam urb. et Seguram opp. ad ort. 6. leuc. Sed Henr. Coquo et Car. Cluſio eſt *Villa nueva d' Alcaraz*, opp. amplum Hiſp. Tarracon. haud procul à mont. ex quo Baetis fluv. profluit, inter Cyntiliam urb. 17. et Linares opp. 20. leuc. ubi plumbum proveniebat. Hoc opp. ubi plumbum effoditur in Theſ. Ling. Lat. Carthagini novae, proximum dicitur, cùm inde maximè diſtet, in Baetica ſitum.

¶ Caſtaon, aliis Caſtulo, *Cazorla*, eſt ad Baetim fluv. in Dioeceſi & regno Toletano, ſed in confinio Vandalitiae, ubi aliàs Oretani populi. Vide Caſtulo.

¶ Caſtella, *la Caſtille*, Hiſpanis *Caſtiglia*, regnum Hiſpaniae ampliſſimum, in duas partes diviſum, in Caſtellam veterem, *Caſtiglia la vieja*, quae versùs Septentrionem, cujus caput Burgi, & in Caſtellam novam, *Caſtiglia la nueva*, ſeu regnum Toletanum; quae versùs Meridiem, cujus primaria alias Toletum; & nunc Madritum. Caſtella autem habet à Septentr. Aſturias et Biſcajam, ab Oriente regna Navarrae, Aragoniae, Valentiae, & Murciae, à Meridie Andaluziam, & ab Occidente Eſtremaduram & regnum Legionis.

¶ Urbes Caſtellae Veteris:

Abula, *Avila.*	Burgi, *Burgos.*
Calaguris, *Calahorra.*	Oxoma, *Oſma*, quae & *Borgo d'Oſma.*
Calciata, *la Calzada*, ſeu *S. Domingo de la Calzada.*	Segovia, *Segovia.*
	Valliſoletum, *Valladolid.*

Urbes Caſtellae novae:

Calatrava, Calatrava.	*Conca*, Cuenca.
Civitas Regium, Ciudad Real.	*Madritum*, Madrid.
	Seguntia, Siguenza.
Complutum, Alcala de Henares.	*Toletum*, Toledo.

¶ Caſtella aurea, *Caſtiglia de oro* Hiſpanis, *Caſtille d'or* Gallis, pars Americae meridionalis, inter Iſthmum Pananae, Peruviam, & Venezuelam, à Caſtellanis antea detecta, & ſic denominata. Nunc autem Terra firma dicitur, vulgò *Tierra Ferma* dicta, Gallis *Terre ferme*. Subeſt dominio Hiſpanorum. Vide Terra firma.

¶ Caſtellana, *Caſtellane*, oppidum Galliae, in Provincia, ad Verdonem amnem, versùs montes, 2. leucis à Sanitio in auſtrum.

¶ Caſtellaneta, *Caſtellaneta*, urbs regni Neapolitani, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarentino, cum titulo Principatus, ad fluvium Talvum, in provincia Hydruntina. Diſtat 9. milliaribus ab ora ſinus Tarentini. Vide Caſtania.

Caſtellani pop. Hiſp. Tarracon. in Catalaunia, quorum tractus Ducatus eſt Cardonae, teſte Varrerio cum Villan. eſt autem *Cardona* opp. inter Salſonam 2. & Minoriſſam urbem 3. leuc. ab Ilerda 10. Bor. versùs, ubi mons eſt copia ſalis colorum varietate reſperſi celebris.

¶ Caſtellani populi fuere inter Auſetanos & Cerretanos, versùs Beſſidam & Bergam oppida Cataloniae, ad radices Pyrenaeorum, & prope Cardonam etiam protendebantur.

¶ Caſtelletum, *le Catelet*, oppidulum Galliae probè munitum, in Picardia regione & in confinio Hannoniae & Cameracenſis tractus, ad fontes Scaldis fluvii, 5. leucis diſtat à Perona; eſtque medium inter Cameracum & Fanum S. Quintini.

¶ Caſtellio, *Caſtillon*, oppidulum Galliae, in Petragoricenſi provincia, ad fluvium Duranium, ubi Angli victi, & grandi clade affecti à Gallis anno 1451. ſub Carolo VII Rege. Diſtat 3. leucis à Liburnia in ortum, & totidem à Fano S. Fidei in occaſum.

¶ Caſtellio ad Lupiam, *Chaſtillon ſur Loing*, oppidum lepidum Galliae, in Vaſtirio tractu, cum caſtro in colle, ad Lupiam amnem, & antea Ducatus titulo inſignitum. 4. leucis ſupra Montargium in meridiem diſtat, et 6. à Ligeri fluvio.

¶ Caſtellio ad Matronam, *Chaſtillon ſur Marne*, urbecula Franciae, in Campania ſuperiori, ad Matronam fluvium ſita, vix 3. leucis ab Epernaco in occaſum, & 7. à Remis in auſtrum.

¶ Caſtellio ad Sequanam, *Chaſtillon ſur Seine*, urbs Galliae ſatis culta, in Ducatu Burgundiae, ad Sequanam fluvium, 16. leucis a Divione in Boream, et 13. a Lingonibus in occaſum.

¶ Caſtellionenſis lacus, *Lago di Caſtiglione*, lacus eſt Hetruriae, in agro Senenſi, ſic dictus ab oppidulo ei adjacente, *Caſtiglione di Piſcaria*, inter Groſſetum et ditionem Plumbinenſem. Paulo poſt in mare Mediterraneum ſe exonerat, ſub dominio Magni Ducis Hetruriae.

¶ Caſtellodunum, *Chaſteaudun*, urbs Galliae lepida et culta, ad Laedum fluvium, octo leucis ſupra Vindocinum. Sita eſt in Belſia provincia, in eo tractu qui ab ea *le Dunois* dicitur, in dominio Ducis Longovillae. Diſtat à Rothomago 28. leucis in auſtrum, et totidem a Lutetia in occaſum.

Caſtellum Aquarum, quod & Aquæ, & Thermæ ſuperiores, *Baden*, *&* *Ober Baden*, urbs Helvetiorum inter Tigurum 2. & Baſileam 6. leuc. Helveticis, ubi comitia haberi ſolent Helvetiorum generalia.

¶ Caſtellum Aquarum, *Baden*, ſuperius dictum, ad differentiam alterius, oppidum eſt Helvetiorum, ad Limagum amnem. Vide Aquæ Helvetiæ.

¶ Caſtellum Arianorum, ſeu Caſtelavium Auracium, *Caſtelnaudary*, oppidum Galliae, in Occitania, celebre pugna ibi commiſſa anno 1632. Sedet in cole, 5. leucis à Carcaſſona, & 8. à Tholoſa.

Ex Vet. Trad. Caſtellum Cattorum, *Caſſel*, urbs Haſſiæ primaria. Vide Stereontium.

¶ Caſtellum Durantium, *Caſtel Durante*, oppidum alias Italiae, in Ducatu Urbini, ad Metaurum amnem, ubi antea delitiae Ducum, & palatium ſuperbum. Sed ab Urbano VIII. Barberino Summo Pontifice facta fuit civitas anno 1632. & dicta Urbanea, *Urbanea* cujus epiſcopatus unitus eſt cum Diœceſi S. Angeli Vadani. Vide Urbanea.

¶ Caſtellum Holmium, *Caſtelholm*, oppidum Sveciæ, & Alandiae inſulae praecipuum, in mari Baltico, ad fauces ſinus Bothnici, cum portu capaci.

Ptol. Amm. Caſtellum quoque Hunnorum, *Caſtellaun*, opp. Germ. ſup. in Trevirenſium ditione, à Simera opp. 2. leuc. in Bor. diſtans, à Treviris 9. in ort.

¶ Caſtellum Hunnorum, ſeu Caſtellaunum, oppidulum eſt tenue, in Palatinatu Rheni & in conf. Trevirenſis ditionis, una leuca à Simmera, & 2. à Moſella fluvio.

Caſtellum Menapiorum, *Keſſel*, teſte Divæo, cum Hub. Leodio, *Kaſſel* vel *Caſſel* aliis, opp. Belgii in Brabantia ad Moſam, in Geldriæ conf. inter Ruremundam & Venloam urbes Geldricas, inde ſupra 4. leuc. hinc ferè 2. diſſitum, Hornę finitimum.

¶ Caſtellum Menapiorum, *Keſſel*, oppidum eſt Geldrię ſuperioris, prope Moſam fluvium, & ab eo regio adjacens dicitur *T'landt van Keſſel* incolis, *pais de Keſſel* Gallis, inter Moſam & paludes *Peele*, versùs Brabantiam. Oppidum autem 2. leucis diſtat ab Horna in Boream.

Ant. Caſtellum Morinorum, *Kaſſel*, teſte P. Divæo, opp. Belgii, in Flandria, inter Audomarum urb. Arteſiæ ad occ. 3. & Hypras urb. Flandricam ad ort. 5. leuc.

¶ Caſtellum Morinorum vulgò *Caſſel* & *Mont Caſſel* dicitur; eſtque lepidum oppidum in colle ſitum, 4. leucis ab Hypra, cum amplo territorio.

Vet. Inſcr. Caſtelon, *Caſtellon d' Ampurias*, opp. amplum Hiſp. citer. in Catalaunia, apud Emporias urb. olim in ora littorali, nunc oppidulum inter Gerundam ſupra 5. & Helenam in Bor. ſupra 8. leuc. ab Emporiis fere 3.

¶ Caſtilio Stiverorum, *Caſtiglione delle Stivere*, oppid. munitum Italiae, intra limites Duc. Mantuani Gaudet arce non temnenda, & titulo Principatus Gonzagarum, cum regiuncula adjacente, quae proprio paret Principi, 12. milliar. diſtat à Piſcaria; eſtque ferme medium inter Mantuam & Breſciam.

¶ Caſtillio Mantuanus, *Caſtiglione Mantuano*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mantuano, 15. milliar. à Mantua Veronam verſus.

Laoni Chal. cond. Caſtoria, Caſtoria caſtra Anton. etiam vulgò *Caſtoria*, urbs epiſc. Maced. ſub Archiep. Acridenſi, apud lacum Lychnidum, Prileppo & Achridæ urbibus propinqua.

Ptol. Caſtra alata, *Edenburgh*, urbs Scotiae regia. Vide Alata caſtra.

Plin. Caſtra Caecilia, *Cazeres*, opp. Luſit. pręclarum, in Extremadura, teſte Mor. inter Emeritam & Placentiam ad Bor. 12. leuc. quod & Caſa Cereris, & Caſtra Caeſaris alii interpretantur. Sed Varrerio eſt *Guadalupe*, opp. ejuſdem reg. cum cœnobio praeclaro, inter Talabricam Zephyram ferè 14. leuc. à Caſtris Juliis S. Prior interpretatio magis probatur Marianae.

¶ Caſtra Caecilia, *Caceres*, caſtrum alias Luſitanorum, nunc provincia Eſtremadurę, inter Auguſtam Emeritam & Caurium, in ampla planitie, 3. leucis à Tago fluvio, & 16. à Placentia, uti ab oppidulo Guadalupia in occaſum.

Caſtra Catulina, *Tuln* Laz. opp. Norici in Auſtria, ad Danubium, à Vienna 7. leuc. in occ.

Spart. ¶ Caſtra Catulina, *Tuln*, oppidum eſt Auſtriae inferioris, ad amnem cognominem, qui una leuca infra in Danubium ſe exonerat.

Amm. Caſtra Conſtantia. Vide Conſtantia caſtra.

Plin. Mel. Caſtra Cornelia, Corneliana caſtra Caeſ. opp. Africae, erant in ora inter Carthaginem & Uticam.

Caſtra exploratorum, * *Burgh upon ſands*, teſte G. Camd. oppid. olim Britannię ſecundae, in Scotia, apud Edimburgum urb. (* Camden. ait probabiliter eſſe locum non procul à Carleolo in Cumbria reg. quem vulgus *old Carlile* appell. aliis autem (reclamante quamvis omnino diſtantia) *Drumbough* eſſe caſtrum ejuſd. region. vicinum *Burgh upon ſands*.

¶ Caſtra exploratorum, locus Brigantum. Camdeno & Speedo eſt *Burgh upon Sands*, id eſt, Burgus ad Sabulum, vicus Angliae, in Cumbria provincia, ad Itunae aeſtuarium, medius inter Carleolum & *Drumboug*. In illo vico *Burg* obiit Eduardus primus Angliae Rex.

Caſtra Germanorum, *Briſca*, teſte Mol. *Brexar* Marm. aliis *Berſak*, opp. Maurit. Caeſarienſ. marit. inter Juliam Caeſaream, & Apollinis prom. ad occ. Ptol.

Caſtra Hannibalis, *le Caſtelle*, pag. magnae Graeciae, in littore, inter Scyllacium urb. & Lacinium prom. à Scyllacio 24. mill. paſſ. in ort. Eſulae urbi proximus & Lacinio. Plin.

Caſtra Herculis, *Erkelens*, & *Hercklens*, urbs Germ. infer. in Geldriae Duc. in conf. Ducat. Juliacenſis, inter Nueſium ad ort. & Ruremundam ad occ. paulò ſupra 4. leuc. à Colonia ſupra 5. Amm.

¶ Caſtra Herculis, *Erkelens*, oppiduium Gueldriae ditionis, inſertum Ducatui Juliacenſi, versùs Ruram amnem, 3. leucis à Juliaco in Boream, 7. à Colonia. A quibuſdam dicitur Herculanium.

Caſtra Julia, *Trugillo*, urbs Hiſp. Luſit. in Extremadura, inter Caſtra Caecilia & Guadalupam 8. leuc. Zephyrae propior, 5. leuc. diſtans ab Emerita 12. Plin. Amm.

Caſtra Mariana, *Camariano*, caſtrum inſubriae, in agro Novarienſi, à Novaria ad 5. mill. paſſ. Vercellas versùs: ſed in vetuſtis monumentis hic locus Arcomarianum, quaſi arcus Marianus nominatur. Vide ibi. Trad. Anti.

¶ Caſtra Mariana pagus eſt Ducatus Mediolani, in Italia, in planitie; diſtatque 5. milliaribus à Novaria in occaſum Bielam versùs.

Caſtra Metallina, *Medelin*, oppid. praeclarum Hiſp. Luſit. in Eſtremadura, ad Anam fluv. ab Emerita 6. leuc. in ort. ubi Anas fluv. conditus emergit poſt 7. leuc. Metallinenſ. colon. Plin. Metallinum. Anton. Vet. Inſ.

¶ Caſtra Metallina, ſeu Metallinum, oppidum fuit Luſitanorum, nunc autem Extremadurę provinciae regni Legionis, ad Anam fluvium. Sed hic fluvius non ibi conditus emergit poſt ſeptem leucas, neque in alia parte Extremadurae, ut nobis hactenus fabulati ſunt Hiſpani, cum revera Anas tantum ſpatio unius leucae in terram ſe abſcondat prope fontes, in agro Lamitano, in Caſtella nova, & 8. leucis ſupra oppidum Calatravam dictum. Vide Metallinum.

Caſtra Poſthumiana, *Caſtro el Rio*, teſte Moral. *Caſtro del Fiume* Marianae, opp. Hiſp. Baeticae, in Vandalitia, apud Salſum fluv. à Corduba 24. mill. paſſ. Granatum versùs in ort. apud Vaenam opp. 2. leuc. diſſitum. A. H.

¶ Caſtra Poſthumiana, vulgò *Caſtro el Rio*, oppidulum eſt Vandalitiae, 2. leucis à Vaena in occaſum, & 5. à Corduba in ortum.

Caſtra vetera, * Vetera Ptol. *Santen*, urbs Germ. infer. ad Rhenum, in Ducat. Clivenſi, inter Weſaliam & Calcariam 2. leuc. à Clivia 4. in auſtrum. Vide Vetera, (* manuſc. Selden. Ἔγερ α.) Tac.

Caſtra Vicelliana, *Medelin*, teſtibus Moral. & Varrerio. Vide Caſtra Metallina, Ortel. in Hiſp. Baetica reponit, cum in Luſit. ſit. Vet. Inſ.

Caſtra Ulpia, *Ulpen*, ſive *Alpen*, oppid. Germ. infer. in Ducat. Clivenſi, apud Santhas & Bercam, inter Weſaliam ad ort. & Geldriam opp. ad occ. 2. leuc. Simlerus *Cleve* interpretatur, quae veterib. Clivenſis arx, nunc Clivia, Ducatus Clivenſis caput, à Noviomago urbe primaria Geldriae 3. leuc. in auſtrum. Ant.

Caſtrimonium, Caſtrimonienſes Plin. *Caſtro*, teſte Ortel. opp. Latii, in finibus Hernicorum, quod Ortel. inter Ferentinum, Signiam, & Soram ſtatuit, urbes Latii, quas tamen ipſe Ortel. Campaniae attribuit: deinde Signia longius abeſt, cum inter illam & Ferentinum Anagnia occurrat. Vet. Inſ.

¶ Caſtrimonium, oppidum Volſcorum, in Latio, nunc forſan *Caſtro*, in Campania Romana, versùs Lirim fluvium et conf. regni Neapolitani, medium inter Aquinum et Pipernum, 12. milliaribus ab Alatrio, et totidem à Sora in auſtrum, 20. autem à Signa in ortum.

Caſtrum, *Caſtro*, urbs epiſc. gemina, una Hetruriae, inter Pr.

inter Suanam ad occ. & Tuſcaniam ad ort. 12. mill. paſſ. Duc. Farneſiorum. Altera in Salentinis, ab Hydrunto 10. mill. paſſ. in auſt.

¶ Caſtrum, *Caſtro*, urbs fuit Hetruriæ, Ducatus Caſtrenſis caput, Ducis Parmæ antea, munita, & epiſcopalis, ſed ab Innocentio X. Pontifice Maximo funditus everſa & deleta fuit anno 1646. & ejus epiſcopatus Aculam translatus, erat juxta amnem Olpitam, 13. milliaribus ab ora maris Tirrheni, & paulò minùs à Soana in auſtrum, uti à Tuſcania in occaſum. Ab ea regiuncula adjacens dicta fuit *Stato di Caſtro*; eſtque inter agros Senenſem àd occaſum, & Urbevetanum ad Boream, Patrimonium D. Petri ad ortum, & mare Mediterraneum in auſtrum; nunc in ditione Summi Pontificis. Altera autem urbs Caſtrum dicta, in Salentinis, eſt Caſtrum Minervæ. Vide ibi.

¶ Caſtrum, ſeu Caſtrum Albienſium, *Caſtres*, urbs Galliæ in Occitania, ad Acutum fluvium, epiſcopalis facta anno 1317. à Joanne XXII. ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, 6. leudis diſtat à Carcaſſona in Boream Albigam versùs, à qua tot leucis diſſita, & 10. à Toloſa.

Caſtrum, urbs Siciliæ exciſa, apud Arcatam oppid. teſte Faz. àb Aluntio 15. mill. paſſ. in Cæc. Patria Epicharmi.

¶ Caſtrum ad Laedum, ſeu Caſtrum Lidium, *Chaſteau de Loir*, oppidum Galliç, in Cenomanenſi provincia, ad Lædum fluvium. Sedet inter Turones ad 8. leucas, & Cenomanum ad 9. circiter, prope confinia Turonenſis agri.

Caſtrum altum, *Caſtralla*, teſte Beuthero, opp. Hiſp. Tarrac. medium inter Saguntum ad merid. & Carthaginem veterem ad ſeptentr. cæde Amilcaris memorabile, in regno Valentiæ. Floriano autem eſt *Caſtel Seras*.

¶ Caſtrum Aragonenſe, *Caſtel Aragoneſe*, urbs Sardiniæ inſulæ, in parte Boreali, ſat ampla & culta, totiuſque inſulæ poſt Calarim prima, & probè munita, in ora littorali, prope oſtia fluvii Aragonenſis, cum portu ſatis capaci, 24. milliaribus diſtat à Saſſari in Boream, 80. ab Arborea, & 100. circiter à Calari pariter in Bor. Alias Tibula dicta fuit.

¶ Caſtrum Bononienſe, *Caſtel Bologneſe*, oppidulum Italiæ, in ditione Bononienſi, quanquam in Romandiola inſertum, in via Æmilia, inter Imolam & Faventiam, ſub dominio Summi Pontificis.

¶ Caſtrum Briandi, *Catteau Briant*, oppidum Galliæ in Britannia, versùs Andegavenſem provinciam, 10. leucis à Nannetis in Boream, cum caſtro antiquo.

Caſtrum Britonum, *Dumbritton*, opp. Scotiae, & emporium apud oſtia Glotae fluv. ubi Levinum excipit, à Lomundo lac. & Grampio mont. 8. mill. a Glaſquo urb. 12. in occ.

. ¶ Caſtrum Britonum, *Dunbritton*, oppidum eſt Scotiç, in Levinia provincia, cum arce munitiſſima, ubi Levinus fluvius cadit in Glottam fluvium. Diſtat 8. milliaribus à Glaſco. Vide Dumbretonium.

¶ Caſtrum Caledonium, *Dunkelden*, urbs eſt Scotiae, ad Tavum fluvium, in Perthia provincia, versùs Atholiam regionem, 10. milliaribus à Perthia urbe in Boream. Eſt epiſcopalis ſub Archiepiſcopo S. Andreae; fuitque male habita ab Anglis hiſce ultimis temporibus.

¶ Caſtrum Cameracenſe, *Catteau Cambreſis*, oppidulum Belgii, in agro Cameracenſi, bellis hiice deformatum, 5. leucis diſtat à Cameraco in ortum, & 2. a Landrecejo, ad Sellam fluvium.

¶ Caſtrum Francum, *Caſtel Franco*, oppidum Italiae, in ditione Pontificia & agro Bononienſi, & medium ferè inter Mutinam & Bononiam, prope Panarum amnem. Ei adjacet Arx Urbana, ab Urbano VIII. Pontifice Maximo extructa in tutelam confinii Status Eccleſiaſtici contra Mutinenſem Ducatum.

¶ Caſtrum Gandulphi, *Caſtel Gandolfo*, oppidum Italiç, in Latio. Vide Arx Gandulphi.

¶ Caſtrum Guelphum, *Caſtel Guelfo*, oppidulum Italiæ in Ducatu Parmenſi & in via Æmilia. Paucis nunc conſtat incolis; eſtque prope Tarum amnem, & medium inter Parmam & Burgum S. Domnini.

¶ Caſtrum Gonterii, *Catteau Gontier*, oppidum Galliæ, in Andegavenſi provincia, ad Meduanam fluvium, in limite Cenomanenſis provinciae, & medium ferme inter Andegavum & Lavallium.

¶ Caſtrum Heraldi, *Chaſtelleraut*, urbs Galliae, in Pictavienſi provincia, ad Vigennam fluvium, Ducatus titulo clara, 6. leucis infra Pictavium, versùs Turones.

Virgil. Caſtrum Iovi oppid. erat Hetruriae, inter Pyrgos & Centum cellas, inde 5. mill. paſſ.

¶ Caſtrum Iuvi erat oppidulum Rutulorum, in Latio, in ora littorali maris Tirrheni. Situm erat inter Antium & Aphrodiſium, teſte Brietio, non autem in Hetruria.

¶ Caſtrum Iphium ſeu Taxianum, *Chaſteau d'If*, arx Galliæ in ſcopulo, in ora Provinciae, prope Maſſiliam urbem, undique mari cincta, parva, ſed munita.

Caſtrum Minervæ, poſtea Crypta aurea, *Grottaria*, opp. magnæ Græciæ, in Calabria ulter. inter Hieracium ad merid. & Cauloniam ad Bor. 10. mill. paſſ. à Murgetia, ſive à Fano S. Georgii 6. quot à littore.

¶ Caſtrum Minervae, *Caſtro*, urbs fuit Salentinorum, *Varon.* nunc regni Neapolitani, in provincia Hydruntina, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hydruntino, in ora littorali maris Jonii, alias malè habita à Turcis, nunc utcumque reparata & munita, 6. milliaribus diſtat ab Hydrunto in auſtrum, 9. ab Alexano in Boream, & 16. à Japigio promontorio, centum autem & amplius a vico Grottaria dicto, in Calabria ulteriori.

¶ Caſtrum Nantonis, *Chaſteau Landon*, urbecula Galliç, in Inſula Franciae & Vaſtinio agro, 2. leucis à Nomurtio in meridiem, & 4. à Montargio, 20. autem à Lutetia.

Caſtrum novum geminum apud veteres, unum in *Plin.* Hetruriae ora, col. & urb. quae periit, inter Pyrgos 8. *Liv.* & Centum cellas 5. mill. paſſ. Caſtrum Invi Virg. In *& al.* Theſ. Ling. Lat. prox. Tiberi ſcribitur, & *Corneto* indigitatur: quae urbs longè abeſt ab oſtiis Tiberis. Alterum Piceni, in ora Aprutii, inter Truentum & Aternum flumina, *Flaviano*, nunc exciſum, teſtibus Blondo & Leandro, inter Juliam nov. opp. & Atriam ad ort. 8. mill. paſſ.

¶ Caſtrum novum in ora Hetruriae, locus provinciae Patrimonii S. Petri, in ora maris Tyrrheni, nunc Caſtrum *S. Marinella* dictum in ditione Barberinorum, ut ex conjectura liquet, & ex loci diſtantia inter Pirgos & Centumcellas, cum portu alias capaci, ſub dominio Summi Pontificis. Caſtrum novum alterum eſt in Aprutio ulteriori, in ora ſinus Adriatici, nuncque tantum ſuperſunt rudera *Calveno* dicta, ad oſtia Romani fluvii.

Caſtrum novum, *Caſtel Novo*, opp. amplum Liguriæ, ad Iriam, ſeu Scripiam fluv. inter Dertonam urb. 5. & Ticinum in Bor. 20. mill. paſſ. à Gothis, teſte Caſſiod. ædificatum.

¶ Caſtrum novum, vulgò *Caſtel novo Tortoneſe*, quia *Caſſio.* in Dertonenſi agro. Dicitur etiam ad differentiam aliorum *Caſtel novo de Scrivia*; eſtque in Ducatu Mediolanenſi, 3. milliaribus a Pado fluvio.

Vet. inſ. Caſtrum novum item, urbs Dalmatiae, ad ſinum Rhizonicum, Aſcrivio urb. finitima, in ora: ubi ſedes eſt Epiſcopi Riſinienſis, nunc ſub Turcis.

¶ Caſtrum novum, *Caſtel novo*, oppidum eſt Turcarum probè munitum, aliaſque a Chriſtianis tentatum irrito conatu, diſtat 10. milliaribus à Cattara in occaſum, & totidem a Rhizino, 22. autem à Budua in Boream.

¶ Caſtrum novum Grafinianum, *Caſtel novo di Carfagnana*, oppidum amplum Italiae, & caput Caferonianae ſeu Grafinianę regionis, ubi arx munita, dicta Mons Alphonſus. Subeſt Duci Mutinenſi; ſedetque versùs montem Apennini, et prope amnem Sercium, 20. milliaribus a Lucca in Boream.

Caſtrum Octavianum, *S. Locat*, teſte Morali, pag. *Vet.* Hiſp. citer. apud Barcinonem urbem. *Trad.*

¶ Caſtrum Porciani, *Caſteau Porcien*, urbecula Franciae, in provincia Campaniae et Retelenſi agro, ad Axonam fluvium, Principatus titulo clara, vix 2. leucis a Retelio in occaſum, et 8. a Remis in Boream.

¶ Caſtrum Reginaldi, *Chaſteau Regnault*, caſtrum munitum Franciae, in Retelenſi agro, in colle, cum titulo Principatus, ad Moſam fluvium, duabus leucis infra Carolopolim, in limite Leodienſis dominii.

¶ Caſtrum Rufum, *Catteau Roux*, oppidum Galliae, in provincia Bituricenſi, Ducatus titulo inſignitum, ad Ingerem fluvium, 7. leucis ab Exeloduno in auſtrum. Dicitur etiam, et forſam melius, Caſtrum Rodulphium.

¶ Caſtrum S. Angeli, *S. Angelo*, oppidum Italiç, in Ducatu Mediolanenſi, non longè a Lambro fluvio, et 7. milliaribus a Laude Pompeja.

Caſtrum Stiliconis, *Caſtion*, teſte Merula, opp. Inſubr. in agro Mediolanenſi, à Mediolano, 25. mill. paſſ. Vareſium versùs 7. à Stilicone viro clariſſimo Honorii Aug. ſocero à Claudiano verſibus celebrato nominatum, prout alia caſtra, ſive opp. ejuſdem nominis non modò in Italia, ſed et in Galliis.

¶ Ca-

¶ Caſtrum Theodorici, *Chaſteau Thierry*, urbs lepida Galliae, in Campania regione, ad Matronam fluvium. Ducatus titulo gaudet, 10. leucis diſtat a Meldis in ortum, et 12. a Remis.

Cic. App. Liv. Caſtrum Truentinum, opp. Piceni exciſum, ad oſtia Truenti fluv. Vide Truentum.

¶ Caſtrum Vulpinum, *Chaſteau Renard*, oppidulum Galliae, in inſula Franciae et Vaſtinio agro, ſupra amnem Ovayne, 2. leucis a Montargio, et 27. a Lutetia in meridiem, ſub dominio utili Principis Auraici.

Diod. Sil. Caſtula, *Caſtiglione*, opp. Hetruriae, inter Aretium 5. & Cortonam 10. mill. paſſ. non obſcurum: niſi ſit aliud ad lacum Traſimenum, à priore 20. mill. in merid. diſtans.

¶ Caſtula, ſeu Caſtellio, *Caſtiglione Aretino*, oppidum Hetruriæ, inter Aretium & Cortonam, medium ferè intra montes, 4. milliar. a Clani palude, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ, 15. milliar. diſtat in Boream ab altero oppido Caſtellione dicto, *Caſtiglione del lago*, juxta lacum Traſimenum, in agro Peruſino, & in ditione Pontificia.

Ptol. & al. Caſtulo, *Caslona*, urbs olim epiſc. nunc pag. Hiſp. Tarracon. in conf. Bæticæ, intra montes, (qui ſaltus Caſtulonenſis dicuntur) vulgò *Puerto di Muladar*, *& di S. Eſtevan*; Biatiæ urb. proximus, inter Gienium urb. 7. & Linares opp. 6. ante bellum Trojanum anno 100. teſte Mariana, condit. Abeſt à Pyreneis montibus ad 700. mill. paſſ. in auſtrum, quanta eſt Hiſp. citer. longitudo. In ſaltu Caſtulonenſi ubi Loſa dicitur, ad 200. mill. Maurorum cæſa an. ſal. 1212. Populi Caſtulonenſes Plin. Caſtulonis mem. Sil. lib. 3.

Caſtulo Phœbæi ſervat cognomina vatis.

Et paulò poſt:

Fulget præcipuis Parnaſia Caſtulo ſignis.

¶ Caſtulo, *Caslona la vieja*, olim oppidum Oretanorum: nunc tenuis vicus intra montes, ubi tranſitus *Puerto de Muradal* dictus, inter Caſtellam novam & Andaluziam.

Plin. Caſuentum Baſentium P. Diac. *Baſſento & Buſſento*, teſte Mazz. & al. *Vaſento*, fluv. magnæ Græciæ ſeu Lucaniæ per Baſilicatam in ſin. Tarentinum poſt Talandrum apud Metapontum urbem exciſam exiens. Fuit & Caſuentum municipium Umbriæ ex veteri inſcriptione, cujus populi Caſuentilani Plinio.

¶ Caſuentum, *Baſiento*, fluvius Lucaniae trans Apenninum, nunc Baſilicatæ provinciæ, inter Bradanum & Acalandrum. In ſinum Tarentinum ſe exonerat, 24. milliaribus a Taranto in occaſum.

Ptol. Caſurgis, *Chaurim*, urbs Germ. in Bohemia, teſte Appiano, inter Pragam 4. & Cuthnas in ort. 6. leuc. Sed Pyramius hanc Pragam eſſe contendit. Res adhuc dubia, cùm certa deſint argumenta. Vide Marobudum.

¶ Caſurgis, *Caurzim* nunc, Sanſone & Ortelio teſtibus, quamquam Brietius credat eſſe Pragam. Vide Caurzima.

Plin. Ant. Ptol. & al. Catabathmus, *Carto*-Molet. *Capo d' Alber* Theveto, urbs olim, nunc pag. Marmaricę littor. inter Cyrenen ad occ. 174. & Parætonium ad ort. 129. mill. paſſ. ex Anton. itin. medius inter Cyrenen & Alexandriam, finis Cyrenaicæ, teſte Mela. Ejus mem. Saluſt. in libro de bello Jugurth.

Prov. Rom. Catacium, *Catanzaro*, urbs magnae Graeciae epiſc. ſub Archiep. Rhegino, Calabriae ulterioris primaria, & ſedes Praefecti, à Rhegio 100. mill. paſſ. diſtans in Bor. à Scyllacio 12. à Crotone 40. in occ. Conſentiam versùs totidem.

¶ Catacium, *Catanzaro*, urbs eſt ampla Calabriae ulterioris, in regno Neapolitano, cujus epiſcopatui unitus eſt Tabernenſi a Calixto II. 3. milliaribus tantum diſtat ab ora ſinus Scillacei, media inter Scillaceum & Bellicaſtrum, 11. milliar. ab utroque, a Crotone 30. in occaſum, & 80. a Rhegio in Boream.

Gr. D. Catacumbae, quae & Cœmeterium Calliſti, locus urbis Romae, in via Appia ab urbe 3. mil. paſſ. diſtans, in quo innumera Martyrum corpora condita fuere: *le Catacumbe* etiam vulgò nominatur.

¶ Catacumbae ſunt cœmeteria antiqua ſubterranea prope & extra muros urbis Romae, ad aliquot milliaria extenſa a Chriſtianis, ubi perſaepe degebant tempore perſecutionum. Talia ſunt cœmeteria Calepodii, Calliſti, Pretextati, Priſcillae, & alia.

Plin. Amm. Catadupi, *Catadhi*, teſte Jo. Bermudeſio, pop. Æthiopiae, apud Catarractas Nili incolentes, unde ipſae Catarractae Catadupa à Macrobio lib. de ſomno Scip. appellantur, immenſo fragore incolas afficientes.

¶ Cataja, *le Catay*, regio Aſiae, in Tartaria, versùs ortum & Terram Eſonis maximè extenſa, inter Tartariam veram ad Boream, Sinas ad auſtrum, & Turcheſtaniam ad occaſum. Ejus partes Europaeis notae ſunt Tangutum, Tenducum, & Tainfujum; crediturque Serica antiquorum. Ibi primaria urbs eſt Cambalum, quae ampliſſima. A quibuſdam confunditur cum Sinis.

Scrip. Hiſp. Catalaunia, *Catalunna*, Hiſp. & *Catalogna*, Italis reg. Hiſp. citer. inter mare Mediterr. ad ort. & Aragoniam ad occ. ac mont. Pyrenaeum ad ſeptentr. à Gallia Narbonenſi ſeparantem, & Iberum fluv. ad auſtrum à regno Valentiae ferè dividentem. In qua Barcino primaria urb. & Tarraco metrop. Sic a Catalaunis pop. qui circa Toloſam Aquitaniae urbem olim incoluerunt, in eamque reg. trajecerunt, dicta. Catalonia aliis dicitur, ut lib. 1. itiner.

Ergo petens ampla Catalonia littora pompa.

¶ Catalaunia, quae & melius, Catalonia, Gallis *Catalogne*, Principatus titulo clara, alias parvis Comitibus Barcinonenſibus, & deinde Regibus Aragoniae, & ideo etiam ſub Corona Aragoniae generaliter ſumpta continetur. Ejus autem pars, nempe Comitatus Ruſcinonenſis, Sceptro Gallico ſubeſt ab anno 1660. Regio eſt montuoſa, ſed ferax & valde rigua, cujus incolae valde libertatis amantes.

¶ Urbes Cataloniae:

Barcino, *Barcelona*.	Rhoda, *Roſes*.
Cardona, *Cardona*,	Celſona, *Solſona*.
Dertuſa, *Tortoſa*.	Tarraco, *Tarragona*.
Gerunda, *Girona*.	Vicus, *Vich d' Oſſona*.
Ilerda, *Lleyda*.	Urgela, *la Ceu d'Urgel*.

Lib. Prov. Catalaunum, *Chalons*, urbs Gall. Belg. in Campania, ad Matronam fluv. epiſc. ſub Archiep. Rhemenſi, inde 10. leuc. in Eurum, Tullum urb. Auſtraſiae ſeu Lotharingiae versùs ad 30. Vide Cathelauni.

¶ Catalaunum, *Chaalons*, ubi etiam populi Catalauni, urbs eſt ampla Galliae & probè munita, 20. leucis diſtat a Trecis in Boream, & totidem a Verduno in Africum. Ab ea dicti ſunt Catalaunici campi, ubi Attila devictus fuit a Francis & Romanis.

Diod. Strab. Flor. Catana, Catina Cic. *Catania*, urbs Siciliae, in ora orientali, inter Meſſanam ad Bor. 60. & Syracuſas ad merid. 50. ex primis totius inſulae, epiſc. ſub Archiep. Montis regalis, acad. mont. Ætnae finitima, inde in ort. 10. mill. paſſ. recedens. Pop. Catinenſes Cic. Urbs à Chalcidenſibus anno ab orbe condito 4462. 9. poſt Naxum condita traditur ab Euſebio; ſed alii antiquiorem faciunt, conditam ſcilicet anno mundi 3469. poſt Romam 89. Vide Catina. Sil. lib. 15.

Tum Catana ardenti nimium vicina Typhæo.

¶ Catana urbs eſt Siciliae, in regione Valle Demona dicta, in ora littorali maris Jonii, ubi ſinus Catanenſis dictus. Hanc alluit Amenes fluviolus, nunc *Judicello*. A Carolo V. mœnibus & propugnaculis cincta fuit; eſtque prope radices Æthnae, montis, cujus eructationibus obnoxia eſt. Anno 1669. ejus incendiis deformata fuit, & in ipſius territorio plurima caſtra everſa ſunt quatuor fluminibus igneis ipſius montis Æthnae, 40. milliaribus diſtat a Syracuſis in Boream.

Dion. Byz. Catangius, *Golfo Caſtaccio*, teſte Petr. Gyllio, ſin. maris, apud Boſporum Thracium.

¶ Catanzara, *Catanzaro*, & Cantazaro, urbs regni Neapolitani, in Calabria ulteriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegienſi, ſed unita cum Epiſcopatu Tabernenſi. In colle ſedet. Antiquitus fuit Catacium. Vide ibi.

Ant. Cataractonum, ſive Cataracton, ut alii cod. habent, *Catterick*, teſte Rob. Talboto, oppidulum Britanniae, in Scotia, ubi & diverſorium *Cantaricbridge*. Vide Caturactonium, ſeu Caturractonium, quod alii *Carlile* indigitant. (* Camden. habet *Catarrick*, *& Catarrick-bridge*. Angl. in Eborac. Comit.

Stra. Catarractes, *Caſcata de Tivoli*, caſus Anienis fluv. apud Tybur urb. in Latii Sabinorumque confinio.

Stra. Catarractes Danubii, *Sevvreuſſel*, teſte Laz. locus Norici in Auſtria, infra Lentiam urbem, ubi in Danubio navigia periclitantur.

Ptol. Suid. Catarractus, *Arpadore* vel *Anpadore*, fluv. Cretae, in ora auſtrali, inter Leonem prom. & Sacrum mont. apud Libenam opp. fluens.

Ptol. Catarractus alter, fluv. Pamphyliae; qui cum Melane Aſpen-

Aſpendum urb. præterfluit, in mare inter Attaliam & Magydon exiens, ex alta rupe ingentique ſtrepitu deſcendens.

Catelani, pop. ex Avarum ſtirpe, qui in Hiſp. profecti, regioni nomen indiderunt. Vide Cathelauni, & Catalauni. Iidem enim videntur.

¶ Catelani, ſeu Catalani, aliter Gothalani populi, qui in Hiſpaniam profecti, regionem ab ipſis Catalauniam dictam occuparunt, ubi antea Lacetani, Coſetani, Laletani, Auſetani, Caſtellani, Cerretani, Indigetes, & Ilergetes populi, inter Pirenæos montes, Iberum & Cincam fluv. & mare Mediterraneum. Sed a campis Catalauniis non dicta eſt Catalaunia.

¶ Caterlogenſis Comitatus, regio Hiberniæ, in Lagenia provincia, *Count Caterlagh* Anglis, inter Comitatus Vexfordienſem, Dublinienſem, & Kilkennienſem.

¶ Caterlogum, urbs Hiberniæ, Comitacus cognominis caput, vulgò *Caterlagh*, ad Brigum fluvium, & media inter Kildariam & Cellam S. Canici.

¶ Catharum, *Cattaro*, urbs munitiſſima Dalmatiæ, in ora ſub Venetis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Raguſino. Vide Aſcrivium & Catara.

Cathelauni, al. Catalauni, pop. & urb. Gall. Belg. in Campania, ad Matronam fluv. ubi campi Catalaunici, urbs verò Catalaunum lib. Prov. nominatur. Vide Catalaunum. Hic Ætius Rom. Dux Hunnos inſigni clade affecit 180000. ipſorum cæſis, teſte P. Diacono.

¶ Cathelauni, ſeu, & meliùs, Catalauni, populi Galliæ Belgicæ, quorum urbs præcipua Catalaunum. Campi autem adjacentes dicti ſunt etiam Catalaunii & Catalaunici, ubi Attila victus fuit.

Cathelaunii campi, à quibus reg. Campaniæ dicta putatur, ubi Attila Hunnorum Rex victus eſt, uti aliquibus videtur, cum apud Jornandem id apud Toloſam accidiſſe legatur, cui campi Catalaunici dicuntur. Catalaunii item campi apud Eutropium, ubi Tetricus ab Aurelio Imperat. proſtratus. Inde Catalaunia, ſive Cathelaunia Hiſp. reg. dicta, quæ aliquibus Gothalania dicitur, quaſi ex Gothis & Alanis permixtis conſtans.

¶ Cathelaunii, ſeu Catalaunii, & Catalaunici campi, ſunt in Campania reg. Galliæ Belgicæ prope Catalaunum: non autem in Occitania, prope Toloſam, ut aliqui crediderunt. Ibi Attila Hunnorum Dux victus & profligatus fuit inſigni clade anno 453. à Meroveo Francorum Rege, & à Theodorico Gothorum Rege, atque ab Ætio Romanorum Duce.

Cathneſia, reg. Scotiæ, in ora orientali: cujus Epiſcopus ſub Archiep. Andreapolitano Dunradi opp. commoratur.

Cathneſia, *Cathnes*, provincia Scotiæ ultima & Septentrionalior, versùs Orcades inſulas, ubi alias Carini populi. Ibi tantum aliquot loca parvi momenti.

¶ Catholica, *la Catolica*, vicus Italiæ & ditionis Pontificiæ, in Romandiola, medius fere inter Ariminum & Piſaurum, in colle, & in ora maris Adriatici, tabernis tantum conſtans & turri.

¶ Cathulci, ſeu Cathulcones Ptol. populi Germaniç, ad Albim fluvium. Erant clientes Cheruſcorum, & ubi nunc Luneburgum, urbs ampla & probe munita, Ducatus cognominis caput, Cluverio teſte.

* Caticardamna, *Chiromandel* Petr. Appiano, urbs Indiæ citer. marit. apud Calaminam urb. ubi corpus D. Thomæ Apoſtoli inventum eſt, teſte Maphaeo. (* manuſcr. Selden. Χαττιχάρδαμμα.)

¶ Caticardamna quid ſit, non conſtat. *Chiromandel* enim, ſeu, & meliùs, *Coromandel*, regio eſt Aſiae, in India cis Gangem, in ora ſinus Gangetici, quae à quibuſdam creditur Pandionis antiquorum. In ea urbs eſt Calamina, ſeu *Maliapur*, ubi corpus D. Thomæ Apoſtoli inventum eſt.

¶ Catiſa, *El Catif*, oppidum Aſiæ, in ora Arabiae felicis, juxta ſinum Perſicum, qui hinc etiam aliquando *Golfe del Catif* dicitur; habetque portum & arcem ſatis munitam; aliàs Gerra dictum fuit, Sanſone teſte. Vide ibi.

Catillus mons, *M. di Tivoli*, mons Latii, apud Tybur urb. & Anienem fluv. cujus incolae à Sil. lib. 4. vocantur.

Pomifera arva creant, Anianicolæque Catilli.

Catina, *Catania*, urbs epiſc. Siciliae praeclara, aliis Catana. Vide ibi. Pop. Catinenſes Plin. Auſ. in catal. urbium:

Quis Catinam ſileat? quis quadruplices Syracuſas?

Catinae Cereris ſimulachrum erat, quòd à viris nec tangi nec adſpici fas erat, ut Cic. ſcribit in act. 7. in Verr. Catina item opp. fuit Arcadię, teſte Plin.

Catraleucos, Catraleucum lib. Concil. ubi mentio Coutraleucenſis Epiſcop. *Guimaranes*, teſte Mol. Lat. rec. Vimaranum, urbs olim epiſc. nunc oppid. non obſcurum Luſit. inter Lamacum & Bracaram, ab ea 5. leuc. Ptol.

¶ Catara, *Cataro*, urbs Dalmatiae, ad ſinum Rizonicum, qui inde dicitur *Golfe de Cattaro*. Paret Venetis; eſtque permunita, cum arce in colle, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Raguſino. Vide Aſcrivium.

Catti, Chattae Ptol. pop. Germ. hodie Heſſi, à Druſo domiti, quorum reg. Heſſia ſive Haſſia *Heſſen*, teſtib. Junio, Fabricio, cum Ort. Sed Willichio illorum locus Marchio Badenſis, & *Baden* Cattorum vicus. In Batavis etiam Cattorum vicus eſt *Catvvyck* apud Lugdunum urbem. Horum memor. Mart. lib. 2. epigram. 2. Corn. Tac.

Frater Idumaos meruit cum patre triumphos.
Qua datur ex Cattis laurea, tota tua eſt.

¶ Catti, populi Germaniæ Tacito, Chatti Ptolemaeo. Chaſſi quibuſdam, erant ubi nunc Haſſia, cum parte Turingiae, & Brunſvicenſis Ducatus, teſtibus Ortelio, Cluverio, Brietio, & aliis; erantque prope Viſurgim fluvium & Cheruſcos populos. Eorum primaria erat Caſtellum Cattorum, nunc *Caſſel*; eorum etiam pars Cattimelibocci, vulgò *Catzenellobogen*, in Landgraviatu Haſſiae. Catti poſtea in inſul. Batavorum tranſgreſſi ſunt, auctore Tacito, ubi hodie horum nominis veſtigia ſuperſunt in duobus vicis cognominatis ad mare & ad Rhenum, *Catvvick op Zee*, & *Catvvick op den Rhein* vulgò dictis, in Hollandia, prope Lugdunum.

Cattigara, *Canton & Cantam*, urbs Sinarum, in ora littorali, ſub Luſitanis, in Indiae ultra Gangem confinio, emporium frequens. Ptol.

¶ Cattigara quibuſdam eſt *Xanton*, urbs Aſiae ſub Tartaris, in regno Sinae, in ora littorali ſinus Nanquini. Fides ſit penes ipſos.

Catti Meliboci, tractus Cattorum, in Haſſia, ad mont. Melibocum, *Catzelnelebogen* vulgò, ubi opp. ejuſd. nominis, inter Moguntiam 4. & Limburgum in Bor. 2. leuc.

¶ Catti Meliboci, populi Germaniae, qui pars Cattorum, vulgò *Catzenellebogen*, Comitatus Weteraviae, ſub dominio Lantgravii Haſſo Caſſellani, cum oppido cognomine, vix 2. leucis à Naſſavio in occaſum.

Cattiterides, inſ. Vide Caſſiterides.

Catuaci, pop. Belgii, quorum urbs Duacum (quaſi Catuacum) *Dovay*, teſtibus Marl. & Guiciard. urbs & academia Flandriae, in Arteſiae & Hannoniae conf. ad Scarpum fluv. inter Atrebates 6. & Tornacum 8. leuc. à Cameraco 5. in Bor. ubi Petrus Divaeus Aduatici legendum putat. Ptol. Cæſ.

¶ Catuaci, populi Galliae Belgicae, apud Caeſarem, corruptè pro Aduaticis, qui fuere ubi nunc Namurcenſis Comitatus, & eorum urbs Namurcum, ad confluentias Sabis in Moſam fluvium, Brietio, Sanſone, & aliis teſtibus.

Catularia, porta urb. Romae, apud quam canes rufas immolabant flaveſcentibus frugibus, ut ad maturitatem perducerentur. P. Vict.

Catulina Caſtra, *Tuln* Laz. opp. Norici, in Auſtria, inter Viennam ad ort. 7. & Cremiſium ad occ. 4. leuc. Spart.

¶ Catulina caſtra, *Tuln*, oppidulum Auſtriae inferioris, ad amnem cognominem, qui una leuca inferius in Danubium ſe exonerat, 5. leucis diſtat à Vienna in occaſum, & 4. à Chremsà in ortum.

Caturiges, * Catiriges Ptol. Catoriges Strab. pop. Gall. Narbon. Alpini, in Delphinatu, quorum opp. Caturigae Anton. *Charges*, teſte Siml. inter Vapincum 12. & Ebredunum 16. mill. paſſ. (* Caturigidi forſan. Cæſ. Plin.

¶ Caturiges, populi Galliae Narbonenſis, versùs Druentiam fluvium; ubi nunc urbs Vapincum, in Delphinatu ſuperiori. Eorum oppid. nunc *Chorges* dicitur, una leuca à Druentia fluvio versùs montes, medium inter Ebredunum & Vapincum, 2. leucis ab utroque.

Caturractonium, vel Caturactonium, ſive Cataractonum Ant. *Carlile*, & Lat. rec. Carleolum, urbs Britanniae, in Anglia apud vallum, & Scotiae conf. epiſ. ſub Archiep. Ptol.

Archiep. Eboracenſi , inde 50. mill. in Circium . Aliis
eſt *Allerton* opp. Comit. Eboracenſis, ab Eboraco & Ri-
chmondia 20. mill. Dunelmum versùs.
¶ Catarućtonium , ſeu & Cataraćton , oppidum fuit
Brigantum in Anglia, incenſum & vaſtatum anno 769.
ab Eanredo Northumbrię Rege. Nunc viculus eſt *Cat-
terick* dictus & *Catterickbridg* , in provincia Eboracen-
ſi , ad amnem Suvalam , 3. infra Richmondiam mill.
paſſ. teſte Camdeno , 7. ab oppidulo *Alverton* , & 30. ab
Eboraco in Boream. Longè autem diſtat à Carleolo.
Ant. Catuſiacum , vel Cariſiacum , ut legit Petr. Divæus.
Vide ibi.
Catyeuchlani , pop. Albionis , in Anglia: * quorum
Ptol. oppida Buckingamia & Herfordia , teſtibus Lelando &
Diony. Lhuido , ſunt. (* Camd. Buckingamienſ. Bedfordienſ. &
Hertfordienſ. Comitatus ſunt.
Cava , urbs epiſc. recens Picentinorum , inter Saler-
Prov. num & Nuceriam 4. mill. paſſ. ubi inſigne Cœnobium
Rom. Benedictinorum.
¶ Cava , *la Cava* , urbs eſt Principatus citerioris par-
vi circuitus , & paucis conſtans incolis , epiſcopalis ſub
Archiepiſcopo Salernitano , vix 4. milliar. à Salerno &
ab ora ſinus Salernitani.
Mel. Cavaræ , Cavares Plin. Cavari Ptol. pop. Gall. Narbo-
nenſis , apud Rhodanum fluv. *Gavotz* , teſte Dalecham-
pio , inter Avenionem & Valentiam incolentes : quorum
metrop. Avenio.
¶ Cavares , populi Galliæ Narbonenſis , nunc in Pro-
vincia , in eo tractu ubi Comitatus Venuxinus & urbes
Avenio , Arauſio , Cabellio , & Carpentoracte , inter Rho-
danum & Aptam Juliam.
Cauca , Caucia Liv. *Coca* , (non *Quenza* , ut in Theſ.
App. Ling. Lat. quæ Concha Latinè dicitur , longiſſima di-
Alex. ſtans) teſte Mor. opp. Hiſp. Tarracon. in conventu Clu-
Ptol. nienſi , & in regno Caſtellę vet. inter Segobiam 8. &
& al. Valliſoletum 9. leuc. Patria Theodoſii ſenioris Imper.
teſte Zoſimo. Pop. Caucenſes Plin. Caucienſes Liv.
Cauca , *Coca* , oppidulum Vaccæorum alias , nunc
Caſtellae veteris , intra montes , inter Segobiam ad
ſex leucas , & Tagum fluvium totidem , & 12. à Vali-
ſoleto.
Caucana , *Scaramis* , portus Siciliae , apud Camarinam
Plin. urb. exciſam , in ora auſtrali , Pachynum versùs.
Caucaſiae portae , quae & Iberiae , *Demicarpi* , ſeu *The-
micarpi* , i. e. porta ferrea , uti ab Egeſippo nominatur ,
& *Derbent* , urbs Iberię , in Albaniae conf. ubi angu-
ſtia maxima eſt inter mont. Caucaſum & mare Caſ-
pium 220. paſſ. nec alibi tranſitus ex Iberia in Alba-
niam conceditur , inter Cyropolim ad auſtrum 120. &
Citracanum urbem Tartarorum in Bor. 252. mill. paſſ.
ab Ecbatanis 20. dierum itinere in ſeptentr. diſſita , em-
por. & pręſidium.
¶ Caucaſiae portae , vel Pylae Iberiae , teſte Ortel. fue-
Ptol. re circa Harmaſtin urbem , in cujus rupe Cumania Ca-
ſtellum eſt , & quae magno errore Caſpiae a multis dictę
fuere , ut tradit Plinius. Nunc ibi urbs eſt , quae *Der-
bent* vocatur ab exteris , quod anguſtias ſignificet , & à
Turcis *Demir* ſeu *Temir capi* , id eſt , ferreae portae , non
quod ex ferro conſtet , ſed quod locus adeo munitus ſit ,
ut quemvis hoſtilem impetum facilè ſuſtineat. Oppidum
enim ſitum eſt inter anguſtias Caucaſi montis & Hyrca-
ni maris , ubi tranſitus dumtaxat patet 300. paſſuum ,
prope Cyrum fluvium. Gaudet portu ſatis commodo , ſub
dominio Perſarum. Deficit tamen in dies.
Caucaſii montes , à Caucaſo (de quo mox) diverſi ,
Ptol. in Scythiae Indiaeque conf. ex quibus Indus & Oxus pro-
fluunt. Quorum mem. Ovid. lib. 3. de arte amandi :

Sed non Caucaſia doceo de rupe puellas ,
Quaque bibunt undas Myſe Caice tuas.

Caucaſus , *Cocas & Cochias* , teſte Haytono Armeno ,
Plin. *Albſor* Nig. *Adazar* Theveto , mons Aſiae notiſſimus ,
& al. inter mare Euxinum ad occ. & Caſpium ad ort. altiſſi-
mus , Heniochos & Coraxicos complectens , Caſpius Era-
toſth. apud Strab. ex quo Cyrus fluv. maximus profluit.
Cujus mem. Hor. lib. 1. carm. od. 22.

Sive facturus per inhoſpitalem
Caucaſum , vel quæ loca fabuloſus
Lambit Hydaſpes.

Et Ovid. lib. 2. Metam.

Nec proſunt Scythiæ ſua frigora , Caucaſus ardet.

Tanta hujus montis eſt altitudo , ut ad tertiam noctis
partem vertices illius ſolis adhuc radiis illuſtrentur. De
quo Ariſtot. lib. 1. Meteor. cap. 3. & Qu. Curt. lib. 7.

Is ſcopuloſus eſt adeo , ut *ſcopuli Caucaſi* in proverb.
abierat. Medius inter duo maria , Hyrcanum & Euxi-
num extenditur , perpetuis nivibus rigens : in quo Pro-
metheum vinctum , aquila jecur roſtro depaſcente fabu-
lantur.
Caucaſus mons eſt Aſiae altiſſimus , dictus à Circaſſis
Salatto , versùs Mingreliam & Georgiam valde extenſus ,
qui à quibuſdam dicitur *Mont de Circaſſie*. Ejus pars à
multis creditur mons Ararath , versùs Armeniam.
Cauchi , pop. Germ. Chauci Tac. Vide Cayci. *Ptol.*
¶ Cauchi populi fuere Germaniae , prope Oceanum ,
inter Friſios , Saxones , & Bructeros. Erant diviſi in ma-
jores , & minores. Cauchi minores erant ubi nunc Friſia
orientalis , ſeu Comitatus Embdanus , inter oſtia Amaſis
& Viſurgis fluminum. Cauchi verò majores erant ubi
nunc Ducatus Bremenſis , in Saxonia inferiori. Dicti ſunt
etiam Cayci. Vide ibi.
Caucoliberis , *Colibre* , *& Coliure* , opp. Hiſp. citer. ma- *Mart.*
rit. in Gall. Narbonenſis conf. inter Helenam ad Bor. 3. *rol.*
& Gerundam ad auſtrum 10. leuc. olim urbs epiſc. ſub *Rom.*
Archiep. Narbonenſi , cui Helena ſucceſſit.
¶ Caucoliberis aliis , & melius , eſt Illiberis , *Colliure*
Hiſpanis , & *Collioure* Gallis , urbs Galliae Narbonenſis
probè munita , ad radices Pyrenaeorum , in Ruſcinonenſi
Comitatu , antea Hiſpaniae annexa , ſed ab ea demum
avulſa , & Francico regno adjecta pace ad Pyrenęos. Sedet
in ora littorali maris Mediterranei & ſinus Leonini ;
gaudetque portu commodo & percapaci. Vide Illiberis.
Caucones , pop. Bithyniae , in ora Ponti Euxini , apud
oſtia Parthenii fluv. quorum opp. Tios , ſive Tium Plin. *Stra.*
inter Heracleam Ponti ad occ. 38. et Cytorum in ort. *Ptol.*
63. mill. paſſ.
Caudi , campi apud Padum et Vercellas , in quibus *Flor.*
Cimbri à Mario victi referuntur à Flor. in epitome Li-
viana. Hinc Caudium opp. nunc *Candia* ,) teſte Alciato)
Inſubriae , in reg. Laumellina , inter Ticinum & Ver-
cellas , hinc 10. inde 27. mill. paſſ. diſtans , Pado proxi-
mum , & Sartiranae opp. etiam frequenti.
Caudium opp. fuit Hirpinorum ; nunc vicus *Arpaja* , *Liv.*
teſte Leand. Lat. rec. Harpadium , inter Capuam 20. & *Ptol.*
Beneventum 12. mill. paſſ. obliquo itinere intra montes , *&*
Abellae proxim. ad 4. mill. Mem. Hor. lib. 1. ſerm.
ſat. 5.

Hinc nos Coccei recipit pleniſſima villa :
*Quæ ſuper eſt * Claudi caupona.*

(* *Claudi* alii libri.)
Hinc Caudinae fauces , Furcae Caudinae Liv. & Val.
Max: Claudinum jugum Quinctiliano , *Stretto di Arpaja* ,
& Giogo di S. Maria , anguſtiae montium in valle Cau-
dina ; (quae vulgò *Val di Gardano* dicitur) per quas ſub
jugo Romani à Samnitibus tranſire coacti ſunt , inter
Abellam & Beneventum. De quib. Luc. lib. 2.

Romanaque Samnis
Ultra Caudinas ſperavit vulnera furcas.

¶ Caudium , oppidum Hirpinorum , in Italia , nunc
Arpaja , vicus Principatus ulterioris , in regno Neapoli-
tano , prope amnem Iſclerum , in confinio Terrę Laboris ,
4. milliaribus à S. Agatha in auſtrum , 7. à Nola in Bo-
ream , & 16. à Capua in ortum. Claudinae Furcae ſunt in
viciniis ; ſuntque duplices , inter quas medius campus ſa-
tis amplus & fertilis. Hic Romani ſub jugum turpiſſimè
miſſi ſunt , & coacti iniquiſſimam pacem , dictam Caudi-
nam , inire ; hodie locus *Stretto d'Arpaja* , inter Arpajam
vicum & Airolam caſtrum , in Principatù citeriori.
Caudos , inſ. Cretae adjacens ad occ. ubi onagri maxi- *Sil.*
mi ſunt , teſte Suid.
¶ Caudos inſ. versùs oram occidentalem inſulae Cre-
tae , aliis eſt Claudos , nunc *Gozo* , è regione promontorii
Arietis Frontis dicti. Vide Claudos.
¶ Caviones , populi Germaniae , ad Albim fluvium ,
ubi nunc Daneberga & Lavemburgum oppida ſunt , te-
ſtibus Cluverio , Sanſone , & aliis.
Caulon , Caulonta Strab. Caulum Sil. *Caſtro vetere* vel *In*
Caſtel vetere , teſte Barrio , opp. Magnae Graeciae in
monte cognomine , in ora Calabriae ulter. inter Locros
ad auſt. & Scyllacium ad Bor. juxta Cocynthum prom.
inter Cryptam auream & Stylum 10. mill. paſſ. ab Hie-
racio ſeu Locris 18. ab Achaeis conditum , olim urbs
epiſc. ſub Archiep. Rhegino. Ejus mem. Ovid. lib. 15.
Metam.

Romechiumque legit , Caulonaque , Naritiamque.

Mons verò Caulon apud Cauloniam urbem adhuc *Caulo*
dicitur.

Cau-

Caunus, mons Hiſp. Tarracon. in Celtiberis, inter Iberum fluv. & Turiaſonem urb. in Caſtellæ & Aragoniæ conf. *Montayo* Moral. Gomeſio & Marianæ; qui etiam Latinè Cacus mons dicitur, inter Turiaſonem & Mont. Acutum.

¶ Caunus mons, qui & Cacus quibuſdam, mons eſt Aragoniæ, versùs Caſtellæ veteris confinia, ſed non inter Iberam & Turiaſonem, neque inter Turiaſonem & montem Acutum, 2. leuc. diſtat à Turiaſone in auſtrum, 3. à monte Acuto etiam in auſtrum, & 6. ab Ibero fluvio.

Caunus, *la Roſa* Soph. urbs Cariæ maritima apud oſtia Calbis flum. cœlo peſtilenti ob pomorum copiam & calorem, teſte Strab. unde Stratonicus citharœdus tales eſſe homines incolas, qualia ſunt folia arborum, hoc eſt, pallidos, eſſe docebat, epiſcop. ſub Archiepiſc. Myrenſi, in Lyciæ conf. ſic à conditore dicta. De quo Ovid. lib. 9. Metamorph.

Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.

Al. eſt *Magri*, ſed hæc Macris eſt Strab. in Lycia. Hinc Caunius, a, um.

¶ Caunus, *la Roſſa* nunc, teſte Caſtaldo, urbs Cariæ maritimæ, prope oſtia Calbis fluvii, versùs Glaucum ſinum, & vix 50. milliaribus a Rhodo inſula in Boream, ſub dominio Turcarum cum toto illo tractu, 40. milliaribus diſtat à Macra in occaſum; eſtque in ora ſinus Macrenſis dicti.

¶ Cavonium, *Cavan*, caſtrum Hibernię, in Ultonia regione, Comitatus cognominis caput, juxta fluvium Aquam nigram dictum, in limite Connacię, 8. milliaribus à Chilmoria in Boream.

¶ Cavortium, *Cavours*, oppidulum Italię, in Pedemontio, ad radices Alpium, in colle, alias munitum, 6. milliaribus à Pinarolo in auſtrum. Sedet prope fluvium *Peles*, in confinio ditionis Francicae.

¶ Caurenſis urbs, *Nueva Caures*, ſita in Aſia, in Inſulis Philippinis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Manilo. Paret Regi Hiſpaniae; eſtque in ora orientali inſulae Cebu. Dicitur aliter Nomen Jeſu, ſeu Villa Jeſu.

Cauria, quae & Caurium Ptol. *Coria*, urbs Hiſpan. Luſitan. in Extremadura reg. à Placentia 8. leuc. in occ. apud fines Portugallici regni, Ægitam ſive Igaeditam, ſeu Guardiam urb. versùs 14. urbs epiſc. olim ſub Archiep. Emeritenſ. nunc ſub Compoſtellano. Pop. Caurenſes Plin.

¶ Cauria, *Coria*, ſita eſt juxta fluvium Alagonem, qui 7. inde leucis cadit in Tagum; diſtatque 5. leucis à confinio Portugalliae, versùs montes, media ferme inter Mirobrigam & Alcantaram, 12. leucis a Placentia in occaſum, & 17. à Guardia in ortum, eſtque in Extremadura provincia regni Legionis.

Cauros, inſ. maris Ægæi, quae Andros vulgato nomine dicitur.

¶ Caurzima, *Caurzim*, oppidum eſt Bohemiae ſatis amplum, vix 2. milliaribus Germanicis ab Albi fluvio, & medium inter Pragam & Czaslaviam. Sanſoni eſt Caſurgis antiquorum.

Cauſennis, opp. Albionis, ſive Angliae, exciſum, in territ. Lincolnienſi, a Lincolnia 25. mill. ex quo tractus adhuc * *Cayſeven* dicitur, teſte Talb. Al. eſt *Brig. Caſterton* (* Camden. *Keſteven*.

Cauti, pop. Britannię ſecund. i. e. Scotiæ, qui Moraviam & Roſſiam regiones incolunt, teſte Lhuydo.

¶ Cauti, ſeu, & melius, Cautae, populi fuere Scotiae, ubi nunc pars orientalis Roſſiæ & Armanothiae, ubi promontorium *Tarbart*, inter Moraviam & Sutherlandiam.

Cavyla, *Cavalla*, teſte Leuncl. urbs Maced. in ora proxima Philippis, in Thraciæ conf. Cabyle Ptol. vide ibi.

¶ Caxamalca, *Caxamalca*, locus Americae meridionalis, ubi Atabalipa Peruviæ Rex ab Hiſpanis profligatus & captus fuit. Eſt intra montes, prope amnem Vagnam, 30. leucis Hiſpanicis diſtans à littore maris Pacifici.

¶ Cayana, *la Cayenne*, inſula Americae meridionalis, in Guajana regione, ad oſtia Cayani fluvii, circuitus 18. leucarum, centum circiter à fluvio Amazonum in Boream. Ibi arx S. Michaelis Gallorum, cum aliquot coloniis.

Cayci, pop. Germ. (Vide Cauchi, ſive Chauci) qui, teſte Tac. in maiores & minores dividuntur: illi inter Albim & Viſurgum fluv. locantur, eorumque metrop. eſt Brema, urbs in Saxonia, hi inter Viſurgim & Amaſium fluv. quorum urb. * Bidenburgum cum aliis, in Friſiæ & Weſtphaliae confiniis. Alii Caucos majores, ubi Luneburgenſes ſunt, ſtatuunt. Mem. Caycorum Claud. de laud. Stilic. lib. 1.

Ut jam trans fluvium non indignante Cayco.

(* forſan Oldenburgum.)

Caycus, fluv. Vide Caicus.

Cayſter, Cayſtrus Hor. Mel. Ptol. Plin. *Chyas* vel *Chiay*, fluv. Joniæ, ex Phrygia magna oriens, ac inter Epheſum & Colophonem in mare decurrens: ſuper quo urbs ejuſdem nominis erat, teſte Xenoph. & al. Virg. lib. 1. Georg. *Strab.*

Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

Et alius:

Nomine Pirauſa, non illo plura Cayſter
Carmina cycnorum labentibus audit in undis.

Non longè à Stardibus fluit, & Aſia palude, cycnis abundans.

¶ Cayſter, ſeu, & melius, Cayſtrus, fluvius eſt Aſię minoris, nunc *Chiay* dictus. Fontes habet in Phrygia combuſta, deinde per Lydiam labitur; & rigatis Philadelphia & aliis urbibus, per Jonam in ſinum Jonium ſe exonerat.

¶ Cazanum, Cazan, regnum Moſcoviae. Vide Caſanum.

Cea, fluv. Hiſp. per regnum Legionenſe fluens, apud opp. ſancti Facundi. Vide Caea. *Mart.*

Cea, inſ. maris Ægaei, *Zea* vel *Zia*, inter Cyclades, Graecis Hydruſſa, Ceos Cic. Strab. à Ceo Titanis filio dicta, Cia Ptol. Helenae proxima, ab ea 5. mill. paſſ. in ort. diſtans, ab Andro 10. in auſtrum, * circuitu 80. propinqua Eubœæ inſ. cui olim juncta traditur, licèt Plin. ab ea 39. mill. diſtare ſcribat. Fortè pro ſtad. mill. ſcripta ſunt. Vide in Caea carmen Ovidii, et Virg. in Georg. lib. 1. *Plin.*

-Cui pinguia Cea
Tercentum nivei tondens dumeta juvenci.

Hinc Caeus, a, um; ut veſtes Caeae, olim in pretio, apud Prop. lib. 1. el. 2.

Et tenues Caa veſte movere ſinus.

(* nimirum antequam 4. ejus partes è 5. ad Boream abſorptae ſunt, uti refert Plinius.

¶ Gea, ſeu Cia, *Zia*, dicta etiam Hydruſa, eſt inſula Cycladum, prope Atticam regionem et Helenam inſulam, ab Eubœa inſula 20. milliar. in auſtrum, uti 30 ab Andro inſula, vixque 30. milliar. habet in circuitu, ęgrè habitata, ſub dominio Turcarum.

Ceada, fovea circa Spartam urb. Laconicae, in quam capitis damnati praecipitabantur. *Pauſ.*

Ceba, *Ceva*, opp. amplum Liguriae, ad Tanarum fluv. in principatu Pedemontano, inter Mont. Vici urb. 7. et Aquas Statiellas 25. circiter mill. paſſ. Caſeum Cebanum Plin. commendat. Olim proprios habuit Marchiones. *Plin.*

Cebrina, et Cebrena, ac Cebrenia, reg. Troadis, per quam Cebrenus fluv. decurrit. Inde Cebrenis patron. De qua Ovid. lib. 11. Metam. *Strab.* *Steph.*

Adſpicit Heſperien pateia Cebrenida ripa.

Hinc Cebrenia opp. quod Scepſi proximum erat, quod et Cebrene à Cebrene fluv. Hinc Cebrenus et Cebrenius nom. gent. Auſon. epiſt. 14.

Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem.

¶ Cebus, *Cebu & Zebu*, inſula Aſiae, in mari Indico, et una ex Phlippinis, ſatis culta, ſed parva. Ibi anno 1520. occiſus fuit Ferdinandus Magellanus celeberrimus ille Argonauta, qui primus eam detexit. Subeſt etiamnum dominio Hiſpanorum, et habet urbem Villam Jeſu dictam.

¶ Cechiana, *Cechiam*, provincia regni Sinae, ſatis ampla, prope littus maris et ſinum Nanchini, ex adverſo regni Coreae.

Cecia, *Zeiſſelmur*, opp. Norici, in Auſtria. Vide Cetium.

Cècilia Mellinum, opp. Hiſp. Luſit. in Extremadura, quod et Caſtra Vicelliana, et Metallinum, teſte Ortel. Vide ibi. *Ptol.*

Ceciliana, *Agualva & Agua de Moura*, teſte Vaſconc. pag. cum fluv. cognomine Luſitan. in regno Portugallico, inter Cetobricam 3. et Salatiam 7. leuc. à Malceca 2.

¶ Ceciliana ſunt ruinae inter amnes *Agualva* et *Agua de Moura*, qui ibi cadunt in fluvium *Cadaon*, vix 2. leucis à vico Marteca in occaſum, in Extremadura Luſitanica. Sed nullus eſt pagus ſic dictus in illo tractu.

Cecinna, non Cecina, (ut in Theſ. Ling. Lat.) *Cecina*, *Plin.*

fluv.

fluv. Hetruriæ ; inter Senas & Maſſam oriens, & in mare Tyrrhenum ad Vada Volaterrana decurrens. Cecina apud Melam ; ſed opp. eſt inter Populoniam & Piſas, ad fluv. cognom. Vulgò non *Ceſena* dicitur, ut in Theſ. antedicto.

¶ Cecinna fluvius oritur inter Senas & Volaterras, longè à Maſſa civitate, & in regno Volaterrano, deinde auctus aliquot fluviis, in mare Mediterraneum ſe exonerat, 18. milliar. à Liburno in Eurum. Ab eo Vallis amœna & fertiliſſima nomen habet, in terrirorio Piſano. Sed nullus eſt vicus ſic dictus.

Plin. Cecinum, Cæcinum Mel. *Satriano*, teſte Barrio, opp. magnæ Grecię, ad fluv. cognominem, in Calabria ulter. a littore 4. mill. paſſ. diſtans, à Cocintho prom. 18. Scyllacium urb. versùs 10.

¶ Cecinum oppidum Magino & aliis eſt oppidulum *Stilo*, quod & Carcinum & Cocinthum, ad amnem cognominem, nunc *Cacino* dictum, in Calabria ult. 12. milliaribus a Cocintho promontorio in occaſum, à Soriano 15. & à Mileto 22. in ortum diſtans.

Cecropia Plin. arx erat Athenis.

Ant. Cecropus, mons Atticę, Athenis proximus, à Cecrope dictus, unde Cecropidæ Athenienſes appellati ſunt. De quibus Ovid. lib. 3. faſt.

Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam.

Bibl. Cedar, Camela Joſeph. oppid. Palaeſtinae, in Galilaea, in mont. inter Capharnaum 10. & Sidonem ad occ. 30. mill. paſſ. à Corozain 10. exciſum. In Theſ. Ling. Lat. dicitur reg. Arabiæ, quod vero haud conſonum eſt.

¶ Cedar perſaepe etiam pro Arabia ſumebatur antiquitus. Arabia enim petrea Hebreis Cedar dicta fuit.

Bibl. Cedron, opp. ſeu pag. & vallis, & torrens Palaeſtinae, in Judęa, inter Hieroſolymam & mont. Oliveti : ubi notandum Cedron eſſe caſum obliquum, non rectum, i. torrens Cedrorum, uti apud D. Jo. Evang.

Cedropolis, & Cedreę, Steph. opp. fuit Cariæ. Pop. Cedropolitæ eidem dicuntur.

Cefalodium poſteriorib. *Cefalu*, urbs Siciliae. Vide Cephaledis.

Steph. Cela, quae & Cila, opp. fuit Palaeſtinae, apud quod Michaeas Propheta ſepultus fuit.

Strab. Celadon, fluv. Arcadiæ, in Peloponneſo, qui, teſte Strab. in Alpheum influit.

¶ Celadon fluvius quid ſit, non conſtat ; forſan tamen Ladon fluvius Peloponneſi, in Arcadia, in agro Clitoriorum exiſtens, ait Pauſanias, & in Alpheum cadens. Ejus aqua ceteris Graeciae aquis praecellit.

Celaduſſae, Celaduſe Mel. *Laguſta*, teſte Hermolao. Barb. inſ. maris Hadriaci, inter Corcyram nigram & *Plin.* Garganum mont. Epidauro urbi Illyricae ſubjecta, inde 90. mill. paſſ. diſtans, ab Epidauriis *Laſtre* ab aliis *Imertipitia*, bobus & capris, teſte Plin. abundans. Celaduſſa verò parva inſ. Delo proxima Vide Rhene.

Ptol. Celaenae, Celenae Ovid. urbs Phrygiae magnae, in monte ejuſdem nominis, juxta quas Marſyas fluv. decurrit, proximae Apamiae urbi, quas alii confundunt, unam eandemque urbem Celaenas, Apamiam, & Ciboton facientes. Vide Gallum fluv. qui juxta hanc urbem, cùm ſtaret, decurrebat. Luc. ejus mem. l. 3.

Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ.

Fuit & Celena ſeu Celenna opp. Campaniae, Batulo proximum, cujus mem. Virg. 7. Æn. Junoni ſacra. Hinc Celenaeus, a, um, adject. Stat. lib. 2. Theb.

Fœda Celenæa committere prælia buxo.

Celama, *Ned Roma*, teſte Marm. id eſt, nova Roma, opp. Maurit. Cæſarienſis, in Tingit. conf. apud Magnum promont.

¶ Celama quibuſdam eſt *Calama*, urbs Mauritaniae *Ptol.* Ceſarienſis, verſus Malvam fluvium, 70. milliar. circiter ab ora maris Mediterranei, ad radices montium.

Celandus, qui & Aleſtes, *Rio Gretones*, teſte Vaſconc. *Plin.* fluv. Hiſp. Luſit. inter Durium & Avum flum. in Oceanum apud Laeciam & Matuſinos oppida decurrens. Cluſio eſt is qui *Cavado* dicitur, Bracaram urb. alluens, ſed fallitur.

¶ Celandus, ſeu Aleſtes, & Cavarus, eſt *Cavado*, fluvius Hiſpaniae Tarraconenſis, in Callaicis. Braccaram Auguſtam alluit Cœliobrigamque & dein in Oceanum occidentalem ſe exonerat, 6. leucis diſtat à fluvio *Greſones* in Boream.

¶ Celebis, *Celebes*, inſula ampla Aſiae, in Archipelago Moluccarum, Aromatum copia dives, inter Borneum, Mindanaum, & Gilolum inſulas. Ibi urbes præcipuæ Celebis, quae in ora occidentali inſ. Bantachaja & Macaſſar ad auſtrum : unde perſæpe ab Europaeis *Macaſſar* dicitur. Vide ibi. Extenditur autem inſula ad 200. leuc. in longitudinem, & ad 100. circiter in latitudinem. Sunt in ea ſex regna, nempe *Macaſſar* praecipuum, *Cien*, *Sanguin*, *Cauripana*, *Getigan*, & *Supar* ; & aliquando etiam ſub nomine Moluccarum comprehenditur.

* Celemantia, opp. Germ. quod hodie *Kalmontz* appellatur, in Nariſcis ſive Bavaria Tranſdanubiana, ad Nabum fluv. ubi Wilſam excipit, à Ratiſpona, 3. leuc. in Bor. (*in manuſcr. Seld. Κελαμαντι.)

¶ Celemantia Cluverio & aliis eſt *Kalmints*, vicus Auſtriæ, haud procul à Teyae fluvii fontibus, 30. mill. paſſ. ſupra *Znaim* urbem, in confinio Moraviae ; eratque aliàs Quadorum oppidum.

Celenderis, Colenderis Ptol. in Latin. codicib. *Palopoli* Nigro, *Crionero* Mercat. *Canderolo* Mol. urbs Ciliciæ litor. in Pamphylię conf. epiſcop. ſub Archiepiſc. Seleucienſi, apud Sarpedonem prom. Celendrae Luc. lib. 8.

Ad profugum collecta Ducem, parviſque Celendris.

Celenæ Ovid. Vide Cælenæ.

Celetrum opp. fuit Maced. intra lacum, in peninſ. Oreſtidis reg.

¶ Celeuſum, oppidum Vindeliciae, ad confluentes Abuſini fluv. in Danubium, nunc *Neuſtat*, oppidum Bavariae ſuperioris, medium ferme inter Ingolſtadium & Ratisbonam, Cluverio & aliis teſtibus.

Celia, Celeja Plin. *Cylley*, urbs Norici, in Pannoniae conf. apud mont. Claudium, Comitat. caput, in Stiriae Carniolæque conf. inter Labacum ad auſt. & Graecium ad Bor. 10. leuc. à Paetovione 16. epiſc. ſub Archiep. olim Laureacenſi, nunc ſub Salisburgenſi.

¶ Celia urbs eſt Germaniae, in Ducatu Stiriae, ad Soanam fluvium, qui paulò infrà cadit in Savum, versùs confinia Carniolę, & 7. leucis a confinio Pannoniae ; eſtque caput Comitatus perampli, juris Auſtriaci : ſed caret epiſcopatu, 10. leucis diſtat a Labaco in ortum, 8. a Petavione in auſtrum, & 13. a Graecio etiam in auſtrum, cum duplici arce ; ibique multae ſeſe antiquitates Romanae exhibent.

Celia quoque opp. Apuliae Peucetiae, *Ceglie* vulgò, apud Barium urb. inter illam & Balſanum opp. ſupra 3. mill. paſſ. Aquavivam versùs 12.

¶ Celidnus, fluvius Macedoniae, & ejus limes ab auſtro versùs Elymiotas populos nunc *Salnich* dicitur, in Albania regione ; & in mare Adriaticum ſe exonerat in Boreali parte ſinus Oenei.

Celina, opp. Carnorum ad fluv. cognominem, qui *le Celine* nominatur, in mont. exciſum, apud Avianum opp. ab Utino 23. mill. paſſ. in Africum : ibi nunc Maniacum pag. Pop. Celinenſes.

¶ Celina, oppidum alias Carnorum, nunc vicus *Maniago*, in provincia Foro-Julii, ad amnem *Celine*, prope oppidum Montis regalis, 8. milliaribus ab Aviano in Boream.

¶ Celiobriga Celerinorum, *Barcelos*, oppidum Hiſpaniae, alias Callaicorum Braccarenſium, nunc Portugalliae, ad Cælandum amnem, qui paulò infra cadit in Oceanum, teſte Sanſone. Ducatus titulo inſignitur.

Celiomons, *Kelmuntz*, opp. Rhaetiae in Suevia. Vide Cæliomons.

Celium ſive Caelium, *Celio* & *Ceglie*, opp. amplum Salentinorum, ſive Apuliae Peucet. in conf. ab Hoſtunio urb. 6. mill. Brunduſium versùs, inter Tarentum & Monopolim medium, ad 20. mill. paſſ. diſtans.

¶ Celium, ſeu Cęlium, eſt *Ceglie*, oppidum alias Apuliae Peucetiae, nunc provinciae Hydruntinae, ad radices Apennini, 6. milliar. ab Hoſtunio Oriam versùs, à qua 10. milliaribus diſtat in Boream, ferè inter Tarentum ad 20. & Brunduſium ad 18. milliar. ſed non inter Tarentum & Monopolim.

Celium, *Ceice*, teſte Varrerio, pag. Luſit. apud Tomarium opp. ubi Reges coronari ſolebant, inde 2. leuc. in auſtrum Leiriam urb. versùs.

¶ Celium quibuſdam eſt Leira. Vide Cælium.

¶ Cella, Zell, urbs Germaniae, in Ducatu Luneburgico, Ducum ſedes, qui inde nomen habent. Sita eſt ad Aleram fluvium, cum arce eleganti & permunita, 6. leucis diſtat à Brunſvvico, & 7. ab Hildesheimio in Boream, 5. autem a Neoſtadio in ortum.

¶ Cella, *Zell* cognomento in *Hammerſpach*, urbecula

Ger-

Germanie, in Suevia, ad amnem Nagoltum, in Mortnaviae tractu; eſtque Imperialis, una leuca cum dimidia diſtans a Pforzenio in auſtrum, & 5. a Stugardia in occaſum.

¶ Cella, *Zell*, urbs parva Germaniae, in Suevia, ad lacum cognominem, tribus leucis a Conſtantia, & in ditione Epiſcopi Conſtantienſis.

¶ Cella S. Canici, KilKenni, urbs empla Hiberniae, in Tagenia provincia, & in Comitatu Kilkennienſi, ad Neorum fluvium. Vide Kilkennium.

Gella S. Iodoci, S. Ioſſe, pag. Belg. in Picardia, cum cœnobio, inter Monſtrolium, & Stapulas oppida, teſte Ort. licèt malè in Arteſia illum reponat De eo in vita S. Iodoci.

¶ Celleuſis lacus, *Zelerſee* Germanis, *Lac. de Zell.* Gallis, aliàs Acronius. Per ipſum Rhenus fluvius decurrit a Conſtantia Baſileam versùs; eſtque in Suevia & in confin. Helvetiornm.

Celnius, *killian*, fluv. Albionis, teſte * Camd. in Angliae & Scotiae conf. apud Bervicium oppid. & Tueſim fluv. (* Camdeno eſt in Roſſia Comitat. Scotiae Borealis.

¶ Celnius fluvius quibuſdam eſt *Boggie*, in Buchania provincia Scotiae Tranſtaanae, versùs ortum.

Celſa, quae Col. Iulia Celſa inſcribitur. *Xelſa* teſte Mor. opp. olim Ilergetum, nunc vic Hiſp. Tarrac. apud Iberum fluv. in Aragonia, apud Vilillam opp. ſeu pag. 1. leuc. diſtans, à Caeſarauguſta 13. Octogeſam versùs in ortum.

Celſona, *Solſona*, urbs Hiſp. citer in Catalaunia, epiſc. recens ſub Archiep. Tarraconenſi à Philippo II. Rege effecta, à Vico urb. 5. leuc. à Minoriſſa 6. Urgellam versùs, Cardonae proxima, 3. leuc. diſtans.

¶ Celſona, *Solſone* Gallis, urbs eſt ampla Cataluniae, antea a Gallis munita, ad pedes montium. 11. leucis diſtat a Vico in occaſum, 8 a Minoriſſa in Boream, & totidem ab Urgella in auſtrum; juxta amnem *Cardoner* dictum.

Celtae, pop. Gall. à qua una pars Celtica dicta eſt, quae etiam Lugdunenſis dicitur. Sunt etiam Plin. pop. Hiſp. & Celti Strab. pop. Luſit. qui & Celtici.

¶ Celtae populi fuere Galliae, a quibus una pars Gallia Celtica dicta, quae olim ampliſſimis definiebatur terminis, teſte Brietio. Nam praeter Lugdunenſem & populos intra Ligerim & Garumnam fluvios, Maſſiliam uſque atque Narbonem extendebatur, ut vult Strabo: poſtea tamen anguſtioribus reſtricta fuit limitibus, & vulgò Lugdunenſis dicta fuit.

Celtiberi, pop. Hiſp. Tarracon. in quibus magna pars Aragoniae trans Iberum fluv. cum parte Caſtellae eſt. De quibus Luc. lib. 4.

-profugique a gente vetuſta
Gallorum Celte miſcentes nomen Iberis.

Hinc Celtiberius nom. gent. Catull. carm. 40.

Nunc Celtiber in Celtiberia terra.

Celtici, pop. Hiſp. in Callaicis, qui à Plin. Neriae & Praeſammarci cognominantur, circa Celticum prom. quod & Artabrum dicitur, teſte Mela, incolentes.

Celtos, ſive Celtros, ſtagnum Myſiæ infer. ad Euximum mare, circa oſtia Iſtri, teſte Ortel.

¶ Celtzene, urbs Aſiæ, in Armenia, dicta etiam Keltzene, olim epiſcopalis, poſtea verò archiepiſcopalis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano.

Celurca, poſtea mons Roſarum, *Montroſſe*, opp. Albionis, in Scotia, in Anguſia reg. inter Brechinium urb. & Arbrotum prom. ad 5. mill.

¶ Celurca, *Monros* Scotis, *Montroſſe* Gallis, oppidum eſt Scotiæ, in ora littorali maris Germanici, ubi Horeſte pop. alias. Diſtat 7. milliaribus Scoticis à Brechinio in ortum, & totidem ab Arbroto etiam in ortum. Sed non eſt inter ea. Vide Mons roſarum.

Celydnus, *Salnich*, fluv. Maced. in ora occidua, ultra Amantiam, juxta Epiri confinia fluens.

Cema mons, *Monte Camelione*, mons Alpium maritimarum, ex quo Varus fluv. Italiam à Gallia ſeparans, profluit, à Nicæa in Bor. ad 30. mill. paſſ. diſtans. Eſt & amnis ex Cemeno mont. ibidem profluens, auctore Plin. lib. 3. c. 4.

¶ Cema mons, aliter Cemenus dictus, *monte Camelione*, mons Italiæ & Alpium, in Comitatu Nicæenſi in Vicariatu S. Stephani, prope caſtrum S. Stephani, & juxta fontes Tineæ fluvij. Varus fluvius oritur etiam in eo tractu: & in illo monte oſtenduntur rudera magna urbis, vulgò *Camelion* ſeu *Camella*, teſte Brietio, alias Cemenelio ſeu Camenæum. Mons autem Acema dictus fuit antiquitus.

Cemandri, pop. Illyrici, ſeu potiùs Norici, apud Pannon. & Illyrici conſ. Quorum opp. Martena, vulgò *Marburg* & *Marghurg*, ad Saum fluv. ubi Lavantum excipit. Al. in Stiria, ad Dravum fluv. inter Draburgum ad occ. 4. & Pætovium ad ort. 6. leuc. à Græcio 7. in merid.

Cemeneleum, Cemelion Plin. Cemela lib. Not. & *Ptol.*
Cemelaneuſium civitas, urbs Gall. Narbonenſis, exciſa, apud Nicæam; locus adhuc *Cimies* nominatur, ubi Ecleſia, quae *S. Marias di Cimies* dicitur. Rob. Cœnal. *Senes* vel *Senez* interpretatur. Sed *Senes* eſt Sanicium Ptol. urbs epiſc. ſub Archiep. Ebrodunenſi, inter Diniam & Regium ad occ. 6. leuc. cujus manet Epiſcopatus. In Theſ. Ling. Lat. *Cemelio* indigitatur: quod nomen haud reperitur in eo tractu.

¶ Cemeneleum urbs fuit Galliae Narbonenſis, nunc viculus tantùm in Comitatu Nicaeenſi, vulgo *Cimies*, ſex milliaribus a Nicea in Boream, & totidem ab ora littorali maris Mediterranei, quamquam alij credant fuiſſe in monte Acena, 30. hinc miliaribus in Boream versùs fontes Vari fluvij. *Strab.*

Cemmenus mons, Gabenna Caeſ. Plin. & Auſ. qui & *Ptol.*
Cebennae & Gebennae num. plur. mons maximus Gall. à Rhodano Garumnam uſque in Aquitaniam extenus, apud Lugdunum initium ſumens, Galliamque Narbonenſ. trans Rhodanum à Celtica & Aquitanica ſeparans. Qui varia habet nomina, *Tarara* circa Lugdunum, *Montaignes d'Auvergne* circa Arvernos, *de Cevennes* circa Occitanam reg. Cemenus verò unico & eſt mons Gall. Narbonenſis, apud Varum, ex quo Cema fluv. teſte Plin.

¶ Cemmenus, mons Galliae, in Aquitania, versùs Galliam Narbonenſem, & inter Volcas, Arecomicos, Helvios Velaunos, Habalos, & Ruthenos, per 30. leucas circiter in longum protenſus, nunc vulgò *les Sevennes*. Initium habet versùs fontes Ligeris, in Vivarienſi provincia ſuperiori; extenditurque per Occitaniam provinciam Lutevam uſque. Sed longè diſtat a monte Tararae, in Lugdunenſi tractu, uti & a montibus Alverniae; neque extenditur a Rhodano ad Garumnam fluvium, cùm ab ijs longè ſit diſſitus. Dicitur etiam *les montagnes des Sevennes, ubi* quamplurima caſtra, oppida, & urbes alicujus momenti, & ſub Cemenio tractu comprehenduntur prov. Vivarienſis ſuperior & Gahalium, cum parte Ruthenorum.

Cempſi, pop. Hiſp. citer. ad mont. Pyrenaei radices in- *Diony*
colentes, in regno Aragonio: quorum opp. *Venaſque*, ab Oſca ad 12. leuc. intra montes diſtans.

¶ Cempſi, populi Hiſpaniae, ubi fuerint non bene conſtat. Credunt tamen aliqui fuiſſe in eo tractu Aragoniae, ubi Venaſca urbecula, ad amnem Eſſeram, ad radices Pyrenaeorum, montium, in limite Calliae, 15. leucis a Iacca in ortum, & totidem ab Oſca.

Cenaeum, *Capo Litar.* Soph. *Canaia* Nigro, prom.
cum opp. cognom. Enbœae, in ora Bor. contra Opun- *Strab.*
tem urbem Bœotiae, & Thermopylas urbem Phthioti- *Ptol.*
dis, inde 70. ſtad. mari, Caeneum Plin. ubi fanum erat Iovis, ex quo Iupiter Caeneus dictus. Ovid. l. 9. Metam.

Victor ab Oechalia Cenaeo ſacra parabat
Vota Iovi.

Nomen à Cenaeo, ſen Caeneo quodam invicto, quem invulnerabilem munere Neptuni fabulantur, (unde adagium *Invulnerabilior Cenao* apud Graecos) obtinuiſſe creditur.

¶ Cenaeum, promontorium Eubœae inſulae, in occaſum maximè porrectum, prope Malliacum ſinum, contra Opuntem & Locros Epicnemidios. Nunc *Capo Litar* vulgo dicitur.

Cenchreae, *Cenchres*, pag. & navale Corinthiorum, *Plin.*
in ora ſin. Saronici, ad iſthmum, contra Lecheum; al- *Ptol.*
terum navale, in ora ſin. Corinthiaci, à quo 12. ſtad. ab- *Strab.*
eſt in ortum, (tanta eſt iſthmi ibi latitudo) à Corintho 70. teſte Strab. Mem. Stat. lib. 4. Theb.

It comes Inas Ephyro ſolata querelas.
Cenchraeque manus.

Cenchrius fluv. eſt Aſiae, per Ioniam apud Epheſum fluens, haud procul à Cayſtro, per Ortygiam locum, ubi Latonam ab Ortygia nutrice educatam fabulantur.

Cendevia, palus Palaeſtinae, in Galilaeae & Samariae *Plin.*
conf.

conſ. apud mont. Carmeli radices, unde Belus fluv. effluit

¶ Cenebum, ſeu Genebum, *Gennep*, urbs permunita Germaniæ, ad Moſam fluvium, in Ducatu Clivienſi, in ditione tamen Hollandorum à multis annis. Eſt in confinio Gueldriæ, media ferè inter Vveſaliam ad ortum, & Boſcum Ducis ad occaſum. Vide Genepum.

Ptol. Ceneſtum, *Corte* Caſtal. opp. Corſicæ, apud Rhotanum fluv. circa totius inſ. umbilicum, poſt Baſtiam primaria, ab Aleria 30. mill. paſſ. in Africum, à Niolo 12.

Ven. ¶ Ceneſtum aliis urbs erat Corſicæ alias epiſcopalis, quæ nunc quibuſdam *S. Lucia*, vicus prope Rhotanum fluvium, ubi etiamnum multa ſunt rudera, inter Curiam & Aleriam. Aliis eſt ipſa Curia, *Corte*, ſaxo undique prærupto impoſita, prope Cenum lacum.

Fort. Ceneta, Ceneda Agathiæ, *Ceneda* nunc quoque, urbs Venetię epiſcop. ſub Patiarcha Aquilienſi, in Marchia Tarviſina, ad montium radices, inter Anaſſum & Liquentiam fluv. ac inter Terviſium & Belunum 20. mill. paſſ. quot ab Opitergio, cui in epiſcopatu ſucceſſit, Feltriam versùs 15. Acedum olim. Vide ibi. Epiſcopus Seravalli opp. proximo ad 2. mill. paſſ. moratur. De qua Fortum, in vita S. Martini l. 4.

Per Cevetam gradiens & amicos Duplavenenſes.

¶ Ceneta diſtat 13. milliaribus à Belluno, totidem ab Opitergio, & 15. à Tarviſio; ſubeſtque Reipublicæ Venetæ, quamvis dicant aliqui eam eſſe in ditione Summi Pontificis. Eſt prope fontes amnis Mottegani.

¶ Cenetum, oppidum regni Neapolitani, in quo Epiſcopus Teleſinus ſolet reſidere. Sed aliis eſt Cerritum, vulgò *Cerrito*, in provincia Terræ Laboris, & in confin. Principatus citerioris, 5. milliaribus a Teleſio in Circium.

Cæſ. Cenimagni, pop. Albionis, in ora Angliæ orientali, qui & Iceni dici putantur Camden. quorum opp. *Kunman*, teſte Glareano, nominatur.

Cenimagni, populi Anglię Caeſari. Ab aliis Simeni & Iceni dicti fuere, inter Trinobantes, Catieuchlanos, & mare Germanicum, ubi poſtea, Eaſt-Anglia & nunc Suffolcia Norfolcia, & Catabrigienſis Comitatus. Vide Iceni.

Feſte. *Pomp.* Cenina urbs fuit Latii, proxima Romæ, à Canite condita, ut auctor eſt Feſtus lib. 3. cujus hodie nullum exſtat veſtigium. Pop. Ceninenſes. Scribitur etiam Cęnina.

Plin. Cenion, Albionis flum. in ora auſtral. Cornubiae, in mare apud Fanum S. Mauditi opp. exiens, *Vale*, teſte Ortel.

¶ Ceniſius mons, *le mont Cenis*, aliter M. Cinereus, mons Italiae Traſpandanae, & ex Alpibus Cottis, ſub Serguſinis, & in limite Galliae; Italis *monte Ceniſio*, inter Sabaudiam & Pedemontium, prope Maurianam vallem & agrum Seguſinum.

Cæſ. *Plin.* *Ptol.* Cenomani, *Pays du Maine*, pop. & urb. Gall. Celt. epiſc. ſub Archiepiſc. Turonenſi, ad Sartam fluv. inter Carnutes ad ort. & Rhedones ad occ. ſupra 20. leuc. quot ab Andegavis in Bor. & Caec. à Turonibus 12. in Bor. Quorum reg. *le Maine* Comit. nominatur, & urbs *le Maine*. (* manuſcr. Seld.)

¶ Cenomani, populi Galliae Lugdunenſis, qui & Aulerci Cenomani, inter Rhedones, Andegavos, Carnutes, & Seſſuos. Horum tractus nunc *le Maine* dicitur; eſtque provincia ampla & admodum rigua, inter Normanniam ad Boream, Belſiam ad ortum, Britanniam ad occaſum, & Andegavenſem provinciam cum parte Turonenſis prov. ad auſtr. Hujus provinciae caput Subdinum, ſeu Vindunum, aliter Cenomanum, *le Mans*. Aliae urbes ſunt Meduvana, Bellomontium, Lavalium, Firmitas Bernardi, Sabolium, & Caſtrum ad Laedum.

Strab. *Plin.* *Ptol.* Cenomani, pop. Gall. Ciſalpinae ſeu Tranſpadane, in Venetia & Longobardia Tranſpadana; quorum, urbes Bergomum, Brixia, Tridentum, Verona, Mantua, Cremona, & Crema. Horum durat pagus in agro Bergomenſi, *Cenum*, quaſi Cenomanum, dictus.

Cenomani populi fuere Galliae Tranſpadanae, habebantque à Septentrione, Euganeos, ab Oriente Venetos a Meridie Padum fluvium, & ab Occidente Inſubres; ubi nunc agri Veronenſis, Mantuanus, Cremonenſis, & Brixianus, pro majori parte ſub dominio Venetorum.

Urbes Cenomanorum Italiæ.

Bergomum, *Bergamo*.	Brixia, *Breſcia*.
	Crema, *Crema*.
Cremona, *Cremona*.	Tridentum, *Trento*.
Mantua, *Mantova*.	Verona, *Verona*.

¶ Cenomanum, *le Mans*, urbs Galliae, alias Subdinum & Vindinum dicta, Cenomanenſis provinciæ caput, ad Sartam fluvium, ubi recipit Huiſnam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, 10. leucis diſtat ab Alenconio in Auſtrum, 16. à Turonibus, 30. a Rhedonibus, & totidem à Carnuto.

Cenophrurium. Vide Cænophrurium.

* Centa, *Benibuhalul*, teſte Marm. opp. Maurit. Tingit. mediterr. inter Molochath & Bocanum Hemerum, ſive, ut nunc vocant, Marochium, (* manuſc. Seld.) *Ant.* *Ptol.*

¶ Centale, *Centale*, oppidulum Italiæ, in Pedemontio recens munitum, ad amnem Maleam, & prope Marchionatum Salutiarum, cujus etiam pars fuerat antea; eſtque ferè medium inter Cuneum & Savilianum.

Centuaropolis urbs fuit Theſſaliæ, apud Tempe, in mont. Oſſa: cujus mem. Procop. *Proco.*

Centrites, fluv. Aſiæ, inter Mediam & Armeniam fluens, ac Carduchos pop. ab Armeniis ſeparans. *Xenop.* *Diod.*

Centrones, pop. Belgii, quorum opp. *S. Truyen*, vel *Truydem*, teſte H. Leodio, à Tungris 3. leuc. à Leodio 6. in occ. in medio, inter illud & Lovanium, Reg. nunc Haſpania Latine nominatur, *Haſperganu* vulgò. Sed Becanus putat opp. Ceutronum eſſe Corteriacum, vulgò *Cortyck*, in Flandria, inter Aldenardum & Tornacum 5. leuc. Prior ſententia verior. *Cæſ.* *Plin.* *& al.*

¶ Centrones populi fuere Belgii, in Morinis, in eo tractu ubi nunc Corteriacum, *Coutray* Gallis, Belgis, *Cortryck*, urbs Flandrię, ad Liſam fluv. cum arce permunita, ſub dominio Gallorum ab anno 1657. inter Aldenardum & Ipras, non autem inter Aldenardum & Tornacum.

Centrones alii, pop. Gall. Narbonenſis, in Sabaudia, juxta Alpes Grajas. Quorum reg. & urb. (quæ metropolis ſive archiep. eſt) Tarantaſia, vulgò *Tarentaiſe*, teſtibus Marliano, Vigenereo & Scudo, ubi Centroum pag. vulgò *Sentron*, inter Auguſtam Prætoriam 12. & Genevam 14. leuc. viſitur. *Cæſ.* *Strab.* *Ant.*

¶ Centrones, populi fuere Galliæ Narbonenſis, nunc autem in Sabaudia, versùs Alpes, quorum regio *la Tarantaiſe* vulgò nominatur, cujus primaria Forum Claudii, *Mouſtier en Tarantaiſe* urbs archiepiſcopalis ad Iſaram fluvium.

Centula, *S. Riquier*, pag. cum cœnobio Gall. Belg. in Picardia Pontiviæ reg. apud Abbatiſvillam opp. inde 2. leuc. in ort. diſtans. Cujus fit mentio in vita ſancti Richarii. *Mart*

Centum, *Cento*, oppidum Italiæ ſat cultum, & alias munitum, in Ducatu Ferrarienſi, in confinio ditionis Mutinenſis, 18. milliaribus diſtat à Bononia Mirandulam versùs, prope Rhenum amnem, ſub dominio Summi Pontificis.

Centum cellę, *Cincelle*, urbs olim epiſc. Hetruriæ in ora auſtrali, apud Caſtrum novum, à Pyrgis 13. mill. paſſ. ab urbe Roma paulo ſupra 40. exciſa à Saracenis; ex cujus ruinis Urbs vetus opp. (& port.) vicinum exſtructum eſt, quod Centum cellæ novæ dici poteſt ex inſcriptione marmorea ibi à Sixto V. Pontif. Max. poſita. Earum mentio fit in lib. 3. itin. *Plin.* *Ant.* *Amm.* *Pater.*

Ad Centum cellas ſorti deflex imus auſtro:
Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.

¶ Centuncellę, *Civitavecchia*, oppidum Hetruriae, in ora littorali maris Tyrrheni, Diœceſis Viterbienſis, recens munitum à Summis Pontificibus, & praeſertim ab Urbano VIII. cum portu tantiſper capaci & caſtro. Sex milliaribus diſtat à Caſtro novo in occaſum, 40. à Roma in occaſum, 9. à Cornueto in auſtrum; ſedetque in planitie.

Centum colles, *Hundertbuhel*, & Hungaricè *Zashalon*, teſte Joam. Sanbuco, opp. Pannoniae infer. in Hungaria, inter Budam & Albam Regalem ad 4. leuc. intra colles, à quibus nomen accepit. Sunt & Centum colles opp. Daciae, in Tranſylvania, inter Cibinium & Coronam urbes, ad 9. leuc. diſſidens. *Scrip.* *Hung.*

Centurinum, *Centuri*, opp. Corſicae, in ora Boreali, apud Sacrum prom. & Canelatam, à Baſtia, ubi Praefectus degit, ad 30. mill. paſſ. ab arce S. Florentii 25.

¶ Centurinum, *Centuri*, caſtrum Corſicae, cui adjacet ab occaſu inſula Centurina. Diſtat à Baſtia 20. milliaribus in Boream, & 18. ab arce S. Florentii.

Centuripae, Centuripa Strab. *Centorvi*, urbs olim maxima Siciliae, à Federico II. Auguſto exciſa, ad Æntae. redices, ab Agyra urbe 10. mill. paſſ. in

Cę-

Cæciam, inter Catinam ad ort. & Troinopolim ad occ. ferè 28. Pop. Centuripini Plin. Mem. illius Sil. lib. 14.

Centuripe, largoque virens Entella Lyæo.

¶ Centuripe, *Centorbi*, oppidum eſt Siciliæ inſulæ, in Valle Dæmona, prope Adranum fluvium, 12. milliaribus à Paterno.

Ceos, Cea Plin. Cia Ptol. *Zea*, inſ. maris Ægæi, una Cycladum. Vide Cea.

Cephalas, *Capo Meſurata*, teſte Faz. prom. Africe ad initium Syrtis magnæ; Cephalæ Ptol. ultra Trierorum promont. Calumacumam villam verſùs.

Cephaledis, Cephalœdis Plin. Ptol. Cephaledium Strab. Cephalodium lib. Concil. *Cefalu & Cifalu*, urbs Siciliæ marit, in ora occid. & Bor. inter Haleſam ad Cæc. 28. & Thermas Himeras ad Africum 24. mil. paſſ. à Panormo 62. Meſſanam verſùs in Cæc. olim epiſc. ſub Archiep. Meſſanenſi, nunc ſub Archiepiſc. Mont. Regalis. Pop. Cephaleditani Cic. al. Cephalodienſes. Sil. lib. 14.

Quaque procello Cephaledias ora profundo.

¶ Cephaledis, & Cephaledum, *Cifalu*, urbs eſt munita in ora Boreali inſulæ, cum portu verſùs mare Tyrrhenum, & in modum promontorij in mare excurrens 49. miliar. diſtat à Panormo in ortum, & 90. à Meſſana Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi etiamnum.

Cephalenia. Cephallenia Strab. & Steph. *Cefalonia*, inſula maris Ionii, (cum urbe ejuſd. nominis, epiſc. ſub Archiepiſcop. Corcyrenſi) olim Samos, & Same Homero, circuitu 44. mill. paſſ. inter Leucadem ad Bor. 12. & Zacynthum ad auſtrum 30. mill. paſſ. à propriore littore Peloponneſi, ubi Chelonites, prom. & Cyllene urbs apud Araxum prom. 120. ſtad. in occ. Ithacæ etiam inſ. proxima. Pop. Cephalenes; & Cephalenij: Sil. lib. 15.

Saxa Cephalenum, & ſcopuloſis Neriton arvis.

A copia cephalorum piſcium nomen habere traditur.

¶ Cephalenia, *Cefalonia* Italis, *Cefalogne* Gallis, inſula eſt maris Ionii, circuitus circiter 120. miliarium, ſub dominio Venetorum à quamplurimis annis, cum urbe permunita in colle verſùs auſtrum inſulæ. Ibi incolæ Græcos ritus ſervant. Vix diſtat à Zacintho viginti milliaribus & paulò amplius ab ora littorali Peloponneſi: Olim quatuor habuit urbes, nunc tantum villas & pagos, cum portu *Argoſtoli* dicto ad auſtrum inſulæ, 6. milliaribus ab urbe Cephalenia.

Cephalonneſus, *Rubea*, teſte Pineto, inſ. ſinus Carcinitis, apud Tauricam Cherſoneſum, cum urbe cognomine.

¶ Cephalonneſus, inſula parva & oblonga Carcinitis ſinus, ubi in Pontum Euxinum ſe exonerat, in Hylæa regione, prope Tamiracam portum, & ex adverſo Tauricæ Cherſoneſi, ab ea 56. circiter milliaribus diſtans in occaſum.

Cephira, ſeu Caphara, & Caphera Joſepho, opp. olim Judææ, Hieroſolymis proximum.

Cephiſia, regiuncula Atticæ, per quam Cephiſus labitur, & in qua fons ejuſdem nominis, teſte Plin.

Cephiſis lacus eſt juxta mare Atlanticum, quem Mauri Electrum vocant, quod ſole calefactus electrum è limo det: Plin. lib. 37. cap. 2.

Cephiſſus, Cephiſus Ovid. *Ceſiſo*, fluv. Bœotiæ, apud Lilæam urbem Phocidis oriens, & apud Delphos fluens. Parnaſſum mont. ab Ædylio ſeparans, nom. antiq. ret. Ovid. lib. 7. Metam.

Cephiſon procul hinc defluentem fata nepotis
Adſpicit.

Et lib. 3. Metam.

Implicuit, clauſaque ſuis Cephiſus in undis
Vim tulit.

¶ Cephiſſus, *Ceſiſſo*, fluvius Græcie. Oritur in Deride, prope Lilæam urbem; dein auctus Mela fluvio, Elatæam Phocidis urbem rigat, poſtea per Cherroneam in Bæotiam labitur, & cadit in Copaidem lacum, qui ab eo Cephiſſides dictus fuit aliquando; mox per cuniculum exiſtens, in Euripum ſe exonerat prope Larimam oppidum; eſtque inundationibus admodum obnoxius. Sed per Delphos non labitur.

Cephiſſus alter, fluv. Atticæ, juxta Athenas fluens, ac in mare contra Eleuſinam inſ. exiens. Unde Cephiſius nom. gent. Cephiſias Patronym. Ovid. lib. 7. Metam. & Cephiſia ipſa reg. appellata, ubi & fons ejuſd. nominis Plin.

Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.

¶ Cephiſſus alter, amnis Atticæ. Iuxta Athenas fluit ad occaſum, deinde in ſinum Saronicum ſe exonerat prope Pyræum portum.

Cephiſſus item Pauſ. fluv. Argiæ reg. in Peloponneſo modicus.

Cepiane, opp. Luſit. in regno Portugallico meditter. in Caſtellæ conſ. Mirobrigæ finitimum, quod nunc *Pignell & Pinhel* dici ferunt, inter urb. Rodrigenſem & Trancoſium opp. 10. leuc. ac inter Guardenſem urb. 6. & Almendrum opp. 4. Ptol.

Cepiana, oppidum Luſitaniae quibuſdam, eſt in Provincia, intra Tagum & Anari fluv. Aliis eſt Pinelum, *Pinhel* oppidum Portugalliae, in Tranſmontana provincia, juxta amnem cognominem, vix 4. leucis à conf. regni Legionis in occaſum, totidem à Durio fluv. in auſtrum, à Trancoſio autem 5. in ort.

Cepœ. opp. Sarm. Aſianae, apud Boſphorum Cimmerium, *Copa* nunc ex tab. recent. ad fluv. cognom. apud Hermonaſſam urb. de quo Plin. liber 6. capitolo 6. Plin.

¶ Cepe, ſeu Cœpae, & Cepi Mileſiorum, oppidum fuit Aſiae, juxta Corocondamim Lacum ſeu paludem, in regno Boſphorano, inter Phanagoriam & Tyrambim, in Eione inſula. Vix decem milliaribus diſtat à Boſphoro Cimmerio in ortum.

¶ Cepuſienſis Comitatus, provincia regni Hungariae ſeptentrionalis, verſùs montem Carpatum & confinia Poloniæ, *Cepuſz* dicta, cuius pars ſubeſt etiam dominio Poloniæ à tribus ſeculis. Ibi oppidum præcipuum *Leutſch*, in ditione Imperatoris, uti Regis Hungariæ, cum parte auſtrali Comitatus.

Ceramea, *Kerumes*, teſte Leuncl. apud Turcas, opp. Ponti. Cedr.

Ceramum, *Ceram*, inſula ampla & oblonga maris Indici, in Arcipelago Moluccarum, in Aſia, inter Gilolum, Moluccas, Bandam, & Amboinam inſulas, bene culta, & Aromatum proventu dives.

Ceramus, urbs Cariæ littoralis, inter Halicarnaſſum & Gnidum, à qua ſin. Ceramicus, epiſc. ſub Archiep. Stauropolit. Quæ an perduret hac tempeſtate, non legi. Plin. Ptol. & al.

Ceraſus, *Cheraſonda*, vel *Chiriſonda*, urbs Cappadociæ marit. quæ & Pharnacea, licet apud Ptol. ſit diverſa, inter Hermonaſſam ad occ. & Trapezuntem ad ort. quaſi media, inter Polemonium & Trapexunta 30. mill. paſſ. diſſita, olim epiſc. ſub Archiep. Neocerienſi, poſtea metrop. effecta. Hinc ceraſa primum in Italiam delata, teſte Athenæo. Strab Plin. Arria & al.

Ceraſus, quæ nunc *Chiriſſonda* dicitur, urbs Aſiæ minoris, in Ponto Polemoniaco, in ora littorali Ponti Euxini. Differt à Pharnacea, utpote quæ ab ea diſtat 25 milliaribus in occaſum, inter Hermonaſſum ad 36. milliar. & Trapezuntem ad 65. uti a Polemonio 80 in ortum. Nunc paucis conſtat incolis, in Amaſia regione, ſub Turcis.

Ceratæ, vel Cereatæ, ut alibi legitur, *Cereto*, teſte Leandro, opp. Sabinorum, ſeu potius Umbriæ, intra montes, non in Latio, ut ſcribit Ortel. à Spoletio 15. mill. paſſ. à Caſſia opp. 9. Nurſiam verſùs Ceretum Plin. ut videtur Caſaubono. Pop. Ceretani. Sed apud Plin. Cernetani legitur, unde opp. Cernetum, quod in Latio, non in Sabinis eſt, Ceratæ autem pop. Sabini vel Umbriæ ſunt, qui vagantes vulgus arte decipiunt, vulgò *Ciarlatani*. Strab

Ceratę, vel Cereatæ, oppidum Latii, teſtibus Ortelio, Cluverio; & aliis in colle, & inter Sublacum, & lacum Fucinum, in confin. Aprutii ulterioris. Ceratę etiam ſeu Ceretum, *Ceretto*, caſtrum eſt Umbriæ, ad Neram amnem, ad pedes Apennini, & verſùs Marchiam Anconitanam, 12. milliaribus à Caſcia, & 15. a Nurſia in occaſum, ſub dominio Summi Pontificis.

Ceratus, *Fiume di Ginoſa*, fluv. Cretæ, praeter Gnoſſum urb. everſam fluens, quae etiam de nomine fluvii dicta eſt, teſte Strab. Cuius mem. Virg. in Ceir. Heſye. Callimac.

Carpatium fugiens, & flumina Ceratæa.

Ceraunia, vel Ceronia, Cirynia Plin. cui etiam Carynia, & Cerinium, teſte Ortel. cum hujuſmodi nomina praeter Cirynia non legantur apud Plin. *Cerines*, urbs Cypri, in ora Boreali, inter Carpaſiam & Lapithum ad occ. epiſc. ſub Archiep. Nicoſienſi. Polyb. Ptol.

Ceraunii, qui Acroceraunii, & Ceraunia, *Monti della Chimera*, & *Chimarioti*, montes Epiri, in ora Mel. Apoll.

occid. à Macedonia ſeparantes, à Japygio Salentinorum prom. 100. mill. paſſ. à mari in ort. diſtantes, quot ferè à Corcyra in Bor. à ſinu Ambracio, ubi Nicopolis 1300. ſtad. Vide Acroceraunia. Super illis Chimera urbs ſita eſt. Hos auctor Theſ. Ling. Lat. Ambraciæ urbi vicinos facit: à qua ferè 100. mil. paſſ. diſtant. Sunt & Ceraunii montes Albaniæ, Caucaſi mont. pars, de quibus Ptol. Cerauniorum Epiri memor. Ovid. lib. 15. Metam.

Saxa fugit; dextra prærupta Ceraunia parte.

¶ Ceraunii montes, ſeu Acroceraunia juga, ſic dicta, quod ſæpe fulmine percellantur, montes ſunt Epiri, in Chaonia regione, versùs Oceanum ſinum. Nunc à Chimera oppido dicuntur *Monti di Chimera* ab Italis, eorum autem incolæ *Chimarioti*; ſuntque ab occaſu in ortum extenſi, inter Albaniam & Epirum. Vix 50. milliar. diſtant a Corcyra inſula in Boream.

Cerbalus *Cervaria*, teſte Nig. fluv. Apuliæ Dauniae parvus.

¶ Cerbalus, *Cervaro*, fluvius Italię, in regno Neapolitano, & in provincia Capitanata. Oritur ex Apennino monte, & prope Bovinum urbem labitur, deinde, in Candelarum fluvium ſe exonerat prope Sipuntum.

Bycop. Cercaphus, mons Jonię, Colophoni imminens.

Ptol. * Cerceticus, ſin. maris Euxini, in Sarm. Aſiana, ubi Tazus urbs, vulgò *Golfo di Suſaco* de urbis nomine, teſte Mol. dictus a Cercetis pop. à Ptol. ibi memoratis, (* manuſc. Seld.)

Cercetii, pop. in ora ejuſdem Sarm. * Cercetae Ptol.

Dion. & Plin. à Dionyſ. Afro memorantur, qui nunc *Circaſſi* nominatur.

Poſt hos Cercetii, juxta quos Axenus altis
Fluctuat æquoribus.

(* manuſc. Seld.)

Cercetius, mons Sami inſ. juxta Ampelum mont. &

Plin. prom. Sunt & Cercotii montes in Theſſalia, teſte Plin. non Cerceti, ut in Theſ. Ling. Lat.

* Cercina, & Cercinna, *Querquene* Mercat. *Charcana*

Ptol. Faz. inſ. maris Africi, à Tacapis fere 80. mill. paſſ. Car-

Strab. thaginem versùs in occ. à Lotophagite 100. à Lopaduſa

Hir. 50. longa 25. Quam Mela una cum Meninge ante prom.

Mel. Syrtis parvae collocat. Ejus memor. Dionyſ. de ſitu orb.

Et Cercina ſimul, Libyca ſtatione patentes.

Hic etiam Cercinitis inſula parva, Cercinae juncta ponte Carthaginem versùs, teſte Plin. cujus etiam mem. Strabo lib. ultimo, (* manuſc. Seld.)

¶ Cercina, quæ & Cercinna, *Chercara* Italis, *Cercare* Gallis, inſula eſt parva maris Mediterranei, in ora Africae & regni Tunetani, prope Sirtim minorem. Ei adjacet ad auſtrum alia inſula parva, Gamera dicta, quę forſan alias Cercinna minor. Diſtat ab Adrumeto in ortum 25. milliar., à Tapacis 100. circiter in Boream, 90. à Lopaduſa, & 50. à Lottophagite ſeu Meninge inſula in Boream; eſtque parvi circuitus, & ægrè à paucis habitata.

Cercinites, lacus Macedoniæ, in Thraciæ conf. ad

Arrian. quem Circinium opp. fuit, teſte Liv.

¶ Cercinites quid ſit, non conſtat. Sed eſt mons Cercina in Tracia, versùs Macedoniam, qui Sinthos & Pæones populos conjungit, in Dantheletica regione.

Cercopes, pop. inſ. Pithecuſę, in ſimias mutati, ut fabulatur Ovid. lib. 14. Metamor.

-& perjuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſque admiſſa doloſa,
In deforme viros animal mutavit.

Ptol. Cercopia, *Arcobia* ex tab. recent. urbs Phrygię magnae, inter Lyſiadem & Eucarpiam proximas urbes.

Cercopia, urbs Aſiae, in Phrygia majori, versùs Lydiam, juxta Gryam amnem, qui paulò infra cadit in Hermum. Nunc *Arcobia* dicitur à Caſtaldo. Prope Eucarpiam ſedet, ſed paulò remotior à Lyſiade.

Cercyręi (qui Corcyraei Latinis dicuntur) à Cercyra

Diony. inſula, (quae & Corcyra) cum ſeditionibus agitarentur, ſolebant flagra ingentia geſtare anſis eburneis ornata; ex quo adagium natum eſt, *Cercyrææ ſcuticæ*, ſive *Cercyræum flagrum*, de ſupervacaneo cultu, ut apud Plutar. in vit. decem rhet.

Cere, *Ceri*, opp. Hetruriae. Vide Caere. Sic Sil. lib. 8.

Lector Cere viros, lectos Cortona ſuperbi.

Ceredanum, *Cerane*, pag. agri Novarienſ. inter Tercatum & Viglebanum, à Tercato ſupra 2. mill. paſſ. in litteris Pontif. memoratus, ac à B. Pacifico, qui ibi colitur, illuſtratus.

¶ Ceremiſſi, ſeu Cremiſſi, *Czeremiſſi*, populi Moſchoviæ orientalis, diſcreti in cis Volganos & trans Volganos, Brietio & aliis teſtibus; hique dicuntur *Nagornoy* hoc eſt, montuoſi. Extenduntur ad montes Riphæos, habitantque in ſylvis, inter Novogardiam inferiorem & Caſanum.

Cereſſus, opp. Hiſp. Tarracon. in Jaccetanis, quod Ptol.
aliquibus *Cerezo* eſſe videtur, inter Buytragum 5. & Arandam ad Durium fluv. in Bor. 9. leuc. Sed hoc in Caſtella vetere eſt. Cereſſus autem à Ptol. in regno Aragonio, ubi Jacetani pop. deſcribitur.

¶ Cereſſus oppidum Jacetanorum populorum à multis creditur fuiſſe, ubi poſtea Celſona urbs, *Solſona*, in Catalonia provincia, Brietio teſte. Vide Celſona.

* Ceretanum, *Ceretana*, opp. Siciliae mediterr. apud Cic.
Bizinim opp. & fontes Motychani fluv. inter Mont. Rubeum caſtrum 3. & Bucherium opp. 4. mill. paſſ. à Syracuſis fere 28. in occ. ſive Circ. Ceretani verò pop. Vide Cerretani.

¶ Ceretanum caſtrum eſt Siciliae, in colle, in valle Neaetina, ad radices montis Hiblae, prope oppidulum montem Rubeum dictum, 25. milliar. diſtat à Leontinis in auſtrum.

¶ Ceretica, provincia Vallię meridionalis, in Anglia *Cardiganshire*, juxta oram maris Hibernici, cum urbe cognomine, *Cardigan*, ad oſtia fluvii Tivii, olim Tuerobius, 14. milliar. diſtat à Mariduno, & 17. à Menevia. Ibi alias fuere Demetae populi.

¶ Ceretum, *Ceret*, oppidulum ſatis amœnum in Ruſcinonibus, in confinio Galliae Narbonenſis, haud procul a Teco flumine, 16. milliar. paſſ. a Perpiniano, in extremis ferme Comitatus Ruſcinonenſis finibus. Memorabilis eſt locus ob colloquium illic habitum anno 1660. inter Delegatos Regum Galliae & Hiſpaniae, ad figendos regnorum limites in ea Pyrenaeorum montium parte.

Cerevia, *Cervia*, urbs Æmiliae Galliaeve Tog. in ora Vet. In
Bojorum, epiſc. ſub Archiep. Ravennate, inde 12. mil. paſſ. Ariminum in ort. versùs totidem à Ceſena; quae & Phycocle, ubi maxima ſalis copia coquitur, propterea aegrè habitata & parva.

Cerilli, non Cerillum, ut ſcribit Ortel. *Cirella*, teſte Barrio, opp. Brutiorum, in ora littor. Calabriae citer. ultra Laum fluv. à Scalia 20. mill. paſſ. Blandam Strab.
versùs 18. in ort. Adamante opp. in medio, à Thuriis 37. teſte Strab. Talai ſinus terminus. Hic ſaccari ingens copia.

¶ Cerilli, *Cirella*, caſtrum eſt Calabriae citerioris, in ora maris Tyrrheni, prope Laum ſinum, 8. milliar. a Scalia in auſtrum, 3. ab Adamante, & 30. à Thuriis in occaſum; nuncque paucis tantum conſtat incolis.

Cerinthus, *Ellopia*, teſte Molet. opp. Eubœae inſ. li- Strab.
torale, in ora orientali, haud longe à Fano Dianae. App.
Imò *Ellopia* Ellopia eſt Strab. (Vide Ellopia) cui Cerinthus erat proxima.

¶ Cerintus, oppidum Eubœae inſulae, ſitum in littore maris Ægaei, non longè ab oſtiis Budori fluvii. Euſtathius putat dictum Ellopiam; & ad Telethrium montem collocatur à Strabone. Nunc in vicum redactum eſt.

¶ Ceriſolae, *Ceriſoles*, vicus Italiae, in colle, in Pedemontio, celebris victoria Gallorum, Duce Anguiano, contra Hiſpanos, quorum exercitum delevit magna clade anno 1544. ſub Henrico II. Rege, 5. milliar. diſtat ad Alba. & 4. à Claraſco, Carmaniolam versùs.

Cerne inſ. maris Atlantici, contra Atlantem mont. Plin.
quae, teſte Ortel. *Porto Santo* nominatur. Ptol.

¶ Cerne Atlantica Petro du Val eſt Madera, *Madere* inſula maris Atlantici, quae etiam Ombrie dicta fuit; eſtque ad Boream Fortunatarum, 200. milliar. circiter, & prope Aprositon inſulam, ſeu inaceſſibilem, quae nunc *Porto Santo* dicitur, in occaſum, Sanſone & aliis teſtibus. Subeſt dominio Regis Portugalliae. Vide Madera.

Cerne altera, quae *Cratioſa*, teſte Marm. dicitur ſed Ptol.
Rhamuſio potiùs *Argin* eſſe videtur, in ora occidua Libyae interioris, contra Nigritis flum. oſtia.

Cerne item inſ. Oceani Æthiopici ad ortum, maxi- Plin.
ma omnium Africae inſularum, à littore 60. leucis in Ptol.
ortum diſtans, *Madagaſcar* Mercat. & al. ab Hiſpanis inſ. ſancti Laurentii appellata. De ea Plin. Ptol. Menuthias eſt.

¶ Cerne Æthiopica, quae & Menuthias, inſula eſt Africae, *Madagaſcar* dicta, ab incolis *Madecaſe*, & à Luſitanis

ſitanis *Iſla de S. Lorenzo*, ſeu S. Laurentii inſula, quia ab ipſis detecta anno 1504. die S. Laurentio ſacra, à Gallis verò *l'iſse de Madagaſcar*, & *l'iſſe Dauphine*, perſæpe ab Europæis luſtrata, & nunc à Francis inhabitata, præſertim versùs partem auſtralem, in Carcanoſſia provincia, ubi Arx Delphina, fortalitium præcipuum. Inſula eſt ampliſſima & cultiſſima; & eam accuratè deſcripſit Stephanus Flacurtius à paucis annis. Vide Delphina inſula, & Madagaſcaria.

Cernetum opp. fuit Latii, inter Bovillas & Caſſinum. Pop. Cernetani à Plin. memorati. Ex quo errare deprehenduntur qui illud *Cereto* oppid. Sabinorum eſſe putant.

¶ Cernetum, aliter Cerate, opp. Latii. Vide Cerate.

* Cerones, pop. Albionis, quorum tractus *Aſſinshire* teſte Camd. vel *Strathnavern*, in Scotia, apud Epidios, (* manuſc. Seld. λρόνος.)

Cerretani, Ceretani Sil. pop. Hiſp. Tarracon. ad mont. Pyrenæi radices, in finibus Vaſconum. Quorum reg. *el contado de cerdanna* dicitur, in Catalaunia opp. verò Jugum Cerretanorum, *Puig de Cerdan & Puigcerda*, inter Perpinianum 12. & Urgellam 7. & Cerretanum *Cerda*, à Vico urb. 3. leuc. Jugum Cerretanorum versùs, à Rippollenſe opp. 2. Hi pop. Auſetanis & Ilergetibus finitimi ſunt. De quibus Sil. lib. 3.

Nec Ceretani quondam Tirynthia caſtra.
Nec Vaſco inſuetus galea, ferre arma morati.

¶ Cerretani, populi Hiſpaniæ, quorum regio Cerretania, *la Cerdanna* incolis, vulgò dicitur. Pars erat antea Cataloniæ; ſed nunc media ejus pars ſubeſt Gallis eſtque intra montes Pyreneos & fontes Sicoris fluvii. Oppidum verò Jugum Cerretanorum eſt, *Puicerda*, Gallis *Puicerdan*, intra montes, in colle, prope Sicorim fluvium, & una tantùm leuca à Julia Libyca; eſtque caput Cerretaniæ. Cerretanum autem aliis eſt vicus *Torre de Cerdana*, in valle Carolina, versùs Pyrenæos, 2. leucis à Jugo Cerretanorum in Boream. Sed Cerretania, quae à Gallis *la Cerdagne* dicitur, eſt provincia inter Occitaniam & Cataloniam. Jugum autem Cerretanorum diſtat 7. leucis ab Urgella in ortum, & 15. à Perpiniano in occaſum.

Cerretanorum Jugum. Vide ſuprà Cerretani.

Cerſunum, *Nebbio*, teſte Pineto, urbs Corſicae epiſc. ſub Archiep. Genuenſi, exciſa, in ora Bor. apud arcem S. Florentii, ubi Epiſcopus Nebienſis moratur, à Baſtia paulò ſupra 10. mill. paſſ. in occ.

¶ Cerſunum Cluverio & aliis fuit oppidum in parte Boreali Corſicae, ubi poſtea Nebbium, *Nebbio*, urbs ampla, quae nunc diruta jacet, & ejus ruinae nunc *Roſoli* dicuntur. Ex ejus ruinis videtur eſſe excitatum Fanum S. Florentii, à quo diſtat 7. milliaribus in auſtrum, 11. à Marianae ruinis, & 26. à Sacro promontorio pariter in auſtrum.

Cervaria, *Corbiere*, teſte Jo. Poldo, oppid. Gall. Narbonenſis, in ora, & conf. Gall. praedictae & Hiſp. Corbaria Aimoino ſcribenti Karolum Mag. Saracenos ibi ſuperaſſe, inter mont. Pyrenaeos & Birſam fluv. Eſt & Cervaria *Cervera*, opp. Hiſp. citer. in Catalaunia apud Tarragam opp. 1. leuc. diſtans, ex primis regionis, in via obvia inter Barcinonem & Ilerdam. Sed hoc Servaria Latinè dicitur ab Hiſpanis.

¶ Cervaria, oppidum Galliae Narbonenſis, nunc eſt vicus *Cervera* dictus, juxta Pyrenaeos montes, in ora maris Mediterranei & ſinus Leonini, in Catalonia provincia, & in confinio Comitatus Ruſcinonenſis, inter Caucoliberim in Boream 2. leucis, & Rhodam in auſtrum 3. leucis diſtans.

Cervaria, *Cervera*, Mol. opp. Hiſp. Tarracon. in Oretanorum & Baſtetanorum conf. circa Mentiſam et Biatiam. Sed ibi *Cervera* nulla eſt, ſed inter Concham urb. 9. et Alcaſſarum Conſaburi 14. apud Hiſtonium, à Toleto 18. in ort.

¶ Cervaria, *Cervera*, oppidum fuit Oretanorum, nunc caſtrum Caſtellae novae, intra montes, in eo tractu qui vulgò *la Sierra* dicitur, verſus fontes Anafluvii.

¶ Cervia, *Cervia*, urbs Italiae, in ora Romandiolae, ſalinis ſuis celebris, ſed agrè habitata propter aeris inclementiam. Subeſt Romano Pontifici. Alias Ficode diſtat fuit, 12. milliaribus à Ravenna, et 15. ab Arimino, eſtque inter oſtia Sapis et Rubiconis fluv. Vide Cerevia et Ficode.

Cervini, *Cerviani*, pop. et opp. Corſicae mediterr. circa medium illius, ilcet alibi à Ptollocentur.

¶ Cervix Africae, *Cap. de bonne Eſperance*, Caput bonae Spei, in Africae, parte meridionali, & in Cafreria regione, promontorium in auſtrum maximè extenſum. Vide Caput bonae Spei.

Ceſata, Ceſada Ptol. *Hita*, teſte Varrerio, opp. Hiſp. Tarracon. in Celtiberis, et in Caſtella nova, inter Secontiam 9. & Guadalajaram 5. leuc. *Ant.*

Ceſcus apud Svid. urbs erat Ciliciae, in Pamphyliae confinio, cui ab aliis attribuitur: juxta quam fluvius Anus, id eſt amens, decurrit; ex quo adagium apud Zenodot, *Ceſcon, habitas*, in bardum, ſtultum, aut vecordem dici ſolitum. *Svid.*

Ceſeleth, vic. Palaeſtinae in Galilaea, apud mont. Thabor, *Caſalun* poſtea dictus. *Lib. Joſua,*

Ceſena, ſic vulgò, urbs Gall. Tog. in Æmilia, ad Sapim fluv. inter Forum Livii 10. et Ariminum in ort. 20. mill. paſſ. Vide Caeſena; variè enim ſcribitur. *Plin.*

¶ Ceſius mons, *Kalenberg* mons Germaniae, in Auſtria provincia, longiſſimus, et a Danubio uſque ad Savum fluvium excurrens per varias flexiones. Aliis eſt Cetius mons. Vide ibi.

Ceſſero, Caeſiro Anton. *Caſtres*, teſte Jo. Poldo, urbs Gall. Narbonenſis, ad Araurium fluv. inter Toloſam ad occ. 12. & Lutevam ad ort. et Caec. 14. leuc. à Vaurino 6. ſive inter Carcaſonem 7. et Albigam in Bor. 9. epiſc. ſub Archiep. Bituricenſi. At Varrerio *Tubery* vel *Tibery*, opp. potius videtur inter Mont. Peſſulanum 8. & Narbonem 6. leuc. occurrens, à Biteris 3. quod magis probatur. Nam ex itin. Anton. Aug. Caeſaris in via inter Nemauſum & Narbonem occurrit, in Theſ. Ling. Lat. ad Carpentoractem ponitur: quae urbs longè à Ceſſerone abeſt. *Plin, Ptol,*

¶ Ceſſero Sanſoni et aliis eſt *S. Tubery*, oppidulum Occitaniae inferioris, ad Araurarim fluvium, inter Agatham ad auſtrum & Piſcenas ad Boream, 2. leucis ab utraque, 3. à Bliterris in ortum, & 5. a Luteva in auſtrum. Diſtat autem a Caſtro 12. leucis circiter; eſtque in via inter Toloſam & Nemauſum, uti etiam inter Narbonem et Nemauſum.

Ceſtius pons, unus ex urbis Romæ pontibus, qui teſte Marſ. *Ponte di S. Bartolomeo* nominatur, in inſ. Lycaonia, quam Tiberis in duos diviſus alios efficit. *P. Vict.*

¶ Ceſtria, urbs Angliæ, vulgo *Cheſter* dicta, in Comitatu Ceſtrienſi, ad Deam fluv. qui ibi portum præbet commodum, in limite Vvalliæ. Vide Deva.

Ceſtria, *Sopoto*, teſte Pimet. opp. Epiri, in Theſprotia reg. quæ ſic etiam Pauſaniæ dicitur, Ceſtrinia Steph. apud Chimæram: quod tamen Hecatompedum Ptol. dici videtur aliis. Pop. Ceſtrini Plin. *Plin.*

¶ Ceſtria, oppidum Epiri, eſt prope Thianim fluvium, ad pedes montis Acroceraunii, & à Stephano Cammania vocatur.

Ceſtrus fluv. Pamphyliæ, in aſperæ Ciliciæ conf. inter Magydum & Sidam poſt Catarractum in mare deſcendens. *Strab. Nican. & al.*

¶ Ceſtrus, ſeu Ceſtrius, fluvius Aſiæ minoris. Oritur in Piſidia provincia, versùs confin. Iſauriæ, & deinde per Carbaliam in Pamphiliam labitur, ubi juxta Magedim oppidum in mare Mediteraneum & ſinum Attalicum ſe exonerat, 25. milliaribus a Sida in occaſum.

Cetaria, *Scupello*, teſte Faz. opp. Siciliae, in ora, Bor. & occid. exciſum, inter Panormum & Drepanum, apud Segeſtanum empor. Aretio videtur eſſe *Carini* opp. magis Panormo propinquum, inde 18. mil. paſſ. à Segeſtano empor. 24. Sed Faz. uti indigenae magis fidendum. *Ptol.*

¶ Cetaria, *Scopello*, vicus eſt Siciliae, in valle Mazare, 4. milliaribus a Segeſtanorum, emporio, 35. a Panormo in auſtrum, & 18. a Drepano.

Cetium, Cecia vet. inſcript. *Seiſſelmaur & Zeiſſelmur*, teſte Laz. opp. Norici, in Auſtria. praecipuum, apud Danubium & fines Pannoniae, ubi Cetius mons Noricos à Pannoniis diſſeparans, inter Viennam ad ort. 4. & Fanum S. Leopoldi in occ. 5. leuc. à Neoburgo 2. *Ant.*

¶ Cetium, *Czeiſſmaur*, pagus eſt Auſtriae inferioris, ad Danubium fluvium, ubi recipit *Anzzeſpach* amnem; ibique incipit Cetius mons. Vix 2. leucis diſtat a Neoburgo in occaſum, 4. a Vienna etiam in occaſum, longe autem à Fano S. Leopoldi.

Cetius mons, terminus Norici ad ortum, unde Pannonia incipit, varie ab incolis nominatus; nam alibi *Kalemberg* vel *Halemberg*, alibi *Schnebergh*, alibi *Deuuberg*, *Liv. Ptol.*

berg, *alibi* Herizberg, *alicubi* Hengſterberg, *alicubi* Semering, *ab opp. & Plaitz*.

¶ Cetius, ſeu Ceſius, mons Germaniç, *Kalebergn* vulgo dictus, excurrens à Danubio fluvio per varias flexiones uſque ad Savum fluvium, Cluverio & aliis teſtibus. Secundum regiones diverſa ſortitur nomina ab incolis. Oritur in Auſtria inferiori, prope Viennam, & per Stiriam & Carinthiam protenditur.

Plin. Catius item, fluv. Myſiæ, in Aſia, ex Pindaſo monte profluens, ac juxta Pergamum urbem decurrens, ex urbe nomen habens. De monte in lib. 5. itinerar.

Perpetuatur iter. Jam vertice Cetius alto
Apparet.

Plin. *Ant.* Cetobrica, Cetobrix Ptol. *Setuval*, teſte Reſend. opp. Luſit. marit. in regno Portugallico, ab Ulyſſipone 7. leuc. in auſtrum. Nigro eſt *Almadas* oppid. in oſtio Tagi. Reſendio & Vaſconcello locorum peritis & indigenis ſubſcribo.

¶ Cetobrica, *Setuval*, Belgis *S. Ubes*, urbs eſt permunita Portugalliæ, cum portu admodum frequenti & arce, in Extremadura provincia, ad oſtia fluvii *Cadaon*; ibique ſunt ſalinç magni proventus, 6. leuc. diſtat ab Ulyſſipone in auſtrum, totidem à Barbario promontorio in ortum, & 16. ab Ebora in occaſum.

¶ Cevanum, *Ceva*, oppidum Italiæ, in Pedemontio, cum caſtro & regiuncula cognomine, ad Tanarum fluvium, versùs Apenninum montem & Ducatum Montisferrati; habuitque olim Marchiones proprios magni nominis. Vide Ceba.

¶ Ceylanum, *Ceylan*, inſula perampla Aſiç, in India citeriori, quç antiquorum Taprobana creditur. Ab Indis *Tenariſin* dicitur, id eſt, terra delitiarum, & ab Arabibus *Zeylam Dive*, ſeu Ceylanum inſ. Vix 60. leucis diſtat à promontorio Comorini in ortum. Circuitus eſt 250. leucarum circiter; continetque plura regna, nempe Candeæ, quod eſt præcipuum, Columbi, Chilai, Ceitavacae, Jalae, Batticalae, & Jafanapatani. Sed Columbi arx & aliquot aliae in littore ſubſunt dominio Hollandorum a paucis annis. Vide Taprobana.

Ptol. Chaberis, *Maber* Nig. *Calapate* Caſtal. urbs Indiae citer. in ora occid. Uterque videtur divinare.

Ptol. Chaboras, Chobar apud Ezech. Proph. fluv. & mons Meſopotamiae, fluv. *Giulap*, mons *Capuſco*, teſtibus Caſtal. & Ortel. qui fluv. in Euphratem infra Chaboram urbem quam alluit (quae & ipſa *Giulap*, nominatur incolis) inter Nicephorium ad occ. & Aphphadanam ad ort. fluit. Mons ex quo fluv. profluit Maſius Ptol. dicitur.

¶ Chaboras, *Chabur* fluvius eſt Aſiae. Oritur in confinio Armeniae majoris ex Monte Maſio, & per Meſopotamiam labitur; ubi auctus aliquot fluviis, in Euphratem fluvium ſe exonerat infra Tapſacum urbem, prope Circeſium oppidum, e regione Arabiae deſertae, 30. milliaribus infra Nicophorium.

Chabrius, *Cilabro* Molet. fluv. Maced. in ſin. Thermaicum apud Hegonis prom. inter Theſſalonicam & Caſandream influens.

Ptol. ¶ Chabrius, qui Brietio eſt *Chabria*, fluvius Macedoniae. Oritur in Biſaltia è regione; deinde rigatis Amphaxiti & Paraxia regiunculis, & auctus aliquot fluviis, in ſinum Thermaicum ſe exonerat ex adverſo Pydnae.

Ptol. Chadeni, pop. Scandinaviae, ſive Scandiae, quos Ortel. *Norvvegger* ſive *Finmarcker* eſſe putat. Sed neutrum ex verbis Ptol. elicitur.

¶ Chadeni, ſeu Cadeni Brietio, populi Scandiae erant, in parte Boreali Norvegiae, ubi nunc praefectura Vardhuſiana, prope promontorium Boreale.

Plin. *Steph.* Chadiſia, Phadiſana Arriano, *Phadiſa* Mercat. oppid. Cappadociae marit. in finibus Leucoſyrorum, in Themiſcyra reg. ſeu prope, ad fluv. cognominem.

¶ Chadiſia, quae Chadiſta quibuſdam, oppidum eſt Aſiae minoris in Paphlagonia provincia, & in confinio Cappadociae, in ora Ponti Euxini & ſinus Amaſeni, inter Amaſum ad occaſum, & oſtia Iridis fluvii ad ortum, 50. autem milliaribus à Themiſcyra in occaſum, Petro à Vico teſte.

Pauſ. *Ptol.* *Steph.* Chaeronaea, urbs Bœotiae, in Phocidis conf. patria Plutarchi, qui inde Chaeronaeus dicitur, hoc tempore jacens, & nomen antiquo adhuc retinens, Coroneae finitima, ab ea in Caeciam recedens, clade & caede Athenienſium memorabilis.

¶ Chaeronaea, ſeu Cherronea, urbs Graeciae, in Bœotia, ad Cephiſſum fluvium, ubi Graeci victi per Philippum, & Mithridates à Sylla ſuperatus. Vix ejus ſuperſunt rudera, 21. milliaribus diſtabat a Coronea & à lacu Copaide in occaſum.

Chaetae, pop. Scythiae, qui, teſte Nigro *Chataini* noſtratibus dicuntur: reg. verò *Catay & Catajo*, ubi Scythae ſive Tartari Seribus proximi longè latèque dominantur. *Ptol.*

¶ Chetae, populi Scythiae extra Imaum, inter Iſſedones & Maſſagetas, versùs Auzacum montem & Chitacum lacum. Aliis ſunt Chitae & Gitae, erantque in eo tractu ubi nunc pars Borealis Turcheſtaniae. Sed longè diſtant a Cataya regione in occaſum.

Chalaſtra, *Cavalla*, ut aliquibus videtur, urbs Macedoniae littoralis, ad ſinum Thermaeum, hac tempeſtate clara, proxima Philippis, ad 10. mill. paſſ. diſtans. *Plin.* *Steph.*

¶ Chalaſtra urbs fuit Macedoniae, in Bottiaea regione, prope ſinum Thermaicum ad occaſum, uti etiam 20. milliaribus à Theſſalonica, ſed 90. circiter milliaribus à Philippis in occaſum diſtans. Quid ſit in praeſentia, non conſtat: & *Cavalla* eſt Bucephala antiquorum, longè ab ea in ortum prope ſinum Strymoniacum.

Chalcedon, Chalcedonia Liv. urbs antiqua, anno poſt Romam 148. condita, *Calcidona* noſtris, Turcis verò *Calcitiu*, aliis *Scutar*, & *Scutari*, urbs archiepiſc. Bithyniae, in ora, ex adverſo Byzantii, minus milliario diſtans, Boſporo intercedente; quae, teſte Plin. urbs Caecorum dicta, quod tam vicina Byzantio conſtructa fuerit. Hinc Chalcedonius nom. gent. Claud. de 4. conſ. Hon. *Polyb.* *Ptol.* *Strab.* *Plin.* *& a*

Boſporus adverſam patitur Chalcedona cerni.

Idem lib. 2. in Ruf.

Et Chalcedonias contra deſpectat arenas.

Sunt qui an. 69. poſt Romam conditam ſcribant.

Chalcia, (non Chalce, ut in Theſ. Ling. Lat.) *Charci*, teſte Nig. inſ. maris Rhodii, à Rhodo & Telo 10. mill. paſſ. diſtans in occ. à Niſyro ſupra 7. à Carpatho verò ad 50. in Caec. fertiliſſima. Hinc Chalcaeus & Chalcites nom. gent. *Stra* *Plin*

Chalcidicus, mons Siciliae, vulgò *S. Riti*, teſte Faz. vel *S. Rici*. *Poly*

Chalcis, *Negroponte*, urbs Eubœae inſ. primaria ad Euripum; ubi tanta eſt maris anguſtia, ut urbs continenti Achajae ponte conjungatur, urbs olim epiſc. ſub Archiep. Athenienſi, poſtea metrop. effecta, urbs muniſſima, ubi reſidet Praefectus Turcarum, à quibus *Egribis* dicitur, teſte Leuncl. ab Athenis ſupra 50. mill. paſſ. a Thebis 24. Aulidi proxima, Euripo tantùm intercedente. Mem. Luc. lib. 2. *Stra.* *Plin* *Pau* *&*

Arctior Euboica, qua Chalcida verberat unda.

Chalcidenſes Eubœæ malè audiebant, quod eſſent fœdi puerorum amatores: unde *Chalcidiſſare*, teſte Heſych. loco adagii habebantur. Hinc Chalcidicus, a, um.

¶ Chalcis, *Negroponte* Italis, *Negropont* Gallis, urbs eſt Graeciae permunita, cum caſtro duplici, ad Euripum, ubi hic nunc ponte ligneo jungitur. Portu gaudet ſatis capaci. Erepta fuit Venetis a Mahumete ſecundo Turcarum domino, & Turcis etiamnum paret cum tota inſula, quæ ab urbe primaria nunc *l' isle de Negrepont* dicitur. Diſtat urbs ipſa 30. milliaribus a Thebis in ortum.

Chalcis altera, urbs Ætoliæ, ad Evenum fluv. inter Calydonem urb. ad auſtrum, & Callidromum mont. in Bor. *Jamboli*, teſte Caſtal. quo nomine etiam reg. Chalcidia appellatur, teſte Leuncl. *Str.* *Pto* *& l.*

¶ Chalcis, urbs Græciç, in Ætolia provincia, prope fontes Eveni fluvii, versùs Athamaniam, quç etiam Hypochalcis dicta fuit alias Strabone teſte. Quid ſit nunc, non conſtat. Sed longè diſtat à provincia *Jamboli* dicta, quae pars eſt Macedoniae, versùs Thraciam.

Chalcis item, urbs Syriae, Chalcidicae reg. caput, vulgo *Chinſerin*, teſte Leonardo Epiſcopo Sidon. epiſc. ſub Patr. Antiocheno, inter Berrhœam 18. & Arcam 20. mill. paſſ. ab Apamea 45. Chalcidicus nom. gent. ab his urbibus, Virg. lib. 6. Æn. *Pl.* *Steb.* *Pto*

Chalcidicaque levis tandem ſuper adſtitit arce.

¶ Chalcis urbs eſt Syriae, ad Belum amnem, media inter Chelibonem & Antiochiam, à qua 35. milliaribus diſtat in ortum.

Chalcitis, *Chalcis*, inſ. Propontidis, cum urbe epiſc. ſub Archiep. Heracleenſi, contra Rhyndaci fluv. oſtia. Vide Demoneſus. *Pl.*

Chaldaei, pop. Babyloniae reg. quorum reg. Chaldaea, vulgò *Caldar* vel *Kaldar*, & Turcis *Curdiſtan*, teſte Jo. Leuncl. pars Babyloniae vergens in auſtrum, Ara- *Steb.* *Pl.* *& a*

Arabiam attingens deſertam & ſin. Perſicum. Mem. Claud. de 6. conſ. Honor.

Pugna fuit, Chaldea mago ſeu carmina ritu
Armavere Deos.

¶ Chaldei Populi, & Chaldæa, regio Aſiæ, nunc *Yerack* & *Chaldar* etiam dicitur, antea ſub imperio Perſarum, nunc autem ferè tota Turcis ſubeſt. Ibi Euphrates & Tigris conjunguntur: & ejus urbes præcipuæ ſunt Bagdatum, Balſera, Cufa, & Vvaſetum. Alias etiam Babylonia dicta fuit.

Chaldaici lacus, *Alerch*, teſte Pinet. ſtagna Chaldææ reg. in quæ Tigris effuſus rurſus egreditur.

Chaldone; prom. Arabiæ, ad oſtia Euphratis fluv.

Chalicos, Chalaeon Plin. & Steph. *Aſpropti*, teſte Soph. opp. Locrorum Ozolorum, in Achaja, ad ſin. Corinthiac. inter Naupactum ad occ. & Cyrrham ad ort. etiam *Calcos* vulgò Græcis.

Chaluſus, *Dravenna* Althamero & Pirchaimero teſtibus, fluv. Germ. Saxoniam ad Holſatia dividens, ad Lubecam urb. mari Baltico exceptus, cum oppid. cognomine, ubi & opp. *Chlus* vulgò, ex quo ager *Chluſerort*.

¶ Chaluſus eſt Germaniæ fluvius Ptolemæo. Quibuſdam eſt Dravenna fluvius, *Trave*. Aliis eſt *Eyder*, in Dimarſia provincia. Credit Ortelius eſſe Varnam fluvium, qui ad Roſtochium in mare Balticum ſe exonerat. Sed David Chytræus non ſolum affirmat Chaluſum eſſe Dravennam, ſed etiam, eſſe circa ipſam tractum *Chluſerort*, & oppidum *Chlus* nomine.

Chalybes, pop. Cappad. in Ponto, circa Thermodontem fluv. incolentes, inter Tibarenos ad occ. & Moſynos ad ortum ex Xenoph. Mem. Virgil. lib. 1. Georg.

At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea.

Hinc chalybs pro ferro, ex quo enſes & gladii fiunt, & falces.

¶ Chalybes, ſeu Calibes, populi fuere Aſiæ minoris, in Cappadocia regione, versùs confinia Armeniæ minoris, inter Polemonium & Trapezuntem.

Chalybon, *Halep*, ſive *Aleppo*, teſte Ravvolfio cum Poſtello, urbs Syriæ archiep. ſub Patriarch. Antiocheno, hac tempeſtate primaria, & ex maximis totius Imper. Turcici. Abeſt a Damaſco in Bor. itinere 10. dierum, ab Antiochia itinere tridui. Ab aliis Berrhœa, ab aliis Hierapolis eſſe putatur.

¶ Chalybon, ſeu Calybon, quæ & Callecome, quibuſdam eſt *Nauria*, oppidum Syriæ, inter Marſiam fluvium & Euphratem, 30. milliar. diſtat in occaſum à Berrhœa, quæ nunc vulgo *Alep* dicitur, & 40. à Chalcide urbe.

Chalybs, *Cabe*, teſte Cluſ. fluv. Hiſp. in Callaicis, qui ferro temperando aptiſſimus eſt.

Chalybs item, fluv. Cappad. per * Byros & Paphlagonas ex monte tauro in mare Euxinum fluens, (* forſan Syros, i. e. Leuco-ſyros.

Chamavi, Camaves Auſon. Camani Ptol. pop. Germ. quorum urbs Caminum eſt in Pomerania, teſte Althamero, in ora littorali, à Stetino 10. leuc. Sed H. Junio eſt *Campen*, urbs Tranſiſalanæ ad oſtium Rheni oriental. à Daventria urb. 5. leuc. in Bor. Volenhoviam versùs 2. in conf. Friſiæ. Chytræo autem eſt *Chamen*, urbs Weſtphaliae, in Comitatu Marchiae, inter Dortmaniam & Hamum 1. leuc. à Monaſterio 5. in auſtr. quod magis probatur. Mem. horum Auſon. in Moſell.

Accedent vires, quas Francia, quaſque Camaves.

¶ Chamavi populi fuere Germaniae, versùs Cauchos minores, qui, Cluverio & aliis teſtibus, habitabant ubi nunc pars Diœc. Monaſterienſis & Paderborn. & alii Comitatus in viciniis, prope Amiſiam fluvium, uti credit etiam Brietius.

¶ Chamum, *Chamb*, urbs eſt Germaniꝗ, in Palatinatu ſuperiori, ad amnem Nigrum, & versùs confinia Bohemiꝗ. Sed cum adjacente regiuncula peculiarem Comitatum conſtituit. Diſtat 7. milliaribus Germanicis à Ratisbona, fuitque alias ſub dominio Electoris Palatini; nunc autem ſubeſt Duci Bavariae, pace ad Monaſterium confecta.

Chana Galilaeae. Vide Cana. Chanan Juven. lib. 2.

Interea thalamis connubia feſta parabant
In regione Chanan.

¶ Chanoricum, *Chanonry*, urbs Scotiae Borealis & ſedes Epiſcopi Roſſenſis, in Roſſia provincia, juxta aeſtuarium *Muray Firth*, in ora orientali Scotiae, ex adverſo Moraviae provinciae, 4. milliaribus Scoticis diſtat ab Innernio, & 6. à Cromartio in auſtrum.

Chaones, pop. Epiri, quorum reg. Chaonia, olim Moloſſia, *Canina* vulgo, ſic ab ùrbe primaria, in qua Praefectus moratur, incolis dicta, teſte Caſt. in Macedoniae conſ. Vide Elyma. Hinc Chaonius nom. gent. Virg. lib. 1. Georg. *Plin. Strab.*

Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.

Haec reg. montuoſa eſt, Epiri medium attingens. Ibi ſylva Chaonia columbis abundans, teſte Ovid. lib. 2. de arte amandi:

Quàſque colat turres Chaonis ales habet.

¶ Chaones, populi Epiri, à quibus Chaonia, nunc dicta *Canina* à caſtro cognomine intra montes. Extenditur ab Oneo ſinu Buthrotum uſque versùs oram maris Jonii; ſub eſtque dominio Turcarum.

Chaphar, vicus Palaeſtinae, apud Eleuteropolim, patria Zachariae Proph. teſte Sozom. *Bibl.*

Charadrus, fluv. Phocidis, Charadram urbem Lilaeae proximam alluens, & in Cephiſum influens brevis decurſus. Cujus mem. Stat. lib. 4. Theb. *Pauſ.*

Inachus, advolvenſque natantia ſaxa Charadrus.

Eſt & fluv. Ciliciae, cum lacu cognom. cujus aqua mares gignere facit, ut tradunt. Ubi opp. etiam ejuſd. nominis Plin. ſed in ora Syriae, non Ciciliae.

¶ Charadrus oppidum fuit Aſiae minoris, in Cilicia aſpera, in ora littorali, 20. milliaribus ab Antiochia ad Tragum in ortum, & 30. ab Anemurio promontorio in occaſum, ex adverſo inſulae Cypri.

Charax, *Cacagioni* Merc. *Giraconda* verò Nigro, opp. Tauricae Cherſoneſi, in ora auſtrali, inter Frontem Arietis prom. ad occ. & Lagyram urb. ad ortum. *Ptol.*

Charax alterum, *Carmon*, teſte Pineto, urbs Suſianae, ad ſinum Perſicum, inter oſtia Euphratis & Eulaei, in conf. ſinus Perſici & Arabiae, quae inde incipit, ab oſtio Oroatidis fluv. Suſianam à Perſide terminantis 240. mill. paſſ. in occ. Pop. Characeni Plin. Trallis etiam urbs Cariae Charax dicta eſt, teſte Steph. *Plin. Ptol.*

¶ Charax alterum, quibuſdam *Camata* nunc, urbs Suſianae; in Perſide, quae à Petro de Via vicus Pelleus ſeu Vallum Praſines dicta. Erat inter Teredontem & Moſeum fluvium, ex adverſo Arabiaes & ab ipſa regio adjacens Characene dicta fuit.

¶ Charcae, *los Charcas* populi Americae meridionalis, in parte Auſtrali regni Peruviae, versùs mare Pacificum & regnum Ciles, intra montes; ſubſuntque dominio Hiſpanorum.

Charchamis, Charchabareſa Joſepho, *Karkeſſa*, teſte Beniamin, opp. Arabiae deſertae, in Syriae conf. ad Euphratem fluv. *Bibl.*

Charchamis, aliis Charcumis & Charmande, erat oppidum Arabiae deſertae, in confinio Chaldeae, prope montes Babylonios, ſed multis milliar. diſſitum ab Euphrate fluvio.

Charento, *Charenton*, pag. Gall. ad Matronam fluv. apud Pariſios, inde 2. leuc. in Bor. diſtans; echo celebris, quae ibi duodecies redditur. *Scrip. Gall.*

¶ Charento, ſeu & Carento, *Charenton*, burgus eſt cultiſſimus, cum ponte ad Matronam fluvium, qui paulò infra in Sequanam ſe exonerat, 2. leucis ſupra Lutetiam in ortum, in agro Pariſino.

Chariatum, *Cariati*, urbs epiſc. magnae Graeciae, in ora Calabriae, inter Roſcianum ad occ. & Crimiſſam ad ort. unde 12. mill. paſſ. recedit. Cujus fit mentio in Concil. Rom. ſub Symmacho Pontif. Max. Vide Cairiatum. *Lib. Conc.*

¶ Chariatum, *Cariati*, urbs eſt parva Calabriae citerioris, in regno Neapolitano, & in ora ſinus Tarentini. Dicitur, & melius, Cariatum. Vide ibi.

Charidemum, (non Caridemum, ut in Theſ. Ling. Lat.) *Cabo de Gates*, teſte Floriano, prom. Hiſp. Tarrac. in Baeticae conf. ſic appellatum ab achate lapide, qui ibi reperitur, ab Almeria urb. 5. leuc. in ort. Vergi versùs in ort. 10. Dicitur etiam *Cabo di Carbonero*, teſte Olivario. *Ptol.*

Charini, pop. Germ. apud Plin. non Carini, ut in Theſ. Ling. Lat. *Plin.*

¶ Charini, ſeu, et melius, Carini, populi fuere Germaniae, et pars Vindilorum. Horum, meminere Plinius & Ptolemaeus. Habitabant inter Rugios, Sidinos, & Gythones, ubi nunc pars Borealis Marchiae Brandeburgicae.

Cedr. & Cu- rop. Chariopolis, *Cheropoli*, teſte Leuncl. urbs Peloponneſi, in Laconia, epiſc. ſub Archiep. Spartano. Errat Ortel. illam in Thraciæ & Maced. conf. deſcribens.

Ptol. * Chariſpa, Plin. & Strab. Zariaſpa, quæ & Bactra, *Iſtigias*, teſte Caſtal. urbs Bactrianæ regia. Vide Bactra. (* manuſc. Selden. Ζαρισπα.)

¶ Chariſpa, urbs Aſiæ, & Bactrianæ regia, ad Oxum fluvium. Vide Zariaſpa.

Ptol. Chariſtus, Charus Strab. Chariens Plin. *Tamaſa*, teſte Nig. fluv. Colchorum, in Euxinum mare inter Æapolim ad merid. & Phaſim ad Bor. exiens.

¶ Chariſtus, fluvius Colchorum, nunc Mingreliæ, in mare Euxinum ſe exonerans, inter Æapolim ad Boream. & Phaſim ad meridiem, Charion à Plinio dictus.

¶ Charitas, *la Charitè*, oppidum Galliæ, in Nivernenſi provincia, cum ponte lapideo ad Ligerim fluvium, & Prioratu ditiſſimo Ordinis Cluniacenſis, 6. leucis infra Nivernum in Boream.

Ptol. Charitni, pop. Germ. quorum reg. Ducat. *Vvirtemberg*, in qua Stutgardia urbs primaria, & Ducum ſedes, ac Tubinga gymnaſio celebris, ad Nicrum Sueviæ fluv. Vide Caritni.

Herod. Charitum, id eſt, gratiarum, mons in Africa, ex quo Cinyphus fluv. oritur.

Strab. Charonia, locus Aſiæ peſtilens, apud Hierapolim urb. Phrygiæ magnæ, & Mæandrum fluv. aves exhalatione excæcans. Alter hujuſcemodi apud Magneſiam urbem reperitur, qui Plutonia à Cic. nominatur.

Charpote, Carpete Curopal. caſtrum Meſopotamiae.

Cedr. Ven. Fort. Charus, *Cher*, fluv. Gall. Celt. per fines Biturigum fluens. Avaricumque alluens, ac in Soderam fluv. influens. De quo Fort. lib. 7.

Iſara, Sara, Charus, Schaldis, Saba, Somena, Sura.

Videris Caris.

¶ Charus fluvius, qui & Carus & Caris, *le Cher*, fluvius eſt Galliæ, qui per Bituriges & Turones labitur, & in Ligerim ſe exonerat paulò infra Caeſarodunum. Vide Caris.

Strab. Plin. & al. Charybdis, *Galofaro*, teſte Faz. mare Siciliae verticoſum, ad fretum Siculum, ex adverſo Scyllæ ſcopuli, inde 15. mill. paſſ. apud Meſſanam urb. naves abſorbens. Unde adagium,

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

De quo præter Virg. & al. Ovid. lib. 13. Metam.

Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis.

Charybdis à Charybdi ſcorto infami voracitate & rapacitate nomen habere traditur; quod cum boves Herculis rapuiſſet, à Jove fulmine ictum in hoc mare praecipitatum Poetae fabulantur. Vide apud Hor. pro meretrice voraci & avida proverbialiter accipitur.

¶ Charybdis, ſeu Charibdis, nunc *Capo di faro & Capo faro* dicitur, à Pharo illic excitata, juxta Pelorum Promontorium ex adverſo Scyllæ, & prope Meſſanam in Boream.

Strab. Charybdis altera, in Syria, inter Apameam & Antiochiam, ubi Orontes fluv. à terra abſorptus poſt 40. ſtadia rurſus emergit, teſte Strab. Quod & Anae fluv. Hiſp. accidit, cum ſub terra ad 7. leuc. decurrit, ad Metallinum opp. emergens.

¶ Charybdis altera, eſt in Syria, inter Emeſſam & Apameam, ubi Orontes fluvius à terra abſorptus rurſus emergit. Sed id non accidit Anae fluvio ad Metallinum oppidum, neque per ſeptem leucas ſub terra decurrit, ut ſupra demonſtravimus in voce Anae.

Tac. Chaſuarii, *Thuringer*, teſte Althamero, pop. Germ. circa umbilicum, quorum reg. Thuringia, urbibus & oppidis frequens; in quibus Erfordia ex maximis Germ. Caſuarii Ptol. & Chattuarii Strab. dicuntur.

¶ Chaſſuarii populi fuere Germaniæ & pars Iſtaevonum. Cluverius & alii credunt eos habitaſſe inter Amaſium & Viſurgim fluvios, ubi nunc Dioceſes Monaſterienſis & Oſnabrucenſis ex parte, erantque clientes Cheruſcorum, & in eorum confinio, ſed longè remoti à Turingia.

¶ Chatiganum, *Catigan*, urbs Aſiae, in India extra Gangem, & in Imperio Magni Mogolis, in regno Bengalae & infra ipſam urbem cognominem, ad Coſminum fluvium.

Ptol. * Chatracharta, *Chiartachar*, teſte Caſt. urbs Bactrianæ, apud Oxum fluv. à Bactris in occ. diſtans. (* Seld. manuſc. habet Χαρραχαρτα.)

Strab. Plin. Chauci, Cauchi Ptol. & Paterc. Cayci Claud. pop. Germ. gemini, majores & minores: majores inter Albim & Viſurgim, putantur Bremenſes, Hamburgenſes, et Luneburgenſes in Saxonia; minores inter Viſurgim Amaſium, *Ooſtfrieſen*, teſte Leuncl. quorum reg. pleriſque Friſia orientalis putatur. Vide Cayci.

¶ Chauci, populi Germaniae. Vide Cauchi & Cayci.

Chauci alii inter Ælium & Flevum ſinus, in extremis Hollandiae finibus, *Goeylanders*, teſte H. Junio.

¶ Chauci, populi alii prope Flevum ſinum, in Hollandia, teſte Plinio: quod tamen negat Cluverius re diligenter excuſſa. Plin.

Chaum, mons Peloponneſi, in Argia reg. ex quo Eraſinus fluv. teſte Pauſ. effluit. Pauſ.

Chaunaria extrema, *Capo di Non* Maffaeo & Marianae, prom. Libiae inter. in ora occid. maris Atlantici. Ptol.

Chaurana, *Cardandan* Mercat. *Camul* Caſtal. urbs Scythiae ulterioris, ſive extra Imaum mont. (quae Scythia, nunc *Catay*, magna ex parte dicitur) ſed hi mihi videntur divinare. Ptol.

¶ Chaxumum, *Chaxumo*, urbs Africae, in Æthiopia ſeu Abyſſinia, in regno *Tigre*, inter inſulam Meroe & mare Ærithraeum; eſtque ex praecipuis totius tractis. A multis creditur Auxuma antiquorum. Vide Iſaacum Voſſium.

Chelae, ſeu Chele, *Scalas*, teſte P. Gyllio, locus apud Byzantium. Diony. Byzan.

Chelidoniae, inſulae parvae, ſeu potiùs ſcopuli tres maris Phamphylii contra Chelidonium prom. Tauri mont. (vulgò *Capo delle Correnti, & delle Chelidonie*, ſic enim & ipſae vulgò dicuntur) Lyciae adjacentes, *le Correnti* Caſt. *Caproſe* Plin. & quae in medio *Caſtello*, *Ruzo* teſte Nig. Strab. Dion. Ptol.

¶ Chelidoniae, inſulae parvae in mari Pamphylio, ſunt prope Sacrum promontorium, pars Tauri, in fine ſinus Attalici; et in ora Lyciae exterioris, versùs Crambuſam inſulam. Chelidonium autem promontorium ab aliis dicitur Sacrum promontorium.

Chelidonium verò prom. Plin. eſt pars Tauri mont. in mare Pamphylium prominens.

Chelma, *Chelm*, & *Chielmnick*, urbs Ruthenorum, in regno Polonico, epiſc. ſub Archiep. Leopolitano, à Lublino 7. leuc. in ortum, à Praemiſlia 10. in Bor. Prov. Rom.

¶ Chelma urbs eſt Ruſſiae nigrae, et caput Palatinatus cognominis, ſed parvi circuitus, cum arce lignea. Miſerè vaſtata fuit à Moſchis et à Tartaris hiſce ultimis temporibus; et ſedes epiſcopalis translata fuit Granoſtaviam, inde 5. leucis diſſitam. Diſtat autem Chelma, 10. leucis à Lublino, 24. à Permiſlia, et 12. à Belſa in Boream. Sed longè diſtat à Chielminico oppido in occaſum.

Chelonates, ſeu Chelonites Ptol. et Pauſ. *Caſtel Tornese*, teſte Soph. prom. cum opp. Peloponneſi in ora occidua Elidis, (non Achaiae, ut in Theſ. Ling. Lat.) inter oſtia Alphei et Penei flum. contra Cephalenen inſ. inde 10. mill. paſſ. in ort. Eſt et ſinus Ptol. inter prom. praedictum et Icthym prom. ſequens ad auſtrum, *Golfo di caſtel Tornese*. Strab. Ptol.

¶ Chelonates, ſeu Chelonites, promontorium eſt Elidis, contra Zacynthum inſulam, inde 5. milliar. diſtantem, et 25. à Cephalenia.

Chelydonius, mons Arcadiae, Cyllenio mont. attiguus. Pauſ.

¶ Chemnicium, *Kemnitz*, oppidum Germaniae, in Miſnia, ad amnem cognominem, in ditione Electoris Saxoniae, 6. leucis Germanicis diſtat à Miſnia in auſtrum, et 5. ab Altenburgo in ortum. Arcem habet Auguſtoburgum dictam.

Chemnis, inſ. Ægypti, quam natare ferunt, cum luco et templo Apoll. apud Sebennyticum oſtium Nili, et Sebennytim urb. teſte Herod. et Diod. Siculo, eadem cum Pano. Hero. Mel.

Chenoboſcia, Chenoboſcium Anton. opp. Ægypti infer. ad Nilum in ulteriore ripa, a Copto 40. mill. paſſ. in Bor. diſtans.

¶ Chepſtovium, *Chepſtovv*, oppidum Angliae, in Vvallia, et in Comitatu Monumethenſi, prope oſtia Vagae et aeſtuarium Sabrinae, 8. milliar. Anglicis à Monumetia in auſtrum. Vide Strigulia.

¶ Cherium, *Chieri*, Gallis *Quiers*, oppidum Italiae, in Pedemontio, hiſce ultimis bellis notum, 6. milliar. diſtat a Taurino in ortum; fuitque olim urbs potens, ampla, et ſui juris.

Cherroneſus, *Peniſcla*, vel *Peniſcola*, oppid. Hiſpan. Tarracon. in ora orientali regni Valentiae, in Catalauniae confinio, Latinè etiam Peninſula, à Dertuſa urbe Catalauniae ad Bor. apud oſtia Iberi 6. leuc. in merid. Valentiam versùs, Benicarlo et Vineroſio opp. propinquum. Ptol.

¶ Cher-

¶ Cherroneſus, ſeu Cherſoneſus, oppidum fuit Ilercaonum, in Hiſpania, nunc arx *Peniſcola* dicta, in colle, prope Tenebrium promontorium, ubi alias latibulum Petri a Luna dicti Benedicti XIII. Locus eſt munitus, diſtatque 8. leucis a Dertuſs, & 13. a Valentia in Boream.

Cherroneſus, Cherſoneſus Ptol. *Cherſo* & *Kerſoy* Nigr. & al. urbs Tauricæ, in ora inter occ. & auſtr. inter Parthenium & Criumtopon prom. à Taphris in iſthmo 60. ſtadiis à Parthenio 100. diſtans, D. Clementis Papæ exilio & morte celebris. Cherſo etiam a Procopio nominatur, olim epiſcopalis nunc inter metropoles habita.

¶ Cherroneſus, ſeu, & meliùs, Cherſoneſus, urbs Tauricæ Cherſoneſi, ad oſtia ſinus Carcinitis. Nunc *Topetorkan* dicitur, Sanſone teſte; diſtatque 50. mille paſſ. a promontorio Fronte Arietis dicto in Boream, & 70. a Carcine urbe in auſtrum, prope Parthenium promontorium, aliaſq; Heraclea dicta fuit, 700. ſtadiis diſtans a Taphris.

Cherſoneſus, *Chirroniſo*, urbs Cretę littoralis, in ora Bor. apud Cyteum, epiſc. à Matio metropoli ad 80. mill. paſſ. in ort. Eſt & al. Cherſoneſus Ptol. in ora occidentali.

¶ Cherſoneſus, Cretæ urbs, aliis nunc *Spinalonga*, arx probè munita, cum portu capaciſſimo, inter Matium & Cytaeum.

Cherſoneſus, Plin. Cherroneſus peninſula Thraciae, ad Helleſpontum, inter illum ad ort. & Melanem ſin. ad occ. in mare Ægaeum excurrens. In qua urbes Callipolis, Cardia, ſeu. Hexamilium, Seſtos & Madytos. Olim primariæ apud Ptol. fuere Seſtos & Elæus. Reliquæ Cherſoneſi celebres ſunt Aurea in India, Taurica in Sarmatia, & Cimbrica in Germania.

¶ Cherſoneſus, quae & Thracica Cherſoneſus, pars eſt Thracię, juxta Helleſpontum, à Meridie in Boream extenſa, ubi alias Cruſæi & Scæi populi, & urbes Seſtus, Elæus, Callipolis, Cardia, Ciſſa, & Chrythea. Dicitur a Svida Helleſpontiaca Cherſoneſus.

¶ Cherſoneſus Aurea, regio Aſiæ, in India extra Gangem, in modum peninſulae verſus auſtrum & inf. Sindæ maximè extenſa; ubi nunc regnum Malaccæ & pars meridionalis regni Siami.

¶ Cherſoneſus Cimbrica, *Jutlandt*, pars regni Daniae. Vide Cimbrica Cherſoneſus.

¶ Cherſoneſus Taurica. Vide Taurica Cherſoneſus.

Cherſoneſus magna, *Raxiltin*, teſte Marm. urbs Marmaricæ, in ora littorali, apud Cyrenaicę fines. Ibi prom. quod *Capo di Raxiltin* nominatur.

¶ Cherſoneſus magna, alias urbs Marmaricae in Africa, nunc vicus tantùm *Raſitin & Raſaotin* dictus, cum promontorio cognomine in ora maris Lybici, vix quatridui itinere a Cyrene in ortum.

Cherſoneſus parva, urbs Ægypti maritima, Alexandriæ finitima, quæ, teſte Jo. Leone, *Boſire* nominatur; ſed hæc potiùs Buſiris veterib. eſſe videtur: utcumque ſit, Cherſoneſus parva ab Alexandria in occ. recedit Marmaricam verſùs.

Cherſoneſus, prom. Siciliae, cum portu in ora ortiva, inter Catanam & Syracuſas, ubi nunc *Auguſta* opp. teſte Faz. circa Megaram.

Cherſoneſus, prom. alterum Siciliae, apud Mylen opp. *Capo di Milazzo* hodie dictum.

Chertobalus, *Charlburg* Laz. opp. Pannoniæ ſuper. in Auſtria, apud Danubium, nunc pag. inter Viennam ad occ. & Poſonium urb. Hungariæ in ort. ad 5. leuc.

Cheruſci, pop. Germ. Cheruſci Ptol. Cherucae Claud. in nonnullis exemplar. qui *Mansfelders* Ortel. ſunt. Althamerus addit *Thuringer*. Horum mem. Claud. de bello Getico.

Quęque domant Scinthos, immanſuetoſque Cherucas.

¶ Cheruſci, populi Germaniae, verſùs Viſurgim fluvium & Meliboccum montem, Cluverio teſte, habitabant ubi nunc Ducatus Brunſvicenſis & Luneburgenſis; Marchia antiqua, Diœceſes Halberſtadienſis & Hildesheimienſis, & pars Magdeburgenſis, cum quadam parte Thuringiae.

¶ Cheſapeacus ſinus *Cheſapeack bay*, ſinus parvus Americæ ſeptentrionalis cum fluvio cognomine, in Virginia regione, ubi plurimę coloniae Anglorum.

* Cheſinus, fluv. Sarmatiae Europ. in ſinum Venedicum ſeſe exonerans, variè indigitatus, ab Ortel. *Narva*, apud Narvam opp. in conf. Livoniae & Ruſſiæ albae. Al. *Duina* per Livoniam & Rigam illius metrop. in dictum ſin. influens. Al. *Cang.* (* manuſc. Seld. Χεσινος.)

¶ Cheſinus, qui & Cheſſinus, & Cherſinus, fluvius eſt Sarmatiae Europeæ, Cluverio & Sanſone teſtibus, inter Aorſios & Veltas populos; nuncque *Lowat* a Ruſſis dicitur, antequam lacum *Ilmen* intret, in magno Ducatu Moſcoviæ: quamquam Ortelius credat eum in ſinum Livonicum ſe exonerare prope Narvam urbem.

Cheſius, fluv. Sami inſ. apud Cheſium prom. fluens, *Plin.* à Callimacho memoratum.

¶ Cheſtochova, *Czenſtokovv*, oppidum Coloniae majoris, ad Wartam. Vide Czenſtochova.

Chetim, ſive Cetim, reg. Europae, quam alii Græciam, alii Macedoniam, alii Italiam interpretantur. *Dani. Proph.*

Chettaea, *Carto* Caſtal. opp. Marmaricae marit. inter Catabathmum & Paraetonium. *Ptol.*

¶ Chiamſia, *Chiamſi*, una ex 15. provinciis regni Sinarum verſùs Auſtrum.

¶ Chiapa, *Chiapa*, provincia Americae ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, inter Guaxacam & Jucataniam provincias. Gaudet dignitate epiſcopali ſub Archiepiſcopo Mexicano. Urbs autem regionis primaria dicitur Civitas regia, *Ciudad real*. Hujus urbis Epiſcopus fuit Bartholomaeus Caſaus ſub Carolo V. Imperatore.

Chiodorus, fluv. Maced. Vide Echedorus. *Herod.*

Chiemium, *Chiempſee*, urbs Norici intra lacum, epiſc. ſub Archiep. Salisburgenſi, inde 7. leuc. in auſtrum. *Prov.*

¶ Chiemium urbs eſt parva Bavariae ſuperioris. Diſtat a Saliſburgo 7. leucis Germanicis in occaſum, & 10. a Monachio, 5. autem a Burchuſia. Ejus Epiſcopatum inſtituit Eberhardus Saliſburgenſis Archiepiſcopus anno 1214. Idcirco Epiſcopatum confert Archiepiſcopus Saliſburgenſis pro tempore.

¶ Chile, *Chili*, regnum Americae meridionalis. Vide Cile.

¶ Chilmoria, *Kilmore*, urbecula Hiberniae, in Ultonia provincia & Comitatu Cavonenſi juxta fluvium Aquam nigram dictum: eſtque ſub Archiepiſcopo Armachano. Diſtat a Cavonio 8. milliaribus Anglicis in ortum, prope confinia Connachtiae.

¶ Chiloa, *Chiloe*, oppidum Americę meridionalis, in regno Chiles, & in inſula maris Pacifici, à qua ſinus adjacens dicitur Archipelagus Chiluenſis, ſeu etiam Chiloenſis, *Archipelago di Chiloe*, ſeu *de Ancud*, a multitudine inſularum, Proprios incolas habet dominos.

¶ Chilonium, *Kiel*, urbs Daniæ, in Ducatu Holſatiae. Duci paret, & portu gaudet ſatis commodo in receſſu maris, ad oſtia fluvii Suentinæ ex Plœnenſi palude elabentis, cum emporio ſatis frequenti, & arce loco editiori impoſita. Ibi Ducatus Holſatiae comitia celebrari ſolent ſingulis annis. Malè habita fuit a Suecis hiſce poſterioribus temporibus; eſtque media inter Lubeccum & Flensburgum, 4. leucis a Rensburgo in ortum.

Chimaera, *la Cimera*, vel *Chimera*, urbs Epiri, in Maced. conf. intra montes Ceraunios, qui propterea *Monti della Cimera* nominantur à noſtratibus, apud oram littor. cum portu, munitiſſima, inter Aulonam ad Bor. & Corcyram ad merid. 30. mill. paſſ. epiſc. ſub Archiep. Naupactenſi. *Plin. Tac.*

Chimaera, mons Lyciae ignivomus, cujus pars Cragus appellatur. A Bellerophonte habitabilis redditus traditur, unde illum monſtrum triforme interfeciſſe fabulati ſunt Poetae, cùm priùs inhabitabilis eſſet, ob leones, ſerpentes, & ignes. Ignis illius aqua accenditur, extinguitur terra vel fœno, teſte Cteſia apud Plin. De eo Ovid, lib. 9. Metam. *Strab. Plin. & al.*

Quoque Chimęra jugo mediis in partibus ignem.

Hinc fabula, Chimęram monſtrum eſſe caput & pectus leonis habens ventrem caprae, & caudam draconis. Lucret. lib. 5.

Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra.

¶ Chimaeum, *Chimay*, oppidum Belgii, cum caſtro, in Hannonia, Principatus titulo clarum, 2. leucis a Marięburgo diſtat, & 4. à Rupe regia verſùs Arduennam Sylvam & confinia Campaniae prov.. Ad fluviol. Alvum ſedet, 5. leucis ab Avenna.

Chimo, *Cacobario*, teſte Ortel. pag. Ægypti ſive Marmaricae, in ora maris Mediterr. inter Paraetonium & Alexandriam, Thev. locus Turris Arabum Latin. dicitur. *Ptol.*

¶ China, *la Chine*, regnum ampliſſimum Aſiae. Vide Sinę.

Chinaphal, *Celef & Acafra*, teſte Mar. fluv. Maurit. Caeſarienſ. apud Juliam Caeſaream fluens, ab ea in occ. diſtans. *Ptol.*

¶ Chinonium, *Chinon*, urbs Galliae lepida, in Turonenſi provincia, ad Vigennam fluvium. Vide Caino.

Chios,

Cic. Strab. Plin. & al. Chios, *Scio*, inſula maris Icarii, Joniæ adjacens, ab Argeno prom. (juxta quod Clazomene & Teos, cum Erythris urbes ſunt) vix 8. mill. paſſ. in occ. recedens, circuitu 125. patens, inter Samum ad auſtrum, & Leſbum ad Bor. 50. mill. a Delo in ort. ad 90. Sola maſtichen inter inſulas gignit, vino etiam abundat optimo, à Turcis ſuperioribus annis occupata. Urbs ejuſdem nominis epiſc. erat ſub Archiep. Rhodienſi, nunc & ipſa metrop. eſt. Hinc Chius nom. gent. Pectunculus Chius ab Aul. Gell. commendatur. Tellus Chia Ovid. lib. 3. Met.

Forte petens Delon, Chię telluris ad oras
Applicor.

In ea mons Pellenaeus, & Arviſium vino celebre & marmore. *Chius riſus* apud Diog. loco proverbiis affertur de laſcivo luxu, cujus Chii in veteri comœdia notantur. A quibus alterum adagium *Chius dominum emit*, in eos qui ſibi mali ſui cauſa ſunt; quòd Chii à Mithridate victi ſervis ſuis in alienas regiones exportandi traditi ſint, ut Athen. lib. 6. Dipnoſoph.

¶ Chios, & Chius, *Scio* nunc, inſula Aſiæ in mari Ægeo & Icario, 40. milliaribus diſtat a Samo, & totidem a Leſbo. Dividitur in duas partes, nempe in ſuperiorem ſeu Apanomeream, & inferiorem ſeu Catomeream. Tota ferè montuoſa eſt. Urbem habet cognominem in ora orientali inſulae, ex adverſo Joniae, cum portu capaci & tuto, & arce munita. Suberat antea dominio Juſtinianorum Genuenſium ex dono Andronici Paleologi Imperatoris Conſtantinopolitani; ſed à Turcis occupata contra fidem anno 1565. ipſis etiamnum paret. Eam pluribus deſcripſit Thomas Porcaccius.

¶ Chiovia, *Kiow*, urbs Poloniæ, in Volhinia ad Boriſtenem fluvium, quae aliis Amadoca. Pluries capta & recepta fuit hiſce ultimis temporibus. Nunc ſubeſt magno Duci Moſcoviae.

¶ Chitor, *Chitor*, provincia Indiae cis Gangem, in Imperio Magni Mogolis, in montanis, cum urbe primaria cognomine, quæ itinere quatridui diſtat ab Amedebato Agram versùs; fuitque alias regio titulo clara.

Plin. Chlorus, fluv. Syriæ, inter Alexandriam & Ægas oppid. Cilic. in ſinum Iſſicum influens.

Chmielnicum, *Chmielnick*, oppidum Poloniae, in ſuperiori Podolia, in paludibus, ad Hypanim fluvium, *Bog.* 9. leucis a Baro in Boream, & 14. à Braclavia etiam in Boream diſtat.

Ptol. Choana, Chaona Diod. urbs Mediæ, *Com* hodie, teſte Becano ultra Tabreſium.

Herod. Plin. Choaſpes, fluv. Suſianae, in Media oriens, Suſamque urbem primariam alluens, ac in Tigrim influens apud Cteſiphontem; ſic ab aquarum dulcedine dictus: ex quo Reges Perſarum bibere ſolebant. Ejus mem. Dion. de ſitu orbis, & Tibull. lib. 4. carm. 1.

Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaſpis
Profluit.

¶ Choaſpes, fluvius Suſianae, qui & Eulaeus dictus fuit, nunc *Tirtiri* dictus, Sanſone teſte, & etiam *Zeymare* aliquando. Suſam urbem, Suſianae caput & Aſiueri regiam, rigat, deinde auctus aliis fluviis, poſt longum decurſum in ſinum Perſicum ſe exonerat, 50. leucis Hiſpanicis à Ballera in ortum, non autem in Tigrim neque apud Cteſiphontem.

Q. Cu. Choaſpe etiam fluv. Indiæ, in Indum influens: cujus mem. Strab.

Ezech. Chobar, fluv. Meſopot. Vide Chaboras.

Strab. Chœrades ſcopuli, *los Puercos* Hiſp. & *la Roche de la Truye* Gallis, teſte Ortel. ad fretum Gaditanum, teſte Strab. Sunt & ſcopuli hujus nominis ante Caphareum prom. Eubœę.

Chærobacchi, *Chirobacchi*, teſte Curopalate, locus Thraciae, apud Melam fluv.

Choma, *Com* ex tab. Geograh. recent. urbs Lyciæ epiſc. ſub Archiep. Myrenſi, in mediterr. Chomatis; cujus in lib. Concilior. fit mentio.

Lib. Conc. Chonae, Coloſſæ Strabon. & aliis, urbs Phrygiæ magnæ olim epiſc. ſub Archiep. Synnadenſi, poſtea, teſte Niceta, metrop. effecta, *Cona* etiam vulgò dicta, olim terrę motibus concuſſa, media inter Laodicæam & Hierapolim, 20. mill. paſſ. diſtans. Vide Coloſſæ.

Licop. Chonia, Chonis Strab. *Belcaſtro*, teſte Barrio, urbs magnae Graeciae, in Calab. à Scyllacio 12. mill. paſſ. inter Tabernam 10. & Siberenam ad ort. 14. epiſc. ſub Archiepiſc. Siberenenſi. Pop. Chones ad Syrum fluv.

¶ Chonia, *Belcaſtro* quibuſdam. Alii autem credunt Bellicaſtrum eſſe Peteliam antiquorum in Brutiis, aut ex ejus ruinis creviſſe. 12. milliaribus diſtat à Taberna in ortum, totidem ab Vmbriatico, & 20. a Scyllacio.

Chopes, opp. Arachoſiae, à Semiramide conditum, ad flum. cognom. in Indum labentem. Vide Cophe; ſic enim in alijs edit. ſcribitur. *Plin.*

¶ Choraſanum, *Choraſan*, regio Perſiae perampla, versùs Tartariam extenſa, reſpondetque veterum Ariae. Extenditur uſque ad Oxum fluvium; & habet urbes præcipuas Mexatum & Heratum in regionis meditullio, ubi alias Ariæ & Paropamiſus regiones.

Choraſmi, pop. Aſiæ, ad utramque Oxi fluv. ripam incolentes, in Sogdianae & Bactrianae conf. quorum reg. hodie *Coraſſan* in tab. recent. nominatur: Choraſmii Pl. Choraſmunni St. Horum reg. Dion. Afer memorat. *Athen Ptol.*

Hos juxta Boream vergit Choraſmia tellus.

Choroane, *Balaſſan*, teſte Nig. reg. Parthiæ, in Hyrcaniae conf. *Ptol.*

Chorſa, *Chars*, urbs Armeniae majoris, teſte Ortel. Epiſc. probeq; munita, cum Turcarum præſidio, in itinere inter Trapezuntem ad occ. & Tabreſium regiam Perſarum in ort. occurrens, à Rivano poſtrema Mediae urbe 30. leuc. in occ. diſtans. *Ptol.*

¶ Chorſa, urbs Armeniae majoris versùs fontes Euphratis, in Arſia regiuncula alias, nunc in Turcomania regione, ſub imperio Turcarum, in confin. Georgiæ, cum arce permunita. Dicitur etiam a quibuſdam *Chiſeri*, & diſtat ab urbe *Erzerum* quatridui itinere in ortum.

Chorſeus, fluv. Paleſtinæ, juxta Phœnicis confinia, in mare Syrium apud Doram opp. inter mont. Carmelum & Cæſaream urbem excitam ſeſe exonerans, *Corſo* vulgò & *Chiſon*, Hebræis Ciſſon. *Ptol.*

¶ *Chrembſa*, *Chrembs*, urbecula Germaniae, in Auſtria inferiori, ad Danubium. Vide Cremſa.

Chrimiſſa. Vide Crimiſa.

¶ Chriſtiana, *Chriſtiana*, ſeu *Chriſtianſtadt*, urbs Norvegiae, quae aliter Ansloga dicitur poſt ejus incendium, a Chriſtiano IV. Daniae Rege reparata & denominata. Sedet juxta fluvium *Beden*, & a Gallis *Ansloye* dicitur, a Belgis *Anslou*, & ab incolis *Opslo*. Vide Ansloga.

¶ Chriſtiani munitio, *Chriſtian preis*, arx Daniæ, in Jutia, erecta a Chriſtiano IV. Aſſidet maris Balthici ęſtuario, quod ſe inter Sleſvicenſem Ducatum & Holſatiam ingerens, Chilonium urbem petit. Variè habita fuit a Suecis hiſce ultimis temporibus. Diſtat 2. leucis a Chilonio.

Criſtianopolis, *Leontari*, urbs Peloponneſi, olim Megalopolis, à Sparta ſupra 40. mill. paſſ. in Bor. diſtans, olim epiſc. ſub Archiep. Corinthio, nunc metrop. Vide Megalopolis. *Ptol.*

Criſtianopolis, *Chriſtianopel*, oppidum regni Sveciae permunitum, in Blekingia provincia, a Chriſtiano IV. Rege Daniae conditum, in limite Oſtro Gotthiae, & ora maris Baltici, cum portu ſat tuto. Subeſt dominio Suecorum ab anno 1659. & diſtat a Calmaria 4. leucis Danicis, & 3. ab ora Oelandiae inſulae in occaſum.

¶ Chriſtianoſtadium, *Chriſtianſtadt*, oppidum alias Danię, nunc regni Sueciae, in Blekingia provincia, extructum a Chriſtiano IV. Rege, ex adverſo Scaniae, cum portu capaci prope mare Balticum, una leuca ab oppido Aahuſio in Boream, eſtque medium ferè inter Hafniam & Chriſtianopolim.

¶ Chriſtina, *Chriſtine*, oppidum novum Americae ſeptentrionalis, a Suecis recens extructum in honorem Chriſtinae Reginae, in ea regione quae ab ipſis nova Suecia dicta fuit; eſtque ad oſtia fluvii Auſtrini, cum portu ſat capaci. Sed poſtea Suecis ereptum fuit à Batavis, qui inde etiam ejecti ſunt ab Anglis, quibus etiamnum paret cum toto tractu.

¶ Chriſtoburgum, *Chriſtbourg* oppidum amplum Polonię, in Pruſſia regia, in colle, ad Sirgunum amnem, & prope Drauſium lacum, 3. leucis Germanicis, à Mariaeburgo, & 4. ab Elbinga in auſtrum.

Chriſtopolis, urbs Macedon. in Thraciae conf. epiſcop. olim ſub Archiep. Philippenſi, nunc metrop. quae eadem putatur cum Amphipoli. *Ced. Step.*

Chrobatae, *Krabaten*, teſte Xylandro, pop. Illyrici, in Liburniae ora occidua, quae reg. Croatia Latino rec. nominatur.

Chromii, montes Peloponneſi, circa Arethyream, ex quibus Aſopus fluv. oritur.

¶ Chronium mare, *mer de Moſcovie*, pars Oceani Borealis, & Glacialis. Porrigitur a fluvio Paropamiſo ad Rubeam promont. vulgò *Northin*, ex Plinii mente. Dictum

ctum fuit etiam Saturnium, nunc *Mirmanskou More* lingua Ruſſica.

* Chronus, *Memel* Germanis, *Niemen*, Sclavis, teſtib. Cromero & Decio, fluv. Sarmatię, ex Lithuania inter Pruſſiam & Samogitiam in mare Balticum delabens. Al. ut Rithaymero & Eraſmo Stellę, *Pergel*, per Pruſſiam decurrens. Sed ego potiùs Cromero uti indigenæ aſſentior. (* Sel. manuſc. Χρονος in genitvo.

¶ Chronus, fluvius alias Venedorum, in Sarmatia, nunc in regno Poloniae. Fontes habet in Lithuania provincia, versùs urbem *Slucko*; deinde auctus fluviis Berezina, Zezara, Mereſcio, & Vilia, & rigatis Grodno & Kouno oppid. Lithuaniae, per Samogitiam labitur, poſtea verò per Pruſſiam Brandeburgicam, ubi mutato nomine, & dictus *Ruſſe* ab oppido cognomine in ejus oſtiis, in Curonium lacum & cum ipſo in mare Balthicum ſe exonerat ad Memelium oppidum.

¶ Chrudima, *Chrudim*, oppidum Bohemiæ amplum, Chrudimcam amnem, 4. leucis diſtat a Czaslavia in ortum, una ab Albi fluvio, & 6. à confinio Moravię in occaſum.

Chryſæ fanum locus erat Siciliae in via inter Ennam & Aſſorum occurrens.

Chryſaorus, fluv. Lydiae Maſtauram urbem alluens.

Chryſas, *Fiume d'Aſſoro*, teſte Faz. *Veria* Leandro, *Dittaino* Aretio, fluv. Siciliae, qui per fines Aſſorinorum fluens, Teriae commiſcetur. Alter Chryſas ex monte Albano in mare exit ad Agathyrium prom. qui *Virias* ſeu *Veria* nominatur.

Chryſe, *Mar della China* & *Mare Cin*, teſte Mercat, Magnus ſin. Ptol. ſinus Eoi maris. Inſula verò ejuſdem ſin. ac ejuſdem nominis, cujus Steph. & Caplla meminere, *Japan*, ſive *Giapan* eſſe putatur. Fuit & Chryſe oppid. Phrygiae minoris, proximum Cillae, cujus mem. Ovid. lib. 13. Metam. in quo delubrum Apollinis, erat Sminthei, teſte Strab. proximum Tenedo, & apud Ovid. Vide in Cilla.

¶ Chryſe inſula eſt Aſiae in mari Eoo, quae a Mercatore & Brietio dicitur nunc *le Japon* Gallis, *Giapan* Luſitanis, & *Giapone* Italis, inſula perampla in Oceano Sinico, ad ortum regni Sinarum. Credit tamen Sanſon Japoniam eſſe Jabadii inſulam Ptolemaei, quam Marcus Polus Venetus *Zipangri* vocat. Vide Japonia.

Chryſites, locus Macedoniae, qui *Siderocapſa* dicitur, teſte Bellonio. Aliis Chryſitis legitur, & Scydra Ptol. dici videtur, à Theſſalonica ad 40. mill. paſſ. Athon mont. versùs.

Chryſius, *Keureuz* incolis, & *Kraiſſ* Germ. teſte Joan. Sambuco, fluv. Daciae, per Tranſilvaniam fluens, ac in Tibiſcum deſinens. Eſt autem geminus fluv. hujus nominis in dicta reg. quorum alter Aqua nigra à Jornande nominatur; unus ex agro Albae Juliae, alter ex agro Claudiopolitano oriens, & in unum confluentes.

¶ Chryſius, fluvius Hungariae duplex. Uterque fontes habet in Tranſylvania, unus prope Abruchaniam ortus, dicitur *Fekierkerez*, Juliam rigat, & per lacum *Sarcad* labitur, et ſe exonerat in alium *Sebeskeres* dictum, qui oritur ex monte Kalota, in agro Claudiopolitano. Varadinum magnum rigat, recipitque aliquot amnes, cum ſupra dicto *Fekierkerez* & Berethonio; quibus auctus, in Tibiſcum ſe exonerat ſupra Zongradium, in Comit. Orodienſi, in ſuperiori Hungaria.

Chryſius alter, fluv. Hiſpan. Tarraconenſ. à Bætica dividens, ex Oroſpeda monte manans, & in mare Ibericum immittens; *Guadiaro* vulgò, aliis Guadalintin.

¶ Chryſius, fluvius Hiſpanię, nunc *Guadalentin* dictus. Pro parte Baeticam dividit à Tarraconenſi, et in ſinum Virgitanum ſe exonerat 7. leuc. à Carthagine nova in occaſum.

Chryſoceras, *Pera*, ſuburbium Byzantii, quod et Cornu Byzantii Latinè dicitur, à Byzantio portu et ſinu maris diviſum, ubi Chriſtiani omnes habitant, *Galata* à Graecis & Turcis dictum. Ubi etiam prom. hujus nominis: de quo Plin.

Chryſopolis, prom. Aſiae, in Bithynia, cum arce apud Chalcedonem, contra Byzantium. *Scutari*, teſte P. Gyllio. Hanc ſic dictam volunt, quòd in ea Perſae tributa exigerent, Steph.

Chryſopolis, urbs Macedon. apud oſtium Strymonis fluv. exciſa, olim epiſc. ſub Archiep. Philippenſi, Chriſtopoli propinqua.

Chryſopolis etiam ex lib. Conc. urbs fuit ſepic. Cœleſyriae ſub Archiep. Boſtrenſi.

Chryſorrhoas, Pharphar Hebraeis, fluv. Syriae, per Damaſcum & ejus agrum fluens, nec ad mare perveniens, in plura loca derivatus, *Adegele*, teſte Bellonio, al. *Farſar*, & *Ferne*, teſte Giſtello. Sed *Farſar* idem cum Oronte, qui Farſarus etiam veteribus dictus eſt. Sic & Pactolus dictus veteribus, ob arenas aureas quas defert. Sunt alij duo Plin. hujus nominis, unus in Bithynia, alter in Themiſcyra reg. *Ptol.*

Chryſus, fluv. Hiſp. per Baeticam & Vandalitiam fluens. *Sex. Avien.*

¶ Chulmia, Zachlumia, et Chelmum, teſte Jo. Lucio, eſt regio ſeu provincia Serviae, quae nunc *Herzegovina* dicitur, cujus partem maritimam olim incoluerunt Varalii, deinde cum proximis inſ. Narentani, qui et Arentani et Pagani Porphirogenetae.

¶ Chuquamia, *Chuquam*, una ex 15. provinciis regni Sinarum, in mediterraneis ſita, inter *Honam* & *Chiamſi* provincias. Sed de ejus urbibus praecipuis varii varia cunt, uti et de aliis ejuſdem regni partibus.

¶ Chuſiſtania, *Chuſiſtan*, provincia regni Perſiae, versùs auſtrum et juxta ſinum Perſicum extenſa, ubi aliàs Suſiana regio. Ejus urbs praecipua *Souſter*, aliàs Suſa dicta, ubi regia Aſſueri, ad Eulaeum fluvium ſeu Choaſpem.

Chuzica Laura cœnobium erat celebre in Paleſtina, inter Hieroſolymam et Hierichontem. *Calliſt.*

Chyda, fluv. Sicil. Chryſa Diod. *Roſmarino*, teſte Faz. inter Aluntium et Calactam ſive opp. S. Marci mari exceptus, ex montibus Aereis oriens. *Ptol.*

Chyda quoque urbs Lyciae marit. *Giva*, teſte Soph. apud Cragum mont. Sed * Chydna in cod. Graeco legitur. (* forſan Lydae.) *Ptol.*

Chylemath, *Mina*, teſte Marm. et Mauris, *Rio de Cena*, fluv. Maurit. Ceſarienſ. inter Quizam urb. et Portum magnum pelago exceptus. *Ptol.*

Chyretiae, *Malcoluri*, teſte Soph. urbs Macedoniae medit. Metropoli propinqua. *Ptol.*

Chytros, Chytri Plin. urbs olim epiſc. nunc pag. Cypri mediterr. apud Famauguſtam, *Chitri* etiamnum dictus. *Ptol.*

Cia, inſ. maris Cretici, contra Matium Cretae urbem: et Cia vel Cea inſ. maris Myrtoi, apud Eubœam. Cij pop. à laſciviis et voluptatibus alieni fuiſſe feruntur; cùm apud eos nec tibicines nec meretrices eſſent. Contra Chij malè tanquam effeminati audiebant. Unde adagium apud Athen. l. 13. emerſit. *Non Chius, ſed Cius* de rebus valde diſcrepantibus. Quod adagium aliter apud Ariſtarchum legitur, *Non Chius, ſed Cous*; quia Chius dicitur jactus taxillorum habens unum, Cous verò habens ſex, diciturque de fortunatiore. Vide Cea. *Plin. Ptol.*

* Ciabrus, Ciambus in Græc. cod. Cebrus Ant. & lib. Not. Cius Herod. *Morava* Merc. *Sucova* Ortel. flum. Myſiæ ſup. eam ab infer. dividens, ex Æmo monte in Danubium influens. Hunc Ort., malè in Hungaria reponit (* Κ'αμβ ο in man. Seld.) *Ptol.*

* Ciageſi, pop. Daciæ, quorum arx *Ciozo* nomen antiq. redolens adhuc viſitur, teſte Laz. (* Κιαγεισοι in manuſc. Seld.) *Ptol.*

¶ Ciampa, *Chiampaa*, regnum Aſiæ, in India ulteriori, inter Cocinchinam, regnum Cambojæ, & mare Sinicum.

Ciamum, prom. Cretæ, in ora Boreali, ubi occid. incipit, *Capo Cheſimi*; al. *Capo Spada*, inter Cydonem urb. ad ort. & Dictamnum ad occ. propius. Ibi Ciſamus urbs non procul. Vide Cyamum. *Ptol.*

¶ Ciamum, promontorium Cretæ, nunc eſt *Capo Spada* Sophiano & aliis. In mare Ægæum maximè excurrit versùs Cytheram inſulam & Peloponneſum, nunc in territorio Caneæ.

Ciana, Zey, fluviolus Germ. ſup. in Rhenum apud Moguntiam influens. *Trith.*

Cibalis, Cibalæ Amm. Eutrop. & P. Diac. *Palma* vel *Palyna* Laz. urbs Pannon. infer. olim epiſc. inter Saum & Draum flum. quæ & Bubalis, teſte Laz. unde reg. Bubalia dicta, inter Sirmium ad auſtr. & Murſam ad Bor. ac inter Murſam 22. & Ulmos 24. mill. paſſ. diſtans ex Anton. itin. Patria fuit Valentiniani Imp. Al. putatur eſſe quæ nunc *Bereczlo* dicitur. *Ptol. Zeſim.*

¶ Cibalis, quibuſda eſt *Palyna*, urbecula Hungariae, ad amnem Boznetham prope Almum montem, & in Valkonenſi Comitatu, inter Murſam minorem ad Boream, &

Sir-

Sirmium ad auſtrum. Aliis autem, & forſan melius, ex Lazii conjectura eſt *Walma*, oppidum ſeu vicus *Siabou*, in viciniis, ad amnem Birckium, in Raſcia regione Hungariæ, vix una leuca à Savo fluvio in Boream, & paulò ampliùs ab Archio, inter Poſegam ad occaſum, Sirmium ad ortum.

Ado. Cibennica juga, *Moncenis*, & Latino rec. mons Cinerum, & mons Cineſus, pars Alpium Cottiarum; niſi Gebennica legendum ſit, pars excelſior Gebennae, ſeu Cemmeni mont. apud Arvernos.

Prov. Rom. Cibinium, ſive Hermannopolis, *Czeben* & *Seben* Hungaris *Hermanſtadt* German. urbs Daciæ, in Tranſylvania, ad fluv. cognominem, ab Alba Julia 7. leuc. in ort. Tergoviſtum urbem Valacchorum versùs, epiſc. ſub Archiep. Colocenſi.

¶ Cibinium, *Hermanſtat*, caput eſt Tranſylvaniæ, urbs maxima & perelegans, egregiè munita, & potens; illiuſque incolæ ſunt Saxones. Sedet juxta Cibinium amnem, qui paulò infrà cadit in Alutham fluvium, Diſtat 15. leucis Germanicis à Claudiopoli in ortum; eſtque versùs confinia Walacchiæ. In ea perſæpe commoratur Princeps Tranſylvaniae.

Strab. Cibotus, (vide Apamea, urbs Phrygię. In Theſ. Ling. Lat. Giboton gen. neutr. ex Plin. legitur; ſed Giboton apud Plin. eſt caſ. accuſ. non nominat.

Cic. Strab. Cibyra, *Buruz* Leuncl. urbs Phrygiæ mag. in Cariæ conf. apud Mæandrum flum. cognomento magna, epiſcop. ſub Archiepiſcop. Stauropolitano. Popul. Cibyrates Ciceron.

¶ Cibyra, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia magna, teſte Ptolemæo, aut in Caria, ut Plinio placet, in confinio Lycię, intra montes, media inter Alabandam ad occaſum, & Antiochiam Piſidię ad ortum, prope fontes Xanthi fluvii. Sed longè à Maeandro fluvio diſtat.

Plin. Ptol. * Cibyra altera, urbs Ciliciae, ad Cragum mont. Antiochiae urbi propinqua, ubi juga Cibyritica à Plin. memorata, quam interiiſſe ſcribit Thevetus. (* man. Seld. κριβύρα.

¶ Cibyra urbecula fuit Ciliciae aſperae, versùs Pamphyliam, vix 10. milliaribus ab ora maris Cilicii, & totidem ab Antiochia ad Tragum in occaſum, dicta minor, ad alterius differentiam.

Plin. Cicae, inſ. parvae Callaicorum ante Bajonam opp. non longe diſtantes, ab oſtio Minii fluv. 4. leuc. in Bor. *Cize* vulgò, teſte Moral.

¶ Cicae inſulae, in ora Gallaeciae, *Islas de Bayona*, dicuntur, & melius, Deorum inſulae. Vide ibi.

Plin. Ciceronis aquae, *Bagni di Cicerone*, & *Bagni di Tritolino*, teſte Pighio, locus Camp. vicinus proximo.

Ciceronis aquae ſunt *Bagni di Tritolino*, Balnea Campaniae, prope Bajas & lacum Avernum, in colle, ex adverſo Puteoli, ut ego vidi pluries. De his conſule antiquitates Puteolanas & Itinerarium Italiae Scotti.

Sueto. Ciceronis villa, *Ciceroniano*, locus Campaniae, apud Puteolos & Bajas, ad lacum Avernum, à Puteolis 3. mill. paſſ. Baiis propior. Academia Plin. dictus.

Ceſ. Ciceronis caſtra, *Veltſick*, pag. Belgii apud Gandavum urb. Flandriae, inde ad 3. leuc. circiter diſtans, teſte Ortelio.

Prov. Rom. Ciceſtria, olim Neomagus Ptol. urbs Albionis, in ora Angliae auſtrali, juxta Vectim inſ. & Antonam op. ab eo in ortum 20. mill. paſſ. diſtans, à Londino 50. epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſi, *Chicheſter* vulgò. Vide Neomagus.

¶ Ciceſtria ſita eſt in Suſſexia provincia Angliae versùs auſtrum, 40. milliaribus Anglicis à Londino in auſtrum, 15. à Vecti inſula, & 18. à Vintonia urbe diſtat; ſedetque juxta amnem *Lavant*, 4. milliaribus ab ora maris Britannici, & totidem à confinio Hantoniae provinciae. Sed 30. milliaribus diſtat a Neomago in auſtrum.

Orph. Plin. & al. Cicerones, pop. Thraciae, ad Iſmarum mont. & lacum Biſtonidem incolentes: quorum urbs Porum, *Poru* & *Boru*, epiſc. ſub Archiep. Trajanopolitano. Horum mem. Ovid. lib. 15. Metam.

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera.

Dioni. Byzan. Ciconium prom. *Cornio*, prom. Aſiae, in Bithynia, ad Boſphorum Thracium, teſte Gyllio.

Proper. Ciconum mons, idem Iſmaro putatur. Vide ibi. Pop. lib. 3. eleg. 8.

Caſtra decem annorum, & Ciconum mons, Iſmara, Calpe

¶ Ciculi, populi Tranſylvaniae, vulgò *les Cicules* in ſeptem ſedes ſeu regiones diviſi, praecipuae versùs montem Carpathum & confin. Poloniae. Eorum ſedes ſunt Novomarchia, Maros, Girgium, Cziikum, Kiſdium, Orbeum, & Aranias, Parent autem Principi Tranſylvaniae.

Cicus, mons Hiſp. Luſit. ab oſtio Anae fluv. in oram occiduam protenſus, & ad opp. Aliamurum deſinens, Turdetanos ſive Algarbios proſcindens, *Cico* vulgò, teſte Reſendio. *Script. Luſ.*

¶ Cicus mons Luſitaniae quid ſit, non conſtat. Nullus enim eſt mons *Cico* nunc dictus, ſed tantum mons vulgò *Sierra de Monchico*, in Algarbia, in ora Oceani Atlantici, versùs confinia Portugalliae, aliquot milliaribus à Silvi in Boream, à vico *Monchique* nomen habens.

Cicynethus, *Pontico*, teſte Soph. inſ. Macedon. ad ſin. Pagaſaeum, ſive Pelaſgicum, ante Demetriadem urb. parum ab ea recedens. *Plin. Mel.*

¶ Cicynethus inſula eſt parva maris Ægei, in ora Macedoniae, in ſinu Pelaſgico, media inter Demetriadem, à qua 20. milliaribus diſtat, & oram Borealem Eubœae inſulae.

Cilbianum, urbs Aſiae, ad Cayſtrum fluv. in Lydia, quae & Valentinianopolis in lib. Concil. appellatur, epiſcop. ſub Archiepiſcop. Epheſino. Pop. Cilbiani Plin. & Campus Cilbianus apud Tmolum mont. Cilbiani quoque agri apud Epheſum. *Enſ.*

¶ Cile, pars Americae meridionalis, vulgò *Chili* dicta, juxta mare Pacificum, in longum porrecta versùs occaſum. A Septentrione habet Peruviam, ab Oriente Andes montes, & à Meridie Terram Magellanicam. Ejus primaria eſt Fanum S. Jacobi. Subeſt autem regio pro majori parte dominio Hiſpanorum versùs Boream.

Urbes praecipuae Ciles.

Araucum, *Arauco*.	Civitas Conceptionis, *Ciudad de la Concettion*.
Chiloa, *Chiloe*.	Imperialis, *Imperial*.
Fanum S. Jacobi, *Sant lago*, totius regionis primaria:	Oſornum, *Oſorno*.
Fanum S. Joannis de confinio, *S. Ivan de la frontera*.	Serena. ſeu Coquimba, *la Serena, ò Coquimbo*.
	Urbs dives, *Villa ricca*.
	Valdivia, *Valdivia*.

Cilicenæ, *Zepd*, teſte Siml. olim, opp. nunc pag. Pannoniæ infer. in Hungaria, ubi pop. Gepidæ. *Ai*

Cilicia, à Cilice Rheę filio nomen habens, reg. Aſiaę notiſſima, inter Pamphyliam ad occ. Syriam ad ort. ac inter Taurum mont. ad Bor. à Cappadocia ſeparantem, & pelagus Cilicium ad merid. contenta, *Caraman* & *Caramania* vulgò, non *Turcomania*, ut ſcribit Ortel. Cilicia croco maximè abundat, præſertim apud Coricum, ut propterea in adagio ſit *Crocum in Ciliciam* apud Svid. ſimile illi *Noctuas Athenas*, in eos qui merces eo deferunt ubi maxima illarum copia ſit. Pop. Cilices Cic. & al. Cilices mendaces in agendo habiti ſunt; à quibus adagium ortum, *Cilices non facilè verum dicunt*, apud Dionyſ. in epiſt. ad Rufum in lucri cupidos magis quam veri. Urbes quondam claræ Selinus, Pompejopolis, Mallos, & intus Tarſus, Anazarbus, & Adana. Hinc Cilicus nom. gent. Claud. lib. 2. in Eutrop. *Strab. Pl. & al.*

Sunt qui per Cilicas rupto deſcendere Tauro
Adventare ferant.

¶ Cilicia regio eſt Aſiæ minoris, ab occaſu in ortum extenſa, juxta mare Siculum ad auſtrum, diviſa in Aſperam, quæ ad occaſum, & in Campeſtrem, quæ in ortum. Habet à ſeptentrione, partim Cappadociam & partim Armeniam minorem versùs montem Taurum Cilicium. Nunc tota ſubeſt dominio Turcarum; diciturque vulgò Caramania propria, *la Caramanie*. Caramania enim latè ſumpta complectitur Ciliciam, Pamphiliam, Piſidiam & partem meridionalem Cappadociæ. Longè autem diſtat à Turcomania regione.

Urbes Ciliciæ ad hæc tempora extantes.

* Adana.	Corycus.
Anazarba, quę & Anazarbus.	Diocaeſarea.
Anemurium.	Domitiopolis.
Antiochia ſuper Trago, vel Crago.	Flavias & Flaviopolis.
Auguſta.	* Iſſus.
* Caeſarea penes Anazarbum, ſedes Satrapae.	Lamus.
Celenderis.	Mallus.
	Mopſueſtia.
	Nicopolis.
	Olbaſa.
	Philadelphia.

Pom-

Pompejopolis, ſeu Soli. Selinus.
Seballe. * Tarſus.
* Seleucia aſpera. Thebe.

Ciliciæ Pylæ, ſeu portæ. Vide Amanicę portæ, * Cilimbeſij, pop. Corſicę, qui Nebienſes a Leandro eſſe putantur. (* manuſcr. Seld. Καλληβισιοι.

Cilla, quæ & Cylla ſcribitur, urbs olim Troadis. Chryſæ & Adramyttio urb. propinqua, Apollini ſacra. Ovid. lib 13. Metam.

Me Tenedon, Chryſemque, & Cillam Apollinis urbes
Et Syron cepiſſe.

In Theſ. Ling. Lat. prope Thebas ſcribitur fuiſſe, ſed prope Theben ſcribendum eſt.

¶ Cilla urbs fuit Troadis, in regiuncula Ciliciæ Thebaica dicta, Sanſone teſte, ad amnem Cilleum, 5. milliaribus ab ora ſinus Adramyteni, 12. ab Adramyttio in Boream, & 9. à Thebe in occaſum.

¶ Cilleja, *Cilley*, urbs Germaniae, in Stiria, ad Saanam fluvium, qui paulò infra influit in Savum. Vide Celia.

Cilurnum, opp. Albionis, in Northumbria, *Collerton*, ſive * *Collerford*, teſte G. Camd. (* Camden. potiùs autumat vel *Walwik* vel *Scilicefter* eſſe ad Murum.

¶ Cilurnum oppidum fuit Ottadinorum, in Anglia, ubi nunc pagus *Collerton*, cum ponte ad Tinam Borealem fluvium, prope Murum Severi; aut ſaltem vicus proximus *Scilicefter* in muro dictus.

Cimarus, mons & prom. Cretæ, in ora occid. & Boreali, contra Maleam prom. Peloponneſi, *Capo Chesino* ſeu *Cheſimi*, teſte Metellio. Cyamum, ut videtur Ptol.

¶ Cimarus, mons & promontorium Cretę, prope occidentem inſ. in territorio Caneæ, nunc quibuſdam *Capo Ciſamo*, medium inter Cyamum promontorium in ortum, & portum Grabuſium dictum in occaſum; quanquam Sophianus credat Cimarum eſſe Cyamum promontorium.

Cimbri, pop. Germ. extremi ad Boream, quorum reg. & peninſula Cimbrica Cherſoneſus à Ptol. appellatur, in 4. partes diviſa, Holſatiam ad meridiem Saxonię attiguam, Ditmarſiam ad occ. in ora Albis circa oſtia, & Oceani, Jutlandiam ad ſeptent. & Ducat. Sleſvicenſem in medio inter Holſatiam & Jutlandiam, in regno Danico contentas. Hinc Cimbrica nom. gent. Claud. de bello Getico.

Hinc Cimbros, forteſque Getas Stilicone peremptos.

Et paulo antè:

Cimbrica tempeſtas altaſque immiſſa per Alpes.

Cimbrianum, Cimbriana Anton. *Brynhida*, teſte Laz. opp. Myſiæ infer. quaſi Brionum pons.

Cimbrica Cherſoneſus, peninſula Ger. in ſeptentr. inter mare Cimbricum ad occ. & Balticum exccurrens *Denemarck* vel *Danemarck*, Angl. *Denmark*, Latinae Dania, ubi pop. Dani, in 4. regiones diviſa. Tametſi Dania magis patet, nam Cimbricam & inſulas ei ad ortum adjacentes complectitur, in quibus Silandia in qua Hafnia urbs regia. Vide Cimbri, ubi illa in Holſatiam, Ditmarſiam, Jutlandiam & Duc. Sleſvicenſem diviſa eſt.

¶ Cimbrica Cherſoneſus peninſula eſt perampla Germaniae, à Septentrione in Meridiem extenſa, inter Cimbricum mare, & Svevicum mare, ſeu Codanum ſinum Pars eſt regni Daniæ, & nunc Jutia dicitur, *Jutland*, dividiturque in Jutiam Septentrionalem, *Nort Jutland*, ſub qua quatuor Diœceſes, ſeu provinciæ, Alburgenſis ſcilicet, Arhuſienſis, Wiburgenſis, & Ripenſis, & in Jutiam Meridionalem, *Sud Jutland*, ubi Ducatus Sleſvicenſis, & Holſatia, ſub qua Ditmarſia, Stormaria, Holſatia propria, & Wagria. Habet à Meridie Saxoniam inferiorem, & freto *Middelfart Sund* dicto ſeparatur à Fionia inſula. Dicta fuit etiam alias Cartris, Plinio teſte.

Cimbrorum prom. *Scagen* Mercat. prom. Cimbricæ Borealiſſimum, à proximo Scandinaviæ littore 10. leuc. tanta eſt latitudo freti Cimbrici, in ore maris Baltici, à Bergis urbe regia Norvegiae 60. in Eurum.

¶ Cimbrorum promontorium, vulgè *Scager Rif* dictum, eſt prope Caſtrum *Scaun*, in parte Boreali Diœceſis Alburgenſis, in Jutia ſeptentrionali, 10. leucis diſtat à proximiori littore Norvegiae in occaſum,) tanta eſt enim ſinus Codani latitudo prope fauces) 12. ab Alburgo in Bor. & 40. à Bergis in auſtr.

Cimela, ſive Cimella, ut aliqui ſcribunt, urbs Ligurię exciſa, apud Varum fluv. & Nicaeam urb. Locus adhuc *S. Maria di Ciwies* nominatur, à ſacra æde Virgini dedicata. Cemeneleum Ptol. Cemelion Plin. *Uſuar.*

¶ Cimela, urbs exciſa Italiae, prope Alpes & Nicæam urbem, in confinio Galliæ Narbonenſis. Vix una leuca a mari Mediterraneo diſtabat. Vide Cemenelcum.

Ciminius lacus, *Lago di Vico*, teſte Fabricio cum Leandro, exiguus lacus ad mont. Cimini radicem, inter Viterbium urb. & Roncileonem opp. 5. mill. paſſ. Elbii lacus Anton. Sic Ciminia ſylva apud Plin. in qua depacta terræ non extrahuntur. *Strab.*

Ciminus mons, *Montagna di Viterbo*, mons Hetruriæ, uſque ad Faliſcos in ortum extenſus; ad cujus radices in planitiae Viterbium urbs ſita eſt. Cimina ibi ſylva ſive ſaltus Ciminus Liv. olim uſque ad Umbros pertingens. Lacus etiam Ciminus apud Virg. lib. 7. Æneid. *Liv. Vib.Se. & al.*

Et Cimini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

Cimmerii, pop. Aſiæ gemini; alii Sarmatiæ, circa Mæoticam pal, ad Boſphorum, ab ipſis Cimmerium appelatum, incolentes; alii inter Colchos & Iberos, quorum reg. *Haveſſen* Ant. Curchinio in Georgianis appellatur. Illorum mem. Cic. & Ovid. locum eorum domum ſomni vocans, quod multa caligine ſuffuſi, ſolem rarò adſpiciant, Haytono Armeno referente Ovid. lib. 11. Metam. *Strab. Plin. & al.*

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſsu.

Alius item;

Cimmeriumque domus, Superis incognita tellus;

Cimmerię tenebræ apud Lactant. lib. 4. inſtitut. proverbio dicuntur de multa animi obſcuritate aut caligine. O cęcum pectus, inquit. O mentem Cimmeriis, ut ajunt, tenebris atriorem.

¶ Cimmerii, populi Aſiæ, circa Boſphorum, ab ipſis Cimmerium dictum, incolentes, in Taurica Cherſoneſo quæ cum tractu adjacente ab ipſis aliquando Cimmeria dicta fuit, uti poſtea Scythia Europaea, ſeu parva Scythia, nunc autem Tartaria minor, ſeu Precopenſis & populi *les petits Tartares* vulgo dicti.

¶ Cimmerii item, populi Aſiae, circa Colchidem, in Scytharum regione. Plinius horum meminit cum Georgianis, juxta Caſpium mare. Horum regionem, ex Antonii Curchinii ſeu Haithonis deſcriptione, *Haveſsen* nominari credit Ortelius. Sed quid ſit nunc, ex relationibus illius non conſtat, neque ego facilè coniicere poſſum.

Cimmerii item, pop. Campaniae, apud Bajas & Jacum Avernum, quorum opp. Cimmerium fuit, ubi antrum Sibyllae, *la grotta della Sibilla*, à Baiis 1. à Puteolis 3. mill. paſſ. *Strab. Plin. Liv. & al.*

Cimmerium prom. *Capo di S. Croce*, prom. cum opp. cognomine Aſianae Sarmat. ad Boſphorum Cimmerium, e regione Panticapaeae urbis Tauricae, à Tyrambe oppid. 15. mill. paſſ. in auſtrum Corocondamen versùs 30. *Plin. Ptol.*

¶ Cimmerium, promontorium eſt Aſiae, in tractu Boſphorano, & juxta Boſphorum Cimmerium, à parte Aſiae, & prope paludem Maeotidem. Dictum etiam Cerberion, Sanſone taſte, vix 4. milliaribus diſtat à Parthenio in ort. 15. à Panticapeo in Bor.

¶ Cimmerium oppidnm fuit Tauricae Cherſoneſi, in ora Ponti Euxini, prope fauces Boſphori Cimmerii, 25. milliaribus à Corocondama in occaſum, & totidem à Panticapaeo in auſtrum.

Cimolis, Cimolis Arriano, *Quinoli* Mercat; (non Cinopolis, ut in Theſ. Ling. Lat.) opp. Paphlag. in ora maris Euxini, inter Carambim prom. ad occ. & Sinopen urb. ad ortum, Hanc urb. Theſ. Ling. Lat. repetit, illam urb. Galatiae faciens, quaſi haec à Cimoli urbe Paphlagoniae diverſi ſit. *Strab. Mel.*

¶ Cimolis *Ginopoli* nunc dicitur, Caſtaldo teſte; eſtque parvi momenti, et deficit in dies.

Cimolus, Cimolis Ptol. Cimolia Obſequenti, *Polino*, teſte Nigro, inſ. maris Cretici, proxima Melo et Polyaego, inde 5. hinc 3. mill. paſſ. diſtans, circuitu 10. Hinc Cimolius nom. gent. Mem. illius Ovid. lib. 7. Metamor. *Plin.*

Hinc humilem Myconen, cretoſaque rura Cimoli

Cinaedocolpitarum mons, *Porta di Ferro*, ut videtur Ortel. ex tab. Geograph. recentior. mons Arabiae fel. ad ſinum Arabicum, ubi Cinaedocolpitae pop. incolebant. *Ptol.*

Cinae-

Cinędopolis Plin. lib. 5. c. 31. inſ. eſt ſin. Ceramici, in qua Alexand. Magnus probroſos reliquit.

¶ Cinedopolis inſula eſt Aſiæ minoris & Doridis regionis, in ſinu Ceramico, paulò à continente diſtans. versùs Halicarnaſſum.

Halic. Cinętius, Onugnathos Ptol. i. e. Maxilla aſini, prom. Peloponneſi, contra Cytheram inſ. vicinam, *Xili*, teſte Nigro, apud Maleam prom. Alii *Capo di Malvaſia*, ſic a monembaſia urbe propinqua.

¶ Cinætius, ſeu Onugnathos, nunc *Xili*, promontorium Peloponneſi, in Laconia provincia, ex adverſo Cytheræ inſulae, medium inter Maleam promontorium ad ortum, & Cypariſſiam ad occaſum.

Liv. Cinciæ, inſ. 2. Caliaicorum, apud Bajonam opp. Vide Cicæ.

Plin. Cincomagus, Scingomagus Strab. *Seſans* vel *Sezans* opp. Gall. Narbonenſ. in Taurinorum ſeu Seguſiorum, confin. intra Alpes Cottias, inter Seguſium 4. leucis & Ebredunum urb. Delphinatus 8. in occid. ſeu in Africum.

¶ Cincomagus, ſeu Singomagus, *Sezanze*, oppidum olim, nunc pagus in Delphinatu; 2. leucis à Brigantio in ortum, prope Matronam montem. Vide Sincomagus.

Plin. Cincum, *Chinchon*, oppid. Hiſpan. Tarracon. inter Concham urb. & Madritum ſedem Regum occurrens, Comitat. apud Complutum, ab eo 2. leuc. diſtans, à Toleto 11. Pop. Cincenſes Plin.

¶ Cincum, *Chinchon*, caſtrum Caſtellae novæ, 6. leucis diſtat à Compluto Concham versùs, prope amnem Tajunam, in Algarria tractu.

¶ Cineſius, *Mont Cenis*, pars Alpium Cottiarum, inter Sabaudiam & Pedemontium, in via Seguſio Maurianam versùs, in ipſa Sabaudia, ſed in conf. Pedemontii. Vide Ceniſius mons.

Cæſar. Cinga, *Senga* fluv. Hiſp. citer. per Ilergetes fluens ac Aragoniam à Catalaunia ferè ſeparans, Sicorique amni paulò infra Ilerdam urb. congrediens, ac cum eo in Iberum influens. Cujus mem. Luc. lib. 1.

Stridentes acuere tubę: quę Cinga pererrat
Gurgite.

Idem lib. 4.

Cinga rapax, vetitus fluctus, & littora curſu.

¶ Cinga, *Cinca*, fluvius Hiſpaniæ, in regno Aragonię. Oritur ex Pyrenæis montibus, ſupra Bielſam, in confin. Galliæ. Deinde auctus Eſſera & aliis fluviis, rigat urbes Ainſam, Barbaſtrum, Montionem, & Fragam, & in Sicorim ſe exonerat, & cum ipſo poſtea in Iberum fluvium, ad Mequinentiam, in limite Cataloniæ.

Caſ. Cic. Cingulum, *Cingoli*, olim urbs epiſc. nunc opp. minimè obſcurum Piceni, in colle, inter Auximum ad Bor. Septempedam ad auſtrum 12. mill. paſſ. ab Æſio 8. Pop. Cingulani Plin. qui mulos Cingulanos in pretios fuiſſe ſcribit.

¶ Cingulum oppidulum eſt Piceni, inter Æſim ad Boream, & Septempedam ad auſtrum, 12. milliaribus ab Auximo in occaſum, juxta Muſonem amnem, in ditione Summi Pontificis.

Ciniphii. Vide Cinyphii infrà in Cinyphus.

Cinium, *Cala longa*, teſte Pineto, opp. olim, nunc pag. majoris Balearis, in ora littorali.

¶ Cinium, *Cineu*, vicus Majoricae inſulæ, cum portu tantiſper capaci, 5. leucis à Majorica urbe in ortum ut pluribus me docuit Joannes Paulus Ferragutius vir doctiſſimus, cui uti indigenae fides adhibenda eſt.

Ptol. Cinna, *Gintalup*, oppid. Hiſp. Tarracon. in Jaccetanis non in regno Caſtellae, ut in Theſ. Ling. Lat. legitur.

Lib. Conc. Cinna quoque, urbs Galatiae epiſc. ſub Archiep. Ancyrano, inde in auſtrum recedens.

¶ Cinna, urbs Galatiae meridionalis, prope Aſcanium lacum, & in limite Phrigiæ, longè ab Ancyra in auſtrum, Synnadæ proprior, in Aſia minori.

Ant. Val. Max. Ptol. Cinniana, *Sitania*, teſte Emmanuele Barboſa, opp. exciſum Hſp. in regno Portugallico, inter Bracatam urb. & Araducam 6. leuc. in ort. diſtans.

Cinſternæ, *Gar*, teſte Marm. opp. Africæ, in ora inter Leptim magnam ad occ. & Trieron prom. ad ort. ultra Cinyphum fluv.

¶ Cinſternae, aliis Ciſterna, oppidum alias Africæ, nunc vicus tenuis regni Tripolitani, in ora maris Mediterranei, contra promontorium Mezratam dictum, & Syrtim majorem.

Plin. Cinthus, mons Deli tantae celſitudinis, ut mare Ægæum quoquè versùs contegat. Vide Cynthos, ſic enim ſcribitur.

Cintylia, ſeu Cyntilia, *Chinchilla*, urbs Hiſp. Tarracon. in nova Caſtella, inter Toletum 34. & Alonem 24. leuc. diſſita. Scri Hiſp

¶ Cyntilia oppid. eſt parvum intra montes, 5. leucis à Sucrone fluvio, & paulò minùs à confinio regni Murciæ.

Cinyphus, Cinyps Plin. & Melę, *Magra* Marm. fluv. Africę, ex Libyæ inter. deſertis oriens, & poſt longum decurſum in Syrtim parvam apud Tripolim urb. inter illam & Barathiam opp. in ort. diſtans influens. Her Ptol

Cinyps etiam Poetis, Claud. de laudib. Stilicon. lib. 1.

Quos vagus humectat Cinyps, & proximus hortis
Heſperidum Triton.

Hinc Cinyphius, a, um. Virg. lib. 3. Georg.

Cinyphii tondent hirci.

Hirci enim magni juxta hujus amnis ripas fiunt, quales non alibi, teſte Plin.

¶ Cinyphus, nunc Macer fluvius, *Macres*, oritur in regione Biledulgerid, in Fezzeno deſerto, & in mare Mediterraneum ſe exonerat, in regno Tripolitano & provincia Ezzaba, inter Tripolim novam & promontorium Mezratam, prope Leptim.

Cinyria, *Gendinar*, teſte Luſignano, opp. olim, nunc pag. Cypri mediterr. Plin

Cios & Cius Plin. fluv. & opp. & emp. Phrygiæ fuit, de quo Palaemon. ex Dionyſ.

Qua Cius egregias decurrens murmurat undas.

Circæi, & Circeii, Circaeum Cic. Circejum Strab. urbs olim Latii, inter Aſturam & Tarracinam, in ora littorali, à Tarracina 12. mill. paſſ. in merid. ſive in Afr. Antium versùs 36. Locus nunc *Città Vecchia*, apud caſtrum S. Felicitatis nominatur. A Circe Oetae Regis filia, et Medeæ ſorore, ſic dicta. Hic Ulyſſes ab ea detentus, ſociis in bruta converſis, legitur. Plin &

¶ Cinceį urbs fuit Volſcorum, in Latio, inter Aſturam & Terracinam, in ora littorali maris Tyrrheni. Nunc autem diruta jacet propter paludes Pomptinas. In ejus ruderibus eſt pagus S. *Felice* dictus, cum Turri, ad radices Circaei montis, 10. milliaribus diſtat à Terracina in occaſum.

Circaeum, et Circeum, mons & prom. *Monte Circello*, mons Latii, (non Campan. ut in Theſ. Ling. Lat.) ad cujus radices Circaeum urbs, conſtructa erat. Unde Circaea tellus. Ovid. lib. 15. Metam. Plin Me &

Et tellus Circæa, & ſpiſſi littoris antrum.

Littus Circaeum oſtreis abundat, ut quidam Poeta ait:

Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.

¶ Circæum, ſeu Circæus mons, *Monte Circello*, promontorium & mons alias Latii, nunc Campaniae Romanae, in mare Tyrrhenum excurrens, prope Circaei rudera, cum uno aut altero vico tantùm, propter cęli grovitatem & paludes Pomptinas, quibus circumcingitur versùs Boream, ita ut à longe appareat in modum inſulae.

¶ Circaſſi, *les Circaſſes*, populi Tartariae, in Aſia, juxta mare Caſpium. Perſaepe in ſylvis degunt & predas agunt. Eos pluribus deſcripſit Olearius in Itinere Perſico, uti & Herbertus: habitantque inter Caſpium mare & fluv. Rham & Tanaim ex parte. Proprios habent Principes; ſed ſubſunt dominio Magni Ducis Moſcoviae; & eorum urbs praecipua *Terki* dicitur; ibique alias Albania quibuſdam.

Circeſium, Circejum Capitol. Circuſium Ammian. oppid. fuit Orhoenae reg. in Meſopotamia, ad Euphratem fluv. ubi Aborras amnis in illum influit Gordiani Imperat. tumulus. Eut

¶ Circeſium, ſeu & Conſtantina, oppidum fuit Meſopotamiae, ad confluentes Chabore in Euphratem fluvium, 20. circiter milliaribus infra Tapſacum, è regione Arabiae deſertae. A quibuſdam nunc *Alchabur* dicitur.

¶ Circeſtria, *Circeſter*, & *Cirenceſter*, oppidum Angliae, in Comitatu Gloceſtriae, 10. milliaribus a Gloceſtria in ortum, juxta amnem Corinum.

Circi urbis Romae Maximus, in valle inter Palatinum & Aventinum colles, apud Velabrum, de quo Ovid. lib. faſtorum 6. P.Vi

Qua Valabra ſolent in Circum ducere pompas.

Item lib. 2.

Quaque jacent valles Maxime Circe tuę.

Flaminius, ubi nunc aedes ſanctae Catharinae, & ubi

furres

ſuues ſiuut *s* al , *Piazza Navona* ; à Flaminio Conſ. ab Hannibale ad Thraſimenum lacum victo conſtructus . Agonis, circa medium urbis locus etiam vulgò *Agone* & *Piazza d' Agona* nominatur , & *Piazza Navona* . Heronis apud Vaticanum , ubi obeliſcus erectus conſpicitur vulgò *l' Aguglia di S. Pietro*.

¶ Circus Flaminius Romæ erat, in ea parte ubi nunc Palatium Mathæorum & monaſterium ſanctæ Catherinæ, vulgò *Santa Catarina de Funari*. Capitolioque proximus. Fuit dictus Flaminius, quod eſſet in Campo Flaminio. Circus Agonalis erat ubi nunc *Piazza Navona*. Gallis, *la Place Navone*, platea Romæ, pulcherrima & oblonga in meditullio urbis : Circus autem Neronis erat ad radices montis Vaticani, ubi nunc platea S. Petri , *Piazza di S.* Pietro , ante Baſilicam S. Petri , ubi obeliſcus *la Guglia* dictus , uti & in aliis urbis locis . De his conſule Romam antiquam Famiani Nardini, recens il lucem editam .

Circidius, *Pianellio* vel *Bovona*, teſte Leandro , fluv. Corſice , apud urbem Adiacenſem fluvia in ora occid. & in Caſalum ſiu. influens.

¶ Circidius , fluvius Corſicæ , nunc *le Ripe* dicitur . Oritur prope Cruzanum vicum , & in mare Mediterraneum ſe exonerat juxta Sipeum, & inter Calvium ad Boream, & Sagonae rudera ad auſtrum, versùs Caſalum ſinum. Sed 25. milliaribus dictat ab Adiacio in ſeptentrionem.

Circius apud Teſ. Ling. Lat. inſ. Myſiæ , pro Cyzicus ſcribitur.

Ciris. *Caldana*, teſte Barrio, fluv. Brutiorum in Calabria. Vide Cyris; nam utriumque legitur. Hic apud Arponium opp. ortum ducit , & in ſin. Tarentinum brevi curſu deſinit.

¶ Ciris, ſeu, & melius, Siris, fluvius Lucaniæ, trans Appeninum , teſtibus Cluverio , Brietio , & Sanſone . Nunc *Sino* dicitur, in provincia Capitanatæ. Oritur ex Apennino monte , & paulò infra Turſiam urbem in ſinum Tarentinum ſe exonerat. Diſtat autem 24. milliaribus in Boream ab amne Caldana . Ad ejus octia fuit etiam antiquitus oppidum Siris dictum, ubi nunc turris S. Baſilij, *Torre di S. Baſilio* incolis.

Cirrha, * Cyrrha Ptol. *As propiti* , teſtibus Zardo & Nardo, opp. Phocidis marit. ad Parnaſſi mont. radices , Delphorum navale ad ſinum Criſſeum , à Delphis 60. ſtrad. in auſtrum diſtans. Luc. lib. 3.

Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſaque Cyrrha.

Hinc Cirrhæus nom. gent. & Apollinis cognomen Claud. lib. 2. de rap. Proſerpin.

Cirrhæique Dei quamvis deſpexerit arces.

(* in manuſc. Seld.)

¶ Cirrha urbs eſt Græciæ, in Phocide , quam aliqui cum Criſſa confundunt . Sed eas Strabo & Ptolemæus diſtingunt. Sita eſt in ora ſinus Corinthiaci, qui etiam ab ea dictus eſt ſinus Cirrhæus, nunc *Golfe de Lepante*, diſtat 38. milliaribus ab ora proximiori Peloponneſi in Boream.

Cirrheatum, villa in agro Arpinate, ubi Marc. Craſſus natus & educatus eſt.

Cirrhum, Vide Cyrrhus.

Cirtha , ac Cirta , ut apud Cæſ. Liv. & Plin. *Conſtantina* , urbs Africæ olim archiep. & metrop. apud Ampſagam fluv. & fines Maugit. Cæſarenſ. regia quondam Maſſiniſſæ. , à Cullu urbe marit. 48. mill. paſſ. in auſtrum, à Carthagine. 332.

¶ Cirtha, & Cirta urbs Africæ, in Numidia regione, ſed longè à Mauritania Cæſarienſi in ortum, nunc vulgò *Conſtantina* Europæis, *Coſantina* Arabibus , juxta Ampſagam fluvium. 69. milliaribus diſtat ab ora maris Mediterranei, 70. à Cullu in auſtrum , vix 300. à Carthagine in occaſum , & 250. à Julia Cæſaream in ortum eſtque nunc totius illius tractus regia , & ſedes Principis.

Cirtiſa , & Certiſſa , *Oſech* ; aliquibus videtur, opp. Pannon. infer. in Hungaria, à Cibali 24. mill. paſſ. Serbinum versùs.

¶ Cirtiſa , ſeu Certiſſa , Brietio & aliis eſt caſtrum *Czernick* , in colle , juxta amnem cognominem , inter Gradiſchiam & Poſegam urbes recentes, in Sclavonia , 7. milliaribus à Savo fluvio in Boream ; quanquam alij credant eſſe vicum *Ezech* , inter Poſegam & Savum . Subeſt dominio Turcarum.

Ciſamus , *Chiſamopoli* Soph. al. *Chiſamo* , urbs epiſc. Cretæ. in ora littorea Boreali, apud oram. occid. penè deſerta , ab Apteria 40. ſtad. à Cydone ferè 20. mill. paſſ. in occ. Non longè abeſt Ciamum Prom. Pſacum Ptol. Vulgò *Capo Chimiſi*.

Ciſamus , *Chiſamo* , caſtrum eſt Cretæ inſulæ , in ora Boreali versùs occaſum, prope Cimarum promontorium, quod etiam *Capo Chiſamo* dicitur. Diſtat 10. milliaribus in occaſum à Ciamo promontorio , & totidem à Celio prom. *Capo Buſo* dicto.

Ciſſa, *Quiſto* vel *Quiſſa* ex tab. recent. flum. Cappad. inter Xylinam & Apſarum oppida fluens, apud limites Colchorum. Ciſſa quoque Plin. inſ. parva eſt ante oſtia Timavi fluv. quæ malè in Theſ. Ling. Lat. in Mœſia locatur, calidorum fontium. Ptol.

Ciſſe, *Ciſſi* adhuc, teſte Molet. opp. Maurit. Cæſarienſ. in ora, inter Ruſcoviam ad occ. & Ruſcurium ad ort. apud Serberis fluv. oſtium. Polyb. Ptol.

Ciſſus, opp. Thraciæ geminum , unum apud Tzurulum. urb. *Keſſe* dictum : alterum in conf. Maced. vel in Macedonia , apud Amphipo im & Serras urb. *Cis* , teſte Leuncl. Heſyh.

Ciſſuſſa , fons Bœotiæ , inter Thebas & Haliartum ubi Bacchum educatum ſabulantur. Pluta.

Ciſtero, urbs epiſc. Gall. Narbonenſis. Vide Segeſterorum urbs. Prov.

Ciſtertium, *Ciſteaux*, pag. cum cœnobio, in Burgundia & territ . Cabillonenſi : unde cœpit Ordo Ciſtercienſium. Rom. Marte-rol.

¶ Ciſtertium, ſeu Ciſtercium, *Giſteaux* , ſitum eſt in territorio Divionenſi, 5. leucis à Divione in auſtrum , & totidem à Belna , 2. autem ab Arari fluvio , & à Fano S. Ioannis de Ladona . Eſt Abbatia regularis celeberrima . cujus Abbas eſt Præpoſitus generalis totius Ordinis Ciſtercienſis. Rom.

Citarini , pop. Siciliae a Cicerone in orat. in Verrem memorati; quorum opp. Citaria, ſeu Citaria Ptol. excisum in ora occid. inter , Drepanum & Panormum. Cic.

Citarius mons , Titarus Strab. *Xerolibado* Soph. mons Maced. Bermio monti contiguus. Ptol.

Cithaeron. *M. di Stives*, mons Bœotiæ clariſſimus Muſis ſacer , ex quo Aſopus fluv. profluit , inter Pindum ad occ. & Hymettum ad Eurum , Parnaſſo finitimus , ab eo ad 30. mill. paſſ. Thebas uſque perductus . De quo Ovid. lib. 2. Metam. Plin. Strab. Ptol. & al.

-ſad ipſe

Vadit ubi electus facienda ad ſacra Cithæron.

¶ Cithaeron, mons Graeciae, in Bœotia, pars Pharnaſſi, ut putat Servius. Nunc etiam dicitur *Citherone*, Brietio teſte , inter lacum Copaidem , Megaram , & Thebas , versùs confin. Atticae.

Cithariſtes. Citariſta Anton. *Cap. de Garcel* , teſte Belleforeſtio , al. *Cap. de S. Sigo* , prom. Gall. Narbonenſis, in ora Provinciae, inter Telonem 42. & Maſſiliam 30. mill. paſſ. ex itin. Anton. Ubi numeri diſtantiae depravati , cùm inter Maſſiliam & Telonem vix 12. leuc. hoc eſt, mill. paſſ. 36. numerentur. Plin. Mel. Ptol.

¶ Cithariſtes, ſeu Cilariſta, urbecula fuit Galliae Narbonenſis , in Provincia , media inter Maſſiliam & Telonem , 18. milliaribus ab utraque , nunc pagus Ceireſte dictus, *prope* Aranum amnem, una leuca ab ora maris Mediterranei , & ab urbe Civitate dicta, *la Ciontat* , quę crevit ex ipſius ruinis, ut auctor mihi eſt Hon. Bou. & ut didici ab incolis illius tractus, dum illas partes luſtrarem . Promontorium autem Cithariſtes in eo tractu eſt *Cap. de Laigle*, prope Civitatem.

Cithrum, Citron Strab. *Chitro* Soph. ſed Leuncl.. *Zotrivar*, opp. geminum; unum in Theſſalia *Zotrivar* , alterum in Maced. *Citro* , quod & Pydna , urbs epiſc. olim ſub Archiep. Theſſalonicenſi , nunc metrop. in ora , à Theſtalonica, ad 40. mill. paſſ. in meridiem diſtans. Theop.

Citium, Cittium Plin. urbs olim Cypri epiſc. in ora auſtrali , inter Amarhuntem ad occ. & Thronos ad ortum adhuc *Chite* dicta , nunc pag. Cetium Strab. ſcribitur , & Cytium, & Cythium. Pluta. Ptol.

Citium quoque urbs eſt Miſniæ, *Ceitz* vulgò , quæ & Mamilla , epiſc. ſub Archiep. Magdeburgenſi , prox. Naumburgo urbi, inde 2 leuc. Aldemburgum versùs diſtans. Cujus mem. Poeta Germ. lib. 4. itiner. Script. Germ.

A dextra Citium linquentes , fortè ſubimus
Inde Pegam.

Vide Citizum.

Citizum , quod & Cecia apud ſcript. Germ. olim

Ma-

Rom. Mamilla, *Ceitz*, urbs Germ. apud Elſteram fluv. in Miſniae & Thuringiæ conf. epiſc. ſub Archiep. Magdeburgenſi. ab Othone Imper. ædificata, ſedéque epiſc. a Joanne XIII. Pontif. Max. donata, quaſi media inter Naumburgum urb. Thuringiæ & Aldemburgum urb. Miſniæ ferè 3. leuc. diſſita, Vulgò *Czeitz*.

Citizum, *Zeitz*, urbs eſt Saxoniȩ ſuperioris in Meſnia provincia, olim ſede epiſcopali decorata, quæ poſtea Naumburgum translata fuit; eſtque ſub dominio Epiſcopi Naumburgenſis. 5. leucis Germanicis diſtat a Lipſia in auſtrum.

Cittadella, *Cittadelli*, urbecula Hiſpaniȩ, Minoricȩ inſulȩ præcipua. Vide Iamna.

Ptol. Cituorum inſula, *Citnatù* Hungaris, *Schut* Germanis, inf. Danubij, in Pannonia ſuper. longa 8. leuc. Hungaricis, inter Poſonium urbem ad occ. & Crumerum arcem firmiſſimam contra Turcas ad ort. in qua Samaria opp. amplum, & pagi 60.

Cituorum inſ. in Pannonia, nunc inſula Danubij perampla, in Hungaria, inter Poſonium ad Boream, & Arrabonem ad auſtrum. Gemina eſt; maior & præcipua, quæ versùs Boream & ortum, vulgò *iſſe de Schut* dicitur. Circuitus eſt 20. leucarum circiter, longa 9. leucis & lata 4. Ibi arx Komara permunita, cum valido præſidio contra Turcas, in auſtrum inſ. & Sumaria, *Sumarein*, oppidum versùs Poſonium. Minor autem inſ. vulgò *le petit Schut*, eſt versùs auſtrum, & è regione Atemburgi & Arrabonis urbium ubi Danubius recipit Arrabonem; eſtque oblonga, lata autem vix 2. leucis. Dicitur aliter Schutia inſ.

Citus, *Zittiuar*, teſte Leuncl. apud Turcas, opp. Theſſaliȩ, ſic apud Ortel. in Theſ. Geograph. ubi Citus ſcribit pro Citrum, & *Zettivar* pro *Zotriuar*, è contra, niſi error in Leuncl. cod. fit.

Cic. Civaro, *Chambery*, teſte Cœnali, urbs Allobrogum, Sabaudiȩ caput, & conventus reg. juridicus, media inter Maurianam urb. & Lugdunum paulò ſupra 15. leu. propior Granopoli, à Feneva 18. Quæ etiam Camerium Latinè dicitur, teſte Paradino, & Cambericum.

Civaro, *Chambery*, urbs eſt Allobrogum, Sabaudiȩ caput, in planitie, ad amnem *Laiſe* dictum, inter Montem Melianum ad 3. leucas in auſtrum, & lacum Burgetium in Boreàm ad 2. leucas. 3. leucis diſtat à confinio Franciae versùs artem Barranam, 18. à Lugduno in ortum, 14. à Fano S. Joannis in Mauriana Valle; & 9. à Gratianopoli in Boream.

Civitas, *la Ciotat*, urbecula Galliae, in Provincia. cuius vina commendantur. Gaudet Portu commodo & capaci in ora maris Mediterranei: unde multi nautae periti: eſtque media inter Meſſiliam & Telonem. Vix uno milliari diſtat à Citariſta antiqua, nunc *Ceireſte*, & ex eius crevit.

Civitas Caſtellana. Vide Feſcennium.

Civitas Caſtelli. Vide Tifernum.

Civitas Ducalis, ſic vulgò in Aprutio, epiſc. inter Reaten 3. & Aquilam ort. 20. mill. paſſ.

Civitas Ducalis urbs eſt Aprutii ulterioris, juxta Vilium fluvium, nunc vulgò *Civita Ducale*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theatino, in regno Neapolitano, 7. milliaribus à Reate in ortem, & 15. ab Aquila: eſtque parvi circuitus, iu confinio ditionis Pontificiae.

Ant. Civitas Legionum, urbs Aibionis gemina: una, quae & Divana, poſtea Ceſtria, *Cheſter*, in ora Vualliae, ad oſtia Civae fluv. Altera in Vveilia ad occ. à Landava urbe 10. mill. in Caeciam, *Caerleon*, vulgo, in agro Monumetenſi.

Civitas legionum in Albione duplex eſt, una, quae & Deva, ſeu Ceſtria, Legio xx. victrix, *Cheſter*. Vide Deva. Alia, quae Iſca Silurum, Legio 11. Auguſta *Caerleon*. Vide Iſca Silurum.

Prov. Rom. Civitas nova, Neuſtat, urbs Norici, in Auſtia, epiſc. ſub Archiep. Saliſburgenſi à Vienna 8. leuc. in auſtrum Gracium. Altera in ora Hiſtriae. Vide Æmonia.

Civitas nova, *Neuſtat*, urbs Germaniae, in Auſtria epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Saliſburgenſi ab anno 1468 Sedet ad amnen *Biſcavv*, 6. leucis à Vienna in meridiem & 12. ab Arrabone in occaſum. Vide Neoſtadium.

Civitas nova, *Civita nova*, oppidum amplium, Italiae, in Marchia Anconitana, in monte, non procul a mari Adriatico: eſtque Ducatus titulo inſignitum Caeſarinorum. 6. milliaribus diſtat a Laurento Firmum verſùs, à quo 9. milliaribus tantum abeſt.

Civitas Plebis, *Cittadella Pieve*, urbs Italiae, in ditione Pontificia, & in agro Peruſmo, 5. milliaribus a Cluſio in ortum, 6. a lacu Trabmeno, & 16. a Peruſia. Paucis conſtat incolis; eſtque parvi circuitus.

Civitas Regalis, *Civita Reale*, urbs regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori, prope fontes Velini fluvii, quatuor milliaribus a confinio ditionis Pontificiae, 1. autem ab Aquila urbe, ad radices Apeunine montis.

Civitas Regia. *Ciudad Reale*, urbs ampla Hiſpaniae, in Caſtella nova, probe Anam fluvium, in Campo Calatravae dicto. Deficit tamen in dies. Diſtat a Calatrava 3. leucis in auſtrum.

Civitas Regum, *los Reyes*, alio nomine *Lima*: urbs Americae meridionalis, caput Peruviae, archiepiſcopalis facta anno 1557. Condita autem fuit a Franciſco Pizarro anno 1535. in Limana Valle, vix uno milliari ab ora maris Pacifici, ubi portum habet munitum, *Callo* dictum. In ea degit Prorex Peruviae nomine Regis Hiſpaniae, diſtatque centum circiter leucis Hiſpanicis a Cuſco urbe in occaſum. Vide Lima.

Civitas Roderici, *Ciudad Rodrigo*, urbs Hiſpaniae. Vide Mirobriga.

Civitas Solis *Citta del Sole*. urbs Italiae munita in ea parte Romandiolae quae magno Duci Hetruriae paret, ad amnem *Fagnone*, in limite Romandio ae Pontificiae, 4. milliaribus a Foro-Livio, & 8. a Britimonio in occaſum, 40. autem a Florentia varsùs Boream & Ravenna, a qua diſtat tantum 16. miliaribus.

Civitas vetus, *Civitavecchia*, oppidum Italiae, in ditione Pontificia, 40. milliaribus a Roma, in ora maris Mediterranȩi. Vide Centumcellae.

Civitas vetus, *Città vecchia*, ſeu *Medina* incolis, urbs Africae, Melitae inſulae alias praecipua, & in meditullio inſulae, in colle probè munita ac Equibus Melitenſibus, & alias obſeſſa a Turcis irrito conatu.

Cius, *Iſchia*. teſte Ortel, fluv. Thraciae, ſeu Myſiae infer. in conf. ex Rhodope monte manans, ac per Myſiam in Danubium influens: ad quem & Cium opp. teſte Anton. Sed Cium apud Anton ultra Doroſtorum & Axiopolim erat. Cuius item Plin. fluv. & opp. phrigiae. Vide Cios. Pl. Ort.

Cius, aliis *Cio* dictus, fluvius eſt Bulgariae. Oritur ex Rhodope monte, & in Danubium influit prope Duroſtorum oppidum.

Ciraza caſtellum erat paphlagoniae apud Amiſum urb. Stiphanae paludi, impoſitum.

Cladaus, Cladeus Pauſ. fluv. Elidis, in Peloponneſo, qui apud Alten in Alpheum labitur.

Claeon fons eſt phrigiae, apud Celaenas, ſaxa egerens, ut ſcribit Plin. lib. 31. c. 2.

Clagenfurtum, *Clagenfurt*, oppidum amplum Germaniae in Carinthia provincia, 2. milliaribus à Savo fluvio. Quod aliis eſt Claudia, aliis autem longè differt.

Clameciacum, *Clamecu*, oppidum Galliae, in Nivernenſi provincia, ad Icaunam fluvium, 9. leucis ab Altiſſiodoro in auſtrum, & totidem circiter à Charitate in ortum: ibique reſidet Epiſcopus Bethleemenſis dictus.

Clampetia, *lo Cetraro*, opp. Brutiorum, in ora litor. citer. Calabriae. Vide Lampetia.

Clands, *Glan*, teſte Laz. fluv. Vindelicorum, in Bavaria, in Danubium decurrens, non in Iſtrum, ut in Dheſ. Ling. Lat.

Clanis *le Clain*, fluvius Calliae, in Pictavenſi regione. Pictavium rigat, & poſtea in Vigennam ſe exonerat paulò ſupra Caſtrum Geraldi. Dicitur etiam Clanius à quibuſdam.

Clanis, Glanis Plin. *la China*, fluv. & palus Hetruriae, ex agro Aretino in Tiberim unà cum Pelia, cui commiſcetur, paulò ſupra Oropitum urb. infra eandem urbem influens. Huius mem. Sil. lib. 8.

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Clanis palus, *le Chiane*, palus oblunga; & per aliquot milliaria extenſa, inter ditionem Summi Pontificis & Hetruriam; cuius pars auſtralis versùs Cluſium & Civitatem plebis efficit amnem Clanim, *Chiane*, qui in peliam fluvium ſe exonerat paulo ſupra Herbanum, in ditione Summi Pontificis. Pars autem Borealis, quae & maior, verſus montem Poltianum, & Aretium in Arnum fluvium labitur, in ditione magni Ducis Hetruriæ.

Clanius, *l'Agno*, teſte Amar. Leone, fluv. campaniæ, ex mont. Tiphata oriens, ac juxta Acerras, et Atellam ſive Averſam, urbes, ac Linternum decurrens, Linternamque creans paludem in ora littorali. De quo Virg. lib. 2. Georg.

-Vicina Veſevo
Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

Clanum, opp. Gall. Narbon. Vide Glanum.

¶ Clara, *Clare*, oppidum Angliæ, in Suffolcia comitatu prope fluvium, et comitatum Eſſexiæ, 13 milliaribus a cantabrigia. Quod ab aliis clarentia dicitur; eſtque Ducatus titulo inſignitum.

¶ Clara, urbs Hiberniæ, comitatus cognominis caput, in connacia regione, in receſſu Sinei fluvij. Diſtat 18. milliaribus a Limerico in occaſum.

¶ Claraſcum, *Chieraſco*, Gallis *Quieraſque*, oppidum munitum Italiæ, in Pedemontio, notum pace ibi confecta anno 1621. Sedet ad Tanarum fluvium, ubi recipit Sturam. Aliis eſt carrea, vide ibi.

Claravallis *Clevaulx*, et Italis *Chiaravalle*, opp. Gall. celt. in Burgundiæ, Duc. apud Albam fluvium, et finis Lingonum. Alterum in Burgundiæ com. in Sequanis, ad Mubim. fluv. inter Veſuntionem metrop. S. et Mont. Bellicardum in Bor. vergentem 4 leuc.

¶ Claravallis, *Clairvaux*, monaſterium celeberrimum Ordinis ciſtercienſi, S. Bernardi pietate clarum in campania provincia, ad Albulam fluvium, 3. leucis a confinio Burgundiæ, medium inter calvomontium ad ortum, et Barium ad Sequanam in occaſum, 2 autem a Bario, ad Albulam in meridiem, in valle quæ antea Vallis Abſinthij dicta fuerat.

¶ Clarenna, oppidum vindeliciæ, nunc *Rain*, prope confluentes Lici in Danabium, in Ducatu Bataviæ inter Doaverdam, et Novoburgum, antea a Suecis malè habitum.

Clarentia, *Clarence*. Albionis, ac comitis titul. Angliæ, in Suthfolcia reg. juxta Eſſexiæ confinia, ad clarentium fluvium fere medium inter Londinum et Norvicum, ad 45 mill. diſtans utrinque.

¶ Camden. et aliis idem cum *Clare* opr. ad Sturam fluv.

Clareunzia, *Clarenza*, urbs Græciæ, in Peloponeſo, Ducatus titulo alias clara, et nunc regiunculæ caput, ad mare Jonium, alias Dyme dicta, vide ibi.

Clariacum, *Clery*, Pag. Aurelianenſis agri, ab Aurelianis 4. leucis. Bleſas versùs in occ. cujus fit mentio in vita S. Liphardi Abb.

¶ Clariacum oppidum eſt Galliæ, in provincia Aurelianenſi, inter Aurelias ad ortum, et Balgentiacum ad occaſum, celebris æde beatæ Mariæ Virgini ſacra & miraculis clara, ubi ſepultus Ludovicus XI. Francorum Rex.

¶ Clariacum, *Clerac*, urbs Galliæ, olim munita, in Aquitania, & Aginnenſi tractu, ad Oldum fluvium. qui paulo intra cadit in Garumnam, 4 leucis ab Aginno & 3 a Neraco. Ibi Abbatia celebris Canonicis Lateranenſibus aſſignata ab Henrico IV. Francorum Rege.

Clarinea, poſtea Gandavum, *Gent*, vel *Gendt*, urbs Belgii, in Flandria, maxima urbium Belgicarum, vide Gandavum.

Claritas Iulia, opp. Hiſp. Bæt. apud Aſpaviam, vide Attubi.

¶ Claromons, *Chiaromonte*, oppidum Siciliæ ſat lautum, intra montes, in Valle Neætiana, olim Gulphis dictum, 15 milliaribus a Terra nova in ortum, & totidem a Camarana in Boream.

¶ Claromontium, & Clarus, *Clemont*, urbs Galliæ, Alverniæ Provinciæ primaria, et epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Biturienſi, ampla, & bene culta. Sedet in colle, ad radices montium, in tractu Limania dicto, ad amnem *Arcier*, qui poſtea in Elaverim ſe exonerat. Vix uno milliari diſtat a Monferrantio, & fere 2 leucis à Rigoduno, 24 autem a Lugduno in occ. Crevit ex ruinis Gergoviæ. Ibi Concilium celebratum fuit an. 1005 ab Urbano II. Vide Gergovia.

¶ Claromontium, Clermont cognomento *en Beauvoiſis*, oppidum Galliæ, in Bellovacenſi agro, comitatus titulo celebre 5 leucis diſtat a Bellovaco in ortum, & totidem a Silvaneſto in Boream, 7. autem à Compendio.

¶ Claromontium Lutevenſe, *Clermont de Lodeve*, urbs parva Galliæ, in Occitania inferiori, cum caſtro ad amnem *Lergue*, inter Piſcenas, & Lutevam.

¶ Claromontium, *Clemont* cognomento *en Argonne* urbecula Galliæ, alias munita, in Ducatu Barenſi, & Comitatus cognominis caput, in colle; nunc eius mœnia ſunt diſiecta. Diſtat 6 leucis à Virduno in occaſum, & 3 à Fano D. Menehildis. Sedet iuxta amnem *Ayr*, & eius ditio annexa fuit regno Franciæ hiſce ultimis temporibus.

Claros, & Clarus, *Calamo* Soph. & Nig. inſ. maris Myrtoi, inter Coon & Leron proximas, à Coo 13. mill. paſſ. in occ. à Delo 60 in ort. ipſa 40 circuitu. *Strab.*
Ex ea Chios longè diſtans in Bor. conſpicitur. *Plin. & al.*

Claros etiam (non Clarium, ut Theſ. Ling. Latina) opp. fuit Ioniæ, cum monte & luco Apollini ſacro, qui propterea Clarinæus cognominatus eſt, apud Colophonem urbem, teſte Æliano cum Pauſ. Cujus mem. Ovid. lib. 1. Metam.

Et Claros, & Cenedos, paturæaque regia ſervit.

Clarus Fons, *Shirburn*, opp. Albionis, in Anglia, in * Somerſettenſi Com. a Sariſburia urbe 12 mill. paſſ. in occ. Bathoniæ urbi propior. Ubi olim ſedes fuit Sariſburienſis Epiſcopi. (* al. in agro Dorſettenſi, & ad maiorem utrinque diſtantiam.

¶ Clarus Funs, *Shirburn*: ſeu etiam *Sherborne*, oppidum eſt Comitatus, Dorceſtriæ, ad fontes amnis *Il*, *Strab.*
in confinio Somerſetenſi provinciæ 12 milliaribus Anglicis diſtat a Dorceſtria in Boream, & 24 a Bathonia in auſtrum.

Claſſis opp. fuit Æmiliæ, apud Ravennam urb. ubi nunc *S. Apollinare* cœnobium, teſte Hieron. Rubeo licet Blondo *Cardiano* lacus; nunc dici ab omnibus videatur.

¶ Claſſis, locus Æmiliæ, nunc etiam *Claſſe* dicitur, ubi ſupereſt tantùm cœnobium D. Apollinari dicatum; ibique *Candano* amnis in mare Adriaticum ſe exonerat, vix 3. milliaribus a Ravenna in auſtr.

Claſtidium, *Chiaſtezo*, vel *Chiaſteggio*, opp. Gall. Ciſpadanæ, in Liguria, & agro Ticinenſi, a Ticino 12 mill. paſſ. diſtans, inter Placentiam 24 a Dertonam 16 in via quæ Genuam ducit & Alexandriam.

Claſton; *Andviar*, teſte Gluſio, urbs Hiſp. Bæt. ad *Patero.*
Bætim fluv. in Vandalitia, inter Cordubam ad occ. & Ubedam ad ort. 12 leuc. Sed *Andviar* al. Illiturgi eſſe videtur, vel locus non longè diſtans.

¶ Claſton, oppidum Hiſpaniæ, quid ſit, non bene *Ant.*
conſtat; forſan Caſtulo antiquorum, vide ibi.

Claterna, Cliterna Plin. *Quaderna*, opp. fuit Æmiliæ, medium ferè inter Bononiam & Forum Cornelij, u- *Priov.*
bi adhuc fluviolus & locus nomen retinet: ſic enim prædium cœnobii ord. Servorum Bononiæ appellatur. Mela Claternam in Piceno deſcribit. Claterna ſub Gratiano Imperatore everſa traditur. *Cic.*

Claterna, opp. olim Apuliæ Dauniæ, nunc *Campo* *Virg.*
Marino locus appellatur, teſte Nig. De priore Mantuan. in villa refriger.

Qua mentana jugis undam Claterna ſonantem
Elicit.

In Theſ. Ling. Lat. malè ex Mela in Piceno locatur, & *Flaviano* indigitatur, cum ſit in Apulia, apud fines Frentanorum.

¶ Claterna, quæ nunc *Campo marino*, vicus Apuliæ, ad oſtia Fortoris fluvij, in provincia Capitanata, & in confinio Aprutii citerioris. Dicitur, & melius, Cliternia; diſtatque 2 milliaribus ab ora maris Adriatici.

¶ Clavaſium, *Chivano*, Gallis *Chivns*, oppidum Italiæ ſat munitum, in Pedemontio, iuxta Fadum fluvium ubi recipit Orcum, 12 milliaribus infra Turinum; et *Plin.*
13 ab Eropeam auſtrum.

Claudia, *klagenfurt*, teſte Luz. urbs Norici, in Carintia primaria, a Villaco 4 leucis Vitopoli propior, in- *Polyb.*
de 2 diſtans.

¶ Claudia eſt *Clauſen*, vicus haud procul ab oppido Marquarteſtein *in Bavaria, & lacu* Chiemſee, & forſan idem quod Claudium Ptol. Clureio teſte. *Ptol.*

Claudla, & Claudia caſtra, *Gloceſter*, urbs Albionis, in Anglia, ad Sabriam flav. ab Herefordia urbe 23. mill. in ort. Oxonium versùs, epiſc. ſub Archiepiſc. *Mel.*
Cantuarienſi.

¶ Claucia & Claudioceſtria, *Gloceſter*, aliis eſt Cleuum, vide ibi.

Claudia via, quæ a Milvio ponte inchoata, Fla-

miniæ jungebatur. Cujus mem. Ovid. lib. 1. de Ponto, eleg. 9.

Suet. *Spectat Flaminiæ Claudia juncta via*

Claudiæ aquæ, fontes duo apud urbem Romam, unus Cæruleus, alter Curtius.

Fort. Claudiomagus vicus erat Gall. Celt. in finibus Biturigum, apud Turonum confinia: de quo Fort. in vita S. Mart. l. 3.

Incola quem vicum vocitavit Claudiomagum.

Ptol. Claudiomerium, *Cormes* teſte Mol. opp. olim, nunc pag. Hiſp. in Gallæcia, in finibus Artabrorum.

¶ Claudiomerium, oppidum Callaicorum Lucenſium quibuſdam eſt *Brandomil:* vicus Galleciæ, ad Lezarum amnem: aliis autem eſt *Muros*, oppidum illius provinciæ, ad oſtium Tamaræ fluvii, 6. leucis a Compoſtella in occaſum, & 8. a promontorio Finis terræ in auſtrum.

Ptol. Claudiopolis, *Caſtamena*, & *Caſtromena*, urbs Bithyniæ archiep. in mediterr. apud Sangarium fluv. ſub qua metrop. erant Heraclea Ponti, Tium, Pruſia, Flaviopolis, & Hadrianopolis. Sed illi Heraclea metrop. effecta ſucceſſit. Thev. eſt *Conique*; urbs inter Caſtamonam & Sinopen; ſed hæc in Paphlagonia.

¶ Claudiopolis urbs fuit Ponti, ad Elatam fluvium Dicta fuit etiam Bithynium, *Caſtomena*, nunc Caſtaldo. Sed longè diſtat a Sangario fluvio in ort. 30. autem milliaribus ab ora Ponti Euxini, & paulo amplius ab Heraclea Ponti in auſtrum.

Pauſ. Ptol. & al. Claudiopolis etiam in Iſauria, quæ & Iſaura apud Ammian. & in Cilicia; epiſc. ſub Archiep. Seleucienſi, & nova Claudiopolis in Galatia, quæ an exſtent mihi incompertum eſt.

¶ Claudiopolis etiam urbs Aſiæ minoris in Cilicia ad radices Tauri montis, inter Comanam urbem & Cydnum fluvium. Sed quid ſit nunc, non conſtat.

Vet in Claudiopolis, *Klauſemburg* Germanis, & *koloſvvar* Hungaris, urbs Daciæ, in Tranſylvania, media ferè inter Albam Juliam, & Biſtritiam in Bor. diſtantem 6. leuc.

¶ Claudiopolis diſtat 14. milliaribus Germanicis a Varadino in ortum; eſtque urbs perampla & celebris, cum arce vetuſta. Ibi omnes Tranſylvaniæ conventus & iudicia provincialia a Principe exercentur. Sedet ad amnem Klein Samos dictum; ſeu parvum Samum. Caput eſt Comitatus Clocenſis 9. leucis diſtat ab Alba Julia Boream versùs, & totidem a Biſtricia.

Ptol. Claudivium, ſive, ut alii legunt, Claudionum *Ens* teſte Althamero, urbs Norici, in auſtria, ad Danubium, ubi is Aniſum fluv. excipit, a Lentia 4. leuc. in ort. apud Laureacum. Villanov. eſt *kloſternevvburg*, urbs Auſtriæ, ad Danubium, proxima Viennæ, ab ea 2. leuc. in occ. diſtans. Pyramio eſt *Metck*; opp. ad Danubium, fere medium inter Lentiam & Viennam ſupra 13. leuc. Lazio vero *klagenfurt*, de quo in Claudis: quod magis probo.

Plin. Claudius, mons Pannoniæ ſuper à Celeicenſibus in Stilia in ortum protenſus, variè ab incolis nominatus in Siria enim ad occ. *Vogel & Rochitzemberg*, ac *Im Zagor*, ad ort. in Hungaria *Motay*, *Monocz le*, *kiſdarnocz*, & *Vvereneze*, teſte Laz. nominatur.

Ptol. Claudus, inſ. maris Cretici, contra Criumetopon prom. Vide Caudo.

Ant. ¶ Claudus, inſula maris Cretici, contra Criumetopon promontorium Cretæ in auſtrum. Dicitur etiam Claudos, nunc autem *Gozo*; eſtque parvi circuitus.

Clavena, & Clavenna P. Diac. *Chiavenna*, Italis, *Claven* vel *Cleven* Germ. opp. Rhætorum, haud procul à Lario lacu, ab eo 16. mill. paſſ. in Bor. medium ferè inter Comum & Curiam Rhætiæ urbem 55. mill. paſſ.

Clavenna, *Cheavenne* Gallis, caput Comitatus cognominis. Sedet ad amnem Mairam, & ab ea dicitur etiam lacus Clavennæ, inde vix 5. milliaribus diſtans qui poſtea cum Addua fluvio in Larium lacum ſe exonerat. Urbs autem diſtat 46. milliaribus à Como, 38. a Curia, & 18. à Rheno fluvio.

Claverium, ſeu Clavarum, *Chiavari*, oppidum Italliæ ſatis cultum, in ora Genuenſi orientali, & parum à mari diſſitum, ad oſtia fluvii Anthellæ, vulgò *Lavagna*, in planitie, 25. milliaribus à Genua, & 5. a Rapallo in ortum. Antea dictum fuit Burgus longus, ut ego pluribus didici a Philippo Maria Bonino viro doctiſſimo, cui ut indigenæ fides adhibenda eſt. Civem, habuit Innocentium III. Pontificem Maximum.

¶ Clauſa, ſive Coveliacum, Tirolenſis Comitatus caſtrum, in alta rupe exciſſum vulgo *Clauſen*, ad Eyſocum amnem, inter Bolſanum & Brixinonem.

Clauſentum, *Sonbampton*, teſte Camd. opp. Albionis apud Ventam Belgarum, inter illam 10. & Regnum 20. mill. paſſ. ex itin. Anton. *Ant.*

¶ Clauſentum, urbs Angliæ, in littore, ad Triſantonis fluvij oſtia. Media eſt inter Ventam Belgarum ad Boream, & Vectim inſulam, in Antonia provincia; gaudetque portu percelebri & capaciſſimo in ora maris Brittannici, 20. milliaribus Anglicis a Regno ſeu Ciceſtria in occaſum, ad oſtia fluvii Antonis, nunc *Teſt* dicti.

Clauſtrini, pop. Daciæ Ripenſis, quorum opp. Ortel. dubitat an ſit *Glauſenburg*, cùm hoc longè diſtet à Ripenſi Dacia. *Lib. Not.*

Clazomenæ, Clazomene Plin. patria Anaxagoræ Cryna prius dicta, unde Apollo Grynæus appellatus, *Griene*, teſte Thev. al. *Urla*, urbs Joniæ marit. epiſc. ſub Archiep. Smyrnenſi, inter Smyrnam & Erythras proximas urbes. Ejus mem. Auſ. epigr. 123. *Strab. Ptol. & al.*

Et teris incluſas punica Clazomenas.

Non longè Clazomenia inſ. quæ & Maratuſſa; ubi primum Clazomenii habitarunt.

¶ Clazomenæ urbs fuit Aſiæ minoris, in Ionia, & in ora maris Ægæi & ſinus Smyrnæi, media inter Smyrnam ad ortum, & Chium ad occaſum.

Clene, fons Myſiæ Aſiat. ubi Rheæ Deæ ſacra fiebant. Cujus mem. Orph. in Argon.

E mediis manat; fontem vocat incola Clenen.

Clenus, *ta Clain & Clin*, fluv. Gall. ex montibus Lemovicum oriens, ac per Pictavos fluens, in Vigennam fluv. Pictavienſis reg. labens, qui & Clitis appellatur.

¶ Clenus fluvius, *le Clain.* oritur in confinio provinciæ Marchiæ Lemovicenſis, Pictavium urbem alluit, & poſtea in Vigennam cadit paulò ſupra Caſtrum Heraldi. Dicitur etiam Clanis, & a quibuſdam Clitis. ſed impropriè. *Tuon.*

Cleon, fons in Phrygia, apud Celænas, ſaxa egerens. Vide Clæon.

Cleonæ, Cleona Melæ, Cleone Plin. *Sanvaſili*, teſte Nigro, opp. olim, nunc pag. Argiæ reg. in Peloponneſo, inter Corinthum 10. & Argos 15. mill. paſſ. Mantiniæ ubi finitimum. Cujus mem. Ovid. lib. 6. Metam. *Plin. Strab. Pauſ. Ptol. & al.*

Meſſeneque ferax, Patraque, humileſque kleonæ.

Hinc Cleonæus nom. gent. Claud. lib. 1. in Ruſin.

Una Cleoneum paſcebat ſylva leonem.

Fuit & Cleone, op. Maced. inter Athon mont. & Pallenen.

Cleopatris quæ & Arſinoe. *Sues*, teſte P. Gyllio, *Batraru* al, urbs Ægypti, in intimo ſinus Arabici receſſu, à Peluſio 125. mill. paſſ. in ort. diſtans. *Strab.*

¶ Cleopatris, ſeu, & melius, Arſinoe, *Suez*, oppidum munitum Ægypti, in receſſus ſinus Arabici ſeu maris Rubri. Gaudet portu percommodo. Arabicè *Baraarn* dicitur; & diſtat 125. miriaribus a Peluſio in auſtrum. Sunt tamen qui credunt Arſinoen nunc *Azirut* dici, & diſtare 70. milliaribus a *Vvez* in auſtrum.

¶ Clepidava, oppidum Baſtarnarum, *kamieniec* teſte Cluverio, urbs Podolliæ munitiſima, in edito ſaxo, in regno Poloniæ. Vide Camenecia.

Clepſydra, fons Ithomæ mont. apud Meſſenem urb. Peloponneſi, urbi imminentis. *Pauſ.*

Cleſis apud neotericos, *Chieſe*, Cluſius veterib. fluv Cenomanorum, per agrum Brixienſem fluens: De quo Bapt. Mantoan. *Mant*

Pauperiore Vado Cleſis montanus ab ortu.

¶ Cleſis, *Chieſe*, fluvius Italiæ. Vide Clauſius.

Cleta, *Pietramala & Petramala*, teſte Barr. caſtellum Brutiorum, in Calabria citer. ad ſin Terinæum, & ad oſtium Sabbati fluv. inter Mamertum ſive Martoranum urb. unde 4. mill. abeſt, & Nuceriam ſive Terivam in auſt. al. 4. mill. *Lycop*

Clevum *Glouceſter*, teſte Camd. urbs Britanniæ, ſive Angliæ, ad Sabrinam fluv. epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſi, quæ & Claudia, & Glovernia dicitur, à Londino 80. mill. in occ. diſtans Herefordiam versùs. Sed potius opp. exciſum eſt apud Gloceſtriam, & locus adhuc *Clev.* dicitur. *Ant.*

¶ Ci-

¶ Clevum. *Glocaſter* vulgò, urbs Dobunorum, in Anglia, Ducatus titulo inſignita, & caput regionis cognominis. Dicta fuit etiam Claudia, nunc Glocellria, & a Britannis *Caer Glovi*, teſte Camdeno. Epiſcopalis facta fuit Henrico octavo Regæ. Diſtat 18. milliaribus à Vigornia in auſtrum, & 26. à Bathonia in Boream; eſtque ampla & elegans.

Clibanus, M. *Viſardo*, teſte Barrio, mons magnæ Græciæ, in Calabria ulter. apud Siberenam urb. inter illam & Petiliam. Al. vero apud Lacinium prom. Sed Cellò Cittad. *li Bollenti di Solano* dicitur, in ſummitate mont. Apennini, inter Coſentiam & Rhegium occurrens. Fuit & opp. Iſauriæ, teſte Plin.

Clides, *Capo di S. Andrea* prom. Cypri, in ora orientali, ubi 4. inſulæ parvæ ejuſdem nominis ſunt, teſte Thev. In Theſ. Ling. Lat. ponuntur ante Aſiam cum ſcribendum eſſet ante Cyprum.

¶ Cilipenus ſinus, *Golfe de Livonie*, ſinus maris Baltici, inter provincias Livoniam & Curlandiam excurrens, ad Rigam; unde dicitur etiam hodie *Golfe de Rige*, & recipit fluvium Duinam.

Climax, mons Phœnicis, apud Byblum urb. à Tyro 100. ſtad. diſtans, *Paſſo di Cane* incolis dictus, teſte Nig. Climax quoque apud Strab. Anguſtia eſt mont. Tauri, apud Selgam urb. Piſidiæ. Eſt & mons Pamphyliæ, teſte Strab. niſi ſit idem cum ſuperiore.

¶ Cliſſa, *Cliſſa*, arx Dalmatiæ, in monte, valde munita, Slavè *Klis*, olim Audetrium, ut opinatur Ioannes Lucius cui ut indigenæ fides magis adhibenda eſt. Diſtat 10. milliaribus à Spalato in Boream, & totidem ab ora maris Adriatici. Ante aliquot annos à Venetis capta, ipſis etiamnum ſubeſt.

Cliternum, *Celano*, teſte Molet opp. Latii, in Marſis, apud lacum Fucinum, inde ad 3. mill. paſſ. quod alii in ipſa lacus ripa interiiſſe ſcribunt, in finibus non Marſorum, ſed Æquicolarum, in Theſ. Ling. Lat. Cliternia dicitur ex Pomp. Mela, Cliternini pop. Plin.

¶ Cliternum Cluverio fuit oppidum Marſorum, prope Apenninum, & longè a lacu Fucino. Sanſoni autem oppidum Æquorum, versùs Anienem. Sed quid ſit nunc, non conſtat.

Clitis, *Clain*, fluv. Pictavorum, cum Vigenna in Ligerim, influens, qui & Clenus Turon. Vide ibi. De eo Sidon. in paneg. Majorano, ubi Clinis legendum videtur.

Clitis, Elaris, Atax, Vahalis, Ligerique bipenni
Exciſum.

¶ Clitis, fluvius Galliæ, *le Glain*. Pictavium rigat Vide Clanis.

Clitor, Cletor Xenoph. Clitorium Plin. Clitore Liv. *Clitorio* adhuc & *Gardichi* Nigro, opp. Peloponneſi, in Arcadia cum Clitorio fonte & flu. Stymphalo Mantiniæque finitimum. Stat. lib. 4. Theb.

Et rapidus Clitor, & qui tibi Phytie Ladon.

Aqua Clutorij fontis pota vini guſtum aufert, teſte Ovid. lib. 15. Metam.

Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit,
Vina fugit; gaudetque meris abſtemius undis.

De qua re Plin. lib. 31. c. 2.

Clirumnus, *le Vene*, fluv. Umbriæ, (non Mevaniæ. ut in Theſ. Ling. Lat. ubi Mevania cum ſit opp. ponitur reg. Umbriæ (apud Trebiam exoriens, ſtatimque totius emergens, juxta Mevaniam decurrens, ac in Tiberim labens. Boves epotus candidos facit, teſte Plin. Mem. illius Proper. lib. 2. eleg. 15.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
Integit.

Claud. de vict. Stilic.

Quin & Clitumni ſacras victoribus undas,
Candida quæ Latiis præbent armenta triumphis.

¶ Clitumnus, *Clituno* etiam nunc dictus, fluvius eſt Italiæ, in Umbria. Oritur in loco dicto *Vene* ex tribus fontibus in clivo, infra vicum *Campello* dictum, 2. milliaribus à Trebia Spoletum versùs, ut ego pluries vidi. Mevavium rigat, & in Tineam fluvium ſeu Topinum ſe exonerat, & cum ipſo poſtea in Tiberim labitur.

¶ Clivenſis Ducatus, *t' landt van Cleef* incolis, *pais de Cleves* Gallis, regio Germaniæ à Rheno fluvio bipartita. A Rhinoberga ad Moſam & Vahalim uſque extenditur; ſubeſtque dominio Electoris Brandeburgici Ibi urbes præcipua ſunt Clivia, caput provinciæ, Weſalia, Calcaria, Emmericum, Geneppum, & Duisburgum.

Clivia, Cleve, urb. Germ. infer. inter Moſam & Rhenum, Clivienſis Duc. caput. Arx Clivenſis ex antiq. inſcrip. ibi reperta, à clivo, in quo à Cæſ. condita fertur, ſic dicta; pendet enim versùs Rhenum inſtar clivi. Abeſt à Col. Agripp. 16. leuc. in Bor. à Noviomago urbe primaria Geldriæ Duc. 5. Eumenius Rhetor Auguſto clivenſes hic loci memorat. *Eumn.*

Clivis Scauri, locus Romæ, ubi templum S. Andreæ Apoſtoli. *Priov.*

Clidus cucumeris, locus urbis Romæ. *Rom.*

Clocheria, *Clogher*, urbs Hiberniæ epiſc. in Ultonia reg. ſub Archiep. Armacano. *Martyrol.*

¶ Clocheria, ſeu Clogeria, ſita eſt in Comitatu Monaghano in colle, juxta amnem *Blakvvater*, 20. milliaribus Anglicis ab Armacho. Paucis nunc conſtat incolis. *Plin.*

Clodia Foſſa, poſtea Clugia. *Chioza*, urbs Venetiæ marit. epiſc. ſub Patriarcha Veneto; inter Venetias & Hadriam urb. 25. mill. paſſ. ad oſtium Bachilionis fluv. & Brundulum portum.

¶ Clodia Foſſa ſeu Foſſa Clodia, urbs eſt ditionis Venetæ, & in inſula parva maris Adriatici, cum portu, 25. milliaribus à Venetiis Loredum versùs, & prope Brendulum inſulam. Crevit ex ruinis Metamauci; fuitque celebris victoria Genuenſium anno 1380. *Mel.* *Ptol.*

Clodianus, *Fluvian*, teſtibus Flor. & Varrerio, fluv. Hiſp. citer. in Catalaunia, inter Emporias & Rhodam opp. mari exceptus. *Prov.*

¶ Clodianus eſt *Llebregat*, annis Cataloniæ, teſtibus Sanſobe & Brietio. Oritur ex Pirenæis montibus prope Iuncariam oppidum, & in mare Mediterraneum ſe exonerat prope Rhodam arcem. *Rom.*

Clona, *Clon*, urbs Hiberniæ epiſc. ſub Archiep. Caſſilienſi, in ora auſtrali Momoniæ reg. marit. à Corcagia urbe 10. mill. paſſ. in merid, totidem à Liſmora.

¶ Clona, *Cloney*, urbecula Hiberniæ, in Momonia provincia & Comitatu Corcagienſi, 4. milliaribus a littore maris Vergivij, 15. à Liſmora in auſtrum, & totidem à Corcagia in ortum.

¶ Clonfertia, *Clonfert*, urbs Hiberniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tuamenſi. Sedet in Connacia provincia & Comitatu Gallivenſi, ad Sineum fluvium, qui paulo ſupra recipit SuKium fluvium. Diſtat 28. milliaribus Anglicis à Galliva in ortum, & 9. ab Atlona.

Cloſtra Romana opp. fuit Latii, in ora, apud Circeios & Nymphæum fluv. *Plin.*

Clota, Glota Tac. poſtea Gluda, *Cluid & Clyd*, teſte Hect. Boetho, fluv. Britaniæ ſecundæ, hoc eſt, Scotiæ, ex Grampio monte in occ. per Glaſquum urb. fluens. *Pto'.*

¶ Clota, *Clyd*, ſeu *Cluyd*, oritur in Gludeſdalia provincia, ubi Glaſcoviam rigat; deinde inter Lenoxiam & Cuninghamiam provincias labitur, & in mare Hibernicum ſe exonerat ad Glotæ ſeu Glottæ æſtuarium.

Cluanum, *Kiloom*, urbs Hiberniæ epiſc. ſub Archiep. Armacano, in Connacia reg. potius *Clon* eſſe videtur ſub Archiep. Caſſilienſi, in Momonia, Clona etiam Latinè dicta, ut ſuprà ſuo loco. *Scripr. Brit.*

¶ Cluda, *Cluyd.* fluvius Scotiæ meridionalis. Cludeſdaliam provinciam bifariam ſecat, Glaſcoviumque rigat, & dein in æſtuarium Glottæ. *Frithef Clyd* ab eo ſtictum ſe exonerat. Aliis eſt Glotta & Clota. Vide ibi.

¶ Cludeſdalia, aliis Glottiana, *Cluydeſdale*, provincia Scotiæ meridionalis in mediterraneis. Ili urbs præcipua Glaſcovium, archiepiſcopalis, ad Cludam fluvium.

Clugia, urbs Venetiæ littorea. Vide Clodia Foſſa.

¶ Cludera, *Clundert*, oppidum Belgij permunitum, in Brabantia, in ditione Hollandorum. Vix una leuca diſtat à mari & à Guillelmiſtadio, & 2. tantùm à Breda in occaſum; eſtque in inſula Rugenillenſi.

Clunia, *Corunna del Conde.* Cluſ. & Flor. urbs olim præcipuas ac conventus juridicus Hiſp. Tarracon. in Arevacis, nunc pag. apud Durium fluv. Arandæ opp. finitimus. Licet Ambr. Mor. nunc *Civtdal de Caſtro*, & alibi *Calahorra* locum indigitet. Prior ſententia probabilior eſt. *Plin.* *Liv.* *Plutia* *& al.*

Cluniacum, *Clugny*, pag. Gall. Gelt. cum cœnobio, in Burgundiæ Duc. apud Matiſconam urb. inde Auguſto unum versùs 5. leuc. ſive apud Auguſtodunum, à quo 2. leuc. abeſt, Tinurtium versùs 18. *Martirol.*

¶ Cluniacum Abbatia eſt percelebris, & caput Ordinis Cluniacenſis, in Matis conenſi agro, ad amnem *Groſne*, 4. leucis a Matiſcone in occaſum, 13. ab Auguſtoduno in auſtrum, & 6. a Caroliis, quot a Tinurtio circiter.

Clupea * Clypea Ptol. Quipia, teſte Marm. urbs Afri- *Plin.*

Africæ marit. apud Hermeam prom. olim epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, à Siculis condita, teſte Sol. à Carthagine 85. mill. paſſ. in ortum. Luc. lib. 4.

Et Cluteam, tenuit ſtationis littora nota.

Hic ſcorpiones, ſicuti nec in Galata inſ. non vivunt (* manuſc. Seld.)

Hor. Cluſini fontes. *Bagni di S. Caſſiano*, teſte And. Bacio, balnea Tuſciæ, in territ. Cluſino, inter Aquulam opp. & Cluſium urb. ad 6. mill. paſſ.

Polyb. Strab. & al. Cluſium, *Chiuſi*, urbs Hetruriæ antiquiſſima, ac ex primis Tuſcorum coloniis, Porſenæque Regis ſedes, nunc penè ob aeris inſalubritatem deſerta, in colle, apud Clanim fluv. non longè decurrentem, epiſc. ſub Archiep. Senenſi, inde 40. mill. paſſ. à monte Politiano 12. in ort. Hinc Cluſinus nom. gent. Sil. lib. 5.

Hinc Cluſina petat, poſtremo ad mœnia Romæ.

¶ Cluſium ſedet prope Clanim paludem, in dominio magni Ducis Hetruriæ; ſed in confinio ditionis Pontificiæ & agri Peruſini. 5. milliaribus diſtat a Civitate Plebis, & 20. a Peruſia in occaſum, 10. autem a lacu Traſimeno; eſtque in ea regiuncula quæ *Val de Chiana* dicitur a Clani palude ei adjacente.

Plin.] Cluſium novum, *Chiuſi*, opp. ſive caſtrum Hetruriæ, in agro Aretino, ubi & Cluſinus ager vulgò il Caſentino, apud montem Alvernum.

¶ Cluſium novum, *Chiuſi*, caſtrum eſt Hetruriæ, ad radices appenini, prope fontes Tiberis fluvij, & 4. milliaribus tantum ab Arno, in colle.

Polyb. Cluſius, *Chieſe*, flu. Cenomanorum, in Venetia reg. per agrum Brixianum ex lacu Idrio in Olim fluv. influens. Hic Cleſis à recentioribus nominatur Vide ibi.

Ptol. Patere ¶ Cluſius, fluvius Italiæ, ortus in Tridentina regione, per Edrinum lacum & Brixianum agrum fluit; ubi rigatis aliquot locis minoris notæ, in Ollium fluv. labitur juxta Canetum oppidum ditionis Mantuanæ, quod alias Bedriacum dictum.

¶ Clydeſdalia, *Cluydeſdale*, provincia Scotiæ meridionalis, à Clyda fluvio quaſi bifariam ſecta. Ibi urbs Glaſcovium, totius tractus primaria. Vide Cludeſdalia.

Plin. Clylipenus ſinus, Venedicus, Ptol. maris Baltici pars Pruſſiam Livoniamque alluens, quod Germanis *Friſchaff.* teſte Ortel. appellatur; vel *Pantzervvick* al.

¶ Clylipenus ſinus, *Golfe de Riga* Cluveria. Vide Clilipenus.

Lib. Conc. Clyzomene, *Tegiur Zair*, teſte Leuncl. opp. Bithyniæ, inter Nicæam & Nicomediam ſitum.

Cnacalous, mons Laconicæ, apud Gythium opp. in ora: qui & Cnacadium.

Pauſ. Cnemis, Cnemides Melæ & Ptol. opp. Bœotiæ cum monte cognomine, in ora, Opunti finitimum, ex quo Locri Epicnemidij cognominati. *Eretia* hodie nonnullis eſt.

Plin. Strab. Cnidus, Gnidus Plin. & al *Stadia*; *Capo Crio* teſte Soph. *Chio* al. urbs Cariæ, & prom. quod inter oram auſtralem & occiduam in mare velut peninſula procurrit contra Niſyrum inſ. urbs epiſc. ſub Archiepiſc. *Strab. Pauſ. & al.* Stauropolitano, olim ex primis, nunc *Stadia*. Ejus mem. Ovid. lib. 10. Metam.

Piſcoſamque Cnidod, gravidamque Amathunta metallis.

Hic erat Veneris imago, opus Praxitelis inæſtimabile, ubi & ipſa Venus colebatur.

¶ Cnidus, urbs Doridis, in Caria, nunc *Gnido*, cum promontorio cognomine in peninſula, inter Ceramicum ſinum & mare Carpathium. 70. milliaribus diſtat ab Halicarnaſſo in occaſum. Vide Gnidus.

Cnoſos, urbs Cretæ exciſa. Vide Gnoſſus. Unde Cnoſius nom. gent. Virg. lib. 3. Æn.

Placemus, ventos & Cnoſia regna petamus.

¶ Coama, *Coame & Cuame*, fluvius Africæ meridionalis, in regno Menomorapæ, ex lacu *Zachaf*, & in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat prope Zofalam urbem in Cafreria regione.

¶ Coanze, *Coanze*, fluvius Africæ, in parte meridionali regni Congi, verſus regnum Angolæ. Exit ex lacu *Zaire*, & in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat prope urbem S. Pauli de Loanda.

Luc. Coatıæ, ſeu Coactıæ (non Coaſtræ, ut in Theſ. Ling. Lat.) apud Luc. pop. Ghoatram mont. inter Aſſyriam & Mediam (non in India, ut in Theſ.) incolentes, Luc. lib. 3.

Æthera tangentes ſylvas liquere Coatræ.

Sunt qui ſylvas tangentes æthera ob maximam arborum proceritatem accipiant. Alijverò ad mont. Choatram id referunt, quod veriſimilius eſt.

Cobiomagum locus erat inter Narbonem & Toloſam, in Gall. Narbonenſi. *Cic.*

¶ Cobiomagum, locus, nunc *Cabaignac* dictus; eſtque prope fontes amnis *Girou*, in Occitania, inter Toloſam & Carcaſſonem, in Auracienſi tractu, 3. leucis à Pontiopoli in occaſum.

¶ Coburgum, *Coburg*, oppidum Germaniæ, Ducatus titulo clarum, in Franconia, & in dominio Principum ex familia Saxonica. 6. leucis diſtat a Baberga in Borea; eratque olim pars Comitatus Hennebergenſis. Vide Melocabus.

Cocanicus, lacus Siciliæ, in ora auſtrali, apud oſtium Drilli fluv. inter Camarinam & Heracleam, cujus aquæ circa ripas æſtate in ſalem convertuntur teſte Faz. Sicque etiam hodie nominatur. *Plin.*

Coccygius, mons Argiæ, in Peloponn. ad Inachum fluv. qui & Dycejus, teſte Plut. *Plut.*

Coccyum, *Cockle*; teſte Camd. opp. Britanniæ, in Anglia, in Duc. Lancaſtrenſi. *Ant.*

Cocconagra, *Cianganor*, teſte Mercat. urbs Sinarum marit. *Ptol.*

¶ Cocionagora, Sanſone teſte, fuit urbs Indiæ extra Gangem, ubi nunc forſan *Arrhem*, urbs inſulæ Sumatræ præcipua in ora Boreali.

¶ Cocermutium, *Cokermouth*, oppidulum Angliæ, in Cumbria provincia, ad Coceram amnem, 5. milliaribus Angelicis ab ora maris Hibernici.

¶ Cochinum, *Cochin*, urbs Aſiæ, in India, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Goano. Dicitur etiam Colchi, & Cotſiara. Vide tibi. Eſt caput regni, in ora Malabarica, aliàs ſub dominio Luſitanorum; ſed recens capta à Batavis; ipſis etiamnum ſubeſt.

¶ Cocinchina, *Cocinchine*, regnum Aſiæ, in India ulteriori, ubi aliàs Sindi populi, juxta ſinum magnum qui nunc ab ea dicitur ſinus Cocinchinæ. Habet ab oriente ſinum prædictum, à meridie regnum Ciampæ, ab occidente Cambojam & Laos populos, & a ſeptentrione regnum Tunchini. Dividitur in ſex provincias; & aliquando Cocinchina cum Tunchino dicitur uno vocabulo regnum Annanum ſeu Annamiticum.

Cocinthum, & Cocynthum, *Capo di Stilo*, prom. magnæ Cræciæ, Siculum ab Jonio mari diſſeparans teſte Plin. à Scylacio urbe 22. mill. paſſ. diſtans Vide Carcinum. Hinc Cocynthius nom. gent. Ovid. lib. 15. Met. *Plin.*

*Saxa fugit: dextra prærupta * Cocynthia parte.*

(* ubi tamen vulgaria exemplaria habent *Ceraunia*.)

Cocytus, fluv. Campaniæ exiguus, in Lucrinum lacum influens: qui à Poetis fluv. inferorum nominatur ſeu fingitur. De quo Virg. lib. 6. Æn. *Ant. Sil.*

Cocytuſque ſinu labens circumfluit atro.

Eſt & Cocythus fluv. Epiri. Hinc Cocythia ſacra, quæ Proſerpinæ apud inferos fiebant.

Codania, *Copenhagen*, urbs Daniæ regia, in Silandia inſ. quæ etiam Gaphnia Latinè nominatur, à Luceba urbe Saxoniæ 35. leuc. in Cæc.

¶ Codania, *Copenhagen*, urbs Daniæ. Vide Haphnia.

Codanonia, *Zeelandt*, inſ. maris Baltici, in regno Daniæ, teſte Ortel. quæ & Silandia dicitur, in ſinu Codano, à quo nomen accepit. Vide Hemodes. *Virg.*

¶ Codanonia, inſ. ſinus Codani, nunc Zelandia inſula, *Zeeland* incolis, totius Daniæ præcipua, inter Scaniam ad ortum, & Fioniam inſulam ad occaſum, ubi Haphnia totius Daniæ primaria, juxta Sundicum fretum. Vide Zelandia & Seladia.

Codanus ſinus, mare quod ex Oceano Germanico terras ingreditur, inter Cimbricam Cherſoneſum & Scandinaviam, longèque & latè inter ipſam Scandinaviam ad Bor. & Germaniam ad merid. diffunditur, appellaturque ab alijs Balticum, vulgò *Cuelth.* Alij *der Sundt* indigitant. *Mel.*

¶ Codanus ſinus, mare quod inter Scandinaviam & Cimbricam Cherſoneſum longè lateque terras ſubit ad inſtar ingentis ſinus, rigatque etiam oram littoralem Germaniæ & Poloniæ. Dicitur aliter Suevicum mare ſeu Balticum *die Belth* ſeu *Ooſtzee* Belgis, *la mec Baltique* Gallis, *Warczkovie more* Ruſſis: cujus partes ſunt Botnicus ſinus, & Finnicus ſinus; quanquam ſint qui credant Codanum ſinum eſſe tantùm illam partem maris Baltici quæ eſt inter Jutiam, Scaniam, & Norvegiam, ubi inſula Codanonia.

Coddura, *Gandavari*, teſte Caſt. qui multoties divinare videtur, urbs Indiæ citer. in ora littorea. *Pto*

¶ Cod-

¶ Coddura, urbs Indiæ intra Gangem, verſùs oram ſinus Gangetici, nunc forſan *Condur*, oppidum regni Biſnagaris, aliquot milliaribus diſtans ob ora.

Codropolis opp. fuit in conf. Illyrici & Macedoniæ, apud Liſſum urb. terminus) teſte App.) Imperij inter Auguſtum & Marc. Antonium diviſi.

¶ Codropolis, teſtis Joanne Lucio, locus in Carnis, qui nunc *Codriopo*, in Foro Julij, juxta amnem Stellam 18. milliaribus à Palma Nova in occaſum, & 12. ab Utina.

Cœle, anguſtiæ ſive fauces montium Theſſaliæ, & Epiri, circa Pindum & Oeten.

* Cœlemba, urbs Gedroſiæ, in Indiæ conf. *Campaia* hodie dici videtur. (* lib. Græc. habetur Palat. Seld. manuſc.

Cœleſyria, i. e. Cava Syria, pars Palæſtinæ, in qua Damaſcus, Cæſarea Philippi, Heliopolis, & aliæ urbes continentur. *Boca* & *Bocalbalbec*, teſte Poſtello; ſic à *Balbec* urbe, quæ & Heliopolis à veteribus dicitur. Aliæ item urbes in Cœleſyria, ut pars eſt Syriæ, locantur; uti Antiochia, Hierapolis, Apamea, Laodicea & Palmira..

¶ Cœleſyria pars eſt Syrie, inter Syriam propr. Phœniciam, & Paleſtinam, quæ nunc ſimul cum Syria *Souriſtan* dicitur ab indigenis, & *Sourie* ab Europæis; ubi Damaſcus, Cæſarea Philippi, & Heliopolis. Sed Antiochia, Apamea, Laodicea, & Palmira ſunt in Syria propria, & longè à Cœleſyria in Boream.

Cœliobriga, urbs Cœlerinorum, in Hiſp. Tarrac. *Berganza* Coquo.

¶ Cœliobriga Celerinorum, *Barcelos*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, & alias Callaicorum Braccariorum nunc oppidum Portugalliæ, Ducatus titulo inſignitum, ad Cavadum fluvium, medium inter Braccaram Auguſtam & Oceanum Occident.

¶ Cœliomons, ſeu Cœlius mons, urbs Vindeliciæ olim, nunc vicus *Kelmuntz*, haud procul à fluvio Ilaro, & oppido *Munchrot*, in Suevia provincia Germaniæ, teſte Cluverio. Tribus leucis diſtat à Meminga in Boream Ulmam verſùs.

Cœliomontana porta, *Porta di S. Giovanni*, una ex portis urbis Romæ, quæ & porta Latina nominatur, teſte Marliano; unde via Latina inchoabat.

Cœlius, *M. di S. Giovanni Laterano*, unus ex 7. urbis Romæ collibus, in quo baſilica Lateranenſis exſtructa eſt. De quo Ovid. lib. 3. faſt.

Cœlius ex alto qua mons deſcendit in æquum.

Cœlos. Cœla Amm. urbs Cherſoneſi Thraciæ, inter Cardiam & Eleam, ſive Elæum, ubi Lacedæmonij ab Athenienſibus mari ſuperati, inſigni clade affecti ſunt.

¶ Cœlos portus oppidum fuit Cherſoneſi Thracicæ, ubi poſtea oppidum Alopeconneſus, prope inſulam Alope conneſum, in ora maris Ægæi.

Cœloſſa Strab. mons apud Phliuntem opp.

Cœmeteria urbs Romæ plura fuere: in quibus 1. Calepodij, via Aurelia, apud S. Pancratij templum 2. Commodillæ, via Oſtienſi, apud baſilicam S. Pauli 3. Domitillæ, via Ardeatina, apud Eccleſiam ſanctæ Petronillæ. 4. Priſcillæ, in eadem via, ubi etiam cœmeterium Baſilei 5. Balbinæ quoque in eademmet via. 6. Prætexti, in via Appia, apud S. Januarium. 7. Calliſti, extra portam Capenam, ad baſilicam S. Sebaſtiani. 8. Cyriacæ, via Tiburtina, apud baſilicam S. Laurentij extra muros. 9. Praxedis, via Salaria, apud ſacram ædem S. Sylveſtri. 10. Inter duas lauros, via Lavicana, apud ſanctæ Balbinæ, cœmeterium ad Urſum pileatum dicebatur. 11. Ad Inſalatas quoque via Portuenſi, apud Eccleſiam S. Felicis. (*Vide Catacumba*.

¶ Cœnica, regio Thraciæ cis Rhodopen, ſic dicta à Cœnis populis. Aliis eſt Cænica.

Cœnoneum *Laubenburg*, ſive *Lavven urg*, teſte Villanov. urbs Germ. in Saxonia, ad Albim fluv. Ducat. tit. ornata, inter Luneburgum 4. & Lubecam 8. leuc. in Bor.

¶ Cœnoenum urbs fuit Germaniæ & Angilorum, ſub Vindilis, quæ etiam Laciburgium dicta fuit, teſte Brietio, nunc *Lavvembourg*, ut aliqui opinantur, urbs ad Albim, & Ducatus caput, in Saxonia inferiori, 8. leucis ab Hamburgo in ortum.

Coequoſa opp. fuit Gall. Aquitanicæ, ab Aquis Tarbellicis 16. mill. paſſ. Burdigalam verſùs 48. ex itin. Anton:

¶ Coequoſa Sanſoni eſt Taſta, ſeu Datii, ad Aturum fluvium, vulgò *Acq.* unde populi Cocoſates.

Cogamus, fluv. Lydiæ, ad Tmoli mont. radices decurrens. De quo Plin. lib. 5. c. 29. *Plin.*

Cogedus, *Rio di Codes*, teſte Aria Mont. ſed Varrerio *Congedo*, fluv. Hiſp. Tarrac. in Aragonia, apud Bilbilim urb. in Salonem influens. Cujus mem. Mart. lib. 1. *Mar.*

Tepidi natabis lene Cogedi vadum.

Cogienſes pop. Venetiæ, quorum opp. *Conegliano* vel *Conegiam* amplum, quaſi Cogium, & Latino rec. Coneglanum, medium inter Tarviſium urb. & Sacillum opp. quoque amplum 12. mill. paſſ. *Plin.*

Cogienſes, populi Italiæ, ſub Venetis, quorum oppidum Concilianum, *Conegliano*, in Marchia Tarviſina, juxta amnem Muttecam, 6. milliaribus à Ceneta Tarviſium verſùs.

¶ Coguretum, *Cogoreto*, ſeu, ut pronuntiant Genuenſes, *Cogureo*, vicus Italiæ, in ora occidentali Genuenſi, celebris patria Chriſtophori Columbi, qui primus Europæorum Novum orbem ſeu Americam detexit anno 1492. Decem milliaribus diſtat a Savona in ortum Genuam verſùs.

Cojanca, *Valentia*, teſte Mariana, opp. olim nunc pag. Hiſp. Tarracon. in finibus Aſturum, apud Ovetum urb. in ejus agro.

¶ Cola, *Kola*, urbs & emporium Ruſſiæ, ad mare Septentrionale. Fluvium habet cognominem & lacum in Lappia Moſcovitica, inter Wardhuſium & mare album.

¶ Cola, ſeu Colena, *Colyland*, inſula parva & oblonga maris Scotici, inter Æbudas, & prope Mulam inſulam.

Colaicum, quod Cory & Calligicum Ptol. *Capo Comorin*. teſtibus Barrio ac Garcia, prom. auſtraliſſimum Indiæ citer. contra Taprobanam inſ. quod potiùs eſt Comaria apud Ptol. ab oſteo Indi, ſive à Diu urbe 270. leuc. in merid. diſtans. Mercator *Capo di Colle* interpretatur Colaicum. (* manuſc. Seld. *Plin.* *Ptol.*

¶ Colaicum promontorium quid ſit, non conſtat. Promontorium enim Comorinum dicitur, Comaria, & Comaria extrema Ptolomæo. Sunt qui credunt Colaicum ſeu Boli eſſe Malaccam urbem Aureæ Cherſoneſi, verſùs Sindas inſulas.

Colancorum, *Fridvvalde*, teſte Villanov. ex ejus conjectura, urbs Germ. in Marchia nova Brandeburgenſi, ab Angermunda 4. leuc. in auſtrum Francofurtum verſùs ad Oderam fluv. quæ & *Freienvvaldt*.

¶ Colancorum, Sanſone teſte, oppidum fuit Langobardorum Suevorum, ſub Vindilis, ubi nunc forſan Berlinum. *Ptol.*

¶ Berlin, ad Havelam fluvium, in media Marchia Brande burgica, & totius regionis præcipua, cujus ſuburbium *Coln.* etiamnum dicitur. Vide Berlinum.

Colania, & Coldana poſteriorib. *Coldingham*, teſte Camd. opp. Albionis, in finibus Damniorum ſeu in * Cornubia reg. citatur Ptol. apud quem non reperio hujuſmodi opp. (* Mercia reg. Scotiæ. *Plin.*

¶ Colania, oppidum Damniorum, nunc in meridionali parte regni Scotiæ, inter Tinnæ & Tuvæ fluviorum oſtia, in Marchia provincia.

Colapiani, pop. Pannoniæ ſuper in Liburniæ conf. per quos Saus & Colapis amnes fluunt. *Korbaten* reg. teſte Nig. dicitur. Latinè verò Corbavia, Croatiæ finitima, vel eadem aliis.

Colapis, qui & Calapis alicubi legitur, *Culp*, & *Krup*. teſte Laz. ac etiam *Culpa*, fluv. Liburniæ, in Saum fluv. ad Segeſticam inſ. ubi Siſcia urbs antiq. & Zagabria, quæ illi ſucceſſit in epiſcopatu, influens. *Strab.* *Plin.*

Colarni, pop. Hiſp. Luſit. juxta Tagum fluv. incolentes, in Extremadura reg. quorum opp. Colarmum apud Ptol. interiit. *Plin.*

¶ Colatio locus fuit in Norico, ad Sanam fluvium, prope Celejam, inter vicos *Altenburg* & *Presberg*, teſte Cluverio, & ſupra, in ſuperiori Carniola. Ejus vix ſuperſunt rudera.

¶ Colberga, *Colberg*, urbs Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, & in ora maris Baltici, cum arce munita, ſub dominio Electoris Brandeburgici, & antea Epiſcopi Caminenſis, in Caſſubia regione ad oſtia fluvij Perſanti. Diſtat 6. leucis a Coſtino in occaſum, & 3. a Treptavia in ortum. Capta fuit anno 1641. a Suecis poſt longam obſidionem, ſed poſtea reddita pace ad Monaſterium, & propter ſalis cocturam paulò infra urbem valde celebratur.

¶ Colceſtria, *Colcheſter*, urbs Angliæ, in Eſſexia provincia, ad amnem *Colne*, 6. milliaribus Anglicis ab ora maris

maris Germanici. Urbs eſt ampla, nota clade ipſi illata hiſce ultimis temporibus, & natalitiis divæ Helenæ Antea Colonia dicta fuit. *Ptol.*

Colchi, *Canancina* Caſtal. al. *Cochin*, urbs & empor. Indiæ citer. in ora urbs regia ſub Luſitanis, inter Calecutum ad Bor. 19. & Coryprom, ad auſtr. 36 leuc.

Colchi urbs Indiæ intra Gangem videtur eſſe, *Cochin* urbs munita & caput regni cognominis, in ora Malabaris 25 leucis Hiſpanicis a Calecuto in auſtrum, & 44. à promontorio Comorino in Boream, antea ſub dominio Luſitanorum, nunc autem a paucis annis capta à Batavis, ipſis etiamnum paret. Duplex eſt, ſuperior & inferior, quæ ad mare. Dicitur etiam Cochinum.

Colchi item, pop. Aſiæ, *Mengrelie*, oram maris Euxini orientalem incolentes, quorum reg. Colchis. Ovid. lib. 2. triſt.

Iazyges, & Colchi, Metereaque turba, Getaque.

Colchus item in ſing. apud Hor. in Poet.

Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.

Cic. Strab. & al. Unde & Colcha littora apud Flacc. & domus Colcha apud Ovid. 4. faſt.

Colchis, reg. Aſiæ, ad oram maris Euxini orientalem, inter Cappadociam ad auſtrum, & Sarmatiam ad Bor. Iberiæ & Albaniæ finitima ad ortum; *Mengrelia* nunc à Manralis pop. & Turcis *Caracomulù*, teſte Leuncl. cujus urbes olim primariæ, Phaſis, & Dioſcurias. Eſt & Colchis urbs Arm. majoris proxima Thoſpiæ, vulgò *Calpurt*, teſte Mol.

Colchis, regio Aſiæ, inter Pontum Euxinum ad occaſum, & Iberiam ad ortum, a qua ſeparatur Caucaſo monte. Nunc dicitur *Mengrelie*: eſtque pars Georgiæ regionis. Ibi incolæ pro majori parte ſunt Chriſtiani, & ſubſunt dominio proprii Principis, quanquam aliàs ſub clientela Turcarum. Habet Armeniam ad auſtrum. Sed longè diſtat ab Albania. *Strab. Ptol.*

Coldinga, *koldinguen*, urbs Daniæ, in Iutia meridionali cum arce *Arnſbourg* dicta, & portu in receſſu maris. Vix duabus leucis Germanicis diſtat à Fionia inſula, & 4 ab Haderslebia. Eſt ibi vectigal regium propter equos & boves, qui maxime numero per pontem in Holſatiam & ad Albim aguntur.

Strab. Colduli, pop. Germ. quorum opp. *Holetal* dicitur, teſte Laz. in Bohemia.

Coletiani, pop. Pannoniæ, quorum urbs Colocia eſt, teſte Ranzano, vulgò *Coloz*, archiep. ad ulteriorem Danubij ripam, à Buda 14. leuc. in Eurum. Vide ad Statuas Coloſſas. Sed Coletiani à Ptol. in Pannon. ſuper deſcribuntur: Colocia verò in inferiore ſita eſt. *Ptol.*

Coletiani populi fuere Pannoniæ ſuperioris, qui & aliis Coletani dicti, medij inter Vindobonam ad Boream & Pœtovionem ad auſtrum, ad pedes montium, & versùs fontes Arrabonis fluvij, ubi nunc confinia Auſtriæ & Stiriæ.

Colias prom. eſt Atticæ, apud Phalerum vicum, & navale. *Herod.*

Polyb. Pauſ. & al. Colicaria, *Calacari*. teſte Mutiano, vicus Galliæ Togatæ in via inter Bononiam & Veronam occurrens, inter Mutinam urb. & Hoſtiliam opp. ad Padum 25. mil. paſſ. diſſitus, apud Gabellum fluv. à Mirandula ad 8 mill. plus minùs.

Colippo urbs Luſitaniæ, apud oram inter Vlyſſiponem ad auſtrum, & Conimbricam ad Bor. exciſa, locus nunc S. *Sebaſtian*, teſte Gaſp. Varrerio nominatur apud Leiram urb. quæ illi in epiſcopatu ſucceſſit, (unde nova Colippo dici poteſt) ab Vlyſſipone 23 leuc.

Collatia urbs fuit Latij, in Sabinorum conf. ab urbe Romana 40 ſtadiis diſtans, ubi Lucretia matrona à Tarquinio Superbo per vim ſtuprata legitur. Nom. gent. Collatius, a, um. ut Collatius venter apud Plaut. in Curcul. pro magno & turgido in quem omnia edulia congeruntur. Sic enim ipſa urbs Sollatia dicta putatur, quod ad eam inſtaurandam pecuniæ vicinarum urbium conferrentur. Hinc porta Collatina, quæ nunc *Pinciana* dicitur. Cujus mem. Ovid. l. 2. faſt. *Plin.*

Accipit ærata juvenem Collatia porta.

Fuit & Collatina urbs Siciliæ à Decelia poſt reditum ab exilio exſtructa: cujus nullum cernitur veſtigium hodie.

Strab. Plin. Liv. & al. Collatia oppidum fuit Latij, ad Anienem fluvium, in via Tiburtina, prope confin. Sabinæ, cuius vix apparent rudera. Erat forſan ubi nunc Caſale, dictum *Cervaro*, aut in viciniis.

Collentum, inſ. Illyrici, quæ & Scardona nominatur a Ptol. & op. ejuſdem inſ. cujus pop. Collentini Plin. ſcribitur & Colentum unico *l*. ut in Theſ. Ling. Lat.

Collentum, urbs Dalmatiæ, versùs oram maris Adriatici. Nunc *Varcevo* dicitur, eaque fere media inter Iaderam ad occaſum, & Scardonam ad ortum, ſub dominio Venetorum.

Collina porta, quæ & Quirinalis & Salaria dicta eſt, una eſt Romæ portis: vulgo etiam *Salara*. Mem. Ovid. lib. 4 faſt.

Tempora frequentari Collina proxima porta.

Collis, *Colle*, urbs Hetruriæ epiſc. recens in colle, à Sena metropoli 12. mill. paſſ. Volaterras versùs.

Collis, *Colle*, urbs Thuſciæ. 15 milliaribus diſtat à Sena, & 4 a Poggio Bonitij, in colle, prope fontes Elſæ fluvij, in agro Florentino ſub dominio magni Ducis; eſtque parvi circuitus.

Collouſa, & Golvanſa quibuſdam, *Colonſa*, inſula maris Scotici, inter Æbulas, & prope Ylam inſulam.

Collops geminus magnus & parvus, urbs Africæ littor. in Maurit. conf. Magnus idem cum Cullu. Vide ibi. Parvus opp. eſt orientalius, nunc *Larobo*, teſte Mol.

Colma, *la Colme*, fluvius Belgij, in Comitatu Flandriæ. Pars eſt Agnionis fluvij, & per Vinocilorgam oppidum labitur, deinde in Oceanum Germanicum ſe exonerat.

Colmaria, *Colmar*, urbs Germaniæ, in Alſatia provincia, ad Hellelum fluvium, ſub dominio Regis Galliæ, vide Columbaria.

Colmartium, *Colmars*, oppidum Galliæ, in Provincia, ſatis munitim, ad Verdonem fluvium, versùs Alpes, & confinia Comitatus Nicienſis. Diſtat 6. leucis à Dinia in ort. & totidem à Sanilio in Bor.

Colocia, *Colocz*, Coloſſæ ſtatuæ Anton. urbs archiep. Pannoniæ infer. ad ulteriorem Danubii ripam, à Buda 14 mill. Hungaricis in Eurum Taurunum versùs.

Colocia; ſeu Coloza, *Colocz*, antea ad Statuas Coloſſas dicta, urbs eſt archiepiſcopalis Hungariæ, cui ſubſunt octo Epiſcopi, Sedet Danubium, infra Vriam inſulam dictam ſub dominio Turcarum. Deficit in dies 6 leucis diſtat à Quinque Eccleſiis. Vide ad Statuas Coloſſas.

Coloe, *Barcena* Mercatori, *Barva* Rhamuſio, palus Æthiopæ, ex qua Aſtapus fluv. qui cum Aſtabora & Nilo Meroen inſulam efficit, effluit.

Coloma, *Colomey*, urbs Poloniæ, in Ruſſia nigra, & regiuncula Pocutia, ad amnem *Prat*, versus confinia Moldaviæ, & 6 leucis ab Halicia in auſtrum, ad pedes montium. Male habita fuit a Coſaccis paucis abhinc annis.

Colomeriæ, *Colomiers*, oppidum Galliæ, in Bria regione, ad Morinum amnem, cum palatio Ducis Longovillani 6. leucis diſtat à Meldis in auſtrum, Provinum versùs.

Colone, *Griſo* Soph. & Nig. opp. Peloponnenſi, in Meſſenia reg.

Colone, ſcopulus Thraciæ, ad Boſporum Thracium *Cromnion*, teſte P. Gyllio.

Colonia, *Taxata*: urbs Cappadociæ, in Arm. minoris conf. epiſc. ſub Archiep. Sebaſtienſi.

Colonia Archelais, urbs Cappadociæ epiſc. ſub Archiep. Mociſſio inter Parnaſum ad occ. 62 & Saſima ad ort. 49 mill. paſſ. ex Anton. itin.

Colonia, *Colona*, opp. Hetruriæ parvum, apud lacum Prilem, Roſeto urbi finitimum. Eſt & Colonia, vulgò *Cologna*, opp. amplum Venetiæ, in agro Veronenſi, à Vicentia urbe 10 vel 12 mill. paſſ. in merid.

Colonia item, *Colne* Talboto *Colcheſter* Came. opp. Albionis, in Eſſexia Angliæ reg. Al. *Sudbury*. Sed Camd. & Talboto fides eſto.

Colonia urbs fuit Trinobantum in Anglia, quæ nunc *Codcheſter* dicitur, Camdeno teſte; ubi natam fuiſſe ſanctam Helenam Conſtantini matrem affirmant cives. Gaudet caſtro antiquo; eſtque ad amnem *Colne* dictum, in Eſſexia provincia, 5 milliaribus tantùm à Suffolcia provincia, & 35 à Londino in Cœdiam. Vide Colceſtria.

Colonia, *Coulonge*, urbs alias Allobrogum, nunc vicus Galliæ, ad Rhodanum fluvium, in Breſſia provincia & Geſſia regiuncula, ad radices Iuraſſi montis, prope Clauſulas e regione Sabaudiæ, & 5 leucis infra Genovam, quam credunt aliqui fuiſſe alias Coloniam Allobrogum.

Col Agrippina, *Coeln* & *Coln* Germanicis, *Cologne* Gallis, *Cologna* Italis, urbs libera Germ. infer. ad Rhenum, ampliſſima, archiep. (cujus Archiepiſcopus unus eſt ex Imperij Electoribus) ab Agrippina Neronis matre nominata, media ferè inter Magontiam ad

auſtrum, & Trajoctum inferius ad Bor. 25. leuc. circiter.

¶ Colonia Agrippina urbs eſt Imperialis & Anzeatica, ſui juris. 8. leucis Germanicis diſtat ab Aquiſgrano in ortum, 18. à Magontia, & 16. à Treveri in Boream, 5. autem a Juliaco in ortum; eſtque omnium urbium Germanicarum maxima. Habuit alias pontem ad Rhenum. Regio adjacens cis Rhenum dicitur *Stiſt van. Coln.* incolis, *Dioceſe de Cologne* Gallis, cujus caput Bonna; ſubeſtque tota dominio Archiepiſcopi. Vide Agrippina Colonia.

¶ Colonia Allobrogum, *Geneve*, urbs eſt Galliæ Narbonenſis, quæ Geneva, & alias etiam Genavæ dicta fuit. Sedet juxta fluvium Rhodanum è lacu Lemano erumpentem. Vide Geneva.

Colonia Flavia, Vide Cæſarca Palæſtinæ.

Colonia Trajana, *Keyſerſeuverd*, opp. amplum Germ. infer. ad Rhenumi inter Nueſium, & Teutoburgium 2. lepc. à Col. Agripp. ſupra 6. in Bor.

¶ Colonia Trajana, & Colonia Ulpia Trajana, nunc teſte Cluverio, vicus eſt Clivenſis Ducatus, *kellen* dictus, mill. paſſ. diſtans ab oppido Clivio, Emmericum versùs, & uno milliari a Rheno fluvio 10. leucis Germanicis infra *keiſersvvert* oppidum in Boream.

Coloniæ Romanæ in Italia quo tempore deductæ ſunt. Exciſis præponitur ¶.

¶ Antennæ in Sabinis.
¶ Cænina in Latio.
¶ Cruſtumerium in Sabinis.

Deductæ ſub Romulo anno urbis conditæ 4.

¶ Medullia in Latio.
Colonia.
¶ Cameria prope Albam in Latio.

Deductæ an. 5.

¶ Fidenæ in Latio *an.* 13.
¶ Oſtia in Latio.
¶ Circæi in Latio.
Signia in Latio.

Deductæ ſub Anco Marcio an. 259.

Velittæ in Latio *an.* 260.
¶ Corba in Latio *an.* 262.
¶ Antium in Latio *an.* 268.
¶ Vitteſlia in Latio *an.* 295.
¶ Ardea in Latio *an.* 312.
Lavicum vel Labici in Latio *an.* 336.
¶ Satricum in Latio *an.* 370.
Sutrium in Tuſcia *an.* 381.
Nepeta in Tuſcia *an.* 420.
Cales in Campania *an.* 420.
Tarracina vel Anxur in Latio *an.* 425.
Fregellæ in Latio *an.* 426.
Luceria in Apulia *an.* 440.
Sueſſa in Campania.
¶ Saticula in Samnio.
Pontia in inſula cognom. Latij.

Deductæ an. 441.

Interamna in Latio, vel Samnio.
¶ Caſinum in Samnio.

Deductæ an. 442.

Sora in Latio.
Alba in Latio.

Deductæ an. 451.

Carſeoli in Latio *an.* 452.
Narnia in Umbria *an.* 455.
¶ Sinueſſa in Campania.
¶ Minturnæ in Latio novo.

Deductæ an. 458.

Venuſia in Apulia *an.* 463.
Sena in Semnonibus in Umbria.
Hadria in Piceno.
Firmum in Piceno.

Deductæ an. 465.

¶ Coſſa in Tuſcia.
¶ Pæſtum ſeu Poſidonium in Lucania.
Ariminum in Æmilia.
Beneventum in Hirpinis, vel Samnio.

Deductæ an. 481.

¶ Caſtrum novum in Tuſcia *an.* 489.
Eſernia in Samnio *an.* 491.
Alſium in Tuſcia.
¶ Æſulum in Latio.

Deductæ an. 507.

¶ Fregenæ in Tuſcia *an.* 508.

Pars Prima.

Brundiſium in Salentinis *an.* 510.
Spoletium in Umbria *an.* 513.
¶ Valentia in Brutiis *an.* 515.
Placentia in Gallia togata.
Cremona in Cenomanis.

Deductæ an. 536.

Puteoli in Campania.
Salernum in Picentibus.
¶ Buxentum in Lucania.
Vulturnum in Campania.
¶ Linternum in Campania.
¶ Sipontum in Apulia.
¶ Tempſa in Brutiis.
Croton in magna Græcia.
¶ Pyrgi in Tuſcia.

Deductæ an. 560.

Bononia in Æmilia *an.* 565.
Piſaurum in Semnonibus vel Umbria.
¶ Potentia in Piceno.

Deductæ an. 570.

Mutina in Gallia Togata.
Parma in Æmilia.

Deductæ an. 571.

¶ Saturnia in Hetruria.
¶ Aquileia in Carnis.

Deductæ an. 573.

¶ Graviſcæ in Tuſcia.
Piſæ in Hetruria.

Deductæ an. 574.

Luca in Tuſcia.
Auximum in Piceno.

Deductæ an. 577.

¶ Fabratcria in Latio.
Tarentum in magna Græcia.
Scyllacium in magna Græcia.
¶ Neptunia in magna Græcia.
Certona in Liguria.

Deductæ an. 630.

Nola in Campania *an.* 631.
Aricia in Latio.
Lavinium in Latio.
Abellinum in Hirpinis.
Ferentinum in Hernicis.
¶ Tarquinij in Tuſcia exciſ. in bello Marſico.
Eporedia in Salaſſis.

Deductæ an. 636.

Alba Pompeja in Liguria *an.* 664.
Verona in Cenomanis.
A teſte in Venetia.
Brixia in Cenomanis.
Comum in Inſubria.
Laus Pompeja in Inſubria.

Deductæ ſub Pompejo Strabone.

Aretium in Hetruria.
¶ Feſulæ in Hetruria.
Bovillæ in Latio.
¶ Sueſſula in Campania.
¶ Pompeij in Campania.

Deductæ ſub Sylla.

Capua in Campania *an.* 695.
Bovianum in Samnio.
¶ Veij in Tuſcia.
Aufidena in Aprutio.
Caſilinum in Campania.
¶ Calatia in Campania.
¶ Lanuvium in Latio.
Forum Iulii in Carnis.
Hiſpellum in Umbria.

Deductæ ſub Cæſare Dictatore.

Pola in Iſtria.
¶ Aquinum in Latio.
Faliſca in Hetruria.
Florentia in Hetruria.
¶ Formiæ in Latio.
¶ Teleſia in Samnio.
Tuder in Umbria.
Venafrum in Samnio.
¶ Aquaviv. in Samnio, vel Campania.
Volaterræ in Turſia.
¶ Vlubræ in Latio.

Deductæ ſub Triumviris.

Rhegium in Brutiis.
Acerræ in Campania.

L 4 ¶ Ala-

¶ Alatritum in Latio.
¶ Atella in Campania.
Auguſta Taurinorum in Gallia ſub Alpina.
¶ Thurii in magna Græcia.
Fanum Fortunæ in Umbria.
Nuceria in Piceno.
Privernum in Latio.
Ravenna in Æmilia.
¶ Tergeſte in Carnis.
Teanum Sidicinum in Campania.

Deducta ab Auguſto.

Atina in Latio, *à Merone Claudio.*
Anagnia in Latio, *a Druſo.*
Abella in Campania.
Æſis in Piceno.
Ancona in Piceno.
Aſculum in Piceno.

Deducta a Veſpaſiano.

¶ Capitulum in Latio.
Aſta Pompeja in Liguria.

Deducta a Tito.

Brixellum in Gallia Togata.
¶ Concordia in Carnis.
¶ Gabij in Latio.
Hiſtonium in Frentanis.
¶ Lucis Feroniæ in Hetruria.
¶ Lupiæ in Salentinis.
Neapolis in Campania.
Preneſte in Latio.

Deducta ſub Hadriano.

Regium Lepidi in Æmilia, *a Lepido.*
¶ Ruſellæ in Tuſcia.
¶ Caſſentinum in Hetruria.
Sæpinum in Samnio.

Deducta ſub Claudio Nerone

¶ Salpis in Hetruria.
Sena in Thuſcia.
Tolentinum in Piceno.
Verulæ in Latio.

Deducta ſub Nerva.

Coloniæ Romanæ extra Italiam ordine regionum

In Britannia.

Camalodunum.
Devana.
Eboracum.
Londinum.

In Luſitanica.

Auguſta Emerita.
Metallinum.
Pax gemina, Julia, & Auguſta.
Norba Cæſarea.
Scalabis.
Ulyſſipo.

In Bætica.

Acci.
¶ Aſta Regia.
Aſtigi.
¶ Atubi.
Corduba.
Hiſpalis.
¶ Italica.
¶ Ituci.
Marcia.
Tucci.
Urſo.

In Tarraconenſi.

Aſturica.
Cabellio.
Forum Julii.
Maritima.
Narbo.
Nemauſum.
¶ Ruſcino.
Barcino.
Cæſarauguſta.
Carthago nova.
Celſa.
¶ Clunia.
Emporiæ.
Gracchuris.
¶ Juliobrica.
Salaria.
Taraco.
Valentia.

In Aquitania.

Lugdunum.
¶ Lutarburgium.

In Belgica.

¶ Auguſta Rauricorum.
Auguſta Trevirorum.
Equeſtris.
Juhonum.
Trajana colonia.

In Narbonenſi.

Acuſio.
Aquæ Sextiæ.
Aruſio.
Arelate.
Avenio.
Biteræ.
Patræ.
Apros.

In Thracia.

Delvetus.
Flaviopolis.

In Aſia minore.

Toloſa.
Valentia.
Vienna.

In Celtica.

Cabilonum.
Lugdunum.

In Corſica.

¶ Aleria.
¶ Mariana

In Sardinia

¶ Turris Libyſſonis.

In Sicilia.

Catina.
Syracuſæ.
Tauromenium.
Thermæ.
¶ Tyndaris

In Rhætia & Vindel.

¶ Auguſta Quintanor.
Auguſta Rhætorum, quæ & Auguſta Vindelicorum.
Auguſta Tiberij.
Auguſta Vindelicorum.
¶ Conſtantia.
¶ Curia.

In Norico.

Æmonia, *Iapodum.*
¶ Aurelianum.
Celeia.
¶ Laureacenſis.
Ovilabis.
¶ Solva.

In Pannonia.

¶ Aquavia.
¶ Carnutum.
Murſia.
Pœtovio.
Sabatia.
¶ Sirmium.
¶ Siſcia.

In Dacia.

Apulum.
(Perendaneſii.
Ulpia Trajana.
¶ Zamiſegethuſa.

In Illyrico & Dalmatia.

Æquum.
Epidaurus.
Iadera.
Narona.
¶ Salonæ.

In Macedonia.

¶ Bullis prope Aulonam,
Caſſandrea.
Dyrracæjum.
¶ Oreſtias.
Pella.
¶ Philippi.

In Epiro.

Buthrotum.
Nicopolis.

In Græcia.

Corinthus.
¶ Dyme.
Megara.
Rutuccoræ.
Saldæ.
Sige.
¶ Sitifi.
¶ Succubar.
Tipaſa.

In Africa proprie dicta.

Admederam, vel Ammæpara.
Adramyttium.
Alexandria Troas.
Ancyra.
Antigonia Troas.
Antiochi Piſidiæ.
Apamea.
Archelais.
Cremna.
Germa.
Melitene.
Parium.
¶ Selinus, quæ Trajanop.
¶ Sinis.
Sinope.
Troas, quæ Alexandria & Antigonia.

In Syria & Paleſtina.

Ælia Capitolina.
Antiochia.
Berytus.
¶ Cæſarea, quæ Turris Stratonis.
Damaſcus.
Emiſa.
¶ Germanicia.
Heliopolis.
Laodicea.
Palmyra.
¶ Ptolemæis.
¶ Sebaſte.
¶ Sidon.
¶ Turris Stratonis, quæ Cæſarea.
¶ Tyrus.

In Meſopotamia.

Niſibis.

In Arabia.

Boſtra.

In Ægypto.

Heliopolis.
Pharos.

In Mauritania Tingitana:

Abyle.
Babba.
Banaſa.
Lixos.
Ruſardir.
¶ Silda.
Tingi.
Zilis.

In Mauritania Cæſarienſi.

¶ Aquæ calidæ.
Arſenatia.
¶ Bida.
Cartennæ.
Gilva.
Gunugi.
Icoſium.
Igilgili.
Iol, quæ Julia Ceſarea.
Oppidum novum.
Quiza.
Ruſazus.
Ruſconia.
Maxula.
Neapolis.
¶ Ocea ſive Oia.
Pontezita.
Ruſicada.
Sabrata.
¶ Sicca.
¶ Simitu.
Tabrace.
Adrumetum.
Aphrodiſium.
¶ Carthago.
Cirtha.
Cuina.
Culcua.
Cullu.
Giti.
Hippon regius.
¶ Lares.
¶ Leptis magna.
Tacape.
Tebeſta.
* Thænæ.
* Thyſdrus.
* Tiba.
* Tuburbis.
Tuburnica.
Tynudrumum.
* Uthina.
Zama.

Coloniæ Romanæ in Italia ordine Alphabetico, ſigno ¶ non exſtantibus præfixo) ex Livio, Paterculo, Frentino, & aliis. De quibus vide Lexicon noſtrum Geographicum & Epitomen Geographicam, ſi ſitum & uberiorem explicationem deſideras, uti & in aliis additionibus.

Abella in Campania.
Abellinum in Hirpinis.

Acer-

Acerræ in Campania.
Æſernia in Samnio.
Æſis in Piceno.
¶ Æſulum in Latio.
¶ Alatrium in Latio, dicitur & Aletrium.
Alba in Latio, quando Sora.
Alba Marſorum.
Alba Pompeja in Liguria.
Albingaunum Liguriæ.
Albintemelium Liguriæ.
Alſium in Hetruria.
Anagnia in Latio à Druſo.
Ancona in Piceno.
¶ Antennæ in Sabinis.
¶ Antium in Latio.
Anxur in Latio.
¶ Apuleſium.
¶ Aquaviva in Samnio.
¶ Aquileja in Carnis.
¶ Aquinum in Latio.
Ardea in Latio.
Aretium in Hetruria.
Aricia in Latio.
Ariminum in Æmilia.
Arunca. Vide Sueſſa.
Aſculum in Piceno.
Aſta in Liguria.
¶ Atella in Campania.
Ateſte in Venetia, quando Verona.
Atina in Latio.
Atria. Vide Hadria.
Aufidena in Samnio, vel Caracenis.
Auguſta Prætoria in Gall. Subalpina.
Auguſta Taurinorum in Gall. Subalpina.
Auximum in Piceno.
Beneventum in Samnio.
Bononia in Æmilia.
Bovianum in Samnio.
Bovillæ in Latio.
Brixellum in Gall. Togata.
Brixia in Cenomanis, quando Ateſte.
Brundiſium in Salentinis, cum Fregenis.
¶ Buxentum in Lucania, cum Puteolis.
¶ Cæditia in Latio, cum Sinueſſa.
¶ Cænina in Latio.
¶ Calatia in Camp.
Cales in Camp.
¶ Cameria in Latio.
¶ Capis in Latio.
¶ Capitulum in Latio.
Capua in Camp.
¶ Carſeoli in Latio.
Caſilinum in Camp.
¶ Caſinum in Samnio, quando Interamna.
¶ Caſſentinum in Hetruria.
¶ Caſtrum novum in Hetruria.
¶ Celena in Sabinis.
¶ Circæi in Latio.
Colonia.
Compſa in Lucania.
Comum in Inſubria.
¶ Concordia in Carnis.
Cortona in Hetruria.
Coſa in Lucania.
¶ Coſſa in Hetruria.
Cremona in Cenomanis, cum Placentia.
Croton in magna Græcia, cum Siponto & Tempſa.
I Cruſtumerium in Sabinis.
¶ Cumæ in Camp.
Dertona in Liguria.
¶ Ecetræ in Latio.
Eporedia in Gall. Subalpina.
Eſernia. Vide Æſernia.
¶ Fabrateria in Latio.
¶ Fæſulæ in Hetruria.
Faliſca in Hetruria.
Fanum Fortunæ in Umbria, quæ Culon, Faneſtris.
Ferentinum in Latio.
¶ Ferentinum in Hetruria.
¶ Fidenæ in Latio.
Ficentia in Æmilia à Tiberio, quæ Col. Iul. Fidentia ſcribitur.
Firmum in Piceno, quæ Col. Aug. Firmanorum ſcribitur.
Florentia in Hetruria.
¶ Fœdatura, quando Florentia.
¶ Formiæ in Latio.
Forum Julium in Carnis.
Fregellæ in Latio.
¶ Fregenæ in Hetruria, quando Oſtia.
¶ Gabij in Latio.
¶ Graviſcæ in Hetruria.
Hadria in Piceno, quando Sena.
¶ Helvia Ricina in Piceno.
Hiſpella in Umbria.
Interamna in Samnio, ſeu in Latio.
Iſtonium in Frentanis.
Julia Fidentia. Vide Fidentia.
¶ Lanuvium in Latio.
Lavicum vel Labici in Latio.
Lavinium in Latio.
¶ Laurovinium in Latio.
Laus Pompeja in inſubria.
¶ Linternum in Camp. quando Vulturnum.
Luca in Hetruria.
Luceria in Apulia.
¶ Lucus Feroniæ in Hetruria.
¶ Lupia in Salentinis.
¶ Medullia in Latio.
¶ Minervium, quando Scyllacium in mag. Græcia.
¶ Minturnæ in Latio novo, quando Sinueſſa.
Mutina in Gall. Togat. quando Parma.
Narnia in Umbria.
Neapolis in Camp.
Nepeta in Hetruria.
¶ Neptunia in magna Græcia.
Nola in Camp.
¶ Norba in Latio, cum Setia & Priverno.
Novocomum in Inſubria.
Nuceria Picentinorum.
Nuceria in Umbria.
¶ Orientium.
¶ Oſtia in Latio, à Martio Rege, cum Fregenis, Caſtro novo, Pyrgis, Antio, Tarracina, Minturnis, & Sinueſſa.
¶ Pæſtum, ſeu Poſidonia, in Lucania, quando Coſſa.
¶ Pampia in Latio.
Parma in Æmilia, quando Mutina.
Piſæ in Hetruria.
Piſaurum in Umbria.
Placentia in Gallia Togata.
Pola in Iſtria, & quæ Pietas Julia.
¶ Pompeij in Campania.
Pontia in Latio, cum Sueſſa.
¶ Potentia in Piceno, cum Piſauro.
Præneſte in Latio.
Privernum in Latio.
Puteoli in Camp.
¶ Pyrgi in Hetruria, quando Antium & Caſtrum novum.
Ravenna in Æmilia.
Regium Lepidi in Æmilia.
Rhegium Julium in Brutiis.
¶ Ruſellana in Tuſcia.
Sæpinum in Samnio.
Salernum in Picentibus.
¶ Salpis in Hetruria.
¶ Saticula in Samnio, cum Sueſſa.
¶ Satricum in Catio.
¶ Saturnia in Hetruria.
Scyllacium in mag. Græcia.
Sena in Hetruria.
Sena in Umbria, apud Senones.
¶ Senviſſa in Latio.
Setia in Latio.
Sidicinum. Vide Teanum.
Signia in Latio, a Tarquinio, cum Circæis.
¶ Sinueſſa in Campania.
¶ Sipontum in Apulia, cum Buxento.
Sora in Latio.
Spoletium in Umbria, poſt Brunduſium.
Sueſſa in Campania, cum Pontia.
¶ Sueſſula in Camp.
Sutrium in Hetruria.
Tarentum in magna Græcia, quando Capua.

¶ Tar-

¶ Tarquinii in Tuſcia.
Tarracina. Vide Anxur.
Teanum Sidicinum in Camp.
¶ Teleſia in Samnio.
¶ Temeſa in Brutiis, quando Sipontum.
¶ Tergeſte in Carnis.
Thurii in magna Græcia,
Tuder in Umbriâ.
¶ Veij in Tuſcia.
Velitre in Latio,
Venafrum in Samnio.
Venuſia in Apulia.
Verona in Cenomanis.
Verulæ in Latio.
¶ Vibo Valentia in Brutiis.
¶ Vitellia, in Æquis Latu,
¶ Ulubræ in Latio.
Volaterræ, in Tuſcia.
Vulturnum in Camp.

Coloniæ Rom. extra Italiam ordine Alphabetico.

Abyle & Abyla, poſtea Septa, Maurit. Tingitanæ.
Acci, Hiſp. Bæticæ.
Acuſio, Gall. Narbonenſis.
Aſtmedera & Ammædara, Africæ.
Adramyttium, Phrygiæ.
Adrumentum & Hadrumentum, Africæ.
Ælia Capitolina Palæſtinæ, quæ Hieròſolyma:
Ælia Capitolina Palæſtinæ, quæ Hieroſolyma.
Æmonia. Iapodum.
Æquum, Dalmatiæ.
Agrippina Ubiorum, in Germ. inf.
Ala Flaviana Norici, in conf. Pannoniæ,
¶ Aleria, Corſicæ.
Alexandria, quæ & Troas & Antigoniæ, Phrygiæ.
Ammædara. Vide Admedera.
Ancyra, Galatiæ.
Antigonia. Vide Alexandria.
Antiochia, Piſidiæ.
Antiochia, Syriæ ad Orontem.
Antipolis, Gall. Narbonenſis.
Apamea, Bithyniæ.
Aphrodiſium, in Africa apud Hipponem.
Apollonia Macedoniæ.
Apros, Thraciæ.
Apulum, Daciæ.
¶ Aquaviva, in Pannonia.
¶ Aquæ, Calidæ, in Maurit. Cæſarienſi.
¶ Aquæ Regiæ, Africæ.
Aquæ Sextiæ, in Gall. Narbon.
Arauſio, Galliæ Narbonenſis.
Archelais Cappad.
Arelatæ, Gall. Narbonenſis.
Arſenaria, Maurit. Cæſar.
¶ Aſta Regia, Hiſp. Bæticæ.
Aſtigi & Aſtigis, Hiſp. Bæticæ.
Aſturica, Hiſp. Tarraconenſis.
¶ Atubi, quæ & Claritas Julia. Hiſp. Bæticæ.
Avenio, Gall. Narbonenſis.
Aventicum, Gall. Belg.
Auguſta Aſturica. Vide Aſturica.
Auguſta Bracarum. Vide Bracara.
Auguſta Emerita, Hiſpaniæ Luſitanicæ.
Auguſta Firma. Vide Aſtigi.
Auguſta Gemella. Vide Tucci.
¶ Auguſta Quintanorum, Vindeliciæ.
¶ Auguſta Rauracorum, Germ. ſuper.
Auguſta Rhætorum. Vide Vindelicorum.
Auguſta Tiberij. Vindeliciæ.
Auguſta Trevirorum. Germ. ſuper.
Auguſta Vindelicorum, Rhætiæ.
¶ Aurelianum Norici, apud Lentiam.
Babba, quæ & Julia Campeſtris, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Banaſa, quæ & Valentia, Maurit. Tingitanæ.
Barcino, Hiſp. Tarraconenſis.
Berytus Phœnicis.
¶ Bida, Maurit. Cæſar.
Biteræ, Gall. Narbonenſis.
Boſtra, Arabiæ petrææ.
Bracara, Luſitaniæ.
¶ Bullis, Maced.
Buthrptum, Epiri.
Cabellio, Gall. Narbonenſis.
Cabilonum, Gall. Celtic.
Cæſarauguſta, Hiſpan. Tarraconenſis.
¶ Cæſarea, quæ Turris Siratonis, Palæſtinæ.
Cæſarea Philippi, quæ & Paneas.
Camalodunum, Britanniæ.
¶ Capitulum, in Syria.
¶ Carnuntum, Pann. ſuper.
Cartennæ, Maurit. Cæſ.
¶ Carthago magna, Africæ.
Carthago nova, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Caſſandrea, Maced.
Catina, Siciliæ.
Celeja, Norici.
Celſa Hiſp. Taraconenſis.
Cirta, Africæ.
¶ Clunia, Hiſp. Tarraconenſis.
Conſtantia, Meſopotamiæ.
Conſtantia, Rhætiæ.
Conſtantia, Zili. Vide Zilis
Corduba, Hiſpaniæ Bæticæ.
Corinthus, Peloponneſi.
Cremna, Pamphiliæ.
Cuina, Africæ.
Culcua, Africæ.
Cullu, Africæ.
¶ Curia, Rhæriæ.
Cyrene, Cyrenaicæ.
Damaſcus Cœleſyriæ.
Devana Britanniæ.
Develtus Thraciæ.
¶ Dyma ſeu Dyme Achajæ in Peloponneſo.
Dyrrachium Macedoniæ.
Eboracum Britanniæ.
Emerita. Vide Aug. Emerita.
Emeſa & Emiſa, Syriæ.
Emporiæ, Hiſp. Tarraconenſis.
Epidamus. Vide Dytrachium.
Epidaurus, Dalmatiæ.
Equeſtris, Gall. Belg. in Sequanis.
Felicitas Julia. Vide Olyſſipo.
Flavia. Vide Cæſarea Philippi.
Flaviopolis, Thraciæ.
Forum Julii, Galliæ Narbon.
Genua Urbanorum. Vide Urſo.
Germa, Galatiæ.
¶ Germanicia Syriæ ex nummo, quæ & Auguſta.
Gilva, Maurit. Cæſ.
Giti, Africæ.
Gracchuris, Hiſp. Tarracon.
Gunugi, Mauritaniæ Cæſarienſis.
Hadrumetum, Africæ.
Heliopolis, Ægypti.
Heliopolis altera, Syriæ ex num. argenteo.
Hippon Regius, Africæ.
Hiſpalis, quæ & Romulenſis, Hiſp. Bæt.
Iadera, Liburniæ.
Icoſium, Maurit. Cæſ.
Igilgili, Maurir. Cæſ.
Illici. Hiſp. Tarracon.
¶ Indicia, Cyrenes.
Jol, & Julia Cæſarea, Maurit. Cæſ.
¶ Italica, Hiſp. Bæt.
¶ Itucі, quæ & Virtus Julia, Hiſp. Bæt.
Juhonum, Gall. Belgicæ.
¶ Juliobrica Flavia, Hiſp. Tarracon.
Julium præſidium Hiſp. Luſit.
Laudicea, Syriæ.
¶ Lares, Africæ.
¶ Laureacum, in Norico.
¶ Leptis magna, Africæ.
Lixos, Maurit. Lingitanæ.
Lugdininm, Britanniæ.
Lugdunum, Aquitaniæ.
Lugdunum, Gall. Celt.
Lutarbugium, Tarbellorum.
Morcia, Hiſp. Bæt.
¶ Mariana, Corſicæ.
Maritima, Gall. Narbonenſis.
Maxula, Africæ.
Megara, Atticæ.
Melitene, Arm. min.
Metallinenſis, Hiſp. Luſit.

¶ Miſe-

¶ Miſenum, in Syria.
Murſia, Pannoniæ.
¶ Narconenſis, in Syria.
Narbo Martius, Gall. Narbon.
Narona, Illyrici.
Neapolis in Africa.
Nemauſus. Galliæ Narbon.
Nicopolis, Epiri.
Niſibis, Meſopot.
Norba Cæſarea, Hiſp. Luſit.
¶ Ocea, Africæ.
Olyſſipo, Hiſp. Luſit.
Oppidum novum. Maurit. Cæſ.
¶ Oreſtias, Macedoniæ.
Ovilabis, quæ & Aurelia Antoniniana, Norici.
Pacenſis, ſeu Pax Auguſta, Hiſp. Luſit.
Palmyra, Syriæ.
Parium, Helleſponti.
Patræ, Achaiæ Pelopponneſi.
Pella, Maced.
¶ Perendaneſij, in Dacia.
Petovio, ſeu Pætovio, Pann.
Phatos, Ægypti.
¶ Philippi, Macedoniæ.
Pontezita, Africæ.
¶ Ptolemais, Phœniciæ.
Quiza, Maurit. Cæſ.
Ruſardir, & Ryſſadirum, Maurit. Tingit.
Ruſæus, Maurit. Cæſ.
¶ Ruſcino, Gall. Narbonenſis.
Ruſconia, Maurit. Cæſ.
Ruſicada, Africæ.
Ruſuccoræ, Maurit. Cæſ.
Ryſſadrium. Vide Ruſardir.
Sarabia, Pann.
Sabrata, Africæ.
Salaria, Hiſp. Tarracon.
Saldæ, Maurit. Cæſarienſis.
¶ Salonæ, Illyrici.
Scalabris. Hiſp. Luſit.
¶ Sebaſte, quæ & Samaria, Palæſtinæ.
¶ Selinus, quæ & Traianopolis, Ciliciæ.
¶ Sicca, in Numidia.
¶ Sidon, Phœniciæ.
Siga, Maurit. Cæſ.
¶ Silda, Maurit. cæſ.
¶ Simittu, Maurit. cæſ.
Sinope, Paphlag.
¶ Sinis Armeniæ min.
¶ Sirmium, Pann.
¶ Siſcia, Pannon.
¶ Sitifi, Maurit. cæſar.
¶ Sittici ſeu Sittianorum col. Maurit. ceſ.
¶ Solva & Solvenſis col. Norici.
¶ Succubar, Maurit. cæſ.
Syracuſæ, Siciliæ.
Tabraca, Africæ.
Tacape, Africæ.
Tarraco, Hiſp. Tarracon.
Tauromenium, Siciliæ.
Tebeſſa, Africæ.
¶ Thænæ, Africæ.
¶ Thermæ, Siciliæ.
¶ Thyſdrus, Africæ.
¶ Tiba, Africæ.
Tingi, Maurit. Tingitanæ.
Tipa, Maurit. cæſ.
Toletum. Hiſp. Tarracon.
Toloſa, Gall. Narbonenſis.
Trajana colonia, Belgij.
Troas. Vide Alexandria.
¶ Tuburbis Africæ.
Tuburnica, Africæ.
Tucci, Aug. Gemella, Hiſp. Bæt.
¶ Turris Libyſſonis, Sardiniæ.
¶ Tyndaris, Siciliæ.
Tynudrumum, Africæ.
¶ Tyrus, Phœniciæ.
Valentia, Gall. Narbonenſis.
Valentia, Hiſp. Tarracon.
Vienna, Gall. Narbonenſis.
Ulpia Trajana, in Dacia.
Ulyſſipo. Vide Olyſſipo.
Volubilis, Maurit. Tingitanæ.
Urſo, Hiſp. Bæt.
Uſellis, Sardiniæ.
¶ Uthina, Africæ.
Utica, Africæ.
Zama. Africæ.
¶ Zarmiſegethuſa, Daciæ.
Zilis, quæ & Aug. Conſtantia, Maurit. Tingitanæ.

¶ Si quæ in his Catalogis minùs vel inter ſe, vel ipſi Lexico, Coloniarum præſertim deductionis aut exciſionis nomine, videantur convenire, nulli auctoris hujus incogitantiæ imputandum hoc erit, verùm ſcriptorum diſſonantiæ, quos in hoc opere variè, dum præ oculis poſuit, ſecutus eſt.

¶ Colonia Braudeburgica, *Coln*, oppidum Germaniæ, in Media Marchia Brandeburgica, ad Spreham fluvium ex adverſo Berlini, cujus verius pars eſt, ſeu ſuburbium amplum ad auſtrum.

Colophon, *Altoboſco* Alex. Zardo, ſed Nig. *Belvedere*, urbs Ioniæ marit. epiſc. ſub Archiepiſ. Epheſino, inter Smyrnam et Epheſum ad 20 mill. paſſ. vel 15. terra. Hinc Colophonius nom. gent. Ovid. lib. 6 Metam. ad initium. *Ptol. Mel.*

Clara, ſed arte fuit; pater huic Colophonius Idmon.

Colophonium aurum pro auro probatiſſimo in proverbio fuit apud Ariſtoph. ut Zenod. refert; quod aurum apud Colophonios optimum proveniret. *Calceamentum* verò *Colophonium* (quod erat ſola infimam pedis partem tantùm tegens) in ſtolidum, & incompoſitum, ac ruſticum proferri ſolet, qui per lutum tali utitur calceamento, quali colophonij utebantur. *Colophonium ſuffragium* adagium eſt ex epiſt. Plat. ad Dionyſ. de ſuffragio alicuius in re aliqua plurimum valentis, a colophoniis ortum, quod penes illos eſſet victoria quibus colophonii opem tuliſſent. Item *Colophonem addere*, pro ſummam rei manum imponere: quaſi olim ſine colophoniis negotia non conficerentur.

Colops, opp. Zeugitanæ prov. quondam urbs regia. Nunc *Giger* dicitur.

Coloſſæ, *Chone*, teſte Porhyrog. urbs Phrygiæ mag. olim epiſc. ſub Sardibus, nunc metrop. ad Lycum fluv. ubi in Meandrum influit, inter Leoadiceam & Hierapolim 20 mill. Paſſ. ultra Sardes 160 ſtad. in ort. teſte Xenoph. cis Celænas 960. Hinc coloſſenſes, ad quos D. Paul. Apoſt. Epiſtolam ſcripſit. *Strab.*

Coloſſæ urbs Phrygiæ erat, in confinio Gariæ, media inter Sardes et cabiram, 60. milliaribus ab Apamea in occaſum. *Plin.*

Colous lacus. (Vide Gygæus) à Sardibus 40 ſtad. diſtans.

¶ Colranum, *Colraine*, caſtrum Hiberniæ, Ultonia, comitatus cognominis caput, ad fluvium Bannum, 24. milliaribus Anglicis ab Antrimo in Boream, et 40 a mari. Paucis conſtat incolis.

Colubraria, *Moncolober*, teſte Ambr. Mor. ſed Cluſio *Dragonera*, inſ. maris Balearici, apud majorem Balearem, cui velut ſcopulus adjacet. Ante oſtia Sucronis fluvii conſpicitur. Nomen habet a copia colubrorum. Aliis eſt eadem Ophiuſæ, Ebuſo, et Carthagini novę propinquæ, vulgo *Fermentera* Plin. lib. 3 cap. 5. *Vuitichin.*

¶ Colubraria vulgò *Mont Colibre* dicitur, eſtque inſula parva Hiſpaniæ in mari Mediterraneo, quæ velut ſcopulis jacet inter Maioricam ſeu majorem Balearem inſulam et oram Cataloniæ, 7 leucis Hiſpanicis ab oſtio Iberi fluvij in auſtrum, et 17 ab oſtio Sucronis in ortum.

Columbaria, *Colmar*, urbs libera Germ. ſuper. in Alſatia, inter Baſileam 5 et Argentoratum in Bor. diſtantem 9 leucis.

¶ Columbaria, *Colmar*, urbs eſt Imperialis et libera Alſatiæ, ad Hellelum fluvium; aliàs Argentuaria dicta, media ferme inter Argentoratum, et Baſileam, 3. leucis a Briſiaco in occaſum. Subeſt dominio Regis Franciæ ab anno 1548 pace ad Monaſterium confecta. Vide Argentuaria.

¶ Columbum, *Colombo*, urbes Indiæ citerioris cum arce probè munita, in inſula Ceylani, antea a Luſitanis exſtructa; nunc autem ſub dominio Hollandorum a paucis annis. Sedet in parte occidentali inſulæ, 28 leucis a Candena urbe, in Africum, et 43 a Commaria promontorium in ortum.

Columella, quæ et columna regia, ſeu Rhegina, opp.

opp. olim, nunc vicus Brutiorum, in ora littorali Calabriæ, ad fretum Siculum, inter Cænidem prom. & opp. ac Rhegium urbem 4. mill. paſſ. vulgo *la Cathona*: unde ſolvitur in Siciliam.

Liv. Columen, poſtea Columna, *Colonna*, opp. olim Latii, apud Algidum, & Tuſculum, ab urbe Roma paulò ſupra 12 mill. paſſ. Præneſte versùs, exciſum. Hinc nobiliſſima Colomnenſium familia profecta traditur.

Columna, *kolom*, urbs Moſcoviæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moſcovienſi. Diſtat ab urbe Moſcua 58 mill. paſſ. in ortum, ad confluentes Moſcuæ fluvij in Occam.

Strab. Plin. Mel. Columnæ Herculis ſunt duo montes, unus Hiſp. Bæticæ, maximè in auſtrum procurrens, Calpe dictus, alter Mauritaniæ Tingit. qui Abyle & Alybe nominatur; inter quos fretum eſt ſupra 7. mil. paſſ. mare Mediterr. Oceano adnectens. Hos Herculem, tanquam metas itinerum, & orbis terminos, inſtar columnarum potuiſſe fabulantur. Hinc adagium; *Ad Herculis columnas*, apud Pind. & Ariſtoph. de eo qui ad ſummam ſapientiam pervenit; uti apud Nazianz. in Monodia de D. Baſilio.

Columnæ Herculis ſunt duo montes inter Hiſpaniam Beticam; & Mauritaniam, inter quos eſt Fretum Gaditanum, dictum ab ipſis etiam Herculeum; cuius latitudo eſt quatuor leucarum Hiſpanicarum inter Calpem & Abylam, longitudo autem ab oriente in occidentem eſt 12 leucarum ſimilium ab Abyla ad Cotem promontorium. Hiſpani tamen credunt Columnas Herculis fuiſſe in Gaditana inſula, ubi etiamnum oſtendunt turres duas dictas *Torres de Hercole*, prope Gades.

Colonium ſeu Harlecum oppidum eſt Angliæ, in Vallia regione, & Mervinia provincia, ad æſtuarium maius *Thuvith Maur*, in ora maris Hibernici, ubi alias Ordovices pop. Brietio teſte. Vide Harlecum.

P.Dia Comacina, inſ. lacus Comaceni. Vide Larius. *Iſola Comacina* etiam vulgò, intra lacum Larium, non valdè à Como diſtans, apud Sourium, & Stabium pagos.

Regin. Comacula, al. Comaclum, *Cumachio*, urbs Gall. Togatæ, in Romandiola, intra paludes, apud Capraſiam oſtium Padi, inter Ravennam 25 & Volanem alterum Padi oſtium 19. mill. paſſ. & Ferraria ſupra 30. in ort. ubi anguillarum, & aliorum piſcium maxima copia, epiſc. ſub Archiep. Ravennate.

Comacula, ſeu Comaclum, *Comacchio*, urbs eſt Italiæ, in Ducatu Ferrarienſi, & in ditione Pontificia intra paludes, quæ ab ipſa dicuntur *Valli di Comacchio*. Diſtat 3. milliaribus ab ora littorali maris Adriatici 20 à Ravenna in Boream, 12 à Volana in auſtrum. Eſt parvi circuitus, & deficit in dies ob cœli gravitatem, à paucis, iiſque pro maiori parte piſcatoribus, inhabitata.

Comagena, locus Norici, nunc vicus *Langenlaber* ad Confluentes amniculi *Anzeſpach* in Danubium in Auſtria, teſte Cluverio.

Strab. Plin. Comagene, Euphrateſia Procop. Syriæ reg. juxta Euphratem fluv. inter Ciliciam ad occ. & Meſopotamiam ad ort. Armeniæ minori ad arctos finitima, ubi Auguſta Euphrateſia urbs illius caput, *Azar* teſte Nigro. Hinc Comagenus nom. gent. Iuvenal. ſat. 6.

Tractato, Armenius, vel Comagenus aruſpex.

Hic enim aruſpices florebant.

Comagenum, *Hyburg*, teſte Lazio, *Haimburg*, aliis, opp. Pannoniæ ſuper, in Auſtriæ & Hungariæ confinio ad Danubium, ubi Comagenus mons, *kaunberg*, teſte eodem Lazio, Oppidum Hamburga Lat. rec. nominatur, à Poſonio urbe Hungarica 2. leuc. in occ. Viennam versùs 8.

Ant. Lib. Comagenum, *Haynbourg*, oppidulum alias Pannoniæ ſuperiores, nunc Auſtriæ inferioris, ad Danubium fluvium, in confinio Hungariæ. 3. leucis diſtat a Poſonio, & 6. à Vienna in ortum, & è regione Morava fluvius in Danubium labitur.

Comana, Pontica cognomine, num. plur. *Com*, & incolis *Tabathzan*, teſte Nig. urbs Cappadociæ epiſcop. ſub Archiep. Neocæſarienſi, ad Irim fluv. Neocæſareæ finitima, ab ea in ortum recedens, ſive in Eurum.

Comana Pontica urbs fuit Cappadociæ, a qua regio adiacens Commanena dicta, ad Sarum fluvium, ubi Irim ſe exonerat, 45 milliaribus à Neocæſarea in Africum, & 70 à Sebaſtia in Circium, teſte Philippo à Via.

Comana altera, Cappadociæ (ad alterius differentiam) dicta, *Arminacha*, urbs Armeniæ min. in Cappadocię, Ciciliæque conf. ad Sarum fluv. epiſc. ſub Archiepiſc. Melitenſi, inter Cæſaream ad Bor. 175 & Larandam ad auſtrum ad montes Taurum 65 mill. paſſ. ex itin. Anton. à Cecuſo ſupra 60 Hic Bellona Dea colebatur. Strab. Plin. Polt. & al.

Comanæ, Cappadociæ urbs, ſedet juxta fontes Sari fluvii; diciturque aliter Comana Cruſa, versùs montem Taurum Cilicium, à quo diſtat circiter 46 milliaribus in Boream, & paulò amplius à confinio Cappadociæ à Cæſarea 8. circiter in Eurum.

Comania, *Comanie*, Aſiæ regio, inter Georgiam, & Taniam fluvium, ubi etiam Carcaſſi populi ſui pene juris, quidam tamen clientela Turcarum, & alii ſub dominio Muſchorum. Her.

Comara, *komare*, & *komore*, urbs eſt munitiſſima Hungariæ, in extrema parte inſulæ Danubianæ, *Schut* cum arce triangulari, quæ alias Brigecio dicta fuit, in Pannonia ſuperiori. Caput eſt Comitatus cognominis. 4 leucis Germanicis diſtat à Javarino in ortum, & 2 tantum à Neuheſelio ſeu Novoſelio in auſtrum, 5. ſupra Strigonium. Ptol.

Comaria, *Capo Comorin*, teſte Barrio, prom. Indiæ citer, auſtrale, à Cambaia urbe apud oſtia Indi fluv. 290 leuc. in merid. Goa Luſitanorum regia media. Mel. Pli.

Comaria. *Capo de Comorin*, promontorium eſt Indiæ, in Malabria regione, Maldicas inſulas reſpiciens, & Taprobanam, à qua tantùm 40 leucis abeſt in occaſum, 45 à Cochino in auſtrum, & 260 circiter etiam in auſtrum à Cambaia urbe, quæ longè diſtat ab oſtiis Indi fluvii. Ptol.

Comata Gallia, *la Francia* Vide Gallia. Sic en m Celtica dicitur. Cujus Luc. lib. 1. mem.

Crinibus effuſis toti prælate Comata. Iuven.

Comba, urbs Lybiæ mediter. epiſc. ſub Archiepiſc. Myrenſi, *Comba* adhuc.

Comba, urbs Lyciæ, 20 milliaribus diſtat ab ora littorali Glauci ſinus versùs confinia Cariæ, 70 à Myra in occaſum. Ant.

Combos, Ombos Anton. Ombri Ptol. *Chana*, teſte Leone Afric. urbs Ægypti ſuper, ad Nilum fluv. inter Syenen ad merid. & Thmum ad arctos 24. mill. paſſ. *Chana*, ſive *Cana* al. eſt Coptos. Pop. Combith, qui, ut Steph. ſcribit, crocodilum venerabantur, ſicuti Lycopolitæ lupum. Vide Ombri. Plin.

Combos, urbs Ægypti. Vide Ombos.

Combretonum, *Bretenham* Camd. opp. Albionis, in Suffolcia Angliæ reg. inter Camulodunum & Sitomagnum 22. mill. paſſ. à Londino ſupra 74.

Combretonium oppidum fuit Icenorum, nunc pagus Bretenham. Diſtat 15 milliaribus Anglicis à Sitomago in auſtrum, & 50 circiter à Londino in Cæciam. Liv.

Comedia & Tragedia villæ duæ erant Plinii ad lacum Larium, ſic à comœdiis, & tragœdiis quæ ibi recitabantur, dictæ, apud Bellaſium pag. & prom. quarum prior apud radices prom. adhuc *Lenno* vulgò dicitur; altera non longè in monte non exſtat.

Comenſi lacus, *Lago di Como*, in Italia, vide Larius.

Comidava, *Dees*, teſte Laz. opp. Daciæ, in Tranſylvania. (manuſcr. Seld.) Bet. inſ.

Cominum, *Comine*, opp. Caracenorum, in Samnio, Aquiloniæ finitimum, exciſum. Locus ſeu vicus adhuc *Comino*, teſte Scip. Mazz. nominatur, inter Soram, Atinam, & lacum Fucinum.

Commercium, *Labathlan*, teſte Laz. pag. Pannoniæ ſuper, apud Strigonium urbem, inde 1. leuca diſtans.

Commercium, *Commercy*, urbecula Galliæ, in Barenſi Ducatu, ad Moſam fluvium, vix 3. leucis ſupra Fanum D. Michaelis, & 5. à Tullio in ortum. Scrip. Gall.

Commoni, populi Galliæ Narbonenſis, in Provincia, iuxta littus maris Mediterranei, olimque pars Salzorum, ubi urbes Maſſilia, Telo Martius, Olbia, & Forum Iulii.

Compendium, *Compiegne*, opp. Gall. Belg. clarum in Valleſia reg. primarium, ad Æſiam fluv. inter Sylvanectum ejuſdem reg. urbem 6. & Noviomum urbem Picardiæ 5. leuc.

Compendium urbs eſt ſatis ampla & culta, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Oeſiam fluvium, ubi recipit Axonam, & in Valeſia regione. Diſtat 8. leucis à Silvanecto, 18 à Lutetia in Boream, & 5 à Novioduno in auſtrum

ſtrum, gaudetque aliquando Regis ſeceſſu.

Compita, *S. Archangelo*, vel *Savignano*, caſtrum Æmiæ, in Romandiola, medio itinere inter Ceſena, & Ariminum urbes occurrens.

Compitum, pag. excíſus Latii, in Hernicis, inter Pictas, & Ferentinum, ubi viæ Latina, & Lavicana coeunt. Caupona nunc ſub Anagnio, teſte Celſo Cittad. *Oſteria d'Anagni*.

Complutica, *Compludo*, teſte Mor. olim opp. nunc vic. Hiſp. Tarraconenſis, in finibus Callaicorum. (man. Seld.)

Complutum. *Alcana de Henares*, opp. præclarum & acad. ex vet. inſcript. Hiſp. Tarracon. in regno Caſtellæ novæ, ad Caraccam fluv. Madrito finitimum, inde 6 leuc. olim urbs epiſc. ſub Archiep. Toletano, à Toleto 15 leuc. Secontiam, & Cæſaraugustam versùs. De quo Prudent. in periſteph. de ſanctis Iuſto, & Paſtore loci tutelaribus, in hymno 4.

Ferre Computum gremio juvabit
Membra duorum.

Complutum urbs eſt in planitie ſita, cum academia à Franciſco Ximenio Cardinali erecta.

Compoſtella, *Compoſtella* incolis, *Compoſtolſe* Gallis, urbs primaria Gallæciæ, in Hiſpania Tarraconenſi. Archiepiſcopalis facta fuit à Calixto II. Papa loco Emeritæ Auguſtæ. Ibi requieſcit corpus D. Jacobi Apoſtoli. Crevit ex ruinis Irię Flavię 9 leucis diſtat à Dorunia in auſtrum, & 13 à promontorio Finis-terræ in ortum, prope amnem Sarelam dictum.

Compoſtella, *Compoſtella*, urbs nova Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & provincia Xaliſci, non longè à mari Auſtrino, & 100 circiter milliaribus ab urbe Guadalaxara in occaſum.

Compſa, Coſſa Cæſ. Conſa Liv. *Conza*, vel *Conſa*, urbs Hirpinorum (Lucanorum Ptol.) archiep. inter Aquamvivam 12 & Melphim 8 mill. paſſ. diſſita, à Neapoli ad 80 in via quæ Tarentum ducit, à Benevento ſupra 40 in ort. Populi Compſani Plin. Non procul ab Aufido fluv. in tumulo.

Compſa, *Conza*, urbs alias Hirpinorum, nunc regni Neapolitani, in provincia Principatus ulterioris, prope fontes Aufidi fluvii, & ad radices montis Apennini, in confinio Principatus citerioris 18 milliaribus diſtat à Melphi in occaſum, 55. à Neapoli in ortum, & 26 a Salerno, totidemque a Benevento. Eſt parva, & ſenſim deficit.

Compſatus, fluv. parvus Thaciæ, apud Abderam urbem in lacum Biſtonidem influens.

Comum, quod inſtauratum Novocomum dictum eſt, *Como*, colon. & urbs inſubriæ, ad lacum Karium a Mediolano 25 mill. paſſ. in Bor. Curiam versùs urbem Rhætorum, epiſc. ſub Patr. Aquileinſi. Pop. Comenſes Liv. A Gallis cum Mediolano, Bergamo, Brixia, Tridento, Verona, & Vicentia conditum, teſte Pomp. Trogo. Mem. novi Comi Catull. carm. 36.

Veronam veniat, novi relinquens
Comi mœnia, Lariumque littus.

(in man. Sel.)

Comum, *Com*, oppidum amplum Perſiæ, in provincia *Hierach*, medium ferme inter Haſpahamum, & Casbinum.

Conacum, *Cognac*, urbs Galliæ, in Aquitania, & provincia Inculiſmenſi, ad Carentonum fluvium, Franciſci primi natalibus clara, quibuſdam Campinacum dicta.

Conadium, *Conad*, urbs regni Hungariæ epiſcopalis. Vide Conadium.

Comcangium, *kendal*, teſte Camd. opp. Britanniæ, in Anglia, quod al, eſt *the Barony of Kendale* (Camdeni verba ſunt, Concangios olim de Candalia in Weſtmaria loquens ſtationem fuiſſe opinatus ſum, ſed jam rectiùs docuit dies. Alibi autem de *Haulton* verba habens, oppid. in confinio Ceſtrenſ. & Lancaſtrenſ. Comitat. ait. Nec ego alibi quærere auſim quàm in hoc tractu ſtationem illam Concangios, ubi Numerus vigilum, &c.

Concani, pop. Hiſp. Tarracon. quorum opp. fuit Concana, a Ptol. memoratum, in finitibus Aſturum. Horum mem. Sil. lib. 3.

Nec qui Maſſagetem monſtrans feritate parentem
Garnipedis fuſa ſatiaris Concane vena.

Concani populi fuere pars Cantabrorum, & eorum oppidum Boncana nunc videtur *Santillana*, urbs Aſturiæ versùs oram littoralem, & ex primis regionis. 15 milliaribus diſtat a confiniis Briſcanæ, teſtibus Brietio & Sanſone.

Concarneum, *Concorneau*, oppidum Galliæ cum arce, in Britannia minori, & in Cornubiæ tractu, 4 leucis diſtat à Coriſopito in ortum.

Conceptio, ſeu Civitas Conceptionis, *la Conception* urbs eſt Americæ meridionalis, in ora maris Pacifici, cum portu capaci, ipſa totius Ciles ex primis; eſt probè munita, quanquam varias experta fuerit vices ab Araucanis, & aliis Cilenſibus; paretque Hiſpanis.

Conceptio, *la Conception*, oppidum Americæ meridiolis, in Paraguaia regione, ubi amnis Vrvaigus in Argenteum fluvium ſe exonerat, in ditione Hiſpanorum.

Concha, *Cuenca*, urbs Hipſ. Tarracon. in Caſtella nova, epiſc. ſub Archiepiſcop. Toletano, inde 29. leuc. in ort. Valentiam versùs, quaſi in medio, à Valeria olim urbe cui ſucceſſit 7. leuc. à Gothis condita, & ſede epiſcop. exornata, ab Hiſpanis an. ſal. 1177. unà cum Alarconia opp. victis Mauris recuperata.

Concha ſita eſt in Montana regione, vulgò *la Sierra*, cuius caput exiſtit ad Sucronem fluvium, vix 10 leucis à confinio Aragoniæ in occaſum, 9 a Tago fluvio, & totidem ab alarconia in Boream. Sedet in colle inter duo flumina & montes. *Lib. Cono.*

Concha, *Conca*, urbs fuit Italiæ, in Romandiola, & in ora maris adriatici, ab aliquot ſeculis aquis obruta atque ſepulta, ita ut neque ejus appareant veſtigia.

Conchus, *Conches*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia. Quatuor leucis diſtat ab Ebroicis in occaſum in eo tractu qui vulgò *Guche* dicitur. Ejus ſuburbium vulgo Caſtellionum etiamnum dicitur, ubi albatia celebris.

Concia, *Miranda*, teſte Iacob. Vaſconc. urbs Hiſp. Tarracon. in finibus Vectorum, ad Durium fluv. in regno Portugallico, in Caſtellæ vet. conf. inter Zamoram ab ort. & Brigantiam ad occ. 8 leuc. *Strab.*

Concordia, *Concordia*, urbs Carnorum, ad Romatinum fluv. apud oram Venetiæ reg. exciſa: cujus Epiſcopus in proximo opp. cui Romatibus portus, *Porto Cruaro*, nomen eſt, reſidet. epiſcop. ſub Patr. Aquilejenſi, media fere inter Aguileiam, & altinum ad 30 mill. paſſ. ab Hunnis cum prædictis urbibus everſa. Eius mem. Venan. Fortun. in vita S. Martini lib. 4 *Plin. Mel. Ptol. & al.*

Si petis ilud iter, qua ſe Concordia cingit.

Concordia altera, *kocherberg*, teſtibus Siml. & Rhenano, opp. Germ. ſuper in alſatia, inter Argentoratum & Tabernam alſaticam, inde 3 hinc 2 leuc. diſtans. *Ant. Amm.*

Concordia, Cluverio teſte, eſt *Druſenheim*, oppidum ad confluentes Moterniamnis in Rhenum, in Alſatia inferiori, 2 leucis ab Hagenoa in ortum, et 3 infra argentinam.

Concordia item, pag. Gall. Togatæ, in Æmilia apud Mirandulam opp. inde 3 mill. paſſ.

Concordia, oppidulum Italiæ, et alias Galliæ Ciſpadanæ, nunc Longobardiæ, vulgò *Concordia*. Comitatus ſub Duce Mirandulano, prope Secium amnem 6 milliaribus, diſtat in occaſum a Mirandula. *Sil.*

Concordiæ regio: *t' land van Eendracht* Batavis, *pais de Concende* Gallis, pars terræ auſtralis, in ultima parte Oceani Iudici, recens detecta a Batavis fortuito dum in Moluccas tenderent anno 1618 et ab ipſis ſic dicta: oramque littoralem luſtrarant, ſed in regionem ipſam non penetrarunt.

Concordiæ templum, in urbe Roma a Livia exſtructum in ſuo porticu tradit Sueton. Cuius mem. Ovid. lib. 6 faſt.

Te quoque magnifica Concordia dedicat æde.

Condæum, *Condè ſur Noireau*, ſic dictum, quia ad Norallum amnem ſedet, oppidum eſt Galliæ, in Normannia provincia et Baiocenſi tractu, inter Faleſam et Viram.

Condapolis, *Condapoli*, urbs eſt Aſiæ, in India et in regno Golcondæ, cum arce permunita, in ſummo monte, 20 leucis circiter diſtat ab urbe Golconda in ortum et 26 a ſinu Bengalę in occaſum.

Condate, *Renes*, vel *Rennes*, urbs Gall. in Britannia minore primaria. Vide Rhedones. Sunt qui *Rhedon* opp. finitimum interpretentur. *P. Vict.*

Condate, *Condè*, opp. Belgij, in Hannonia, ad Scaldim fluv. apud Valencenas urbem, 2 leucis inde, Tornacum urbem Flandricam versus 5 quot a Montibus.

Condaneitem, *Congleton*, teſtibus Camd. et Talboto. opp.

to. opp. Britanniæ in Anglia, reg. Lancaſtrenſi, inter Mancunium et Mediolanum 18 mill. paſſ. Al. eſt in Com. Eboracenſi.

Turo. Condate, oppidum Cornaviorum, nunc *Congleton* oppidum Ceſtriæ Comitatus, ad amnem Danum, in limite Comitatus Staffordienſi, in Anglia. Diſtat 20 milliaribus a Beſtria urbe in ortum, et 16 a Stafordia in Boream.

Prov. Rom. Condate, *S. Martim*, pag. Gall. Celticæ, in agro et Diœceſi Turonenſi, apud Bleſas opp. inter Aurelianos et Turones, ubi D. Martinus deceſſit.

Condate quid ſit, non conſtat, forſan pro Condacenſi vico, juxta Ligerim fluvium, ubi D. Martinus deceſſit, Gregorio Turonenſi et aliis teſtibus, in confinio Turonum et Andegavenſium; ſed longè a Bleſis in occaſum, vide Candacenſis.

Condates portus Aquitaniæ, ad Duranium fluv. apud Liburniam opp. Portus adhuc nomen durat.

Scrip. Hiſp. Condatum, *Condè*, oppidum Belgii, in Hannonia, ad Scaldim fluvium; unde dicti Principes Borbonij, vide Condate.

Condercum, *Cheſter upon the Street*, teſte Camd. opp. Albionis, in Angliæ, et Scotiæ conf. apud Valium; ſive potius apud Vedram fluv. in epiſcopatu Dunelmenſi.

Condercum, oppidum aliàs Brigantum, nunc Diœceſis Dunelnenſis, in Anglia Boreali, *Cheſter upon the Street*, id eſt, urbecula ad viam publicam. Ad Vedram fluvium ſedet, media inter Dunelmum, et novum Caſtrum, 6 milliaribus Anglicis ab ora littorali et a Valo, 33 autem à confinio Scotiæ.

Condinianus pons, candidius Caſſiod. locus erat inter Ravennam, et Claſſem, teſte Rubeo. Ortel. putat nomen eſſe fluvij, qui *Candiano* nominatur, ſed hinc in Umbria eſt longè à Ravenna diſtans.

Condivincum, urbs et emporium Gallæ Lugdunenſis, ad Ligerim fluvium versùs oſtia, a quibus diſtat 15 leucis in ortum, et 18 ab Andegave in occaſum, Nannetarum primaria, vulgò *Nantes*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Eſt ampla et munita, cum caſtro, in Britannia minori. Vide Nannetæ,

Ptol. Condommum, ſeu Condomus, *Condom*, urbs Aquitaniæ non admodum antiqua, epiſc. ſub Archiep. Burdigalenſi, inter Vaſatas, et Auſcios, Agenno finitima, ad 4. leuc. diſtans. *Plin.*

Condonum ſedet juxta Baiſam fluvium, 2 leucis a Neraco, et 4. a Garumma fluvio, 3. a Lacturio, et 6 ab Auſciis in boream; eſtque caput agri Condomenſis inter Vaſatenſem tractum et Comitatum Arminiacum.

Condora, *Condore*, provincia Moſcoviæ, in Orientem extenſa versùs Petxoram, et Tartariam deſertam ibi nullæ, urbes alicujus momenti, et regio tota ſylvis obſita.

Condriacum, ſeu Condrievium, *Condrieu*, oppidum eſt lepidum Galliæ, ad radices collis, in provincia Lugdunenſi, ad Rhodanum fluvium, duabus leucis infra Viennam, et ſeptem a Lugduno in meridiem, eſtque vino ſuo celebre.

Condruſi, pop. Belgij circa Moſam incolentes: quorum reg. *Convrotz* dicitur, nomen antiquum redolens, et urbs Huum, vel Hoium, *Huye*, *Huy*, et *Hoey*, inter Leodium et Namurcum 6 leuc. diſtans, teſte P. Diſtæo. *Ptol.*

Cone, inſ. Sarmatiæ, ſeu Myſiæ, ad oſtia Iſtri, cujus mem. Luc. lib. 3

& barbara Cone.
Sarmatias ubi perdit aquas.

Coneria, *Coner*, urbs Hiberniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano, in Ultonia provincia et comitatu Dunenſi, ad lacum *Cone*, nunc in vicum redacta.

Confluentes, *Coblentz*, ſive *Cobolcutz*, urbs Germ. ſuper. infer. confinio inde incipientis; ad Moſellæ cum Rheno confluentiam, unde nomen accepit, media inter Bodobrigam et Antenacum 3 leuc. diſtans colon. Agrippinam versùs, ſub Trevirenſibus, a quibus 13 leuc. obeſt in ortum. *Strab Ptol.*

Confluentes, alterum opp. Helvetiorum, ubi Rhenus Arolam fluv. excipit, medium ferè inter Baſileam et conſtantiam ſupra 7 leuc. Helveticas proximum Aquis duris et Badæ, et ipſum *Cobolentz* vulgò dictum.

Confluentes, *le Confluent*, tractus comitatus Ruſcinonenſi, versùs montes Pyrenæos, et Ceretaniam, aliàs Hiſpaniæ, nunc Galliæ accenſitus, ubi oppidum præcipuum Villafranca, ad amnem Tethim, 10 leucis à Perpiniano in occaſum. *Lib. Not.*

Congavata, *Roſe-Caſtle*, teſte Camd. opp. vel caſtrum Albionis, in finibus Brigantium, apud *Caudebet*, juxta Carleolum in Cumbria regione. *Ant.*

Congedus, fluv. Hiſp. Vide cogedus. Variè enim legitur.

Congum, *Congo*, pars Africæ, in Æthiopia inferiori versùs occaſum & oceanum Æthiopicum. Fuit antea regnum valde protenſum; nunc autem anguſtioribus reſtringitur limitibus, inter fluvium *Zaire* ad Boream, et regnum Angolæ ad auſtrum. Qui ſint termini ad ortum, non ſatis conſtat. Ibi Rex Chriſtianus habitat in urbe Banzo, quæ a Luſitanis dicitur urbs S. Salvatoris, *S. Salvador*. Regnum dividitur in ſex provincias. Sunt autem hæ, *Sondo*, *Lunda*, *Pango* versùs Boream et fluvium *Zaire* dictum, *& Bamba*, *Pemba*, *Batta* versùs auſtrum, ubi aliquot urbes ſubſunt dominio Luſitanorum, uti Loanda ſeu Civitas S. Pauli, Benguela, et Embaca juxta Coanzam fluvium.

Conimbrica, Conibrica Plin. *Coimbra*, ut pleriſque videtur, urbs Luſitaniæ epiſc. ſub Archiep. Bracarenſi, acad. inſignis, ad Mundam fluv. inter Ulyſſiponem ad merid. et Bracaram ad Bor. 27. leuc. Eſt autem gemina, vetus, et nova. Votus *Condexa la veja* nominatur, pag. nunc, a nova 2. leuc. diſtans. De ea Poeta Luſitaces ſic.

Tranſit ubi virides excelſa Comimbrica campos
Reſpicit.

¶ Conimbrica, *Condeta la vieja*, oppidum olim Luſitanorum, in Hiſpania, nunc vicus Portugalliæ, in provincia inter Durium et Tagum, et ex ejus ruinis, et 3. ab ea leucis crevit Conimbrica nova, *Coimbra*, urbs ampla ad Mundam fluvium, 32 leucis diſtans ab Ulyſſipone in Boream, et 6 ab ora Oceani occidentalis.

Conitia, *konit*, urbs Poloniæ, in Pruſſia Regia, ad amnem *Bro.* Dicitur etiam, *Chognicze*; eſtque prope deſertum *Waldovv*, in confinio Pomerariæ, 8. leucis a Culmia in occaſum.

¶ Conium, *Coſne*, oppidum lepidum Galliæ, in Nivernenſi provincia; prope Ligerim fluvium, 12 leucis infra Nivernum, et 6 infra Charitatem in Boream.

¶ Connacia, *Connaught*; provincia regni Hiberniæ in occidentali parte inſulæ, in ſex regiunculas ſeu Comitatus diviſa, habens ab oriente Lageniam, à ſeptentrione Ultoniam, et a meridie Momoniam. Ibi urbs præcipua Galliva.

¶ Connacum, *Cognac*, oppidum Galliæ, in Aquitania, et Inculiſmenſi agro, ad Carentonium fluvium, hiſce temporibus celebre propter obſidionem et natalitia Franciſci primi Francorum Regis. Dicitur aliter Conacum et Campinacum, vide ibi.

Conopeium, portus Paphlagoniæ, juxta Halxs fluv. oſtium. Fuit & opp. ad Mæntidem, ubi lupos piſces ajunt prædæ parte conductos piſcatorum retia aſſervare; mercede verò fraudatos, retia et prædam populari, teſte Steph.

Conopon, quod et Diabaſis, inſ. parva Myſiæ infer. ad oſtium Iſtri Pſeudoſtomum, apud Peucen inſulam.

Conovium, *Convvez*, et *Alber Convvey*, et *Caer hean* Britannicè, opp. Albionis. in Cambria; ſive in wallia, cum fluv. cognomine, ad ejus oſtium, medium inter Aſaphopolim, et Bangorium 10 mill. diſtans, apud Dictum opp.

¶ Conovium oppidum fuit Ordovicum, in Anglia, quod nunc proſtratum jacet; et inter ejus rudera eſt tenus viculus *Caerhean* dictus, id eſt, urbs antiqua ad Conovium, 4 milliaribus Anglicis ab ora maris Hibernici, in Arvonia Comitatu. Ex ejus ruinis crevit oppidum in viciniis, 4 milliaribus infra dictum *Aber Convvey*, id eſt. Conovij oſtium: quia ad oſtium Conovij fluvij ſedet, in ora ejuſdem Arcoviæ provinciæ, ſeu Comitatus Valliæ, 8 milliaribus a Bangorio in ortum, et 16 ab Aſapholi in occaſum. *Plin. Ant.*

¶ Conqueſtus, *le Conquet*, portus Galliæ; in Britannia minore et in intimo ejus receſſu, cum urbecula ſat culta, prope Fanum S. Matthæi in Finibus terræ dictum 5 leucis a Breſto in occaſum.

Conſa, vide Compſa. Pop. Conſanici Cic.

Conſaburum, et Conſabrum, *Conſuegra*, opp. Hiſp.

Tar-

Tarracon. in Caſtella nova, inter Toletum & Almagrum, ad 10. leuc. utriumque. Pop. conſaburenſes Plin.

¶ Conſaburum, & Conſaburus oppidulum eſt Caſtellæ novæ, 7. leucis ab Ana fluvio diſtans, & 4. à Xiguela amne; eſtque caput Prioratus Caſtellæ Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani ſeu Equitum Melitenſium, ſub quo tredecim ſunt municipia.

Conſedie, ſive, ut alij legunt, Coſedia, *Cuſſy*, teſte Sim. opp. Duc. Lucemburgenſis, vel *Bovillon*, teſte Ortel. quod Lat. rec. Bullonium dicitur, in confinio dicti Ducat. à Lucemburgo 14. leuc. in occ. Eſt & Conſedie in Gall. Lugdunenſi, in tab. Peutingerianis.

¶ Conſediæ, ſeu Coſedia, Sanſone & Brietio teſtibus, eſt Conſtantia, urbs Galliæ Lugdunenſis, nunc *Coutances*, in Normannia provincia. Vide Conſtantia caſtra.

Conſentia, *Coſenza*, urbs Brutiorum archiep. Calabriæ citer. metropolis, ad Buſentum fluv. ab Auſoniis ante Oenotrorum adventum condita, inter Neapolim 160. & Rhegium ſupra 80. mil. paſſ.

¶ Conſentia, quæ & Coſentia, *Coſenza*, urbs, Brutiorum alias caput, nunc Calabriæ, in regno Neapolitano, & ex præcipuis regni. Caſtrum habet munitum juxta Cratidem fluvium, ubi recipit Buſentum. Ibi obiit Alaricus Vviſigothorum Rex. 12. milliaribus diſtat ab ora maris Tyrrheni, & 30. circiter à Roſſana versùs auſtrum.

Conſilinum, *Stylo*, teſte G. Barrio, opp. mag. Græciæ marit. inter Locros & Scyllacium, à Caulonia 10. mill. paſſ. in Bor. à Hieracio 28.

Conſoranni, Conſuarani Plin. *Conſerans* vel *Coſerans*, pop. & urbs Aquitaniæ, apud ortum Garumnæ, & Pyrenæi montis radices, à Toloſa 15. leuc. in auſtrum quot ferè à Parpiniano in occ. epiſcop. ſub Archiep. Auſcenſi, inde ſupra 16. leuc. diſtans.

¶ Conſorani, populi Galliæ, quorum regio *Conſerans* dicitur in Vaſconia, juxta Sallam fluvium, & in confinio Occitaniæ; extenditurque ad montes Pirenæos, prope Aragoniam & fontes Garumnæ. Ibi urbs præcipua; Fanum S. Licerii, dicta *S. Licer*, 12. leucis à Tholoſa, totidem ab Auſciis, 25. autem à Perpiniano. Vide Fanum S. Licerii.

Conſtantia, *Conſtantz*, & Italis *Conſtanza*, urbs Germ. libera, in Suevia, ad lacum Venetum, in Helvetiorum (quibus eſt fœderata) confinio, inter Curiam Rhætorum ad Merid. 13. & Baſileam ad Bor. 15. leuc. ab Ulma 12. Epiſc. ſub Archiep. Moguntino. Dicta priùs Ganodurum, (vide ibi) non Canodurum, ut in Theſaur. Ling. Lat. De ea lib. 6. itiner. ſic;

Et Conſtantinæ incolumes adlabimur urbi:
Quæ ſita in Helvetico littore tota jacet;

¶ Conſtantia, *Coſtance* Gallis, urbs Germaniæ libera, ſub clientela tamen domus Auſtriacæ. Eſt probe munita, ad lacum Conſtantienſem ſeu Venetum, ubi Rhenus ab eo effluit versùs Acronium lacum. Obſeſſa fuit à Suecis anno 1634. irrito conatu, 15. leucis diſtat ab Ulma in auſtrum, 18. à Baſilea in ortum, uti etiam 7. a Scaphuſta; aliaſque fuit ſub dominio Epiſcopi. In ea celebratum fuit Conſtantienſe Concilium Oecumenium 16. anno 1414. & quatuor ſequentibus pro pace Eccleſiæ reddenda.

Conſtantia urbs fuit Cœleſyriæ epiſc. ſub Archiep. Boſtrenſi.

Conſtantia Caſtra, *Conſtance*, vel *Conſtances*, urbs Gal. Celt. in Normania, apud oram littoralem, Abrincis finitima, priùs Auguſta, teſte Polyd. Virg. dicta, epiſc. ſub Archiep. Rothomagenſi, inde 42. leuc. in occaſum.

¶ Conſtantia caſtra, quæ & Coſediæ, nunc *Coutances*, urbs eſt Normanniæ, cujus ager *le Coutantin* dicitur, ubi alias Unelli populi. Sedet juxta amnem Bardum, 2. leucis ab ora maris Britannici, 8. ab Abringis in Boream, & 20. à Cadomo in occaſum.

¶ Conſtantienſis lacus, *Lac de Conſtante* Gallis, *Bodenzee* Germanis, *Lago di Coſtanza* Italis, lacus maximus inter Sueviam & Helvetios, a Conſtantia urbe, quam rigat, nomen trahens. Per eum labitur Rhenus fluvius. Longitudinis eſt 40. mill. paſſ. Dictus fuit antea Brigantinus, Venetus, & Podamicus; & rigat urbes Lindavium, Uberlingam, Buchorniam, Brigantium, & Merſoburgum.

Conſtantina, priùs Cirta, urbs Africæ mediter. apud Ampſagam fluv. in Maurit. confin. à Cullu 48. mill. paſſ. vulgò *Conſtantina*. Eſt & Conſtantina opp. Hiſp. Bæt. ab Hiſpali 12. leuc. Emeritam versùs in Bor. in Extremaduræ confinio.

¶ Conſtantina, *Conſtantine*, Gallis, urbs eſt Barbariæ, in mediterraneis & regni cognominis caput, unde etiam montes Conſtantine in illo tractu. Ab Arabibus Coſantina dicitur; diſtatque 70. milliaribus a Cullu in auſtrum, & centum circiter a Bugia in ortum.

¶ Conſtantina, *Conſtantina*, oppidulum eſt Hiſpaniæ in Vandalitia regione, prope montes Marianos, 12. leucis ab Hiſpali versùs Calatravam in Cæciam, & totidem a Corduba in occaſum.

Conſtantinopolis, priùs Byzantium, à Conſtantino Mag. inſtaurata, & Imperij ſedes conſtituta, nova Roma dicta fuit, & provincia in qua eſt, id eſt, Thracia, Romania à Græcis uſque in præſentem diem dicta; ſedes etiam Patriarchalis. Hæc an. ſal. 1453. Pio II. Pont. Max. à Turcis capta, regia ipſorum effecta eſt, maxima urbium omnium Europæarum, media ferè inter Venetias ad occ. & Tabrelium Perſarum regiam ad ortum, ad mill. paſſ. 1390. utrinque diſtans. Ejus mem. Auſon. catalog. urbium.

Prima urbes inter, Divum domus, aurea Roma.
Conſtantinopoli aſſurgit Carthago priori.

¶ Conſtantinopolis, Turcis *Stamboul*, Gallis *Conſtantinople*, Italis *Conſtantinopoli*, Germanis *Conſtantinopel*, Thraciæ caput fuit, & cum prius a Severo Imperatore direpta fuiſſet, a Conſtantino reſtaurata, ampliata, & abſoluta fuit mirabili murorum artificio & ſumptuoſiſſimorum ædificiorum ſtructura. Ita Romanorum Imperatorum fuit ſedes, mox Græcorum poſt Imperii diviſionem, poſtremò poſt captam ipſam urbem a Mahumete ſecundo, Turcarum Imperatorem eam ſibi regiam conſtituerunt: unde nunc opulentiſſima, frequentiſſima, & populo numeroſiſſima eſt; ita ut ſit omnium Europæarum urbium maxima poſt Lutetiam Pariſiorum. Amplitudo urbis 14. milliaria complectitur, & utriuſque ſexus 700. hominum millia ferè numerantur. Portum habet commodiſſimum. Urbs eſt triangularis, viæ anguſtæ & inæquales. Septem colles includit. Palatium Principis vulgò *le Serrail* dicitur: ſedetque ipſa urbs prope Propontidem & Boſphorum Thracium, ex adverſo Aſiæ minoris. Galata autem ſeu Pera quaſi ultra æſtuarium potiùs eſt ſuburbium Conſtantinopoleos, ubi Latini ferè omnes commorantur. Eam accuratè deſcripſit Bellonius, uti & Petrus Gilius. Ei adjacet ex parte Aſiæ *Scutaret*, alias Chryſopolis. Conſtantinopoli habita ſunt quatuor Concilia generalia, primum nempe ſub Damaſo Papa primo anno 381. ſecundum ſub Vigilio Papa anno 553. tertium ſub Agathone Papa anno 680. quartum ſub Hadriano ſecundo Papa anno 689.

¶ Conſtantinovia, *Conſtantinovv*, oppidum Poloniæ, in Volhinia ſuperiori, ad fluvium Sculſum, versùs Podoliam, 5. leucis à Zaſlavia in auſtrum. Malè habitum fuit a Coſaccis hiſce ultimis temporibus.

Conſuanetes, Conſuante Ptol. pop. Tindeliciæ: quorum locus in Bavaria, ad Iſaram fluv. *Schvvindavv*, Plin.
teſte Sim. nominatur. Aliis tractus illorum inter Landshurum urb. ipſorum, & Waſſerburgum & Pataviam urbes Bavariæ eſſe videtur.

Conſuarani. Vide Conſoranni. Plin.

Conteſtani, pop. Hiſp. Tarracon. in ora orientali: Ptol.
quorum reg. Conteſtania Plin. dicitur, & opp. Conteſtania quoque, vulgò *Concentayna*, teſtibus Cluſio & Beuthero, in ora littorea regni Valentiæ, ab ea 14. leuc. in auſt. Alonas versùs, quaſi in medio, à Sætabi urbe 5.

¶ Conteſtani populi fuere Hiſpaniæ, ubi nunc maxima pars regni Valentiæ, inter Turiam fluvium & Ilicitanum ſinum: ubi urbes Carthago nova, Illicis, Alona, Setabis, Valentia, & Dianium, versùs oram littoralem maris Mediterrannei. Eorum veſtigium manere in oppido *Concentayna*, in regno Valentino ſubdubitat Beutherus.

¶ Contiacum, *Conly*, municipium Galliæ, in Picardia & Ambianenſi agro, Principatus titulo clarum: hinc Condæorum Principum ſtripis dicta. 4. leucis diſtat ab Ambiano in auſtrum.

Continuſa. Vide Cotynuſa. Sic enim ſcribitur. Unde malè in Theſ. Ling. Lat. Continuſa ſcriptum eſt. Ptol.

Con-

Strab. Contributa opp. erat Hiſpan. ad Anam fluv. Eboræ vicinum, Contrebia forſan Livio.

Strab. *Plin.* Convenæ, *Comingeois*, pop. & urbs Gall. Aquitan. apud Pyrenæorum montium radices: quorum reg. *Cominges* nominatur, urbs verò *S. Berrand*, de S. Bertrandi Epiſcopi urbis tutelaris nomine, epiſc. ſub Archiep. Auſcenſi, à Toloſa 10. leuc. in merid. & Libonotum.

¶ Convenæ, populi ad fontes Garumnæ fluvii, quorum præcipua urbs Lugdunum Convenarum, nunc Fanum S. *Bertrandi de Comminges*, urbs epiſcopalis tractus 16. leucis a Tholoſa, 12. ab Auſciis, in colle. Vide Fanum ſancti Bertrandi.

Convennos, *Sheppey*, vel *Shepey*, inſ. Albionis, Cantio adjacens, apud Thamiſis flum. oſtia, Vide Connos.

Script. Conventria, *Conventry*, urbs Albione epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſi circa Angliæ umbilicum, à Lichfeldia urbe ad occ. cui ſedes epiſc. ipſius juncta fuit, 30. mill. in ort. Londinum versùs 74. diſtans.

¶ Conventria, *Coventre*, ſita eſt in Comitatu Warvicenſi, 20. milliaribus a Lichfeldia, & 6. a Warvico in Boream.

Converſanum, *Converſano*, urbs Italiæ, in regno Neapolitano & provincia Bariana, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi. Gaudet titulo Comitatus Gentis Aquavivæ, 5. milliaribus diſtans ab ora maris Adriatici, & 14. a Bario in ortum Monopolim versùs, a qua diſtat tantum 8. milliaribus; eſtque parvi circuitus.

Coos, Cos Strab. Ptol. inſ. magis Ægæi, Cariæ adjacens, *Lango* vulgò, Unde Cous nom. gent. Prop. lib. 1. eleg. 2.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo;
Et tenues Coa veſte movere ſinus?

¶ Coos, *Lango*, inſula eſt Aſiæ minoris in mari Ægæo, versùs oram littoralem Cariæ, ab ea vix 20. milliaribus diſtans in occaſum. Parva eſt & oblonga. Alias ſuberat dominio Equitum Rhodiorum, ſeu S. Joannis Hieroſolymitani. Sed a Turcis expugnata, ipſis etiamnum ſubeſt. Urbeculam habet cognominem versùs ortum.

Strab. Copæ, *Stivo* Caſt. opp. Bœotiæ ad lacum, Aliarto, Orchomeno, & Lebadeæ proximum, (licèt Ortel. Copa pro Copæ ſcripſerit) apud Cephiſum fluv.

Strab. Copais, *Lago Stivo*, lacus Bœotiæ, à Copis opp. nomen habens, ac ab aliis opp. circumſtantibus aliter nominatus; nam ab Aliarto Aliartus, à Leuconia Leuconis dicitur: anguillis optimis abundans.

Plin. Cophantis, mons Bactrianæ ſemper ardens: de quo Plin. lib. 2. cap. 106.

Strab. Cophes, fluv. Indiæ citer. in Indum fluv. influens, Coas Ptol. qui potiùs in Arachoſia, quàm in India locatur, cùm fontes illius occidentaliores Indi fontibus ſint. *Sim.* cum opp. dicitur. Dionyſ. Afer.

Tertius hos ſequitur ſplendenti gurgite Cophes.

Steph. Copiæ, *Cupo*, teſte Liporio, opp. fuit magnæ Græciæ, in ora ſinus Tarentini, apud Thurios, nunc vicus.

¶ Copiapum, *Copiapo*, oppidum Americæ meridionalis, ad oſtia fluvii cognominis, in Chilenſi agro & juxta confinia Peruviæ, cum portu utcumque capaci, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Copranitza, *Capronicza*, urbs Sclavoniæ, cum arce munita, ſub dominio Auſtriacorum, vix duabus leucis à Savo fluvio, & 5. à Caniſia in auſtrum.

Steph. *Palut.* *Ptol.* Coptos, *Cana*, teſte Rhamuſio, urbs & empor. Ægypti ſive Thebaidis ad Nilum, quò merces ex India per ſinum Arabicum advectæ terra jumentis deferebantur, à Thebis 44. mill. paſſ. in Bor. Babylonem versùs, à Berenicè urbe ad ſinum Arabicum 258. ab Alexandria verò ſupra 300. ubi ſmaragdi inveniuntur. Mem. illius Stat. lib. 1. Theb.

Coptos; & ariſoni lugentia flumina Nili.

¶ Coqueda. *Coket-Iſland*, inſula parva, in ora Angliæ, & in littore provinciæ Northumbriæ, oppoſita fluvio Coquedo, *Coket*; qui aliquot auctus rivulis, ibi ex adverſo in mare Germanicum ſe exonerat juxta Warvvorth oppidum.

Strab. Cora, opp. Latij, in finibus Volſcorum, antiquiſſimum, ante urbem Romam à Dardanis conditum, & de Coræ, Catilli, & Tyburti fratris nomine dictum; *Cori* etiam hodie dictum, inter Velitras & Setiam, à Velitris 5. mill. paſſ. Pop. Corani Plin. quorum mem. Luc. lib. 7. ad ſolitudinem redacti.

Fabula nomen erit: Gabios, Veioſque, Coramque,
Pulvere vix tecta poterunt monſtrare ruina.

¶ Cora, *Cori*, oppidulum Volſcorum, in Latio, nunc in Campania Romana, ad pedes collis, ſub dominio utili populi Romani. 6. milliaribus diſtat à Velitris in ortum, versùs Anagniam.

Strab. Coraceſium, Coracenſium Ptol. *Scandiloro*, teſte Nig. urbi Pamphyliæ littoralis, quæ à Ptol. & Liv. Ciliciæ aſperæ tribuitur, inter Olbiam ad occ. 70. & Anemurium ad ort. ſupra 100. mill. paſſ. diſtans, * manuſc. Selden.

Coraceſius, mons ibi, pars Touri dicitur.

Coracium, mons Joniæ, Colophoni imminens, nunc ab ipſa urbe nominatus.

Coraconaſus, locus Arcadiæ, ubi Ladon fluv. in Alpheum excipitur.

Coralius, fluv. Phrygiæ magnæ. Vide Sangarius.

Strab. Coralli, pop. Myſiæ infer, in ora maris Euxini, circa Iſtri oſtia incolentes, ut quibuſdam videtur; ſed ex Ovidio longiùs aberant ab Iſtro in arctos: ob frigus pellibus tecti, inſignes immanitate. De quibus lib. 4. de Ponto eleg. 8.

Littora pellitis nimium ſubjecta Corallis,

Coras, mons apud Tybur urb. de Coræ fratris Tyburti nomine dictus.

¶ Coras, *Lac de Goras*, lacus Aſiæ, in Tartaria vera, versùs partem Borealiorem, in regione *Mongul* dicta. Recipit Tartarum fluvium; eſtque valde extenſus, ut tradunt nonnulli.

Plin. Coraſiæ, Coraſſiæ Strab. *Cruſſie*, teſte Nig. inſulæ parvæ maris Ægei inter Icariam & Pathmon proximas, ab Icaria in occ. parum diſtantes.

Coraſius, mons Antiochiæ, in Syria, urbi magnæ imminens.

Strab. Corax, *Coraxas* in tab. recent. mons Ætoliæ inter Naupactum & Callipolim ad occ. conſiſtens.

Corax alter, mons Sarmatiæ, in Aſia, cum fluv. ejuſd. nom. in finib. Colchorum: ubi pop. Coraxi, & montes Coraxici, qui Caucaſi pars ſunt, & Heniochij etiam apud Plin. appellantur, Cyrum fluv. fundentes.

¶ Corax, *Algiery*, urbs Sardiniæ inſulæ, cujus portus olim Carcacodes dictus, ſeu Caracodes, eſtque peramplus in ora occidentali inſulæ ſeu in parte Boreali. Parva urbs eſt, ſed ſatis culta; & in loco peramœno ſita. Gaudet ſede epiſcopali ſub Archiepiſcopo Turritano, 16. milliaribus diſtat à Saſſari in auſtrum, & totidem a Boſa in Boream. Dicitur Algara a recentioribus.

Plin. Coraxi, pop. Colchidis, circa Coraxem mont. incolentes, ſeu Coraxicos montes habitantes: quorum urbs Dioſcurias.

¶ Corbacum, *Coreach*, oppidum Germaniæ, in Haſſia, caput Comitatus Valdeccii, medium ferè inter Paderbornam & Marpurgum, 6. leucis Germanicis a Caſſula in occaſum, & ferè 3. Valdecco.

Arm. Corbaria vallis, *Corbiere*, locus Gall. Narbon. inter montes Pyrenæos & Birſam fluv. ubi Carolus Mag. Saracenos magna clade affecit. Vide Cervaria.

¶ Corbaria vallis, aliter Cervaria, *Cervera*, oppidulum alias Galliæ Narbonenſis, nunc Cataloniæ, ad radices Pirenæorum & in ipſo confinio Comitatus Ruſcinonenſis, in ora littorali maris Mediterranei, 2. leucis ab Illibori in auſtrum Rhodam verſus. Vide Cervaria.

¶ Corbeja, *Corbie*, urbecula Galliæ, in Picardia regione, parva, ſed munita, ad Somonam fluvium cum Abbatia celebri. 4. leucis diſtat ab Ambiano in ortum, & 8. a Perona. Capta fuit ab Hiſpanis anno 1637. Sed paulò poſt fortiter recepta Gallis.

¶ Corbeja, *Corvey* incolis, *Corbie* Gallis, urbecula Germaniæ, in Weſtphalia regione, ad Viſurgim fluvium, cum Abbatia celebri fundata per Ludovicum pium Imperatorem. Diſtat 9. leucis a Paderbona in ortum, & 7. à Caſſula in Boream, juriſdictionem habens ſatis amplam.

Potib. *Strab.* Corbilum, urbs & empor. Gall. Celticæ, ad Ligerim, quæ Ortel. *Nantes*, urbs epiſc. Britanniæ minoris eſſe videtur. Forte *Croiſil* opp. apud oſtia Ligeris. In Theſ. Ling. Lat. Corbilo legitur.

¶ Corbilum, ſeu, & melius, Corbilo, urbs fuit

Gal-

Galliæ Lugdunenſis, ad Ligerim fluvium, Strabone teſte, quæ a multis creditur Condivincum, nunc *Nantes* in Britannia minori; ſed non bene conſtat.

Corbio, oppidum Hiſp. Tarracon. in Sueſſetanis: quod Ambroſio Mor. *Vique* eſſe videtur, in Catalaunia: ſed puto extinctum eſſe, ut alia pleraque.

Corbio, opp. alterum Italiæ, in finibus Æquorum, in Latio, quod Ortel. *Carboniano* caſtrum apud Sorianum opp. dici putat. Sed Sorianum opp. non in Latio, ſed in Hetruria eſt, in Faliſcorum conf.

¶ Coraio, Brietio teſte, oppidum fuit Æquorum populorum, in Latio, ſupra Algidum, 15. milliaribus a Roma in ortum: & dirutum fuit a M. Horatio Pulvillo. Sed longè diſtabat a Carboniano, quod eſt in Hetruria.

¶ Corbolium. *Corbeil*, oppidum Galliæ, in Inſula Franciæ, cum ponte ad Sequanam fluvium, 7. leucis ſupra Lutetiam. Vide Joſedum.

Corbulo, opp. Hiſp. Bæticæ: quod aliquibus *Carpio* eſt, in Vandalia: inter Cordubam 5. & Illiturgim 7. leuc. diſſitum.

¶ Corbulonis Foſſa, in Batavia, quæ a Lugduno Batavorum Delphos defertur, atque inde ad vicum *Sluys* Moſæ jungitur. Vulgò *de Fliet*, Cluverio & aliis teſtibus.

Corcagia, *CorcK*, urbs Hiberniæ, in Momonia, non obſcura, epiſc. ſub Archiep. Caſſilienſi, cujus Epiſc. Clonenſi propinquo junctus traditur; à Caſſilia ad 30. mil. in merid. Clonæ, & Roſſæ finitima, ad 12. mil. diſtans.

¶ Corcagia, caput Comitatus ſeu provinciæ cognominis, ſedet ad fluvium Saverenum, cum portu capaci, & commodo, quanquam aliquot milliaribus diſtet à mari; eſtque parva, ſed munita, 18. milliaribus a Roſſia, & 10. a Kinſalia tantum. Malè habita fuit ab Anglis paucis abhinc annis. Ab Anglis *korKe* dicitur, & *Korcach* indigenis.

Corcoras, *Gurck* fluv. Japodum, in Carniolæ, & Croatiæ conf. non longè ab Æmonia, apud Nauportum oriens, & in Saum ad Collem opp quod *Raiu* nominatur, influens.

¶ Corcoras, *Gurck*, fluvius Japodum, ubi Latobici populi. Oritur ſupra Lugeam paludem in Carniola, aliquot leucis a Nauporto. Prætorium & Rudolphi verdam rigat, deinde in Savum fluvium labitur ad Noviodunum oppidum, ubi nunc Carniolam a Croatia ſeparat.

Corcyra, quæ & Phæacia Poetis, *Corfu*, inſ. notiſſima maris Jonij, Epiro adjacens, inde vix 12. mill. paſſ. diſtans, inter Ceraunios ſive Acroceraunios montes ad arctos, & Leucadem ad merid. 50. mill. paſſ. diſtans, à Japygio Salentinorum & Italiæ prom. propiore 70. cum urbe archiep. anno ab urbe condita 50. a Gorinthiis colon. effecta, cum arce firmiſſima, ſub Venetis, Longa eſt inter Bor. & auſtrum 83. mill. paſſ. Pop. Corcycæi. Mem. illius Luc. lib. 2.

-ſeu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, ſeu læva petatur
Illyris Jonias vergens Epidamnus in undas.

Corcyra libera in proverbium abiit. Tanta enim Corcyræis libertas fuit, ut dicere ſolerent, *Caca ubi libet*. Hanc urb. al. ſcribunt an. Chriſtum natum 702. conditam, quo Capitolium Romæ.

¶ Corcyra inſula, *Corfu*, Gallis *Corfou*, vix 6. milliaribus diſtat ab ora Epiri, a parte Boreali, & 90. circiter a Lapigio promontorio Italiæ in Eurum. Ejus longitudo eſt 45. mill. Porcaccio teſte, & dividitur in quatuor partes Urbem habet cognominem promunitam, cum duplici arce in colle, armamentario, & portu capaciſſimo, Cherſoneſo; ſubeſtque dominio Venetorum ab anno 1382.

Corcyra Melana, id. e. nigra, *Curzola* Soph. & al. inſ. maris Hadriatici, Illyrico ſive Dalmatiæ adjacens, non longè ab Oæneo opp. & prom. Dalmatiæ, a Pharia inſ. 22. mill. paſſ. in ortum diſtans Melitam versùs longa 30. cum urbe ejuſd. nom. epiſc. ſub Archiep. Epidaurio.

¶ Corcyra Melana Slavè dicitur *Karkar*, teſte Joanne Lucio.

Corduba, colon cognomento flatricia *Cordova*, urbs Hiſp. Bæt. clariſſima ad Bætim fluv. epiſc. ſub Archiep. Hiſpalenſi, in Vandalia, media ferè inter Hiſpalim & Granatum 22. leuc. Aſtigi finitima, 8. diſtans, an. ſal. 1092. ab Hiſpanis cum Hiſpali, victis & ejectis Mauris, recuperata. Patria fuit Senecæ & Lucani. Ejus mem. Auſon. in catal. urbium.

Cordubanon, non arte potens tibi Tarraco certat.

Et Sil. lib. 3.

Nec decus auriferæ ceſſavit Corduba terræ.

Corduba item, mons Luſitaniæ, in regno Portugallico, & agro Portuenſi, qui *Corvan* vulgò dicitur, teſte Andr. Reſendio. Cujus ſit mentio in vita S. Rodeſindi.

Cordueni, Carduchi Xenoph. *Curdi* pop. Aſiæ, inter Armeniam, Meſopotamiam, & Mediam, Taurum mont. ubi is Niphates inter Armeniam majorem & Meſopotamiam dicitur, incolentes, armigeri. (Gordene, vel Cordune Ptol. regio ita ſita, & poſita. *Geſ.*

Cordulæ, Cordula Ptol. & Arrian, S. *Foca*, teſte Nig. & al. opp. & portus Cappadociæ paulò ultra Trapezuntem urbem. *Script.*

¶ Cordulæ, portus Colchidis ad mare Euxinum, circa Cereſum oppidum, teſte Ortelio. Aliis autem eſt oppidulum Heniochorum, ad Pritanis fluvii oſtia, 10. milliaribus ab Athenarum promontorio in ortum, & 25. ab Apſorri oſtiis in occaſum, Sanſone teſte, 100. autem milliaribus ultra Trapezuntem.

¶ Corea, ſeu *Corey*, regio eſt ampla & oblonga, cum regno cognomine, in Oceano Sinenſi, in Aſia, inter oram orientalem Sinarum, & Japoniam. Eam multi regno Sinarum tribuunt, & peninſulam faciunt. Sed vix ullam de ea habemus notitiam. De ea lege Martinum Martinium.

Coreſſus, *Corideres*, teſte Jo. Leuncl. mons Joniæ excelſus, cum opp. cognomine, apud Epheſum urb. ab ea 5. mill. paſſ. in ort. diſtans. *Xenop.*

¶ Coretus ſinus pars Mæotidis paludis, prope Zenonis Cherſoneſum, in Taurica regione, & Bugem lacum, in Sarmatia Europæa. *Caſ.* *Strab.*

¶ Corſinianum, *Pienza*, urbs Tuſciæ, in Senenſi territorio, dicta Pientia a Pio ſecundo Pontifice Maximo, quòd illic natus eſſet patre exulante, & ab ipſo etiam ſede epiſcopali donata fuit ſub Archiepiſcopo Senenſi. 9. milliaribus diſtat ab Ilcinio in ortum, & 3. a monte Politiano, eſtque parva, in colle.

Corſinium S. *Pelino*, urbs olim Pelignorum epiſc. in Aprutio, Sulmoni urbi proxima, 7. mill. paſſ. diſtans, nunc pag. ſeu vicus parvus. Pop. Corfinienſes Plin. Mem. illius Luc. lib. 2. *Ptol.*

At te Confini validis circumdata muris.
Tecta tenent.

¶ Confinium aliis eſt *Pentina*, vicus Aprutij citerioris, inter Sulmonem & Populium, quod crevit ex ejus ruinis, prope Appeninum montem. *Ptol.*

Corindiur, *Caribider*, ut Caſtal. videtur, urbs Indiæ citer. in ora littorea.

Corinium, *Caer Cory* Britannicè, & Anglicè *Ciceſtre*, teſte Lhuydo, urbs Albionis, in Anglia. Sed Camd. ſcribitur *Cirenceſter & Circeſter*, opp. apud Gloceſtriam urb.

¶ Corinium, oppidum Dobunorum alias, nunc *Cirenceſter*, Gloceſtrienſis Comitatus, in Anglia. Dictum fuit Durocornovium Antonino, id eſt, Cornovium aqua, exactè ad 15. a Gloceſtria lapidem in ortum. Mœnium ruinæ peramplum fuiſſe declarant; quæ duo utique milliaria in ambitu collegerunt. Nunc ægrè inhabitatur. Alluitur fluvio Corino, nunc *Churne*, & 22. milliaribus diſtat ab Oxonio in occaſum. Dicitur aliter Circeſtria. Vide ibi.

Corinium alterum, *Carino* nunc ex tab. recent. vel *Gliuba* Nigro, opp. Illyrici, in Liburnia, proximum Enonæ & Vegiæ urbibus. In Theſ. Ling. Lat. pro Liburnia Dalmatia poſita eſt.

¶ Corinium, *Cori*, Saivi *karin*, teſte Joanne Lucio viro doctiſſimo, oppidulum eſt Dalmatiæ, in ditione Turcica, in monte, milliaribus a Novigrado in ortum uti & 20. mill. a Jadera, & 6. a Nadino, longius ab Enona, inter Nadium & Obrovacium.

Corinthus, *Corintho*, vel *Corinto*, & *Coronto*, a Turcis *Gereme*, teſte Leuncl. urbs Peloponneſi notiſſima, ad iſthmum, archiep. & metrop. præclara quondam Reſpubl. ab Alethe luctatore anno ab orbe condito 3066. quo & alba Longa in Latio, ædificata, ab Argis 25. mil. paſſ. a Patris 78. in ort. a Lacedæmone 90. in Bor. ab Athenis 45. in Africum. Ephyre priùs dicta, a fronte. Pop. Corinthii Cic. Liv. Xenoph. & al. Hinc Corinthius, *Ptol.*

thius, & Corinthiacus nomen gentile ; ut Corinthiacus ſinus, vulgò *Golfo di Patras*, & *Golfo di Letanto*, & *Ripa de Oſtria*, Criſſæus etiam & Halcyonius a veteribus dictus. Mem. Corinthi Ovid. appellans eam bimarem, quòd ſit inter duo maria, Jonium ad occ. & Ægæum ad ort. lib. 4. faſt.

Adriacumque patens latè, bimaremque Corinthon.

Et lib. 15. Metam

Jamque Corinthiaci carpebam littora ponti.

Corinthii, adeo ſcortationibus & lenociniis dediti fuere, ut meretricibus maximum haberent honorem; cùm in publicis precibus Venerem orarent, ut meretrices augens ſervaret, auctore Athen. Unde proverbium ortum, *Corinthiari*, in eos qui vitam impudicam ducunt: & de muliere proſtituta dici ſolitum erat, *Corinthia videris*. Corinthi Laiis nobile ſcortum fuit, quo uti abſque ingenti pretio non licebat. Unde adagium apud Hor. & alios, *Non omnibus licet adire Corinthum*. Hæc cùm à Demoſtene 10000. drachmas poſceret, reſpondit ille, *Non emo tanti pænitere*.

¶ Corinthus, *Coranto*, urbs Peloponneſi, in ea parte quæ ab ea Corinthia dicta fuit, & nunc *Duchè de Clarence*. Sita eſt in medio Iſthmi Corinthiaci ab ipſa dicti, habebatque Acracorinthum arcem in ſcopulo, & navalia duo, nempe Lecheum in ſinu Corinthiaco, & Ceuchreas in Sarano ſinu, 40. ſtadiis a Lecheo, nunc etiam ſatis ampla, ſed ſine muris. Paruit antea Venetis ex conceſſione Deſpotarum. Sed eis erepta fuit a Mahumete ſecundo Turcarum domino anno 1458. ipſiſque Turcis etiamnum ſubeſt cum tota regione.

Hali. Cariola, ſeu Coriolla, Corioli Liv. opp. erat Latii, in finibus Vulſcorum, apud Tarracinam, cujus nunc nullum extat veſtigium. Pop. Coriolani Plin. Corioli pro Coriola in Theſ. Ling. Lat. ſcriptum eſt.

Coriolanum, *Corigliano*, opp. præclarum magnæ Græciæ, in Calabria citer. apud oram ſin. Tarentini, inter Roſcianum, & Thurium, inde 6. hinc 8. mill. paſſ.

Ant. Coriovallum. *Valckenburg*, teſte Siml. opp. Germ. infer in Belgio, inter Juliacum, & Trajectum, a quo 2. leuc. abeſt, ab Aquiſgrano 3.

¶ Coriovallum, oppidum Eburonum, in Germania inferiori, & in Ducatu Limburgenſi. Dicit *Falckenburg*, Gallis *Fauquemont*; ſubeſtque dominio Batavorum ab aliquot annis.

Coriſopitum, Curiſolitæ Cæſ. *Cornovaille*, urbs

Prov. Gall. Celticæ, in ora Britanniæ minoris, inter Vene-

Rom. tos ad merid. & Brivatem ad Bor. inde 23. leuc. a Rhedonibus totidem in Notolibycum, epiſc. ſub Archiep. Turonenſi, cujus Epiſcopus Quinpercorentini opp. vicin reſidet.

¶ Coriſopitum, *Quimper*, urbs eſt Galliæ, in parte occidentali Britanniæ minoris, quæ Cornubia dicitur; unde ſæpe urbs ipſa *Cornovaille* vocatur, aliquando etiam *Quimpererentin* a S. Corentino illius Epiſcopo. Sedet ad Oderam amnem, 3. leucis ab Oceano, inter Brivatem ſeu Bruſtum ad Boream 11. leucis, & Veneros ad ortum 23. a Rhedonibus autem abeſt 40. leucis circiter occaſum versùs.

Ptol. Coritavi, Coritani, pop. Albionis, in Anglia; quos Lhuydus Lincolnienſes eſſe autumat. (Camdeno Coritani plures Comitatus. Vide catalogum populorum Britanniæ.

¶ Coritani populi fuere Angliæ, inter Brigantes ad Boream, Cornavios ad occaſum, Catieuchlanos & Icenos ad auſtrum, & Oceanum Germanicum ad ortum, qui longiſſimè per mediterraneam inſulæ partem diffuſi, habitabant in illis regionibus, quæ nunc Northantonia Liceſtria, Rutlandia, Lincolnia, Nottinghamia, & Darbia vocantur. Horum præcipua Lindum.

Coritus, *Monte Corvo*, teſte Leandro, mons Um-

Halic. briæ, in Sabinorum conf. apud Caſſiam opp. Eſt & Coritus apud Caton. lib. de orig. mons Hetruriæ, pars Cimini montis.

Virg. Coritus, urbs. Vide Cortona, & Corytus.

¶ Coriundi populi Hiberniæ, ubi nunc pars Comitatus *Caterlog.* & agri Kikennienſis pars non minima, atque etiam ubi tractus Oſſiriæ ſuperioris & Ormondia, in Lagenia provincia, Camdeno teſte.

¶ Corlinum, *Corlin*, urbs Germaniæ, in Pomerania ulteriori, cum arce, alias ſub dominio Epiſcopi Caminenſis, nunc autem ſubeſt Electori Brandeburgico, pace ad Monaſterium. Sita eſt ad amnem Perſantam, & 3. milliaribus diſtat à Coslino in occaſum, & paulo minus à Colberga in auſtrum.

Cornabui, pop. Albionis, in Scotia: quorum reg. *Ptol.*

Cathnes & *Sutherland*, teſte Lhuydo. Illorum veſtigium *Cernico* vel *Gernico* arx eſt, teſte Buchanano Scoto ſcriptore. (Camdeno ſunt *Strah Narvern.*

¶ Cornabui, ſeu & Cornabii, populi fuere Scotiæ, in parte ſeptentrionaliori regionis, versùs Tarvedium promontorium & Orcades inſulas; ubi nunc pars Borealis Comitatuum *Strathnauern* & *Cathnes* teſte Camdeno.

* Cornacum, *karoſca* Laz. *Batha* Siml. opp. Pannoniæ infer. ad Danubium, inter Budam & Bononiam Lazio magis fido. (* Manuſc. Seld.

¶ Cornacum, *Zatha* Sanſone teſte, oppidum Panno- *Ant.*

niæ inferioris, ad Danubium fluvium, ubi recipit Val- *Ptol.*

ponem amnem paulò infra confluentes Dravi in Danubium, inter Teutoburgium & Bononiam, 5. leucis Germanici ab EſeKio in ortum, ſub dominio Turcarum.

Cornavii, pop. Albionis ad occ. in regno Angliæ, à

Cornabuis, qui ſunt in Scotia: quorum reg. *Cornvvall* *Ptol.*

& Britannicè *Cernuo*, vel *kernavv*, uti Camden. & Latino rec. Cornubia dicitur, teſte Lhuydo, ultra Damnonios. Illorum metrop. Exonia urbs.

¶ Cornavii populi fuere Albionis in meditullio ferme Angliæ, inter Brigantes ad Bor. Caritanos ad ort. Dobunos ad auſtrum, & Ordovices ad occaſum, teſte Ptolemæo. Habitabant ubi nunc Comitatus Warvicenſis, Vigornienſis. Staffordienſis, Salopienſis, & Ceſtrienſis, teſte Camdeno. Longè autem diſtabant à Cornubia in Boream.

Cornelia, *Uvimpfen*, urbs Germ. in Suevia, inter *Ver.*

liberas, teſte Munſtero cum Bruſchio; media inter Hal- *Inf.*

lam & Heidelbergam 5. leuc. à Spira 6. in ort. proxima Helprunæ, Vvimpina Latino rec. dicta, ad Ni-

crum fluvium. *Phleg.*

Cornelia, *Imola*, urbs Aemiliæ. Vide Forum Cor- *Tral-*

nelii. *lian.*

¶ Cornetum, *Corneto*. Vide Cornuetum.

Corniculum opp. fuit Latii, ad Corniculos montes,

apud Tybur urbem. *Kalic.*

Cornu Byzantii, ſeu Byzantiorum, quod & Chry-

ſoceras Plin. & Sol. *Pera* noſtratibus, *Galaja* Turcis, *Dioniſ.*

ſuburbium Conſtantinopoleos, ab eo portu ſive ſinu *Strab.*

maris anguſto diviſam: ubi Chriſtiani, quibus in urbe *Plin.*

habitare conceſſum non eſt, morantur. Vide Chryſoceras.

¶ Cornu Bizantiorum, teſte Petro Gillio, eſt ſinus parvus maris, ſeu potius pars Boſphori Thracii, inter Conſtantinopolim & Galatam ſe ſe extendens ubi regium navale Turcarum à parte Galatæ. Dicitur aliter Chryſoceras, & in eum ſe exonerant Barbyſes & Cydaris fluvij.

Cornubia, *Cornvvall*, reg. Britanniæ ſive Albionis *Scrip.*

in Angliæ regno, occidentaliſſima, in qua Exonia, ſi- *Brit.*

ve Iſca, urbs metrop. & caput eſt. Vide Cornavij.

¶ Cornubia, *Corn oval* Anglis, *Cornuvaille* Gallis, provincia, Angliæ meridionalis, in occaſum maxime extenſa, inter Oceanum Britannicum & Oceanum Virginium versùs Antiveſtem in promontorium, ubi alias major pars Damnonioram; populor. habetq; ad ortum Devoniam provinciam. Ibi tantum aliquot oppida parvi momenti. Paſtovia Bodmania, Fanum S. Stephani. Uxella, & portus Volemuthum dictus.

¶ Cornubia, *Cornovaille*, regio Galliæ, in Britannia minore versùs occaſum, cujus caput Coriſopitum. Vide ibi.

Cornuetum, *Corneto*, urbs Hetruriæ epiſc. in col- *Prov.*

le, apud oram littoralem, à qua 3. mill. paſſ. in ar- *Rom.*

ctos recedit, Graviſcis finitima, ab eis 10. mill. in ort. Romam versùs 50. à Viterbio & Monte Phyſcone (cujus epiſcopatui Cornuetanus copulatus eſt) 20. in merid. Sunt qui Corytum à Virgilio dictam volunt, ſed Corytus eſt Corton: & qui Caſtrum Inui eſſe putent; ſed Caſtrum Invi ſive Caſtrum nov. interiit, prout ex Anton. Aug. itiner. apertè colligitur. Eſt itaque urbs inter recentes, quæ Tarquiniis urbi exciſæ ſucceſſit; ſed egrè habitata, ob auſtros ſpirantes & inſalubres.

¶ Cornuetum, *Corneto*, urbs eſt Italiæ, ſub dominio Summi Pontificis, in ea parte Hetruriæ quæ dicitur provincia Patrimonii D. Petri, ad Martam fluvium, in-

ter

ter rudera Tarquinii & Graviſcæ urbium vicinarum, & prope limites Ducatus Caſtrenſis.

Corocondame, (non Corocondames, ut in Theſ. Ling. Lat.) *Colotmacorca* Mol. opp. Sarm. Aſianæ, ad Boſporum Cimmerium, inter Phanagoriam, & Hermonaſſam, ac inter Cimmerium prom. 460. & Sindiacum portum ad ort. 130. ſtad. à Phaſide urbe Colchorum 4000. in occ. tanta ferè eſt ora Sarmatiæ inter ort. & occ.

¶ Corocondame, quæ & Corocondama, oppidum eſt ad fauces Boſphori Cimmerij, & prope Hermonaſſam, in ora Ponti Euxini. Ab ea lacus adjacens dicitur Corocondamus lacus ſeu palus; eſſluitque ibi in Euxinum, 50. ſtadiis a Phanagoria in auſtrum, & 150. à Sindiaco portu in occaſum, Sanſone teſte.

Corodamum, *Capo Rizalgate*, prom. Arabiæ fel. in ora ortiva, inter Syagrum ad Libonot. 70. & Aſadonem in Cæc. 82. leuc. Hiſp. ab Armuza inſ. & urbe ad 90. recedens.

¶ Corodamum, promontorium Arabiæ, vulgò *Cap de Razalgate* dicitur, diſtatque 150. leucis Hiſpanicis a Syagro promontorio.

¶ Coromandela, *Coromandel*, regio Indiæ citerioris, in regno Biſnagaris, juxta ſinum Gangeticum, versùs Narſingam & Negapatanum, & è regione Taprobanæ inſulæ, ubi quædam coloniæ & fortalitia Anglorum & Batavorum in ora littorali.

Coromanis, Coromane Steph. *Carmon*, ſive *Corman*, teſte Molet. & in tab. recent. urbs Arab. fel. ad ſinum Perſicum, in intimo illius receſſu ad occ.

Corona, *Cronſtat*, ſeu *Kronſtadt*, & incolis *Braſſovv*, urbs Daciæ, ad Alutham fluv. in Tranſylvania, iuxta limites Moldaviæ, ad Alba Julia 18. leuc. in Cæciam; quæ & Stephanopolis appellatur, vide ibi.

¶ Corona, urbs Daciæ mediterraneæ, quæ Patruiſſa antiquorum exiſtimatur a Brietio. Nunc urbs eſt Tranſylvaniæ ad Burciam amnem. Dicitur etiam Stephanopolis, & Braſſovia, Germanicè *kronſta dt*. Urbs eſt munita in regiuncula, quam Burczam vocant, vulgo *Brucxland*, ubi tria ſuburbia, quorum unum Bulgari, aliud Hungari, tertium Saxones incolunt, 12. leucis germanicis diſtat a Cibinio in ortum.

¶ Corona, *la Corunna*, capaciſſimus portus Hiſpaniæ in Gallæcia provincia, vide Caronium.

¶ Coronæburgum, *Cronenborg*, arx permunita Daniæ regni, in Zelandia inſula, juxta Helſingoram urbem, cum palatio ſuperbiſſimo, in anguſtiis Sundici freti, ex adverſo Helſinburgi Scaniæ. Illic penditur Regi Daniæ vectigal in ſingulos malos. Capta fuit a Rege Sveciæ anno 1659. ſed poſtea Danis reddita. Exſtructa fuit a Friderico II. anno 1577.

Corone, (non Coronæ, ut in Theſ. Ling. Latin.) *Coron*, urbs Peloponneſi, in ora Meſſeniæ, inter Metonem ad Bor. & Meſſenen ad auſtrum, a Methone, 12. mill. paſſ. olim epiſc. ſub Archiep. Patrenſi, nunc metropolis, quondam Pedoſum, & Æpea vocata. Hic error in Theſ. Ling. Lat. tollendus; nam Coronen, à qua ſin. Coronæus, in Achaia locat, cum ſit in Meſſenia.

¶ Corone, urbs Peloponneſi, ſita ſub Thermatio monte, olim colonia Thebanorum, in ora ſinus Meſſanici, nunc epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Patracenſi, in provincia *Belvedere* dicta, egregiè munita, cum portu capaci. Alias paruit Venetis. Sed capta fuit a Balazete ſecundo, a quo tempore Turcarum dominio ſubeſt.

Coronea, Coronia Ptol. nunc quoque *Coronea* vulgò, urbs Bœotiæ, apud Heliconem mont. inter Theſpias, & Lebadeam, Orchomeno propior, epiſc. ſub Archiepiſc. Athenienſi. Hic talpæ haud vivunt; cum in tota Bœotia reperiantur. Maximè in agro Orchomenio, ut Plin. ſcribit lib. 8. cap. 58.

¶ Coronea, urbs Græciæ, in Bœotia, loco ædita ſita prope lacum Copaidem, ubi Cephiſſum fluvium recipit, inter Cherroneas ad occaſum, & Copas ad ortum, 20. milliaribus a Theſpiis in Boream, & 10. ab Orchomeno in auſtrum. Nunc eſt pauci momenti, ſub Turcis, ſed non inter Theſpias, & Lebadeam.

¶ Coronia, *Landſcron*, urbs alias Daniæ, nunc Sveciæ, in Scania provincia, & in ora littorali freti Sundici cum portu è regione Huenæ inſulæ.

Coronus, *Raſaraſi*, teſte Caſtal. mons Aſiæ, pars Tauri, inter Mediam ad occ. & Partiam ad ort. ſitus.

¶ Coropa, *Coropa*, provincia Americæ meridionalis, in Guaiana regione, inter lacum Parymeum & fluvium. Amazonum, prope fluvium Coropatubam.

Coropaſſus urbs fuit Lycaoniæ, inter Philomelium Phrygiæ ad occ. 840. & Mayacam ad ort. 800. ſtadiis. *Strab.*

Corozain, opp. Paleſtinæ, in ora lacus Geneſaræ ad ortum, inter Capharnaum & Cedar 12. mill. paſſ. a Scythopili verò 8. in Cæc. ægrè habitatum. *Bibl.*

¶ Corregium, *Corregio*, oppidum Italiæ ſat amplum & cultum, in Longobardia, cum arce munita. Alias habuit Principes proprios; ſed nunc ſubeſt dominio Ducis Mutinæ cum eius ditione, inſerta agro Regienſi, 10. milliaribus diſtat a Regio Carpium versùs, 13. a Mutina in occaſum. *Strab.* *Steph.*

Corſeæ, ſive Corſiæ, inſulæ parvæ Joniæ adiacentes, contra Samum inſ. quas etiam Plin. Corſeas vocat, a Coraſiis diverſas.

Corſica, Cyrnus etiam Ptol. & Strab. a Cyrno Herculis filio nominata, teſte D. Iſid. lib. 14. etymol. Corſis Steph. *Corſica* vulgò, inſ. maris Liguſtici, & Tyrrheni, proxima Sardiniæ, freto 9. mill. paſſ. dumtaxat diviſa, ab eaque in Bor. recedens, a Populonio 60. mill. paſſ. in merid. a Vadis Volaterranis 62. a Liburno portu 70. longa 150. lata 50. circuitu 322. ſub Genuenſibus. Urbes in ea quondam claræ, & col. Rom. nunc exciſæ, Mariana, & Aleria. Hic catochites lapis, corporibus quibus admovetur firmiter adhærens, teſte Sol. Melle abundat. Matt. lib. 9. epig. 26. *Strab.* *Plin.* *& al.*

Hyblæis apibus Corſica mella dabit

¶ Corſica, Cyrnus antea dicta, *Corſica* Italis, *la Corſe* Gallis, inſula eſt Italiæ, in mari Tyrrheno, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis. Separatur a Sardinia freto Taphros dicto, 6. mille paſſuum. Diſtat a Genua 100. circiter milliaribus in auſtrum, & 50. a Liburno. Longa eſt 105. mill. paſſ. lata 50. & eius ambitus eſt 500. milliarium. Dividitur inſula in quatuor partes, ſuntque pars Ciſmontana, ſeu Borealis, pars Orientalis, ſeu latus interius, pars Ultramontana ſeu Meridionalis, et pars Occidentalis, ſeu latus exterius.

Corſicæ urbes præcipuæ.

Adjacium, *Aiazzo.*	Calvium, *Calvi.*
Baſtia, *Baſtia*, caput inſulæ.	Curia, *Corte.*
Bonifacium, *Bonifacio.*	Fanum S. Florentii, *S. Fiorenzo.*

Corſiacum, *Pienza*, urbs Thuſciæ recens epiſc. ſub Archiepiſc. Senenſi, inter Mont. Politianum et Mont. Ilcinum proximas urbes 6. mill. paſſ a Sena 22. circiter diſtans, a Pio II. Pont. Max. epiſc. ſede ornata, de qua ſuo nomine dicta.

¶ Corſianum aliis omnibus Corſinianum, in agro Senenſi in colle ſub dominio magni Ducis Hetruriæ 26. milliaribus diſtat a Senis, & 10 a monte Ilcino in ortum. *Volat.*

¶ Corſoa, *Korſoè*, urbecula Daniæ, in ora occidentali Zeglandiæ inſulæ; quo primum appulit cum claſſe Rex Succiæ Carolus Guſtavus anno 1658. Sedet iuxta fretum Balteum, vulgò *die Blet* dictum; ex adverſo Fioniæ inſulæ & Neobergi urbis; gaudetque arce ſatis munita.

Corſtopitum, * *Morpit*, teſte Camd. opp ſeu pag. nunc Albionis, in Anglia, ad Tinam fluv. in Northumbria. Talboto eſt *Corbridge*: ſed Camdeno magis fidimus. (* Camdeno videtur *Corbridge* ſuper Tinam, cui *Morpeth*, vel *Morpet* eſt ad fluv. *Vventſbeck*.

¶ Corſtopitum, *Morpit*, & *Morpeth*, oppidum Ottadinorum, in Anglia, quod forſan Morſtopitum dictum fuit, ut opinatur Camdenus, nunc caſtrum eſt in Northumbria, ad amnem *Wanſpeck*, qui 5. milliaribus Anglicis infra in Oceanum Germanicum ſe exonerat; & 10. milliaribus diſtat a Novo Caſtro in Boream Bervicum verſus. *Ant.*

* Cortacha, *Tarthao*, teſte Mercat. urbs Indiæ ulterioris ſive extra Gangem ad ſinum magnum, * Gr. cod. & Seld. manuſc. *Ptol.*

Cortenæum, *Courtenal*, urbecula Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinienſi tractu; inter Senones & Montargium. Hinc dicti Principes noti in hiſtoriis Galliæ, ex quibus etiam Imperatores Conſtantinopolitani, extitere.

¶ Cortérealis ora, *la coſte de Cortereal*, pars Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter *Terre de Labrador* dicitur. Vocatur etiam Nova Brittannia; extenditurque ad arctos inter novam Franciam & Fretum Huſſonium, in ora littorali maris Borealis, vide Eſtotilandia & nova Brittannia. *Lib. Not.*

Corteriacum, *Cortryck*, Gallicè *Coutray*, urbs Belgii,

gii, in Flandria, ad Legi.m fluv. inter Adenardem, & Hypras ad merid. 5. leuc. a Sornaco 6. in Bor. à Gandavo 8. in occ. ſive Africum. Corteriacenſes populi.

Ptol. ¶ Corteriacum urbs eſt permunita, cum arce 5. leuc. ab Inſulis. Capta fuit a Gallis anno 1646. & iterum anno 1667. Ipſis etiamnum ſubeſt. Territorium habet ſatis amplum, & versùs Gandavum extenſum.

Corticata, opp. Hiſp. Bæt. in Vandaliæ & Extremaduræ conf. quod *Guadacanal* eſſe putatur aliquibus, inter Elerenam, & Cazallam 3. leuc. apud montes Marianos. Sed, teſte Morali, cui fides habetur, *Guadacanal*, non corticata; at Siſapone veteribus dictum fuit.

Ptol. *Liv.* ¶ Corticata, oppidulum Hiſpaniæ, in Andaluſia; versùs montes. Nunc *Cortegana* dicitur, ut nonnulli opinantur, in confinio Extremaduræ, & versùs fontes fluvij *Odier*. Diſtat tantum ſex leucis a confinio Portugalliæ, 14. autem a *Guadacanal* in occaſum.

Cortina in Theſ. Ling. Lat. pro Gortyna malè ſcribitur.

(Cortiza urbs eſt Ruſſiæ magnæ ſeu Moſcoviæ.)

Ptol. Corton, urbs Theſſaliæ, a Cratone 100. ſtad. teſte Steph.

Cortona, Virg. coritus, quas corytona, urbs Hetruriæ antiquiq. ex primis Tuſcorum, col. inter Aretium 15. & Peruſiam 25. mill. paſſ. epiſcop. ſub Archiep. Florentino, inde 50. mill. in monte excelſo conſtructa. Pop. cortonenſes Plin. ejus mem. Sil. lib. 8.

Strab. *Lectos Cere viros, lectos Cortona ſuperbi.*
Tarchontis domus, & veteres miſere Graviſca.

Cortona, *Cortona*, urbs eſt in dominio Magni Ducis, in confinio ditionis Pontificiæ, & agri Peruſini. Diſtat 22. milliaribus a peruſia in occaſum, 8. a clani palude, & 4. a lacu Traſimeno, eſtque ſatis munita, ab antiquioribus Græcis croto dicta, cyatonium Polybio, a Pelaſgis erepta Umaris. Utrum autem dicta fuit coritus, aut corithum, non conſtat. Vide de his pluribus cluvium. Ei Epiſcopum dedit Joannes XXII. ſub Archiepiſcopo Florentino.

Prov. (Cortracum, urbs Flandriæ. Vide Corteriacum.)

Corula, *Corolan*, vel *Colaran*, teſte Caſtal. urbs Indiæ citerioris.

¶ Corum, *Coro*, urbs Americæ meridionalis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo S. Dominici. Eſt primaria provinciæ Venezuelæ, a qua etiam dicitur perſæpe Venezuela. Sed prope littoralem Oceani Borealis, fuitque alias miſere devaſtata, nunc autem utrumque reparata. Subeſt dominio Hiſpanorum.

Steph. Cory, inſ. maris Indici; in ſinu Argarico, quæ *Nicovar* eſſe, teſte Merc. videtur.

Cory quoque, prom. Indiæ citer. Auſtraliſſimum quod colaicum etiam Plin. dicitur, & Calligicum Ptol, vide Colaicum.

Strab. Corybantes, qui & Curetes, pop. cretæ, Idam mont. incolentes, nec non apud Achelonum fluv. in Acarnania, Iovem educaſſe traduntur. Hinc corybantius nom. gent. Virg. lib. 5. Æn.

Hinc mater. cultrix Cybele, Corybantiaque æra.

Corycium antrum, Coryciusſpecus Melæ horrendum prom. Ciliciæ: juxta quod Corycus urbs *Coruch* Nig. *Carachiſar* Turcicè, teſte Leuncl. Ibi crocum optimum Provenit. Hinc corycius, ut quidam.

Corycium vidiſſe ſenem, qui pauca relicti
Jugera ruris erant.

Antri meminit Lucan. lib. 3.

Coryciumque patens exeſis rupibus antrum.

In Theſ. Ling. Lat. Coryceon prom. Ioniæ ex Plin. lib. 5. cap. 29. ſcribitur, ſed corycium prom. ciliciæ ſcribendum videtur.

Corycus, *Corcur*, *Curch*, & *Curcho* Nig. Chamuſio, & aliis, urbs ciliciæ, non Pamphyliæ, ut in Theſ. Ling. Lat. in ora; inter Zephyrium prom. ad occaſum & Sebaſten urb. ad ort. epiſc. ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, inde 18. mill. paſſ. in auſtrum, à Tarſo 30. in occ. *Carachiſar* à Turcis dicta. Ibi mons eiusdem nominis, optimum & plurium crocum gignens, teſte Strabone.

¶ Corycus, ſeu Corycum, urbs ciliciæ nunc *Churco* dicta, Rhamuſio & caſtaldo teſtibus in caramania regione, prope promontorium cognomine, 50. milliaribus diſtat a Tarſo, 25. a Pompeiopoli, in occaſum ex adverſo Cypri. Subeſt dominio Turcarum, gaudetque portu capaci.

Corycus item, mons & prom. cretæ, inter Ciſamum, & Phalaſarnam ad occid. *Cornico* ex tab. recent. cum cognomine: ſed in ora *Cambruſia* dicitur Nigro, *Cambraſia* pineto. Mons etiam eſt Joniæ, apud Teon urbem. Corycæi Coryci urbis, & montis incolæ malè audiebant, quod merces mercatorum in eorum portus advenientium explorarent, & piratis nunciarent: quod mercatores reſcientes, dicebant ſibi mutuò loquentes *Corzcaus auſculcavit*; propterea cavendum eſſe. Idque in adagium tranſiit, teſte Suida. *Plin.* *Ptol.*

¶ Corycus mons eſt & promontorium cretæ inſulæ, in parte occidentali, & in territorio caneæ. A quibuſdam dicitur *Cornico*, uti & oppidum in viciniis cum portum ei adiacente ſunt tamen qui credant eſſe portum dictum *delle Garabuſe*, prope Ciſamopolim, in ora Boreali; ubi & corycæ inſulæ. Brietio teſte, aliquot milliaribus ab ora, cum arce munita, ſub dominio Turcarum a paucis annis.

Potib. * Coryne, *Antilodum*, teſte Nig. opp. Peloponneſi in Elide. (`man. Seldeni.)

Coryphaſium, *Capo Zunchi*, teſte Nigr. prom. Meſſeniæ, apud Pylum. Ibi etiam opp. fuit ejuſdem nominis; cujus mem. Plin. in Theſ. Ling. Lat. eſt regio Laconiæ, ex Stephano.

Pauſ. *Palut.* ¶ Coryphaſium promontorium peloponneſius eſt, in ora ſinus cypariſſij, prope pylum Meſſenicam, & è regione Sphalerræ inſulæ, medium inter Electam fluvium & Methonem. Plinio eſt etiam urbs Argiæ regionis, quam alias Inachiam appellatam ait.

Coryphe, mons Ioniæ, circa Smyrnam urbem, & alter in Syria, inter Antiochiam & cerrhœam occurrens, qui à polyb. coryphæus appellatur.

Corytus, urbs, vide Cortona, & cornuetum. De ea Sil. lib. 5.

Areti Muros, Coryti nunc diruat arcem.

Ex quo loco liquet corytum eſſe cortonam urbem, Aretio proximam, non cornuetum.

Cos Coos Cic. & al. *Laneo* Soph. teſte, inſ. maris carpathii, cariæ adiacens, ab Gelicarnaſſo urbe 15. mill. paſſ. in occ. recedens propior Myndo urbi, inter illam 5. & Niſyran. inſ. ad 7. mill. inter Rhodum, & chium in Bor. diſtantem ad 80. mill. circuitu 100. *Stanon* à Turcis dicta, cum epiſc. ſua Archiepiſcopo Rhodienſi, patria Apellis pictoris. Hinc cous nom. gent. Ovid. lib. 3. de arte amandi:

Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles,
Illa ſub æquoreis merſa lateret aquis.

Plin. Cos adeo ferax & pecoribus abundans eſt, ut proverbio diceretur, teſte Euſtach. lib. 14. Iliad. *Quem Cos non nutrit, hunc neque Ægyptus*, in eos qui nec pluſquam mediocri fortuna ſunt contenti. Coi diſerti fuere: chii verò loquaces: unde adagium *Chius Coum loqui non ſinit*, in eos qui multiloquio alios impediunt obſtrepentes.

¶ Cos, *Lango*, inſula, Aſiæ, versùs oram littoralem cariæ. 70. milliaribus diſtat ab Halicarnaſſo, paulò minus a Myndo, cnido autem propior ad 30. milliaria, & 100. milliaribus a Rhodo. Oppidum habet cognomine quod etiam *Lango* dicitur: paruitque olim inſula Equitibus Rhodiis; ſed a Curſiis occupata, ipſis etiamnum ſubeſt.

Coſa, vide coſanum, *Coſano*, ſeu *Caſſano*, colon. & urbs Mag. Græciæ, in calab. citer. epiſcop. ſub Archiep. Roſciano, inde ſupra 20. mill. paſſ. in Bor. inter caſtrovillarium & oram ſin. Tarentini 6. mill. à Thurio novo 8.

Marty *Liv.* *& a* ¶ Coſa, teſte Gabriele Barrio, eſt *Caſſano*, urbs regni Neapolitani in calabria, in regione aſpera, ſub ditione Principis Alſiniani, eius Epiſcopus ſuffragatur Archiepiſc. conſentino 6. milliaribus diſtat ab ora ſinus Tarentini in occaſum, & totidem a confinio Baſilicatæ. Dicitur etiam caſſanum.

Coſa altera; urbs Hetruriæ, quæ coſſa Strab. Plin. & coſſæ Ptol. coſæ verò Virg. lib. 10. Æn.

Ant. *Quique urbem liquere Coſas, queis tela, ſagitta.*

Hæc a murium è terra erumpentium multitudine deleta traditur.

¶ Coſaci, *CoſacKs*, Gallis *Coſaques*, populi Poloniæ regni; qui, primum exiiſſe dicitur ex inſula Boriſtenis fluvij, in cuius etiam oſtiis hodie vivunt, Turcis terribiles ſub nomine Ruſſonum. Ducem habent proprium, ſeu capitaneum generalem, ſub dominio Regis Poloniæ Habitant in Volhinia inferiori, quæ aliter Verania dicitur eorumque pars nunc eſt ſub clientela magni Ducis

Moſ-

Moſcoviæ. Ritus Græcos ſervant, & nomen habent a voce Ruthenica *Coſac*, quæ ſignificat militem vagum. Noti fuere hiſce ultimis temporibus ob frequentes ipſorum rebelliones contra Polonos.

Coſamba, *Satigan*; teſte Caſtal. urbs Indiæ citer. ſed divinat. ad oſtium Gangis occid. ab orientali 80. leuc. Hiſp. diſtans.

Coſanum *Caſſano.* urbs epiſc. mag. Græc. in confin. Lucaniæ, & calabriæ, vide Coſa.

Coſas, *Piſſia*, teſte Leand. fluv. Hernicorum, in Latio apud Fruſinonem decurrens, & in Lirim prolabens. Sed *Coſa* adhuc nominatur, uti ab incolis audivi, ac etiam teſte Celſo cittad. In Theſ. Ling. Lat. apud Fuſinum, pro Fruſinonem legitur.

Coſedia, vide conſedie.

¶ Cosfetdia, *Coesfeldt*, urbs germaniæ parva, ſed munita, in weſtphalia, & agro Monaſterienſi, ad fontes Borchelii, fluvij; ubi perſæpe commoratur Epiſcopus Monaſterienſis, diſtat a Monaſterio 7. leucis, & totidem a confinio Belgij, & Comitatus Zotahania in ortum.

Coſilinum. Vide conſilium.

¶ Coſtiacum, *Coſſiaco*, oppidum Italiæ, in Iſtria provincia, & ſub dominio Auſtriacorum, quod a germanis *kartſchon* dicitur, ad lacum cognominem, qui Arſiam fluvium effundit 2. leucis diſtat in Boream a Pætina, 3. autem a Vitopoli in occaſum.

¶ Coslinum, *Coslin*, urbs eſt germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ ulterioris, & in caſſubia tractu, in ditione Electoris Brandeburgici, & antea ſub dominio Epiſcopi caminenſi, qui inibi ſedem habebat 2. leucis diſtat a mari Baltico, & 4. a Belgardia in ortum.

¶ Coſmopolis, vide Argous portus. Ibi enim Porcaccius & Maginus ſuam coſmopolim finxere, in Ilva inſula Italiæ.

Coſobus, qui & caſſovius, & campus Merulæ, *Amelsfeldt* germanis, & *Coſſovvopolie* Sclavis, campus latiſſimus Pannoniæ, in Hungarie, apud Saum fluvium.

Coſſa, coſſæ Ptol. coſa Ant. coſæ Virg. col. & urbs Hetruriæ, (non Umbriæ, ut in Theſ. Ling. Lat.) exciſa, apud Urbatellum opp. a portu Herculis 2. mil. paſſ. circiter diſtans. Locus adhuc nom. antiq. retinet, teſte Cittadino, licet Leander *Alſidonia* dici velit a Tarquiniis urbe etiam exciſa 15. mill. paſſ. in occ. ab urbe Roma 60.

¶ Coſſa, & Coſæ, urbs fuit Hetruriæ, ex cuius ruinis crevit Anſedonia, *Anſedonia* vulgò, quæ a Carolo Magno Imperatore everſa, nunc diruta jacet, & in vicum redacta eſt in agro Senenſi, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, in maritimo tractu, in colle, prope oram littoralem & oſtia peſciæ fluvij. 6. milliaribus diſtat ab Urbatello in ortum, & paulo minus a portu Herculis 28. a Tarquiniis in occaſum, uti 70. a Roma, in confinio ditionis Summi Pontificis.

Coſſetania, reg. Hiſp. Tarracon. pop. coſetani Plot. in catalaunia, quorum metrop. eſt Tarràco. Reg. *Campo di Tarragona* nominatur.

Coſſinitus, fluv. Thraciæ, per agrum Abderitanum in ſtagnum Biſtonium infiuens.

Coſſium, *Bazas*, urbs Aquitaniæ epiſc. ſub Archiep. Auſcenſi, a Burdigala urbe 10. leucis Auſcos versùs Vaſates Auſon. & Vaſſei Plin. Vide ibi.

¶ Coſſium, ſeu & Coſſio, urbs eſt Galliæ Aquitanicæ, Vaſatum primaria: unde recenti vocabulo dicitur Vaſatum, ſeu Vaſatium, *Bazas*. Sedet iuxta amnem *Lavaſane* 3. leuc. a Garumna fluvio in auſtrum, & 12. a Nerano. Ab ea regio adjacens dicitur *le Bazadois*, vaſatenſis tractus, in vaſconia provincia.

Coſſyra, Coſſura Melæ, & Flacco, coſyra Plin. coſura Strab. cui alibi coſſura, & corſura, *Pantalerea*, teſte Thoma Faz. inſ. maris Africi, una ex pelagiis, inter Siciliam, & Africam, a Lilybęo prom. 180. ſtad. a clupea opp. Africæ 190. Strabo ſcribit illam a Melita inſ. diſtare 500. ſtad. ab oſtio Selinuntis fluv. Siciliæ 600. Media eſt inter Lilybœum Siciliæ, & Hermæam Africæ prom. 60. mill. paſſ. utrinque diſtans, Mem. illius Ovid. lib. 3. faſt.

Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coryſa.

¶ Coſſyra, *Pantalarèe*, inſ. eſt Africæ, in mari Mediterraneo, versùs Hermæe promontoriam, a quo diſtat 45. milliaribus in ortum, a Sicilia autem 90. in auſtrum circuitus eſt 25. mill. paſſuum circiter. Urbeculam habet & caſtrum, cum portu ſatis tuto. Pendet in preſenti a Sicilia, cum alias fuerit ſub dominio Regis Tunctani.

Coſyrus, inſ. Siciliæ, iuxta oſtium Selinuntis fluv. ubi nunc tres parvæ inſulæ conſpiciuntur, *Tre Fontano* dictæ.

Cotæna, *Cotena* adhuc ex tab. rec. opp. Armeniæ minoris, in conſ. Cappadociæ. *Cic. Frono.*

¶ Cothuſium, *Cothus*, oppidum germaniæ, in Luſatia inferiori provincia, ad Suevum ſeu Spreham fluvium, ſub dominio Electoris Brandeburgici, dicitur aliter *Corvvitz*, eſtque ferè medium inter Dreſdam & Francoſurtum ad Oderam.

Cotes, *Eſparto* Marmol. & *Spartelle* Caſtal. opp. & prom. Maurit. Tingit. apud fretum Herculeum, paulò extra columnas, Ampeluſiæ prom. vicinum, Cottes Ptol. quod *Cabo Eſparto* Hiſpanis, & al. *Capo Spartelle* nominatur. In Theſ. Ling. Lat. nunc Tingi eſſe dicitur; cum diverſa ſint loca apud omnes.

¶ Cotes promontorium eſt Africæ, in Mauritania Tingitana, nunc *Cap Spartel* dictum, Hiſpaniæ obverſum & iuxta Fretum Herculeum, 5. leucis Hiſpanicis a Tingi in occaſum, prope Oceanum Atlanticum, ubi major eſt Freti latitudo. *Strab. Mel. Ptol.*

Cothon, ſive cathon, uti alii legunt, inſ. parva ſin. Lacunici, apud Cytheram inſulam.

Cotia, ſylva Gall. apud Compendium opp. iuxta Iſaram, ſive fluvium. *Strab. Ptol.*

Cotia ſylva *la Foreſt de Villes Coverez* nunc dicitur a Villerio caſtro ſuperbo illic excitato, eſtque inter creſpiacum Valeſium & Sueſiones, ſeu in valeſio tractu, & versùs Firmitatem Milonis. Sed aliquot leucis diſtat a compendio & ab Oeſia fluvio; Brittio teſte. Lubinus tamen & quidam alii ex ſcriptis Gregorii Turonenſis credunt Cotiam ſylvam eſſe in eo tractu ubi nunc vicus *Soiſe*, ad Axonam fluvium, ubi influit in Oeſiam, prope compendium. *Plin. Pal. & al.*

Cotiæ Alpes, vide Cottiæ.

Cotilæ lacus apud Feſtum. Vide Cutiliæ.

Cotoneum, *Codogno*, opp. Inſubriæ, amplum, licet ſine męnibus in agro Laudenſi, inter Laudem Pompeiam 13. & Placentiam 7. mill. paſſ. ſoli ubertate præditum.

¶ Cotoneum, *Codogno*, ſitum eſt in Ducatu Mediolanenſi & in limite agri Placentini; gaudetque titulo Comitatus Trivultiorum.

Cottiæ Alpes, *Moncenis* Leandro, & *Mont Genebre* Iovio, montes excelſi, inter Galliam & Italiam divortia facientes, ac Taurinos ab Allobrogibus, ſeu a Delphinatu potius ſeparantes. Has P. Diac. Dertonam, & Bobium uſque extendit, partemque illas Apennini facit. Has Theſ. Ling. Lat. cum Graiis & Pœninis confundit; cùm manifeſtò ſint diverſæ. *Liv. Ant. & al.*

¶ Cottiæ Alpes, ſeu Alpes Cottiæ, montes ſunt excelſi, Delphinatum a Pedemontio ſeparantes. Extenduntur a monte Veſulo ad montem Ceniſium. Harum præcipui montes ſunt Genebra, *le mont Genevre*, Ceniſius *le mont Cenis*, Veſulus, *le mont Viſo*, habentque, ad auſtrum Alpes maritimas, & ad Boream Alpes Graias. *Strab.* Sed longe diſtat a Deatona & Bobio in occaſum.

Cottiæ, *Cozzo* pag. Inſub. in agro Ticinenſi, Candiæ opp. vicinus, a Ticino 28. mill. paſſ. diſtans, Caſalenſem urb. versùs, inde vix 10. mill.

¶ Cotitæ, *Cozzo*, pagus eſt Ducatus Mediolanenſis, in agro vigevanenſi, 2. mill. diſtans a Seſſia fluvio, & a confinio Montisferrati. Dicitur etiam Cutiæ quibuſdam.

Cottiara, *Cochin*, teſte Caſt. urbs Indiæ citer. regia, in ora littorali, Luſit. ſubiecta, a Cory prom. Auſtrali 36. leuc. Hiſp. in Bor. Goam versùs. Aliis eſt *Calecut*, urbs ejuſd. oræ regia Luſitaniſque vectigalis, prædicta Borealior, media ferè inter Goam regiam Luſitanorum, & Cory prom. quaſi 60. leuc. utrinque recedens.

¶ Cottiaria, urbs Indiæ citerioris, in ora, nunc forſan *Travancor*, ut videre eſt ex poſitione Ptolemæi. Diſtat 27. leucis Hiſpanicis in auſtrum a Cocino urbe, quæ alias Colchi dicta, et vix 10. leuc. ſimilibus a promontorio *Cory* ſeu Comorino in Boream, longius autem a Caleſiuto in meridiem.

Cotuantij, pop. Rhætiæ; quorum tractus *kotting*, teſte Laz. nominatur; licet alibi eos *kocchavv* dici etiam putet. *Plin.*

* Cotyæum. *Cutaye*, teſte Leuncl. *Cute* Turcis, urbs Phygiæ, in Galatiæ conf. archiep. et regionis primaria apud montis Olympi radices, quaſi ex adverſo Pruſe urbi Bithyniæ, a Nicea 40. mill. paſſ. in Eu- *Ptol.*

rum Iuliopolim verſus diſtans, ſedes Præfecti (* manuſcr. Sel.)

¶ Cotyæum, nunc *Cutaige* ſeu *Chiutaie*, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia magna, et Bithyniæ confinio, longè antem a galatia, nunc ex primis totius regionis, et ſedes Præfecti Turcarum. Diſtat 65 milliaribus a Pruſa in ortum, et 70. Ab Adramyto.

Strab. Cotylum, ſeu Cotylus, mons Phrygiæ minoris parvus, inſtar collis, ab Idæ montis iugo 120. ſtad. diſtans ex quo Granicus, Æſapus, et Scamander effluunt, a Scepſi 15 mill. paſſ. diſtans.

Cotynuſa, vel Continuſa inſ. vide gades.

Dionſ. Xenop Cotyora, Cotyorum Plin. quæ et cytorum, *Caſtelle*, teſte Nig. urbs Paphlagoniæ marit. in ora maris Euxini, in Bithyniæ conf. inter Amaſtrim urb. ad occaſum et caraben prom. ad ort. ab eo 15. mill. paſſ. in occ. Tium verſus 48. Ibi mons cytorus, vide cytorum.

¶ Covalia, *kile*, provincia Scotiæ meridionalis, inter carrictam, cuninphamiam, et cludeſdaliam provincias, ubi Aerea urbs primaria, mercibus affluens, et cum portu ſat commodo.

¶ Coubela, *Coobles*, arx Aſiæ, in India orientali, et in inſula Amboina, una ex Moluccis, in ditione Hollandorum.

¶ Coucum, *Couco*, regnum parvum Africæ, in Barbaria regione, cum urbe cognomine, intra montes, et in mediterraneis, 60. circiter milliaribus ab ora maris Africi, et inter regna Algerii et Bugiæ.

¶ Coveliacæ, locus Vindeliciæ, vulgo *kochel*, in Bavaria ſuperiori, non longè ab Iſaro fluvio, Cluverio teſte, 8. leucis germanicis diſtat a Monaceio in meridiem, et 6. a Schonga in ortum.

Lib. Deor. Coventria, *Coventry*, urbs Britanniæ ſive Albionis (vide Conventria) media inter Herefordiam et Lincolniam ad 50. mill. a Tigornia 20. Londinum verſus.

¶ Coventria, *Coventry* et *Coventre*, urbs Angliæ, et in comitatu Warcicenſi. 6. milliaribus Anglicis a varvico in Boream. Dicitur melius conventria, vide ibi.

¶ Coulanum, *Coulan*, urbs Indiæ citerioris, in ora Malabaris, ubi alias forſan Elancorum. Regem habet proprium, cui ſubeſt etiam regnum Travancoris in illo tractu. Ibi arx et emporium celebre, cum portu, 18. leucis Hiſpanicis infra cocinum in meridiem, et 24. a comorino promontorio in Boream.

Ptol. Counos, *Canvey*, teſte Camd. licet al. *Shepey* inſ. Albionis Toliapi inſ. proxima, contra Thamiſis fluv. oſtia, a Londino regia Angliæ ſupra 50. mill. in ortum.

¶ Counos, ſeu et convenos ut vult cadenus, inſula eſt *Canvey* dicta, in provincia Eſſexia, ad Tameſis æſtuarium in Boream, ubi pars Trinobantum alias. Vix 20. milliaribus Anglicis diſtat a Londino in ortum, et 7. a Roffa ſeu Roceſtria in Boream.

¶ Covordia, *Coeſtorden*, oppidum Belgij permunitum in Tranſiſalania provincia, caput Drantiæ tractus, in dominio Batavorum. Alias varias expertum eſt vices, Situm eſt prope paludes, in confinio weſtphaliæ, et ditionis Monaſterienſis, 13. leucis a Groninga in auſtrum 11. ab Oldeſalia in Boream, et totidem a Zuvolia in ortum.

¶ Covuna, *kouuno*, urbs Poloniæ in Lithuaniæ Ducatu, ad fluvium chronum, ubi recipit Viliam, iu confinio Samogitiæ, et in palatinatu Trocenſi. 8. leucis diſtat a Troca, et 13 a Vilna in occaſum.

Craſira, *la Murana*, et *Maranella*, teſte Luca Peto, fluviolus territorii Romani, non longè ab urbe decurrens.

Cic. Front. ¶ Crabra, ſeu Aqua crabra, vulgò *la Marrana* dicitur. Oritur in Latio ex agro Tuſculano paulò ſupra criptam Ferratam, et poſtea in duo brachia partitur. Pars major in Anienem ſe exonerat, vix 2. milliaribus a Roma: pars minor per urbem Romam labitur, et ibi in Tiberim ſe exonerat.

Cracovia, quaſi Gracchopolis a Graccho conditore, *Script. Polon.* *Cracovv*, urbs germ. Poloniæ regia, ampliſſima, ad Viſtulam fluv. tribus urbibus conſtans, epiſc. ſub Archiepiſc. Gneſnenſi, a Praga Bohemiæ 48. leuc. in ort. a vienna 44. in Boream.

¶ Cracovia, regni Poloniæ caput, novem leucis diſtat a confinio Sileſiæ in ortum, 11. a confinio Hungariæ in Boream, 44. a vienna in cæciam, 36. ab Uratiſlavia, 23. a Sandomiria in occaſum, et 40. a varſaviam, in auſtrum, gaudet arce permunita; eſtque in ea parte Poloniæ quæ proprie Major Polonia dicitur.

Cragus mons Lyciæ, in ora, ubi et chimera mons ignivomus, & unde Taurus maximus Aſiæ mons uſque Seras extremos pop. ad ortum perductus initium ſumit, cui mons oppoſitus Anticragus nominatur, apud Limyrum fluv. & Andriacam urbem, *Monte di Gorante*, inter alia nomina, dictus. Ei Pinara, olim maxima, urbs ſubiacet. De quo Ovid. lib. 9. Metam. *Strab. Mel. Ptol.*

Iam Cragon, & Lymiren, Xantique reliquerat undas.

Vide Chimæra, & Taurus.

Crambuſa Grambuſia adhuc dicta ex tab. recent. inſ. Ciliciæ, apud Corzcum prom. & Calycadni fluvij oſtia. *Strab. Ptol.*

¶ Cranganora, *Cranganor*, urbs Aſiæ, in India citeriori, regionis cognominis caput, cum portu in ora Malabarica, 25. milliaribus à Cochino Calecutum verſus, in dominio Hollandorum. Ibi perſæpe commoratur Archiepiſcopus Angamalæ.

Cranon, Crannon Liv. *Ceres*, teſte Bellonio, urbs Theſaliæ, in Macedoniæ conf. à Cratone 100. ſtad. diſtans. *Plin. Val. & al.*

¶ Cranoſtavia, *Kranoſtavv*, urbs Poloniæ parva, ſed munita, in Ruſſia nigra, ad amnem *Wieptz*, ubi ſtagnum efficit. Eò tranſlata eſt ſedes epiſcopalis Chelmenſis, Diſtat a Chelma 5. leucis, & totidem a Lublino.

Craſtus opp. fuit Siciliæ, apud Sybarim, patria Epicharmi: ex quo intelligitur Stephanum hic nomine Siciliæ magnam Græciam intelligere, cum Sybaris ibi ſit, non in Sicilia.

Crateis, *Fiumara de Moro*, fluv. Brutiorum, iu Calabria ulteriore, in Scyllam apud Scyllæum opp. exiens. Sic à Cænide opp. (*Fiumara de Moro* etiam dicto) quod alluit, nominatus. Ejus mem. Virg. in Ciri; ſcribitur enim & cum diphtongo. *Plin.*

Ipſi ſeu Lamiæ mater ſit, ſive Cratæis.

Crater, *Golfo di Napoli*, ſinus Campaniæ, inter Miſenum & prom. Minerve concluſus, qui & ſin. Puteolanus nominatus, in cujus intimo receſſu Neapolis eſt De quo lib. 3. itin. *Strab.*

Tandem ad Craterem ſeſſi devenimus, unde &c.

Crathis, *Cratti* fluv. Calabriæ, in Brutiis ortus; & per eos & magnam Græciam fluens in ſinum Tarentinum, apud Thurios definens; per agrum enim conſentinum & Thurinum decurrit. Cujus aquæ multis morborum generibus proſunt, & hominum capillos molles candidoſque efficiunt, ſicuti aquæ Sybaris fluv. proximi criſpos & duriores. Ortel. Crathim cum Cratæi confundit, non abſque manifeſto errore. De Crathi & Sybari Ovid. lib. 15. Metam. *Strab. Plin. Theor.*

Crathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt auroque capillos.

¶ Crathis, ſeu Cratis fluvius, vulgò *Crate*, Magino teſte, fluvius eſt Calabriæ citerioris, in regno Neapolitano. Conſentiam rigat, & prope Biſinianum labitur. Hinc auctus fluvius Buſento, Turbido, Cotili, & aliquot aliis minoribus, in ſinum Tarentinum ſe exonerat.

Crathis etiam, fluv. Peloponneſi, per Achajam fluens & mons Arcadiæ, ex quo amnis hic profluit, ac in ſinum Corinthiacum juxta Ægas opp. influit. *Strab. Pauſ.*

Cratia, urbs Bithyniæ. Vide Flaviopolis. *Ptol.*

Craton, mons Siciliæ, qui & Nebrodes. Vide ibi. *Ptol.*

¶ Cratumnum, *Craon*, urbecula Galliæ, in provincia Andegavenſi, prælio ſuo memorabilis. Sita eſt ad amnem Oudonem, in limite Britanniæ minoris & Cenomanenſis provinciæ, 10. leucis ab Andegavo in Boream.

Craugiæ, inſulæ duæ parvæ, ſeu veriùs ſcopuli, Peloponneſi, in ora orientali apud Spiræum prom. & apud Epidaurum urbem Argiæ reg. *Plin.*

Creſennæ, Scritiſini Procop. Scritofinni P. Diac, *Scricfinner*, pop. Scandinaviæ Boreales; quorum reg. *Scricfinia* Lat. etiam nominatur. *Jern.*

Crema, urbs Cænomanorum, in Gallia Tranſpadana ac in Inſubrum conf. epiſc. recens ſub Archiep. Bononienſi, Laudi Pompejæ finitima, inde 10. mill. paſſ. Brixiam verſus diſtans, urbs Venetorum munitiſſima. *Script. Ital.*

¶ Crema, vulgò etiam *Crema* dicta, alluitur Serio fluvio; eſtque caput Cremenſis agri, *Cremaſco*, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, cum olim fuerit Ducum Mediolanenſium. Urbs ipſa diſtat à Cremona 24. milliaribus in occaſum, & totidem circiter à Breſcia diſtat.

Creme urbs fuit Ponti. Unde apud Steph. nom. gent. Cremeſius.

¶ Cremenecum, *Kremieniec*, urbs Poloniæ, il Volhinia ſuperiori, in colle, ad amnem *Ikuam*, 8. leucis a Luceo-

cebria in auſtrum, versùs Ruſſiam nigram. Malè habita ſuit a Tartaris hiſce temporibus.

Cremera, fluv Tuſciæ, cum pago caſtrove parvo cognomine, in Tiberim (ex lacu apud Baccanas ortus) influens, ab urbe Roma 5. mill. paſſ. ut aliquibus videtur; ſed cùm cremeram caſtrum adluat in finibus Veientum, nomenque retineat antiquum, longiùs ab urbe in Tiberim labitur. Fabiorum cæde, et nulla alia re memorabilis. De quo Ovid. lib. 2. faſt.

Ut celeri paſſu Cremeram tetigere rapacem.

Cremera nunc *la Varca* ſeu *la Valca* dicitur; eſtque rivus parvus, qui in Tiberim fluvium ſe exonerat 5. milliaribus ſupra Romam, prope vicum *la Valca* dictum, ex adverſo caſtri Jubilei. Dicitur etiam *Baccano* a quibuſdam.

Cremona, col. et urbs antiqua Cenomanorum epiſc. ſub Archiep. Mediolanenſi, ac in Duc. Mediolanenſi, apud Padum fluv. urbs ampla et bellicoſa, media inter Ticicum ad occ. & Mantuam ad ort. 40. mill. paſſ. a Mediolano 50. Placentiæ propior, inde 18. Brixiam versùs 30. anno ab orbe condito 3905. urbis verò Romæ 545. ædificata, & col. Rom. effecta ſub T. Sempron. et Cornelio, Conſſ. everſa an. 285. a ſua conditione, cujus mem. Virg. in Bucol.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Eſt & Cremona opp. carnorum, vulgò *Cormons*, Noreiæ ubi proximum.

Cremone, *Grone*, teſte Laz. opp. Illyrici, apud Salonas urb. exciſam.

¶ Crepa, *Crempen*, urbecula munita Daniæ regni, in Holſatiæ Ducatu et Stormaria regione, prope Storam fluvium, et vix uno milliari Germanico ab Albi fluvio, & paulò amplius a Gluſtadio, ſub dominio Regis Daniæ.

Cremſa, et Cremiſium, *Krems*, urbs Auſtriæ, ad Danubium, ubi ponte trajicitur, apud Medelicum urb. inde 2. leuc. Viennam versùs 11. De ea lib. 5. itin.

Provebimur Steinum, quo Cremſæ jungitur urbi,
Iſtrum per medium pons ubi præbet iter.

Cremyon, opp. Peloponnenſi, in agro corinthiaco, ubi Theſeus ſuem ingentem occidit, vide cromyon.

¶ Creolium, *Creil*, urbecula Galliæ, in *Valeſiæ* regione ad Oeſiam fluvium, cum ponte, vix 2. leucis a Silvanecto, & 5. a Claromontio in auſtrum, prope tractum Bellovacenſem.

Creonium opp. fuit Maced. apud Lychnidum lacum & urbem.

¶ Crepacorium, *Crevacore*, oppidulum Italiæ ſat munitum, in Vercellenſi agro, & ſub dominio Principis Maſſerani, cum arce.

¶ Crepiacum, *Creſpy*, oppidum Galliæ, Valeſiæ regionis primarium in provincia Inſulæ Franciæ. 13. leucis diſtat a Lutetia in Cæciam, 7 a Meldis in Boream, & 5 a compendio in meridiem.

Creſpa, Crexa Plin. *Cherſo* inſ. maris Hadriatici, una Abſyrtidum, Abſoro juncta ponte, Liburniæ adiacens.

Creſa, Creſſa Plin. *Ponto Malfetan* Soph. opp. Cariæ (non Paphlagoniæ, ut in Theſ. Ling. Latin.) marit. contra Rhodum inſ. inde 20. mill. paſſ. in merid. recentem, inter Lorymam ad occ. et Phuſcam ad ortum.

¶ Creſentium, *Creſcentino*, oppidulum Italiæ, in Pedemontio, aliaſque munitum, prope Padum fluvium, & è regione Verrucæ, 20 milliaribus infra Taurinum.

Creſciacum, *Creſſy*, oppidum Gall. Belg. in Picardia, inter Sueſſiones, et Laudunum ad 5. mill. Gall. ubi Galli ab Anglis ad 13. mill. cæſi.

¶ Creſſiacum, *Creſſy ſur Serre*, oppidum eſt Picardiæ, in Tiraſcia regione, ad Serram amnem, 2. leucis à Lauduno in Boream, et 3. à Fara in ortum; non autem inter Sueſſiones & Laudunum, neque ibi Franci alias ab Anglis victi; ſed in alio vico, Creſſiaco dicto, *Creſſy*, in Pontivio tractu Picardiæ, mediæ inter Abbavillam, & Hedinum, ſub Philippo Valeſio anno 1346.

¶ Creſſiacum, *Creſſy*, oppidum Galliæ, in Bria regione, ad Morinum amnem. Vix 3. leucis diſtat a Meldis in auſtrum, et 4. a Latiniaco.

Creſſæa, teſte Herodoto regio parva Macedoniæ eſt, ſinui Thermaico et Pallenæ proxima.

¶ Creſtidium, et Greſtum, *le Creſt*, urbs Galliæ, ad amnem cognominem in Delphinatu et agro Valentino, 5. leucis diſtat a Valentia, et totidem a Montilio Audomari, 6. autem a Dia in occaſum. Dicitur aliter Criſta Arnaldi.

Creta, à Crete Rege dicta, *Candia*, inſ. maris cretici maxima; multis, teſte Sol. nominibus appellata, Aeria, Curetis, Hecatompolis, Marcaros, & Macaroneſos. Longa 270. mill. paſſ. lata 50. à Sicilia 562. in ort. à Malea prom. Peloponneſi 80. à Phycunte prom. Cyrenes 225. in Bor. Venetis, quamvis ab eis remotiſſima, paret. Nullum animal noxium præter phalangium auctore Plin. gignit. Caret & cervis, apris, & erinaceis, ſicuti Africa cervis & urſis, & Arabia ſuibus. Urbes olim claræ Gnoſſus, & Gortyna: inde Cydon, Lyctos, Lycaſtos, Phæſtos, Dictynna. Nunc Matium primaria, Cydon, & Rhilymna. Urbes 12. habuit epiſcopales, ex quibus manent, præter tres memoratas, Milopotamos, Cytæum, Cherſoneſus. A centum urbibus olim Hecatompolis dicta. De ea Virg. lib. 3. Æn.

Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto.

Ejus etiam mem. Luc. lib. 3.

Jam dilecta Jovi centenis venit in arma.
Creta vetus populis, Gnoſſaſque agitare pharetras.

Hinc Cretæus, & Cretenſis nom. gent. & Creticus. Pop. Cretes apud Poetas, qui & Cres habent in numero ſingulari.

Phœbo gratiſſima dona
Cres tulit.

Cretani apud Plaut. in Curcul. & Cretenſes. Creſſius & Creſſus nom. gent. apud Poetas, idem quod Cretæus & Cretentis: Virg. lib. 8. Æn.

-Tu Creſſia mactas
Prodigia.

Cretenſes tanquam perfidi habiti ſunt, locumque adagio dedere, ut quoties improbum cum improbo agere videmus, dici ſoleat, *Cretenſis cum Cretenſi*, vel *Cretenſis cum Æginta*. Unde illud, *Cum Cretenſi Cretiza* ſimile illi, *Cum Care Cariza*, apud Plutarch. in Lyſandro, & apud Diogen. non abſimile ei, quod dicimus *Cum vulpe vulpizandum*, hoc eſt; mendaciis cum mendacibus utendum, &c.

¶ Creta, inſula maris Mediterranei, nunc Candia, Gallis *Candie*. Olim Conſtantinopolitanis Imperatoribus paruit, ex quibus Balduinus Flandriæ Comes eam dedit Marchioni Montisferrati, Ab iſto vendita eſt Venétis anno 1194. magno auri pretio; quorumque hodiè imperium agnoſcit ex parte. Sed ab anno 1645. à Turcis bello tanta, ipſis paret pro majori parte; Venetis ægrè Candiam metropolim & aliquot fortalia littoralia ſervantibus.

Urbes Cretæ hujus temporis:

Agium, cujus ſedes Cydonienſi juncta eſt.	Lappa.
Arcadia,	Ledrenſis urbs. Vide Matium.
Camera, (*Camera.*)	* Matium, quæ Ledrenſis urbs, (*Candia.*)
(Caſtrum vetus, *Paleocaſtro.*	Milopotamos, olim Pantomatrium, (*Milopotamo.*)
Cherſoneſus, (*Spignalonga.*	* Rhitymna, (*Retimo.*)
Ciſamus, (*Ciſamopoli.*)	Subrita,
* Cydon, (*la Canea.*)	(Suda arx, *la Suda.*)
Cytæum, (*Sitia.*	
Hierapetra, (*Gierapetra.*)	

Pagi potius ſunt, exceptis tribus aſteriſmo ſignatis. Interiere Gnoſos, Gortyna, & aliæ complures.

¶ Crevantium, *Crevant*, oppidum Galliæ tepidum, in Burgundiæ Ducatu & Antiſſiodorenſi tractu, ad Icaunam fluvium, 4. leucis ſupra Antiſſiodorum. Ibi acriter pugnatum fuit inter Gallos & Anglos anno 1423.

Creuſa, Creuſia Strab. Creuſis Steph. *Livadia*, teſte Nig. opp. & navale Theſpienſium, in Bœotia; ſic dicta a Creuſa filia Creontis Corinthiorum Regis Cujus mem. Ovid. in epiſt. Medeæ Jaſoni. *Liv. Ptol.*

Quam tibi tum longè regnum dotale Creuſa;

Eſt autem in conf. Locrenſium.

¶ Creuſa oppidum eſt Bœotiæ, in ora littorali ſinus Corinthiaci; in confinio Megaridis, 20. milliaribus circiter diſtat à Theſpiis in auſtrum, & 30. a Megara in occaſum, inter Bulim & Ægiruſam.

Crexa. Vide Crepſa.

¶ Crimæa, quæ Tartaria minor dicitur, *la petite Tartarie*, ſic nominatur ab urbe *krim.* in Taurica Cherſoneſo, Aliter dicitur *Tartarie du Crim.* ſeu & *Crimski* ab accolis; continetque totam Tauricam. Cherſoneſum Ibi urbes præcipuæ Theodoſia, Cherſoneſus, Crimæa, Precopia, & Baciaſaraum. Dicitur ab aliis regio Tartaniæ Præcopenſis: eſtque partim ſub dominio Turcarum versùs meridiem, partimque ipſis tributaria. *Plin.*

¶ Crimæa, *Krim*, urbs eſt Tauricæ Cherſoneſi ſeu Tartariæ minoris, quæ totius Tartariæ minoris præcipua creditur.

Strab Steph. Crimiſa, Crimiſſa Lycoph *lo Ciro*, teſte Barrio, opp. Oenotriorum, in magna Græcia, in ora Calabriæ inter Crotonem & Thuros, à Crotone 16. mill. paſſ. in Bor. Ibi etiam Crimiſſa fluv. juxta opp. decurrens; qui vulgò, teſte eodem Barrio, *Flumica* nominatur. Inde Crimiſſæus apud Strab.

¶ Crimiſa, oppidum alias magnæ Græciæ, nunc vicus *lo Ziro* dictus, in ora Calabriæ citerioris. 45. milliaribus diſtat à Thuriis, 10. a Cariathi in auſtrum, & 6. a Strongylo in Boream. Ei adjacet ad duo milliaria promontorium Crimiſſa dictum, *Capo dell' Alice*, in ſinum Tarentinum excurrens, 4. milliaribus à Japigio promontorio in occaſum; eſtque etiam in illo tractu Crimiſus amnis *Fiumica*, qui in ſinum ſupradictum ſe exonerat aliquot milliaribus à Crimiſa.

Diod. Plut. Criniſus, Criniſſus Thucyd. & Æm. Probo, *Fiume di S. Bartolomeo*, ac etiam *Freddo*, teſte Faz. fluv. Siciliæ, per oram occid. & Boream apud Segeſtam urb. exciſam, & Segeſtanum emptor. fluens. Hic Græci Timoleonte Duce inſignem de Carthaginenſibus victoriam reportarunt. Criniſi mem. Virg. lib. 5. Æn.

Troja Criniſo conceptum flumine mater
Quem genuit.

¶ Criniſus, ſeu & melius, Crimiſus, fluvius Siciliæ, in parte occidentali inſulæ, & in valle Mazare, nunc *Belici deſtro*, teſte Cluverio. Oritur circiter 25. milliaribus à Panormo in meridiem; & aliquot auctus fluviis, in mare Africum ſe exonerat in ora littorali inſulæ, inter Mazaram & Saccam. Fluvius autem S. Bartholomæi nunc dictus alias fuit Scamander.

Lycop. Criſſa *Rocha d' Angitola*, ſic à fluv. Angitula, teſte Bar. opp. Brutiorum, in Calabria ulteriore, inter Hipponium 5. & Laconiam 3. mill. paſſ.

Strab. Ptol. Criſſa, vel Criſa, *Claveos* ex tab. recent. opp. Phocidis, ad ſinum Corinthiacum, qui ex eo ibi Criſſæus nominatur, inter Cirrham & Anticirrham oppida propinqua, à Thermopylis ad ſin. Oetæum 62. mill. paſſ. in auſtrum recedens. Nomen habet à conditore, id eſt à Criſſo filio Phoci.

Ptol. Cirthea, *Critia* etiam vulgò, teſte Nigro, opp. Cherſoneſi Thraciæ, in mediterr. apud Madyton urbem, à Cardia 80. ſtadiis diſtans.

Mel. Ptol. Plin. Criumetopon, id eſt, frons arietis prom. geminum Unum Cretæ, in ora auſtrali, ubi occid. deſinit, *Capo S. Iani* Nigro, *Capo Leone* Pineto, a Phycunte prom. Cyrenes 225. mill. paſſ. in Bor. Nigro ſubſcribo. Alterum Tauricæ Cherſoneſi, in ora meridionali, Carambi prom. Paphlagoniæ oppoſitum, ab eo 250. mill. paſſ. diſtans, inter Cherroneſum urbem ad occ. 43. & Theodoſiam in ort. 122. teſte Plinio.

¶ Criumetopon, Cretæ promontorium, nunc *Capo Crio* dicitur, ut didici ex ultimis relationibus. Ei adjacet vicus, *S. Gio: de Capo Crio* dictus; ſicque forſan convenit Nigro. 40. milliaribus diſtat à Cydonia in auſtrum.

¶ Criumetopon, alterum Tauricæ Cherſoneſi promontorium, in Pontum Euxinum excurrens. Nunc *Im kermen* dicitur, Sanſone teſte. Diſtat centum ferme milliaribus à Theodoſia, & 120. à Carcina urbe in auſtrum.

Pauſ. Crius, fluv. Achajæ Peloponneſiacæ, ex montibus ſupra Pellenem oriens, & ſeſe in ſinum Corinthiacum apud Ægyras exonerans.

Ant. Crixia, *Croſetta*, & *Croſera*, pag. Liguriæ, inter Aquas Statiellas urb. Mont. Ferrati, & Albingaunum urb. oræ Liguſticæ occurrens, teſte Siml. ab Aquis 20. mill. paſſ.

¶ Crixia, oppidulum Italiæ, in Liguria, nunc pagus Montisferrati, *Coſſeria* dictus, prope fontes Bormiæ minoris fluvii, & ad radices Apennini, in confinio ditionis Genuenſis. 2. milliaribus à Milleſino, & 10. à Savona in Boream diſtat.

¶ Croatia, veteribus Liburnia, nunc *la Croace* & *Croatie*, cujus populi a Germanis *Krabatten* dicuntur, provincia eſt antiqui regni Hungariæ, ſeu verius Sclavoniæ. Dividitur in Auſtriacam & Turcicam. Turcicæ præcipua eſt Vihitza, Auſtriacæ Fanum S. Viti. Alias Croatiæ, ſeu regnum Croatorum, extendebatur a flumine Dravo uſque ad mare Dalmaticum, dividebaturque in tres partes. Prima Croatia Savia ſive Interamnenſis dicta, inter flumina Dravum, Savum, & Danubium, aliquando etiam Græco dicta, ut Nicætas ſcribit, id eſt, Francorum regio, nunc Sclavonia. Secunda inter fluvios Savum & Boſnam, & inter montes Bebium & Albium, quæ Croatiæ nomen retinet. Tertia maritima, intra montes prædictos & mare Hadriaticum, quæ nunc in Dalmatia includitur, teſte Joanne Lucio.

Croca pro Cracovia à Poetis Polonis uſurpatur, ut lib. 7. itin. Steph. Polon.

Pandit, & celſis ubi Croca tectis
Regia ſurgit.

Crociatonon, vel Crociatonum, Caracotinum Anton. teſte Welſero, opp. Gall. Celt. in Hormannia, ſeu in Perticenſi Com. *Chedover* vulgò, teſte Cœnali. Crociatonon verò Ptol. opp. eſt Venelorum, in ora littorali, Caracotinum Ant. in ora à Juliobona 10. mill. paſs. in occ. ex itin. Ptol.

¶ Crociatonon, ſeu Crociatonum, oppidum fuit Unellorum, nunc forſan *Carentan*, oppidum Normanniæ, in Conſtantienſi territorio, ut Sanſoni & Brietio placet. Vide Carentonium. Diſtat à Bajocis 11. leucis in occaſum.

¶ Crociliacum, *le Croiſil*, oppidulum in Galliæ, in Britania ſuperiori, cum portu capaci & tuto, prope Guerandam urbem & oſtia Ligeris fluvii, 6. leucis a Venetiis in meridiem.

Crocolana, quæ & alibi Crorolana legitur, *Ancaſter* teſte Camp. opp. Albionis; in territorio Lincolnienſi. Ant.

Crocodilopolis, ſeu Crocodilorum urbs Ægypti ſuper. ſive Thebaidis, ad Nilum, inter Lycopolim & Ptolemaidem Hermii. Fuit & opp. Phœnicis, in Palæſtinæ conf. apud Carmelum mont. & prom. plin. lib. 5. cap. 15. Strab. Ptol.

Crocodilus, mons & prom. Ciliciæ *Caibo* incolis, teſte Nig. dictus. De eo Plin. lib. 5. cap. 27. Plin.

Croja, olim Eribœa, urbs Macedoniæ, Albaniæ quondam regia, epiſc. ſub Archiep. Dyrrhachino, inde 50. mill. paſs. diſtans. Vide Eribœa. Prov. Rom.

Croja, olim Antigonia, ſeu ut alii malunt, Eriboea Albaniæ caput. Sedet juxta Liſanam fluvium. Cruam vocat Calcondylus, *Croie* Gallis *Croia* Italis. Erat antea permunita, in qua Georgius Caſtriotus dictus Scanderbegus Turcarum potentiam retudit. Sed poſt(ejus obitum à Turcis capta; ipſis etiamnum ſubeſt cum toto tractu. Vix 35. milliaribus diſtat à Dirrachio, & 25. ab ora proximiori maris Adriatici in ortum.

¶ Cromartium, *Cromarty*, oppidum Scotiæ Borealis, in Roſſia provincia cum portu commodo & ſinu cognomine, Diſtat. 6. milliaribus a Chanorico, & 8. a Dunroduno.

* Crommyum, *Cornacchietto* Mercat. ſeu *Capo Cornachetto* al. prom. Cypri, in ora Boreali, inter Lapithum & Solos, ab Anemurio prom. & urbe Ciliciæ 4. mill. paſs. in auſtrum diſtans. Ibi opp. ſive pag. ejuſdem nominis. (* man. Seld habet mediam ſyllab. cum *i*. Stra. Cic. Ptol.

¶ Commyum, promontorium Cypri, diſtat 64. milliaribus in auſtrum ab Anemurio promontorio Ciliciæ, 50. autem a proximiori littore ejuſdem regionis.

Cromna, Crummum Xenoph. opp. fuit Peloponneſi, apud Megalopolim urbem Arcadiæ. Eſt & opp. Paphlag. littorale Cytoro finitimum: de quo Val. Flac. lib. 5. Steph.

¶ Mox etiam Cromnam, atque jugo pallente Cytoron. Comana *nunc, teſte Olivario.*

¶ Cromna urbecula fuit Aſiæ minoris, in Bithynti & in confinio Paphlagoniæ, vix 10. milliaribus a Cytoro in occaſum Seſamum versùs, teſte Petro à Via.

Cromnyon, & Crommyon, Cromyon Ovid. locus erat Atticæ, ſive ager illius: de quo Ovid. lib. 7. Metam. Str. Pau.

Quodque ſuum ſecurus arat Cromyona colonus.

Ubi alii Cremyona legunt, & opp. Pelopponneſi fuiſſe ajunt, apud Corinthum, ubi Theſeus ingentem ſuem agros vaſtantem interfecit, ut Ovid. ſupra narrat.

Cronium, *Grevenos*, teſte Nig. mons Peloponeſi, prius Cturos Plutarchæ, cum urbe cognomine in Elide. Pt.

Cronium quod & Saturnium, Sarmaticum Ovid. & Ptol. Scythicum Melæ, mare Aſiam ad ſeptentriones alluens, Ovi. Dio.

alluens, *Crobaſaſ*, teſte Caſt. dictum. Sed apud Plinium Cronium eſt mare glaciale ultra Thulen inſ.

¶ Cronium, ſeu Chronium mare, pars Oceani ſeptentrionalis, inter Rubeam promontorium & Scythiam veram, & fluvium Paropamiſum, ex Plinii mente; eſtque etiam pars maris Concreti ſeu Glacialis, ſupra Aſiam. Nunc autem Petzoricum mare, *de Petzozorke*, ſeu Tranquillum, *Niaren more* vulgò dicitur.

¶ Cronus, *Niemen*, fluvius Poloniæ, in Lithuaniæ Ducatu. Vide Chronius fluvius.

¶ Croſna, *Croſno*, urbs Poloniæ, in Ruſſia nigra, in Caſtellania Premiſtienſi, juxta fluvios Iaſioldam & Vislocam, versùs Carpathos montes, in confinio Poloniæ majoris. Ab aliis *Croſne* dicitur.

¶ Croſſa, *Croſſen*, urbs Germaniæ, in Sileſia provincia, Ducatus cognominis caput, in ditione Electoris Brandeburgici a multis annis, juxta Oderam fluvium ſedet, ubi recipit Boberam, 5. leucis ſupra Francoſurtum in auſtrum, & totidem infra Saganum in Boream, 3. autem à Guba Arcem habet elegantem & forum ampliſſimum.

Crotalus, fluv. mag. Græciæ, in Calabria ulter, ex Apennino monte in ſinum Scyllaceum apud Scylletium urb. influens, *Coraci* incolis, teſte Barrio, dictus, navigabilis.

¶ Crotalus fluvius, ſeu Corax, *Corace*, in ſinum Scyllaceum, ſe exonerat 4. milliaribus à Scyllatio in Boream oriturque ex Apennino monte, in confinio Calabriæ citerioris. Sed Scylletium non rigat.

Croton, Croto Cic. Liv. *Crotone*, urbs magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ulterioris, apud Lacinium prom. ab eo 12. mill. paſs. in Bor. recedens, olim potentiſſima, quæ cum Rheginis, Locrenſibus, Thurinis & Tarentinis maximè effulſit. epiſc. ſub Archiep. Sibereno, unde 12. mill. paſſ. abeſt in ort. à Scylletio, & Cathacio 40. Pop. Crotoniatæ. Hic Ortel. Crotonem cum Cortona urbe Hetruriæ confundit. Memin Crotonis Ovid. lib. 15. Metam.

Invenit Æſarei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulum, ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus.

A Miſcello anno urbis conditæ 80. ædificata. Crotone tanta olim aeris ſalubritas fuit, ut in proverbium ceſſerit, *Crotone ſalubrius*, cum quid ſaluberrimum dicere volumus, apud Zenod. Tametſi id alii de crotone muſcæ genere, alii de gummi quodam, quod crotonem vocant, teſte Plin. dici volunt. Apud Crotonem luporum copiam reperiri, & ab illis Milonem Crotoniatem devoratum, teſtatur Cælius Rhodig. in var. lect.

Croton, ſeu Crotona, urbs alias Brutiorum, in magna Græcia: & in ora maris Jonii, 6. milliaribus à Latino promontorio. Olim fuit perampla, Livio teſte; circuitus nempe 12. milliar. Flumine media eluebatur, & arce munita erat. Hinc nobiles Athletæ & pugiles, inter quos excelluit Milo, inde dictus. Nunc civitas eſt ampla, cum arce valida, ad oſtia Æſari fluvii, 7. milliaribus à Neeto fluvio & à confinio Calabriæ citerioris, 12. autem à Strongilo in meridiem.

Cruciniacum, quod & Stauroneſus, *Kreutznach*, al *Crutznach*, opp. Germ. ſuper. in Palatinatu, apud Bingium, inde 2. leuc. a Moguntia verò 5. in Africum.

¶ Cruciniacum, *Creutznack* oppidum eſt Germaniæ in Palatinatu Rheni, ad Nabum ſeu Navam fluvium, cum caſtro ſatis munito, ferè 8. leucis a Vormatia in occaſum.

¶ Crumaviæ, *Crumavv*, vel etiam *Crumlavv*, urbs eſt Germaniæ, in Moravia provincia, cum arce ſplendida Ducatus titulo inſignita. 3. leucis diſtat a Brina in auſtrum, & totidem à Znoimo in Boream.

Crumerum Aſaum, quod & Legio prima Adjutrix, *Comaro*, ſeu *komar* Germ. opp. cum arce firmiſſima Pannoniæ ſuper. in Hungaria, in extremo inſulæ Cituorum ad ortum, adversùs Turcas, inter Poſonium ad occ. 8. & Strigonium ad ort. 6. leuc. diſſitum. Gemorra Latinè nunc, ut lib. 5. itin.

Ille Gomorrae præfecturam arcis habebat.
Cernere quam nobis luce ſequente licet.

¶ Crucimerium quid ſit, non conſtat. Comaria enim urbs ſuperioris Hungariæ alias Brigæcio dicta fuit.

Cruci, Cruno Paul. opp. Peloponneſi, cum fluvio cognomine, inter Pytum & Chaldim. Eſt & Crunos urbs Thraciæ marit. cum portu, in Myſiæ infer. conf. Vide Dionyſiopolis. Sic dicta ab aquis ſalientibus. De ea Mel. lib. 2.

Cruſa, *Cruſia*, inſ. parva Cariæ, in ſinu Ceramico, *Plin.* adjacens Pharmacuſæ, & Lypſo vicina, à Minya & Co 25. mill. paſſ. in Bor. diſtans.

Cruſtumeria, Cruſtumerium Plin. quod & Cruſtu- *Liv.* minum, col. & opp. Sabinorum, apud Tiberim, contra Vejos col. Albanorum ante urbem Romam conditam, *Palumbara* nunc, ut multis videtur, à Tibure 6. mill. paſ. in occ. recedens. Aliis eſt *M. Ritondo*; quod pleriſque Eretum eſt opp. Sabinorum, apud Tiberim, ab urbe Roma 15. mill. paſſ. Pop. Cruſtumeri Virg. Cruſtumeri Halicarn. Cruſtimini Liv. Sed Cruſtuminum apud Plin. opp. eſt Thuſciæ, non Sabinorum ex quo videtur Cruſtiminum à Cruſtumerio diverſum. Virg. lib. 7. Æn.

Antrea, Cruſtumerique, & turrigera Antenna.

¶ Cruſtumeria, & Cruſtumerium, oppidum Sabinorum, prope Tiberim fluvium, ubi recipit Alliam. Nunc vicus *Marcigliano vecchio* dicitur 9. milliaribus diſtat à Roma in Boream Eretum versùs, a quo vix 4. milliaribus diſtat. Cruſtuminum autem oppidum Thuſciæ, quid ſit, non mihi conſtat.

Cruſtumium, opp. & fluv. Umbriæ Opp. exciſum eſt, *Plin.* mora maris Hadriatici, in via Flaminia, inter Ariminum 15. & Piſaurum ad ort. 10. mill. paſſ. occurrens, nunc vic. *la Catholica* dictus, fluv. verò *Conca* nominatur, ex Appennino monte profluens, & ad vicum prædictum mari exceptus. Hinc Cruſtumius nom. gent. ut Cruſtumia pyra præſtantia apud Plin. & Colum. Virg. lib. 2. Georg.

Cruſtumiis, Syriiſque pyris.

Cruſtumii verò fluv. mem. Luc. lib. 2.

Cruſtumiumque rapax, & junctus Iſapis Iſauro.

¶ Cruſtumium ſeu Cruſtunus, & Cruſtumenius, Conca fluvius eſt Italiæ. Fontes habet in Ducatu Urbini, prope Fanum S. Leonis, & aliquot auctus rivis, per Romandiolam labitur, ubi in mare Adriaticum ſe exonerat, 6. milliaribus ab Arimino in ortum, & 4. à vico *Catholica* dicto. Credunt quidam Cruſtumenium fuiſſe oppidum ad ejus oſtia, quod forſan *Conca*, urbs aquis abſorpta. *Plin.*

Cryon, fluv. Aſiæ propriæ per Lydiam in Hermum influens.

Crypta aurea, Grottaria, opp. mag. Græciæ. Vide Caſtrum Minervæ.

Crypta Neapolitana, *la Grotta di Napoli*, ſpecus ſub *Strab.* monte Pauſilypo, apud Neapolim, per quod Puteolos, via compendioſa itur, mill. paſſ. longa, lata, altaque 11. paſſ. ad cujus initium Virgilii ſepulchrum marmoreum cernitur. Eſt & Crypta Ferrata, *Grotta Ferrata*, cœnobium, ſive abbatia inſignis, apud Tuſculum.

¶ Crypta Ferrata. *Grotta Ferrata*, cœnobium percelebre Italiæ, in ditione Pontificia, & in Latio, 15. milliaribus a Roma, prope Tuſculum. Antea villa Luculli dicta fuit; eſtque juxta aquam Crabram.

Ctemenæ. *Griſano* Soph. opp. Maced. in Eſtiotide *Pto'.* reg. cujus incolæ Dolopes ab Hom. teſte Steph. nomi- *Steph.* nantur.

Ctenos, *Saline* Nigro, portus Tauricæ Cherſoneſi, *Strab.* ubi olim ſalinæ fuerunt, teſte Strab. inter Cherſone- *Ptol.* ſum urbem ad occ. & Criumetopon prom. ad ort. Aliis *Zebibana* dicitur.

¶ Ctenos, ſeu Ctenus, aliis fuit Eupatorium, portus Tauricæ Cherſoneſi, prope Cherſoneſum, in ora ſinus Carcinitis, 40. mill. paſſ. à Criumetopon. promontorio, & 25. a Dandaca, Sanſonæ teſte. *Plin.*

Cteſiphon pagus fuit Aſſyriæ ampliſſimus, in Ti- *Ptol.* gridis altera ripa, è regione Seleuciæ urbis, à Parthis in odium Seleuciæ exſtructus, ab ea 3. mill. paſſ. tantùm diſtans olim urbs ep. á Partis Regibus habitatus, teſte Pl.

¶ Cuba, *Cuba*, inſula Americæ ſeptentrionalis in longum valde extenſa, in ſinu Mexicano, & ex præcipuis totius Americæ, ad auſtrum Floridæ, & ſub dominio Hiſpanorum a 170. annis circiter, Eſt in mari Boreali; habetque ad ortum Hiſpaniolam inſulam, a qua 14. leucis diſtat & ad auſtrum Jamaicam, a qua 19. leucis diſtat. Illius urbes primariæ ſunt Havana, cum portu capaciſſimo, in parte ſeptentrionali

inſulæ, è regione Floridæ, & Fanum S. Jacobi, in parte auſtrali, cum quatuor aliis coloniis Hiſpanorum. Ejus longitudo eſt 200. leucarum Hiſpanicarum ab ortu in occaſum; latitudo autem vix 20. leucarum ubi magis lata. Alias Ferdinanda dicta fuit a Chriſtophoro Columbo, qui primus eam detexit; eſtque montibus ut plurimum aſpera.

Cubi, pop. Gall. Aquitan. Vide Bituriges.

Plin. Cubus Canopi, *Agia paraſceve* Græcis, teſte P. Gyllio, ſuburbium olim Byzantii, & locus delitiarum de quo Dionyſ. Byzant.

¶ Cubus Canopi vicus fuit prope Conſtantinopolim & è regione trans Chryſoceram ſinum, juxta amnem Ciſon, qui poſtea dictus fuit S. Laurentii Fanum nunc autem Agios Paraſceve, ut colligitur ex indagationibus Petri Gillii.

Ant. Cucci, Cuccæ lib. Not. opp. Pannoniæ infer. apud Danubium, in Hungaria, *Curuſca*, teſte Siml. inter Bononiam & Cornacum 3. leu. Sad Laz. Cornacum eſt *Curuska*.

¶ Cucci, ſeu Cuccium, oppidum fuit Pannoniæ inferioris, & Scordiſcorum populorum, in Savia regione, prope Danubium fluvium; quod nunc vulgò *keroſka* dicitur, ſub dominio Turcarum.

¶ Cuculli, & Cucullæ, *kuchel*, oppidum Norici, ad fluvium Jovauum, & 14. mill. paſſ. ſupra oppidum Jovauum in auſtrum; nunc vicus in ditione Saliſburgenſi, inter Gollingam & Hellelum oppida, teſte Cluverio.

Strab. Cuculum, *Scutula*, teſte Leand. opp. Marſorum, in Latio, nunc in Aprutio, apud Albam Marſorum, Taliequitium verſùs.

Cucuſſus, Cocuſum Anton. Cocuſſa D. Athanaſio, Cuſum Amm. urbs olim epiſc. in Armenia minore, in Ciliciæ Cappadociæ conf. à Laranda 18. mill. paſſ. in Bor. Cæſaream verſùs ſup. 100. à Comanis 39. in via inter Cæſaream & Anazarbum, D. Joannis Chriſoſtomi exilio clara.

Cuda, *Coa*, fluv. Luſit. in regno Portugallico, per agrum Ægitanum, ſive Guardienſem, in Durium fluv. apud Almendram pag. influens. Populi Cudani.

Cufa, *Cufa*, urbs eſt Aſiæ, in Chaldæa provincia, ſeu *Terach*, ad Euphratem fluvium ſita, antea ſub dominio Perſarum, nunc autem paret Turcis. Eſt in confinio Arabiæ deſertæ, 60. milliaribus a Baldato in occaſum, fuitque alias ampla, & aliquando etiam Califarum ſedes.

Scrip. Cujavia, urbs epiſc. Poloniæ, in Pruſſiæ ſeu Maſſoviæ conf. ad Viſtulam fluv. ſub Archiep. Gneſnenſi. Vide Vladiſlavia; eadem enim eſt.

¶ Cujavia, *Cujavic*, provincia eſt regni Poloniæ inter Pruſſiam ad Bor. & Poloniam inferiorem ad merid. in qua urbes Vladiſlavia & Breſtia. Vide ibi.

Cularo, Cularona lib. Not. al. etiam Galarona legen-
Steph. tibus, opp. fuit Gall. Celt. cum fluv. cognomine in
Plin. agro Lugdunenſi.

¶ Curalo aliis eſt *Grenoble*, quæ & Gratianopolis poſtea dicta fuit, ad Iſaram fluvium; eſtque Delphinatus primaria, in Gallia Narbonenſi. Vide Gratianopolis.

Culcua, *Cucutina*, teſte Mar. op. Africæ med. in Numinia.

¶ Culembachium, *Culembach*, oppidum Germaniæ, in Franconia, ad Mænum fluvium, qui paulò ſupra oritur. Arcem habet *Blaſſenburg* dictam, & territorium ſatis amplum Marchionis è familia Brandeburgica. Diſtat 6. leucis a Bamberga in ortum, & paulò minùs a Coburgo.

¶ Culemburgum, *Culembourg*, oppidum amplum Belgii, cum arce, in Ducatu Gheldriæ, ad ſiniſtram Leccæ ripam, ſub dominio utili ſui Comitis; & in tres partes diviſum eſt, in ditione tamen Hollandorum. Una leuca tantùm à Burat diſtat.

¶ Culiacunum, *Culiacan*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, cum provincia cognomine, in nova Hiſpania, verſùs mare Auſtrinum & novum regnum Mexicanum, ſub dominio Hiſpanorum.

Ptol. Cullu, quæ & Collops magnus Ptol. *Col* Marm. *Alcol* Caſt. & *Collo* Nig. urbs Africæ olim epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, marit. apud oſtia Ampſagæ & Mauritaniæ Cæſarienſis confinia, ex præcipuis olim Numidiæ purpura celebris, teſte Sol. à Cirtha 48. mill. paſſ. in Bor. inter Ruſicadam ad occ. 43. & Hipponem Regium in ort. 75. mill.

¶ Cullu, ſeu Cullus, *Colle*, urbs Africæ, in Numidia, ad amnem cognominem, in confinio Mauritaniæ Siliſenſis, & in ora littorali maris Mediterranei, Gaudet portu capaci, & ab ea ſinus parvus ei adjacens dicitur *Colfe de Colle*. Sita eſt nunc in regno Bugiæ, 40. milliaribus diſtat ab oſtio Ampſagæ fluvii in ortum, & 60. & ab Igilgili.

Culmia, *Culm*, urbs Maſſoviæ, in regno Polonico ad Vitulam fluv. ſatrapia, & epiſc. ſub Archiep. Gneſnenſi, à Torunia urbe 3. leuc. in Bor. Daniſcum verſùs: olim ſub Archiep. Rigenſi.

¶ Culmia, *Culm*, urbs eſt Poloniæ, in Pruſſia regia provincia, 5. leucis Polonicis à Turonia urbe in Boream, & paulo minùs a Graudentio. Malè habita fuit Script.
hiſce poſterioribus temporibus, & deficit in dies. Polib.
Ideo ſedes epiſcopalis tranſlata fuit Colmenſum oppidum, 4. inde leucis diſſitum. A Culmia nomen habet Culmigeria tractus adjacens, vulgò *Colmiſchland* ab incolis dictus.

Cumacatum, urbs Arabiæ fel. apud Syagrum prom. Ptol.
Vide Metacum.

Cumæ, *Cuma*, col. & urbs epiſc. Campaniæ in ora littorali, inter Linternum ad occ. 5. & Miſenum ad Strab.
ort. 3. mill. paſſ. urbes exciſas, prorſùs everſa. Non Plin.
longè Cumanum, villa à Cic. commemorata, & an- Liv.
trum Cumanæ Sibyllæ, quæ & Cumæa à Virg. dici- & al.
tur. Ab Eubœenſibus condita, & à Saracenis exciſa. Epiſcopatus ejus Averſano copulatus eſt. Hinc Cumanus nom. gent. & Cumæus, Mem. Virg. lib. 6. Æneidos.

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Idem in eclog.

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Cumæ alteræ, Cyma Liv. Cume Ptol. Cyme Melæ, Plin.
Caſtri, teſte Soph. ſed Nig. *Foja nova*, urbs Æolidis marit. inter Myrinam & Phocæam urbes finitimas, à Pelope unà cum Magneſia anno mundi 3150. condita, teſte Iſid. epiſc. ſub Archiep. Epheſino. Cumani Aſiæ inter inſulſos & ſtupidos habiti ſunt, auctore Strab. Cùm enim pecunia mutuò accepta porticum conſtruxiſſent, nec illam ad præſcriptam diem reddidiſſent, à deambulatione ſub porticu prohibiti ſunt. Cùm autem plueret, præcone à credito ribus miſſo, ut porticum ſubirent admoniti ſunt. Unde in illos ortum adagium, *Cumani ſerò ſapiunt*, cùm non niſi poſt pluviam portum ſubiiſſent. Simile illi, *Serò ſapiu nt Phryges*.

¶ Cumæ, ſeu Cuma, urbs Aſiæ minoris, in Æolide, & in ora ſinus Smyrnæi. Nunc *Foja nuova* dicitur, gaudetque portu capaci, cum arce. 26. milliaribus diſtat a Pergamo, & 34. a Smyrna in Boream, ibique malè habiti fuere Turcæ a Venetis, Duce Jacobo Riva, anno 1650.

Cumbria, *Cumberland*, regio Albionis, in regno An- Scrip.
glico, in ora occidua, inter Walliam ad merid. & Scotiam ad Boream.

¶ Cumbria eſt Comitatus ſeu provincia Angliæ, in confinio Scotiæ, quæ ei inſidet a ſeptentrione, ab oriente habet Weſtmariam provinciam, ab occidente verò & meridie alluitur mari Hibernico. Ibi primaria urbs Carleolum.

Cumerum, *Monte Sant*, & *Monte Guaſco*, prom. Plin.
Anconæ urbis, in Piceno. Sic à Cæſare Guaſco Præfecto nominatum, & arte munitum à Pio urb. Pont. Max.

¶ Cumerum, ſeu & Cymerium quibuſdam, promontorium eſt & mons ſupra Anconam in mare Adriaticum excurrens, nunc *monte S. Ciriaco* dictum, ut ego didici ab incolis, dum illam urbem luſtrarem, non autem *monte Guaſco*, ut quidem malè crediderunt. Arcem habet ſatis munitam a Pio V. Pontifice Maximo exſtructam.

Cumillomagum, ſive, ut al. legunt, Camillomagum Ant.
Cigognola, caſtrum ſive pag. agri Ticinenſis, apud Blandinonam & Sellam opp. à Papia 12. ferè mill. paſſ. quæ olim iter erat.

¶ Cuminum, *Comino*, inſula eſt parva maris Siculi inter Melitam & Gaulum inſ. ſub dominio Equitum Melitenſium, ubi arx excitata a Vignacurtio Gallo magno Magiſtro.

Cunaxa, locus Aſſyriæ, ubi inter Artaxerxem Regem & Cyrum ejus fratrem dimicatum eſt à Babylone 500. ſtad.

Cune-

Cunetio, *Marlborovv*, teſtibus Camd. & Lhuydo, vel *kennet*, opp. Albionis, in Anglia cum fluv. cognomine, qui in Tamiſium labitur.

¶ Cunetio, *Marleborovv*, ſeu *Marlingeſborovv*, urbecula Belgarum, in Anglia & in Viltonia provincia, in colle declivi, cum fluvio cognomine, *kennet* vulgò 20. milliaribus a Verluccione, 24. ab Oxonia diſtans in auſtrum, teſte Speedo.

¶ Cuneum, *Coni*, urbs Italiæ probè munita, in colle, in Pedemontio, ad confluentias Gesæ in Sturam fluvium. Fortiter capta fuit a Gallis anno 1641. Duce Harcurtio. Subeſt dominio Ducis Sabaudiæ. 11. milliaribus diſtat a Foſſano in auſtrum, & totidem a Salutiis.

Cuneus reg. Strab. prom. Plin. Mel. ager in ora Luſit. meridionali, inter oſtia Anæ fluv. & Sacrum prom. ubi Pharus urbs epiſc. *Faro*, teſte Cluſ. inter Balſam 4. & Oſſonabam ad occ. 8. leuc. Prom. *Capo di S. Maria* appellatur. In agros tres urbes ſunt, teſte Mela, Myrtilis, Balſa & Oſſonaba adeo patens erat.

¶ Cuneus ager erat in ea parte Luſitaniæ meridionalis, ubi nunc Algarbia, *Algarve* : tractus ſatis parvus, regio titulo inſignitus; ſub dominio tamen Regis Portugalliæ, inter Portugalliam & provinciam inter Tagum & Anam dictam ad Boream, Anam fluvium & Oceanum Atlanticum, ubi nunc urbes Silvis. *Silves*. Pharus; *Faro* Lagium, *Lagos*, & Tavira, *Tavia*. Cuneum autem promontorium eſt *Capo de S. Maria*, in eadem Algarbia, prope Farum urbem.

Cunei; vel Cunei, pop. Hiſp. Bæt. quorum urbs Cuniſtorgis fuit Coniſtorſis Strab. qui a Plin. Geltici Mirobrigenſes dicuntur, Celtici Bætici Ptol. circa Nieblam opp. teſte Mor.

Cunicularìæ, *Sanguenares* Pineto (ſed Dalechampio videtur altera *Bizze*, altera *Speragia*) inſ. duæ Sardiniæ, inter illam & Corſicam.

¶ Cunicularìæ inſulæ Cluverio & Brietio ſunt *Iſole del Pullo*, in ora orientali Sardiniæ, versùs mare Tyrrhenum, in parte auſtrali ſinus Calaritani. Ibi etiam eſt Cunicularium promontorium corruptè, Cunium vulgò, *Capo del Pullo*, in parte orientali inſulæ Sardaniæ, 16. milliaribus a Calari in auſtrum.

¶ Cuninghamia, *Cuningham*, provinciæ Scotiæ meridionalis inter Covaliam *&* Leviniam, in ora Glottæ æſtuarii, ubi *Reinfreuu &* Irvvinum oppida præcipua.

* Cunion charion, *Capo Ferrato*, teſte Nigro, prom. Sardiniæ, in ora meridionali, versùs ort. apud Caralim urbem, ab ea in Eurum diſtans. (* Vide man. Seld.

¶ Cunion Charion, promontorium Sardiniæ, vulgò *Capo del Pullo*, *&* *Capo Pullo*. Vide Cunicularia ſupra.

Cuniſtorgis. Vide Cuni.

Cuperium *Cupri* vel *Tzupri*, teſte Leuncl. locus Thraciæ, apud Byzantium.

Cuperſanum, *Converſane*, urbs Apuliæ Peucetiæ, epiſc. ſub Archiep. Barenſi, inde 15. mil. paſſ. & totidem versùs Monopolim in ort.

¶ Cuperſanum, *Converſane*, urbs eſt nunc agri Bariani, in regno Neapolitano, dorſo montis affixa, 9. milliaribus a Monopoli in occaſum, 5. ab ora maris Hadriatici, ſub dominio utili gentis Aquæ vivæ. Dicitur etiam ſæpiùs Converſanum Vide ibi.

Cupra gemina in Piceno : una maritima, nunc *la Grotte* vel *Gritto*, pag. in ora littorali, cis oſtia Truenti fluv. teſte Leandro, vel *S. Benedetto*, pag. vicinus, inter Firmum urbem ad occ. & Truentum ad ort. Altera montana, *Ripa Tranſona*, urbs recens epiſc. ſub Archiep. Firmano, inter Firmum & Aſculum ad 12. mill. paſſ. à priore Cupra 3. in meridiem.

¶ Cuprimontium, *koperſberg*, oppidum Sueciæ, jure municipii donatum. Cupri fodinas habet præſtantiſſimas & magnæ utilitatis. Situm eſt non longè à lacu, in Geſtricia provincia, 50. milliaribus à Gevalia urbe in occaſum, & paulò ampliùs à mari Baltico.

* Cuqueni, pop. Gall. Aquitanicæ, ad montium Pyrenæorum radices; quos Io. Villano vanus *Bearnenſes* interpretatur. (* man. Seld.)

¶ Cuqueni populi ab aliis dicuntur Convenæ, *Comminges*, in Aquitania, versùs montes Pyrenæos & fontes Garumnæ. Vide Convenæ.

Curalonenſes, vel, ut legit Belſoreſtius, Cularonenſes, pop. inter Allobroges, qui Gratianopolitani putantur, [Ptol.] ob veterem inſcriptionem marmoream Gratianopoli repertam.

Curaſſoa, *Curacao* Hiſpanis, *Curaſſavv* Hollandis, inſula Americæ meridionalis, in ora littorali Venezuelæ, alias in ditione Hiſpanorum. Sed capta fuit anno 1632. ab Hollandis, qui ea etiamnum potiuntur.

Curcum, *Cruch*, teſte Nig. cum aliis, opp. Liburniæ mediterr. Vegiæ tamen in ora, & Argyrunto finitimum.

¶ Curdi, populi Aſiæ pro majori parte, ſub dominio Turcarum, & in confinio Perſiæ. Eorum regio vulgò *Churdiſtan* dicitur; eſtque amplam admodum & fertilis.

Cures, urbs olim Sabinorum, Numæ Pompilii pa- [Strab.] tria, à Medio Fidio Sabinorum Deo condita, nunc [Liv.] pag. *Torre* vel *Turre*, teſte Leandro dictus, ad Himel- [Mali.] lam fluv. à Reate 10. mill. paſſ. in occ. à Tybure ſuprà 20. in arctos, Interamnam versùs ſuprà 16. Al. eſt *Cureſe* pag. ejuſd. reg. apud cœnobium Farfenſe. Pop. Curenſes Plin. Horum mem. Virg. lib. 6. Æneidos.

Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra.

Et Ovid. lib. 6. faſt.

Nomina terna fero, ſic voluere Cures.

¶ Cures aliis eſt *Veſcovio*, urbs primaria, Sabinæ antea, nunc oppidum, ubi etiam fuit epiſcopatus Sabinenſis Manleanum translatus. Sita eſt prope Himellam amnem, 3. milliaribus à Rheate in occaſum, & 11. ab Interamnia in auſtrum in ditione Pontificia.

Curetes, pop. Cretæ & Ætoliæ, Jovis educatores. Vide Corybantes. Cureti à Dionyſio Halicarn. Unde Curetis terra Ovid. lib. 8. Metam.

*Solvit, & egreſſus ratibus * Curetida terram*
Contigit,

Mem. & Virg. lib. 3. Æneidos.

Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.

(* Alii libri *Creteida*. [Ant.]

Curia, & Italis *Coria* vel *Coira*, urbs Rhætiæ primaria, ad Rhenum fluv. præterfluentem, inter Clavennam 11. & Brigantium ad Bor. 6. leuc. à Tiguro urbe Helvetiorum 9. in ort. à Conſtantia urbe Suevica 12. in Eurum, epiſ. ſub Archie. Moguntino. De ea lib. 6. itin. ſic.

Interea famulus, Rhætorum miſſus ad urbem,
Pontificemque, redit, Curis priſca, tuum.

¶ Curia, *Chur*, Gallis *Coire*, Italis *Coira*, ſita eſt prope Rhenum fluvium, inter Clavennam 4. leucis Helveticis ad merid. Brigantium 6. ab Bor. & Conſtantiam 8. diſtatque 8. leucis à Tiguro in Eurum.

Curia altera, *Corbridge* Camd. opp. Albionis, in An- [Ptol.] glia, ac in Northumbria reg.

¶ Curia, oppidum Ottadinorum, in Anglia nunc eſt, *Corbridge* dicitur, in Northumbria provincia, ad Tinam fluviam, in confinio Diœceſis Dunelmenſis, aliquot milliaribus ſupra Novum Caſtrum in occaſum.

Curia item, urbs Livoniæ, Curlandiæ reg. caput, epiſc. ſub Archiep. Rigenſi, antequam Livonia in Polonorum poteſtatem veniret, qui epiſcopatus omnes, excepro Venedenſi, extinxere.

¶ Curia, Curlandiæ urbs primaria, quænam ſit, non mihi conſtat. Curlandiæ enim caput eſt Goldinga; neque ulla eſt urbs Curia dicta in toto illo tractu. Vide Curlandia,

¶ Curia, *Corte*, urbs Italiæ, in meditullio Corſicæ inſulæ, ſatis culta, & ſaxo impoſita, prope Golum fluvium : ubi perſæpe commoratur Epiſcopus Alerienſis. 18. milliaribus ab Aleriæ ruinis in occaſum, & 25. à Calvio in ortum diſtat.

Curia picta, *Corbetta*, pag. agri Mediolanenſis, in Inſubria, teſte Alajato, à Mediolano 12. mill. paſſ. Novariam versùs, Abiato proximus. [Plin.]

Curianum, prom. Gall. Aquitan. apud oſtia Garumnæ, in merid. recedens, variè indigitatum; ab Helia Veneto *Cap. de Cordan* vel *Gordan*, à Scalig. *Cap. de Butz*, à Bellefor. *Cap. S. Marie*, à Mercatore *Sollac* Veneti magis arridet.

¶ Curianum, promontorium Aquitaniæ, Brietio & [Ptol.] Sanſoni eſt *Cap. de Buch*, in illa parte Aquitaniæ, quæ

nunc

nunc Gujenna propriè dicitur, in ora Oceani Aquitanica, 11. leucis ab oſtio Garumnæ in auſtrum, & 12. à Burdegala in occaſum: quanquam multi ſint qui credant eſſe *la ponte d'Arcachon*, ad oſtium ſinus Arcaſſonii, 4. leucis à Buzio in occaſum, in ora Oceani.

Ptol. Curicta, Curictæ Plin. inſ. maris Hadriatici, in Liburnico ſinu littori proxima, quæ teſte Hermol. *Vegia* dicitur, 100. mill. paſſ. ferè ambitu patens, inter Abſyrtides ad auſtrum, & oram Liburniæ ad Bor. ferè uno extremo Velceram opp. ad occ. altero Seniam urb. ad ort. attingens vix 6. mill. paſſ. diſtans, cum urbe epiſc. Aliis verò *Pago* eſt, inter Arbam ad occ. & Jaderam ad ort. quod tamen Plin. & Strab. deſcriptioni adverſari videtur. De hac lib. 2. itin.

Hinc Curicta brevis, ſterilis Cardona minaxq; &c.

¶ Curricta, *Vegia*, inſula eſt in intimo receſſu ſinus Flanatici, paucis tantùm milliaribus diſtans ab ora littorali Liburniæ. Circuitus eſt 55. milliar. circiter, 5. milliar. à Senia urbe in occaſum diſtat; habetque Abſytides inſulas in occaſum, & Arbam in auſtrum. Ejus primaria urbs eſt Curictum, *Veglia*, in parte occidentali inſulæ. Alia loca ſunt *Volka*, *Beſcha & Verbenico*. Subeſt dominio Venetorum a multis annis. Dicitur etiam *Veglia* aliquando, & meliùs.

Ptol. Curicum, urbs Curictæ inſ. epiſc. in ora ejuſd. auſtrali, quæ vulgò *Veggia*, ſicuti & inſula vocatur, *Vegia* Germ. ſub Archiep. Iaderenſi, quæ etiam Vegia Latinè nominatur.

¶ Curicum, ſeu Curictum, Curictæ inſulæ urbs primaria *Vegia* vulgò, in ora occidentali inſulæ, contra Abſorum, ab ea 4. leucis Germanicis in ortum Seniam versùs, à qua totidem leucis diſtat. Gaudet arce & portu, ſub Venetis.

Plin. Curiga, (Vide Ucultiniacum) opp. Hiſp. Bæticæ.

Curioſolitæ, *Cornouaille*, teſte Marliano, pop. & urbs Gall. Celticæ, inter civitates Aremoricas, in Britanniæ minoris ora, inter Venetos ad auſtrum, & Gobæum prom. ad Bor. epiſc. ſub Archiep. Turonenſi, à Rhedonibus 23. leuc. in Africum. Vide Coriſopitum.

¶ Curioſolitæ, populi Britanniæ, minoris, quorum tractus *Cornouälle*, & urbs Coriſopitum, *Quimper*, caput inferioris Britanniæ, versùs oram. Sedet inter Gobæum promontorium ad Boream, & Venetos ad ortum, a Rhedonibus autem 40. leucis diſtat in occaſum.

Plin. Curium, *Epiſcopia*, teſte Steph. Luſignano, *Carmia* Nig. urbs Cypri, in ora auſtrali, inter Paphum & Amathuntem; quæ & Curias Plin. licèt Curias apud Ptol. & Strab. prom. ſit Curio, ubi propinquum, *Capo delle Gatte* dictum. Urbs epiſc. eſt apud Græcos, à Thronis 70. ſtad. in occ. recedens.

¶ Curium, urbs Cypri, in ora occidentali inſulæ ubi in auſtrum tendit, nunc *Audimo*. 9. milliaribus à promont: Albo in auſtr. diſtat, 16. autem a Curia promontorio, quod nunc *Capo delle Gatte*, Gallis *Cap des Chartes*, in auſtrum maximè tendens, versùs Ægyptum. Diſtat autem Curium ferè 50. milliaribus à Piſcopia in occaſum.

¶ Curlandia, *Kurland*, & *Curlande*, Ducatus, olim Livoniæ pars, nunc ſui juris. Proprio Duci paret; eſtque inter Livoniam ad Boream, & Samogitiam ad meridiem. Ejus præcipua urbs eſt Goldinga. Habet ab occidente mare Balticum, à ſeptentrione ſinum Rigenſem, ab oriente Semigalliam, quæ eodem Duci Curlandiæ paret, & à meridie Samogitiam provinciam Poloniæ, in feudum tamen regni Poloniæ.

Ptol. Curnonium, * Carnanium lib. Not. *Carnobio*, opp. Hiſp. Tarraconenſis, in regni Navariæ ac Aragoniæ confinio. Tametſi non deſunt, qui *Zuera* opp. à Cæſarauguſta 5. leuc. Oſcam versùs indigitent. (* Carnuntum forſan.

¶ Curnonium, ſeu Curnovium, oppidum Vaſconum in Hiſpania Brietio & aliis eſt nunc *Eſtella*, urbs regni Navarræ, ad Egam fluvium, 5. leucis ab Ibero fluvio & a confinio Caſtellæ, 12. a confinio Aragoniæ, & 7. a Pompelone in occaſum.

Ptol. Curobis, Curubis Plin. Ant. & D. Auguſt. *Calibia*, teſte Marm. urbs olim epiſc. ſub Carthag. Archiepiſ. in ora Africæ inter Clupeam & Hermæam prom. Pop. Curubitari, & Epiſcopatus Curubitanus.

¶ Curonenſis lacus, *Curiſch Haff*, lacus Poloniæ, in Pruſſia Ducali, in longum protenſus, juxta mare Balticum, ubi ſe exonerat, prope Memeliam arcem, recipitque Ruſnam & alios minores fluvios.

¶ Curretia, vel Currezia, *Coureze*, fluvius Lemovicum, in Gallia. Oritur decimo milliari ab urbe Tutelenſi, & irrigato ſtatim oppidulo Curretia; dein Tutelam prælabens, Brivam quoque præterfluit, quæ ob hoc Briva Curretia dicitur a Gregorio Turonenſi. Demum in Veſeram fluvium ſe exonerat.

¶ Curſolium, *Curſol*, oppidulum Galliæ, in Vivarienſi provincia, cum caſtro nunc disjecto, juxta Rhodanum fluvium, vix una leuca infra Valentiam. Dicitur ab aliis Cruſſolium, quod forſan rectiùs.

Curſula opp. Sabinorum, ad montem Coretum, à Reate urbe 80. ſtad. diſtans, quod *Caſſia* ſeu *Caſſi* nunc *Hali*, dici videtur, teſte Leandro, opp. amplum, Nurſiæ finitimum, inde 7. mill. paſſ. diſtans, licèt multò plus à Reate recedat. Ortel. hic Curſulam cum Carſula urbe Umbriæ, inter Narniam & Mevania exciſa, confundit.

Curta, *Curta* adhuc, pag. Pannoniæ infer. in Hungaria, ad Danubium fluv. medius inter Crumerum ad occ. & Stringonium ad ort. 3. leuc. Al. Budam urb. regiam non ſine manifeſto errore interpretantur; niſi Curiam pro Curta accipiant; Curia enim *Hoffen* ſive *Off* Germanis eſt, quo nomine Buda appellatur vulgò. Ant.

Curubis. Vide Curobis.

Cuſa, *Vmarabea* Marm. & al. *Omirabi*, fluv. Maurit. Tingit, inter Atlantem minorem & Rutubim portum in oceanum Atlanticum ſeſe exonerans. Plin. Ptol.

¶ Cuſcum, *Cuſco*, urbs ampla Americæ meridionalis, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Limenſi, aliaſque totius Peruviæ primaria & regia ſedes, in planitiæ, prope colles, cum palatio ſuperbiſſimo. Nunc autem ſenſim deficit; & malè habita fuit a terræ motu hiſce poſterioribus annis. Paret autem Regi Hiſpaniæ; eſtque inter fluvios Incaynum & Apurimam.

Cuſi, *Cudelaſſ*, teſte Siml. pag. Pannoniæ infer. in Hungaria, ad Danubium, inter Bononiam 16. & Acumincum in Eurum 30. mill. paſſ. Ant.

¶ Cuſtrinum, *Cuſtrin*, oppidum Germaniæ permunitum, in nova Marchia Brandeburgica, cum arce intra paludes ad Oderam fluv. ubi recipit Uvartam. Vix 4. leucis diſtat a Francofurto in Boream, & paulò plus a Lanſperga in occaſum.

Cuſus, Chryſius Jornandi, teſte Rhenano, *Kerez*, teſte Laz. & al. *keureux*. fluv. Daciæ, per Tranſylvaniam in Tibiſcum fluens. Vide Chryſius. Tac.

¶ Cuſus, Cluverio teſte, eſt fluvius *Wag*. in Danubium ſe exonerans ſupra Comaram arcem. Sanſoni autem eſt *Sebes Keres*, fluvius Tranſylvaniæ, qui fontes habet versùs Claudiopolim, rigatque Varadinum: deinde auctus aliquot fluminibus, in Tibiſcum labitur ad Czongradam oppidum, 4. leucis ſupra Segedinum.

Cutiliæ, & Cutilia, *Lago di Contigliano*, lacus Sabinorum in agro Reatino, Cotilia Feſto, cum opp. cognomine, quod *Contigliano* nominatur, à Reate 8. mill. paſſ. diſtans. In hoc lacu Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 7. inſulam eſſe ſcribit, quæ ſylvoſa innatat, nunquam in eodem loco permanens, teſte Plin. lib. 2. cap. 95. Plin.

Cutilium, opp. Sabinorum, apud Cutilias aquas (ſic enim lacus à Livio appellatur) *Contigliano* caſtrum, à Reate 70. ſtad. quod Cotilia Feſto dicitur. Liv.

¶ Cutracum, *Coutras*, oppidulum Galliæ, in Aquitania & Petrocorienſi agro, ad confluentes Ellæ & Dramæ fluviorum prælio ſuo memorabile inter Gallos an. 1587. Diſtat 4. leucis a Liburnia in arctos, & 9. a Burdegala in Cæciam.

¶ Cuya, *Cuya*, provincia eſt Americæ meridionalis inter Chilem & Paraguayam regiones in longum extenſa, prope montes Andium, in ditione Hiſpanorum. Ibi oppidum præcipuum Mendoſa. A quibuſdam hæc provincia dicitur alio nomine *Chuquito*.

* Cyamon, *Capo Spada* Soph. *Cheſim* Mercat. prom. Cretæ, in ora Boreali apud occid. inter Cydonem urbem ad ort. & Dictymnam ad occ. Vide Ciamum; ſic enim etiam legitur. (* manuſ. Seldeni.

¶ Cyamon, promontorium Cretæ, nunc *Capo Spada*, maximè in arctos porrectum, versùs Peloponneſum. Vide Ciamum promontorium.

Cyane, Cyanes Sil. fons agri Syracuſani, in Sicilia, apud

apud urbem Syracuſas, *Piſma Sirini* vulgò, teſte Faz. in quam nympham converſam fabulatur Ovid. lib. 5. Metam.

Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas.

De quo Sil. lib. 14.

Et Cyanes, & Anapus, & Ortygia Arethuſa.

Eſt & opp. Lyciæ apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Cyaneæ, quæ & Symplegades, *le Pavonare* nautis, inſ. duæ parvæ Thraciæ, apud os Boſphori Thracij, quæ Planetæ ab Herodoto, Syndromades à Theocrito, quod loco moveri putantur, appellatæ, ab incolis *Jarcazes* dictæ. Harum mem. Ovid. lib. 1. triſt. eleg. 9.

Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyanies.

¶ Cyaneæ inſulæ duæ, ſeu verius ſcopulis, ad os Boſphori Thracii, prope Pontum Euxinum; una Europæ, in Thracia, juxta Punium promontorium; altera Aſiæ, in littore Bithyniæ, prope Ancyræum prom.

Cyanæus, Cyanos Plin. qui & Glaucus, *Cicabo*, teſte Nig. cum al. fluv. Colchorum, ex magnis amnibus ejus reg. ex montibus Coraxicis in Phaſidem influens.

Cybele, & Cybala Apollod. urbs Phrygiæ magnæ apud Celænas, ubi Cybele Dea colebatur.

Cybria, urbs Phrygiæ magnæ. Vide Cibyra. Eſt & opp. Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluv. ut in Theſ. Ling. Lat. Sed hic fluv. non eſt in ea reg.

Cybiſtra, *Arminacha*, urbs Armeniæ minoris, epiſc. ſub Archiep. Tyanæo, à Tyanis haud valde diſtans, ad Tauri montis radices, in Ciliciæ conf. apud Cic. num. plur.

¶ Cybiſtra, ſeu Cibiſtra aliis, urbs fuit Cappadociæ versùs confinia Armeniæ minoris, aliquot milliaribus a Cæſarea Mezaca in auſtrum.

Cyclades, inſulæ maris Ægæi numero 50. ſic quaſi circulum facientes inter ſe dictæ, teſte Iſid. al. 54. quæ unà cum Sporadibus *l' Iſole dell' Arcipelago* à noſtratibus dicuntur. Ovid. lib. 1. de triſt. eleg. 9.

Cycladas Ægeas obſtupuiſſe puto.

(*Inſulæ præcipuæ Cyclades.*

Andros, Andro,	*Paros*, Pario.
Cia, Zea.	*Rhenia*, *Delo conjuncta*,
Delos, Sdille.	*Seripus*, Serphone.
Micone, Micoli.	*Ciphnus*, Siphano.
Naxus, Naxia;	*Siros*, Siro.
Oliaros, Quiniminio.	*Tinos*, Tine.

Cyclaminus ſinus. *Colfo di Soltania*, ſinus ad Boſphorum Thracium, teſte P. Gyllio.

Cycloboros, apud Steph. amnis ſive torrens Atticæ, adeo ob anfractus crebros ſtrepitans, ut *Cyclobori vox* in adagio contra clamoſos & obſtreperos eſſet.

Cyclopum ſcopuli, *Faraglioni*, teſte Faz. tres ſcopuli Siciliæ. Cyclopes autem pop. primi Siciliæ, teſte Diod. habitatores fuere. De quibus Ovid. lib. 14. Metam.

Arvaque Cyclopum, quid raſtra, quis uſus aratri.

Hos Vulcani miniſtros fuiſſe unoculos, & Jovi fulmina fabricaſſe fabulantur. *Cyclopum vita* ex Hom. lib. 9. Odyſſ. uti proverbium uſurpatur, ubi de vita prorsùs barbara, ac ſine ullis legibus diſciplinaque ſermo eſt, apud Strab. lib. 1. Sic *Cyclopis domum* apud Lucian. de munere tyranni, aut latronis; quod ſolent hi aut minùs aut ſero lædere.

¶ Cyclopum ſcopuli, *li Faraglioni*, ſcopuli ſunt parvi admodum, in ora orientali Siciliæ & Vallis Demonæ, 12. milliaribus a Catana in ortum.

Cycones, Odryſiis finitimi: quorum urbs Maronia.

Cydaras, Plin. lib. 6. c. 22. eſt fluv. Taprobanæ inſulæ.

Cydarus, *Machleſia*, fluv. Thraciæ, apud Byzantium, in Ceratinum ſinum influens.

¶ Cydarus, ſeu Cydaris fluvius, hodie *Machlena*, ſimul cum Barbyſſo fluvio in ſinum Chryſoceram ſe exonerat paulò ſupra Conſtantinopolim, teſte Petro Gyllio.

Cydnus, *Caraſu*, teſte Leuncl. quod habeat aquas nigras, fluv. Ciliciæ Tarſum urbem præterfluens, in quo lavit Alexander, teſte Curtio. De quo Ovid. lib. 3. de arte amandi.

Vel Prope te nato Judice Cydne, croco.

Et Tibull. lib. 1. eleg. 8.

At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis

Cæruleus placidis per vada ſerpis aquis.

Cydon, Cydonia Strab, Cydonis Ptol. *la Canea* Soph. & al. urbs Cretæ epiſc. ex primis illius, in ora Bo- *Strab.*
reali, à Gortyna & Gnoſſo 7. mill. paſſ. in Corum *Plin.*
diſtans, inter Rhitymnam ad ort. & Ciſamum ad occ. Hinc Cydonius nom. gentis, Ovid. lib 8. Metam.

Armaque, equoſq; habituſq; Cydoneaſque pharetras
Noverat.

¶ Cydon, ſeu & ſæpius Cydonia, *Canea*, Gallis *la Canee*, antiquiſſimis temporibus dicta Apollonia, urbs eſt quadrata, & ex quatuor præcipuis Cretæ inſulæ, quæ in occaſum tendit, licèt ipſa ſit in ora Boreali inſulæ, cum portu capaci. Eſt probè munita, anteaque ſub dominio Venetorum ab aliquot ſeculis, ſed a Turcis obſeſſa & capta anno 1645. ipſis etiamnum paret cum majori parte Cretæ inſulæ. Ab ipſa pars occidentalis Cretæ dicta eſt territorium Caneæ. 80. milliaribus diſtat a Gortina, & 100. circiter à Gnoſſo.

Cydonea, inſ. ante Leſbum, cum fonte calido, qui *Ptol.*
verè tantùm fluit, teſte Plin. lib. 2. cap. 103.

Cygnea, *Zvvvickavv*, urbs Miſniæ libera, & præclara, à Cygno Herculis filio, ut dictitant, appellata inter Curiam urbem Voitlandiæ primam, & Lipſiam Miſniæ, inde 7. hinc 8. leucis diſtans a Plavia 4.

¶ Cygnea, *Zvvickavv*, urbs Germaniæ, in ea parte Miſniæ provinciæ; quæ Voitlandia dicitur, ad Muldam amnem. Quatuor leucis diſtat ab Altenburgo in auſtrum, & 10. a Lipſia.

Cygnum: opp. Colchidis interius intra montes, circa ort. Phaſidis fluv. ex monte Moſchico. *Cic.*

Cylarabis gymnaſium erat Lacedæmoniorum, à La- *Strab.*
cedæmone vix. 300. paſſ. diſtans. *Plin.* *& al.*

Cyliſtarnus, *Racanello*, teſte Barrio, fluv. magnæ Græciæ, per agrum Coſanum in ſinum Tarentinum influens, in Calabria citeriori.

¶ Cyliſtarnus, *Racanello*, fluvius eſt Calabriæ citerioris, in regno Neapolitano. Prope Caſſanum labitur, & in ſinum Tarentinum versùs Thurios ſe exonerat.

Cyllene, *Chiarenza* Soph. urbs Elidis, in ora occidua Peloponneſi, apud Araxum prom. inter illud & Chelonatam, apud oſtia Penei fluv. in monte ejuſdem nominis, ab Elide urbe 700. ſtad. ortu Mercurij clara.

¶ Cyllene, urbs Elidis, in Peloponneſo, *Antravida* Nigro. Sophianus credit eſſe nunc *Chiarenza*. Sed Clarentia magis eſt versùs arctos, ubi alias Dyme. Gaudet Cyllene portu ſatis capaci & commodo unde ſinus nomen habet apud Plinium. Celebris *eſt* apud Melam, ob genitum ibi Mercurium, quem tamen alii tribunt Cyllenio monti Arcadiæ; eſtque prope Selleim fluvium, longiùs a Peneo, 9. milliaribus ab Araxo promontorio in auſtrum 120. ſtadiis ab Elide urbe, & 200. ſtad à Chelonate promontorio in Boream. *Strab.*

Cyllene item, mons excelſus Arcadiæ, in quo cypreſſi abundè proveniunt, & ubi Mercurium natum tradunt. Ovid. lib. 5. faſt.

Hæc enixa jugo cupreſſifero Cyllenes.

Et Virg. lib. 8. Æn.

Quem candida Maja
Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit.

Hinc Cyllenius nom. gent.

Cyme. Vide Cumæ.

Cyminus, mons Thuſciæ, *Montagna di Viterbo*.

Virg. lib. 7. Æn.

Et Cymini cum monte lacum, lucoſque Capenos.

Vide Ciminus, variè enim ſcribitur.

Cynara, *Zenara* Nig. inſula maris Ægæi, inter Spo- *Plin.*
rades. Unde Cyraneus nom. gent. Stat. lib. 6. ſylvarum. carm. 1.

Coricyæque comæ, Cynareiaque germina, & altis.

Cyniphes, fluv. Scythiæ Europææ, qui in Euxinum *Ovid.*
mare labitur.

Cynips, fluv. Africæ. Vide Cinyphus. De quo Claud. lib. 1. de laude Stiliconis.

Quos vagus humectat Cynips, & proximus hortis
Heſperidum Triton.

Juxta hunc fluv. capræ inuſitatæ ſunt magnitudinis, *Strab.*
auctore Plin. ſicut & hirci, teſte Virg. in Georg.

Cynocephali, pop. Indiæ, in montibus degentes, quos capita canina habere fabulantur, teſte Aul. Gell. lib. 9. cap. 4.

Cy-

Polib. *Ptol.* Cynopolis, & Cynoſpolis, id eſt, urbs canum, urbs Ægypti; ad Nilum fluv. inter Oxyrinchon & Hermopolim, non permanens.

Cynoſarges apud Steph. locus erat Atticæ, ſed apud *Treg. Pomp.* Sudam erat gymnaſium, in quo apud Athenas, extra portam nothi & ſpurij exercebantur: de quo Plutarcha in vita Themiſtoclis, qui ſpurius fuit. Inde adagium *Ad Cynoſarges*, quo dicto quis notabatur eſſe nothus. Reliqua duo gymnaſia erant Lycæum, & Academia intra urbem.

Cynoſſema, prom. Cherſoneſi Thraciæ, apud Se-*Ptol.* ſtum, oppoſitum Abydo urbi Aſiaticæ, ubi Hecubæ ſepulchrum monſtrabatur: quaſi canis (in quam verſam Hecubam fabulantur) ſepultura. Vide non rectè in Theſ. Ling. Lat. in Troade hic locus locatur.

Cynoſura, Doriſcum Plin. prom. Achajæ, in ora Atticæ, apud Aſopi fluvij oſtium, *Capo Sidro* ex tab. recent. cujus inter alios mem. Stat. lib. 4. Theb.

Divos, & Orchomenos pecorum, & Cynoſura ferarum.

Sed hæc Cynoſura, de qua Stat. cum Orchemeno in Peloponneſo apud Tegeam, & Erymantum eſſe videtur.

Cynthos, mons Deli inſulæ, in illius umbilico, valde excelſus: in quo Dianam venari Poetæ fabulantur, in quo etiam illa & Apollo nati feruntur. Virg. lib. 1. Æneidos.

Qualis in Eurota ripis, aut per juga Cinthi.
Exercet Diana choros.

Inde Cynthius nom. gent. Idem 3. Georg.

Nomina, Troſque parens, & Troja Cynthius auctor.

Cyntilia, (vide Cintylia) *Chinchilla*, urbs Hiſp. *Ptol.* Tarraconenſis.

Cynus urbs erat & emporium Locridis reg. in Achaja, navale Opuntiorum, apud Boagrij fluvij oſtium. Scribitur & Cynos: quo nomine & fluv. apud Plin. lib. 6. cap. 28.

¶ Cynus urbs erat Greciæ & Locrorum Opuntiorum, cum promontorio cognomine, juxta Euripum, inter Cnemides & Atalantam inſulam. Illic habitavit Deucalion.

Cypariſſi, Cypariſſia Strab. Cypariſſos Hom. *Arcadia* teſte Soph. urbs Peloponneſi, in ora Meſſeniæ littorea (non in Achaja, in Theſ. Ling. Lat.) ad oſtia Cypariſſeidis amnis, probè munita, à Meſſene 50. mill. paſſ. in Bor. Patras versùs. Al. eſt *Bicorza*, opp. proximum. Hinc Cypariſſius ſinus Melæ, *Golfo di Arcadia*.

¶ Cypariſſi, ſeu Cypariſſæ, *Arcadia*, 35. milliaribus diſtat à Meſſene in occaſum; eſtque inter oſtia Electræ & Nedæ fluviorum.

Cypariſſium, prom. non longè ab urbe Cypariſſia, *Ptol.* *Capo Conello* Soph. ſeu *Capo S. Elia* Nigro. Mem. Cypariſſi Stat. lib. Theb. 7.

-veteremque revolvat
Phocida? quis Panopen? quis Aulida? quis Cypariſſon?

Cyphanta, opp. & portus Laconicæ, (non Achajæ *Plin.* ut in Theſ. Ling. Lat.) in Peloponneſo, in ora ad or-*Pauſ.* tum, proxim. Zaraci inde 6. tantùm ſtad. diſtans, *Eriches*, & portus *Porto delle botte* Nig. ſed Soph. *Stilo* nominatur.

¶ Cyphanta, portus Peloponneſi in ora Argolici ſinus, nunc *Stilo* dicitur, Sophiano teſte; eſtque in Laconiacis Eurotam fluvium. Urbs autem Cyphanis in illo tractu, ſed in mediterraneis, *Eriches* dicitur, ut multi eſtimant. Diſtat à Sparte 28. milliaribus in ortum.

Cic. Cyprus, inſula notiſſima maris Syrij, multis olim *Strab.* nominibus appellata, teſte Plin. Acamantis, Ceraſtis, *Plin.* Amathuſa, Aſpelia, Macaria, Cryptos, & Colinia; *& al.* longa 170. mill. paſſ. inter Acamantem prom. occid. & Clides prom. orientale, circuitu 430. Ciliciæ propior, ab Anemurio prom. vix. 50. mill. recedens, à Joppe urbe Palæſtinæ exciſa ferè 200. diù ſub Venetis, nunc Turcis parens, *Cipro* Italis, *Cupron* Turcis. Hinc Cyprius nom. gent. Ejus mem. Virg. lib. 1. Æneidos:

-tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Urbes in ea Epiſcopales, poſt Leucoſiam metropolim, Salamis, Paphos, Curium, Amathus, & Ceraunia, ritus Latini; Græci verò, Soli, Arzus, Leuca, & Carpaſium. In quibus olim claræ Amathus, Salamis, & Paphos.

Urbes Cypri epiſcopales.

Amathus
Arzus.
Capaſium.
* Ceraunia.
Curium.
* Fama Auguſta, olim Hamacoſtos & Ammochoſtus.
Leuca.
* Leucoſia.
Paphos vetus & nova.
Soli, nunc pagus, ut ceteræ aſteriſmo carentes.

Duas habet metrop. ſive archiepiſc. ſecundùm alios, unam Græcorum, quæ olim Salamis, ſeu Salamina, poſtea Conſtantia dicta eſt: cui Epiſcopi ſubſunt 14. Leucoſia, Citium, Tremitus ſive Trimithus, Tamaſſus, Paphos, Amathus, Carpaſium, Ciryma ſeu Cyrenea, Solea ſive Soloe, Arſinoe, Neapolis Nemeſi, Curias ſive Cureum, Cythera, Lapithus: Alteram Latinorum, quæ Leucoſia nominatur, cui parent Hamacoſtos, Paphos, & Neapolis, epiſcopatus Latini. Quanquam, exceptis Leucoſia, Hamacoſto, Cirynia, & Carpaſio, potiùs pagi quam urbis ſpeciem præ ſe ferant.

¶ Cyprus, *Cypre* Gallis, inſula eſt Aſiæ, in mari Mediterraneo, & inter mare Syriacum & mare Cilicium ab ortu in occaſum extenſa, vix 60. milliaribus diſtans ab ora Syriæ, & circuitus 550. mill. paſſ. circiter. Diviſa fuit alias in quatuor partes, nempe in Salaminam ad ortum, Paphiam ad occaſum, Lapithiam in Boream, & Amathuſiam ad auſtrum. Inſula poſt diviſum Imperium Romanum Græcis paruit. Sed anno 1181. Richardus Angliæ Rex, cùm copias contra Sarracenos ducens, tempeſtate ad inſulam dejiceretur, inſulani verò non admitterent, vi & armis eam occupavit, & cuidam Gallo Guidoni de Luſignano dicto dedit in regnum. Huic Reges ſucceſſerunt continua ſerie, uſque dum in Genuenſium clientelam pervenit. Deinde Veneti ex donatione Catharinæ Corneliæ eam rexerunt ab anno 1472. ad annum 1570. quo Turca Selimus, Venetos bello agreſſus, Cyprum ipſis eripuit anno ſequenti. Ab illo tempore ſubeſt dominio Turcarum; & ab ipſis in undecim partes dividitur. Caput regni eſt Nicoſia, *Nicoſie*, in medio inſulæ, ferè rotunda; ſecunda ab hac Famaguſta, *Famagouſte*, urbs permunita in ora orientali, cum portu capaci, tertia Ceraunia, *Cerines*; quarta Paphos, *Baffo*, in ora occidentali. Reliquæ ſunt parvi mo- *Plin.* menti. *Mel.*

Cypſella, Cypſala Anton. Cypſelos Strab. *Chipſala* *& al.* Soph. *Ipſala* verò Io. Leuncl. & *Chapſilar* Bellon. urbs Thraciæ mediterr. olim epiſc. ſub Archiep. Trajanopolitano, nunc metropolis, inter Trajanopolim ad occ. 29. & Apros ad ort. mill. paſſ. apud Doriſcum, & Serrhium mont. teſte Liv. A Cypſelo Ixionis filio. Unde Cypſelidæ pop. unico *l.* Virg. in Ceiri.

Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi.

¶ Cypſella, urbs Thraciæ, in illa regione, quæ antea Sapacia, & poſtea Europa dicta fuit, juxta Melam fluvium, nunc *Ipſala*, 14. milliaribus ſupra Apros in Boream versùs montes.

Cyptaſia, *Careſa* Mol. & Thev. opp. Galatiæ, in *Ptol.* Paphlagonia, Sinopæ urbi propinquum, ſeu finitimum.

¶ Cyptoſia oppidum eſt Aſiæ minoris, in Paphlagonia regione, in ora littorali Ponti Euxini, prope oſtia Zaliſci fluvii, & 20. milliaribus à Sinope in Eurum, nunc *Careſa*, Caſtaldo teſte. *Trop.*

Cyra, mons Cyrenæ urbi imminens, teſte Tro- *Pom.* go, unde urbi nomen videtur derivatum, M. *di Corene*.

¶ Cyra, mons Africæ, Cyrenæ urbi imminens, nunc *Monte di Cairon* dicitur, Caſtaldo & aliis teſti- *Ptol.* bus.

Cyreniaca, reg. Africæ, mari Mediterr. Africo expoſita inter Africam propriè dictam ad occ. & Marmaricam ad ort. quæ incipit à Syrti magna, & in Barbaria comprehenditur. In ea Pentapolis reg. quinque urbibus conſtans: quarum præcipua Cyrene. Hic baſiliſcus ſerpens generatur, de quo plura habet Sol.

¶ Cyrenaica, regio Africæ, in Libya exteriori, inter regionem Tripolitam ad occaſum, & Marmaricam ad ortum, nunc in ea parte Barbariæ quæ dicitur regnum Barcæ. In ea eſt Pentapolis provincia, quæ nunc *Meſrata*: ubi Cyrene totius tractus primaria.

¶ *Urbes Cyrenaicæ & Marmaricæ:*

Apollonia, Bonaudrea, *portus*.
Aptuchum, Langiſaria, *portus*.
Arſinoe. *Vide Turchira*.
Berenice, Bernicho.
Cyrene, Cairoan.
Darnis, Doera,
Hammon, *ſeu Ammon*, *ubi Jovis Ammonis O-raculum*, *Marmaricæ*, Cauzaron di Mahoma.
Oaſis magna, Gademez.
Oaſis parva, Azagar.
Parentonium, *Marmaricæ*, Alberton, *portus*.
Ptolemais, *quæ & Barce*, Barca.
Teuchira, *quæ & Arſinoe*, Trochara.

Cyrene, *Corene* Villanov, & al. urbs Cyreniacæ reg. archiep. & primaria, apud oram *littoream*, & Phycuntem prom. à littore 12. mill. paſſ. à Ptolemaide urbe ad occ. 84. mill. paſſ. ab Hammonis Oraculo 400. in Bor. ſic à Regina, quæ illam condidit, nominata: vel, ex aliorum ſententia, à Batto Rege anno mundi 3560. urbis verò Romæ 143. Olympiade 45. condita, & à Cyrene, Penei amnis filia, quam Apollos, amore ejus captus, in eam Libyæ partem tranſtulit, nominata. De fluvio Virg. 4. Geor.

Mater Cyrene, *mater*, *quæ gurgitis hujus Jam tenes*.

De urbe verò Luc. lib. 9.

Africa Cyrenes etiam nunc bruma vigebat.

Hic laſerpitium herba provenit; unde Cyrenæ laſerpitiſeræ vocantur à Cat. Cyrenæi ad cœnam vocati ſolebant non ſolùm ipſi venire, ſed & alium ſecum ducebant: unde proverbium apud Athen. lib. 12. *Cyreneus videris*; ſolùm de voluptuoſis in conviviis, ſed etiam de ſtudioſis in edendis libris nunquam ſaturis. Hos curribus uſos potiſſimum ſcribit Stephanus.

¶ Cyrene nunc *Cairoan* vulgò dicitur; eſtque in regno Barcæ, versùs Syrtim magnam: Sedet ad Doerum fluv. 10. leucis ab ora maris Mediter. in auſtr. 25. leucis Gallicis a Barce in ortum, 375. mill. paſſ. ab Ammonis templo in occaſum, licèt Plinio ſint 400. milliar. & 90. milliaribus a Phycunte promontorio in auſtrum. Sedet in colle, & deficit in dies Regio adjacens *Meſrata* dicitur a quibuſdam.

Cyris, *Caldana*, teſte Barrio, fluv. Magnæ Græciæ, in Calabria citer. apud Arponium opp. oriens, & in ſinum Tarentinum influens. Vide Ciris.

Cyrno, *Sirna* ex tab. Geograph. recent. inſula maris Ægæi, inter Sporades, à Gyaro 80. mill. paſſ. in auſtrum teſte Plin. Apud Virg. in eclog. 9.

Sic tua Cyreneas fugiant examina taxos.

Cyrnos etiam, inſ. eſt Japygiæ. Cyrnius nom. gent. Unde *Terra Cyrnia* apud Zenod. in proverbium abiit in eos, qui vitam infamem latrociniis tranſigunt, quales olim Cyrnienſes fuiſſe feruntur: vel de reg. latrociniis infami; ſic *Cyrnia jactura* de magnis diſpendiis. Cyrnus melle maximè abundans, olim propter latrones erat in acceſſa. De qua inſula Stephanus.

Cyrnus, inſ. maris Liguſici, ſic a Cyrno Herculis filio dicta; unde Cyrnæus nom. gent. Vide Corſica. Claud. de laudibus Stilic. lib. 3.

Cyrnais, *Siculiſque jugis venata virago*.

Cyropolis, *Sammachi*, vel *Summachi*, & Perſis *Circombate*, Arabibus *Chyſeleth*, urbs ampla ac præclara Mediæ Atropatiæ, inter Artaxata 200. & Portas Ferreas 120. mill. paſſ. Vide Portas Caucaſias.

Cyrræi, pop. Æthiopiæ, juxta Nilum incolentes, quorum mem. Claud. loquens de Nilo in epigram.

Hunc bibit effranis Garamas, *domitorque ferarum*
Cyrræus.

* Cyrrha, urbs Phocidis. Vide Cirrha. Unde Cyrrhæi campi, & Cyrrhæi ſcopuli, ac antra Cyrrhæa, necnon & fontes Cyrrhæi. Mar. epigr. 76. lib. 1.

Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permeſſide nuda?

(* Manuſc. Seld.

* Cyrrhus, Cyrus Plinio, Strab. fluv. Albaniæ, provinciæ Aſiaticæ, ingens, per illam & Mediam Atropatiam in mare Caſpium fluens, variè indigitatus, *Cirech* Pineto, *Car* Nigro, *Elcur* Rhamuſio, *Ser & Chiur* Theveto & Thom. Minadoi, ex montibus Coraxicis, teſte Mela ac Plin. oriens, ac cum Cambyſe fluens, (* man. Seld. Apud Ptolem, verò Cyrrhus & Cyrus diverſi ſunt fluvij; unus Albaniæ, alter Mediæ.

¶ Cyrrhus, ſeu, & melius, Cyrus, poſtea Cyrnus, *korr* vulgò, fluvius eſt Aſiæ, in Iberia. Oritur in confinio Armeniæ majoris ex Moſchicis montibus, & per Iberiam labitur, ubi recipit Iberum & Aragum fluvios, deinde & per Albaniam; ubi auctus Alazonio fluvio, in mare Caſpium ſe exonerat, 50. milliaribus ab Albana urbe in auſtrum, longiùs autem à Media Atropatia.

Cyrrhus & Cyrrhum, *Quars* hodie, & al *Carln*, urbs Syriæ in Cyrrheſtica reg. epiſc. ſub Patriarcha Antiocheno. *Ant. Steph.*

Cyrus, urbs Syriæ archiep. à Cyro Rege conditore nomen habens, ab Antiochia magna 60. mill. paſs. in Eurum & ort. eadem cum Cyrrho apud Ptol. ut videtur. *Proco.*

¶ Cyrus, urbs Syriæ, quæ aliter Cyrrhus & Cyrros eſt juxta fluvium Marſiam. 40. milliaribus diſtat a Zeugma & totidem ab Euphrate fluvio ad occaſum, 25. milliaribus infra Berroeam ſeu Alepum in auſtrum.

Cyrus, fluv. Perſidis, in ſin. Perſicum perſicum per Paſagardas urbem decurrens. Eſt & Cyrus Plin. fluv. Albaniæ. Vide Cyrrhus. *Strab.*

¶ Cyrus, fluvius Perſidis, dictus etiam Bagradas ſeu Agradatus, nunc *Tiſindon*, Sanſone teſte alluit urbes Lirgiam, Larium, & Darabegertum, ſeu Paſagardam antiquorum; & poſt longum curſum in mare Perſicum & in ſinum Armuzianum ſe exonerat, 20. circiter leucis Hiſpanicis ab Armuzio in ortum.

Cyſſum, *Siſſo*, opp. olim Hiſp. Tarracon. in finibus Ilergetum, apud Ilerdam urbem. *Liv.*

¶ Ciſſum, ſeu Ciſſa, oppidum Lacetanorum, in Hiſpania Tarraconenſi, nunc, ut multi exiſtimant; eſt *Camaraſa*, oppidum Cataloniæ, ad Secorim fluvium, 2. leucis Hiſpanicis ſupra Berguſiam, & 6. ſupra Ilerdam in ortum.

Cyta urbs fuit Colchorum, patria Medeæ, teſte Steph. quæ propterea Cytæis cognominata eſt: unde pop. Cytei vel Cytæi, Val. Flac. lib. 6. Argon. *Steph.*

Talia certatim Minyæ ſparſique Cytæi
Funera miſcebant.

Cytæum, *Candia* Jovio, Nig. & pleriſque al, urbs Cretæ archiep. & metrop. præclara, in ora Boreali, optimè contra Turcas munita, ſub Venetis. Sed Bellonio eſt *Sittia* vel *Citie*, opp. & Nicol. Soph. *Phraſcia*, oppidulum in eadem ora. *Plin. Ptol. & al.*

¶ Cytæum, Brietio & aliis teſtibus eſt *Sitia*, urbs epiſcopalis Cretæ, in ora Boreali, 60. circiter milliaribus à Matio in ortum, & ex præcipuis inſulæ: unde tractus adjacens dicitur territorium Sitiæ, *territorio di Sitia* Urbs eſt probè munita, antea ſub dominio Venetorum; ſed à Turcis capta ante aliquot annos, ipſis etiamnum ſubeſt cum tota regione; adjacente.

Cyteorum. Vide Cytorum, vel Cytorus.

Cyterium, *Criſano*, teſte Barrio, opp. Œnotriorum in Brutiis, & Calabria citer. in agro Conſentino, apud Pandoſiam urbem exciſam, ab ipſa Conſentia 6. mill. paſſ. diſtans, apud montis radices. *Steph.*

Cythera, *Cerigo*, inſ. maris Ægæi ultra ſinum Laconicum, contra Maleam prom. cum urbe epiſc. ſub Venetis, inter Maleam Peloponneſi prom. & Cretam ad 30. mill. paſſ. licèt ex Plin. à Malea tantùm 5. recedat, circuitu 160. à Phalaſarna opp. Cretæ 40. De qua Virg. lib. 10. Æneidos: *Strab. Plin. & al.*

Eſt Amathus, *eſt celſa mihi Paphos*, *atque Cythera*.

Ovid. lib. 4. faſt.

Deſerit, *& Veneri ſacra Cythera petit*.

ubi num. plur. Cythera uſurpatur. Hinc Cytheriacus nom. gent. ut apud Mart. lib. 14. epig. 205.

Sume Cytheriacum medicatum nectare ceſton.

¶ Cythera, *Cerigo*, Gallis *Cerigues*, inſula eſt Græciæ, in ora Peloponneſi, cum urbecula cognomine, in colle ſita. Eſt prima Archipelagi inſula versùs occaſum: ſubeſtque dominio Venetorum ab aliquot ſeculis. Circuitus eſt 60. milliarium circiter, teſte Tomaſo Porcaccio. Portum habet Delphinum dictum, in parte auſtrali. Diſtat 5. milliaribus à Malea promontorio Peloponneſi, 15. ab Ægialia, & 45. ab ora proximiori Cretæ inſulæ.

Cythera quoque olim opp. nunc pagus Cypri, *Conucha*, teſte Steph. Luſignano. *Heſiod.*

Cythera etiam num. plur. ex lib. Conc. eſt urbs epiſc. Cypri ſub Archiep. Conſtantiæ, inter Illam & Cyreneam, inde 10. hinc 6. leucis, in ora Boreali, *Cithira* vulgò, nunc pagus. *Lib. Conc.* *Plin.*

Cythnus, *Cithno*, teſte Soph. etiam vulgò dicta inſ. maris Ægæi ſeu Myrtoi, apud Atticam & Eubœam *Tac. & al.*

priùs

prius Ophiuſa & Dryopis dicta, teſte Steph. De qua Oſtid. lib. 5. Metam.

Deſerit, à dextra Cyntho Gyaroque relictis.

Hęc inſula ab Amphitryone adeo afflicta fertur, auctore Steph. ut in proverbium abierit apud Zenodot. *Cythnica* enim *calamitates* non niſi de magnis cladibus dicuntur.

¶ Cythnus, *Citno*, inſula maris Mirtoi, & una Cycladum, in mari Ægæo, versùs oram Atticæ, & inter Ciam & Seriphum inſulas, Tota montuoſa eſt, & raros habet accolas, ſub dominio Turcarum.

Cytorum, Cotyora Xenophonti, Cyteorum Ptol. urbs & mons Galatiæ, in ora Paphlagoniæ, ad mare Euxinum. Urbs ſic à Cytoro Phryxi filio conditore dicta. Mons 63. mill. paſſ. teſte Solino, extenditur. *Caſtelle*, urbs hodie, teſte Nig. nominatur, inter Amaſtrim ad occ. & Garambim prom. ad ort. à Tio urbe 63. mill. paſſ. Vide Conyora. Buxo abundat. Inde Cytoriacus nom. gent. Mem. Virg. lib. 2. Georg. Plin. Solin.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Ovid. lib. 6. Metam.

Utque Cytoriaco radium de monte tenebat.

Cic. Plin. & al. Cyzicus, *Cizico* Soph. urbs Myſiæ, in Aſia, archiep. ad Propontidem & Æſapi fluv. oſtium. *Spiga* etiam nominatur, in inſ. penè continenti juncta, urbs antiqua, an. orbis conditi 2953. poſt Romam verò 70. ædificata cum Mileto. Thevetus ait appellari *Zelia* antiquo nomine: cum Zelia fuerit diverſa à Cyzico teſte Strab. inde 12. mill. paſſ. diſtans. De Cyzico, Ovid. lib. 1. triſtium.

Hincque Propontiacis hærentem Cyziconoris,
Cyzicon Amoniæ, nobiles gentis opus.

Cyziceni apud vet. timiditatis & mollitiei notantur: unde *Tinctura Cyzicena* proverbio dicitur apud Zenod. & alios, in eos qui aliquid indecorum metu faciunt. *Cyziceni ſtateres* quoque apud Suid. in proverbio ſunt, pro re ſculpta diligenter, ſicuti fuerunt nummi Cyziceni.

¶ Czaslavia, *Czaſſavv*, urbs *Bohemiæ* ſatis ampla ad amnem Crudimcam, in qua ſepultus fuit Joannes Ziſca Huſſitarum Dux. 3. leucis Germanicis diſtat à Caurzima, & 4. à Chrudima.

¶ Czenſtochova, *Czenſtochovv*, oppidum Poloniæ ſuperioris, ad Wartam fluvium, in colle, ſatis munitum, cum monaſterio, & fortiter propugnatum contra Suecos hiſce ultimis temporibus. Eſt in ipſo confinio Sileſiæ, & medium ferè inter Cracoviam & Siradiam.

¶ Czerinum, *Czehrin*: oppidum permunitum Poloniæ, in Ucrania ſeu Volhinia inferiori, ad amnem Taſminum, vix 2. leucis à Boriſthene fluvio, & 7. à Czyrcaſſia in auſtrum. Malè habitum fuit à Tartaris paucis ab hinc annis.

¶ Czernihovia, *Czernikovv*, urbs Poloniæ munita, in Lithuania & Severienſi Ducatu, nunc ſub dominio Moſcorum, ad Deſznam fluv. vix 2. leucis à limite Volhiniæ, & 5. à Boriſthene fluvio; & in ea tractus adjacens dicitur etiam ſæpe Ducatus Czernihovienſis.

¶ Czernobela, *Czernobel*, oppidum Poloniæ, in Ucrania, ſeu Volhinia inferiori, ad amnem Uſzam, qui paulò infra cadit in Pripetium, 18. leucis à Czernihovia in occaſum, 12. à Rzeczica in meridiem, & 2. à Boriſthene fluvio.

¶ Czerſchia, *Czersko*, urbs parva Poloniæ, ad Viſtulam fluv. Palatinatus caput, in Mazovia prov. 10. leucis ſupra warſaviam in auſtrum. Hinc aliquando Maſovia dicitur etiam Palatinatus Czerſchienſis.

¶ Czyrcaſſia, *Czyrkaſſi*, urbs munita Poloniæ, ad Boriſthenem fluvium, in Ucrania ſeu Volhinia inferiori. Varias experta eſt vices hiſce ultimis temporibus, tam à Moſcovitis quam à Coſaccis & Tartaris. Diſtat 7. leucis à Czerino in Boream, & 18. à Bialaceria in ortum.

D.

Ptol. DAÆ, Dahæ Plinio & aliis, Dai Herod. pop. Aſiæ, in Scythia, apud Caſpium mare incolentes, Maſſagetis finitimi: de quib. Luc. lib. 2.

O ſuperi, motura Daas ut clade Getaſque.

Virg. lib. 8. Æneidos:

Indomitique Daa, & pontem indignatus Araxes.

Dabrona, *Aven-mor*, teſte Mol. fluv. Hiberniæ, in Momonia reg. per Liſmorenſem agrum non procul ab urbe influens. (Camdeno Dabrona per Corcagienſem agrum fluit, per Liſmorenſem, verò *Broodvvater* nunc, olim *Aven-more*, id eſt, flumen magnum, dictus. Ptol.

¶ Babrona fluvius, ſeu & Daurona, fluvius Momoniæ, alias *Avenmore* dictus, nunc *Broodvvator*. Oritur in confinio Deſmoniæ Comitatus, & per Corcagienſem Comitatum fluens, Liſmoriam rigat, & deinde in mare Verginium ſe exonerat juxta Jogalliam, teſte Sanſone. Credit tamen Camdenus Dabronam nunc eſſe *Saveren* fluvium, & Corcagiam urbem alluere, quæ à quibuſdam Dabrona etiam dicitur.

¶ Dabulum, *Dabul*, urbs munita Aſiæ, in India citeriori, in regno Decani, ad oſtia fluv. *Alevache*, & in confinio regni Gutzaratæ. Gaudet portu capaci, in ora Oceani Indici, ſub dominio Luſitanorum; eſtque media inter Damanum ad Boream, & Goam ad auſtrum.

Dacæ, pop. Europæ, quorum reg. Dacia. Vide Daci qui & Davi. Hinc enim Davi genus ſervorum erant. Virg.

Dachinabades, *Indoſtan*, teſte Ortel. ſeu potius, ut aliis videtur. *Malabar*, reg. Indiæ citer ab oſtio Indi fluvii in auſtrum extenſa. Arrian.

Daci, pop. qui & Dacæ, ipſi *Tranſylvani*, *Moldavi*, & *Valacchi* ſunt. Hinc Dacicus, & Dacus nom. gent. Horum meminit Virgilius libro 8. Æneidos: Virg. Stat.

*Indomitique * Dacæ, & pontem indignatus Araxes.*

Et Stat. lib. 4. ſylvat. carm. 2.

Cum modò Germanas acies, modò Daca ſonantem
Prælia.

Iuvenal. ſat. 6.

Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.

(* Ita in nonnullis exemplaribus, in aliis Daæ.

Dacia, reg. Europæ ingens, quæ Danubio ad auſtrum & ortum, Carpate monte ad Bor. & Tibiſco fluv. ad occ. continetur, in tres regiones diviſa, in *Tranſylvaniam Moldaviam*, & *Valacchiam*, Aluta fluvio Tranſylvaniam à reliquis ſeparante. Urbes olim claræ, Salinæ, & Zarmiſgethuſa. Ptol.

Dacia mediterranea eſt ipſa *Tranſilvania*, quæ *Sidenburgen* Germanicè, à ſeptem urbibus, appellatur, inter Hungariam Tranſdanubianam ad occ. & meridiem ac Moldaviam & Valacchiam ad ortum, ſita. Eutr. &

Dacia Ripenſis, quæ & Pannodacia, *Erdel*, reg. inter Alpes, à Tranſylvania ſeparante, ad arctos, & Danubium fluv. ad auſtrum contenta. Lib. Not.

Dacia Alpeſtris eſt ipſa *Valacchia*, cujus metrop. eſt Tergoviſcia ſive Tergoviſta, vulgò *Tervviſch*. Al. verò eſt tractus Daciæ, qui *Vaſcapu* dicitur, & inter Hungariam ad meridiem & occ. ac Tranſylvaniam intercedit.

(*Urbes clariores Daciæ.*

Acmonia.	*Phrateria.*
Alba Julia.	*Ramidava.*
Anguſtia.	*Tiriſcum, ſeu Taros.*
Marcodava.	*Zamiſogetuſa.*
Napuca.	*Zeugma.*
Nentidava.	*Zurobara.*
Patruiſſa.	*Zuzidava.*

¶ Dacia antiqua ultra Iſtrum fuit, quam Trajanus Imperator in provinciam redegit, Aurelianus autem habitatores ejus Iſtrum tranſtulit, & inter Mœſias collocavit. Hæcque Dacia cis-Iſtriana dividebatur in Daciam Ripenſem & Meditarraneam, ut in notitia utriuſque Imperii videre eſt; niſi hæc diſtinctio adhibeatur, ſumma ſæpe ambiguitas ſequitur.

Dactonium, *Ribadeo*, teſte Hen. Coquo, opp. cum Hiſp. Tarrac. in ora Boreali, in Gallæcia, in Calaicorum & Aſturum confinio, à Mindonenſi urbe 5. leuc. in ortum æſtivum. Ptol.

¶ Dactonium, oppidum Callaicorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi, nunc eſt *Monforte de Lemos*, oppidum Gallæciæ, ad fluvium *Cabe*, Brietio & Sanſone teſtibus. 10. leucis diſtat à confinio Aſturiarum in occaſum, totidem à limite Portugalliæ in Boream & 16. à Ripavia in auſtrum.

Dada, Adada etiam Latini Ptol. Adadata Strab. urbs olim Piſidiæ epiſc. ſub Archiep. Antiocheno Antiochiæ finitima. Ptol. Lib. Con.

Dadaſtana opp. erat Aſiæ in Bithyniæ Galatiæque con-

confinio, ab Ancyra 90. mill. paſſ. in occ. diſtans, Joviniani Imperat. morte memorabilis, totidem fere à Nicæa recedens in ortum.

Daddala. Vide Dædala, num. plur.

Dædala, *Vrlie*, mons & opp. Lyciæ, inter Telmeſum & Cryam. Sed opp. exciſum eſt, nomen à Dædalo ibi ſepulto habens, quod *Macri* dicitur Molet, ſed malè: cum Macris inſ. proxima ſit. Hinc Dædalus nom. gent. Lucret. l. 1. ſtatim ab initio:

Adventumque tuum tibi ſuaveis Dedala *tellus*.

Dædali, montes Indiæ citer. ſupra Nyſam urbem, apud Indum fluv. *Amy*, teſte Boccatio.

¶ Dagheſtania, *Dagheſtan*, provincia Aſiæ, prope mare Caſpium, cujus incolæ ſunt Tartari. Proprios habent Principes, inter ditiones Regis Perſiæ & magni Ducis Moſcoviæ. Regio extenditur ad 40. leucas Germanicas; eſtque pars Albaniæ antiquæ: Et ejus primaria urbs dicitur *Tarku*, Oleario teſte.

¶ Daghoa, *Dagho*, inſula Livoniæ, in mari Baltico, prope Oſilam, cui adjacet ad Boream, ad oſtium ſinus Rigenſis, ubi oppida *Paden* & *Dageroort*, in parte auſtrali, ſub dominio Regis Sveciæ.

¶ Daleburgum, *Daleborg.*, oppidum Sveciæ, in Weſtrogothia regione, & in Dalia provincia, juxta wenerum lacum, in ora occidentali lacus. 11. leucis Germanicis diſtat à Bahuſio in Cæciam.

¶ Dalecarlia, *Dalecarle*, provincia eſt regni Sveciæ, ampla. Habet ab occaſu & ſeptentrione Norvegiam, ab ortu Helſingiam, & à meridie Vermelandiam; eſtque versùs montes extenſa. Sed in ea nulla ſunt oppida alicujus momenti.

¶ Dalemum, *Dalem*, oppidum munitum Belgii, cum caſtro, in Ducatu Limburgenſi, ad Bervinam amnem, ſub dominio Hollandorum. 2. leucis diſtat à Leodio in Cæciam, 3. à Falcomonte in meridiem, & totidem ab Aquiſgrano.

¶ Dalia, *Dalia*, provincia Sveciæ, in Weſtrogothia regione, inter Bahuſiani præfecturam & wenerum lacum; ubi oppidum præcipuum Daleburgum. Alias contermina fuit Norvegiæ; nunc ejus limites ſunt aliquanto remotiores.

Daliſandus urbs fuit Ciliciæ epiſc. ſub Archiep. Seleucienſi, Claudiopoli finitima.

Dalmana *Damna* Volaterrano, opp. Illyrici mediter. in Dalmatia. (Vide Delminium.)

Dalmatia, regio Europæ, Illyrici pars major ad ortum, inter Liburniam alteram Illyrici partem ad occ. Titio fluv. diſſeparante, & Macedoniam, Myſiamque ſuperiorem ad ortum. Drilone fluv. dividente, ad auſtrum mari Hadriatico ſive Illyrico terminante, ad Boream verò montibus à Pannonia diſcriminantibus: quæ vulgò magna ex parte *Schiavonia* dicitur: & apud litteratos *Dalmatia*, auro olim ſub Neronis principatu abundans. Urbes ejus olim claræ, Salona, Scardona, & Narona; nunc Epidaurus, Aſcrivium, & Scodra. Pop. Dalmatæ Plin. Liv. & al. Mare Dalmaticum Tac. & Illyricum. Hinc Dalmaticus & Dalmatius nom. gent. uti apud Stat. lib. 1. ſylv. carm. 2.

Robora Dalmatico *fulgent ſatiata metallo*.

Claud. de 3. conſ. Hon.

Sanguine, * Dalmatias *pariter proſtravimus alas*.

(* *Alii libri* Sarmaticas.)

¶ Dalmatia à Dalmio, vel Delmatia à Delminio civitate Illyrica, dicta fuit. Cum enim regnante Gentio Illyriorum Rege, Dalmitani ſe in libertatem vindicaſſent, vigintique oppida in ditione ſua haberent, ei regioni Dalmatiæ nomen impoſuerunt: Deinde aliis ſexaginta ſibi aſcitis, cum ad mare perveniſſent Dalmatæ, Traguriniſque & Epetinis infeſti evaſiſſent, id occaſionem præbuit primi belli Dalmatici. Et tunc Dalmatia in provinciam redacta fuit à Comanis. Sed poſtea Dalmatæ Liburnis ab Occidente agrum ademerunt, Romanis verò Illyricum proprium; ita ut à Titio fluvio uſque ad Drilonem fines ſuos protulerint; & Liburnia etiam in Dalmatia incluſa fuit. Poſtea dilatata fuit poſt Imperii declinationem ab Ichia Dyrrachium uſque; poſterioribus autem temporibus à parte orientali reſtricta ad flumen Bolianam: taleſque fines nunc ſervat, teſte Joanne Lucio viro doctiſſimo, cui ut indigenæ fides adhibenda eſt.

Dalminium in Theſ. Ling. Lat. Vide Delminium, uti ſcribitur.

¶ Damanum, *Daman*, urbs munita Aſiæ; in India citeriori, in regno Guzaratæ, in ora littorali ſinus Cambajæ. 20. leucis Gallicis circiter diſtat à Surata in occaſum, & 25. à Baſaimo in Boream, in ditione Luſitanorum, cum portu commodo.

Damaſcus, *Damaſco* Europæis, *Sciam*, teſte Minad. (qui ait Turcas eo nomine aliquando totam Syriam deſignare) *Scham*, teſte Leuncl. apud Turcas, urbs Syriæ archiep. in Cœleſyria clariſſima, ubi Turcarum Satrapa ſedem habet, ad Chryſorrhoam fluv. intermeantem, inter Hieroſolymam 180. & Chalybonem ſive Hierapolim, vel, ut nunc vocant, alteram Syriæ urbem maximam, Haleppum ad Bor. 300. mill. paſſ. diſſita, à Beryto 60. in ortum, à ſervo Abraham condita. De qua Luc. lib. 3. Strab. Plin. Ptol. & al.

Et felix, ſic fama, Ninos, ventoſa Damaſcus.

Hinc Damaſcenus nom. gent. & Damaſcenæ reg.

¶ Damaſcus, *Damas* Gallis, urbs fuit clariſſima & ex antiquioribus Aſiæ. Nunc inhabitatur à paucis incolis, qui eam *Scham* vocant; ſubeſtque dominio Turcarum à 150. annis, cum antea pareret Sultano Ægyptiaco. Eſt media inter Hieruſalem ad auſtrum, & Antiochiam ad Boream. 240. milliaribus diſtat ab Aleppo in auſtrum; eſtque urbs archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno.

Damaſcenus ager Cypri ab Ovid. lib. 10. Metam. memoratus:

Eſt ager, indigenæ Damaſcum *nomine dicunt*. Strab.

Damaſia, *Dieſſen*, teſte Lazio, oppidum Rhætiæ in Vindelicorum ac Licatiorum finibus, in Bavaria, apud Lansbergam opp. inde paulò ſupra leuc. 1. in ortum diſtans ab Auguſta 7. in meridiem, Schoongam versùs fere 6. recedentem, à Monachio 6.

¶ Damaſia arx fuit Lycatiorum, quæ Cluverio, Brietio, & Sanſone teſtibus, fuit in Vindelicia, ad Lycum fluvium, ubi poſtea Auguſta Vindelicorum, *Ausbourg* vulgò, urbs ampla & Imperialis Germaniæ. *Dieſſen* autem oppidum antea pontes teſſenii dicebatur. Vide Auguſta Vindelicorum.

¶ Dambea regnum eſt Africæ, in Abyſſinia, juxta lacum cognominem teſte Iſaaco Voſſio, versùs fonte Nili fluvii & Agaos populos.

¶ Dambea, *Dambea*, lacus Africæ, in Abyſſinia, valde extenſus & celebris, ſic dictus, quod in regno Dambeæ ſitus ſit: undequaque montibus cinctus, ex quibus innumeri rivi & amnes labuntur. Ex his lacus iſte Dambeæ formatur; eſtque longitudinis 22. leuc. Germ. & latitudinis 15. & inſulas 21. continet, quarum præcipua appellatur *Dek*, quæ juſtæ eſt magnitudinis. Septem quoque ſunt aliæ, magnificis Religioſorum cœnobiis olim exornatæ; & per eum labitur Nilus fluvius, qui ſontes habet in viciniis, teſte Iſaaco Voſſio.

¶ Damiata, *Damiete*, urbs archiepiſcopalis Ægypti, in ora maris Mediterranei, & ad oſtium rami orientalioris Nili fluvij; alias Peluſium, ut multi autumant ſeu, et meliùs, Thamiatis ex adverſo Peluſii, ex cujus ruinis crevit. Vide Thamiatis.

Damnia, regio Arabiæ. Plin.

Damnii, *Vveſtmerland*, teſte Lhuydo, pop. Albionis, in Angliæ regno, in ſeptentrione, apud Scotiæ fines, & ad occ. incolentes, à Damnoniis, quos alii confundunt, diverſi. Ptol.

¶ Damnii populi fuere Scotiæ auſtralis, ubi nunc provinciæ *Sterling. Menteith*, & *Cluydeſdale*, Camdeno teſte; longè autem à Veſtmaria in Boream.

Damnonii, vel Dumnonii, pop. Albionis in occ. vergentes: quorum reg. gemina; Devonia, quaſi Damnonia, vulgò *Devonshire* Com. & Cornubia occidentalior, *Cornwall*, teſte G. Camdenò, eſt, qui Danmonis habet. Tametſi Cornubia Cornaviorum regio, & Devonia Damnoniorum duntaxat eſſe aliis videtur. Horum urbs Exonia. Sed ex Ptolomæo liquet Cornubiam quoque regionem Damnoniorum eſſe, cùm Damnonium promontorium in illa deſcribat. Ptol.

¶ Damnonii populi fuère Albionis, ubi nunc provinciæ Devonia, *Devonshire*, ſeu & *Denshire*, & Cornubia, quæ nunc *CornWa*, Gallis *Cornovaille*. Sed longè diſtabant a Cornaviis populis. Eorum urbes fuere Iſca, Voliba, & Vxella

Damnonium prom. *Cap. de S. Michel*, & *Cap. de S. Juſtin*, prom. Cornubiæ ad occ. quod & Ocrinum nominatur, ubi opp. divi Michaelis, à Cantio prom. orientali 320. mill. Anglicis recedens; tanta eſt Anglici regni longitudo inter ortum & occaſum. (Camdeno eſt *the Lizard-point*, in parte auſtrali Cornubiæ.)

¶ Damnonium promontorium, quod & Ocrinum, *nunc*

Lezard point dicitur ab Anglis, *Cap. de Lezard* a Gallis, eſtque pars promontorii in occaſum vergens; quæ enim in orientem tendit, *The Manacles-Point* dicitur; eſtque promontorium Cornubiæ in auſtrum extenſum, 12. miliaribus Anglicis à Monte & arce divi Michaelis in auſtrum, & 17. à Bolerio promontorio in Eurum.)

Dampetia, *Torano*, teſte Barr. oppidum Brutiorum, Liv. in Calabria citeriori, Balbiæ proximum, & Rugiano inde 4. mill. paſi. inter Templam ſeu Malvitum 7. & Beſidianum 10. quod & Dapetia legitur, Clampetia, ut videtur Plinio, & Lampetia Stephano.

¶ Dampetia, oppidum Brutiorum, in Calabria. Vide Clampetia.)

¶ Damvillerium; *Damvilliers*, oppidum munitum Belgii & Ducatus Lucemburgici, inſertum Lotharingiæ, 5. leucis a Virduno in arctos Malmedium verſùs, à quo 4. leucis diſtat. Captum fuit à Francis anno 1637. & poſtea ipſis remanſit, pace ad Pyrenæos confecta.)

¶ Damum, *Dam*, oppidum permunitum Belgii, in Comitatu Flandriæ, recens exſtructum ad tutelam Brugarum. Vna leuca à Brugis diſtat Clauſulas verſùs, & in confinio ditionis Hollandicæ, ſub poteſtate Hiſpanorum.)

¶ Damum, *Dam*, oppidum munitum Germaniæ, in Pomeraniæ Ducatu, ad Oderam fluvium, è regione Stetini, à quo una leuca diſtat in ortum; ſubeſtque dominio Regis Sveciæ.)

¶ Damutum, regnum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, alias ſub dominio Regis Abyſſinorum, nunc autem ab ejus imperio avulſum; ut tradit Voſſius; eſtque inter Gafates & regnum Naream.)

Lib. Reg. Dan, *Belenas*, teſte Breitenbachio, opp. Palæſtinæ, in Cœleſyria, ad fontem Jordanis fluv. minorem, à Ptolemaide 14. mill. paſſ. à Paneade quarta milliarii parte diſtans.

¶ Dan, quæ & Laiſa, & Panias, & Cæſarea Philippi, erat in Tribu Nephthalim; & 35. milliaribus ab ora maris Mediterranæi & à Tyro in ortum, vix autem 8. a monte Libano.)

¶ Dan, Tribus Judææ in ora littorali maris Mediterranei. Habet ad ortum Trib. Judam, & ad auſtrum Tribum Simeonis. Ejus præcipua urbs eſt Joppe in ora littorali.)

Danai apud Poetas pro Græcis, à Danao Rege nomen habentes, poſtea Argivi. Virgilius lib. 2. Æneidos:

Sæpe fugam Danai Troja cupiere relicta.

¶ Dancalum, *Dancali*, regnum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, in ora maris Rubri, è regione Arıæ, & verſùs fretum *Babel mandel* dictum.)

¶ Dandarii, populi Aſiæ, Mæotarum pars, & juxta paludem Mœotidem, Guillelmo Sanſone teſte.)

¶ Daneberga, *Daneberg*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Luneburgenſi, Comitatus cognominis caput, ad Tetzam amnem, una leuca ab Albi fluvio, uti à Domitio in occaſum. Arcem habet munitam. Diſtat 5. leucis ab Vliza in ortum, & 7. à Luneburgo in Eurum.)

Daneon, portus ſinus Arabici, apud Arſinoen & He- Plin. roum urbem, ex quo Seſoſtris Rex Ægypti alveum ad Nilum uſque navigabilem perducere tentavit.

Dani *Danamarcker*, populi Germaniæ, ad ſepten- Ven. Fort. Jorn. triones, in Cimbrica Cherſoneſo & propinquis inſulis incolentes, qui & Nortmanni ab Eginartho vocantur: quorum regio Dania, *Denamarck*, regnum in prædicta Cherſoneſo & circumjacentibus inſulis contentum, nominatur. Danos cum Dacis Theſaurus Linguæ Latinæ non ſine errore manifeſto confundit. Cujus urbes, Haphnia regia & Roſchildia epiſcop. in Silandia, Lundis metrop. in Scandia, Othonia in Fionia, Sleſuicum, Ripæ, Viborgia, & Athuſia in Cimbrica, primariæ continentur. For. lib. 7.

Saxonis & Dani gens citò victa probat.

Ex lib. 6. Itiner.

Indigena quotquot Dania fortis habet.

¶ Dani populi fuere alias valde extenſi, utpotè qui Angliam & Scotiam plùries devaſtarunt, & etiam ipſis potiti ſunt per aliquot annos. Eorum regnum nunc Dania dicitur; eratque diviſum antea in tres partes, nempe in Cimbricam Cherſoneſum, ubi Jutia ſeptentrionalis, Iutia meridionalis, & Holſatia, provinciæ ſatis amplæ, in Inſulas, ubi Zelandia, Fionia, Lalandia, Falſtria, Langelandia, Boringia, & aliquot aliæ minoris notæ; & in Scaniam, ubi provinciæ Scania propria, Blekingia, & Hallandia. Nunc autem anguſtioribus reſtringitur limitibus, cum Scania, Blekingia, & Hallandia in Svecorum poteſtatem devenerint ante paucos annos. Habet ad auſtrum Germaniam verſùs Holſatiam; ſed in aliis partibus circumcingitur mari Germanico & mari Baltico. Ejus primaria urbs & regia eſt Haphnia, ad Sundicum fretum ſita. Subſunt etiam Regi Daniæ regnum Norvegiæ, Islandia inſula, Schetlandicæ inſulæ, & ora littoralis Groenlandiæ.)

Urbes Daniæ clariores:

Aelburgum Cimbricæ, *Aelbourg*.
Arhuſia Cimbricæ, *Aruſen*.
Calmaria Scaniæ, *Calmar*, (*nunc Svecia.*)
Coldinga Cimbricæ, *Koldingen*.
* Corona Scaniæ, *Landſcroon*, (*nunc Svecia.*)
* Elſenoria Silandiæ, *Elſeneur*.
* Elſingoburgum Scaniæ, *Elſinburg*, (*nunc Svecia.*)
Haderſſebia Cimbricæ, *Haderſseben*.
* Haphnia acad. & regia Silandiæ, *Copenhagen*.
* Lundi Scaniæ, *Lunden*, *Lund*, (*nunc Svecia.*)
Malmogia Scaniæ, *Elbogen*, (*nunc Svecia.*)
Nicopia Cimbricæ, *Nicoping*.
* Ottonium Fioniæ, *Odensèe*.
Ripæ Cimbricæ, *Ripen*.
Ricopinga Cimbricæ, *Rincoping*.
* Roſchildia Silandiæ, *Roſchilt*.
* Sleſvicum, olim Heideba, Cimbricæ, *Schleſvvich*.
Varemlburgum Silandiæ, *Uvarburg*.
Uvenſi sa Cimbricæ, *Vvenſyſſel*.
* Viborgia Cimbricæ, *Vviburg*.

¶ Dania, regnum Europæ, Danemarck. Vide Dani.)

¶ Dania nova, *nievv. Danemarck*, regio Americæ recens detecta, verſùs terras Arcticas, a Munchio Dano. Vide Nova Dania.)

Danica ſylva. *Andreſu valdt* Anglicè, *Coad Andres* Scrip. Britannicè, teſte Lhuydo, ſylva Albionis, in Anglia, Brit. inter Gloceſtriam & Briſtolium urbes. Quæ aliis *Dean Foreſt* nominatur, nomen antiquum redolens.

¶ Danica ſylva nunc vulgò *Dean Foreſt* dicitur ab Anglis, *la Foreſt de Deane* à Gallis: & ante aliquot annos malè habita & vaſtata, deficit in dies.)

Dantiſcum, *Dantzh & Dantzich*, urbs & emporium Scri Pruſſiæ ad oſtia Viſtulæ, celeberrimum. Vide Gedanum. Geri Malè in Theſauro Linguæ Latinæ in Polonia locatur.

Danubius, *Donavv*, *& Tonavv* Germanis, *Danubio* Italicis, fluv. Germaniæ notiſſimus & maximus, per Poli Svevos, Vindelicos, Noricos, Pannonios, Myſoſque Stra in Euxinum mare delatus ac Iſter ab Axiopoli urbe P'er Myſiæ appellatus, in ortum ferè ſemper fluens 60. & amnibus navigabilibus, teſte Plinio, auctus. Cujus mem. Flacc. lib. 8.

oſtia donec
Danubii, viridemque vident ante oſtia Peucen.

Auſon. quoque in epigram. 3.

Illyricis regnator aquis, tibi, Nile, ſecundus,
Danubius latum profero fonte caput.

¶ Danubius fluvis, *le Danube* Gallis, *Danubio* Italis & Hiſpanis, *Donavv* Germanis, oritur ex monte Abnoba, in Sylva nigra, & in comitatu *Bar* dicto, prope Villingam oppidum Sueviæ. Deinde rigat Dutlingam, Fridingam, Ehingam, Vlmam urbem, ubi recipit Ileram fluvium ab auſtro, uti & Mindelam paulò ſupra Dilingam & Bernicum ad Donavertam; poſtea relicta Svevia, per Bavariam labitur, ubi primum Licus fluvius in eum ſe exonerat juxta locum *Lechmund* dictum. Inde juxta Neoburgum & Ingolſtadium fluit; & auctus fluviis Almono juxta vicum *Kelheim*, Nabo, & Regno, ad Ratisbonam, rigat Straubingam, & recipit Iſaram fluvium rapidum ad *Deckendorf*, uti etiam Oenum fluvium magnum ad Patavium. Ibi relicta Bavaria & rigato Lintio Auſtriæ urbe, auctus fluviis Ilza, Tarauna, Enezo, & aliquot aliis minoribus, juxta Viennam urbem munitiſſimam labitur. Deinde recepto Morava fluvio, in Hungariam tendit; ubi actus Leitha, VVago, Arrabone, & Grana, rigat urbes Poſonium, Arrabonem, Komariam, Strigonium; & mutato curſu, à ſeptentrione in meridiem fluit. Hinc juxta Vacciam, Budam Hungariæ regiam, & Coloczam labens. Dravum flluvium recipit, uti etiam Tibiſcum, & Savum, qui juxta Taurunum ſeu Albam Græcam Danubio miſcetur. Deinde relicta Hungaria, jam Iſter dictus, & in ortum tendens, recipit fluvios Moſchum Alutam, Ciabrum, & Hieraſſum, quibuſcum auctus & aliis plurimis, inter Valachiam, Moldaviam & Bulgariam la-

labitur; & demum versùs Beſſarabiam ſe in Pontum Euxinum exonerat per ſex oſtia: quorum nomina ſunt Thiagola, Boreum, Falſum, Pulchrum, Narecium, & Sacrum, uti ab antiquis dicta fuere. Sed ex his oſtiis duo tantùm ſunt navigabilia, aliis ſenſim oblimatis aut arena oppletis.)

Danvibus in num. Trajani legitur pro Danubius.

Danum, *Dancaſter* Camd. & al. opp. Albionis, in Anglia, inter Lindum 35. & Eboracum 37. mil. paſſ. ex itiner. Antonini.

¶ Danum, oppidum Brigantum, ad Danum fluvium, nunc eſt *Doncaſter* oppidum, quod Scoti *Doncaſtel* vocant, in Eboracenſi provincia. Diſtat 19. milliaribus Anglicis ab Eboraco in auſtrum, & 22. à Lindo in Circium. Nunc paucis conſtat incolis.)

¶ Danus, *Dun*, fluvius Eboracenſis provinciæ. Danum oppidum rigat, & poſtea in Humbrum ſe exonerat.)

Daona, D*one*; teſte Mercat. urbs Indiæ extra Gangem, ſed Daſana habet textus Græcus. Pop. Daonæ vel Doanæ Ptol. & Daones Steph. quorum urbs Daona eſt.

¶ Daona forſan eſt *Keccio*, urbs regni Tunchini, & Daonæ populi, ubi nunc Tunchinum regnum, juxta ſinum magnum, inter Sinas & Cocinſinam, ut ex poſitione conjicere licet. Sed nullum eſt oppidum D*one* in illo tractu.)

¶ Daorizi, populi illyrici, in Dalmatia, inter Ceraunios & Vardiæos.)

Daphne (non Daphnes, ut in Theſ. Ling. Lat.) ſuburbium erat amœnum valde, cupreſſis conſitum Antiochiæ magnæ, in Syria, ſuper Orontem fluv. ab urbe 20. ſtad. diſtans; Licèt Liv. ſcribat 40. apud quàm Daphnes ſcribitur.

Daphne quoque, oppidum Ægypti apud Peluſium, inde 16. mill. paſſ. diſtans ex Antonini Itiner. apud quem Daphnus legitur. Daphne etiam regiuncula Theſſaliæ, per quam Peneus fluvius labitur, ubi Daphne nympha à Phœbo adamata. Ovidius lib. 1. Metamorphoſeon:

Primus amor Phœbi Daphne Peneja, quem non
Sors ignara tulit.

Daphnuſa inſ. parva maris Ægæi, inter Samum & Leſbum ſita, quæ & Thaluſa.

Dara, & Daras *Drut* ex tab. recent. fluv. Carmaniæ qui in Bagradam fluvium Perſidis labitur. Eſt & fluvius inſulæ Caſcandri, apud Armuzios populos Plinio.

Darabes, populi Bactrianæ provinciæ, Gangaridis finitimi: quorum urbs Darapſa. Eorum meminit Valerius Flaccus lib. 6.

Miſit in arma Darabs, acies quem maria circum
Gangaridum.

Daradi, populi Libyæ interioris, circa Darat fluvium incolentes, qui Daratitæ à Plinio nominantur.

Daradus apud Ptolemæum eſt fluvius idem qui à Plinio darat nominatur.

Daraniſsa, urbs Armeniæ majoris Zogocaræ finitima, & Artaxatis, quam Ortelius Analibam dici ab Antonio Aug. ſcribit: cùm Analiba ſit urbs armeniæ minoris, inter Satala & Melitenen occurrens.

Darantaſia. Vide Tarantaſia.

Darapſa. Vide Drepſa.

Darat, Daradus, ac Daratus Ptolemæo, *Canaga* Joan. Barroſio, *Zanaga* Maphæo, fluvius Libyæ interioris pars Nigritis fluvii maximi, apud Heſperium promont. (quod Caput Viride dicitur) in Oceanum Atlanticum exiens, inter illud 30. & Caput Album 380. mill. ultra Canarias, inſulas 250. In eo Crocodili generantur.

¶ Dara ſeu Daradus fluvius, nunc *Senega* dicitur; eſtque pars fluvii Nigri magis in Boream extenſa. In Oceanum Atlanticum ſe exonerat, 60. milliaribus ab Heſperio promontorio in ſeptentrionem. Hinc regio adjacens inter fluvium Gambeam & ipſum dicitur regnum Senegæ, Royaume de Senega, ubi populi *jalofes* dicti, Nigritia regione.

¶ Darbia, *Darbishire*, Comitatus ſeu provincia Angliæ in eo tractu ibi aliàs Coritani populi pro parte ſtabant inter provincias Nottingamiam ad ortum, Staffordiam ad occaſum, Liceſtriam ad meridiem, & Eboracenſem ad ſeptentrionem.)

Darbia, *Darby*, urbs Angliæ, Comitatus Darbiæ caput ad fluvium Derventionem, 10. milliaribus Anglicis à Nottingamia in occaſum, 17. à Liceſtria in Boream, 22. autem à Staffordia in ortum, eſtque ſatis parva.)

Dardæ, Derdæ Strab. pop. Indiæ citer circa loca Indi fluv. ſuperiora intra montes; Dardanes à Dionyſio Afro dicti; ubi aurifodinæ, teſte Plin. & argentifodinæ. *Steph.* *Plin.*

¶ Dardanellæ, *les Dardanelles*, arces ſunt firmiſſimæ Turcarum, juxta Helleſpontum, olim Seſtos & Abydos dictæ, nunc *Seſto & Avido*, mille paſſibus à ſe invicem diſcretæ, in quibus tormenta inuſitatæ amplitudinis & magnitudinis, mare abſtergentia. Quæcunque navis invitis cuſtodibus illac tranſit, dubio procul evertitur. Ex his Seſtos eſt in Europa & Abydos in Aſia, habentque validum Turcarum præſidium.)

¶ Dardanellæ aliæ, *les Dardanales de Lepante* ſunt arces duæ probè munitæ, ad fauces ſinus Corinthiaci, prope Patras, ſic dictæ à ſitu, quia ſunt ex utraque parte freti, uti Dardanellæ Helleſponti; ſubſuntque dominio Turcarum. Dicuntur aliter *les Chaſteaux de Lepante* ab urbe in viciniis, & ſunt ubi alias Rhium promontorium *&* Anti-Rhium.)

Dardani, Dardanii Strab. pop. Myſiæ ſuper. quorum regio Dardania *Boſſen*, teſte Laz. *Raſcia* & *Servia* ex parte, teſte Soph. cum Cuſpiniano, & Volaterr. quod probabilius eſt. Dardani etiam, & Dardanidæ apud Virg. Troiani appellantur. Hinc Dardanus & Dardanius nom. gent. Virg. lib. 2. Æneidos; *Cæſ.* *Strab.* *Plid.* *& al.*

Danais animos, vireſque ſecundas
Sufficit; ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.

Ovid. lib. 1. de triſtib. eleg. 9.

Dardaniamque petit auctoris nomen habentem.

¶ Dardania pars fuit Mœſiæ ſuperioris, ubi poſtea Dacea mediterranea, & nunc Servia versùs auſtrum, & Herzegovina. Ejus urbes præcipuæ fuerunt. Neſſus & Scupia. Sed diſtat à Raſcia provincia in auſtrum. Hinc Dardani populi dicti fuere in illo tractu.

Dardanium, & Dardania, Dardanum Ptol. urbs Epiſc. olim Troadis littor à Rhœteo 70. ſtad. diſtans, apud Abydum, nunc arx contra Seſtum, quæ *Dardanello* nominatur, firmiſſima, ad arcendas cum adverſa arce claſſes à Propontide inter oſtia Simoentis & Scamandri fluminum, inter Abydum ad Bor. & Sigæum ad merid. 80. ſtad. teſte Strab. *Dardania artes*, adagium apud Colum. lib. 10. pro magicis artibus. De qua re Plin. lib. 10. col. 1. & Apul. ac Euſeb. Sed hoc proverbium à Dardano quodam mago, non à Dardanis pop. ortum eſt. Eſt & Dardania inſ. quæ poſtea Samothracia dicta fuit teſte Plin. ex Callim. *Plut.* *Mel.*

¶ Dardania, regiuncula Aſiæ, in Trojano regno ad Boream Troadis, inter Helleſpontum & fontes Granici fluvii, ubi alias Dardania vetus, oppidum ad fontes Simois 12. milliaribus à Troja in Boream, & Dardanium promontorium, medium inter Trojam & Abydum, Sed aliquantulum diſtat ab Abydo, nec ab ea Dardanellæ dictæ ſunt. *Pto'.*

* Daretis, *Adilbegian*, teſte Caſtel. reg. Mediæ, in Aſſyriæ conf. ubi Daritæ pop. Herod. (* manuſc. Seld. Δαρεῖται.) *Ptol.*

Dargomanes, fluv. Bactrianæ. Vide Dorgamanes.

¶ Darha, D*arha* provincia Aſiæ in regione Biledulgerid dicta, cum urbe primaria cognomine & fluvio etiam Darha dicto, inter Segelmeſſam regionem & regnum Maroci, ſub dominio Regis Tafiletæ.

Daria, poſtea Anaſtaſia, & Anaſtaſiopolis, ſic ab Anaſtaſio Imperator. nomata, urbs epiſc. Meſopotamiæ proxima Niſibi, ab ea 15. mill. paſſ. diſtans, ab Amida 60. in ort. quæ Daras ab Amm. Marcell. nominatur. *Preco.*

Daria, & Daras, vicus Syriæ ſeu Cœleſyriæ, apud Damaſcum, inde 5. mill. paſſ. *Taures* nunc, teſte Jo. Lydo, dictus. *G. Tu.*

¶ Dariene, *Darien* urbs Americæ meridionalis, in provincia Terræ firmæ juxta ſinum Urabæ & mare Boreale, alias munita ab Hiſpanis. Nunc paucis conſtat incolis.

¶ Darini, ſeu Darnii, populi fuere Hiberniæ, versùs Scotiam extenſi, inter Robogdios ad Boream, & Voluntios ad auſtrum & occaſum, in ora littorali maris Ivernici, ubi nunc Camitatus Dunenſis, in Vultonia. Vide & Darinum.)

Darium, *Eſtanford*, opp. Hiberniæ, in ora Boreali li Ultoniæ, apud Rhobogdium prom. (Darnii Ptol. & in cod. Palat. Darini, ſunt pop. Hiberniæ Boreales, juxta Rhobogdios, quorum forſan opp. *Strangford* hodie, port. in Comit. Dunenſi.)

Dariorigum, *Vannes*, teſte Cœnali, urbs Galliæ Celticæ in ora littor. Britanniæ minoris, Veneti Plin. Ve- *Ptol.*

netia Cæſ. à Nannetibus in Bor. & Rhedonibus in occ. 16. leuc. Vide Veneti.

¶ Dariorigum, ſeu Veneti, *Vannes*, urbs Galliæ Celticæ, in Britannia minori, & in ora Oceani Aquitanici episcopalis, ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Diſtat 24. leucis à Nannetibus in occaſum & à Rhedonibus in Africum, 10. autem ab oſtio Ligeris.)

¶ Darmſtadium, *Darmſtad*, oppidum Germaniæ, in Palatinatu inferiori, & in Strada montana, 2. leucis à Rheno fluvio, & 3 à Francofurto ad Mœnum in auſtrum ſub dominio proprii Principis, qui inde dicitur Lant. gravius Haſſo-Darmſtadienſis. Caſtrum habet ſatis munitum, & caput eſt regiunculæ adjacentis.)

Darnis. Vide Xephyrium.

¶ Daroca, *Daroca*, oppidum Hiſpaniæ, in Aragoniæ regno, ad fluvium Xilocam, ubi ſacra Corporalia. 5. leucis diſtat à Bilbili in auſtrum, & 12. à Cæſaraugusta in occaſum.)

Ptol. Darvernum, ſeu Durovernum, ut alibi legitur, ſed in cod. Græco Darvenum, *Dover*, opp. & port. Albionis in Cantio, contra Icium portum (*Calais* vulgò vocant) urbem Galliæ Belgicæ, inde mari 30. mill. paſſ. diſtans licèt multi inter quos Camden. Cantuariam urb. inde 12. mill. diſtantem eſſe putent.

¶ Darvernum, ſeu, & meliùs, Durovernum Camdeno, Sanſoni, Brietio, & aliis, eſt Cantuaria, *Cantorbery*, Anglis *Canterbury*, urbs Archiepiſcopalis Angliæ, in Cantio, ad Stouram amnem, 6. milliaribus Angliicis ab ora littorali, & 12. milliar. à Dubri portu, qui vulgò *Douvre* dicitur. Vide Durovernum.)

Ptol. Darus, fluv. Ponnoniæ ſup. (non infer ut quidam ſcribunt) per Stiriam fluens, qui vulgò *Muer* dici putatur, non *Mora*, ut in Theſ. Ling. Lat. Sed Darus potiùs Draus eſt. Vide ibi.

Plin. Daſcula, & Daſcuta, urbs Armeniæ majoris in Cappadociæ conf. ad Euphratem fluv. à Simyra (ab ortu Euphratis 12. mill. paſſ. diſtante) 75. teſte Plinio.

Ant. Ptol. Daſcula altera urbs Armeniæ minoris (non inſ. ut in Theſ. Ling. Lat.) ad Euphratem fluv. inter Zimaram ad Bor. 60. & Melitenen ad merid. 50. mil. paſſ. *Arſingan*, teſte P. Gyll. cum aliis Aziris urbs eiuſd. reg. ad Euphratem ſit, Arſingan.

¶ Daſcuſa, ſeu & Daſouſa, urbs Armeniæ minoris in confinio majoris, ad Euphratem fluvium, media inter Zimaram & Melitenem, quæ nunc *Arſingan* dicitur, Petro Gyllio & aliis teſtibus. Aziris autem; quæ longiùs diſtat ad Borream, nunc *Erzerum* nomen habet, & 170. milliaribus diſtat à fontibus Euphratis fluvii. Sed quæ ſit Daſcuſa altera, urbs Armeniæ majoris, difficile eſt dictu.

Strab. Plin. Daſcylium, daſcylos Plin. *Daſquillo*, *Diaſquillo*, vel *Diaſchillo* Villan. & al. urbs Bithyniæ marit. ad Propontidem, inter Nicomediam ad arctos, & Apameam ad auſtrum ſibi proximam, epiſc. ſub Archiep. Apameno. Ibi lacus daſcylicus, ſeu daſcyliticus, Strabonius.

Bib. Daſem, ubi alii legunt Reſem ſeu Reſen, *Gehiagan* teſte Beniamin. Tudeleuſi, urbs Babyloniæ inter Niniven & Chale.

Plin. Daſſaretæ, Daſſaritæ Daſſareni, & Daſſaritii, Steph.

Mel. * Daſſaretii Ptol. Daſſarenſes Liv. pop. Illyrici, ſive Macedoniæ, in Illyric. conf. ex Plin. & Ptol. (non Thraciæ, ut in Theſ. Ling. Lat.) ad Lycum fluv. Horum urbs Lychnidus. (* man Seldeni Δεσσαρῆτοι.)

¶ Daſſaretæ populi habitarunt circa lacum Lychnidem & Drilonum fluenta, intra Scardi montis juga, ut Livius ſcribit.)

Calin. & Sonom. Daſſarites lacus, *Lago de l'Ochrida*, in Maced. vel in Illyrico; pars enim Macedoniæ in Illyrico apud Liv. & alios computatur. Vide Lychnidus; eſt enim nomen lacus & urbis.

Regin. Datalaria, & Patalaria, *Pantalarea*, inſ. maris Africi, inter Siciliam & Africam. Quæ aliis eſt Coſſyra, & aliis Paconia. Vide ibi.

Suid. Dathus, ſive Datus, ut apud Suid. legitur, urbs fuit Maced. ſeu Traciæ, juxtà Strymonem fluv. Thaſſiorum colonia ditiſſima ob venas auri, ut proverbio diceretur *Dathus bonorum*, pro magna rerum opulentia.

Ptol. Datii, populi Aquitaniæ, quorum urbs *Dax*, epiſc. ſub Archiep. Auſcenſi, inde 15. leuc. Bajonam versùs propiorem, vix dimidio dicti intervalli diſtantem, quæ Aquæ Tarbellicæ nominatur.

¶ Datii populi fuere Galliæ, in Aquitania, quorum urbs Taſta, *Dax*, dicitur, ad Aturum fluvium, 25. leucis Vaſconicis diſtat ab Auſciis in occaſum, & 10. à Bajona ortum versùs. Dicitur etiam à quibuſdam Aquæ Tarbellicæ.)

Daventria, & Davontria, *Deventer*, urbs Germ. inf r ad Iſalam fluv. Tranſiſalanæ reg. caput, epiſc. ſub Arciep. Trajectenſi, inter Zutphenum urbem Geldricam ad occ. 2. & Suolim ad ort. 4. leuc. De ea lib. 4. Itinerarii.

En illis etiam vicina Daventria ripis
Oſtentare domos, & turres incipit altas.

¶ Daventria urbs eſt Germaniæ inferioris ſeu Belgii, intra Zutphaniam ad auſtrum, & Zuvoliam ad Bor. & 10. leucis ab Ultrajecto in ortum. Subeſt dominio Batavorum cum tota provincia ab anno 1591. eſtque probè munita, & in confinio Gueldriæ inferioris.)

Daulia, *Eladaſagni*, teſte Mol. urbs Maced. mediterr. Scampi finitima, ab ea in auſtrum parum diſtans. Ptol.

Daulis, Daula etiam Strab. & Liv. *Daulia*, urbs Phocidis, in Achaja, inter Delphos & Buliam, à Delphis 40. mill. paſſ. diſtans, introrſum; epiſc. ſub Archiep. Athenienſi. Hinc Daulius nom. gent. Ovid. lib. 5. metam. Ptol.

Daulia Threicio Phoceaque milite rura
Ceperat.

Daulia cornix apud Zenodot. proverbialiter dicta de valde garrulo. Putatur autem idem Daulia cornix, quod philomela: apud Daulidem enim Phocidis ferunt Philomelam in avem mutatam, ac inde ortum adagium. Hinc Daulias Ovid. in epiſt. ad Liviam:

Deflet Threicium Daulias ales Itim.

Hic hirundines non nidificant, nec luſciniæ pariunt.

Daunia, quæ & Apulia Daunia, *Puglia piana*, & *Capitanata*, provincia regni Neapolitani, inter Aprutium ad occ. & Apuliam Peucetiam ad ortum, Aufido fluv. diviſam, ad Bor. pelago Jonio, vel Hadriatico ad auſtrum Apennio monte definita: de qua Virg. lib. 8. Æneidos: Polib. Strab. & al.

Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello
Inſequitur.

Hinc Daunius nom. gentis.

¶ Daunia, ſeu Apuli Daunii, & Apulia Daunia, dicta fuit *Pugila piana* incolis, *la plaine della Pouiille* Gallis, nunc autem *la Capitanata*. Ejus limites fuere ab occidente Frento fluvius, quo dividebatur à Frentanis, & mons Apenninus ab Hirpinis, a meridie Aufidus, fluvius, quo dividebatur à Peucetiis; à ſeptentrione verò & oriente mari Supero ſeu Adriatico alluebatur.)

Urbes & loca hujus temporis Apuliæ Dauniæ:

Apeneſtæ, poſtea Veſta *Vieſte*.
Aſculum, *Aſcoli*.
Bovinum, *Bovino*.
Larinum, *Larina*, vel *Larino*.
Leſina, *Leſina*.
Manfredonia, *Manfredonia*. Vide Sipontum.
Mons Corvinus, *Monte Corvino*.
Mons Garganus, *Monte Gargano*, vel *Monte di S. Angelo*.
Salapia, *Salpe*, (*nunc vicus*.)
Severopolis, *San Severo*.
Sipontum, *Siponto*, (*diruta jacet*.)
Thermulæ, *Termole*.
Troja, olim Ecæ *Troja*.
Vultura, & Vultuaria, *Volturara*.
Interiere Sipontum, Salpia, Argyripa, & Teanum, cum Herdonia.

Dautona, *Tiſer*, ſive *Rhain*, oppidum Pannoniæ ſuper. ad Saum fluv. ubi Corcoam excipit, in Croatiæ Carniolæque confinio. Andauronium à Ptolemæo dici autumat Lazius. Ant.

¶ Dautona, ſeu Andautonium, oppidum Saviæ, in Pannonia inferiori, unde Andiantes populi. Diſtat 10. milliàribus à Savo fluvio in Boream, in eo tractu ubi nunc *Chaſina* oppidum, versùs Colapis in Savum confluentias, in Sclavonia. Sed 9. leucis Germanicis diſtat ab oppido *Rain*, quod antiquitus Noviodunum dictum credit Sanſon.) Ant

Dea, Die lib. Conc. *Die*, urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis ſub Arciepiſcopo Aquenſi, in Delphinatu, & finibus Vocontiorum, inter Vapingum 12. & Valentiam ad occaſum 10. leucis, cujus epiſcopatus Valentino nunc conjunctus eſt.

¶ Dea, *Die*, urbs eſt epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vienenſi, ubi aliàs Vocontii populi. Hinc Dea Vocontiorum dicta fuit ab Antonino, & Dea Auguſta. Versùs montes ſedet ad amnem dromam, 12. leucis a Gratianopoli in auſtrum.)

Dea quoque fluvius Albionis. Vide Deuva.

Debæ, populi Arabiæ, proximi Sabæis, ex genere Nomadum, per quos labitur flumen auri ſtrigilem deferens, auctore Strabone lib. 16. Qui a Propertio Debatæ nominantur, ut lib. 4. eleg.

Si te Eoa juvat, Debatarumque aurea ripa, &c.

Debba, *Dunſtaburg*, ſic a S. Dunſtano Epiſcopo dictum, oppidum Albionis, in Northumbria, in ora, inter Berviciumad Boream, & Tinnemuthum ad meridiam, Camden, *dunſtaburg*, Bebbam ita enim melius ſcribitur aliqui falsò ſuſpicati ſunt, quæ ſuperiùs ſedet, & pro *Bebbanburg* nunc *Bamborrovv* vocant.

* Deboma, *Dardaſſi*, teſte Mol. opp. Macedoniæ, Scampis & Dauliæ finitimum, vide manuſc. Seldeni.

Deborus, *dibrii* Soph. urbs Macedoniæ mediter. in Pæonia regione, ab Antigonia ſive Croja 70. mill. paſſ. diſtans, in Albania. Populi Doberienſes Plinio.

Debris, Bediron ptol. oppidum Garamentum, in Libya, ubi fons interdiu frigens noctu fervens teſtibus Plinio & Solino.

¶ Dæcanum, *Decan*, regnum Aſiæ ſatis amplum, in India citeriori. Habet ad occaſum Ocennum Indicum, ac Boream regnum Guzaratæ ad ortum Golcondæ, & ad meridiem regnum Biſnagaris, & eius Rex dicitur *Idalcan* Regni Primaria antea fuit Goa, emporium celeberrimum, in ora littorali, & urbs Archiepiſcopalis, quæ à 160. annis ſubeſt dominio Luſitanarum.

Decapolis, regio Palæſtinæ, in qua cum parte Galileæ urbes hæ ſunt Damaſcus, Scythopolis, Gadara, Philadelphia Rapharnaum. Ex quo liquore poteſt non eſſe eandem cum Cœleſyria, ſed partum Cœleſyriæ ſub hac contineri. Sic dicta a decem urbibus quibus conſtabat, ſic ab Hebræis enumeratis, Sephet, Tiberias, Nephtali Ator, Cæſarea Philippi, Capharnaum, Bethſaida, Corozain, Bethſan, & Iotapata, hac tempeſtate iacentes.

Decaſtidium, *S. Anna*, pagus Brutiorum, teſte Barrio, in Calabria ulteriore, inter Hipporum 22. & Regium 20. mill. paſſ. ex Itiner. Antonini.

Deceates & Deceites, deciates Plinio & Melæ non Deciæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ populi Galliæ Narbonenſis, quorum oppidum *Draguinien* vel *Draguignan*, in Provincia, teſte Cænali, non obſcurum apud Griniacum, hoc eſt, Graſſam urbem, inde Regium versùs 7. leucis; a Nicæa 12. in Corum. Quod a Sthephano Decretum, quaſi Deciatum appellatur. Alii Itorum opp. ſeu pag. *le Bour de Duyſans* eſſe malunt.

¶ Deceates, qui Datiatii quibuſdam, populi fuere Galliæ, in Provincia, versùs oram maris Mediterranei, ubi nunc Diœceſis Graſſenſis, in parte orientali Provinciæ, eorum primaria erat Antipolis. Aliquantulum autem diſtabant a Draguignano in ortum, longius autem a vico *le bourg d'Oyſans* dicto in Delphinatu.

Decempagi, *duoſe*, ſive *dieuze* Silm. opp. Germaniæ ſuper. ſive Galliæ Belgicæ; in Alſatiæ & Lotharingiæ confinio, inter Tabernas & Divodurum 20. mill. paſſ. ex Itiner. Antonini, cùm multò plura interſint: nam abeſt a Narceio 7. leucis, a Metis 9. Sarreponte 5. Narceium versùs, ad lacum: quod etiam Duodeciacum nunc dicitur.

¶ Decempagi, *Dieuſe*, oppidum Galliæ Belgicæ in Lotharingia, ad fluvium Selnam, ubi exit e lacu Duodeciaco, vulgò *le lac ou l'eſtang de Lindre*. Urbs eſt parva & male habita hiſce temporibus 10. leucis diſtat e limite Alſatiæ in occaſum, & totidem a Metis in Eurum 7. autem a Nanceio in ortum.

Decenſium, ſivitas Viennenſis, provinciæ, in Galliam; *die* Cænali, decia etiam dicitur.

Decetia, *deciſa*, oppidum Galliæ Celticæ, apud Ligerim fluvium, inter Molinum & Nivernas, a quibus 16. mill. paſſ. abeſt in meridiem, ex Itiner. Antonini.

¶ Decetia, *Decize*, oppidum Vadicaſſium, in Gallia, nunc provinciæ Nivernenſis, ubi amnis *atton* in Ligerim ſe exonerat 7. leucis diſtat a Molino urbe in Boream. & 8. a Niverno in Eurum. A Ligeri fluvio pro maiori parte cingitur, cum ponte lapideo.

Decimum, locus Latij ſic dictus, quod 10. mill. paſſ. ab urbe Roma diſtet via Lavicana, qua Roma Beneventum itur: qui locus adhuc *decimo* dicitur.

Deconus, fluvius Colchorum, qui ex Caucaſo monte emanans, in phaſidem fluvium maiorem excipitur.

Decumani populi, Galliæ Narbonenſis, quorum urbs eſt Narbona: unde *le Pais de Narbonne* dici vulgò poſſunt.

Decumates agri, regio germaniæ, ubi nunc ducatus Wirtembergenſis eſt teſte willichio, in Suevia.

¶ Deinſa, *deinſe*, oppidulum Belgij, in Flandriæ Comitatu, & Correriacenſi tractu, ad Legiam fluvium 2. leucis a Gandano in occaſum: ſubeſtque dominio Francorum ab anno 1667. *Scrip. Brit. Plin. & al.*

Delas, fluvius Babyloniæ, qui Apameam urbem unà cum Tigride circumfluit.

Delcos, delta Xenophonti, urbs Thraciæ epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, *dercon* nunc dicitur, teſte Petro Gyllio, a Byzantico 30. milliar. paſſ. diſtans.

¶ Delcos; ſeu delta: urbs Thraciæ, in Urbana regione, versùs oram littoralem Ponti Euxini 30. milliaribus a Byzantio in Circium: hinc lacus delcos adjacens & fluvius cognominis.

¶ Delfzilium, arx ad Amiſiæ fluvij oſtium, in dominio Groningenſi, quæ Provinciarum fęderatarum una, in Belgio. Dicitur & delfzilia, vide Arx delfzilia.

Delgovitia, *Godmundingham*, vel *Godmanham* teſte Camdeno pagus hodie Angliæ, in agro Eboracenſi, inter Derventionem 13. & prætorium ad occ. 25. mill. paſſ. ab Eboraco 20.

Delioli, *Poggio Reale* teſte Fabricio horti amœni, prope Neapolim urbem Campaniæ ubi palæpolis erat.

Delium oppidulum fuit Bæotiæ, in ora contra Chalcidem, apud Tanagram urbem ab ea 5. mill. paſſ. ubi Athenienſes a Thebanis victi.

¶ Delium oppidulum fuit græciæ in Bœotia, iuxta Eutirum medium inter Chalcidem ad Boream & Tanagram ad auſtrum, versùs oſtia fluvij Aſopi. Nunc in ruinis iacet.

Delium *delly* urbs ampla Indiæ orientalis in Imperio magni Mogolis, regni cognominis caput, ad amnem geminum 100. milliaribus circiter ab Agra in Boream Laborium versùs.

Delmata, & delmatia apud Ovidium in epiſtola ad Liv.

Armeniuſque fugax, & tandem delmata ſupplex. *Strab.*

pro dalmata niſi ſit error codicis.

¶ Delmenhorſtium *delmenorſt* oppidum & Comitatus germaniæ in ditione Comitis Oldenburgenſis antea: nunc autem ſubeſt Regi Daniæ ab obitu ultimi Comitis Oldenburgenſis. Sedet ad delmam amnem, qui paulò infra cadit in Viſurgim 3. l ucis a Brema in occaſum & 4. ab Oldenburgo in ortum.

Delminium & dalminium *denna* teſte Sophiano *danna* Volaterrano *damnio* Nigro oppidum dalmatiæ mediterraneum Æquo proximum; quod dimala polybio & dalmana Caſſiodoro dici videtur. Sunt quibus delminium Almiſſa urbs epiſcopalis, apud oram littoream Vide Peguntium.

¶ Delminium teſte Joanne Lucio viro doctiſſimo eſt nunc *dumno*. Sunt qui credant eſſe Almiſſam, quod Sclavè *Omi* dicitur. Et eſt maritimum. ſed errant, quia Delminium eſt mediterraneum. *Plin. Ant.*

Delos *Sdiles* teſte Sophiano, inſula maris Ægei notiſſima & clariſſima, ac prima inter cyclades oraculo Apollinis quondam frequens multis olim nominibus appellata, Aſteria, Ortygia midia & Cynthon teſte Plinio. Sic a manifeſtatione dicta quod in diluvio Ogygis tempore quod Deucalionis 600. annis præceſſit prima inter alias ab aquis emerſerit. In ea erat ædes Providentiæ ſacra teſte Macrobio lib. 1. Saturnal. In Delo, nec parere nec defunctos ſepelire neque canem alere fas erat teſte Thucydide lib. 4. Hinc Delius, & Deliacus, nomen gentis. Abeſt ab Eubæa 30. mill. paſſ. in ortum. Ejus meminit Ovidius lib. 2. de arte amandi: *Ptol.*

Jam Samos a læva fuerant Naxoſque relicta
Et Paros, & Clario delos amata Deo.

Virg. lib. 6. Æneidos.

Delius inſpirat vates, aperitque futura.

¶ Delos, hodie *Sdille*, totius Græciæ emporium erat; & ærarium græcorum. Ibi oppidum præcipuum Delos, poſtea novæ Athenæ Hadrianæ nunc *Sdil'es*. Inſula nihil habet celebre præter antiquum nomen. Videtur hodie gemina, ob Rheniam ei conjunctam & pars quæ olim Rhenia erat. *Fermene* vocatur ab indigenis. Inſ. eſt parvi circuitus ſub dominio Turcarum & 60. milliaribus diſtat ab Eubæa in-

inſula in ortum. Sed ferè deſerta manet.

Delphi, *Delfo* etiamnum, *Caſtri* Sophiano, & *Salona* Nigro, urbs Phocidis, in Achaia, ad Parnaſſum montem, oraculo Apollinis clariſſima, frumenti ferax, apud oram ſinus Criſſæi, a Criſſa 7. mill. paſſ. a Cirrha 10. epiſcop, ſub Archiepiſc. Athenienſi. Hinc Delphicus nomen gentis, ut Delphica Sibylla, de qua Chryſippus libro de divin. Juxtà Cephiſus amnis oritur, & Caſtalius fons non longè abeſt. De ea Ovidius libro 10. Metamorph. *Strab. Plin. & al.*

In medio poſiti caruerunt præſide Delphi.

Lucret. lib. 6.

Nec res ulla magis, Phœbi quàm Delphica laurus
Terribili ſonitu flamma crepitante crematur.

De *Delphica umbra* apud Demoſthenem, Plutarcho referente, idem adagium eſt cum eo quod apud eundem legitur, *de abni umbra*, hoc eſt, de re nihili. Cùm enim orante Demoſtene judices dormitarent, is fabulam de eo qui aſinum Athenis delphos onuſtum ducens, in maximo æſtu ſub aſini umbra æſtum declinare volebat, agatone ſibi obſiſtente, & dicente, ſe illi aſinum, non umbra aſini locaſſe, recitavit. Cui fabellæ cùm ſe judices attentos oſtendiſſent, & Demoſthenem rogarent ut totam fabulam referret, is, de umbra aſini, inquit, ſeu de umbra Delphica, audire cupitis, non cauſam in qua de vita hominis agitur. *Celphicus* quoque *gladius* apud Eurip. in tragæd. Ariſtotel. lib. 1. polit. in proverbio eſt, de re in diverſos uſus accommodabili; uti gladius, quo Delphis & victimas cædebant, & noxios interficiebant. Delphis oracula reddebantur annulo obſignata, ea lege, niſi poſt triduum reſignarentur, prævaricatoribus orbitas oculorum, vel linguæ jactura, vel manus obtruncatio pœna erat, ut ex Ariſt. refert Zend.

¶ Delphi, *Salona* Nigro, urbs fuit celebris propter Apollinis oraculum & templum, à Gallis direptum, Duce Brenno, nunc viculus dumtaxat in planitie 9. mill. diſtat ab ora ſinus Corinthiaci in Boream, ſubeſtque dominio Turcarum.

¶ Delphi, *deſt*, urbs Hollandiæ nitida, in qua Guiltelmi Arauſiorum Principis ibi interfecti celeberrimum monumentum. Dicitur & Delfium; eſtque ex præcipu-
Strab. is Hollandiæ. Vix una leuca diſtat ab Haga Comitis, 3. a Lugduno Batavorum in auſtrum, & totidem fere a Roterodamo in occaſum, creſcitque in dies.

Delphicum Templum, locus Galliæ Narbonenſis, ubi nunc *les Trois Maries*, oppidulum, ut aliquibus videtur.

¶ Delphina inſula, *l' Isle Dauphine*, inſula maxima Africæ, in Oceano orientali ſeu Indico, quæ aliter Madagaſcaria inſula dicitur, vide ibi.

¶ Delphinatus, *le danphine*, Italis *delanato*, provincia celeberrima regni Franciæ, cujus ultimus Princeps Humbertus provinciam hanc Regi Franciæ dedit, ea lege ut in poſterum primogenitus Regis filius nomen delphini inde geſtaret. Habet ab ortu Pedemontium, ab occaſu Rhodanum fluvium, quo dividitur ab occitania & Lugdunenſi provincia, a ſeptentrione breſſiam & Sabaudiam, & a meridie Provinciam. Ejus primaria urbs eſt Gratianopolis, ad Iſaram fluvium.

Delphinatus urbes præcipuæ.

Brigantium, Breganco.	*Gratianopolis*, Grenoble.
Creſtidium, *ſeu Criſta Arnaldi*, le Creſt.	*Montilium Audemari*, *ſeu Mons Æmarorum*, Montelimart.
Dia, die.	*Naomagus*, Nions.
Ebrodunum, Ambrun.	*Romanum*, Romans.
Fanum S. Marcellini, S. Marcellini.	*Valentia*, Valence.
Plin. *Fanum S. Pauli*, S. Paul	*Vapincum*, Gap.
Ant. Troiſchaſteaux.	*Vienna*, Vienne.

Delphini portus, *Porto Fin*, vel *Fino*, pagus oræ Liguſticæ, a Genua urbe 17. mill. paſſ. in ortum diſtans.

Delphini portus, *Portofino*, pagus Italiæ, in ora orientali Liguriæ, cum portu tuto & arce munita, in clivo, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis. Ei adjacet promontorium dictum *Capo di Portoano*; diſtatque 4. mill. a Capallo in occaſum.

Delta, pars Ægypti, inter Nili foſſas extremas, hoc
Plin. & al. eſt Canopicam & Peluſiacam, mareque contenta, quæ incipit a Nili ſciſſione apud novam Babylonem, ſive ut nunc vocant Cairum, regio maximæ. fertilitatis, 20000. olim oppid. teſte Plinio, conſtans; *Sabid* Ægyptus.

¶ Delta pars eſt Ægipti inferioris, inter brachia *Ptol.* Nili fluvij, & versùs oram maris Mediteranei, inter Alexandriam ad occaſum, Damiætam ad ortum, & Cairum ad meridiem. Ibi nunc pars regionis Errif dictæ ab incolis, cum *Sabid* ſit Ægyptus ſuperior.

Delta, *Menuti*, teſte Ortelio, ex tabul. recent. dicitur urbe munitiſſima, *diu* dicta ſub Luſitanis eadem cum Patala apud Plinium & Ptolemæum, ab Armuza 250. leucis Hiſp. in ortum diſtans.

¶ Delta, indiæ citerioris ad oſtia Indi fluvii quid ſit non *Cic.* conſtat; diu enim ab aliis Curace dicitur.

Delus inſula, vide delos ad quam Cicero ex Scyro inſula pervenit qui ex Pyræo eo adnavigavit per Zoſtera Ceum, & Scyrum. Vide libro 5. epiſt. 12 ad Atticum. Populi delii Cicer. delus minor apud Feſtum appellarur puteolana urbs ob templum ad ſimilitudinem deliaci ibi exſtructum.

Demetæ; *Weſt Wales*, & Brittannicè *dyfed*, populi *Ptol.* Albionis ad occaſum quorum regio Wallia occidentalis appellatur ibi Meneva urbs epiſcop. in ora & Demetia. Regio vulgò *Dyfed* Britannice teſte Lhuydo; ſicut populi. Continet iuxta Camdenum Comitatus Cardiganiæ, Carmardeniæ & Penbrochiæ.

¶ Demetæ populi Albionis qui & Dimetæ etiam dicti fuere, habebant ad Boream Ordovices, et ad ortum *Strab.* Silures: ſed ab occaſu & meridie mari Hibernico cin- *Plin.* gebantur Eorum urbs primaria erat Maridunum. *Liv.*

Demetias, *dimitriada*, urbs Theſſaliæ maritìma epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo olim, nunc metropolis, ad ſinum Pagaſæum, Pagaſæ proxima, licèt Plinius eandem cum Pagaſa faciat, a Lariſſa ſupra 40. mill. paſſ. diſtans, inter Thebas Bœotiæ ad auſtrum, & Theſſalonicum ad Boream ad 100. mill. a Thebis phthiotidis dimidio circiter.

¶ Demetrias, urbs Theſſaliæ, in Magneſia regiuncula, juxta ſinum Pelaſgicum; fuitque aliquandiu regia Macedonum & navale. Vix 30. milliaribus diſtat a Thebis Phthiotidis in Cæciam.

Demetrium, ſeu Cemetrius, portus Samothraciæ, ad prom. ejuſdem.

¶ Demona Vallis; *Valle de demona*, pars Siciliæ ſic dicta; & aliter Vallis Nemoronſis, in Boream & or- *Plin.* tum maximè tendens versùs Calabriam; ubi urbes Meſſana. Catania, Cephalæda, Pactæ, & Tauromenium, monte Ætna.

Demoneſus, Chaltitis Stephano, inſula propontidis, *Turon.* ante Nicomediam, non Chaicedonem, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, *Chalcis*, teſte Petro Gyllio, cum urbe olim epiſcopali ſub Archiepiſc. Geraclienſi. Alij Demoneſon a Chalcite diverſam faciunt. Ibi cyanus lapis, chryſocolla, & aurum reperiuntur, teſte Stephano.

Democius, *Domochi*, urbs Theſſaliæ epiſcopalis olim ſub Archiep. Lariſſæo, nunc metropolis.

¶ Denbiga, *denbigh*, urbs Angliæ, in Vallia Boreali a quo regio adiacens Denbigenſis Comitatus dicitur, *Denbigh Sire*. Urbs ipſa 50. milliaribus Anglicis diſtat a Fano S. Aſaphi in auſtrum, 10. ab ora littorali maris Hibernici, & 15. a Ceſtria in occaſum. Paucis conſtat incolis, ad amnem Cludam.

Dendros, inſula parva Peloponneſi, in ſinu Saronico apud Spiræum promontorium. *Ant.*

¶ Denghini regnum, in Africa & in Nubia, versùs Nilum fluvium & confinia abyſſiniæ, teſte Iſaaco Voſſio.

Deobriga, *Punte d'Orbega*, oppidum hiſpaniæ Tarracon. exciſum locus ſic dicitur teſte Morali, apud Aſturicam, ab ea 3. leucis. Deobriga altera, apud Ptolemæum, in Vettonum finibus fuit, in Luſitania. *Ptol.*

¶ Deobriga, municipium Autrigonum, in Hiſpania Tarraconenſi, nunc forſan *Miranea de Ebro*, oppidum Caſtellæ veteris, ad Iberum fluvium, in confinio Biſcaiæ, 12. leucis a Pompeiopoli in occaſum. Sed longe diſtat a vico *Ponte d' Orbega* dicto.

Deobrigula, oppid. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Autrigonibus; quod inter Viroveſcam & Sueſtaſium occurrebat. Deobrigulam habet Ptolemæus, in Murbogis, deobrigam in Autrigonibus. *Mel.*

Deodatum, *Tatta*, oppidum Pannoniæ ſuperioris, inter Veſprinium & Taurunum.

Deorum Currus, *Sieerv Liona* Marmolio, & Flor- *Ptol.* mons Libyæ interioris, in ora occidentali maris Atlanti-

tici. Aliis vero videtur *la punta di Lopez Gonzales*.

¶ Deorum currus, Sanſone teſte, eſt nunc promontorium Palmarum, *Capo das Palmas* Luſitanis, in ora occidentali Guineæ regionis, in Africa.

Deorum inſulæ, Cicæ Plinio, ut videtur Ortel. *Islas de Baina*, teſte Mor. inſ. Hiſpaniæ, in Gallæcia, haud procul ab oſtiis Minii fluvii. Sed Cicæ diverſæ ab his nomen ſuum retinent, *Cize* dictæ, teſte Murali. Vide ibi.

¶ Deorum inſ. Hiſpaniæ, nunc *Iſſes de Bayonne* Gallis, ſunt in Oceano occidentali, in ora Gallæciæ, ante Baiouam urbem munitam, 5. leucis ab oſtio Minii fluvii in Boream.

Deorum portus, *Mazzegran*, & Arabicè *Boreyia*, teſte Marm. Portus divini Ant. teſte Simlero, opp. Mauritaniæ Cæſarienſis (non Tingitanæ, ut habet Ortetius) inter Quixam ſive Auranum, & Arſinariam.

¶ Deppa, *Dieppe*, urbs Galliæ probè munita, in Normannia provincia, cum portu capaci, in ora littorali maris Britannici, ad Acri fluvii oſtia, in Baleteuſi tractu 10. leucis diſtat a Rothomago in Boream, & 18. a Portu Gratiæ in ortum; eſtque emporium celebre.

Derangæ, in Theſauro Linguæ Latinæ, populi ex Plinio lib. 6. cap. 20 pro Erangæ, vide ibi.

Derbe derbia etiam Stephano, *Dervbſe*, teſte Leunclavio, urbs olim epiſc. Lycaoniæ, in Piſidiæ confinio, inter Antiochiam metrop. ad occaſum, & Iconium ad ortum, proxima Lyſtis: quam iacere Andreas Thevetus teſtatur. In Theſauro Linguæ Latinæ ponitur caſtellum, & portus Iſauriæ, cum Iſaria mare non attingat.

¶ Derbe, urbs Aſiæ minoris in Lycaonia, in Piſidiæ & Cappadociæ confinio, versùs montes, 40. mill. ab Iconio in auſtrum, & 30. ab Iſauria in ortum, ut 80. ab Antiochia Piſidiæ. Sed quid ſit nunc non conſtat.

Derbices; populi Aſiæ, ad fauces maris Caſpii, ut Strabo ſcribit; ad Oxum fluvium, teſte Plinio, incolentes. Sunt & populi Libyæ interioris, à Ptolomæo memorati. Derbicum Cauſiaſi incolarum mores miros Strabo libro 11. refert. Nam Stoicos ſequentes, delicta quamquis levia pæna capitis puniunt, terram venerantur, animal femineum non odunt, neque ſacrificant; maiores annis 70. iugulant, cognatos vorant obeuntes ultra id tempus, anus ſtragulant.

Derce fons, vide pircenga. Derce pro dirce in Theſauro Linguæ Latinæ, vide Dirce.

Dutcos, *Delcon*, urbs Thraciæ epiſcopalis olim nunc metrop. ſub Patriarcha Conſtantinopolitano. Vide delta.

Dere, dire Straboni, *Zeila* Mel. & aliis, urbs & emporiam Æthiopiæ in prom. haud procul ab Anguſtiis ſinus Arabici; promontorium verò *Capo Caoiſſin*, dicitur, teſte Ortelio.

Ceremiſtæ populi Illyrici mediterranei, quorum urbs Drivaſto putatur, a ſcodra 7. mil. paſſ. diſtans in auſtrum.

¶ Deria, ſeu Derria, *Derry*, urbs parva Hiberniæ et Ultroniæ regionis, in inſula *Inis Ovven*, in Comitatu Terconeliæ, epiſc. ſub Archiepiſcopo Armachano.]

¶ Derpatum, ſeu Torpatum, *derpt*, urbs Livoniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi, ad fluvium Beccum, *EmbecK*, cum arce munita, in regiuncula Oldenpoa dicta inter lacus Werzerum, & Peibum, versùs Moſcoviam. Parat Succis multis ab hinc annis: eſtque munita.

Derra, Derris Ptolemæo, *deterra* hodie ex tabulis recent. urbs Macedoniæ, ad ſinum Toronaicum, Toronæ vicina inde in Bor. poſitæ.

Derrhis, *deroas*, teſte Marmolio, promon. Marmaricæ. inter Parætonium & Alexandriam, derris etiam Melæ urbs Macedoniæ, inter Axium & Peneum flumina, in ora.

Dertona, Derton Stephano, derthon, & darthon Straboni, *Tortona*, colonia & urbs Liguriæ, (non Taurinorum, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, cum a Taurinis ſupra 50. mill. paſſ. diſtet) ad Iriam fluvium non longè decurrentem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo, & Duce Mediolanenſi, inter Ticinum 25. et Henuam ad meridiem 40. mill. paſſ. media inter Piacentiam & Genuam, proxima Alexandriæ, ab ea 10. mill. in ortum. A Friderico Ænobardo Imperatore everſa, a Mediolanenſibus inſtaurata, nunquam ad priſtinam rediit magnitudinem, dicitur et Terdona.

¶ Dertona, *Tortona* Gallis, urbs eſt probè munita, ſub dominio Hiſpanorum, 8. milliaribus diſtat a confinio

d tionis Genuenſis in Boream, & 45. a Placentia in occaſum. Sed non eſt media inter Genuam et Placentiam. Capta fuit a Gallis anno 1642. ſed poſtea recepta ab Hiſpanis anno ſequenti. Arcem habet validam.

Dertoſa, Dertoſſa Straboni, Dertuſa Plinio, *Tortoſa*, Catalaunia, apud Valentiæ regni conſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, unde 11. leucis in occaſum Valentiam versùs 27. recedit. Populi dertuſani Plinio. *Ptol.* *Strab.*

¶ Dertoſa, *Tortoſe* Gallis, urbs alias Illercaonum, nunc Cataloniæ, ſatis munita, iuxta Iberum fluvium, qui 4. leucis Hiſpanicis infra in mare Mediterraneum ſe exonerat. Diſtat 4. leucis a confinio regni Vatentiæ, et 14. ab Ilerda in auſtrum. Capta fuit a Gallis anno 1649 ſed poſtea recepta ab Hiſpanis. Caſtrum habet ſatis firmum cum ponte ad Iberum fluvium. Sed deficit in dies. *Ant.*

Derventio, oppidum & fluvius Albionis, in Anglia: fluvius *dervvent* adhuc nominatur Anglicè, Britannicè *Dorgvvyn*, et in Trentam funditur; oppidum vero *derby*, præclarum, Comitatus Derbienſis metropolis, inter Linconiam ad ortum 35. & Salopiam ad occaſum 47. mill. Lichfeldiæ urbi finitimum, inde 14. mill. recedens in ortum. Fluv. alluit Margidum & Agelocum oppida, et in Abum excipitur. (Camdeno derventio eſt, oppidum in orientali parte Eboracenſis Comitatus, nunc *Auldby*, ad fluvium etiam Derventionem.

¶ Derventio, *darvvent*, fluvius Angliæ, in Eboracenſi provincia, In Oeſam fluvium effluit et cum ipſo poſtea in Abum æſtuarium cadit. Dervertio autem oppidum Pariſiorum in illo tractu nunc *Auldby* dicitur, id eſt, antiqua habitatio, teſte Camdeno. Eſt vicus dumtaxat; et duobus milliaribus infra, nempe ad locum *Stanfordbridge*, Haraldus Angliæ Rex Haraldum Norvvegum qui 200. navibus Anglicam infeſtabat, marna danorum ſtrage interfecit; et hoc prælium vix novem dies ante Guillelmi Normanni adventum confectum eſt. Derventio autem locus diſtat 50. milliaribus Anglicis a darbia in Boream. *Strab.* *Plin.*

¶ Deſenſanum; *denſenzano*, oppidum Italiæ in dominio Veneto et in agro Brixiano in ora lacus Benaci. 10. milliaribus diſtat a Piſcaria in occaſum et 18. a Brixia in ortum; eſtque lepidum et cultum, in Planitie.

Deſerta Boiorum. *Wienervvaldt*, teſte Laylo, tractus Norici, olim a Vindelicis per Noricos Pannoniam uſque protenſus, teſte Strabone. *Mel.*

¶ Deſiderata, *la deſirade* Fraocis, *la deſeada* Hiſpanis, inſula Americæ Septentrionalis et una ex Antillis. Sic dicta fuit a Chriſtophoro Columbo qui primus eam detexit cum iterum in Americam tenderet. Subeſt Francis; diſtatque 10. leucis ab inſula Guadalupia in orientem. Eſt parva; ſed fertilis et probè culta cum aliquot coloniis Francorum.

¶ Deſitiates populi fuere Illyrici in dalmatia teſte *Ptol.* Sanſone.

¶ Deſmonia; *deſmound Countie* provincia Hiberniæ in Momonia regione in auſtrum maximè excurrens Alluitur Oceano ab Occidente et meridiem ad ortum habet Corcagienſem Comitatum et ad ſeptentrionem Kerrienſem Comitatum. Ibi alias Iverni populi.

¶ Deſſavia; *deſſavv* oppidum munitum Germaniæ in Saxonia ſuperiori; Principatus Anhaltini caput ad Albim fluvium: ubi recipit Muluem medium inter Vittebergam ad ortum et Nagdeburgum ad Boream 4. leucis a Bernaburgo in ortum. Arcem habet nobilem. *Ant.*

Deva: *deva* etiamnum fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis per Valdulos in Oceanum Cantabricum ad oppidum cognomen fluens regione Guipuſcoa irrigata.

Deva fluvius Albionis per walliam in Berram fluens. *dyſy* teſte Lhuydo. Britannicè; *dea* vel *dee* vero Anglicè ad Ceſtriam urbem quæ ex eo devana nominatur mari exceptus. Incolis dicitur etiam *dyſſyrdvvy*.

Deva, quæ & Legio XXIII. (in aliis codicibus XX. Victrix) et devana, & urbs Legionum et tandem Lat. recenti Ceſtria *Cherleon & Ceſter* Anglice et *Legançeſter*; teſte Lhuydo urbs Albionis ad oſtia Devæ fluvij; in Angliæ Cambriæque confinio ex præcipuis Anglici regni; epiſc. ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi a Conventria in medio Angliæ 60. mill. in occaſum Aſaphopolim versùs 21. Salopiæ proprior, (Camdeno vocatur Britannicè *Caer Legion*, *Caer-Leen Vaur*, *Caer-Leenar Duſyr*, vel *Dvvy*, maioribus noſtris legea-

ceſter', hodie Cheſter, & weſtcheſter.

¶ Deva, *Cheſter*, urbs ampla Cornaviorum, in Anglia. Eſt emporium celebre, ad æſtuarium Devæ fluvij, in limite walliæ Borealis. Portu gaudet commodo. Urbs ipſa quadrata, caſtrum habet munitum, & 14. mill. Anglicis diſtat ab ora maris Hibernici in auſtrum.

Ptol. Devana, *Aberdone*, teſte Camdeno, & *Aberdeen*, urbs Britanniæ ſecundæ, in ora Scotiæ orientali, epiſcop. ſub Archiepiſc. Andreapolitano, in Boream ad 60. mill. recedens, ad Deæ fluvii oſtia, emporium regni & academia.

Ptol. ¶ Devana *Aberdeen* incolis, *Aberdon* Gallis, urbs alias Vernicorum populorum, in Albione ulteriori, nunc Scotiæ, in Marria provincia, ad oſtia fluvij Divæ. Dicta fuit etiam Divana, teſte Camdeno. Vide Aberdonia.

Devana altera, ſeu Deunana, vel ex antiqua inſcriptione, Divana legio xx. Victrix, colonia & urbs Albionis, in Bornaviis, quam Guill. Camdenus cum Deva (quæ Ceſtria eſt) confundit: *Doncaſtre* oppidum Villanovano, cui non ſatis fido, vide Deva.

Ptol. ¶ Devana, ſeu Divano, urbs Cornaviorum, eadem eſt quæ Deva, *Cheſter*. Vide Deva.

Plin. * Deualedonius Oceanus, ſeu, ut in codice Græco legitur. Duecaledonius, *Mar-kalender*, mare Caledonium; quod Scotiam alluit. Vide manuſcr. Seldeni.

Develton ſtagnum, *Stagnara*, teſte Nigro ſtagnum ſeu palus, apud Develtum urbem.

Ptol. Develtus, Develton Plinio, Debelium, ſive Defeltum Antonio, Dibaltum Amm. *Develto* Græcis, teſte Sophiano, & *Zogaria* Bulgaris, teſte Curopalate, urbs Chaciæ archiepiſc. mediterranea, ab Anchialo in ora 24. mill. paſſ. Hadrianopolim in meridiem versùs ſupra 60. a Bergulis fere 100. in Boriam, olim epiſcopalis ſub Archiep. Hadrianopolitano.

Scripp. Brit. Devia, ſeu Devvia, *Bladnoch*; fluvius Albionis in Scotia, apud Leucopibiam oppidum (quod nunc *whi thern*, Lat. Candida Caſa urbs dicitur) in mare labens ad occaſum.

Devonia, *Neumarkt*, urbs Germaniæ, teſte P. Appiano, in Nortgoia regione, inter Ratiſponam 7. & Noribergam 5. leucis, totidem ab Amberga in urbe in occa. diſtans.

Ptol. Devonia, *Cevoushire*, regio & Comitatus Albionis in regno Anglico, inter Angliam & Cornubiam ad occ. Vide damnonii.

¶ Devonia provincia eſt in parte meridionali, Angliæ inter Cornubiam ad occaſum, & dorſetiam ad ortum; ubi alias pars occidentalis damnoniorum. Ejus præcipua urbs eſt Exonia, versùs oram Oceani Britannici.

Scrlpt. Brit. Deuriopum, deuriopus Straboni, duriopos Stephano, regia & oppidum fuit Macedoniæ, in Pæonia, ad Erigonem fluvium.

Devva, ſive etiam Deva, *Dee*, fluvius Scotiæ, in ora occidua, apud Carbantorigum oppidum (quod *Freiſ-Caſtle* vocant) ſeſe exonerans, mari exceptus.

Liv. ¶ Deva. *Dee*, fluvius Scotiæ meridionalis, in provincia Gallovidia. In mare Hibernicum labitur, 16. milliaribus Anglicis a Modæa inſula in Boream, totidem a Carbantorigo in occ. & 12. a Leucopibia in ortum.

Devus, *Dyſi*, vel *Dovy*, fluvius Albionis, in wallia, cujus oſtia ad Aberdyſum vel Aberdovum oppidum.

Strab. Ptol. Dia, *Standia* Sophiano, inſula maris Cretici, ante Matium, ab ea in Boream ad 20. mill. paſſ. recedens. Dia quoque apud Stephanum opp. fuit Theſſaliæ mediterraneum, cujus populi dienſes a Plinio dicuntur. Dia item in libro Conc. *Die*, urbs Galliæ Narbonenſis epiſc. in Delph. Vide Dea. Hic Ortelius citat Plinium, apud quem Dia non legitur, nec Dea in Gallia.

Diabate; Diabete Stephano, *Aſinara*, teſte Leandro al. *la Zanara*, inſula parva Sardiniæ, in ora occidua, apud Gorditanum promontorium, & Titium oppidum.

Ptol. ¶ Diabate, inſula Sardiniæ, prope Hermæum promontorium, parva admodum. *Faluga* dicitur, Brietio & aliis teſtibus 20. milliaribus diſtat a Tilie in auſtrum, 15. a Gordiano promontorio etiam in auſtrum, vti & 28. ab Herculis inſula, quæ nunc *Zanara* dicitur.

Cæſ. Diablintres, diablindi Plinio, Diaulitæ Ptolemæo, populi Galliæ Gelticæ, in Armoricis, ſeu in Britannia minore; quorum tractus hodie *Diableres*, apud oram Borealem, teſte Bertrando, nominatur: licèt Marlianus illorum oppidum eſſe *Leondoul* ſcribat: cum *Leondoul* potius diviſim legendum ſit. *Leon Doul*, quaſi Leona, & Dola ſint urbes horum populorum. Sunt qui Diablintres apud Cæſarem in Belgio reponant; quorum adhuc veſtigium manet *Linter* pag. in Brabantia, teſte Becano, ad Getam fluvium. Locus Cæſ. libro 3. de bello Gallico ambiguus eſt; nam poſt Nannetes, Oſſiſmos, Ambiliares, Lexobios, Morinos etiam Diablintres & Menapios recenſet: ex quo alicui videri poteſt hos populos poſſe inter Celtas & inter Belgas cenſeri.

¶ Diablintres populi fuere Galliæ Lugdunenſis, qui & Aulerci Diablintres dicti, quorum tractus ſeu provincia nunc *le Perche* vocatur, inter Belſiam ad ortum & Cenomanenſem provinciam. Eorum caput eſt Noviodunum: vulgo *Nogent le Rotrou*. Sunt tamen qui credunt Diablintes, ſeu Diablintres fuiſſe in Britannia minori, prope Dolam urbem *Col*, ubi aliquot agri *les Diableres* dicti, & familiæ *les Ciables*; quidquid ſcribat Marlianus eos fuiſſe iuxta Fanum S. Pauli, urbem Britanniæ minoris, vulgò S. *Paol de Leon*, quæ etiam *Leondoul* dicitur ab incolis.

Diacherſis, *Carcora*, teſte Marmolio, oppidum Cyrenaicæ regionis, in ora littorea ad boream, apud boreum prom. & Berenicem urbem. Ptol.

Diacopena, & Domolſena, vel Pimoliſena, regiunculæ Cappadociæ, inter Halym & Irim flumina.

Diagon, fluvius Peloponneſi, qui Piſæam regionem ab Arcadia dividens, & in meridiem decurrens, Alpheo excipitur. Strab.

Dianæ fanum, *Scutari*, oppidum, & prom. Bithyniæ, ad Boſphorum Thracium, Chalcedoni urbi proximum, ab ea in Boream paululum recedens, teſte Sophiano.

¶ Dianæ Fanum, oppidum Bithyniæ, in Aſia minori, quod poſtea Chryſopolis, nunc *Scutari*, e regione Conſtantinopoleos, ex altera parte Boſphori Thracii. Pauſ.

Dianæ fons, *Thomiſo*, teſte Faz. pagus Siciliæ, apud Camarinam urbem exciſam, ſeu *Paradiſo* fons ipſe hodie, teſte Aretio, dicitur, apud pagum prædictum. Huius fontis aqua vino non miſcetur, teſte Solino.

Dianæ oraculum, *Curiale*, teſte Mol. urbs Arabiæ felicis, in ora orientali, inter Didymos montes ad meridiem, & Corodamum prom. ad Boream.

Diaæ portus, *Stagno de Diana*, teſte Moieto locus Corſicæ, in ora orientali, inter Marianam, & Aleriam urbes exciſas, ad 15. mill. paſſ. diſtans. Ptol.

¶ Dianæ portus, *Stagno di Diana* incolis, *l' Eſtang de Diane* Gallis, ſtagnum eſt, ſeu potius lacus, prope Aleriæ urbis rudera; ſed longe à Mariana in auſtrum, juxta oram orientalem, ubi in mare Tuſcum ſe exonerat: Caret autem portum præſentia; eſtque aeris gravioris. Sol. Ptol.

* Dianium, Artemiſium Strab. oppid. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora littorali, apud prom. cognomine, (quod Ferraria à Mela appellatur) *Denia*, in regno Valentiæ, ab ea 13. leucis in merid. Alonem versùs diſtans, olim urbs epiſc. ſub Archiep. Toletano. Promontorium verò *Atemuz*, cum pag. quod Artemiſium veteribus dictum eſt, teſte Beuth. Gandiæ oppido proximum. Dianium vero urbs antiquiſſima traditur, a Phocenſibus anno 1800. poſt diluvium condita. Vide manuſc. Seldeni. Ptol.

¶ Dianium, oppidum Conteſtanorum, in ora maris Mediterranei & ſinus Sucronenſis, cum portu cognomine. Eſt medium inter oſtia Sucronis fluvii & Artemiſium promontorium, quod ab ipſo Dianium promontorium dicitur; diſtatque 4. leucis in auſtrum ab oppido Dianio, oppidum verò 8. leucis diſtat a Sætabi in ortum, 9. ab Alone, & 5. a Gandia, ſub dominio utili Ducis Gandiæ, è gente Borgia. Dianium vero promontorium; quod & Ferraria & Artemiſium dicitur, nunc *Cabo Martin*, ſeu etiam *Punta del Emperador*, in mare Mediterraneum excurrit, inter ſinus Sucronenſem & Illicitanum, 9. leucis ab Alone in ortum, contra Ebuſum inſulam, a qua diſtat 10. leucis in occaſum; eſtque in regno Valentiæ. Cic. Plin. Ptol.

Dianum, *Gianuti*, teſte Nigro, inſula maris Tyrrheni, inter Curſicam & Coſanum littus, ſeu Argentarium montem, parva, & ob piratas deſerta, a monte Argentario & ab Ægilio inſula 10. mill. paſſ. recedens, quaſi trigonum æquilaterum faciens. Eſt & Dianium, ſeu Diana, *Diano*, caſtrum oræ Liguſticæ, inter Albingaunum 11. & Albintemelium 31. mill. paſſ. olei ferax. Dianium, vel Dianum, item oppidum Lucaniæ præcipuum, in Principatu citeriori, *Diano* vulgò, à Plin.

Sa-

Salerno 36. mill. paſſ. in ortum, inter Polam & Padulam oppida 8. ſive 7. mill. Et Dianium aut Dianum *Diano*, oppidulum Liguriæ, in monte, apud Albam Pompejam, ab ea 2. mill. paſſ. vino abundans.

¶ Dianium inſula eſt in ora Tuſciæ, ſatis montuoſa, ditionis Senenſis, & ſub dominio magni Ducis. 9. circiter millïaribus diſtat ab Ægilio in ortum, & 6. tantum à monte Argentario in auſtrum.

¶ Diarbechia, *Diarbeck*, provincia Aſiæ, inter Euphratem & Tigrim fluvios comprehenſa, ubi alias Meſopotamia; ſubeſtque dominio Turcarum à plurimis annis. Vide Meſopotamia.

Diarrhœa, *Zanara* Marmolio, portus Cyrenaicæ, apud Syrtes & Africæ confinia, inter Drepanum & Boreum promontoria.

Diaulia, Daulis Ptol. urbs Phocidis mediterranea, Delphis finitima, ab eis in ortum recedens, epiſcopalis ſub Archiep. Athenienſi. Vide Daulis.

Diaulitæ, populi Galliæ Celticæ, in Britannia minore. Vide Diablintres.

Dicæa, Dicæ archia Plinio, Dicarchia vel Dicarchea Sil. Vide Puteoli. De ea Sil. lib. 13.

Forte Dicarchææ juvenis conſedit in urbe
Scipio.

Hinc Dicarchejus, nomen gentis. Sil. lib. 8.

Prole Dicarcheja, multo cum milite Grajo.

Lucilius.

Inde Dicæarchum populos, Delumque minorem.

Ubi Delus minor ſumitur pro Puteolana urbe. Eſt & Dicæa Plinio oppid. Thraciæ, apud Biſtonidem lacum & aliud apud Thermæum ſinum in Macedonia.

Dictamnum, Dictynna Strab. *Dittana*, teſte Pineto oppidum Cretæ, in ora Boreali, inter Cydonem ad ortum & Ciſamum ad occaſum, apud prom. quod *Capo Spada* dicunt, à Phalaſarma 60. ſtadiis. Ibi mons Dictynnæus, & Dictynnæum prom. Straboni.

¶ Dictamnum oppidum Cretæ, nunc *Dittamo* dicitur, Brietio & aliis teſtibus; eſtque in territorio Cydoniæ & ſub dominio Turcarum ab aliquot annis.

Dicte, qui & Dictæus mons Plinio, *Labirinto*, teſte Sophiano, ſed Bellon. *Laſthi*, & *Sethie*, mons Cretæ, in longum extenſus, inter Idam ad occaſum, & Samonium ad ortum, ad Ida 125. à Samonio 12. mill. paſſ. teſte Strabone, qui alibi ſcribit illum ab Ida 52. mill. paſſ. diſtare, quod verius eſt. Hinc Dictæus, nom. gentis. Ovid. lib. 3. Metamorph.

Se confeſſus erat, Dictæaque rura tenebat.

Illic Jovem, nutritum ferunt, qui propterea Dictæus cognominatur: Sic Dictæa nimpha.

¶ Dicte, ſeu Dictæus mons, *Laſthi* ſeu *Laſſiti* nunc dicitur; eſtque in parte orientali Cretæ inſulæ, inter Gnoſſum ad occaſum, & Samonium promontorium ad ortum, nunc ſub dominio Turcarum cum toto illo tractu à paucis annis. Dividitur in duo brachia, quorum alterum procurrit ad promontorium Samonium, aliud ad promontorium Siderum in Boream.

Dictum, *Diganvvy*, teſte Camdeno, opp. Albionis, in ora walliæ littorali, apud Conovium oppidum & oſtia fluvii Conovii, inter Aſaphopolim & Bangorium ad occ. 10. mill. diſtans plus minùs.

¶ Dictum, *Diganvvey*, oppidum fuit Comitatus Denbighenſis, in ora littorali Uvalliæ, quod ante aliquot ſecula fulminis ictu deflagravit, & vix ejus cernuntur ruvera, teſte Speedo.

Dictynna, oppidum Cretæ, unde Dictynnæus, a, um, uti mons Dictynnæus. Vide Dictamnum.

¶ Didaci Roi inſula, *isla de Diego Roiz* Luſitanis, *isle de Digarois* Gallis, inſula eſt Africæ, in mari Æthiopico, versùs Mauritiam inſulam, & ad ortum Madagaſcariæ, à Didaco *Coiz* Luſitano, qui primus eam detexit, nomen ſortita.

Didattium, Dittatium, *Tachsfelden*, teſte Rhenano *Talenberg* Lazio, *Haſenburg* Villanovan & aliis, *Dosle* nunc Dola Latino recenti, urbs Sequanorum, in Burgundiæ Comitatu, regionis conventus, inter Veſuntionem ad ortum 7. & Divionem ad occ. 9. leucis diſtans. Hic mihi videntur divinare.

¶ Didatium, urbs Sequanorum, quid ſit nunc, non conſtat. Dola enim quibuſdam eſt Cruſini antiquorum & nullus eſt locus dictus *Tachsfelden* ſeu *Talenberg*, ſeu *Haſenburg* in toto Comitatu Burgundiæ.

* Didaucana, *Candria*, teſte Leunclavio, oppidum bithyniæ mediterraneum. (* Seldeni man.)

Didyma, Didymæ Ovid. inſula maris Ægæi, inter Cycladas, Scyro, Andro, Oliaroque finitima. Ovid. lib. 7. Metamorph. *Steph.*

At non Oliaros, Didymæque, & Tenos, & Andros. *Auto.*

Didyme, *Saline*, teſte Fazello, (cui magis fido quam Leandro, qui *Panare* indigitat) inſula Siciliæ, una Æoliarum, circuitu 12. mill. paſſ. à Lipara 4. diſtans in Boream, vini & aluminis ferax, de qua Ovidius lib. 4. faſt. *Ptol.*

Himeraq; & Didymen Agrigentaq; Tauromenonq;

Didyme quoque oppidum erat inſulæ Gaditanæ, ab urbe 20. ſtadiis diſtans, teſte Strabone. *Strab.*

Didymotychos, prom. Thraciæ, quod Hebrus fluvius ambit, *Dimotur* hodie, teſte Leunclavio. Ibi urbs olim epiſc. ſub Archiep. Trajanopolitano, nunc & ipſa inter metropoles, ejuſdem nominis. *Laoni*

Didymus, mons Phrygiæ. Dide Dindymus.

¶ Diemeni regio, *Terre de Diemens* Gallis, *t' landt van Diemens* Batavis, pars terræ Auſtralis recens detecta hiſce ultimis temporibus, & ab Antonio Diemene Batavo qui primus eam luſtravit, nomen ſortita. Sed utrum ſit inſula aut continens, nondum conſtat. Dicitur etiam Antoni Diemeni regio. *Ptol.*

¶ Diepholtia, *Diepholt*, oppidum Germaniæ, in Uveſtphalia regione, ditionis adjacentis, ſeu Dielpholtienſis Comitatus caput, ſub dominio Ducis Brunſvicenſis, ad Huntium amnem, cum exit ex Dummera lacu, eſtque medium inter Bremam & Oſnabrucum. Sed malè habitum fuit ultimo bello Germanico.

Dierna, *Torrenburg* Germanis, *Torda* Hungaris, teſte Lazio, opp. præclarum Daciæ, in Tranſylvania, inter Albam Juliam 4. & Claudiopolim 3. leucis occurens: quod malè Nig. *Chelo* interpretatur. *Ptol.*

¶ Dierna, *Torda* incolis, *Thur* Germanis, oppidulum eſt nunc Tranſylvaniæ, ad amnem *Aranyos*. 3. leucis Germanicis à Claudiopoli in ortum, & 6. ab Alba Julia in Boream diſtat.

¶ Diecta, *Dieſt*, oppidum Belgii, in Brabantia, ad fluvium Demeram, in confinio ditionis Leodienſis. 4. leucis à Lovanio in ortum diſtat, 2. ob Arſcotio, ſub dominio utili Principis Auriaci, in ditione tamen Hiſpanorum; fuitque alias munitum.

Digentia, *Riç del Sole*, teſte Blondo, fluvius parvus Sabinorum, in agro Reatino oriens, ac in Tiberim per Fabarim & Fanum Dacunæ fluens. De quo Horatius lib. 1. epiſt. 18. *Hor.*

Me quoties reficit frigidus Digentia rivus. *Ant.*

Dila, portus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, inter Maſſiliam 20. & Foſſas Marianas 12. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, cum multò major diſtantia inter Maſſiliam & Foſſas prædictas ſit.

¶ Dila, ſeu & Dilis, portus eſt Galliæ, in Provincia, in ora littorali maris Mediterranei, qui nunc *Port de Verdon* dicitur, teſte Honor. Bov. in eo tractu, ubi alias Deſuviates populi.

¶ Dilinga, *Dilinghen*, urbs eſt Germaniæ, in Suevia provincia, ad Danubium fluvium, cum academia in ditione Epiſcopi auguſtani, vix 4. leucis ſuprà Donavertiam in occaſum Ulmam versùs, & 3. à Burgovia in Boream. Parva eſt & malè culta.

¶ Dillemburgum, *Dillenburg*, oppidum Germaniæ, in Franconia, & in Vveteravia regione, ad Dillam fluvium cum caſtro munito. Hinc Comites Dillemburgici dicti è gente Naſſovia, 5. leucis diſtat à Marpurgo in occaſum, & 4. à Vetzlaria in ſeptentrionem.

Dimaſſus, mons Myconi inſulæ maris Ægæi. *Plin.*

¶ Dinantium, *Dinant*, oppidum Galliæ, in Britannia minori, ad Rinctum fluvium, alias munitum. 5. leucis à Macloviopoli in auſtrum diſtat.

¶ Dinantium, *Dinant*, oppidum Belgii, in ditione Leodienſi, ad Moſam fluvium, cum ponte, pluries captum & dirutum, nunc autem reparatum, in confinio Namurcenſis Comitatus. 12. leucis à Leodio, 2. à Carolomontium in Boream, & 4. ferè à Namarco in auſtrum diſtat.

Dinaretum, *Capo di S. Andrea*, prom. Cypri maxime orientale, Clides Ptolemæo dictum, quod Clides parvæ inſulæ circumſtant. Inter hoc, & Acamantem ad occaſum Cypri longitudo continetur.

¶ Dinchespila, ſeu Dinkeſpula. *Dinkeſpihel*, urbs Germaniæ, in Suevia provincia, juxta Vernitium amnem.

nem. Imperialis eſt & libera, ſed parva. Vix 4. leucis Germanicis diſtat à Nerolinga in Boream; & pluries capta fuit ultimo bello à Suecis, & etiam à Gallis, ſed poſtea reddita.

Strab. Lib. & al. Dindyma, Dindymus Plinio & aliis, mons Troadis ſeu Myſiæ, Cyzico urbi imminens, *Monte di Chizico* vulgò,

Strab. Dindyma, vel Didyma, mons Theſſaliæ, in quo Magnetes populi habitarunt, apud Magneſiam promontorium.

Herod Arria & al. Dindymus, Dindyma num. plurali, montes Phrygiæ magnæ, ex quibus Sangarius, & Hermus, & Gallus; diverſis tamen in locis profluunt, Cybelus Diodoro, Adoreus Livio, in quibus Cybele mater deorum, Dindymene dicta, colebatur. Ovidus libro 4. Faſt.

Dindymon, & Cybelen & amœnam frondibus Idam.

¶ Dingla, *dingle*, urbs Hiberniæ, in Momonia & Comitatu Kerryenſis, cum portu; unde & ſinus *Bay of Dingle*, in quem cadit Mangus fluvius. 7. milliaribus diſtat à Corcagia in occaſum, & 25. ab Ardato in auſtrum.

Plin. Ptol. Dinia, *Digne*, urbs Galliæ Narbonenſis in Provincia apud fines delphinatus & Ebroduntiorum, epiſcopalis ſub Archiep. Ebrodunenſi inde 10. leucis in meridiem, inter Regium & Sanitium urbes propriores.

¶ Dinia, *Digne*, urbs Sontionum, in Gallia Narbonenſi, nunc in Provincia, ad amnem *Biſanc.* 7. leucis diſtat à Seguſterone in ortum, & a confinio Delphinatus, 9. à Regio in Boream uti 3. a Sanitio, versùs montes.

Ptol. Dinogetia. Dinogutia, diniguttia Antonino, *Danign* ex tab. recent. urbs olim, nunc oppidum Myſiæ inferioris, in Beſſarabia, Nigro *Drimago*: quæ interpretatio aliis non probatur.

¶ Dinogetia, oppidum Mœſiæ inferioris, ſeu Scythiæ inferioris, nunc in Bulgaria, *drimago* dictum, ad Iſtrum fluvium, 25. milliaribus a Succidava in ortum, & 90. ab oſtijs Iſtri in occaſum.

Plin. Ptol. Diocæſarea, *Tiſaria* hodie ex tabulis recentibus, urbs Cappadociæ mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, inde 45. mill. paſſ. diſtans. Dio cæſarea altera Ptol. urbs Ciliciæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Selucienſi, cui urbi eſt finitima.

¶ Diocæſarea urbs fuit Aſiæ minoris, in Cappadocia, versùs Lycaoniam, 50. milliaribus ab Iconia in Cæciam, & 65. à Cæſarea in occaſum. Nunc paucis conſtat incolis, ſub dominio Turcarum, in Caramania regione.

¶ Diocæſarea altera urbs fuit Ciliciæ Aſperæ, inter Philadelphiam & Aphrodiſiam, 20. milliaribus ab ora maris Mediterranei in Boream, & 10. à Seleucia in occaſum.

¶ Diocæſarea item, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia combuſta, 20. milliaribus ab Apamea in Boream.

Dioclea, (vide doclea) urbs Illyrici, in Dalmatia.

Ptol. Dioclia quoque vel docela, urbs Phrygiæ magnæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno, urbi Laodiceæ proxima, Midajo, & Amorio. (* ſicut & in man. Seldeni.

Ant. Diocletianopolis urbs fuit Macedoniæ mediterranea, inter Edeſſam & Theſſalonicam, ferè in medio, ad 30. mill. paſſ. diſtans utrinque. Fuit etiam Diocletianopolis urbs Palæſtinæ epiſc. ſub Patriarcha Hieroſolymitano, cujus fit mentio in libro Conciliorum.

¶ Diocletianopolis, quæ & Baſchat, urbs fuit Palæſtinæ, inter Hieroſolymam ad Boream, & Hebron ad auſtrum. Nunc in ruinis jacet.

Arria. Diodori inſula, *Balmendel*, teſte Rhamuſio, in ora Arabici, quæ *Primera* Belleforeſtio dicitur. Diodori item inſ. apud Plin. & Ptol. intra ſinum Arabicum Æthiopiæ adjacens, niſi ſit eadem cum priore, quæ ab Adena Arabiæ emporio 30. leucis abeſt, media inter Arabiam & Æthiopiam. 5. leucis diſtans.

Diomedæa Stephano, major Diomedearum, (vide Tremerus & Trimerus. (*S. Maria de Tremiti*, à Gargano monte 15. mill. paſs. al. 30.

Ariſt. Strab. Diomedeæ, inſulæ quinque maris Hadriatici, Apuliæa dicantes, ante Garganum montem, quarum nomina ſunt 1. *S. Maria de Tremiti*. 2. *S. Comino*. 3. *Gatixzo*. 4. *Caprara*. 5. *Credazzi*, in quarum prima, quæ Tremetus Tacito dicitur, cœnobium Canonicorum, ſeu Clericorum regularium, qui inſulis his potiuntur; inſigne. In Theſauro Linguæ Latinæ duæ tantum ex Plinio recenſentur. *Ptol. & al.*

¶ Diomedæ inſulæ, *Iſole di Tremiti*, tres ſunt præcipuæ, nempe *Santo Nicola di Tremiti*, ubi cœnobium Canonicorum regularium Lateranenſium, cum arce probè munita; 2. eſt *San Domino*, oblonga, cum aliquot villis 3. *la Caprata*, incolis caret. 4. Additur, quæ dicitur *il Credaſcio*, ſed potius eſt ſcopulus parvus, inter Tremitum, & San Domino, uti & ſcopulus *Vecchia* dictus. Illæ inſulæ pendent à regno Neapolitano. Vide de his Ortelium.

Diomedis templum, *S. Giovanni*, non *Belforte*, ut Ortelius ſcribit, pagus Carnorum, apud Ortum Timavi fluvij, ab Aquileja 7. mill. paſſ. Tergeſtæ in ortum versùs. *Theop. Strab.*

¶ Diomedis promontorium; vel Sirtis nunc *Planca*, Italis *Pianca*, Slavè *Plocca*, teſte Joanne Lucio, eſt prope promontorium peninſulæ Hyllidis, in Illyrico: pro quo falsò ponit Niger Cavoceſtam. Vide Hieraſtamnæ.

Dion, *Capo della Fraſchea*, promontorium Cretæ, in ora Boreali, inter Cyteum ad ortum & Pandomatrium ad occaſum, urbes propinquas, cum urbe olim ejuſdem nominis, nunc pago. *Plin. Ptol.*

¶ Dion, promontorium Cretæ, nunc *Capo Saſſoſo* dicitur, & maximè in Boream excurrit, inter Matium ad ortum, & Rythimnam ad occaſum. 5. milliaribus diſtat in Circium a promontorio *della Fraſchia* dicto.

Dionyſia, inſula maris Lycii Tide Caretha. Dionyſa verò Ætoliæ adjacens. *Plin.*

Dionyſiades, *Dionyſſades*, teſte Ortelio, inſulæ parvæ Cretæ, oræ orientali adjacentes.

¶ Dioniſiades tres inſulæ ſunt inter partem orientalem Cretæ & Carpathum inſulam, ſatis parvi circuitus. Dicuntur autem *Dioniſſades*, *Cazucai*, & *Paxum ad ochea*. A paucis inhabitantur, ſub dominio Turcarum, propter piratarum frequentes excurſiones. *Plin.*

Dionyſias inſula maris Ægæi. Vide Donyſſa. *Euſtat.*

Dionyſii columnæ, locus Aſiæ, ad Emodum montem, ubi terminus fuit peregrinationis Bacchi.

Dionyſiopolis, quæ & Negara, & Nyſſa Iuſtino, urbs Indiæ citerioris, apud Indum fluvium, inter illum & Cophen, *Nerg* hodie dicta ex tabulis recentioribus.

¶ Dionyſiopolis, *S. Denys*, urbs eſt parva Galiiæ, prope Lutetiam, in provincia Inſulæ Franciæ. Vide Fanum S. Dionyſii.

Dionyſiopolis altera, *Varna*, urbs Myſiæ inferioris, maritima, epiſcop. apud Thraciæ fines, inter Odeſſum & Timogittiam 24. mill. paſſ. ex Antonini Itin. paulò ultra Meſembriam urbem extremam Thraciæ, à Byzantio 250. mill. in Boream, antea Crunos, teſte Plinio, appellata. *Plin. Ptol.*

¶ Dionyſopolis. *Varne* nunc, urbs eſt Bulgariæ, ad amnem Zyram, vulgò *Vacne* dictum versùs oram littoralem Ponti Euxini, celebris Hungarorum versùs infelici pugna, ubi & cæſus Hungariæ Rex à Turcis anno 1444. Paucis leucis diſtat à confinio Thraciæ, in Boream, ſed 180 milliaribus diſtat à Byzantio in Circium.

Dioſcoridis inſula, *Zocoterà*, inſula maris Azanii, teſte Joanne Barrio, *Curia Muria* Rhamuſio, aliis *Abba Curia*, a Syagro promon. Arabiæ felicis 280. mill. paſſ. à propiore continenti Æthiopiæ & Arabiæ 100. circuitu verò 600. ubi aloes ingens copia. *Ptol.*

¶ Dioſcoridis Inſula, *Zocotorà*, inſula Africæ, in mari Azanio, ubi deſinit Erithræum. 100. circiter milliaribus diſtat à promontorio: Aromatum in ortum habetque in longitud. 80. milliaria 26. autem in latitud. Subeſt dominio proprii Principis, eique adjacet altera inſula minor, dicta *Abbadal Curia* ab incolis, ſed parvi momenti.

Dioſcoros, *Dioſcori*, inſula parva magnæ Græciæ, cum Calypſo ante Lacinium promont. non Locrorum, ut ait Ortelius, ſed Crotoniatarum, inde 10. mill. paſſ. diſtans. Unde Lacinium promontorium Dioſcoriadis à Diodoro Siculo nominatur. *Plin.*

Dioſcurias, quæ & Sebaſtopolis Ptol. *Savatopoli*, urbs Colchorum, maritima, ab aurigis Caſtoris & Pol- *Plin Ptol*

lucis

lucis condita, deque illorum nomine dicta, teſte D. Iſidoro lib. 15. orig. à Phaſide primaria Colchidis urbe 80. mill. paſs. in Bor. recedens, olim admodum clara, cum 300. colonias diverſæ linguæ emiſerit; clara etiam ſub Romanis.

¶ Dioſcurias, urbs Colchidis, ad oſtia Coraxi, ubi Ponti Euxini intimus receſſus, inter Phaſianum mare & Caucaſcum, prope Abaſcios populos, 9. milliaribus ab oſtiis Phaſi fluvii in Boream. Sed ante paucos annos ab aquis abſorpta periit; eratque epiſcopalis.

Dioſopolis, urbs gemina, una Ægypti ſuperioris, ad Nilum fluvium, in Thebaide magna, inter Abydum & Tentyram ad auſtrum 28. mill. paſſ. non longè, parva. Altera Palæſtinæ, quæ & Lydda, vulgò *Rhama*, epiſc. ſub Patriarcha Hieroſolymitano, inde 30. mill. paſs. in occaſum, Ioppe 10. inter Cæſaream ad Bor. 40. & Aſcalonem ad merid. 32.

Dioſpolis item, oppid. Bithyniæ, ad Pontum Euxinum & oſtia Sangarii fluvii, & Heracleam ad ort. *Porto Hallio*, teſte Theveto, ſed Nigro *Chio*, ſeu *Clo* quod mihi potius Hium quam Dioſpolis eſſe videtur.

¶ Dioſpolis, oppidum Bithyniæ, prope Heracleam Ponti, juxta ſinum Mariandinum, 30. milliaribus diſtat ab oſtiis Sangarii fluvii in Boream.

Dioſtecnoſia, ſons mirus Andri inſulæ, in templo Liberi partis, qui nonis Januarii ſemper ſaporem vini redolebat, teſte Plinio lib. 20. cap. 103.

Dipotamum, *Meſanacta*, & Turcicè *Cipnanes*, teſte Leunclavio, caſtrum Aſiæ, in Phrygia.

Dipſon fluvius eſt Ciliciæ, ex Tauro monte in mare Gilicium fluens: de quo Luchanus lib. 8.

*Tauroque videi * Dipſonta Cadentem.*

(Alii libri *Dipſanta*.

Dircefons Bœotiæ, & fluvius, Thebas alluens, ac in Iſmenium fluvium influens. Hinc dircæus nom. gentis De dirce Ovid. lib. 2. Metamorph.

Deflemere comis: quærit Bœotia Dircen.

Dircenna, fons Hiſpaniæ gelidiſſimus, apud Bilbilem urbem, in Salonem fluvium labens. De quo Martialis lib. 1. epig. 49.

Avidam rigens Dircenna placabit ſitim.

¶ Dirchovia, *Dirſchovv*, oppidum Poloniæ, in Pruſſia Regia, ad fluvium Viſtulam, 3. leucis Polonicis à Mariæburgo in occaſum, & 6. à Gedano in meridiem. Dicitur etiam Polonicè *Tſcozovv*; fuitque aliàs munitum, ſed nunc disjectæ ſunt ejus munitiones. Quibuſdam eſt Dirſavia.

¶ Dirgus, *Lough Dirgh*, lacus Hiberniæ, in Ultonia, & in Comitatu Dungalenſi. In ejus inſula eſt locus dictus *S. Patriks Purgatory*, id eſt, Purgatorium S. Patricii: de quo mira narrant indigenæ.

Diſpargum, *Duyſoburg*, urbs Germaniæ inferioris, ad Rhenum, inter Duſſeldorpium & Weſaliam, à Colonia Agrip. 7. leucis in Boream, in Ducatu Bergenſi.

¶ Diſpargum, ſive & Diſporum, urbs Tencterorum ad Rhenum fluvium. Quibuſdam eſt *Duyſbourg*, aliis eſt *Duſſeldorp*, urbs Ducatus Bergenſis primaria, in Germania.

Diva, *Dee*, fluv. Britanniæ, in Scotia, per oram ad ortum fluens, & in mare ad Aberdoniam urbem deſinens, ubi alter fluvius Donus nomine (ex quo nomen eſt Aberdoniæ urbi) confluit.

Divana leg. xx. victrix. Vide Devana.

Divionum, Divie, *Diion*, urbs Galliæ Celticæ, Burgundiæ Ducatus hac tempeſtate primaria, & conventus juridicus, inter Lugdunum 38. & Senonas in Bor. ſeu Circ. 30. leucis, à Dola conventu Burgundiæ Comitatus 9. in occaſum, Auguſtoduno 12. circa annum ſal. 220. condita traditur. Hic in baſilica auguſtiſſima hoſtia ſacra à Judæo cultro percuſſa, ſanguine conſperſa monſtratur.

¶ Divionum, *Dijon*, urbs aliàs Lingonum, nunc Burgundiæ caput & Parlamenti ſedes, ad fluvium *Ouche*, qui poſtea in Ararim ſe exonerat. Urbs eſt ampla, cum caſtro munito, 14. leucis ab Auguſtoduno in Cæciam, & totidem à Lingonibus in auſtrum.

Divitenſes, & Divitenſe monimentum ex veteri inſcriptione, Tuitium Ruperto abbati loci, *Deuſcth*, pagus Germ. infer. cum cœnobio ad Rhenum, & adverſo Coloniæ Agrippinæ.

Dium, *Stadia*, teſte Nardo, urbs Macedoniæ marit. in Pieria reg. inter oſtia Haliacmonis & Pharybi. Eſt & promont. Cretæ, apud Cyteum urbem, *Capo Fraſchea* vulgò, in ora Boreali. Vide Dion.

¶ Dium, urbs Macedoniæ, ad oſtia Milis amnis, in ora littorali ſinus Thermaici. 15. milliaribus à Pydna urbe diſtat in auſtrum. Fuit aliàs probè munita; ejus incolæ Dienſes dicti.

¶ Dium, *Diu*, urbs eſt Aſiæ permunita & maritima, cum emporio, in inſula parva regni Cambaiæ. 60. leucis diſtat à Surata in occaſum; eſtque ad fauces ſinus Combaiæ, in ditione Luſitanorum à centum quinquaginta annis circiter.

Divodurum, *Metz*, urbs Galliæ Belgicæ, in Auſtraſia ſeu Lotharingia, ad Moſellam, munitiſſima, Cæſ. Mediomatrices, epiſc. ſub Archiep. Trevirenſi, inde 13. leuc. Nancejum versùs in merid. 11. Aliis eſt *Thionville*. Vide Theodonis villa, & Metæ. *Ptol.*

¶ Divodurum Mediomatricum, *Metz*, urbs eſt ampla, intra fines Lotharingiæ comprehenſa, Metæ dicta a recentioribus, 10. leucis diſtat à Viroduno in ortum, 11. a Tullo in Boream, et 5. a Theodonis villa in auſtrum. Urbs ipſa ampla et dives, ſita eſt ad Moſellam fluvium, ubi recipit Selnam; fruſtra obſeſſa a Carolo V. Imperatore anno 1552. ſubeſtque dominio Regiæ Franciæ ab eodem anno, cùm antea eſſet civitas libera. Arcem habet validam; habuitque olim Reges proprios ſub prima ſtirpe Regum Franciæ. Nunc Parlamenti ſedes eſt in hoc tractu. Regio adjacens dicitur *lepais Meſſin*, Metenſis tractus.

Divona, *Divice*, teſte Vineto, fons urbis Burdigalæ, in Aquitannia. Sed alii legunt Dujona. Auſon. de claribus urb. *Ptol.*

Dujona Cellarum lingua fons addite Divis.

Diur, Vior Plinio, fluv. Mauritaniæ Tingitanæ, in mare Atlanticum apud Mont. Solis urbem exiens, incolis *Tecules*, ut videtur Marmolio.

¶ Dixmuda, *Dixmude*, oppidum munitum Belgii, in Comitatu Flandriæ et in regiuncula Franconatu dicta, ad Imperiam fluvium, medium ferme inter Ipras et Oſtendam, ſub dominio Diſpanorum, quanquam pluries captum à Francis hiſce ultimis temporibus. 3. leucis diſtat a Novo portu in auſtrum Ipras versùs, in ipſo limite ditionis Francicæ.

Doberus, urbs Macedoniæ, intra montes, in Panoniæ ſeu Myſiæ confinio, quæ Deborus Ptol. dici videtur. *Thut.*

¶ Dobrinum, Dobricinum, & Dobrizinum *Dobrzin*, oppidum eſt Poloniæ majoris, Dobrinienſis terræ caput, in Palatinatu Plocenſi, ſcopulo impoſitum, ad Victulam fluvium, et medium inter Plociam et Uladislaviam.

Dobuni, Bodunni Dioni, ut videtur, populi Alcionis, quorum urbs Claudia, vulgo *Glonceſtre*, teſte Lelando, et aliis, ab Herefordia 20. mill. in ort. quot à Vigornia in auſtrum Briſtolium versùs, regio *Gloceſtershire*. Sed apud Ptolemæum horum urbs eſt Corinium. (Regio Camdeno eſt *Gloceſtershire & Oxfordshire*. *Ant.*

¶ Dobuni, populi Angliæ, versùs Sabrinam fluvium et fontes Tameſis, ubi nunc Comitatus Gloceſtrienſis, et pars Comitatus Oxonienſis. Habebant ad ortum Catieuchlanos, ad Boream Cornavios, ad occaſum Siluros, et ad auſtrum Belgas et Atrebates. Eorum urbes fuere Clevum et Corinium.

Docimæum, quod et Docimia, et Docinium in libro Conciliorum, *Docimi*, urbs Phrygiæ magnæ, inter Synnadam et Eucarpiam proximas urbes, epiſcopalis ſub Amorienſi Archiep. Abeſt à Synnada 60. ſtadiis claret marmore, quod et Docimæum et Synnadicum nominatur. *Plin.*

¶ Docimæum, urbs Phryciæ magnæ, ad fontes Hermi et Sangarii fluviorum, 40. milliaribus a Synnada in Circium, et 30. ab Eucarpia diſtans.

Docirava, et, ut alij codices habent, Doc irana, *Rana*, teſte Lazio, opp. Daciæ. *Ant.*

¶ Docirava Lazio eſt *Rana*, oppidum Hungariæ ſuperioris, prope fontes Tibiſci, et verſus montes Carpathos; aliis autem eſt *Zatmarbania*, oppidum Tranſylvaniæ, ad fluvium *Zeuſch*, versùs montes, et in ipſo limite Hungariæ, vix 5. leucis Germanicis a *Rena* in auſtrum, et 13. a Claudiopoli in Boream.

Doclea, Dioclea Aurelio Victori, Diocletianos Cedre-

dreno, *Antivari*, urbs archiep. Illyrici, in ora Dalmatiæ, (non Liburniæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) à Drivaſto 10. mill. duplo ferè à Scodro in auſtrum, ut aliquibus videtur. Sed, Nigro teſte, eſt *Medon*, oppidum ejuſdem tractus. Dioclea verò, patria Diocletiani Imperatoris, diverſa à Doclea videtur, cùm opp. fuerit Dalmatiæ apud Salonas urbem hinc longè diſtantem. Populi Docleates Plinio. Doclea verò urbs archiep. fuit; ſed everſa, dignitas Raguſæ recepta eſt anno ſalutis 990.

¶ Doclea, ſeu Dioclea, urbs epiſcopalis Illyrici, quæ quibuſdam eſt *Antivari*, Sanſoni autem eſt *Cataro*, ad Rhyzonicum ſinum.

Tac. Dodona urbs fuit Epiri epiſc. in Moloſſia regione, ſeu teſte Strabone, in Theſprotia, in Theſſaliæ confinio, ex quo Theſſalica cognominabatur, ſic à Dodone fluvio & fonte dicta, ubi ingens ſylva, & templum Jovis, & fons Joves faces extinctas accedens, & accenſas extinguens, qui propterea Dodonæus cognominatus eſt. Populi Dodonæi Plinio, & nomen gentis Dodonæus, & Dodonæjus, Poetis, & Dodonius apud Claud. Hoc tempore prorſùs everſa, ut ne locus quidem indicari queat. Ovid. lib. 8. Metamorph.

Contremuit, gemitumque dedit Dodonia quercus. *Dodonæum æs* proverbio dicitur apud Zenodotum de homine importunæ loquacitatis, à pelvi ærea Dodonæ in columna ſublimi, quam flagellum in manu pueri in altera columna proxima vento agitatum ſæpius percutiebat, fiebatque tinnitus importunus. Dodonis patron. apud Valer. Flaccum lib. 2.

Dodonida quercum.

¶ Dodona, ſeu, & melius, Dodone, urbs Græciæ in Epiro, & in regiuncula Moloſſia, juxta fluvium Dodone, qui poſtea cadit in Acheloum. 20. milliaribus diſtat ab Ambracio ſinu in ortum. Sed quid ſit nunc, non conſtat.

¶ Doeſburgus, ſeu Duſpurgus, *Doeſbock*, oppidum eſt munitum Belgii uniti, in Comitatu Zutphanienſi, ad Iſalam fluvium, vix 3. leucis ab Arenano in ortum, & totidem à Zutphania in auſtrum, ſub dominio Batavorum.

Greg. Dolenſis urbs, & Dola. *Col*, urbs Galliæ Celticæ, in Britannia minore, epiſc. ſub Archiepiſc. Turonenſi, exempta, tamen Pallij uſu donata. Neodunum, teſte Roberto Cœnali, veteribus dicta, à Rhedonibus 10. leucis in Boream diſtans. Eſt & Dola, *Dole*, urbs Sequanorum, conventus juridicus, & academia, de qua in libro 7. Itinerarij:

Ut ſileam tibi, quos tribuit vel Dola magiſtros,

¶ Dola, *Dol*, urbs aliàs Rhedonum, in Armorica, nunc in Britannia minori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi; ſed non exempta. Duabus leucis diſtat a littore Oceani Britannici; eſtque in locis paludoſis, parvi circuitus, cum caſtro 4. leucis diſtat a Maclovio poli in ortum, & 10. a Rhedonibus in Boream.

¶ Dola Sequanorum, *Dole*, urbs eſt Comitatus Burgundiæ, antea primaria, & Senatus provinciæ ſedes alias, valdeque munita, ad fluvium Dubim. Sed cùm expugnata fuit a Rege Franciæ anno 1668. paulò poſt ejus munitiones omnino dirutæ fuerunt a Gallis. Diſtat 9. leucis a Divione in ortum, & 10. a Veſuntione in occaſum.

Ptol. * Doliche, *Techala*, teſte Mercatore, *Alchria* verò Villanov. opp. Macedoniæ, in Theſſaliæ confinio, apud Pytheum & Azorum; quæ tria oppida, cùm ſint proxima, Tripolim faciunt, teſte Livio. (* manuſc. Seldeni. Vide.

¶ Duliche, urbs Pelagoniæ præcipua, in Macedonia, versùs montes Cambuvios, hodie *Techala* dicitur teſte Brietio; ſenſimque deficit. 10. milliaribus diſtat ab Azoro in Boream.

Plin. Doliche, etiam Macris, & Ichthyoeſſa, inſula eſt maris Ægæi, à Naxo 17. mill. paſſ. diſtans, *Nicaro*.

Ant. Ptol. Steph. Dolicha altera, urbs Syriæ, in Comagene regione, apud Euphratem fluv. inter Germaniciam 30. & Zeugma 22. mill. paſſ. ex itin. Antonini, epiſc. olim ſub Archiep. Hieropolitano, nunc ſub Archiepiſc. Edeſſeno, nomen antiquum ſervans. Dolicha quoque Straboni inſula eſt, quæ & Dulichium. Vide ibi.

¶ Dolicha aliis urbs eſt ad Marſyam fluvium, qui poſtea cadit in Euphratem, 20. milliaribus a Zeugma in occaſum Antiochiam versùs, & totidem a Germanicia in ortum.

Dolichiſte, inſula Lyciæ, contra Chimæram montem. Plin.

Doliolum, *Monte teſtaccio*, teſte Nigro, tumulus in extremo montis Aventini, apud mœnia, urbis Romæ.

¶ Dollarius ſinus, *Dollaert*, pars Oceani Germanicis, inter dominium Groningæ & Friſiam orientalem extenſas, ad oſtia Amaſis fluvii, & prope Embdam urbem, ubi anno 1277. maris inundationis triginta tres pagi pariere.

Doloncæ, Dolonci Stephano, populi Thraciæ, circa Hebrum fluvium incolentes.

Dolopes, populi Theſſaliæ, in Epiri confinio, ſeu in Epiro, teſte Ptol. quorum regio Dolopia Strab. & Thucyd. *Onoblacha*, teſte Ortelio, inter Peneum ad ortum, & Acheloum ad meridiem. Virg. lib. 2. Æneidos: Strab. Plin. Liv. & al.

Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſis.

Hinc Dolopejus, a, um, adject. ut apud Valerium Flaccum lib. 2.

Vidiſſe putant Dolopeja buſta.

¶ Dombenſis tractus, *le pais de Dombes*, regiuncula Galliæ, inter Breſſiam provinciam & Ararim fluvium ſeu inter Matiſconem & Lugdunum, Principatus titulo gaudens, & proprio Dominio parens è familia Borbonia. Parva eſt, ſed fertilis; & ejus caput eſt Trevoltium, 5. leucis ſupra Lugdunum in Boream.

Dometiopolis, *domezopoli*, urbs Iſauriæ epiſc. ſub Archiep. Seleucienſi, quæ & Domitiopolis appellatur, & Titopolis, in Ciliciæ aſperæ confinio. Steph.

Dominæ, *Duenas*, opp. amplum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaccæis, ad Piſoracam fluv. inter Palentiam 2. & Valiſoletum in meridiem 6. leucis, in Caſtella veteri. Script. Hiſp.

¶ Dominica, *la Dominique*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis, ſub poteſtate Caribarum, ſic dicta, quia primùm detecta fuit alias die Dominica ab Hiſpanis. Circuitus eſt 20. circiter leucarum; ſedetque inter Guadalupiam ad Boream, & Martinicam ad Auſtrum, a qua vix diſtat 8. leucis; eſtque fertilis & rigua.

¶ Dominicopolis, ſive S. Dominici civitas, *S. Domingo*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Hiſpaniola inſula. Archiepiſcopalis facta a Paulo III. anno 1547. Sedet in parte auſtrali inſulæ; gaudetque portu commodo & arce munita. Exſtructa fuit a Criſtophoro Columbo anno 1494. ad oſtium fluvii *Ozama*; captaque fuit ab Anglis, Duce Franciſco Draco, anno 1586. ſed paulò poſt ab ipſis derelicta. Ab ipſa Hiſpaniola inſula dicitur perſæpe a Francis & Anglis, *l'isle S. Domingue*, ſubeſtque dominio Hiſpanorum.

Domitiana via, in Campania, à via Appia apud Caſilinum incipiens, inter Vulturnum & Puteolos per Linternum 20. mill. paſſ. extenſa, teſte Celſo Cittadino. Stat.

¶ Domitium, *Domitz*, oppidum permunitum Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, ad Albim fluvium ubi recipit Eldam amnem. Vix una leuca diſtat a Danneberga 8. leucis ſupra Lavemburgum.

Domocus, & Demonicus, *Domochi*, urbs Theſſaliæ priùs epiſc. ſub Archiep. Lariſſæo, poſtea cum Demetriade & Thebis metropolis effecta, Lormiæ urbi finitiſſima, & Pharſalo. Lib. Conci

¶ Donavertia, ſeu Vertia, *Donavvert*, urbs Germaniæ, in Suevia provincia, cum ponte ad Danubium fluvium, ubi recipit Vernitium. Imperialis eſt, & alias libera; ſed a plurimis annis ſubeſt Duci Bavariæ.

¶ Doncanonium, *Dovvncanon*, ſeu *Deukanon*, caſtrum Hiberniæ, in Lagenia provincia & Comitatus Vexfordienſi infra Suirii & Byrgi confluentes, vix 6. milliaribus a Waterfordia in ortum.

¶ Doncheriacum *Donchery*, oppidum munitum Galliæ, in Campania provincia & Retelenſi tractu, ad Moſam fluvium, in confinio Ducatus Luxemburgici.

¶ Dongum, *Dongo*, oppidum Aſiæ, in Japonia, in ora littorali illius partis, quæ dicitur *Xicoco*, in occaſum, Brietio teſte.

¶ Donluſa, *Dunluce*, caſtrum probè munitum Hiberniæ, in parte Boreali Ultoniæ regionis in Antrimenſi Comitatu, in rupe, ad oram littoralem, & foſſa a continente ſeparatum, ad oſtia amnis *Boyeſſ*.

¶ Donum Dei, *Dundee*, urbs Scotiæ Borealis, in An-

Anguſia provincia, ad Tavi æſtuarium. 6. milliaribus diſtat ab Andreapoli in Boream, & 12. a Perthia in ortum; eſtque ſatis munita.)

Donyſa, Donyſſa Melæ, Donuſa Tacito, inſula parva maris Ægæi, inter Icariam & Gyarium, marmore viridi abundans, neque ulla alia re memorabilis, *Donuſſa* vulgò. Ejus meminit Virg. lib. 3. Æneidos:

Bacchantamque jugis Naxon, viridemque Donyſan.

Dora, Doros Steph. Doron Plinio, Dor, Hebræis, *Doriaire*, teſte Ravvolſio, opp. Palæſtinæ, in Phœniciæ conf. littorale, ad montis Carmeli radices, inter Ptolemaidem ad Boream, & Cæſaream ad meridiem.

¶ Dora, ſeu Dor, urbs fuit Terræ ſanctæ, in Tribu Manaſſe, in ora littorali, 5. milliaribus a Cæſarea in Boream, nunc diruta jacet.)

Dorcades, inſ. maris Atlantici. Vide Gorgones.

Dorceſtria *Dorcheſter*, oppidum geminum Albionis in Anglia: unum apud oram auſtralem, inter Vvintoniam ad ortum, & Exoniam ad occ. ſupra 30. mill. diſtantem, Comitatus, qui *Dorſetshire* vocatur, caput, ubi olim Durotriges populi, à Shireburna urbe 8. mill. in meridiem. Alterum *Dorcheſter* apud Oxonium, inde 7. mill. in ortum Londinum versùs, ad Iſis & Tamæ amnium confluentiam, olim Epiſcopi ſedes, quæ Lincolniam translata fertur.

¶ Dorceſtria, quæ & Dunovaria, & Durnovaria, & Durnum, urbs Durotrigum, in parte Auſtrali Angliæ, nunc *Dorcheſter*, urbs Dorcetiæ Comitatus primaria, ad fluvium Varum Frome. 4. milliarlbus Anglicis diſtat ab ora maris Britannici, & 40. a Vintonia in occaſum, 30. autem à Vecti inſula etiam in occaſum.)

¶ Dorceſtria, *Dorceſter*, urbs aliàs, nunc vicus Angliæ, in Oxoniæ Comitatu, 9. milliaribus ab Oxonio in auſtrum, & totidem a Readingo in Boream, 2. milliaribus tantum ſupra Callevam Atrebatum.

Dorderacum, & Dordracum, *Dort*, & *Dordrecht*, urbs Batavorum, in Hollandia, ad oſtia Moſæ & Rheni, ex primis, emporium celebre, à Lugduno 5. leucis in occ.

¶ Dorderacum, *Dordrecht*, urbs eſt Hollandiæ præcipua, & inſula aquarum inundatione anno 1421. a reliqua inſula ſeparata fuit. 7. leucis diſtat a Lugduno Batavorum in auſtrum, 3. a Roterodamo in Eurum, & 5. a Breda in Boream.)

Dordomana, *Deizer*, teſte Andrea Theveto, & *Rezer* aliis, apud Perſas, urbs Parthiæ.

Dordonia, fluvius Galliæ Aquitanicæ, *Dordonne*. Vide Duranus.

Dores, populi (à Doro Neptuni filio, teſte Iſidoro lib. orig.) gemini. Alii Cariæ, in Aſia, in ora littorea ad occaſum, quorum regio Doris, & urbes Halicarnaſſus, Ceramus, & Gnidus. Alii in Achaja, quorum regio Phocidi & Bœtiæ confinis eſt. In qua urbes Lilæa, Bion, Cytinium, & Erineus. Vulgò *Val Lidadia*, teſte Nardo. Sunt & Dores populi, & Doris reg. apud Herod. Liv. & Melam in Theſſalia, per quam Sperchius fluvius decurrit, quæ eadem videtur Doridi prædictæ in Achaja. Hinc Dorienſis, & Doricus, nomen gentis: Lucianus lib. 9.

Dorida tunc Maleam, & apertam Tænaron umbris.

Virg. lib. 2. Æneidos:

Panduntur portæ, juvat ire, & Dorica caſtra.

Dores ſolebant, præſertim virgines, diſcinctæ & ſine tunica quandoque interdiu incedere; unde proverbium, *Doricè incedere*, in eos qui depoſitis veſtibus magna ex parte nudi incedunt. Sic apud Pauſaniam & Ælium Dionyſ. Iidem erant natura loquaces. Unde apud Theocritum. *Doribus Doricè loqui* adagium eſt in eos quorum oratio moribus & ingenio reſpondet, vel in loquaces natura.

¶ Dores populi fuere Achajæ in Græcia; unde regio Doris dicta fuit inter Phocidem ad ortum, & Epirum ad occaſum, versùs montes & fontes Cephiſi fluvii. Dicta fuit etiam Tetrapolis, teſte Brietio, a quatuor urbibus, nempe Pindo, Erineo, Cytinio, & Bojo, quibus adjectæ fuerunt Lilæa & Sperchium.)

* Dorgomanes, Orgomanes Marcell. *Obengir* ex tabulis recent. & Caſtaldo, fluv. ingens Bactrianorum, ex Paropamiſo monte profluens, Ochoque) non Oxo ut ſcribit Ortelius (congrediens, qui Dargomanes in codice Græco legitur. (* in man Seldeni, Δαργομάνης Δοργαμάνης, & alibi

Dorion oppidum fuit Magneſiæ, in Theſſalia, apud quod Thamyras citharœdus muſas ad certamen provocaſſe fertur. Luc. lib. 6.

Ptaleos & Dorion ira
Flebile Pieridum.

Licèt in Theſauro Linguæ Latinæ, in Peloponneſo, citato Plinio, ponatur, lib. 4. cap. 5. ubi nihil de eo, & Dotion alibi dicatur in eodem Theſuaro.

Doris regio. Vide Dores. Hinc Dorii, & Dorienſes, & Dorius, nom. gentile apud Horatium lib. epod. ode 9. *Ptol.*

Hac Dorium, illis barbarum.

Doricus nomen gentis. Unde *Doriamuſa* proverb. apud Ariſtoph. in Cleonem, qui non aliud genus harmoniæ dedicerat præter Doricæ, alludens ad, Δωροδοκεῖν quod munus ſignificat, eum munerum avidum denotans. Aliud adagium eſt, *Doricè Concinere*, apud Plat. in Lachete, in eos qui aliud verbis, aliud factis faciunt. In Theſauro Linguæ Latinæ ſcribitur juxta Maliacum ſin. Sed Doris Achajæ regio mediterranea eſt.

Doriſcum, Droſica Ptol. locus vel præfectura Thraciæ, in ora, apud Hebrum fluv. inter Cypſellam urbem & oſtia. Serrio monti proximus, ubi Xerxes Rex Perſarum exercitum, qui 170. myriadibus conſtabat, hoc eſt, deties ſepties centenis millibus militum, recenſuit. Eſt & promontorium Atticæ, à Piræo 42. mill. paſſ. recedens.

Dorius, fluv. Hiſpaniæ (vide Durius) apud Plinium *Virgil.*
(non Turius, ut in Theſ. Linguæ Latinæ.)

Doroſtorus. Vide Duroſtolon.

Dorovernum. Vide Darvernum.

¶ Dorſetia, *Dorſetshire*, provincia ſeu Comitatus Angliæ auſtralis, versùs oram maris Britannici, inter Devoniam ad occaſum, & Hantoniam ad ortum, à Borea autem habet Somerſetiam. Ibi alias Durotriges populi Provincia nunc primaria eſt Dorceſtria.)

Dorſta, *Dorſten*, urbs Germàniæ, in Weſtphalia provincia, ad Luppiam fluvium, in ditione Archiepiſcopi Colonienſis, & ſatis munita, in confinio Diœceſi Monaſterienſis & Ducatus Clivii. 5. leucis Germanicis diſtat à Veſalia in ortum; plurieſque capta fuit hoc ultimo bello ab Haſſis & Suecis.)

Dorventani, populi Albionis, qui, teſte Lhuydo *Stat.*
Derbienſes, *the people of* Derbyschire, ſunt, quaſi Derventani; tametſi diverſi videntur; hi a Derventione, illi à Dorvento deducti.

Dorylæjum, Dorylæum Straboni, Dorylaum Plinio. *Liv.*

¶ Dorylæjum, ſeu Dorylaum, urbs Aſiæ minoris, *& al.*
in Phrygia magna, in confinio Bithyniæ, & inter Agrillium & Midajum, prope fontes Aſcannii fluvii.)

* Doryleum Ptol. *Tzadurile*, teſte Leunclavio, urbs Phrygiæ Pacatianæ epiſc. ſub Archiep. Synnadenſi, inter Synaum & Midaium propinquas urbes, ad fluvium cognomen (man. Seldeni Δο.υλ.)

Dothaim opp. fuit Palæſtinæ, nunc pagus ſeu vicus Galileæ, à Naaſon 9. mill. paſſ. diſtans, in Samariæ confinio, Bethuliæque finitimum, à Samaria urbe 12. mill. in Boream recedens.

¶ Dothaim oppidum fuit Tribus Zabulon, 5. millia- *Script.*
bus a Bethulia in Boream, & 12. a mari Tiberiadis in *Hiſp.*
occaſum, 30. autem a Samaria in Boream.

¶ Dovæum, ſeu, Duæum, *Dovè*, oppidum Galliæ, in Andegavenſi provincia, trans Ligerim, ubi amphitheatrum penè integrum. 3. leucis diſtat a Salmurio in auſtrum, & 7. ab Andegavo in Eurum, prope amnem *Layon* dictum.)

¶ Dovarnena, *Dovarnenes*, oppidum Galliæ munitum in inferiori Britannia, in Cornubia tractu versùs occaſum, a quo ſinus adjacens dicitur *Baye de Douarnenes*, gaudetque portu capaci. 4. leucis à Coriſopito in Circium, versùs Gobæum promontorium, a quo 9. leucis diſtat in Eurum.)

* Doveona ſeu Dueona, non Doveana, ut legit M. *Joſeph.*
Welſerus, *Dove* vel *Douve*, (non *Cahors*, urbs Cadurcorum, ut Pinetus interpretatur) pagus Aquitaniæ, inter Pictavos, & Andegavos, teſte Lipſio, à Ligeri fluvio 15. mili. paſſ. diſtans: quod tamen non probo. Nam Doveona a Ptol. in Aquitania & Cardurcis deſcribitur, longè a Ligeri & Andegavis diſtantibus. quare vel eſt ipſa Cadurcorum urbs, ut Pinetus ſcribit vel locus aliquis vicinus. (* Seldeni manuſcrit. Κίκμωνη)

¶ Doveona, ſeu Deveona, & Diolindum urbs Galliæ Aquitanicæ, in Cadurcis, quæ nunc *Cahors* dicitur Brietio & aliis teſtibus. Vinetus tamen negat Deveonam ſeu Doveonam eſſe Cadurcum, *Cahors*, ſed potius

tius pagum vicinum *Donvelle* dictum una leuca iuſra ad occaſum. Longiſſimè autem diſtat ab Andegavis & à Ligeri fluvio in auſtrum.)

Bold. Drabus, fluvius Norici. Vide Draus. Hic auctor Theſauri Linguæ Latinæ errorem Strabonis ſecutus ſcribit Draum in Saum influere, cùm in Danubium exoneretur.

Mea. Drachonus ſive Drahonus, ut alii codices habent, *Draum*, fluvius Galliæ Belgicæ per Auſtraſiam ſive Lotharingiam in Moſellam fluens: cujus meminit Auſonius edyl. 10.

Prætereo exilem Leſuram tenuemque Drachonum.

¶ Draconus, ſeu Dracon, nunc *Traen* dicitur Cluverio & aliis; eſtque amnis parvus agri Trevirenſis, qui elapſis, aliquot milliaribus, in Moſellam ſe exonerat, juxta Noviomagum, *Mumagen*, vicum, 3. leucis Germanicis infra Treviros.

Drachonus item, fluvius Auſtriæ, cum oppido cognomine, *Draun*. Vide Deras.

Procop. Dracon, fluviolus Campaniæ, in Picentium confinio, ex monte Veſuvio oriens, ac iuxta Noceriam urbem fluens in Sarnum, *Dragone*.

Strab. Theoc. Draconon, oppidum & mons Icariæ inſulæ. Sed Plinio eſt inſula maris Ægæi, deſerta.

Ptol. Dracuina, *Tauburg*, teſte Lazio, oppidum Rhætiæ, in Svevia Ciſdanubiania. Sed aliis eſt *Ehingen*, oppidum Sueviæ, apud Danubium, medium ferè inter Ulmam ad ortum, & Redlingam ad occaſum 3. leucis. Sed hoc non in Rhætia, ſed in Germania eſt, cum ad ulteriorem Danubii ripam ſitum ſit. Lazio itaque ſubſcribo, cum & nomen vulgare arrideat.

¶ Dracunia, oppidum Rhetiæ in Vindelicia, nunc *Ehingen* dicitur, ſeu locus in ſuburbiis ex altera parte Danubii; eſtque oppidulum nullius momenti in Suev. provincia Germaniæ, 3. leucis ſupra Ulmam in occaſum.

Steph. Dracunteus, ſive Dracuntus, Dracontius Ptolemæo, *Chelbi*, teſte Nigro, inſula maris Africi, Africæ propriè dictæ adjacens.

¶ Dracunteus ſeu Dracontius, inſula parva Africæ, in mari Mediterraneo, nunc *Galata* dicta. 30. milliaribus diſtat ab ora regni Tunetani in Boream, & paulò ampliùs à Tabraca inſula. *Chelbi* autem ſeu *Chirbi* ſunt quatuor ſcopuli parvi admodum, longius in Boream versùs Bonum caput, à quo diſtant 45. milliaribus in Circium.)

Dragamutina, *Travemund*, teſte Ortelio, oppidum Germaniæ, in Saxoniæ Holſatiæque confinio, ad Trevæ fluvii oſtium, Lubecæ urbi proximum, Treva Ptolemæo.

Aimo. ¶ Dragamutina, Slavorum urbs in Germania; quæ nunc *Travemund*, ſeu Travæ fluv. oſtium, ubi in mare Balticum ſe exonerat. Arx eſt Holſatiæ in Vagria regiuncula, in cofinio Ducatus Megalopolitani, 2. leucis a Lubeca in ortum. Dicitur etiam Treva.

¶ Draguinianum, *Draguinam*, urbs Galliæ, in Provincia, versùs montes, 5. leucis ab ora littorali maris Mediterranei in Boream, & totidem à ForoJulio in occaſum, 7. autem à Fano S. Eutropii in Boream.

Lib. Conc. Drama, urbs Thraciæ, in Macedoniæ confinio, ſic vulgò, priùs epiſcop. ſub Archiep. Philippenſi, poſteà & ipſa metropolis effecta, apud Philippos & Chriſtopolium, teſte Curopalate.

Strab. Curt. & al. Drangæ, populi Aſiæ, quorum regio Drangiana Ptol. *Sigiſtin* Mercat. & Caſtaldo: in qua urbes olim claræ, Prophthaſia & Ariaſpe. Vide Prophthaſia à qua hodie nomen eſt regioni.

¶ Dravoburgum *Draburg*, oppidum Germaniæ in Carinthia inferiori, ad Dravum fluvium, in confinio Stiriæ, 10. leucis à Labaco in Boream)

¶ Drauſenus, *Drauſen*, lacus Poloniæ in Pruſſia regia propè Elbingam urbem, & 3. leucis a Mariæburgo in ortum, parvus, ſed oblongus. Sorgam amnem recipit, & poſteà in ſinum *Friſche Haff* ſe exonerat.

Plin. Draus, Dravus Melæ, Drabus Straboni, Darus Ptolemæo, *Dra*, & Italis *la Drava*, fluvius Norici ingens, qui ex montibus in tractu Salisburgenſi oriens, longo tractu per Noricum, Càrinthiam, & Stiriam intermeans, & per Pannoniam fluens, Danubium ad Teutoburgium ingreditur. De quo Venantius Fortunatus in vita S. Martini lib. 4.

Per Dravm *itur iter, qua ſe caſtella ſupinant.*

¶ Dravus fluvius, *Dravu* incolis, *le Drave* Gallis, fluvius Germaniæ. Oritur ex Alpibus, in confinio Tirolis & Diœceſis Salisburgenſis, juxta vicum *Innichen* dictum; deindè in Carinthia auctus fluviis Geyla, Lavanto & Mura, inter Stiriam & Hungariam fluit; ubi Sàla & allis minoris notæ receptis, in Danubium labitur paulò infrà Eſechium, ad oppidum *Ervvdy*, alias Teutoburgium; diciturque *Trab* ab Hungaris.)

Drauſi, ſeu Thrauſi, populi Thraciæ: quos Herodotus libro 5. filios primum editos vehementer flere, tanquam varias calamitates perpeſſuros; morientes verò, tanquam his malis liberatos, cum gaudio ſepelire, refert. *Herod.*

Drentia, *Drent*, regiuncula Belgii, in parte ſeptentrionali Tranſiſalaniæ provinciæ, ſubeſt dominio Hollandorum, inter Friſiam occidentalem & inferiorem partem Diœceſis Monaſterienſis, ubi concordia, urbs in limite Germaniæ.

Drepanæ, inſulæ duæ parvæ Maris Ægæi, apud Lebinthum inſulam. *Steph.*

Drepanum, *Trapani*, urbs Siciliæ maritima, cum portu in ora ad Boream & occaſum, à Lilybæo 18. mill. paſſ. in Bor Panormum versùs 77. Eryci monti & urbi pròxima ad 2. mill. paſſ. Ortelius loco urbis prom. nominat. Coralium ibi optimum piſcantur. Populi Drepanitani. Ejus meminit Virgilius lib. 3. Æneidos: *Ptol.*

Hic Drepani *me portus, & illatabilis ora*
Accipit.

Sic à curvitate in modum falcis dicta, ut Ovidius lib. 4. faſt.

Quinque locus curve nomina falcis habet.

¶ Drepanum urbs eſt Siciliæ, in valle Mazarana, ad radices montis S. Juliani, permunita, cum arce valida, la *Columbara* dicta, & portu capaciſſimo, cum alias fuerit in monte Eryce, ubi nunc viſuntur rudera dicta *Trapano del monte o vecchio*. 12. milliaribus diſtat à Lilybœo promontorio, & 60. a Panormo in auſtrum, uti & 22. a Mazara in Boream.

Drepanum, urbs altera in Bithynia, ad ſinum Aſtacenum, poſtea Helenopolis in honorem Helenæ Conſtantini magni matris appellata, epiſc. ſub Archiepiſcopo Nicomedienſi, media ferè inter Nicomediam ad Bor, & Nicæam ad meridem. *Amm. Nicep.*

Drepanum, promontorium tergeminum. Vnum in Cyrenaica regione, in illius & Africæ confinio, ad Syrtim magnam, apud Automalam oppidum, *Punta Sabia* teſte Marmolio. Alterum Cretæ in ora Boreali, inter Sydonem & ſinum Amphimalim. *Capo Melechia* Molet. & aliis, apud Apteram urbem. Reliquum in ora Cypri occidua, apud Paphum urbem, *Capo* di Baffo. *Ptol.*

Dreſpa, Darapla Straboni, Panda Plinio, urbs Sogdianæ regia quæ nunc *Mergian* dici traditur, teſte Caſtaldo. *Ptol.*

Dreſda, *Dreſen*, vel Dreſden, urbs Germaniæ, Miſniæ primaria, & ſedes Principis, apud Albim fluvium, inter Pragam ad meridiem 16. & Vitembergam ad Boream 13. leucis. De Dreſda ſic in libro 5. Itinetarii: *Scrip. Germ.*

Progredimur tandem Dreſdam, *poſt otia longa,*
Pons ubi cum pulchra ſaxeus arce jacet.

¶ Dreſda, *Dreſden* incolis, *Dreſde* Gallis, & *Dreſda* Italis, urbs eſt Germaniæ, Miſniæ provinciæ caput, ad Albim fluvium, à quo in duas partes ſecatur, & ſedes Ducis Electoris Saxoniæ. Arcem habet munitiſſimam, & armamentarium amplum, 3. leucis ſupra Miſnam in ortum, & 5. à confinio Bohemiæ.

Drillæ, populi Cappadociæ, in ora maris Euxini, inter Trapezuntios & Colchos, Macronibus finitimi, teſte Arriano in Periplo. Sed apud Xenophontem, inter Ceraſuntem & Trapezuntem urbes. *Xenoph.*

* Drilo, *Lodrino*, teſte Sophiano, *Drinax* Nigro, aliis *Drino*, aliis *la Bojana*, fluvius Macedoniam ab Illyrico dividens, ex Scardo monte fluens, Dardanos attingens, ac in mare Hadriaticum apud Liſſum urbem immittens, nec longè à Scodra urbe decurrens. In Theſauro Linguæ Latinæ Dalmatiæ attribuitur. (Seldeni manuſcr. Δρύλον.) *Strab. Plin. Ptol.*

¶ Drilo, ſluvius Illyrici, nunc *Drino*. Duo ſunt Drilones, alter qui ex Scardo monte ortus, Albus dicitur; *Drino Bianco*; alter verò qui ex Lichnide palude Niger dicitur, *Drino Nero*: qui ſimul coeuntes, antequàm ad mare perveniant, iterùm ſe dividentes inſulam efficiunt, & duobus oſtiis propè Liſſum urbem,

A'eſ-

Aleſſio, in mare Adriaticum exeunt, Joanne Lucio & aliis teſtibus. Hinc ſinus Illyricus dictus fuit ſinus Drilonis à modernis, le *Golphe du Drin* à Gallis *Golfo dello Drino* ab Italis, quanquam aliqui imperiti dixerint illum *Golfo di Lodrino*, & ineptius finxerint ibi Lodrinum urbem, *Lodrino*, in eodem loco ubi Liſſus urbs.)

Drinopolis, *Drinovvar*, urbs Myſiæ ſuperioris, in Servia, epiſc. olim, nunc metropolis, ad Drinum fluvium.

Drinopolis, ſeu ad Drinum, quæ fortè & Sidrona *Drinavvar*, urbs alias Illyrici, nunc Serviæ regionis; ad Drinum fluvium, & in confinio Baſniæ. 20. milliaribus diſtat a Savo fluvio in auſtrum, & 26. a Sarajo in ortum; ſubeſtque dominio Turcarum.)

Drinus, Dirinius Plinio & Vib. Sequeſ. fluvius geminus, ut videtur: unus Macedoniæ, (idem Driloni, ut aliquibus placet) ex Lychnido lacu emanans, & oblique fluens, in mare ad Liſſum urbem labens, *Boliana* Dalmatis dictus, teſte Nigro. Alter ex monte Scardo inter Illyricum & Myſiam ſuperiorem in Saum fluvium delatus, *Drino*, *la Drina*, *&* *Caradrina* appellatus.

¶ Drinus, fluvius Illyrici, *Drino*, ex Scardo monte ortus, & auctus aliquot fluminibus, Drinopolim rigat, & Boſnam a Servia diſterminat, & deinde in Savum fluvium ſe exonerat 15. leucis Germanicis ſupra Taurunum.)

¶ Drinus, ſeu Drinaius, *kiri* ab accolis dictus, potiùs rivulus, quàm fluvius fluit, ex orientali parte civitatis Scodræ; eſtque Clauſula Livii, teſte Joanne Lucio; quamvis Coriolanus Cippicus & Marianus Barletius ibi Drilonem olim fluxiſſe & Alveum mutaſſe ſcribant.)

Driſta, urbs Myſiæ inferioris, in Bulgaria. Vide Tiriſtia.

¶ Drivaſtum, ſeu Trivaſtum, *Drivaſto*, urbs Albaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antibarenſi. Subjacet Turcis, & paucis conſtat incolis, juxta Labeatis paludem, 15. milliaribus a Scodra.)

Drocum, *Dreux*, quaſi Druides, oppidum amplum Galliæ Celticæ, in finibus Carnutum, a Carnutenſi urbe 7. leucis in Boream, ad Auram fluvium a Pariſiis 16. Comitatus. Vide Druides.

¶ Drocum, *Dreux*, urbs eſt Galliæ in Belſia provincia & in Carnotenſi tractu, ad amnem *Blaiſe*, qui paulò infrà cadit in Eburam. Caſtrum habet in colle antea munitum, nunc ſemidirutum. Ibi alias Druide, & Druides, & quibuſdam etiam Durocaſſes.)

¶ Drogheda, *Droghdagh*, ſeu *&* *Tredagh* quibuſdam, urbs Hiberniæ, in Ultonia provincia & Lugenſi Comitatu, ad Buvindam fluvium, versùs eius oſtia, vix vno aut altero milliari à mari Hibernico, cum portu ſatis capaci.)

Dromoria, *Dromore*, urbs Hiberniæ in Vultonia regione, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Armachano.

¶ Dromoria urbs eſt Vltoniæ in Comitatu Dunenſi, ad fluvium Laganum, 29. milliaribus ab Armaco in ortum, & 18. ab Antrimo in auſtrum.

Dromos Achillis, inſula maris Euxini, ſive potiùs peninſula Sarmatiæ, apud oſtia Boriſthenis fluvii, inter illa & ſinum Carcinitem, ad 80. mill. paſſ. in longum extenſum, ab Achillea inſ. 25. mill. paſſ. *Fidoniſi* Nigro, Caſtaldo & aliis.

Droſica. Vide Doriſcum.

Druentius, Druentia Livio, Plinio, & aliis, *Durance*, & *Durenza* Italis, fluv. rapidus Galliæ Narbonenſis, ex Alpibus ex adverſo Padi oriens, ac per Delphinatum & Provinciam in Rhodanum labens. De quo Sil. lib. 3.

Turbidus hic truncis, ſaxiſque Drventia lætum,
Ductoris vaſtavit iter.

¶ Druentius fluvius, ſeu, et meliùs, Druentia la *Durance*, fluvius rapidiſſimus Galliæ. Oritur in Delphinatu, ubi Ebrodunum rigat, & versùs Vapincum labitur; deinde per Provinciam fluens, & rigatis Siſterone, Manoſca, Cabellione, et auctus aliquot aliis fluminibus, in Rhodanum ſe exonerat una leuca infra Avenionem in auſtrum. Sed propter rapiditatem non eſt navigabilis, & pontibus caret.

d. Druides, qui & Druidæ Strab. populi Galliæ Celticæ in finibus Carnutum, quorum oppid. *Dreux*, ad Anduram fluv. à Carnutibus 6. mill. Gallicis in Bor. à Pariſiis 16. anno poſt diluvium 410. conditum. De quibus Luc. lib. 1.

Sacrorum Druidæ poſitis repetiſtis ab armis.

Fuere etiam Druides in Mona inſula Britaniæ. Hi apud Gallos & Britannos, magi & ſacerdotes. De quibus Cicero lib. 1. de natura Deorum, & Cæſ. in Commentar. 6. de bello Gallico.

¶ Druides, ſeu Druidæ, populi Galliæ & pars Carnutum, ubi nunc Comitatus Drocenſis, in Belſia, *le Comtè de Dreux*: quorum oppidum primarium Drocum, ad amnem *Blaiſe*, 7. leucis a Carnuto. Fuere etiam Magi ſeu Sacerdotes, & ſæpiſsime ſacrificia habebant in roboribus ſacris, ubi nunc vicus *Rouvres* dictus ſeu de Roboribus, ad Vegram amnem, dimidia leuca ab Ebura fluvio, & 3. leucis a Droco in Boream, 14. autem à Lutetia in occaſum.)

Druna, *Drone*, vel *Droſne*, teſte Iulio Scaligero, fluv. *Steph.*
Galliæ Narbonenſis, ex Alpibus per Delphinatum fluens & in Rhodanum apud Valentiam urbem exceptus, ab ea 3. leucis. Auſon in Moſellan.

Te Druna, te ſparſis incerta Druentia ripis.

Vbi Drumma aliqui legunt.

¶ Druna, ſeu, & melius, Druma, *lo Drome*, fluv. eſt Galliæ, in provincia Delphinatus. Oritur longè ab Alpibus, & 7. leucis à Vapinco in occaſum; rigatiſque Dia *&* Creſtidio urbibus, in Rhodanum fluvium cadit 3. leucis infra Valentiam in auſtrum.

Druſi Monumentum, *Eychelſtin*, moles teſtacea, in ſuburbio Moguntiæ urbis, ad Rhenum, in Germania ſuperiori. *Ptol.*

Druſiana foſſa, pars Rheni poſt ejus ſciſſionem in Germaniæ inferiori dextra, *Yſel* nunc dicta, incipiens apud arcem Druſianam, vulgò *Doesburg*. *Ptol.*

Druſipara, Driſipara Antonino urbs Thraciæ epiſcopalis ſub Archiepiſ. Hadrianopolitano, inter Bergulas, & Perinthum ad ortum, inde 16. hinc 34. mill. paſſ. *Miſini* hodie, teſte Sophiano.

Druſomagus, *Memmingen* ex antiqua inſcript. (licèt Irenicus *kempten* eſſe velit) urbs Germ. in Svetia, libera, inter Auguſtam & Lindavium 8. leuc. Lazius etiam *Augsburg* interpretatur. Sed vetus inſcriptio argumentum magis certum. Hic optima conficitur charta. In Theſ. Linguæ Latinæ *kempten* (quod Campidona eſt) indigitatur: quod minus probatur. *Ptol.*

Dryas, fluvius Theſſaliæ, apud Anticyram inſulam in mare influens & apud Sperchium fluvium 20. ſtad. tantum diſtans. *Germ.*

Drymæa, oppidum Phocidis Daulidi finitimum, cujus regio etiam Drymea à Plinio nominatur. *Xenop.*

¶ Drymæa, oppidulum Achajæ, in Phocide mediterranea, in tumulo versùs montes, 20. milliaribus à Daulide in Boream, & 6. a Cephiſſo fluvio. Sed quid ſit nunc, ignorant ipſi indigenæ.

* Drymuſſa, inſula parva Joniæ Clazomenis urbi objecta, & vicina. *Plin.* *Ptol.*

Drynopòlis, *Drinovvar*, urbs epiſcopalis Myſiæ. Vide Drinopolis.

Dryope, oppidum Peloponneſi, in Agria, apud Hermionem, quod hac tempeſtate minimè extat.

Dryopes, populi Epiri, teſte Plinio, quorum regio *Aldradina*, teſte Pineto, dicitur; ſeu Phocidis juxta Parnaſſum montem, teſte Apollonio; & in Theſſalia juxta Oeten montem, teſte Strabone Virg. lib. 4. Æneidos:

Cretesſque, Dryopeſque fremunt, pictique Agathryſi.

Dryopis, regio Tetrapolis dicta.

Drys, locus in ſuburbio Chalcedonis urbis, *Rufinianæ*. Teſte Cedreno, dictus.

Dryuſa, inſula. Vide Samos.

Duacum, *Dovay*, urbs permunita Belgii, in Flandriæ Comitatu, ad fluvium Scarpam. Habet academiam anno 1562. inſtitutam. Capta fuit à Ludovico XIV. Francorum Rege anno 1667. & ipſi etiamnum paret pace ad Aquiſgranum confecta. 5. leucis diſtat a Cameraco & totidem a Lendio.

Duæ Columnæ, *Gambulo* vel *Gambalo*, teſte Gaud Merula, opp. haud oſcurum Inſubriæ in agro Ticinenſi, apud Viglebanum urbem, ab ea 3. mill. paſſ. Laumellum versùs diſtans: quod & Gambolatum Latino recenti dicitur. *Amm.*

Dubis, Alduaſdubis Cæſari, & Alduabis, (variè enim legitur) *le Doux*, fluvius Galliæ Belgicæ, ex Jura monte per Sequanos, hoc eſt per Comit. Burgundiæ in occaſum in Ararim fluv. fluens. Ortelius malè fluvium Galliæ Narbonenſis illum ſcribit. *Ptol.*

¶ Du-

¶ Dubis *le Doux*, fluv. aliàs Galliæ Lugdunenſis, nunc in Comitatu Burgundiæ. Oritur in limite Helvetiorum ex Jura monte; Deinde rigatis Veſuntione & Dola, in Ararim ſe exonerat prope Virdunum oppidum.

¶ Dublinienſis comitatus, *Countye Dublin*, provincia Hiberniæ in Lagenia ragione, juxta oram littoralem maris Hibernici. Ejus primaria urbs Dublinum, *Dublin*, in ora, totius inſulæ caput.

Dublinum *Dublin*, urbs Hiberniæ archiep. Laginiæ primaria, & caput accademia, ab Eugenio III. Pontifice Maximo metrop. effecta. Vide Eblana.

Auſon. ¶ Dublinum, *Doblin*, urbs Curlandiæ ſeu Semigalliæ Ducatus; in Polonia & in confinio Samogitiæ. Dicitur etiam *Dobelen*; diſtatque 6. leucis Germanicis à Mittavia in Africum.

Drubris, *Dover*, oppidum & portus Albionis in ora Cantii, è regione Icii portus, urbis Gallicæ, à Cantuaria Angliæ metropoli 12. mill. diſtans. Vide Darvernum. *Ant.*

Ducæ, populi Mauritaniæ Cæſarienſis, circa ortum Ampſagæ fluminis incolentes.

Ptol. ¶ Ducaledonii populi fuere Britanniæ magnæ, ubi nunc pars Scotiæ, versùs Tavum. Vide Caledony.

¶ Ducaledonius Oceanus. Vide Duecalidonius & Deucaledonus.

Duccala, *Duccala*, provincia regni Marroci, in ora littorali Oceani Atlantici, inter oſtia Ommirabihi & Tenſiſti fluvii, versùs Caput Cantinum. Ejus urbes præcipuæ ſunt Azafia & Azamurium.

Ducona in Theſ. Linguæ Latinæ ex Ptolemæo legitur: Sed apud Ptol. Doveona ſcribitur. Vide ibi.

¶ Duderſtadium, *Duderſtadt*, oppidum Germaniæ, ad amnem VVipper, caput regiunculæ Eiſchfeldiæ, inter Thuringiam et Ducatum Brunſvicenſem, ſub dominio Electoris Moguntini.

Plin. Dudini, populi Illyrici, quorum oppid. *Nadin* Pineto videtur, in Liburnia: Sed hoc Nedinum eſt Ptolemæi, apud Ouporum.

Ptol. * Duecaledonius Oceanus, et Duecaledonium mare, (vide Deucaledonium) mare quod Scotiam alluit. (* man Seldeni Δηκα λνηΔονες.)

¶ Duellium, *Hohentvviel*, arx Germaniæ probè munita, in monte arduo poſita, in Svevia provincia, in ditione Ducis VVirtembergenſis, pluries obſeſſa ab Auſtriacis hiſce ultimis temporibus, irrito tamen conatu.

Dueona. Vide Dovena.

Duglaſium, *Duglas*, Gallis *Douglas*; caſtrum Scotiæ, in Lothiana provincia, in confinio Marchiæ, & versùs oram littoralem maris Germanici.

¶ Duglaſſium, *Douglas*, caſtrum Monædæ inſulæ Angliæ, in mari Hibernico, in parte orientali inſulæ, versùs Cumbriam.

¶ Duina, *Duna*, fluvius Poloniæ; dictus aliter *Dzvina*. Oritur in Moſcovia regione, prope Volgam lacum; deinde per Lithuaniam labitur: ubi auctus aliis fluviis, Witebſciam & Polotzam urbes rigat, poſtea Duneburgum alluit in Livonia, & Rigam urbem regionis primariam, infra quam in mare Balticum & ſinum Rigenſem ſe exonerat ad arcem Dunemundam. A quibuſdam creditur Rubo fluvius Antiquorum.

¶ Duina, DWina, provincia Moſcoviæ, ſeptentrionalis; versùs oſtia fluvii Duinæ, ubi urbs præcipua Arcangelopolis, emporium celebre, prope mare Album.

¶ Duina fluvius, D*Wina*, ex præcipuis Moſcoviæ regionis. Oritur in Wologda provincia & ſupra urbem Wologdam, quam rigat: & poſt longum curſum auctus plurimis fluminibus, duplici oſtio in mare Album ſe exonerat paulò infra Arcangelopolim.

Auſo. Dujona, fons urbis Burdigalenſis, in Aquitania. Cujus meminit Auſonius de claris urbibus:

Dujona Celtarum lingua fons addite Divis.

Vide Divona; variè enim legitur, Miror quoſdam Duionam *Cahors* urbem, id eſt, Cadurcum, interpretari.

¶ Duisburgum, *Duiſbourg*, urbs Germaniæ, in Ducatu Clivenſi, ad Roeram fluvium, qui paulò infra cadit in Rhenum, antea libera & Imperialis, nunc ſub dominio Electoris Brandeburgici. 4. leucis diſtat a Veſalia in auſtrum, & totidem a Duſeldorpio in Boream.

¶ Dulcinium, *Dolcigno*, urbs Illyrici, in ora maris Adriatici, ſub dominio Turcarum. Vide Olcinium.

¶ Dulendium, *Doulens* urbs Galliæ, in Picardia provincia, & in limite Arteſiæ, ad Altiliam fluvium, probè munita, 6. leucis ab Ambiano in Boream, & 7. ab Atrebato in occaſum diſtat. *Ptol.*

Dulgibini, Dulgumnii Ptol. populi Gormaniæ, quorum urbs *Gottingen* eſſe videtur Althamero in Haſſiæ & Saxoniæ confinio, à Caſella 5. leucis Brunopolim versùs. *Tacit.*

¶ Dulgibini, populi Germaniæ, inter Viadrum & Amaſiam fluvi erant, ubi uunc Comit. Oldenburgenſis, Hoyenſis, Lingenſis, & pars Diœceſ. Monaſterienſis & Mindenſis, in Weſtphalia, teſte Cluverio.

Dulichium, inſula maris Jonii, una Echinadum, contra oſtia Acheloi fluvii, ab eis 15. ſtadiis, ab Araxo verò Peloponneſi prom. 100. Ithacæ propior. Hinc Dulichius nomen gentis. Virg. eclog. 6. *Strab.* *Plin.*

Dulichias vexaſſe rates, & gurgite in alto.

Et Ovidius lib. 1. triſt. eleg. 4.

Nec mihi Dulichium *domus eſt, Ithaceve Sameve.*

Hic Ulyſſes habitaſſe, vel imperaſſe fertur: unde Dulichius cognominatus. *Plin.*

Dulopolis hoc eſt, urbs Servorum, quæ & Acanthus, teſte Plinio, opp. Cariæ, in ora, contra Rhodum inſulam; quodam exſtet hoc tempore incertum. Vrbs item ad Indum fluvium, nomine Acanthus. Pior non Lydiæ, ut in Theſ. Linguæ Latinæ, ſed Cariæ, urbs eſt.

Dumbarum (quaſi caſtrum Baræ; ſeu Varæ, quæ æſtuarium eſt) oppid. Albionis, ſeu Britanniæ 2. ideſt, Scotiæ, in ora orientali, ad oſtia Loxæ fluvii, inter Bervicium ad meridiem, & Andreapolim ad Boream ſupra 12. mil. ab Edimburgo 20. in ortum. Vide Bara, & Vara. *Scrip.*

¶ Dumbarum, *Dunbar*, caſtrum eſt Scotiæ, in Lothiana provincia, in ora maris Germanici, ubi Scoti grandi clade affecti ab Anglis anno 1650. die 23. Septembris.

Dumblanum, *Dunblain*, urbs Scotiæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Andreapolitano, inde 25. mill. in occaſum, Glaſquum versùs 15. *Ptol.*

¶ Dumblanum, *Dumblain*, urbs Scotiæ meridionalis, in Taighia provincia, *Menteith*, ad Taichum fluvium, qui paulò infrà in Fortham cadit. 20. milliaribus diſtat ab Edimburgo in occaſum.

Dumium pagus erat cum cœnobio, apud Bracaram urbem archiep. Hiſpaniæ (cujus Abbas etiam Epiſcopus erat in Tegis curia, teſte Morali,) à D. Martino Epiſc. an. ſal. 565. condito: qui epiſcop. Bracarenſi unitus eſt. *Ptol.*

¶ Dummera, *Dummer Zee*, lacus Germaniæ, in Weſtphalia provincia. 4. ditiones attingit, nempe Monaſterienſem, Oſnabrucenſem, Mindenſem, & Diepholtenſem, quæ ſubſunt dominio Ducum Brunſvicenſium. Hic lacus oppidum Diepholtiam rigat, & per ipſum labitur Hunta fluvius.

Dumna, *Hoy*, inſula Scotiæ adjacens, contra Orcada promont. Norvegiam versùs. (Camdeno potiùs *Fair Isle*, videtur, ubi oppidum *Dumo*.)

¶ Dumna inſula Scotiæ Boreali ferè adjacens, nunc *Hoy*, una Orcadum, juxra Picticum Fretum, & ad auſtrum Pomoniæ inſulæ, quidquid garriant alii in contrarium.

Dumniſſus, *Domniſſan*, locus Auſtraſiæ, ſive in Lotharingia, apud Moſellam, ab Auſonio in ſua Moſellana memoratus.

Prætereo ardentem ſitientibus undique terras
Dumniſſum.

¶ Dumniſſus eſt *Denſen*, vicus infra oppidum *Kirchperg*. 7. mill. paſſ. ſupra arcem Dumnum, in ditione Palatini Rheni, in Boream, & paulò ampliùs à Moſella in ortum, in confinio ditionis Trevirenſis, teſte Cluverio.

Dumnitonus, locus Aquitaniæ, apud Garumnam fluvium & Blaviam oppidum, teſte Vineto, qui *Domniſſan* nominari ſcribit; ſed Scaligero eſt circa Caput Bojatum in Medulis.

Dumnonii, populi Albionis, in regno Angliæ ad occ. Vide Damnonii, qui tamen diverſi ſunt: Dumnonii enim occidentaliſſimi ſunt, quorum regio eſt Cornubia, & urbes Iſca, Voliba, Vxela, Tamara.

¶ Dumnonii, populi Albionis. Vide Damnonii.

¶ Dumnotirum, *Dumnotyr*, caſtrum permunitum Scotiæ Borealis, in Marnia provincia, & in ora Oceani Germanici, 10. milliaribus Scoticis infra Aberdoniam in auſtrum, & 15. à Brechinia in ortum.

¶ Dumnus, *Thaun*, arx Germaniæ, ad Navæ Simeræque confluentes, in Palatinatu Rheni. Diſtat 16. mill. paſſ. a Bingio in occaſum, teſte Cluverio.

Dunax, mons Thraciæ, pars Rhodopes excellior: quæ Livio Donuca appellatur.

¶ Dunbritonium, *Dunbriton*, caſtrum permunitum Scotiæ, quod & *Dunbarte* dicitur, in Levinia provincia, ad confluentes Levinii & Glottæ. 7. milliaribus diſtat à Glaſco in occaſum, & paulò amplius à Glottæ æſtuario.

Duncheldinum, *DunKeldon*, quaſi caſtrum Caledonium, urbs Scotiæ epiſc. ſub Archiepiſc. Andreapolitano, inde 22. mill. plùs minùs diſtans, ad Taum fluvium, Pertho ſinitima, ad 6. mill. diſtans. Vide Caledonia.

¶ Duneburgum, *Dunenbourg*, arx permunita Livoniæ, ad Duinam fluvium, anteà ſub Polonis. Sed capta hiſce poſterioribus annis a Svecis, ipſis etiamnum ſubeſt. Sedet in limite Semigalliæ, vix 6. leucis Polonicis à confinio Lithuaniæ in Boream.

Dunelmum, *Durham*, & *Dureſine*, urbs Albionis epiſcopalis ſub Archiepiſc. Eboracenſi, inde ad 50. mill. in Boream Bervicium versùs, opp. in ora Scotiæ, & Neocaſtrum urbem Northumbriæ regionis caput, apud oram, à Ceſtria opp. ubi priùs erat ſedes Epiſcopi Lindisfarnenſis ex Bebba, ſive Dunſtaburgo, (olim Northumbriæ regia, & primaria Lindisfarnæ inſulæ) eò, & tandem Dunelmum translata, 6. mill. diſtans.

¶ Dunelmum, *Durham*, urbs Angliæ ſeptentrionalis, ad Vedriam fluvium. 6. milliaribus Anglicis diſtat ab Oceano Germanico in occaſum, & 10. à Neocaſtro in auſtrum; & ab ea regio adjacens dicitur Episcopatus Dunelmenſis, *The BishopricK of Durham* ab incolis. Propè Dunelmum acerrimè pugnatum fuit inter Anglos & Scotos, ubi David Scotiæ Rex captus fuit à Philippa conjuge Eduardi III. die 20. Octobris anno 1346.

¶ Dunemunda, *Dunemund*, arx permunita, in Livonia ad oſtia fluvii Duinæ, 2. lapide à Rigo, iuxta ſinum Rigenſem, ſub dominio Svecorum.

¶ Dunenſis Comitatus, *Dovvne contie*, provincia Ultoniæ, in Hibernia, versùs oram orientalem, & ex adverſo Scotiæ, ubi urbs primaria Dunum.

¶ Dunfreja, *Dunfreis*, urbs Scotiæ meridionalis in Nithia provincia, ad fluvium Niddam, vix 3. milliaribus Anglicis ab ora Oceani Hibernici & æſtuarii Itunæ.

Dunga *Dabul*, ut Caſtaldo videtur, urbs Indiæ citerioris, in ora littorea, à *Chaul* 25. leucis Goam versùs, ſub Luſitanis.

¶ Dunga, urbs Indiæ citerioris, juxta Barigazenum ſinum, eſt *Goga*, urbecula regni Guzaratæ, in ditione Magni Mogolis, ut colligitur ex ſitu; & 60. leucis Hiſpanicis diſtat à Dabulo in Boream.

¶ Dungalia, *Dunghall*, urbs Hiberniæ, in Ultonia, in ora littorali provinciæ versùs occaſum, cum portu percapaci. Ab ea regio adiacens dicitur *Countie Dunghall or Tyrconele*, Comitatus Dungalenſis, ſeu Tyrconenſis.

¶ Dungarvanum, *Dungarvan*, oppidum Hiberniæ permunitum, cum portu, in Vaterfordienſi Comitatu Lageniæ in ora littorali, 18. mill. paſſ. à Vaterfodia in occaſum.

Dunium, *Dorcheſter*, urbs Albionis, in Anglia, in finibus Durotrigum, apud oram auſtralem, inter Wintoniam ad ortum, & Iſcam ſive Exoniam ad occaſum ad 36. mill. diſſita. Guil. Camdenus Durnium legendum monet, cùm codex Ptolemæi Græcus Dunium habeat. Videtur Durnovaria dici apud Antoninum aliquibus; ſed eſt altera Dorceſtria apud Oxonium.

¶ Dunium, ſeu Durnium, urbs Durotrigum, nunc *Dorcheſter*, urbs Angliæ, in Dorſetiæ Comitatu. Dicitur etiam Durnovaria, Sanſone teſte.

¶ Dunkeranum, *Dundalk* urbs Hiberniæ, in Ultonia regione & in Lugenſi Comitatu, cum portu capaci in ora maris Hibernici, ubi recipit Reſſanum amnem.

¶ Dunovertium *Dunoverti*, caſtrum probè munitum Scotiæ meridionalis, in Cantieræ peninſulæ auſtrali receſſu quod ab indigenis *Dounovarty* dicitur, ex adverſo Hiberniæ, à qua tantùm 14. milliaribus diſtat in Cæciam.

¶ Dunquerca *DuinkerKe* incolis, *Dunquerque* Gallis, *Doncherca* Italis, urbs permunita Belgii, in Comitatu Flandriæ, cùm portu capaci in ora littorali Oceani Germanici, 6. leucis à Caleto, & 3. à Gravelina in ortum, 5. à Novoportu, & 12. à Brugis in occaſum. Bis capta à Gallis, ipſis etiamnum ſubeſt à paucis annis. Ibi Hiſpani, Duce *Joanne* Auſtriaco, ingenti prælio victi & fuſi à Gallis anno 1658. Duce Turenio. Arcem habet capacem.

Pars Prima

¶ Dunrodunum, *Dornok*, urbs Scotiæ ſeptentrionalis in Suterlandia provincia, in ora orientali Oceani Scotici, ubi æſtuarium *Fyrth of Dornok* dictum. 8. milliabus diſtat à Cromartio in Boream; gaudetque portu capaci, & eſt epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sanctandreano.

¶ Dunſtaburgum, ſeu Bebba, *Dunſtaburg*, caſtrum Angliæ ſeptentrionalis, in ora Oceani Germanici, in Northumbria provincia, 18. milliaribus Anglicis à Bervico in auſtrum, & 22. à Novocaſtro in arctos.

Dunum, *Dovvn*, teſte Camdeno, urbs Hiberniæ epiſcopalis, ſub Armachano Archiep. inde non valdè ad oram orientalem recedens, à Connertho 15. mill. in Ultonia regione, Joannis Scoti viri doctiſſimi Ordinis Minorum patria. Hic corpora SS. Patritii Epiſcopi, Columbæ Abbatis, & Brigitæ Virginis condita ſunt: qua de re diſtichon erat hujuſcemodi. *Ptol.*

Hi tres in Duno tumulo tumulantur in uno,
Brigita, Patricius, atque Columba pius.

Dunum, *Chaſteaudun*, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Carnutum, non obſcurum, inter Carnutes ad ortum 15. & Vindocinum ad occaſum 11. leucis. *G. Turon.*

Dunum, *the creek at Dunesbay*, teſte Camdeno, ſinus Albionis, in ora Angliæ, Comitatus Northumbriæ ad ortum, apud oſtium Vedræ fluvii, à Dunelmo 10. mill. diſtans, (* Camdeno eſt in Comitatu Eboracenſi. juxta *Whitby* & viculum *Dunesley*.) *Ptol.*

¶ Dunum ſinus parvus eſt admodum in Eboracenſi provincia, ad oſtia fluvii *Tees*, prope caſtrum *Whitbye* & viculum *Dunsley* dictum, versùs confinia Diæceſis Dunelmenſis.

Duodeciacum, *Douze*, oppid. Auſtraſiæ in Alſatiæ confinio, (vide Decempagi) *Dieuze* etiam incolis, ad Selnam fluv. & Lindrum lacum. *Froar.*

¶ Duodeciacum, *Dieuze*, oppidum Lotharingiæ, aliàs munitum. Diſtat 7. leucis à confinio Alſatiæ in occaſum. Quibusdam Duodeciacum ſeu ad Duodecimum eſt oppidulum Lotharingiæ, *Delme* dictum, medium inter Decempagos & Mediomatrices. Aliis eſt Duziacum; *Douz*, vicus Galliæ, prope Sedanum, in Campania.

Duplavonenſes, ſeu Duplavenenſes, Duplaulis Rhegin. Duplabilis Paulo Diacono, locus nativus ipſius Venantii Fortunati, in Venetia, apud Cenetam urbem. *Ptol.*

Dur, *Ledung*, fluv. Hiberniæ, in ora occidua, apud Traylium oppidum fluens, (Anonymum eſſe ait Camdenus.) *Ptol.*

Duraba, *Der*, teſte Moletio, urbs Babyloniæ regionis, ad Euphratem fluvium, cis Babylonem. *Strab.*

Duracii, & Duracium, *Deraz*, arx Aquitaniæ, apud Burdigalam urbem, inde 2. leucis. *Herod.*

¶ Duracii, ſeu Duracium aliis, eſt *Duras*, caſtrum Galliæ, in Aquitania & Agennenſi provincia, cis Garumnam, ad Drotium amnem, Ducali dignitate nuper inſignitum.

¶ Duracium, *Thoars*, urbs Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad amnem *Tove*, Ducatus titulo inſignitum, cum recenti caſtro ſuperbiſſimo Tremolliæ Ducis. 6. leucis diſtat à Salmurio in auſtrum Rupellam versùs, in confinio Andegavenſis provinciæ.

¶ Durangum, *Durango*, oppidum Hiſpaniæ, in Biſcaja ſatis cultum, 4. leucis à Bilbao in ortum Placentiam versùs à quà 6. leucis diſtat, uti & 3. ab ora Oceani Aquitanici.

¶ Durangum, *Durango*, urbs Americæ ſeptentrionalis in nova Biſcaja provincia novæ Hiſpaniæ versùs Zacatecas, ad radices montium; & nuper epiſcopali dignitate donata fuit, ſub Archiepiſcopo Mexicano.

Duranus, & Duranius, ut alii codices habent, Dordonia Aimonio, *la Dordogne*, fluv. Galliæ Aquitanicæ, ex montibus Arvernorum, ac ex Dor & Donia fontibus ſcatens, ac in Garumnam fluvium apud Liburnam oppidum influens. De quo Auſonius in edyllio 10. *Prov. Rom.*

Concedes gelido Durani de monte volutus
Amnis.

¶ Duranius, *la Dordogne*, fluvius, fontes habet in Alvernia provincia. Uni nomen eſt *Dor*, alteri *Dogne*, uterque in monte Dorio, *Mont d' or*: Excipit verò Durantus poſt leucas aliquot ex eadem Alvernia amnem *Serre*,

O qui

qui rigat Orilliacum ; indè Lemovices ingreditur & Petrocorios, ubi recipit Vezeram & Coſerim , rigatque Martellum , Limolium, & Bergeracum , deinde Liburniam oppidum & Franciacum, inter quæ recipit Illam fluvium, & prope Burgum ad mare in Guienna propria in Garumnam fluvium labitur è regione roſtri Amborum , *bec*, *d'Ambez*, & cùm ipſa Girundam æſtuarium efficit uſque ad ejus oſtia in Oceanum Aquitanicum , ubi Corduenna turris, aliàs Andros inſula.

Steph. Duras , *Draun* , fluvius Norici , ex lacu in tractu Salisburgenſi effluens , ac per Auſtriam in Boream fluens , in Danubium inter Lentiam & Aniſum urbes labens.

Mei. Durbeta, *Dedu*, ut aliquibus videtur, oppidum Meſopotamiæ, apud Tigrim fluvium , ab Amida urbe ad 30. mill. paſſ. in ortum diſtans. Aliis *Moſul* urbs . Sed hæc pleriſque Seleucia magna putatur.

¶ Durdanum, *Dourdan*, oppidum Galliæ, in Inſula Franciæ , & in Hurepoeſio tractu , ad amnem *Orge*. 13. leucis diſtat à Lutetia Aurelias versùs , & vix 3. à Stampis in occaſum.

¶ Duremum, *Duren*, oppidum Germaniæ , in Ducatu Juliacenſi , ad Roeram amnem , celebre obſidione Caroli V. Vix 2. leucis diſtat à Juliaco in meridiem; olimque Marcodurum dictum fuit , ut Brietius opinatur.

¶ Dureſtallum, *Duretail*, oppidum Galliæ , in provincia Andegavenſi , ad Lædum fluvium , 4. leucis à Flexia in ortum, & 7. ab Andegavo in Cæciam.

Thuc. Duria , Doria Ptol. fluv. Gall. Subalpinæ , in Pedemontana regione , geminus: unus per Salaſſos in Padum fluv. apud Creſcentium opp. influens: alter per Seguſium & Taurinos decurrens , in eundem Padum exiens . Uterque vulgò *Doria* , & *Doira* nominatur; prior ex Graiis , alter ex Cottiis Alpibus profluens.

¶ Duria, ſeu Doria , *Doria* Gallis *la Doire*, fluvius geminus Pedemontii, major,qui,& *Doria Baltea* dicitur, oritur ex Alpibus Penninis, deinde Auguſtam Prætoriam rigat & Eporediam, & paulò infra vicum *Rivarotta* in Padum ſe exonerat inter Clavaſium ad occaſum, & Creſcentinum ad ortum. 3. leucis Gallicis ab utraque. Duria verò minor oritur ex Alpibus Cottiis, deinde Seguſium rigat & Avilianam, & vix dimidio milliari infra Taurinum in Padum fluvium cadit.

Strab. Duria , *Dorſetshire* , regio Albionis , in Angliæ regno, in * Cornubia, ſic à Durio fluvio dicta . (* latè ſumpta.)

¶ Duria, Angliæ provincia , quid ſit, non conſtat, & *Dorſetshire* dicitur Dorſetia à modernis ſcriptoribus, ab antiquis autem Durotriges , & recedit à Cornubia in ortum.

Plin. Durias , Turia Saluſtio & Vibio Sequeſ. Turium Plinio , teſte Ortelio , qui tamen fallitur , *Guadalaviar* , teſte Cluſio, fluv. Hiſpaniæ Tarraconenſis, per regnum Valentiæ (quam urbem alluit) in ſinum Sucronenſem fluens, Turulis Ptolem. Hìc Ortelius fluv. hunc cum urbe quæ *Guadalajara* nominatur confundit. Tametſi quidam hanc urbem Turiam ex veteri inſcriptione vocent. Vide Caracca.

Ptol. Durii, *Dorno*, pagus Inſubrum, in Agro Ticinenſi, inter Ticinum 12. & Laumellum oppidum 8. mill. paſſ. obvium.

Plin. Durion , ſive Durrum , (non Durio, vt legit Ortelius) *Doyre*, teſte Jo. Poldo , pagus Galliæ Narbonenſis, apud Rhodanum flu. & Valentiam urbem, in Delphinatu, ubi Iſara Rhodano miſcetur. Aliis *Donzere*, caſtrum Epiſcopi Vivarienſis.

¶ Durion , ſeu Durio, Sanſoni & Brietio eſt *Siſteron*, Seguſtero , urbs Galliæ, in Provincia ad Druentiam fluvium. Vide Seguſtero.

Ptol. Durius , Durias alibi Straboni , Doria Ptolemæo, Dorius Appiano Alexan. Duria Claudiano *Duero* , fluvius maximus Hiſpaniæ, in Pelendonibus , apud Numantiam urbem exciſam oriens, per Vaccæos in occaſum , Aſtures à Vettonibus , & Calaicos à Luſitanis disjungens , in Oceanum occident. ad Portum urbem delatus . Cujus decurſus 120. leucarum eſt . De quo Claud. de laud. Serenæ :

Floribus, & roſeis formoſus Duria ripis.

Quod alii de Duria ſeu Turia fluvio Valentiæ accipiunt.

¶ Durius fluvius, *Duero* ab Hiſpanis , *Douro* à Luſitanis dictus , oritur in Caſtella veteri, versùs confinia Aragoniæ , ex monte Idubeda. Urbes alluit Oxomam, Arandam in Caſtella , Septimancas , Taurum , & Senticam in regno Legionis , uti & Mirandam, Lamecam, & Portum, in Luſitania ; & auctus fluviis Piſoraca, Esla, Aguada, & Tormi , cùm aliquot aliis minoris notæ in Oceanum Atlanticum labitur paulò infra Portum urbem.

Durlacum , *Durlach* , urbs Germaniæ , in Marchia Badenſi , inter Badam ad meridiem 5. & Heidelbergam ad Boream 3. leuc. diſtans . Ibi ſedes Marchionum. Ari Æl.

¶ Durlacum , urbs Germaniæ culta , ad radices montis, ubi nobile palatium. Caput eſt Marchionatus Badenſis, familiæ Durlacenſis. 2. leucis diſtat à Rheno fluvio in ortum , 4. à Bada in Boream, totidem à Philippoburgo in auſtrum , uti 5. à Spira , & 8. ab Heidelberga.

Durnomagum , ſive Durnomagus, *Durnmagen*, pagus Germaniæ inferioris , ad Rhenum, apud Sunicos , medius inter Coloniam Agrippinam & Duſſeldorpium , vel Nueſium , ſupra 2. leucis utrinque diſtans.

Durnovaria , & Dornovaria , *Dorcheſter*, urbs Albionis , in Anglia , Oxonio finitima , ab altera Dorceſtria urbe , quæ Dunium Ptolemæo putatur , in Devonia regione longè diverſa, olim epiſc. Vide Dorceſtria.

Durnovaria, *Dorcheſter*, urbs eſt Angliæ, quæ etiam Dunium dicitur , aliàs Durotrigum primaria , nunc Dorſetiæ Comitatus caput , versùs oram littoralem maris Britannici , quæ recenti nomine Dorceſtria dicitur , ad Variam fluvium . Longè autem diſtat à Dorceſtria Oxonienſis Comitatus, quæ nunquam dicta fuit Durnovaria.

Durobris, vel Durobrus. Vide infra Durobrivæ.

Durobrivæ, & Durocobrivæ, ut alibi legitur , vel etiam Durobrovæ , *Heriford* , teſte Camdeno , opp. Albionis, in Anglia , inter Durolipontem 35. & Lindum 56. mill. paſſ. vel , teſte eodem Cand. *Dornford*, quod magis probo . Talboto verò eſt *Stanford*, oppidum ejuſdem tractus. Hic apud ſcriptores hæc loca confunduntur , Durocobrivæ , Durobrivæ , Durobrus & Durobrovæ. Sed Durobrivæ & Durocobrivæ idem ſunt *Dornford* , Durobrovæ *Dorneſter* vel *Caſter* , teſte Lhuydo , apud *Wandlesford* , Durobrus verò, teſte Camdeno , *Rocheſter*, hoc eſt , Roffa Latino recenti , urbs epiſcopalis inter Londinum & Cantuariam , ad 25. mill. diſtans. Licèt Talbotus *Maidſton* eſſe contendat . (* Camdeno Durobrivæ *Dornford* & *Caſter* duo viculi , non procul & *Wandlesford* vel *wansford* , in confinio Comitatus Northamptoniæ & Huntingtoniæ, Durocobrivæ juxta *Flamſtead & Redburn* in Comitatu Hertfordienſi .) Durobrus vero & Durobrovæ, *Rocheſter* , urbs Cantii.

¶ Durobrivæ, ſeu Durocobrivæ Trinobantum, nunc eſt urbs *Hartford* dicta , ad Leam fluvium , & in Comitatu Harfordienſi , 15. milliaribus à Londino in Boream.

¶ Durobrivæ Catyeuchlanorum, oppidum, ad Avonam fluvium . Nunc omnino dirutum jacet . Locus ejus nunc oſtenditur inter vicos *Caſter* , Nortantoniæ Comitatus , & *Cheſterton*. Huntingdonienſis Comitatus, 3. milliaribus à Petriburgo in occaſum, & 12. milliaribus Anglicis à Duroliponte in Boream Lindum versùs.

¶ Durobrus, ſeu Durobrovæ, & Durobrivis, urbs Angliæ meridionalis , nunc *Rocheſter*, Latino recenti Roffa, urbs ampla & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi , in Cantio provincia , ad Medvveagum fluvium . 5. milliaribus Anglicis diſtat ab æſtuario Tameſis in auſtrum ; eſtque media fermè inter Cantuariam ad ortum , & Londinum ad occaſum. Vide Roffa.

Durocaſſes, oppidum Galliæ Celticæ, apud *Dreux* eſſe videtur. Vide Drocum, & Druides.

Durocatalaunum. Vide Catalaunum.

Durocornovium , Corinium Ptol. *Circeſter* , teſte Camd. oppidum Albionis, in Anglia , medium inter Callevam & Arriconium 30. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, à Clevo ſive Gloceſtria 14.

¶ Durocornovium ſeu Corinium , *Cirenceſter* corruptè,

tè, *Circeſter*, urbs aliàs Dobunorum, in Anglia, nunc Comitatus Gloceſtriæ, prope ſontes Tameſis fluvii. Vide Corinium.

Durocottorum, Durocortum Cæſari. Vide Rhemi.

Durolevum, *Leneham* teſte Camdeno, *Charing* Talboto, opp. Albionis, in Cantio, inter Durobrim ſeu Roffam, & Davernum 12. mill. paſſ.

Durolipons, *Huntington*, teſte Talboto, oppidum Angliæ, inter Camboricum 25. & Durobrivas in Boream 35. mill. paſſ. Sed Camdeno eſt *Gormonceſter*, pagus vicinus, qui & *Godmancheſter* ſcribitur.

¶ Durolipons, ſeu potiùs Duroſipons, urbs fuit Catyeuchlanorum, in Anglia, quæ nunc eſt pagus *Godmancheſter* dictus, ad Uſam fluvium, ex adverſo Huntingdoniæ urbis, & in Comitatu cognomine; eſtque ferme media inter Camboricum & Durobrivam.

Durolitum, *Leiton* Camdeno, pagus Angliæ, inter Londinum & Cæſaromagnum 15. mill. paſſ. Sed aliis eſt *Oldford*, opp. Eſſexiæ regionis.

Duroſtadium, *Duerſtede*, oppidum Germaniæ inferioris, in Geldriæ Ducatu. Vide Batavodurum.

Duroſtolon, Doroſtorus Amm. Doroſtorum libro Concil. Doroſtena Jornandi, *Dora*, teſte Lazio, urbs Myſiæ inferioris, epiſc. olim, nunc pagus Bulgariæ, ab Axiopoli 30. mill. paſſ. diſtans ex Antonini Itinerario.

¶ Duroſtolon, ſeu Duraſtorus, urbs Mœſiæ inferioris ad Iſtrum fluvium. Nunc *Duroſto* dicitur à multis, ut colligitur ex relationibus.

Durotriges, *Durngueir*, vel *DWr-GWyr*, ut Camdenus, & Anglicè *Dorſetshiremen*, teſte Lhuydo, populi Albionis, in ora Angliæ auſtrali, inter Wintoniam & Exoniam, quorum urbs Dunium, ſeu Dorceſtria. Vide ibi.

¶ Durotriges populi fuere Angliæ, in ora meridionali, versùs Oceanum Britannicum: quorum tractus nunc Dorſetia provincia. *Dur-gweir* à Britannis, *Dorſeſthire* ab Anglis dicitur. Habebant ad ortum & Boream Belgas & ad occaſum Damnonios. Eorum primària Dunum ſeu Durnovaria. Nunc Dorceſtria dicitur.

Durovernum, Darvenum Ptol. Durorvernum, & Darvernum aliis, variè enim legitur, urbs Albionis, in Cantio, quam plerique Cantuarium metropolim à Londino 45. mill. Anglicis diſtantem in Cantio eſſe volunt, vulgò *Caer-grant*, vel, ut Camdenus, *Caer Kent*, & *Cantevuarberi*, & *Cantebury*. Vide Darvernum.

¶ Durovernum, urbs Angliæ in Cantio, nunc Cantuaria, urbs ampla & Archiepiſcopalis, ad Sturam fluvium, *Cantebury* incolis, *Cantorbery* Gallis, & *Cantuaria* Italis, *CantWarabyrig* Saxonibus anteà dicta. 12. milliaribus Anglicis diſtat à Dubri in Circium, & 5. à mari Germanico in auſtrum. Vide Cantuaria.

Durracium, *Durazzo*, urbs Macedoniæ. Vide Dyrrachium.

¶ Duſſeldorpium, *Duſſeldorp*, urbs Germaniæ, ad Rhenum fluvium, Ducatus Montenſis primaria, & Ducis Neoburgenſis, qui Ducatum hunc cum Juliacenſi tenet, ſedes, 5. leucis Germanicis infra Coloniam Agrippinam in Boream, & totidem à Juliaco in Cæciam; eſtque munita & culta.

Dya, inſula. Vide Naxos.

Dyme, *Dima* adhuc dicta, urbs Peloponneſi, in Achaja exciſa, inter Patras ad Boream 15. & Araxum prom. olim Stratos, & Cauconia, à Caucone; teſte Strabone proxima Oleno, ab ea 5. mill. in auſtrum. Populi Dymenſes Polybio. Eſt & Dymæ Ptol. Dime Antonino oppid. Thraciæ, à Traianopoli urbe 16. mill. paſſ. quod nunc jacet. De Dyma Stat. lib. 4. Theb.

Collis: at Ætnæa Cereri negat avia Dyme.

¶ Dymæ, urbs Peloponneſi, nunc *Clarenza* dicitur; Brietio & aliis teſtibus, prope oſtia Acheloi fluvii, & versùs mare Jonium; fuitque antea magni nominis & regionis caput, quæ ab ipſa Ducatus Clarentiæ dicta fuit *le Duchè de Clarence* Gallis, cum Peloponneſus Principes haberet proprios; gaudetque portu commodo, nunc autem ſub Turcis ſenſim deficit, & à paucis inhabitatur. Caſtrum habet ſatis munitum.

Dymethus, *Torre*, teſte Aret. & Pineto, ſeu *Torre dell' Oliveto*, oppid. olim, nunc pagus Siciliæ in mediterraneis.

Dyos, *Guir*, teſte Marmolio, fluv. Mauritaniæ Tingitanæ, per regnum Marochium in Oceanum Atlanticum apud Atlantem montem minorem, inter Salam & Cuſam amnes, ſeſe exonerans.

Dyra, fluvius Trachiniæ regionis, inter Achaiam *Herod.*
& Theſſaliam, à Sperchio fluvio 20. ſtadiis diſtans, ubi *Strab.*
Herculem ſeipſum vivum accenſo rogo concremaſſe ferunt.

Dyraſpes, fluvius Scythiæ Europææ, in Pontum *Ovid.*
Euxinum labens cum Boryſthene. De quo Ovidius lib. 4. de Ponto, eleg. 10.

Cùmque Boryſthenio liquidiſſimus amne Dyraſpes.

* Dyrrachium, quod & Epidamnus, *Durazzo*, & *Cæſar.*
Drazzi Turcis, urbs clariſſima Macedoniæ, archiepiſc. *Cic.*
in ora occidua maris Jonii, inter Brundiſium urbem *Ptol.*
Italiæ ad occ. 220. & Theſſalonicam urbem Macedoniæ *& al.*
ad ortum, in ora maris Ægæi 280. mill. paſſ. tanta eſt Macedoniæ longitudo, ab Hydrunto 170. à Scodra 50. in auſtrum, anno mundi 3526. à capta Troja 126. una cum Lipara, Epidauro, & Sinope condita. Hinc Dyrrachinus adiect. apud Ciceronem in epiſt. ad Attic. Ejus mem. Luc. lib. 6.

Dyrrachii præceps rapiendas tendit ad arces.

Dyrrachium exilii locum ſibi Cicero elegit, ut ad Terentium lib. 14. epiſt. ſcribit. (* manuſc. Seldeni Διρράχιον.)

¶ Dyrrachium, Gallis *Duras*, urbs eſt ampla, & olim pulcherrima Albaniæ maritimæ, ad oſtia fluvii *Argentaro* in mare Adriaticum. Hinc Principes Dyrrachini dicti Carlovitii, ex ſanguine Regum Franciæ. Portu gaudet capaci. 45. milliaribus diſtat à Liſſo in auſtrum, 70. ab Aulone in Boream, uti & 150. & Brunduſio in ortum, & 220. à Theſſalonica in occaſum.

Dyſis, *Duaſſo*, teſte Leonardo Aretino, pagus Pice- *Ant.*
ni, apud Anconam urbem.

Dyſporum, *Duysburg*, urbs Germaniæ inferioris, apud Rhenum, inter Veſaliam & Duſſeldorpium urbes. Vide Diſpargum.

E

EBA, *Pitigliano*, ut nonnulis, cum Blondo videtur, *Ptol.*
oppidum præclarum Hetruriæ Comitatus, apud Suanam urbem, inter illam & Caſtrum ad meridiem 6. mill. paſſ. plus minùs diſtans.

¶ Eba aliis eſt *Monte Merano*, caſtrum Thuſciæ, in agro Senenſi, versùs Albaniam fluvium, ut ex ſitu colligitur.

Ebdomum, ſuburbium Byzantii, à ſeptenario nume- *Cear.*
ro dictum.

Ebellanum, *Ayerbe*, teſte Hieronymo Zurita, oppi- *Ant.*
dum clarum Hiſpaniæ, ad Gallicum fluv. in Aragonia, à Cæſarauguſta 13. leuc. in Boream, proprius Oſcæ, inde in occaſum ad 5. recedens. Al. *Biel* eſt oppid. ejuſdem tractus, à Cæſarauguſta tantundem fermè diſtans: quod magis probatur. Abeſt ab Oſca ferè 8. leucis in occ. Ibi ars ferraria exercetur.

¶ Ebellanum, oppidum Vaſconum, nunc eſt *Biel*, oppidulum Aragoniæ, ad amnem cognomen, versùs montes, & in Diœceſi Pampilonenſi. 6. leucis diſtat à Jacca in occaſum, 9. ab Oſca, & 12. à Cæſarauguſta in auſtrum. Dicitur etiam Ebellinum à quibuſdam.

Eblana, *Dublin*, teſte Stanihurſtio, urbs Hiberniæ *Ptol.*
archiepiſcopalis, in ora orientali, Laginiæ, regionis caput, & totius inſ. academia, inter Manapiam ſeu Waterfordiam ad meridiem, & Armacanam ad Boream ad 60. mill.

¶ Eblana, *Dublin*, urbs eſt primaria Hiberniæ in Comitatu cognomine, ad oſtia fluvii Liſnii, cum portu commodo & caſtro permunito; eſtque emporium celebre. 25. milliaribus diſtat à Drogheda in auſtrum. Ab ea populi vicini dicti fuere Eblanii. Vide Dublinium.

Ebodia, *Aldernay*, & aliis *Ornay*, Camdeno *Alderney* *Hadr.*
& *Aurney*, inſula Oceani Britannici, ante Sequanæ fluminis oſtia, à quibus 30. leucis recedit in Boream, Albionem versùs. Auriniaca etiam dicitur. Ibi Charybdis quædam, & aquarum vertigo navigia abſorbens.

¶ Ebodia, *Ornay*; inſula parva maris Britannici, versùs oram Normanniæ & tractum Conſtantienſem. Vix diſtat 2. leucis à promontorio Haguæ in occaſum; eſtque longitudinis duarum leucarum circiter. Dicitur etiam *Aldernay* à quibuſdam, & fretum inter ipſam & proximam Galliæ continentem vocatur à nautis *le ras de*

Blanquert. Diſtat 5. leucis à Sarnia inſula in Boream, & 30. ab oſtio Sequanæ in occaſum; diciturque ab aliis Riduna inſula.

Strab. Plin. & al. Ebolum, *Eboli* vel *Evoli*, opp. amplum Lucaniæ, in Principatu citeriore, ultra Silarum fluv. à Salerno 18. mill. paſſ. in ortum diſtans, Campaniam urbem verſus, 4. mill. inde diſtantem. Ortelius citat Ptolemæum, apud quem non reperitur.

¶ Ebolum aliis eſt Eburi, *Evoli*, oppidum aliàs Picentinorum, nunc regni Neapolitani, in provincia Principatus citerioris, Ducatus titulo clarum. 6. milliaribus diſtat ab ora littorali ſinus Salernitani in ortum, & 15. à Salerno etiam in ortum.

Eboniæ, Vide Ebudæ.

Cel. Ebora, Ebura Ptol. quæ & Liberalitas Julia à Plinio nominatur, *Ebora* vel *Evora*, urbs Luſitaniæ archiepiſc. & academia, in Portugalliæ regno, poſt Ulyſſiponem præcipua, inde 20. leucis à Pace Auguſta & Julia 10. olim epiſcopalis, ſub Archiep. Emeritenſi, poſtea ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, demùm à Paulo III. Pontifice Maximo metropolis effecta. Hic error occurrit non diſſimulandus Theſ. Linguæ Latinæ locantis Eboram urbem Luſitaniæ in Latio ex Plinio, cùm Plinius loquatur de Latio quoad privilegia, non quoad ſitum.

¶ Ebora, *Evora* vulgò, urbs eſt ampla Portugalliæ, provinciæ inter Tagum & Anam caput, intra colles. Academiam habet ab Henrico Cardinali, poſtea Rege, inſtitutam. 16. leucis diſtat à Pace-Auguſta in occaſum, 20. ab Ulyſippone in ortum, & 8. ab Ana fluvio. Anno 1663. ipſa urbs expugnata à Joanne Auſtrio, fortiter recepta fuit à Luſitanis intra paucos dies.

¶ Ebora alta, *Evora monte*, caſtrum Luſitaniæ, in provincia inter Tagum & Anam fluvios dicta, in colle ſitum, 5. leucis ab urbe Ebora in ortum, & 2. ab Extremis. Ibi Hiſpani grandi clade affecti fuere à Luſitanis anno 1663.

Ptol. Ebora, Ebura Straboni, *Rotta* Mol. & aliis, opp. Hiſpaniæ Bæticæ, in Turdulis, apud oram, inter oſtia Bætis & Meneſthei portum, Xeræ urbi finitima. De Ebora urbe Poeta quidam Luſitanus.

Quid tibi felices Ebora, Rex maxime, cives,
Et validas memorem gentes?

¶ Ebora, ſeu Ebura, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, ad oſtia Bœtis fluvii. Nunc eſt *S. Lucar de Barameda*, Luciferi Fanum, oppidum celebre Hiſpaniæ, in Vandalitia, cum portu capaci. 3. leucis diſtat à Xera in occaſum, 6. à Gadibus in Boream, & 15. ab Hiſpali in Africum.

Autor. Eboracum, Eburacum Ptol. & Eboracum, *YorK*, & *Caer-frocK*, vel *Caer-Effroc*, ut Camdenus, Britannicè, urbs archiepiſcopalis Albionis, caput Brigantium, media fermè inter Londinum regiam Angliæ ad meridiem, & Edimburgum regiam Scotiæ ad Boream, 150. mill. Anglicis diſtans. Ab Honorio Pontifice Maximo metropolis creata, illi Dunelmo, Carleolo, Ceſtriaque ſubjectis.

¶ Eboracum urbs eſt ampla Angliæ ſeptentrionalis, provinciæ Eboracenſis caput, & totius regni ſecunda, ad Urum amnem, *Ouſe*; ubi fuit aliàs Legio ſexta Victrix. Ducatus titulo gaudet. Hinc Eboracenſis Duces è domo Regia, in hiſtoriis celebres. Diſtat 120. milliaribus Anglicis à Londino, & paulò minùs ad Edimburgo 27. ab ora littorali Oceani Germanici, 35. a Lincolnia in Boream, & 40. à Dunelmo in auſtrum, teſte Joanne Speedo.

¶ Eboracenſis Comitatus, *YorKehire* provincia Angliæ ſeptentrionalis, inter mare Germanicum ad ortum, Lancaſtriam provinciam ad occaſum, Durbium & Lincolnenſem Provincias ad meridiem; & Diœceſim Dunelmenſem ad Boream. Dividitur in tres partes, nempè in Occidentalem ſeu *Weſtriding*, in Orientalem, ſeu *Eaſtriding*, & in Septentrionalem, ſeu *Northriding*; ibique fuerunt alias Brigantes populi pro majori parte, & Pariſii, teſte Camdeno.

Ebores, populi Galliæ Celticæ. Vide Eburovices.

Ptol. Eborodunum, Ebredunum Ant. & Eburodunum, Ebrodunum lib. Concilior. *Embrun* vel *Ambrun*, urbs Galliæ Narbonenſis archiep. in Delphinatu, in finibus Caturigum, ferè media inter Brigantium & Vapingum, 7. leucis circiter diſtans à Gratianopoli 23. à Vienna & Lugduno 37. Populi Ebroduntii Plinio.

¶ Eborodunum, ſeu, & meliùs, Ebrodurum, *Ambrun*, urbs & Delphinatus juxta Druentiam fluvium, versùs montes & confinia Provinciæ. 34. leucis diſtat à Vienna in Eurum, & 8. à limite Pedemontii in occaſum, eſtque probè munita, in colle.

Ebrodunum alterum, *Yverdon*, oppidum clarum Helvetiorum, in finibus Bernenſium ad lacum Neoburgenſem, in Equeſtrium & Sequanorum confinio, ſub Friburgo urbe, à qua 3. leucis in occaſum, à Lauſonio ferè 4. in Boream versùs Montem Bellicardum.

¶ Ebrodunum, *Yverdon*, urbs fuit Verbigeni pagus, aliàs ampla, nunc oppidum ſatis tenue Bernenſis pagi, ad lacum Novicaſtri, ubi recipit Orbam fluvium, 3. leucis diſtat à confinio Comitatus Burgundiæ, in ortum.

¶ Ebrodunum, & Eburodunum, ſeu Robodunum, urbs eſt celebris & munita Germaniæ, in Moravia provincia, *Brin* dicta, ad fluvium *Swartzahe*, Cluverio teſte. Vide Robodunum.

Ebroicæ, & Ebroici, Eburaici, & Eburovices Cæſari & Plin. populi Galliæ Celticæ, quorum urbs *Eureux*, epiſc. ſub Archiep. Rothomagenſi, inde ſupra 8. leucis in auſtrum Pariſios versùs, ad Anduram fluvium, in Normannia. Liv. Prov.

¶ Ebroicæ, ſeu Eburaici, & Ebroici, & Aulerci, Eburovices, populi Galliæ Lugdunenſis; nunc Normanniæ: quorum urbs Mediolanum Eburovicum, nunc *Eureux*, urbs epiſcopalis, ad Itonium fluvium, qui paulo infrà cadit in Eburam. Vide Eburovices.

Ebromagum, Hebromagum, & Hebromanum Auſon. *Brau*, pagus Aquitaniæ. Aliis *Bourg* oppidum. Crediderim Ebromagum eſſe *Bourg*, opp. inter Burdigalam & Blaviam, Hebromanum verò Auſonio eſſe *Brau* ſive *Bran*, pagus apud Liburnam opp. inde 3. leucis, à Burdigala 6. diſtans. Vide Hebromagum. Paul

¶ Ebromagum quid ſit, non conſtat. *Bourg* enim eſt Noviomagus antiquorum, & *Brane* eſt pagus Aquitaniæ ad Garumnam fluvium, una leuca ſupra Liburniam, & 6. à Burdegala in ortum, in Vazatenſi tractu.

Ebron. Vide Hebron, & Eleutheropolis urbs epiſcopalis Palæſtinæ, in Judæa, ſub Patriarcha Hieroſolymitano, inde 20. mill. paſs. exciſa. In Theſauro Linguæ Latinæ pro urbe mons ponitur.

¶ Ebron, ſeu, & meliùs, Hebron, urbs eſt Palæſtinæ 20. milliaribus ab Hieroſolymis in auſtrum; ſed non eadem eſt cum Eleutheropoli, teſte Philippo de Via & aliis. Vide Hebron.

Ebrus fluvius Theſsaliæ, apud Lariſsam urbem decurrens. Pte

Ebudæ, Æbudæ Steph. Hebudes Plin. Hebrides, & Eboniæ aliis, inſulæ quinque Scotiæ ad occaſum adjacentes: quarum duæ Ebudæ propriè nominantur, una *Euſt*, & altera *Levis*, teſte Mercatore, 3. Ricina, & Richnea Plinio, *Argitti*, teſte Nigro, cui 4. *Lendroſia* Latino recenti, & 5. *Leeder* (Sed, ut mihi videtur Lendroſia eſt quæ vulgò *Leeder* appellatur) 4. apud Ptolemæum Maleos, nunc *Mula*, 5. Epidium, vulgò *Yla*, ſive *Ila*. Sunt qui Ebudam inſul. Hiberniæ dicant & *Selungiam* vocent. (Camdeno Ricina *Racline*, Epidium *Ila*, Maleos *Mula*, Ebuda orientalis *SKye*, occidentalis *Levves*.) Pto, Ste,

¶ Ebudè ſeu Ebudes inſulæ, quæ quibuſdam Hebrides versùs occaſum Scotiæ, nunc *Inch Galles*, ſeu *Weſternes* dictæ, id eſt, occiduæ. Quadraginta quatuor vulgus numerat, ex quibus decem tantum præcipuæ, reliqque aut parvi momenti, aut veriùs ſcopuli, ut liquet ex deſcriptione Thimothei Pont. ſuntque Ricina, *Raglins*, versùs Hiberniam, Epidum, *Yle*, Jona, Jura, Maleos, *Mul*, Ebuda orientalior, *Skye*, Ebuda occidentalior, *Levvis*, deinde *Euſt*, *Turif*, *Col*, *Colonſa*, & aliæ aliquot minoris momenti, quas alias à Norvegis coemerunt Scoti. quibus etiamnum ſubſunt.

Ebura, Libora Ptol. Elbora libro Concilior. *Talavera*, urbs olim epiſc. Hipaniæ Tarraconenſis, ſub Gothis, ad Tagum fluv. in Caſtella nova, à Toleto 12. leucis in occaſum Ulyſſiponem versùs, teſte Mariana. Malè in Theſauro Linguæ Latinæ ſcriptum eſt, quod hodiè *Ebora* dicitur. Liv.

¶ Ebura, quæ & Libora, oppidum Carpetanorum aliàs, nunc *Tala vera la Reyna* dicitur, ad Tagum, ubi recipit fluvium *Alberche*. Diſtat 6. leucis ab Eſcalona; in auſtrum, & 12. à Placentia. Vide Libora.

¶ Ebura, *Eure*, fluvius Galliæ. Oritur in Perticenſi provincia, è ſylva Logniaca; deinde per Belſiam labens Autricum Carnutum rigat, Novigentum regium, Juræum, uti & Paciacum & Louerias; & po-

& poſtea in Sequanam ſe exonerat ſupra pontem Arcuenſem.

Eburiaci, ſive Aulerci Eburaici, populi & urbs Galliæ Celticæ, *Evreux*, Normannia à Rothomago & Lexoviis 8. leucis. Vide Ebroicæ.

¶ Eburaici, ſeu Aulerci Eburovices, populi Galliæ Lugdunenſis, quorum urbs mediolanum Eburovicum, nunc *Evreux*, in Normannia provincia. Vide Eburovices & Ebroicæ.

Eburobritium, *Evora de Alcobaca*, teſte Varrerio, & Vaſconcello, opp. Hiſpaniæ, Leuſitanicæ, in regno Portugallico, apud Colliponem, ſeu Leyriam urbem, Ulyſſiponem versùs.

¶ Eburobritum aliis eſt *Alcobaca*, vicus nunc cum percelebri cœnobio Ordinis S. Benedicti, à Regibus Portugalliæ excitato in memoriam inſignis victoriæ, quam Joannes primus de Caſtellanis retulit ad Adjubarotam vicum, in viciniis. Vix 4. leucis diſtat à Leyria.

¶ Eburodunum, *Yverdun*, oppidum Helvetiorum, ad lacum Novioburgienſem, 7. mil. paſſ. ab Urba diſtans. Vide Ebrodunum.

Eburones, populi Belgii, Trevirorum clientes olim, qui nunc Leodienſes ſunt, quorum urbs hodie Leodium, ſeu Ligia, *Liege*, & Germ. *Luyck* ſive *Luttich* ad Moſam, inter Colon. Agrippinam, & Bruxellas ad occaſum 16. leucis ſita.

¶ Eburonnes populi fuere Germaniæ inferioris iuxta Moſam fluvium, inter Ubios & Menapios; dictique poſtea Tungri. Vide ibi.

Eburonia, *Bury* ſive *Beury*, urbs olim ex veteri inſcriptione, Auguſta etiam Eburonum dicta, cui Leodium (quæ nova Auguſta Eburonum dici poteſt) ſucceſſit, nunc pagus ad Vrtrim fluviolum, à Leodio vix milliario in auſtrum diſtans.

¶ Eburonia urbs fuit Germaniæ inferioris, teſte Abrahamo Ortelio, Cluverius tamen libro 2. capite 15. putat Eburoniam non fuiſſe locum particularem; ſed univerſam Eburonum regionem.

Eburovices, populi & urbs Galliæ Celticæ, quorum urbs *Eureux*, (vide Ebroicæ) & oppida, *Vernon*, *l'Aigle*, *Paſſy*, *Iugler*, *Tilliers*, *Conches*, *Bretevil*, *Rugles*, *Beaumont* le *Roger*, *&* *Vernevil*, In Theſauro Linguæ Latinæ Eburonices pro Eburovices, fortè errore Typographi, legitur.

¶ Eburovices, ſeu Aulerci Eburovices, populi fuere Galliæ, ubi nunc *le Dioceſe d' Eureux*, in Normannia; habebantque ad Boream Velocaſſes, ad occaſum Lexovios, ad auſtrum Aulercos Diablintes & ad ortum Carnutes. Eorum caput Mediolanum Eburovieum, nunc *Evereux* dicitur.

Eburum, *Olmutz*, teſte Pyramio cum Appiano, & *Olmuntz*, urbs Germaniæ epiſc. olim ſub Archiep. Maguntino, nunc ſub Pragenſi, unde 28. leucis abeſt in ortum, urbs Moraviæ primaria, à Vienna 16. in Circium. Aliis eſt *Brin*, urbs eiuſdem regionis, poſt Olmucium præcipua, inter illam & Snoimam ad meridiem 5. leucis, ex aliqua nominis alluſione. Sed potiùs eſt *Barovva*, oppid. Bohemiæ, teſte Lazio, *Olmutz* autem Olomucium & Olomuncium Latino rec. nominatur. Unde Theſaurus Linguæ Latinæ hic cum aliis corrigendus eſt.

¶ Eburum, urbs Quadrorum, in Germania, nunc *Olmutz* dicitur; eſtque Moraviæ primaria, ad Moravum fluvium, permunita, & ante à Svecis expugnata. 6. leucis diſtat à Bruna versùs auſtrum, 20. a Vienna in Boream, & totidem à confinio Poloniæ.

Ebuſus, Ebuſſus, ſive Ebyſſus Potolemæo, Eboſia Statio, olim Pityuſa, *Yviza* vel *Yvica*, inſula maris Balearici, oræ Hiſpaniæ Tarraconenſis ad ortum adjacens, cum oppido eiuſdem nominis, inter Carthaginem novam & Baleares ad 50. mill. paſſ. à Dianio promontorio 57. licet Strabo eam à Ballearibus & à Dianio 700. ſtadiis diſtare ſcribat, circuitu 42. Hic multus ſalis proventus, & ficus optima, nec ullum animal noxium reperitur opp. antiquum valde, à Maharbale Carthaginenſi, teſte Beuthero, conditum. Meminit Ebuſi Silius lib. 3.

Jamque Ebuſum Phœniſſa movet, movet Artabrus arma.

In Theſ. Linguæ Latinæ pro *Yviza*, Biza malè legitur.

¶ Ebuſus inſula eſt Hiſpaniæ, & una ex duabus Pityuſis, in mari Mediterraneo, versùs oram regni Valentiæ & Dianium promontontorium, à quo 10. leucis Hiſpanicis diſtat in ortum, Maioricum, versùs, à qua etiam pari ſpatio diſtat in occaſum. Dicitur ab Hiſpanis *Yvica*, à Pallis *Eviſſe*, & ab Italis *Eviſſa*. Caſtrum habet etiam *Yvica* dictum, in parte auſtrali inſulæ cum aliquot villis, ſub dominio Regis Hiſpaniæ.

Ecæ, Ecana Alphano, *Troia*, urbs Apuliæ Dauniæ, *Ant.* epiſcopalis ſub Archiep. Beneventano, inde 36. mil. paſſ. in Boream, Sipontum versùs 30. inter Luceriam ad occ. & Aſculum in ortum 18. Hic Ortelius Ecanam cum Æquana, quæ in Picentibus eſt, longè hinc diſtans, confundit.

¶ Ecæ, ſeu Ecana, quibuſdam eſt, *Troja*, urbs provinciæ Capitanatæ, ad Chilonium fluvium, ad radices Apennini. 25. milliaribus diſtat à Benevento in ortum, 8. à Luceria in auſtrum, & 18. ab Aſculo in Circium.

* Ecbatana, *Tauris* And. Maſio, Nigro, Caſtaldo, *Plin.* & aliis, *Achatana Esbahan* incolis, urbs archiepiſc. Mediæ, *Strab.* regia hac tempeſtate Perſarum, quam illi à Turcis, *Ptol.* occupatam ſuperioribus Annis recuperarunt, inter *& al.* Byzantium ad occaſum, ferè 1400. & Alenxandriam Ariæ in ortum 720. mill. paſſ. à Suſis 450. in Boream à Seleucia magna 750. teſte Plinio, licet non plura interſint quàm à Suſis imò pauciora intercedere videntur. (* Αγβατανα in manuſcr. Seldeni.)

¶ Echatana quibuſdam eſt *Casbin*, urbs ampla in provincia *Ayrach* dicta, & antea Perſiæ regia poſt captum à Turcis Tauriſium, à quo diſtat 250. milliaribus ortum versùs, uti & à mari Caſpio in auſtrum, 320. à Suſis, & 450. à Seleucia magna in Cæciam. Sed multùm deficit à paucis annis.

Ecdippa, *Scandalio*, vel *Sandalio* Maſio & Nigro, *Ptol.* *Caſtel Lamberto* Poſtello, (quod Maſio eſt Caſtrum Peregrinorum) oppidum Palæſtinæ, ſeu Phœnicis, in ora, inter Tyrum & Ptolemaidem.

¶ Ecdippa, ſeu Ecdippos, Achaſib, & Acziba, oppidum Tribus Azer, vix 10. milliaribus a Ptolemaide in Boream, nuncque *Caſtel Lamberto* dicitur.

Eceleſta vel Eteleſta, ut habet codex Græcus, *Medina Celi*, *Ptol.* teſte Cluſio ex veteri inſcriptione, opp. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella nuova, apud veteris & Aragoniæ confinia, ducali honore inſigne, inter Bilbilim 12 & Secontiam 4. leucis, in via quæ à Cæſar auguſta Toletum & Madritum ducit, occurrens, Eelaſte (ut videtur) Plinio.

¶ Eceleſta, oppidum Celtiberorum, nunc *Medina celi*, oppidum Caſtellæ veteris, versùs fontes Salonis fluvii, & 4. leucis à confinio regni Aragoniæ, uti & Caſtellæ novæ ad radices Montium. Ab aliis Eteleſta dicitur, ſed forſan malè. Eteleſta enim fuit oppidum Carpetanorum, ut quibuſdam placet.

Echedorus, Chidorus Herodoto, *Calico* Sophiano, *Granea* Nigro, & *Verataſer* Caſtaldo, nec mirum, cum idem locus plura habeat nomina, fluvius Macedoniæ, in ſinum Thermaicum apud Theſſalonicam urbem influens, qui, teſte Herodoto, ab exercitu Xerxis cum aliis amnibus exſiccatus eſt, ut ad bibendum non ſuffecerint.

Echerta, Ecetra Livio, urbs Latii, olim caput Volſcorum: cujus hodie ne locus quidem indicari valet. *Halic.*

Echinades, *le Curzolari*, vel *Cozzulari* Sophiano & aliis, inſulæ quinque maris Jonii parvæ, ante os ſinus Corinthiaci, inter oſtia Acheloi fluvii Acarnaniæ, & Araxum promont. Peloponneſi, à Cephalenia 12. mill. paſſ. in ortum diſtantes, apud quas Turcæ à Chriſtianis victi ingenti clade claſſe amiſſa affecti ſunt, Pio V. Pontifice Max. Harum una Dulichium, alia Same nominatur. Echidnæ à Seneca, Echinæ à Stephano appellantur. Quanquam Echidnæ apud Ovidium diverſæ ab Echinadibus videntur. De quibus lib. 8. Metamorph. *Strab.* *Plin.* *& al.*

In totidem mediis, quot cernis Echinadas undis.

In Theſ. Linguæ Latinæ contra ſinum Ambracium ſtatuuntur: cum potiùs contra ſinum Corinthiacum ſint, ab Ambracio procul.

Echinus, urbs Phthiotidis maritima, in Theſſaliæ & Achajæ confinio, olim epiſc. ſub Archiepiſcopo Athenienſi, ad ſinum Pagaſæum, inter Lariſſam ad Boream, & Sperchiam ad meridiem, quæ Sophiano *Scarfia* nominatur, ſed Scarphia, teſte Ptol. in Achaja ad oſtium Boagrii fluvii nomen ſuum adhuc retinet. Hinc Echionius quidam nomen gentis derivant, ſed malè. Eſt & Echinus oppidum Epiri, in finibus Acarnanum, quod *Tolgus* à Pineto dici putatur; de quo Polyb. Livius, & alii. *Polyb.* *Plin.* *& al.*

Echionii dicuntur Thebani, ab Echione Cadmi ſocio. Ovid. lib. 5. de triſt. elegia 3.

Victor Echionias ſi vir penetraſset in arces.

Ant. Eclanum, Æculanum Appiano Alexandrino, *Laconiano*, teſte Leandro, opp. Hirpinorum, in Principatu ulteriori, regni Neapolitani, ab Equotutico 25. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini diſtans. Vide Æculanum.

¶ Eclanum, ſeu & meliùs, Æculanum, nunc eſt *Fricento*, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, non procul à Tripalto fluvio, 15. milliaribus à Benevento in ortum, & 12. à Compſa in Boream.

Pluta. Diod. Ecnomus, *Poggio Muciacco* Thomæ Fazello, propugnaculum in ora Siciliæ, ad auſtrum, apud Gelam urbem, ubi & Phalarium alterum propugnaculum.

¶ Ecnomus, mons Siciliæ, ora maris Africi, ad oſtia fluvii Himeræ, ad quem Dædalium Phalaridis caſtellum, ubi bos æneus ſervabatur. Hodie *Monte d' Alicata* dicitur, in valle Neætina & limite vallis Mazaræ, teſte Fazello; eſtque medius inter Gelam ad ortum, & Agrigentum ad occaſum, 15. milliaribus ab utraque.

Ectodurum, *Ecthal*, teſte Lazio, opp. Rhætiæ, inter Campodunum, & Curiam ad meridiem, in Svevia, à Campoduno 3. leucis, à Curia 7.

Pto. ¶ Ectodurum, Sanſone teſte, eſt *LeutKirch*, urbs Imperialis & libera Germaniæ, in Svevia, ad amnem *Eſchach* qui paulò infra cadit in Ilarum fluvium. 3. leucis diſtat à Memminga in auſtrum, & 6. à lacu Brigantino in ortum.

Edelberga apud literatos, & Poetas, Germanis *Heydelberg*, urbs Palatinatus caput. Vide Budoris.

¶ Edelberga, Heidelberga ſcribitur ab aliis, & meliùs. Vide ibi.

Mof. Mard. Eden, inſula Tigridis fluvii, infra Seleuciam magnam Meſopotamiæ urbem, 12. mill. paſſ. diſtans, circuitu 10. *Gezerta*, teſte Maſio, dicta.

¶ Edenburgum, *Edembourg*, regni Scotiæ urbs regia itemque Senatus ſedes. Vide Alata caſtra.

Plin. Ptol. & al. * Edeſſa Edeſa Strab. olim Antiochia Oſrhoenorum, Callirrhoe à fonte dicta, teſte Procopio, & poſtea Juſtinopolis, urbs archiepiſc. Syriæ, ad lævam Euphratis ripam, (ex quo etiam Meſopotamiæ tribuitur) *Rhoas & Rhoaſſe*, ac etiam *Rhoa* Nigro, *Orfa* Petro Gyllio & pleriſque aliis dicta, (variè enim nominatur) proxima Samoſatis, à quibus 12. mill. paſſ. recedit, à Zeugmate 45. in meridiem, à Hierapoli 42. in ortum, antiquiſima, à Nembroth, teſte D. Iſidoro lib. 15. etymol. condita. De qua Venantius Fortunatus lib. 8.

Læta ſuis votis Hierapolis alma Philippum,
Producens Thomam munus Edeſſa pium.

(* man. Seldeni habet Αἰδεσσα.)

¶ Edeſſa, urbs ampla Meſopotamiæ, ad fluvium Chaboram, nunc *Orfa*, ſeu *& Rohai*, *& Orrhoai* Arab. media eſt inter Aleppum ad occaſum, & Amidam ad ortum, longè ab Euphrate fluvio in ortum. 40. milliaribus diſtat à Samoſatha in ortum, uti & 45. ab Hierapoli. Urbs eſt etiamnum ampla & elegans, & ex præcipuis Diarbechiæ, ſub dominio Turcarum.

Bibl. ¶ Edetani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, circa ſinum Sucronenſem, ubi nunc pars ſeptentrionalis regni Valentiæ.

Plin. Edom, Idumæa Plinio, Ptol. & aliis, regio Paleſtinæ ad meridiem, inter Judæam & Ægyptum, finis terræ Chanaan, quæ incolis *Daron*, teſte Guil. Tyrio, dicitur.

Edonus, mons Thraciæ Edon Virg. 12. Æn.

Ac velut Fdoni Boreæ cùm ſpiritus alto
Inſonat Ægæo.

Ptol. Edron, *Porto Sabione*, teſte Nigro, portus Venetiæ, apud Foſſam Claudiam urbem, non apud Padum fluvium, ut malè in Theſ. Linguæ Latinæ legitur.

Ptol. Euros, inſula Hiberniæ, (vide Hedros) *Berdſey* Camdeno, inter Angliam & Hiberniam.

¶ Edros, ſeu Edri, nunc *Bardeſey* dicitur, id eſt, avium inſula, Angliæ adjacet, in ora littorali Valliæ Borealis & Arvoniæ Comitatus, vix 3. milliaribus Anglicis à Ganganoro promontorio, & 40. ab ora Hiberniæ in ortum. Eſt parvi circuitus.

Ptol. Edulius mons, *Moncayo*, teſte Hieronymo Girava, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis, ac in Aragoniæ & Caſtellæ veteris confinio, apud Montem Acutum oppidum.

¶ Edulius mons ab aliis Medulius dicitur. Durio fluvio imminet, & *Manduria* ab accolis dicitur, teſte Garibajo. Longè autem diſtat a *Moncaio*, qui Latinè Caunus mons dicitur. Sunt tamen qui credant Edulium montem eſſe *Montſerrat*, in Catalonia, prope Rubricatum fluvium.

Edus: *Sadodela*, teſte Auguſtino Juſtiniano, fluviolus Liguriæ, in finibus Genuenſium, in Portiferam fluv. influens apud Pontemdecimum. Vet. I

Efflui, *Liiflanders*, populi Sarmatiæ Europææ, ad ſinum Venedicum: quos Latino recenti Livones appellamus, & quorum regio Livonia dicitur, teſte Willichio. Tac.

¶ Ega, *Ega*, fluvium Hiſpaniæ. Oritur in Alava provincia, deinde per Navarram labitur ubi Eſtellam rigat, & in Iberum fluvium ſe exonerat è regione Calagurris.

¶ Egabro, vel Ægabro, *Cabra*, oppidum eſt Hiſpaniæ aliàs urbs epiſcopalis ſub Hiſpalenſi Archiepiſcopo. Lib.

Egara, *Terreſſa*, urbs olim epiſ. Hiſpaniæ Tarraconenſis ſub Archiep. Tarraconenſi, nunc opp. Cataloniæ, inter Barcinonem & Minoriſſam, & Barcinone 4. leucjs, cuius urbis exſtant aliquot veſtigia, & *S. Petro de Tarraſſa* locus nominatur: ejuſque epiſcopatus Barcinenſi copulatus eſt. Doni

¶ Egrara urbs fuit aliàs Laletanorum, nunc oppidulum Cataloniæ, *Terraſſa* dictum, versùs montes. Diſtat 6. leucis à Barcinone in Boream, & totidem à Minoriſsa in Eurum, 3. autem à Rubricato fluvio in ortum. De ea fusè tractavit Stephanus Baluzius in Diſſertatione ad Labbæum.

Egates, inſula maris Libyci ante portum Carginenſ. quæ & Egatis, & Ægates, ſive Ægathes, variè enim ſcribitur, *Gotham* vulgò. Vide Ægathas. De qua Sil. lib. 2. Sil. Plin.

Egatis, Libyæque procul fluitantia membra.

Hic ſal cæditur globis translucentibus, teſte Plinio libro 31. cap. 7.

Egelaſte, *Yniesta* Cluſio & Gomeſio, oppid. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in nova Caſtella, inter Concham urbem & Moyam opp. 8. leucis. Quod aliis videtur idem cum Etelesta Ptolomæo. Stra Plin

Egelidus, *Freddano*, teſte Leandro cum Annio, fluvius Thuſciæ: de quo Virg. lib. 8. Æn.

Ut procul egelido ſecretum flumine vidit. Virg

Sed errant, nam Egelido haud nomen proprium eſt amnis ſed è præpoſitio eſt, et gelido adjectivum nomen.

Egeria, Egeriæ Livio, lucus erat et fons prope Romam, extra portam Capenam, in via versùs Ariciam ubi Camœnæ qui hodie non extat. Scribitur etiam cum diphthongo Ægeria. Virg. lib. 7. Æn. Virg Ovi

Eductum Egeriæ lucis Hymettia circum.

Sic ab Egeria nympha, de qua Ovid. lib. 15. Metam. Th

Egeſta, Ægeſta Straboni ab Egeſto Trojano condita, Aceſta Virgilio, Segeſta Ciceroni, Plinio, Ptolemæo, et aliis, urbs Siciliæ exciſa, ad locum ſeu pagum, qui nunc *Barbara* nominatur, teſte Faz. in ora occidentali inter Drapanum 35. et Panormum 42. mill. paſſ. ab Elyma urbe etiam exciſa 12. mill. in meridiem. Non longè in littore Egeſtanum, ſeu Segeſtanum emporium nunc *Caſtel a mar*, teſte Aret. cum Fazello. Fe

Eggyna urbs fuit Siciliæ: cujus meminit Cicero in oratione in Verrem. Fortè Engyna ab Engyon dicta; de quo vide ſuo loco. Cic Reg

Egidona, *Eyder* ex tabulis Geographicis, fluv. Cimbricæ Cherſoneſi, Holſatiam à Jutia et Sleſvicenſi Ducatu ſeparans. (*Vide Eidera.*) Pli

Egilium, *il Giglio*, inſula maris Thyrreni, apud Coſanum littus, ab Argentario monte 12. mill. paſſ. recedens, quot à Dianio inſula, quæ et Ægilium, & Igilium, et Iginium nominatur, penè ob piratas deſerta. Vide Igilium.

¶ Egilium, ſeu Ægilium, inſula eſt parva maris Tyrrheni, aliàs ſub dominio Senenſium, nunc autem ſubeſt magno Duci Hetruriæ, vulgo *il Giglio*, ſeu *Iſola del Giglio*. Caſtrum habet cagnomine ſatis munitum contra piratas, cum oppidulo. Vix 10. milliaribus diſtat à monte Argentario et ab ora Hetruriæ. Tota eſt montuoſa, et circiter complectitur 18. milliaria; pendetque in ſpiritualibus ab Abbate Trium Fontium, prope et extra mures Romæ. A Gallis autem *l' isle du Lys* dicitur.

Egircius, ſive Egirtius, ut alibi legitur, Egirſius et Ægirſius Sidonio Apollinari. *Gers, & l' Egers*, fluvius Aquitaniæ, in Garumnam fluv. paulò ſupra Agennum urbem influens, inter illam et Burgundigalenſem agrum. De quo Fortun. lib. 1. Ven For

Lubricat hic quoniam tenuato, Egircius hauſtu.

¶ Egirſius, ſeu et Gerſius, *le Gers* fluvius Galliæ in Aqui-

Aquitania. Fontes habet in ſuperiori Arminiaco tractu, deinde Auſcios rigat & Lactorium, & paulò infra in Garumnam labitur è regione Agenni.

Egita, *Guimaranes*, teſte Joanne Mariana, urbs olim Luſitaniæ, nunc opp. regni Portugallici, inter Bracaram & Lamacum, à Bracara 3. leucis, Damaſi Papæ patria, quem alii Tarracone natum tradunt. Scribitur & Ægita, quam alii eandem cum Igædita faciunt.

Egnatia, Ignatia Strab. *Gnazzi* hodie, & *Nazzi*, urbs olim epiſcopalis Apuliæ Peucetiæ, in ora, extincta, apud Monopolim urbem quæ illi ſucceſſit, media ferè inter Barium ad occaſum, & Brunduſium ad ortum, ad 35. mill. paſſ. Falluntur, qui Egnatiam hodie *Iuvenatium* dici ſcribunt, veluti auctor Theſauri Linguæ Latinæ, cum Olivario, cùm hæ urbes maximè inter ſe diſtent lib. Prov.

¶ Egnatia, ſeu Gnatia, urbs Apuliæ Peucetiæ, in ora Maris Hadriatici, nunc vicus tantum regni Neapolitani in provincia Bariana, *Torre 'Anaſſo* vulgò. 5. milliaribus à Monopoli in ortum, & 30. à Brunduſio in Circium diſtat.

Egoliſma, Engoliſma Gregorio Turronenſi, Iculiſma, ſeu Inculiſma, ut alii legunt, apud Auſonium, *Angouleſme*, urbs Galliæ Aquit. epiſc. ſub Archiepiſc. Burdigalenſi, inter Burdigalam & Pictavos ad Boream 22. leucis, ac inter Santonas & Lemovicos ad ortum 11.

¶ Egoliſma, ſeu, & melius, Engoliſma, caput eſt regions adjacentis, quæ vulgò dicitur Eugoliſmenſis tractus, *l' Angoumois*. Sedet juxta Carentonium fluvium, eſtque Ducatus titulo inſignita. 14. leucis diſtat à Mediolano Santorum in ortum, & 22. à Lemovico in occaſum. Vide Engoliſma & Inculiſma.

Egonum, Vicus, *Vicovenza* pagus agri Ferrarienſis, inde 16. mil. paſſ.

Egorigium Legio XII. vicus Germaniæ inferioris erat inter Col. Agrippinam & Treviros.

¶ Egorigium nunc eſt vicus *Rut*, ad Gelbim fluvium, in ditione Trevirenſi, verſùs confinia Ducatus Juliacenſis, teſte Cluverio, 8. leucis à Treviris in Boream, & totidem à Colonia Agrippina in auſtrum.

Egoſa, opp. olim Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, nunc pagus *Gaudena*, teſte Mol.

¶ Egoſa, oppidum Caſtellanorum aliàs, nunc eſt *Caſtel follit*, oppidulum munitum Cataloniæ, in colle, juxta Fluvianum amnem. 6. leucis Hiſpanicis diſtat à Vico in Boream, & paulò ampliùs à Gerunda in Circium.

¶ Egra, ſeu Oegra, *Heb.* Bohemis, *Egra* Germanis, urbs permunita Germaniæ, in Bohemiæ regno juxta confinia Franconiæ, ad Egram amnem, pluries expugnata bello Germanico, & in ejus arce occiſus fuit Valſteinus Fridlandiæ Dux. 20. leucis diſtat à Praga in occaſum, & 12. a Pilſena.

Egurri, Egovarri Plin. populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, Aſturibus finitimi, quorum oppidum Forum Egurrorum, *Medina de Rio ſecco*, teſte Vaſæo. Vide Forum.

¶ Egurri, ſeu Forum Egurrorum, aliis eſt *Monteſurado*, oppidum Gallaciæ, ad Burniam, fluvium longe à methimna ſicca in occaſum.

Eguſa, (vide Æguſa) inſula maris Africi inter Siciliam & Africam.

¶ Eidera, *Eyder*, fluvius Daniæ, qui à Reginone Epidora dicitur. Oritur ſupra Rensburgum, et Holſatiam Dithmarſiamque dividit à Sleſvicenſi Ducatu; deinde infra Touningam in mare Germanicum ſe exonerat. Hinc regiuncula adjacens inter Tonningam et Huiſemum *Eiderſtede* dicitur, ſub dominio Ducis Sleſvicenſis.

Ejon, urbs et emptor. Thraciæ ſive Macedoniæ, in confinio, ad oſtia Strymonis fluvii, poſtea *Rendina* à Græcis recent. dicta, epiſc. aliàs, nunc metropolis ab Amphipoli urbe 25. ſtadiis in auſtrum diſtans. Ex qua urbe Strymon fluvius Eionæus apud Plutarchum denominatur.

Ejone, *Eion* Stephano, *Punta di Matriga*, et Pineto *Capo di Croce*, promontorium Sarmatiæ Aſianæ apud Corocondamen oppidum, ad Boſporum Cimmerium.

¶ Eiſchfeldia, *Eiſchvelt*, tractus Germaniæ in Thuringia, ſub dominio Electoris Moguntini, juxta Ducatum Brunſvicenſem. Ibi oppidum præcipuum Duderſtadium.

¶ Eiſenacum, ſeu Iſenacum, *Eiſenach*, oppidum Germaniæ, in Thuringia provincia ad Neſſam amnem Ducatus titulo inſignitum, ſub dominio Ducum Saxoniæ Veimarienſium, cum arce, 4. leucis a Mulhuſia in auſtrum

Pars Prima.

et 7. ab Erphordia in occaſum. Regiunculam adjacentem habet ſubiectam.

¶ Eiſseba, *Eiſſeben*, urbs eſt parva Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & in Comitatu Mansfeldienſi, ubi natus Martinus Lutherus unus ex Proteſtantium Doctoribus, qui ibidem etiam obiit. Una leuca cum dimidia diſtat a Mansfeldia oppido in Eurum, et 4. ab Halla in occaſum.

Eiſtatum, ſive Eichſtadium, *Eychſtat*, quaſi Quercopolis, urbs Germaniæ epiſc. ſub Archiep. Moguntino, in Bavaria traus Danubium, Ingolſtadio ad 3. leucas finitima. Vide Aureatum. *Prov. Rom.*

¶ Eiſtatum, *Eychſtat*, ſeu *Aichſtet*, urbs eſt in Bavaria ſuperiori, ad Allemannum fluvium, ſub dominio proprii Epiſcopi. 4. leucis diſtat à Donaverta in ortum, 2. a Neoburgo in Boream, & 8. Norimberga in auſtrum.

¶ Ekelenſordia, *Ekelenborg*, urbs Daniæ, in Ducatu Sleſvicenſi. Nomen ſibi adſcivit à diruta arce veteri *Ekelenfordt*, ex cujus ruderibus ſurrexit, ad brachium maris Baltici, hic in terram immiſſum ſedens, cum portu capaci. Sed mari cingitur pro maiori parte; eſtque ferè media inter Sleſvicum et Chilonium.

¶ EKeſium, *Ekeſio*, urbs eſt Sveciæ, in Smalandia provincia, verſùs Oſtrogotiam. 5. leucis Svecicis a Vetero lacu in ortum diſtat.

Elea, *l' Alea* Mol. & tabulis Chorographicis, urbs Æolidis, in ora maritima, Pergamenorum portus, inter Pitanen & Myrinam ad merid. apud oſtia Caici fluvii, inde 12. ſtadiis, à Pergamo verò 120., à Pitane 42. a Teuthrania 70. ex Strabone patria Zenonis et Parmenidis. *Ptol. Mel. Steph.*

¶ Elæa & Elea, urbs Aſiæ minoris, in Myſia maiori, 25. milliaribus à Pergamo in occaſum. Hinc mare inter ipſam & Lesbum inſulam dicitur ſinus Elaiticus, Philippo à Via teſte; 20. milliaribus diſtat à Mytilene in ortum, in confinio Æolidis; cum ab aliis in ipſa Æolide ponatur.

Elæa quoque, promontorium Cypri, in ora ad ortum, inter Salamina & Carpaſſum, nunc *Riſo Carpaſſo* teſte Luſignano. *Ptol.*

Elææ, portus Epiri, inter oſtia Acherontis fluvii & Nicopolim urbem, *Parga*, teſte Mol. *Ptol.*

¶ Elææ portus quid ſit nunc, non conſtat; eratque prope oſtia Acherontis fluvii in auſtrum. Sed non eſt Perga, à qua diſtat circiter 20. milliaribus in meridem.

Elæon, mons Judææ, Hieroſolymis imminens, inde ſtadio diſtans, qui et mons Olivarum, & mons Olivetus in Evangelio apud Joannem & Matthæum dicitur. *Joſeph.*

* Elæus, *Critea*, teſte Nigro, opp. Thraciæ, in Cherſoneſo, in ora auſtrali, apud Maſtuſiam prom. contra Sigæum Aſiæ. Sed fallitur Niger; nam *Critea* Crithea eſt apud eundem Ptol. ab Elæo oppido diverſum, licèt proximum. (Ελαιȣς man. Seldeni.) *Strab. Ptol. Suid.*

Elæus item, D*ocna* Molet. opp. Epiri mediterraneum, in Chaonia regione, Hecatompedo finitimum. *Ptol.*]

Elæuſſa, inſula gemina Aſiæ parva; una Ioniæ, ante Smyrnam urbem, altera Ciliciæ, ante Corycum promontorium et urbem. Vide Eleuſa; nam & ſic legitur. *Plin.*

Elamitæ, pop Arabiæ felicis, cum oppido cognomine apud oram maritimam. *Plin.*

Elana, Ælana, ac Læna Plinio, Ilana Ioſepho, *Aila* teſte Nigro, urbs Arabiæ petrææ, ad ſinum Arabicum unde ſinus ibi Elaniticus à Plinio nominatur, et Ælaniticus, *Golfo di Eltor*, apud montis Sinay radices, ab Arſinoe, urbe in intimo ſinus Arabici receſſu ſupra 90. mill. paſſ. in Theſ. Ling. Elaniticus ſinus apud Gazam ponitur, cum Gaza ſit in ora maris Syrii, oppoſita ſinui Arabico. *Ptol.*

¶ Elana, ſeu, & melius, Ælana, nunc *Aila*, ſeu et *Eylan* quibuſdam, urbs cum portu, ad ſinum Arabicum ſub dominio Turcarum. Diſtat 120. milliaribus ab Arſinoe in ortum, & vix 30. ab urbe *Eltor* dicta in Boream. Villanovanus tamen credit eſſe *Eltor* urbem in auſtrum.

Elaphites *Iſole di Mezzo* ex tabulis Geographicis, inſulæ tres parvæ maris Hadriatici, ſive Illyrici, apud Melitam, ab ea 12. mill. paſſ. diſtantes, à quibus non longè Chia inſula parva, Melitæ propior, ab ea 3. mill. diſtans. De quibus vide Plinium. Harum prima *Calamota*, altera *Iſola di mezzo*, reliqua *Guippana*. *Plin.*

Elaphoneſus, *Marmora* teſte Curopalate, ob marmoris copiam, inſula Propontidis, quæ & Neuris & *Plin.*

Proconneſus, teſte Plinio, dicitur, apud Cyzicum urbem. Vide Proconneſus.

Ariſt. Ælia. Elaphus, Elatus Plinio, mons Aſiæ propriæ, apud Arginuſam, apud quem Alcibiades obiit, & cervæ abſciſsa, aure reperiuntur; & fluvius Arcadiæ eſt Pauſaniæ.

Plin. Elaphuſa, inſula parva maris Jonii, apud Corcyram ita parva, ut hodie nomine carere videatur.

Ptol. Elatas, *Lime* Mol. & Theveto, fluvius Bithyniæ inter Hippium fluvium & Heracleam Ponticam ad ortum, in mare Euxinum ſeſe exonerans. Hinc Elatæus nomen gentis. Ovidius lib. 12. Metamorphoſeon:

Clara decore fuit proles Elateja Canis.

Plin. Elatium, Elath Joſepho, oppidum Arabiæ, ſeu Syriæ in confinio, inter Damaſcum, & Petram urbem Arabiæ Petrææ metropolim.

¶ Elatium, urbs Decapolis, inter Iordanem fluvium ad occaſum, & Philadelphiam ad ortum, a qua vix 15. milliaribus diſtat, eſtque versùs confinia Arabiæ deſertæ, 90. milliaribus a Damaſco in auſtrum, & totidem à Petra in Boream.

Strab. Elatria, oppidum Epiri, in Theſprotia regione, ad fauces montium, quibus ad Tempe Theſſaliæ tranſitur, teſte Livio.

Plin. Elatus, mons Aſiæ. Vide Elaphus. Eſt, & mons Zacynthi Plinio.

Elaver, *Allier*, fluvius Galliæ Celticæ, ex montibus Arvernorum erumpens, ac non longè à Claromonte urbe decurrens, & ad Nivernas in Ligerim influens.

¶ Elaver fluvius, *l' Allier*, oritur in Diœceſi Mimatenſi, ſeu in Occitania, è vico Cendreſio, in radicibus Loſeræ altiſſimi montis Gabalorum, deinde inter Gabalos & Velaunos labens; Alverniam provinciam rigat & bifariam ſecat, uti & poſtea Borbonienſem provinciam, ubi juxta Molinum labitur, & tandem paulò infra Nivernas & in Hivernenſi provincia ad locum *Bec d' Allier* dictum in Ligerim fluvium cadit.

Ptol. Elbii vicus, *Vico*, vicus parvus, apud lacum Ciminium inter Viterbium 8. & Roncilonem oppidum, in via quæ Romam ducit 2. mill. paſſ. occurrens.

¶ Elbinga, *Elbing*, urbs eſt munita Poloniæ, in Pruſſia regia. HocKerlandiæ tractus caput, emporium celebre, non longè à mari Baltico, & in Hanzeatico fœdere prope lacum Drauſonum, ubi in ſinum *Friſch haff* dictum ſe exonerat ad Elbingam fluvium, in amœno ſitu. Pulchra eſt & elegans, duplexque, nempe nova & vetus. Anno 1239. hæc urbs condita fuit, & anno 1454. cum Gedano ab ordine Teutonico defecit, ac dejecta arce, Polonorum tutelæ ſe commiſit, ibi Academia erecta fuit anno 1542. ab Alberto Brandeburgenſi Pruſſiæ Duce. Capta fuit a Svecis anno 1629. uti etiam 1655. ſed poſtea reddita fuit Regi Poloniæ.

Ant. Elbora, *Talavara*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Tagum fluvium. Vide Ebura.

¶ Elbovium, *Elbeuf*, oppidulum Galliæ, in Normannia provincia, Ducatus titulo inſignitum, ad Sequanam fluvium. 3. leucis ſupra Rothomagum in auſtrum diſtat.

Ant. Elcebus, *Schleſtat* Villanovano & aliis, urbs Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, libera apud Rhenum, inter Colmariam 3. & Argentoratum 6. leucis, à Baſilea 8. Seleſtadum Latino recenti.

¶ Elcebus, ſeu Helellus, oppidum Triboccorum, eſt nunc vicus *Eile*, in Alſatia inferiori; ab Ellum ſeu Helelium fluvium, vix uno millari à Benefelda, 2. leucis Germanicis a Seleſtadio in Boream, 3. ab Argentina in auſtrum, & 4. ab Argentovaria & a Briſiaco in Boream.

Ptol. Eldana, *Duennas*, teſte Goropio, oppidum amplum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella veteri, inter Palentiam 2. & Valliſoletum in auſtrum 6. leucis à Burgis 15. in occaſum. Sunt quibus & Donea Latinè dicatur.

Elea, quæ & Cauconia, cuius populi Caucones Straboni, Elis Ptolemæo, regio Peloponneſi, inter Arcadiam & mare Ionium ad occaſum, in qua Elis urbs, *Belvedere* Mol. & aliis Populi Elienſes Polybio. Hinc Elæus nomen gentis Propertius libro 3. elegia 7. (*Vide Elis.*)

Sunt quibus Elæa concurrit palma quadriga.

Tab. Penti. Ptol. Electra, fortè, ut videtur. Leuctrum Ptolemeo. *Iſtechia*, oppidum Pelopponneſi, in ora Meſſeniæ, cum fluvio cognomine, apud Laconiæ confinia.

¶ Electra oppidum fuit Pelopponneſi, in Meſſenia provincia, ad amnem cognominem. 15. milliaribus diſtat ab ora ſinus Cypariſſii, & totidem à confinio Elidis & Arcadiæ & 30. ferme a Laconia regione in occaſum. Sed differt à Leuſtro ſeu Leuſtra oppido Laconiæ.

Electrides, quæ & Gleſſariæ, inſulæ maris Germanici ex adverſo Scotiæ, tres, quarum una *Hetlant*, alterà *Scetlant* vel *Schetland*, reliqua *Fare*, teſte Ortelio, nominantur. Vide Gleſſariæ Gleſsaria. In Theſaur. Linguæ Latinæ inſulæ maris Adriatici dicuntur, cum apud Plinium maris Germanici ſint. Ant

Electris, inſula parva apud Tarentum urbem Magnæ Græciæ, quæ & Febra, teſte Servio. Hic Ortelius Virgilium citat: apud quem non reperitur Electris: ſed Electra filia Atlantis. An

¶ Electris inſula eſt ſinus Tarentini, in regno Neapolitano, quæ nunc vulgò *Monte Sardo* dicitur; eſtque parva & montuoſa, cum turri tantum & aliquot ædibus. 30. milliaribus diſtat a Taranto in auſtrum.

Elees, fluvius Lucaniæ in mare Tyrrhenum apud Veliam urbem exciſam labens, *Evoli*, teſte Nigro, ſic ad oppidum, quod præterfluit dictus: longè tamen abeſt Ebolum oppidum de Velia.

¶ Elees, ſeu Elea, fluvius Lucaniæ, cis Apenninum montem. Nunc *Piſciota* dicitur, ad Veliam urbem, cui & nomen poſtea dedit, teſte Brietio. In mare Tyrrhenum ſe exonerat prope promontorium Palinurum, id principatu interiori: hinc Eleates ſinus & portus, qui & Velinus. An

Elephantina, & Elephantis, inſula Ægypti; intra Nilum fluvium, cum urbe cognomine, quæ & Tabenna nominatur. An

Elephas, *Fellas*, teſte Caſtaldo, mons Æthiopiæ, ſub Ægypto, apud ſinum Avalitem. In Theſ. Ling. Latin. pro Æthiopiæ Arabiæ legitur.

Elephus, mons Aſiæ, contra Lesbum inſulam, qui & Elatus ubi Alcibiades obiit, & cervæ aurum ſciſſam habent.

Elepla, *Niebla*, teſte Joanne Mariana, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ apud oram Vandalitiæ, ab Hiſpali 9. leucis in occ. & Africum, olim ſub Gothis, urbs epiſcopalis. Vide Ilipa.

Eleus, inſula parva Ioniæ, apud Miletum urbem. Pt

Eleus, euntis apud Plinium, & Elæus Stephano, urbs Thraciæ ad Propontidem in Gherronneſo, Callipoli proxima, cujus incolæ Eleuntii dicuntur.

¶ Eleus, urbs Thraciæ, in intimo receſſu Thracicæ Cherſoneſi in auſtrum, prope Eolium promontorium; nunc *Critea*, versùs oſtium Helleſponti. Sed 30. milliar. à Propontide & à Gallipoli in auſtrum diſtat, uti 15. à Sexto in auſtrum pariter, & totidem a Sigejo promontorio in occaſum. Dicitur etiam Elæus. Vide ibi.

Eleuſa, *Eleſa* Sophiano, *Corcu* Nigro, inſula parva Ciliciæ, ante Corycum promontorium a quo nomen accipit. Elæuſſa Stephano, & Eleuſin Hegeſippo. A

Eleuſa altera, inſula ſinus Saronici inter Peloponneſum & Atticam, ante Spiræum promontorinm Salamini proxima, ad 2. ſtadia diſtans. Vide Eleuſis.

Eleuſa item, inſula Lyciæ, inter Rhodum inſulam & Phænicem montem Lyciæ à Rhodo. 120. tantum ſtadiis diſtans, *Simie*, ut ſcribit Benedictus Bordonius, quam circiter 30. mill. paſſib. à Rhodo diſtare ſcribit. Ex quo errare Bordonius deprehenditur; nam Syme eſt, quæ *Simie*, vulgò dicitur. Pt

¶ Eleuſa quibuſdam eadem eſt quæ Syme, inſula Aſiæ minoris & maris Lycii, in ora, inter Rhodum ad auſtrum & Lyciam ad Boream.

Eleuſina, pagus Ægypti, in ora, apud Alexandriam à qua 4. mill. paſſ. aberat, teſte Livio, Canopicam foſſam versùs, cui Leuſina ſcribitur. Pl. Po. Str.

Eleuſis, Eleuſin Ciceroni & Straboni, *lepſina* Sopiano, oppidum Atticæ maritimum, inter Megaram, ſeu Nyſſæam, urbem, & Piræum portum Athenienſium: unde ſinus Eleuſinius, qui & Saronicus. De quo Ovidius lib. 4. faſt. Pl. & L

Fors ſua cuique loco eſt: qui nunc Cerealis Eleuſis,

Eluſina Atticæ ſacrarium appellatur ab Apulejo, ob religioſiſſimum Cereris fanum, ubi plurima ſacrorum ornamenta, quæ diviſim & diverſis temporibus oſtendebantur. Unde proverbium apud Senecam, *Eleuſina ſervat quod oſtendat*, contra eos, qui in una epiſtola aut oratione omne quod ſciunt efficiunt. Eleuſina ſacra apud Pauſaniam, Stephanum, & alios Athenis magno concurſu & celebritate Cereri fiebant, in quibus matronæ in curribus per jocum ſibi mutuo & liberè convitiari ſolebant; ut propterea inde illud emanarit adagium, Pl.

De

De plauſtro loqui, pro liberè quemlibet taxare. Quod alii ad poetas comicos referunt; qui de plauſtro perſonati non ſolum in alios comicos, ſed etiam in potentiores, atque in deos ipſos dicebant quæ vellent. pro libitu. Hinc Eleuſinus, & Eleuſinius a, um. ut Eleuſina Ceres, Eleuſina ſacra, Eleuſinum templum.

Eleutheræ Eleutheruæ Plinio, urbs fuit Cretæ mediterranea, proxima Gortynæ.

Eleutheropolis, quæ & Hebron Judæis, urbs Palæſtinæ epiſcopalis, penè exciſa, inter Hieroſolymam 20. & Aſcalonem 24. mill. paſſ. a Lydda 18. in auſtrum.

¶ Eleutheropolis, urbs Palæſtinæ, differt ab Hebron, à qua diſtat 8. milliaribus in occaſum, uti & 20. ab Hieroſolyma Gazam versùs.

Eleutherus, *Valania*, teſte Pineto & Poſtelo, fluvius Phœnicis, apud Balaneas, à quibus nomen accipit, inter ipſas & Orthoſiam in mare decurrens.

¶ Eleutherus, fluvius Syriæ, oritur ex Libano monte, teſte Philippo de Via, & poſt longum curſum in mare Phœnicium ſe exonerat ad Balaneas, 30. milliaribus ab Orthoſia in Boream, & 25. à Laodicea in auſtrum.

Eleutherus alter, Siciliæ fluvius, *Admirati* Fazello, qui Orethus Vibio Sequeſtri dici videtur, Panormi urbis mœnia lambens.

¶ Eleutherus, fluvius Siciliæ, nunc *Bajaria* dicitur, Cluverio, Sanſone, & aliis teſtibus, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat, milliaribus in ortum à Panormo & ab Oreto fluvio, qui nunc etiam *Oreto* dicitur.

Eleuthræ, pagus Bœotiæ, apud Plateas urbem; ubi Mardonius Dux Perſarum à Græcis prælio ſuperatus eſt, 30000. militum cæſis. Scribitur & Eleutheræ.

Elgis, *Elgin*, urbs Scotiæ epiſcopalis, Moraviæ regionis caput; ad oſtium Speæ fluvii, in ora orientali, inter Vervedum & Tarvedum promontoria, ab Aberdonia 27. mill. in Boream.

¶ Elgis, ſeu Elgia, *Elgin*, urbs parva Scotiæ ſeptentrionalis, versùs oram maris Germanici, & 3. milliaribus à littore, ad fluvium Loxiam; *Loſſye*. 6. milliaribus Scoticis diſtat ab oſtio Speæ fluvii in occaſum, uti 35. à Taxalo promontorio, & 42. à Beruvio promontorio in auſtrum.

Elgovæ, populi Albionis, quorum regio, teſte Blacuodæo, Elgovia, & Lennoxia Latino recenti, vulgò *Lennox*, dicitur, in Scotia; in qua Lomundus lacus eſt ad Grampii montis radices. Hos alibi Ptolemæus Selgovas appellare videtur, quorum urbes Carbantorigum, Uxelum, Corda, Trimontium, Novantis finitimos. (*Camdeno ſunt magis ad auſtrum*, *ubi hodie* Lideſdale, Luſdale, EsKdale, Annandale & Nidiſdale.)

¶ Elgovæ aliis ſunt Selgovæ, populi Scotiæ meridionalis ubi nunc provinciæ Nidiſdalia, EsKia, & Anandia, versùs confinia regni Angliæ. Vide Selgovæ.

¶ Elia, *Ely*, urbs eſt epiſcopalis Angliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Cantabrigiæ Comitatu & in inſula cognomine, ad Uſam fluvium. Vide Elys.

Eliberri, Illiberis Plinio, Illiberis Livio, *Colibre* ſeu *Colivre*, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in ora littorali Catalauniæ, ſeu Comitatus Ruſcinonenſis, in Galliæ Narbonenſis (in quà à Plinio locatur) confinio, ad oſtia fluvii cognominis, qui à Ptolemæo Illeris, à Strabone Illybirris appellatur. Olim urbs epiſcopalis apud Helenam urbem, quæ illi ſucceſſit. 2. leucis in meridiem diſtans. Hic Ortelius Ptolemæum citat, apud quem hæc urbs * non legitur: quæ enim Illiberis ab eo nominatur, in Bætica eſt. Eliberi autem urbs apud Plinium ea eſt, quæ Illiberis Ptolemæo dicitur, urbs olim archiepiſcopalis apud Granatum (quod illi ſucceſſit) exciſa, *Elvire*, vulgò. (* Reperitur in Ptolemæo etiam Illiberis in Gallia Narbonenſi.)

¶ Eliberis, urbs Turdulorum in Hiſpania Bætica, ad Singilim fluvium; quæ ab aliis Illiberis dicitur, nunc vicus *Elvire* dictus, in regno Granatenſi, prope urbem Granatum, *Granada*, quæ crevit ex ejus ruinis. Ibi Concilium Eliberitanum celebratum anno 305. Eliberis item, ſeu, & melius Illiberis, quæ & Caucoliberis, urbs eſt etiam Galliæ Narbonenſis, in ora littorali maris Mediterranei & ſinus Leonini, vulgò *Colliure*, Gallis *Collioure*, parva, ſed munita, cum portu capaci, in Comitatu Ruſcinenenſi & in confinio Cataloniæ, antea Hiſpaniæ annexa; ſed ab anno 1641. quo à Gallis capta fuit, ſubeſt dominio Regis Galliæ.

Eliocrata, vel Eliocroca, *Lorca*, teſte Cluſio & Mariana, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Baſtetanorum, ſive in regno Murcienſi, à Carthagine nova 25. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, ſed 12. revera leucis, à Murcia 14. versùs Baſti, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano; ſed ſedes Carthaginenſi unita eſt.

¶ Eliocrata, quæ & Ilorcis, nunc *Lorca*, ad fluvium Guadalentinum, in confinio regni Granatenſis. 10. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora maris Mediterranei & ſinus Vergitani in Boream, & 10. à Baſti in ortum; eſtque ſatis parva.

Elipa, quæ Ilipa Plinio dici videtur, & Elepla in veteri inſcriptione, urbs olim Bæticæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Vide Elepla. *Lib. Conc.*

Elis regio Peloponneſi inter Arcadiam & Achajam, mareque Ionium ad occaſum, quæ & Elea Polybio & Straboni, & Cauconia dicta eſt; cum urbe ejuſdem nominis, hoc eſt, quæ Elis appellatur, *Belvedere* Nardo & Pineto, ubi byſſus multa provenit, teſte Pauſania, tenuitate Judaica præſtantior: regio verò *Ialea*. De qua Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon: *Strab. Ptol. Pauſ.*

Piſa miſi patria eſt; & *ab Elide ducimus ortus*.

Patria fuit Phodonis Philoſophi Platonis amiciſſimi, teſte Gellio lib. 2. cap. 18. Elis item equis abundans fuit, teſte Propertio lib. 1. eleg. 8. *Bibl.*

Et quas Elis opes ante paratat equis.

Eleus nomen gentis, ab Elide vel Elea regione deductum, uti apud Ovidium lib. 5. Metamorphoſeon: *Pauſ. Ptol.*

Tunc caput Eleis Alphejas extulit undis.

Et Elæus, a, um adiect. Ovidius in epiſtola Leand. Heroni. *Strap. Step.*

Ut celer Elæo carcere miſſus equus.

¶ Elis regio eſt Peloponneſi, quæ nunc *Belvedere dicitur* ab urbe primaria cognomine, ſed latius patet; continet enim Elidem & Meſſeniam, Brietio & aliis teſtibus: ſubeſtque tota dominio Turcarum *à* ducentis ſere annis. Elis autem urbs, Elidis primaria, ad Peneum fluvium, nunc etiam *Belvedere* dicitur; eſtque ampla, probè culta, & in loco peramœno ſita, Calloſcopium Græcis 15. milliaribus diſtat ab ora maris Jonii in ortum, & 24. à Dyme ſeu Clarentia in auſtrum.

Elis item, ſive Helis, locus Palæſtinæ, ubi Moſes 12. ſontes invenit, *Bebbu* nunc, teſte Poſtello, & *Belbes*. Sed *Belbes* aut *Pelbes* Peluſium eſt, urbs Ægypti. *Horeal.*

Eliſſus, Iliſſus Plin. & aliis, fluvius Achajæ, per Atticam fluens, ac in mare ad Piræum portum exiens. Fluvius etiam Sicyoniæ regionis eſt, ex Arcadia oriens ubi Megalepolim urbem adluit, & in Alpheum decurrens. Vide Iliſſus. *Scrip. Call.*

¶ Eliſſus, fluvius Atticæ. Dicitur ab aliis Iliſſus. Vidæ ibi.

Elixus, fluvius Ceæ inſulæ, apud Careſſum fluens.

Ellopia, locus Eubææ inſulæ, ad Telethrium montem, ubi Hellopiæ aquæ calidæ Plinio & Solino, nunc pagus *Ellopia* etiamnum in tabulis Chorographicis dictus, in ora ad ortum, apud Cerinthum. *Scrip. Belg.*

Ellus, fluvius Phrygiæ magnæ, maximus omnium qui in Hermum influunt, Hyllus ab Homero & Strabone dictus, per Lydiam fluens. Eſt & Ellus fluvius Alſatiæ, à quo illa *Elſas* nominatur, ſed nomen eſt recens. *Strab.*

¶ Ellus, fluvius Aſiæ minoris, in Lydia. Dicitur ab aliis Hyllus; & paulò infra Tyatum ſeu Tyathiram in fluvium Hermum labitur. Vide Hyllus.

¶ Ellus, fluvius Germaniæ, dicitur, & melius, Hellus Ill. Oritur in Suntgovia prope Ferretam oppidum, deinde per Alſatiam provinciam labitur, ubi Mulhuſiam rigat, Enſisheimum, Colmariam, Seleſtadium, & Benofeldam poſtea etiam Argentinam, & paulò infrà in Rhenum fluvium, ſe exonerat.

Elna, fluvius Galliæ Belgicæ, per Picardiam apud Bononiam urbem fluens: cujus in vita S. Audomari Epiſcopi fit mentio. *Plin. Sol.*

¶ Elna, fluvius parvus Galliæ Belgicæ, aliter Liana dictus, *Lianne*. Oritur in confinio Arteſiæ, & juxta Bononiam in mare Britanicum ſe exonerat.

Elno S. *Amand*, pagus Belgii, in Hannonia, ad Scarpum fluvium, inter Valencenas 3. & Tornacum 4. leucis, ubi Elnonenſe monaſterium, abbatia præcipua. De eo in vita S. Amandi. *Lib. Prov.*

¶ Elno, *S. Amand*, oppidum eſt Comitatus Flandriæ, ad fluvium Scarpam, qui paulò infra cadit in Scaldim; eſtque in confinio Hannoniæ, ſub dominio Regis Fran-

ciæ ab anno 1667. Fuit aliàs munitum, ſed poſtea ejus munitiones disjectæ fuere.

Eleone, oppidum, Macedoniæ in Perrhæbia regione, in Theſſaliæ confinio, ad montis Olympi radices, & Eurotam fluvium.

Elongoſine, locus Armeniæ majoris, in monte, ad ortum Tigridis fluvii.

Elorona, & Eloronenſium urbs, Illuro Antonino, Oloronenſis urbs Sidonio Apollinari, *Oleron*, teſte Cœnali cum aliis, urbs Aquitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, inde ad 12. leucas in auſtrum recedens, intra Pyrenæi montis radices, à Tarba urbe 4. in Bearnenſi Principatu, Lapurdo & Epauno finitima.

¶ Elorona, ſeu Illuro, urbs Tarbellorum, in Aquitania ad Gabarum fluvium, in Bearnia provincia, ad radices Pyrenæorum. 4. leucis diſtat a Palo in occaſum, 6. à confinio regni Navarræ, 20. ab Auſciis in Africum, & 11. a Tarba in occaſum.

Plin. Elorum, Elorus Vibio Sequeſtri, Herolus Silio, fluvius Siciliæ, per oram ad ortum inter Syracuſas & Pachynum promontorium fluens, qui intus *Atellari* & circa oſtium *Abyſo*, teſte Fazello, nominatur. Elorum verò vel Elorus, oppidum ad oſtium amnis, exciſum jacet; manet turris, quæ *Sta in pace* dicitur, teſte Fazello, inter Syracuſas 24. & Pachynum 16. mill. paſſ. Fluvius apud oſtia ſtagnat ad mille paſſus, & orta in mare (forſan tempeſtate) ita intumeſcit, ut agros in morem Nili exundet. Populi Elorini Ciceroni. Silius libro 14.

Sidonia & Drepane, atque unda clamoſus Helorus.

Hinc Elorius nomen gentis, & Elorinus Ovidius 4. faſt.

Hinc Camarinam adiit, Thapsònque, & Eloria.
Tempe.

Elorina autem ſtagna, ubi, teſte Solino, piſces manſueſcunt, ut etiam cibos de manibus hominum capiant, ſunt inter Elorum & Pachynum, apud Macharam urbem everſam: duo ſunt, quorum unum *Lago di Lupo*; alterum *Ravetti* apud Fazellum dicitur.

¶ Elorum, ſeu Elorus, *Acellaro* nunc dicitur; eſtque fluvius Siciliæ, in valle Neætina. Modicam rigat, & prope Neætum labitur, & paulò poſt in mare Jonium ſe exonerat, juxta rudera Elori urbis, 10. milliaribus a promontorio Pachino in Boream, & 30. a Syracuſis in auſtrum.

Plin. Elpenoris Tumulus, in Latio apud Circæjos, in monte, ubi nunc pagus, ſeu vicus, & ſacra Ædes S. Felici dicata.

¶ Elſenora, *Elſenor*, urbs regni Daniæ, in Zeelandia Inſula, prope Sundicum fretum & arcem Coronæburgum, cum portu capaci, è regione Scaniæ & urbis Helſingoburgi.

¶ Elteri, & Elterium, *Alterdochan*, teſte Jacobo Delgado, cum Jacobo Vaſconcello, pagus Luſitaniæ, in regno Portugallico, apud Amæam urbem ad 2. leucas diſtans, à Monte Albano 8. Eboram versùs 20.

¶ Elteri, ſeu Abelteris, & Turres Albæ, oppidum aliàs Luſitaniæ, in Scalabitano conventu, nunc *Alter* dicitur, ſeu *a Aerra*, ut quibuſdam placet; eſtque vicus tantùm Extremaduræ Luſitanicæ, ad amnem *Zatas* dictum, medius inter Vlyſſiponem & Portum alacrem.

¶ Elvanga, *ElWang*, urbs Germaniæ, in Svevia regione, ad fluvium Jaxtum, ubi Præpoſitura nobilis, *la Prevoſtè d' Elvvang*, cujus dominus Imperii Princeps. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Nerolinga in Boream & 2. à Dinchelſpila in occaſum.

Ptol. Eluſa, *Eleuſa* apud Mol. urbs Palæſtinæ mediterranea, In Idumæa, olim epiſcopali ſede ornata.

Scrip. Elvva, poſtea urbs S. Aſaphi. ſive Aſaphopolis, S. *Aſaph*, urbs Albionis, in ora Walliæ littorali ad Bo-ream, inter Ceſtriam ad ortum, & Bangorium ad occaſum, inde 30. hinc 28. mill. diſtans, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi.

¶ Elvva, ſeu Aſaphopolis, *S. Aſaph*, urbs eſt Valliæ Borealis, in Comitatu Flintenſi, ſic dicta, quia ibi Elvus fluviolus in Cluidam ſe exonerat. 16. milliaribus Anglicis diſtat a Ceſtria in occaſum, & 20. a Bangorio in ortum. Vide Aſaphopolis & Fanum S. Aſaphi.

Amm. Eluza, Eluſa Sulpitio, Eluſates Cæſari, Eluſaberris Melæ, urbs Eluſatium libro Provin. Eluſo Paulino, Heluſa Sidonio, *Euſa*, *Eauſe*, & *Euſe*, *Elſa* Scaligero urbs Aquitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, licèt epiſcopatus nunc Auſcenſi ſit copulatus inter Auſcos 7. & Vaſatas ad occaſum 9. leuc. Cœnalis non rectè Laſcurram urbem interpretatur. In Theſauro Linguæ Latinæ ex Olivario *Aux* malè indigitatur pro *Elſa*.

¶ Eluſa, *Eauſe*, urbs Galliæ, in Aquitania, nunc in Arminiaco Comitatu & in confinio Condomenſis tractus, ad Geliſam amnem, alias ampla & epiſcopalis, nunc parva & obſcura, & antiquitate tantùm celebris, inter Vazates ad Boream & Auſcios ad Eurum, 5. leucis a Condominio in occaſum. Hinc populi adjacentes Eluſates dicti.

Elyma, *Canina* Sophiano, urbs Macedoniæ epiſcopalis, in Epiri confinio & Elymiotarum finibus, in Chaoniæ regionis, quoque confinio, ab Aulone & Chimæra ad 25. mill. paſſus in ortum diſtans. *Ptol.*

¶ Ellyma, ſeu Elymæa, urbs Macedoniæ, Elymiotarum caput, ad Celydnum fluvium, in Albania meridionali.

Elyma quoque, urbs Siciliæ, in ora Boreali & occidua, exciſa, à Segeſta 12. mill. paſſ. in ſeptentrionem diſtans, Panormum versùs 30. *Palymita* nunc locus, teſte Fazello, nominatur. Sic ab Elymo Trojano conditore dicta, eodem tempore quo Segeſta ædificata.

Elymmais, regio; & Elymæi populi Livio, pars *Pli.* Perſidis ad occaſum, in Suſianæ regionis confinio, inter ſinum Perſicum ad meridiem, & Mediam ad Boream extenſa.

Elymiotæ, populi Macedoniæ: quorum regio *Placani*, teſte Caſtaldo, nominatur.

¶ Elymiotæ populi fuere Macedoniæ, versùs occaſum & mare Adriaticum, prope Taulantios. Ibi nunc pars auſtralis Albaniæ propriæ. Eorum primaria erat Elyma ſeu Elymæa, urbs mediterranea ad Celydnum fluvium, quæ nunc *Canina* dicitur.

Elys, *Ely*, inſula Albionis, in Anglia, inter duo flu- *Scrip.* mina, circuitu 80. mill. paſſ. cum urbe epiſcopali ſub *Call.* Archiepiſcopo Cantuarienſi, Cantabrigiæ urbi & academiæ proxima, olim Anglorum orientalium ſedes regia.

¶ Elys, ſeu, Elis, *Ely*, urbs eſt parva Angliæ, ad Vſam fluvium, in loco parum ſalubri, in Comitatu Cantabrigiæ, 14. milliaribus Anglicis ab Huntingdonia in ortum & 10. à Cantabrigia in Boream. Ab ea regio adjacens inter fluvios Avonam & Uſam, ac inter paludes *Whittleſey Mere* & *Ramſey Mere*, & partem Oceani Germanici, alias Metaris æſtuarium, dicitur Elienſis inſula, *The yle of Ely*, ubi aliàs Girvii populi. De ea plura habet Camdenus.

Elyſii, populi Germaniæ, quorum regio *Lauſnitz*, *Taci* & Latino recenti Luſatia, teſte Petro Nivemontio. Sed Andreæ Vellejo *Alſen* inſula Daniæ eſſe videtur. At plerique priori adhærent ſententiæ. Sunt etiam quibus Sleſii eſſe videntur, & regio Sleſia.

¶ Elyſii, qui & Lugii Elyſii, populi Germaniæ versùs Sarmaticos montes, ubi nunc pars auſtralis parvæ Poloniæ, versùs Viſtulæ fontes. Eorum caput erat Carrodunum, nunc Cracovia, Poloniæ primaria longè autem a Luſatia in ortum protenſi erant, teſtibus Sanſo- *Plin.* ne, Brietio, & aliis.

Elyſii quoque campi apud inferos à Poetis ficti. Virgilius lib. 1. Georgic.

Quamvis Elyſios miretur Græcia campos.

Emathia, regio Macedoniæ ad ortum, mare Ægæum *Liv.* attingens, inter Mygdoniam ad Boream & Pieriam ad meridiem, in qua Pella, Berrhœa, Ædeſſa, aliæque urbes complures. Sed aliquando pro tota accipitur Macedonia, præſertim apud Poetas. In priori acceptione *Pitiotidia* à Lazio indigitatur. Sed hæc potius Phthiotis videtur regio Theſſaliæ. Hinc Emathius nomen gentis. Lucanus lib. 1.

Bella per Emathios pluſquam civilia campos.

Virgilius lib. 1. Georgic.

Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro
Emathiam & latos Æmi pingueſcere campos.

¶ Emathia, ſeu Æmathia, provincia eſt Macedoniæ, quæ etiam propria Macedonia dicitur. Habet ab auſtro Theſſaliam ab ortu Pieriam & ſinum Thermaicum, & à ſeptentrione Pelagoniam & Mygdoniam. Ejus primaria eſt Ædeſſa.

¶ Embda, *Embden*, urbs Germaniæ munita, & emporium celebre ad fluvii Amiſiæ oſtia, Friſiæ occidentalis caput, aliàs ſub dominio proprii Comitis, nunc in ditione Batavorum. 6. milliaribus Germanicis diſtat a Groninga in ortum, & 15. à Brema in occaſum.

Emelia, *Emeley*, urbs Hiberniæ epiſcopalis ſub Archie-

chiepiſcopo Caſilienſi, in Momonia regione, Liſmorenſi urbi finitima.

¶ Emelia urbs eſt Hiberniæ, vulgò *Emmeley*, in Comitatu Tiperarienſi, ad amnem *Broodvater*, 15. milliaribus à Caſſilia in occaſum. Paucis conſtat incolis, & ſenſim deficit.

Emerita, quæ & Auguſta Emerita, *Merida*, urbs Luſitaniæ, olim ampla, archiepiſcopalis, & conventus Juridicus multarum urbium, ad Anam fluvium, in Extremadura; nunc penè deſerta, ſede archiepiſcopali Compoſtellam urbem Gallæciæ tranſducta; inter Metallinum 6. & Pacem Auguſtam 9. leucis diſſita, ab Auguſto condita, & Emerita dicta, veteranis militibus & emeritis ad incolendum tradita, teſte D. Iſidoro libro 15. etymolog. Hæc anno ſalutis 1230. unà cum Pace Auguſta, Caſtris Cæciliis, & aliis oppidis ab Hiſpanis, Mauris victis & ejectis, recuperata fuit. De ea Auſonius in catalogo urbium:

Jure mihi poſt has memorabere nomen Iberum
Emerita.

Hic granum rubrum provenit, quo vellera tinguntur, Tyrio ſplendori neutiquàm cedente, teſte Plin.lib.9.cap.41.

¶ Emeritæ nihil ſupereſt hodie præter ruinas & magna antiquitatis veſtigia. Subeſt Equitibus S. Jacobi *de Spatha* dictis; eſtque tantùm urbecula tenuis, tantiſper munita hiſce ultimis annis propter metum Luſitanorum.

¶ Emerita, *Merida*, urbs nova Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania *&* in provincia Jucatania, versùs Boream *&* ſinum Mexicanum, ſub Hiſpanis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano.

Emiſa, * Emiſſa Ptolemæo, Hemeſa Plinio, *Hamſa* & Turcis *Haman*, teſte Bellonio, *Chemps* Poſtello & Ioannis kydo, *Camala* Nigro, urbs Syriæ archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, inter Arethuſam & Laodiceam 16. mill. paſſ. inter Antiochiam verò 34. & Damaſ. cum 19. ab Apamia 40. (habet * manuſcript. Seldeni *Emeſa*.)

¶ Emiſa, ſeu Emeſſa, vulgò *Hemz*, urbs Syriæ, ad Orontem fluvium, inter Laodiceam ad auſtrum & Arethuſam ad Boream. Diſtat 43. milliaribus à Damaſco in Boream, totidem ab Apamea in auſtrum, ſicuti 80. ab Antiochia, & 60. à Palmyra in occaſum.

Emmaus, quæ & Nicopolis, *Nicopol* adhuc dicta, teſte Poſtello, *Gotz* à Turcis & Arabibus appellata, teſte Ravvolfio, urbs Palæſtinæ epiſcopalis, in Iudæa, ſub Patriarcha Hieroſolymitano, ab Hieroſolymis ſupra 7. mill. paſſ. Ioppen versùs 33. in occaſum. In Theſauro Linguæ Latinæ Emaus pro Emmaus legitur.

¶ Emmericum, *Emmerik*, urbs munita Germaniæ, in Clivenſi Ducatu, ampla & dives, ad Rhenum fluvium, una leuca à SchencKia arce in ortum, & paulò ampliùs à Clivia. Juris eſt Brandeburgici, ſed præſidium habet Batavorum.

Emodus, Hemodus Ptolemæo, Emodi numero plurali Plinio, *Moghali*, teſte Caſtaldo, *Iethra* Iudæis, & *Cereſeth* Mengreliis, teſte Theveto, mons maximus Aſiæ, Tauri pars, Indiam à Scythia diſterminans.

¶ Emodus mons, ſeu Emodi montes, nunc *Dalanguer* aliis. Vide Taurus.

Emona. Vide Æmonia.

Emonia, *Maid*, teſte Ortelio cum aliis, inſula Scotiæ ad ortum adjacens. (forſan *the May*, in freto Edinburgenſi.)

Emporiæ *Caſtel Aragoneſe*, urbs Sardiniæ marit. in ora occidua apud Borealem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turritano, ſive, ut nunc vocant, Saſſarenſi, à Saſſari & Algario 18. mill. paſſ.

¶ Emporiæ, aliàs Tibula, *Caſtel Aragoneſe*, urbs eſt munita Sardiniæ inſulæ & prima ab Aragoniis occupata, prope oſtia Termi fluvii, ab ea *Aragoneſe* etiam dicti 30. milliaribus diſtat in auſtrum ab ora proximiori Corſicæ inſulæ, 18. à Saſſari in Boream, & 34. ab Algario pariter in Boream, cum arce, & portu capaci.

Emporiæ, Emporium Straboni & Stephano, *Ampurias*, urbs olim maxima & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, nunc oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora littorea Catalauniæ, inter Barcinonem ad meridiem 8. & Gerundam ad arctos 6. ferà leucis: cujus meminit Silius lib. 3.

Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarraco pubem.

¶ Emporiæ, urbs aliàs Indigetanorum, nunc oppidum Cataloniæ, in ora littorali maris Mediterranei. Paucis conſtat incolis. 3. leucis diſtat à Rhoda in auſtrum, 6. à Gerunda in ortum, & 20. à Barcinone in Cæciam, non autem inter Barcinonem & Gerundam. Ab ea regiuncula adjacens *l' Ampurdan* vulgo dicitur. Ptol.

Emporicus ſinus, *Golfo di Sella*, in Mauritania Tingitana, inter oſtia Subur fluvii & Atlantem minorem ubi Sala fluvius & urbs.

¶ Emporicus ſinus aliis eſt *Golfo de Sala* Hiſpanis: *Golfe de Salè* Gallis, ubi Sala urbs *&* emporium *Salè*, *in regno Fezzano*.

Emporium, *Empoli*, oppidum præclarum Thuſciæ Script. Etruſ. medium inter Florentiam & Piſas, 20. mill. paſſ. utrinque diſtans, haud procul ab Arno fluvio.

¶ Emporium ſeu Empoliæ aliis, *Empoli*, oppidum eſt agri Florentini, ad Arnum fluvium. 20. milliaribus diſtat à Florentia in occaſum, & 30. à Piſis in ortum, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ.

Emporium, *Ponte Nura*, ut videtur ex Livii verbis Liv. colligi, pagus Æmiliæ, apud Placentiam, ad 5. mil. paſſ. Parmam versùs in ortum diſtans, (*ad Nuram fluvium*.)

Emporia hujus temporis clara:

(*Agra Indiæ citerioris*, Agra.
Alba Græca Hungariæ, Belgrade.
Aleppum Syriæ, Alep.)
Alexandria Ægypti, (*Alexandrie*.)
Amſterodamum Hollandiæ, (*Amſterdam*.)
Antuerpia Brabantiæ, (*Anvers*.)
Arabia Arabiæ felicis, (*Laghi*.)
(*Arcangelopolis Moſcoviæ*, l' Arcangel.
Argentina Germaniæ, Strasbourg.
Armuzia Carmaniæ, (*Ormuz*.)
(*Aſpahamum Perſiæ*, Hiſpaham.
Aſtracanum Moſcoviæ Aſtracan.
Auguſta Vindelicorum Germaniæ, Augsbourg.
Bantanum Indiæ, Bantam.
Barcino Hiſpaniæ, Barcelone.)
Bardum Pomeraniæ, (*Bardt*.)
(*Baſilea Germaniæ*, Basle.
Batavia Indiæ, Batavia.)
Bergæ Norvegiæ, (*Bergues*.)
Bocenum Comit. Tirolenſis, (*Bolzan*.)
(*Brema*, *Germaniæ* Bremen.
Briſtolium Angliæ, Briſtol.
Bruga Belgii Bruges.
Burdegala Galliæ, Bordeaux.
Calecutum Indiæ citerioris, Calecut.
Caletum Galliæ, Calais.
Calmaria Sveciæ, Calmar.
Camboia Indiæ citerioris, Cambaia.)
Cantanum, olim Cattigara, Sinarum (*Cantan*.)
Carmana Carmaniæ, (*Cherman*.)
(*Cartagena nova Hiſpaniæ novæ*, Cartagena nuova.
Cartago nova Hiſpaniæ, Cartagena.)
Catiganum Indiæ cit. (*Chatigan*.)
(*Ceſtria Angliæ*, Cheſter.
Colonia Germaniæ, Cologne.
Conſtantinopolis Thraciæ, Conſtantinople.
Damaſcus Cœleſyriæ, (*Damas*.)
Dantiſcum Pruſſiæ. (*Dantzick*.)
(*Deppa Galliæ*, Dieppe.
Dominicopolis Americæ, S. Domingo.
Dublinium Hiberniæ, Dublin.
Dunquerca Galliæ, Dunquerque.
Edimburgum Scotiæ, Edimbourg.)
Elbinga Pruſſiæ, (*Elbing*.)
(*Embda Germaniæ*, Embden.)
Epidaurus Dalmatiæ, (*Raguſe*.)
Eſſedon Scythiæ, (*Chialis*.)
Francphordia Franconiæ, (*Francfort ſur le Main*.)
(*Gades Hiſpaniæ*, Cadis.
Gedonum Poloniæ. Vide Dantiſcum.)
Genua Liguriæ, (*Genes*.)
(*Glucſtadium Holſatiæ*, Gluckſtadt.
Goa Indiæ citerioris, Goa.)
Gripſvvaldum Pomeraniæ, (*Gripſualdt*.)
(*Hafnia Daniæ*, Coppenhagen.
Havana Daniæ ſeptentrionalis, la Havana.
Hamburgum Saxoniæ, *Hambourg*.)
Hadrianopolis Thraciæ, (*Adrinople*.)
(*Holmia Sveciæ*, Stockholm.)
Hierapolis Syriæ. (*Vide Aleppum*.)
Hiſpalis Hiſp. Bæticæ, (*Seville*.)

Iconium Lycaoniæ, (*Cogni.*)
(*Inſula* Belgii, l'Isle.)
Iſſedon. Vide Eſſedon.
(*Julia Cæſarea*, *ſeu Ruſucurum*, *Africa*, Alger.
(*Leodium Germaniæ*, Liege.)
Liburnus Italię, Livourne.
Lima ſeu Civitas Regnum Peruviæ, Lima ò los. Reyes.)
Lipſia Miſnio, (*Leipſik.*)
Leopolis Ruthenorum, (*Lembourg.*)
(*Loanda Africæ*, S. Paul. de Loanda.)
Londinum Angliæ, (*Londres.*)
Lubecum Saxoniæ, (*Lubek.*)
Lugdunum Galliæ, (*Lyon.*)
(Lutetia Galliæ, Paris.)
Macaſſaria in inſulis Moluccis, Macaſſar.
Macaum Sinarum; Macao.
Macloviopolio Galliæ, S. Malo.)
Malacca Indiæ ulter. (*Malacca.*)
(*Manilla in inſulis Philippinis*, Manilla.
Marochium Africæ, Maroc.
Maſſillia Galliæ, Maſeille.
Meacum Japoniæ, Meaco.)
Meſſana Siciliæ, (*Meſſine.*)
Mediolanum Inſubriæ, (*Milan.*)
Metelburgum Zelandiæ, (*Midelbourg.*)
Methymna Campeſtris Hiſp. (*Medina del Campo.*)
(*Mexicum Americæ ſeptentrionalis*, Mexico.
Moſcua Moſcoviæ, Moſcov.
Mozambicum Africę, Mozambique.
Nangazachium Japoniæ Nangazachi.
Nannetę Gallię, Nantes.
Namquinum Sinarum, Nanquin.
Neapolis Campaniæ; (*Naples.*)
(*Nidroſia Norvegiæ*; Drontheim.)
Noriberga Germ. (*Nuremberg.*
Olyſippo Luſit. (*Liſbone.*)
(*Panama Americæ*, Panama.
Panarmus Siciliæ, Palerme.
Portus Portugalliæ, Porto.)
Pruſa Myſiæ Aſiaticæ, (*Burſia.*)
(*Quebecum novæ Franciæ*, Quebec.
Regiomons Pruſſiæ, Konigsberg.
Revalia Livonię, Revel.
Rhodus Aſiæ minoris, Rhodes.)
Riga Livoniæ, (*Riga.*)
Roſtochium Duzat. Magnopolitani. (*Roſtock.*)
(*Roterodamum Hollandiæ*, Roterdam.
Rothomagum Galliæ, Roven.
Rupella Galliæ la Rochelle.
Sala Mauritanæ Tingitanæ, Salè.
Sancti Salvatoris Fanum, *ſeu ſinus omnium Sanctorum Braſiliæ*, la Bahya de todos os Sanctos.)
Satiganum Indiæ citer. (*Chatigan.*)
(*Siamum*, *Indiæ ulterioris*, Siam.
Smirna Aſiæ minoris, Smirne.)
Sundis Pomeraniæ, (*Stralſund.*)
(*Surata Indiæ citerioris*, Surate.)
Tanais Sarmatiæ, (*Aſac.*)
Teredon Babyloniæ, (*Baſſora.*)
Theodoſia Tauricæ, (*Caffa.*)
Theſſalonica Maced. (*Salonichi*,)
Toloſa Galliæ. Toulouſe.
Trapezus, *Aſiæ minoris*, Trebizonde.)
Tripolis Syriæ, (*Tripoli de Sorie.*)
(*Valentia Hiſpaniæ*, Valence.
Venetia Italiæ, (*Veniſe.*
Ulma Sveviæ. (*Ulme.*)
(*Uliſſinga* Belgii, (Fleſſingue.)
Wiſmaria Duc. Magnopolit. (*Viſmar.*)

Liv. Empulum, *S. Lupedio*, vel *S. Elpidio*, oppidum amplum Piceni, apud oram, à Firmo urbe 6. mill. paſſ. in occaſum Lauretum versùs. Sed Franciſco Pamphilio eſt caſtrum ejuſdem oræ, *Clavello* dictum.

Enarginum, *Orgon*, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Provincia, ad Druentiam fluvium, apud Cabellionem 2. leucis Taraſconem versùs 4. ab Aquis Sextiis 7.

¶ Enarginum, ſeu Urgonium, *Orgon.*, oppidum eſt Galliæ, in Provincia, cum caſtro aliàs munito, nunc disjecto, in colle. 2. leucis diſtat à Cabellione versùs Aquas Sextias in ortum, & 6. à Taraſcone etiam in ortum, uti 7. ab Arelate.

Orph. Enaulus; fluvius Thraciæ, in Euxinum mare apud Anchialum urbem fluens; quem Orteſius in Theſſalia deſcribit pro Anauro. De eo ſic Orpheus: *Plin.*
Plena quoque Anchialos, & aquis præſalſus Enaulus.

Encheleæ, Enchelii Straboni, populi Illyrici, quorum oppidum & regionem *Eteſciam* vocat Pinetus. Ibi Cadmum cum uxore in ſerpentem verſum fabulantur. Encheliæ Lucanus lib. 3.

nomine priſco
Encheliæ verſi teſtantes funera Cadmi.

¶ Enchuſa, *Enchuyſen*, urbs munita Belgii uniti, in Hollandia, in ora littorali ſinus Auſtrini, cum portu commodo: hinc optimi Naucleri. Vix diſtat 3. leucis ab Horna in ortum, uti 5. ab Alcmaria, 4. ab ora proximiori Friſiæ, 6. autem ab Amſterodamo in Boream.

Enderum, *Ender* adhuc Caſtaldo, oppidum Illyrici, *Ptol.* in Dalmatia, quod Nigro *Driveſto* dicitur: ſed ſitus non congruit. Unde Enedeudini populi Dalmatiæ, non Liburniæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ.

¶ Enderum eſt *Endero*, oppidum Dalmatiæ, in mediterraneis, versùs Scardum montem, 50. milliaribus à Liſſo in Boream. Brietio & Sanſone teſtibus. *Ant.*

Endideium, *Neumarekt*, teſte Simlero, oppidum Rhætiæ, in Svevia.

¶ Endidejum, ſeu Endida, quibuſdam eſt Neumark, ad Atheſim fluvium, in Comitatu Tirolenſi. Aliis autem eſt Bolzanum, *Bolzano*, urbs Comitatus Tirolenſis, ad fluvium Eiſocum, qui mox cadit in Atheſim, & media inter Tridentum & Brixinonem.

Endigetes, Indigeti Sexto Avieno, Populi Hiſpaniæ *Ptol.* citerioris, in ora Catalauniæ orientali, ubi Emriæ & Rhoda oppida.

¶ Endigetes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ab aliis Indigetes dicuntur. Vide ibi.

¶ Enecopia, *Enkoping.* oppidum Sveciæ, in Uplandia provincia, prope lacum Nelerum. 4. leucis Svecicis diſtat ab Upſalia in auſtrum, & 7. ab Holmia in occaſum, versùs Aroſiam. *Ptol.*

* Engada, Engadida Plinio, oppidum fuit Judææ, *Steph.* in Palæſtina, proximum Sodomis, apud lacum Aſphaltitem, ab Hieroſolymis 300. ſtadiis, teſte Joſepho, diſtans (* manuſcripto Seldeni, Ἐγγαδδα.)

Engeriacum, quod & Angeriacum Turonenſi, S. *Scrip. Gall.* *Iean d'Angely*, oppidum Aquitaniæ præclarum, in finibus Santonium, à Santonis 5. leucis in Boream & Cæciam, à Rupella 11. in ortum.

¶ Engeriacum, *S. Iean d'Angely*, oppidum Santoniæ, ad Voltumnum fluvium, *la Boutonne*, aliàs à Reformatis munitum, ſed à Ludovico XIII. Rege ejus propugnacula disjecta fuere 2. leucis diſtat à confinio Pictavenſis provinciæ. *Turon.*

Engoliſma, urbs Aquitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi, inde 22. leucis in Boream, (vide Egoliſma) apud Charantonum fluvium Ibi, non longè, fons copiam aquarum in morem fluvii emittens, maximamque truttarum copiam gignens.

¶ Engoliſma, ſeu Inculiſma, *Angouleſme*, urbs eſt Aquitaniæ, aliter Ratiaſtum dicta à quibuſdam. Ab ea regio adjacens dicitur Engoliſmenſis provincia, *l'Angoumois*, ubi aliàs Ageſinates. 12. leucis diſtat à Mediolano Santonum in ortum, & 16. a Lemovico in occaſum. Habet caſtrum munitum, & gaudet titulo Ducatus.

(Engoliſmenſis ager, *l'Angoumois*, provincia Galliæ, in Aquitania, prope Carentonium fluvium inter Marchiam Lemovicenſem ad ortum & Santoniam ad occaſum. Urbem habet primariam Enculiſmam.

Engyum, Engion Silio, *Gange* Aretio, *Lognina* Fa- *Diod.* zello, oppidum Siciliæ, in finibus Catanenſium, inter *Ptol.* Acim & Portum Ulyſſis. Sed cum ex Diodoro Engyum, ubi erat templum Dearum, ab Argyra 12. mill. paſſ. diſtaret; non eſt in ora littorali, ſed potiùs eſt *Gange*, pagus in mediterraneis, à Cretenſibus conditus poſt Minois diſceſſum è Sicilia. Populi Enguini Ciceroni. Aliis videtur *Engiuni*, emporium frumenti, in ora Leontinorum; quod Fazellus non reprobat. De eo Silius lib. 14.

Romana petivit.
Fœdera Callipolis, lapidoſique Engion artus.

¶ Enheimum, *Ehenheim*, urbs Germaniæ, in Alſatia inferiori, parva, ſed libera & Imperialis, ad amnem *Ergel* dictum, 3. leucis ab Argentina in Africum, ſub clientela Regis Francorum, pace Monaſterienſi.

Enienſes, populi Phthiotidis in Theſſaliæ Græciæ- *Herod.*

que confinio, per quos Sperchius fluvius labitur.

Eningia, *Fiinlandt*, teſte Joanne Gotho, & Zieglero inſula maris Septentrionalis, teſte Plinio, (qua in re Plinius deceptus eſt, cùm Scandinaviam & Eningiam inſulas facit) ſeu veriùs pars Scandinaviæ, in ortum & Boream vergens; Latinu recenti Finlandia.

¶ Eningia, ſeu meliùs Feningia, & Finnigia, pars Scandinaviæ, nunc provincia eſt regni Sveciæ, Finnia dicta *Finland*, inter Bothnicum Finnicumque ſinus poſita. Vide Feningia & Finnia, ſeu Finlandia.

Enipeus, fluvius Theſſaliæ parvus, ex Olympo monte profluens, Pharſalumque urbem adluens, ac in Peneum Apidano mixtus delabens, quem *Titareſo* indigitant ſed malè; nam Titareſus fluvius eſt ab Enipeo diverſus. Hic Pompejus à Cæſare victus. Lucanus lib. 6.

Apidanus, nunquamque celer, niſi mixtus, Enipeus.

Ovidius lib. 3. amor. elegia 6.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus.

Eſt & Enipeus fluvius Peloponneſi, in Alpheum labens: Enipheus Straboni, qui ejus tempore Barnichius appellatur. Uterque apud Poetas triſyllabus.

Eniſipia *Iſola de Colombi*, teſte Mercatore, inſula maris Africi, Ægypto ſeu Marmaricæ adjacens. Sed apud Ptolemæum non Eniſipia, ut ſcribit Ortelius, ſed * Æneſippa, & apud Strabonem Æneſipaſta legitur. (* Seldeni manuſcriptum Αινησιπργυ.)

Eniſis, *Niſi* Fazello, fluvius Siciliæ in ora ad ortum, inter Meſſanam & Argenum promontorium mari exceptus, utrinque 12. mill. paſſ. diſtans; qui etiam à Græcis Chryſorrhoas appellatur, quod aurum deferat. Ibi oppidum cognomen, *Niſa* vulgò, olim ſic naturà munitum, ut ab Athenienſibus expugnari non potuerit, teſte Thucidide.

¶ Eniſis amnis eſt parvus Siciliæ, in Valle Demonæ. In fretum Siculum cadit ex adverſo promontorii Leucopetræ Aretio & Fazello teſtibus. Vetuſti vocabuli neſcio quis auctor eſt, quamvis Thucydidi hoc tribuat Fazellus.

Eniſpe oppidum fuit Peloponneſi, Lycæo monti & Rhipæ finitimum; de quo Statius lib. 4. Thebaid.

Rhipæque & Stratiæ, ventoſaque donat Eniſpe,

Enna, *Caſtro Joanni*, teſte Fazello cum aliis, urbs Siciliæ, in monte, in inſulæ umbilico, inter Leondinos ad ortum 48. & Panormum ad occaſum 70. mill. paſſ. templo olim Cereris clara, ab Enno Syracuſano condita. Populi Ennenſes Ciceroni. Ejus meminit Ovidius lib. 4. faſt.

Grata domus Cereri, multas ea poſſidet urbes,
In quibus eſt culto fertilis Enna ſolo.

Hinc Enneus nomen gentis, ut Ennea virgo pro Proſerpina. Silius lib. 14.

Tum rapta præceps Ennea virgine flexit.

¶ Enna oppidum eſt Siciliæ, in valle Neætina. Illic Proſerpinam raptam fabulantur. Ejus arx etiamnum extat, & in ea diù hæſit Fedricus ſecundus. Ei adjacet lacus cognominis.

Enona, *Nona*, urbs Liburniæ epiſcopalis ſub Jaderenſi Archiepiſcopo, 12. mill. paſſ. in occaſum. Seniam versùs 45. ab ea in occaſum diſtantem, in ora littorali, cui Giſſa inſula objacet. In Theſauro Linguæ Latinæ in Dalmatia, à quà longiſſimè abeſt, collocatur. De Enona in 2. lib. Itinerarii ſic:

Jam procul ex oculis longèque receſſit Enona.
Tum Flannona potens.

¶ Enona, ſeu, & meliùs Ænona, urbs aliàs Liburnorum, nunc in Dalmatia, in ora littorali, probè munita, & undique mari cincta, ſub dominio Venetorum. 9. milliaribus diſtat à Jadera in Boream, & 4. à Giſſa inſula. Vide Ænona.

Enope. Vide Gerenia.

Enoſis, inſula Sardiniæ contra Sulci portum & urbem exciſam, *Iſola di S. Pietro*, teſte Plinio.

¶ Enoſis, inſula parva & oblonga, in ora auſtrali Sardiniæ, quæ etiam Sulcitana dicta; nunc eſt *Iſola di S. Antioco* incolis, S. Antiochi inſula Cluverio, & aliis: habetque in ambitu 25. millia paſſuum, ſed cum una aut altera villula tantùm, propter piratas. 4. milliaribus diſtat ab ora proximiori Sardiniæ, & 12. in ortum ab inſula S. Petri, quæ aliàs Hieracum ſeu Accipitrum inſula dicta fuit.

¶ Enſishemum, *Enſisheim*, urbs Germaniæ, in Alſatia provincia, ad Hellelum fluvium. Vix 2. leucis diſtat à Neoburgo in occaſum, totidem à Mulhuſia in Boream, & 3. à Briſiaco in auſtrum, ſubeſtque dominio Francorum pace Monaſterienſi. Erat olim caput Lantgraviatus Alſatiæ ſuperioris, ubi camera & ſedes juridica Briſigaviæ & Sundgaviæ.

Entella urbs Siciliæ extincta à Federico Auguſto II. ab Entello Trojano Æneæ comite condita in monte, apud Caſtrum Veteranum, à lato oppido 12. mill. paſſ. à Panormo 27. à Thermis urbe in ora auſtrali 20. in Boream Jatum versùs, mediaque inter Salemium ad occaſum & Julianam ad ortum 12. mill. nomen adhuc retinens. Silius lib. 14. *Diod. Steph. Sil.*

Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſtæ. *Ptol.*

Entella quoque, fluvius Liguriæ, *Lavagna*, cum oppido cognomine, in ora Liguſtica, in Genuam & Segeſtam Tiguliorum, apud Clavarum oppidum amplum 2. mill. paſſ. diſtans, à portu Delphini 9. Populi Entellini.

¶ Entella, fluvius Italiæ, in Liguria, oritur ex monte Apennino, vix 10. milliaribus à Genua; recipitque amnem *Granveglia* dictum, & poſtea in mare Mediterraneum cadit inter Clavarum & Lavaniam, in ora orientali Genuenſi. Dicitur etiamnum perſæpe *Entella*, ut mihi pluribus ſignificavit Philippus Maria Bonius vir indigena.

Eoa, Oea Plinio & Melæ, oppidum Africæ, in ora littorali, apud Tripolim (ut vocant) Barbariæ, *Lepide*, teſte Marmolio, ſed fallitur: nam *Lepide* eſt Leptis, proxima Tripoli. *Ptol.*

Eordææ, Eordi (Leordi etiam ſcribitur) Straboni, Heordæ Livio, Heordenſes Plinio, Eordetes Ptolemæo populi Macedoniæ, in Mygdonia: quorum urbes Scampis & Daulia. (Seldeni Manuſcripit. Ἐρδαιτο.) *Steph.*

¶ Eordæa urbs fuit Macedoniæ, in Mygdonia provincia, unde regiunculæ nomen, quæ, teſte Brietio, nequaquam eſt cum Thracica confundenda; eratque prope Axium fluvium.

¶ Eordæi populi fuere Macedoniæ occidentalis, qui & Eordeatæ dicti. Eorum urbes Scampis, Lycus, & Daulia, versùs Aoum fluvium. Habitabant ubi nunc pars Albaniæ mediterraneæ, quæ *Tamoriza* dicitur, teſte Joanne Laurenbergio.

Eous nomen gentis, apud Poetas præſertim, pro orientali, ſicuti Heſperius pro occidentali. Propertius lib. 2. elegia 3.

Sive illam Heſperiis, ſive illam oſtendet Eois.

Ovidius lib. 2. amor. elegia 6.

Pſittacus, Eois ales mihi miſſus ab Indis:

Eous Oceanus, Indicus Dioniſio, orientalis Oroſio, qui Aſiam ab oriente adluit, *Mar del Zur & Mare Pacifico.* *Plin. Mel.*

¶ Eous Oceanus ſeu Orientalis, vulgò *Ocean Oriental* ſeu *Indien*, aliter *mer de la Chine & du Iappon*, pars eſt Oceani versùs ortum Aſiæ, prope Sinas, Iaponiam, & inſulas Philippinas. Sed longè diſtat in occaſum à mari Pacifico & à mari Auſtrino, *del Zur* dicto.

Epaunum, unde Epaunenſe Concilium, *Pau*, urbs Aquitaniæ, ad montis Pyrenæi radices, Bearniæ Principatus conventus juridicus, inter Eloronam & Laſcuram propinquas urbes ad 4. leucas, Ortelius Apamiam (quæ *Pamiers* vulgò dicitur) urbem indigitat. Palum quoque Latinè *Pau* appellatur. *Lib. Conc.*

¶ Epaunum, urbs Galliæ, quid ſit non conſtat. Sed non eſt *Pau*, urbs Benearniæ primaria, quæ Palum dicitur. Sunt qui credunt eſſe Apamiam, *Pamiers*, in Occitania. Labbæus autem exiſtimat eſſe *Ienne*, vicum Sabaudiæ, ad Rhodanum fluvium, 2. leucis à Bellico in auſtrum: & id probare nititur multis argumentis.

Epea oppidum fuit Peloponneſi, cujus populi Epei Straboni dicti ſunt: contra quos Neſtor bellum geſſit.

¶ Eperiæ, *Eperies*, urbs munita Hungariæ ad Tarczam fluvium, versùs montem Carpathum & confinia Poloniæ, ſub dominio Imperatoris, uti Regis Hungariæ, in Sarienſi Comitatu. 6. leucis Germanicis diſtat à Caſſovia in Boream.

Epetium, *Spezze* Sophiano, oppidum Illyrici, in ora Dalmatiæ littorali, inter Salonas & Peguntium Epidaurum versùs, nunc pagus apud Spalatum urbem (quod quidam ipſum Epetium eſſe putant ob vicinitatem, cum à Salonis 13. mill. paſſ. abſit.) Populi Epetini Plinio. In Theſ. Ling. Lat. in Liburnia malè loquatur. *Ptol.*

¶ Epetium nunc *Zarnouniza* dicitur, teſte Joanne Lucio; eſtque ad oſtia fluminis cognominis. Fuit civitas prope Spalatum, ut ex tabulis Peutingerianis colligitur; cujus rudera adhuc cernuntur.

Ephe-

Diony. Epheſiorum Portus, *Aphoſiatin*, teſte Gyllio, ad Boſporum Thracium, prope Byzantium.

Strab. Plin. Ptol. & al. Epheſus, *Efeſo* Sophiano, & *Figena* Turcis, urbs Joniæ maritima, archiepiſcopalis & metropolis ampliſſima, ſub qua 26. urbes epiſcopales ſunt, ab Amazonibus anno 40. à capta Troja condita, cujus Templum Dianæ ſacrum anno ab urbe condita 385. incenſum eſt, quo die Alexander Magnus natus eſt, ab Heroſtrato, ut hoc facinore famam ſibi compararet, Strabone lib. 14. auctore, olim clariſſima, & conventus juridicus Joniæ ac Lydiæ, nunc vilis effecta, inter Smyrnam ad Boream & Miletum ad meridiem 30. mill. paſſ. circiter diſtans. Hinc Epheſius, & Epheſinus nomen gentis. De hac Lucanus libro 8.

Ipſe per Icaria ſcopulos, Epheſumque relinquens
Et placidi Colophona maris.

Epheſios notis quibuſdam magicis, ſeu litteris uſos, eiſdem quibus Crœſus uſus eſt, quòd vellent ſolitos conſequi, tradit Euſtathius. Unde adagium natum apud Diogenianum, *Epheſia littera*, de iis qui mira fælicitate gaudent, quæcunque optant conſequentes. Hic templum Dianæ fuit toto orbe celeberrimum.

¶ Epheſus, *Efeſo*, Gallis *Epheſe*, adhuc urbs Aſiæ minoris, in Jonia, in ora littorali maris Ægæi & ſinus Jonii versùs oſtia Cayſtri fluvii. Portu gaudet commodo & arce munita. 25. milliaribus diſtat à Samo inſula in ortum, 20. à Colophonte in meridiem, & 40. à Smirna in auſtrum; ſubeſtque nunc dominio Turcarum. Ibi celebratum fuit Concilium generale tertium anno 431. ſub S. Celeſtino primo Pontifice Maximo contra Neſtorium.

Bibl. Ephraim, *Gibel Ephra*, teſte Giſtello, mons (cum urbe, quæ nunc *Hapharcan*, teſte Maſio, dicitur) in Palæſtina, Samariam ſeparans à Galilæa.

¶ Ephraim, Tribus Judææ ſeu Terræ promiſſæ, & una ex duodecim, inter Tribum Beniamin ad auſtrum & Tribum Manaſſes ad Boream, ad occaſum terminatur mari Syriaco, & ad ortum fluvio Joardane.

Bibl. Ephrata, urbs Judææ, eadem cum Bethleem.

Plin. Steph. Ephyra, inſula ſinus Argolici, cum oppido cognomine; quam Stephanus proximam Melo facit: ſed hæc ab illa diverſa eſt.

Strab. & Pau. Ephyre, Corinthus urbs, ſic à nympha dicta eſt. Et Ephyre pagus Sicyoniæ, ad Sellejuntem fluvium. Et alia ad Cyllenen montem, vicina Oenoæ ab Elide 120. ſtadiis, teſte Strabone. Meminit Ephyres Ovidius lib. 2. Metamorph.

Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.

Hinc Ephyreus, & Ephyrejus nomen gentis. Virgilius libro 2. Georgicorum:

Illuſas auro veſtes Ephyrejaque æra.

Ephyris, opp. Laconiæ, teſte Herodoto.

Ptol. Epiacum, *Papcaſtle*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Cumbria regione regni Anglici, in finibus Brigantum.

¶ Epiacum, oppidulum aliàs Brigantum, nunc Cumbriæ provinciæ. Sedet ad fluvium Derventionem. 3. milliaribus ab ora littorali maris Hibernici diſtat, 16. à Carleolo in occaſum, & totidem ferè à proximiori littore Scotiæ, in auſtrum.

Ptol. Epicaria, *Papadaros* apud Galeſium in ſuo Dictionario, oppidum Dalmatiæ mediterraneum, apud fines Scodrenſium.

¶ Epicaria aliis eſt oppidum Albaniæ, medium inter Liſſum ad Boream & Dyrrachium ad auſtrum.

Thuci. Plin. & al. Epidamnus, quæ & Dyrrachium, *Durazzo*, urbs archiepiſcopalis Macedoniæ maritima, poſt Trojæ excidium anno 130. condita. Miror in Theſauro Linguæ Latinæ Siciliæ appellari. Vide Dyracchium. Lucanus libro 10.

Ad campos, Epidamne, tuos, ubi ſolus apertis
Obſedit muris.

Populi Epidamnii Plauto, Epidamnenſis nomen gentis, apud Plaut. in Menæch. & Epidamneus. A damno hanc urbem dictam ſcribit Plautus ibidem.

Plin. Epidaphne cognominata eſt Antiochia magna, urbs Syriæ ad Orontem fluvium, à Daphne illius ſuburbio.

Plin. Epidarum, oppidum Cypri mediterraneum, quod nunc *Pitarevil* pagum dici teſtatur Stephanus Luſignanus.

Ptol. Mel. & al. Epidaurus, Epidaurum Plinio, *Raguſa*, vel *Raguſi*, & Turcis *Dobronicha*, urbs Dalmatiæ maritimæ, archiepiſcopalis & libera, emporium, cujus cives mercaturam in longinquas terras mari exercent, media inter Naronem ad occaſum & Liſſum ad ortum, 100. mil. paſs. utrinque diſtans, à Jadera 250. in ortum, inter Venetias 570. & Byzantium in ortum 822. eodem anno quo Dyrrachium condita. Lucanus lib. 2.

-Seu læva putatur
Illyris Jonias vergens Epidaurus in undas.

Hæc circa annum ſalutis 990. ob excidium Docleæ metropolis effecta eſt.

¶ Epidaurus, *Raguſe* Gallis, urbs eſt ſui juris & Reipublicæ caput, ritus Latini, in ora Dalmatiæ, ad mare Adriaticum, cum portu capaci. Probè munita eſt, cum arce valida S. Laurentii dicta; eſtque Turcis tributaria. Mirè conquaſsata fuit & deſolata horrendo terræ motu anno 1667. die 6. Aprilis, quo maxima pars civitatis periit 200. milliaribus diſtat à Jadera in ortum 50. à Narone in Auſtrum, vix 450. à Venetiis in ortum, & 700. à Byzantio circiter in occaſum. Reipublicæ Raguſinæ ſubſunt urbes Stagnum, Stabium, Tribinium, & Merca in viciniis, cum inſulis Melita, Auguſta, & aliquot aliis parvi momenti, in mari Adriatico.

Epidaurus altera, poſteà Monembaſia, *Malvaſia*, urbs archiepiſcopalis Peloponneſi, in Laconia, ad initium ſinus Argolici, cum inſula cognomine, teſte Plinio, propinqua, à Malea promontorio 30. mill. paſs. in Boream, à Sparta ad 60. in ortum. Thu. Ptol. & al.

¶ Epidaurns Limera, nunc *Malvaſia*, ubi nobile vinum creſcit. Portum habet capacem & munitum. Subeſt dominio Turcarum, & diſtat vix 50. milliaribus à Sparta & 65. à Scyllæo promontorio in auſtrum.

Epidaurus item, urbs Peloponneſi, in ora Argiæ ad ortum, in littore, apud Spiræum promontorium & ſinum Saronicum, *Eſculapio* nunc Sophiano, ſic ab Æſculapii Fano dicta, *Pigiada* Nigro, & *Cherroniſi* Sophiano. Aliis Limera. Mirus error in Theſauro Linguæ Latinæ, hoc oppidum *Raguſi* indigitante. Sed *Cherroniſi* Cherroneſus eſt oppidulum vicinum, de quo Ptolemæus. Hinc Epidaurius nomen gentis. Ovidius lib. 7. Metamorphoſeon. Stra. Plin. Mel. & al.

-tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem,

Hinc Æſculapius, Epidaurius cognominatus eſt. Ovidius lib. 1. de Ponto, elegia 4.

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,

¶ Epidii populi fuere Albionis, in Scotia meridionali, versùs Hiberniam, ubi nunc *Cantyr* provincia, propè Clotæ æſtuarium.

¶ Epidium, inſula Albionis, in ora occidentali Scotiæ, & una Ebudarum, vulgò *Yle* dicitur. Habet duo caſtra & decem vicos; eſtque circuitus 24. milliarium Scoticorum. 20. milliaribus diſtat à littore Hiberniæ in Boream & 13. à proximiori ora Scotiæ in occaſum.

Epidium, promontorium Albionis, in ora Scotiæ occidua, quod & Caledonium, *Cantire* Mercatori, ante quod Epidium inſula eſt, una Ebudarum, quæ *Yla*, teſte Camdeno, nominatur. Promontorium verò etiam *The mul of Cantire* ab incolis, teſte eodem Camdeno, dicitur. Pto.

¶ Epidium promontorium *The mul of Cantyr* dicitur eſtque auſtraliſſimum Scotiæ, in Cantira provincia. 10. milliaribus Scoticis diſtat ab ora proximiori, Hiberniæ in Cæciam.

Epiphania, *Mapia*, teſte Cuſpiniano, ſed Nigro *Aman* eſſe videtur, urbs Syriæ epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, ad Orontem fluvium, inter Antiochiam & Damaſcum, à quo 154. mill. paſs. recedit, Arethuſæ finitima, 16. mill. diſtans, inter Emeſam 32. & Chalcidem 59. ex Antonini Itinerario, proxima Lariſſæ, & Seleuciæ ad Belum. Ani. Pto. & al.

¶ Epiphania, urbs Syriæ, media eſt inter Antiochiam ad Boream & Damaſcum ad auſtrum, 80. milliaribus utrinque, uti 18. à Lariſſa in auſtrum, & 70. Seleucia ad Belum.

Epirus, Europæ, provincia, inter mare Jonium ad occaſum & Theſsaliam ad ortum, ac inter Macedoniam ad Boream & Achaiam ad ortum & meridiem. In Chaoniam, Theſprotiam, Acarnaniam, & Ætoliam (quæ potiùs Achaiæ regio eſt) regiones diviſa; quæ non unum habet nomen, alicubi enim *Larta*, & alicubi *Janna* nominatur. Falluntur qui Albaniam dici ſcribunt: cum Albania ſit Macedoniæ regio ad occaſum. In qua Apollonia, Dyrrachium, Liſsus, & Scodra, ac Eribœa. Unde error tollendus in Theſauro Linguæ Latinæ. Illam à Pyrrho Achillis filio nominatam ſcribit Iſidorus libro 14. Etymol. Urbes olim claræ, Nicopolis, Am- Cic. Liv. & al.

Ambracia, Corcyra. Nunc præſtat Joanna, quæ Caſſiope veteribus dicta putatur, ſedes Satrapæ Turcarum. Populi Epirotæ. Hinc Epiroticus nomen gentis. Meminit Epiri Virg. lib. 3. Georgicorum:

Et patriam Epirum referat, forteſque Mycenas.

Ovid. lib. 13. Metamorphoſeon:

Rura petunt. Epiros ab his, regnatàque vati
Buthrotos Phrygio.

¶ Epirus regio Græciæ, quæ antea Reges habuerat proprios, poſtea Macedoniæ annexa fuit. Ejus partes fuere Chaonia, Theſprotia, Caſſiopæa, Acarnania, Amphilochia, Athamania, Dolopia, & Moloſſia, teſte Brietio. Nunc ſunt *Chimera* & *Larta*, non autem *Janna*, quæ eſt Theſſalia. Tota autem regio perſæpe dicitur Albania inferior à multis, ad differentiam ſuperioris, quæ propria eſt; ſubeſtque tota dominio Turcarum, exceptis Corcyra inſula & Parga oppido in continenti Torone aliàs dicto, quæ ſubſunt Venetis à quamplurimis annis.

Urbes Epiri hac tempeſtate.

Acheloum,
Actium, olim colon. (*Capo Figalo.*)
* Ambracia, (*Larta.*)
Anactoria, (*Vodiza.*)
Antigonia, (*Argyro caſtro.*)
Argos, (*periit.*)
Buthrotum, (*Butrinto.*)
Caſſiope. Vide Joannina, ſeu Joanna.
Chimæra, (*Chimera.*)
* Corcyra inſula & urbs, (*Corfù.*)
Dodona.
Evoria, (*S. Donato.*)
* Joanna, & Joannina, metropolis & caput regionis, (*Joannina.*)
* Leucas inſula & urbs metropolis, (*S. Maura.*)
* Nicopolis, (*Preveza.*)

Epitalium, Thryon Homero, & Thryoeſſa, teſte Strabone, *Zunchio*, teſte Nigro, opp. Peloponneſi, in ora Meſſeniæ, apud Arpheum fluvium: quod Xenophon lib. 3. non Meſſeniæ, ſed Elidi tribuit. In Theſauro Linguæ Latinæ pro Meſſeniæ, Maſtitiæ legitur.

Epium, oppidum Peloponneſi, in Arcadiæ regione, quæ Triphylia nominatur, inter Maciſtum & Heræam, teſte Plinio, quæ oppida exſtare non credo.

Epla, *Lovo*, teſte Nigro, inſula parva ſinus Laconici.

Epoiſſius, Epoſium Gregorio Turonenſi, Epuſum lib. Notit. *Ivois*, teſte Ortelio, vel *Yvoix*, oppidum Belgii, in Ducatu Lucemburgenſi, ad Cherium fluvium non longè in Moſam influentem, à Maceriis urbe Gallica ad Moſam leucis 4. diſtans, à Bullonio oppido 4. in meridiem, à Lucemburgo urbe 12. in occaſum. Ivodium Latino recenti.

¶ Epoiſſus, ſeu Ivodium, *Yvoix*, oppidum Ducatus Luxemburgenſis, in ipſo confinio Campaniæ. Fuit aliàs permunitum, ſed ejus mœnia disjecta fuere ab Henrico ſecundo Rege Galliæ; deinde cum tantiſper reſtituta eſſent ab Hiſpanis, captum fuit à Gallis anno 1640. & ipſis etiamnum ſubeſt, pace ad Pyrenæos ſancita. Una leuca diſtat à Moſomio in ortum, ferè tribus à Stenæo in Boream, 3. à Malmedio in occaſum, & 8. à Maceriis in ortum, & Ducatus Cariniani Gallici titulo nuper inſignitum fuit.

Epomeus, Epopos Plinio, *Monte di S. Nicola*, teſte Julio Jazzolino, mons Pithecuſæ inſulæ ſinus Puteolani in Campania.

In Epona, nunc Epinaburgum, *Pinburg*, teſte Aventino. *Epenburg* aliis, ſeu *Biburg*, oppidum fuit, nunc vicus Vindeliciæ, in Bavaria. Apud Novam Civitatem, leuca 1. diſtans in ortum, Abuſinam propiùs accedens. Sed Marcus Welſerus ait id eſſe nomen Deæ, quæ ibi colebatur: cum utrunque poſſit eſſe verum, ut locus de Deæ nomine vocatus ſit. Non longè Artobrigæ rudera, inter Abuſinam & Kelhemium, in altera Danubii ripa, oppida, conſpiciuntur.

Epora, Ripepora Plinio, *Montoro*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, à Corduba 10. leucis diſtans, apud Lucenam.

¶ Epora aliis eſt *Aldea del Rio*, oppidulum Vandalitiæ, ad fluvium Bætim, 8. leucis à Corduba in ortum diſtans.

* Eporedia, Eporredia Plinio, Eporadia Straboni, Eporædir Antonino, *Iurea* ſeu *Hiurea* (non *Hiaurea*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) ubi non ut vocalis, ſed ut conſonans profertur, urbs Galliæ Subalpinæ, in finibus Salaſſorum, ad Duriam fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, inde 25. mill. paſſ. Auguſtam Prætoriam versùs 30. inde in Circium diſtantem, à Vercellis quoque 25. mill. recedens. (* Ἐχορεδία habet manuſcrip. Seldeni.)

Epy. Vide Æpy. Statius lib. 4. Theb.

-Et ſummis ingeſtum montibus Epy.

Equabona, *Conna*, teſte Gaſparo Varrerio, cum Montano, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalitia, à Corduba 12. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario. Sed errant; niſi geminum ſit hujus nominis oppidum. Nam Equabona, quæ *Conna* nunc dicitur, pagus eſt Luſitaniæ, inter Ulyſſiponem & Cetobricam, ad 3. leucis diſſitum. Ant.

¶ Equabona, aliis Æquabona, oppidum fuit Luſitaniæ, nunc vicus *Conna* dictus. Vix 3. leucis Hiſpanicis diſtat ab Ulyſippone in auſtrum Cætobrigam versùs, à qua pari ſpatio diſtat, Sed quid ſit Equabona Bæticæ, non conſtat.

Equeſtris Colonia, *Cologna*, & Gallis *Coloigne* oppidum Galliæ Belgicæ, in finibus Sequanorum, inter Allobroges ſive Sabaudiam, & Sequanos ſeu Burgundiam Comitatum, à Geneva 4. leucis diſtans, ab Orgelio urbe Burgundica 5. Aliis eſt *Dunoy*, in Sabaudia, in regione quæ *Chabeul* ſeu *Chablais* dicitur. Sed errant, Nam in Sequanis eſt, non in Allobrogibus. Plin. Ptol. Ant.

¶ Equeſtris Colonia, oppidum Sequanorum, variè ponitur. Cluverio enim & Brietio eſt *Nyon*, oppidum Lemano lacui adp. ſitum, in Romana ditione Bernenſis pagi, à Geneva 4. leucis in ortum Lauſanam versùs, quod Nevidunum dicitur; eſtque in Gallia Lugdunenſi. Aliis autem eſt *Coulonges*, burgus Breſſiæ provinciæ, in Geſſia regiuncula, ad Rhodanum fluvium prope Clauſulas, *le Fort de l' Eſcluſe*, ex adverſo Sabaudiæ, 4. leucis à Geneva in occaſum Lugdunum versùs, & 5. ab Orgeleto ſeu Orgetio in auſtrum: quod magis probatur.

Equilium, *Jeſol*, teſte Julio Faroldo, cum aliis, urbs Venetiæ epiſcopalis jam ſub Patriarcha Aquilejenſi, in ora littorali, ad oſtium Anaſſi fluvii, ab Altinatibus, ſeu ab Heraclienſibus condita, exciſa verò ab Hunnis ſub Berengario. Cui Urbs Nova ſuffecta eſt, inde 4. mill. paſſ. in ortum, à Venetiis verò 18. Lib. Conc.

¶ Equilium, ſeu Æquilium, oppidum Venetorum, nunc viculus Marchiæ Tarviſinæ, *Jezol diſtrutto*, ubi tantum rudera viſuntur, ad oſtia Planis fluvii, inter paludes, 4. milliaribus à vico Civitate nova dicto in auſtrum, & 30. ab oſtiis Anaſſi fluvii in occaſum.

Equotuticum, *Foggia* Celſo Cittadino, oppidum non obſcurum Apuliæ Dauniæ, inter Luceriam ad meridiem & Sipontum ad Boream 18. mill. paſſ. Arpis urbi exciſæ proximum. Cujus meminit Horatius lib. 1. ſerm. ſat. 5.

Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt.

¶ Equotuticum, ſeu Equus Tuticus, oppidum fuit Hirpinorum, nunc Arianum, *Ariano*, urbs regni Neapolitani, in Principatu ulteriori, in colle, ad radices Apennini montis, & 12. milliaribus à Benevento in ortum, Sanſone & Brietio teſtibus, quidquid dicat in contrarium Celſus Cittadinus.

Eraconium Fluvium oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis fuit, in Callaicis, ab Aſturica 30. mill. paſſ. Strab. Pauſ.

¶ Eractum, ſeu Heractum, oppidum Baſtarnarum, in Germano-Sarmatia, teſte Ptolomæo, nunc *Rovv*, oppidum Poloniæ, in Podolia provincia, ad amnem *Moravven* in Tyrum delabentem, teſte Cluverio. Senoc. & al.

Eraſinus *Raſino*, fluvius Pelopponeſi, à Poetis memoratus, in Argia regione; (non in Achaja, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) per quam ex Stymphalide palude in ſinum Argolicum decurrens, alicubi ſub terram conditus, rurſus, Plinio teſte, emergit. Eſt & alter hujus nominis fluvius, teſte Strabone, in Arcadia oriens, ac in ſinum Corinthiacum apud Buram oppidum influens. De priore Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon;

Redditur Argolicis ingens Eraſinus in agris,

Alius item Straboni in Eubœa, apud Eretriam fluens.

¶ Eraſinus, fluvius Argiæ versùs fontes Stymphalus dictus, poſteàquam cuniculo hauſtus eſt, rediens dicitur Eraſinus, *Eraſino* hodie; deinde in Inachum fluvium cadit, & cum ipſo in Argolicum ſinum.

Erbeſſus. Vide Herbeſſus, oppidum Siciliæ, olim Romanorum granarium. Ptol. Polyb.

Erbita, *Nicoſia* Aretio & aliis, urbs non obſcura Siciliæ, ab Enna paulò ſuprà 12. mill. paſſ. diſtans in occaſum & Circium, quot ferè à Trojanopoli in auſtrum, Sed Fazello eſt *Cittadella*, oppidum, ab Enna, Cic. Plin. Ptol. & al.

ad

ad 12. mill. paſſ. in auſtrum Plutiam versùs. Nigro verò eſt *Chiazza* oppidum, à Cittadella 6. mill. aliis *Plazza*. Cùm tamen *Plazza* Pautia veteribus dicta ſit. Scribitur & Herbita cum aſpirat. Populi Herbitenſes Ciceroni.

¶ Erbita, ſeu, & meliùs, Herbita, nunc *Nicoſia*, Cluverio ex Diodori Siculi ſitu, oppidulum Siciliæ, in colle, in provincia ſeu Valle Dæmone dicta, prope Simethum fluvium & Hæreos montes.

Pauſ. Ercyna, fluvius Bœotiæ, juxta Lebadeam urbem fluens.

Pluta. Ercynia, ſylva ingens Germaniæ. Vide Hercynia.

Pauſ. Tac. Ercyna à Claudiano cauſa metri dicta in 4. conſ. Honorii:

Baſtornæ venere Duces; venit accola ſylvæ
Brutterus Ercynæ.

¶ Erdini populi fuere Hiberniæ, in parte Boreali, ubi nunc Comitatus Cavonenſis & Fermanagenſis, in Ultonia; ubi etiam Erdinus lacus, *Loug Erno*, ex regione feraci factus.

Ptol. Erdonia, Herdonia Strabone, & in aliis libris Cerdonia, *Hordogna*, oppidum Apuliæ Dauniæ exciſum, diverſorium nunc nomen antiquum conſervans, inter Aſculum urbem & Ceriniolam oppidum 10. mill. paſſ. occurrens. Miror in re tam manifeſta errare Marium nigrum & Celſum Cittadinum, quorum prior Erdoniam *Cerignola*, alter *la Cedogna* indigitat. Locus, inter Æcas ad occaſum 18. & Canuſium ad ortum 26. mill. diſtat. Vide Herdonia.

¶ Erdonia, ſeu Ardonea, oppidum aliàs Apuliæ Dauniæ, nunc vicus eſt provinciæ Capitanatæ, ad Cerbalum fluvium 10. milliaribus à Bovino in ortum, S. ab Aſculo in Boream, & 15. à Cidiniola in occaſum.

Virgil. Erebus, fluvius inferorum, de quo Virgilius libro 6. Æneidos:

Erebi tranabimus amnem.

Tac. Ptol. Eremus Helvetiorum, *Kleckgow*, teſte Ægidio Scudo tractus Germaniæ ſuperioris, in territorio Baſileenſi, in Alſatiæ confinio.

Thuc. Strab. Mel. Ereſſus, *Cidonia*, teſte Nigro, urbs Lesbi inſulæ, epiſcopalis ſub rchiepiſcopo Mitylenenſi, quæ adhuc à Græcis *Eriſſi* nominatur, patria Theophraſti.

Eli. Eretænus, *Rerone*, teſte Leandro, fluvius Venetiæ, per agrum Vicentinum fluens, ac ad Vincentiam urbem Medoaco minori, ſeu Bacchilioni congrediens, optimaſque anguillas gignens.

Polyb. Liv. & al. Eretria, * Eretriæ Ptol. *Vatia* ex tabulis recentibus oppidum Theſſaliæ, in Phthiotide, Heracleæ, ſeu Trachini proximum. Eſt & Eretria urbs, olim clara & epiſcopalis Eubœæ, in ora, contra Oropum oppidum Atticæ, nunc *Rocho* Moletio, à Chalcide 20. mill. paſſ. in meridiem. Ab Eretrio Phaetotis filio, unoque ex Titanibus nomen habet. (*, Ερατρίαι, in manuſcripto Seldeni.)

Strab. Halic. Anto. & al. Eretum (non Eratum, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Monte Ritondo* Volaterrano & Hermolao, oppidum Sabinorum, apud Tiberim, in via Salaria, ubi ea Nomentanæ conjungitur, ab urbe Roma 18. mill. paſſ. Cujus meminit Virgilius lib. 7. Æneidos:

Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ.

¶ Eretum, *monte Ritondo*, caſtrum Sabinorum, in Italia, in ditione Pontificia, in colle, 2. milliaribus à Tiberi fluvio, & 12. à Roma in Boream. Palatium habet ſplendidum, eſtque Ducatus titulo inſignitum Maphæi Barberini Principis Præneſtes.

Erfordia. Vide Erphordia, quæ & Erfurtum dicitur. De ea libro 4. Itinererii Germaniæ:

Orta dies, adeò validos Erfordia muros
Oſtentat, ſpatii quæ tantùm amplectitur una,
Quantum vicinis non in regionibus ulla.

Galen. Ergaſteria, vicus Troadis, in finibus Pergamenorum inter Pergamum & Cyzicum, inde 55. mil. paſ. teſte Galen.

Ptol. Ergravia *Ygualada*, teſte Marineo Siculo, oppidum amplum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, à Barcinone 9. leucis, inter Minoriſſam & Ilerdam, à Monte Serato 3. à Servaria 7. Licèt Ptolemæus illud cum Terraga in finibus Vaſconum deſcribat.

¶ Ergavia, oppidum Lacetanorum, quibuſdam eſt *Ygualada*, oppidum Cataloniæ, quod ab aliis Anabis dicitur, 12. leucis à Barcinone Ilerdam versùs. Quidam autem Ergaviam cum Ergavica confundunt.

Liv. Ptol. Ergavica, *Altaniz* Moletio & aliis, oppidum amplum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis & regno Aragonico, à Cæſarauguſta 16. leucis, olim urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi. Sed Morali eſt pagus *Penna eſcritta*, vel *Santaver*, in Regno Toletano.

Plin. Mel. Ptol. Erginus, fluvius Thraciæ, in Propontidem inter Athyram & Bathinium amnes influens.

Polit. * Eribœa, *Croja* Moletio & aliis, urbs Macedoniæ Archiepiſcopalis & Albaniæ regia ſive caput, in Parthiæis, cum monte cognomine, inter Dyrrachium, & Deborum (nunc Dibrim) in ortum vergentem ad 50. mill. paſſ. Aliis *Preſpa* dici putatur. (*, *Erybia* in Seldeni manuſcripto.)

Ptol. Anto. Ericis portus l' *Erick*, & *Lerice*, oppidum Liguriæ, in ora, ad ortum poſtremum, ad portum Lunæ; ab ipſa Luna urbe apud oſtia Macræ exciſa 3. mill. paſſ. quot à Sarzana urbe, quæ Lunæ ſucceſſit, à Spetia 5. è regione Portus Veneris, à quo 3. mill. versùs Lunam in ortum abeſt, à Genua verò 60. in Theſauro Linguæ Latinæ cum Delphini Portu confunditur, ab hoc longè diverſus & diſtans.

¶ Ericis portus, *Lerice*, caſtrum eſt cum portu in ora orientali ſinus Spetiæ, in ora orientali Genuenſi, 4. milliaribus ab arce S. Mariæ in ortum, uti 45. à Portu Delphino diſtans.

Strab. Plin. & al. Ericuſa, Ericodes Ptolemæo. Ericuſſa Stephano, *Alicur* Leandro & aliis, inſula Siciliæ, una Æoliarum, à Lipara 15. mill. paſſ. in occaſum, circuitu minor, à Phœnicuſa 5.

¶ Ericuſa, inſula maris Tyrrheni versùs Siciliam, 20. milliaribus diſtat à Lipara, & 7. à Phœnicuſa in occaſum, 30. autem ab Uſtica in ortum. Habet tantùm aliquot tuguria.

Plin. Ericuſa altera, inſula parva maris Jonii, apud Paxas, Corcyræ proxima. Cujus meminit Poeta quidam lib. 2. Itinerarii:

Aſſiduo colliſa vadis Ericuſa marinis.

¶ Ericuſa eſt inſula maris Jonii, quæ nunc *Pachſu* dicitur, ſeu Paxa major, ad auſtrum Corcyræ inſulæ, & vix 12. milliaribus ab ora littorali Epiri in occaſum, ſub dominio Venetorum, à quibus conceſſa fuit Pargenſibus Epirotis, ut in iis armenta ſua nutrirent.

Polyb. Plin. & al. Eridanus Græcis, Latinis Padus, fluvius Italiæ maximus, ex Veſulo monte in Alpibus Cottiis oriens, ac per Galliam Ciſalpinam, eam in Ciſpadanam & Tranſpadanam dividens, longo tractu fluens, in mare Adriaticum 7. oſtiis exonerat. De quo Ovidius libr. 2. Metamorphoſeon:

Excipit Eridanus, fumantiaque abluit ora,

Virgilius in Georgicis lib. 1.

Fluviorum Rex Eridanus, campoſque per omnes.

¶ Eridanus, *Rodaun*, amnis Poloniæ, in Pruſſia Regia, ex lacu exoriens 25. mille paſſ. ſupra Dantiſcum: Ibi in Viſtulam fluvium cadit, & deindè paulò poſt cum ipſo in mare Balticum labitur, Cluverio & aliis teſtibus.

Liv. Ptol. Erigonus, Erigon Straboni, *Viſtrizza* Sophiano, fluvius Macedoniæ ex Illyricis montibus profluens, ac per Pæoniam fluens, in Axium fluvium excipitur.

¶ Erigonus, ſeu Erigon fluvius, oritur in Pæonia ſupra Deborum, deinde per Deſſaretios, Deuriopes, & Emathiam fluens, auctus Rhœdia & aliis multis fluviolis, infra Ædeſſam in Axium cadit.

Step. Erimum, ſive, ut alii codices habent, Erinum, *Regina* teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabria citeriori, medium inter Conſentiam & Beſidianum, ad 10. mill. paſſ. diſſidens. Vide Herinum.

Erineus Erinæus Diodoro, una ex 4. urbibus Doridis, in Achaja, ſub monte Parnaſſo. Cœteræ Bœon. Cytinion metropolis & Lilæa.

Plin. Ptol. Pauſ. & Thu. Erineus, Orinus Ptolemæo *Miranda* Fazello & Aretio, & intus *Fiume di Noti*, fluvius Siciliæ, per Neetum & illius agrum fluens, ac in mare inter Syracuſas & Pachynum apud Longum promontorium exiens.

¶ Erineus, *Miranda*, amnis eſt parvus Siciliæ, in valle Neætina. In mare Jonium ſe exonerat, 12. milliaribus à Neæto in Boream.

Lyc. Eris fluvius Brutiorum, qui apud Terinam oppidum in Terinæum ſinum influit. Vide Ocinarus.

Str. Pt. Ste. Erithini, ſive Erythini, ſcopuli Ponti Euxini, apud oram Bithyniæ, in Paphlagoniæ confinio, qui *Farnaſu* nunc, teſte Bordonio, dicuntur.

Ptol. Ermæa, ſive Hermæa, inſula parva Sardiniæ, in ora orien-

orientali, quæ *Molara* Pineto, & aliis *Tolara* nominatur.

Ermæa, ſeu, & meliùs, Hermæa inſula, quæ & Mercurii inſula, nunc *la Tavolara* dicitur; eſtque in ora orientali, ubi incipit Borealis, prope Columbarium promontorium. Satis eſt fertilis, ſed incolis caret propter frequentes piratarum èxcurſiones.

Ermione, Hermione Straboni & Thucydidi, *Caſtri* Sophiano, aliis *Maris*, oppidum Peloponneſi, in ora Argiæ, ad ſinum Argolicum, inter Naupliam urbem & Scyllæum promontorium. Virgilius in Ceiri.

Hinc ſinus, hinc ſpatio contra patet Ermionæa.

Vide Hermione.

¶ Erno, *Lough Earne*, lacus Hiberniæ, in Vltonia & in Comitatu Fermanagenſi, qui ab antiquis Erdinus dictus fuit; eſtque duplex, & in confinio Connaciæ regionis.

Ernodorum oppidum fuit Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, (non Carnutum, ut ſcribit Ortelius) inter Avaricum 13. & Argentomagum 27. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario.

¶ Ernodorum quibuſdam eſt *Iſſoudun*, urbs Galliæ, in provincia Bituricenſi, quæ Latino recenti Exelodunum dicitur.

¶ Ernolatia, oppidum Norici, ubi nunc vicus *Hall*, in Auſtria ſuperiori, ad fluvium *krems* dictum teſte Cluverio. 6. leucis Germanicis diſtat à Lentia in auſtrum.

Eroge, locus Judææ circa Hieroſolymam, ubi mons ſciſſus eſt, & ad 4. ſtadia loco dimotus, teſte Ioſepho.

¶ Erpachium, *Erpach*, caſtrum Germaniæ, in Franconia & in tractu dicto Othonis ſylva; unde regiuncula adiacens dicitur Comitatus Erpachienſis, proprio parens Comiti, & ferè medium inter Rhænum, Mœnum & Necarum fluvios.

Erphordia, & Hercinophordia, *Erfurdt*, urbs maxima Germaniæ, Thuringiæ caput. Vide Bicurgium.

¶ Erphordia, ſeu Erfordia, *Erfurdt* incolis, *Erford* Gallis, urbs ampla & munita Germaniæ, ad fluvium *Ieram*, & regiunculæ ad inſtar, antea Mergisburgum dictum à Meroveo Francorum Rege, Academia ſua illuſtris & arce S. Ciriaci dicta, *Ciriaxburg*, antea ſui pene juris; ſed ab Electore Moguntino vindicata, ipſi ſubeſt ab anno 1664. ope Gallorum. Vix 3. leucis diſtat à Vimaria in occaſum, uti 5. ab Iena, 3. à Gotha in ortum, & 14. à Lipſia in occaſum.

Erpis, *Macarmeda*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum.

Erpis ſeu Herpis, oppidulum nunc eſt regni Fezzæ, in Errifis provincia, juxta fluvium Nocor dictum, ad pedes montium; & *Mernifa* à quibuſdam vocatur. *Macarmeda* autem eſt aliis oppidum Fezzanæ provinciæ. 6. leucis à Fezza in Cæciam.

¶ Erquicum, *Erquico* ſeu *Ercoco*, urbs Africæ munita, in Abaſſinia, in ora littorali maris Erithræi, cum portu capaciſſimo & admodum frequenti, 100. circiter leucis Gallicis à Suacheno in auſtrum; eſtque totius illius oræ emporium. Dicitur etiam ab aliis Arquicum, & aliàs Adulis dicta fuit.

¶ Errifis, *Errif*, provincia regni Fezzæ; in Africa, verſùs oram maris Mediterranei, inter Hasbatam provinciam ad occaſum & Garetam ad ortum. Ibi urbes alicujus notæ Gomera, Velitiaa, & Mezemma, in ora maris Mediterranei.

Erroris Inſula, *Alboran*, ſive *Albuſama*, teſte Ortelio, inſula maris Africi, inter Carthaginem novam & oram Mauritaniæ Cæſarienſis.

¶ Erroris inſula, *Alboran* Europæis, inſula parva & oblonga Africæ, in ora regni Fezzæ & provincia Gurretæ, ex adverſo promontorii Trium Furcarum, à quo vix diſtat 4. leucis in Boream, habetque tantùm aliquot vicos cum caſtro contra piratas.

Erubris, ſive, ut alii codices habent, Erubrus, *Rober*, teſte Ortelio, fluvius Germaniæ ſuperioris, ſeu Galliæ Belgicæ, per Lotharingiam in Moſellam influens. Auſonius edyl. 10.

Te rapidus Gelbis, te clarus marmore Erubris.

Eryannus, qui & Eryanos legitur, fluvius Troadis, unus ex iis qui ex monte Ida profluunt.

Erymanthus, *Dimizana*, teſte Nigro, fluvius, mons, & oppidum Arcadiæ, in Peloponneſo. Oppidum Tegeæ finitimum, mons cupreſſis abundat, fluvius ex monte ſeatens, in Alpheum defertur. De eo Virgilius libro 5 Æneidos:

Concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

Mons apris abundat: ubi Hercules aprum illum immanem & furioſum interfecit.

Erythea ſive Etyhtria. Vide Gades.

Erythiæ, *Barlinguas* Henrico Coquo, inſulæ Luſitaniæ, in ora occidua, inter oſtia Tagi & Mundæ fluminum, 12. leucis utrinque, quas Mela Geryonem habitaſſe refert. Strab. Plin. Dioniſ. Mel.

¶ Erythiæ quid ſit, non conſtat *Barlinga* enim aliàs Londobris dicta fuit. Vide ibi.

Erythræ, *Colire* Nigro, *Stolar* aliis, urbs Ioniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, apud Argenum promontorium, inter Clazomenas & Teon proximas urbes Erythræa Stephano, Sibylla Erythræa celebris. Statius lib. 6. Theb. Strab. Plin. Ptol.

Talis erat: dites pecorum comitantur Erytrhræ.

Hinc Erythræus nomen gentis Claudianus in 6. conſ. Honorii:

Inter Erythræos ſurgentia colla ſmaragdos.

Fuerunt & Erythreæ oppidum Achaiæ, in Bæotia, ad Cithæronem montem & oppidum Theſſaliæ, ad Peneum fluvium: de quibus Strabo, Plinius, Thucydides.

Erythræum mare, quod Arabiam felicem ad ortum, inter duos ſinus, Arabicum & Perſicum, alluit, Rubrum à Latinis dictum: ab Erythro Rege Perſei filio nomen habens. In eo gemmæ leguntur prætioſæ. Tibullus libro 3. elegia 3.

Quidve in Erythræo legitur, quæ littore concha.

¶ Erythræum mare ſeu Rubrum, aliter Arabicus ſinus, Aſiam ab Africa ſeparat, & extenditur inter Arabiam ad ortum, & Trogloditicam & Ægyptum ad occaſum, nunc vulgò *mer Rouge* & *mer de la Mecque* Gallis, *mare Roſſo* Italis: Arabes vocant *Bahar Corzum*. Aliis autem Erythræum mare eſt pars Oceani, inter oram Carmaniæ & Aromata promontorium, inter ſinum Perſicum & ſinum Arabicum; diciturque nunc Oceanus Arabicus, *mer d' Arabie*. Strab. Arria.

Erythron *Furcelli*, teſte Marmolio, pagus Cyrenaicæ, in ora, inter Apolloniam ad occaſum & Dardanidem ad ortum. Ptol.

Erythros, locus apud Tybur urbem Latii, qui & Rubra ſaxa nominatur, teſte Strabone. Strab.

Eryx, *monte di S. Guliano*, mons & urbs Siciliæ à conditore paulò ante Dædali adventum in Siciliam nomen habens, in ora Boreali & occidentali, apud Drepanum urbem, ab ea 2. mill. paſſ. diſtans introrſum. Ibi templum erat Veneris Erycinæ celeberrimum. Populi Erycini Ciceroni. Virgilius libro 5. Æneidos: Polyb. Strab. Thuc. & al.

Tunc vicina aſtris Erycino in vertice ſedes.
Fundatur Veneri Idaliæ.

¶ Eryx oppidum fuit Siclæ, nunc vicus vallis Mazaræ, *Trapano del monte* dictus, ab incolas Drepanum tranſlato, à quo vix 3. milliaribus diſtat in ortum. Mons autem cui inſidet *monte di S. Juliano* dicitur.

Eſapus, fluvius Aſiæ. Vide Æſapus. Vnde Eſapius nomen gentis, uti apud Valerium Flaccum libro 3. Argon.

Ampycides petit adverſis Eſapia ſylvis.

Eſar, ſive Eſer Ptolemæo, fluvius Meroes inſulæ Æthiopiæ ſub Ægypto. Plin. Ptol.

* Eſbus, *Sabaſant*, ut nonnullis videtur, oppidum Iudææ, inter Sabaſten urbem Samariæ, & Emmaum urbem Iudææ propiorem. Vide Eſebon; nam videdetur idem. *Eſbus* adhuc Maſio. (* In manuſcripto Seldeni Σέβυς.) Ptol.

Eſcamus, *Iſchar*, fluvius Myſiæ ſuperioris, in inferioris confinio, in Iſtrum per Bulgariam influens. Plin.

¶ Eſco, *Sconga*, oppidum Vindeliciæ, in Germania, ad Lichum fluvium, 24. mill. paſſ. à Campoduno nunc in Bavariæ Ducatu, 9. leucis Germanicis ab Auguſta in auſtrum, & totidem à Monachio in Africum diſtat.

Eſcua, * Eſbua fortè Ptolemæo, vel Oſca (quod magis probatur) *Hueſca*, Hueſcar, & *Gueſcar*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, & in regno Granatenſi, apud fines Murcienſis regni, inter Baſti ad meridiem & Ventam Moralem ad Boream 7. leucis, ab Accis 11. in Theſauro Linguæ Latinæ non bene in Hiſpania Tarraconenſi reponitur. (* In Latino codice Eſcua, in Palatino * Ἐσκεσκ, quod in Seldeni manuſcripto * Ἐσκεσκ.)

¶ Eſcua, ſeu, & meliùs, Oſca, oppidum aliàs, Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Baſtitanis, in confinio Bæticæ nunc *Hueſca* dictum, in regno Granatenſi, in confinio Caſtellæ novæ & Murciæ, inter Baſtim in Africum & Carcam ſeu Caravacum in Cæciam. Paucis conſtat incolis, ad pedes montis Oroſpedæ.

P ¶ Eſ-

¶ Eſcuriale, ſeu Eſcuriacum, *l'Eſcurial*, vicus Hiſpaniæ, in Caſtella nova. 7. leucis à Madrito, ubi Philippus ſecundus Hiſpaniæ Rex magnificentiſſimum monaſterium excitavit cum inſigni Eccleſia, S. Laurentio ſacra, quod die S. Laurentii anno 1557. Gallos ad Fanum S. Quintini viciſſet aperto marte. Uſus eſt opera Ludovici de Fuxio Pariſienſis Architecti eruditiſſimi, & in eo nihil ad divitias, ad ſplendorem, & ad ornamentum deeſt. Ibi etiam ineſt Regum Hiſpaniæ recentiorum Mauſolæum in ſumptuoſa Capella Pantheon dicta; ita ut ædificium illud ab Hiſpanis dicatur octavum orbis miraculum. Quod ſi Reges Galliæ toties ſplendidiſſima ædificia excitaſsent, quoties Hispanos & alios prælio ſuperarunt *&* inſigni clade affecerunt, quot miracula orbis eſſent in Gallia.

Bibl. Eſdrelon, *Campo di Faba*, teſte Brochardo cum Petro Lajeſtainio, campus Palæſtinæ, cujus Planicies longa eſt 30. mill. paſſ. lata 18. Circumſtant illum Samaria ad auſtrum cum monte Ephraim, ad ortum lacus Geneſara, ad occaſum mons Carmelus, ad arctos mons Libanus.

Eſebon, fluvius Moabitarum, in Palæſtinæ & Arabiæ Petrææ confinio, & urbs Amorrhæorum, Esbuta Ptolemæo, ut aliquibus videtur, *Esbus* nunc, teſte Andrea Maſio. Sed hæc Esbus eſt Ptolemæi. *Heſzc. Bibl.*

Eſernia, Æſernia Ptolemæo, *Sernia*, Colonia Samnii, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, inde ſup. 40. mill. paſſ. in Comitatu Moliſino, inter Venafrum ad occaſum 10. & Bojanum ad ortum 20. à Teleſia fere totidem in Boream. Vide Æſernia. De ea Silius libro 8. *Cic. Liv. Plin.*

Et quot aut Rufra, aut quos Eſernio, quoſve
Oſcura incultis Herdonia miſit ab agris.

¶ Eſguillonium, *Eguilon* ſeu *Aiguillon*, quod forſan meliùs, oppidum eſt Galliæ, in Aquitania & in Agenneſi provincia, Ducatus titulo inſignitum, ad confluentes Oldi in Garumnam, 4. leucis infra Aginnum. Vide Aguillionum.

Eſia, (vide Æſia) *Oyſe*, fluvius Galliæ Belgicæ.

Ant. Eſigus, *Leliſe* Mercatori, oppidum Africæ, in Mauritania Cæſarienſi, inter Tipaſam & Cirtam ad 30. mill. paſſ. Sed Sigus habent alii codices.

Plin. Mel. Eſis (vide Æſis, ſic enin ſcribitur aliis.) Hic fluvius apud Ravennam (à qua plurimùm diſtat) malè in Theſauro Linguæ Latinæ locatur

Eskia, *EsKedale*, regiuncula Scotiæ, in confinio Angliæ, à fluvio Eska ſic dicta, prope Cumbriam provinciam, & inter Anandiam ad occaſum & Lideſdaliam ad ortum.

¶ Eslinga, *Esling*, urbs eſt Germaniæ Imperialis & libera, ad Neccarum fluvium, in Ducatu Wirtembergenſi una leuca a Stugardia in ortum. Eſt parvi circuitus & malè habita fuit ultimo bello Germanico. Dicitur etiam Ezelinga. Vide ibi.

Strab. Eſopis, ſupercilium montis, in quo Locri urbs magnæ Græciæ conſtructa erat.

P. Vict. Eſquiliæ, & Eſquilinus mons, *monte di S. Maria maggiore*, teſte Marliano cum aliis, unus ex 7. urbis Romæ collibus. Vide Exquiliæ: nam utroque modo apud Ovidium & alios auctores veteres ſcribitur & legitur. Ovidius lib. 6. faſt.

Ipſe ſub Eſquiliis, ubi erat ſua regia, caſus.

Proco. Eſquilina Porta, *Porta di S. Lorenzo*, teſte Marliano cum Andrea Fluvio & aliis, una ex portis urbis Romæ, quæ & Præneſtina nominatur, quod ab urbe Roma Præneſte urbem uſque deducit. Appellatur etiam *Porta Maggiore*.

¶ Eſquilina, porta Romæ, nunc clauſa eſt, teſte Famiano Nardino; eratque inter Portam S. Laurentii *&* Portam Maiorem in Exquiliis.

Plin. Mel. Ptol. Eſsedones, qui & Iſſedones, populi Scythiæ extra Imaum montem. Vide Iſſedon: quæ eſt metropolis ipſorum. Hi cadavera Parentum diſcerpunt & aliis carnibus permiſta comedunt: oſsibus verò capitum auro ornatis pro poculis utuntur, teſte Solino. Illos Mela inter Mæotim paludem & Arimaſpos longo tractu incolentes locat. (* Ισηδονες in manuſcripto Seldeni.)

¶ Eſsequebia, *EſſeKebe*, fluvius Americæ meridionalis, & ex præcipuis Guianæ regionis. Oritur versùs lacum Parimæum; & auctus plurimis fluminibus, in mare Boreale, ſe exonerat in Caribana regione, *&* ad ortum Orenoci fluvii. Dicitur *Eſquib* ab Hollandis, qui aliquot Colonias habent in eo tractu.

Eſſui, populi Galliæ Celticæ, quos variè indigitant: Alii *Beſſin*, in Normannia, alii *Seez*, urbem eiuſdem regionis, alii *Eu*, oppidum Comitatus Picardiæ, alii *Aeth*, oppidum Hannoniæ. *Sed Aeth & Eu* cùm ſint in Gallia Belgica, Eſſui verò in Celtica proximi Armoricis à Cæſare deſcribantur, nulla ratione Eſſui dici poſſunt: ſicuti nec *Retelois*, Comitatus in Campania. *Caſ.*

¶ Eſſui populi Galliæ, qui & meliùs Seſſui, populi fuere ubi Vagoritum, nunc Sagium, *Seez*, in Ducatu Normanniæ. Vide Seſſui.

Eſtella, Eſtella, urbs parva Hiſpaniæ, in regno Navarræ, cum caſtro, ad Egam fluvium, ubi recipit Urederum amnem. Ab ea regiuncula adjacens dicitur *Merindada de Eſtella*. 7. leucis diſtat à Calaguri in Boream & 6. à Pompejopoli in occaſum. Dicitur etiam Stella. Vide ibi.

¶ Eſthonia, *Eſten*, Livoniæ pars Septent. in Sveciæ Regno à plurimis annis. Ejus partes ſunt Eſthonia propria, Vicheslandia, Alentakia, Viria, Haria, Jervia, & Oldenpoa. Eius urbes Præcipuæ ſunt Fellinum, Revalia Pirnavia, Torpatum, Hapſelia, & Lehalium. *Strab.*

Eſtiones, vel Heſtiones, *Eſtnig*, *&* *Eſchenloch*, vel *Eſcenlog*, teſte Lazio, populi Helvetiorum, quos Ægidius Scudus *Eſteneberger* interpretatur: cui tanquam indigenæ magis fidendum videtur.

Eſtiones fuere populi Vindeliciæ, in valle Ilari fluvii, inter Brigantios & Licatios, quod veriſimilius, teſte Cluverio, nunc ubi pars Sveviæ, versùs lacum Brigantinum.

Eſtola, *Esla*, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex montibus Aſturum in meridiem per Legionem urbem fluens, ac in Durium apud Mirandam urbem Portugallicam immittens. *Scrip. Hiſp.*

¶ Eſtola fluvius oritur in confinio Auſtriæ, deinde Legionem rigat & Beneventum; & poſtea aliquot auctus rivulis, in Durium ſe exonerat inter Senticam & Mirandam.

¶ Eſtotilandia, *Eſtotilande*, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, versùs terras Arcticas & Fretum Hudſonium ad Boream Novæ Franciæ. Dicitur aliter Terra Laboratoris, *Terra do Labrador*, ſeu nova Britannia ab Anglis; eſtque tantùm detecta versùs oram littoralem.

Eſulæ, Æſulum Paterculo, locus apud Tybur urbem in Latio, teſte Acrone, inter illud & Tuſculum. Eſt & Eſula, quæ etiam Aſyla apud Græcos, vulgò *Iſola*, urbs magnæ Græciæ littoralis, in ora Calabriæ ulterioris, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberenenſi, inde 12. mill. paſſ. inter Crotonem & Lacinium promontorium, à Crotone 8. mill. in auſtrum. De Eſulis Horatius libro 3. carm. 29. *Hor.*

Ne ſemper udum Tybur, & Eſula
Declive contempleris arvum, &

Eſuris, *Xerez*, teſte Andrea Reſendio, olim oppidum, nunc pagus Hiſpaniæ Luſitanicæ, in Bæticæ confinio, apud oſtia Anæ fluvii, à Balſa urbe 4. leucis in ortum, apud Ayamontem oppidum. *Ant.*

¶ Eſuris quibuſdam eſt *Faro*, urbs munita Hiſpaniæ, in Algarvia, cum portu, prope Cuneum promontorium, 9. leucis Hiſpanicis ab oſtio Anæ in occaſum diſtans.

Eteleſta, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Carpetanis. Vide Eceleſta, & Egelaſte. *Pto.*

Eteonos, oppidum Bœotiæ, apud oſtia Aſopi fluvii quod & Scarphia, uti et hodie nominatur; Statius libro 7. Theb. *Str.*

Qui Scolon, denſamque jugis Eteonon iniquis.

Eteta, fortè Egeta Ammiano, *Rocana* nunc, teſte Nigro, oppidum Myſiæ ſuperioris, in inferioris confinio. *Pt.*

Etheleum, Æthalois Straboni, fluvius Aſiæ, terminus Myſiæ et Troadis. *Pl.*

Etocetum, *Vttokceſter*, vel *Vtceſter*, teſte * Camdeno, oppidum Albionis in Anglia, à Benaventa 45. mill. paſſ. apud Staffordiam oppidum. (Camdenus de *Vtceſter* erraſſe ſe fatetur, et tandem inveniſse Etocetum eſſe locum iuxta Lichfeldiam, quem *the Wall* vulgariter vocant, à mœnium reliquiis ibi repertis.) *A.*

Etriculum, *Lataraco*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabria citeriori, inter Lampetiam et Dampetiam, et 6. mill. paſſ. quot à Marcopoli. Vide Hetriculum. *Li.*

Etruria, Hetruris Plinio, Melæ, et aliis, quæ & Thuſcia ſive Tuſcia, (utroque enim modo ſcribitur

apud veteres) provincia Italiæ notiſſima ,& clariſſima; longa inter Macram à Liguria diſterminantem ad occaſum, & Tiberim fluvium ad ortum, à Latio, Sabinis & Umbria dividentem, 284. mill. paſſ. teſte Plinio, lata inter Apenninum montem, à Gallia Togata, ſive Æmilia, ad Boream diſtinguentem, & Tyrrhenum pelagus ad meridiem terminantem, vix 100. mill. ubi maximè Apenninus à littore recedit. De ea Virgilius libro 8. Æneidos:

Ergo omnis furiis ſurrexit Etruria juſtis.

¶ Etruria, quæ Hetruria, & Tuſcia, *Toſcana*, Gallis *la Toſcane*, pars eſt Italiæ. Subeſt pro majori parte dominio magni Ducis Etruriæ, ubi agri Florentinus, Senenſis, & Piſanus. Eius caput eſt Florentia ad Arnum fluvium; & anno 1569. ex Duce Florentiæ & Senarum creatus fuit magnus Dux Etruriæ, primus Coſmus Medices à Pio Papa quinto. Pars autem minor ſubeſt dominio Summi Pontificis, ubi provincia Patrimonii S. Petri, Ducatus Caſtrenſis, ager Orvietanus, & ager Peruſinus. Dicitur meliùs Hetruria. Vide ibi.

Etruriæ promontorium, Etruriæ caput Catoni, Argentarius mons Rutilio, *Monte Argentario*, mons Thuſciæ, in mare inter Portum Herculis & Telamonis contra Igilium & Dianium inſulas maximè porrectus, apud Coſam urbem exciſam.

Etruſci, Hetruſci Plinio, populi Etruriæ, iidem Tuſcis, & Etruſcus nomen gentis. Virgilius libr. 8. Æneidos:

Externos optate Duces. Tum Etruſca reſedit.
Hoc acies campo.

Etruſci campi, *Prato Magno*, ut Ortelius refert, tractus Tuſciæ fertilis, inter Fæſulas & Aretium, iuxta Arnum fluvium.

Ettan, locus Palæſtinæ, Hieroſolymis proximus, inde 2. ſchœnis recedens, teſte Ioſepho.

Eva pagus erat Peloponneſi, in Argia regione, maximus, in Arcadiæ confinio, in qua à Stephano locatur. Eſt & montis nomen ad Pamiſum fluvium.

Evandria, Evandriana Antonino, *Olivenza*, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ, in regno Portugallico, ad Anam fluvium, Paci Auguſtæ finitimum. Sed Iacobo Vaſconcello eſt *Talavervela*, oppidum Luſitaniæ, in Extremadura, ab Emerita ſupra 8. leuc. Eboram versùs.

¶ Evandriana eſt *Talavervelha*, oppidum aliàs Luſitaniæ, nunc Extremaduræ, Caſtellanæ, ad Anam fluvium, 8. leucis ab Emerita in occaſum, versùs Eboram & Pacem Auguſtam.

Evandrius mons urbis Romæ, idem cum Palatino.

Evarchus, fluvius Aſiæ, in Pontum Euxinum fluens, ac Cappadociam à Paphlagonia dirimens, apud Irim fluvium: cuius meminit Valerius Flaccus libro 6. Argon:

Quosque Tarax, niveumque ferax, Evarchus olorum.

Sed apud Flaccum fluvius Scythiæ eſſe videtur, ſeu Sarmatiæ. In Theſauro Linguæ Latinæ Scythiæ Aſianæ tribuitur.

Eubœa, quæ & Chalcis, & apud Poetas Abantis, *Negroponte*, inſula Græciæ ingens, Achaiæ ad ortum adjacens, ab ea anguſto freto diviſa, inter auſtrum & Boream in longum 150. mill. paſſ. extenſa, lata inter ortum & occaſum 40. circuitu 365. Vrbes quondam primariæ, Chalcis illius caput, Caryſtus, & Eretria. Hinc Euboicus nomen gentis. Virgilius libro 6. Æneidos:

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

¶ Eubœa, *Negroponte* Italis, *Negropont* Gallis, inſula eſt Græciæ Achaiæ ad Boream adiacens, ab ea anguſto freto Euripo dicto diviſa. Longitudinis eſt 130. milliarium circiter ab ortu in occaſum, latitudinis autem 30. & circuitus 300. Ejus urbs primaria Chalcis, *Negrepont*, Ponte jungitur continenti Achaiæ. Hæc inſula diu Venetis paruit, quibus aſſignata fuerat à Rabanio Carcerio ejus Duce, ne à Turcis occuparetur, à quibus tamen anno 1470. ſubacta eſt per Mahumetem ſecundum, qui in eam atrociſſimè deſævit, & ab eo tempore ſubeſt dominio Turcarum. Habet arcem permunitam & armamentarium inſtructiſſimum.

Urbes Eubeæ adhuc exſtantes:

Caryſtus, (*Cariſto.*)	Eretrea, quondam clara, (*Eretria.*)
Chalcis, metropolis & caput, (*Negroponte.*)	Oreum, (*l' Oreo.*)
	Porthmos, (*Portimo.*)

Eubœa quoque oppidum fuit Siciliæ, in ora auſtrali, apud Pachynum promontorium, locus *Caſtellazio*, teſte Fazell. (quod aliis *Caſtellazo* & *Caſtelluzo*) dicitur. Aliis *Terra nova*; quæ potius Callipolis eſt, inter Camarinam & Gelam. Strab.

Euboicum mare, Euboicus ſinus Livio, Octæus ſinus Ptolemæo, Opuntius ſinus Melæ, *Golfo di Negroponte*, teſte Ortelio.

Eubonia, Monaœda à Ptolemæo, Monapia Plinio, Menavia Bedæ, *Man* vel *the isle of Man* Anglicè, *Menavv* Britannicè, incolis *Maning*, inſ. Albionis, inter Walliam & Scotiam, ac inter Cumbriam & Hiberniam. Gildæ.

¶ Eubonia inſula, Gildæ, ab aliis Monœda ſeu Mona dicitur, l' *Isle de Man*; eſtque inſula oblonga Angliæ, aliàs regio titulo clara. Vide Monœda.

Eucapia, urbs Phrygiæ magnæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, apud Synnadam, inter Docimæum & Lyſiadem, ubi racemi uvarum & magnitudine & feracitate ſpectabiles, unde urbi nomen eſſe videtur. Strab. Ptol. Steph.

¶ Eucarpia urbs eſt Aſiæ minoris, in Phrygia magna, ad Hermum fluvium, versùs confinia Lydiæ, 50. circiter milliaribus à Synnada in occaſum, 30. à Docimæo in auſtrum, & 40. à Lyſiade. Sed non inter ipſas urbes. Quid ſit nunc, non conſtat.

Euchaita, numero plurali, urbs archiepiſcopalis Ponti Helenopolitani, ſeu Paphlagoniæ, in mediterraneis, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gangrenſi. Nicop. Calliſt.

Eudæmon Arabia, quæ Latinis Felix, *Ayman*, *Ayaman*, provincia ampliſſima Aſiæ. Vide Arabia felix. Nicop. Calliſt.

Eudoſes, populi Germaniæ, qui Altamero Miſnenſes putantur. Mel.

¶ Eudoſes populi fuere ubi nunc pars Pomeraniæ citerioris & urbes Sundis & Bardum, Cluverio teſte. Thuc.

Eudoxiopolis, urbs archiepiſcopalis Thraciæ, eadem Selymbriæ, ſic in Eudoxiæ Auguſtæ honorem dicta. Socr.

Evenus, qui & Lycormas, teſte Strabone, *Fidari* vel *Phidari* Nigro, fluvius Ætoliæ, ex Callidromo monte ſcaturiens, ac inter Ætolos & Locros mare Jonium petens, haud procul ab ore ſinus Corinthiaci, Calydonem urbem interluens. Oſtia inter Actium 670. & Molycriam urbem Ætoliæ 120. ſtad. Ovid. libr. 9. Metamorphoſeon: Strab. Plin. Ptol. & al.

Venerat Eveni rapidas Iove natus ad undas.

Euganei, populi Venetiæ, quorum regio *la Marcha Trevisana & Trevigiana* nominatur, tametſi hæc magis pateat. Euganei verò colles in agro Patavino *li Monti di Padoa* dicuntur, apud Ateſte. Euganeus quoque nomen gentis. Silius libr. 8. Plin.

Tum Trojana manus, tellure antiquitus orti.
Euganea profugique ſacris Antenoris oris.

¶ Euganei populi fuere Galliæ Tranſpadanæ, in Italia: qui, teſte Brietio, habitabant ubi nunc agri Bergomenſis & Brixienſis inter lacus Larium & Benacum; & habebant ad auſtrum Cenomanos. Alii tamen credunt eos fuiſſe versùs Atheſim fluvium & Vicentiam.

Eugeon, *Oggion*, oppidum Inſubriæ, à fertilitate, ſeu generoſitate dictum. Vide Oglonium.

Eugubium, *Gubbio*, *Gubio*, *Eugubio*, urbs Umbriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, inde 25. mil. paſſ. ad montis Appennini radices, in Ducatu Vrbinate, à Peruſia ad 20. mill. paſſ. in Cæciam, quot à Tiferno in ortum. Iguvium veteribus. Lib. Conc.

¶ Eugubium, *Gubio*, urbs eſt Ducatus Urbini, in ditione Pontificia, ad radices Apennini montis, prope fontes Chiaſcii fluvii. 15. milliaribus diſtat à Peruſia, & paulò minus ab Aſſiſio in Boream; eſtque in confinio Marchiæ Anconitanæ: & malè dicitur *Eugubio* à quibusdam.

Evila, *Aila*, oppidum Arabiæ petrææ, ad ſinum Arabicum & montem Sinai, & regio, quam Phyſon fluvius è Paradiſo egrediens irrigare traditur, & in qua aurum puriſſimum, & gemmæ prætioſiſſimæ naſci feruntur. Bibl.

¶ Evila quid ſit, non conſtat inter auctores. *Aila*, enim oppidim Arabiæ, ſeu *Ailan*, eſt Ælana antiquorum, aliis Evila ſeu Heuila eſt pars Arabiæ felicis. Plin. Ptol.

Eulæus *Tiritiri*, teſte Ortelio, & in tabulis Geographicis, fluvius Suſianæ, Suſa urbem regiam præterluens ac ex Mediæ montibus oriens, per Suſianam regionem, quam ab Elymaide dividit, in ſinum Perſicum defertur. Ulai apud Danielem. Strab.

Eumenia, *Einalbiſar*, Leunclavio, urbs Phrygiæ magnæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno, Syn- Ptol. & al.

nadæ finitima, ab Eumene Rege condita anno urbis conditæ 556. & nominata. Eumenia quoque pagus eſt frequens & magnus agri Novarienſis, ſupra Ripariam & Hortam, vulgò *Omegna*, in calce lacus Hortæ ab Horta 7. mill. Oſcelam verſùs.

Script. Belg. Euneno, *Aa*, teſte Ortelio, fluvius Belgii, per Flandriam fluens, ac in mare apud Gravelingam oppidum ſeſe exonerans, cujus in vita S. Bertulphi fit mentio.

¶ Euneno, ſeu Agmo, *Aa*, fluvius Belgii. Oritur in agro Bononienſi, deinde per Arteſiam provinciam labitur: ubi Audomaropolim rigat, & poſtea ad Gravelingam arcem Flandriæ in Oceanum Germanicum ſe exonerat.

Scrip. Scot. Evonium, *Dunſtaphag*, oppidum Scotiæ non obſcurum, in Loquhabria (vel potius Lornia) regione, in ora occidua, à Dumblaua urbe ad 30. mill. in Corum, à Lorna oppido 12. De quo Hect. Boetius.

¶ Evonium, poſtea Stephanodinum, *Dunſtafag*, urbs eſt Scotiæ munita, in Lornia provincia, Regum antiqua ſedes, cum portu capaci in ora occidentali, verſùs Ebudas. Vix 5. milliaribus Scoticis diſtat à Mula inſula in ortum, 55. à Dumblana in occaſum, & 14. à Chilmoria in Boream.

Ptol. Evonymus, inſula Siciliæ, una Woliarum, *Stromboli* Nigro. Sed fallitur, quia *Stromboli* eſt quæ Strongile Ptolemæo nominatur. Potius eſt *Vulcanetto*, inſula proxima, ignivoma. Strongyle verò à Lipara 10. mill. paſſ. abeſt in ortum, circuitu tetidem. In Theſauro Linguæ Latinæ malè l' *Vſtega* indigitatur.

¶ Evonymus inſula quænam ſit, non conſtat. Sunt qui credant eſſe *Liſca Bianca*; aliis autem, & forſan meliùs, eſt *Pare.rotto*, inſula ſatis parva, inter Liparam ad auſtrum & Strongylem ad Boream, in mari Thyrrheno, cum paucis incolis.

Gem. Evoſium, *Yvoix* oppidum Belgii, Ducatus Lucemburgenſis, ad Charum fluvium, idem quod Ivodium. Vide Epoiſſius.

Plin. App. Strab. & al. Eupatoria, urbs Paphlagoniæ epiſcopalis, & Mithridatis regia, ab eo condita, poſtea eo victo à Pompeio magno, Pompeiopolis, teſte Plinio, dicta, Amiſoque adjuncta: quam everſam jacere Andreas Thevetùs refert.

Cic. Polib. Strab. Plin. Euphrates, *Frat* Nicolajo & aliis, fluvius Aſiæ notiſſimus, ex montibus Armeniæ majoris oriens, ac Meſopotamiam provinciam ad occaſum & meridiem perſtingens, eandem Tigri ad ortum cingente; cui commixtus, ſinum Perſicum infra Teredonem urbem petit. Sic ab ubertate, teſte Iſidoro, nominatus: Eadem incrementa, quæ Nilus, habens, ac regiones inundans, teſte Solino, niſi ubi anguſtiis Tauri montis prohibetur. Ovidius libro 1. de arte amandi:

Hic eſt Euphrates præcinctus arundine frontem:
Cui coma dependet cærula, Tigris erit.

¶ Euphrates, fluvius Aſiæ, ortus in Armenia majori, paulò poſt recipit Harpagum & Arſametem, deinde à ſeptentrione in meridiem tendens, Armeniam majorem à minori ſeparans, alluit urbes Azirim, Zimaram, Melitenem, & recipit Arſaniam & Melam fluvios; poſtea Syriam & Arabiam regiones, à Meſopotamia dividens, & rigatis Samoſatha, Zeugmate, & aliis innumeris, auctus fluviis Marſia, Chabora, & aliquot aliis, infra Seleuciam & prope Cteſiphontem in Tigrim cadit, & cum ipſo paulò poſt in ſinum Perſicum ſe exonerat.

Proce. Euphrateſia, Euphrantenſis Marcellino, regio Syriæ, ad citeriorem Euphratis ripam, quæ & Comagene. Vide ibi.

Plin. Eupilis, *Laco di Puſiano*, lacus Inſubriæ, per quem Lambrus fluvius tranſit, non emiſſus ab eo, ut ſcribit Plinius, cum pago ejuſdem nominis, à Mediolano 28. mill. paſſ. Leucum verſùs in Boream.

Stat. Euplæa, *Gajola*, inſula parva Campaniæ, in ſinu Puteolano, inter Neapolim & Puteolos, haud procul à Margellene, juxta Pauſilypum promontorium ſeu montem. Statius libr. 2. ſyl. carm. 2.

Inde vagis omen felix Euplæa carinis.

Script. Gall. Eura, *Auron*, fluvius Galliæ Celticæ, per Bituriges, ac Bituricas urbem fluens, & in Ligerim labens.

Ptol. Euria ſive Evoria, quæ apud Ptolemæum citatum ab Ortelio non reperitur, in libro tamen Conciliorum memorata, urbs Epiri olim epiſcopalis, mediterranea, nunc pagus, vulgò S. *Donato* dictus. Vnde Donatiana apud Nicephorum Calliſtum nominatur.

Euſta. Euripus Chalcidicus, & Euboicus, *Stretto di Negroponte*, anguſtia maris inter Achalam & Eubœam, quæ tanta eſt, ut illa huic ad Chalcidem urbem ponte jungatur. Accipitur autem in libro Conciliorum Euripus pro ipſa urbe Chalcide. Abeſt à Thermopylis 530. ſtadiis, teſte Strabone, in auſtrum: cujus meminit Lucanus libro 5.

Euripuſque trahit, curſum mutantibus undis.
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulim.

Euripus Taurominitanus ſæpius reciprocans eſt, ſed Euripus Eubœæ ſepties in die ac nocte quovis tempore reciprocare traditur, auctore Plinio, ita ut ventos ac navigia velis plenis fruſtretur, teſte Mela. Ex quo in proverbium abiit, *Euripus homo*, in inconſtantes, & in varias fortunæ vices. Unde Græci Euripiſton hominem incertæ fidei vocant. In Theſauro Linguæ Latinæ in dictione Salganeus, Euripus pro fluvio accipitur, quod hic monere viſum fuit.

Europa, tertia pars orbis, ab Aſia in occaſum & ab Africa in ſeptentrionem recedens: ab illa Tanai fluvio, Euxino mare, & Ægeo pelago diviſa; ab hac mari Mediterraneo, Africo, Sardoo, & Iberico. Populi Europæi, qui *Glavor* à Turcis, *Alfrangues* ab Æthiopibus nominantur. De qua Ovidius libro 2. amor. elegia 12.

-niſi rapta fuiſſet
Tyndaris, Europę pax, Aſięque foret.

¶ Europa, una ex tribus terræ partibus veteribus cognitis. Minor eſt omnium, ſed præcipua, vel ob ſolis nobilitatem, vel ob frequentiam incolarum, vel ob præclara facinora eorum qui eam hactenus tenuere. Ejus incolæ Europæi ab omnibus Aſiaticis *Franki* dicuntur, ſeu & *Alfrangues*; & Europa, ſeu Chriſtianorum regio, ab eis *Frankia* vocatur, propter præclara geſta à Francis in illis partibus. Quidam autem addunt Europæos à Turcis *Giaour* dici, ſed errant. Eſt enim injurioſum nomen apud illos, quod infidelem ſignificat. Europa habet à ſeptentrione & ab occidente Oceanum, à meridie mare Mediterraneum, & ab oriente Aſiam. Quibus limitibus Europa ab Aſia ſeparatur, inter veteres ſcriptores non ſatis convenit. Sed hæc pauca à Cluverio accipe. Ut habeas, inquit, verum Europæ & Aſiæ terminum, ſtatue poſt mare Ægæum, Helleſpontum, Propontidem, Boſphorum Thracium, Pontum Euxinum, Boſphorum Cimmerium, paludemque Mœotin, primùm Tanais fluenta donec adverſo amne ad flexum ejus oppidumque *Tuia* pervenias, quà Volgæ fluminis dextræ ripæ appropinquat, inde tranſverſum jugum, quod inter utrumque flumen ex ſeptentrione in meridiem protenſum, vulgari vocabulo dicitur Perovvlok à Volgæ læva ripa, Rhyminicos montes, ad oppida *Veliki Tumen* & *Leptin*, proximamque Obii fluminis ripam, hinc ipſum flumen Obium ad Oceanum uſque Scythicum & promontorium Lytarmin. Hæc ille Europa à Gallis *l' Europe* dicitur, *Europa* ab Italis & Hiſpanis. Diviſa fuit olim in varias gentes regioneſque. Hodie dividitur in complura regna & Principatus.

Europæ regiones ordine Alphabetico.

Achaja.	Helvetia.
Albion. Vide Britannia.	Hibernia.
Britannia I.	Hiſpania citerior.
Britannia II.	Hiſpania ulterior, ſeu
Cimbrica Cherſoneſus.	Hiſpania Tarraconenſis.
(Corſica.)	Hiſpania Bætica.
(Creta.)	Hiſpania Luſitanica.
Dacia.	Illyricum.
Dalmatia.	Iazyges.
Dania.	Italia.
Epirus.	Liburnia.
Eubœa.	Macedonia.
Friſia.	Myſia ſeu Mæſia ſuperior.
(Gallia Aquitanica.)	Myſia inferior.
(Gallia Belgica.)	Noricum.
(Gallia Celtica, ſeu Lugdunenſis.)	Pannonia ſuperior & inferior.
(Gallia Ciſpada.)	Peloponneſus.
(Gallia Narbonenſis.)	Rhætia I.
(Gallia Tranſpadana.)	Rhetia II.
Germania magna.	Sarmatia Europæa.
Germania ſuperior.	Scandinavia.
Germania inferior.	Scythia Europæa.
Græcia. Vide Achaja.	Tracia.
Hellas. Vide Achaja.	Thule.

Regiones Europæ alio ordine.

Extremæ marique attingentes.	Myſia inferior.
Hiſpania.	Thracia.
Gallia.	Macedonia ad Ægæum mare.
Belgium.	Theſſalia.
Germania.	Achaja.
Scandinavia.	Peloponneſus.
Sarmatia.	Epirus.
Macedonia ad Mare Jonium.	Vindelicia.
Dalmatia.	Noricum.
Liburnia.	Pannonia ſuperior.
Italia.	Pannonia inferior.
	Iazyges.
Interiores.	Dacia.
Rhætia.	Myſia ſuperior.

¶ Europæ regna præcipua ſunt, Francia, *la France*, Hiſpania, l' *Eſpagne*, Anglia *l' Angleterre*, Scotia, *l' Ecoſſe*, Hibernia, l' *Irlande*, Norvegia, *la Norvege*, Dania, *le Danemark*, Svecia, *la Svede*, Germania, *l' Allemagne*, Portugallia, *le Portugal*, Polonia *la Pologne*, Hungaria *la Hongrie*, Bohemia, *la Boheme*, Boſnia, *la Boſnie*, Bulgaria *la Bulgarie*, regnum Neapolitanum, *le royaume de Naples*, Sicilia, *la Sicilie*, Sardinia *la Sardigne*, Ruſſia, ſeu magnus Ducatus, Moſcoviæ, *la Ruſſie, ou le grand Duchè de Moſcovia*, Turcarum imperium cis Helleſpontum,. *l' Empire des Turcs en Europe ou deçà les Dardanelles*, & Tartaria *Minor*, *la petite Tartarie*.

¶ Europæ Reſpublicæ præcipuæ ſunt, Venetiæ, *la Republique de Veniſe*, Genua, *la Republique de Gennes*, uti Status Belgii uniti, *les Provinces unies du Pais-Bas*, & Helvetii, *les Suiſſes*. Inſulæ ſunt Corſica, *la Corſe*, Creta *l' isle de Candia*, Islandia, *l' islande*, & Eubœa, *le Negrepont*. Superſunt ditio Pontificia, *l' Eſtat de l' Egliſe*, Ducatus Sabaudiæ, *les Eſtats du Duc de Savoye*, Ducatus Mediolanenſis, *le Duchè de Milan*, ditio magni Ducis Hetruriæ, *l' Eſtat du grand Duch. de Toſcane*, aliique Principatus, & Ducatus innumeri in aliis Europæ partibus, quos propriis in locis deſcribemus. De his pluribus vide Reges & regna Europæ.

Europæ urbes præcipuæ:

Adrianopolis, Adrinople & Endrem, *in Turcicæ ditione.*
Amſterodamum, Amſterdam, *Hollandiæ.*
Antuerpia, Anvers, *Brabantiæ.*
Argentoratum, Strasbourg, *Germaniæ.*
Auguſta Vindelicorum, Angsbourg, *Germaniæ.*
Barcino, Barcelone, *Hiſpaniæ.*
Belgradum, Belgrade, *Hungariæ.*
Berga, Berghen. *Norvegiæ.*
Berna, Berne, *Helvetiæ.*
Bononia, Bologna, *Italiæ.*
Briſtolium, Briſtol, *Angliæ.*
Bruxellæ, Bruxelles, *Brabantiæ.*
Buda Bude & Offen. *Hungariæ.*
Burdegala, Bordeaux, *Galliæ.*
Calaris, Cagliari, *Sardiniæ.*
Cæſarauguſta, Caragoza, *Hiſpaniæ.*
Colonia Agrippina, Cologne & Coln, *Germaniæ.*
Conſtantinopolis, Stamboul & Conſtantinople, *in Turcica ditione.*
Cracovia. Cracovv. *Poloniæ.*
Dublinum, Dublin, *Hiberniæ.*
Edimburgum, Edimburg, *Scotiæ.*
Florentia, Fiorenza, *Italiæ.*
Gedanum, , *Dantzick*, Poloniæ.
Geneva, Geneve, *Allobrogum.*
Genua, Genoa & Genes, *Italiæ.*
Hafnia, Koppenhagen, *Daniæ.*
Hamburgum, Hambourg. *Germaniæ.*
Hiſpalis, Sevilla, *Hiſpaniæ.*
Holmia, Stockholm. *Sveciæ.*
Londinum, London & Londres, *Angliæ.*
Lubeca, Lubeck, *Germaniæ.*
Lugdunum, Lyon *Galliæ.*
Lutetia, Paris, *Galliæ.*
Madritum, Madrid, *Hiſpaniæ.*
Maſſilia, Marſeille, *Galliæ.*
Mediolanum, Milano, *Italiæ.*
Meſſana, Meſſina, *Siciliæ.*
Moſcovia, Moſcovv, *Moſcoviæ.*
Neapolis, Napoli *Italiæ.*

Norimberga, Nuremberg. *Germaniæ.*
Novogardia magna, Novogrod Veliki, *Moſcoviæ.*
Olyſippo, Lisboa, & *Lisbone Portugalliæ.*
Panormus, Palermo, *Siciliæ.*
Praga, Prague & Prag, *Bohemiæ.*
Riga, Riig. & Rige, *Livoniæ.*
Roma, Roma, *Italiæ.*
Rothomagus, Roven. *Galliæ.*
Sophia, Sofie *Bulgariæ.*
Taurinum, Torino *Italiæ.*
Theſſalonica, Salonichi, *Turcicæ ditionis.*
Tigurum, Zurich, *Helvetiæ.*
Toletum, Toledo *Hiſpaniæ.*
Toloſa, Toulouſe, *Galliæ.*
Varſovia, Warſavv, *Poloniæ.*
Vienna, Wien & Vienne, *Germaniæ.*
Venetiæ, Venetia *Italiæ.*
Vilna, Vilna, *Poloniæ.*
Uratislavia, Breſſavv. *Germaniæ.*

¶ Europa, provincia Illyrici Orientis, versùs Conſtantinopolim & Propontidem, ubi aliàs pars orientalis Thraciæ regionis, inter Pontum Euxinum ad Boream & Melanem ſinum maris Ægæi ad meridiem extenſa. Ejus urbes erant Conſtantinopolis, Selymbria, Rhodoſtus, Callipolis, Apri, & Perynthus.

Europum, Europus, Ptolemæo, urbs Syriæ, ad Euphratem fluvium, quæ & Amphipolis, & Thapſacum, teſte Plinio, dicta fuit. Fuit & oppidum Macedoniæ, ad Axium fluvium, apud Apſalum, in finibus Almoporum cujus etiam Plinius meminit. Item Europus apud Ptolemæum urbs Mediæ præclara, Rhages in libro Tobiæ apellata, vulgò *Caſſan*, teſte Caſtaldo, ultra Tabreſium in ortum, ab Armuza 200. leucis Hiſpanicis per Perſepolim. *Plin. Ptol. Gic.*

Eurotas, *Baſilipotamo*, hoc eſt, fluvius regius, fluvius Pelopponeſis, per Laconicam in meridiem fluens, Lacedæmonemque urbem alluens, lauris abundans, cujus ortus eſt in Arcadia ex Stymphalo monte. De quo Ovidius libr. 2. amor. elegia 17. *Strab. Plin. & al.*

Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

¶ Eurotas, fluvius Laconiæ. Oritur in Arcadia regione non procul ab Alpheo, in vico Aſca, prope Megalopolim, longè à Stymphalo monte in auſtrum. Dictus eſt etiam Hymerus, & Marathon, & Neris, & in ſinum Laconicum ſe exonerat.

Euryalus, *Belvedere*, locus Siciliæ amœnus, apud Syracuſas, ſic hodie, teſte Aretio, nominatus. *Liv. Diod.*

Eurymedon, *Jercon & Zacuth*, teſte Theveto, fluvius Pamphyliæ, Aſpendum urbem interluens, ad quem uſque Cimon Athenienſium Dux Xerxem Regem Perſarum fugientem claſſe perſecutus eſt, teſte Mela. De quo Dionyſius Afer: *Strab. Plin. & al.*

Illic adſpicies Aſpendum, mœnia cujus
Eurymedon lavat amnis.

A Tauri montis jugo defluit, ac in mare magna vi aquarum labitur.

Eutane, vel Euthane Melæ, oppidum fuit Cariæ, ad ſinum Ceramicum. *Plin. Mel.*

Eutropius, locus Bithyniæ, apud Chalcedonem, ubi Mauricius Imperator à Phoca occiſus eſt. *Proce.*

Euxinum mare, & Euxinus Pontus, *Mar Maggiore, & Mar Negro*, in longitudinem 5. millibus ſtad. in latitudinem 3. ambitu 25. patens. Ovidius libro 5. elegia 10. de triſtitia:

Ut ſumus in Ponto ter frigore conſtitit Iſter,
Facta eſt Euxini dura ter unda maris.

Exampæus fons Scythiæ Europææ, in quem Hypanis fluvius influit apud mare Euxinum, amarus, qui Sacræ Viæ à Græcis appellatur. De eo Herodotus plura lib. 4. *Herod. Mel. Sol.*

¶ Exampeus, ſeu Amaxampeus locus, fons & fluvius, qui amaras ſuas aquas in Hypanum evomit, fluviumque dulciſſimum ſui diſſimillimum reddit; eſtque in Germano Sarmatia, in Baſtarnis.

¶ Exelodunum, ſeu Exſoldunum, *Iſſoudun*, urbs eſt Galliæ, in provincia Bituricenſi, ad amnem *Thlols*, 7. leucis à Biturico in occaſum; diciturque à quibuſdam Ernodurus. *Ptol.*

* Exiliſſa, poſtea Septa, *Zeuta*, vel *Ceuta*, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, in ora, contra Calpen. ſic à 7. montibus, qui ob æqualitatem Septem Fratres appellatur, dicta, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eborenſi. Abeſt à Calpe freto intercidente 9. mill. paſſ. in meridiem. (* manuſcript, Seldeni Ἐζίλλιββα.)

¶ Exiliſſa, ſeu Liſſa, *Ceuta* Hiſpanis, *Ciote* Gallis, urbs eſt Africæ, in Mauritania Tingitana, probè munita, & cum portu, ſub dominio Regum Hiſpaniæ; cum aliàs pareret Regibus Portugalliæ, à quibus expugnata fuerat. Sedet ad fretum Herculeum. Vide Septa.

Strab. Exitani, Hexi Melæ, *Velez Malaga*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, in regno Granatenſi, proxima Malacæ urbi, à qua 5. leucis in ortum recedit. Aliis eſt *Almunnecar*, urbs ejuſdem oræ littoralis, à Valetio 8. leucis in ortum. Carolus Cluſius *Salobrenna* indigitat; ſed hæc Selambina eſt Ptolemæi. Vide Sexitani.

¶ Exitani, oppidum Bæticæ, quibuſdam eſt Sexitanum, quod forſan meliùs: ubi nunc *Adra*, urbecula regni Granatæ, in ora maris Mediterranei. Vide Sexitani.

Exolidunum, *Yſſouldun*, oppidum præclarum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, ab Avarico oppido 4. leucis in occaſum diſtans: quod quidam Uxellodunum à Cæſare appellari non bene autumant.

Val. Blac. ¶ Exolidunum, *Iſſoudun*, urbs Galliæ. Vide Exelodunum.

Exomatæ, Jaxamatæ, Melæ, Ixomatæ Polyæno, populi Sarmatiæ Aſiaticæ. Ortelius putat eoſdem populos eſſe Jaxamatas, & Exomatas; ſed apud Valer. Flaccum ſunt diverſi, qui Exomatarum meminit lib. 6. Argon.

Exomatæ, Torinique, & flavi crine Satharcha.

¶ Exonaba, fortè Oſſonaba, urbs olim epiſcopalis Luſitaniæ, Oſſonoba quibuſdam nunc *Stombar*, vicus in Algarbia. Aliis eſt *Silves*, cui ſubeſt Oſſonobenſis Eccleſia.

Script. Brit. Exonia, olim Iſca, *Exceſter*, urbs epiſcopalis Albionis, in Cornubia regione, (latè ſumpta) caput illius, ad Iſacam fluvium, ab Antiveſtæo promontorio occidentali 79. mill. paſſ. in ortum Wintoniam verſùs.

Exonia, olim Iſca Damnoniorum, urbs eſt Angliæ, in Devonia provincia, ad Iſcam fluvium, & aliquot tantùm milliaribus ab ora maris Britannici diſtat. Vide Iſca.

Ptol. Exopolis, *Begazar*, ſive *Bozagar*, teſte Moletio, urbs Sarmariæ, ad Tanaim fluvium, ab oſtiis in ſeptentriones paulùm recedens.

Exquiliæ, mons Romæ, unus ex 7. collibus: qui & *Vict.* Exquilius mons. Vide Eſquiliæ; utroque enim modo apud Ovidium legitur. De quo lib. 6. faſt.

Iamque per Exquilias Romanam intraverat urbem,

Idem libro 3.

Qui nunc Exquilias nomina collis habet.

Sic ab excubiis, quæ ibi fiebant, dictus, teſte Ovidio.

Ptol. Scrip. Brit. Extenſio, Exoche in Græco codice, *Eaſton-neſſe* Camdeno, promontorium Albionis ſive Angliæ, in ora Suffolciæ regionis.

¶ Extrema, *Extremoz*, oppidum munitum Hiſpaniæ, in Portugallia provincia, inter Tagum & Anam, ad amnem Terram, 8. leucis ab Ebora in ortum, & totidem ab Helvis in occaſum diſtat.

¶ Extremadura, *Extremadura* Hiſpanis, *Extremadoure* Gallis, provincia eſt Hiſpaniæ, & regni Legionis pars, cui adjacet verſùs Boream. A meridie habet Andaluziam, ab occaſu Portugalliam, & ab ortu Caſtellam novam. Urbes habet præcipuas Pacem Auguſtam, Placentiam, Cauriam & Emeritam.

¶ Extremadura, ſeu Extremadura Portugalliæ, *Extremadura*, provincia eſt etiam Hiſpaniæ, in regno Portugalliæ, verſùs oſtia Tagi fluvii, cujus urbs primaria Ulyſſipo, totius etiam regni caput. Dicitur à Gallis *Extremadoure Portugaiſe*.

¶ Extuca, *Extuca*, provincia eſt regni Marroci, in ora Oceani Atlantici, verſùs Atlantem montem & confinia Biledulgeridiæ; eſtque pars regionis Sus dictæ.

Egign. Ezelinga, *Eslingen*, urbs Germaniæ, in Svevia, libera, apud Necarum fluvium, Stutgardiæ urbi primariæ Ducatus Wirtemburgenſis & Canſtadio proxima, inde 2., hinc 1. leuc. diſtans, inter Ulmam 10. & Heydelbergam 13. mill. Germanicis.

Ezerus, quæ Bœbe à Strabone dicta putatur, *Ezero* vulgò, urbs Græciæ, in Theſſaliæ & Achajæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæ. Vide Bœbe.

F

Plin. FABARIA, quæ & Burchana, *Borkum*, teſte Guillelmo Camdeno, inſula Friſiæ, in mari Germanico, contra oſtium Amaſii fluvii. In Theſauro Linguæ Latinæ apud Cimbricam Cherſoneſum ſtatuitur; ſed inde longè abeſt. Sic dicta à copia fabarum.

Fabaris, qui & Farfarus Ovidio *Farfaro*, fluvius Sabinorum, teſte Servio, qui ex Severo monte ortum ducens, in meridiem fluit juxta Farfenſe cœnobium, ac in Tiberim ad Felicianum oppidulum & montem Faliſcorum labitur. *Vir. Sidon.*

¶ Fabaris, ſeu Farfarus amnis, nunc *Farfa* dicitur. Oritur prope Mompeum, in eo loco qui dicitur *Capo Farfa*, & in Tiberim labitur, inter Caſtra Felicianum & Fianum.

Fabianus, pagus agri Sulmonenſis, ubi cum arva rigantur, herbæ aqua necantur, & fruges aluntur, teſte Plinio libr. 17. cap. 26. *Plin.*

¶ Fabiraum, *Bremen*, urbs anchiepiſcopalis Germaniæ, Anzeatica atque libera, ad Viſurgim fluvium, Ducatus titulo decorata ab anno 1648. & tota adjacens ditio juris Svecici effecta eſt pace Monaſterienſi. Vide Phabiranum.

Fabrateria, *Favateria*, Colonia & oppidum olim, nunc pagus Latii, inter Aquinum & Fregellas, ab Aquino 8. mill. paſſ. diſtans. In Theſauro Linguæ Latinæ malè in Campania locatur. Populi Fabraterni Plinio, Silius libro 8. *Strab. Ant. Patec.*

Hic Fabrateria vulgus: nec monte nivoſo
Deſcendens Atina aberat.

¶ Fabrateria, nunc *Falvaterra*, pagus Volſcorum, in Latio, prope Lirim fluvium, in ditione Pontificia, & in ipſo confinio regni Neapolitani, 8. milliaribus diſtat ab Aquino in occaſum.

Fabrianum, *Fabriano*, oppidum ampliſſimum Piceni, ex maximis Italiæ, Sentino urbi exciſæ & Matellicatibus propinquum ad 6. mill. paſſ. à Camerino 14. Æſium verſùs 30. Hic optima charta.

¶ Fabrianum oppidum eſt, & unum ex 4. caſtellis Italiæ, in ditione Pontificia & in Marchia Anconitana, ad radices Apennini montis, in limite Ducatus Urbini, inter Sentini rudera ad occaſum, & Matelicam ad ortum, 14. milliaribus à Camerino in Boream. *Mart. Rom.*

Fabricus pons, *Ponte di quattro Capi*, teſte Andrea Fulvio, unus ex pontibus urbis Romæ, à Fabricio Conſule exſtructus. De quo Horatius libr. 2. ſatira 3. *Hor. Vict.*

Atque à Fabricio non triſtem ponte reverti.

Fagophagi, populi Germaniæ, Thuringis, & Haſſis, ſeu Cattis finitimi, necnon Franconiæ: quorum regio *Buchavv*, cujus caput eſt Fulda, urbs inter Herbipolim 13. & Caſellam 10. leuc. *Scrip. Germ.*

¶ Fajalis, *Faial*, inſula maris Atlantici, & una ex Azoribus ſeu Tertiariis, ſatis parva, ſed fertilis & bene culta, ſub dominio Regis Portugalliæ cum aliquot pagis & caſtris, 30. leucis Gallicis à Tertiaria diſtat in occaſum.

Falacrinum, vicus Sabinorum, locus nativus Veſpaſiani Imperatoris. Vide Phalacrina. *Ant.*

Falacrium, *Raſocolmo*, teſte Fazello, promontorium Siciliæ, inter Pelorum promont. 12. & Mylas oppidum in auſtrum & Africum 24. mill. paſſ. in Theſauro Linguæ Latinæ *Melazzo* pro *Cappo di Melazzo* indigitatur; ſed malè, cùm adeo à Mylis diſtet. *Ptol.*

¶ Falæza, *Falaiſe*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia, ad Antam amnem. 7. leucis à Cadomo in auſtrum diſtat, & 9. à Sagio in Circium. Juxta eſt Gibræum, *la Guibray*, ſuburbium nundinis ſuis celebre.

Falarienſes, populi Piceni, quorum oppidum Falaria exciſum, quod adhuc *Falerione* nominatur, teſte Pamphilo, apud Tignium oppidum, inter Firmum & Fanum S. Geneſii. *Plin.*

Falciana, *wels*, teſte Lazio oppidum Norici, in Auſtria, ad Dravum fluvium, non ad Danubium, ut ſcribit Ortelius, à Lintio urbe 4. leucis Salisburgum verſùs. Vide Locus felix. *Bib. Not.*

¶ Falciana, ſeu Locus felix, oppidum Norici. Nunc *Walſe* dicitur; eſtque vicus Auſtriæ ad Danubium fluvium, 5. leucis infra Lentium in ortum; & differt ab oppido *Wels*, qui ad amnem *Traun* ſedet; eſtque Ovilabis antiquorum. 3. leucis à Lentio in auſtrum.

Falconis mons, Vallatum Anton. *Valckenburg*, oppidum Belgii, inter Aquiſgranum & Trajectum ad Moſam, à quo 2. leucis in ortum abeſt. *Sigeb.*

¶ Falconis mons, *Fauquemont* Gallis, oppidum eſt Ducatus Limburgenſis ſatis munitum, in ditione Hollandorum,

rum. 4. leucis diſtat ab Aquiſgrano in occaſum, juxtà amnem *Genl* dictum.

¶ Falcopinga, *Fallekoping*, oppidum Sveciæ, in Weſtrogothia provincia, 5. milliaribus Germanicis à Scara urbe in auſtrum, & 8. à Wenero lacu.

Faleria, Falerii Livio, urbs olim epiſcopalis exciſa Hetruriæ, in Faliſcorum finibus, apud Feſcennium, ſeu urbem Caſtellanam, à qua ad 7. mill. paſſus Viterbium versùs abeſt. Locus cum aliquot ædibus *Falere*: & Leandro *Folare*, adhuc dicitur. Scribitur & Phaleria, à Strabone & Ptolemæo Phalerium, & Phalaris Catoni, à Phalerio Argivo condita.

¶ Faleris, ſeu meliùs Falaris, urbs Hetruriæ olim fuit in eo ſitu ubi nunc civitas Caſtellana, *civita Caſtellana*. Poſtea uno milliari cum dimidio ab eo loco in planitie nova civitas condita fuit, ubi etiam hoc tempore ruinæ & veſtigia maxima viſuntur, quæ Falaris adhuc nomen retinent; *Falere*; & fortè deſtructa veteri civitate, remanſit ibidem templum Junonis Faliſcæ, cum luco; quò deſtructis poſtea Falaris illis novis incolas iterum ſe recepiſſe crediderim tanquam ad validum caſtellum; atque inde civitatis Caſtellanæ nomen loco indidiſſe, teſte etiam Luca Holſtenio.

Falernus, mons, & ager Campaniæ, inter Calenum & Sinueſſam, maximæ fertilitatis; ager enim frumenti, mons vini generoſiſſimi ferax eſt, Maſſico junctus. Tametſi ſunt qui Falernum montem Puteolis proximum faciant, & nomen antiquum retinere ſcribant. Hinc Falernus nomen gentis. Virgilius libr. 2. Georgicorum:

-& quo te carmine dicam
Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.

Vini Falerni meminit Martialis libr. 13. ep. 105.

Attica nectareum turbatis mella Falernum.

Faliſca, Faliſcum Diodoro & Stephano, *Galeſe* nunc, Colonia & urbs epiſcopalis Hetruriæ, Faliſcorum metropolis, apud Tiberim fluvium, inter Feſcenniam, ſeu urbem Caſtellanam, & Hortam ad 4. mill. paſſ. Ortelius non ſine manifeſto errore *Monte Fiaſcone* indigitat; quæ urbs Mons Phyſcon appellatur, à finibus Faliſcorum longè diſtans.

Faliſci, Phaliſci Ovidio, populi Hetruriæ, inter Ciminum montem & Tiberim fluvium incolentes: quorum urbes Faliſca, Faleria, Feſcennia, & Horta. Quos memorat Virgilius libro 7. Æneidos:

Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos.

In Faliſcis fluvius eſt, qui boves candidos facit, teſte Plinio libr. 2. cap. 103.

Faliſcorum mons, & Soractes, mons Hetruriæ, in Faliſcorum finibus, ad Tiberim fluvium, *Monte Sant' Oreſto*, & *Monte di S. Silveſtro*, non *Monte Fiaſcone*, ut Theſaurus Linguæ Latinæ, & quidam, vocis ſimilitudine decepti, ſcribunt.

¶ Faliſcorum mons quibusdam eſt Soractes, nunc *monte S. Oreſte* dictus. Ibi oppidum *S. Oreſte* dictum, ad Tiberim fluvium in provincia Patrimonii S. Petri, & è regione Sabinæ provinciæ, 8. milliaribus à civitate Caſtellana in auſtrum Romam versùs. Aliis autem, forſan, eſt urbs Mons Phiſco dicta, *Monteſiaſcone*, ad lacum Vulſinium.

¶ Falmutum, *Folmouth*, portus Angliæ capaciſſimus in ora auſtrali Cornubiæ provinciæ, & in intimo ejus receſſu, prope arcem *Pendenis* dictam. A quibusdam Volemuthum dicitur; & 30. milliaribus Anglicis diſtat à Plimuto in occaſum.

¶ Falſtria, *Falſter* inſula Daniæ, in mari Baltico, inter Lalandiam & Monam inſulas, ad auſtrum Zeelandiæ, à qua ſeparatur tantùm anguſto freto Viridi dicto, vulgò *Grone Sund.* Ibi oppidum *Nikoping*, cum arce munita. Subeſt dominio Regis Daniæ.

¶ Famaguſta, *Famagoſta*, urbs permunita Cypri inſulæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicoſienſi, à Turcis expugnata anno 1570. olim Arſinoe dicta. Vide ibi.

¶ Faneſtria, *Faneſtria*, vicus ditionis Pontificiæ, in Romandiola provincia, aliàs urbs epiſcopalis, nunc ferè in ruinis jacet.

¶ Fanshera, *Fanshere*, fluvius Africæ, in inſula Madagaſcaria, in Carcanoſſia tractu. In Oceanum ſe exonerat in parte auſtrali prope arcem Delphinam, teſte Flacurtio. Ei adjacet vicus *Fanshere* dictus, in mediterraneis.

¶ Fantinum, *Fantin*, regnum parvum Africæ, in Guinea regione & in ora aurea, ubi Cormentinum & aliquot arces Anglorum & Batavorum.

Fanum, vel Cella Canici, *Kilkenny*, urbs Hiberniæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, inde ſupra 30. mill. diſtans, Leighlino & Oſſeriæ propinqua, academia.

¶ Fanum Canici, ſeu Kilkennium, urbs ampla Hiberniæ in Lagenia provincia, ad Neorum fluvium, Comitatus cognominis caput, versùs Momoniam. 50. ferè mill. paſſ. diſtat à Dublino in Africum, eſtque ferè media inter Caſſiliam & Caterlogum: Vide Kilkennium.

Fanum Fortunæ, Fanum ſimpliciter Cæſari, Colonia Faneſtris Melæ, *Fano*, urbs Umbriæ, in ora Semnonum littorea, epiſcopalis, inter Piſaurum ad occaſum 5. & Senogalliam in ortum 15. mill. paſſ. diſſita, in Ducatu Urbinate, licèt ditionis Eccleſiaſticæ ſit. *Plin.*

Fanum Luciferi. Vide Luciferi Fanum.

¶ Fanum Luciferi, *S. Lucar de Barameda*, oppidum munitum Hiſpaniæ, cum portu, in Vandalitia provincia, ad oſtia Bœtis fluvii. 6. leucis diſtat à Gadibus in Boream, & 15. ab Hiſpali in Africum.

Fanum Martis, *Mars*, vel *Marche en Famine*, oppidum olim, nunc pagus Belgii, in Lucemburgenſi Ducatu & Leodienſis epiſcopatus confinio, inter Conſediam 32. & ad Fines 27. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario. Aliis pagus *S. Salvii*, in Hannoniæ & epiſcopatus Leodienſis confinio. *Ant.*

¶ Fanum Martis oppidum fuit Nerviorum, in Belgio, ubi nunc vicus *Fan*, in Hannonia, 11. mill. paſſ. à Valentinianis, Cluverio teſte. Aliis autem eſt vicus *Famars*, una leuca à Valentinianis in auſtrum.

¶ Fanum S. Ægydii, *S. Gilles*, oppidum Galliæ, in Occitania provincia, ubi S. Ægidius Eremiticam vitam duxit. Vix una leuca à Rodano fluvio in occaſum diſtat, & tribus ab Arelate; eſtque in dominio utili Equitum Melitenſium.

¶ *Fanum* S. Agathæ Gothorum, *S. Agata de Goti*, urbs eſt parva Italiæ, in regno Neapolitano, & in Principatu citeriori; epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, in confinio Terræ Laboris, & media ferè inter Beneventum ad ortum & Capuam ad occaſum.

¶ Fanum S. Albani, *S. Albans*, oppidum Angliæ, in Comitatu Harfordienſi. Diſtat 6. milliaribus Anglicis ab Harfordia in occaſum, & 15. à Londino in Boream; eſtque Verolamium antiquorum. Vide ibi.

¶ Fanum S. Albini, *S. Aubin du Cormier*, oppidulum eſt Galliæ, in Britannia minori, prælio ſuo memorabile, prope fluvium *Coveſnon* dictum. 5. leucis diſtat à Rhedonibus in Boream, & totidem à confinio Normanniæ in auſtrum.

¶ Fanum S. Amandi, *S. Amand*, oppidum Belgii aliàs munitum, in Comitatu Flandriæ, & in Tornacenſi agro, cum Abbatia celebri, ad Scarpam fluvium 2. leucis diſtat à Valentinianis in Boream, & 3. à Tornaco in auſtrum; ſubeſtque dominio Francorum ab anno 1667. Dicitur etiam Elno à quibuſdam. Vide ibi.

¶ Fanum S. Andreæ, *S. Andrevv*, urbs Scotiæ archiepiſcopalis, in Fifa provincia & in ora Oceani Germanici, cum arce aliàs permunita. Vide Andreapolis.

¶ Fanum S. Andreæ, *S. Andero*, urbs ampla & munita Hiſpaniæ, in Biſcaja provincia, cum arce & portu percapaci in ora littorali Oceani Aquitanici. 15. leucis Hiſpanicis diſtat à Bilbao in occaſum, & 7. à Santillana in ortum. Aliàs Flavionavia dicta fuit. Vide ibi.

¶ Fanum S. Angeli Longobardorum, *S. Angelo de Longobardi*, urbs eſt Italiæ, in regno Neapolitano & in provincia Principatus ulterioris, ad radices Apennini montis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano. 7. milliaribus diſtat à Compſa in Boream, & 20. à Benevento in Circium. Urbs eſt parva, & ſenſim deficit.

¶ Fanum S. Angeli in Vado, *S. Angelo in Vado*, urbs Italiæ, & ditionis Pontificiæ, in Ducatu Urbinate, juxta Metaurum fluvium, ad radices Apennini montis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbini, ſed unita eſt cum Urbanea. Eſt in confinio ditionis Florentinæ, & 15. milliaribus diſtat ab Urbino in occaſum.

¶ Fanum S. Aſaphi, *S. Aſaph*, urbs Angliæ, in Vallia Boreali & in Comitatu Flintenſi, ad amnem *Cluyd.* Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi. Diſtat 3. milliaribus Anglicis à Denbighia in Boream, 5. ab ora maris Hibernici in auſtrum, & 8. à Flinto in occaſum.

¶ Fanum S. Audomari, *S. Omer*, urbs Belgii, in Comitatu Arteſiæ, probè munita, ad Agnionem fluvium.

Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cameracenſi. Vide Audomaropolis.

¶ Fanum S. Bertrandi, *S. Bertrand*, urbs Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam fluvium, Convenarum caput, & ad radices Pirenæorum montium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano; & aliàs Lugdunum Convenarum dicta fuit. Vide ibi.

¶ Fanum S. Brioci, *S. Brieu*, urbs Galliæ, in minori Britannia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, in ora Boreali, cum portu in ſinu maris Britannici. 16. leucis diſtat à Macloviopoli in occaſum, 10. à Trecorio in ortum, 20. autem à Rhedonibus; eſtque ſatis munita.

¶ Fanum S. Chriſtinæ, *S. Chriſtina*, oppidulum Hiſpaniæ in regno Aragoniæ & ad fontes Aragonii fluvii, ad pedes Pyrenæorum & in confinio Galliæ. 4. leucis diſtat à Jacca in Boream.

¶ Fanum S. Chriſtophori, *S. Chriſtophle en Touraine* oppidum Galliæ, in Turonenſi provincia, ad pedes collis, in confinio Andegavenſis & Cenomanenſis provinciarum, 6. leucis diſtat à Turonibus in Boream.

Fanum S. Claudii, *S. Claude*, oppidum Sequanorum in Comitatu Burgundiæ, in limite Breſſiæ provinciæ & Geſſiæ tractus. 5. leucis diſtat à Geneva in occaſum, & 3. à Rhodano fluvio. Hinc mons Jura adjacens dicitus etiam mons S. Claudii.

¶ Fanum S. Clodoaldi *S. Clou*, burgus cultiſſimus Galliæ, cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, & peramœno ſeceſſu Ducis Aurelianenſis, duabus laucis infra Lutetiam in occaſum. Ibi obiit Henricus tertius Francorum Rex.

¶ Fanum S. Columbæ, *Sainte Colombe*, oppidulum Galliæ, in Lugdunenſi provincia, ad Rhodanum fluvium ex adverſo Viennæ Delphinatus, cui ponte conjungitur. 5. leucis diſtat à Lugduno in auſtrum Condrievium verſùs; eſtque veriùs Viennæ ſuburbium.

¶ Fanum S. Crucis, *Santa Cruz*, urbs munita Africæ in regno Marochii & in regione *Sus* dicta, in ora Oceani Atlantici, cum portu capaci. Dicitur aliter *Cap d' Aguer* & à Mauris *Darrumia*; & excitata fuerat à Luſitanis. Sed anno 1536. capta fuit à Rege Marochii, cui etiamnum ſubeſt.

¶ Fanum S. Crucis de monte, *Santa Cruz de la Sierra* urbs recens Americæ meridionalis, in Peruvia regione in provincia dicta *la Sierra*. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo civitatis *de la Plata* dictæ. Maximè in ortum tendit; eſtque ad radices collis, in confinio Paraguajæ regionis. 80. leucis Hiſpanicis diſtat ab urbs Argentea ſeu *de la Plata* in ortum, & 60. ab Argenteo fluvio in occaſum, ſub Hiſpanis.

¶ Fanum S. Deſiderii, *S. Dizier*, urbs Galliæ munita in Campania provincia, ad Matronam fluvium, obſidione ſua celebris. Sedet in limite Barrenſis Ducatus. 6. leucis à Barro in occaſum, & totidem à Victoriaco in ortum diſtat, 12. autem à Catalauno.

¶ Fanum S. Dionyſii *S. Denys* cognomento *en France*, urbs eſt parva Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, cum inſigni Abbatia, in qua viſuntur Regum Franciæ Mauſolæa. Sedet ad amnem *la Crox*, qui paulò infrà cadit in Sequanam fluvium; diſtatque duabus leucis à Lutetia in Boream.

¶ Fanum S. Dominici, *S. Domingo*, urbs eſt ampla & archiepiſcopalis Americæ ſeptentrionalis, in parte auſtrali Hiſpaniolæ inſulæ, cum portu capaci. Vide Dominicopolis.

¶ Fanum S. Eutropii, *S. Tropez*, urbs munita Galliæ, in Provincia, cum portu capaci in ora littorali maris Mediterranei & ſinus Grimaldini. 5. leucis diſtat à Foro-Julio verſùs auſtrum, & 12. à Telone in ortum.

¶ Fanum S. Fidei de Bogota, *Santa Fè de Bogota* urbs eſt archiepiſcopalis Americæ meridionalis, in novo regno Granatenſi, prope fluvium *Pati* & lacum *Guatavita*, longè à mari remota, ſub dominio Hiſpanorum, & ad radices montis Bogotæ.

Fanum S. Fidei, *Santa Fè*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in novo regno Mexicano ante paucos annos ab Hiſpanis exſtructum, juxta fluvium Borealem *de Nort*. Paucis conſtat incolis.

¶ Fanum S. Fidei, *Santa Fè*, urbs parva Americæ ſeptentrionalis & novæ Hiſpaniæ, in provincia Verragua, media inter utrumque mare Boreale & Auſtrinum, 12. leucis ab urbe Conceptionis, ſub Hiſpanis.

¶ Fanum S. Florentii, *S. Florenzo*, urbs Italiæ, in ora Boreali Corſicæ inſulæ, ſatis munita, cum portu & ſinu parvo ſub dominio Genuenſium, Canelata antiquis dicta, ut quidam autumant. 20. milliaribus diſtat à Sacro promontorio in auſtrum.

¶ Fanum S. Flori, *S. Flour*, urbs eſt epiſcopalis Galliæ in Alvernia provincia. Vide Floriopolis.

¶ Fanum S. Galli, *S. Gal*, oppidum Helvetiorum, cum Abbatia inſigni, cujus Abbas Imperii Princeps eſt, in Turgea tractu, & ex præcipuis Sociis Helvetiorum. Una leuca tantùm diſtat à lacu Conſtantienſi, & 4. à Lindavia in occaſum.

¶ Fanum S. Germani, *San Germano*, oppidum Italiæ, in Pedemontio & in Vercellenſi agro, alias munitum. 12. milliaribus diſtat à Vercellis in occaſum, Taurinum verſùs.

¶ Fanum S. Germani in Laya ſylva, *S. Germain en Laye*, burgus amplus Galliæ, cum palatio ſuperbiſſimo in colle, ad Sequanam fluvium ubi regius ſeceſſus. 4. leucis à Lutetia in occaſum diſtat.

¶ Fanum S. Ghisleni, *S. Ghislain*, oppidum munitum Belgii, in Hannonia provincia, cum Abbatia, ad Haynam fluvium. Una leuca cum dimidia diſtat à Montibus in occaſum, & 3. à Condato in ortum.

¶ Fanum S. Huberti, *S. Hubert*, oppidum Belgii, in Ducatu Luxemburgico, ſub dominio tamen proprii Abbatis ad amnem *Homme* dictum. 4. leucis Belgicis diſtat à Baſtonia in occaſum.

¶ Fanum S. Jacobi, *S. Iago de Chile*, urbs Americæ meridionalis, regni Chiles primaria, in mediterraneis, & ad radices Andium, ab Hiſpanis exſtructa, juxta fluvium Maipum. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo *de la Plata* dicto. 15. leucis à mari Pacifico in ortum diſtat.

¶ Fanum S. Jacobi, *Sant Iago*, urbs Africæ inſulæ cognominis caput, in Oceano Atlantico, in inſulis Capitis viridis; eſtque munita & epiſcopalis ſub dominio Regis Luſitaniæ. Capta fuerat & vaſtata à Franciſco Draco Anglo anno 1585.

¶ Fanum S. Jacobi, *Sant Jago*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in ora auſtrali Cubæ inſulæ, cum portu capaciſſimo, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo S. Dominici ſub Hiſpanis; deficitque in dies.

¶ Fanum S. Iacobi de Eſtero, *Sant Iago del Eſtero*, urbs Americæ meridionalis, & Tucumaniæ regionis caput, atque epiſcopalis, ſub Hiſpanis, iuxta fluvium *Eſtero* dictum. 170. leucis Hiſpanicis à Potoſio diſtans.

¶ Fanum S. Iacobi de Guatimala, *San Iago de Guatimala*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & in provincia Guatimala, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano. Vide Guatimala.

¶ Fanum S. Ioannis ad Tavum, *S. Iohnſtoune*, urbs Scotiæ, aliàs Perthia dicta à provincia cognomine, in qua ſedet, ad Tavum fluvium. 20. milliaribus Scoticis diſtat ab Edimburgo in Boream.

¶ Fanum S. Ioannis Angeriaci, *S. Iean d' Angely*, oppidum Galliæ, in Santonia provincia, aliàs munitum; ſed ejus munitiones disjectæ fuerunt à Rege Ludovico XIII. Vide Angeriacum.

¶ Fanum S. Ioannis de Auro, *San Ivan del Oro* oppidum Americæ meridionalis, in Peruvia, intra montes, & in provincia Camata. 35. leucis Hiſpanicis diſtat à lacu Titicaca in ortum.

Fanum S. Ioannis de Portu divite, *San Ivan de Puerto ricco*, urbs Americæ ſeptentrionalis, inſulæ Portus divitis in mari Boreali caput. Jacet ad ſeptentrionalem partem inſulæ, cum portu capaci & arcæ Hiſpanorum; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dominicopolitano. Capta fuerat ab Anglis anno 1597. ſed poſteà ab ipſis derelicta & vaſtata.

¶ Fanum S. Ioannis de Ulva, *S. Ivan de Vlva*, arx triangularis Americæ ſeptentrionalis, in ora littorali novæ Hiſpaniæ, in inſula parva ei adjacente in mari Boreali, contra portum veræ Crucis, & ad ipſius tutelam, ab Hiſpanis exſtructa. Diſtat 80. leucis Hiſpanicis ab urbe Mexico in ortum.

¶ Fanum S. Ioanni Laudonenſis, *S. Iean de Laune*, oppidum Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, ad Ararim fluvium, parvum, ſed munitum, & fruſtra obſeſſum ab Hiſpanis anno 1637. Diſtat 3. leucis ab Auxona in auſtrum. Dicitur & Laudona.

¶ Fanum S. Ioannis Luiſii, *S. Iean du Luz*, oppidum Galliæ, in Vaſcitania, in regiuncula *Terre de Labour* dicta, iuxta oſtium amnis *Vrdacury*, ubi in Oceanum, Aqui-

Aquitanicum ſe exonerat, 2. leucis à confinio Hiſpaniæ & ab arce Foute rapido in ortum. Ibi celebrata fuere anno 1660. ſponſalia Ludovici XIV. Francorum Regis Chriſtianiſſimi cum Maria Thereſia Auſtriaca. Dicitur aliter Luiſium. Vide ibi.

¶ Fanum S. Ioannis Maurianenſis, *S. Iean de Maurienne*, ſeu, & melius, *S. Iean*, ur ipſi incolæ dicunt, urbs eſt ſatis culta Sabaudiæ, ſine muris, in Mauriana valle, ad Arcum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vienneuſi. 3. leucis diſtat à confinio Delphinatus in Boream, 5. à Monaſterio urbe Tarantaſiæ in auſtrum, & decem à Gratianopoli in ortum.

¶ Fanum S. Ioannis Pedeportuenſis, *S. Iean pied de port*, oppidum Galliæ permunitum, in Navarra inferiori, intra montes, ad amnem Nivum, vix una leuca à confinio Navarræ ſuperioris & à montibus Pyrenæis, & 8. à Bajona in auſtrum.

¶ Fanum S. Iuſtæ, *S. Iuſta*, monaſterium Hiſpaniæ, in Extremadura provincia, 7. leucis à Placentia, in valle fertiliſſima, ubi Carolus V. relicto Imperio, ſolitariam vitam duxit, ibique obiit anno 1558. die 21. Septembris.

¶ Fanum S. Leonis, *S. Leo*, urbs eſt Italiæ, in ditione Pontificia & Ducatu Urbini, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate. Ejus Epiſcopus dicitur etiam Monsfereranus à regiuncula adjacente. Urbs ipſa parva, ſedet in colle, in limite Romandiolæ & Tuſciæ, prope amnem Ariminum, 15. milliaribus à Sarſina in ortum, & 5. tantùm à Fano S. Marini in occaſum.

¶ Fanum S. Licerii, *S. Licer*, urbs Galliæ, in Aquitania. Vide Conſerrani.

¶ Fanum S. Maclovii, *S. Malo*, urbs Galliæ, in Britannia minori, parva, ſed munita & dives, cum portu capaci, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Vide Macloviopolis.

¶ Fanum S. Marci, *S. Marco*, urbecula Italiæ, in regno Neapolitano & in Calabria citeriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Coſentino. Vix 10. milliaribus diſtat à mari Tyreheno in ortum, & 7. à Biſiniano, 16. autem à Coſentia in Boream.

Fanum S. Marini, *S. Marino*, oppidulum Italiæ; in monte excelſo ſitum, ſui juris, caput Reipublicæ cognominis, cui ſubſunt tantùm duodecim pagi ſeu villæ. Eſt inter Ducatum Urbini & Romandiolam versùs Ariminum amnem, 5. milliaribus diſtat à Fano S. Leonis in ortum, & 10. ab Arimino in auſtrum. Dicitur à quibuſdam Acermons.

¶ Fanum S. Marthæ, *Santa Marta*, urbs Americæ meridionalis, regionis ſeu gubernii cognominis caput, in ora littorali maris Borealis, cum portu & arce valida Hiſpanorum. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo S. Fidei; fuitque aliàs ab Anglis & Batavis expugnata & vaſtata.

¶ Fanum S. Mathæi, *S. Mahè*, in finibus terræ dictum oppidulum Galliæ, in Britannia minori, in intimo receſſu ad occaſum, cum promontorio cognomine. Vide Gobæum.

¶ Fanum S. Maximini, *S. Maximin*, oppidum Galliæ in Provincia, versùs montes & ad fontes amnis Argentei, 6. leucis ab Aquis Sextiis in ortum, & 8. à Telone in Boream.

¶ Fanum S. Menehildis, *Sainte Menhoeuld*, oppidum munitum Galliæ, in Campania provincia ad Axonam fluvium, 9. leucis à Catalauno in ortum, & totidem à Virduno in occaſum. Bis expugnatum fuit hiſce ultimis temporibus.

¶ Fanum S. Michaelis Archangeli, *l'Arcangel*, urbs & emporium celeberrimum Moſcoviæ, ad oſtia fluvii Duinæ in mare Album. Vide Arcangelopolis.

Fanum S. Michaelis, *S. Mihel*, urbs Lotharingiæ, ad Moſam fluvium, in Ducatu Barrenſi, media inter Tullum ad auſtrum, & Virdunum ad Boream.

¶ Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & provincia Mechoacana, 40. leucis Hiſpanicis diſtat à Mexico in occaſum.

¶ Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppidum novum Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in provincia Guatimala, in ora maris Auſtrini, & ad oſtia fluvii Lempæ, ſub Hiſpanis 60. leucis Hiſpanicis diſtat à Guatimala in ortum.

¶ Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppidum Americæ meridionalis, in novo regno Granatenſi, versùs montes, in ditione Hiſpanorum. Paucis conſtat incolis.

¶ Fanum S. Michaelis, *S. Miguel de Tucuman*, urbs Americæ meridionalis, in Tucumania regione, ad radices montium. Subeſt Hiſpanis, & 28. leucis diſtat à Fano S. Iacobi de Eſtero.

¶ Fanum S. Miniati Teutonis, *S. Miniato al Tedeſco*, urbs longa Italiæ, in Hetruria & in agro Florentino, in colle, propo Arnum fluvium, media inter Piſam ad occaſum & Florentiam ad ortum, recens in epiſcopalem ſedem erecta ſub Archiepiſcopo Piſano.

¶ Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, burgus peramænus Lotharingiæ, ad Murtam fluvium, duabus leucis ſupra Nancejum in auſtrum, devotione erga ſanctum Nicolaum Mirenſem Epiſcopum celebri.

¶ Fanum S. Papuli, *S. Papoul*, urbs parva Galliæ, in Occitania provincia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano. Dicitur & San Papulum, 5. leucis diſtat à Carcaſſone in Circium Toloſam versùs, à qua 9. leucis diſtat.

Fanum S. Pauli Leonini, *S. Paul de Leon*, ſeu *Leon*, & *Leondoul*, urbs Galliæ, in Britannia minori & in ora littorali maris Britannici, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Vide Leonium & Staliocanus portus.

¶ Fanum S. Pauli Tricaſtinenſis, *S. Paul Troiſchaſteaux* urbs Galliæ, in provincia Delphinatus, Epiſcopalis ſub Achiepiſcopo Arelatenſi. Vide Auguſta Tricaſtinorum.

¶ Fanum S. Pontii Tomeriarum, *S. Pons de Tomires* urbs Galliæ, in Occitania parva, ſed epiſcopalis. Vide Tomeriæ & Pontiopolis.

¶ Fanum S. Quintini, *S. Quentin*, urbs munita Galliæ in Picardia, in Veromanduis, ad Somonam fluvium. Vide Quintinopolis.

¶ Fanum S. Quirici, *S. Quirico*, oppidulum Italiæ in colle, in Hetruria & agro Senenſi, prope Orciam amnem 3. milliaribus diſtat à Pientia in auſtrum, inter Radicofanum & Senam.

¶ Fanum S. Remigii, *S. Remo*, oppidum Italiæ, in ora occidentali Genuenſi; eſtque lepidum & cultum, in valle feraci. 9. milliaribus diſtat ab Albintemelio in ortum; ſubeſtque dominio Genuenſium.

¶ Fanum S. Salvatoris, *S. Salvador*, urbs ampla Americæ meridionalis, & Braſiliæ regionis primaria juxta ſinum omnium Sanctorum, vulgò *Bahia de todos os ſantos*, à quo urbs ipſa dicitur etiam ſæpe *la Bahia*. Portu gaudet percapaci & arce valida, in ora maris Braſilii; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Oliſipponenſi. Sedet in edito colle. Capta fuit à Batavis anno 1624. Sed poſtea recepta à Luſitanis anno ſequenti, ipſis etiam ſubeſt.

¶ Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtian*, Gallis *S. Sebaſtien*, urbs eſt Hiſpaniæ probè munita, in Guipuſcoa provincia, cum arce & portu capaci, in ora littorali Oceani, ad oſtia fluvii Menlaſci. Vix tribus leucis diſtat à confinio Galliæ in occaſum, & 12. à Pompejopoli in Boream.

¶ Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtian*, urbs Americæ meridionalis, & Præfecturæ fluvii Januarii caput, in Braſilia, cum portu capaci & duplici arce, ſub Luſitanis.

¶ Fanum S. Stephani, *Kirkbyſteven*, oppidulum Angliæ, in Vveſtmaria provincia, ad Itunam fluvium, versùs montes, & in limite Eboracenſis provinciæ.

¶ Fanum S. Stephani, *S. Eſtienne*, ſeu & *S. Eſtiende de Furans*, burgus ampliſſimus Galliæ, in Forenſi provincia, ad radices collis, & juxta amnem Furanium 2. leucis diſtat à Ligeri fluvio; & decem à Lugduno in Africum; eſtque carbonis terreſtris fodinis celebris. Vide Furanium.

¶ Fanum S. Venantii, *S. Venant*, oppidum Belgii, in Arteſia Comitatu, ad Liſiam fluvium, ſalis munitum, duabus leucis ab Aria in ortum Armenteriam versùs. Subeſt dominio Francorum ab aliquot annis, pace ad Pyrenæos confecta.

¶ Fanum S. Vincentii, *S. Vincente*, oppidum Americæ meridionalis, in Braſilia & in ora auſtrali maris Braſilii, cum portu capaci. Regio adjacens dicitur *Capitania di S. Vincente*, Gubernium S. Vincentii; ſubeſtque Regi Portugalliæ.

Fanum S. Viti, *S. Veit*, oppidum Germaniæ, in Carinthia ſuperiori, ad confluentias amnium Wilitz & *Glac*. 2. leucis diſtat à Clagenfurto GurKium versùs.

¶ Fanum S. Viti ad flumen, *S. Veit am Flaum*, oppidum Germaniæ, in Carniola inferiori, in ora maris Adriatici & ſinus Carnarii, ad oſtia fluvii Carnarii, ſub Auſtriacis.

¶ Fanum S. Yvonis, *S. Yves*, antea *Slepe*, oppidum Angliæ, in Comitatu Huntingdonia, ad Uſam fluvium, 2. milliaribus infra Huntingdoniam.

Fanum Saturni, Cronium, locus inſulæ Gaditanæ, qui *Punta di S. Sebaſtiano*, teſte Ortelio, nominatur.

Fanum Vacunæ, *Vocone*, pagus Sabinorum, inter Cures 4. & Mandellam 8. mill. paſſ. à Fabari (nunc Farfa) & Nerulo 10.

¶ Fanum Vacunæ, *Vocone*, vicus eſt Sabinæ provinciæ in ditione Pontificia, intra montes, & in confinio Umbriæ, 10. milliaribus ab Interamnia in auſtrum, Cures verſùs, 15. autem à Nerulo.

Liv. Fanum Voltumnæ, oppidum Hetruriæ; quod variè interpretantur: quidam nunc *Maſſa* urbem eſſe putant, inter Roſetum, & Populonium, cui ſucceſſit, à Senis 40. mill. diſtans: alii ex eo, Longula, Vetulonio, & Turrena, oppidis vicinis, Viterbium urbem conſtructam tradunt.

¶ Fara, *la Fere*, urbs Galliæ permunita, in Picardia provincia, & in Tiraſcia tractu, ad Oeſiam fluvium, undique paludibus cincta, aliàs fortiter expugnata ab Henrico IV. Rege. 5. leucis diſtat à Fano S. Quintini in auſtrum Sueſſiones verſùs, & 4. à Lauduno in occaſum.

¶ Fara, *The Faire Yle*, inſula parva maris Caledonii, inter Orcades & Schetlandicas inſulas medio curſu interjecta, ubi tantùm caſtrum *Dumo* dictum.

¶ Fara Campaniæ, *la Fere Champenoiſe*, urbecula Galliæ, in Campania provincia, media inter Sequanam fluvium ad auſtrum & Matronam ad arctos, 8. leucis à Catalauno in meridiem.

¶ Farenſes, *Isles de Fero* ſeu *de Farre*, inſulæ Oceani Caledonii, ſupra Scotiam & Orcades verſùs Circium, quindecim numero, quarum præcipua ſunt, *Stromo*, *Sudro*, *Oſtro*, *Bordo* & *Sando*; ibique loca, *Lonen*, *Wage*, *Svvino*, & *Calfortgreve* dicta, ſub dominio Regis Daniæ.

¶ Farfa, *Farfa*, caſtrum Italiæ, cum Abbatia percelebri, in ditione Pontificia, & in Sabina, ad Farfarum amnem, 20. milliaribus diſtat à Roma in ſeptentrionem.

Ovid. Farfarus. Vide Fabaris, fluvius Sabinorum, de quo Ovidius libro 15. Metamorphoſeon:

Nare tulit præceps, & opaca Farfarus unda.

¶ Farima, *Farima* urbs Aſiæ, in ea parte Japoniæ quæ *Niphon* dicitur. 18. leucis Hiſpanicis à Meaco in occaſum, cùm provincia cognomine; cùm antea habuerit Reges proprios.

¶ Farnia, *Farne*, inſula parva Angliæ, in Oceano Germanico, in ora littorali Northumbriæ provinciæ, vix 3. milliaribus Anglicis à Bamburgo caſtro, 6. ab Inſula Sacra in auſtrum. & 12. à Bervico.

Farſalus, Pharſalus Appiano, urbs Theſſaliæ epiſc. olim ſub Archiep. Lariſſæo, nunc metropolis, in mediterraneis. Vide Pharſalus.

¶ Fartachium, *Fartach*, urbs Aſiæ, in Arabia felici, quæ ab aliis *Hadramut* dicitur; eſtque caput regni cognominis. 40. mill. paſſ. diſtat ab ora Oceani Indici, & 300. circiter à promontorio Aromatum in Boream.

Farvelum Caput, *Cap Farvvel*, promontorium Gronelandiæ auſtraliſſimum, verſùs novam Franciam maximè porrectum. 100. leucis Gallicis diſtat à Freto Forbisherii in meridiem. A Gallis dicitur *Cap d'Adieu.*

Suet. Farum, vel Pharum, Fanum Regis, ut codices aliqui habent, locus Belgii, in ora maris Britannici, in Picardia, apud Bononiam urbem, à Carolo magno inſtauratus, *Tour d'Ordre* Gallis, *Oudeman* Anglis, teſte Ortelio.

Sil. Faſcellina oppidum fuit Siciliæ, in ora occidentali, apud Panormum, de quo Silius libro 14.

Mille Thoantea ſedes Faſcellina divæ.

¶ Fatigara, *Fatigar*, regnum Africæ, in Æthiopia, antea ſub dominio Regis Abaſſinorum, nunc autem in ditione Galarum, teſte Voſſio.

Plin. Fauces Laterræ, *la Crau près de Maugueil*, teſte Dalechampio, locus Galliæ Narbonenſis, ad Stagna Volcarum.

Liv. Plin. Ptol. & al. Faventia, *Faenza*, urbs Galliæ Togatæ, in Æmilia, epiſc. ſub Archiepiſcopo Ravennate, unde 20. mill. paſſ. abeſt, inter Forum Cornelii & Forum Livii media, 10. mill. diſtans; ubi vaſa fiunt coctilia. Cujus meminit Silius libro 8.

Arva coronantem nutrire Faventia pinum.

¶ Faventia, *Faience*, urbecula Galliæ, in Provincia; cujus figlina laudantur, dicta vaſa Faventina, *la viaſſelle de Faience*. Sedet prope amnem Benſonem, diſtatque 5. leucis à Graſſa in occaſum, & totidem à Foro-Julio in Boream.

Fauſtinopolis, urbs Ciliciæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Selucienſi, inde 18. mill. paſſ. diſtans. Vide Anchiale. *Capi.*

Febiana Caſtra, Phæbiana, vel Phæniana Ptolemæo, *Lib. Not.* *Bebenhauſen*, teſte Pyramio, oppidum Rhætiæ, in Svevia, inter Ulmam & Cau Bureniam 3. leucis. Aliis eſt *Lauging*, oppidum Sveviæ ad Danubium fluvium, inter Ulmam ad occaſum 4. & Werdam ad ortum 3. Dillingæ proximum; ſed hoc non eſt in Rhætia, quæ cis Danubium eſt.

¶ Feldkirkia, *Feldkirk*, ſeu & *Vildkirch*, urbs parva Germaniæ, in Tirolenſi tractu, Comitatus cognominis, caput, ad Illum fluvium, qui paulò infra cadit in Rhenum, ſub dominio Auſtriacorum, & in confinio Helvetiorum. 2. leucis diſtat ab Abbatiſcella in ortum, eſtque media inter Curiam ad auſtrum & lacum Brigantinum ad Boream.

Felicis Lacus in Norico, lacus Auſtriæ, *Gemundersèe* *Ant.* ſeu *Draunsèe*, teſte Lazio, inter Salisburgum & Lentium, ex quo Drahonus fluvius egreditur. Sed Simlèro eſt *Nideren Vaulsèe*.

¶ Felicis lacus, ſeu lacus Fœlix, aliis eſt pagus Auſtriæ ſuperioris, nunc *Walsèe* dictus, prope Danubium fluvium, 5. milliaribus Germanicis infra Lintium in ortum Viennam verſùs; & à quibuſdam dicitur locus Fœlix, quod forſan meliùs. *Ant.*

Felicis Lacus, ſeu locus, ut alii codices habent, *Blindenburg*, oppidum Pannoniæ, in Hungaria, ad Danubium fluvium, inter Strigonium ad occaſum & Budam ad ortum, inde 3. hinc 4. leucis, quod etiam Hungaricè *Viſegrad* vel *Vizzegrad* appellatur, teſte Sinlero.

¶ Felinum, *Felin*, urbs Livoniæ, ad Felam fluvium, in Eſtonia Provincia, cum caſtro, ubi proditus à ſuis anno, 1560. Guillelmus Furſtenbergius Magiſter Ordinis Teutonici. Nunc ſubeſt dominio Regis Sveciæ. 14. leucis diſtat à Revalia in auſtrum, & 15. à Pernavia. *Plin.*

Felſina, (vide Bononia) urbs Æmiliæ archiepiſcopalis, & academia, totius Romandiolæ maxima ac primaria, à Thuſcis condita anno ab orbe condito 3287. ante urbem Romam.

Feltria, *Feltre*, urbs Venetiæ epiſcopalis ſub Archie- *Ant.* piſcopo Aquilejenſi, intra Alpes Tridentinas, non Rhæticas, ut ſcribit Ortelius, à Ceneta & Beluno 15. mill. paſs. inter Venetias 43. & Tridentum 50. Populi Feltrini Caſſiodoro, Fertini Plinio. Sed codex videtur depravatus. De qua exſtat diſtichon Julii Cæſaris:

Feltria, perpetuò nivium damnata rigore,
Atque mihi poſthac haud adeunda, vale.

¶ Feltria, *Feltre*, urbs aliàs Venetiæ, nunc Marchiæ Tarviſinæ, in Italia, ad Aſonem amnem, qui paulò infrà cadit in Anaxum. Subeſt dominio Reipublicæ Venetæ, & 10. milliaribus diſtat à confinio ditionis Tridentinæ in ortum & 50. à Venetiis in Circium; eſtque epiſcopalis ſub Patriarcha Aquilejenſi.

¶ Femera, *Femeren*, inſula eſt parva Daniæ, in mari Baltico, in ora littorali Holſatiæ & wagriæ provinciæ, à qua tantùm 4. milliaribus diſtat. Dicitur etiam Fimeria. Vide ibi. *Tac.*

Fenni Phinni Ptolemæo, Finni Iornandi, *Fiinlanders*, populi Scandinaviæ, quorum regio Finlandia in ortum vergens, in Suecorum Moſchorumque confinio.

¶ Fenni, ſeu Finni, populi Scandinaviæ, quorum tractus nunc Finnia, ſeu Finlandia dicitur, *la Finlande*; populi autem *Finlanders*, Gallis *Finlandois*, ſub dominio Svecorum, & in Moſchorum confinio. Vide Finnonia.

¶ Ferdinandi Noronæ inſula, *ilha do Fernando Noronha*, inſula Americæ meridionalis, verſùs oram orientalem Braſiliæ, à Luſitanis detecta & munita, ipſis etiamnum ſubeſt. Parva eſt & malè culta, & 70. leucis diſtat ab ora proximiori Baſiliæ. Ei adjacet altera inſulula Ignium inſula dicta.

¶ Ferdinandi Pai inſula, *isle de Fernand Pao*, inſula Africæ, in ora Guineæ & in ſinu S. Thomæ, detecta à Luſitanis, quibus etiam patet.

Ferentanum, quod & Frentanum, oppidum Feren- *Stra.* tanorum, in Apulorum confinio, quod plerique Francam Villam oppidum Aprutii eſſe putant, cùm hoc in

in Marrucinorum ora ſit, inter Aternum & Ortonem ſerè 6. mill. paſſ. longè à finibus Frentanorum, & à Frentano, quod Teano Apulorum proximum erat diſtans. Frentanum videtur hodie non exſtare. In Theſauro Linguæ Lat. Ferentum (quod in Thuſcia erat; & quod eſt Apuliæ oppidum) malè in Sabinis locatur, nec inde Ferentani populi dicuntur.

Ferentia, Ferentium Plinio & aliis, licèt alii codices Ferentinum habeant, Ferentonum Tacito & Straboni, *Ferento* etiamnum, urbs Hetruriæ olim epiſcopalis, exciſa, cui Viterbium ad 5. mill. paſſ. diſtans ſucceſſit in epiſcopali cathedra, à Viterbienſibus anno ſalutis 1074. ob hæreſim everſa. Populi Ferentini Suetonio.

Ferentinum, *Fiorentino*, vel *Ferentino*, urbs Latii epiſcopalis, in finibus Herniorum, in colle, inter Anagniam 5. & Fruſinonem ad ortum 6. mill. paſſ. occurrens. Populi Ferentinates Plinio, & Ferentini aliis. Quos Silius libro 8. memor.

Sylla Ferentinos, Privernatumque maniplos
Ducebat.

¶ Ferentinum, *Ferentino*, urbs eſt parva, in colle, 3. milliaribus ab Anagnia in ortum Verulum versùs, & 6. à Fruſinone in Boream, 4. autem ab Alatro in occaſum, ſub dominio Summi Pontificis, & 8. milliaribus à confinio regni Neapolitani.

Ferentum, *Forenzo*, oppidnm Apuliæ, in Lucaniæ confinio, inter Venuſiam & Acherontiam ad 9. mill. paſſ. diſſitum, cujus meminit Horatius libro 3. carm. od. 4.

-*& arvum*
Pingue tenet humilis Ferenti.

¶ Ferentum nunc *Forenza* dicitur; eſtque tantùm caſtrum provinciæ Baſilicatæ, in regno Neapolitano, ad radices Apennini, 4. milliaribus ab Acherontia in Boream Venuſiam versùs, à qua 9. milliaribus diſtat in Eurum.

Feritor, *Biſagno* vel *Beſagno*, fluvius parvus Liguriæ, ex proximis Apennini montibus per hortos juxtaque Genuæ mœnia in mare labens.

¶ Fermanagenſis Comitatus in Hibernia, *Countie Fermanagh*, in Ultonia regione, versùs Connaciam, ubi lacus Erno, ex præcipuis inſulæ, ad Slanam fluvium. Diſtat 12. milliaribus Anglicis à Vexfordia in Boream.

¶ Fernæ, *Fernes*, urbs Hiberniæ inſulæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, aliis ſub Dublinenſi, in Lagenia provincia, & in Comitatu Vexfordienſi

Feronia, *Caſtel di S. Silveſtro*, teſte Andrea Maſſa, oppidum Hetruriæ, ad Soractem montem Faliſcorum, ad urbe Roma ad 18. mill. paſs.

Feronia altera, Colonia & oppidum Hetruriæ fuit apud Capenates, in monte Cimino, ubi Lucus erat Feroniæ.

Feronia altera, oppidum Hetruriæ, in territorio Lucenſi, inter Lucam & Lunam ad occaſum inde 14. hinc 16. mill. paſſ. nunc *Pietra Santa*, ubi templum erat Feroniæ; ex qua, regiuncula apud Apennini montis radices Carferoniana dicta videtur.

Feronia item oppidum fuit Latii, in agro Pometino, Tarracinæ proximum & Circæis, à Tarracina ad 3. mill. paſs. diſtans, ubi lacus ab Horatio memoratus, *Lago di Ferona* adhuc dictus. De qua Horatius ſatyra 5. libr. 1.

Ora manuſque tua lavimus, Feronia lympha.

Feronia præterea, oppidum olim, nunc pagus Sardiniæ, *Ferona* in ora auſtrali, à Calari in occaſum recedens.

¶ Ferrandina, *Ferrandina* oppidum Italiæ, in regno Neapolitano, & in provincia Baſilicata, ad Baſientum fluvium, Ducatus titulo inſignitum. Crevit ex Vegiani ruderibus 12. milliaribus diſtat à Mateola in auſtrum, & 18. ab ora ſinus Tarentini in occaſum.

Ferraria, *Ferrara*, olim, ut aliquibus videtur, Forum Alieni, urbs Æmiliæ ad Padum, quæ ſub Ateſtinis Principibus adeo crevit, & exculta fuit, ut inter præcipuas Italiæ urbes cenſeatur, ampla, probeque munita, & epiſcopalis, exempta, cum priùs ſub Theodoſio juniore Imperatore Ferrariola ob parvitatem diceretur, epiſcopalis ſede à Vitiliano Pontifice Maximo exornata, De ea in libro 4. Itinerarii.

Cursùque ſecundo,
Conſpicimus quas fortis habet Ferraria turres,

¶ Ferraria, *Ferrara*, Gallis *Ferrare*, urbs eſt ampla, ad ramum Padi minimum, qui dicitur *Po morto*, à quo ductum eſt incile per ſex milliaria Francolinum uſque, commercii cauſà. Arcem habet permunitam; ſed deficit in dies, ex quo non habet Duces proprios. Subeſt Romano Pontifici ab anno 1598. cum tota provincia Farrarienſi. 28. milliaribus diſtat à Bononia in Boream Venetias versùs; eſtque media inter Mirandulam ad occaſum & Comaclum ad ortum.

Ferraria quoque Hiſpaniæ promontorium, in ora littorali regni Valentini, apud Dianium, cum oppido, quod *Sigarra* vel *Segarra*, teſte Floriano, nominatur. *Tac,*

¶ Ferraria promontorium, ſeu Dianium, nunc *Cabo Martin* dicitur, excurrens in mare Mediterraneum versùs Balcares inſulas, inter ſinum Sucronenſem & Ilicitanum. 3. leucis à Dianio in ortum, & totidem à *Sagra* vico diſtat.

Ferraria etiam, prom. Sardiniæ, quod *Capo Ferrari* vel *Ferrato* nominatur, à Calari urbe 13. mill. paſſ. in ortum recedens, ubi pagus *Carbone* dictus. Hujus meminit Antoninus Auguſtus in Itinerario: *Ptol,*

¶ Ferrariæ, *Ferrieres*, oppidum Galliæ, in Provincia, ad os ſinus Aſtromelæ, prope Maritimam. 7. leucis diſtat ab Arelate Maſſiliam versùs.

Ferrariæ, *S. Pierre de Ferrieres*, teſte Ortelio, pagus Galliæ, in finibus Senonum. *Ptol,*

¶ Ferrariæ, *Ferrieres* pagus eſt Galliæ, cum cœnobio, in Vaſtinienſi tractu, in confinio Senonenſis provinciæ, 2. leucis à Montargio in Boream, & 25. à Lutetia in auſtrum.

¶ Ferrarius portus, *Porto Ferraio*, portus Italiæ, in Ilva inſula, in ora Tuſciæ, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ. Vide Argous portus.

Ferratæ aquæ, *Ferrati* etiam vulgò, aquæ in Hetruria, apud Centum cellas, ex vicinis montibus profluentes, ſalubres, teſte Mercuriali.

Ferrea Porta, quæ & Caucaſiæ, ab aliis Ferreæ Portæ numero plural, *Derbent*, urbs præclara & emporium Albaniæ, ad Caſpium mare. Vide Caucaſiæ Portæ.

¶ Ferreta, *Ferrette*, urbs Germaniæ, in Alſatia, ad Hellelli fluvii fontes, caput Comitatus cognominis ſeu Sundgoviæ. Vix 3. leucis diſtat à Baſilea in occaſum; ſubeſtque dominio Regis Francorum pace Monaſterienſi. A Germanis *Pfirt* dicitur.

¶ Ferri inſula, *isle de Fer* Gallis, *isla de Hierro* Hiſpanis, inſula Africæ, in Oceano Atlantico, una ex Canariis, maxime in occaſum extenſa. Pluvialia aliàs dicta fuit. In ipſius parte occidentali Franci aſſignant primum Meridianum longitudinis ab anno 1634. jubente Ludovico XIII. cum peritiſſimos in hac arte adhibuiſſet conſultores.

Fertini populi, non in Iſtria, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, ſed in Venetia. Vide Feltria, quæ eſt illorum urbs. *Euſeb. Steph.*

Feſcennia, Feſcennium Solino, Pheſcennium Catoni, *Citta Caſtellana*, teſte Erythræo, cum Ligorio, & aliis, urbs epiſcopalis Hetruriæ, Faleriæ Faliſcæque urbibus finitima, inde 6. hinc 4. mill. paſſ. plus minus diſtans, ab urbe Roma 28. Ocriculum versùs. Hinc Feſcenninus, a, um. Virgilius libro 7. Æneidos: *Luc. Evang.*

Hi Feſcenninas acies, æquoſque Faliſcos.

Feſcenninum oppidum Campaniæ legitur in Theſauro Linguæ Latinæ ex Servio, ſed uterque decipitur.

¶ Feſcennia eſt *Caleſe*, oppidulum provinciæ Patrimonii S. Petri, ad Tiberim fluvium, Ducatus titulo inſignitum, medium inter Hortam ad Boream & civitatem Caſtellanam ad auſtrum, Brietio & aliis teſtibus. 25. milliaribus diſtat à Roma in Boream Tudertum versùs, 4. autem ab Ocriculo.

Feſulæ, Feſula Silio, Fæſula Ptolemæo, *Fieſoli*, Colonia & urbs epiſcopalis Hetruriæ, exciſa, apud Florentiam, inde 2. mill. paſſ. in proximo colle, ubi manet Eccleſia cathedralis, cum aliquot ædibus & cœnobiis; una ex 12. primis Etruſcorum Coloniis, à Gothis everſa. De qua Silius libr. 8. *Scrip. Ptol.*

Affuit & ſacris interpres fulminis alis,
Feſula.

¶ Fetum, *Fetu*, regnum parvum Africæ, in Guinea regione, & in ora Aurea dicta, cum oppido cognomine, versùs promontorium Corſum.

¶ Fezza, *Fez*, Hiſpanis *Fezza*, urbs Africæ clariſſima & perampla, regni Fezzani caput, in Barbaria, ſub dominio Regis Marrochi. Sed deficit in dies à multis annis. Eſt in provincia Fezza dicta. Quibuſdam eſt

eſt Volubilis antiquorum, & paucis abhinc annis ſubeſt Regi Tafiletæ cum regnis *Fezzæ* & Marochii.

¶ Fezzanum regnum, *royaume de Fez*, regnum amplum Africæ, in Mauritania Tingitana, nunc in Barbaria regione Marochii regno unitum à quamplurimis annis, inter ipſum ad auſtrum & fretum Herculeum ad Boream. Ad occaſum habet Oceanum Atlanticum, & ad ortum regnum Algerii. Eius provinciæ ſunt Hasbata, Errifis, Gareta, Aſgara, *Fezza*; Temeſna, & Chaus; & regni primaria eſt *Fezza*. Urbes tamen littorales regni ad Oceanunm & ad mare Mediterraneum pro maiori parte aliorum, ſubſunt dominio. Sed totum regnum ſimul cum regno Marochii à paucis annis ſubeſt Regi Tafiletæ.

¶ *Fezzena* regio, & Deſertum Africæ; in tractu Biledulgeridis, vulgò *Fezzen*, cum oppido cognomine, Sanuto & aliis teſtibus, trans montes, & prope Gademeſſam regionem.

Sic. Fibrenus, *Fiume della Poſta*, teſte Sanfelicio, fluvius Latii, in Lirim infra Arpinum influens, poſt Interamnam caſtrum. De quo Silius libr, 8.

Atqui Fibreno miſcentem flumina Lirim.

Ficana, quæ & Ficulnea, oppidum erat Latii ab urbe Roma 11. mill. paſs. via Oſtienſi diſtans.

Ficaria, *Serpentaria*, teſte Leandro, inſula parva Sardiniæ, oræ adiacens orientali, apud Carbonariam promontorium, à Calari urbe ad 30. mill. paſſ. in ortum diſtans, ubi ora in Boream flectitur.

¶ Ficaria inſula quibuſdam eſt *Serpentera*, Cluverio autem *Coltelazo*, in eodem tractu, utraque parva admodum, & 20. tantùm milliarihus à Calari in ortum.

Ver. Ficelia, qua & Voſavia, poſtea Weſalia, *Ober-Weſel*, teſte Rhenano, oppidum Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, medium inter Bingium & Bodobrigam, 3. leucis diſſitum; à Moguntia 7. Eſt & altera Weſalia in Germania inferiori ad Rhenum, in Ducatu Clivenſi, urbs libera & ampla, inter Duſseldorpium ad meridiem 6. & Arenacum ad Boream 7. leuc. à Colonia Agrippina fere 12. A Clivia 4.

Fichiena, *Fichien*, provincia regni *Sinarum*, in parte auſtrali, versùs Oceanum Indicum & Cantanum provinciam. Urbem habet primariam *Fuceu Fu* dictam, teſte Martinio.

Scrips. Etruſ. *Ficole* quæ & Phycocle, & ut plerique legunt, ac in Martyrologio Romano, Phicode, *Cervia*, urbs Æmiliæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Ravennate, inde in ora littorea 12. mill. paſs. Ariminum versùs 23. in ortum recedens, ubi ſalis ingens proventus, ceterùm ob aeris inſalubritatem à paucis habitata.

¶ *Ficocle*, *Cervia*, ſedet in ora maris Hadriatici, inter oſtia *Savii* fluvii & Rubiconis, 18. milliaribus à Foro Livii in ortum, & paulò minus à Sarſina in Boream; ſubeſtque dominio Summi Pontificis, in Romandiola provincia.

Liv. Fidenæ, *Fidena* Juvenali, Fidene Livio, *Caſtel Iubileo* teſto Nicolao Erythræo, Colonia & urbs olim Latii, ab Aſcanio Æneæ filio condita, teſte *Solino*, una cum Alba longa, & Antio ſed à Marco Emilio, quod à Romanis rebellaſset, funditus everſa, nunc exiguum caſtrum, ab urbe 40. ſtadiis, teſte Halicarnaſso, diſtans. Populi *Fidenates* Plino. Ejus meminit inter alios Virgilius libro 6. Æneidos:

Hi tibi Nomentum, Gabios, urbemque Fidenam.

In agro Fidenate non reperiri ciconias auctor eſt Plinius, quæ nec lacum Larium tranſvolvant.

Lib. Conc. ¶ Fidenæ, ſeu Fidena, nunc *Caſtel Giubileo* dicitur; eſtque vicus tantùm *Sabinæ* provinciæ, ad Tiberim fluvium, paucis conſtans incolis, 5. milliaribus ab urbe Roma Eretum versùs.

Ercul. Mol. Fidentia, quæ & Julia, in martyrologio Romano & veteri inſcriptione Julia Fidentia, *Borgo di S. Donnino* urbs Galliæ Togatæ, in Lombardia Ciſpadana, inter Placentiam 20. & Parmam ad ortum 15. mill. paſs. diù ſine Sede epiſcopali, quæ illi noſtra tempeſtate reſtituta fuit ſub Archiepiſcopo Bononienſi, Fidentiola Livio, nunc in Ducatu Parmenſi contenta. Populi *Fidentini* Plinio. De *Fidentia* libro 3. Itinerarii:

Veraque ſi memorant, olim Fidentia dicta.

Fidentiola verò, vulgò *Fiorenzuola* oppidum eſt inter Placentiam 12. & Fidentiam 8. mill. paſs.

¶ *Figeacum*, *Figeac* urbs eſt parva Galliæ, in Aquitania, & in Cadurcenſi provincia, ad amnem *Sele*, 9. leucis à Cadurco in ortum, in confinio Alverniæ.

Figulnenſis Porta, quæ & Viminalis, *Porta, di S. Agneſe*, teſte Marliano, & Fulvio, una ex urbis Romæ portis, per quam in Sabinos Nomentum uſque ibatur: quæ & Ficulnenſis. Ptol.

¶ Figulnenſis porta, quæ & Numentana, nunc *Porta Pia* dicitur, ſeu etiam *Porta di S. Agneſe*; eſtque in monte Quirinaldi, inter portam Salariam & Viminalem, *Famiano* Nardino, & aliis teſtibus & ut ego ipſe ſæpiſſime vidi. Dicitur melius Ficulnenſis. Vide Numentana porta.

¶ Fillecum, *Fillek*, oppidum munitum Hungariæ Auſtriacæ, in confinio ditionis Turcicæ, 5. leucis ab Agria in Boream, & totidem à Caſſovia in occaſum, iuxta amnem Gaium.

¶ Fimæ, *Fiſmes*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, iuxta Vidulam fluvium, ubi recipit Noram, amnem, in Rhemenſi tractu, & in confinio Inſulæ Franciæ, 5. leucis à Rhemis in otum. Dicitur & ad Fines.

Fimeria, quæ & Cimbria parva apud Albertum Crantzium dicitur, *Femeren*, inſula Holſatiæ, ſeu Cimbrizæ peninſulæ ad ortum adiacens.

¶ Finalium, ſeu Finarium, *Finale*, oppidum Italiæ, in ora occidentali Genuenſi, Marchionatus cognominis caput. Aliàs Marchiones habuit proprios è gente Carretorum; ſed à 70. annis ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ. Arcem habet probe munitam cum duobus fortalitiis; eſtque medium iter Savonnam ad ortum & Albengam ad occaſum.

¶ Finalium, *Finale* cognomento *de Modena*, oppidum Italiæ, in ditione Ducis Mutinæ, ad Panarum fluvium, in limite Ferrarienſi, ſatis munitum. Diſtat tantùm 18. milliaribus à Ferraria in occaſum.

Fines & ad fines, *Tuyn*, oppidum Belgii, ad Sabim fluvium, in ditione Leodienſi, in Namurcenſi, & Hannoniæ Comitatuum confinio, inter Montes urbem Hannoniæ 4. & Carolomontium oppidum Namurcenſis Comitatus 7. leucis. Eſt & oppidum Germaniæ ſuperioris, in Helvetiis, quod *Pfin* nunc dicitur, pene jacens, apud Conſtantiam milliario Helvetico, Vitodurum versùs 2. ad Durium vel Taurum fluvium. Fines quoque oppidum Pannoniæ ſuperioris in Hungaria, quod *Samaguar*, teſte Lazio, nominatur, à Veſprino & Alba Julia 6. leucis in meridiem, Comitat. Coppano proximum 2. diſtans. Ant.

Finni, populi Scandinaviæ, quorum regio Scrifinia, vel Scricfinnia, & Finlandia dicitur. Vide Fenni. Jor.

¶ Finnicum mare, *Golfe de Finlande*, ſive Finnicus ſinus, à mari Baltico ſecedens, inter Finnoniam & Livoniam, per ducenta & quinquaginta millia paſsuum ad Orientem ſe ſe extendit.

¶ Finnonia, ſeu Finnia, *Finlande*, regnum olim fuit, nunc regni tantùm Svecici pars, iuxta mare Balticum & ſinus Finnicum & Bothnicum. In plures provincias dividitur & partes, nempe in Finniam ſeu Finlandiam propriam; Caianiam, Tavaſthiam, Nylandiam, Careliam, & Savolaxiam. Finnia propria, quæ & nobilior & auſtralior, dividitur in ſeptentrionalem, cui caput Biorneburgùm, ad ſinum Bothnicum, & in meridionalem, cuius primaria uti & totius regionis eſt Aboa, ad oſtia fluvii *Aurojoki* in ſinum Finnicum, & è regione Alandiæ inſulæ.

¶ Fionia, *Fuinen*, inſula Daniæ, in mari Baltico, inter Jutiam ad occaſum, à qua ſeparatur exiguo freto, *Middelfart* ſeu *Cleyne Belt* dicto, & Selandiam ad ortum, à quo etiam ſeparatur freto *die Belt*. Ibi Ottonia, *Odenſèe*, urbs primaria, & Neoburgum oppidum munitum, cum portu & arce. 4. milliaribus Germanicis à Selandia diſtat. Eius longitudo ab ortu in occaſum eſt 10. milliarium Germanicorum, latitudo tantùm octo; ſubeſtque Regi Daniæ. Sed antea male habita fuit à Svecis. A figura & ſitus amœnitate & elegantia nomen mutuatur. In ea cernuntur quatuor arces regiæ, *Neuburg*, *Hagenſchovv*, *Hinſgagel*, & *Eſcheburg*, pagi. 264. & cænobia ſex.

¶ Firæſi, populi, Scandinaviæ Ptolemæo. Eorum regio hodie dicitur *Fiering*, in regno Sveciæ teſte Brietio.

¶ Firandum, oppidum Aſiæ, in Iaponia inſula, in ea parte quæ *Ximo* dicitur, cum inſula cognomine, in ora littorali in occaſum & versùs Nangaſacum, Brieto teſte.

Fir-

Firmanorum Caſtellum, *Firmiano*, teſte Franciſco Pamphilo, caſtrum Piceni, Firmo urbi vicinum. Eſt & Firmanum, *Formiano* vel *Formignano*, oppidum Umbriæ apud Metaurum fluvium, à Foro Sempronii 8. mill. paſſ. in Ducatu Urbinate:

¶ Firmitas, ad Albulam, *la Ferè ſur Aubè*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, ad Albulam fluvium, vix 4. leucis ſupra Barium in auſtrum, in confinio Burgundiæ.

¶ Firmitas Auculphi, ſeu ſubter Jotrum, *la Fertè ſous Jovare*, oppidum Galliæ, in Bria regione, Campaniæ annexa, ad Matronam fluvium, medium inter Meldas ad occaſum & Caſtrum Theodorici ad ortum.

¶ Firmitas Bernardi, *la Fertè Bernard*, oppidum Galliæ amplum, in Cenomanenſi provincia, ad Huinam fluvium, versùs Perticenſem tractum. 12. leucis à Cenomano in ortum.

¶ Firmitas Milonis, *la Fertè Milon*, urbs Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, inter Sveſſiones ad Boream & Meldas ad auſtrum ferè media.

Firmium, Firmum Ciceroni, Straboni, *Fermo*, Colonia & urbs archiepiſcopalis Piceni, poſt Anconam in Marchia Anconitana urbs primaria, apud oram maris Hadriatici, media ferè inter Lauretum & Aſculum ad 25. mill. paſſ. ab Ancona 40. in ortum & Eurum. Populi Firmani Plinio, Firmiani Livio. (Aliis idem eſt Firmum cum Firmanorum Caſtello.)

¶ Firmium, *Fermo*, urbs eſt Italiæ, in ditione Pontificia, & in Marchia Anconitana. 18. milliaribus diſtat à Laureto in auſtrum, & 25. ab Aſculo in Boream, uti à Macerata in ortum.

Fiſcellus mons, *Monte Fiſcello* etiam vulgò, & *Monte di Norcia*, montis Appennini ramentum, in Umbria, juxta Piceni & Sabinorum confinia: ex quo Nar fluvius profluit, & ubi antrum Sibyllæ eſſe fertur, unde & *Monte di Sibilla* dicitur. Ejus meminit Silius lib. 8.

Quæ Fiſcellæ tuas arces, P*innamque virentem*.

* Fiſera, *Figeri* ſeu *Figari* Pineto, oppidum olim nunc pagus Corſicæ, in ora occidua & auſtrali, apud Marianum promontorium, inter Adiacium urbem & Bonifacium oppidum ad 30. mill. paſſ. inde in Boream. (* φιγηρα in manuſcripto Seldeni.)

¶ Fifa, *Fife* provincia ſatis ampla Scotiæ meridionalis, inter æſtuaria Tavi & Fortheam extenſa versùs Oceanum Germanicum. Ibi urbs primaria Andreapolis ſeu Fanum S. Andreæ. Pars eſt veteris Otoliniæ, & olim dicta fuit Roſſia, id eſt, peninſula. Ab occidente Ocellis montibus ſeparatur à Laudonia provincia; ejuſque circuitus eſt octuoginta quatuor milliarium.

¶ Fiſci campus, *Feſcamp*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia, & in Caletenſi tractu, cum Abbatia & portu in ora littorali maris Britannici, inter Portum Gratiæ & Deppam.

Flamania Via, ab urbe Roma Ariminum uſque perducta, per Otriculum, Narniam, Spoletium, Forum Flaminii, Heluillum, Callem, Forum Sempronii, Fanum Fortunæ, & Piſaurum ex Itinerario Antonini Auguſti, à Flaminio Conſule, qui ad lacum Traſimenum ab Hannibale cæſus eſt, ſtrata. De qua Ovidius libro 1. de Ponto, elegia 9.

Spectat Flaminię Claudia juncta vię.

Flaminia etiam, regno Galliæ Togatæ, ſive Æmiliæ quæ nunc Romandiola, & vulgò *la Romagna* dicitur, à Paulo Diacono memorata, non apud veteres. Cujus metropolis Ravenna, & Bononia recens metropolis primaria.

Flanaticus Sinus, Flanonicus Stephano, Polaticus Melæ, Liburnicus Oroſio, ſinus maris Hadriatici, inter Iſtriam & Liburniam, *il Quarnero*, Populi Flanates Plinio.

¶ Flandria, *Ulaenderen* incolis, *Flandre* Gallis, *Flandes* Hiſpanis, & *Fiandra* Italis, provincia Belgii maxima & cultiſſima, Comitatus titulo inſignita. Habet à ſeptentr. Oceanum Germanicum & Zelandiam, ab oriente Brabantiam, ab occidente Picardiam & Arteſiam, & à meridie Hannoniam; partiturque in tres partes, nempe in Flandriam Teutonicam ſeu propriam, quæ ad occaſum, in Flandriam Gallicanam, quæ ad meridiem, & in Flandriam Imperialem, quæ ad orientem extenditur. Antea tota ſuberat dominio Regis Hiſpaniæ; ſed à multo tempore pars Zelandiæ propinqua paret Hollandis, & media ferme pars totius provinciæ Regis Francorum agnoſcit imperium à paucis annis, cum Flandria Gallicana. Totius regionis caput eſt Gandavum.

Flandriæ urbes præcipuæ.

Aldenarda, Oudenarde, *in ditione Francorum*.
Aloſtum, Aelſt, *Gallis* Aloſt, *in ditione Hiſpanorum*.
Armentarię, Armentiers, *Francorum*.
Axella, Axel, *Hollandorum*.
Baſſea, la Balsèe, *Francorum*.
Bruga, Bruges *Hiſpanorum*.
Burburgus, Bourbourg, *Francorum*.
Clauſula, Sluys, *Gallis l'* Eſcluſe, *Hollandorum*.
Cortracum, Cortricht, *Gallis* Courtray, *Franeorum*.
Dammum, Dam *Hiſpanorum*.
Dixmuda, Dixmude, Hiſpanorum.
Duacum, Dovay, *Francorum*.
Dunquerca, Duinkerke, *Gallis* Dunquerque *Francorum*.
Furnæ, Veurnes, *Gallis* Furnes, *Francorum*.
Gandavum, Ghendt, *Gallis* Gand, *Hiſpanornm*.
Gerardimontium, Geertſberg. *Gallis* Grandmont, *Hiſpanorum*.
Gravelinga, Grevelinghen, *Gallis* Gravelines, *Francorum*.
Hulſtum, Hulſt, *Hollandorum*.
Inſulæ, Riſſel, *Gallis* Lille, F*rancorum*.
Ipra, Iperen, *Gallis* Ipre *Hiſpanorum*.
Menina, Menin., *Francorum*.
Neoportus, Nieuport, *Hiſpanorum*.
Oſtenda, Oſtende *Hiſpanorum*.
Teneramunda, Dermonde, *Hiſpanorum*.
Tornacum, Dornick, *Gallis* Tournay, *Francorum*.
Vinobiberga, Vinoxberg. *Gallis* Bergues S. Vinoc, *Francorum*.

Flanona, & Flavona, ut alii habent codices, *Fianona* oppidum Iſtriæ, apud limites Liburniæ, ab Alvona oppido 4. mill. paſſ. in Boream, à Pola urbe 25. apud Arſiæ fluvii oſtia.

¶ Flanona ſeu Flavona, oppidum aliàs Liburniæ, nunc Iſtriæ, in ora maris Adriatici & ſinus Flanatici, ſub dominio Venetorum, cum portu ſatis capaci, 12 milliaribus diſtat ab oſtio Arſiæ fluvii in ſeptentrionem.

Flavia, colonia & urbs Palæſtinæ, eadem Neapoli [Iuſtin.] urbi Samariæ, patria Juſtini Philoſophi & martyris. [Mart.] Vide Neapolis. Aliis Cæſarea Palæſtinæ eſſe putatur.

Flavia Æduorum, *Flavigny*, ut nonnullis videtur, [Script.] oppidum Galliæ Celticæ, cum cœnobio, in Burgundię [Gall.] Ducatu, non in Sequanis, ut ſcribit Ortelius apud Se- [Vet.] murium 2. leucis diſtans. Sed Flavia ex panegyrico Con- [Inſc.] ſtantini Magni eſt ipſa Æduorum urbs Auguſtodunum, teſte Paradino; *Flavigny* verò Flaviniacum eſt, inter Divionem & Semurium.

Flavia Gallica, *Fraga*, teſte Varrerio, oppidum [Ptol.] Hiſp. Tarraconenſis, in Aragonia, à Montione 4. leucis, ab Ilerda 2. à Cæſarauguſta 21.

¶ Flavia Gallica ſeu Gallica Flavia, oppidum Illergetum, nunc *Fraga*, Gallis *Fragues*, oppidum munitum Aragoniæ, ad Cincam fluvium, in limite Cataloniæ. 3. leucis diſtat ab Ilerda in occaſum, & 18. à Cæſarauguſta in ortum.

Flavia Lambris, *S. Maria Finis terræ*, teſte Tarapha, [Ptol.] oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Gallæciæ, apud Nerium promontorium, à Compoſtella 16. leucis. Sed hoc oppidum littorale eſt; Flavia Lambris verò mediterraneum, quod aliis *Fuenfria*, oppidum inter Villam Francam ad ortum 9. & Sarriam ad occaſum 6 leuc. à Compoſtella ad 27. diſtans in ortum.

¶ Flavia Lambris Bædiorum, oppidum Callaicorum, quibusdam eſt *Fuenfria*, caſtrum versùs limites Aſturiæ. Aliis autem eſt Rivadavia, oppidum ad Minium fluvium versùs confinia Portugalliæ, 8. leucis ſupra Tyde in ortum.

Flaviana ala, & Flaviana caſtra, ac Flavianum, ſic à Flavio Tiberii Cæſaris præfecto *Wien* & Italis *Vienna*, [Script.] teſte Lazio, *Vienne* Gallis, urbs epiſcopalis Pannoniæ [Germ.] ſuperioris, ad Danubium, Auſtriæ metropolis clariſſima, inter Pragam 36. & Budam in ortum 30. leucis. Vide Iuliobona, & Vindobona.

Flavianum, quod & Flavinianum legitur, *Fojano*, [Cat.] oppidulum Hetruriæ, ad Tiberim, in finibus Faliſcorum ab urbe ad 24. mill. paſſ. Flavinium Virgilio lib. 7. Æneidos: unde Flavinius, a, um.

Hi Soractis habent arces, Flaviniaque arva.

Flavina apud Silium libr. 8.

Quique tuos Flavina Focos, Sabatia quique.

Fla-

Ptol. Flavias, quæ & Flaviopolis, *Flaiopoli* ex tabulis recentibus, urbs Ciliciæ mediterranea, olim epiſc. ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, nunc vicus. (* in Seldeni manuſcripto Φλαυιόπολις.)

Flaviniacum, *Flavigny* oppidum Burgundiæ. Vide Flavia Æduorum.

Ptol. Flaviobriga, *Bermeo*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud oram Oceani Cantabrici, ad Nervium fluvium, à littore 2. leuc. ubi Amanum portus Plinio. Sed aliis eſt *Bilbao*, quod à Bermeo 5. leucis in occaſum diſtat, à Burgis 30. in Boream, à littore 2. urbs Cantabrorum primaria. Sed Bilbaum anno ſalutis 1298. ædificatum eſt, teſte Joanne Mariana libro 15. cap. 3.

¶ Flaviobriga; urbs Autrigonum, in Cantabris quæ antea Portus Amanus: Nunc eſt *Bilbao*, urbs Biſcaja primaria, ad Neruam fluvium, qui 2. leucis infra in Oceanum Cantabricum ſe exonerat, eſtque ampla & elegans, emporiumque celebre, 14. leucis à fano S. Andreæ in ortum.

Ptol. Flavionavia, quod & Flavion Avia ſeparatim ſcribitur, *S. Ander* Villanovano & Coquo oppidum præclarum Hiſpaniæ, in ora Cantabriæ, à Flaviobriga ſeu Bilbao 14. leuc. in occaſum.

Ptol. Flaviopolis, quæ & Cratia, urbs Bithyniæ, in ea parte quæ Honorias dicta eſt, epiſc. ſub Archiepiſcopo Gangrenſi, vel, ut alii ſcribunt, ſub Archiepiſcopo Claudiopolitano. Sic etiam Zela urbs Thraciæ dicta eſt; teſte Plinio.

Plin. Flavium *S. Andres*, teſte Lazio, urbs Norici epiſc. ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, quæ & Lavantum, *Levandt*, ad fluvium cognominem, qui in Draum labitur, inter Vacorium & Græcium ad ortum 10. leuc. à Claudia 6. Quæ urbs aliis Solva à Plinio dicta putatur; vel non procul certè abeſt; cum Solva, teſte Lazio, jaceat.

¶ Flavium, *S. Andres*, urbs eſt Carinthiæ Ducatus, ſubeſt tamen Archiepiſcopo Salisburgenſi, ad Lavantum fluvium, qui duabus leucis infra in Dravum ſe exonerat. Diſtat 9. milliaribus Germanicis à Labaco in Boream, eſtque media inter Claudiam ad occaſum & Græcium ad ortum.

Vet. Inſcr. Flavium Arvenſe, *Alcolea*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, ab Hiſpali 8. leucis diſtans.

Vet. In. Script. Flavium Axalitanum, quod & Axalita, *Lora*, teſte Morali, ac Cluſio, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, apud Bætim fluvium, inter Hiſpalim 9. & Cordubam 13. leucis, olim municipium.

Ptol. * Flavium Brigantium, Brigantium Antonino & Dioni, Brigantia Oroſio, *Betanzos*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis, apud Caronium urbem, in ora, inde 3. leuc. diſtans, à Compoſtella 8. Sic Antoninus Beutherus, Henricus Coquus, & Joannes Mariana ſentiunt. At Morali, Taraphæ, & Villanovano eſt ipſa Compoſtella urbs, vulgò *Sant Iago*, & *S. Iago di Compoſtella*, à Caronio 10. leucis ferè in auſtrum diſtans. Floriano verò eſt ipſum Caronium. Sed cum apud Ptolemæum urbes diverſæ ſint Caronium & Brigantium, non rectè ſentit Florianus niſi ſit ipſius Caronii portus: & quoniam ex Ptolemæi deſcriptione Flavium Brigantium parum ab ora littorea recedit, ipſique Caronio propinquum, priori ſententiæ ſubſcribo. Sic autem à Veſpaſiano Imperatare, qui Flavius cognominatus eſt, dictum putatur. (* in manuſcripto Seldeni Τελγάντιον Φραύιον.)

Ptol. Flavona. Vide Flanona.

¶ Flensburgum, *Flensbourg*, urbs Daniæ, in Jutia & Ducatu Sleſvicenſi, ad ſinum parvum cognominem cum portu capaci & caſtro, 4. leucis Germanicis ab Alſena inſula in occaſum, totidem à Sleſvico ad Boream, & 9. ab Ottonia ad auſtrum; ſubeſtque Regi Daniæ.

¶ Fleſſinga; *Uliſſinghen* incolis, *Fleſſingues* Gallis, urbs Belgii, in Zelandia provincia, & in Valachria inſula, permunita, & cum portu commodo, in ditione Batavorum, & ſub dominio utili Principis Arauſicani. Vix una leuca diſtat à Middelburgo in occaſum, & 3. à Clauſulis in ortum, 7. autem à Gandavo in Boream.

¶ Fletio, *Flueten*, vicus, 5. mill. paſſ. ab oppido *Woerden*, in dominio Ultrajectenſi, ſub Batavis, medius ferè inter *Woerden* & Ultrajectum, teſte Cluverio.

¶ Flevo, ſeu Fletio quibuſdam, inſula Friſiorum, in Flevo lacu, ubi nunc, Ortelio teſte, inſulæ *Ens & Urk*, in ſinu *de Zuidersèe*. Cluverius autem putat à mari abſorptam fuiſſe, ubi ſunt nunc Brevia *het Brede ſant* dicta, inter Friſiam occidentalem & Vieringam inſulam, quod forſan meliùs.

Flevo, inſula Rheni, *t' Vlie*, & *Flie*, teſte Ortelio, dicitur, in oſtio ipſius Rheni, apnd Hollandiam.

Flevum, Flevi lacus Tacito, *Sudersèe*, & *Zuydersèe*, ſinus maris Germanici, inter Batavos & Friſios, in quem Rheni alveus orientalis cum Inſula apud Campenam urbem, inter illam & Volenhoviam oppidum, influit. Sed Flevum Plinio eſt ipſius Rheni oſtium orientale.

Flevum Caſtellum, *Vollenhove*, teſte Cyro Spangebergio, oppidum Friſiæ occidentalis, ad Flevum lacum, à Campena urbe Tranſiſalanæ 2. leucis in Boream, à Stenvico oppido totidem in occaſum. Sed Becano eſt *Fledorp*, oppidum ejuſdem Friſiæ, in ora littorea ad Boream, apud Groningam urbem.

¶ Flevum Caſtellum aliis fuit, ubi nunc vicus *Ooſteynde* dictus, in parte Boreali inſulæ *Ulieland* dictæ, ad oſtium flevi lacus, ſeu maris Auſtrini, propè Rheni oſtium orientale, Flevum dictum, *het' Vlie*, vix 3. leucis in occaſum ab ora Friſiæ occidentalis, Sanſone & aliis teſtibus.

* Flexum, poſtea Poſonium ſeu Piſonium, *Preſourg* Lazio & aliis, urbs Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria, apud fines Auſtriæ, ad Danubium, conventus Hungarici regni poſt amiſſam Budam, inter Viennam ad occaſum 10. & Budam, ad ortum 20. leuc. occurrens. (* Φλέξυ in manuſcripto Seldeni.)

¶ Flexum quibuſdam eſt *Presbourg*, urbs Hungariæ Auſtriacæ primaria, cum arce, ubi nunc Reges Hungariæ inaugurantur. 3. leucis diſtat à confinio Auſtriæ, 7 à Vienna in ortum, & 26. à Buda in Circium. Aliis autem Flexum eſt *Ovvar*, oppidum Hungariæ, quod à Germanis *Altenbourg* dicitur, ad ramum inferiorem Danubii, ubi Leitam amnem recipit prope Schutiam inſulam, & 2. leucis à Poſonio in auſtrum: quod meliùs.

Flintum, *Flint*, caſtrum Angliæ, in Walliæ Principatu, ad Deam æſtuarium. Hinc regio adjacens dicitur Comitatus Flintenſis, *Flintshire*. Diſtat autem 9. milliaribus Anglicis à Ceſtria in occaſum. Ibi Rex Richardus ſecundus perfidia Henrici Percii Comitis Northumbriæ traditus, in manus Henrici Ducis Lancaſtriæ devenit; inde captivus Londinum deductus, è regali ſolio depulſus eſt.

Florentia, *Fiorenza*, ſeu *Firenze*, ut ipſi Florentini ſcribunt, Gallicè & Anglicè *Florence*, Colonia & urbs archiepiſcopalis, Hetruriæ, quæ magno Duci paret, caput, ampla, & elegantiſſima totius Italiæ, Arno fluvio diviſa; olim libera, ac maximæ partis Hetruriæ domina, nunc vero Reipublicæ formam adhuc, ſub magno tamen Duce ex Medicæa familia, ſervans. Populi Fluentini Plinio, Florentini Tacito. Florentia à Syllæ militibus anno ab urbe condita 645. ædificata: Colonia poſtea à Cæſare Auguſto, Marco Antonio, & Marco Lepido eò deducta. A Martino V. Pontifice Maximo archiepiſcopalis effecta; Synodo generali, in qua Græci Latini circa fidem conſenſerunt, ſub Eugenio IV. Pontifice Maximo clara. De qua illud.

Nunc floret Florentia, quæ ante Fluentia dicta eſt.

Et libro 13. Itinerarii:

Quo trajecto, altas monſtrat Florentia turres.
Hetruſcis caput.

¶ Florentia urbs eſt Tuſciæ primaria, duplici arce munita, cum palatio ſuperbiſſimo, ubi perſæpe magnus Dux commoratur; fuitque aliàs Reipublicæ peramplæ caput, donec tandem Mediceis urbis dominatus ceſſit auctoritate Caroli V. Imperatoris, qui anno 1530. Alexandrum Medicem generum ſuum primum Florentiæ Ducem creavit. Ditio Florentina eſt ſatis ampla, & juxta Arnum fluvium. A ſeptentrione ſeparatur à Bononienſi tractu monte Apennino. Ad meridiem habet Senenſem agrum, ad orientem Romandiolam, & ad occidentem agros Piſanum & Lucenſem. Florentiæ habitum fuit Concilium Oecumenicum ſive univerſale anno 1438. à Papa Eugenio IV. præſente Joanne Palæologo Imperatore Conſtantinopolitano.

Florentiola, *Fironzuola*, & *Fierenzuola*, oppidum geminum; unum in Thuſcia, apud Vatrenum fluvium in-

intra montes, inter Bononiam 30. & Florentiam 24. mill. paſſ. alterum in Gallia Togata, inter Placentiam 12. & Parmam 13. mill. à Fidentia Julia 8. Placentiam verſùs.

Floriacum, *Fleury*, pagus Galliæ Celticæ, in Burgundiæ Ducatu & territorio Divionenſi. Floriacum alterum ad Ligerim fluvium, in agro Aurelianenſi, pagus cum cœnobio, quod Floriacenſe nominatur, Bleſis proximum.

¶ Floriacum, *Fleury*, oppidulum eſt Ducatus Burgundiæ, ad Uſchum amnem, 3. leucis à Divione in occaſum. Floriacum alterum, *Fleury*, pagus eſt, 7. leucis ab Aureliis in ortum diſtans ubi celebris Abbatia Floriacenſis ſeu S. Benedicti, *S. Benoiſt ſur Loire* dicta, 25. leucis à Bleſis in ortum.

Floriana, oppidum Pannoniæ inferioris, nunc pagus, *S. Paul*, teſte Lazio, apud Danubium fluvium & Budam urbem.

¶ Florida, *la Floride* Gallis, *Florida* Hiſpanis, regio perampla Americæ ſeptentrionalis; ideo ſic dicta, quia detecta fuit ab Hiſpanis die Dominica Palmarum; eſtque verſùs ſinum Mexicanum. Ibi Hiſpani poſſident arces S. Matthæi & S. Auguſtini, verſùs oram littoralem, cum aliquot aliis parvi momenti. Angli verò à paucis annis occuparunt partem orientalem verſùs montes Apalatæos & fluvium Maii; habentque multas colonias in illo tractu, teſte Briſtochio.

¶ Floripolis, ſeu Fanum S. Flori, *S. Flour*, urbs Galliæ, in Alvernia provincia, in monte edito, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi ab anno 1317. Quibuſdam eſt Indiciacus antiquorum. Sedet ad radices montis le *Cantal* dicti, ad amnem *Larder*, verſùs Gabalos, 15. leucis à Claromonte in auſtrum, & 13. ab Anicio in occaſum.

Florius, *Ars*, teſte Moletio, fluvius Hiſpaniæ, in Callaicis, apud Nerium promontorium, in Oceanum labens: qui Vir Ptolemæo dicitur.

¶ Florum inſula, *Flores*, inſula ampla Aſiæ, in mari Indico, ab ortu in occaſum extenſa, inter Javam & Timoris inſulas, 40. leucis Hiſpanicis à Macaſſaria inſula in auſtrum, ſui juris, & ab Europæis nomine tantùm nota, & verſùs oram Borealem.

¶ Florum inſula, *isla de Flores* Luſitanis, inſula maris Atlantici, & una ex Aſſoribus ſeu Tertiariis, ſed parva. 80. leucis Gallicis à Tertiaria in occaſum diſtat, ſub dominio Regis Portugalliæ.

Fluentini, populi Hetruriæ, Arno appoſiti: qui Florentini putantur. Unde & ipſa Florentia Fluentia dicta eſt.

Fluſtates, populi Aquitaniæ: quorum oppidum *Foix*, Fuxum Latino recenti, Comitatus inſignis, inter Toloſam & Conſorannos, inde 9. hinc 6. leucis diſſitum. Sed ſunt qui Eluſates legendum velint: quorum urbs *Euſe* nominatur.

¶ Fluſſates, populi Aquitaniæ, meliùs Eluſates dicti, prope Eluſam urbem, *Eauſe*. Vide Eluſates.

Focaria, *Monte di Peſaro*, teſte Blondo, mons & promontorium Umbriæ, inter Piſaurum propinquum, & Fanum. Sic in antiquis Piſauri annalibus.

Focunates, *Foucigny*, vel *Foſsigny*, teſte Pingonio, populi & oppidum Sabaudiæ. Sed Simlero eſt vallis *Sulis* quæ & S. Bartholomæi nominatur, inter Tridentinos & Venetos. Illud manifeſtum, eos eſſe populos Alpinos, in Italia apud Plinium, non in Sabaudia quæ eſt in Galliæ & in Allobrogibus.

¶ Focunates populi ſunt, quorum tractus Foſſiniacum nunc dicitur, *le Fauſſigny*; in Ducatu Sabaudiæ, ad radices Alpium, & in confinio Valeſiæ regionis. Ejus primaria eſt Cluſæ.

¶ Foggia, *Foggia*, oppidum lepidum Italiæ, in regno Neapolitano, & in provincia Capitanata, tributo quod ibi ſolvitur celebre, vulgò *la Dogana di Foggia*, prope Cerbalum fluvium. Vix 8. milliaribus ab ora maris Adriatici, & 10. à Manfredonia in ortum diſtat.

¶ Fons Æthiopis erat in via qua ab Jeruſalem Gazam itur, nec longe ab Azoto, teſte Sanſone: & is eſt ad cujus aquas Eunuchum Candacis Reginæ Æthiopum baptizavit Philippus Diaconus, ut fidem faciunt ſacræ paginæ Act. cap. 8.

¶ Fons Bellaqueus, ſeu Fons aquæ pulchræ, *Fontainebleau*, burgus cultiſſimus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Hurepeſio tractu, cum palatio ſuperbiſſimo, à Franciſco I. & Henrico IV. Regibus extructo ubi peramœnus Regis ſeceſſus, in medio ſylvæ cognominis. Vix una leuca diſtat à fluvio Sequana, à Meloduno, & 14. à Pariſiis in auſtrum.

¶ Fons Ebraldi *Fonteurault*, oppidulum Galliæ, in Andegavenſi provincia, cum Abbatia percelebri Virginum, quarum Abbatiſſa etiam viris hujus Ordinis præeſt. Eſt in confinio Turonenſis provinciæ. Vix una leuca diſtat à Ligeri fluvio, 3. à Salmurio in Eurum, & 5. à Chinonio in occaſum. *Lib. Cant.*

Fons Hortorum, fluvius Adonis, qui *Canis* nominatur, teſte Poſtello, qui per Phœniciam ex monte Libano, ſeu Antilibano, in mare Syrium apud Berytum decurrit.

¶ Fons Hortorum puteus eſt aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Monte Libano.

Fons Jovis apud Dodonem in Epiro mirus, faces extinctas accendens, & accenſas exſtinguens. *Plin.*

Fons Rapidus, *Fuente rubia*, *Fonterabia*, oppidum cum arce finitiſsima adverſùs Gallos Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Vardulorum, apud Olarſonem oppidum exciſum, à Gothis anno ſalutis 625. conditum, inter Bajonem urbem Aquitaniæ, & Sebaſtianopolim oppidum 5. leucis diſſitum. *Script. Hiſp.*

Fons Rapidus, *Fontarabie* Gallis, oppidum eſt munitum Guipuſcoæ provinciæ, in ora maris Aquitanici, ad oſtia Bidaſſoæ fluvii, in ipſo limite Galliæ. 3. leucis à Sebaſtianopoli in ortum; eratque antiquitus in Aquitania, ut multi opinantur.

Nomina fontium aliquot apud veteres:

Acidalia, Bœotiæ, apud Orchomenon.
Aganippe, Bœotiæ, ad Heliconem montem.
Albuneus, in Latio, apud Tybur.
Arethuſa, apud Syracuſas, in Sicilia.
Callirhoe, apud Athenas, in Attica.
Caſtalius, Phocidis, ad Parnaſſi montis radices.
Clitorius, apud Clitorium urbem Arcadiæ.
Crunos, Atticæ.
Cyane, apud Syracuſas, in Sicilia.
Dirce, apud Thebas, Bœotiæ.
Dircenna, apud Bilbilim, Hiſpaniæ.
Gargaphie, apud Plateas, in Bœotia.
Hippocrene, ad Heliconem montem.
Libethros, Magneſiæ in Theſſalia.
Liriope, apud Theſpias, in Bœotia; ubi Narciſſus puer ſuffocatus.
Magæa, apud Syracuſas, in Sicilia.
Salmacis, Cariæ, apud Halicarnaſſum, qui & Salmax.
Virbius. Laconiæ, in Peloponneſo.

Fontanella, pagus Galliæ Celticæ, ad Sequanam fluvium, in territorio Rothomagenſi, cum cœnobio celeberrimo, à Rothomago 12. mill. paſſ. diſtans Pariſios verſùs, *Fontanelle*. *Mart.*

Fontecli, *la Fondazza*, pagus olim Æmiliæ, nunc rus, cum caſtro parvo diruto, inter Placentiam & Parmam, à Placentia 13. mill. paſſ. poſt Florentiolam oppidum diſtans.

¶ Fonteneum, *Fontenay le Comte*, urbs Galliæ lepida, in Pictavenſi provincia inferiori, ad radices collis ad amnem Vendeam, dives effecta ob nundinas, 5. leucis diſtat à Marano in Boream, & 3. à Malleaco, 7. autem ab ora Oceani Aquitanici.

Fontes, pagus Inſubriæ, apud Aronam, qui & Fontanetum nunc dicitur, à multis fontibus ibi ſcatentibus dictus, ubi plures exſtant inſcriptiones antiquæ marmoreæ.

Fontes Aponi, *Bagni d' Abano*, balnea cum vico, in agro Patavino, quæ Plinio Aquæ Patavinæ dicuntur. Vide Aponus. *Suet.*

¶ Forbisherii, fretum, in Gronelandia. Vide fretum Forbisherii.

¶ Forchena, *Forchaim*, oppidum Germaniæ, in Franconia, ad confluentes Wiſenti & Regnitii fluviorum, ubi caſtrum permunitum, ſub dominio Epiſcopi Bambergenſis. 4. milliaribus Germanicis diſtat à Bamberga in meridiem Norimbergam verſùs, à qua 5. leucis diſtat. Quibuſdam eſt Trutavia.

Fordunum, *Fordon*, oppidum Scotiæ amplum, & Merniæ regionis primarium, ubi corpus D. Palladii Scotorum Apoſtoli præcipuè colitur, ab Aberdonia 15 mil. diſtans in Africum. *Script. Scot.*

Forentani, populi Apuliæ, ſive Lucaniæ in confinio, quorum oppidum Forentum, Ferentum, ut videtur *Plin.*

apud

apud Horatium *Forenzo*, à Venuſia 9. mill. in ortum Acherontiam versùs recedens. (*Vide Ferentum.*)

Cic. Liv. Strab. Plin. Formiæ, quæ & Phormiæ, & Hormiæ Græcis, colonia & urbs epiſcopalis, antiqua Læſtrygonum ſedes, à Saracenis exciſa, in Latio novo, nunc verò in Campaniæ ora littorali, inter Cajetam ad occaſum 4. & Minturnas ad ortum 9. mill. paſſ. occurrens, ubi nunc *Moja* pagus elegans & amœnus, qui non ipſæ Formiæ, ſed potiùs Molæ Formianæ à Cicerone memoratæ, eſt. Sedes hujus urbis, prorsùs everſæ apud Molam, epiſcopalis Cajetam translata eſt. Cavendus eſt error hic Strabonis. Formias à Tarracina 400. ſtadiis diſtare ſcribentis, cùm neque 200. diſtent. Hinc ſinus Formianus, *Golfo di Gajetta*. Hujus urbis meminit Martialis lib. 10. epiſt. 30.

O temperatę dulce Formiæ littus.

ubi Formiæ numero ſingulari.

Cic. Formianum villa Ciceronis erat, in agro Formiano: cujus locus adhuc vulgò *Ciceron*, teſte Smetio, nominatur. Hinc Formianus, a, um. Horatius l. 1. carm. od. 20.

Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

Ptol. Formio, *Riſano*, teſte Vergerio cum Leandro, fluvius Iſtriæ, in mare Hadriaticum inter Tergeſtum & Juſtinopolim influens: oſtia à Tergeſto 6. mill. paſſ. abſunt.

¶ Formio amnis eſt parvus Iſtriæ, in mare Adriaticum & ſinum Tergeſtinum cadens, 2. milliaribus à Juſtinopoli in Boream, & 6. à Tergeſte in auſtrum.

¶ Formoſa, *Formoſa*, Gallis *Belle Isle*, inſula Aſiæ in Oceano orientali Sinico, & inter Sinas & Luſoniam inſulam: cujus oppidum præcipunm eſt *Tayoan*, in ora. Ante aliquot annos tota parvit Hollandis, ſed ab ipſa ejecti ſunt à Sinis noviſſimè. Inſula eſt probè culta & valde fertilis.

Foroauguſtani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis: quorum urbs Libiſoſa.

¶ Foro-Julienſis ager, ſeu Foro-Julium, *Friuli* Gallis *le Frioul*, provincia Italiæ, in dominio Veneto. Vide Forum Julium.

¶ Forteventura, *Fortaventure*, inſula Africæ, in mari Atlantico, & una ex Canariis, versùs ortum & oram Africæ, Oppidum habet cognomiue in ora auſtrali; aliaſque Caſperia dicta fuit. Subeſt Regi Hiſpaniæ cum aliis Canariis ſeu Fortunatis. 26. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora Africæ.

Scrips. Scot. Forthea, *Fyrth*, vel *Frith*, fluvius ingens Scotiæ, Edimburgum regiam Scotorum præterluens, qui Loxa Ptolemæo dicitur (ut nonnullis videtur) Vide Bodotria.

¶ Forthea, *Forth*, fluvius Scotiæ meridionalis. Oritur in confinio Lennoxiæ provinciæ, deinde Strivelinum urbem rigat, & paulò infra multis auctus fluviis, in æſtuarium Bodotriam ſe exonerat, quod ab eo etiam Forthea dicitur, nunc *Fyrth of Forth*; extenditurque inter Fifam & Laudoniam provincias. Non rigat Edimburgum; ſed ab ea urbe diſtat tantùm una leuca in Boream Forthea æſtuarium.

Lib. Nor. Fortia Caſtra, *Sterczing*, teſte Lazio, vel *Sterzingen*, oppidum Norici, in Rhætiæ confinio, in Comitatu Tyrolenſi, non obſcurum, inter Brixinonem 4. & Oenipontem ad arctos vergentem 6. leucis, quod & Stiriacum etiam Latinè dicitur.

¶ Fortunæ Divinæ inſula, *Iland of Good Fortuyn* Anglis, inſula Americæ ſeptentrionalis, versùs terras Arcticas, & ad oſtium orientale Freti Hudſonis, detecta ab Anglis hiſce ultimis temporibus.

Strab. Fortunæ templum erat in Campania, inter Cales & Teanum urbes propinquas, 4. tantùm inter ſe mill. paſſ. diſtantes.

Plin. Ptol. & al. Fortunatæ inſulæ, maris Atlantici, quæ *Iſole Canarie* hodie, & Hiſpanis *Islas de Canaria*, dicuntur. Quarum ncmina apud Plinium ſunt Ombrio, Junonia gemina, Capraria, Nivaria, & Canaria. Apud Ptolemæum vero Aproſitos, Heras, Pluitalia, Caſperia, Canaria, & Centuria. Abſunt à Gadibus in Notolibycum 230. leucis Hiſpanicis, in navigatione ad orbem novum occurrentes, ſub Hiſpanicis. Nunc 7. ſunt, una earum in duas fortè maris æſtu diviſa.

¶ Fortunatæ inſulæ, nunc Canariæ dictæ, *les Canaries*, Gallis, detectæ fuerunt à Joanne Betencurtio Gallo; & 20. aut 30. circiter leucis diſtant ab ora littorali Africæ, & regionis Biledulgerid. Earum orientalior eſt Forteventura; inſula autem Ferri eſt occidentalior. Vide Canariæ inſulæ.

Foruli, vicus Sabinorum, in rupe prærupta apud Marſorum confinia, adhuc vulgò *Forolo* dictus, apud Himellæ fluvii ortum. Cujus meminit Virgilius libro 7. Æneidos: *Strab. Liv. & al.*

Caſperiamque colunt, Foruloſque, & flumen Himellæ.

¶ Forum Adriani nunc eſt *Woorburg*, vicus in Hollandia, Cluverio teſte.

Forum Alieni, oppidum Æmiliæ, apud Padum fluvium, ubi nuuc Ferraria urbs, *Ferrara*, teſte Joanne Bocatio, cum aliis, inter Bononiam 32. & Patavium in Bor. 48. ac inter Mantuam & Ravennam 50. à Verona vero 60. mill. paſſ. *Tac.*

Forum Appii, urbs Latii, olim epiſcopalis, in finibus Volſcorum, apud Pontinam paludem, inter Ariciam & Feroniam, ac inter tres Tabernas & Tarracinam, à qua 12. mill. paſſ. recedit, Romam versùs 48. prorſus exciſa. Locus *Cale nuove*, ſeu *Caſe nove* Celſo Cittadino, aliis *li Maruti* diverſorium: aliis verò ubi *Foſſa nuova*, monaſterium & abbatia: quæ loca omnia ſunt proxima. Populi Foroappii Plinio. Meminit Horatius libro 1. ſerm. ſat. 5. *Cic. Hor. Ant. Ptol. & al.*

-inde Forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

¶ Forum Appii, urbs Volſcorum Cluverio, Brietio & aliis, eſt locus nunc *S. Donato* dictus, aliquot tantùm ædibus conſtans, intra paludes Pontinas, prope Aſturam amnem, & 5. milliaribus ab ora maris Mediterranei: quanquam aliqui credant fuiſſe ubi nunc *le Caſe nuove*, diverſorum inter Privernum & Setiam, juxta Pontinas Paludes.

Forum Auguſtum, ſive Forum Auguſti, in urbe Roma, ab Ovidio lib. 5. faſt. memor. *Ovid.*

Templaque in Auguſto conſpicienda Foro.

Vide infra, ubi fora urbis Romæ deſcribuntur.

Forum Aurelii oppidum erat Hetruriæ, medium inter Centum Cellas & Coſam, 25. mill. paſſ. utrinque diſtans, in ora apud Graviſcas, prorsùs exſtinctum. *Ant.*

Forum Bibalorum, *Fomillam*, teſte Moletio, oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Aquiflavienſes, nunc vicus in agro Aquarum Flaviarum, in regno Portugallico. *Ptol.*

Forum Calviſii, *Calviſano*, oppidum Cenomanorum in agro Brixiano, inter Brixiam 15. & Aſulam 10. mill. paſſ. diſſitum. *Pet. Inſ.*

Forum Caſſii, *S. Maria Forcaſſi*, urbs olim epiſcopalis Hetruriæ, apud Vetrallam oppidum, quod nonnulli ipſum Forum Caſſii eſſe contendunt, inter Sutrium & Viterbium ad 7. mill. paſſ. *Ant.*

¶ Forum Caſſii, *S. Maria Forcaſſi*, vicus eſt parvus prope Vetrallam oppidum, in provincia Patrimonii S. Petri, in Hetruria, Summo Pontifici ſubdita. 7. milliaribus diſtat à Viterbo in auſtrum.

Forum Claudii, Clodii Plinio, *Tolfa nova*, oppidum Thuſciæ mediterraneum, apud oram auſtralem, inter Bracenum & Cornuetum, ab urbe Roma 38. mill. paſſ. in ortum, ubi aluminis minera. *Ant. Ptol.*

¶ Forum Claudii, oppidum Thuſciæ fuit, nuncque in ejus veſtigiis conſpicitur *Oriolo*. caſtrum provinciæ Patrimonii S. Petri, teſte Luca Holſtenio. 4. milliaribus diſtat à lacu Sabatino in occaſum, & 5. à Braciano in Circium; eſtque in Ducatu Braciani.

Forum Claudii alterum, *Tarantaiſe*, teſte Cœnali, urbs archiepiſcopalis apud Alpes Grajas, in finibus Allobrogum, ſeu in Sabaudia. Aliis eſt *Novaleſa*, oppidum cum cœnobio apud Alpes Cottias, à Seguſio 4. mill. paſſ. interius diſtans: quod magis probatur: hoc enim in Italia eſt, non in Gallia; & à Ptolemæo in Italia deſcribitur.

¶ Forum Claudii urbs fuit Centronum, in Gallia Narbonenſi, quæ nunc *Moutiers en Tarantaiſe*, urbs archiepiſcopalis & Tarentaſiæ caput, in Ducatu Sabaudiæ, ad Iſaram fluvium. 4. leucis diſtat à Fano S. Joannis Maurianenſis in Boream, & 8. à Camberiaco in ortum, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus. *Plin.*

Forum Clodii. Vide Claudii. *Plin.*

Forum Cornelii, Cornelium Ciceroni, quod & Syllæ *Ant. Ptol. & al.*

læ Forum appellatur, *Imola*, urbs Æmiliæ ſeu Galliæ Togatæ, in Romandiola, apud Vatrenum fluvium, inter Bononiam 20. & Faventiam in ortum 10. mill. paſſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravenate, inde 24. mill. Bononiam versùs. Populi Forocornelienſes Plinio, & Cornelienſes aliis.

Forum Cornelii urbs fuit Lingonum, in Gallia Ciſpadana, *Imola*, nunc in Romandiola, in limite agri Bononienſis & Ducatus Ferrarienſis, ſub dominio Summi Pontificis; eſtque culta & elegans, 16. milliaribus à confinio ditionis Florentinæ in Boream.

Forum Decii fuit oppidum Sabinorum, cujus hodie nullum prorsùs exſtat veſtigium.

Forum Diuguntorum, ſive, ut habet textus Græcus, Jutuntorum, oppidum fuit Galliæ Tranſpadanæ: quod aliis eſt *Crema* urbs, aliis *Picighiton*, oppidum cum arce firmiſſima, in finibus Cenomanorum, ad Adduam fluvium, à Cremona 12. mill. paſſ. in occaſum Ticinum versùs.

¶ Forum Diuguntorum Cluverio, Sanſoni, & aliis eſt *Crema*, urbs permunita Galliæ Tranſpadanæ, antea Ducatus Mediolanenſis, nunc ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ad amnem Serium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bononienſi. Habet ab oriente Cremonenſem agrum, uti ab occidente Laudenſem. Vide Crema.

Forum Domitii, *Fabregas*, teſte Varrerio, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Occitana regione, inter Nemauſum 45. & Biteras 30. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, à Cæſerone 12. in ortum.

¶ Forum Domitii quibuſdam eſt *Fabregues*, oppidum ad Caulazonem amnem, in Occitania inferiori, 2. leucis à Monte Peſſulano in occaſum, & una tantùm à ſtagno Magalonenſi in Boream, à Nemauſo 30. mill. paſſ. in occaſum. Aliis autem, & meliùs, eſt *Frontignan*, oppidum ejuſdem tractus, ad ſtagnum Magalonenſe ſeu Lattaram, inter Biterras 30. mill. paſſ. & Nemauſum 45 à Cæſerone 20. in ortum, teſte Sanſone. Dicitur aliter Frontinianum; eſtque vino ſuo celebre.

Forum Egurrorum, *Medina de Rio Seco* Villanovano & aliis, oppidum præclarum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Legionenſi, à Legione 15. leucis in auſtrum, à Valliſoleto 8. in Africum, Aſturicam versùs 14. vel certè non longè.

¶ Forum Egurronum, Sanſone teſte, erat oppidum Aſturum, ubi nunc caſtrum *Monte Furado*, in Gallæcia, ad fluvium Burviam, 12. leucis à Luco Auguſti in auſtrum Brigætium versùs.

* Forum Flamii, *Forflamme*, urbs Umbriæ epiſcopalis, à Longobardis everſa: locus adhuc nomen antiquum retinet, à Fulginio, quod illi in epiſcopali honore ſucceſſit, 3. mill. paſſ. Nuceriam versùs. Sunt qui Forum Flaminii nunc Fulginium dici putent, cum ex Plinio & libro Conciliorum urbes diverſas eſſe conſtet quæ eodem tempore epiſcopalem ſedem habuerunt. (* in manuſcripto Seldeni Φόρος Φλαβινίȣ.)

Forum Fulviii, quod & Valentinum, *Valenza*, oppidum amplum Liguriæ, impoſitum Pado fluvio, in Gallia Ciſpadana, ab Alexandria 7. mill. paſſ. in Boream Ticinum versùs, unde 27 abeſt.

¶ Forum Fulvii ſeu Valentinum, *Valenza*, Gallis *Valence*, oppidum eſt munitum Ducatus Mediolani, in colle ad Padum fluvium. Captum fuit à Gallis anno 1656. ſed poſtea redditum pace ad Pyrenæos confecta; eſtque medium inter Caſalem ad occaſum & Dertonam ad ortum.

Forum Gallorum, *Caſtel Franco*, oppidulum Æmiliæ ſeu Galliæ Togatæ, in via Æmilia, inter Bononiam (in cujus agro eſt) 14. & Mutinam 6. mill. paſſ. occurrens.

¶ Forum Gallorum, *Caſtelfranco*, oppidulum eſt agri Bononienſis in ditione Pontificia, vix 2. milliaribus à confinio Munitenſi & à Scultenna fluvio, 8. autem à Mutina in ortum. Ei adjacet arx probè munita ab Urbano VIII. Barberino Pontifice Maximo exſtructa in tutelam illius tractus, & de ipſius nomine dicta arx Urbana, *Forte Urbano* vulgò, in ruderibus caſtri Leonis.

Forum Gallorum alterum, *Gurrea*, teſte Hieronymo Zurita, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Aragonia, inter Cæſarauguſtam 5. & Jacam in Boream 14. mill. Hiſpanicis diſtans.

¶ Forum Gallorum quibuſdam eſt *Zuera*, oppidulum ad Gallegum fluvium, 5. leucis à Cæſarauguſta in Boream. Aliis autem eſt Luna, caſtrum ad amnem Bielum, 8. leucis à Cæſarauguſta versùs Boream & confinia Navarræ, 6. à Jacca in Africum.

Forum Julium, & Julii, *Frejus*, colonia Octavianorum Plinio, & urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Aquenſi, unde & à Maſſilia 600. ſtadiis, teſte Strabone, abeſt in ortum, in ora Provinciæ littorali, inter Nicæam & Telonem 10. & 12. leucis. Forum item Julium Tacito & Ptolemæo *Cividal d' Auſtria* aliàs, nunc *Cividal del Friuli*, teſte Leandro, & Lazio, ac aliis, Colonia & urbs Carnorum, ab Utino 8. mill. paſſ. in Boream, ab Aquileja 22. in Circium, quod & Caſtrum Julienſe Diacono dicitur. Forum præterea Julium Plinio, qui populos Forojulienſes memorat, *Friuli*, & *Patria* à Venetis, quibus paret, *Friaul* Germanis, quæ & Carnia veteribus, regio eſt Italiæ, Venetiæ pars, inter Marchiam Tarviſinam, & Hiſtriam, ac Noricum contenta. Cujus Utinum caput eſt, & conventus juridicus. Ejus meminit Fortunatus in vita S. Martini libro 4. *Plin. Strab Ptol.*

Inde Foro Juli de nomine Principis exi.

¶ Forum Julii, *Frejus*, urbs eſt Provinciæ in valle, intra paludes, dimidia leuca ab ora maris Mediterranei, 13. leucis à Telone in ortum, & 4. à Fano S. Eutropii in Boream, ad oſtia fluvii Argentei.

¶ Forum Julii item, urbs Carnorum, nunc *Cividal di Friuli* dicitur, ad Natiſonem fluvium, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, & in agro Forojulienſi ab ea dicto, 15. milliaribus à Goritia in occaſum, & ad radices Alpium.

¶ Forum Julium autem, ſeu Forojulienſis provincia, pars eſt Italiæ, ubi alias Carni populi, nunc *Friuli*, & aliquando *Patria del Friuli*, Gallis *le Frioul*; totaque ſubeſt dominio Venetorum, exceptis Aquileja & Goritia, quæ parent Auſtriaco.

Forum Lebuorum, ſeu Lebevorum, aut Libycorum & Lebetiorum, (variè enim, Leandro, & Ortelio teſtibus, legitur, qui Plinium & Ptolemæum citant, apud quos neque Lebui, neque Lebetii leguntur,) *Borgo Lavizaro*, teſte Merula, & Leandro, oppidum Inſubriæ, in agro Novarienſi, à Novaria 5. mill. paſſ. diſtans, Caſalenſem urbem versùs. Fortè Forum Libicorum, quorum meminit Ptolemæus, vel Lebuorum, quos memor. Polybius. *Polyb. Plin. Ptol.*

¶ Forum Lebuorum, *Borgo Lavizaro*, vicus eſt Ducatus Mediolanenſis, in agro Novarienſi, & 5. milliaribus à Novaria in auſtrum Mortariam versùs diſtat.

¶ Forum Lepidi, urbs Italiæ, in Gallia Ciſalpina, *Regio* nunc, ſub dominio Ducis Mutinæ. Vide Regium Lepidi.

Forum Licinii, ſeu Liciniforum apud Plinium, *la Pieve d' Incino*, teſte Leandro, oppidum olim Inſubriæ nunc pagus agri Mediolanenſis, à Mediolano 30. mill. paſſ. in Boream diſtans. *Plin.*

Forum Limicorum, *Puente de Lima*, teſte Floriano & *Ponte di Lima*, oppidum Hiſpaniæ, in finibus Bracarum, in regno Portugallico, ad Limium fluvium, à Bracara urbe 4. leucis in Boream diſtans. *Ptol.*

Forum Livii, *Forli*, urbs Galliæ Togatæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, unde 16. mill. paſſ. abeſt, in via Æmilia, media inter Faventiam & Ceſenam urbes Romandiolæ, utrinque 10. mill. paſſ. diſtans. Populi Forolivienſes. *Plin. Ant.*

¶ Forum Livii, *Forli*, urbs eſt lepida, ditionis Pontificiæ, in Romandiola provincia, 12. milliaribus à Ravenna in auſtrum, 4. autem à Civitate Solis & à confinio Etruriæ in Boream. Aliàs Principes habuit proprios.

Forum Narbaſorum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, exciſum: locus *Arvas* hodie, teſte Morali, nominatur, inter Legionem & Ovetum. *Ptol.*

¶ Forum Narbaſorum, oppidum Callaicorum, in confinio Luſitaniæ, ad Durium fluvium, nunc forte *Torre de Moncorvo*, in Portugallia, ut dignoſcitur ex ſitu, Sanſone & Brietio teſtibus, 9. leucis ſupra Lamecam in ortum. Sed longè ab Aſturiis diſtat.

Forum Neronis, urbs Galliæ Narbonenſis, in Occitania, cujus populi Foroneronienſes, & Lutevani Plinio dicuntur. Vide Lu eva. *Ptol.*

¶ Forum Neronis, aliis eſt oppidum Provinciæ, cis Druentiam fluvium: quod quibuſdam eſt *Forcalquier*, Comitatus cognominis caput, in colle, medium

inter Seguſteronem ad Cæciam & Aptam Iuliam ad Africum, 2. leucis à Druentia fluvio, iuxta rivum *Laye* dictum.

Plin. Forum novum urbs fuit Sabinorum, apud Oretum oppidum exciſa. Eſt & Forum novum ex veteri inſcriptione oppidum Galliæ Togatæ, ſeu in Gallia Ciſpadana, & in territorio Parmenſi, ad Tarum fluvium, à Parma 10. mill. paſs. *Fornovo* pagus.

¶ Forum novum urbs fuit Sabinorum, in eodem loco ubi nunc, urbe deleta, Eccleſia epiſcopalis ſupereſt, vulgò *Veſcovojo* dicta, teſte Luca Holſtenio, & ut colligitur ex veteri inſcriptione illius Eccleſiæ.

¶ Forum novum caſtrum eſt, 10. milliaribus à Parma in Africum. Dicitur vulgò à Gallis *Fornove*; eſtque locus momorabilis prælio Caroli VIII. Francorum Regis in confœderatos Italos, quos viribus longè impar devicit. Vix uno milliari diſtat à Taro fluvio. Aliàs Foronovanum dictum fuit.

lin. Forum Popilii, vel Pompilii, *Forlimpopoli*, urbs olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, nunc oppidum (ſede epiſcopali Britinorium proximam urbem tranſlata) Æmiliæ, in Romandiola, inter Forum Livii 4. & Ceſenam in ortum 6. mill. paſſ. occurrens. Populi Foropopilienſes Plinio. Urbs à Grimoaldo Longobardorum Rege anno ſalutis 700. primùm, deinde ab Ægidio Cardinale Legato in Italia anno 1270. everſa eſt, ſedeſque epiſcopalis Britinorium recepta.

Potol. Forum * Seguſianorum, *Feurs*, teſte Dalechampio, oppidum Galliæ Celticæ, Foreſtiæ regionis oppidum primarium, à Lugduno 8. leucis in occaſum Arvernos versùs. Sunt qui etiam Forum Sebuſianorum legunt, quod *Bourg en Breſſe* eſſe dicunt, oppidum Galliæ Celticæ, inter Lugdunum, & Matiſconam, cui propius eſt, regionis Brixiæ, inter Sabaudiam & Burgundiam, Comitatus caput. Sed apud Ptolemæum Forum Seguſianorum duntaxat legitur. (* Τεπουσιανῶν ni manuſcripto Seldeni.)

Forum Seguſianorum eſt *Feurs*, oppidum, Forenſis ſuperioris caput, ad Ligerim fluvium, 6. leucis à Rodumna in auſtrum, & totidem à Fano S. Stephani in Boream. Errant autem qui illud *Bourg en Breſſe* eſſe dicunt, cùm ab eo 15. leucis diſtet in Africum.

Strab. Plin. & al. Forum Sempronii, *Foſſumbren*, *Foſſombrone*, *Foſſonbruno*, urbs Vmbriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vrbinate, inde 10. mill. paſſ. diſtans, ad Metaurum fluvium, in Ducatu Vrbinate, inter Fanum 15. & Callium in auſtrum 10. mill. occurrens.

¶ Forum Sempronii, nunc *Foſſombrone*, prope Metaurum fluvium ſedet, 10. milliaribus ab Vrbino in ortum. Brietius tamen credit Forum Sempronii 5. inde diſtaſſe milliaribus, & ex ejus ruinis excitatum Foſſumbrunum.

Diar. Forum Statiellorum, *Villa de Fo*, oppidum olim, nunc pagus agri Alexandrini, in Liguria, inter Alexandriam 4. & Ovilias, patriam noſtram, 2. mill. paſſ. diſtans, haud procul à Tanaro fluvio.

Potol. Forum Tibereii, *Keyſerſtul*, teſte Rhenano, oppidum Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum fluvium, in Helvetia inter Scaphuſam 2. & Thermas ſuperiores 1. leuca diſſitum, à Baſilea 10. in auſtrum, conſtantiam versùs, haud obſcurum.

¶ Forum Tiberii *Keiſerſtul*, oppidulum eſt Helvetiorum & Epiſcopi Conſtantienſis, medium inter Baſileam ad occaſum & Conſtantiam ad ortum, 5. leucis Helveticis utrinque diſtans ad Rhenum fluvium.

Plin. Forum Truentinorum, oppidum Æmiliæ exciſum, apud Britinorium & Forum Popilii, ab eo 3. mill. paſſ. diſtans, à Britinorio 1. Cujus locus adhuc *Tro* incolis nominatur.

Plin. Forum Valentinum. Vide Forum Fulvii.

Plin. Forum Vibii, oppidum Galliæ Subalpinæ, ſeu, ut ſcribit Plinius, Galliæ Tranſpadanæ, in cujus agro Padus fluvius conditus, rurſus emergit, teſte Plinio. Quod oppidum Leander non ſine errore apertiſſimo *Villach* interpretatur, quæ urbs eſt Norici, in Carinthia. Eſt autem *Bibiena* nunc, oppidum Pedemontanæ regionis, à Taurinis ad 22. mill. paſſ. in occaſum. Populi Forovibienſes Plinio.

¶ Forum Vibii oppidum erat Taurinorum ad radices Alpium, nunc in Pedemontio. Quibuſdam nunc eſt *Bubiena*, vicus in valle Luſernæ, juxta Peleum amnem. Brietio eſt *Caſtel Fiori* aliis autem *Paiſana*, vicus in eo tractu, ad Padum fluvium.

Forum Voconii, oppidum Galliæ Narbonenſis, quod variè indigitant. Nam Pinetus illud *Chambery* urbem, caput Allobrogum, ſeu Sabaudiæ, interpretatur (quòd potiùs eſt Civaro.) Alii *Frejus* urbem Provinciæ maritimam eſſe volunt. Sed ex Antonini Itinerario & ipſo Plinio, neque *Chambery*, neque *Frejus*, eſſe poteſt, cum à Foro-Iulio 12. ſive, ut alii codices habent, 22. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario diſtet. Conſulendi ſunt in hac re regionis periti. Pli An

¶ Forum Voconii, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Provincia. Nunc eſt *Draguignan*, urbs culta, intra montes, 4. leucis à Foro-Julio in occaſum, & 6. à Fano S. Eutropii in Boream, Sanſone teſte. Hon. Bov. tamen exiſtimat fuiſſe ubi nunc oppidum *le Luc*, in Provincia, 6. leucis à Fano S. Eutropii & à Foro-Iulio in occaſum, 4. autem à Draguignano in Africum.

Forum Vulcani, Campi Phlegræi Plinio & Solino, *la Solfatara*, locus eſt Campaniæ, apud Puteolos, inde 2. mill. paſſ. Neapolim versùs diſtans, in morem ingentis theatri ignes perpetuos emittens, & ſulphur gignens.

Fora Vrbis Romæ ex P. Victore.

Forum Archimonii, ubi ædes S. Nicolai Archimonii.

Forum Auguſti, ubi nunc templum S. Adriani, Romano vicinum.

Forum Boarium, ubi templum S. Georgii, inter Romanum & Tiberim.

Forum Cæſaris, ubi porticus eſt Fauſtinæ Auguſti uxoris, Romano proximum; cuius meminit Ovidius lib. 3. triſti. elegia 1.

-hæc ſunt fora Cæſaris, inquit.

Forum Nervæ, apud Capitolium, inter ædes S. Hadriani & S. Baſilii.

Forum Olitorium, nunc *Piazza Montanara*, ad theatrum Marcelli, inter Capitolium & Tiberim.

Forum Palladium, apud Romanum, ubi ædes S. Andreæ in Pallata; cujus meminit Martialis libro 1. epiſt. 2.

Limina quos pacis, Palladiumque Forum.

¶ Forum Palladium, Panvino & Famiano Nardino teſtibus, idem eſt atque Forum Nervæ.

Forum Fiſcarium, apud Tiberim fluvium & theatrum Marcelli, inter Boarium & Olitorium.

Forum Romanum, apud porticum Fauſtinæ inter Capitolium & Palatinum, in quo Veſtæ templum erat

Forum Salluſtianum, apud hortos Salluſtianos, inter ædem S. Suſannæ & Sallariam portam.

Forum Suarium, apud vetus Columnenſium Palatium & montem Quirinalem.

Forum Traiani, proximum Foro Nervæ, inter Capitolium & montem Quirinalem.

Foſi, populi Germaniæ, Cheruſcis finitimi, *Dietmerſcher*, teſte Althamero, & regio *Dietmerſch*. Sed aliis *Foſſevverde*, tractus Friſiæ occidentalis, ubi non longè Foſſete inſula, vulgò *Amelandt*, teſte Hieronymo Verrutio.

¶ Foſi populi fuere Germaniæ, à ſolo Tacito memorati, ſuntque Saxones, ubi nunc Holſatiæ pars Ditmarſia dicta. Sed longè à Friſia in Cæciam diſtat.

Foſſa Clodia, *Chioza*, urbs Venetiæ epiſcopalis ſub Patriarcha Veneto, in ora, inter Hadriam & Venetias 25. mill. paſſ. vide Clodia Foſſa: quæ & Clugia poſtea dicta eſt. De qua lib. 3. Itinerarii:

Inde ſumus Clugiam velo remiſque profecti,
In qua Foſſa vetus mutavit Clodia nomen.

Foſſa Corbulonis, *Leck* teſte Ortelio, fluvius Batavorum, in Hollandia, à Corbulone ex Rheno derivatus, ſpatio 23. mill. paſſ. Moſæ congrediens ad Crimpam pagum.

Foſſa Druſiana, *Yſel Yſſel*, fluvius Germaniæ inferioris, in Ducatu Geldriæ, à Druſo ex Rheno derivatus, & in Flevum ſinum perductus per Tranſiſalanam regionem. Seu veriùs pars Rheni, in Iſalam, fluvium foſſa deducta ad Druſoburgum oppidum quod *Doeſburg* hodie dicitur.

Foſſa Mariana, oppidum Galliæ Narbonenſis, ad foſſam quam Caius Marius ex Rhodano fluvio deduxit, exciſum. Locus adhuc *Fos* nominatur: licèt Ortelius cum aliis pleriſque *Aigues mortes* oppidum & alii *Camargue* oppidum, non ſine errore interpretentur; ſicuti & auctor Theſauri Linguæ Latinæ.

¶ Foſſa Mariana, oppidum ad Foſſam cognominem, nunc vicus eſt *Fos* dictus, in Prov. in ora maris Mediterranei,

nei, una leuca à Maritima, & ſinu Aſtromela diſtans in occaſum, verſus oſtia Rhodani fluvii, à quibus 3. leucis diſtat in ortum, prope campos lapideos.

Foſſa Meſſanica, *Canal di S. Alberto*, locus quo naves ex Pado in mare Ravennam uſque, per paludem Paduſam, deducuntur.

Foſſa Noronis, *Licola*, teſte Sanfelicio, Foſſa quam Nero ex ſinu Baiano Hoſtiam uſque perducere tentavit.

¶ Foſſa nova, *Foſſa Nova*, monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in Latio, 50. mill. paſſ. ab urbe Roma. In eo obiit S. Thomas Aquinas. Sedet in planitie, ad pedes montium. Vix 2. milliaribus à Priverno, & totidem à paludibus Pontinis diſtat, in via Roma Neapolim versùs; eſtque adhuc omnino integrum, ut ego ipſe pluries vidi, cùm illas partes luſtrarem.

Foſſæ * Papirianæ, *Fos-de-novo*, vel *Foſſel-novo*, teſte Leandro, oppidulum Hetruriæ clarum, apud Macram fluvium, inter Lunam & Apuam, à Sarzana urbe 7. mill. paſſ. ab Apua 18. à Maſſa 8. (* manuſcripito Seldeni *Papiniani*.)

¶ Foſſæ Papirianæ quibuſdam eſt *Carrara*, oppidum Tuſciæ, aliis *Viareggio*, in ora. Aliis autem, & meliùs eſt *Foſdinovo*, oppidum Tuſciæ ſub proprio Marchione 3. milliaribus à Macra fluvio, 4. à Sarzana in Cæciam & inter Apuam & Maſſam.

Foſſæ Philiſtinæ, vel Foſſiones Philiſtinæ, *Foſſone*, teſte Georgio Fabricio, unum ex Padi fluvii oſtiis: quæ Foſſæ, Tartarus fluvius à Tacito nominantur, vulgò etiam *Tartaro* interiùs dictus; qui unà cum Atheſi inter Carbonariam & Foſſam Clodiam, 10. mill. paſſ. inter utramque, exit in mare.

Foſſanum, *Foſſano*, urbs Liguriæ epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, in Pedemontana regione, inter Auguſtam Taurinorum 24. & Montem Vici 10. mill. paſſ. media inter Albam Pompeiam & Montem Vici.

¶ Foſſano urbs eſt Pedemontii, ad Sturam amnem, media inter Salutium ad occaſum & Montem Regalem ad Eurum, 9. milliaribus utrinque diſtans, 15. ab Alba in auſtrum, & 7. à Cuneo.

Foſſatum, *Foſſato*, oppidum Umbriæ, inter Eugubium & Saxoferratum, ad 14. mill. paſſ. diſſidens, inter Validum & Sigillum oppida proxima, à Nuceria 11. Fuit & locus Æmiliæ apud Ravennam, ubi Theodoricus Rex Odoacrem fugavit, qui *Foſſato* adhuc appellatur.

¶ Foſſatum oppidulum eſt ditionis Pontificiæ, in Marchia Anconitana, in monte Apennino, in confinio Ducatus Urbini. 12. milliaribus diſtat ab Eugubio in Eurum & 14. à Saxoferrato in auſtrum.

¶ Foſſiniacenſis tractus, *le Foſſigny*, aliter *le Faucigny*, prov. Ducatus Sabaudiæ, ad radices Alpium, inter Valeſiam & Genevenſem tractum, ubi oppidum primarium Clauſulæ. Ibi aliàs Focunates populi.

¶ Fraga, *Fraga*, Gallis *Fragues*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Aragoniæ, ad Cincam fluv. in limite Cataloniæ, & 4. leucis ab Ilerda in occ. cum caſtro ſatis munito. Vide Gallica Flavia, ſeu Flavia Gallica.

Franci, populi Germaniæ, quorum regio Franconia, ampla, quæ & Francia orientalis, ad Gallicæ Franciæ diſcrimen, nominatur: qui in Galliam trajicentes, illi nomen Franciæ indiderunt, fueruntque propterea Galli deinceps *Franceſi* dicti apud Italos & alios. Fuerunt & Franci in Germania inferiori, Sicambri, teſte Oroſio: quorum oppidum adhuc *FrancKer* in Ducatu Bergenſi, ſeu durat in Comitatu Marchenſi, teſte Henrico Iunio. In Friſia quoque habitaſſe Francos Procopius eſt teſtis, ubi *FraneKer* urbs, apud oram illius Borealem, à Levardo urbe primaria 3. leucis diſtans. Horum meminit Claudianus de laudibus Stiliconis libro 2.

Qui mihi Germanos ſolus, Francòſque ſubegit.

¶ Franci populi fuere Germaniæ, ſub quibus comprehendebantur Bructeri, Chauci, Chamavi, Cheruſci, Chatti, Anſivarii, Dulgibini, Chaſsuarii, Angrivarii, Salii, Tencteri, & Uſipii ſeu Uſipetes, populi Germaniæ, teſte Cluverio; occuparuntque totum tractum à mari ad Rhenum, Imperio Romano jam præcipitante.

Francia occidentalis, (orientalis enim eſt provincia Germaniæ, & Franconia dicitur) pars Galliæ inter Ligerim & Sequanam, quæ propriè *la France* à Gallis nominatur, licèt apud Italos nomen Franciæ toti Galliæ, excepta magna Belgicæ parte, tribuatur.

¶ Francia, olim Gallia, regnum eſt Europæ potentiſſimum, vulgò la *France*, Hiſpanis & Italis *Francia*, Germanis *Frankreich* dicta: cujus incolæ *Francois* dicuntur, Hiſpanis *Franceſes*, Germanis *Frankman*, & Italis *Franceſi*. Franciæ longitudo eſt leucarum Francicarum 250. ab occidente in orientem. Latitudo autem eſt 237. leucarum ſimilium à ſeptentrione in meridiem, teſte Brietio. Terminatur ab occidente Oceano Aquitanico, à meridie mari Mediterraneo & montibus Pyrenæis, quibus ab Hiſpania ſeparatur. A ſeptentrione habet mare Britannicum & partem Belgii Hiſpano ſubditam; & ab oriente ſeparatur à Germania Rheno fluvio, & ab Italia Alpibus. Francia aliàs plura complexa eſt regna, nempè Lutetiæ Pariſiorum, Sueſſionum, Aurelianenſe, & Metenſe, ſeu Auſtraſiæ, item regna Burgundiæ, Arelatenſe, Aquitaniæ, & Britanniæ minoris. Sed à pluribus ſæculis omnia in unum coaluerunt. Dividitur nunc in 40. provincias, quæ ad duodecim Præfecturas generales reducuntur. Caput regni eſt Lutetia, *Paris*, totius Europæ, & forſan orbis populoſiſſima & ampliſſima. Subſunt etiam Regi Franciæ Nova Francia, regio per ampla Americæ ſeptentrionalis, & plurimæ inſulæ ex Antillis in mari Boreali, cum aliquot locis in Africa & in Madagaſcaria inſula, atque à paucis annis magna pars Flandriæ & Hannoniæ provinciarum Belgii Francico regno acceſſit, uti etiam pars meridionalis Luxemburgenſis Ducatus.

Francici regni diviſio per Præfecturas generales:

Prima Præ*fectura*, *Francica ſeu Inſulæ Franciæ*, l' Isle de France, *ſub qua provincia Inſulæ Franciæ & agri Bellovacenſis*, le Beauvoiſis, *Laudunenſis*, le Laonois, *& Sueſſionenſis*, le Soiſſonois.

Secunda, Bu*rgundica*, *continet Ducatum Burgundiæ*, la Bourgogne, & *Breſſiam*, la Breſſe.

Tertia, *Normannica*, *continet* N*ormanniam*, la Normandie.

Quarta, *Aquitanica*, *continet Guiennam*, la Guienne, *Vaſconiam*, la Gaſcogne, *provincias*, *Santoniam*, la Saintonge, *Petrocoricenſem*, le Perigort, L*emovicenſem*, le Limoſin, *Cadurcenſem*, le Quercy & *Rutenenſem*, le Rovergue.

Quinta, *Britannica*, *Aremoricam totam ſeu Britanniam minorem complectitur*, la Bretagne.

Sexta, *Campanica*, *continet Campaniam* la Champagne, *& Briam*, la Brie.

Septima, *Occitana*, *continet Occitaniam*, le Languedoc, & *provincias Vivarienſem*, le Vivarais, *Gabalenſem*, le Givaudan, *Velaunos*, le Velay, *& Comitatum Ruſcinonenſem*, le Rouſſillon.

Octava, Pi*cardica*, *ſub qua Picardia*, la Picardie, *& Arteſia*, l' Artois.

Nona, *Delphinatus*, *ſub qua* D*elphinatus*, le Dauphinè.

Decima, P*rovinciæ*; *ſub qua* P*rovincia*, la Provence.

Vndecima Lugdunenſis, *continet provincias Lugdunenſem*, le Lyonnois, *Baviovenſem*, le Beaujolois, *Forenſem*, le Forez, *Borbonienſem*, le Bourbonnois, *Alverniam*, l' Avvergne, *&* M*archiam*, la Marche.

Duodecima, *Aurelianenſis*, *complectitur provincias Aurelianenſem*, l' Orleanois, *Bleſenſem*, le Blaiſois, P*erticenſem*, le Perchè, *Belſiam*, la Beauſſe, *Cenomanenſem* le Maine, *Andegavenſem* l' Anjou, *Turonenſem*, la Touraine, Pi*ctavienſem*, le Poictou, *Inculiſmenſem*, l' Angoumois, *Bituricenſem*, le Berry, *& Nivernenſem*, le Nivernois.

Quibus addenda eſt decima tertia, *quæ continet Lotharingiam Francicam*, la Lorraine Francoiſe, *& Alſatiam*, l' Alſace.

De urbibus Franciæ videbis in voce Galliæ.

¶ Francia nova, *Nouvelle France*, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, à Francis detecta, juxta fluvium & ſinum S. Laurentii. Vide Nova Francia.

¶ Francia propria, ſeu Inſula Franciæ, *l' Isle de France*, provincia eſt regni Franciæ. Habet à ſeptentrione Picardiam, ab oriente Campaniam, ab occidente Normanniam & à meridie Belſiam & Aurelianenſem provinciam; continetq; Franciam regiunculam inter Lutetiam & Sylvanectum, agros Bellovacenſem, Sveſſionenſem, & Laudunenſem, Valeſiam, Vexinum Francicum & Hurepeſium. Totius provinciæ facilè primaria eſt Lutetia, P*aris*, quæ & regni caput exiſtit.

¶ Francia, *la France*, regiuncula eſt regni Franciæ ſic dicta, in provincia Inſulæ Franciæ, inter Lutetiam ad auſtrum & Sylvanectum ad Boream, versùs Fanum S. Dionyſii, Monmorancium, & Goneſſam; & extenditur tantùm ad aliquot leucas in illo tractu. Sed ejus periere limites.

Urbes Franciæ propriæ ſeu Inſulæ Franciæ clariores:

Bellovacum, Beauvais.
Compendium, Campiegne.
Crepiacum, Crepy en Valois.
Fanum S. Dionyſii, S. Denys.
Latiniacum, Lagny.
Laudunum, Laon.
Lutetia Pariſiorum, Paris.
Medunta, Mante.
Melodunum, Melun.
Nemoſinum, Nemours.
Noviodunum, Noyon.
Piſciacum, Poiſſy.
Pontiſara, Pontoiſe.
Sylvanectum, Senlis.
Sueſſiones, Soiſſons.

¶ Francia parva, *Franza curta*, regiuncula Italiæ, in ditione Veneta & in agro Brixiano, ſic dicta à Francis, qui illic conſederunt poſt victum à Carolo Magno Deſiderium Longobardorum Regem.

¶ Franchendalia, *Franckendal*, urbs recens Germaniæ, probè munita, in Palatinatu inferiori. Vix una leuca diſtat à Rheno, & 4. ab Heidelberga in occaſum, uti & à Spira in Boream. Aliàs capta fuit ab Hiſpanis, ſed poſtea reddita Electori Palatino pace Monaſterienſi.

¶ Franciacum, *Fronſac*, caſtrum Galliæ, in Aquitania & in agro Burdegalenſi, à Carolo Magno fundatum, & nunc Ducatus titulo inſignitum, ad Duranium fluvium, paulò infra Liburnam, & vix 5. leucis à Burdegala in ortum.

¶ Francicus ſinus ſeu Gallicus, *Baye de France*, ſinus eſt parvus Africæ, in ora Guineæ, prope promontorium Leænæ, vulgò *Sierra Liona*; ſic dictus à Gallis, qui primi illas oras luſtrarunt & inhabitarunt, anno nempè 1384.

Script. Germ. Francofurtum, & Francphordia, Helenopolis olim ex veteri inſcriptione, quaſi Francorum traiectus, *FrancKford*, Francfort, vel *Franckfurt*, urbs Germaniæ magnæ clariſſima, in Franconia, ad Mœnum fluvium, urbs libera & emporium celeberrimum, Moguntiæ finitimum, inde 4. leuc. in ortum. Eſt & Francfurtum ad Oderam *FrancKfurt*, urbs Germaniæ, in Marchia Brandeburgenſi, gymnaſio celebris, à Berlino, & Colonia, ubi ſedes Principis, 10. leucis in ortum. De Francfordia priore quidam Poeta Germanus libr. 5. Itinerarii ſic:

Mox turres offert Francfordia nobilis altas,
Urbs decus imperii, qua primos Cæſar honores
Accipit.

¶ Francofurtum ad Mœnum, Gallis *Francfort ſur le Mein*, urbs eſt ampla & elegans, ubi Dietæ Imperiales celebrantur pro electione Imperatorum Romanorum. Eius ſuburbium ex adverſo fluvii Saxonum domus dicitur, *Saxenhauſen*. 2. leucis diſtat ab Hanovia in occaſum, & 4. ab Aſciburgo. Francofurtum autem ad Oderam *Francfurt am Oder*, urbs eſt mediæ Marchiæ Brandeburgicæ, in limite Sileſiæ & Luſatiæ, 4. leucis à Croſſa in Boream, & totidem à confinio Poloniæ, in occaſum diſtans.

Cic. Francones, qui aliis, præſertim Claudiano, Franci dicuntur, populi Germaniæ magnæ: quorum regio Francia orientalis, & Franconia, & incolis *FrancKenlandt* appellatur.

¶ Franconia, regio Germaniæ, quæ antea dicta fuit Francia orientalis, Gallis *la Franconie*; eſtque in provincia ampla, circa Mœnum fluvium extenſa. Habet à ſeptentrione Saxoniam & Thuringiam, ab orienre Palatinatum ſuperiorem, à meridie partem Bavariæ & Sveviam, & ab occidente Palatinatum inferiorem ſeu Rheni. Eius primaria eſt Herbipolis, *Wurtzbourg* ad Mœnum fluvium. Franconia autem eſt primus Imperii circulus, ſub quo ſunt epiſcopatus Herbipolitanus, Bambergenſis, & Eichſtatenſis, Principatus Hennebergenſis, Comitatus Holachienſis, Erbachius, Onoldinus, & Verthæmus, urbſque Norimberga cum aliis.

Urbes clariores Franconiæ.

Bamberga, *Bamberg*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino.
Cocabus, *Coburg*, ſedes Ducis, (*aliàs, nunc Altemburgenſi Ducis.*)
Culmbachium, *Culmbach*.
Frantphordia ad Mœnum, Helenopolis, *Franckford*, libera, & emporium.
Herbipolis, *VVirtzburg*, epiſcopalis & academia ſub Archiepiſcopo Moguntino, caput regionis.
Moguntia, veteribus Mocontiacum, *Mentz*, archiepiſcopalis.
Noriberga, *Nurnberg*, in Nortgoiæ confinio, libera, & emporium.
Onolsbachium, *Onſpach*.
Rotenburgum, à fluvio Tuberum etiam dictum, *Rotenburg*, libera.
Svemphordia, *Schvveinfurdt*, quaſi Svevorum trajectus, libera.
Trutavia, *ForcKheim*, libera.
VVinshemium, *VVinsheim*, libera.
Sunt præter has, Karoloſtadium, Cronachium, Mergethum, Mons Regius, Aſchenburgum, & aliæ.

Francorum rivulus, *Refrancore*, vel *Rifranco*, pagus Liguriæ, inter Alexandriam & Aſtam, à qua 6. mill. paſſ. abeſt, (*Caſalem versùs, in agro Alexandrino.*)

¶ Franequera, *FraneKer*, urbs Belgii, in Friſia occidentali, ubi accademia. Ab aliis dicitur Franicheria. 2. leucis diſtat à Leonardia in occaſum, & totidem ab Harlingua in ortum, & ab ora maris Germanici ſub dominio Hollandorum.

¶ Fraſcata, *Fraſcati*, urbs epiſcopalis Italiæ, in ditione Pontificia, in Latio. 12. milliaribus à Roma in ortum: ubi aliquot palatia Principum. Dicitur aliter Tuſculum. Hinc ejus Epiſcopus, qui ſemper eſt unus ex ſex antiquioribus Cardinalibus S. R. E. dicitur Epiſcopus Tuſculanus. Vide Tuſculum

Frateria, ſeu Phrateria, *Broſſa*, & Hungaricè *Zarzuara*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Tranſylvania, ad Maryſium fluvium.

Fratuertium, *Terza*, oppidum præclarum Apuliæ Peucetiæ, in Baſilicatæ, ſeu Lucaniæ confinio, inter Materam ad occaſum 12. & Caſtaniam ad ortum 6. mill. paſſ. In Theſauro Linguæ Latinæ proximum Hydrunto ſcribitur, à quo tamen longè diſtat, ferè 100 mill. paſſ.

¶ Fratuertium, *Terza*, ſeu, & meliùs, *la Terza*, vicus eſt Italiæ, in regno Neapolitano & provincia Hydruntina, medius inter Mateolam & ſinum Tarentinum.

Fratuolum, *Palo*, teſte Ortelio, oppidum Hirpinorum.

¶ Fravenburgum, *Fravvemburg*, oppidum Poloniæ in Pruſſia regia & in littore Habi ſinus, *Friſch Haff*, ubi recipit amnem *Schon*, cum portu capaci. Ibi Eccleſia Cathedralis Varmienſis monti inſidet cum collegio Canonicorum: ibique obiit Nicolaus Copernicus Mathematicus celebris anno 1543. Vix quatuor milliaribus Germanicis diſtat ab Elbinga in Cæciam, Pilaviam versùs totidem.

Fraxinetum, *Fraſſineto*, oppidulum Liguriæ, ad Padum fluvium, inter Forum Fulvii & Caſalenſem urbes.

Fraxinum, *Freſno*, oppidum Hiſpaniæ geminum unum in Bætica, & Vandalia, à Corduba 8. leuc. in Boream; alterum in Tarraconenſi, in Aragonia apud Bilbilim, inde 2. leucis, Cæſarauguſtam versùs 12. Eſt & Fraxinum oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, ab Uxama 4. leucis Madritum versùs; & alterum in eadem Caſtella, apud Carpium, inde leuca una recedens. Fraxinum præterea apud Antoninum opp. olim, nunc pagus Luſitaniæ, in regno Portugallico, *Alpahanò*, ſeu *Gaviano*, teſte Vaſconcello, inter Tubucci, & Medobrigam ſupra 7. leuc. in via quæ Ulyſſipone Emeritam ducit.

Fregellæ, *Ponte Corvo*, teſte Carolo Sigonio cum aliis, colonia & urbs olim clara Latii, nunc oppidum in Campania, apud Lirim fluvium, Aquino finitimum, ubi Epiſcopus Aquinas reſidet, ab Aquino 8. mill. paſſ. inter Ceperanum 9. & Minturnas 20. licèt Aldus Manutius putet exciſum eſſe, & ex ruinis Ceperanum conditum eſſe. Nam Fregellas à L. Opimio exciſas an-

anno ab urbe condita 630. Livius refert. De qua urbe Silius libro 5

- hunc triſtes luxere Fregellæ.

Fregenæ, Fregena Livio, colonia et oppidum Hetruriæ, in ora, inter Alſium et oſtia Tiberina, exciſum: locus nunc *Palo*, teſte Leandro, dicitur, ab urbe Roma 26. mill. paſſ. diſtans, inter Pyrgas ad occ. 120. et oſtia Tiberis ad ortum 140. ſtadiis, teſte Strabone Theſaurus Linguæ Latinæ in tractu Vmbriæ illas locat; cum longiſſimà ab Vmbria diſtent.

¶ Fregenæ, oppidum Latii exciſum, in ora maris Tyrrheni, erat ubi nunc *la Macareſe*, villa Ducis Matheii cum ſtagno cognomine, inter Alſium et oſtia Tiberina, quanquam alii credant fuiſſe ubi nunc turris S. Georgii, in ora littorali.

¶ Fremincuria, *Fremincourt*, caſtrum aliàs amplum Carnutum cum palatio Regum Galliæ primæ ſtirpis, ad Eburam fluvium, nunc vicus tantùm Belſiæ, una leuca à Droco in ortum; palatium autem dirutum iacet. Ibi aliàs altare Virgini pariturae dicatum, ubi ſacrificia habebant Druidæ, ut narrant incolæ illius tractus.

Frentani & Ferantani, populi Italiæ, in ora, inter Marrucinos ad occaſum & Apulos ad ortum, quarum urbs Ferentanum, & Frentanum, Teano Apulorum proxima fuit, teſte Strabone. Ex quo liquet eam non eſſe oppidum, quod nunc Fraucam Villam dicant, inter Ortonam & Aternum, uti pleriſque videtur. Horum urbs eſt Anxanum. Meminit eorum Silius libro 8.

Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.

Hos proximos Dauniis & Picentibus facit Theſaurus Linguæ Latinæ. Sed à Piceno longè diſtant, multis populis interſitis.

Frento, *Fortore*, teſte Nigro, & Mazella, fluvius Frentanorum, illos ab Apulis Dauniis diſterminans, ac Larinum urbem alluens.

Frequentum, *Fricenti*, urbs Hipinorum epiſcopalis ſub Archiepiſcopo, Beneventano, inde 16. mill. paſſ. diſtans, paulò remotior ab Abellino, apud Jeſualdum oppidum. Epiſcopatus ejus hodie Abellinati copulatus eſt. Populi Frequentinates Plinio. (*Vide Fricentum.*)

¶ Fretum Aniani, *Eſtrecho de Anian* Hiſpanis, *Deſtroit d' Anian* Gallis, ſretum ampliſſimum Americæ ſeptentrionalis, aliàs inter Tartariam & fictitiam illam novam Albionem creditum à multis; ſed re diligenter excuſſa, compertum eſt Fretum Anianum eſſe inter terram Eſonis & partem ſeptemtrionalem Californiæ inſulæ; eſtque valdè latum.

¶ Fretum Babelmandelum, *Deſtroit de Babelmandel*, eſt ad fauces maris Rubri, inter Africam & Arabiam felicem. Nomen habet à fluvio cognomine à parte regni *Adel*. Dicitur etiam à quibuſdam Fretum Meccæ; eſtque ſatis anguſtum.

¶ Fretum Balambuanum, *Deſtroit de Balambuan*, eſt in Occeano Indico, in Aſia, inter inſulam Baly & partem orientalem Iavæ inſulæ, prope Balambuanum urbem.

Fretum Britannicum, Gallicum Solino, Marinorum Gratio, Oceani Tacito, Fretalis Oceanus Amm. mare inter Marinos & Britannos interfuſum, 21. mill. paſſ. patens, *Pas de Calais*, Gallis, Belgis *De Hoofden* teſte Ortelio, Anglis *the ſtreight of Callis*.

Fretum maris Caſpii, maris anguſtia ad ortum, in qua Oxus fluvius influit.

Fretum Cimmerium, *Stretto di Caffa*, teſte Caſtaldo, anguſtia maris ad Boſporum Cimmerium.

¶ Fretum Conſtantinopolitanum, *les bouches de Conſtantinople*. Vide Boſphorus Thracius.

¶ Fretum Daviſii, *Straet of Davis* Anglis, *Deſtroit de Davis* Gallis, fretum in terra Arctica, in ea parte Gronelandiæ quæ detecta fuit à Joanne Daviſio Anglo anno 1585. à quo etiam nomen accepit.

¶ Fretum Eſonis, *Deſtroit de Ieſſo*, fretum amplum inter Tartariam & terram Eſonis interfuſum, ſupra Sinarum regionem, & in littore Aſiæ, recens detectum à Batavis.

Fretum Euripi. Vide Euripus Chalcidicus.

Fretum Forbiſcherii, *Straet of Forbiſchers* Anglis, *Deſtroit de Forbisher* Gallis, fretum terræ Arcticæ, verſùs Gronelandiam, recens detectum, nempe anno 1577. à Martino Forbiſchero Anglo, & ab eo nomen ſortitum.

¶ Fretum Gallicum, *Pas de Calais*, fretum inter Galliam & Angliam, 6. leucis patens, inter Dubrim & Iccium portum, nunc *Viſſan*, & 7. inter Dubrim & Caletum. Dicitur etam à quibuſdam Fretum Britannicum.

¶ Fretum Gallipolitanum, *Deſtroit de Gallipoli*. Vide Helleſpontus.

Fretum Herculeum & Gaditanum Porthmos Græcis, *Plin.*
teſte Plinio, & Limen maris interni, Fretum Columnarum Straboni, Fretum Oceani Livio, Oſtium Oceani Floro, Fretum Iberum Auſonio, Fretum Hiſpanum Claudiano, Traiectum Au. Hirtio, *Eſtrecho de Gribraltar*, & *Stretto di Gibraltar*, maris anguſtia, inter Hiſpaniam & Mauritaniam Tingitanam 9. mill. paſſ. patens.

¶ Fretum Herculeum, *Deſtroit de Gibraltar* Gallis, *Stretto di Gibilterra* aliquando ab Italis dicitur; eſtq; inter Andaluziam provinciam Hiſpaniæ auſtraliorem & Mauritaniam Tingitanam, ſeu regnum Fezzanum. Eius longitudo eſt 12. leucarum Hiſpanicarum, latitudo verò quinque circiter.

¶ Fretum Hudſonis, *Deſtroit de Hudſons*, fretum Americæ ſeptentrionalis, inter terras arcticas ad Boream & Eſtotilandiam ad meridiem, ab Anglis detectum duce Henrico Hudſonio.

¶ Fretum Maereum, *Doſtroit de le Maire* Gallis, *Straet le Maire* Batavis, fretum Americæ meridionalis ad auſtrum terræ Ignium & freti Magellanici maximè extenſum, à Iacobo *le Maire* Batavo detectum anno 1616. A quibuſdam Hiſpanis dicitur Fretum S. Vincentii.

¶ Fretum Magellanicum, *Eſtrecho de Magellanes* Hiſpanis, *Deſtroit de Magellan* Gallis, fretum oblongum Americæ meridionalis, à Ferdinando Magellano Luſitano detectum anno 1520. inter terram ab ipſo Magellanicam dictam & terram Ignium. Tres habet anguſtias, eſtque tranſitu difficilis. Illud Hiſpani claudere voluerunt Anglis & Batavis magnis impenſis & arcibus in littore defixis, ſed irrito conatu.

¶ Fretum Malacenſe, *Deſtroit de Malacca* Gallis, *Straet van Malacca* Batavis, fretum Oceani Indici interpoſitum inter urbem & regnum Malaccam, in parte auſtrali peninſulæ Indiæ ultra Gangem & inſulam Sumatram, oblongum & ſatis amplum, ſic dictum ab urbe Malacca ei adiacente.

Fretum Mametinum, Hadriaticum, Oroſio, Siculum, *Strab.*
& Siciliæ Plinio, Ciceroni, Tacito, Rheginum etiam Straboni, Syllæum Athenæo, Traiectum Auſonio, anguſtia maris inter Italiam, & Siciliam quæ *Faro di Meſſina* nominatur.

¶ Fretum, Manarium, *Deſtroit de Manar* ſeu & *de Chilao*, fretum maris Indici inter Taprobanam ſeu Ceylanum inſulam & oram Piſcariæ, in parte auſtrali peninſulæ Indiæ cis Gangem, ſatis latum, & à Manaria inſula ei adiacente ſic dictum, vel etiam à Chilao urbe Ceylani.

¶ Fretum Manilhæ, *Eſtreco de Manilha* Hiſpanis, fretum Ocæani orientalis ſeu Indici in Philippinis inſulis inter partem auſtralem Luſoniæ inſulæ & Tendajam inſulam, ab urbe Manilha Luſoniæ, primaria ſic dictum.

¶ Fretum Mindoræ, *Eſtrecho de Mindora* Hiſpanis, fretum Oceani orientalis ſeu Indici, in inſulis Philippinis, inter partem occidentalem Luſoniæ, inſulæ & Mindoram inſulam & urbem.

Fretum Moſandani, *Deſtroit de Moſandan*, fretum ad fauces ſinus Perſici, contra Armuſiam urbem & inſulam, ſic dictum à promontorio cognomine ei adiacente in littore Arabiæ; eſtque ſatis anguſtum.

¶ Fretum Pictícum, *Pichtland* ſeu *Pentland Firth*, fretum inter Scotiam ſeptentrionalem & Orcades inſulas. Navigantibus eſt formidabile & periculoſum, neque niſi ſtatis temporibus, poſitis quanquam ventis, trajectui opportunum.

¶ Fretum Piecum, *Canal de Piecko*, fretum Aſiæ, in Oceano Eoo, inter inſulam terram Statuum dictam & partem terræ Eſonis, ab Hollandis detectum hiſce ultimis temporibus.

Fretum Ponticum: idem quod Boſporus Cimmerius.

¶ Fretum Sangaarium, *Deſtroit de Sangaar*, fretum ſupra partem Borealem Japoniæ, verſùs terram Eſonis, recens detectum. Dicitur *Zungaar* à quibuſdam ab oppido adjacente, in Japonia,

Fretum Siculum, *il Faro di Meſſina*, Siciliam à Calabria ulteriori dirimens. Vide fretum Mamertinum.

Fretum Sundæ *Straet van Sunda* Batavis, *Deſtroit de la Sonde* Gallis, fretum eſt maris Indici, prope Bantamum, Iovam inſulam à Sumatra ſeparans.

¶ Fretum Sundicum *le Sund* Gallis, *de Sund* ſeu *Oreſund* Danis, anguſtiæ maris Baltici, in Dania, inter Scaniam provinciam Sveciæ ad ortum & Zelandiam, inſulam Daniæ ad occaſum, ubi Regi Daniæ vectigal ſolvitur in ſingulos malos.

¶ Fretum Taphros, *le Bocche di Bonifacio* Italis, les *bouches de Bonifacio* Gallis, fretum inter Corſicam & Sardiniam prope Bonifacium oppidum Corſicæ. Dicitur etiam à Sardis & à Nautis tractus *le bocche di Beixonaire*. Vide Taphros.

¶ Fretum Vegatium, *Deſtroit de Weigats*, quod etiam *Deſtroit de Naſſu* dicitur ab Hollandis, eſt inter Novam Zemlam ad Boream & partem ſeptentrionalem Moſcoviæ & provinciam Obdoram ad auſtrum, inter fluvios Petzoram & Obyum, & per illud diu quæſitus fuit tranſitus in Sinas & in Japoniam.

¶ Fretum Uriæ, *Deſtroit d' Vries*, fretum eſt Aſiæ, in Oceano orientali, inter terram Eſonis ad ortum & terram Statuum ad occ. recens detectum à Batavis.

¶ Friberga, *Friberg*, urbs Germaniæ, in Franconia & in tractu Veteravia, olim Imperialis, nunc ſub dominio Electoris Moguntini. Deficit in dies; diſtatque 4. leucis à Francofurto in Boream Gieſſam versùs.

Friburgum, *Freiburg*, urbs gemina: una in Helvetiis, Bernæ finitima, paulò ſupra 2. leucis in occaſum diſtans à Salodoro in occaſum, nunc ex 13. Helveticis conventibus: altera in Germania magna, in Briſgoja regione, academia, & ſedes Epiſcopi Baſilienſis, à Baſilia 7. leuc. in ortum diſtans, à Rotovilla 5. in Bor. Alia item non obſcura in Miſnia, Annabergæ finitima ut in libro 7. Itinerarii:

Accipior lauta Friburga; & luce ſequenti
Occidua montem venimus, Anna, tuum.

¶ Friburgum, *Friburg*, urbs eſt Helvetiorum, ad Sanam fluvium. 4. leucis diſtat à Saloduro in auſtrum, & totidem à Lauſana in Boream; eſtque conventus Catholicus.

Script. Germ. Friburgum alterum, *Friburg* cognomento *en Briſgavv*, urbs eſt Briſgaviæ primaria, in colle, 3. leucis à Briſaco in ortum diſtans, 8. ab Argentina in auſtrum, 7. à Baſilea in Boream, & totidem à Rotuila in occaſum ſub dominio Auſtriacum: ibique reſidet Capitulum Baſileenſe, ſed non Epiſcopus. In Miſnia autem nullum eſt Friburgum, ſed tantùm Fridberga.

¶ Fricentum, *Fricento*, urbs parva Italiæ, in regno Neapolitano, & Principatu ulteriori, prope Tripaltum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad radices Apennini, & media ferè inter Beneventum & Compſam. Vide Frequentum.

¶ Fridberga, *Fridberg*, oppidum Germaniæ in Saxonia ſuperiori & in Miſnia provincia, ad Multam amnem, versùs montes Bohemiæ, 4. leucis à Miſna urbe in auſtrum. Fruſtra obſeſſum fuit à Svecis ultimo bello Germanico. Ibi ſunt Mauſolæa Ducum Electorum Saxoniæ.

¶ Friderica, *FrideriKs*, & *Fridericka*, urbs munita Americæ meridionalis, in Braſilia regione, in ora Gubernii Paraibæ, vulgò *Capitana de Paraiba*, versùs oſtia fluvii Paraibæ, antea ab Hollandis exſtructa, & poſtea expugnata à Luſitanis, quibus etiamnum ſubeſt cum toto tractu.

¶ Fridericoburgum, *Friderichsbourg*, caſtrum & palatium Regum Daniæ, in Zeelandia inſula. Vix. 3. leucis Danicis diſtat à Coronæburgo in occaſum, & 5. ab Hafnia in Circium, colloquio inter Reges Sveciæ & Daniæ celebre hiſce ultimis temporibus. Arx olim *Ebelholt* nomen geſſit, monaſteriumque S. Spiritus fuit, cujus Joannes Pariſienſis anno 1201. mortuus, & in Sanctorum numerum relatus, Abbas fuiſſe perhibetur. Fridericus II. Rex Daniæ arcem exſtruxit, quam Chriſtianus IV. ejus filius ſtatuis, picturis, ſimilibuſque artis operibus oxornavit.

¶ Fridericoburgum, *Friderichsbourg*, oppidulum tenue, cum arce munita Danorum recens exſtructa, in Guinea regione, & in ora Aurea, prope arcem Capitis Corſi. In cole ſedet.

¶ Fridericoſtadium, *Friderikſtadt*, urbs nova regni Norvegiæ, in ora ſinus Codani, in Præfectura Anslogana, & 30. leucis Germanicis ab Ansloga in auſtrum, ſub dominio Regis Daniæ.

Frigidus, *Vipao*, fluvius Japodum, in Carniola regione, cum oppido cognomine, inter Aquileiam 36. & Æmoniam in Boream & Cæciam 40. mill. paſſ. ubi Theodoſius Imperator Eugenium tyrannum vicit. Frigidus alter, fluvius Thuſciæ in agro Aretino, *Freddo* vulgò, à Tibullo memoratus libro 4. eleg. 8. A.

Atque Aretino Frigidus amnis agro.

Friniana, *Frignana*, regiuncula Italiæ, in Ducatu Mutinenſi, ad radices Apennini montis, ubi Seſtola oppidum præcipuum.

¶ Friſia, *la Friſe*, duplex eſt, una orientalis, Germaniæ Comitatus inſignis, qui & Embdanus à primaria urbe Embda dictus; alia occidentalis, Belgii confœderati provincia, quæ & Friſia propriè dicitur.

Friſiabones, populi Germaniæ, inter Helium & Flevum oſtia Rheni: quos *Waterlandt* partem Hollandiæ Borealem Friſiis conterminam incolere Ortelius non audet affirmare. P.

¶ Friſiabones populos fuiſſe in Hollandia Cluverius negat, creditque eſſe ipſos Friſios. Solus enim Plinius de his locutus eſt, & forſan errore Scriptoris. P.

Friſii, populi Germaniæ, ad Oceanum, inter oſtia Rheni, & Viſurgis fluviorum, incolentes; quorum alii maiores, alii minores appellantur. Illorum regio *Ooſtfrieſen*, id eſt, Friſia orientalis, horum *Weſtfrieſen* id eſt, Friſia occidentalis, dicitur. Friſiones Sigeberto & aliis poſterioribus dicuntur. P. T. P.

¶ Friſia occidentalis, ſeu, Friſia propria, vulgò *la Friſe occidentale* Gallis, provincia eſt Belgii fœderati. A ſeptentrione habet mare Germanicum, ab occidente ſeparatur ab Hollandia mari Auſtrino, ab oriente habet dominium Groningenſe, quo ſeparatur à Friſia orientali, & à meridie ei adiacet Drentia regiuncula, Tranſiſalaniæ pars. Ejus primaria eſt Leovardia. Notandum eſt Groningam & Damum non eſſe in Friſia propria, ſed in dominio, ſeu provincia Groningenſi.

¶ Friſia orientalis, *l. Oſt Friſe*, ſeu *la Friſe orientale* ſeu etiam *le Comtè d' Embden* provincia eſt Germaniæ in Weſtphalia, ſub dominio proprii Principis. Habet à ſeptentrione Oceanum Germanicum, ab oriente Comitatum Oldenburgenſem, à meridie epiſcopatum Monaſterienſem, & ab occidente ſeparatur à dominio Groningenſi Dullartio ſinu. Sedes Principis eſt Auricum, *Aurik*, cum Embda regionis primaria ſit in dominio Hollandorum. Sed notabis Javeriam, Oldemburgum, Rhydam, & Ovelgunam non eſſe ampliùs ſub dominio Principis Friſiæ orientalis, & Eſſenas, Ochtam, & Vitemundam eſſe tantùm oppidula.

Urbe Friſia orientalis:

Auricum, *Aurik*.
Embda, *Embden*, emporium & caput regionis.
Eſenæ, *Eſſens*.
Ieveria, *Iever*.
Norda, *Norden*.
Octha, *Oecht*.
Oldenburgum, *Oldenburg*, Comitatus.
Ovelguna, *Ovvelgun*.
Rhyda, *Rhyde*.
Stichuſa, *Stichuſen*.
Vitemunda, *Witemundt*.

Urbes Friſia Occidentalis:

Bolſuardum, *Boiſvvardt*.
Damum, *Dam*.
Docum, *Dorckum*.
Franicheria, *Franeker*.
* Groninga, *Groeningen*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajectino, primaria.
Harlinga, *Harlingen*.
* Leovardum ſeu Levardia, *Leeuvvarden*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Traiectino, conventus juridicus.
Stauria, *Staveren*.
Præter has, Hendilopia, Ilſtum, Sneca, Slota, & Vorcum oppidula.

¶ Friſia occidentalis, *Weſt Friſe*, dicitur etiam perſæpe Hollandia ſeptentrionalis ab ipſis Batavis, ut liquet ex Guicciardino, Hondio, & aliis. Eius urbes ſunt Hornia regionis caput, Alcmaria, Edamum, Enchuſa, Medemblicum, Monachodamum, & Purmerenda; eſtque inter Ocea-

Oceanum Germanicum, ad occaſum & mare Auſtriuum ad ortum.

Friſinga, *Freiſing*, urbs Vindeliciæ, in Bavaria, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, inter Monachium 8. & Laudshutam in Græciam 6. leucis ab Auguſta Vindelicorum paulò ſupra 8. in ortum, ad Moſacum fluvium non longè in Hiſaram labentem. Vide Fruxinum.

¶ Friſinga, *Freiſingen*, urbs eſt Bavariæ ſuperioris, 4. leucis à Monachio in Boream, & totidem à Landshuto. Africum, ſub dominio proprii Epiſcopi.

¶ Frislandiam, *Frisland*, inſulam eſſe peramplam Oceani ſeptentrionalis, versùs Groenlandiam, quidam ſcripſere; ſed quæ ſit, à quibus detecta, & quo anno, cui ſubiaceat, & quas habeat urbes, neque conſtat inter ipſos qui de illa ſcripſere, ita ut cum de ea nulla ſit mentio inter recentes, nec quidquam dicant nautæ Angli, Batavi, Dani & Galli, meliùs eſt dicere nullam eſſe inſulam Frislandiam dictam.

¶ Frislaria, *Fritzlar*, urbs Germaniæ, in Haſſia regione, ad Ederam fluvium, in ditione tamen Electoris Moguntini, 4. milliaribus à Caſſella in auſtrum Marpurgum versùs, à qua 8. leucis diſtat, & 4. à Zigenhemo in ſeptentrionem.

Frons Africæ, *Capo de Buona Speranza*, incolis *Zanguebar*, teſte Marmolio. Verùm cum à Plinio & Mela poſt Cornu Heſperium in ora occidentali maris Atlantici deſcribitur ab aliis *Capo verde*, incolis *Tagazza*, eſſe putatur. Priori tamen ſententiæ ſubſcribo, quod caput bonæ ſpei revera Frons eſt Africæ, cum ſit promontorium illius auſtraliſſimum.

¶ Frons Africæ omnibus eſt Caput bonæ ſpei, *Cap de bonne eſperance*, in Cafreria regione, non autem in Zanguebaria, quæ magis ad ortum extenditur.

Frons Aſiæ, ora Aſiæ orentalis, quæ Oceano Eoo alluitur.

Frons Galliæ, quæ Oceano ad occaſum expoſita eſt.

Frons Germaniæ, ea pars quæ Danubio adiacet.

Frons Hiſpaniæ, quæ Oceano occiduo obiecta eſt.

Frons Italiæ, ea pars Italiæ, quæ inter duo promontoria, Leucopetram, & Lacinium, in mare porrigitur.

Frontinianum, *Frontignan*, urbecula Galliæ, in Occitania provincia, ad lacum Lattaram, inter Agatam, & Montem Peſſulanum, cuius vina laudantur, aliàs Forum Domitii dicta, ut quibuſdam placet.

Fruſino, Fruſinum Straboni, Ptolemæo, & aliis, *Fraſelone*, urbs Latii olim epiſcopalis, nunc oppidum in Hernicis, in colle, poſt Ferentinum 6. mill. paſſ. ab urbe Roma Caſinum proficiſcentibus occurrens, apud Coſam fluvium, Verulo propinqua, Fruſinona colonia à Frontino dicta. Meminit illius Silius libr. 8.

Sueſſa, atque à duro Fruſino haud imbellis aratro.

Patria fuit Ormiſdæ & Silverii Summorum Pontificum. Phruſino, uti apud Græcos, legitur apud Palaut. in Captiv.

Fruſino *Fruſilone* dicitur; eſtque oppidum parvum in Campania Romana, inter Privernum ad auſtrum & Alatrium ad Boream, 44. milliaribus à Roma diſtans, versùs confinia regni Neapolitani.

Fruxinum *Freyſingen*, teſte Rhenano urbs Vindeliciæ, ad Hiſaram fluvium, in Bavaria, inter Auguſtam ad occaſum 8. & Landshutam ad ortum 6. ac inter Monachium ad auſtrum 8. & Ratiſponam ad Boream 11. leucis, in colle, apud Moſaci fluvii cum Hiſara confluentiam.

Fruxinum, ſeu Friſinga, *Freiſingen*, urbs eſt parva Bavariæ ſuperioris, ſed culta, ad Moſacum fluviolum 9. leucis diſtat à Ratisbona in auſtrum, & 4. à Monachio in Boream. Vide Friſinga.

Fucechius, *Lago di Fucechio*, lacus parvus Italiæ in Hetruria & in agro Florentino. Acaſtro Fucechio nomen habet. 5. milliaribus diſtat à Fano S. Miniati in Boream, & 10. à lacu Bientina in ortum.

Fucinus, *Lago di Celano*, & *Lago di Marſo*, ac etiam *di Tagliacozzo*, lacus Latii, in finibus Marſoſorum, ab oppidis circumſtantibus nominatus. Hinc Aqua Martia Romam perducta. Eius meminit Virgilius libro 7 Æneidos:

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda.

Fulcheria inſula, *Ghiara d' Adda*, regiuncula Cenomanorum, inter Abduam & Serium fluvios, apud Cremam urbem recentem, in Laudenſis, Bergomenſis, & Cremonenſis agri confinio.

Pars Prima.

¶ Fulcheria inſula, *Ghiera d' Adda*, regiuncula Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, inter Adduam fluvium ad occaſum, & confinia territorii Bergomenſis, & Serium fluvium ad ortum, ſeu inter Caſſanum & Caravaggium oppida. Ibi Veneti inſigni clade affecti fuere à Ludovico XII. Fracorum Rege iuxta vicum *Agniadello* dictum. Vide Addua Glarea.

Fulda, *Fuld*, urbs Germaniæ, cum fluvio cognomine, *Sceipo.*
à quo urbs nomen habet, in Franconiæ Haſſiæque con- *Germ.*
finio, inter Martisburgum ad occaſum 8. & Coburgum ad ortum 7. leuc. Fagiæ regionis caput, ac Abbatia celebris. Templum inſigne habet cum aurea rota, ut in libro 5. Itinerarii:

Nos Fuldam ingredimur, mirati templa rotamque
Auream, & Idea reſonantem ſiſtra Cybeles.

Fulda, *Fuld* incolis, *Fulde* Gallis, urbs eſt lepida Germaniæ, in Franconia, & in Buchovia tractu. Hinc etiam aliquando Buchovia dicitur; eſtque ſub dominio proprii Abbatis, qui Imperii eſt Princeps, & cui etiam ſubeſt tractus, adiacens ſatis extenſus, Buchovia dictus, *Stifft fuld*, inter Franconiam, cuius pars eſt, Haſſiam, & Thuringiam: ubi aliquot oppidula & plurimi pagi. Vrbs ipſa diſtat 12. milliaribus Germanicis à Coburgo in occaſum & 10. à Caſsela in auſtrum. In ea ineſt Abbatia totius Europæ, nedum Germaniæ præſtantiſſima.

¶ Fulgeriæ, ſeu Fulgerium *Fougeres* urbs Galliæ, in Britannia minori, ad amnem *Coeſnon*, aliàs munita, versùs confinia Normanniæ. 8. leucis diſtat ab Abrincis in meridiem, & totidem à Dola.

Fulſinium, ſeu Fulcinium, ut alii legunt, oppidum *Ptol.*
Curictæ, inſulæ Liburniæ adiacentis. Populi Fulcinates ſeu Fulginates apud Plinium *Weleka* dici videtur apud Vegiam, in ora auſtrali.

Fulſinium, Fulcinium Appiano, Fulginia Silio, *Foligno* *Cic.*
vel *Fuligno*, urbs Vmbriæ epiſcopalis ad Tiniam fluvium intermeantem, inter Peruſiam ad occaſum 18. & Spoletium in Eurum 15. mill. paſſ. licèt Appianus Alexandrinus illam à Peruſia 160. ſtadiis diſtare ſcribit. Populi Fulginates Plinio. Dè ea Silius libr. 8.

Inginum, patuloſque jacens ſine mœnibus arvos
Fulginia.

¶ Fullinium, ſeu Fulginium, *Foligno*, urbs eſt Parva Umbriæ, ſed culta, in valle, ad radices montis Apennini. 20. milliaribus diſtat à Peruſia in ortum, & 10. ab Aſſiſio; ſubeſtque dominio Pontificis.

Funchala, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ulyſſiponenſi, cum priùs eſſet metropolis Iunoniæ inſulæ, quæ Madera nominatur.

¶ Funchala, *Funchal*, urbs eſt epiſcopalis & caput Maderæ inſulæ Africæ, in Oceano Atlantico, in parte orientali inſulæ, ſub dominio Regis Portugalliæ, 140. leucis Hiſpanicis diſtat à Sacro promontorio in Africum & 90. ab ora Africæ in occaſum.

Fundanus Lacus, *Lago di Fondi*, in Latio, apud Fun- *Plin.*
dos urbem Tarracinam versùs, ferè hoc tempore exſic- *Tac.*
catus; ubi quoque mons Fundanus, *Montagna di Fondi*.

¶ Fundanus lacus ſatis imminutus ad quatuor milliaria extenditur versùs Fundos, & in mare Mediterraneum ſe exonerat prope confinia regni Neapolitani, ut ego pluries vidi dum illas partes luſtrarem anno 1667. & perſæpe non minùs ac Pomptinæ Paludes aquis reſtagnantibus & paluſtribus omnino repletur, ut ex ſummo monte Anxuris, nunc S. *Angelo*, inſpicenti liquidò apparet.

Fundi, *Fondi*, colonia & urbs epiſcopalis Latii, in re-
gni Neapolitani initio, primùm ex urbe Roma Nea- *Cic.*
polim proficiſcentibus occurrens, poſt Tarracinam 10. *Strab.*
mill. paſſ. media inter illam & Formias. Hinc Funda- *Mel.*
nus nomen gentis, & Fundana vina. Hanc memorat Silius libro 8.

Fundique, & regnata Lamo Caieta, domuſque.

¶ Fungeni, populi Africæ, in Æthiopia inferiori, versùs lacum *Zaire*. Subſunt imperio magni Macoci, teſte Iſaaco Voſſio.

¶ Fungia, *Fungie*, regnum Africæ, in Nubia regione quod aliter Bugitiæ regnum dicitur, versùs Nilum fluvium, teſte Voſſio.

¶ Furanium, *S. Eſtienne de Furens*, burgus Galliæ ampliſſimus, in Lugdunenſi Præfectura, & in Forenſi tractu,

ctu, ad Furanium amnem, ad radices collis, 2. leucis à Ligeri, & 10. à Lugduno in Africum diſtat. Illic eruitur maxima carbonis terreſtris copia. Dicitur etiam Fanum S. Stephani.

Vae Inſcri. Furconium, quaſi Forum Conæ, & Avia Ptolemæo, *Forcone*, urbs Veſtinorum olim epiſcopalis, exciſa, ex cuius ruinis & Amiterni coaluit Aquila urbs, inde 8. mill. paſſ. diſtans.

Scrip. Bel. Furnæ, *werne*, oppidum Belgii, in Flandria, apud oram littoralem inter Neoportum 2. & Bergas 4. leuc. ab Hypris urbe epiſcopali 6. in Boream

¶ Furnæ, *Furnes* Gallis, *Werne* Belgis, urbs Flandriæ parva, ſed culta & munita, vix una leuca ab ora littorali maris Germanici, amplam habens iuriſdictionem. Ter capta à Gallis, tandem ipſis remanſit pace ad Aquiſgranum confecta. 3. leucis diſtat à Dunquerca in ortum, Neoportum verſùs 2. & inter ipſam & Dunquercam victi fuere Hiſpani à Gallis anno 1658.

Plin. Fut, Phthut Ptolemæo, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, cum Phut oppido in ora littorali, inter Solis montem & Myſocaram portum in Oceanum Atlanticum ſeſe exonerans,

¶ Fuxium, *Foix*, urbs Galliæ in Occitania, aliàs munita, ad amnem *Lauriegue* dictum ad radices Pyrenæorum montium. Ab ea regio adiacens dicta fuit Fuxienſis Comitatus, *le Comtè de Foix*; hinc etiam domus Fuxienſis percelebris. In eo Comitatu ſunt etiam Apamæa, Taraſco, & Mirapincum. Vrbs ipſa Fuxium 6. leucis diſtat à confiniò Galliæ & à montibus Pyrenæis in Boream vix 3. ab Apamæa, & 11. à Toloſa in auſtrum.

G

GAas mons videtur pars Tribus Ephraim, in tractu cognomine, in Palæſtina, cum Torrente Saas dicto.

¶ Gaba, urbs Palæſtinæ in Tribu Zabulon, penes Carmelum montem, & prope fines Ptolemaidis, qua à Ptolemaide Cæſaream iter eſt. Gabala videtur Ptolemæi, & Gamala & Gaba Joſephi, teſte Sanſone.

Plin. Ptol. ¶ Gabaa, urbs Tribus Iudæ. In Palæſtina deſcribitur, inter Accaim & Thamna.

Strab. Plin. Gabala, *Gibel*, teſte Guillelmo Tyrio cum aliis, urbs Syriæ cavæ maritima, inter Laodiceam ad Boream 18. & Balanæas ad auſtrum 24. mill. paſſ. archiepiſcopalis ſub Antiocheno Patriarcha.

Gabales, Gabali Cæſari, populi & urbs Galliæ Aquitanicæ, Velaunis & Arvernis finitimi, quorum regio *Givaudan*, teſte Poldo, vel *Givaudan*, & urbs Mimatum *Mande* dicitur, epiſc. ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, inter Velaunos ad ortum & Ruthenos ad occaſum 5. leucis. * Gaballi Ptolemæo, Gabales vero Sidonio Apollinari carm. 24.

Tum terram Gabalum ſatis nivoſam.

* (in manuſcripto Seldeni Στυβαλοι.)

¶ Gabali populi fuere Galliæ, in Aquitania, nunc in Occitania, ubi provincia *le Givaudan* dicta, intra montes Cemenios, inter Velaunos & Helvios ad ortum, Ruthenos ad occaſum, & Alvernos ad Boream. Ibi primaria urbs Mimate ſeu Anderitum, vulgò *Mende*, ad Lotium amnem. 10. leucis diſtat à Fano S. Flori in auſtrum, 8. ab Anicio, & 13. à Rutena in ortum.

Plin. Gabalicus, pagus Galliæ Narbonenſis, in territorio Nemaſenſi, *Bagnolx* vel *Baignols* (non *Baulx*, ut apud Ortelium ſcribitur) inter Pontem S. Spiritus 4. & Nemauſum 10. leucis.

¶ Gabalicus pagus, in Occitania quid ſit, non conſtat. Quibuſdam eſt oppidulum *Bagnols*, ad amnem *Ceze*, una leuca à Rhodano fluvio, 2. à Ponte S. Spiritus in auſtrum, & 8. à Nemauſo in Boream. Sunt tamen qui credant Gabalicum pagum eſſe tractum ſeu provinciam *Givaudan* dictam, in Occitania, ubi aliàs Gabali populi.

Sidon. Gabalus, quæ & Gavalis poſterioribus, quibus etiam Gavalitana urbs & Mimatum, *Mande*, urbs epiſcopalis Galliæ Aquitanicæ, de qua ſupra (vide Gabales) inter S. Florum & Ruthenum urbes 5. leuc. cuius meminit Venantius libro 8.

Privatum Gabalus, Julianum Arvernus abundans.

Ubi Gabalus & Arvernus nomen gentis videntur.

Bibl. Gabaon, *Gabaa* etiam nunc, & *Garaandavid*, teſte Beniamino Tupelenſi, pagus Palæſtinæ, in Tribu Beniamin, inter Hieroſolymam & Machmas ad Boream, Saulis quoque à Saule Rege dictus. Meminit illiùs Sedul. libro 1.

Sol ſtetit ad Gabaon, mediique cacumine cœli.

¶ Gabaon urbs fuit Palæſtinæ, in colle, in ſecunda parte Tribus Beniamin, aliàs ampla, & una ex civitatibus Regalibus.

Gabara oppidum fuit Palæſtinæ, in Galilæa, amplum, teſte Ioſepho, apud Tiberiadem. Vereor ne pro Gadara Gabara ſcriptum ſit. Ioſe.

¶ Gabarus, *le Gave*, fluvius Galliæ, in Aquitania & in Benearniæ Principatu. Duplex eſt Gabarus Palenſis *le Gave de Pau*, oritur ex montibus Pyrenæis in Comitatu Bigerrenſi; deinde per Benearnum labens, Palum & Orteſinum rigat, & in Aturum ſe exonerat 4. leucis ſupra Baionam. Gabarus autem Oloronenſis, *le Grave di Oleron* ortus etiam ex Pyrenæis, Oloronem & Navarreſium rigat, deinde in Gabarum Palenſem cadit, & cum ipſo in Aturum fluv.

Gabe, Gabala Ptolomæo, urbs Phœnicis, inter Byblum & Cæſaream Philippi, quæ *Margath* à Tyrio nominatur: ſed hæc Marathus eſſe videtur. Vide Marathus. Pli

¶ Gabe, ſeu Gabala, urbs Syriæ, in ora littorali maris Syriaci, prope montem Anticaſſum. 40. milliaribus ab Antiochia in Africum, & totidem ab Antarado in Boream diſtat; ſed longè à Cæſarea Philippi, teſte Petro à Via.

Gabellus, poſterioribus Sicla, *Sechia*, teſte Carolo Sigonio, fluvius Galliæ Togatæ, Æmiliam ſecans, inter Mutinam & Regium urbes, quaſi in medio, apud Ruberiam arcem; ex Apennino monte in Padum influens, apud cœnobium S. Benedicti, agrum Mutinenſem à Regienſi ſeparat. P

Gabellus, fluvius, *Secchia*, oritur ex monte Apennino, deinde Saxuolum rigat; & inter Mutinam ad ortum & Rubieram ad occaſum labens, aliquot leucis infra in Padum ſe exonerat prope cœnobium S. Benedicti, in ditione Mantuana.

Gabieni, populi Liguriæ, quorum oppidum Gabienum, *Gabiano* apud Padum fluvium, Ducatu Montisferrati, inter Caſalenſem urbem & Vercellas apud Tridinum, inde 4. mill. paſſ. Taurinum verſùs. Aliis *Gabiano* Caſtra Gabieni dicuntur. P

¶ Gabieni populi fuere quorum oppidum Gabienum eſt *Gabiano*, in colle, 3. milliaribus infra Verrucam in ortum Tridinum verſùs, à quo diſtat 7. milliaribus, eſtque in confinio Pedemontii, non autem inter Caſalem & Vercellas.

Gabii colonia & urbs olim epiſcopalis Latii, antiqua, à Siculis condita, media inter urbem Romam & Præneſte, ad 12. mill. paſſ. utrinque diſtans (non 70. ab urbe Roma, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) ubi Columna poſtea oppidum fuit: non *Gallicano*, ut multis videtur; Gallicanum enim Præneſtæ proximum, non medium inter illam & Romam: neque *Zagarolo*, Gallicano proximum. Gabina urbs Ovidio, Gabini populi Plinio, Gabina via Livio. De Gabiis Horatius libro 2. epiſtola 1. I. I.

ſanxerunt fœdera Regum

Vel Gabiis, vel cum rigidis æquata Sabinis.

Hinc Gabinus nomen gentis ut apud Virgilium libro 7. Æneidos:

quique arva Gabina

Junonis, gelidumque Anienem & roſcida rivis

¶ Gabii urbs fuit Latii, 12. milliaribus à Roma in ortum; in via Præneſtina, ubi nunc locus *Campo Sabio* dictus, cum aliquot ruinis inter Columnam & montem Portium, caſtra Campaniæ Romanæ. Credit tamen Holſtenius Gabios fuiſſe haud longè à diverſorio paludis circa Oſam ſtuvium, in iis collibus ubi nunc Caſtelli S. Iuliani rudera conſpiciuntur, ad ſiniſtram viæ Præneſtinæ Roma euntibus Præneſtem.

¶ Gabinium, *Gabin*, urbs Poloniæ inferioris, inter Vvladislaviam & Warſoviam, ad amnem Bſuram, in Palatinatu Ravæ, 3. leucis Polonicis à Ploſco in auſtrum diſtat.

Gabiuſa porta, quæ & Gabina, & Metrodii porta, una ex portis urbis Romæ, nunc caluſa, inter Aſinariam & Latinam. Gabiuſa quoque aqua apud Romam & portam viamque Gabiuſam quæ nunc *Marona*, teſte Baccio, libro de thermis. v. 7.

¶ Gabiuſa porta urbis Romæ, quæ nunc clauſa; erat inter Portam Viminalem & Portam inter aggeres, longè

gè

gè à Latina & Aſinaria, ut multis refert Famianus Nardinus, & ut ego pluries vidi.

Gabrantonicorum portus, *Suerby*, teſte Camdeno, portus, & oppidum Albionis, in ora Angliæ orientali, apud Ocellum promontorium, inter oſtia Abi & Vedræ fluminum. Sed in codice Græco Ptolemæi Gabrantuicorum legitur.

Gabreta, Gabrita Ptolemæo, pars ſylvæ Bohemicæ ad occaſum, inter ipſam Bohemiam & Nortgojam divortia faciens, pars etiam Hercyniæ, ſicuti & Bohemica, *Frieſtettervvaldt*, teſte Lazio, inter Tetinam urbem Bohemiæ, & Sylvam Monachorum, oppidum Nortgoiæ.

Gabroſentum, *Gateshead*, teſte Gamdeno, oppidum Albionis, in Angliæ regno, in agro Dunelmenſi. (Camdeno eſt *Gateshead & Nevvcaſtle*.)

Gabrumagum, *Grobming*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus Norici, in Auſtria, in Carinthiæ confinio inter Candollicam ad auſtrum & Laureacum ad Boream 76. mill. paſſ.

Gabrumagum, ſeu Gabromagus, oppidum Norici, nunc, teſte Cluverio, eſt vicus *Heylige Kreutz* dictus, circa Caput fluvii *Krems*, in Auſtria inferiori, versùs montes.

Gad, urbs Palæſtinæ, in Tribu Gad, quæ *Niphas* hodie, teſte Beniamino Tudelenſi dicitur, exciſa, ac nunc vicus.

¶ Gad, una ex duodecim Tribubus Judææ, trans Jordanem fluvium. Habet ad Boream dimidiam partem Tribus Manaſſe, & ad auſtrum Tribum Ruben.

Gadara, Gadora Ptolemæo, Gadaris Straboni, Gaddara Plinio, urbs Palæſtinæ, in Cœleſyria, ad Geneſaram lacum, qui ab ipſa Gadarenus nominatur, teſte Strabone, proxima Tiberiadi, inde 60. ſtadiis, teſte Joſepho, à Scythopoli 16. mill. paſſ. diſtans: adhuc *Gadara* dicta, ſed exciſa, in ora lacus ad ortum.

¶ Gadara nunc *Gaddi* dicitur; ſedetque prope Gadaram amnem, ubi in lacum Geneſareth ſe exonerat, teſte Petro de Via.

Gaddir. Vide Gades.

Gadelonitis, regiuncula Cappadociæ occidua, juxta Halys fluvii oſtia.

¶ Gademeſſa, *Gademes*, regio Africæ, cum deſerto cognomine, in tractu Biledulgeridis, inter Fezzenum deſertum ad ortum & Guargalam ad occaſum. Habet etiam oppidum *Gademes* dictum, ad fontes fluvii Capſi.

Gades, Gadira Ptolemæo, quæ & Erythia Straboni, & Gaddir, ſive Gadir apud Pœnos, teſte Plinio, Cotinuſa olim, teſte Dionyſio, & Tarteſſos, teſte Strabone, *Cadiz* (non *Calizo*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) inſula Hiſpaniæ Bæticæ, proxima continenti, contra Cæſarianam & Portum Mneſthei, cum urbe epiſcopali ejuſdem nominis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, inde 19. leucis, à Tyriis condita, Colonia Romana, inter oſtia Bætis & Calpen, inde 12. leuc. à Cæſariana 2. longa 12. mill. paſſ. lata 3. licèt multò longior & latior apud Plinium & Stabonem legatur, & 75. mill. paſſ. à Calpe diſtare à Plinio ſcriptum ſit. De Gadibus Claudianus libro de victoria Stiliconis:

Secum cuncta trahens à Gadibus uſque Britannum.

¶ Gades inſula eſt parva Hiſpaniæ, in mari Oceano & in ora Andaluſiæ, ab oriente in occidentem extenſa per tres aut quatuor leucas, vulgò *Cadiz*, Anglis & Batavis *Calis Malis*, Italis autem *Cadice* dicta. Urbem habet cognominem parvam, ſed munitam, in parte occidentali inſulæ, cum arce, & portu capaciſſimo, ubi emporium celebre. 19. leucis Hiſpanicis diſtat ab Hiſpali in auſtrum, uti & 7 ab oſtio Bætis fluvii, & 15. à Calpe in Circium. Inſula autem jungitur continenti Ponte *la Puente de Suaco* dicto.

Gaditana Julia Colonia, ipſa Gadium urbs; hinc enim Gaditanus nomen gentis. Unde Gaditanus ſinus, *Golfo de las Yeguas*, teſte Ortelio, & Gaditanum fretum, idem cum freto Herculeo: (vide ibi) & Gaditani mores, Martialis, libro 6. epiſt. 71.

Et Gaditanis ludere docta modis.

Gadiva, *Aberfravv*, teſte Camdeno, oppidum Monæ inſulæ; olim regia, in ora, contra Northvvalliam.

Gæa, Pontia, & Miſunos, inſulæ parvæ Africæ, ad Syrtim majorem, quæ *Solocho*, teſte Ortelio dicuntur.

Gæſatæ, populi Galliæ Narbonenſis, circa Rhodanum fluvium incolentes, qui cum Senonibus in Italiam advenientes, Romam oppugnarunt, & circa Padum in Æmilia ſeu in Romandiola conſedere, teſte G. Merula. In Pannoniam quoque profecti, nomen tractui cuidam *Gayſavv*, teſte Lazio, reliquere.

Gæſum, fluvius, vel potiùs ſtagnum Joniæ, inter *Herod.* Prienen & Miletum, juxta Mæandrum fluvium, inter illum & Trogylium promontorium, Geſſus Plinio & Melæ.

Gætuli, populi Libyæ interioris, vagi, nullo certo *Plin.* loco conſidentes, teſte Silio, & Mela; qui propterea *Mel.* variis in locis deſcribuntur. A Plinio in Cæſarienſi *& al.* Mauritania, proximi Maſſæſylis, & alibi Autololes ab eo appellantur. Ptolemæus verò eos in Libya interiori apud Daras locat. Honorius inter Carthaginem, & Numidiam. Dionyſius Afer inter Marmarides, & Nigretes. De quibus Lucanus libro 4.

Autololes, Numidaque vagi, ſemperque paratus
Incultus Getulus equo.

Scribuntur autem Gætuli & Getuli.

Gage, fluvius Lyciæ, ubi Gagates lapis, qui inde *Plin.* nomen accipit, invenitur, teſte Plinio. In Theſauro Ling. Lat. etiam fluvius Gagates appellatur; quod tamen apud Plinium non habetur.

Gagecome, *Gaivo*, teſte Leunclavio, oppidum Phry- *Cedre* giæ magnæ.

¶ Gago, *Gago* regnum Africæ, in Nigritia regione inter Nigrum fluvium ad Boream, & Guineam ad auſtrum. Urbem primariam habet cognominem, ſed malè cultam, ubi ſedes Regis.

Gaja, fluviolus Hiſpaniæ Tarraconenſis, cujus aqua *Liv.* a Scipionibus foſſa ſpatio 16. mill. paſſ. perducta eſt, ut Livius teſtatur.

Gaitia, *Iaitza*, urbs Illyrici, Boſſinæ primaria, ferè *Facon.* media inter Ouporum Oppidum Liburniæ & Poſſegam urbem Boſſinæ ultra Saum fluvium. 10. leucis à Bagnaluca, ubi ſedes eſt Satrapæ Turcarum. 7. in Africum & Libonotum.

Gaitia meliùs dicitur Jaitia, *Jaycz*, & *Jaycza*, urbs Boſſiniæ inferioris, ad fluvium Plenam, in monte, cum caſtro permunito, versùs confinia Croatiæ. Diſtat 7. leucis à Bagnaluca in occaſum, & totidem à Vihitza in ortum. Vide Jaitia.

Galactophagi, qui & Galactopotæ, populi Sarmatiæ, *Hom.* circa Mæoticam paludem, inter Nomades incolentes: *Colun.* ſic à lacte, quo degunt, dicti.

Galacum, oppidum Albionis. Vide Calatum. *Ant.*

¶ Galæ, populi Africæ, in Æthiopia, majorem partem Abaſſiniæ occuparunt à centum propè annis; ſuntque inter regnum Abaſſenum & regnum Monemugi extenſi. Eis ſubſunt provinciæ, *Bali*, *Fategar*, *Doaro*, *Ogge*, *Bizamo*, *Oiſate*, *Angote*, *Cambate*, & aliquot aliæ, quæ prius ſuberant imperio Abaſſinorum, teſte Iſaaco Voſſio. Vocantur *Giaguas* à regni Congi incolis & à Luſitanis. Sed ſe ipſos vocant *Galas* ſeu *Imbangalas*; Regemque habent proprium, magnum Galam dictum, teſte Andrea Batelo Anglo. Sed de ejus urbibus & oppidis nulla mentio inter Scriptores.

Galapha, *Galafa*, teſte Marmolio, & *Garcis*, oppi- *Ptol.* dum Mauritaniæ, Tingitanæ, quod Gala Antonino dici videtur, ſeu Cala, à Ruſuccurro urbe maritima Cæſarienſi ad 394. mill. paſſ. interiùs diſtans.

Galatha, Calathe Ptolemæo, Calatha Antonino, ſive *Plin.* Galata, inſula maris Africi, à Tabraca urbe 32. mill. *Mel.* paſſ. cujus terra ſerpentes necat, teſte Plinio, & ſcorpiones, nomen retinet antiquum. Vide Calathe.

Galata item, Calata Ciceroni, Galeata Antonica, *Plin.* *Galati*, urbs Siciliæ mediterranea, inter Pactenſem urbem & Trajanopolim. Populi Galatani. Vide Calata.

¶ Galata, ſive Pera, *Pera*, urbs Thraciæ, ſeu verius ſuburbium Conſtantinopoleos, ubi Latini ferè omnes commorantur, in Boſphori ripa, primum à Genuenſibus culta.

Galathea, urbs Thraciæ, ubi tunica Domini noſtri Jeſu Chriſti diu aſſervata eſt, à Byzantio 150. mill. *Turo.* paſſ. diſtans, teſte Gregorio Turonenſi.

Galatia, urbs Campaniæ. (Vide Calatia) ſic à Si- *Sil.* lio dicta libro 11.

Iamque Atella tuas, jamque & Galatia abegit.

Galatia, *Chiangare* Caſtaldo, & Turcicè *Gelas*, teſte *Strab.* Leunclavio, provincia Aſiæ, quæ & Gallogræcia ſic *Plin.* à Gallis, (qui Galatæ à Græcis appellantur) eò pro- *Ptol.* fectis & commoratis, dicta, inter Bithyniam ad occa- *& al.*

ſum & Cappadociam ad ortum, cui Phrygia magna ad meridiem & Paphlagonia ad ſeptentrionem hærent. Populi Galatæ, Gallogræci, Tectoſagæ, & Toliſtobogi, ac etiam Trocmi. Urbes olim claræ, Ancyra, quæ hodie etiam præ ceteris floret, Satrapæ regionis ſedes, Germa, & Peſſinus. De Galatis Claudianus libr. 2. in Eutropium:

In Galatas, modò Bithynis incumbere fertur.

Ant. Galava, *Kellenton* teſte * Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Clanoventam 18. & Galacum 21. mill. paſſ. Mediolanum versùs. (* Camdenus dicit Gallanam Antonini eſſe *Walvvick*, in Northumbria.)

Gaſ. Galbæ Caſtra, *La Motte des Saraſins*, teſte Gabriele Simeone, vicus ſeu pagus Veragrorum, inter Agunum & Vicum ſancti Joannis, in Sabaudiæ & Valeſiæ confinio.

Liv. Galeagra, *Grela*, *Scala Græca*, teſte Aretio, locus Siciliæ apud Syracuſas juxta Portum Trogilorum.

Diod. Sil. Galeria, ſive Galaria, Galarina Stephano, Galerina Phavorino, *Gagliano*, teſte Aretio, oppidum Siciliæ mediterraneum.

Liv. & Vib. Seq. Galeſus, *Galaſo*, fluvius magnæ Græciæ, per agrum Tarentinum fluens, ac in ſinum Tarentinum à Tarento 5. mill. paſſ. deſinens. Cujus meminit Virgilius libro 4. Georgicorum:

Qua piger humectat flaventia culta Galeſus.

Galgala urbs fuit Palæſtinæ, apud Jordanem fluvium, & Macherunta caſtrum, Hierichonti etiam propinqua, inde 4. mill. paſſ. recedens in ortum.

Bibl. ¶ Galgala locus erat Palæſtinæ, prope Jordanem fluvium, & ubi poſt tranſitum Jordanis caſtramentati ſunt Iſraelitæ & Joſue, dum terram Chanaan ſibi vindicant, poſtea in Tribu Beniamin.

¶ Galibi, *Galibis*, populi Americæ meridionalis, in Guajana regione, versùs oram littoralem maris Borealis, inter Cajanam inſulam & fluvium Surinamum.

Strab. Plin. Galilæa, ſic vulgò, regio Palæſtinæ, inter oram maris Syrii ad occaſum, & Geneſaram lacum ad ortum, ac inter Samariam ad meridiem, & Cœleſyriam ad ſeptentrionem contenta; ſic à populis præ cæteris candore præditis dicta, teſte divo Iſidoro. De ea Sedul. lib. 4.

Cœperat interea Dominus, Galilæa per arva
Progrediens.

Et Jacobus Sannazarus libro 2.

Jam pridem, Galilæa, tuos emenſus, & imas
Carmeli valles.

¶ Galilæa, regio celeberrima, & quæ ſeptentrionalem obtinet totius Judææ partem, quatuor amplexa Tribus, Aſer nempe, Nephthalim, Zabulon, & Iſachar, quarum duæ primæ Phœnicibus & Syris intermixtæ, ſeptentrioni etiam & Jordanis fontibus viciniores, ſub Galilæa Gentium, ſeu, & meliùs, ſub Galilæa ſuperiori; reliquæ ſub inferiori ut plurimum intelliguntur. Totius fines ſunt à ſeptentrione Syria ſive Phœnicia, interjacente Libano, à meridie Samaria & Carmelus mons, ab oriente Jordanis fluvius, & ab occidente mare Magnum ſeu Mediterraneum. In ea Salvator noſter Jeſus Chriſtus conceptus, educatus, & ut plurimum converſatus, innumera miracula patravit.

Ptol. Galindæ, *Salinde*; ut videtur, populi Sarmatiæ Europææ, in Pruſſia.

Plin. Gallæci, Callaici Straboni & Ptolemæo, Gallicii Eutropio, *Gallegos*, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis extremi ad occaſum & Boream incolentes, quorum regio Gallæcia Plinio, *Gallicia* Italis & Hiſpanis: de qua Silius libro 3.

Flammarum, miſit dives Gallæcia pubem.

Hi in Theſauro Linguæ Latinæ finitimi Gallis (à quibus maximè diſtant) ſcribuntur.

¶ Gallæcia, *Galicia* Hiſpanis, *Galice* Gallis, pars eſt Hiſpaniæ maximè in occaſum extenſa, aliaſque titulo regni decorata. Habet ab occidente & ſeptentrione Oceanum Atlanticum, à meridie Portugalliam, & ab oriente Aſturias & regnum Legionis. Ejus primaria eſt Compoſtella, ſubeſtque tota dominio Regis Hiſpaniæ.

Urbes Gallæciæ.

Auria, *Orenſe*.
Bajona, *Bajone*.
Caronium, *Corunna*.
Flavium Brigantium, *Betanzos*.
Iria Flavia, *Padron*.
Compoſtella & Compoſtellum, *Sant Jago*, (ſeu, & meliùs, *Compoſtella*.)
Lucus, *Lugo*
Mindon, *Mondonnedo*.
Tude, *Tuy*.

¶ Gallæcia nova, *nueva Galizia*, provincia novæ Hiſpaniæ, in America Septentrionali, versùs mare Auſtrinum. Sub ipſa ſunt provinciæ Xaliſcum & Guadalaxara; & ejus primaria urbs Guadalaxara dicitur.

Gallera, ſive Gallora, ut alii codices habent, locus ſeu vicus Thuſciæ, inter urbem Romam & Bracenum occurrens, ad Galloram fluvium, ab urbe Roma ad 14. mill. paſſ. diſtans. Utrumque *Galera* dicitur. *Ant.*

Galleſium, *Galeſe*, olim Faliſca, urbs epiſcopalis Hetruriæ, inter Feſcennium & Hortam in Boream recedentem, ad 4. & 5. mill. paſſ. diſtans, apud Tiberim fluvium, cujus epiſcopatus epiſcopatui urbis Caſtellanæ hodie junctus eſt.

¶ Galleſium urbecula eſt provinciæ Patrimonii S. Petri, ſub dominio pontificio. Ducatus titulo nobilis eſt, eoque gaudet familia Altempſiorum.

Galleti, populi Galliæ Celticæ, in ora maris Britannici, inter Normandiam & Picardiam incolentes. Vide Galletæ, ſeu Caletæ & Caleti, *le pais de Caulx*. *Plin.*

Galleva Atrebatum, oppidum Albionis. Vide Galeva. *Ant.*

Galli, *Francois*, populi notiſſimi, *Franceſi* Italis. Habitabant in ea regione ubi nunc regnum Franciæ. *Caſ. & al.*

¶ Galli, populi Europæ notiſſimi, nunc Franci dicti, vulgò *Francois*, Hiſpanis *Franceſes*, Germanis *Franſman*, Italis *Franceſi*, & Turcis *Alfranques*, quo nomine dicuntur etiam omnes Europæi in Aſia.

Gallia, regio Europæ ampliſſima & notiſſima, Italis *Francia*, Anglis *France* appellata: quæ in duas primum dividitur, Ciſalpinam, (quæ Italiæ pars eſt, & Gallia Italica, ac Italia Gallica Appiano, Gallia citerior à Cæſare, Salluſtio, et Hirtio nominatur, inter Alpes, quibus à Tranſalpina diſcluditur, et mare Hadriaticum, quod inter Anconam et Timavum fluvium fluit, ac inter Apenninum montem et Alpes Rhæticas, et Julias ſeu Noricas contenta, ac in Ciſpadanam et Tranſpadanam apud Plinium diviſa) et Tranſalpinam, quæ in 4. (non in 3. ut in Theſauro Linguæ Latinæ) provincias diſtribuitur, Aquitaniam, Galliam Narbonenſem, Galliam Celticam ſive Lugdunenſem, et Galliam Belgicam. Aquitania apud Cæſarem Garumna fluvio à Narbonenſi et Celtica dividitur, ſed apud Plinium, Ptolemæum, et alios uſque ad Ligerim extenditur, Garumna fluvio in duas diviſa. *Caſ. Plin. & al. omnib.*

(*Gallia regio eſt Europæ ampliſſima & notiſſima. Duplex eſt, Ciſalpina nempe & Tranſalpina.*)

¶ Gallia Ciſalpina, quæ et Togata dicta, diviſa fuit in Ciſpadanam et Tranſpadanam. Gallia Ciſpadana vulgò nunc dicitur *Lombardia di qua del Po*, Italis, *Lombardie de deca le Po* Gallis, et Gallia Tranſpadana *Lombardia di la del Po*, Italis, *Lombardie de delà le Po* Gallis dicta. Dividuntur inter ſe flumine Pado. Galliæ Ciſpadanæ populi fuere Ligures, Anamani, Boii, Lingones, & Senones; Tranſpadanæ autem fuere Cenomani, Euganei, Inſubres, Orobii, Lepontii, Salaſſi, Libicii, Lævi, Taurini, et Seguſini. Hiſtri verò, Carni, et Veneti populi à quibuſdam Galliæ Tranſpadanæ accenſentur, et ab aliis omnino ab ea excluduntur, teſte Brietio. Eſt et Gallia Subalpina, quæ nunc Pedemontium dicitur; eſtque pars Galliæ Ciſalpinæ.

¶ Gallia vero Tranſalpina, quæ et propriè et verè Gallia eſt, nunc Francia dicitur, vulgò *la France*, uti etiam ab Anglis dicitur, Hiſpanis, & Italis *Francia*, Germanis *Frauckreich*, eſtque regnum Europæ potentiſſimum, de quo pluribus in voce Francia.

¶ Gallia Aquitanica continebat totum tractum, ubi nunc ſunt Aquitania vera ſeu Gujenna cis Garumnam, Vaſconia, Benearnia, Pictavia, Santonia, Petrocorium, Ruthenenſis provincia, Bituricenſis, Lemovicenſis, et Cadurcenſis, cum Alvernia.

Urbes Galliæ Aquitanicæ clariores:

Aginnum, Agen, *in Aginnenſi provincia.*
Albiga, Alby *in Occitania ſuperiori.*
Angeriacum, S. Jean d' Angely, *in Santonia.*
Anicium ſeu Podium, le Puy. *Vide Podium.*
Aquæ Tarbellicæ, Dax, *in Vaſconia.*
Aturus, Ayre, *in Vaſconia.*
Aureliacum, Orilhac, *in Alvernia.*
Auſcii, Auch, *in Arminiaco tractu.*

Ba-

Bajona, Bajone, in Vaſcitania.
Bergeratum, Bergerac, in Petrocoricenſi provincia.
Biturix, Bourges, in Bituricenſi provincia.
Blabia, Blaye, in Guienna.
Briva Curretia, Brive, in Lemovicis.
Broagium, Brovage, in Santonia.
Burdegala, Bordeaux, in Aquitania propria ſeu Gujenna.
Caduruum, Cahors, in Cadurcenſi provincia.
Caſtrum, Heraldi, Chaſtellerault, in Pictavia.
Claromons, Clermont, in Alvernia.
Condomum, Condom, in Condomenſi tractu.
Conſorani, S. Licer de Conſerans, in tractu cognomine.
Eluſa, Eauſe, in Arminiaco tractu.
Enguleſma, Angouleſme, in Engoliſmenſi provincia.
Exelodunum, Iſſoudun, in Bituricenſi provincia.
Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, S. Iean Piedeport, in Navarra inferiori.
Figeacum, Figeac, in Cadurcenſi provincia.
Floriopolis, S. Flour, In Alvernia.
Fontenaum, Fontenay le Comte, in Pictavia.
Fuxium, Foix, in Occitania.
Gueretum, Gueret, in Marchia.
Iſſuria, Iſſoire, in Alvernia.
Lactorium, Lectoure, in Arminiaco.
Laſcura, Leſcar, in Benearnia.
Lemovices, Limoges, in Lemovicenſi provincia.
Liburnia, Libourne, in Gujenna propria.
Lodunum, Loudun, in Pictavia.
Lumbarium, Lombez, (in Convenis.)
Lucionum, Lucon, in Pictavia.
Lugdunum Convenarum, S. Bertrand de Comminges, in Convenis.
Malleacum, Maillezais, in Pictavia.
Mimate, Mende, in Gabalis.
Mons Albanus, Montauban, in Cardurcenſi provincia.
Mons Martiani, Mont de Marſan, in Vaſconia propria.
Neracum, Nerac, in Vazatenſi provincia.
Navarreſium, Navarrins, in Benearnia.
Niortium, Niort, in Pictavia.
Olorona, Oleron, in Benearnia.
Palum, Pau, in Benearnia.
Pamiæ ſeu Apamia, Pamiers, in Occitania.
Petrocorium, Perigueux, in Petrocoricenſi tractu.
Pictavium, Poictiers, in Pictavia.
Podium ſeu Anicium, le Puy, in Velaunis.
Portus Santonum. Vide Rupella.
Rigodunum, Riom, in Alvernia.
Rivi, Rieux, in Occitania.
Rupella, la Rochelle, in Alnetenſi tractu.
Ruthena, Rhodez, in Ruthenenſi provincia.
Santones, Saintes, in Santonia.
Sarlatum, Sarlat, in Petrocoricenſi provincia.
Tarba, Tarbes, in Bigerrenſi regione.
Tutela, Tulle, in Lemovicenſi provincia.
Vabre, Vabres, in Ruthenenſi provincia.
Vaſatum, Bazas, in Vazatenſi provincia.
Vaurum, Lavaur, in Occitania.
Verdunum ad Garumnam, Verdun, in Gavrenſi tractu.
Villafranca Ruthenenſis, Villefranche de Rovergne, in Ruthenenſi provincia.
Uſarchia, Uſerche, in Lemovicenſi provincia.)

Celtica Ligeri, Sequana, Arari, fluviis, Oceanoque occiduo & Boreali terminatur, in 5. regiones partita; Burgundiam Ducatum, in qua Divio caput eſt; Franciam, in qua Lutetia; Normandiam, in qua Rothomagus; Britanniam minorem, in qua ſunt Rhedones; & Belſiam geminam, cis Ligerim, in qua ſunt Carnutes, Cenomani, & Andegavi, ac trans Ligerim, in qua Turones, Bituriges, & Aureliani.

¶ Gallia Celtica ſeu Lugdunenſis Ligeri, Sequana, Matrona, & Rhodano fluviis, & Vogeſo monte præter propter definiit Auguſtus. Tres enim primi fluvii tranſcenduntur pluribus in locis, & Caletæ, Meldæ, Pariſii, Tricaſſes, Lingones, Sequani fuere in Celtica, uti & Helvetii, ſed non Bituriges. Ibi nunc ſunt provinciæ Francia, Campania ex parte, Normannia, Britannia minor, Burgundia, Helvetii, Breſſia, Lugdunenſis, Nivernenſis, Belſia, Andes, Cœnomani, & Turones, teſtibus Sanſone & Brietio; quanquam Cluverius crediderit Helvetios fuiſſe in Gallia Belgica.

Vrbes Galliæ Celticæ clariores:

Abrincæ, Auranches, (in Normannia.)
Alenconium, Alencon, (in Normannia.)
Ambaſia, Amboiſe, (in Turonia.)
* Andegavi & Andes, Angers, (in Audegavia.)
Antiſiodorum, Auxerre, (in Burgundia.)
Auguſtodunum, quod & Hedua, Autun, (in Burgundia.)
* Aureliæ, & Aureliani, Orleans, (in Aurelianenſi provincia.)
(Auxona, Auſſone, in Burgundiæ Ducatu.)
Bajocæ, olim Bajocaſſes, Bajeux, (in Normannia.)
(Bellica, Belay, in Breſſia.)
Belna, Beaulne, (in Burgundia.)
Bleſæ, Blois, (in Bleſenſi tractu.)
Briocum, S. Brieu, (in Britannia minori.)
Brivates, Breſt, (in Britannia minori.)
(Burgus, Bourgen Breſſe, in Breſſia.)
Cabillonum, Chalon ſur Saone, (in Burgundia.)
Cadomus, quaſi domus Caii, Caen, (in Normannia.)
(Calidobeccum, Caudebec, in Normannia.)
Calvomontium, Chaumont en Baſſigny (in Campania.)
Carnutes, Chartres, (in Belſia.)
(Caroburgus, Cherbourg, in Normannia.)
Caſtilio, Chaſtillon ſur Seyne, in Burgundia.
Caſtrodunum, Chaſteau Dun, (in Belſia.)
Cenomani, le Mans. (in Cenomanis.)
Conſtantia Caſtra, Couſtances, (in Normannia.)
(Coriſopitum, Quimper, ſeu Qnimpercorentium, in Britannia minori.)
Deppa, Dieppe, (in Normannia)
Dinanium, Dinan, (in Britannia minori.)
* Divio, Diion, (in Burgundia.)
(Dola, Dole, in Comitatu Burgundiæ.)
Dolus ſeu Dolis, Dol, (in Britannia minori.)
(Drocum, Dreux, in Belſia.)
Ebroicæ, olim Eburovices, Evreux, (in Normannia.)
Falleſia, & Promontoriola, Falaiſe, (in Normannia.)
(Flexia la Fleche, in Andegavenſi provincia.)
Giſortium, Giſors, in Normannia.
Graium, Gray, in Comitatu Burgundiæ.
Juliobona, l'Isle bonne, (in Normannia.)
(Latiniacum, Lagny in Bria.)
Lauſanna, Lauſanne, in Helvetiis,
Leona, S. Pol de Leon, (in Britannia minori.)
Lexovii, Liſieux, (in Normannia.)
Lingonæ, veteribus Lingones, Langres, (in Campania.)
(Lochia, Loches, in Turonenſi provincia.)
Lugdunum, Lion, (in Lugdunenſi provincia.)
(Lutetia, Paris, in provincia Inſulæ Franciæ.
Maclovium, priùs Aletha, S. Malo, (in Britannia minori.)
Matiſcona, Maſcon, (in Burgundia.)
Mauritania, Mortaigne, (in Perticenſi provincia.)
(Meduana, Mayenne, in Cenomanis.)
Medunta, Mante, in Inſula Franciæ.
Meldæ, Meaux, in Bria.
Melodunum, Melun, (in Inſula Franciæ.)
Molinum, Molins, (in Borbonienſi provincia.)
Mons Argus, Montargis, (in Vaſtinio tractu.)
Mons Briſonis, Monbriſſon, (in Forenſi provincia.)
* Nannetes, Nantes, (in Britannia minori.)
Nivernæ, & Nivernum, Nevers, (in Nivernenſi provincia.)
(Nongentum, Nogent le Retrou, in Perticenſi provincia.)
Oſimi ſive Oſiſmii. Vide Trecorium.
Oximum Hyeſmes, (in Normannia.)
(Pons arcuenſis, Ponte de l'arche, in Normannia.)
Pontiſara, Pontoiſe, in provincia Inſulæ Franciæ.
Portus Graciæ, Haure de Grace, (in Normannia.)
Quinpercorentinum, oppidum Britanniæ præcipuum Oſiſmorum, Epiſcopi ſedes, Quimpercorentin. (Vide Coriſopitum.)
(Remorentinum, Remorentin, in Solonia tractu Aurelianenſis provinciæ.)
* Rhedonæ, veteribus Rhedones, Rennes, (in Britannia minori.)
(Rodumna, Rouanne, in Forenſi provincia.)
* Rohomagus, Roven, (in Normannia.)
Sagium & Sajum, ſeu Saii, olim Seſuvii, Seez, (in Normannia.)

(Sa-

(*Salinæ*, Salins, *in Comitatu Burgundiæ*.
Salmurium, Saumur, *in Andegavenſi provinciæ*.
Salodurum, Soleurre, *in Helvetiis*.
Senones, Sens, *in Burgundia*.
Tigurum, Zurich; *in Helvetiis*.
Trecæ, Troyes, *in Campania provincia.*)
Trecorium, olim Oſiſmi, *Treguier*, (in Britannia minori.)
* Turonæ, veteribus Turones, *Tours*, (in Turonia.
Veneti, & Venetia, *Vannes*, (in Britannia minori.)
(*Vernolium*, Vernevil, *in Normannia*.
Vernonium, Vernon, *in Normannia*.
Veſulum, Veſoul, *in Comitatu Burgundiæ*.
Veſuntio, Beſancon, *in Comitatu Burgundiæ.*)
Vindocinum, *Vendoſme*, (in Belſia.)
(*Vira*, Vire, *in Normannia.*)
Narbonenſis, quæ & Braccata, in 4. etiam diſpeſcitur; Occitanam, in qua Toloſa, Provinciam, in qua Aquæ Sextiæ, Delphinatum, in quo Granopolis, & Sabaudiam, in qua Cambericum.

Vrbes Galliæ Narbonenſis clariores:

Agatha & Agathopolis, *Agde*, (in Occitania.)
Alba Helviorum, quæ & Vivario, *Viviers*, (in Vivarienſi provincia.)
Anneſſiacum, *Anneſi*, (in Sabaudia.)
(*Annonæum*, Annonay, *in Vivarienſi tractu*.
Antipolis, Antibes, *in Provincia.*)
(*Aquæ mortuæ*, Aigues mortes, *in Occitania.*)
Apta, *Apte*, (in Provincia.)
* Aquæ Sextiæ, *Aix*, in Provincia.)
Arauſio, *Orange*, (in Provincia.)
Arelate & Arelatum, *Arles*, (in Provincia.)
* Avenio, *Avignon*, (in Provincia.)
(*Belloquadrum*, Beaucaire, *in Occitania.*)
Biteræ, *Beſiers*, (in Occitania inferiori.)
(*Brigantium*, Briancon, *in Delphinatu.*)
Cabellio, *Cavaillon*, (in Provincia.)
Carcaſo, *Carcaſſone*, (in Occitania.)
Carpentoracte, *Carpentras*, (in Provincia.)
Caſtra, *Caſtres*, (in Occitania ſuperiori.)
(*Caucoliberis*, Collioure, *in Comitatu Ruſcinonenſi*.
Civaro, *Chambery*, (in Sabaudia.)
(*Civitas*, la Cioutat, *in Provincia*.
Creſtidium, *ſeu Criſta Arnaldi*, le Creſt, *in Delphinatu.*)
Dea & Dia, *Die*, (in Delphinatu.)
Dinia, *Digne*, (in Provincia.)
(*Draguignanum*, Draguignan, *in Provincia.*)
Ebredunum, *Ambrun*, (in Delphinatu.)
Electa, *Aleth*, (in Occitania.)
(*Fanum S. Eutropii*, S. Tropez, *in Provincia.*)
Forum Jalium, *Frejus*, (in Provincia.)
(*Forum Neronis* Forcalquier, *in Provincia.*)
* Geneva, *Geneve*, (in confinio Sabaudiæ.)
Glandeva, *Glandeve*, (in Provincia.)
Granopolis & Gratianopolis, *Grenoble*, (in Delphinatu.)
Graſſa, olim Griniacum, *Graſſe*, (in Provincia.)
(*Helena*, Elne, *in Comitatu Ruſcinonenſi.*)
Helvii. Vide Alba Helviorum.
(*Limoſum*, Limoux, *in Occitania.*)
Luteva, *Lodeſve*, (in Occitania.)
Magalone, *Maguelone*, (in Occitania.)
(*Maritima*, Martueges, *in Provincia.*)
Maſſilia, *Marſeille*, (in Provincia)
Mauriana, *S. Jean de Maurienne*, (in Sabaudia.)
(*Monmelianum*, Monmelian, *in Sabaudia.*)
Mons Peſſulanus, *Montpellier*, (in Occitania inferiori.)
(*Montilium Audemari*, Montelimart, *in Delphinatu.*)
* Narbo, *Narbonne*, (in Occitania.)
* Nemauſus, *Niſmes*, (in Occitania.)
Nicæa, *Nice en Provence*, (aliàs in Provincia.)
Papuli Fanum, *S. Papoul*, (in Occitania ſuperiori.)
(*Perpinianum*, Perpignan, *in Comitatu Ruſcinonenſi*.
Piſcenæ, Pezenas, *in Occitania inferiori.*)
Pons S. Spiritus, Pont S. Eſpirit, *in Occitania inferiori*.
Pontiopolis, olim Thermæ, *S. Pons de Tomiers*, (in Occitania inferiori.)
Regium, *Riez*, (in Provincia.)
(*Romanum*, Romans, *in Delphinatu.*)
Sanicium & Sanecia, *Senez*, (in Provincia.)
Siſtarica, *Ciſteron*, (in Provincia.)
Tarantaſia, *Mouſtier en Tarentaiſe*, (in Sabaudia.)
(*Taraſco*, Taraſcon, *in Provincia.*)
Telo & Telona, *Toulon*, (in Provincia.)
* Toloſa, *Tholouſe*, (in Occitania ſuperiori.)
Tricaſtra, *S. Paul de trois Chaſteaux*, (in Delphinatu.)
(*Tunonium*, Tonon, *in Sabaudia*.
Turnonium, Tournon, *in Vivarienſi tractu*.
Valentia, Valence, *in Delphinatu.*)
Vapingum, *Gap*, (in Delphinatu.)
Vaſio, *Vaiſon*, (in Provincia.)
Vencia, *Vence*, (in Provincia.)
(*Vienna*, Vienne, *in Delphinatu.*)
Vivarium, ſeu Alba Helviorum, *Viviers*, (in Vivarienſi tractu.)
Vtica, *Vſez*, (in Occitania.)
Belgica, cæteris major, Sequana, Arari, ad occaſum ex parte, Rhodano ad meridiem, Rheno ad ortum, Oceano ad Boream terminata, in plures dividitur: Picardiam, Belgium, Auſtraſiam, Campaniam, Burgundiam Comitatum, Germaniam ſuperiorem, in qua Helvetia, Alſatia, & Palatinatus, & Germaniam inferiorem, in qua Trevirenſes, Colonienſes, Juliacenſes, & Clivenſes. Ex quibus Aquitania & Celtica in regno Gallico totæ continentur: Narbanenſis verò non tota, cum Comitatus Venuſinus ſive Avenionenſis Summo Pontifici, Principatus Auraſicenſis ſive Arauſionenſis proprio Principi, & Sabaudia proprie Duci pareant. Belgicæ minor portio Galliæ Regi ſubjecta eſt, Picardia, & Campania. Belgium (in quo 17. regiones, numerantur) Regi Hiſpano ſubeſt, una cum Burgundiæ Comitatu. Auſtraſia proprium habet Ducem. Helvetia in 13. conventus liberos dividitur. Alſatia magna ex parte Auſtriacorum Principum eſt, ex parte libera, & ex parte Epiſcopi eſt Argentoratenſis, Palatinatus Comitis Electoris eſt. Trevirenſes ſuo ſubduntur Archiepiſcopo. Colonienſes ſunt liberi. Juliacenſes & Clivenſes proprio parent Duci. Leodienſes, qui ad Belgium pertinent, multis oppidis proprium Epiſcopum dominum agnoſcunt. In tota Gallia, quæ Regi Gallio paret, archiepiſcopatus 15. ſunt, epiſcopatus 104.

¶ Gallia Belgica cæteris non eſt major. Terminatur ab oriente Rheno fluvio, à ſeptentrione partim Rheno, partim Oceano Germanico, ab occaſu mari Britannico & Gallia Celtica, à qua etiam terminatur in auſtrum. Nunc in plures provincias dividitur, nempe in Picardiam, Campaniam ex parte, Lotharingiam, Alſatiam, Germaniam cis Rhenum, & partem auſtralem Belgii, quæ partim Regi Franciæ, partim Regi Hiſpaniæ, ſubeſt. Belgium enim versùs Boream, fuit ſub Germania comprehenſum. Ex his partibus.

Gallia Aquitanica toti Regi Franciæ ſubeſt, uti & Gallia Narbonenſis, excepta Sabaudia, & Gallia Celtica, ſeu Lugdunenſis, exceptis Helvetiis & Sequanis; & ex Gallia Belgica, major pars ipſius imperio ſubeſt nempe Picardia, Campania, Alſatia, Arteſia, pars Flandriæ, & Hannoniæ, cum parte Lotharingiæ. Colonienſes autem, Trevirenſes, Clivenſes, Juliacenſes, & Leodienſes ſunt in Germania, & propriis parent Principibus; Altera verò pars Belgii auſtralis Hiſpanum agnoſcit dominium, dempta tantùm aliqua parte, quæ ſubeſt dominio Hollandorum.

Vrbes Galliæ Belgicæ, clariores nunc ſunt:

(*Abbavilla*, Abbeville, *in Picardia.*)
Ambiani & Ambianum, *Amiens*, (in Picardia.)
(*Atrebatum*, Arras, *in Arteſia*.
Avenna, Aveſne, *in Hannonia*.)
Auguſta Veromanduorum, olim epiſc. nunc Abbatia, *Vermand*, (in Picardia.)
(*Barrum Ducium*, Barle Duc, *in Barenſi Ducatu.*)
* Bellovaci, *Beauvais*, (in inſula Franciæ.)
(*Bethunia*, Bethune, *in Hannonia.*)
* Bononia, *Bologne*, (in Picardia.)
(*Caletum*, Calais, *in Picardia*.
Caropolis, Charleville, *in Campania.*)
Catalauni, *Chalons ſur Marne*, (in Campania.)
Compendium, *Compiegne*, (in Inſula Franciæ.)
(*Corbia*, Corbie, *in Picardia*.

Cor-

(*Corbia*, Corbie, *in Picardia.*
Cortracum, Courtray, *in Flandria.*
Duacum, Dovay, *in Flandria.*
Dunquerca, Dunquerque, *in Flandria.*)
Durocottorum. Vide Rhemi.
(*Fara*, la Fere, *in Picardia.*
Furnæ, Furnes, *in Flandria.*
Gravelinga, Gravelines, *in Flandria.*)
Guiſia ſeu Giſia, *Guiſe*, (in Picardia.)
(*Hamum*, Ham, *in Picardia.*
Hedinum, Hedin, *in Arteſia.*)
Ianvilla, *Ioinville*, (in Campania.)
(*Inſula*, Lisle, *in Flandria.*)
Laudunum, *Laon*, (in Inſula Franciæ.)
(*Maceria*, Maiſieres, *in Campania.*
Marſalium, Marſal, *in Lotharingia.*)
* Metæ, olim Mediomatrices, *Metz*, (in Lotharingia.)
(*Mons S. Vinoci*, Vinoxbergue, *in Flandria.*
Monſtrolium, Montrevil, *in Picardia.*
Moſomium, Mouſon, *in Campania.*)
* Nancæjum, *Nancy*, (in Lotharingia.)
Noviodunum & Noviomum, *Noyon*, (in provincia Inſulæ Franciæ.)
(*Perona*, Perone, *in Picardla.*)
Quinctinopolis, *S. Quentin*, (in Picardia.)
(*Retelium*, Retel, *in Campania.*)
* Rhemi, quæ & Durocottorum, *Reims*, (in Campania.)
Sedanum, *Sedan*, (in Campania.)
Silvanecti & Silvanectum, *Senlis*, (in Inſula Franciæ.)
Sueſſionæ, veteribus Sueſſiones. *Soiſſons* (in Inſula Franciæ.)
(*Theodonis villa*, Thionville, *in Ducatu Luxemburgico.*
Tornacum, Tournay, *in Flandria.*)
* Tullum, *Toul*, (in Lotharingia.)
Virodunum, *Verdun*, (in Lotharingia.)

(*Gallia Braccata eadem fuit qua Narbonenſis.*)

Gallia Comata, eadem cum Tranſalpina.

(*Gallia Comata in tres partes diviſa fuit, in Aquitanicam, Belgicam, & Celticam.*)

Gallia Novempopulana vel Novempopulonia, pars Aquitaniæ, inter Garumnam fluvium, montes Pyreneos & Oceanum contenta, ſic à novem populis in illa præcipuis dicta, vulgò *la Guaſcogna Gaſcoigne.*

Gallia Subalpina, pars Ciſalpinæ Alpibus ſubjecta, quæ regio Pedemontana, & principatus Pedemontanus dicitur, vulgò *Piedmont*; in qua Auguſta Taurinorum, conventus juridicus, & ſedes Principis, qui Sabaudiæ Dux eſt, ibi reſidens, cùm principatus longè major, magiſque Sabaudia excultus ſit.

Vrbes Galliæ Subalpinæ, id eſt, principatus Pedemontani:

* Aſta, *Aſti.*	Eporedia, *Jurea.*
* Auguſta Taurinorum, *Turino.*	Foſſanum, *Foſſano.*
	* Mons Vici, *Mondovi.*
Auguſta Prætoria. *Aoſta.*	Salutiæ, *Saluzzo.*
	* Vercellæ, *Vercelll.*

Gallia Togata, pars Galliæ Ciſalpinæ, à Placentia Anconam uſque protenſa, (licèt alii alios terminos faciant) in qua Emilia & pars Umbriæ, in ora Senonum, Hadriatico mari expoſita, inter Apenninum montem ad meridiem & padum fluvium ad Boream perſtricta. De Gallia inter alios Juvenalis ſatira 15.

Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos.

Hinc Gallicus nomen gentis. Ovidius libro 4. faſt.

Cur igitur Gallos, qui ſe excidere, vocamus,
Cum tantùm à Phrygia Gallica diſtet humus?

Galliani ſaltus, qui & Aquinates, teſte Plinio, *Galeata* pagus Æmiliæ, in agro Forolivienſi Meldulæ oppido & Civitellæ oppidulo ad 2. mill. paſſ. vicinus.

Gallica Flavia. Vide Flavia Gallica.

Gallicæ paludes, quæ & Stagna Hadriatica, *Lagune di Venetia*, intimus maris Hadriatici receſſus, apud Venetam urbem, quæ intra illas condita, ab omni hoſtili invaſione tuta eſt.

Gallicanus mons, Gallicanus ſaltus Ciceroni, mons Campaniæ, idem cum Maſſico & Gauro, teſte Blondo cum aliis, (cum pago, qui *Caſcano* dicitur) Sueſſæ urbi finitimus, *Garro* hodie, inter Sueſſam, & Sinueſſam urbes.

¶ Gallicum fretum, *pas de Calais* Gallis, *Theſtreight of Calis* Anglis, *de Hoofden* Belgis, fretum eſt inter

Galliam & Angliam, 6. leucis Gallicis latum, nempè inter Iccium portum, *Wiſſan*, & Dubrim. Dicitur etiam fretum Morinorum, & mare Germanicum ſeparata à Britannico. Vide Fretum Gallicum.

Gallicum, oppidum & fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Aragonia, Oppidum idem eſt cum Gallica Flavia: fluvius *Gallego* nominatur, in Iberum influens inter Cæſarauguſtam & Oſicerdam. *Ant.*

¶ Gallicum oppidum quid ſit, non conſtat: Si idem cum Gallica Flavia, eſt *Fraga*; ſi Forum Gallorum, eſt *Zuera* ſeu *Gurrea*, ſeu *Luna*. Vide ibi. Gallicus autem fluvius quibuſdam eſt *Gallego*; qui ortus ex Pyrenæis montibus, in Iberim fluvium ſe exonerat juxta Cæſarauguſtam.

Gallicum mare, quod Galliam Nàrbonenſem alluit, inter Ibericum ſeu Balearicum, & Liguſticum, teſte Plinio. *Plin.*

¶ Gallicum mare dicitur nunc ſinus Leoninus ſeu Lugdunenſis, *le Golfe de Lyon*, Italis *Golfo di Lione*; eſtque pars maris Mediterranei, inter Liguriam ad ortum & Cataloniam ad occaſum, nautis formidabilis. Ejus autem pars orientalis dicitur *mer de Provence*, versùs oram littoralem provinciæ.

Gallicus Oceanus, mare quod Galliam Celticam & Aquitanicam alluit, inter Britanniam & Cantabricum, ſeu inter oſtia Sequanæ, & Pyrenen promontorium. *Plin.*

Gallicus ſinus, Salſus Melæ, mare inter Templum Veneris, ſive Aphrodiſium, Pyrenæi montis promontorium, in Hiſpaniæ Galliæque confinio & Narbonenſis. *Strab.*

Gallinaria inſula, *Iſola d' Albenga*, inſula parva Liguriæ, apud Albigaunum urbem maris Liguſtici, non Tuſci, ut malè ſcribit Ortelius. *Varr. Colu. & al.*

¶ Gallinaria inſula, *l' Iſolotto d' Albenga*, parva eſt admodum, & veriùs ſcopulus, in ora occidentali Liguriæ, prope & ante Albingaunum, cum turri tantùm, ut ego pluries vidi.

Gallinaria ſylva, *la Peneta di Patria*, teſte Sanfelicio, nemus Campaniæ apud Cumas, inter eas & Liternum: quam falsò quidam Triviæ lucum eſſe putant. *Cic. Strab.*

¶ Gallindæ, populi Germano-Sarmatiæ, & Venedorum pars, Sanſone teſte, inter Venedos proprios & Agathiſeos. Aliis ſunt Galindæ.

¶ Gallio, *Gaillon*, caſtrum Galliæ, in Normannia provincia, verſus Sequanam fluvium, ubi Cartuſia nobilis Borbonia dicta, & peramœnus Archiepiſcopi Rothomagenſis ſeceſſus, in caſtro ſplendido, à Georgio Cardinali Ambaſiano excitato, ad radices collis, 5. leucis ab Ebroico in ortum & 7. ſupra Rothomagum in auſtrum.

Gallipidæ, populi Sarmatiæ, inter Hypanim & Boriſthenem fluvios, in quibus Exampeus locus, fons & fluvius, qui amaras ſuas aquas in Hypanim evomit, fluviùmque dulciſſimum reddit, teſte Sanſone.

Gallipolis, Callipolis Melæ, *Gallipoli*, urbs Salentinorum maritima, (non magnæ Gæciæ, ut ſcribit Ortelius) epiſc. ſub Archiepiſcopo Hydruntino, inde 30. mill. paſſ. in Auſtro libycum, in ora, inter Tarentum 50. & Iapygium promontorium in ortum 30. in peninſula, muniſſima, & ab aggreſſionibus tuta. *Plin. Mel.*

Gallitæ, *Ghileſtre*, populi & oppidum Alpium maritimarum, ubi Cottiæ incipiunt, in Delphinatu, ad Druentiam fluvium, Ebreduno urbi finitimum 3. leuc. in ortum diſtans, à Brigantio 8. *Plin.*

¶ Galliva, ſeu Duaca, *Galvvay* Anglis, *Galliva* incolis, urbs Hiberniæ, in Connacia provincia, Comitatus Gallivenſis caput, ad Auſobæ fluvii æſtuarium *Bay of Galvvay*, ubi lacus *Garble* in illud ſe exonerat, eſtque ſatis munita, & emporium celebre.

¶ Gallivenſis Comitatus pars eſt Connaciæ regionis Hiberniæ, in ejus parte occidentali, vulgò *Countie of Galvvay*; habetque ad ortum Sineum fluvium, ad Septentrionem Majum Comitatum, ad auſtrum Comitatum Clarenſem, ab occaſu autem clauditur Oceano; eſtque mirè feſtilis. Ejus caput eſt Galliva.

Gallogræci, populi Aſiæ, qui Galatæ Græcis dicuntur: quorum regio Galatia, & Gallogræcia, eadem cum Galatia, teſte Strabone. *Liv. Floro.*

Galloligures, populi Galliæ Narbonenſis, quorum regio *la Provence* nominatur, qui inter Ligures vicinos ſunt & Gallos. Tametſi Provincia magis pateat quàm Galloligures. *Strab*

Vet. Trad.
Gallorum Area, *Gallera*, & *Callerato*, oppidum amplum Inſubriæ, ſine mænibus, in agro Mediolanenſi, à Mediolano 24. mill. paſſ. Sextum versùs & egreſſum Ticini fluvii ex lacu Verbano, quod & Glareatum Latinè dicitur.

Script. Scot.
Gallovidia, *Gallovvay*, regio Scotiæ, in ora occidua, ubi Victoria oppidum & Caſa Candida urbs epiſcopalis.

¶ Gallovidia, ſeu Galdia *Gallovvay*, Provincia eſt Scotiæ, in ora occidua, ubi incipit meridionalis, è regione Hiberniæ & Monedæ inſulæ, à quibus tantùm 15. milliaribus Scoticis diſtat. Ubi urbs præcipua Caſa Candida, *Withera*, & Wigthonium oppidum, & in eo tractu fuere antea Novantæ. Terminatur autem à meridie mari Hibernico, ab occaſu æſtuario Glottæ, à ſeptentrione Caricta & Kila, & ab oriente Nithia; extenditurque ab ortu in occaſum ad 60. mill. paſſus & ad occaſum anguſto Iſthmo continenti adnectitur peninſula, quæ hodiè *The mull of Gallovvay*, hoc eſt, roſtrum Gallovidiæ appellatur, aliàs Novantum Cherſoneſus.

Strab.
Gallus, *Garippo*, teſte Plinio, fluvius Bithiniæ ingens ex Celænis montibus Phrigiæ magnæ oriens, Peſſinuntemque urbem alluens, atque in Sangarium, teſte Martiano Capella, labens. De quo Ovidius libro 4. faſt.

Inter, ait, viridem Cybelen altaſque Celænas,
Amnis it inſana, nomine Gallus, aqua.

Illius aquæ largè potæ in furorem vertere feruntur; parcè vero ſanitatem conſerre.

Ptol.
Galorum, *Garipo*, ſi fides eſt Moletio, oppidum Paphlagoniæ, in ora maris Euxini, inter Sinopen & Amiſum, apud Halys fluvii oſtia.

Plin. Steph. & al.
Gamala, Gamela Joſepho, quæ & Cedar, (quæ etiam Camela legitur) urbs fuit Palæſtinæ, in Gaulanitide regione, ad lacum Senechonitidem, contra Tharichæas, à terra abſorpta, teſte Plinio.

Plin.
Gamala altera, In Cæleſyria. Vide Gabala, eadem enim putatur.

Ptol.
* Gamanodurum, *Gamartingen*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Bavaria & tractu Salisburgenſi. (* Ptolemæo Γαυανοδυρον. In manuſcripto Seldeni Γαυανοδυρον.)

¶ Gamanodurum quibuſdam eſt *Lamerding*, oppidulum Salisburgenſis ditionis, ad fontes fluvii *Ens*, in confinio auſtriæ. Aliis eſt *Judenburg*, oppidum Stiriæ ſuperioris, ad Muram amnem.

Script. Brit.
Gamapius vicus, *Genape*, teſte Ortelio, pagus Belgii, in Ducatu Brabantiæ, apud Nivigellam oppidum, inde leuca 1. Gamlacum verſus 6. diſtans. De quo in vita S. Eligii Epiſcopi fit mentio.

Gamapius vicus, *Genape*, caſtrum eſt ſatis munitum Brabantiæ, ad fontes Dilæ fluvii, 2. leucis à Nivigella in ortum, & 3. à Gemblaco in occaſum, 5. autem à Bruxellis in auſtrum; captumque fuit à Gallis anno 1668. ſed poſtea redditum.

Aimo.
Gamaringa, *Gemar*, teſte B. Rhenano, pagus Alſatiæ, in Germania ſuperiori apud Seleſtadium urbem: cujus fit mentio in diplomate Caroli Magni.

¶ Gambia, *Gambia*, fluvius eſt notiſſimus Africæ, in Nigritia regione, ſeu verius unus ex tribus ramis præcipuis Nigri fluvii, versùs promontorium Viride in oceanum Atlanticum ſe exonerans. Ei adjacet regnum Gambea dictum, longe ab ora in ortum.

Tac.
Gambrivii, Gamabriuni Straboni, populi Germaniæ, quorum urbs Hamburgum, teſte Peucero cum Junio, eſt, urbs ampliſſima Saxoniæ, ad Albim fluvium, in Holſatiæ confinio, à Lubeca 10. leucis in occaſum, altero Saxoniæ emporio. Sed id potiùs conjectura quam argumento certo aſſeritur.

Vet. Trad.
Gamundium, quaſi gaudium mundi, *Caſtellaccio*, teſte Merula, vel *Caſtellazzo*, oppidum amplum Liguriæ, in agro Alexandrino, apud Bormiam fluvium, ab Alexandria 4. mill. paſſ. diſtans, unus ex 4. locis ex quibus Alexandria urbs coaluit.

¶ Ganacia, *la Ganache*, oppidum Galliæ, in provincia Pictavienſi inferiori, in confinio Britanniæ minoris, & 3. leucis ab ora littorali Oceani, Aquitanici, diſtans in ortum.

Ganda, poſtea Gandavium, & olim ex veteri inſcriptione Clarinea, *Gent*, & Italis *Gant*, urbs maxima Belgii, Flandriæ primaria, Lyſa fluvio intermeante, Caroli V. Imperatoris natale ſolum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Machlinienſi, unde, & ab Antuerpia, & Bruxellis, & Metelburgo, 10. leucis abeſt, à littore 4. Populi Gorduni, teſte Jacobo Meyero. 12. mill. paſſ. ambitu patet, 20. pontibus conſtans.

¶ Gandavum, vulgo *Ghendt*, Gallis *Gand*, Hiſpanis & Italis *Gante*, urbs eſt Flandriæ caput, ad Scaldim fluvium, qui inibi Liſam recipit. Urbs eſt ampliſſima ſed immenſa in urbe ſunt ſpatia ædificiis & cultoribus vacua. Arcem habet munitam, cum Hiſpanorum præſidio, deficitque in dies. Ejus epiſcopatum inſtituit Paulus IV. anno 1559.

¶ Gandavenſis Agger, *t' zas van Ghendt* incolis *le ſas de Gand* Gallis, arx probè munita Belgii, in Comitatu Flandriæ, ab Hiſpanis excitata, & ab Hollandis capta anno 1644. quibus etiam ſubeſt cum portu capaci, 4. leucis diſtat à Gandava in ortum.

¶ Gandia, *Gandia*, urbecula Hiſpaniæ, in regno Valentino cum Ducatu antiquo gentis Borgiæ, & academia in ora maris Mediterranei & ſinus Valentini. Diſtat 8. leucis à Valentia in auſtrum, & 6. à Sativa in ortum.

¶ Gangani, populi Hiberniæ, fuere in parte occidentali inſulæ, ubi nunc Comitatus Clarenſis, in Connacia, Sanſone teſte. Brietius tamen & Camdenus credunt eos fuiſse ubi nunc Comitatus kerrienſis, in parte Occidentali Momoniæ, in confinio Cannaciæ. *Ptol.*

Ganganorum promontorium Albionis, in ora Walliæ occidua, inter Meneviam urbem, & *Abercouvey* oppidum, ubi Cardiganum & kilgarenum oppida. Vide Canganorum.

¶ Ganganorum ſeu Canganorum promontorium quibuſdam eſt *Lhein*, Speedo autem & aliis eſt *Braichypult point*, promontorium, in parte auſtrali Arvoniæ provinciæ, in ora Walliæ, 35. milliaribus Anglicis à Conovio in Africum.

¶ Gangara, regum Africæ, in parte orientali Nigritiæ, versùs Nigrum fluvium & Bornum lacum, inter regnum Caſſenam ad occaſum, & regnum Borni ad ortum. Urbem habet primariam cognominem, teſte Joanne Leone.

* Gangara, urbs Albaniæ, in ora maris Caſpii inter oſtia Cyrrhi & Albani fluviorum; quæ Nigro eſt *Abachu* vel *Bachu*, mari nomen tribuens. Sed *Abachu* aliis eſt Albana urbs, à qua nomen eſt regioni. A Gangara Gangarides populi, quorum Valerius Flaccus libro 6. Argon. meminit: *Ptol.*

-acies quem Martia circum
Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda.

Sunt & Gangaridæ populi Aſiæ, inter indos, teſte Quinto Curtio, apud Gangem. (* Γαισαρα in Seldeni manuſcripto.)

Gange, Ganges Straboni, *Bengala* Caſtaldo, urbs Indiæ ulterioris, ad oſtia Gangis fluvii, ſupra 50. mill. paſſ. diſtans, maxima, emporium, & regia, Gangi fluvio impoſita. Non longè Gangarides populi, bello quondam clari, teſte Iſidoro, qui malè in Theſauro Linguæ Latinæ inter Aſſyrios & Indos collocantur; cum inter Indiæ populos numerantur. *Ptol.*

Ganges, *Ganga* Caſtaldo & aliis, fluvius maximus Indiæ ulterioris, illam à citeriori diſterminans, (quarum citerior India intra Gangem à Ptolemæo appellatur, ulterior India extra Gangem) ex Emodis montibus profluens, ac in meridiem in Oceanum Indicum duobus oſtiis extremis 80. leucis Hiſpanicis inter ſe diſtantibus exiens: ab Euphrate 5021. mill. paſſ. diſtans, teſte Plinio. Phyſon in ſacris litteris unus ex 4. fluviis qui ex Paradiſo fluunt dicitur, teſte D. Hieronymo & Iſidoro. In eo anguillæ inuſitatæ magnitudinis tricenorum pedum reperiri tradit Plinius libro 9. cap. 3. cum Solino. Cujus meminit Ovidius in Ibin. *Strab. Plin. Ptol. & a.*

Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit.

Hinc Gangeticus nomen gentis, ut Gangetica tellus; quæ regio circa Gangem fluvium, nunc *Regno di Bengala*, Pontanus in libro Uraniæ:

Dona ferunt auro gravida, & Gangetica bacca.

Hinc Gangerides populi. Virgilius libro 3. Georgicorum:

Gangaridum faciam, victoriſque arma Quirini.

¶ Ganges, *le Gange*, fluvius, oritur ex monte Imao, ſeu, ut placet quibuſdam, ex monte *Dalanguer*, dicto, in confinio Tartariæ, & in tractu *Kakakes* dicto, deinde per ditiones Magni Mogolis labens, Prayam & Gourum urbes celebres rigat; & auctus fluviis kanda,

Per-

Perſelio, Semena, & Tziotza, aliiſque plurimis ditionis magni Mogolis, ibi in ſinum ab eo Gangeticum dictum ſe exonerat quinque oſtiis. Sed quid fuerit aliàs Phyſon, non conſtat inter auctores.

Gangeticus ſinus, *Golfo di Bengala*, ſinus Indiæ, pars ſinus magni, qui inter Indiam citeriorem & ulteriorem interſitus eſt, in longitudinem ſupra 600. leucas Hiſpanicas, in latitudinem 400.

Gangines, populi Æthiopes, ad occaſum oram maris Atlantici incolentes: quorum regio *Guinea*, teſte Ortelio, nominatur.

Gangra numero plurali, & Gangre, *Cangria*, teſte Leunclavio, nunc urbs Paphlagoniæ archiepiſcopalis, amplaque metropolis, in mediterraneis, *Kiengara* à Turcis, licèt Bellonius eam etiam *Totia* appellari ſcribat, quaſi Theodoſia; in Concilio enim Epheſino Theodoſia Grangrorum nominatur.

¶ Gangus ſinus, *Gang Golfe*, ſinus eſt magnus Oceani Eoi, in Aſia, per Sinas latè extenſus, inter provincias Nanchinam, Pechinam, & Xantunam ad occaſum, & regnum Coream ad ortum. Dicitur aliter *Enſeada de Nanquin* à Luſitanis, ſinus Nanchinenſis. Vide ibi.

¶ Gannatum, ſeu Gannapum, *Gannat*, oppidum Galliæ, in provincia Borbonia, ad amnem Anchalotum, in confinio Alverniæ, & una leuca à Monpenſiero, medium inter Claromontium ad auſtrum & Molinum ad Boream.

Gannum, *Gaino*, urbs Thraciæ littoralis, in ora Propontidis, inter Myriophytum ad auſtrum 10. & Redæſtum ad Boream 25. mill. paſſ.

¶ Gannum, ſeu Ganos, urbs Thraciæ, in Corpialica provincia. Nunc *Gonga*, dicitur Sanſoni & aliis; eſtque inter Redæſtum ad Boream 15. milliaribus, & Biſanthe ad auſtrum totidem.

Ganodurum, poſtea Conſtantia in Conſtantii Imperatoris honorem dicta, *Coſtentz*, & Italis *Conſtanza*, urbs Germaniæ ſuperioris, in Svevia, ad lacum Acronium, qui ex ipſa Conſtantienſis nominatur, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, in Helvetiorum, quibus eſt fœderata, confinio, cujus epiſcopatus maximè patet; inter Auguſtam ad ortum 18. & Baſileam ad Circium 15. leuc. à Tiguro 6. Ulmam versùs 11. à Curia 13. Argentoratum ad Boream versùs 15.

¶ Ganodurum quid fuerit, non conſtat inter auctores. Quidam enim credunt eſſe Laufenbergam, ad Rhenum, ſupra Auguſtam Rauracorum. Alii autem exiſtimant fuiſſe Conſtantiam, ad lacum Brigantinum, in Svevia, quæ 15. leucis diſtat à Baſilea in ortum, 18. ab Auguſta in Africum, uti ab Argentorato in Eurum.

¶ Gantum, *Gant*, oppidulum eſt Galliæ, in Benearno, quarto milliari ab urbe Palenſi, in Diœceſi Laſcurrenſi, in quo natus eſt Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis.

¶ Gaoga, *Gaoge*, quæ aliter *Kaugha*, teſte Sanuto, urbs Africæ, juxta lacum, regni & deſerti Gaogæ caput, in Nigritia, inter Nubiam ad ortum & regnum Borno ad occaſum.

Garamantes, populi Libyæ interioris, à Garamante Apollinis filio, qui Garamam urbem condidit, dicti, teſte Iſidoro, circa ortum Cinyphi fluvii incolentes, Syrtimque parvam attingentes: quorum regio longa 150. lata 25. mill. paſſ. teſte Strabone, nunc *Guanguara*, *Lempta*, *&* *Tharegau* appellatur, ab Hammonis oraculo itinere 15. dierum, teſte Plinio, diſtans. Apud hos, Dipſades ſerpentes maximi reperiuntur, nullaque ſunt matrimonia, mulieres habentes communes teſte Solino. Illorum metropolis eſt Garama urbs, apud ortum fluvii antedicti. Meminit ipſorum Virgilius libro 6. Æneidos:

-ſuper & Garamantas & *Indos*
Proferet imperium.

Et Lucanus libro 9.

Syrtibus haud ultra Garamantidas attigit undas.

Garamas, mons Aſiæ, pars Caucaſi, in finibus Iberum, ex quo Phaſis fluvius Colchorum effluit.

¶ Garazua, *Garazu*, oppidum Americæ meridionalis, in Braſilia regione & in Præfectura Paranambuci, 5. leucis Germanicis ab Olinda in Boream. Dicitur à quibuſdam *Iguruzu*, ſed malè.

¶ Garda, *Garde*, urbs fuit Gronelandiæ, aliàs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi. Erat in ora littorali, & emporium celebre, in parte orientali Gronelandiæ, ſub dominio Regum Norvegiæ. Sed ab uno aut altero ſæculo ejus etiam periere ruinæ.

¶ Gardeleba, *Gardeleben*, oppidum Germaniæ, in ſuperiori Marchia Brandeburgica, ad amnem Meldam. 7. leucis diſtat à Magdeburgo in Boream, in confinio Ducatus Brunſvicenſis.

Gareta, *Garet*, provincia regni Fezzæ, in Barbaria, in ora maris Mediterranei, versùs Mulviam fluvium, & in confinio regni Algerii, ubi etiam Gareti montes versùs auſtrum. Dividitur in tres partes, nempe in planitiem, ubi urbes *&* oppida, in montes, & in deſerta. Ejus urbes præcipuæ ſunt Tezzota, Meggea, Caſaza, & Melilla. Sed duæ ultimæ ſubſunt Hiſpanis.

Garganus mons, *Monte Gargano*, & *Monte di S. Angelo*, (quo nomine etiam urbs recens in eo ſignificatur, à Siponto 5. mill. paſſ. diſtans) mons Apuliæ Dauniæ, ambitu, teſte Plinio, 200. mill. ubi Garganum promontorium apud Strabonem, inter Sipontum & Hyrium. De quo Lucanus libro 5. *Plin. Strab. Ptol. & al.*

Apulus Hadriacas exit Garganus in undas.

¶ Garganus mons, Gallis, *le Mont Gargan* vel *S. Ange* dictus, vix habet 80. milliaria in circuitu, cum latè ſumitur, id eſt, cum illa parte Apuliæ Dauniæ, quæ in Adriaticum mare excurrit. Sic dicitur ab apparitione S. Michaelis. Propriè autem mons S. Angeli eſt, in quo ſitum oppidum S. Angeli, *Monte S. Angelo*; diſtatque 5. milliaribus ab ora maris Adriatici, & totidem à Manfredonia urbe in Boream, 15. autem ab Hyrio in auſtrum.

Gargaphia vallis, & Gargaphius fons, ab Herodoto in Bœotia memoratur, circa Plateas urbem, ubi Actæon à canibus inter venandum laceratus fertur. Gargaphie fons Plinio nominatur. De qua Ovidius libro 3. Metamorphoſeon:

Vallis erat piceis & acuta denſa cupreſſo,
Nomine Gargaphie.

Apud Vibium Sequeſtrum malè legitur Garga fons Eubœę: legendum enim eſt Gargaphia, in Bœotia. *Ovid.*

Gargara, mons & oppidum Troadis, in ſummitate montis Idæ, apud Ilium urbem, Pergamis proximum, ubi Planities maximæ ubertatis. De qua re Ovidius libro 1. de arte amandi: *Stat. Strab. Plin.*

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos
Æquore quot piſces, fronde teguntur aves.

De Gargaris vide Macrobium libro 5. Saturnal. cap. 20. Hinc Gargarius lacus, juxta Idam montem, unde Scamander & Simois effluunt. Gargara urbem agrum omnium frugum feraciſſimum habuiſſe ferunt, ut propterea, quoties immenſam rerum copiam ſignificari volumus, *Gargara* dicamus, uti apud Macrobium libro 5. Saturn. Significat & proverbialiter magnam hominum ſtrepentium multitudinem, apud Cratinum & Suidam.

Gargetus, ſeu Gargettus, pagus Atticæ, apud Athenas, Epicuri patria, qui inde Gargetius appellatur, apud Ciceronem & alios. Ibi Gargetias fons. *Pluta.*

Gariannonum, *Yarmouth*, teſte * Camdeno, oppidum Albionis, in ora Angliæ ad ortum, ad Garieni fluvii oſtium, emporium Norvico urbi propinquum, à Londino 97. mill. in Cæciam diſtans. (* Camdenus putat potiùs fuiſſe ubi *Burgh Caſtle*, in altera ripa, 2. inde mill. paſſ. *Yarmouth* tamen ex Gariannoni ruinis emerſiſſe.) *Lib. Not.*

Gariſina, locus Palæſtinæ, apud Sepphorin oppidum, 20. ſtadiis inde recedens, qui Garizim mons Samariæ excelſus eſſe videtur. *Joſep.*

¶ Garizim, & Hebal, ſive Gebal, montes ſunt Palæſtinæ, inter ſe vicini, prope Samariam, in Tribu Ephraim, teſte Sanſone.

Garites, populi Aquitaniæ, circa Garumnam incolentes, quorum urbs Aginum, & regio *Agennois*, teſte Orontio & Marliano. *Caſ.*

¶ Garites populi Galliæ in Aquitania fuere, teſte Briotio, ubi nunc *le pais de Gaure*, ad Egirſium amnem inter Auſcios & Lactorium, aliquot leucis tantùm ab Aginno in auſtrum.

¶ Garneſia, *Garneſey*, inſula maris Britannici, versùs oram littoralem Galliæ & Ducatus Normanniæ, Anglici tamen juris. Vide Sarnia.

Garoceli, populi Galliæ Narbonenſis, Alpini, quorum regio *la Val de Morienne* eſt Vigenereo, vel, teſte

Mar-

Marliano, & Scudo, *Paeſi di Mont Cenis*, hoc eſt, incolæ montis Cicerum.

Caſ.
¶ Garoceli fuere inter Alpes, & inter Brigantium & Seguſium, ſub Brigantiis, ubi nunc mons Genebra, *le mont Ginevre*, in ultimo limite Delphinatus, versùs Italiam, teſte Sanſone, quanquam alii credant fuiſſe in Mauriana valle, ad radices montis Ceniſii.

* Garryenus, *Yare & Gerne* Camdeno, fluvius Albionis, per oram Angliæ orientalem inter Abum & Jumanium fluens, ac in mare apud Norvicum urbem exiens: ad cujus oſtium Garienonum, ſeu Garryenum oppidum & emporium, vulgò *Yarmouth*. Cujus Pontanus meminit ſic:

Ptol.
- Albus, & incertas volvens Gariennus arenas.

(* Seldeni manuſcriptum habet Γαρίεννος.)

¶ Garryenus, *Yare* fluv. Icenorum, nunc Norfolciæ Comitatus, in Anglia. Norvicum urbem illius tractus primariam rigat; deinde auctus fluvio *Wauney*, in Oceanum Germanicum ſe exonerat 14. milliaribus infra Norvicum ad Garianonum oppidum.

Gaſaura oppidum fuit Cappadociæ, inter Coropaſſum & Mazacam urbes occurrens, inde 120. hinc 680. ſtadiis diſtans.

Strab.
¶ Gartia, *Gartz*, oppidulum Germaniæ, in Pomerania, ad Oderam fluvium, 3. leucis ſupra Stetinum in auſtrum, è regione Griffenhagæ, ſub dominio Regis Sveciæ pace Monaſterienſi. Aliàs munitum fuit, & pluries captum ultimo bello Germanico. Nunc ejus munitiones disjectæ ſunt, & ſolo æquatæ ab anno 1638.

Garumna, *la Garonne*, fluvius Aquitaniæ maximus; ex Pyrenæis montibus oriens, ac regionem in duas dividens, primùm in Boream, inde in occaſum curſum dirigens, Oceano infra Burdigalam urbem exceptus. Super quo Toloſa, Agennum, & Burdigala urbes præcipuæ ſunt. Ejus meminit Claudianus libro 2. in Ruf.

Caſ. Plin. Mel. & al.
Quoſque rigat retro pernicior unda Garumna.

¶ Garumna, fluviorum qui è Pyræneo exeunt maximus, oritur in montibus Auræ, in confinio Argoniæ, non procul ab oppidulo Salarda; deinde per Convenas fluens, Fanum S. Beati, Lugdunum Convenarum, Valentinam, & S. Gaudentium rigat, uti & poſtea Rivos, Muretum, & Toloſam urbem Occitaniæ primariam. Hinc auctus aliquot fluviis, Tarnum recipit infra Moſſiacum, Ægirſium, è regione Agenni, prope quam urbem Aquitaniæ labitur. Ad Aguillionem recipit etiam Lotium & Baiſam ex adverſo; inde rigatis Tonino, Marmanda, Regula, & Cadilliaco, prope Burdegalam labitur, & paulò poſt recipit Duranium fluvium, cum quo 15. leucis infra in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat. Ejus oſtium æſtuarium magnum efficit inter Solacium Medulorum & Rojanum Santonum, ubi Andros inſula aliàs, & nunc tantùm turris Corduenna ſeu Pharus, *la Tour de Cordovan*, inter quam & Santoniam eſt exitus, dictus Paſſius Aſinarius.

Garumni, populi Aquitaniæ, circa Garumnam fluvium incolentes, in quibus præcipui ſunt Toloſates, Aginates & Burdigalenſes.

Caſ.
Gaſorus, Gazorus Stephano, *Leſterocori*, teſte Moletio, urbs Macedoniæ, Amphipoli proxima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, quæ nunc Græcis Alectryopolis dicitur.

Ptol.
¶ Gavanodurum, aliis Juvavum & Juvavia, *Saltzburg*, urbs archiepiſcopalis Germaniæ quibuſdam, aliis autem Gavanodurum & Gabanodurus idem eſt; eſtque *Lamerding*, oppidulum ditionis Salisburgenſis, ad fontes fluvii *Ens*, in confinio Stiriæ & Auſtriæ ſuperioris, ſeu, ut alii credunt, *Judenburg*, oppidum Stiriæ ſuperioris, ad Muram fluvium.

Vita S. Julia.
Gaudianum, *Gozanò*, pagus non incelebris agri Novarienſis, apud Hortanum lacum, inter Novariam ad 20. mill. paſſ. & Hortam 4. circiter. Ibi corpus S. Juliani Diaconi, & ſacra ædes ab eo exſtructa.

Plin. Ptol.
Gaudos, *Porto Gabvſo*, teſte Moletio, inſula maris Cretici, apud oram Cretæ occiduam, parva, contra Hierapytnam. Eſt & Gaudos inſula maris Africi, apud Melitam. Vide Gaulos.

Plin. Pluta. & al.
Gaugamela, urbs Perſidis, teſte Stephano, ſeu, teſte Ptolemæo, & aliis, urbs Aſſyriæ, proxima Arbelis, teſte Arriano, Gangamela Straboni.

¶ Gaviratium, *Ghivira*, oppidum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, vix 6. milliaribus à lacu Verbano in ortum. Ei adjacet lacus parvus Gaviratius dictus, *Lago di Ghivira*, qui per Botiam foſſam cadit in Verbanum.

Gavis colonia & oppidum fuit Sabinorum, ab urbe Roma 13. mill. paſſ. teſte Frontino, quod Fluvius Cardulus apud Eretum fuiſſe teſtatur.

Fron.
¶ Gavium *Gavi*, oppidum munitum Italiæ, in ditione Genuenſi, intra montem Apenninum, juxta amnem Lemum, in limite Montisferrati & Ducatus Mediolanenſis; eſtque medium ferè inter Genuam ad auſtrum & Dertonam ad Boream.

Gaudales ſeu Galaules, populi Æthiopiæ, antè Auloles, teſte Oroſio, dicti, à Silio memorati.

Sil. Oroſ. Plin. Mel. & al.
Gaulos, Gaudos Straboni, *il Gozo*, teſte Fazello cum aliis, inſula maris Africi, apud Melitam, anguſto freto ab ea diviſa. 5. mill. paſſ. Siciliam versùs diſtans, circuitu 30. mill. patens. Ibi oppidum, in quo vetus inſcriptio, Gaulitica plebs. Serpentes non fert, & pulvis etiam alibi injectus illos necat & fugat, teſte Solino, quod & contra ſcorpios præſtat.

¶ Gaulos, *le Goze* Gallis, *Gaudiſch* indigenis, *& Gaudoſch* Arabibus, inſula eſt Africæ, in mari Mediterraneo, ad occaſum Melitæ, & prope ipſam, versùs promontorium Mercurii, ſatis parvi circuitus, ubi arx in monte edito, cui adjacet burgus amœnus; ſubeſtque dominio Equitum Melitenſium, cum antiquitus penderet à regno Tunetano.

Ptol.
Gaumellum. Vide Laumellum. Tametſi quidam Gaumellum, *Biella*, oppidum amplum in Pedemontana regione, ab Eporedia 10. mill. paſſ. à Vercellis 25. diſtans, interpretantur.

Gauni, ut quidam legunt, populi Alpini, in finibus Inſubrum, *Val di Gana*. Vide Naunes.

Gauſennis. Vide Cauſennis.

Gaurium, Gaureleon Livio, portus Andri inſ.

Xen. Plin. Liv.
Gaurus, Gaurani montes Plinio, *Monte Barbaro*, teſte Loffredo, mons Campaniæ, apud Puteolos urbem. Eſt & Gaurus mons Campaniæ, Maſſico, Gallicano, & Falerno junctus, *Gerro & Garro* incolis dictus in occaſum vergens, Maſſico in ortum extenſo, Falerno verò in Boream versùs Calenum. Hinc Gauranus nomen gentis. Lucanus libro 2. meminit Gauri montis apud Puteolos:

-vel ſi convulſo vertice Gaurus
Decidat in fundum penitus ſtagnantis Averni.

Et Statius libro 3. ſylv. carm. 1.

Spectat ab Icario nemoroſus palmite Gaurus.

Bil. Pto.
Gaza, ſic à Cambyſe Rege Perſarum dicta, quòd in Ægyptum proficiſcens, theſaurum ibi repoſuerit, urbs Palæſtinæ olim epiſcopalis, una ex quinque urbibus Philiſtinorum, nunc *Azza, & Gazara*, Aſcaloni proxima & oræ littorali, inde 16. mill. paſſ. Raphiam versùs 22. ab Ælana ad ſinum Arabicum 150. à Berſabee 10. in occaſum. De ea Lucanus l. 3.

Gazaque, & arbuſtis palmarum dives Idume.

Hinc Gazeticus, a, um: ut vina Gazetica apud Sidon.
Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna.

¶ Gaza urbs fuit magna Palæſtinæ, in Tribu Judæ & ex quinque Satrapiis Philiſtinorum Ægyptum versùs ultima. Hujus urbis ambas portæ fores abſtulit, & in montem vicinum detulit Samſon. Sed poſtea dolo victus, & oculis erutis, Gazam ductus, ibi concuſſis columnis domus, tria hominum millia ſecum oppreſſit. Nunc urbs *Gazere* dicitur à Gallis, & *Gaza* ab Italis; habetque Principem proprium ſub clientela Turcarum. Sed parva eſt & malè culta.

Stra.
Gaza item urbs Mediæ, quæ Agaza Ptolemæo; in Atropatia, olim regia, teſte Strabone, ab Ecbatanis 450. ſtadiis, nunc *Oziaz*, teſte Moletio.

Pto.
Gazæorum portus, *Porto Betto*, teſte Moletio, qui & Majuma, à Conſtantino urbs epiſcopalis effecta, Conſtantiaque dicta, à Gaza 30. tantùm ſtadiis diſtans, poſt Aſcalonem, & Anthedonem, in ora Palæſtinæ, versùs Ægypti limites.

Bil.
Gazara, *Gazer*, urbs Palæſtinæ, in Judæa, exciſa, ab Hieroſolymis 25. mill. paſſ. ab Emmao 20. in Boream Cæſaream versùs.

Stra. Pli.
Gaziura, *Gazura*, urbs Cappadociæ, in Paphlagoniæ,

niæ confinio, ad Irim fluvium, exciſa, nomen tamen antiquum retinens, teſte Theveto.

Gazorus, *Carat*, teſte Moletio, vel *Garat*, oppidum Paleſtinæ, apud Jordanem fluvium, Callirrhoæ, & Libiadi urbi olim epiſcopali finitima.

(*Gebenna urbs*, Geneve. *Vide Geneva*.

Gebenna mons (non urbs, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, ubi cum Geneva urbe confunditur, licèt alibi ſe corrigat) qui & Gebennici montes Melæ, Gebennæ Lucano, quo nomine etiam oppidum ſignificat. Mons, qui Cemmenus Straboni variè nominatur: *Montagnes d'Auvergne* apud Arvernos, *Monte di Civennes* apud Helvios & Velaunos quos ab Arvernis ſeparat, (licèt auctor Theſauri Linguæ Latinæ ſcribat pro Helviis Helvetios longiſſimè hinc diſtantes, idque in voce Geneva) aliàque habet nomina pro locorum diverſitate in longum maximè extenſus, inter Rhodanum & Garumnam flumina: oppidum verò etiam *Cevennes* dicitur, in Occitaniæ regionis confinio, ad montis Gebennæ radices, inter Lutevam & Ruthenos, inde 8. leuc. hinc ſupra 12. ab Vzetia ſupra 10. Montium meminit Auſonius in catalogo urbium:

Interiuſque premunt Aquitanica rura Gebennæ.

Oppidi Lucanus libro 1.

Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.

¶ Gebenna mons ſeu Cemmenius, & Gebennici montes, vulgò *les Sevennes*, ſeu & *les monts des Sevennes*, montes Galliæ in longum protenſi, inter Galliam Aquitanicam & Narbonenſem, per triginta leucas, nempe à Luteva circiter uſque ad fontes Ligeris fluvii, in Vivarienſi tractu, in confinio Occitaniæ, Ruthenenſis provinciæ, Gabalorum, Velauniorum, & Vivarienſis. Sed non extenduntur uſque ad Rhodanum fluvium, neque ad Garumnam aut ad Aiverniam provinciam. Sunt autem hi montes fertiles & bene culti, ubi quamplurimi pagi & villæ & aliquot etiam oppida. Hinc dicitur Cemmenius tractus, *le pais de Sevennes*. Sed ubi ſit oppidum *Sevennes* in illo tractu, neque ipſi norunt indigenæ.

Gedanum, *Dantzich* & *Danzig*, urbs & emporium Pruſſiæ, ad oſtia Viſtulæ. Vide Gythones.

¶ Gedanenſis ſinus, *Golfe des Dantzich*, pars eſt maris Baltici, versùs oram littoralem Pruſſiæ regionis Poloniæ, & Gedanum, ubi aliàs Venedicus ſinus. Ejus pars eſt Puſcenſis ſinus, *Pautskervick* dictus. Vide Venedicus.

¶ Gedanum, ſeu Dantiſcum quibuſdam, *Dantzick* Germanis, *Gdansk* Polonis, urbs eſt Poloniæ, & Pruſſiæ regiæ caput, perampla & probè munita, ad Viſtulam fluvium, qui una leuca infra in ſinum Gedanenſem, *Golfe de Dantzick*, & in mare Balticum ſe exonerat. Portu gaudet capaci & commodo; eſtque emporium celeberrimum. Urbs ipſa eſt Hanzeatica, & quamplurimis gaudet privilegiis. 5. leucis Germanicis diſtat à Mariæburgo in Circium, 7. ab Elbinga in occaſum, & 15. à Thorunio in Boream. Caput eſt Pomerelliæ tractus. Antea pagus erat, anno 1295. in urbem mutatus à Primislao Polono. Hinc anno 1343. urbs mœnibus cincta fuit, teſte Philippo Cluverio, & anno 1454. certis conditionibus ſe Caſimiro Poloniæ Regi ſubjecit. Versùs meridiem & occaſum cingitur aliquot montibus bellicis operibus munitis ab anno 1656. contra Svecos. Urbs ipſa irrigatur amnibus Rodauno & Motlava; eſtque duplex; nempe antiqua & nova.

Gedroſia, *Circan* Caſtaldo, *Geſt* Mercatori, *Guzarate* Moletio, provincia Aſiæ, inter Carmaniam ad occaſum & Indiam ad ortum, Arachoſiæ, ad Septentriones finitima, ad meridiem Oceano terminata, cujus urbes olim claræ Cuni, Muſarna, & Arbis. Populi Gedroſii Straboni, Gedroſi Plinio & Melæ: quos Nauracos dici Maffæus tradit. Hos memor. Dionyſius de ſitu orbis:

Gedroſi poſt hos tendunt orientis ad ignem.

¶ Gedroſia provincia fuit Perſidis, ubi nunc *Circan* & *Macran*, provinciæ Perſiæ, inter Carmaniam ad occaſum, & confinia ditionis Magni Mogolis, & oſtia Indi fluvii ad ortum, prope Oceanum Indicum. Ibi urbs præcipua *Macran* dicta, versùs oram littor.

¶ Gehon fluvius fuit, de quo mentio in ſacris paginis. Credit Sanſon eum eſſe in Armenia majori, & in mare Caſpium ſe exonerare. Sed quid ſit nunc, non conſtat. Credunt quidam eſſe Araxem.

Gela, *Alicata*, teſte Fazello, urbs Siciliæ olim epiſcopalis, in ora auſtrali, ad Gelæ fluvii oſtia, inter *Thuc.* Agrigentum ad occaſum 24. & Camerinam ad ortum *Potol.* 36. mill. paſſ. Populi Geleuſes Ciceroni, Gelani Plinio, *& al.* Geloi Virgilio. Apud Gelam ſtagnum tetro odore accedentes abigens; & fontes duo, unus fœcunditatem, alter ſterilitatem, teſte Solino, adducens. Poſt Syracuſas à Rhodiis ædificata traditur, poſt Romam anno 61. Hinc Gelous nomen gentis. Virg. lib. 3. Æneid.

Apparet Camerina procul, campique Geloi.

Ibidem de Gela:

Immaniſque Gela fluvii de nomine dicta.

Gelæ, Geli Ptolemæo, *Gilan* Caſtaldo, populi Mediæ, in Parthiæ confinio: quorum urbs ex regni Perſici præcipuis, quæ & *Gheilan*. *Plin.*

Gelas, Gela Virgilio & Ovidio, Himera, Ptolemæo, *Plin.* *Salſo*, teſte Fazello, fluvius Siciliæ maximus, ex Nebrodide monte apud Petram oppidum oriens, ac in meridiem ad Gelam urbem fluens in mare. Cujus meminit Claudianus de raptu Proſerpinæ libro 2. *Diod.*

Pantagiam, nomenque Gelam qui præbuit urbi.

Et Virgilius:

Immaniſque Gela fluvii cognomine dicta.

Gela autem, de qua ſuprà, urbs ad oſtia Gelæ fluvii, everſa eſt, ubi nunc *Alicata*, quæ ex illius ruinis conſtructa traditur, novaque Gela dici poteſt. Locus *Cherza* etiam appellatur.

¶ Gela urbs Siciliæ, Cluverio & aliis teſtibus, eſt Terranova, nunc *Terranuova*, urbecula ſatis culta, in valle Neætina, in ora littorali maris Africi, Ducatus titulo inſignita, gentis Cordubæ, cum arce & portu ſatis tuto, 30. milliaribus diſtat ab Agrigento in ortum, & 35. à Syracuſis in occaſum, ad oſtia fluvii Gelæ, qui ab ea dicitur *Fiume di Terranuova*, & fontes habet prope Perguſam lacum, longè à Nebrodide monte in Eurum. Ejus autem oſtia diſtant in occaſum 18. milliaribus ab oſtiis fluvii Salſi, qui ab antiquis Himera dictus fuit.

Gelbis, fluvius Galliæ Belgicæ, *Kil*, teſte Marliano, apud Treviros, in Moſellam contra Rigodulum pagum à Treviris 1. leuca diſſitum influens, apud Ochtam oriens, Croneburgum & Gerreſtenium oppida ac Kylburgum alluens. De quo Auſonius in Moſellan: *Auſon.*

Te rapidus Gelbis, te marmore clarus Erubris.

Gelboe, mons Palæſtinæ, in Galilæa, in Samariæ confinio, inter Sebaſten & Tiberiadem occurrens, ſitus inter Thabor montem ad occaſum & Geneſaram lacum ad ortum, adhuc nomen ſervans, & ſterilitatem; à Scythopoli 6. mill. paſſ. diſtans, (*in Tribu Iſachar*.) *Bibl.*

Gelduba, *Geldub*, teſte Ortelio, oppidum olim Germaniæ inferioris, ad Rhenum, clarum, ubi Legio 9. nunc pagus obſcurus apud Coloniam Trajanam & Noveſium, à Colonia Agrippina 7. leucis in Boream. Sed Simlero eſt *Gelb*, pagus à Nueſio & Rheno fluvio 4. mill. paſſ. in occaſum diſtans, ubi optimum ſiſer, teſte Plinio, provenit. Gelduba quoque apud Uſuardum in martyrol. oppidum Myſiæ in confinio Thraciæ memoratur. *Plin.* *Ant.*

¶ Gelduba, oppidum Ubiorum, in Germania; nunc eſt vicus *Gelb*, in ditione Archiepiſcopi Colonienſis, teſte Cluverio; eſtque ad Rhenum 9. mill. paſſ. infra Noveſium in Boream, & 2. mill. ſupra oppidum *Ordinghen* in auſtrum.

Geliſa, fluvius Aquitaniæ, Eluſatium urbem alluens, teſte Scaligero ex vita S. Paterculi. *Script.* *Aquit.*

Gellus, Vergellus Valerio Maximo, fluvius Apuliæ, ſuper quo Hannibal pontem ex cadaveribus apud Cannas interfectorum fecit; ex quo illum non longè abeſſe liquet. *Floro.*

Gelon & Clæon, fontes duo vicini, apud montes Celænarum, in Phrygia magna. *Plin.*

Geloni, populi Myſiæ inferioris, inter Thraces & Getas, ſeu potiùs in Scythia Europæa, apud Boriſthenem fluvium incolentes, Neuris finitimi, à Gelono Herculis filio dicti, quos Mela proximos Turcis & Agathyrſis facit. De quibus multa apud Plinium & Solinum leguntur. Solebant ſe pingere, ut in prælio terribiliores apparerent; ſanguinemque equinum potabant, Horum meminit Lucanus lib. 3. *Virgil.* *Sol.* *& al.*

Maſſagetes quo fugit equo, volucreſque Celonos.

Gelones apud Horatium libro 2. carm. ode 9.

Intraque præſcriptum Gelones
Exiguis equitare campis.

Gelonium, ſtagnum Siciliæ, apud Gelam urbem, odo- *Solin.*

odore ſuo tetro accedentes expellens, teſte Solino. Apud Ambroſium Calepinum Geloum pro Gelonium legitur.

Steph Gemblacum, ſeu Gemmelacum, ut alii legunt, *Gemblours*, oppidum Belgii, cum cœnobio præclaro, in Brabantia, in Hasbaniæ confinio, inter Namurcum urbem 4. & Nivigellam oppidum 5. leuc. à Bruxellis 8. in ortum, quot à Lovanio in meridiem. Geminiacum Antonino.

Plin. Gemella Auguſta, cujus populi Gemellenſes Plinio, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ. Vide Tucci.

Script. Gall. Gementicum, & Gemeticenſis ſaltus, ac Gemeticenſe cœnobium, vicus Galliæ cum monaſterio in Normannia, à Pauliaco 10. mill. paſſ. diſtans, ex vita S. Philiberti Abbatis.

¶ Gementicum, ſeu Gemeticum, eſt *Jumieges*, Abbatia percelebris ad Sequanam fluvium, 5. leucis infra Rothomagum in occaſum, & 2. à Calidobecco in auſtrum.

Ant. Geminiacum. Vide Gemblacum, eſt enim idem, licèt aliis ſit *Soigny*, oppidum Hannoniæ, in Brabantiæ confinio, inter Montes & Hallam 3. leucis.

Gemminus Lacus, *Germinago*, pagus agri Mediolanenſis, apud Verbanum lacum, à Mediolano 38. à Lucano & Vareſio oppidis 8.

¶ Gemunda, *Gemünd*, oppidum Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum fluvium, ubi recipit, Salam, in ditione Epiſcopi Herbipolitani. Diſtat 4. leucis ab Herbipoli in Boream Fuldam versùs, & 5. à Schvvinfurto.

¶ Gemunda, *Gmund*, oppidum Germaniæ, in Auſtria inferiori, ad lacum *Traun zèe* dictum, in confinio ditionis Salisburgenſis, versùs montes.

Cas. Genabum, Genabus Lucano, *Gyen*, oppidum, præclarum Galliæ Celticæ, in finibus Aurelianenſium, ad Ligerim fluvium, ab Agendico oppido Senonum 2. caſtris, à Meloduno 18. leucis, ab Aurelia totidem in ortum. Lucanus libro 1.

Inclyta Cæſareis Genabus diſſolvitur alis.

¶ Genabum quibuſdam eſt *Gien*, urbs cum ponte ad Ligerim fluvium, 12. leucis ab Aureliis in ortum, & 20. ab Agendico. Aliis autem omnibus eſt *Orleans*, Aureliæ, urbs ampla & dives, ad Ligerim fluvium, 32. leucis à Lutetia in auſtrum, Aurelianenſis Ducatus ſeu provinciæ caput, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pariſienſi. Vide Aureliæ.

Hung. Genadium, quod & Cenadium, *Choniad*, & *Chzonad* Hungaris, *Gyngiſch* Germanis, teſte Lazio, urbs Hungariæ, in finibus Iazygum, trans Danubium, Moryſſenæ regionis caput, non longè ab eo loco ubi Tibiſcus Maryſium fluvium excipit, inter Segedinum ad occaſum 2. & Lippam ad ortum 8. leuc. quot à Temeſvaria in Circium, à Tauruno 14. in Boream, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocenſi, inde 12. in ortum.

¶ Genadium, ſeu, & meliùs, Cenadium, *Chonad*, urbs eſt Hungariæ, Comitatus Chonadienſis caput, ad Maryſium fluvium, qui paulò infra cadit in Tibiſcum, 3. leucis diſtat à confinio Tranſylvaniæ; ſubeſtque dominio Turcarum à multis annis.

Her. Genuani, populi Vindeliciæ, ſic ab Horatio libro 4. carm. Naunes Plinio. Vide ibi: quorum fluvius *Glon* cum adjacente tractu, teſte Aventino, dicitur. Vide Breuni.

¶ Genehoa, *Genehoa*, regnum Africæ, in Nigritia, in ora Oceani Atlantici, versùs oſtia fluvii Senegæ & promontorium Arſinarium. Habet à ſeptentrione regnum Gualatam, & ad ortum regnum Tombutum. Ejus primaria urbs Genehoa etiam dicitur; eſtque juxta fluvium Senegam, longè ab ora Oceani.

¶ Genepum, *Genep*, urbs parva Germaniæ, cum arce ferè adjacenti & permunita, in Ducatu Clivenſi, ad Moſam fluvium, ubi recipit Nierſam. Antea capta fuit ab Hiſpanis, ſed poſtea recepta à Batavis anno 1641. Habet etiamnum præſidium Batavicum, quanquam juris ſit Brandeburgici 2. leucis diſtat à Clivia in occaſum, & 6. à Vrſalia.

Plin. Geneſara, *Genezareth*, prout ab Hebræis & in Evangelio dicitur, in quo & mare Tiberiadis, & mare Galilææ nominatur, lacus Palæſtinæ in finibus Galilææ, in quem Jordanis fluvius ingreditur, apud Capharnaum, & apud * Bethſaidam egreditur, longus 16. mill. paſſ. latus 6. ſic appellatus à Geneſara oppido, quod poſtea Tiberias appellatum eſt. Illum circumſtant in ripa ad occaſum Capharnaum, Tiberias, Scythopolis, & Bethſaida; in altera ad ortum Gadara, Geraſa, Corozain, & Cedar. Geneſar apud Sedulium libro 3.

Geneſar inde ſoli Domino veniente coloni,
Infirmos traxere ſuos.

* Ferrario in Geographia Poetica apud Scythopolin (vel *Bethſan*) * Idem ibidem quod & Bethſaida..

¶ Geneſara, ſeu Geneſareth, lacus Palæſtinæ, nunc *mer de Tabaire* dicitur, teſte Philippo de Via. Geneſareth autem oppidum nunc vicus eſt parvus, nomen antiquum ſervans.

Geneva, *Geneve*, & *Ginevra* Italis, *Genff*, urbs Allobrogum, juxta Sabaudiam, & Helvetiam ad egreſſum Rhodani fluvii ex lacu Lemanno; Urbs clara libera & Imperialis; olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vienneſi, unde 29. leucis abeſt, inter Sedunum ad ortum 18. & Lugdunum ad occaſum 23. De ea quidam Poeta ſic:

Geneva pulchra, potens, Geneva pulchra, ſitu.

¶ Geneva, vulgò *Geneve*, Germanis, *Genff*, urbs eſt Allobrogum, ad fines Sabaudiæ, ſatis ampla & probè munita; ſubiit olim dominio Epiſcoporum, ſub Imperii Romani clientela, nunc libera & pagis Tigurinenſi & Bernenſi Helvetiorum primariis confœderata. Diſtat 15. leucis à Camberiaco, & 7. ab Anneciaco ad Boream; & ab ea lacus Lemanus dicitur *Lac de Genevè*, lacus Genevenſis. Ei adjacet ex altera parte fluvii Rhodani ſuburbium amplum, vulgò S. *Gervais*, quod veriùs eſt pars urbis: ibique Rhodanus cum exit ex lacu Lemanno, traiicitur duobus pontibus ligneis. Urbs ipſa ſedet in planitie perampla, & gratiſſima.

Gennus, *Bayonne*, ſeu *Bajona* Italis, urbs Aquitaniæ maritimæ, in Hiſpaniæ confinio. Vide Aquæ Auguſtæ.

¶ Gentilliacum, *Gentilly*, vicus Galliæ, uno milliari diſtans à Lutetia: ubi quondam Concilium celebratum, anno nempe 767. ſub Paulo primo Pontifice maximo.

Genua, Janua recentioribus, *Genova*, incolis *Zena* Gallis *Gennes*, urbs Liguriæ clariſſima, archiepiſcopalis emporium, & Reſpublica, totius oræ Liguſticæ & Corſicæ inſulæ domina, ex primis Italiæ urbibus; cujus cives ditiſſimi totius orbis ſunt, urbes & oppida multa in alienis terris poſſidentes. Abeſt ab urbe Roma 245. mill. paſſ. in occaſum, à Mediolano 85. à Venetiis 234. in meridiem, à Florentia 135. Excidium à Magone Carthaginenſi anno urbis conditæ 549. paſſa, à Romanis inſtaurata eſt. Ab Innocentio II. Pontifice Maximo metropolis effecta. Aliquando ſub Ducibus Mediolani, poſtea in libertatem reſtituta, illam tuetur. Populi Genuenſes, & Genuates ex veteri inſcriptione ænea.

¶ Genua, *Genova* vulgò, etiam incolis, quanquam perſæpe *Zena* pronuntient, urbs eſt perampla, & in modum Theatri leniter in collem aſſurgens, cum portu capaci, ſed parum tuto. Creſcit in dies: cujus cives ditiſſimi multa poſſident in Regno Neapolitano & in Hiſpania 300. ferè milliaribus diſtat à Roma, 160. à Florentia in occaſum, uti & 234. à Venetiis etiam in occaſum. Anno Chriſti 935. incenſa fuit à Sarracenis, omnibus civibus aut jugulatis aut abductis. Sed reducti ſunt ope Ducis Veneti, urbe magnificentiùs reparata. Viæ ſunt anguſtæ & tenebroſæ. Portum ejus claudit moles 600. paſſuum, è cujus regione excurrit promontorium cui impoſita Pharus operis elegantis, vulgò *la Lanterne*; ubi aliàs caſtrum permunitum nunc disjectum. Urbs ipſa à paucis annis probè munita eſt ſed circuitus amplioris.

¶ Genuenſis ditio, ſeu Genuenſis Reſpublica, *Stato della Republica di Genova* incolis, *l' Eſtat de la Republique de Gennes* Gallis, regio eſt Italiæ; ubi aliàs major pars Liguriæ, verſus oram littoralem maris Mediterranei, à qua terminatur ad auſtrum, uti ab oriente Hetruria, à ſeptentrione Ducatibus Parmenſi, Mediolanenſi, & Montisferrati, ab occaſu autem Nicæenſi Comitatu. Ejus longitudo ab ortu in occaſum eſt 140. milliarium, latitudo parva admodum & valdè anguſta quamplurimis in locis. Dividitur in duas partes nempe in oram orientalem, *Riviera di Levante*, & in oram occidentalem, *Riviera di Ponente*; eſtque utraque ora littoralis mirè fertilis & culta accedente incolarum induſtria; & cum tot villis magnificis, præſertim versùs Genuam, ut ferè una urbs dici queat. Ejus caput eſt Genua. Subeſt etiam dominio Reipublicæ Genuenſis Corſica inſula, *la*

Corſe, uti & Capraria, *la Capraja*, inſula maris Tyrrheni, de quibus vide ſuo loco.

Genuenſis Reipublicæ urbes:

Albingaunum, Albenga.
AlbIntemelium, Vintimiglia.
Brugnetum, Brugneto.
Genoa, Genoa, & Genova.
Naulum, Noli.
Savona, Savone.
Serezana, Sarzana.

Genua altera Hiſpaniæ Bæticæ. Vide Urſo.

Genunii, populi Britanniæ ad occaſum, nunc *Northuvales*, teſte Camdeno, ex adverſo Hiberniæ.

Genuſus, Genuſuus Livio, fluvius Macedoniæ, in mare Jonium influens, inter Apolloniam & Dyrrachium, apud Apolloniam, qui *Vajuſſa* nonnulis eſſe videtur. De quo Lucanus libro 5.

Tellus quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus.

Georgi, populi Aſiæ, in Iberia, (qui & Sarmatiæ attribuuntur) *Giorgiani*, à quibus Iberia & magna pars Armeniæ *Giorgiana* nominatur.

¶ Georgia, *la Georgie*, pars eſt Aſiæ ſatis ampla, ab incolis *Gurgiſtan* dicta, inter Pontum Euxinum, & mare Caſpium extenſa, propriis parens Principibus, aliquando in clientela Perſarum. Dividitur in tres partes, nempe in Georgiam propriam, Iberiam antiquis, nunc *Gurgiſtan*, ubi urbes *Cori*, *Baſſachinc*, *Teflis*, & *Derbent*, in Mingreliam, *Mingrelie*, incolis *Odiſci*, quæ antiquis, Colchis ubi Phaſis urbs, *Fazzo*, & in Zuiriam, *la Zuirie*, quæ ab antiquis Albania dicta fuit, ubi urbes *Stranu* & *Zitrach*; ſuntque Chriſtiani pro majori parte in Mingrelia & in Georgia propria.

Gephyra, *Sirmiu*, teſte Nigro, oppidum Syriæ, Antiochiæ magnæ finitimum, ab ea in ortum recedens.

Gepidæ, qui & Gepides, & Gepidi, populi Sarmatiæ Europææ, inter Getas & Dacos adnumerati: quorum regio Gepidia, in Dacia, à Jornande vocatur: ſic à pugna pedeſtri, in qua exercebantur, teſte Iſidoro libro 9. etym. dicti.

Geræa, oppidum Luſitaniæ, quod nonnulli *Caceres* oppidum amplum Extremaduræ, inter Emeritam & Placentiam urbes 12. leuc. diſſitum, indigitant.

* Geræſtus, Gereſtum Plinio, Geraſtus Demoſtheni, oppidum Eubœæ, apud Gereſtum promontorium & Caryſtum urbem: quod promontorium in ora meridionali & occidentali contra Atticam porrigitur, ab Andro 10. mill. paſſ. in occidentem recedens, inter Caryſtum ad occaſum & Caphareum ad ortum: *Gereſto* adhuc in tabulis recentibus (**Γέρετο's* in manuſcipto Seldeni.)

¶ Gereſtus urbs eſt Eubœæ inſulæ, in Græcia, in parte merdionali inſulæ, ubi incipit orientalis. 15. milliaribus diſtat à Caryſto in auſtrum, & 25. à Caphareo; ſed non eſt inter utrumque.

Gerania, mons & promontorium Megaridis regionis Achajæ, inter Megara & Corinthum, locus olim Athenienſium, valdè adversùs Corinthios, teſte Thucydide, munitus.

¶ Gerardi mons, *Geerts berg* incolis, *Grandmont* Gallis, oppidum Belgii, in colle, in Flandria Imperiali, ad fluvium Teneram, 3. leucis ab Aldenarda, & 5. à Teneramunda. Pluries captum fuit à Gallis hiſce ultimis temporibus.

Geraſa, Galaſa Plinio, urbs Cœleſyriæ apud ulteriorem lacus Geneſaræ ripam, Gadaræ vicina, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, Philadelphiæ quoque finitima, nomen antiquum retinens, ſed exciſa. Populi Geraſeni. De quibus Juvencus libro 2.

Jam meracenorum ſteterat ſub littore puppis."

¶ Geravia, *Geravv*, tractus Germaniæ, in Palatinatu Rheni, inter Rhenum & Mœnum fluvios, ubi Darmſtadium oppidum, à quo hic tractus dicitur *le Lantgraviat de Darmſtadt*, ſub domiuio proprii Principis è domo Haſſica.

¶ Gerboredum, *Gerberoy*, oppidum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ & in agro Bellovacenſi, 5. leucis à Bellovaco in Circium, in confinio Picardiæ.

Gerenia, Gerania Plinio, *Paſava*, teſte Nigro, oppidum Laconicæ, in Peloponneſo, Cardamylæ proximum, quod & Enope Homero, Caſtaldo *Sidariſo*, Moletio *Betania*.

Gerenia, quæ & Geruinum Stephano, oppidum fuit Apuliæ Dauniæ, apud Phiternum fluvium, inter Teanum & Larinum jacens, ad 8. mill. paſſ. diſtans. Locus adhuc *Cerione* nominatur. Vide Geryon. Nam Gerunium potiùs nunc *Cerignola* oppidum eſſe videtur.

Gergobia, & Gergovia, Gergon Livio, *Gergoje*, teſte Gabriele Simeone, oppidum Arvernorum exciſum, in monte, ad Elaverem fluvium ſubtus fluentem, à Claromonte urbe 2. leucis in auſtrum diſtans. Cæſ.

Gergobia altera, quæ & Gergobina, *Molins*, teſte Paradino, cum Belleforeſtio, oppidum Galliæ Celticæ præclarum, & Borbonii Ducatus Primarium & caput, ad Elaverem fluvium, inter Vareunas 6. & Nivernas ad Boream 13. leucis. Sed Vigenereo eſt *Montluſon*, oppidum, vel *Nery*, pagus proximus, ubi thermæ.

¶ Gergolium, *Iargeau*, oppidum Galliæ aliàs munitum, ad Ligerim fluvium, cum ponte, in Aurelianenſi provincia, 4. leucis ſupra Aurelias in ortum Floriacum versùs.

Geri, populi Albaniæ, in Aſia, ſic à Gero, vel Gerrho (ut apud Ptolemæum) fluvio dicti. Val. Flac.

Gerinæ, oppidum Æolidis mediterraneum, inter Pergamum 25. & Thyatiram 33. mill. paſſ. diſſitum. Ant.

Cerma, *Girmaſti*, teſte Leunclavio, urbs Galatiæ archiepiſcopalis, in Bithyniæ & Phrygiæ confinio, à Peſſinunte 16. mill. paſſ. in ortum, Ancyram versùs 89. Sed hæc potiùs ad Caicum fluvium ſita videtur, cui nomen tribuit, inter Peſſinuntem ad ortum, & Pergamum ad occaſum. Ptol. Ant.

Germania, provincia Europæ maxima, cognomento Magna, ad aliarum Germaniarum (de quibus infrà differentiam, Rheno fluvio, qui in Boream decurrit, à Gallia, Danubio, qui fluit in ortum, à Rhætia, Vindelicia, & Norico (quæ regiones hodiè in Germania computantur) montibus, qui Carpatis ſunt pars, à Iazygibus Matanaſtis (quorum regio nunc Hungaria Tranſdanubiana dicitur) & à Sarmatia Viſtula diſcreta; Oceano Germanico & mari Baltico cæterum ad Arctos definita. Ea dividitur in Moraviam, Bohemiam, Nortgojam, Sveviam, Fraconiam, Haſſiam, Weſtphaliam, Friſiam, Saxoniam, Holſatiam, (cui Jutia, ſive Cimbrica Cherſoneſus ad Arctos adiungitur,) Megalopolitanum Ducatum, Pomeraniam, Poloniam majorem & minorem, (licèt hodiè non ſolùm ditione, ſed & idiomate diviſæ, extra Germaniam cenſeantur) provincias limitaneas: interiores autem, Sleſiam, Marchiam Brandeburgenſem, (quæ triplex eſt) Luſatiam, Miſniam, Thuringiam, & Voitlandiam. Noſtra verò, tempeſtate plures aliàs regiones, quibus Germanica, lingua communis eſt, complectitur: hoc eſt, Geldriam, Cliviam, Juliam, Palatinatum Alſatiam, Helvetiam, Rhætiam Bavariam ſeu Vindeliciam, Noricum, hoc eſt Auſtriam, Stiriam, Carniolam, Carinthiam, & Tirolenſem Comitatum. Sunt in Germania archiepiſcopatus 7. Colonienſis, Trevirenſis, Maguntinus, Veſuntinus, Saliſburgenſis, Pragenſis, & Magdeburgenſis, epiſcopatus 40. regna 2. Bohemiæ, & Daniæ; Ducatus 13. Auſtriæ Stiriæ, Bavariæ, Wirtenbergenſis, Franconiæ, Voitlandiæ, Saxoniæ, Brunſvicenſis, Luneburgenſis, Holſatiæ, Lavvenburgenſis, Magnopolitanus, Pomeraniæ, Landgraviatus 2. Haſſiæ, & Alſatiæ; Marchionatus 2. Brandeburgenſis & Badenſis, Comitatus magni 4. Palatinatus, Tirolenſis, Mansfeldenſis & Oldenburgenſis, *Germania & Alemagna* Italis, *Teutſchlandt* Germanis, Anglis *Germany* dicta. Populi Germani, ſic à mutua qua ſe proſequuntur benevolentia dicti, quaſi fratres. Germaniæ meminit Virgilius eclog. 1. Cæſ. Plin. Strab. Ptol. & al. omnib.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Cermanorum Claudianus de laudibus Stiliconis libro 2.

Qui mihi Germanos ſolus, Grancoſque ſubegit.

¶ Germania, *l' Allemagne* Gallis, *Alemana* Hiſpanis, una ex præcipuis Europæ partibus. Antiquitus ſeparata fuit à Gallia Rheno fluvio, à Norico & Vindelicia Danubio, à Sarmatia Viſtula fluvio. Nunc autem valdè diverſos habet limites. A ſeptentrione habet mare Balticum & Jutiam meridionalem, ab oriente terminatur Hungaria, Pruſſia Regia, & Polonia ſuperiori & inferiori, quæ pro majori parte ſunt cis Viſtulam fluvium: A meridie ſeparatur ab Italia Alpibus, ab occidente Friſia occidentali, Gueldria, Tranſiſalania, & Groningia, quæ anteà erant in Germania, & nunc ſunt in Belgio. Sed viciſſim ditiones Clivenſis, Juliacenſis, Leodienſis, Colonienſis, Trevirenſis, Palatinatus Rheni pro parte, & Helvetia, quæ antiquitus erant in Gallia, nunc in Germania cenſentur. Alſatia nunc ſubeſt dominio Francorum. Bohemia

mia inſerta eſt in Germania cum eius partibus Sileſia & Moravia. Sed Polonia & Dania Reges habent proprios, neque ullo modo ſub Germania continentur. Helvetii autem cum Rhætis ſunt ſui juris, nec Germanicum agnoſcunt imperium. Eius longitudo à confinio Lotharingiæ uſque ad limites Hungariæ eſt 120. milliarium Germanicorum, ſeu 180. leucarum Francicarum. Latitudo autem à mari Baltico uſque ad Alpes in confinio Foro-Iulii eſt 126. milliarium Germanicorum, ſeu 190. leucarum Francicarum. Nunc tota Germania dividitur in regnum Bohemiæ & Circulos; ſuntque eo ordine:

Germaniæ Circuli:

Circulus Franconiæ, *le Cercle de Franconie*, ſub quo Epiſcopatus Herbipolitanus, Bambergenſis, & Eichſtatenſis, & tota Franconia comprehenduntur.

Circulus Bavariæ, *le Cercle de Baviere*, ſub quo Bavariæ Ducatus, Palatinatus ſuperior, & Archiepiſcopatus Salisburgenſis, cum Epiſcopatu Paſſavienſi & Ducatu Neoburgenſi.

Circulus Auſtriacus, *l Cercle d' Auſtriche*, ſub quo Auſtria, Stiria, Carinthia, Carniola, Comitatus Tirolenſis, & Epiſcopatus Tridentinus cum annexis.

Circulus Svevicus, *le Cercle de Suabe*, ubi Svevia tota, Ducatus Virtembergenſis, & Marchionatus Badenſis & Burgoviæ.

Circulus Rhenanus, *le Cercle du haut Rhin*, in quo Alſatia, Ducatus Bipontinus, Haſſia, & Epiſcopatus Spirenſis, cum Abbatia Fuldenſi, Veteravia, & Comitatu Valdecenſi.

Circulus Electorum Rheni, *le Cercle des quatre Electeurs du Rhein*, ſub quo ditiones Electorum Moguntini, Trevirenſis, Colonienſis, & Palatini Rheni.

Circulus VVeſtphaliæ, *le Cercle de VVeſtphalie*, ſub quo Ducatus VVeſtphaliæ, Juliacenſis, Clivenſis & Montenſis, Comitatus Marchiæ, Friſiæ orientalis, Oldenburgenſis, & Hoyenſis, & ditiones ſeu Epiſcopatus Monaſterienſis, Leodienſis, Oſnabrugenſis, Paderbornenſis, & Mindenſis Principatus.

Circulus Saxoniæ ſuperioris, *le Cercle de la haute Saxe*, in quo Ducatus Saxoniæ, Miſnia, Thuringia Principatus Anhaltinus, Marchionatus Brandeburgicus, & Pomerania, cum Rugia inſula.

Circulus Saxoniæ inferioris, *le Cercle de la baſſe Saxe*, ſub quo Ducatus Brunſvicenſis, Luneburgenſis, Megalopolitanus, Bremenſis, Magdeburgenſis, Lavemburgicus, & Holſatiæ, Diœceſis, Hildeshemienſis, & Principatus Halberſtadienſis & Verdenſis; ſuntque hi omnes in Germania.

Circulus Burgundicus, *le Cercle de le Bourgne*, eſt extra Germaniam propriam, continetque Comitatum Burgundiæ & ſeptemdecim provincias Belgii; habetque tantùm votum in dietis, cum agitur de rebus Imperii Germanici. Vnde colliges regnum Bohemiæ non comprehendi in Imperio, ſed tantùm eſſe intra Germaniam, & viciſſim Circulum Burgundicum comprehendi in Imperio Germanico, ſed tamen eſſe extra Germaniam. Inſtitutus autem fuit Circulus Burgundicus à Carolo V. Imperatore, ut ſic ditiones ſuas Belgii & Comitatus Burgundiæ ſervaret auxilio Germanorum.

Germaniæ Principes:

Imperator, ſub quo nunc Regnum Bohemiæ cum annexis, Sileſia, & Moravia. Eidem etiam ſubſunt Auſtria cum Stiria, Carinthia, Carniola, Comitatu Tirolis, Briſgovia, Burgovia, & annexis.

Archiepiſcopus Elector Moguntinus, ſub quo ditio Moguntina, Erfordia, & tractus Eisfeldia.

Archiepiſcopus Elector Trevirenſis, ſub quo ditio Trevirenſis.

Archiepiſcopus Elector Colonienſis, ſub quo ditio Colonienſis & Ducatus VVestphaliæ.

Dux Elector Bavariæ, ſub quo Bavaria, cum Palatinatu ſuperiori.

Dux Elector Saxoniæ, ſub quo Ducatus ſeu Electoratus Saxoniæ, cum Luſatia ſuperiori & Miſnia, cum Epiſcopatu Miſnenſi, & Comitatu Mansfeldienſi.

Dux Elector Brandeburgicus ſub quo Marchia tota Brandeburgica, Ducatus Pomeraniæ ulterioris, Pruſſiæ, Madeburgienſis, Halberſtadienſis, Mindenſis, Clivenſis, & Croſſenſis, Comitatuſque Marchiæ & Ravensbergenſis.

Princeps Elector Palatinus, ſub quo Palatinatus inferior ſive Rheni.

Archiepiſcopus Salisburgenſis, ſub quo ditio Salisburgenſis.

Epiſcopus Monaſterienſis, ſub quo ditio Monaſterienſis.

Epiſcopus Leodienſis ſub quo ditio Leodienſis.

Epiſcopus Herbipolitanus, qui & Franconiæ Dux, ſub quo ditio Herbipolitana.

Epiſcopus Bambergenſis, ſub quo ditio Bambergenſis

Epiſcopus Paderbornenſis, ſub quo ditio Paderbornenſis.

Epiſcopus Oſnabrucenſis, ſub quo ditio Oſnabrucenſis.

Sunt etiam Epiſcopi Aiſtetenſis, Argentoratenſis, Auguſtanus, Baſileenſis, Conſtantienſis, Paſſavienſis, Spirenſis, & Vormacienſis, cum eorum ditionibus adiacentibus.

Duces Luneburgenſes & Brunſvicenſes, ſub quibus Ducatus Brunſvicenſis & Luneburgenſis, Comitatuſque Diepholtenſis, Danebergæ, & Hoyæ.

Dux VViterbemgenſis, ſub quo Ducatus VVirtembergenſis.

Dux Neoburgenſis ſub quo Ducatus Neoburgenſis, Juliacenſis, & Montenſis.

Lantgravius Haſſo Caſſellanus, ſub quo maior pars Haſſiæ, ditiones Marpurgenſis, Heropheldia, Smalcaldia, & pars Comitatus Schaumburgenſis.

Duces Megalopolitani duo, ſub quibus Ducatus Megalopolitanus, & tractus Suerinenſis & Ratzeburgenſis.

Duces Holſatiæ plurimi, ſub quibus maior pars Holſatiæ.

Principes Anhaltini quinque, ſub quibus Principatus Anhaltinus.

Dux Bipontinus, ſub quo Ducatus Bipontinus.

Princeps Friſiæ orientalis, ſub quo Friſia orientalis.

Dux Saxoniæ Lavemburgenſis, ſub quo Ducatus Lavemburgenſis.

Dux Saxoniæ Hallenſis, ſub quo Halla & pars ampla Thuringiæ.

Dux Saxoniæ Merſoburgenſis, ſub quo tractus Merſoburgenſis et Luſatia inferior.

Dux Saxoniæ Maumburgenſis, ſub quo ditio Naumburgenſis, maxima pars Voigtlandiæ, et Principatus Hennebergenſis.

Dux Saxoniæ Alterburgenſis, ſub quo Ducatus Altemburgenſis et Coburgenſis.

Duces Saxoniæ Veimarienſes, ſub quibus Ducatus Veimarienſis & Eyſenacenſis.

Sunt etiam plurimi alii principes minores in Germania, de quibus ſuo loco dicemus. Inſuper Rex Franciæ poſſidet in Germania Alſatiam cum Sundgovia, uti etiam Briſacum & Philippoburgum. Rex Svetiæ habet Pomeraniam citeriorem, Ducatus Bremenſem & Verdenſem, Rugiam inſulam & Viſmariam urbem. Rex autem Daniæ poſſidet magnam Holſatiæ partem & Comitatus Oldemburgenſem & Delmenhorſtenſem à paucis annis.

Germania ſuperior pars eſt Galliæ Belgicæ, à Magna Rheno diſcreta, in qua Helvetia, Halſatia, & Palatinatus continentur; ab inferiore (de qua mox) Moſella diſtincta, ad occaſum Iura & Vogeſo montibus à reliqua Gallia ſeparata. *Ptol.*

¶ Germania ſuperior pars fuit Galliæ Belgicæ versùs Rhenum fluvium, ubi nunc Alſatia, Briſgovia & Palatinatus inferior, non autem Heluetia, quæ erat in Gallia Lugdunenſi.

Germania inferior & ipſa Belgicæ Galliæ portio eſt, juxtà Rhenum fluvium, à Moſella (qua à ſuperiore dividitur) uſque ad Oceanum in Arctos porrecta: in qua ditio Trevirenſis, Colonienſis, Iulia, Clivia, Geldriaque Ducatus, et Hollandia Comitatus computantur. *Ptol.*

¶ Germania inferior antiquitus erat etiam Galliæ Belgicæ portio versùs Rhenum et Moſam fluvios, eo in tractu ubi nunc ditiones Colonienſis, Iuliacenſis, Clivenſis, Gueldria, et pars Orientalis et Borealis Brabantiæ et ditionis Leodienſis, non autem tractus Trevirenſis.

¶ Germania inferior propriè dicta à recentioribus quæ aliter Belgium, Gallis, *le Pais Bas* incolis *nederlant* dicitur, & in ea ſunt 17. provinciæ. Ejus pars Borealis ſeu trans Rhenum erat aliàs in Germania, pars autem Auſtralis et cis Rhenum erat portio Galliæ Belgicæ; nunc à Germania omnino ſeparatur. Ex his pars quæ in ſeptentrionem tendit, ſubeſt Reipublicæ provinciarum, fæderatarum, nempè Groningia, Friſia occidentalis, Tranſiſalana, Zutphania, Gueldria inferior, Ultraiectum, Hollandia, Zelandia, et maior pars Limburgi cum aliquot locis Flandriæ et Brabantiæ, pars autem Auſtralis Belgii ſubeſt partim Regi Hiſp. uti Brabantiæ maior pars, Flandriæ pars, Namurcenſis Comitatus, Meclinia, Marchionatus S. Imp., Gueldriæ pars ſuperior, Luxemburgenſis Ducatus pro maiori parte, pars item Hannoniæ, & aliqua portio Ar-

Arteſiæ & Limburgi, & partim Regi Franciæ, uti media Flandria, pars Hannoniæ & Luxemburgi & tota ferè Arteſia. De his pluribus ſuo loco. Germania inferior, dicitur ab Hiſpanis *Paeſes Baxos*, & ab Italis *Paeſi Baſſi*, uti & ipſius pars Septentrionalior dicitur communiter *la Holande* à provincia præcipua, & pars meridionalior *la Flandre*, à provincia ſic dicta.

Germaniæ regionis per circuitum quę mare attigunt.

Pomerania, (*Pomeranie*, incolis, Pomern.)
Magalopolitana, (*Meclebourg*, incolis *MeKlenburg.*)
Saxonia inferior, (*Baſse Saxe*, incolis *Nider Sachſen.*)
Friſia orientalis, (*Friſe orientale*, incolis *Ooſt Friſsen.*)

Meditarraneà.

Clivia, (*Cleves*, incolis *Clef.*)
Iulia, (*Iuliers*, incolis *Gulick.*)
Eyſalia, (*Eisfald.*)
(Palatinatus inferior ſeu Rheni, *Bas Palatinat*, incolis *die Pfaltz* ſeu *Nider Pfaltz of der Rhin.*)
Alſatia, (*Alſace*, incolis *Elſaſſ.*)
Helvetia, (*les Suiſſes*, incolis *Svvitzerlandt.*)
Rhætia, (*les Criſons*, incolis *Grauvvbuntenner.*)
Tirolenſis Comitatus, (*le Tirol.*)
Carinthia, (*la Carinthie*, incolis *Carnten.*)
Stiria, (*la Stirie, incolis Steyer.*)
Auſtria, (*l' Auſtriche*, incolis *Oeſterreich.*)
Moravia, (*la Moravie*, incolis *Mahren.*)
Sileſia, (*la Sileſie*, incolis *Schleſien.*)
Marchia nova, (*la nouvelle Marche*, Incolis *nievv Marck.*)

Interiores.

Marchia media & vetus, (*moyenne Marche & vicille Marche*, Germanis *Mittel MarcK & alt MarcK.*)
Luſatia, (*Luſace*, incolis *Lausnitz.*)
Bohemia, (*la Boheme*, incolis *Boheim.*)
Bavaria, (*la Baviere*, incolis *Bayern.*)
Nortgovia, (*Nortgovv.*)
Svevia, (*la Suaube*, incolis *Schuvaben.*)
Franconia, (*Franconie*, incolis *FrancKenland.*)
Haſſia, (*la Heſſe*, incolis *Heſſen.*)
Weſtphalia, *la weſtphalie*, incolis *Weſtphalen.*)
Saxonia ſuperior, (*la haute Saxe*, incolis *ober Sachſen.*)
Miſnia, (*la Miſnie*, incolis *Meiſsen.*)
(Thuringia, *la Thuringe*, incolis *Thuringen.*)
Saxonia inferior, (*la baſſe Saxe*, incolis *Nider Sachſen.*)

(*Germaniæ inferioris Provinciæ.*

Arteſia, l'Artois.
Brabantia, le Brabant.
Flandria, la Flandre.
Friſia occidentalis ſeu propria, la Friſe occidentale.
Groningæ dominium, la Seigneurie de Groningue.
Gueldria, la Gueldre.
Hannonia, la Hainaut.
Hollandia, la Hollande.
Limburgicus Ducatus, le Duchè de Limbourg.
Luxemburgenſis Ducatus, le Luxembourg.
Marchionatus S. Imperii, le Marquiſat du S. Empire.
Mechliniæ dominium, la Seigneurie de Malines.
Namurcenſis Comitatus, le Comtè de Namur.
Tranſiſalana, l' Ouer Isler.
Vltraiecti dominium, la Seigneurie d' Vtrecht.
Zelandia, la Zelande.
Zutphania, le Camtè de Zutphen.)

Urbes Germaniæ liberæ & Principum clariores, aſteriſmo majores indicante.

Amberga, *Amberg*, (in Palatinatu Rheni.)
* Argentoratum, *Strasburg*, (in Alſatia inferiori.)
Auguſta Tiberii. Vide Ratiſpona.
* Auguſta Vindelicorum, *Augſpurg*, (in Svevia.)
Bamberga, *Bamberg*, (in Franconia.)
* Baſilea, *Baſel*, *Basle*, (in Helvetiis.)
* Berlinum, *Ber lin*, (in Marchia Brandeburgica'.)
* Berna, *Bern*, (in Helvetiis.)
Bipontum, *Zuueibrucken*, (in Palatinatu inferiori.)
Borbetomagus. Vide VVormacia.
Brandeburgum, *Brandeburg*, (in Marchia Brandeburgica.)
Brema, olim Phabiranum, *Bremen*, (in Saxonia inferiori.)
(Briſacum, *Briſach*, in Briſgovia.)

* Bruuopolis, *BraunſvvycK*, *vel Brunſuvick*, (in Duc. Bruuſvicenſi.)
* Caſſella, olim Stercontium, Haſſiæ primaria, *Caſtel.*
Coburgum, *Coburg*, (in Franconia.)
* Colonia Agrippina, *Coeln & Coln*, (in Diœceſi Colonienſi.),
Couſtantia, *Coſtantz* & *Coſtnitz*, (in Svevia.)
Curia, *Chur & Coira*, (in Rhætia.)
Curia altera, *Hoff*, (in Voitlandia.)
* Dreſda, *Dreſden*, (in Miſnia.)
Durlacum, *Durlach*, (in Svevia.)
* Egra, *Eger*, (in Bohemia.)
Embda, *Embden*, (in Friſia orientali.)
* Erphordia, olim Bicurgium, *Erfurdt*, (in Thuringia.)
Fanum Galli, *S. Gal*, in Helvetiis.
Francphordia, *FrancKfort am oder*, (in Marchia Brandeburgica.)
Friburgum, *Freiburg*, (in Briſgovia.)
Glogavia magna, *Groſſ Glogavv*, (in Sileſia.)
Gorlitium, *Gorlitz*, (in Luſatia.)
* Gryphualdum, *Gripſvvald*, (in Pomerania.)
Guſterovia, *Guſtrovv*, (in Ducatu Megalopolitano .)
Halberſtadium, *Halberſtat*, (in Saxonia inferiori .)
Halla, *Hall*, (in Saxonia ſuperiori.)
* Humburgum, *Hamburg*, (in Saxonia, inferiori.)
* Heidelberga, olim Budoris, *Heidelberg*, (in Palatinatu Rheni.)
Helenopolis, poſtea Francphordia, emporium liberum Franconiæ, *Franckfort am Main*, (in Franconia.)
* Herbipolis, *VVirtzburg*, (in Franconia.)
Iena, & Iſenacum academiæ Thuringiæ, *Iena*, & *Iſenach.*
Ingolſtadium, aliquando Chryſopolis, *Ingolſtadt*, (in Bavaria.)
Lipſia, olim Lupphurdum, *Leipſick*, (in Miſnia,)
* Lubeca, *Lubeck* (in Holſatia.)
Luneburgum, *Lunenburg*, (in Saxonia inferiori.)
* Magdeburgum, olim Parthenopolis, *Magdenburg*, *Meidenburg*, (in Saxonia inferiori.)
Mansfeldia, *Mansfelt*, (in Saxonia inferiori.)
* Martisburgum, olim Amaſia, Haſſiæ academia & primaria regionis, *Marpurg* (in Haſſia.)
Miſna, *Meiſsen*, (in Miſnia.)
* Mogontiacum, quæ & Magontia, ac Moguntia, *Mentz*, (in ditione Moguntina.)
* Monachium, *Munchen*, (in Bavaria.)
* Monaſterium, olim Minigroda, *Munſter*,) Myningrode Munſtero (*in VVeſtphalia*.
Neoburgum, *Nevvburg*, (in Brunſvicenſi Ducatu.)
* Neroberga, & Noriberga, & Norica, *Nurnberg*, (in Franconia.)
Nerolinga *Nordlingen* (in Svevia.)
Noriberga, & Norica. Vide Neroberga.
Olomucium, Iulius mons aliquibus, *Olmutz*, (in Moravia.)
* Praga, olim Marobudum, ut creditur: *Prag*, (in Bohemia.)
* Ratiſpona, & Reginopolis, *Regenſpurg*, (in Bavaria.)
Rhedopolis, poſtea Roſtochium, *Roſtock* (in Ducatu Megalopolitano.)
Rotovilla, *Rotvveil*, (in Svevia.)
Salodorum, *Solothurn*, (in Helvetiis.)
* Spira olim Nemetes, & Neomagus, *Speyr*, (in Palatinatu Rheni.)
* Stetinum, *Stetin*, (in Pomerania.)
Stutgardia, *Stutgard*, (in Svevia.)
Sundis, *Straelſundt*, (in Pomerania.)
Suſatum, *Soeſt*, (in VVeſtphalia.)
Suvenitium, *Shivveinitz* (in Sileſia.)
Tigurum, *Zurick* (in Helvetiis.)
Tremonia, quæ & Dortmania, *Dortmond*, (in Veſphalia.)
Treviri, *Trier*, (in Trevirenſi ditione,)
Tubinga, aliquando Auguſta *Tubingen*, (in Svevia.)
Vangiones. Vide VVormacia.
* Verona poſtea Berna.
* Veſuntio, aliquando Chryſopolis, *Beſanzon*, (in Comitatu Burgundiæ.) Hujus nempe Archiepiſcopus eſt Imperii Princeps. Miræus.
Vimaria, aliàs Vinaria, *VVeimar*, (in Thuringia,)
* Viſmaria, *VViſmar*, (in Ducatu Megalopolitano)
* Vitemberga, quaſi Vitarum mons, *VVittenberg*, (in Saxonia inferiori.)

* Ulma, *Ulm*, (in Svevia.)
Volgaſtum, *Wolgaſt*, (in Pomerania.)
* Uratislavia, *Breslavv*, (in Sileſia.)
Wormacia, *Worms*, (in Palatinatu inferiori.)
Zuica, olim Cygnea, *Zuvickauu*, (in Luſatia.)

Urbes Norici, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, partem Bavariæ & Comitatus Tirolenſis continentis.

Andreapolis, quæ & Lavantum, S. *Andres*, (in Carinthia.)
Aniſium, *Ens*, (in Auſtria ſuperiori.)
Aſtaris, *Steyr* (in Auſtria ſuperiori.)
Brixina, & Brixinum, *Brixien*, (antea in Rhætia.)
Candolica. Vide Vitopolis.
Celeja, *Cilley*, (in Stiria.)
Cetium, *Zeiſſelmur*, (in Auſtria.)
Chiema, *Chiemsèe*, (in Bavaria.)
*Claudia, *Clagenfurt*, (in Carinthia.)
Cremeſium, *Krems*, (in Auſtria.)
Draburgum, *Draburg*, (in Carinthia.)
Fanum S. Viti. Vide Vitopolis.
* Flaviana, quæ & Juliobona, Vienna poſtea, *Wien*, Auſtriæ caput, Academia, & epiſcopatus ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi.
* Gracium, ſive Græcium, olim Savaria, *Gratz*, (antea in Pannonia.)
Gurcum, *Gurck*, (in Carinthia.)
Juliacum, olim Vacorium, *Villach*, (in Carinthia.)
Juvavia. Vide Salisburgum.
* Labacum, *Labach*, (in Carniola.)
Lavantum. Vide Andreapolis.
Leitæ pons, ſeu Lytipons, *Pruck*, (in Auſtria.)
* Lencia, *Lintz*, (in Auſtria.)
Medelicum, *Melck*, (in Auſtria.)
Muræpons, *PrucKlan der Muer*, (in Stiria.)
Neoburgum geminum, *Neuburg*, (in Bavaria.)
Nova urbs, *Neuſtat*, (in Auſtria.)
* Oeni pons, *Inspruck*, (in Comitatu Tirolis.)
* Patavia, *Paſſavv* (in Bavaria.)
Petovio & Petovium, *Petauv*, (antea in Pannonia, nunc in Stiria.)
* Salisburgum, olim Juvavia, *Saltzburg*, (in ditione Salisburgenſi.)
Secovia, *Seckauu*, (in Stiria.)
* Tridentum, *Trento*, *Trient*, (antea in Rhætia, nunc in Tirolenſi Comitatu.)
Vidonis Curia.
* Vienna *Wien*, (quæ antea erat in Pannonia.)
Vitopolis, *S. Veit*, (in Carinthia.)

¶ Ex his urbibus aliquot fuere aliàs in Rhætia, & quædam in Pannonia, ſicque extra Noricum: nunc autem omnes in Germania cenſentur.

¶ Germania, urbs Meſiæ inferioris circa Thraciam, aliàs metropolis, & patria Beliſarii.

Ptol. Ant. & al. * Germanicia, *Adata*, teſte Manaſſe, urbs Syriæ, in Euphrateſia regione, epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, apud Amanum Montem, ab Edeſſa 84. mill. paſſ. in occaſum per Zeugma, & Dolicham, à qua 27. abeſt. Quæ & *Mercex*, teſte Leonardo Sidonita, appellatur. (* Γερμανικα in Seldeni manuſcripto.)

Plin. Germanicopolis, urbs Phrygiæ magnæ, Juliopoli finitima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi.

Plin. Germanicum mare, Oceanus Germanicus, Ptolemæo mare occiduum quod Germaniam, alluit, inter oſtia Rheni & Albis flum. in quo Gleſſariæ inſulæ & Thule.

¶ Germanicum mare, ſeu Oceanus Germanicus, *mer d' Alemagne*, ſeu *l' Ocean Germanique*, variis iterum nominibus diſtinguitur. Nam Flandri ſeptentrionalem Oceanum vocant *Noortzèe*, Dani in Cimbrica Cherſoneſo occidentalem *weſtzee*, qua effunditur in vaſtum ſinum per Hollandiam, *Zuyderzèe* ſeu meridionalem. Jam verè à variis variè promovetur in Orientem & Boream. A quibuſdam terminatur ad promontorium Schanuvium. In ſeptentrionem excurrit, ad promontorium Boreale, *Noort, caep*, atque hinc ſpargitur in oras Norvegicam & Anglicam.

¶ Germanicus, locus Germaniæ, nunc vicus *Foburg*, ad Danubium fluvium, ubi recipit Ilmium fluvium, in Bavaria, teſte Cluverio.

Ptol. Germanopolis, *Ginopoli*, teſte Moletio, urbs Paphlagoniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gangrenſi, quam quidam ac eandem Germanicopolim faciunt: ſed illa in Phrygia ad meridiem, hæc ad ſeptentriones vergit,

¶ Germano-Sarmatia, regio Europæ, inter Sarmatiam Europæam ad ortum, Germaniam ad occaſum, & Daciam ad meridiem, ubi hodiè regnum Poloniæ pro maxima parte. Vide Sarmatia.

Germia, *Kermen*, teſte Leunclavio, urbs Thraciæ, Hadrianopoli finitima, hac tempeſtate clara, & ſedes Præfecti. *Lacon.*

Gerne, lacus Apuliæ Dauniæ ingens, circuitu 30. mill. paſſ. patens, *Lago di Varano*, teſte Mazzella, anguillis abundans, juxta quem Gapina & Iſchitella oppida ſunt. *Plin.*

¶ Gerne quibuſdam eſt lacus Varani, in regno Neapolitano & provincia Capitanata, versùs montem Garganum ad Boream, & oram littoralem maris Adriatici. Circuitus eſt 16. milliar. circiter.

Geron, fluvius Peloponneſi, apud Pylum oppidum fluens. *Strab.*

¶ Gerra, *El Catif*, urbs Aſiæ, in Arabia, & in ora ſinus Perſici. Hinc ſinus urbi adjacens aliquando etiam ſinus Geraicus dictus fuit.

Gerrha, & Gerrum, *Maſeli*, teſte Moletio cum Ortelio, urbs Ægypti maritima, apud Palæſtinæ confinia, inter Caſſium & Peluſium, propinquas urbes. *Strab. Plin. Ptol.*

Gerrhus, Gerus Valerio Flacco, fluvius Albaniæ, in Caſpium mare influens, ubi Geri populi ultra Albanam urbem in Boream & Cæſii fluvii oſtia. Cujus meminit Flaccus libro 6. Argon. *Ptol.*

Gargaridum, potàque Gerus quos efferat unda.

Eſt & Gerrus fluvius Sarmariæ Europææ, in ſinum Carcinitem influens, *Sem* Peucero. De quo Herodotus libro 4. Septimus eſt ab Iſtro.

Gertigos, *Vamba*, teſte Morali, cum Beuthero, oppidum Hiſpaniæ, nunc pagus in regno Portugallico, & in Igeditania regione. *Script. Hiſp.*

¶ Certrudeberga, ſeu S. Gertrudis mons, *Gertruydenberg* incolis, *mont Sainte Gertrude*, Gallis, urbs Belgii permunita, in Hollandia meridionali & in ora Mervæ, in confinio Brabantiæ, 2. leucis à Breda in Boream, & vix 3. à Dordraco in Eurum ſub Batavis. *Ptol.*

Gerva, (licèt codices Latini Terva habeant) *Trebilium*, *tesk* Leunclavio, urbs Armeniæ majoris, Zurzuæ ac Matuſtanæ urbibus finitima.

¶ Gerulata, *Kerlburg*, oppidulum ad Danubii ripam, in Hungaria, tribus leucis à Poſonio, teſte Cluverio. *Plin. Ant.*

Gerunda, *Girona*, urbs Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, apud oram littoralem, media ferè inter Ruſcinonem ad Boream & Barcinonem ad meridiem ſupra 13. leuc. diſſita, à Gerione anno poſt diluvium 513. una cum Colliberi condita, teſte Beuthero, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, inde 24. leuc. in Boream. De ea Prudentius in Periſteph. *Ptol. & al.*

Artubus ſacris locuples Gerunda.
Noſtra geſtabit Calagurris ambos.
Quos veneramur.

¶ Gerunda, *Girone* Gallis, urbs fuit Auſetanorum, in Hiſpania Tarraconenſi, nunc Cataloniæ, ad amnem Sambrocam, *Ter*; eſtque dives & munita, & Ducatus titulo inſignita, 7. leucis ab ora maris Mediterranei in occaſum, & 8. à confinio Galliæ & Comitatus Ruſcinonenſis in auſtrum, 16. autem à Barcinone.

Gerunium, & Gerenia, *Cirignola*, ut pleriſque videtur, oppidum Apuliæ Dauniæ, inter Aſculum & Canuſium, inde 21. hinc 14. mill. paſſ. diſtans, (ubi Galli ab Hiſpanis ſub Ferdinando Rege anno ſalutis 1503. ingenti prælio ſuperati ſunt) apud Aufidum fluvium, à Luceria 200. ſtadiis, teſte Polybio. Aliis jacere putatur inter Teanum & Latinum. Vide Gerenia. *Polyb. Steph.*

Geruſa, urbs Sarmatiæ littoralis, in Aſia, quæ *S. Giorgio* nunc dici putatur. *Ptol.*

Geryon, urbs Apuliæ, apud Fiternum fluvium, inter Theanum & Larinum, exciſa. *Liv.*

Geryonis oraculum, *S. Pietro*, locus apud Patavium, ſic hodie, teſte Scardionio. *Svet.*

Geſodunum, *Gaſtental*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Auſtria, quod alii Ipſium indigitant, oppidum ad Danubium, inter Medelicum 3. & Aniſum ad occaſum 6. leuc. quod potiùs Usbium eſt. *Ptol.*

¶ Goſodunum quibuſdam eſt Lentia, *Lintz*, oppidum cultum Auſtriæ ſuperioris, ad Danubium fluvium, 6. leucis à Patavia in ortum Viennam versùs, & 8. ſupra Ipſium in occaſum.

Geslaces, *Schekel*, teſte Lazio, mons Pannoniæ ſuperioris, in Stiria, in Hungariæ confinio. *Trebe Ptol.*

Geſ-

Geſſatæ, populi Galliæ Togatæ, in Æmilia, inter Rhenum fluvium & ora maris Hadriatici, qui & Boii, quorum regio nunc Romandiola eſt, non tamen tota: ubi Bononia, Forum Cornelii, Ravenna, & Comaclum. Vide Gæſatæ.

¶ Geſſenæ, *Geſſeins*, oppidulum aliàs Tricaſſium, in Gallia Lugdunenſi, nunc vicus Campaniæ provinciæ, ad Albulam fluvium, 2. leucis infra Barium ad Albulam dictum in Boream, & 9. à Trecis in ortum.

Geſſoriacum, Geſoriacum Antonino, * Giſoriacum Ptolemæo, olim navale Morinorum, nunc urbs Galliæ Belgicæ littoralis, in ora Picardiæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, ob excidium Tarvannæ, inde 6. leuc. in ortum diſtantis, effecta, à portu Icio (ſeu Calato, ut nunc vocant) 6. in auſtrum diſtans, *Bologne à la mer*, ſeu *Bolegna al Mare*, ut vocant Itali. Tametſi, Marco Welſero teſte, eſt Caletum, ſeu *Calais*; & aliis *Gravelinga*, oppidum à Caleto 3. leuc. in ortum. (* habet Seldeni manuſcriptum Τεσοργιακον.)

Geſſoriacum nunc eſt Bononia, *Boulogne*, quæ ad alterius differentiam dicitur *Bulogne ſur mer*; eſtq; urbs permunita, & in duas partes diviſa, cum portu capaci, ad oſtium amnis Lianæ. Hinc regio adiacens dicta fuit Geſſeriacum pagus, nunc Bononienſis tractus, *le Boulevois*. Vide Bononia.

Geſſus, Gæſus Herodoto, fluvius Ioniæ, apud Trogylium promontorium mari exceptus.

¶ Geſtricia, Sveciæ regni inter Nordlandias provincias una Ferri fodinis abundat, vulgò *Geſtricie*. Habet ad occaſum Dalecarliam, & ad ortum ſinum Bothnicum. Ibi oppida, Gevalia in ora littorali, & Coperberga in mediterraneis.

Getæ populi Daciæ, (non Thraciæ, ut in theſauro Linguæ Latinæ) in Scythiæ confinio, qui & Daci, & Gothi, nunc *walacher*, teſte Bonfinio: aliis potiùs *Moldavi*, hi enim Scythis magis propinquant. Thucydides autem illos Æmi montis in Myſia inferiori incolas facit. Hinc Geticus nomen gentis. Horum meminit Ovidius libro 4. triſt. eleg. 10.

Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Et libro 5. eleg. 12.

Nam didici Geticè Sarmaticèque loqui.

¶ Getara, Ptolemæo Gagara, urbs olim Albaniæ, nunc *Zitracu*, in Zuiria regione Georgiæ.

Geth, Getta Plinio, *Ybeun* Poſtello & Brochardo, urbs exciſa Palæſtinæ, una ex 5. urbibus Philiſtinorum, inter Aſcalonem & Gazam à Joppe 12. mill. Accaron versùs: nunc pagus, olim epiſcopalis, & Diocæſarea dicta.

¶ Geth, urbs Palæſtinæ, una ex quinque Satrapiis Philiſtinorum, in Tribu Iuda, & ex qua fuit Goliath, quem David funda percuſſit. In colle ſedet, in ora maris Syriaci, & in confinio Tribus Dan, teſte Sanſone.

Gethſemani, vicus Iudææ, apud Hieroſolymam. Cujus Iuvencus meminit libro 4.

Nominis Hebræi ſunt Cethſamaneida rura.

Getia, *CotzarucK* Turcis, teſte Leunclavio, oppidum Illyrici, in Albania, in Macedoniæ & Dalmatiæ confinio, circa Scodram urbem.

Getuli, populi Africæ circa Syrtes, à Getis orti, teſte Iſidoro. Hinc Getulus a, um, adiect. uti apud Virgilium libro 4. Æneidos:

Hinc Getulæ urbes, genus inſuperabile bello.

Vide Gætuli. Hinc & Getulicus, a, um, adiect. apud Iuvenalem ſatyra 8.

Agnoſco procerem: ſalve, Getulice, ſeu tu.

¶ Gevalia, *Gevals*, urbs primaria Geſtriciæ provinciæ, in Svecia, ad oſtium fluvii cognominis, in ora littorali ſinus Bothnici, vix 4. leucis Germanicis à confinio Uplandiæ in arctos.

Gevini, populi Germano-Sarmatiæ, Baſtarnorum pars, versùs Peucinos.

¶ Gezaira, *Ghezaira*, tractus Africæ, in Barbaria, & una ex tribus partibus præcipuis regni Algerii, inter Bugiæ provinciam ad ortum & Tenezam ad occaſum. A ſeptentrione clauditur mari Mediterrraneo, & à meridie montibus, teſte Ioanne Leone. Eius primaria eſt Algericum, quæ ab Arabibus Gezaira etiam dicitur.

¶ Ghamma *Ghammas*, fluvius peramplus Tartariæ magnæ, qui poſt longum curſum in mare Kaimachitarum dictum ſe exonerat, teſte Sanſone.

¶ Gibræum, *la Guibray*, ſuburbium urbis Falæſæ, nundinis celebratiſſimum, in Normannia inferiori, Vide Falæſa,

¶ Gibraltaria, *Gibraltar*, antea *Gibal Tariſ*, urbs parva Hiſpaniæ, ſed munita, ſic dicta à Duce Mauro. Sedet ad Fretum Herculeum, quod ab ea vocatur nunc *Deſtroit de Gibraltar*. Antea dicta fuit Calpe, & 4. mill. paſſ. ab ea diſtant Heracleæ rudera, vulgò *Gibratal Vicio*. Vide Calpe.

Gichthis, Gita Antonino, *Galſanacar*, teſte Mo- *Ptol.*
letio, oppidum Africæ littorale, apud Tacapam urbem, in ora, contra Gilbam inſulam.

Giennium, ſeu Gienna, priùs Oningis *Iaen*, urbs Hiſ- *Script.*
paniæ Bæticæ, in Vandalia, epiſc. ſub Archiepiſcopo *Hiſp. 3*
Hiſpalenſi, à Ferdinando Rege anno ſalutis 1243. deditione recepta, inter Cordubam ad occaſum & Acci ortum 14. leuc. ab Vbeda 5. in meridiem, versùs Granatum 14.

¶ Giennium, ſeu Gienna, *Iaen*, urbs eſt Hiſpaniæ, in Vandalitia, ad amnem *Frio*. Sed quid fuerit antea non conſtat inter auctores ipſos Hiſpanos. 9. leucis diſtat à Granata in Boream.

¶ Gieſſa, *Gieſſen*, urbs parva Germaniæ, in Franconia & in Haſſia regione, cum academia recenti, ad Lanum fluvium, ſub dominio Landgravii Haſſo Darmſtadienſis, & partim etiam Landgravii Haſſo Caſſelani. 4. leucis à Marpurgo in meridiem, & 2. à Vetzlaria in ortum diſtat.

Giganeum, *Garbenda* Moletio, oppidum Colchidis, in *Ptol.*
ora, apud Cyaneum fluvium, *Savatopoli* Nigro. Sed hoc Sebaſtopolis eſt, à Giganeo diverſa, & in Boream diſtans.

Gigartum, Gigarta Plinio, oppidum fuit Phœnicis, a' *Strab.*
Libanum montem.

Gigas, mons ſeu promontorium Myſiæ, in Aſia *Steph.*
apud Abydum & Dardanum.

Gigia, *Gyon & Guyon*, oppidum Hiſpaniæ Tarraco- *Ptol.*
nenſis, in ora Aſturum, apud Trileucum promontorium inter Abulas ad occaſum 5. & Vecum ad ortum 9. leuc. ab Oveto 6. in Boream.

¶ Gigia, *Giion*, oppidulum eſt Hiſpaniæ, in Aſturia, in ora Oceani Cantabrici, prope Scythicum promontorium, *Cabo de las Penas*, cum portu utcumque capaci; & 18. leucis Hiſpanicis diſtat à Trileuca promontorio in ortum.

¶ Gihlova, ſeu Iglava, *Iglavv*, urbs parva Germaniæ, in Moravia provincia, juxtà confinia Bohemiæ, ad Gihlovam ſeu Iglam amnem, 8. leucis à Znoimo in occaſum, & 10. à Bruna.

¶ Gilania, *Gilan*, provincia regni Perſiæ, in ora auſtrali maris Caſpii, quod ab ea perſæpe dicitur *mer de Gilan*; ibique erat alias pars Hyrcaniæ. Ejus primaria urbs eſt Gilanum, *Gilan*, ad amnem Abiſirvium, in mediterraneis.

Gilfil, *Ceila*, teſte Lazio, fluvius Daciæ, in Tranſylvania.

¶ Gilola, *Gilolo*, inſula ampla Aſiæ in mari Indico, & in Archipelago Moluccarum, inter Macaſſariam inſulam ſeu Celebes ad occaſum, & Terram Papuorum ad ortum. Urbem habet primariam cognominem in ora occidentali, è cujus regione ſunt quinque inſulæ Moluccæ. Regem etiam habet proprium. Sed in illius ora occidentali ſunt aliquot fortalitia Europæorum.

Gindes, fluvius Albaniæ, in Aſia, qui in Cyrum *Iorna.*
influit. Alter in Meſopotamia, qui ex Armeniæ mon- *Herod.*
tibus oriens, in Tigrim excurrit, teſte Oroſio, qui illum ſecundæ magnitudinis facit poſt Euphratem. Vide Gyndes, ſic enim ſcribitur. Prioris meminit Tibullus libro 4. carm. 1.

Profluit, aut rapidus Cyri dementia Gindes.

¶ Gingis, *Gingi*, urbs eſt ampla Peninſulæ Indiæ intra Gangem, provinciæ cognominis caput, aliàs ſub Rege Biſnagariæ, nunc proprio Principi ſubeſt. Eſt permunita, cum arce in ſcopulo, 60. milliaribus à ſinu Gangetico in occaſum. Ab ea ditio adjacens dicitur *l'Eſtat du Naique de Gingi*; eſtque inter regnum Biſnagariæ ad Boream, ſinum Gangeticum ad ortum, montes Malabariæ ad occaſum, & ditionem *Taniaor* ad meridiem.

Gingunum, ſeu Gingunus mons, *monte Cerugnone*, *Strab.*
teſte Leandro, oppidum Umbriæ, in Ducatu Urbinate, inter Urbinum ad ortum 12. & Montem Ferettanum ad occaſum 8. mill. paſſ. occurrens. Ortelius hic Gingunum ſcribit: ſed Gingunus apud Strabonem legitur.

¶ Gingunum, *Monte Gerugnone*, ſeu *Monte Cenagnone*, mons eſt parvus cum vico cognomine, 5. milliari-

bus à Fano S. Leonis, Urbinum verſùs, in ditione Pontificia, & 6. à confinio ditionis magni Ducis Hetruriæ.

Ptol. Gir, fluvius Libyæ interioris, *Nigir* Mercatori, *Canaga & Gambea* Barroſio, *Gir* Marmolio, cui & *Zenega*, per terram Nigritarum fluens: qui potiùs Nigir eſt Ptolemæo, nomen antiquum retinens; Gir verò, etiamnum *Gir*, teſte Marmolio, & Nigrite fluvio Borealior.

Ptol. Gira, urbs & metropolis Libyæ interioris, per quam Gir fluvius fluit, quem Claudianus ditiſſimum vocat, quod aurum gignat, libro de laudibus Stiliconis:

Heſperidum Triton, & Gir ditiſſimus amnis.

Ant. Girba, Lotophagitis Ptolemæo, Mirmex Polybio, Menynx Straboni & Plinio, *le Gerbi*, teſte Fazello, inſula Africæ, apud Leptim, ſeu Tripolim urbem, cum urbe olim epiſcopali ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, 4. tantùm mill. paſſ. à continenti Africæ.

¶ Girba, *l' isle des Gerbes* Gallis, inſula eſt parva Africæ, in mari Mediterraneo, ad os Syrtis minoris, ſeu ſinus Capſi, longè à Tripoli ſeu Lepti in occaſum; eſtque media ferè inter Adrumetum ad occaſum & Zoaram ad ortum: fuit antea ab Hiſpanis occupata, & duplici arce munita; ſed poſtea expugnata fuit à Turcis cum inſigni clade Hiſpanorum. Dicta fuit aliàs Lothophagitis ab antiquis; eſtque in regno Tripolitano, & vix uno milliari à continenti Africæ, cui ponte jungitur

Girgium, ſeu Gieorgia, *Girgio*, urbs Ægypti ſuperioris, iuxta Nilum fluvium, caput provinciæ, vulgò *Caſſiſat de Girglo* dictæ.

¶ Giringbomba, ſeu & Giribuma, regnum eſt Africæ in Æthiopia inferiori, cui ſubſunt quindecim regna; eſtq; iuxta flumen *Gingiro* ſeu *Giring*, & eſt conterminus regni Macoco, teſte Iſaaco Voſſio.

Potol. Giſira, *One*, teſte Caſtaldo, oppido Africæ mediterraneum, apud Ulizibram urbem.

¶ Giſorium, *Giſors*, oppidum Galliæ, in Normannia, ad fluvium Eptam, 14. leucis à Lutetia in Circium diſtat. Dicitur & Cæſortium. Vide ibi.

Plin. Giſſa, *Pago*, teſtibus Hermolao, Volaterrano, & aliis, inſula maris Illyrici, Liburniæ adiacens, inter Arbam ad occaſum & Enonam ad ortum, ab Arba 10. mill. paſſ. Enonæ propior, longa 25. mill. paſſ. cum oppido cognomine, & pago, qui adhuc *Giſſe* dicitur.

¶ Giſſa, *Pago*, inſula eſt parva maris Adriatici, in ſinu Flanatico, ſub dominio Venetorum, in ora Liburniæ, à qua vix 3. milliaribus Italicis diſtat. Circuitus eſt ferè 60. milliarium, & 4. milliaribus tantùm ab Enona diſtat.

Potol. * Gitlui, Gilva Antonino, *Zezil*, & *Izli*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum; inter Victoriam & Vagas urbes, (* manuſcriptum Seldeni habet Τιλοι.)

Strab. Gitta, Getta Plinio, Gittha Ioſepho, pagus Palæſtinæ, in Samaria, à Samaria urbe 6. ſchœnis diſtans, patria Simonis Magi.

¶ Glamorgania, *Glamorganſhire*, provincia Angliæ, in Vallia meridionali, iuxtà Sabrinæ æſtuarium. Ab aliis dicitur Morganutia. Habet ab oriente Monumethenſem Comitatum, & ab occidente Maridunenſem Comitatum; eiuſque primaria eſt Cardiffa.

Lib. Conc. Glandata, & Glandatenſis urbs, & Glandatena libro dignit. Glanatica libro provin. *Glandeſve*, urbs Galliæ Narbonenſis, in Provincia, exciſa, cuius tamen manet epiſcopatus, in Alpibus maritimis, inter Sanicium ad ortum ac Diniam ad occaſum 7. leuc.

¶ Glandata ſeu Glanteva Capillatorum, *Glandeves*, urbs fuit Galliæ Narbonenſis, in Provincia, ad Varum fluvium, versùs Alpes & confinia ditionis Sabaudicæ. Nunc in ruinis jacet; manet tantùm caſtrum in colle. Epiſcopus autem, qui ſuffragatur Archiepiſcopo Ebrodunenſi, commoratur in oppido Intervallio, *Entrevaux*, vix 2. milliaribus ab ea diſtante, in ipſo limite Comitatus Nicææ.

Ptol. Glandomirum, *Mondonnedo*, teſte Henrico Coquo & Villanovano, urbs Hiſpaniæ Tarraconnenſis, in Callaicis, epiſc. ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, à Caronio 12. leuc. in ortum, à Luco 9. Vide Mindon.

¶ Glandomirum, Sanſone teſte, eſt *Puente Brandomil* nunc, ad amnem Lezarum, in Gallæcia, vix 6. leucis Hiſpanicis ab Artabro promontorio in ortum, & 20. in occaſum à Mindonia, *Mondonnedo*, quæ Ocelum antiquitus fuit dicta, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus,

Glanicus, fluvius Campaniæ apud Acerras. Vide Clanius. *Plin.*

Glanis, *la Chiana*, fluvius & palus Hetruriæ. Vide Clanis. Eius meminit Silius libro 8. *Plin.*

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Sed plerique codices Clanis habent.

Glannibanta, Clanoventa Antonino, ut videtur nonnullis, *Bainbrig*, teſte Camdeno, oppidum Albionis olim, nunc pagus Comitatus Eboracenſis. (Camdenus putat eſſe locum aliquem ad flumen *wentsbeck*, in Northumbria.) *Lib. Not.*

Glanum, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Provincia inter Olbiam & Cithariſten promontorium, teſte Mela; Glanum Livii cognominatum à Plinio, ex quo liquet errare Robertum Cænalem, illud *Lodeſve* urbem (quæ extra Provinciam eſt in Occitania) indigitantem; multoque magis eos, qui *Gap* urbem Delphinatus eſſe affirmant, ut in Theſauro Linguæ Latinæ. *Plin. Ptol. Mel.*

¶ Glanum aliis eſt *les Baux*, oppidulum cum caſtro in Provincia, 4. leucis ab Arelate Cabellionem versùs, Sanſone & Hon. Bauch. teſtibus.

Glareatum, *Gallera*, oppidum amplum agri Mediolanenſis, in Inſubria, abſque mænibus, à Mediolano 24. mill. paſſ. Sextum & Angleriam versùs. Vide Gallorum area: nam variè hoc oppidum nominatur. *Merul.*

¶ Glarona, *Glaris*, oppidum Helvetiorum, & unus ex 13. pagis ſeu Cantonibus. Paucis conſtat incolis Catholicis & Reformatis, ad radices montium, & quatuor pagis ſe conjunxit anno 1351. Hinc regiuncula adjacens Glaronenſis pagus, *le Canton de Glaris*, dicitur, & altiſſimis undique montibus cingitur, uti Limago fluvio ad ortum, Rhætia ad meridiem, & pagis Sylvanienſi & Suitio ad occaſum.

Glaſcònia, *Gllaſenbury*, urbs olim Albionis, in Anglia, nunc pagus cum cœnobio, teſte Camdeno, in territorio Londinenſi Cantuariam versùs & oſtia Thameſis (Agri Somerſettenſis.) Vide Avalonia. *Script. Brit.*

¶ Glaſconia, *Glaſſenburye*, pagus eſt Comitatus Somerſetenſis, in Anglia meridionali. 10. milliaribus Anglicis diſtat ab æſtuario Sabrinæ in ortum, 15. à Bathonia in Africum, & 20. à Dorceſtria in Boream.

Glaſquum, *Glaſcovv*, urbs Scotiæ archiepiſcopalis, ad Glotam fluvium, ab Edimburgo regio 25. mill. in occaſum, ab ora occidentali & oſtia Glotæ 12. *Script. Scot.*

¶ Glaſquum, ſeu Glaſcovium, *Glaſco*, urbs eſt Scotiæ meridionalis, in Glotiana provincia. 16. milliaribus diſtat ab ora occidentali Scotiæ, & in limite Cuninghamiæ regionis. Academiam habet anno 1454. inſtitutam.

¶ Glatium *Glatz* Germanis, *Gladſco* Bohemis, urbs Germaniæ, in Bohemiæ regno, Comitatus Glatenſis caput, inter Bohemiam propriam & Sileſiam, cum arce munita, ad Niſſam fluvium. 22. milliaribus Germanicis diſtat à Praga in ortum, & 11. ab Vratislavia in auſtrum.

Glauci inſula Glauconenſus Plinio, inſula Bæotiæ, penè continenti illius iuncta, apud Anthedonem, patria Glauci hiſtrionis celebris. *Pauſ.*

* Glauconis, inſula maris Africi, apud Melitam. Vide Gaulos (eadem enim eſt.) Hæc tamen deeſt in codice Græco Ptolemæi, licèt illum Ortelius citet. (* Γλαυκωνος in manuſcripto Seldeni.) *Ptol.*

¶ Glaucus, ſinus Aſiæ minoris, in Caria, nunc *Golfo di Macre* dicitur Gaſtaldo & aliis.

Glaucus, fluvius Peloponnenſi, penes Patras fluens, *Rio di Patraſſo.* Glaucus item Straboni & Plinio fluvius Colchidis, *Ocabo*, teſte Moletio. Vide Cyaneus, eſt enim idem. *Pauſ.*

Glaudiomagum, Claudiomagum, pagus Galliæ, in finibus Biturigum. Vide Claudiomagus.

Glemona, *Gemona*, oppidum amplum Carnorum, apud Norici confinia, ab Vtino 15. mill. paſſ. in via quæ Villacum urbem Carinthiæ ducit. *Fort.*

¶ Glemona, *Gemona*, oppidulum eſt Italiæ, in Forojulienſi provincia, ſub dominio Venetorum, prope Tiliavemptum fluvium, & 4. milliaribns Germanicis ab Alpibus & à confinio Germaniæ. *Dia.*

¶ Glendelacum, *Glendalagh* ſeu *Glandeloure*, urbs fuit Hibeniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, nunc vicus Lageniæ, in Comitatu Dublinenſi.

Gleſſaria, quæ & Auſtravia, peninſula Pruſſiæ, ad ſinum Balticum, ubi Sambia regio & Sambienſis Epi- *Plin.*

Epiſcopus, ac Mons Regius urbs præclariſſima in Iſthmo illius, à Dantiſco ad 30. milliaria Germanica. Ea *Sudau*, teſte Irenico cum Eraſmo Stella. Ibi olim Sudeni populi à Ptolemæo memorati. Aliis (quos inter Camdenus) Gleſſaria eſt *Leſſe*, inſula apud Cimbriam Cherſoneſum, inter illam & Holandiam. Ortelio videtur *Ameren*, inſula Oceani Germanici, ubi Electrides oræ Friſiæ orientalis adjacentes. Ego verba Plinii perpendens, nulla ratione priorem ſententiam probo; alteram puto veram: nam Plinius Gleſſariam & Electrides in mari Germanico, non in Baltico, ac inter Cimbricam & Britanniam deſcribit. Dicitur autem Gleſſaria, à gleſſo, quod ſuccinum ſignificat; plumbum etiam optimum & cryſtallum gignens, teſte Solino.

¶ Gleſſaria inſula, quæ & Auſtrania, eſt inſula *Strandt* dicta ſeu, & meliùs, *Nortſtrandt*, ante littus Cimbrorum, in mari Germanico, teſte Cluverio, prope *Huſum* urbem Ducatus Sleſvicenſis ſeu Jutiæ meridionalis. Vix eſt circuitus 25. mill. paſſ. & in ea ſunt tantùm aliquot pagi.

Gleſſoburgum, *Gleſſenburg*, oppidum Albionis, in Anglia. (Forſan *Glaſſenbury*, de quo ſupra.)

Gliſas vel Gliſſas, (variè enim ſcribitur) oppidum Bœotiæ, ad Thermodontem fluvium interluentem, Coronæ proximum, vino celebre.

Gloceſtria, *Glouceſter*, urbs Albionis epiſcopalis, in Anglia. Vide Clevum, & Claudia caſtra.

¶ *Gloceſtrienſis* Comitatus, *Gloceſter Shire*, provincia Angliæ, à Gloceſtria urbe primaria ſic dicta, ad Sabrinam fluvium. Habet ab oriente Oxonienſem Comitatum & ab occidente Monumetenſem; ejuſque circuitus eſt 140. milliarium.

¶ Glogavia major, *Glogau* ſeu & *Gros Glogau*, urbs Germaniæ, in Sileſia provincia, ad Oderam fluvium, probè munita, cum arce; eſtque Ducatus Glogavienſis caput. Vix 2. leucis diſtat à confinio Poloniæ, 13. ab Uratislavia Boream verſùs, & à Sagavo.

¶ Glogavia minor, *Klein Glogavv* Germanis, *le petit Glogau* Gallis, oppidum Germaniæ, in Sileſia ſuperiori, in Ducatu Oppolienſi, 4. leucis ab Oppolio in auſtrum, & totidem à Niſſa in Eurum diſtat.

Glota, Clota Ptolemæo, Cluda poſterioribus, *Cluyd*, fluvius Scotiæ ingens, per Glaſquum urbem in occaſum fluens. Vide Clota.

Glota, *Arran*, teſte Camdeno, inſula Britanniæ, oræ Scoticæ ad occaſum adjacens, contra Rerigonium oppidum.

¶ Glota, inſula Scotiæ meridionalis, nunc eſt *Arren*, inſula Glotæ æſtuarii, à paucis annis Ducatus titulo inſignita. Oppidum habet *Arren* dictum; eſtque circuitus 28. milliarium Scoticorum, inter provincias Cantiram ad occaſum, Cuninghamiam ad ortum, & Argateliam ad Boream, 28. milliaribus Scoticis à Rerigonio in Boream.

Glotiana, *Clydeſdale*, provincia Scotiæ meridionalis, ſic dicta a Glota fluvio, qui eam mediam ſecat. Eſt inter Lothianam & Teviotiam ad ortum, inter Kiliam & Cuninhgamiam ad occaſum. Ibi Glaſquum urbs primaria. Vide Cludeſdalia.

Glovernia, urbs Albionis. Vide Clevum.

¶ Glucſtadium, *Gluckſtadt*, oppidum Daniæ, in Holſatia, recens munitum à Chriſtiano IV. Rege anno 1629. in Stormaria provincia, in dextra Albis fluvii ripa ab iis qui ſecundo flumine deſcendunt, ubi is recipit amnem *Rhyn* dictum, 6. leucis infra Hamburgum in Circium, & 2. ab Itzehoa in auſtrum, è regione Ducatus Bremenſis.

Gnatia, urbs Apuliæ Peucetiæ exciſa. Vide Egnatia Sic Horatius libro 1. ſerm. ſat. 5.

Bari mœnia piſcoſi, dehinc Gnatia lymphis.

Gneſna, urbs Poloniæ majoris archiepiſcopalis, inter Poſnaniam ad occaſum 7. & Toruniam ad ortum 12. leuc.

¶ Gneſna, *Gneſna* Polonis & Italis, *Gniſen* Germanis, *Gneſne* Gallis, urbs eſt Poloniæ majoris ſeu inferioris, in Palatinatu Caliſienſi, olim regia ſedes & Poloniæ primaria. 7. leucis diſtat à Caliſia in Boream. Dicta fuit aliàs Limioſaleum; eratque olim totius regionis caput, condita à Lecho Rege, inter paludes, 6. milliaribus Germanicis à warta fluvio in Boream. Sed anno 1613. ferè tota civitas ingenti conflagravit incendio; deficitque in dies. Vide Limioſaleum.

Gnidus, urbs & promontorium Cariæ. Vide Cnidus. Sic Lucanus libro 8.

-ſpirat de littore Coo
Aura fluens; Gnidon inde fugit, clarumq; relinquit.

Hinc Gnidius nomen gentis. Martians libro 13. epiſt. 63.

Tradita ſi Gnidiæ ſunt tibi ſacra Deæ.

Gnoſſos, & Gnoſos, & Cnoſſos Straboni, *Ginoſa*, urbs Cretæ quondam primaria, & regia, apud Idam montem, epiſcopalis, nunc exciſa, & pagus inter Gortynam & Lyctum, à quo 120. ſtadiis abeſt, à littore 25. a Gortyna 100. Populi Gnoſſii. Hinc Gnoſſius nomen gentis, & Gnoſius. Ovidius libro 3. Metamorphoſeon: *Plin.*

Gnoſius Ichnobates, Spartana gente Melampus.

Sic Gnoſiacus, a, um. Vt Gnoſiacum merum apud Lucanum.

¶ Goa, *Goa*, urbs Aſiæ, in India citeriori, in inſula parva cognomine, ad oſtia fluvii *Mandova*, in ora littorali. Archiepiſcopalis facta à Paulo IV. Ibi degit Prorex Luſitanus; eſtque emporium celebre amplum & dives; & quanquam careat mœnibus, habet tamen aliquot arcus in inſula & quaſi in ejus ſuburbiis. Antea ſuberat dominio Regis Decani; ſed ex quo expugnata fuit ab Alfonſo Albuquerquio, à Luſitanis fortiter ſervatur. Aliàs Cherſoneſus dicta fuit, ut multi exiſtimant.

Gobæum, *Cap. S. Mahè* promontorium Galliæ Celticæ, in ora Britanniæ occidentali, ubi ora Borealis incipit, contra Senam inſulam, inde 4. leucis in occaſum diſtantem. Non longè *le Four* oppidum; à Leona urbe in occaſum 10. leucis diſtans: quod & Gobæum appellatur. *Ptol.*

¶ Gobæum promontorium, *S. Mahè*, ſeu & *Cap. S. Mahè*, ab Abbatia S. Matthæi. Dicitur etiam in Finibus terræ. Diſtat 17. leucis à Leona urbe; eſtque prope Conquetum portum, *le Conquet*, 4. leucis à Breſto in ortum, & 5. ab Uxanto inſula.

Gobannium, *Abergevenny*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia & Walliæ confinio, inter Iſcam Legionem & Magnas 22. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario.

Gobanium, *Albergevenny* & *Albergevennevu*, oppidulum eſt Angliæ, in Comitatu Monumetenſi & in limite Walliæ, ad Iſcam fluvium; fuitque alias oppidum Silurum. 15. milliaribus diſtat ab Iſca Legionis in Boream. *Ant.*

¶ Gojamum, *Gojame*, regnum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, verſùs Nilum fluvium, è lacu Dambeæ erumpentem, ubi aliquot oppida parvi momenti; eſtque inter regna Bizamum & Bagamedrum, teſte Iſaaco Voſſio. Subeſt dominio Regis Abaſſinorum.

¶ Golconda, *Golconda*, regnum Aſiæ, in India citeriori, prope ſinum Gangeticum. Habet à ſeptentrione Imperium Magni Mogolis, ab occaſu regnum Decani, & à meridie regnum Biſnagariæ. Dicitur aliter regnum Orixa; eſtque amplum, & extenditur ad 200. leucas Gallicas juxta oram ſinus Gangetici in ortum. Ejus primaria urbs & ſedes regia eſt Golconda, *Golconde*, Perſis *Hidraband*, urbs ampla & elegans, 60. leucis à portu Maſulepatano in Boream, & 50. ab ora proximiori ſinus Gangetici in Circium. Aliæ urbes regni præcipuæ ſunt Condapolis, Condavera, Orixa, Maſulepatanum & Narſingapatanum.

¶ Golnovia, *Golnovv*, urbs Anzeatica Germaniæ, in Pomeraniæ Ducatu, ad Ihnam amnem, alias ampla & probè culta, nunc autem incendiis miſerè deformata & ultimo bello Germanico. A paucis inhabitatur, ſub dominio Svecorum pace Monaſterienſi.

¶ Gomera, *l' Isle Gomere*, inſula Africæ, in mari Atlantico, & una ex Fortunatis inſulis, inter Teneriffam & Ferri inſulas. Oppidum habet cognomine, cum portu capaci; aliaſque Theode dicta fuit, Petro duval teſte.

Gomorrha urbs fuit Iudææ, in ora lacus Aſphaltitis, Sodomis propinqua, unà cum illis de cœlo tacta, ac in aquis ſubmerſa. Hinc Gomorrhæus. De ea Sedulius: *Plin.*

Et facta immundus fœda Gomorrha cinis.

Gomphi, *Gonfi* ex tabulis recentibus, oppidum Theſſaliæ, apud Epiri confinia, primòque inde venientibus occurrens, Gonno finitimum, à Lariſſa ſupra 40. mill. paſſ. in occaſum. Ejus meminit Statius libro 4. ſylv. *Cæſ. Strab. Ptol.*

Et

Et crebris iter allegare Gomphis.

Strab. Steph. Gonni, Gonnus Ptolemæo, *Goniga* Moletio & aliis, oppidum Macedoniæ, in Perrhæbia regione, inter Dolicham & Atracem, à Lariſſa ſupra 20. mill. paſſ. in occaſum, Gonocondilos, ut videtur, Livio Gonos, & Gonuſſa Lycophroni: Sunt qui idem Gonoeſſam eſſe putent: ſed hæc in Ætoliæ finibus erat, à Seneca in Troade memor.

An cæres nunquam Gonoeſſa vento?

Ptol. Gontiana, *Gemaa*, teſte Marmolio, aliis *Giumba*, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum..

¶ Goplus, *Goplo*, lacus Poloniæ majoris, in Cujavia provincia. Vide Guplo.

¶ Gorcomium, *Gorcum*, urbs opulenta Hollandiæ & probè munita, in Belgio. Vide Gorichemum.

Ptol. Gordene, Gorduena Straboni, Plutarcho, Corduena Dioni, *Curdi*, teſte Caſtaldo, regio Armeniæ majoris, in Meſopotamiæ confinio.

Godenia. Vide Gordynia.

Plin. Plin. Ptol. * Gordiæus mons, *Nimbarum* Petro Gyllio, *Gibel Noe* Theveto, *Weriphout* Georgianis, mons Armeniæ majoris excelſus, ex quo Tigris fluvius erumpit, & ſuper quo arca Nohe quievit. (* in manuſcripto Seldeni eſt Γορδυαια.)

Plin. Ptol. Gorditanum, *Capo Argentar* Nigro, *Capo Lugudori* Pineto, promontorium Sardiniæ, in ora Boreali, contra Corſicam.

¶ Gorditanum promontorium eſt, *Capo di Montefalcone*, in ora occidentali Sardiniæ versùs Boream, & Herculis inſulam, vix 10. milliaribus à vico *Argentara* in Septentrionem, & 20. à Saſſari in occaſum.

Xenop. Gordium, urbs Phrygiæ magnæ, ad Sangarium fluvium, ubi Alexander Magnus Gordium nodum cum diſſolvere non poſſet, diſcidit, oraculo eluſo. *Gordius* autem *nodus* ut apud Plutarchum in Alexandro legitur, in proverbio habetur, quoties vinculum arctiſſimum & indiſſolubile ſignificare volumus; ſimile illi, *Herculeus nodus* apud Senecam in epiſt. ad Lucenum.

Cæſ. Gorduni, nunc Gandavenſes, populi Belgii, quorum urbs Gandavum, *Gent*, Flandriæ atque totius Belgii maxima, ad Lyſam fluvium, ab Antuerpia 10. leucis in occaſum.

¶ Gorduni, populi Galliæ Belgicæ, fuere ſub Morinis, ad Legiam ſeu Liſam fluvium, ubi nunc Cortracum urbs Flandriæ, Sanſone teſte. Gandavenſes autem ſunt ubi aliàs fuere Centrones.

Strab. Gordus, Juliogordus Ptolemæo, Gordiu come & Juliopolis Plinio, urbs Phrygiæ magnæ, Gordio finitima.

Steph. Gordynia, Gordenia Plinio & Ptolemæo. Cordynia Melæ, *Gorza* Moletio, & *Gorza paſari*, oppidum Macedoniæ, in Æmathia, Ædeſſæ & Berrhœæ finitimum.

Rutil. Gorgon, Urgo Plinio & Melæ, *la Gorgona*, inſula maris Tyrrheni, media ferè inter oſtia Macræ, & Corſicam, 60. mill. paſſ. diſtans, Capráriæ proxima, à Portu Liburno 30. mill. recedens in meridiem, duplo à Portu Ericis, parva, circuitu 4. mill. penè ob piratas deſerta, ſub Genuenſibus. Meminit illius Rutilius libro 1.

Aſurgit ponti medio circumflua Gorgon.

¶ Gorgon, *la Gorgona*, inſula eſt parva Italiæ, inter oram Thuſciæ & Corſicam, aliàs ſub dominio Piſanorum, nunc autem magno Duci Hetruriæ paret. In ea eſt tantùm vicus cum turri. 25. milliar. diſtat à Liburno in occaſum, & 40. ab oſtio Macræ in auſtrum; eſtque tota montuoſa.

Strab. Mel. Gorgones, Gorgades Plinio, *Iſole di Capo Verde*, vel *Islas de Cabo Verde* Mercatori, inſulæ maris Atlantici, Libyæ interioris oræ occiduæ adjacentes, contra cornu Heſperii, à continenti bidui navigatione in occaſum diſtantes, ab inſulis Fortunatis ad 300. leucas in meridiem, ſic à Gorgonibus, quæ illas inhabitaſſe feruntur, dictæ.

¶ Gorgones, ſeu Gorgades, & Heſperides inſulæ dicuntur nunc inſulæ Capitis viridis, *les isles du Cap Verd*, in mari Atlantico, versùs Africam & promontorium Viride. Subſunt nunc dominio Regis Portugalliæ; ſuntque decem numero. Vide Capitis viridis inſulæ & Heſperides.

¶ Gorgonſola & Gorgongiola, *Gorgonzola*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Incile *Marezana*, in dominio utili Principis Trivultii, 12. milliaribus à Mediolano in ortum.

¶ Gorichemum, *Gorkum*, urbs Belgii, in Hollandia meridionali, ad Moſam fluvium, ubi recipit Lingam. Eſt probè munita, & aliàs fortiter expugnata fuit à Batavis, quibus etiamnum ſubeſt. Diſtat 3. leucis à Dordraco in ortum, & 2. à Viana in auſtrum.

¶ Goritia, *Goritz* Germanis, *Goritia* Italis, urbs munita Italiæ, in Foro-Julio, ad Sontium fluvium, Comitatus ſeu regiunculæ cognominis caput, ſub dominio Auſtriacorum, & confinio Venetorum, inter Alpes & ſinum Tergeſtinum, vix 4. leucis Germanicis ab Aquileja in Boream, & totidem à Palma in ortum.

Gorlitium *Gorlitz*, urbs Germaniæ, Luſatiæ ſuperioris caput, & permunita, inter paludes, antea ſub dominio Regis Bohemiæ, nunc autem paret Electori Saxoniæ. Sedet juxta Niſſam fluvium, 4. leucis à Budiſſina in ortum, & 2. à confinio Bohemiæ.

Gormanum, *Ganzer*, oppidulum Daciæ, in Tranſylvania, Claudiopoli urbi finitimum. Ptol.

¶ Gornacum, *Gournay*, oppidum Normaniæ, ad Eptam fluvium, 5. leucis ſupra Cæſortium, & una ſupra Novum Mercatum in Boream.

Gornacum, *Gournay*, oppidum Galliæ Belgicæ, in Picardia, Compendio propinquum, 4. leucis in Cæciam recedens, inter Bellovacos 10. & Noviomum ad ortum 6. Ivoni.

Gornacum, *Gournay* cognomento *ſur Aronde* ab amne Aronda, ad alterius Normannici differentiam, oppidulum eſt provinciæ inſulæ Franciæ, in confinio Picardiæ, 4. leucis à Compendio in Circium Ambianum versùs.

Gorſio, Gurſio, ut alibi legitur, *Cork*, Lazio teſte oppidum Pannoniæ inferioris, in Hungaria, ad Zaruvichium fluvium, inter Albam Regalem & Quinque Eccleſias ferè medium. Ant.

* Gortyna, *Gortyn* Sophiano & aliis, urbs Cretæ quondam clara & epiſcopalis, nunc exiguus pagus, Gnoſſo finitima, ab Ida monte 10. mill. paſſ. ab ora littorea 12. Hinc Gortyneus, & Gortyniacus nomina gentis. Meminit Lucanus libro 3. Strab. Ptol.

Docta, nec Eois peior Gortyna ſagittis.

Ovidius libro 7. Metamorphoſeon:

Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.

(* in manuſcripto Seldeni Γορτυνα.)

Gortyna altera oppidum fuit Arcadiæ, in Peloponneſo ad Gortynium fluvium, teſte Pauſania. Pauſ.

Goslaria, *Goslar*, urbs Saxoniæ non ignobilis, libera, ſive (ut ajunt) Imperialis, inter Halberſtadium & Embeccam 6. leucis diſſita. De qua libro 7. Itinerarii: Script. Germ.

Quaque ſcatet multis Goslaria clara metallis.
Embecca & Cereris pocula ſana coquit.

¶ Goslaria urbs eſt Saxoniæ inferioris, in Ducatu Brunſvicenſi, ad fontes Okræ amnis, ſui tamen juris. Vix 5. milliaribus Germanicis ab Hildeſio in Eurum diſtat.

¶ Goſtinia, *Goſtinin*, urbs & Caſtellania Poloniæ majoris, in Palatinatu Ravenſi. Nobilitatur carcere & morte Demetrii Suiſcii magni Ducis Moſcoviæ. 2. leucis diſtat à Viſtula fluvio & à Ploſco in auſtrum. Arcem habet ſatis munitam.

¶ Gota, *Goto*, inſula Japoniæ, in Aſia, cum urbe cognomine, in ora regionis *Ximo*, inter Corcam ad auſtrum, & Amacuſam ad ortum.

Gotha, urbs Germaniæ, in Thuringia, ex præcipuis, à Gothis anno ſalutis 923. condita, ab Erphordia 4. leuc. in occaſum. Script. Germ.

Gothæ, arx olim firmiſſima, ſolo nunc æquata cernitur. De illa mentio eſt in libro 5. Itinerarii Germanici:

Ni ſtarent veteris proxima tecta Gothæ.

¶ Gotha, *Gotha*, urbs eſt parva Germaniæ, in Thuringia, media ferè inter Erfordiam ad ortum & Eiſenacum ad occaſum, in ditione Ducis Weimarienſis è Domo Saxonica. Ejus arx diruta fuit ſub Ferdinando primo Imperatore.

¶ Gotheburgum, *Gotheborg* & *Gotembourg*, urbs Sveciæ permunita, cum portu, in Weſtrogothia provincia, & in ora maris Baltici, ubi obiit Carolus IX. Sveciæ Rex anno 1660. 3. milliaribus Germanicis à Bahuſio in auſtrum diſtat.

¶ Gotheburgum, *Gotembourg*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in nova Svecia, prope fluvium Auſtrinum, vix 10. milliaribus Germanicis ab ora maris Borea-

realis, antea à Svecis extructum, ſed poſtea à Batavis captum & deinde ab Anglis expugnatum.

Gothi, & Gotthi (ſic enim alicui legitur) *Polouci*, teſte Matthæo Michovienſi, populi Sarmatiæ Europææ, Boreale latus maris Euxini incolentes, priùs Gætæ, teſte D. Iſidoro libro 9. orig. De quibus Auſonius. Horum metropolis & urbs archiepiſcopalis Gothia, antequam à Turcis occuparetur. Auſonius ep. 3.

Hinc poſſem victos inde referre Gothos.

Regio Gothia nunc *Oſia*, inter Tyram & Boryſthenem.

Gothia regio, pars Scandinaviæ, Daniæ (non Daciæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) & Sveciæ finitima.

¶ Gothia, *la Gothie* ſeu *Gotland*, pars eſt auſtralis regni Sveciæ, inter Sveciam propriam, Norvegiam, & Mare Balticum. Dividitiur in tres partes, nempà in Occidentalem, *Weſtro gotland*, Orientalem, *Oſtrogothland*, & Meridionalem; *Sudgotland*. Gothiæ Occidentalis provinciæ ſunt Weſtrogothia, *Weſtrogothland*, Dalia, *Dalie*, & Vermelandia, *Vermeland*. Gothiæ Orientalis provinciæ ſunt Oſtrogothia *Oſtrogothland*, Smalandia, *Smaland*, Oelandia inſula, *Oeland*, & Gotlandia inſula, *Gothland*. Gothiæ autem meridionalis provinciæ ſunt Scania, *Schonen*, Hallandia, *Halland*, & *Belkingia*, Bleking. Et hæ tres ultimæ provinciæ priùs erant Danici juris, nunc ſubſunt Dominio Regis Sveciæ.

Gothini, populi Germaniæ, terga Marcomannis vertentes, & ferrum effodientes. Horum urbs in Bohemia, *Kuttenberg*, Latino recenti Cutnæ, inter Pragam ad occaſum & Littomeſcum in ortum 8. leuc. diſtans, ubi aurifodinæ.

¶ Gothini populi fuere Germaniæ, versùs Viadrum fluvium & ad ortum Marcomannorum, ubi nunc pars Sileſiæ provinciæ, propè Uratislaviam, teſtibus Sanſone & Brietio.

Gothiſcandia, *Gothlandt*, regio Scandinaviæ, in ora auſtrali, in regno Svecorum olim, nunc ad Daniæ Regem ſpectans, inter Sveciam & Daniam.

¶ Gothiſcandia, ſeu Gotlandia, pars regni Sveciæ ad auſtrum, quæ eadem eſt cum Gothia. Vide ibi.

¶ Gothlandia, *Gothland*, inſula eſt regni Svecici, in mari Balthico. 16. leucis diſtat ab ora littorali Oſtrogothiæ in ortum. Ejus longitudo à ſeptentrione in meridiem eſt 12. leucarum Sveciarum circiter, latitudo autem 5. leucarum ab ortu in occaſum; ibique oppidum Visbia, *Wisby*, aliàs urbs ampla, & emporium celebre.

Gothunni, populi Sarmatiæ Europææ, ex Gothis & Hunnis permixtis nominati. Quorum meminit Claudianus libro 2. in Eutrop.

Eſt opus: Oſtrogothis colitur, mixtiſque Gothunnis.

¶ Gottinga, *Gottinghen*, urbs Germaniæ, in Ducatu Brunſvicenſi, ad Leinam fluvium, 3. leucis à Duderſtadio in occaſum versùs Haſſiam, & 10. ab Hildesheimo in auſtrum.

¶ Gottorpium, *Gottorp*, arx Daniæ valida, in Jutia, exiguo ab urbe Sleſvvicenſi intervallo, ſedes Ducum Sleſvvici & Holſatiæ, qui hinc Duces Gottorpienſes perſæpe dicuntur.

¶ Gouda, *Goude*, urbs Belgii uniti, in Hollandia, media fermè inter Ultrajectum ad ortum & Hagam ad occaſum, 5. leucis utrinque, & 3. à Roterodamo.

¶ Goura, *Gourè*, arx eſt Africæ, in Nigritia regione, & in ora Oceani Atlantici, recens exſtructa & munita à Batavis, 3. leucis diſtans à promontorio viridi; eſtque in inſula parva littori ferè juncta.

¶ Gourum, *Gouro*, urbs Aſiæ, in India, in regno Bengalæ, ad Gangem fluvium, 200. circiter milliaribus à Bengala urbe in Boream, & totidem à ſinu Gangetico, ſub dominio Magni Mogolis.

Goziura, urbs. Vide Gaziura.

Gracchopolis, poſteà Cracovia, teſte Antonio Bonfinio, *Crackovv*, urbs Poloniæ minoris, epiſcopalis & regia ampliſſima. Vide Carrodunum. Ejus mentio fit in libro 7. Itinerarii ſic:

Hic ubi Sarmatico ſe jactat in orbe Viliſcum,
Millia quod Gracchi diſtat ab urbe duo.

Gracuris, Gracchuris Feſto, *Agreda*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Caſtellæ veteris, in Aragoniæ confinio, teſte Morale & Cluſio, inter Turiaſonem 4. & Soriam ad occaſum 8. leuc. à Graccho poſt victos Celtiberos anno urbis 571, orbis verò 3939, ædificata, ſeu, auctore Feſto, (qui Illurcim priùs dictam ſcribit) inſtaurata.

¶ Gracuris quibuſdam eſt *Agreda*, oppidum Aragoniæ, ad amnem *Queiles*, & in ipſo confinio Caſtellæ veteris. Sunt tamen qui credant Agredam eſſe Auguſtobrigam antiquorum, & Gracurim eſſe *Cagurria*, in Navarræ regno, propè Iberum fluvium & Vianam oppidum.

Gradiſca, *Gradiſck* Germanis, *Gradiſca* Italis, arx permunita Italiæ, ad Sontium fluvium, in Foro-Julio & in Comitatu Goritienſi, ſub dominio Auſtriacorum, & in confinio ditionis Venetæ, media fermè inter Aquilejam in auſtrum & Goritiam in Boream, 2. leucis à Palma in ortum.

¶ Gradiſcia, *Gradiſck*, urbs Pannoniæ probè munita, in Sclavonia, ad Savum fluvium, in ditione Turcarum, & in limite Croatiæ, 8. milliaribus Germanicis à Zagrabia in ortum. Antiquis fuit Servitium, Brietio & aliis teſtib.

Gradus, *Grado*, inſula Venetiæ, ſeu Carnorum, *Regin.*
apud Aquileam urbem, inde ſupra 6. mill. paſſ. diſtans *Egina.*
in auſtrum, continenti proxima, cum urbe cognomi- *Diac.*
ne, ubi Patriarcha poſt excidium Aquilejæ ſedem diù tenuit; cum autem Aquilejam rediiſſet, Gradenſes ſibi Patriarcham alterum, qui Gradenſis dictus eſt, adſcivere: cujus ſedes poſtremò Venetias tranſlata fuit. Sicque Patriarcham olim Gradenſis nunc Venetus nominatur.

¶ Gradus, *Grado*, urbs Italiæ, in Foro-Julio, in inſula parva ſita, in ora littorali maris Adriatici. Ædificata fuit ab Aquilejenſibus, unde Patriarchatus diviſus fuit in Gradenſem & Aquilejenſem, & ille poſtea Venetias translatus fuit. 80. milliaribus diſtat à Venetiis in ortum, & 12. ab Aquileja in auſtrum. Urbs eſt parva admodum, ſubeſtque dominio Venetorum.

Grææ Alpes, Grajæ Plinio & aliis, Grajus mons *Ptol.*
Tacito & Senecæ, *Monte di S. Bernardo minore*, & *Monte di Giove*, teſte Leandro, montes in finibus Salaſſorum quibus ex Italia in Centrones, & Allobroges in Gallia Narbonenſis tranſitur.

¶ Grææ Alpes, ſeu, & meliùs, Alpes Grajæ, ſunt inter Sabaudiam & Pedemontium, versùs Auguſtam Prætoriam & Tarentaſiam tractum, excurruntque à monte Cenilio uſque ad Summum Penninum, vulgò *Monte Jove*, Gallis *Mont Joux*, aliter *le grand S. Bernard*, ubi incipiunt Penninæ.

Græca via, quæ & Herculea, teſte Cicerone, in *Cic.*
Campania apud lacum Lucrinum erat.

Græcia, quæ Achaja, & Hellas teſte Plinio, *Rome*
chi incolis Turcis, ſeu *Rumelia*, & *Horomeli*, teſte *Plin.*
Leunclavio, provincia ampla Europæ, Theſſaliæ ad *& al.*
Boream, & Epiro ad occaſum, Peloponneſo ad auſtrum finitima, in plures regiones diviſa, Atticam, Bœotiam, Phocidem, Doridem, Locros, & Megaridem. Populi Achæi, & Achivi, Argivi, Danai, Dolopes, Dores, Dryopes, Graii, Grajugenæ, Hellenes in univerſum, & Græci. Jones etiam, Myrmidones, & Pelaſgi inter Græcos cenſentur. Meminit Græciæ Virgilius libro 11. Æneidos:

Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatis.

¶ Græcia, *la Grece* Gallis, *Grecia* Hiſpanis & Italis, cum latè ſumitur, continet Græciam veram & Regnum Macedonicum, ubi Macedonia, Theſſalia, & Epirus; ſed ſtrictè ſumpta, continet tantùm Græciam veram ſeu propriam ubi Achaja, ſeu Hellas, Peloponneſus, & inſulæ. Provinciæ Achaiæ fuere Ætolia, Attica Bœotia, Phocis, Doris, Locri, & Megaris. Provinciæ Peloponneſi fuere, Achaja propria, Arcadia, Argia, Corinthia, Elis, Laconia, Meſſenia, & Sicyonia. Inſulæ Græciæ ſunt Cephalenia, Corcyrus, Creta, Cyclades, Cythera, Delos, Eubœa, Zacynthus, & aliæ minores: & hæc de Græcia antiqua. Græcia autem recens ſubeſt dominio Turcarum, & ab ipſis *Romeli* dicitur; eſtque valdè extenſa. Continet enim Thraciam, vulgò *Romanie*, Macedoniam etiam ſic dictam Livadiam, *la Livadie*, quæ eſt Achaja antiquorum, & Moream ſeu Peloponneſum, cum inſulis ſupradictis.

Græcorum metropoles in Europa, antiquioribus & majoribus aſteriſmo prænotatis.

* Achrida, (*Ochrida*, Macedoniæ.)
Aegina, Atticæ inſula, (*Engia*.)
Ænos, (*Eno*, Thraciæ.)
Anchialus, (*Anchialo*, Thraciæ.)

Apros,

Apros, (*Aprio*, Thraciæ.)

Archadiopolis, quæ & Bergulæ, Thraciæ, (*Bergas.*)

* Athenæ, (*Setines*, Atticæ.)

Athyra, (Thraciæ.)

Barna, Tiberiopoli juncta. Vide Varna.

Bergulæ, (*Bergas*, Thraciæ.)

Berrœa, (*Veria*, Macedoniæ.)

Bizya, (*Vize*, Thraciæ.)

Bryſis, (Thraciæ.)

Bydena, (*Vidin*, Mœſiæ ſuperioris.)

Byzantium. Vide Conſtantinopolis.

Cherſona, (quid ſit, non conſtat.)

Chriſtianopolis, olim Megalopolis, Peloponneſi (*Leontari.*)

Chriſtopolis, olim Neapolis, Macedoniæ, (*Chriſtopoli.*)

* Conſtantinopolis, (*Stamboul*, Thraciæ.)

Corcyra, (*Corfou*, in ora Epiri.)

* Corinthus, (*Coranto*, in Peloponneſo.)

Cypſella, (*Capſilar*, Thraciæ.)

Demetrias, (*Dimitriada*, Theſſaliæ.)

Dercos, Thraciæ, (*Delcon.*)

Didymothichos, (*Dimotuc*, Thraciæ.)

Druſipara, (*Miſini*, Thraciæ.)

Dryſtra, olim Tiriſta, (*Driſta.*)

* Dyrrachium, (*Durazzo*, Macedoniæ.)

Euripus, & Chalcis, (*Negropont*, Eubœæ.)

Garella, & Gotthia, in Sarmatia, (quid ſit non conſtat.)

Hadrianopolis, (*Andrinople*, Thraciæ.)

* Heraclea, ſeu Perinthus, (*Heraclea*, Thraciæ.)

Joannina, olim Gaſſiope, (*Joannina*, Epiri.)

Juſtiniana, (eadem quæ Achrida.)

Lacedæmon, (*Muſithra*, Peloponneſi.)

* Lariſſa, (*Larizza*, Theſſaliæ.)

Lemnos, (*Stalimini*, inſulæ cognominis.)

Leucas, (*Santa Maura*, Epiri.)

Macræ, olim Panormus, Macedoniæ, (*Macri.*)

Madita, (*Maiton*, Thraciæ.)

Maina, olim Tænarum, Laconicæ, (*Maino.*)

Maronea, (*Marogna*, Thraciæ.)

Megalopolis, ſeu poſtea Chriſtianopolis, in Peloponneſo, (*Leontari.*)

Meſembria, (*Meſember*, Thraciæ.)

Monembaſia, olim Epidaurus, (*Malvaſia*, Peloponneſi.)

* Naupactum, (*Lepante*, Ætoliæ.)

Nauplia, (*Napoli de Romanie*, Peloponneſi.)

Nice, priùs Nicæa, Macedoniæ, (*Nice.*)

Pagaſæ, (*Volo*, Theſſaliæ)

Paronaxia, ex Paro & Naxo inſulis, (*Naxia*, maris Ægæi.)

* Patræ, (*Patras*, Peloponneſi.)

Pharſala, (*Farſa*, Theſſaliæ.)

* Philippi, (*Filippo*, Macedoniæ.)

* Philippopolis, (*Filippopoli*, Thraciæ.)

Phalla, & Bulla, cum Sugdæa, in Myſia.

Rhoſia, poſtea Leopolis, Rutheniæ, (*Luvovv.*)

Ruſium, olim Topiris, (*Roſio*, Thraciæ.)

Sardica, (*Sophie*, Thraciæ propriæ.)

Selymbria, (*Seliurea*, Thraciæ.)

Serræ, olim Apollonia, (*Serro*, Macedoniæ.)

* Sophia, (*Sophie*. Vide Sardica.)

(Scupia, *Scopia*, Mœſię ſuperioris.)

Thebæ geminæ, una Bœotiæ, (*Stives*,) altera Theſſaliæ, (*Zitoa.*)

Theodoſia, olim (Tazus, *S. Theodoſio*, metropolis Tauricæ, (*Caffa.*)

* Theſſalonica, (*Salonichi*, Macedoniæ.)

* Trajanopolis, (*Trajanopoli*, Thraciæ.)

Varna, olim Dionyſiopolis, Myſiæ, (*Varne.*)

Xanthia, Thraciæ, antè ſub Trajanopoli.

Zichnæ, Macedoniæ, antè ſub Serris, (*Zichne.*)

Græci peſſimè apud veteres audiunt, quaſi perfidiæ notati, ut apud Euripidem in Iphigenia, *Græcia non novit fidem*. Apud Auſonium tamen *Græca fides* eſt in adagio pro certa & indubitata, cum ait epiſt. 10.

Non Pœna, ſed Gręca fide.

Sic apud Plautum in Aſinar. act. 1. ſcen. 3.

Græca fide mercamur.

hoc eſt, præſente pecunia.

Strab. Plin. & al. Græcia Magna, regio Italiæ, apud oram ſinus Scyllacii, & Tarentini, inter Brutios ad meridiem & Salentinos ad Boream, in longum extenſa: cujus pars nunc in Calabria ulteriore, pars verò major in citeriore continentur. Ejus meminit Ovidius libro 4. faſt.

Itala nam tellus Græcia major erat.

¶ Græcia magna pars fuit Italiæ meridionalis, ſub qua Lucania, Meſſapia, & Brutii comprehendebantur, ubi nunc ſunt Calabria citerior & ulterior, Baſilicata, pars auſtralis Principatus citerioris, terra Bariana, & terra Hydruntina, provinciæ regni Neapolitani, à mari Tyrrheno, uſque ad Adriaticum.

¶ Græcium, ſeu Gracium, *Gracz*, urbs Germaniæ probè munita; Stiriæ Ducatus caput, ad Murum fluvium cum caſtro planè regio, ubi aliàs Archiducum ſedes. 13. milliaribus Germanicis diſtat à Vienna in auſtrum, & 5. à Dravo fluvio. Vide Graiacum infra. Tuch.

Græi, populi Macedoniæ, in Myſiæ confinio, apud Strymonis fontes incolentes.

¶ Græum, *Gray*, urbs Burgundiæ Comitatus, ad Ararim fluvium, in tumulo, aliàs munitiſſima & Caſtro firmata. Sed capta fuit anno 1668. à Ludovico XIV. Rege Franciæ, & paulò poſt ejus munitiones disjectæ fuerunt, & Caſtrum ejus dirutum. 6. leucis diſtat à Dola in Boream, & 9. à Divione in ortum; eſtque parva, ſed culta.

Gragus mons. Vide Cragus. Horatius libro 1. carm. ode 21.

Sylvis, aut viridis Gragi.

Grajacum, *Graitz* ſeu *Gratz*, urbs Pannoniæ ſuperioris, in Norici confinio, ad Savariam fluvium, quæ propterea Savaria veteribus dicta putatur, Stiriæ regionis caput, & ſedes Principis, à Vienna in auſtrum, & Lentia in Eurum 27. leucis; trigonum enim æquilaterum hæ tres urbes faciunt. Appellatur etiam Græcium & Græcia, ut in libro 5. Itinerarii Germanici: Lib. Not.

Mittit equis uſos Græcia clara viros.

Grajæ Alpes. Vide Grææ, de quibus Petronius Poeta.

Alpibus aeriis, ubi Grajo nomine pulſa.

Grajus mons, *Monte di S. Bernardo*, ſic à cœnobio opulento, in quo peregrini excipiuntur, dictus. Vide Alpes Grajæ & Grææ. Abeſt ab Auguſta Prætoria ſupra 20. mill. paſſ. Tac.

Grampius mons, *Grantebain* à Scotis dictus, mons Scotiæ ingens illam in citeriorem & ulteriorem dividens, inter oſtia Deæ fluvii ad ortum, & Lomundum lacum ad occaſum extenſus. Tac.

Granata nova, ſeu novum regnum Granatenſe, *nuevo Reyno de Granada*, regio ampla Americæ meridionalis, in mediterraneis, inter Popajanum & Pariam, cujus caput Fanum S. Fidei de Bogota. Vide novum regnum Granatenſe.

¶ Granata nova, ſeu novum regnum Granatenſe vel Mexicanum, *nouveau royaume de Grenade*, regio Americæ ſeptentrionalis ſic dicta, & recens detecta. Vide nova Granata, & novum regnum Granatæ, ſeu novum regnum Mexicanum.

¶ Granata, *Grenade*, oppidum Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam fluvium, in Gaurenſi Comitatu, 3. leucis infra Tholoſam in Boream Verdunum versùs.

¶ Granata, *Grenada*, urbs nova Americæ ſeptentrionalis in Nicaragua provincia novæ Hiſpaniæ, versùs mare Auſtrinum, & juxta lacum Nicaraguem, ſub Hiſpanis.

¶ Granata, *Granade*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis versùs auſtrum & Americam meridionalem tendens, ab Hiſpanis aliàs ſic dicta, inter inſulam S. Vincentii ad Boream, & inſulam Tabaci ad ortum, ſub dominio Francorum à paucis annis. Ejus longitudo eſt 10. leucarum, & latitudo ferè totidem.

¶ Granatenſe regnum *Reyno de Granada* Hiſpanis, pars Hiſpaniæ meridionalis, ſic dicta à Granata urbe primaria, ubi reges Maurorum ultimi diù viguerunt: ſed tandem ab eo regno deiecti fuere à Ferdinando primo; *&* poſtea omnes Mauri illius eſpulſi à Philippo III. ideòque totus hic tractus ferè deſertus. Habet ab occidente & ſeptentrione Vandalitiam, ab ortu regnum Murciæ; & à meridie mare Mediterraneum. Ejus urbes ſunt mranatum, *Granada*, Acci, *Gaudix*, Baſti, *Baza*, Malaca, *Malaca*, Arunda, *Ronda*, & *Almeria*, Almeria.

Granatum, quod nova Illiberis dici poteſt, urbs Hiſpaniæ Bæticæ ampliſſima, apud Illiberim urbem exciſam, archiepiſcopalis, & regni Granatenſis caput, ab Hiſpanis 36. leucis in ortum diſtans, anno ſalutis 1492. ab Hiſpanis, victis Mauris, recepta, ab Alexandro VI. Pontifice Maximo metropolis creata. Vide Illiberis. Academia Script. Hiſp.

mia eſt, & conventus juridicus, inter alios ſecundum ſibi locum vendicans.

¶ Granatum, ſeu Granata, *Granada* Hiſpanis, *Grenade* Gallis, urbs eſt perampla Hiſpaniæ, in regno cognomine, ad Darum fluvium; eſtque diviſa in quatuor partes, quarum prima Granata, ſecunda Alhambra, ubi palatium regium, tertia Alveſim, & quarta eſt Antiquerula. Aliàs eius circuitus erat 12. mill. paſſ. eratque cultiſſima & populoſiſſima. Sed deficit in dies, ex quo illinc ejecti ſunt Mauri ſub Philippo III. Rege Hiſpaniæ.

¶ Grandimontium ſeu Grandis mons, *Grandmont*, cænobium amplum Galliæ, in provincia Lemovicenſi, caput Ordinis Grandimontenſis, fundati à S. Stephano Abbate, qui obiit anno 1056. Diſtat 6. leucis à Lemovicio in Cæciam.

Grandis, oppidum ſeu pagus Galliæ Belgicæ, in Lotharingia, circa Tullum urbem.

Granduicus ſinus, qui & Album mare, *wite Zèe*, teſte Ioanne Gotho, mare inter Corellios & Moſchos: de quo Saxo Grammaticus.

Grani Palatium, & Grani Thermæ, & Grani Aquæ Regioni & aliis. Vide Aquiſgranum.

Graniacum promontorium, *Capo di Amance* Pineto & Moletio, promontorium Corſicæ, in ora Auſtrali, inter Adiacium & Bonifacium.

¶ Graniacum, ſeu Granianum, *Capo d'Erbicara* dicitur nunc, teſte Brietio; eſtque in ora orientali Corſicæ versùs auſtrum & prope Portum veterem, longè ab Adiacio in ortum, & 15. milliaribus à Bonifacio in Boream.

Granicus, *Lazzara*, teſte Nigro, fluvius Troadis, ſeu Phrygiæ minoris, ex Ida monte in Propontidem inter Parium & Lampſacum, influens, ab ortu Scamandri 20. ſtadiis, à Scepſi 120. Hic Primùm inter Alexandrum Magnum & Perſas non procul à Cyzico à 32. mill. peditum, & equitum 400. Macedonum pugnatum eſt; & in ea pugna 600. millia Perſarum cæſa ſunt, teſtibus Plutarco & Iuſtino.

Granicus nunc *Granico* dicitur, Sanſone & aliis teſtibus. In Propontidem ſe exonerat, medius inter Cyzicum ad ortnm, & Lampſacum ad occaſum.

Granius, Grunus Arriani, fluvius Suſianæ, in ſinum Perſicum decurrens.

Granni, populi Pannoniæ ſuperioris, juxta Granium fluvium incolentes, circa Strigonium urbem, quæ *Gran* dicitur, accepto nomine vel à populo vel à fluvio.

Granopolis, Gratianopolis D. Auguſtino, Acuſio Ptolemæo, *Grenoble*, colonia & urbs Galliæ Narbonenſis, in Allobrogibus & Delphinatus, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi, inde 15. leucis, quot à Lugduno, diſtans, Delphinatus caput, & conventus juridicus, ad Iſaram fluvium, à Gratiano Imperatore inſtauratore nominata. Fuit & Gratianopolis urbs Africæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ex libro Conciliorum.

¶ Grannapolis, ſeu, & meliùs, Gratianopolis, *Grenoble*, ſedet ad Iſaram fluvium, ubi recipit Dracum amnem; eſtque probè munita, in Griſivodana valle, 13. leucis à Vienna in ortum, & 7. à Monmeliano in Africum, ad radices montium. Eſt parva, ſed culta & elegans.

¶ Granſonium, *Granſon*, oppidulum Helvetiorum, iuxta lacum Novi Caſtri. Subeſt Bernatibus & Friburgis, cum Præfectura adiacente. Ibi iterum victus Carolus Burgundiæ Dux ultimus. Vna leuca diſtat à Novo Caſtro in auſtrum, & 3. à Friburgo in occaſum.

Granata, *Cambridge* Anglicè, *Caer-grant* Britannicè, teſte Leandro cum aliis, urbs Albionis, in Anglia, academia præclara, à Londino 45. mill. in Boream, Eliæ proxima, 10. mill. diſtans: nunc Latinè Cantabrigia, Comitatus ab Oxonio altera Angliæ academia 45. mill. in ortum.

Granua, *Gran*, fluvius Hungariæ Tranſdanubianæ, ex Quadorum finibus oriens, & in Danubium ex adverſo Strigonii urb. cui nomen communicat, influens.

Graſſa, *Graſſe*, olim Grinnicum, urbs Galliæ Narbonenſis, in Provincia, apud Antipolim, (cui in epiſcopali ſede ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi ſucceſſit) inde 3. leucis, à Nicæa 7. Deceates versùs.

¶ Graſſa, *Graſſe*, urbs eſt Provinciæ, 3. leucis ab Antipoli in occaſum, 2. ab ora maris Mediterranei, & 7. à Nicæa in occaſum, diſtans. Erant aliàs in illo tractu Deceates populi.

Gratia, Cratia Ptolemæo videtur, urbs Bithyniæ mediterranea, epiſc. ſub Archiepiſcopo Glaudiopolitano, inter illam ad occaſum 24. & Ancyram ad ortum 116. mill. paſſ.

¶ Gratiæ Portus, *Haure de Grace*, urbs permunita cum valida arce, in Normannia. Vide Portus Gratiæ. *Proco.*

Gratiana, *Gradiſcha*, teſte Lazio, vel *Gradiſcia*, oppidum Pannoniæ Saviæ, in Boſſinæ confinio, medium inter Zagabrim ad occaſum & Poſſegum ad ortum 8. leucis Hungaricis. *D. Ant.*

Gratianopolis, *Grenoble*, urbs Galliæ Narbonenſis. Vide Grannopolis. Apud hanc urbem fons eſt aquam copiosè, quando ſterilitas imminet, emmittens. Apud Granopolim urbem Africæ fons accenſas faces extinguit, & extinctas accendit, teſte D. Auguſtino libro de civitate Dei.

¶ Gratianopolis, *Grenoble*, urbs Galliæ, Delphinatus caput, & Parlamenti ſedes, ad Iſaram fluvium, in valle, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi. Dicitur à quibuſdam Grannopolis. Vide ibi.

¶ Gratioſa, *Gracioſa* Luſitanis, *la Gracieuſe* Gallis, inſula eſt maris Atlantici, & una ex Aſſoribus inſulis, parva & culta. 15. leucis Gallicis diſtat à Tertiaria in Boream; ſubeſtque dominio Regis Portugalliæ.

¶ Graudentium, *Graudentz*, Pruſſiæ Polonicæ oppidum amœnum & munitum, ad Oſſæ in Viſtulam influentis oſtium. Dicitur à Polonis *Grudzancz*. Diſtat 9. leucis à Torunio in Boream, & 11. à Mariæburgo in auſtrum. Arcem habet; diciturque etiam Grudentum.

¶ Gravelina, *Gravelines* Gallis, *Grevelingen* Flandris, arx Flandriæ permunita, in ora littorali, & ad Agnionis fluvii oſtia, medio itinere inter Caletum ad occaſum & Dunquercam ad ortum, 3. leucis utrinque, & una à Burburgo. Capta fuit à Francis anno 1658. à quo tempore ipſis ſubeſt, pace ad Pyrenæos confecta.

¶ Graveſinda, *Graveſend*, oppidum Angliæ, in Cantio, cum caſtro & portu ad Tameſii æſtuarum, 5. milliaribus Anglicis à Roffa, & 24. à Londino in ortum.

Gravia, *Grave*, urbs Belgii, in Dutatu Brabantiæ, ad Moſam fluvium, 2. leucis à Neomago in meridiem, & totidem à Gennepio in occaſum; eſtque permunita, & ſub dominio Hollandorum à plurimis annis, in confinio Gueldriæ; eſtque caput regiunculæ adiacentis, dictæ *le pais de Cuik* Gallis, *Kuickland* Belgis, Cuicana regiuncula. 4. leucis diſtat à Buſcoduco in ortum

Gravii, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis: quorum urbs eſt Tyde, ad Minium fluvium. Vide Tyde Silius libro 3.

Et quos nunc Gravios violato nomine Graium.

Gravina, ſic vulgò, urbs Apuliæ Peucetiæ, in Lucaniæ confinio, epiſcopalis ſub Mateolano Archiepiſco- *Prov.*
po, inde 12. mill. paſſ. Barium versùs 34. à Monte Peluſio 12. Ducatus. *Rom.*

Gravionarium, *Bamberg*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, in Franconia, ad Mœnum fluvium, ubi Rednitium excipit, à Noriberga 8. leucis in Boream, ab Herbipoli 9. in ortum, quaſi Babenberga, à Baba filia Othonis Imperatoris, qui eam condidit, nomen habens; ex quo liquet Appianum errare, cum ſit urbs recens. Scribitur & Pamberga.

Gravionarium, ſeu Bamberga, ſedet ad Rednitium fluvium, qui paulò infra cadit in Mœnum, teſte Brietio; ibique fuerunr aliàs Hermanduri populi. *Ptol.*

Graviſcæ, *Monte alto*, urbs olim & colonia Hetruriæ, teſte Paterculo, nunc oppidulum inter Centum- *Ant.*
cellas 15. & Portum Herculis ſupra 40. mill. paſſ. ex *Ptol.*
Intinerario Antonini, à Pyrgis 180. ſtadiis in occaſum, teſte Strabone. Hic corallium piſcari ſolebat. Populi Graviſcani. De Graviſcis Virgilius libro 10. Æneidos:

Æt Pyrgi veteres, intempeſtaque Graviſcæ.

¶ Graviſcæ, urbs Hetruriæ exciſa, ex cuius ruinis crevit Cornetum, *Corneto*, urbs in viciniis, in colle, in provincia Patrimonii S. Petri, ad Martam fluvinm, qui paulò infrà in mare Mediterraneum ſe exonerat; eſtque epiſcopalis. Vide Cornuetum.

¶ Grima, *Grim*, oppidum Germaniæ, in Miſnia provincia, ad Muldam fluvium. 3. leucis à Lipſia Miſnam versùs diſtat, ſub dominio Ducis Electoris Saxoniæ.

¶ Grinario, *Knaringen*, oppidum Germaniæ, in Vindelicia, non longè à Danubio, in Marchionatu Burgaviæ, in Svevia, ad amnem *Cagnlach*, vix uno milliari à Burgavia in occaſum Ulmam versùs, teſte Cluverio

Gra-

Tac. Grinnes, populi Germaniæ inferioris, in Batavis, quorum oppidum *Grin*, teſte Rhenano. Sed Divæo, Iunio, & aliis *Rhenen* oppidum, ad Rhenum fluvium, in Hollandiæ Geldriæqne confinio, inter Noviomagum 3. & Traiectum 4. leucis, à Batavoduro 2. in auſtrum.

Sidon. Grinnicenſis urbs, & Grinnicenſes populi, à Grinnico urbe Galliæ Narbonenſis, nunc *Graſſe*, teſte Belleforeſtio, Antipoli vicina. Vide Graſſa.

¶ Gripſuvaldia, *Griſpvvaldt*, urbs munita Germaniæ in Pomeraniæ Ducatu. Dimidia leuca à mari Baltico diſtat, cum portu ſatis commodo; eſtque media inter Sundam ad Boream, & Volgaſtiam ad ortum. Habet academiam anno 1456. à Wratislao IX. Pomeraniæ Duce fundatam, & poſt diuturnam obſidionem capta fuit anno 1631. à Svecis, quibus etiamnum ſubeſt pace Monaſterienſi.

Griſones, *les Griſons*, populi Germaniæ, intra Alpes, & ad fontes Rheni & Oeni, ubi aliàs Rhæti Alpini dicti, in Rhœtia. Tota regio montibus horret. Sunt autem ſui iuris, & poſt varia inter ſe fædera Griſones tandem omnes ſociati ſunt anno 1471. & cum omnibus Helvetiis perpetuum fædus percuſſerunt anno 1491. Griſones habent ad Boream partim Sveviam, & partim Helvetios, uti ad occaſum, ad ortum Comitatum Tirolenſem, & ad meridiem dominium Venetum & Ducatum Mediolanenſem. Illius regionis ſunt ſex partes, nempè Fædus ſuperius, *la Ligue Griſe*, Germanicè *Oberpunt*; Fœdus Cathedrale ſeu domus Dei, *la Ligue de la maiſon de Dieu* vel *la Cadèe*, Germanicè *Gotthesſpunt*, Fædus decem iuri dictionum, *la Ligue des dix droitures*, Germanicè *Zehen Gerichtespunt*, & Griſonum ſubditi, nempe Vallis Tellina, *la Val Teline*, Comitatuſque Clavennenſis & Bormienſis, *les Comptez de Chiavenna & de Bormio*.

Griſonum urbes;

Bormium, Bormio.
Clavenna, Chiavenna.
Curia, Coire & Chur.
Magia, Meyenfeld.
Morbenium, Morbegno.
Sondrium, Sondrio.
Tiranum, Tirano.

¶ Grodna, *Grodno*, urbs eſt Poloniæ, in Lithuania & in Palatinatu Trocenſi, ad Memelium fluvium, partim in colle, & partim in planitie ſita, cum arce in ediotiori loco: ubi ſæpe celebrantur comitia Lithuaniæ. Capta fuit à Moſchis anno 1655. & ab ipſis miſerè vaſtata. 20. milliaribus Germanicis diſtat à Vilna in Africum, & 7. ab Auguſtovia; aliaſque Ducatus titulo inſignita.

Vet. Inſc. Groninga, ſic lapis Romæ habet antiquus à Caroli Magni tempore, *Gruningen* & *Groeningen*, urbs clara Germaniæ, ac Friſiæ occidentalis primaria, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Traiectenſi, ſub Philippo II. Hiſpaniæ Rege & Belgii dominio effecta, inter Levvardiam alteram Friſiæ urbem præcipuam ad occaſum, & Embdam urbem Friſiæ orientalis in ortum 7. leucis, à Monaſterio urbe Weſtfalica 22. De ea libro 4. Itinerarii:

Non Amaſis, qua numen habet, viridemque Groningam
Dicemus, &c.

¶ Groeninga, *Groningue* Gallis, urbs eſt ampla Belgii, provinciæ dictæ dominii Groningenſis caput, inter Friſam orientalem ad ortum & Friſiam occidentalem ad occaſum; ſed non in Friſia provincia. Gaudet accademia paucis ab hinc annis inſtituta & ſubeſt dominio provinciarum confæderatarum Belgii, arcem habens permunitam.

¶ Grolla, *Grol* incolis, *Grolle* Gallis, urbs Belgii uniti, in Comitatu Zutphanienſi, parva ſed permunita, ad Slincam fluvium, ab Hollandis expugnata anno 1617. ipſis etiamnum paret. Eſt in confinio Weſtphaliæ, & ditionis Monaſterienſis. 4. leucis à Zutphania in ortum.

Groneburgum, *Groneburg*, nunc Tavaſtia, *Tavaſthus*, locus præcipuus Tavaſtiæ provinciæ Finlandiæ, in Svecia, in mediterraneis. Vide Tavaſtia.

¶ Gronelandia, ſeu regio viridis, *Groenlandt*, pars eſt ampliſſima terræ Arcticæ ſupra Islandiam inſulam, ab Enrico Rufo detecta anno 982. & poſtea à Norvegis & Danis perſæpe luſtrata versùs oram littoralem; unde & ipſis tributaria fuit, Epiſcopos etiam habuit aliquot per quatuor ſæcula; ſed poſteà à Norvegis intermiſſa fuit navigatio. Nunc eius pars auſtralis detecta fuit versùs oram tantùm à quibuſdam nautis Baffinio, Forbishero, Munchio, & aliis. Sed nihil certi de ea dici poteſt.

Groſſetum, urbs epiſcopalis Hetruriæ, in ditione Se- Prov.
nenſi, ad Vmbronem fluvium, ab ora littorali 7. mill. Rom.
paſſ. Senas verſus ad 40. Vide Roſetum.

¶ Grotkavia, *Grotkauu*, urbs Germaniæ, in Sileſia ſuperiori, Ducatus cognominis caput, media inter Niſſam ad auſtrum, & Briegam ad Boream; eſtque ſatis parva.

Grotunni, populi ſeptentrionales, quorum meminit Claud. Claudianus in 4. conſ. Honorii:

Auſi Danubium quondam tranſnare Grotunni.

Sed puto Gothunni, ſeu Gotunni, legendum eſſe. Vide ibi.

¶ Grubenhaga, *Grubenhagen*, oppidum Germaniæ, in ditione Brunſvicenſi, Ducatus titulo inſignitum, versùs montes, & prope Leinam amnem, 3. leucis à Gottinga in Boream, & 4. à Corbia in ortum.

Grudii, populi Belgii, quorum urbs eſt Lovanium, Caſ. teſte Divæo, Leodio, cum aliis, *Loeven* incolis, urbs ampliſſima totius Brabantiæ, & accademia præclariſſima, ad Dyliam fluvium, à Bruxellis 4. leucis in ortum, quot à Machlinia. Nam hæ tres urbes trigonum æquilaterum efficiunt, (aliis eſt *Brugge*, urbs Flandriæ.) De ea multa metricè apud Iacobum Sluperum. De populis libro 4. Itinerarii:

Finibus excedens Grudiis, mox imbre cadente
Excepit Bruxella, ſacras ubi Cæſaris arces
Vidimus.

¶ Grudii populi Galliæ Belgicæ ſub Morinis fuere, ubi nunc Brugenſes, *ceux de Bruges*, in Comitatu Flandriæ.

Grumentum, urbs Lucaniæ mediterranea, exciſa, & al. teſte Barrio, Lagariæ urbi etiam exciſæ propinqua, à Liv. Saponaria oppido haud valdè diſtans: ex quo errant, qui *Groppoli* Grumentum indigitant; cum *Groppoli* oppidulum ſit in ora ſinus Pæſtani, Grumentum verò magis ad ſinum Tarentinum, quam Pæſtanum accedat.

¶ Grumentum urbs fuit epiſcopalis Lucaniæ, nunc caſtrum, *Agromento*, ad Acirim fluvium, paulò ſuprà *Turſi*, oppidum in Baſilicata provincia regni Neapolitani, teſte Luca Holſtenio.

Grynia, Grynium Xenophonti & Straboni, oppidum Plin. Æolidis, à Cyro Gongylo dono datum, ubi Apollo colebatur, inde Grynæus dictus.

Grynium, oppidum Phrygiæ, Alcibiadi à Pharna- Diod. bazo donatum. Idem videtur cum ſuperiori. Hinc Grynæus nomen gentis. Virgilius libro 4. Æneidos:

Sed nunc Italiam magnam Grynæus Appolo.

Vide Clazomenæ.

¶ Guadalaxara, *Guadalalara*, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella nova, Algarriæ tractus primarium, ad *Henares* amnem, leucis à Compluto in ortum, & 9. à Madrito.

¶ Guadalaxara, *Guadalaiara*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Galitia parte novæ Hiſpaniæ, inter provincias Zacatecas ad Boream, Mechoacanum ad ortum, & Xaliſcum ad occaſum.

¶ Guadalaxara, *Guadaliara*, urbs ampla Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, in provincia Guadalaxara dicta. Eſt Iuridica ſedes illius tractus, ſub Hiſpanis. 40. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora maris Auſtrini in Boream, prope lacum cognominem; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano.

¶ Guadalupia, *la Guadalopue*, ſeu *la Gardelopue*, inſula Americæ ſeptentrionalis, una ex Antillis, & ex præcipuis totius tractus, ſub poteſtate Francorum ab anno 1635. Ibi multæ coloniæ & arces. Inſula eſt valdè rigua & fertilis; habetque in circuitu 50. circiter leucas. Diſtat à Dominica 12. leucis in Boream, & 6. à Marigalanta, 15. autem ab Antiqua inſula in meridiem. Ab antiquis illius tractus accolis vocabatur *Carucumeira*. Urbem habet ſatis cultam & tres arces in ora littorali.

¶ Guadela, *Guadel*, urbs Aſiæ, in Perſia, in ora ſinus Armuziani, cum portu frequenti & capaci, in provincia Kherman dicta.

¶ Guadicia, *Guadix*, urbs Hiſpaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Vide Acci.

¶ Guaiaquilum, *Guayaquil*, oppidum Americæ meridionalis, in parte Borcali Peruviæ in ora littorali maris Pacifici, cum portu capaci è regione Punæ inſulæ. 50 leucis Hiſpanicis diſtat à Quito in auſtrum.

¶ Guaira, *Guaira*, provincia Americæ meridionalis, quæ pars eſt paraguajæ regionis inter partem auſtralem Braſiliæ ad ortum, et Paraguajam propriam ad occaſum.

ſum. Ejus primaria urbs dicitur etiam Guaira ſeu Civitas regia, *Guaira* ſeu *Ciudad real ò Oliveros*. Sedet juxta fluvium Paranam, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Gualata, *Gualata*, regnum Africæ, in Nigritia, versùs Oceanum Atlanticum. Habet à ſeptentrione Zanhagam deſertum, ab ortu Tombutum regnum, & à meridie Genehoam regnum.

¶ Guamanga, *Guamanga*, urbs Americæ meridionalis, in Peruvia, media inter Civitatem Regnum ad occaſum & Cuſcum ad ortum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Limenſi.

¶ Guanucum, *Guanuco*, oppidum Americæ merid. in Peruvia, versùs lacum Chincacocham & fontes fluvii Xauxæ, ad pedes montium, ſub Hiſpanis.

Guardaſtallum, ſive Guardiſtallum apud ſcriptores mediæ ætatis poſtea Vaſtalla, & Guaſtalla, uti & vulgò dicitur, oppidum Galliæ Ciſpadanæ, ad citeriorem Padi fluvii ripam, medium inter Mantuam & Regium Lepidi, utrinque 18. mill. paſſ. diſtans, elegans, & minimè obſcurum, à Ferrando Gonzaga Principe, & primo illius Duce, nuper à Ferdinando II. Imperatore creato, auctum, noviſque mœnibus ſeptum, ac aliquot cœnobiis (in quibus unum pro monialibus nuper magnificentiſſimè exſtructum eſt, oxornatum, ita ut ſola dignitas epiſcopalis propediem illi conferenda deſideretur.) Hic ſub Paſchali II. Pontifice Maximo Concilium habitum eſt anno virginalis partus 1116. ut in 2. P. Decretal. Gratiani capite 16. legitur.

Guardia, urbs gemina: una Luſitaniæ, in regno Portugallico, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Vlyſſiponenſi Igæditæ urbi exciſæ, cui ſucceſſit, propinqua, inter Cauriam & Lamacum 14. leucis, Viſeo propior, 10. diſtans vulgò *Guarda*: altera in Frentanis & Aprutio, ſive in Comitatu Moliſio, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo in Beneventano, Anxano urbi finitima, inde 8. mill. paſſ. in Eurum diſtans, Gardia Alferia cognomine.

¶ Guardia, *lac de Guarde*, lacus Africæ in Nigritia per quem tranſiit Niger fluvius, inter regna Gagum & Canum.

¶ Guargala, regnum & deſertum Africæ, in regione Biledulgeridis, cum oppido cognomine, inter Gademeſſam ad ortum & Tegortinam ad occaſum, versùs montes & Zaharam tractum.

¶ Guaſtum Amonium, *Guaſto di Amone*, oppidum amplum Italiæ, in regno Neapolitano & in Aprutio citeriori, in ora littorali maris Adriatici. Vnde Marchiones *del Vaſto* dicti, è gente Avalo, prope oſtia fluvii Trigni. Dicitur & Vaſtum Amonium.

¶ Guatimala, ſeu Fanum S. Jacobi de Guatimala, *Sant Iago de Guatimala*, urbs ampla Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in provincia Guatimala dicta, iuxta fluvium Mitataiam, ubi conventus iuridicus totius regionis, ſub Hiſpanis, vix 15. leucis Hiſpanicis ab ora maris Auſtrini; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano.

¶ Guatimala, *Guatimala*, provincia novæ Hiſpaniæ, in America ſeptentrionali, iuxta mare Auſtrinum ad meridiem, habet ad Boream Honduram provinciam, ad ortum Nicaraguam, & ad occaſum Soconuſcum. Ejus primaria dicitur Guatimala, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Guaxaca, *Guaxaca*, provincia novæ Hiſpaniæ, in America ſeptentrionali, à mari Boreali ad mare Auſtrinum extenſa, inter provincias Tlaſcalam ad occaſum & Chiapam ad ortum. Ejus primaria urbs eſt Anticaria, ſub Hiſpanis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mexicano.

¶ Guba, *Guben*, oppidum Germaniæ, in Luſatia inferiori, ad fluvium Niſſam, 5. leucis à Francofurto in auſtrum, & 4. à Cothuſio, ſub dominio Ducis Saxoniæ Merſoburgenſis.

¶ Guber, *Guber*, regnum Africæ, in Nigritia, cum urbe primaria cognomine, inter Guineam ad auſtrum, & Nigrum fluvium, & lacum Guardiæ ad Boream, teſte Marmolio.

¶ Gueldria, *la Gueldre*, una ex ſeptemdecim Germaniæ inferioris provinciis, Ducatus titulo clara, cuius pars ſeptentrionalis ſeu inferior ad Batavos ſpectat, meridionalis verò ſeu ſuperior, *le haut quartier de Gueldre*, ad Hiſpanos, cum Gueldria urbe primaria; eſtque valde extenſa à ſeptentrione uſque in meridiem, nempe à mari Auſtrino uſque ad Ducatum Iuliacenſem, ſed non æquè lata: & ejus pars fuit aliàs Comitatus Zutphanienſis.

Gueldriæ urbes clariores:

Arenacum, Arnheim, *ſub Batavis*.

Bommellia, Bommel, *ſub Batavis*.

Elburgum, Elburg, *ſub Batavis*.

Gueldria, Gueldre, *ſub Hiſpanis*.

Hadervicum, Hardervick, *ſub Batavis*.

Neomagus, Nimegue, *ſub Batavis*.

Ruremunda, Ruremonde, *ſub Hiſpanis*.

Venloa, Venlo, *ſub Hiſpanis*.

¶ Gueldria, urbs Belgii, vulgò *Gueldre*, provincia cognominis primaria, ad Nierſam amnem, media inter Rhinobergam ad ortum & Venloam ad occaſum; eſtque egregiè munita, ſub dominio Hiſpanorum, vulgò *Gelre* incolis; eſtque in Gueldria ſuperiori.

¶ Gueldria, arx Aſiæ, in ora ſinus Bengalæ, in India citeriori & in ora Coromandelis & regni Narſingæ, nuper ab Hollandis exſtracta & munita.

¶ Guenga, *Guenga*, fluvius Indiæ citerioris, oritur in regno Decani, versùs montes Gatæ, deinde per regnum Golconde labitur, & in ſinum Gangeticum ſe exonerat.

¶ Gueranda, *Guerande*, urbs Galliæ, in Britannia minori, & in Comitatu Nannetenſi, versùs oram littoralem Oceani Aquitanici, inter oſtia Ligeris & Vidanæ fluviorum, ubi ſalinæ, prope Crociliacum portum, & 14. leucis infra Nannetas in occaſum.

¶ Gueretum, *Gueret*, urbs Galliæ, in Marchia Lemovicenſi, ad fluvium Gartempam 12. leucis diſtat à Lemovico in ortum.

Gugerni, *Guliers*, teſte Rhenano, & Divæo, populi *Plin.*
Germaniæ inferioris, quorum regio Iulia, Ducatus & *Tac.*
urbs Iuliacum, inter Coloniam Agrippinam 6. & Trajectum ad Moſam 7. leucis. Vide ibi.

¶ Gugerni populi fuere iuxta Rhenum fluvium, infra Coloniam, poſtea Sicambri dicti, teſte Cluverio; erantque ubi nunc Cliviæ Ducatus.

¶ Guiana, *Guiane*, provincia Americæ meridionalis, quæ à quibuſdam Guaiana dicitur. Eſt in mediterraneis, versùs lacum *Parime*, ad auſtrum provinciæ Caribanæ. Ibi nullæ Europæorum coloniæ. Sunt tamen qui illam extendunt ad oram Caribarum iuxta mare Boreale, inter oſtia fluviorum Amazonum & Orinoci, ubi quædam coloniæ.

¶ Guillelmi Scouteni inſula, *Willem Schouten eylandt* inſula Oceani orientalis ſeu Indici versùs auſtrum, in ora Boreali terræ Papuorum, ſic dicta à Guillelmo Scouteno Batavo, qui primus eam detexit anno 1617.

Guimaranum, *Guimaranes*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Portugalliæ, & in provincia inter Durium & Minium, Ducatus titulo inſignitum. 4. leucis diſtat à Braccara in ortum, versùs montes.

Guina, *Guines*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, & in recuperata ditione, ut vulgò ajunt, prope Caletum urbem, vix 2. leucis ab ea in auſtrum, & totidem ab ora Oceani; Comitatumque ſeparatum facit. Eſt intra paludes.

Guinea *la Guinee*, regio Africæ perampla, inter Nigritiam ad Boream & mare Atlanticum ad Auſtrum, & inter regnum Congi ad ortum & montem Leonis ad occaſum. Regio eſt abundans & fertilis, ab ortu in occaſum valde extenſa, & ab Europæis admodum frequentata. Dividitur in tres partes, nempe in Guineam propriam, in Maleguetam, quæ ad occaſum, & in regnum Benini ad ortum. In Guinea propria, quæ media eſt inter Malaguetam & Beninum, ſunt quamplurima coloniæ Anglorum, Danorum, Hollandorum, & Svecorum, cum arcibus aliquot. Loca autem præcipua in ora ſunt arx S. Georgii de Mina, arx Naſſovia, arx Capitis Corſi, Commendum, Anta, Fetum, & Cormertinum. Guinea autem propria dividitur in oram Auream, *la Coſte d'or*, oram Dentium, *la Coſte des Dents*, & in oram Maleguettæ, *la Coſte de Maleguette*. Vide ora Aurea. Detecta autem fuit Guinea primo anno 1365. à Gallis, qui in illius ora habuerunt aliquot colonias.

¶ Guinea nova, *nouvelle Guinée*, pars Aſiæ recens detecta. Vide nova Guinea.

¶ Guipuſcoa, *Guipuſcoa*, quibuſdam Ipuſcoa, provincia eſt Hiſpaniæ, aliàs regno Navarræ annexa, ſed à trecentis annis ab eo revulſa & Biſcaiæ attributa, quam habet ad occaſum, uti Alavam ad auſtrum, Oceanum Aquitanicum ad Boream, & Navarram ad ortum cum parte Galliæ, à qua ſeparatur Bidaſſoa amne. In ea urbes præcipuæ ſunt Toloſa, *Toloſa*, regionis caput,

Fa-

Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtien*, & Fons rapidus, *Fontarabia*.

¶ Guiſe, *Guiſe*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, & in Tiraſcia tractu, ſatis munitum, cum caſtro, ad Oeſiam fluvium, versùs confinia Hannoniæ. Fruſtra obſeſſum fuit ab Hiſpanis anno 1650. Hinc Duces Guiſii è domo Lotharingica.

Ptol. Gulus, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, inter Igilgili & Aſarath oppida, in mare Africum exiens.

Ant. Lib. Not. Guntia, *Guntzberg*, teſte Rhenano, oppidum Rhætiæ, in Svevia, apud Danubium, ubi Guntiam fluvium, vulgò *Guntz*, excipit. Sed hoc *Guntzburg* eſt, ab Auguſta Vindelicorum 6. leucis, Gepingam versùs totidem: *Guntzberg* verò longè abeſt à Danubio, ad ortum Guntiæ fluvii, inter Auguſtam & Lindaviam 8. leucis.

Plin. Gunugi, Gunucis Antonino Canuccis Ptolemæo, *Capo di Tenes* Moletio, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis, apud promontorium Apollinis & Caſtra Germanorum, inter Lat. Caſtellum, & Iuliam Cæſaream 24. mill. paſſ. ex Antonino à Iulia Cæſarea in occaſum.

¶ Guplo, *Guplo*, lacus parvus Poloniæ, in Palatinatu Breſtienſi, 6. leucis à Breſtia in occaſum, & 8. à Lancicia in Boream. Longitudinis eſt 6. leucarum circiter à ſeptentrione in meridiem, latitudinis autem dimidiæ leucæ; diciturque aliter Gophus. Ei adiacet Kruſvichia arx, ubi Popielus II. Poloniæ Princeps à muribus devoratus fuit.

Rom. Prov. Gurcum, *Gurek*, urbs Norici, in Carinthia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, ante annos 550. epiſcopali ſede exornata, à Villaco urbe 6. leucis in Cæciam diſtans.

Ptol. Gurulis, *Gurula*, oppidum olim Sardiniæ geminum, vetus & novum, circa inſulæ medium, utrumque exciſum. Sic Moletio & aliis.

¶ Guſtrovium, *Guſtrovv*, urbs Germaniæ, in Ducatu Megapolitano, & Ducum ſedes, cum arce ſplendida. 7. leucis diſtat à Viſmaria in ortum, & 4. à Roſtochio in auſtrum.

Ptol. Gutæ, populi Germaniæ ſeptentrionales, quorum regio Gothia, *Gotlandt*, in regno Svecorum, ut Ortelio videtur: ſed hæc non in Germania, at in Scandanivia eſt. Fortè populi eò ex Germania traiecto mari demigrarunt.

Gutkovia, *Gutkouu*, oppidum Germaniæ, in Pomerania citeriori, ad Penam fluvium, Comitatus cognominis caput. Vix 3. leucis diſtat à Gripſualdia in auſtrum & 4. à Volgaſtia in occaſum, ſub dominio Svecornm.

Marty. Gutta iugiter manans, *le Tre Fontane*, teſte Marliano & Fulvio, Abbatia via Oſtienſi, ab urbe Roma 3. mill. paſſ. diſtans, apud cœnobium S. Pauli: qui locus etiam Aquæ Salviæ, teſte Baronio, nominatur.

¶ Gutta iugiter manans, locus uno milliari à S. Pauli cœnobio. Dicitur etiam Abbatia SS. Vincentii & Anaſtaſii, ſeu trium Fontium, ad Aquas Salvias, 2. mill. paſſ. ab urbe Roma, ubi S. Paulus Apoſtolus martyrio coronatus.

Plin. Guttalus, fluvius Germaniæ, Oceanum Germanicum exiens: quem variè indigitant. Althamero eſt *Oder*, per Sleſiam, Marchiam, & Pomeraniam, in Balticum fluens. Henrico Iunio eſt *Al*, fluvius Pruſſiæ, ad Montem Regium urbem, in mare labens. Sed cum Guttalus in Oceanum, non in Mediterraneum mare, quale Balticum eſt, deferatur, in errore verſantur manifeſto. Potiùs eſt qui Iadua Ptolemæo dicitur, vulgò *die Jade*; is enim in Oceanum, ſeu mare Germanicum inter Amaſium & Viſurgim fluvium exit. *Oder* verò Ptolemæo Viadrus dicitur.

Plin. Guttones, populi Germaniæ, qui iidem cum Gutis, ſeu Guttis, Ptolemæo eſſe videntur.

¶ Guzarata, *Guzarate*, regnum Aſiæ, in India intra Gangem. Aliàs Reges habuit proprios, nunc autem ſubeſt imperio Magni Mogolis. Dicitur etiam perſæpe regnum Cambaiæ à Cambaia urbe ipſius primaria; eſtque inter ſinum Indi fluvii ad Boream, & regnum Decani ad auſtrum, versùs oram Oceani Indici. Eius urbes præcipuæ ſunt Cambaia, Surrata, Amedebatum, Dium, & Damanum.

Strab. Plin. & al. Gyaros, *Iero* ex tabulis Geographicis, non *Stapodia* Nigro, nec *Stenoſa* Caſtaldo, (hæ enim longiùs diſtant) inſula maris Ægæi, una Cycladum, inter Ceam & Scyrum teſte Cicerone, occurrens. De qua Ovidius lib. 7. Metamorphoſeon:

Et Gyaros, nitidaque ferax Peparethus oliva.

Gyaros inſula erat deſerta, ac prorsùs inculta, uti Cornelius Tacitus ex Tiberii perſona teſtatur: idcirco locum adagio præbuit, ut cum facinus aliquod pœna non mediocri dignum dicere volumus, *Gyaro dignum* dicamus; ut apud Iuvenalem ſatyra 1.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum.

Quia in eam inſulam facinoroſi deportabantur. Incolas huius inſulæ à muribus fugatos ſcribit Plinius, ſicuti & apud Troadem.

¶ Gyaros nunc *Caloiro* dicitur, teſte Andrea Theveto in opere manuſcripto de inſulis libro 4. cap. 41. ubi figuram eius exhibet; quam opinionem ſequitur Lucas Holſtenius ex tabulis Nauticis Batavorum.

Gyas, *la cava di Giorgia*, teſte Aretio, pars agri Syracuſani, in Sicilia. Plu.

¶ Gyſhornia, *Gyſhorn*, urbs Germaniæ, in Ducatu Luneburgenſi, ad Alleram fluvium, 3. leucis à Brunſvico in Boream, & 5. à Cella in ortum.

Gygæus, lacus Lydiæ, qui & Colous, apud Exuſtam & Sardes urbes, inde 40. ſtadiis diſtans: iuxta quem Halyattis erat ſepulchrum. Meminit illius Propertius libro 3. eleg. 20. Her. Str. &

Et qua Gigæi viſenda eſt ora Cayſtri.

¶ Gygarium, locus Ciliciæ, in Aſia minori, circa Pondadum, ad Amani montis anguſtias, videtur ex Curopalate. Sed quid ſit nunc, non conſtat.

Gygas, promontorium Phrygiæ, ſeu Troadis, apud Dardanum urbem. Str.

Gymneſiæ, inſulæ maris Iberici, ſive Balearici quæ & Baleares. Vide ibi. Pli.

¶ Gymnetas vocat Crates Pergamenus Indos quoſdam, qui centenos annos excedant. Non pauci eos Macrobios appellant, teſte Plinio. Fuere etiam Gymnete in Hiſpania Taraconenſi, unde Gymneſiis inſulis nomen. Dio. Plin

Gimnetes, populi Æthiopiæ, ſub Ægypto ſic dicti, quod nudi incedant, teſte Plinio. Pli

Gymnoſophiſtæ, *Logues* vel *Iogues*, teſte Maphæo, populi Indiæ citerioris, qui *Nayri* etiam appellantur, in diverſis urbibus ſparſi. In ſylvis habitabant, nudi incedentes, (unde nomen habent) à venere abſtinentes, & ſolem immotis oculis intuentes. De quibus Cicero libro 5. quæſtionum Tuſculan. & Plinius libro 7. cap. 2. Sol

Gynæcoratumeni, populi Sarmatiæ, circa Tanais oſtia incolentes, cum Amazonibus connubia certis pactis ineuntes, teſte Plinio, ut mares viris, fæminæ matribus cederent. Pli

Gynæcopolis, urbs & nemus fuit Ægypti. Sic dicta, quod à mulieribus condita, vel inhabitata eſſet. Str. Pli

Gyndes, Gindes Tibullo, Senecæ, Oroſio & Ammiano, fluvius Armeniæ, poſt Euphratem maximus, ex Mantienis montibus in Armenia profluens, & in Tigrim per Opin urbem influens. Vide Gindes. Illum Cyrus exercitum contra Babylonios retardantem multis foſſis imminuit. He

Gipſara, *Tordunes* Moletio, portus Mauritaniæ Cæſarienſis, inter Mega promotorium & Sigam urbem. Pto

Giras, mons Teni inſulæ maris Ægæi.

¶ Girei populi fuere Arabiæ felicis, teſte Plinio.

Gyriſoenni, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis in Bæticæ confinio, quorum urbs Giennium ſeu Gienne, vulgò *Iaen*, teſte Morali cum Mariana, urbs clara Vandaliæ, in Bætica, à Corduba 14. leucis in ortum, quot à Granato in Boream. Hel. Plin.

Gyrton, Gyrtone Ptolemæo, Phlægyiæ olim Straboni & Andreis Pauſaniæ, *Tachi volicati*, teſte Nardo, urbs Macedoniæ, in Stymphalia regione, Lychnido finitima, inde in Eurum recedens. Pli Liv Ste.

Gyrus, mons Ætoliæ apud Acheloum fluuium, Calydoni urbi prominens, unde & ipſe Calydon, ſeu mons Calydonis nominatur. Pli

Gythites, *Genamani*, teſte Ortelio, inſula oræ Æthiopiæ, ſub Ægypto, ad ortum adiacens. Xe

Gythium, *Gytheum* Ciceroni, *Paleapoli* Nigro & Theveto, oppidum Laconicæ, in ora, apud navale Lacedæmoniorum 40. ſtadiis diſtans, à Sparta verò urbe 240. in auſtrum, apud oſtia Eurotæ fluvii, unde ſinus Gytheates Plinio nominatur. Fuit & oppidum Macedoniæ, de quo Livius in bello Macedonico. Cuius incolæ Gytheatæ apud eundem Livium appellantur. Pol. Pto

Gythones, populi Sarmatiæ Europeæ, apud oſtia Viſtulæ incolentes: quorum urbs Gedanum, *Danzick*, eſſe videtur, urbs clariſſima, & emporium celeberrimum Pruſſiæ, in regno Polonico, à Poſnania 34. leucis, à Pto

Cra-

Cracovia 50. in Boream, à Monte regio ad 30. in Africum.

Gyzis, *Golfo degli Arabi*, teſte Caſtaldo, portus Marmaricæ, in ora, inter Paratonium ad occaſum & Alexandriam Ægypti ad ortum.

H

HAB Palæſtinæ urbs, Guillelmo Tyrio teſte.

¶ Habaſſia, ſeu Abaſſia, & Abaſſinia, *l'Abiſſinie*, ſeu *le pais des Abyſſins*, regio eſt Africæ, ubi alias maxima pars Æthiopiæ ſuperioris. Vide Abaſſinia.

Habor, *Chabor* teſte Beniamino Tudelenſi, fluvius Palæſtinæ.

¶ Habus *Frich Haff*, ſinus eſt parvus maris Baltici, per Pruſſiam extenſus, inter Regiomontem ad ortum, & oſtia Viſtulæ Elbingamque ad occaſum.

Habus, Humbrus poſterioribus, fluvius maximus Albionis, per agrum Eboracenſem fluens. Vide Abus.

Hacotina, Antonino teſte, Armeniæ urbs, circa Euphratem fluvium, qua Taurum montem perlabitur. Simlerus tamen legit Lócotena.

Hademarium, *Hademar*, oppidum Germaniæ, in Franconia provincia, & in regiuncula Weteravia, Principatus titulo inſignitum, gentis Naſſoviæ, prope Lanum fluvium, 4. leucis à Confluentiis in ortum, & 7. à Moguntia in Boream.

¶ Haderslebia, *Haderſleben*, urbs Daniæ, in Jutia Boreali & in Ducatu Sleſvicenſi, versùs oram littoralem maris Baltici & Fionam inſulam, cum portu ſatis capaci. Pluries capta fuit à Svecis ultimo bello Danico, ſed poſtea reddita. Ei adiacet arx, Hansburga dicta, à Joanne Holſatiæ Duce extructa.

Hadranum, Adranum aliis, *Aderno*, oppidum Siciliæ clarum, ad montis Ætnæ radices, à Catina 16. mill. paſſ. diſtans. Vide Adranum. Populi Hadranitani Plinio. Meminit Hadrani Silius libro 14.

Hadranum Hergentumque ſimul, telaqua ſuperba
Lanigera Melite.

Hadria, Adria Plinio, Melæ, Atria aliis, *Atri*, colonia & urbs Picenorum, in Aprutio, colli aſpero impoſita, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Teatino, Aterno in epiſcopali dignitate ſubrogata, Hadriani Imperatoris patria, nunc oppidum. Vide Atria. Altera Hadria, quæ & Atria & Adria, Atria Ptolemæo & Plinio, *Adri*, urbs Venetiæ mari abſorpta (cum olim diſtaret à littore) à piſcatoribus culta, epiſcopalis ſub Archiep. Ravennate, ferè media inter Ravennam ad auſtrum & Venetias ad Boream 50. mill. paſſ. diſtans, quot à Ferraria. Epiſcopus in Rhodigii oppido reſidet. Hinc mari Hadriatico nomen. Vide Adria (variè enim ſcribitur) & Atria. Sumitur & pro mari. Lucanus libro 2.

- cùm totus adria vires.

Ubi animadverte Hadriam pro mari eſſe generis maſculini, pro urbe feminini.

¶ Hadria, ſeu Adria, *Adria* vulgò, nunc oppidulum eſt tenue, ditionis Venetæ, in territorio Rhodigino, juxta fluvium Tartarum. 20. milliaribus diſtat à Rhodigio in ortum, 30. à Ferraria, et 50. à Ravenna in Boream. Ægre inhabitatur ob aeris gravitatem.

Hadrianę, *Eliopoli*, teſte Ortelio, urbs Lyciæ mediterranea ex antiqua inſcriptione; quam Aldus Manutius adfert.

Hadriani moles, & Hadriani ſepulchrum, aut Mauſolæum, *Caſtel S. Angelo*, locus Romæ, apud Tiberim fluvium, à Summis Pontificibus in arcem firmiſſimam converſus: in quem ex Vaticano via occulta per ædes interſitas itur.

¶ Hadriani moles, *le Chaſteau S. Ange* Gallis, arx eſt permunita urbis Romæ, juxta Tiberim fluv. et Pontem Ælium, nunc S. Angeli dictum. Aliàs dicta fuit arx Creſcentii, quod is eam tenuerit. His ultimis temporibus novis operibus bellicis munita fuit ab Urbano VIII. Pontifice Maximo, ad tutelam urbis.

Hadriani murus, Vallum Antonino, *The Wall of the Picts*, & *The Echotis BanK*, hoc eſt, Vallum Scotorum & Pictorum, murus ingens inter Britanniam. 1. & 2. hoc eſt, inter Angliam & Scotiam, ab Hadriano Imperatore ad barbaros arcendos, ne in primam Britanniam incurrerent, conſtructus.

¶ Hadriani murus per 80. milliia paſsuum perductus fuit, ubi poſtea Carauſius tempore Diocletiani novum reædificavit, ſeptem Caſtellis munitum, inter Cludi & Caruni fluviorum oſtia. Ejus reliquiæ viſuntur in agro Sterlingenſi, teſte Speedo. *Ptol.*

Hadrianopolis, Oreſta Lampridio, Uſcudava ſeu Uſcudama Ammiano *Andernopoli*, & Turcis, *Endren*, teſte Busbequio, urbs Thraciæ maxima, Hebro fluvio diviſa, Turcarum regia ante captam Conſtantinopolim, à qua 130. mill. paſſ. abeſt in occaſum, Philippopolim versùs 50. à Cariopoli 60. à Turcis capta anno ſalutis 1402. ſedeſque regni electa, archiepiſcopolis & metropolis ſub Patriarcha Conſtatinopolitano. De ea in libro 2. Itinerarii:

Manſimus hic una tantummodo nocte, futuro
Eſt Hadrianopolis clara petita die.

Fuere aliæ hujus nominis urbes: una in Ætolia, epiſcopalis ſub Archipiepiſcopo Naupactenſi, alia in Piſidia epiſcopali ſub Archiepiſcopo Antiocheno, & alia in Bithynia & Honoriade, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Claudiopolitano.

Hadriatica ſtagua, & Atrianorum paludes, *Stagni di Venetia*, paludes maris Hadriatici, (intra quas Veneta urbs, inter orbis miracula adnumeranda, conſtructa mirabiliter fuit) quæ Septem maria etiam dici putantur. *Cervi.*

¶ Hadriatica ſtagna prope Venetias, nunc *le Lagune di Venetia* dicuntur; ſuntque in intimo receſſu maris Hadriatici, intra aliquot inſulas & continentem; extenduntque à ſeptentrione in meridiem. Dicuntur etiam Gallicæ paludes ab antiquis. *Plin.*

Hadriaticum mare, quod & Atriaticum, & Superum Plinio, Hadrianum Lucano, Adriaticum Straboni, Tacito & Melæ, Hadriaticus ſinus Plinio, Hadria quoque Poetis, & Adria, mare quod Picenum, Galliam Togatam ſive Æmiliam, Venetiam, Carnos Iſtriam, & Illyricum alluit, Jonio Tyrrhenoque conterminum, *Golfo & Mare di Venetia*, quod à ſolis Venetis navigari ſolet, ipſi enim maris illius tenent imperium.

¶ Hadriaticum mare, ſeu ſinus Venetus *le Golfe de Veniſe* Gallis, *Golfo di Venetia* Italis, pars eſt maris Mediterranei, inter Italiam & Illyricum. Ab omnibus navigari ſolet. Sed in illo Veneti non ſinunt ulla navigia bellica præter ſua. Dicitur etiam à Romanis *mare Adriatico*. Ejus partes ſunt ſinus Illyricus, *Golfe du Drin*, ſinus Rhizonicus, *Golfe de Cattaro*, ſinus Carnarius ſeu Flanaticus, *Golfe de Carnario*, ſinus Tergeſtinus, *Golfe de Trieſte*, ſinus Naronenſis, *Golfe de Narenza*, ſinus S. Crucis *Golfe de Sainte Croix*, & ſinus Sipontinus, *Golfe de Siponto*; eſtque plurimis inſulis refertum versùs oram littoralem Illyrici. Illud circumſtant Albania, Dalmatia, Morlachia ſeu Croatia auſtralis, pars Carniolæ, uti Iſtria, provincia Foro Julii, Marchia Tarviſina, Ducatus Venetus, peninſula Rhodigina, ditionis Venetæ, Ducatus Ferrarienſis, Romaudiola, Ducatus Urbinas, & Marchia Anconitana, ditionis Pontificiæ; Aprutium, Capitanata, ager Barianus & Ager Hydruntinus, provinciæ regni Neapolitani, atque inter Aulonem Albaniæ ad ortum & Hydruntum ad occaſum mari Mediterraneo miſcetur; ibique dicitur *Bocca del Golfo di Venetia*, ſeu os ſinus Veneti, ubi ejus latitudo eſt tantùm 60. milliarium; ſed extenditur à Circio in Eurum ferè ad 700. milliaria.

Hadrumetum; Hadrumentum Plinio & Tacito, urbs Africæ littoralis. Vide Adrumetum. *Mel.*

Habudæ, inſula Albionis. Vide Ebudæ.

Hægalos, mons Atticæ ſylvoſus, Athenis proximus, Parnique monti vicinus: quos montes Statius libro 12. Theb. memor. *Pauſ.*

Dives & Hægalos nemorum, Parneſque benignus. *Pluta.*

Hæmimontum, regio Thraciæ, juxta Hæmum montem, cujus Hadrianopolis & Anchialus urbes præcipuæ. *Amm.*

Hæmon, fluviolus Bœotiæ, Chæronæam ſive Coroneam urbem alluens, qui & Thermodon Plutarcho & Herodoto dicitur, in Cephiſum influens. *Strab.*

Hæmus, mons Thraciæ maximus, illam à Myſia inferiori dividens, varia habens apud incolis nomina à Turcis *Balkan*, à Sclavis *Cumoniza*, ab Italis *Catena del Mondo*, & *Monte Argentaro*, *kriviczne* incolis, teſte Lazio, & *Coſtegnazzo* alibi, teſte Cuſpiniano, *Praſobo* Laonico. Hujus pars Scombrus ab Ariſtotele & Scomius à Thucydide (unde Strymon, Neſſus, & Hebrus flumina effluunt) appellatur. Adeò excelſus, ut ex jugis utrumque mare, Euxinum & Hadriaticum, conſpiciatur; in longum protenſus, & ad Meſembriam *Plin. Mel. & al.*

urbem deſinens. De eo Virgilius libro 2. Georgicorum:

Taygeta: O, qui me gelidis in vallibus Hæmi.

Horatius libro 1. car. ode 12.

Aut ſuper Pindo, gelidove in Hæmo.

Vib. Hinc Hæmonia regio juxta montem. Vide Æmus.

Hæſuſa, fluvius Macedoniæ, in Jonium mare apud Apolloniam influens. Fortè qui nunc *Vaiuſsa* dicitur.

Sax. Gram. Hafnia & Haphnia, *Koppenhagen*, & *Copenhagen* urbs Silandiæ inſulæ maris Baltici, regia & academia Danici regni, à Roſtochio urbe in ora Germaniæ 23. leucis in boream mari diſtans, à Lubeca urbe Saxoniæ 34. in Cæciam.

¶ Hafnia, *kiobenhaven* Danis *koppenhagen* Germanis, *Kopenhaven* Belgis, *Compenhage* Gallis, urbs eſt Daniæ regia, ampla, & permunita, cum arce recenti & portu capaciſſimo, juxta Oreſundicum Fretum, *Oreſund*, & è regione Scaniæ provinciæ. Fruſtra obſeſſa fuit à Rege Sveciæ hiſce poſterioribus annis. Habet academiam celebrem, & diſtat 4. leucis Danicis à Roſchildia in ortum, 3. ab ora littorali Scaniæ & 4. à Coronæburgo. Caput eſt Selandiæ inſulæ, teſte Pontano, *Stagelburg* ab initio vocata fuit, poſtea *Axelhuys*; nomenque ſenſim mutatum fuit, in *kiobmanſhaven*, quod portum mercatorum ſignificat, anno circiter 1161. Ei adjacet ad ortum Amagria inſula, cui ponte ligneo jungitur.

Haga, Batavorum pagus nobiliſſimus, de quo libro 4. Itinerarii Germanici:

Mox pagus multas ſuperans ſplendoribus urbes.
Nobilis Haga ſubit: denſum nemus imminet illi.

¶ Haga Comitis, *Sgraven hage* Batavis, *la Haye* Gallis, præcipuus totius Hollandiæ burgus, et urbis ad inſtar, ubi fieri ſolent comitia provinciæ, & etiam totius Belgii confœderati. Ibi palatium aliàs Comitis Hollandiæ, vix una leuca ab ora Oceani Germanici diſtat, inter Lugdunum Batavorum ad Boream et oſtium Moſæ ad auſtrum.

¶ Haga Turonica, *la Haye en Touraine*, oppidum Galliæ, in Turonenſi provincia, ad Crauſiam amnem, in ipſo cunfinio Pictavienſis provinciæ. Diſtat 10. leucis à Turon. in auſtrum, totidem à Pictavio in Cæciam, et 4. à Caſtro Heraldi.

Scrip. Germ. Hagenoja, *Hagenavv*, urbs Germaniæ ſuperioris, libera, in Alſatia, inter Argentoratum ad meridiem et Sebuſium ad Boream 4. leuc.

¶ Hagenoa, *Haguenavv*, urbs Germaniæ libera et Imperialis, in Alſatia inferiori, ad amnem *Mater*, vix duabus leuc. à Rheno fluvio, aliàs ſub clientela domus Auſtriacæ, nunc Regis Francorum pace Monaſterienſi. 3. leucis diſtat ab Argentina in Boream, et 4. à Tabernis in ortum. Muro cincta fuit anno 1164. à Friderico Ænobardo Imperatore, qui ibi etiam palatium Cæſareum condidit; eſtque ex quatuor Imperii pagis ſeu vicis.

Porphyr. Hagia, *Aialuni*, teſte Leunclavio, ſive *Aialuai*, id eſt, urbs S. Joannis, urbs Cariæ, juxta limites Lydiæ.

Hagnaus, *Hayne*, fluvius Hannoniæ, cujus ſit mentio in vita S. Landelini Presbyteri.

¶ Hagnaus, ſeu, et meliùs, Henius, *Haiſne*, fluvius parvus Belgii, in Comitatu Hannoniæ. Oritur in confinio Namurcenſis tractus, deinde prope Binchium et Montes labitur, ubi Trullam excipit, et poſteà ad Condatum in Scaldim ſe exonerat.

Bibl. Hajalon, *Val de Luna*, teſte Tudelenſi, pagus Palæſtinæ, Juxta Nicopolim urbem.

¶ Hailbruna, *Hailbrun*, ſeu et *Hailbron*, urbs Germaniæ libera et Imperialis; in Ducatu Wirtembergenſi, ad Necarum flu. Diſtat 2. leucis à Vimpfena in auſtrum, et 8. à Spira in ortum; eſtq; ſatis munita et culta.

¶ Hairum, *Hair* deſertum Lybiæ, in regno Targa, et in ejus parte auſtrali, versùs Nigritiam; extenditurque ad centum leucas circiter inter Ignidum deſertum ad ortum et Zuenzigam regnum ad occaſum.

Script. Germ. Hala, *Hall*, urbs Saxoniæ clara, ubi ſal fit, inter Torgam 7. et Lipſiam 5. leucis. De qua libro 5. Itinerarii:

Hala urbs eſt doctis, divitibuſque potens.

Ptol. Halænus, fluvius Albionis, in ora Angliæ orientali, ſeu in Northumbria, inter Vedram & Boderiam fluens, *Alne*, teſte Camdeno, non *Avon*, ut ſcribit Ortelius, fluvius in ora auſtrali, in Cornubia qui Alaunus dicitur Ptelemæo. (Videtur potiùs Halænus) in manuſcripto Seldeni *αλαινος* etiam) juxta Ptolemæum eſſe in ora auſtrali et occidentali, inter Iſacam et Magnum portum, Ortelio & aliis *Avon*; Alaunus autem in ora Boreali et orientali inter Vedram & Boderiam *Alne* Camdeno. Vide Alaunius & Alaunus.

Halale, vicus Ciliciæ, in radicibus Tauri montis, poſteà Fauſtinopolis dictus, et colonia effectus à Marco Aurelio Antonino Imperatore, ac de Fauſtinæ uxoris nomine, quæ ibi obiit, appellatus. Vide Fauſtinopolis. Capit. Marc.

Halani, populi Sarmatiæ, Perſis finitimi, Ortelio referente. Fortè Alani, populi Sarmatiæ Europææ. Vide ibi.

¶ Halara, *Halar*, urbs Islandiæ inſulæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, in parte Boreali inſulæ, ſed ſine mœnibus, et paucis conſtans incolis, ſub dominio Regis Daniæ. Dicitur ab aliis Hola. Vide ibi.

¶ Galberſtadienſis Principatus, *Principautè de Halberſtad* Gallis, *Furſtenthumb Halberſtad* Germanis tractus eſt parvus Germaniæ, in Saxonia inferiori, antea ſub proprio Epiſcopo ex conceſſione Caroli Magni Imperatoris, qui epiſcopatum fundaverat, nunc ſub electore Brandeburgico pace Monaſterienſi. Terminatur à ſeptentrione Ducatu Brunſvicenſi, uti etiam Magdeburgenſi, & à meridie Principatu Anhaltino; eſtque ab ortu in occaſum extenſus per 9. milliar. Germ. Ejus caput eſt Halberſtadium.

Halberſtatum, & Halberſtadium olim Pheugarum Ptolemæo, teſte Petro Appiano, *Halberſtat*, urbs Germaniæ, in Saxonia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Maguntino, media inter Brunopolim & Magdeburgum. 7. leucis utrinque diſtans, ſede epiſcopali, quæ priùs erat Salingſtadii, anno ſalutis 819. decorata. De ea libro 5. Itinerarii Germanci:

Poſt Halberſtadium, nimis antiquiſſima ſedes
Præſulis in magno frigore viſa, pater.

¶ Halberſtadium, quaſi Alberti urbs *Halberſtad*, urbs eſt in Saxonia inferiori, ad amnem *Hotheim*. 7. leucis diſtat à Magdeburgo in occaſum, & 8. à Brunſvico in auſtrum. Olim ſuberat dominio proprii Epiſcopi; ſed pace Monaſterienſi epiſcopatus in Principatum mutatus eſt, ſub dominio Electoris Brandeburgici, cui nunc paret cum tota ditione adjacente.

Halcyoniæ, inſulæ duæ Macedoniæ, apud Pallenem peninſulam, quarum una Pallene, altera Phoſtonia à Suida & Stephano dicitur; vel circa Halcyonen, oppidum Theſſaliæ, ad ſinum Maliacum. Suid.

Halcyonium ſtagnum, & mare. Vide Alcyonium. Pau.

Hales, fluvius Joniæ frigidiſſimus, apud Colophonem fluens; qui Halens Lycophroni, & Haleſus Plinio dici videtur.

Haleſia, urbs Siciliæ olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Syracuſano, in ora Boreali & occidentali, exciſa, ubi nunc *Caronia* caſtrum, teſte Fazello, inter Aluntium 12. & Cephaledium in auſtrum 30. mill. paſſ. Alæſa Ptolomæo. Populi Haleſini Ciceroni & Plinio. In agro Haleſino fons erat ad ſonum tibiarum exſultans, teſte Solino. Ibi fluvius Haleſus ex Haleſo monte proximo Ænæ. Vide Alæſa. Cujus nominis & alius in Lydia, ex Tmolo monte penes Colophonem fluens: de quo Plinius. De Siculo Colum. libro 11. Cic. Plin. Stra. &

Et quos Sicanii flores legiſtis Haleſi.

Haleſius, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, cum fluvio cognomine. Stra. Pau.

Haletes, fluvius Lucaniæ, juxta Veliam urbem fluens ab ea 3. mill. paſſ. in mare delabens.

¶ Hali Germani ſunt apud Plinium libro 4. capite 12. in vetuſtioribus codicibus, teſte Ortelio; in recentioribus autem pro eo. Alii legunt appellativè. Thi.

Halia oppidum erat Peloponneſi, in Argia regione, apud Trœzenen urbem.

Haliacmon, fluvius Macedoniæ. Vide Aliacmon. De quo Claudianus de Bello Getico:

Et fruſtra rapidum damnant Haliacmona Beſſi.

Hujus aquæ pecora candida juxtà paſcentia faciebant.

Haliartus, oppidum geminum: unum Peloponneſi, in ora occidentali, *Arcadia* hodiè: alterum Bœotiæ, juxta Copaidem lacum (vide Aliartus.) De quo Statius lib. 7. Theb. Hor. Liv. Plu. & l.

Gargaphia, quorumque novis Haliartus ariſtis
Invidet.

Halicarnaſſus, Halycarnaſſus Plinio, Halicarneſos Herodoto, *Meſi*, vel *Meſſi*, Sophiano *Caſtel di S. Pietro* Nigro, urbs Cariæ maritima, ad ſinum Ceramicum, olim regia, & epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, inter Jaſum ad Boream, & Gnidum ad auſtrum, ferè 30. mill. paſſ. diſtans. Non longè Salmacis fons eſt, qui, auctore Ovidio libro 4. Metamorphoſeon, bibentes molles & effeminatos redebat. Cic. Str. & l.

Ha-

Halicia, *Halitz*, oppidum Poloniæ, in Ruſſia Nigra & in tractu Pocucia dicto, ad Tyram fluvium, cum arce munita. Aliàs urbs fuit magni nominis, & primaria regni Halicienſis dicti. Poſtea etiam habuit Duces ſuos. Nunc deficit in dies.

Halicyæ, urbs Siciliæ exciſa, apud Rayalbutum caſtrum, olim inter præcipuas urbes habita, à Centuripis 6. mill. paſſ. Populi Halicyenſes Ciceroni & Plinio.

Halla, ſeu Hala, *Hall*, urbs Germaniæ multiplex, à ſale nomen habens. Una in Tirolenſi Comitatu, ad Oenum fluvium, apud Oenipontem, vix 2. leucis diſtans. Alia Sueviæ, urbs libera, inter Nordlingam & Wimpinam, inde 8. hinc 4. leuc. Alia Saxoniæ ſuperioris, ad Salam fluvium, inter Torgam & Lipſiam, inde 7. hinc 5. leucis diſſita. De ea libro 4. Itinerarii:

Hunc ubi tranſieram, fumantibus Hala ſalinis
Cernitur urbs oculis facta propinqua meis.

¶ Halla Sveviæ, *Schwabiſche Hall* Germanis, *Hall en Sovabe* Gallis, urbs eſt parva Sveviæ, ſed libera, ad Cockerum amnem, in confinio Ducatus Wirtembergenſis. 8. leucis diſtat à Nerolinga in Circium, & 6. à Wimpina in ortum; plurieſque capta fuit hiſce poſterioribus temporibus. Sita eſt inter præruptos montes, & à ſalinis initium & nomen adepta eſt. Dividitur autem à Cockero fluvio in duas partes, nimirum in urbem & ſuburbium, quæ ambæ ponte conjunguntur.

¶ Halla Saxoniæ ſuperioris, *Hall*, urbs eſt ſatis culta, in Miſnia, ſub domino proprii Ducis. 5. leucis diſtat à Lipſia in Boream, uti 3. ferè à Merſoburgo, & 10. à Magdeburgo in auſtrum; fuitque pluries capta & recepta ultimo bello Germanico. Ejus Dux, qui ideo Dux Saxoniæ Hallenſis dicitur, poſſidet etiam territorium adjacens cum media parte Thuringiæ & aliquot locis in Ducatu Magdeburgenſi: cujus pars etiam exiſtit Halla Saxoniæ, quæ ſic dicitur propter quatuor fontes ſalis qui in ea ſunt; & pagus initio fuit *Dobredor* dictus, qui anno 981. ab Othone II. Imperatore in urbem converſus eſt.

¶ Hallandia, *Hallandt*, provincia antea regni Daniæ, nunc autem regni Sveciæ ab anno 1645. pace ad Bramsbroam. Habet ab oriente & ſeptentrione Weſtrogothiam, ab occidente ſinum Codanum, & à meridie Scaniam. Ibi urbes ſunt Falcoburgum, *Falkenburg*, Helmoſtadium, , *Helmſtad*, Laholmia, *Laholm*, & Varburgum, *Varburg*; eſtque pars Sub Gothiæ ſeu Gothiæ meridionalis. Extenditur autem à ſeptentrione in meridiem per 600. millia paſſuum juxta ſinum Codanum. Sed ejus latitudo ab ortu in occaſum vix eſt 15. mill. paſſuum.

Halmydeſſus, Almydiſſus Ptolemæo, Salmydiſſus Xenophonti, *Stagnara* Moletio, oppidum Thraciæ, in ora maris Euxini, inter Thiniæ & Philiæ promontoria, atque inter Byzantium & Apolloniam.

Halmyris, *le Lac de noſtre Dame du Danube*, teſte Pineto, lacus Myſiæ inferioris, quem efficit Danubius fluvius, inter Iſtropolim & oſtia, ambitu 63. mill. paſſ.

Halonæ, *Solbazar*, teſte Leunclavio, à Turcis dictum, oppidum Joniæ, in Cariæ confinio, apud Mæandrum fluvium.

Halone, inſula Propontidis, ante Cyzicum urbem, apud Proconneſum.

Halonneſus, inſula maris Ægæi, inter Samothraciam ad occaſum & Cherſoneſum Thraciæ ad ortum, 15. mill. paſſ. diſtans, parva. In ea olim ſolæ fæminæ, interfectis omnibus maribus, habitaſſe refert Pomponius Mela.

Halonneſus altera, inſula maris Ægæi, Magneſiæ ſeu Joniæ adjacens, apud Erythras, inter Corycum & Argenum promontoria.

Haluntium, *S. Filadelfo*, oppidum Siciliæ quondam clarum, in ora ad occaſum & Boream, exciſum, cui oppidum S. Philadelphi ſuffectum eſt. Populi Haluntini Ciceroni. Vide Alontium.

Halycidon, *Peccais*, teſte Poldo, portus Maſſilienſium, in ora Galliæ Narbonenſis, ſive ipſemet portus Maſſilienſis.

¶ Halycidon eſt ipſemet portus Maſſilienſis, *le port de Marſeille*, teſte Hen. Bouche. *Peccais* autem eſt arx cum Salinis magni proventus; ad oſtia Rhodani, in Occitania, & in limite Provinciæ.

Halys, *Lali* Nigro, *Caſilirmar* Petro Gyllio, & interius *Otmagiuchi*, & Turcis *Aytozu*, teſte Leunclavio, fluvius Aſiæ ingens, ex Tauro monte profluens, Paphlagoniam à Cappadocia dirimens, & in Euxinum mare non longè ab Amiſo ſe exonerans: Archelaidem urbem interluit. De quo Valerius Flaccus libro 5. Argon.

Tranſit Halys, longiſque fluens anfractibus Iris.

Eſt & Halys fluvius Lydiæ, cujus meminit Herodotus & Ovidius libro 4. de Ponto eleg. 10.

Influit, & crebro vertice tortus Halys.

Hic Crœſo fatalis fuit.

¶ Halys, qui Calis quibuſdam, fluvius eſt Aſiæ minoris. Fontes habet in Galatia, ubi juxta Gangre labitur; & rigatis aliquot urbibus tum Galatiæ tum Paphlagoniæ, ibi in ſinum Amiſenum cadit, 20. milliaribus ab Amiſo in occaſum.

Halyzia, Halyzea Ciceroni, Plinio, Alyzia Stra- *Xeno.*
boni, Azylia Ptolomæo, *Natalico* Sophiano, oppidum Epiri, in ora, inter Leucadem & Acheloum fluvium, à Leucade 15. mill. paſſ. teſte Cicerone. Hic Lacedæmonii ab Athenienſibus navali pugna victi, teſte Xenophonte.

¶ Halyzia nunc, teſte Luca Holſtenio, eſt *Alcipo*, oppidum ad dextram Acheloi fluvii ripam; cùm omnes auctores id in Acarnania ponant, Natalico autem eſt ad ripam ſiniſtram in Ætolia. Franciſcus Sangallus *Trigordon* nunc vocari ſcribit, ubi magna ſuperſunt antiquitatum veſtigia.

Helyzones, populi Scythiæ Europææ (non Paphla- *Herod.*
goniæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) qua & Halezones, ſic dicti quòd undique mari circundentur, teſte Herodoto libro 4. *Liv.*

Hamæ oppidum fuit Campaniæ, in monte, apud Cumas urbem exciſam, ubi ſylva adhuc nomen retinens, *Selva de Hami*, à lacu Tripergolino parum diſtans, à Cumis 3. mill. paſſ. *Str ab.*

Hamænici, populi Sarmatiæ Europææ, in ora Mæoticæ paludis, inter oſtia Boryſthenis & Tanais incolentes (Forſan Hamaxici, quos ita poſitos habet.)

Hamaxobii, Hamaxobitæ Melæ, populi Scythiæ *Herod.*
Europææ, circa Mæoticam paludem habitantes. Ha *Strab.*
maxobitæ etiam dicuntur, quos Vadianus inter Moſ- *Ptol.*
chos recenſet. Hamaxobii ſunt appellati, quòd vitam non in domibus, ſed in plauſtris degant, durè ſordideque viventes, ut proverbio dici queant, qui vitam hujuſmodi ducunt, *Hamaxobii*. Hamaxa enim apud Græcos plauſtra ſignificant: unde *Hamaxica* proverbialiter, quaſi plauſtralia Latinè dicuntur de rebus magnis & amplis, uti ſunt plauſtra.

¶ Hamaxobii populi fuere Sarmatiæ Europææ versùs confinia parvæ Scythiæ, ubi nunc pars meridionalis Moſcoviæ. Sed à palude Mæotide remoti erant.

Hamburgum, *Hamburg*, quaſi Hammonia urbs, urbs *Script.*
ampliſſima, libera, & emporium celebre Germaniæ, in *Sax.*
Saxonia, ad Albim fluvium, in Holſatiæ confinio, à Lubeca urbe 10. leucis in occaſum, olim archiepiſcopalis urbs; ſed ſedes Bremam, inde 20. leucis diſtantem, translata eſt, ab Hammone ſive Hammone nomen habens, unde & Hammonopolis apud literatos dicitur. Unde in libro 4. Itinerarii Germanici ſic:

Hammoniſque domos, non propugnacula Bremæ.

Sed apud alios alia eſt etymologia: ut in libro 7. Itinerarii:

Navigio Hamburgum veloque ſubivimus urbem:
Jupiter Hammonis cultu hanc feciſſe celebrem
Creditur; aſt nomen dedit illi veriùs Hama.
Luctatur terris longè notiſſimus illis.

¶ Hamburgum, *Hambourg* Gallis, urbs eſt præclara & munita Holſatiæ, atque ex præcipuis Hanzeaticarum, 16. milliaribus Germanicis diſtat à Brema in Boream, & 6. à Stada in ortum. Gaudet portu ſatis capaci, & huc uſque navigia ſubvehuntur per Albis æſtuarium. Ibi Alſtera amnis in Albim cadit eſtque emporium celeberrimum, 18. milliaribus Germanicis diſtans ab Albis oſtio in ortum. Creſcit in dies amplitudine & numero civium; eſtque libera & ſui ferè juris.

Hamela, *Arun*, fluvius Albionis, per oram An- *Script.*
gliæ Auſtralem apud Ciceſtriam urbem & Arunde- *Brit.*
liam oppidum influens. Eſt & urbs Germaniæ, in Saxonia, ad Viſurgim fluvium, in Weſtphaliæ confinio *Hamelen*, inter Hildeſiam 6. & Pederbornam 8. leuc.

¶ Hamela, *Hamelen*, urbs eſt Saxoniæ inferioris, in Ducatu Bruſvicenſi, inter Hildeſium ad ortum & Pader-

derbornam ad occaſum. Ibi grandi clade affecti Auſtriaci à Svecis, ſub dominio Ducis Hannoveræ.

Hammæum littus, Ammonium Ptolomæo, promontorium Arabiæ felicis: apud Arabiæ emporium, in ora maris Indici ſeu Rubri, *Capo d'Aden* Moletio. Ibi auri metalla, teſte Plinio.

Plin. *Solin.* Hammanienſes populi Africæ, inter Naſamones & Troglodytas: ubi domus ex ſale fiunt, (tanta ibi ſalis eſt copia, & magnitudo) teſte Solino, qui etiam ibi carbunculum gemmam reperiri teſtatur.

Prov. Rom. Hammaria, *Hammeren*, urbs Scandinaviæ, in Norvegia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, à Bergis 30. leucis in ortum, Aslogam versùs 15. quæ & Hammaria & Hameria.

¶ Hammaria, *Hammer* ſeu *Lille Hammer*, urbecula eſt Norvegiæ, in Præfectura Aggerhuſia, in confinio Dalecarliæ provinciæ Svecicæ. 30. leucis diſtat à Bergis in ortum, & 25. ab Asloga in Boream.

Plin. Hammonii, Ammonii Ptolemæo, populi Arabiæ fælicis, ad Ammonii ſive Hammonium littus incolentes.

Plin. Hammonis fons, Vibio Sequeſtri lacus, noctu fervens, interdiu rigens, in Marmarica, apud Hammonis oraculum.

Hamptoni curia, *Hamptoncourt*, caſtrum Angliæ, in Midleſexia provincia, cum palatio ſuperbiſſimo Regum Angliæ, à Thoma Cardinali Volſæo alias excitato, & ab Henrico VIII. perfecto, ad Tameſim fluvium, 8. milliaribus ſupra Londinum in occaſum.

¶ Hamum, *Ham*, urbs Germaniæ, in Weſtphalia, ad Luppiam fluvium, in Comitatu Marchiæ, & in confinio Diœceſis Monaſterienſis. 5. leucis Germanicis diſtat à Monaſterio in auſtrum Arensbergam versùs, in dominio Electoris Brandeburgici. Dicitur etiam Hamma à quibuſdam; eſtque urbs Hanzeatica.

¶ Hamum, ſeu Hametum, *Ham*, urbecula Galliæ permunita, in Picardia provincia, in Veromanduis, ad Somonam fluvium, media ferè inter Peronam ad Boream & Noviodunum ad auſtrum, 4. leucis à Quintinopoli.

¶ Hannebontum, *Hennebont*, oppidum Galliæ, in Britannia minori, aliàs permunitum, ad Blabiam fluvium, 4. leucis ab ora Oceani Aquitanici, & 3. à Blabia oppido in Boream.

Script. Bel. Hannonia, *Henault* vel *Hainault* Gallis, *Henegovv* Germanis, regio & Comitatus Belgii, quam Scaldis fluvius interluit; olim Saltus Carbonarius; inter Arteſiam ad occaſum & Brabantiam ad ortum, ac inter Campaniam partemque Picardiæ ad auſtrum, & Flandriam ad Boream, ab Hania fluvio nomen habens. De ea libro 4. Itinerarii.

Hannoniæ tetigi fines, ubi Gallica lingua
Principium capit.

¶ Hannonia, *le Hainault* Gallis *Hannonnia* Hiſpanis & Italis, provincia eſt ampla Belgii, quam Scaldis fluvius alluit ex parte, & Henius amnis bifariam ſecat. Terminatur ab oriente partim Comitatu Namurcenſi & partim Brabantia, à ſeptentrione Flandria, ab occidente partim Flandria & partim Arteſia, à meridie autem Picardia; ſubeſtque ex parte Regi Franciæ, & ex parte Regi Hiſpaniæ. Ejus primaria eſt Montes.

Urbes Hannoniæ:

Anguianum, Angujen, *ſub dominio Hiſpanorum.*
Athum, Ath, *ſub dominio Francorum.*
Avenna, Aveines, *Francorum.*
Binchium, Binche, *Francorum,*
Bochanium, Bouchain, *Hiſpanorum.*
Condatum, Condè, *Hiſpanorum.*
Landrecium, Landrecies, *Francorum.*
Mariaburgum, Mariembourg, *Francorum,*
Malobodium, Maubeuge, *Hiſpanorum.*
Montes Mons, *Hiſpanorum.*
Philippovilla Philippeville, *Francorum.*
Quercetum, le Quetnoy, *Francorum.*
Valentiana, Valenciennes, *Hiſpanorum.*

¶ Hannovera, *Hannover*, urbs Germaniæ, in Ducatu Brunſvicenſi, egregie munita, ad Leinum fluvium, & Ducum ſedes, 3. leucis infra Hildeſium in Boream Novoſtadium versùs, & 6. à Brunſvico in occaſum. Ejus Princeps, qui Catholicus eſt & ex Ducibus Brunſvicenſibus, poſſidet mediam partem Ducatus Brunſvicenſis cum territoriis Calemburgico & Grubenhagenſi: ubi urbes Hannovera, Hamela, Embeca, Neoſtadium, Gottinga, Northeimum, & Oſteroda.

¶ Hanovia, *Hanaw*, oppidum permunitum Germaniæ, in Franconia, medium inter Francofurtum ad occaſum & Aſciburgum ad ortum. Proprio Comiti paret. Sedet ad Kintium fluvium, qui paulò infrà cadit in Mœnum; & varias hoc bello expertum eſt vices.

¶ Hantonia, *Hantshire*, provincia eſt ſeu Comitatus Angliæ meridionalis. Terminatur à meridie mari Britannico & Vecti inſula, ab occaſu Dorcetia & Viltonia, à ſeptentrione Bercheria, & ab oriente Suſſexia; eſtque ſatis ampla & culta. Ejus caput eſt Vintonia, *Vincheſter*, ſuntque etiam in ea Suthamptonia, *Southampton*, oppidum lautum, Portus oſtium, *Porthmouth*, & *Rumſea*, *Rumſey*, in mediterraneis.

Hanzeaticæ ſeu Anzeaticæ urbes, *les Villes Anzeatiques*, urbes ſunt Germaniæ pro majori parte, quæ commercii cauſa convenerunt poſt piratica Danorum & Normannorum bella, fædus inter ſe inierunt; collatiſque pecuniis, etiam claſſes inſtruxerunt, & multa bella geſſerunt. Sed nunc urbium illarum fama multùm imminuta eſt. Sic dictæ fuere aut à veteri voce Germanica Hanſa, hoc eſt, *Aſſemblèe*, aut à nomine Teutonico Hanſa, hoc eſt, immunitas; quia illæ urbes multis privilegiis gaudebant. Porrò in quatuor provincias diſtinguuntur, Lubecenſem ſcilicet, Colonienſem, Brunſvicenſem, & Gedanenſem; habentque ſibi ſociatas urbes ſexaginta quatuor, nimirum Vandalicas ſex, Pomeranicas ſeptem, Boruſſicas ſex, Livonicas tres. Saxonicas tredecim, Weſtphalicas decem, Clivenſes ſeu Marchicas ſex, Tranſiſalanas tres, Gueldricas ſeptem, Friſicas tres. Lubeca, *Lubeck*, caput eſt totius Anzeatici fœderis. Habet autem junctas ſibi civitates Vandalicas quinque, Hamburgum nempe, Ruſtochium, Wiſmariam, Stralſundam, & Luneburgum, ac præterea Pomeranicas, Stetinum, Anclamum, Golnoviam, Gripſvaldiam, Colbergam, Stargardam, & Stolpam. Colonia Agrippina, *Cologne*, quæ anno 1481. Hanzeaticarum urbium numerum auxit, primaria eſt ſecundæ regionis civitas; habetque ſibi ſociatas urbes Clivenſes & Marchicas, Veſaliam, Duisburgum, Emericum, Warburgum, Unnam, Nammam; tum Weſtphalicas, Monaſterium, Oſnaburgum, Tremoniam, Suſatum, Herfordiam, Paderborniam, Lemgoviam, Bilefeldiam, Lippiam, & Cosfeldiam; tum Gueldricas, Noviomagum, Zutphaniam, Ruremundam, Arenacum, Venloam, Elburgum, Hardervicum; & Tranſiſalanas, Daventriam, Campos, Zuvollam; ac denique Friſicas, Groningam, Bolſverdiam & Staveram, Brunſvicum, *Brunſwick*, primaria tertiæ provinciæ Hanzeaticæ civitas, habet ſub ſe urbes Saxonicas, Magdeburgum, Goslariam, Embecam, Gottingam, Hildeshemium, Hannoveram, Uſam, Buxtehudam, Stadam, Bremam, Hammelam, & Mindam, Gedanum, *Dantzick*, primaria Pruſſiæ civitas, habet ſub ſe Regiomontem, Colmariam, Torunium, Elbingam, Brunsbergam; Livonicas quoque urbes, Rigam, Dorpatum, & Revaliam. Eſt & in Norvegia Berga, *Bergues*, juris Hanzeatici.

¶ Haoax, *Haoax*, fluvius Africæ, oritur è vaſtis montibus in Abaſſinia, in confinio provinciarum Xaoæ & Ogg; auctuſque undis alterius fluminis dicti Machi, orientem versùs excurrit in regnum *Adel*, quod vulgò à Luſitanis appellatur regnum *Zeila*, cujus metropolim, dictam *Auca Gurrele*, præterlabitur. Dicitur hic aquarum mole nihilo minor eſſe Nilo, & 600. millia paſſuum curſu ſuo conficit; & quod Ægyptiis Nilus, id ipſum regno Adelis præſtat fluvius Haoax, teſte Iſaaco Voſſio.

Haphnia, *Copenhagen*, urbs Silandiæ primaria, Daniæ regia, & academia, à Varburgo, urbe ejuſdem inſulæ, 15. leuc. Elſenorum urbem emporium ejuſdem in ora versùs 6.

¶ Haphnia urbs eſt Selandiæ inſulæ & Daniæ regni primaria. Diſtat 9. leucis a Varingburgo in Boream Elſenorum versùs, fuitque obſeſſa per aliquot menſes a Rege Sveciæ hiſce poſterioribus annis, irrito tamen conatu. Dicitur etiam Hafnia. Vide ibi.

¶ Hapſelia, *Hapſel*, urbs Livoniæ, in Eſtonia provincia & Vickeslandia regiuncula, ad ſinum parvum cognominem in ora maris Baltici. Fuit antea epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi. 2. leucis Svecicis diſtat a Lehalio in Boream, & 11, à Revalia in occaſum; ſubeſtque Regi Sveciæ.

¶ Har-

¶ Harburgum, *Harbourg*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Luneburgenſi, ad Albim fluvium, 2. leucis ab Hamburgo in auſtrum, & 6. à Luneburgo in occaſum.

¶ Harcurtium, *Harcourt*, oppidulum Galliæ, cum caſtro, in Normannia provincia & in Ebroicenſi tractu, vix 5. leucis ab Ebroico in Circium, 2. à Bellomontio in Boream. Hinc dicti Principes Lotharingi & Comes bello Percelebris hiſce ultimis temporibus.

Hardebones, *Hardervvych*, oppidum Germaniæ inferioris, in Geldria, & ora ſinus Flevi, inter Arenacum & Campenam 5. leuc.

¶ Hardervicum, *Hardervvyck*, urbs munita Belgii, in Gueldria Batavica, & in Veluvia tractu, cum portu ſatis commodo ad interiorem ſinum maris Auſtrini, & Anzeatica, cum academia, 7. leucis diſtat ab Vltraiecto in Cæciam, & 6. à Daventria in occaſum. A quibuſdam dicitur Hardebones. Vide ibi.

¶ Harflevium, *Harfleur*, oppidum Galliæ, in Normania provincia & in Caletenſi tractu, ad Sequanæ æſtuarium. 3. leucis diſtat ab Honflevio in Boream, & vix 2. à Portu Gratiæ in ortum.

¶ Harfordia, *Harford*, urbs Angliæ, ad Leam amnem, 15. milliaribus à Londino in Boream Cantabrigiam versùs. Ab ea regio adiacens dicitur Harfordienſis Comitatus, *Hartfordshire*, inter Cantabrigenſem Comitatum ad Boream & Mideleſexiam Comitatum ad auſtrum.

Hariſtallium, *Herſtel*, oppidum ſeu pagus Germaniæ, in Haſſiæ & Thuringiæ confinio.

¶ Hariſtallium, ſeu Heriſtellium, locus celebris in Hiſtoria Caroli Magni, auctoribus Eginarto, Reginone, & Aimoino, qui eum ad Wiſeram amnem deſcribunt. Hodie adhuc locus *Herſtel* ſupereſt ad Weſeram ſeu Viſurgim. Aliud Heriſtallium eſt apud ſcriptores ejuſdem Caroli Magni in ripa Moſæ fluminis, non procul à Leodio. Hic hodie pagus eſt qui nomen quoque retinet.

Harlemum, *Haerlem*, urbs Batavorum, in Hollandia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajectenſi, inde 9. leuc. in Bor. ab Amſtelodamo 3. à Lugduno 8. in ortum, maxima urbs. De qua libro 4. Itinerarii: Nocte iterum pulſa, Harlemum contendimus: illic, &c.

¶ Harlemum, *Harlem*, urbs eſt munita Belgii, in Hollandia Boreali, ad amnem Sparam, ubi ars Typographica putatur excogitata. Capta fuit & miſerè devaſtata ab Hiſpanis primo bello Belgico, nunc autem ſubeſt Reipublicæ provinciarum unitarum. Diſtat 5. leucis à Lugduno Batavorum in Boream, 3. ab Amſtelodamo in occaſum, 1. ab ora maris Germanici, & 9 ab Vltrajecto in Circium. Ab ea lacus adiacens dicitur *Haerlemerzèe*, ſeu lacus Harlemi.

¶ Harlepolium, *Hartlepoole*, oppidum Angliæ Borealis, in ora littorali Diœceſis Dunelmenſis, 10. milliari- Anglicis à Dunelmo in Eurum, & 5. à confinio Eboracenſis provinciæ in Boream.

Harlingi, *Harlingen*, oppidum Friſiæ occidentalis, in ora littorali, à Levvardia urbe 3. leuc. in occa'um.

¶ Harlingi, ſeu, & meliùs, Harlinga, urbs eſt Belgii & Friſiæ occidentalis, poſt Leovardiam primaria, munita, & expugnatu difficilis, quia circumpoſita regio inundari poteſt. Gaudet portu ſatis capaci in ora maris Auſtrini, & ſub dominio provinciar. unitarum Belgii.

Harma, ſive Horma, *Ramas*, teſte Tudelenſi, oppidum Palæſtinæ, in Tribu Iuda.

Harma, vicus erat Bœotiæ, in finibus Tanagræorum, id nominis ſortitus à curru Amphiarai eo loci, excuſſo Amphiarao, inani delato. Alius ejuſdem nominis fuit in Attica, ubi Adraſtus curru confracto opera Arionis ſervatus eſt. Vnde, euntibus ex eo loco obſervantibus fulgur, ut eo viſo ſacra Delphos mitterent, ortum eſt adagium, *Vbi per Harma fulgur*, de iis quæ ſerò & admodum raro eveniunt. Auctor eſt Strabo libro 9.

¶ Harmaſtis, urbs Aſiæ, in Iberia, quæ & Armactica dicta, eſt nunc *Cori*, ex præcipuis totius Georgiæ, teſte Sanſone.

Harmatus, oppidum Troadis, in Æolidis confinio, in ora, contra Methymnam urbem Lesbi. Populi Harmatopolitæ Plinio.

Harpadium, *Arpaia*, oppidum Hirpinorum, in Campaniæ confinio, ubi Furcæ Caudinæ, (vide Hirpinum) Ab Avella 4. mill. paſſ. intra montes.

Harpagia ſive Harpagium, locus Myſiæ, in Aſia, apud Cyzicum urbem, Pario propior, ubi Ganymedem à Jove raptum Poetæ fabulantur: ſic à rapina dictus.

Harpaſa, urbs Cariæ, ad Harpaſum fluvium, apud *Plin.*
Prienen & Mæandrum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano. Non procul cautes ingens, digito mobilis, im- *Liv.*
mobilis verò toto corpore, teſte Plinio libro 2. cap. 96. *Pto'.*

Harpinnates, fluvius Peloponneſi, per Elidem fluens & Harpinnum oppidum alluens. *Pauſ.*

Harpis, *Licoſtomo*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris, ad Lycoſtomum Iſtri oſtium. *Plin.*

Harponium oppidum Lucaniæ, apud Vicenumum. Vide Arponium; ſcribitur enim cum & ſine aſpiratione. *Diod.*

¶ Harria, *Harrie* ſeu *Harnland*, provincia Livoniæ, in Eſtonia, in ora littorali ſinus Finnici, ubi Revalia, *Revel*, totius Eſtoniæ caput, ſub dominio Svecorum.

¶ Hartzeroda, *Harezerode*, caſtrum Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & in Principatu Anhaltino, ad Selkam amnem, 12. mill. paſſ. à Northuſia in Cæciam Magdeburgum versùs', ubi ſedes unius ex quinque Principibus Anhaltinis.

Harudes, populi Galliæ Tranſrhenani, Sequanis finitimi, quorum urbs *Coſtentz* à Cœnali putatur: cùm Conſtantia ſit in Svevia, a Sequanis longè diſtans. *Cæſ.*

¶ Harvicum, *Harvich*, oppidum eſt munitum Angliæ, cum portu percapaci, in Eſſexia provincia, in ora Oceani Germanici, ubi Stura fluvius in eum ſe exonerat, prope confinia Suffolciæ.

Hasbania, *Haſpengavv*, regio Brabantiæ, ſub ditione *Sieg.*
Leodienſi: cujus caput eſt Fanum S. Trudonis, oppidum, *S. Truyen*.

¶ Hasbata, *Hasbat*, provincia regni Fezzæ, in Africa, magis in Boream tendens versùs fretum Herculeum, ubi urbes Tingis, Cepta, & Arzilla.

¶ Haſcora, quæ & Eſcura, *Haſcora*, provincia eſt regni Marochii, inter provincias Ducalam ad Boream, Marochiam ad meridiem, & Tedleſam ad ortum. Ejus urbs præcipua Elmandina dicitur.

¶ Haſpahamum; ſeu Aſpahamum, *Hiſpaham* ſeu *Haſpaham*, urbs Aſiæ, Perſiæ nunc præcipua, ampliſſima & ſplendida, cum ſuperbiſſimo Palatio regio & tribus amplis ſuburbiis, in provincia *Hyerach* dicta. Ibi commoratur Perſarum Rex; creſcitque in dies. Sunt qui credant dictam fuiſſe Hecatompilon antiquitus; eſtque ferè media inter Tabriſium ad Boream & Armuzium ad auſtrum.

Haſſi, ſeu Baſſi, ut alii legunt, populi Belgii, quo- *Pliu.*
rum oppidum *la Baſsèe* dicitur, in Arteſia, in Flandriæ confinio, ab Atrebatenſi urbe 8. leucis in Boream, à Bethunia 3. in ortum.

¶ Haſſi, ſeu Baſſi, quibuſdam ſunt populi Belgii, ubi nunc oppidum *la Baſsèe*, in Flandriæ Comitatu et in confinio Arteſiæ, aliàs munitum; 5. leucis ab Atrebato in Boream, ſub dominio Regis Franciæ pace ab Aquiſgranum ſancita.

¶ Haſſia, *Heſſen* Germanis, *la Heſſe* Gallis', provincia eſt Germaniæ, in Circulo Rheni, inter Weteraviam ad occaſum et Weſtphaliam ad ſeptentrionem, Franconiam ad meridiem, & Thuringiam ad ortum. Ejus Principes Lantgravii dicuntur; ſuberatque antea tribus Principibus Lantgraviis, nempe Caſſelenſi, Marpurgenſi & Darmſtadienſi. Sed deficiente Marpurgenſi, ſine prole, Caſſelenſis majorem partem ditionis conſecutus eſt, & Darmſtadienſis minorem tantùm recepit.

¶ Haſſiæ Caſſelenſis Lantgravio ſubſunt Haſſia propria vbi Caſſela, Comitatus Zigenemenſis, Abbatia Herofeldenſis, pars orientalis Comitatus Valdecenſis, pars Borealis principatus Marpurgenſis, quatuor Præfecturæ Comitatus Scaumburgenſis in Weſtphalia, prope Mindam, & Smalcada urbs Principatus Hennebergenſis, cum aliquot locis Veteraviæ.

Haſſiæ Caſſelenſis urbes:

Caſſe'la, Caſſel.
Eſcuvega, Eſchvvege.
Herofelda, Hirſchfeldt.
Marpurgum, Marpurg.
Rotenburgum, Rotenburg.
Smalcalda, Smalkalden.
Wa'decum, Valdek.
Zigenemium, Ziegenhaim.

¶ Haſſiæ Darmſtadienſis Lantgravio ſubſunt pars minor ſeu auſtralis Principatus Marpurgenſis, ubi Gieſſa & Butzbachium, & Geravia, ubi Darmoſtadium.

Haſta, urbs Liguriæ, ad Tanarum fluvium, epiſco-

palis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, (vide Aſta) ſic à Claudiano, de 6. conſ. Honorii.

- nec plus Pollentia rebus
Contulit Auſoniis, aut mœnia vindicis Haſtæ.

Clau. ¶ Havana, *la Havana*, portus celeberrimus & capaciſſimus Americæ ſeptentrionalis, in Cuba inſula versùs Boream, & è regione Capitis Floridæ, ubi appulunt claſſes Hiſpaniæ. Oppidum ei adiacet permunitum, dictum *la Havana* ſeu *S. Criſtoval de la Havana*, cum valido Hiſpanorum præſidio & arce.

Prov. Rom. Havelburgum, *Havelburg*, urbs Germaniæ, in Marchia Brandeburgenſi, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, inde 10. leuc. in Cæciam, ad Havellam fluvium.

¶ Havelburgum, meliùs dicitur Havelberga, *Havelberg*, urbs epiſcopalis Germaniæ, in ditione Electoris Brandeburgici, ad Havelam fluvium, qui uno milliari infrà cadit in Albim; eſtque 10. leucis infra Magdeburgum in Boream, & 8. à Brandeburgo in Circium.

Beda. Hauguſtaldium, Hauguſtaldia aliis, urbs olim epiſcopalis Angliæ, ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, nunc pagus agri * Eboracenſis. Vide Auguſtaldia. (* Lindisfarna.)

Procop. Hebdomum ſuburbium erat Byzantii, ab eo 7. mill. paſſ. diſtans.

Bibl. Hebræi populi notiſſimi Palæſtinæ, ab Heber pronepote Sem, teſte D. Iſidoro. Vide Iudæi. Statius libro 5. ſylv. carm. 1.

Thura, Palæſtini ſimul Hebraique liquores.

Script. Scot. Hebrides, inſulæ Albionis, oræ Scotiæ occiduæ adjacentes, * *Illis* vulgò. Vide Ebudæ. Harum ſedes epiſcopalis in oppido S. Columbi eſſe ſolet ſub Archiepiſcopo Glaſquenſi. (* *Illa* quidem vulgò dicitur Epidium, vna Hebridum.)

Auſon. Hebromagum, ſive, ut aliis videtur, Hebromanum, pagus Aquitaniæ, *Embrau* ſeu *Brau* Vineto, apud Blaviam oppidum, vel *Bourg*, teſte Scaligero, oppidum à Burdigala, 4. leucis, ad Durani fluvii cum Garumna confluentiam, è regione Pauliaci. Vide Ebromagum. Eſt autem Ebromagus ſive Hebromagus pagus ab Hebromano diverſus, in Gallia Narbonenſi, inter Carcaſonem 5. & Toloſam 10. leuc. occurrens. De Hebromano Auſonius epiſtola 24.

Hebromani jam tecta ſubit, jam prædia fratris.

Lib. Reg. Hebron, Eleutheropolis Antonino, *Callil*, teſte Iuſto Gyſtellio, incolis & aliis *Ebron*, urbs Palæſtinæ olim epiſcopalis, nunc pagus ab Hieroſolymis 20. mill. paſſ. in meridiem & Africum Aſcalonem versùs.

¶ Hebron, urbs Palæſtinæ, antea Cariath Arbe, id eſt civitas quatuor, quod quidam Græca voce Tetrapolim interpretati ſunt: civitas antiquiſſima, 7. annis ante Tanim Ægypti condita, ſub Chananæis, urbs regia, poſtea in Tribu Iuda, & Levitis data, totius Tribus maxima, & Davidis Regis per ſeptem annos regia, tempore Chriſtianorum epiſcopali ſede inſignita; qua tandem deſtructa, nova Hebron in vicino loco conſtructa eſt.

Strab. Plin. Me. & al. Hebrus, *Mariza* Leunclavio & aliis, fluvius ingens Thraciæ, ex Hæmo monte oriens, ac in Ægæum mare, Philippopoli, Hadrianopoli, & Traianopoli urbibus ablutis, inter Maroniam & Ænon urbes, exiens. Virgilius libro 4. Georgicorum:

Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.

Hebudæ, inſula Scotiæ. Vide Ebudæ.

Svid. Hecates inſula parva maris Ægæi, apud Delum, quæ & Pſammite; ſic ab Hecate maga, ut videtur, dicta, de qua Ovidius libro 7. Metamorphoſeon:

Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras.

Polyb. Hecatombæum, locus Achaiæ, in Peloponneſo, circa Dymam urbem, ab hecatombe ſacrificio.

Plut. Ptol. Hecatompedum, *Sopoto* Sophiano, urbs Epiri, in Chaonia regione, Elymæ urbi finitima.

Euſta. Hecatompolis, Cretæ inſula, ſic dicta à centum urbibus, quibus ſub Minoe Rege conſtabat. Sicuti & Laconica, teſte Strabone.

Polyb. Strab Plin. Q. C. & al. Hecatompylos, *Hiſpahan* Caſtaldo, *Iex* Theveto, & *Iexdi*, urbs Parthiæ maxima & regia, a 100. portis dicta, inter Ecbatana ad occaſum 150. & Alexandriam Ariæ in ortum 565. mill. paſſ. diſtans. Sic etiam Thebæ urbs Ægypti dicta, à numero portarum; ſicuti Thebæ Bœotiæ Heptapylos à 7. portis.

Strab. Herod. Steph. Hecatonneſi, inſulæ plures parvæ maris Ægæi, inter Leſbum & Troadis oram, numero 20. teſte Strabone 40. apud Timoſthenem, ſed 100. nomen ipſum indicat; potiùs ſcopuli quàm inſulæ.

¶ Hecla, *Hecla*, mons Islandiæ peramplus & ignivomus, ex quo non tantùm ignes, ſed etiam fulgura emicant permixta quaſi fulminibus. Eſt in parte meridionali inſulæ, quæ ab indigenis *Sudlendingafiordung* dicitur, versùs urbem *Scalholt* epiſcopalem.

Hectodurum, *Ecthal*, teſte Lazio, oppidum Rhætiæ, in Svevia, inter Campodunum 3. & Curiam in auſtrum 7. leucis. Vide Ectodurum; nam & ſic ſcribitur. Ptol.

¶ Hectodurum, ſeu Ectodurus, aliis eſt *LeutKirck*, oppidulum Sveviæ, 3. leucis à Campoduno in occaſum, in ditione Auſtriacorum.

Hedena, *Hesdin*, oppidum cum arce permunita Belgii, in Arteſia, in finibus Picardiæ, ab Atrebatibus 11. leucis in occaſum, à Fano Divi Pauli 4.

¶ Hedena, *Hedin*, arx eſt permunita Arteſiæ, ad Quantiam fluvium, in limite Picardiæ. Capta fuit anno 1639. à Rege Franciæ, cui etiamnum ſubeſt. Diſtat 7. leucis ab Abbavilla in Boream, & 4. à Monſtrolio in ortum, intra paludes. Excitata fuerat aliàs ab Hiſpanis contra Gallos, à quibus pluries capta, tandem ipſis ceſſit pace ad Pyrenæos ſancita.

Hedeta, quæ & Leria, *Liria*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ, ab ea 4. leucis in occaſum, à Sagunto 2. Populi Hedetani & Sedetani Plinio & Livio. Ptol.

¶ Hedeta, ſeu Edeta, *Liria*, oppidum Celtiberorum aliàs, nunc caſtrum eſt regni Valentiæ, ad Turiam fluvium.

Hedimeles, mons Atticæ, cuius meminit Iuvenalis ſatyra 6. Iuven.

*Quo tener * Hemideles operam dedit, hoc tenet, hoc ſe Solatur.*

(* Niſi Hedimeles vel Hedymeles in hoc verſu ſit nomen citharœdi.)

Hedonacum, vicus Bœtiæ ubi, Narciſſi fons qui & Donacum legitur. Pauſ.

Hedonis, regio Thraciæ, in Macedoniæ confinio, ubi Hedones populi Stephano. Ptol.

Hedros. Vide Edros. Andros Plinio, & Andium Antonino, inſula Hiberniæ deſerta, *Liſter* incolis. Aliis e inſula Oceani Britannici, *Enhly*, & Anglicè *Berdſey* teſte Camdeno. Ptol.

¶ Hedros, ſeu Edros, & Adros, eſt *Berdſey*, inſula parva Angliæ, in ora Walliæ Borealis & Arvoniæ provinciæ.

Hedua, quæ & Auguſta Heduorum, & Auguſtodunum, *Autun*, urbs Galliæ Celticæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, in Burgundia Ducatu. Populi Hedui Plinio, Ædui Cæſari. Hos Theſaurus Linguæ Latinæ Arvernis finitimos non bene facit. Vide Auguſtodunum. De Heduis Andreas Alciatus in emblem. Sid.

Bituricis vervex, Heduis dat ſucula nomen.

Hedylium, mons Bœotiæ, a Parnaſſo Cephiſo fluvio diviſus. Hedilius Plutarcho. Su.

¶ Hedyphon Straboni, Babyloniæ regionis fluvius, fortè Hedypnus Plinii, quem ſcribit in Eulæum recipi. Ste.

Hegaleos, mons Atticæ nemoroſus, cuius meminit Statius in libro 12. Thebaidos:

Dives & Hegaleos nemorum, Parneſque benignus.

Hegetmatia, *Lignitz* Villanovano, urbs Germaniæ, in Sleſia, ex primis poſt Vratislaviam, à qua 6. leucis in occaſum recedit, Gorlitium versùs 9. Pt.

Hegonis, *Egoſpotamos* Nigro, aliis *Fainam*, promontorium Macedoniæ, inter Theſſalonicam & Caſandream, apud oſtia Chabrii fluvii, qui *Egoſpotamos* ibi dicitur. Pt.

¶ Hegovia, *Hegovv*, tractus eſt Germaniæ, in Svevia regione, inrer lacum Cellenſem ad ortum & Sylvam Nigram ad occaſum, vix ad 6. milliaria Germanica extenſus, ubi ſunt Lantgraviatus Nellemburgicus, ſub Auſtriacis, cum oppido *Stocack* dicto, Duellium, *Hohent Wiel*, ſub Duce Wirtembergico, & aliquot alia loca.

Hegua, Ægua Straboni, Ategua Cæſari & aliis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ. Vide Ategua. Pl.

Heideba, *Schleſvvick*, teſte Crantzio, urbs Holſatiæ, ſeu Cimbricæ Cherſoneſi, in Holſatiæ & Iutiæ confinio, Ducatus, & urbs epiſcopalis anno ſalutis 948. ſub Archiepiſcopo Lundenſi effecta, ad * Eydoram fluvium, ab Hamburgo & Lubeca, urbibus maximis Saxoniæ, 16. leucis in Boream diſtans (* potiùs ad Sliam fluvium.) St.

¶ Heideba, *EleſvvicK*, Crantzio, urbs eſt Daniæ, in Jutia Gu

tia meridionali, Ducatus Slesvicenſis caput, ad Sliam fluvium, qui in mare Balticum ſe exonerat aliquot leucis infra. 4. leucis diſtat à Rensburgo & à confinio Holſatiæ in Boream, totidem à Flensburgo in auſtrum, 5. autem ab Huſumo in ortum. Ei adjacet Gottorpia arx, ubi Ducum ſedes è ſtirpe Regum Daniæ & Ducum Holſatiæ.

Heidelberga, *Heidelberg*, urbs Germaniæ, in Svevia, apud Franconiæ limites, Palatinatus præcipua, & academia anno ſalutis 1346. erecta, intra montes, proxima Spiræ, inde 3. leucis in ortum diſtans.

¶ Heidelberga, *Heidelberg*, urbs eſt Germaniæ, in Circulo Rheni & Palatinatus inferioris, ſeu Rheni caput, ad Neccarum fluvium, in confinio Sveviæ, à qua vix 4. leucis diſtat. Caſtrum habet probè munitum in colle, ubi ſedes eſt Principis Electoris. 3. leucis diſtat à Spira in Cæciam. Pluries capta & miſerè devaſtata fuit ab Hiſpanis & aliis durante ultimo bello Germanico. Nunc autem reparatur in dies, eſtq; ſatis magnifica & elegans cum ponte ligneo ad Neccarum; ibique inſtituta fuit Academia anno 1346. à Roberto Comite Palatino.

¶ Heilsberga, *Heilsberg*, oppidum Poloniæ in Pruſſia regia, cum arce, ad fluvium *Alle*, in qua ſedes Epiſcopi Varmienſis. Anno 1240. condita eſt, & 8. milliaribus Germanicis diſtat à Regio monte in meridiem.

¶ Hela, *Heila*, oppidulum eſt Poloniæ, in Pruſſia regia, ad apicem ſinus *Pautzkervvick* dicti, & pro majori parte à mari Baltico circumdatur, anno 1572. hoc oppidulum incendio oborto conflagravit, poſtea utcumq; reparatum fuit. Diſtat 4. milliaribus Germanicis à Gedano in Boream.

Helectrides inſulæ. Vide Electrides.

¶ Hellelus, *Ill*, fluvius Germaniæ, oritur propè Ferretam, in Sundgovia; deinde per Alſatiam ſuperiorem labens. Mulhuſium, Enſisheimum, Colmariam, Schleſtadium, & Benofeldam, rigat, uti & Argentinam, infra quam Rheno miſcetur.

Helena, *Elna*, urbs Hiſpaniæ citerioris maritima, in Catalauniæ & Galliæ Narbonenſis confinio, apud Ruſcinonem, ſeu, ut nunc vocant, Parpinianum, 2. leucis diſtans, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, inde 11. leuc. in auſtrum Gerundam versùs totidem, apud Caucoliberim, cui in epiſcopali ſede ſucceſſit.

¶ Helena, *Elna*, Gallis *Elne*, urbs eſt parva Galliæ Narbonenſis, & Comitatus Ruſcinonenſis, in colle, ad amnem *Tech*, antea ſub dominio Regis Hiſpaniæ, nunc autem Franciæ adjecta ab anno 1640. Aliàs erat epiſcopalis, ſed anno 1604. ejus Epiſcopatus Perpinianum translatus fuit à Clemente VIII. Vix diſtat una leuca ab ora maris Mediterranei, & 3. leucis Gallicis à Perpiniano in auſtrum Caucoliberim versùs, à quo pari ſpatio diſtat.

Helena altera, quæ & Helenopolis, urbs Bithyniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nicomedienſi, apud oram Propontidis, & oſtia Draconis fluvii, ſic à Conſtantino Magno in Helenæ matris honorem dicta.

Helene, quæ & Macris Steph. *Macroniſi* Sophiano, inſula maris Myrtoi, Eubœæ proxima, inter Sunium Atticæ promontorium ad occaſum, & Ceam inſulam ad ortum 5. mill. paſſ. ſita, ſic ab Helena ibi à Paride ſtuprata, teſte Mela. Sed Macris ab Helena diverſa 3. mill. paſſ. abeſt, à Sunio promontorio 7.

Helenium, Helenios Stephano, inſula parva Ægypti apud Canopum urbem.

Helenopolis, *Franckfurt*, teſte Munſtero, urbs Germaniæ clariſſima, & emporium Germaniæ totius celeberrimnm, urbs libera Franconiæ ab Mœnum fluvium, à Magontia urbe 4. leucis diſtans in ortum, à Spira 12. Helenopolis altera Bithyniæ. Vide Helena.

¶ Helenopolim olim dictam ſcribit Munſterus eam Germaniæ urbem, quam hodie *Francfurt am Main* appellant; ſed quando aut à quibus non addit. Urbs eſt ad Mœnum fluvium, eleganter extructa, cum ponte lapideo inſigni, cui ab altera fluminis ripa annexa eſt urbecula *Sexenhauſen*, eidem obediens. Duabus hæc urbs in anno nundinis & Imperatorum electionibus nobilem ſe reddit. Vide Francofurtum.

Helenopontus & Hellenopontus, regio Bithyniæ quæ & Pontus dicitur Ptolemæo, inter Bithyniam & Paphlagoniam, mari Euxino oppoſita. Sed Helenopontus in libro Conciliorum magis patet, Paphlagoniam cum parte Cappadociæ complectens, cum Amaſca metropolis in ea reponatur,

Helerni lucus circa urbem Romam & Tiberim fluvium erat. Ovidius 6. faſt. *Ovid.*

Adjacet antiquus Tiberino lucus Helerni.

Heleuteri, populi Aquitaniæ, Cadurcis proximi, quorum oppidum *Orillac*, urbi S. Flori propinquum. Horum regio Vigenereo, *Vivaretz* dicitur. Sed hæc regio apud Rhodanum fluvium longè diſtat à Cadurcis (quibus hi populi ex Cæſare erant finitimi) Ruthenis & Velaunis interſitis. *Ceſ.*

¶ Heleutheri aliis populi erant ubi nunc Albigenſis tractus, *l'Albigeois*, cujus urbs primaria Albiga, longè ab Oreliaco, in auſtrum diſtans, Brietio & Sanſone teſtibus. *Plin.*

Helia, inſula parva Siciliæ, apud Drepanum urbem, in ora occidua. Helia item Bedæ, & Elia, *Ely*, urbs epiſcopalis Angliæ, ſic ab anguillis (quas Angli *Eeles* vocant) dicta, quarum ibi ingens copia, ob multas aquas, quibus uti inſula continetur. Cantabrigiæ proxima.

Helice, *Niora* Moletio, oppidum Peloponneſi, in ora Achajæ, Buræ proximum, ab Ægio 40. ſtad. diſtans, aquis abſorptum, teſte Ovidio libro 15. Metamorphoſeon: *Polib. Pauſ. & al.*

Si quæras Helicen & Buram Acheidas urbes,
Invenies ſub aquis.

Helicon, & aliàs Helycon, *Helicona*, mons Bœotiæ, à Poetis decantatiſſimus, Muſis ſacer, Parnaſſo vicinus, inter illum & Thebas, qui incolis *Eialia* dicitur. Sed Helicon Thebas attingens locus eſt. Ejus meminit Ovidius libro 2. Metamorphoſeon: *Strab. Plin. Pauſ.*

Virgineuſque Helicon, & nondum Oeagrius Æmus.

Hinc Heliconius, a, um, adiect. & Heliconides, ac Heliconiades Muſæ. Statius libro 7. Thebaid.

Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.

Helicon item, fluvius Macedoniæ, Dium urbem præterfluens, qui Ptolemæo Pharybus, Libro Baphyrus, & Lycophro Bephyrus dici videtur, *Faribo*. Helicon quoque Ptolemæo fluvius Siciliæ, *Olivieri*, teſte Fazello, vel *Oliverio*, inter Mylen & Tyndarium fluens. *Pauſ.*

Heliopolis, quæ & Thebæ Diodoro Siculo, Solis oppidum Plinio, *Bethſemes*, & Arabicè *Bahalbeth*, urbs Ægypti epiſcopalis, teſte Guillelmo Tyrio, apud Babylonem, ab Iſraelitis, cùm eſſent in Ægypto, condita, teſte Divo Iſidoro libro 5. etymolog. Hic Mithras Rex primus obeliſcos erexit, Solique dicavit, auctore Plinio libro 36. capite 8. Fuit & * Heliopolis oppidum Ciliciæ, patria Chryſippi Philoſophi, Solino. (* Sic vetera Solini exemplaria plerumque habent, at corruptè pro Soloe: in proclivi erat ut quis pro urbs Soloe legeret urbs Solis, hoc eſt, Heliopolis.) *Arri. Ptol.*

Heliopolis altera, *Balbec* Poſtello, *Marbech* Leunclavio, urbs Phœnicis, ad Libanum montem, inter Laodiceam 60. & Damaſcum 70. mil. paſſ. ab Abyla 32. ex Itinerario Antonini, olim epiſcopalis, poſtea metropolis effecta ſub Patriarcha Antiocheno. *Plin. Ptol. & al.*

¶ Heliopolis urbs fuit Aſiæ minoris, in Phrygia, apud Michaelem Glycum 4. ſtatuam hinc avexiſſe Conſtantinum Imperatorem & Conſtantinopoli columnæ impoſuiſſe idem addit.

Heliopolis item, urbs Germaniæ, id eſt, Solis oppidum, Soltvedelia, nunc *Soltwedel*, in Marchia, inter Gardilebiam 5. & Olzeniam 6. leuc. versùs Luneburgum.

Hiliſus, fluvius Peloponneſi, ſive Atticæ, ut aliis videtur, à Statio libro 4. Theb. memor. *Stat.*

Lambit, & anfractu riparum incurvus Heliſos.

Helium, *die Wael*, teſte Ortelio, oſtium Rheni occidentale, in quo Moſa cum Rheno in Oceanum effunditur. Sed *die Wael* Vahalis fluvius eſt pars Rheni, quæ Moſæ commiſcetur. *Caſ. Plin. Tac.*

¶ Helium, oſtium Rheni, quod & Occidentale ſeu & Moſæ oſtium, erat juxta Helium caſtrum, in parte auſtrali Bataviæ, ubi Brilla urbs ſita eſt; vocaturque nunc *Die Maes* incolis, *la Meuſe* Gallis, teſte Ortelio.

Hellas, oppidum Theſſaliæ, inter Pharſalum & Melitæam. Eſt & regio eadem Græciæ apud Strabonem & Plinium. Populi Helenes, ab Hellene Deucalionis filio dicti. *Strab.*

¶ Hellas aliquando ſumitur à quibuſdam pro tota Græcia, veriùs autem fuit pars Græciæ, quæ aliter Achaja dicta fuit: ſub qua fuere Attica, Megaris, Bœotia, Phocis, Locri, Ætolia, & Doris. Terminabatur à ſeptentrione Macedonia & Theſſalia, ab oriente mari Ægæo, ab occidente mari Jonio, & à meridie ſinu Corinthiaco & ſi-

nu Saronico. Hæc regio nunc *Livadie* dicitur; ſubeſt-que tota dominio Turcarum.

Vrbes Helladis, ſive Achaja exſtantes:

* Ægina, (*Engia.*)
Aquila, olim Calydon, (*Aſton.*)
Athenæ, (*Setines,*)
Aulis, (intercidit.)
Calydon. Vide Aquila.
Coronea, (*Corone.*)
Daulis, (*Dau'ia.*)
Delphi, poſtea Salona.
Elatia, olim epiſcopalis Phocidis.
Marathon, (*Marathona.*)
Megara, (*Megara.*)
* Naupaƈtum, (*Lepante.*)
Opus, olim epiſcopalis cùm ſtaret, (*In ruinis jacet.*)
Salona, olim Delphi, epiſcopalis Phocidis, ſub Naupaƈto, (*Salona.*)
Tanagra Bœotiæ, olim epiſcopalis, (*Anatoria.*)
Thebæ, (*Stives.*)
Thermopyle, (*non eſt urbs, ſed locus.*)
Theſpiæ, (*Teſpe.*)

Strab. Hellenes *Pontevedra*, teſte Mariana, populi & oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora occidentali Callaicorum, à Tyde urbe 8. leucis recedens.

Hellenopolis. Vide Helenopolis.

Xeno. Strab. Plin. Helleſpontus, *Stretto di Gallipoli* Caſtaldo, *Braccio di San Giorgio* Volaterrano, anguſtia maris inter Seſtum urbem Thraciæ in Europa, & Abydum urbem Phrygiæ in Aſia, apud Xenophontem 8. ſtadiis, apud Plinium 7. tantùm diſtantes. Hujus & Propontidis longitudo 188. mill. paſſ. eſt, teſte Plinio. Quod fretum variè nominatur. Seſtiacum pelagus Auſonio, cui etiam Freta Abydi, Fretum Abydenum Appiano, Alexandrino, Pontus Phryxæus, Lucano, Phryxæa æquora Valerio Flacco, Phryxi ſemita Statio, Athamanticis fluentum Apollonio, Ægæum fretum Pacuvio. Nomen habet ab Helle filia Athamantis Regis Thebarum, quæ ibi decidens ſubmerſa eſt.

¶ Helleſpontus, fretum ſeu anguſtiæ maris, inter Thraciam & Aſiam minorem. Extenditur à ſeptentrione in meridiem per 45. ferè milliaria, nempe à Propontide uſque ad mare Aegæum. Maximè autem reſtringitur ad auſtrum inter Seſtum & Abydum arces permunitas Turcarum, quæ vulgò *les Dardanelles* dicuntur. Fretum autem vocatur *Deſtroit de Gallipoli* ab urbe Callipoli ei adjacente, ſeu etiam *le bras de S. George*, Belgis *S. Joris arm.* Dicitur adhuc aliquando *les bouches des Dardanel'es* à quibuſdam.

Ptol. Helleſpontus quoque, regio Aſiæ, pars Myſiæ, mari prædiƈto expoſita; in qua urbes ſunt Cyzicus, Parium, Lampſacus, Abydus, cum Dardano. Populi Helleſpontii Plinio. Hinc Helleſpontiacus, & Helleſponticus nomen gentis, ut Helleſpontiaca Sibylla, quæ vixit Solonis, & Cyri temporibus, teſte Laƈtantio. Ovidius libro 4. faſt.

Perque urbes Aſiæ longum petit Helleſpontum.

Virgilius libro 4. Georgicorum:

Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Plin. Helleviones, Helvæones Ptolemæo, ſive, ut alii legunt, Ælüæones, Hellufii Tacito, Helli Ammiano, populi Germaniæ, quorum locus *Heil*, in ora ad ſinum Venedicum apud Dantiſcum urbem, teſte Willichio.

¶ Helleviones, ſeu Hilleviones, populi fuere Scandinaviæ, Cluverio, Brietio, & aliis teſtibus, ubi nunc Hallandia provincia Sveciæ, prope fauces ſinus Codani, longè à Dantiſco in occaſum. Ortelius eos putat quos Dalecarlos hodie vocant. Hilleviones enim Cimbrica lingua, quæ Scandinavica eſt, Monticolam ſignificat. Habitant enim hi ad Sevonem montem, Riphæis non minorem, ut inquit Plinius.

Plin. Hellopes, *Lopeſia*, teſte Pineto, populi Epiri, circa Dodonam, quorum regio Hellopia Straboni, vulgò *Lopeſia*.

Vet. In. Hellum, ſic in codice Theodoſiano, *Ell*, vicus Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, ad Hellum fluvium ſive Ellum, apud Colmariam urbem, Elegia ſcriptoribus mediæ ætatis.

¶ Hellum aliis eſt Helellus & Elcebus, *Elle*. Vicus eſt Alſatiæ inferioris, versùs Argentinam, uno milliari à Benofelda. Vide Elcebus.

Scrip. Germ. Helmeſtadium, *Helmſtat*, urbs Germaniæ, & academia Saxoniæ, media inter Magdeburgum ad ortum & Brunopolim ad occaſum, 6. ferè leucis diſſidens, Halberſtadio proprior: Hemopolis apud literatos.

¶ Helmeſtadium, *Helmſtat* ſeu & *Halemſtat*, urbecula eſt parva & vix alicujus nominis, aliàs ſub proprio Abbate; nunc autem paret Duci Brunſvicenſi ab anno 1490. eſtque in limite Ducatûs Magdeburgenſis, medio inter Magdeburgum & Brunſvicum itinere.

¶ Helmeſtadium, *Helmſtede*, urbs munita, cum portu, in Hallandia provincia, & in ora littorali ſinus Codani, versùs limites Scaniæ. Subeſt dominio Regis Sveciæ ab anno 1645. pace ad Bromsbroam confeƈta.

Helorus, Elorus Athenæo, Eleſporus Polybio, Elleporos Æliano, fluvius parvus magnæ Greciæ, inter Cauloniam & Scyllacium fluens, ubi Græci à Dionyſio viƈti.

Helorus, & Helorum, urbs Siciliæ everſa, cum fluvio cognomine. Vide Elorus. *Sil.*

Helos Pteleon, & Dorion, tria oppidula Laconicæ, ad ſinum Laconicum proxima; quorum meminit Statius libro 4. Thebaid. *Strab. Pauſ. Tuc.*

Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion.

¶ Helſingfordia, *Helſingfors*, urbecula Sveciæ, in Nylandia parte Finlandiæ, in ora littorali ſinus Finnici, ubi recipit amnem Wandam. Gaudet portu utcumque capaci.

¶ Helſingia, *Helſingie*, provincia Sveciæ, inter Dalecarliam ad occaſum, Jemptiam & Medelpadiam ad Boream, & ſinum Bothnicum ad ortum, ubi oppidum præcipuum *Kudvvikſuvaldia*.

¶ Helſingoburgum, *Elſinborch*, oppidum munitum Scaniæ provinciæ, cum portu juxta Sundicum fretum, & è regione Zeelandiæ inſulæ & Elſenoræ urbis, antea ſub dominio Regis Daniæ; ſed ab anno 1660. factum eſt Svecici juris pace ad Roſchildam.

Helvæ, *Elvas*, urbs Luſitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eborenſi, inde 8. leuc. in Boream, à Pace Auguſta 3. in regno Portugallico.

Helvæ, *Elvas*, urbs eſt Hiſpaniæ, in Portugallia, quæ à Caſtellanis *Yelves* dicitur. Probè munita fuit hiſce ultimis temporibus, & ſedet juxta amnem Caiolam, una leuca tantùm ab Ana fluvio, in provincia intra Tagum & Anam. Fruſtra obſeſſa fuit anno 1659. ab Hiſpanis, qui ibi etiam grandi clade affeƈti fuere à Luſitanis. Dicitur & Elva; diſtatque 12. leucis ab Ebora in ortum. *Tac.*

Helvecones. Vide Ælvæones.

Helvetii, *Schvvitzer*, vel *Schvveitzer*, & Italis *Svizzeri*, populi Germaniæ ſuperioris quorum regio ampla Helvetia, *Schvvitzerlandt*, Rheno fluvio circumfluente ad auſtrum & ortum, ac Jura monte à Sequanis diſſeparante, continetur, in 13. conventus juridicos diviſa; qui ſunt Tigurum, *Zurich*, Berna, *Bern*, Baſilea, *Baſel*, Schaphuſia, *Scafhauſen*, Tugium, *Zug*, Luceria, *Lucern*, Salodorum, *Soloturn*, Friburgum, *Friburg*, Svitia, *Svvitz*, Uria, *Uri*, Tranſylvania, *Undervvald*, Glarona, *Glaritz*, & Abbatiſcella, *Appenzeel:* ex quibus 4. poſtremi potiùs pagi ſunt quàm urbes. Helvetiæ meminit Ludovicus Maſurius in ſupplemento hodiœporico: *Cæſ. Plin. Tac. & al.*

Immaneſque lacus, & quas Helvetia valles
Gens ſub prærupta plurima rupe colit.

Et lidro 4. Itinerarii:

Helvetios Italis dirimit mons aſper ab oris,
Pars Adula, &c.

¶ Helvetii populi fuere Galliæ Lugdunenſis, à qua poſtea decerpti fuere, & Germaniæ attributi. Diviſi fuerant olim in Tigurinos, Tugenos, Ambrones, & Urbigenos. Ab his regio Helvetia diƈta fuit. Habet ab oriente & ſeptentrione lacum Brigantinum & Rhenum fluvium, quo ſeparatur à reliqua Germania, ab occidente Comitatum Burgundiæ, & à meridie Lemanum lacum & Valeſiam. Helvetii quanquam in Germania, ſunt tamen ſui juris, nec quicquam pendent ab Imperatore. Dicuntur *les Suiſſes* à Gallis, & eorum regio Helvetia, *la Suiſſe*; eſtque lacubus & montibus plena. Dividitur in tredecim conventus ſeu pagos, vulgò *les treize Cantons*, quorum ſeptem habent urbes cognomines, nempe Tigurum, Berna, Baſilea, Scaphuſia, Lucerna, Salodurum, & Friburgum; Tugium autem, Glarona, Abbatiſcella, & Svitia ſunt vici, uti & Stantia, *Stantz*, in Undervaldienſi pago, & Altorfium, *Altorf*, in pago Uritano: Ex his verò pagis ſeptem ſunt Catholici, nempe

Lu-

Lucerna, Friburgum, Salodurum, Tugium, Urium, Undervaldium, & Svitia; quatuor Reformati, Tigurum ſcilicet, Berna, Baſilea, & Scaphuſia; *&* duo mixti, nimirum Glarona *&* Abbatiſcella. Helvetiis confœderati ſunt Rhæti, Valeſii, Epiſcopi Conſtantienſis & Baſileenſis, Abbas S. Galli, cum aliquot aliis: Sed Rhæti & Valeſii ſunt extra Helvetiam.

Helvetii antea pro majori parte ſuberant Ducibus Auſtriæ; ſed cum duriùs vexarentur ab Alberto Auſtrio Rodolphi Imperatoris filio, Svitii, Urii, & Undervaldii fœdus inter ſe inierunt anno 1308. uti poſtea in perpetuum anno 1315. dictique omnes Svitii à pago in quo primùm pro libertate pugnatum eſt. Iis junxerunt ſe Lucernates anno 1332. Tigurini anno 1351. Glaronenſes anno 1352. Tugii eodem anno 1352. Bernates, qui anteà juris erant, aliis uniti fuere anno 1352. Friburgenſes adſcripti fuere fœderi anno 1481. unà cum Soloduriis. Baſileenſes ſe fœderi Helvetico conjunxere anno 1501. uti Scaphuſiani; demùmque Abbatiſcellenſes fœderi etiam juncti fuere anno 1513. Et hi omnes conficiunt tredecim pagos.

Helvetiorum autem ſocii ſunt Rhæti ſeu Griſones *les Griſons* ab anno 1498. quo perpetuum fœdus cum omnibus Helvetiis percuſſerunt; Valeſii, *ceux de Valais*, qui anno 1533. fœdus fecernnt cum ſeptem pagis Catholicis, Abbas S. Galli fæderi acceſſit anno 1454. uti poſtea Conſtantienſis Epiſcopus, Mulhuſium, *Mulhauſen*, in Alſatia, anno 1515. omnibus pagis ſe conjunxit, uti Rotevilla, *Rotvveil*, in Svevia anno 1519. Bienna, *Bienne*, recepta eſt ut fœderata anno 1547. Geneva, *Geneve*, primò cum Friburgenſibus, deinde cum Bernatibus, & tandem cum Tigurinis Helvetiorum primariis, fœdus iniit; & Neocomium, *Neufchaſtel*, cum Bernatibus, Lucernatibus, & Friburgenſibus.

¶ Helvetiorum dominio ſubſunt aliquot oppida ſeu ditiones, nempe Raperſvila, *Raperchſvvil*, quatuor minoribus pagis, Bada, *Baden*, Bremogarta, *Bremgarten*, Mellinga, *Mellingen*, & Surſejum, *Zurzach*, octo veteribus pagis; Turgea, *le Turgouu*, Comitatus Rorenſis, *le Comtè de Roure*, & Sarunetes, *le Comtè de Sargans*, ſeptem antiquiores pagos agnoſcit dominos, uti Rheguſci, *le Rhintal*, quibus etiam præſunt Abbatiſcellenſes, Bilitionum, *Belinzona*, ab Uriis, Svitiis, & Undervaldiis regitur. Quatuor autem Præfecturæ Italicæ, videlicet Luganenſis, *de Lugano*, Locarnenſis, *de Locarno*, Mendriſiana, *de Mendriſio*, & Madiana, *de Madia*, in poteſtatem Helvetiorum tranſierunt anno 1512. & his imperant omnes Helvetii, præter Abbatiſcellenſes, qui nondum uniti erant fœderi.

Urbs Helvetiis fœderata:

Conſtantia, *Coſtentz*, *Coſtnitz*.
Curia, *Chur*, *Coira*.
Geneva, *Geneve*, (*Genff*.)
Lauſonium, *Loſanne*.
Molhuſia, *Molhauſen*.
(Neocomum, *Neufchaſtel*.)
Rotovilla, *Rotvveil*.
Sedunum, *Sitten*, (*Sion*.)
Fanum S. Galli, *S. Gall*.

Helvetum, *Schleſtadt*, teſte B. Rhenano, cum Villanovano, urbs Germaniæ ſuperioris libera, in Alſatia, inter Colmariam 3 & Argentoratum in Boream 6. leucis, Elcebus Ptolomæo, poſtea Seleſtadium.

¶ Helvia Recina, *Recina Rovinata*, urbs fuit Italiæ, in Piceno, cujus tantùm ſuperſunt rudera, ad Potentiam fluvium erat, versùs Maceratam; & ex ejus ruinis crevit Recinetum urbs in viciniis.

Helvii, Helvi Plinio, Elvi Straboni, *Alby*, teſte Orontio, populi & urbs Aquitaniæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Biturricenſi, inter Toloſam 14. & Ruthenos 12. leuc. Elicoci Ptolemæo, poſterioribus Albiga, aliquando Alba Helvorum, ſive Helviorum.

¶ Helvii populi fuere Galliæ Narbonenſis, ubi nunc Vivarienſis provincia, *le Vivarais*: quorum caput Alba Auguſta, ſeu Alba Helviorum, nunc Vivario dicitur, *Viviers*, urbs epiſcopalis, ad Rhodanum fluvium, inter Valentiam ad Boream & Avenionem ad auſtrum, in Occitania, longè autem ab Albiga in ortum.

Helvillum, ſeu Helvillus, pagus Umbriæ, inter Forum Flaminii 27. & Callem. 23. mill. paſſ. Nuceriæ urbi proximus, qui hodie non exſtat.

Helvina, *Elvino*, fons Latii, in agro Aquinate, qui ſic appellatur, teſte Joanne Scopa.

Helvinum, *Piomba* Nigro & Leandro, fluvius Piceni, non Samnium, ut ſcribit Ortelius, qui Matrinus Straboni & Ptolemæo dici videtur, inter Aternum & Vomanum fluens. *Plin.*

¶ Helvinum, ſeu Helvinus, nunc *Salinelli* dicitur, teſte Brietio; eſtque in Aprutio ulteriori provincia regni Neapolitani In mare Hadriaticum ſe exonerat longè à Matrino fluvio, qui *Piomba* vulgò dicitur.

(*Hemaſini*, *Dalmatia gens apud* Plinium.)

Hemoroſcopium, *Cabo de S. Martin*, teſte Mariana, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ, apud Dianum: ſed Beuthero eſt *Atalaya de Sertorio*. *Strab.*

¶ Hemeroſcopium promontorium, *Cabo Martin*, idem eſt quod Dianium Artemiſium & Ferraria promontorium. Vide ibi. Ejus pars media & magis in ortum excurrens vulgò, *Punta del Emperador* dicitur.

Hemeſa, urbs Syriæ epiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, ab Arethuſa 16. mill. paſſ. Vide Emiſſa. *Plin.*

Hemichara, oppidum Siciliæ mediterraneum, quod *Nicoſia* Nigro eſſe videtur. Sed *Macari* potiùs eſt urbs exciſa. Vide Macara. *Ptol.*

¶ Hemichara, aliis Imacara, nunc eſt *Traina*, oppidum vallis Nemorenſis, in Sicilia, in colle, teſtibus Cluverio, & Brietio.

Hemodes, Scandiæ Ptolemæo, inſulæ 7. ſinus Codani, Cimbricæ Cherſoneſo ad ortum adjacentes, quarum nomina ſunt, *Seelandt*, *Fuynen*, *Langlandt*, *Muen*, *Falſter*, *Lalandt*, & *Femeren*: Quarum maxima Codanonia appellatur à Mela, & vulgò *Seelandt*, Scandia Ptolemæo, & Scandinavia Plinio, tametſi hæc non inſula ſed ingens peninſula, Norvegiam, Svediam, Finlandiam, & aliàs ſeptentrionales regiones complectens, putatur. *Mel.*

¶ Hemodes inſulæ, quæ Hemodæ, & Æmodæ etiam dicuntur, à quibuſdam creduntur inſulæ Daniæ intra fauces ſinus Codani ſeu maris Baltici. Exiſtimat autem Cluverius fuiſſe ubi nunc Schetlandia inſula, *Schetlandt*, ſupra Scotiam & Orcades inſulas ad Boream, quod etiam probat Sanſo. Sunt ſeptem, quarum præcipua Mainlandia dicitur, ſub regno Daniæ, teſte Golnitio. Vide Schetlandia.

Hemodus, mons Indiæ. Vide Emodus.

Hemopſueſtia, Mopſos Plinio, urbs Ciliciæ. Vide Mopſueſtia. *Proco.*

Heneti, Eneti Stephano, populi Paphlagoniæ, in ora Boreali maris Euxini incolentes: à quibus Veneti populi Italiæ orti, & populi Germaniæ Herulis proximi, de quibus Poeta quidam Germanus libro 4. Itinerarii: *Strab.*

Nos ducibus, qui nunc Herulos Hevetoſque gubernant.

Herniochi, *Caitachi* ex tabulis recentibus, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, circa Coracem montem, Caucaſi partem, & oram maris Euxini, poſt Colchos in occaſum incolentes, à Lacedæmoniis oriundi; apud quos montes Heniochii, qui & Coraxici, teſte Plinio, dicuntur, ex quibus Cyrus ingens fluvius per Albanos fluit. Hos memor. Valerius Flaccus libro 6. *Plin. Ptol. & al.*

Miſerat ardentes (mox ipſe ſecutus) Alanos,
Heniochoſque truces.

¶ Heniochi populi fuere Aſiæ, in ora Ponti Euxini, ubi hodie Avogaſia, regio Circaſſiæ.

¶ Henius, *Hayſne*, fluvius parvus Belgii, in Hannonia provincia. Oritur ſupra Binchium; deinde in occaſum prope Montes labens, Fanum S. Ghisleni rigat, & ad Condatum in Scaldim influit; ſicque Hannoniam bifariam ſecat.

¶ Henneberga, *Henneberg*, caſtrum Germaniæ, in Franconia, in colle ſitum, juxta amnem *Strevv*, à quo regio adjacens dicitur Principatus Hennebergenſis. Diſtat 8. milliaribus Germanicis à Fulda in ortum, *&* 7. à Suvinfurto in Boream; ſubeſtque dominio Ducis Saxoniæ Naumburgenſis.

¶ Hennebergenſis Principatus, *Furſtenthumb Henneberg*, tractus eſt Germaniæ, in Franconia regione, inter Haſſiam ad occaſum, Thuringiam ad Boream, & ad ortum, ditionemque Herbipolitanam ad meridiem, ad novem milliaria Germanica extenſus ab ortu in occaſum. Ejus oppida præcipua ſunt Mainunga, *Mainungen*, Smalcada, *Smalkalden*, & Themaria, *Themar*; aliaſque Principes habuit proprios: ſed deficiente maſcula ſtirpe per obitum Georgii Erneſti ultimi Principis anno 1583. Principatus devolutus eſt ad Ducem Saxoniæ; nuncque

ſu-

ſubeſt Duci Saxoniæ Naumburgenſi : ſed Smalcalda & dominium Franchenſteniſubſunt Lantgravio Haſſio Caſſellano.

Strab. Heorta, ſive Eorta, *Hardberg*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris, in Scordiſcis.

Plin. Sol. Hephæſti mons, & Hephæſtium, oppidum Lyciæ, apud Chimæram montem, cujus terra tæda accenſa tacta ſubitò flagrat, teſte Plinio.

¶ Hephæſti, urbis ediſcopalis in Ægypto, meminit Concilium Epheſinum tertium.

Plin. Ptol. * Hepheſtias, *Cochino*, teſte Hugone Favolio, oppidum Lemni inſulæ maris Ægæi. (* Υφαιςιας in Seldeni manuſcripto.)

Strab. Steph. Heptacometæ, Moſynœci Straboni, Melæ, & Dionyſio, Moſyni Orpheo & Plinio, Byzeres etiam Stephano, populi Sarmatiæ Aſianæ, inter Euxinum mare, Scythicum montem, ſeu Caucaſum, ac Colchos habitantes.

Dioni. Heptapolis, & Heptanomos, regio Ægypti, quæ 7. urbibus ſeu nomis conſtabat.

Strab. Plin. Heptaporos, fluvius Troadis, ex Ida monte profluens, qui Dracon à Procopio dici videtur, teſte Ortelio.

Halic. Heptaydaton, Septem aquæ Ciceroni, locus Latii, apud Fucinum lacum, & Maruvium oppidum, ab eo 40. ſtadiis diſtans.

Pauſ. Hera, oppidum Æolidis, medium inter Erythras & Chium, quod Argennum, à Ptolemæo dici autumat Ortelius. Sed hoc in Jonia eſt, non in Æolide.

Ptol. Heraclea, teſte Bellonio, *Heraclia*, urbs Syriæ, ad Tauri montis radices & Ciliciæ confinia, ab Adana 40. mill. paſſ. ab Iconio 75. in ortum diſtans.

Strab. Plin. & al. Heraclea, *Pelicore*, teſte Pyrrho Ligorio, urbs exciſa magnæ Græciæ, apud ſinum Tarentinum, inter Thurios ad meridiem 41. & Tarentum in Boream 42. mill. paſſ. à Roſciano 56. à Cæliano 28. Hujus navale etiam Heraclea à Strabone vocatur, ab ipſa urbe 24. ſtadiis diſtans, hodie *Amendolara* oppidum, teſte Barrio, dicitur.

¶ Heraclea, quæ & Siris antea, urbs fuit magnæ Græciæ, in Lucani, ad Aciris fluvii oſtia. Ejus nunc vix ſuperſunt rudera.

Xeno. Strab. Ptol. & al. Heraclea Ponti, *Penderachi*, urbs Bithyniæ regionis, Mariandynorum metropolis, ab Hercule, teſte Mela, condita, in ora maris Euxini, ab ore illius, ſive à Boſporo Thracio 200. mill. paſſ. in ortum diſtans, teſte Plinio, Sinopen verſùs, ab oſtio Sangarii fluvii 62.

¶ Heraclea Ponti, urbs Aſiæ minoris, in Bithynía. Nunc ſubeſt dominio Turcarum; diſtatque tantùm 120. milliaribus à Boſphoro Thracio, & 40. ab oſtio Sangarii fluvii in ortum.

Ptol. Amm. & al. Heraclea Thraciæ, quæ & Perinthus Ptolemæo, *Heraclia*, teſte Leunclavio, & *Pantiro*, urbs archiepiſcopalis & metropolis ampliſſima, in ora Propontidis, inter Byzantium 64. & Callipolim in auſtrum ad 60. mill. paſſ. à Reſiſto 25. Herculea urbs à Claudiano libro 2. in Ruf.

Donec ad Herculei perventum nominis urbem,

De ea quidam Poeta:

- quæ magna Perinthus

Ante fuit, priſcum mutavit Heraclea nomen.

Plin. Liv. Ptol. & al. Heraclea Macedoniæ, *Xevoſna* Moletio & Nardó, urbs epiſcopalis, inter Lychnidum ad occaſum 45. & Ædeſſam ad ortum 69. mill. paſſ. Eſt in Macedonia Heraclea altera, Sintica cognomine, à Ptolemæo memorata, orientalior & Borealior, quæ *Cheſeſia* ſeu *Cheſia* Nigro nominatur.

Strab. Plin. Ptol. Heraclea Phthiotidis, quæ & Trachinia Plinio, *Comaro*, teſte Pineto, urbs Trachiniæ regionis, in Phthiotidis & Theſſaliæ confinio, apud oram littoream, inde 20. ſtadiis, & Thermopylas, ab eis 40. ſtadiis, ubi tranſitus in Theſſaliam ex Græcia difficilis.

¶ Heraclea Phthiotidis urbs fuit regni Macedoniæ, in Theſſalia & provincia Phthiotide, prope fluvium Aſopum. Ad hanc ſe combuſſit Hercules, ut pluribus narrant hiſtorici.

Ptol. Strab. Plin. Heraclea ad Lathmon, quæ & Carica nominatur à Plinio, & Lathmus a Strabone, à vicino monte, *Palatia* Caſtaldo & Moletio, urbs Cariæ, *Ergel* a Turcis dicta, teſte Leunclavio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, inter Pyrrham & Miletum 12. mill. paſſ. apud oſtia Mæandri fluvii. Apud Heracleam urbem Lydiæ, vel Joniæ, lapis ille, quo aurum & argentum probamus, gignitur, qui *Heraclius lapis* nominatur, eſtque in proverbio, cum aliquem acri ingenio præditum dicere volumus.

Heraclea ad Lathmon urbs fuit Cariæ, in ora littorali maris Ægæi & ſinus Lathmiaci, inter Miletum & oſtia Mæandri fluvii, 30. autem milliaribus ab Epheſo in auſtrum. Ab aliis dicitur Heraclea ad Latinum, in Sintica regione, & hodie *Bagna Bebuſco*, ſeu *Bilibuſca* vocatur; ſubeſtque Archiepiſcopo Sardicenſi, teſte Luca Holſtenio.

Heraclea Cretæ, Heraclium Straboni & Ptolemæo, *Mirabello*, teſte Pineto, oppidum & navale Gnoſſiorum, in ora Boreali. Aliis eſt *Setia*, una ex 4. urbibus epiſcopalibus Cretæ: quæ potiùs Cytæum eſſe videtur quam Heraclea. Plin.

Heraclea Siciliæ, quæ & Minoa Livio, oppidum exſtinctum, in ora Auſtrali, medium inter Agrigentum, & Thermas ad occcaſum 20. mill. paſſ. Locus nunc *Capo bianco*, teſte Fazello, dicitur. A Minoe Rege conditum, & à Carthaginenſibus everſum. Aretius verò putat eſſe *Terram novam*, oppidum ejuſdem oræ inter Gelam & Camarinam. Sed ex Livio & Ptolemæo ſitus repugnat: nam à Ptolemæo, inter oſtia Hypſæ & Iſburi fluviorum ab Agrigento in occaſum diſtans deſcribitur. Populi Heraclienſes Ciceroni. Cic. Liv. Ptol.

Heraclea Galliæ, *S. Gilles*, teſte Joanne Poldo, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione, inter Arelate & Nemauſum, 4. leucis ferè diſtans. Sed hoc adverſatur Plinio, qui ſcribit illam exſtinctam eſſe apud oſtium Rhodani, & Foſſas Marianas. Plin. & Ant.

¶ Heraclea, urbs Lybicorum, in Gallia Narbonenſi, quibuſdam eſt *S. Gilles*, in Occitania, inter Taraſconem & Aquas mortuas. Aliis autem eſt vicus *les Saintes Maries* dictus, ad oſtia Rhodani fluvii.

Heraclea Tauricæ Cherſoneſi, Heracleum Straboni & Ptolemæo, urbs in ora Boreali, ad Mæoticam paludem, quæ adhuc *Heraclia*, teſte Bonacciolo, nominatur. Plin.

Heraclea Syriæ, *Italica*, teſte Bonacciolo, urbs in Cyrrheſtica regione, Heraclium Straboni. Ptol.

Heraclea etiam urbs triplex in Ægypto. Una magna cognomine ad Nilum, quæ Herculis urbs magna appellatur à Ptolemæo, altera Herculis parva, apud Bubaſticum fluv. & Bubaſtum urbem: tertia in ora apud Heracleoticum oſtium Nili, ab ea ſic appellatum, Canopo finitima. Ptol.

¶ Heraclea urbs fuit Hiſpaniæ Bæticæ, juxta Fretum Herculeum, & ad radices montis Calpe: cujus rudera nunc *Gibraltar viejo* dicuntur, cum portu ſatis capaci, 4. mill. paſſ. à Gibraltaria urbe.

Heraclea Italiæ, urbs olim epiſcopalis, in ora Venetiæ, à D. Magno Epiſcopo Opitergino exſtructa, & ipſa exciſa, cui urbs nova etiam everſa ſucceſſit. Diac.

Heracleopolis, Heracleæ navale, oppidum magnæ Græciæ, in ora ſinus Tarentini, ad Siris fluvii oſtia, juxta Amigdalariam oppidum, *Amendolara*, ab Arce Imperiali oppido 12. à Turſio 20. mill. paſſ. Fuere aliæ hujus nominis urbes in Ægypto, ad Nilum fluvium, quarum una apud Peluſium, altera apud oſtium Canobicum, tertia ad Nilum extra Delta. Strab.

Heracleum, *Capo di Limon* Moletio, & aliis, promontorium Cappadociæ, apud Themiſcyram urbem, inter illam & oſtia Thermodontis. Ptol.

Heracleum, promontorium cum fluvio & oppido cognomine, *Cacari* Mercatori, in ora Colchorum, à Dioſcuriade ſeu Sebaſtopoli 80. mill. paſſ. diſtans. Plin.

Heraclius, fluvius Phocidis, juxta Bulidem oppidum fluens, qui ex ea hodie nominatur, *Fiume di Bulia* dictus, ex tabulis recentibus. Pauſ.

Heræa, *Ravoli*, teſte Moletio, oppidum Arcadiæ, in Peloponneſo, Megalopoli propinquum, ad Alphæum fluvium. Polyb. Pauſ. Ptol.

¶ Heræum oppidum fuit Sardiniæ, teſte Ptolemæo. Heræum item urbs Thraciæ, teſtibus Pauſania, & Stephano. Eam juxta Perinthum fuiſſe videtur ex Herodoto.

Heræus portus, *Calamolo* & *Molo di S. Giovanni Calamole*, teſte Petro Gyllio, portus Bithyniæ, ad Boſporum Thracium. Proco.

Heras & Helii, id eſt, Junonis & Solis, inſulæ duæ, quæ & Autolales Ptolemæo, in Oceano Atlantico, quarum una ex Fortunatis, *Madera* dicitur, ut videtur Ortelio, Plinio Junonia. (Ptolemæus habet Heras Helii quæ & Autolala.) Ptol. Plin.

Heratia, *Herachia* ex tabulis recentibus, inſula maris

ris Ægæi, una Sporadum, Schinuſſæ proxima, ab ea parum in ortum recedens.

Herbanum, *Orvieto*, urbs Hetruriæ epiſcopalis, in monte apud Peliæ & Glanis cum Tiberi confluentiam à Peruſia 30. mill. paſſ. in meridiem, inter Tudertum, & Viterbium 20. ab urbe Roma 50. Vide Oropitum & Vrbs vetus.

¶ Herbanum *Orvieto*, urbs eſt epiſcopalis Hetruriæ, ſub dominio Summi Pontificis, ſitu munitiſſima, quia undequaque rupibus & præcipitiis vallata eſt. Hinc regiuncula adiacens dicitur Ager Orvietanus, *Territorio d'Orvieto*. Sedet prope Peliam fluvium, ubi Clanim excipit, vix 4. milliaribus à Tiberi fluvio, 12. ab Aquula & 18. circiter à Tuderto.

Herbeſſus, Erbeſſus Ptolemæo, Erbeſſum Polybio, *Grutte*, teſte Fazello, Nigro *Bicari*, oppidum olim Siciliæ, nunc pagus, apud Suteram oppidum 8. mill. paſſ. diſtans, ab Agrigento 24. in Boream à Naro 18.

¶ Herbeſſus, nunc *le Grotte* vulgò, locus eſt parvus vallis Mazaræ, in Sicilia, prope Halicum amnem intra montes 25. mill. paſſ. à Biccaro in Eurum.

b. Herbeſsus altera, urbs Siciliæ, & ipſa everſa, inter Syracuſas & Leontinos: locus *Pantalica*, teſte Fazello, l. à Syracuſis 14. mill. paſſ. apud Sortinum oppidum, inter Neetum ad meridiem & Leontinos ad Boream. Populi Herbeſſenſes Plinio. Scribitur & Herbeſus. Sil. lib. 14.

Non Herbeſos iners, non Naulocha pigra pericli.

¶ Herbeſſus altera, in Sicilia, nunc *Palazuolo* dicitur, teſtibus Cluverio & Brietio; diſtatque 20. milliaribus à Syracuſis in occaſum, verſùs montes, & 18. à Leontinis in auſtrum.

Herbipolis, quaſi Herebipolis, *wirtzburg*, quaſi Muſtopolis, olim Marcopolis, & Pæapolis, teſte Irenico, pt. & Artaunum Ptolemæo, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, inde 19. leucis in ortum diſtans, accademia, & primaria urbs Franconiæ, ad Mœnum fluvium, à Bamberga 10. in occaſum, inter Norimbergam 13. & Francphordiam 15.

Hi ſunt, Herbipolis, qui te docuere magiſtri.

Ex veteri inſcriptione:

Dequ' Ἐρεϐος Græco nomine dicta polis.

¶ Herbipolis, *Wurtzburg* incolis, *Herbipoli* Italis, urbs eſt Germaniæ, Franconiæ præcipua, cum caſtro permunito ex adverſa parte fluminis Mœni, *Marienberg* dicto. Eius Epiſcopus ditiſſimus eſt etiam Dux Franconiæ, & amplam habet iuriſdictionem in regione adiacenti, iuxta Mœnum fluvium. Vrbs autem ipſa amœna & populoſa eſt, accademiæ quoque nomine celebris.

¶ Herbipolitanus Epiſcopatus, *Biſthumb Wurtzburg* incolis, *Eveſchée de Wurtzbourg* Gallis, provincia eſt Germaniæ, in Franconia regione, conceſſa Epiſcopo Herbipolitano unà cum Ducatu Franconiæ à Carolo Magno. Mæno fluvio in duas partes ſcinditur; extenditurque per milliaria Germanica à ſeptentrione in meridiem; ſed non æquè lata eſt ab ortu in occaſum, vixque aliquando ad 10. milliaria ſimilia extenditur. Terminatur ab oriente epiſcopatu Bambergenſi, ab occaſu ditione Moguntina & Fuldenſi Abbatia, à ſeptentrione Principatu Hennebergenſi, & à meridie ditione Anſpachienſi. Eius urbes ſunt Herbipolis, *Wrtzbourg*, tractus primaria, Ochſenfurtum, *Ochſenfurt*, Gamundia, *Gemund* Regis curia, *Konigshoven*, & Haſfurtum, *Haſfurt*, ad Mœnum fluvium.

ic. Herbita, *Cittadella*, teſte Fazello, urbs Siciliæ excisa, inter Ennam 12. & Plutiam in Eurum 6. mill. paſſ. Populi Herbitenſes Ciceroni. Sunt quibus *Nicoſia* eſſe videtur, ſed ſitus repugnat. In Theſauro Linguæ Latinæ pro *Nicoſia* legitur *S. Nicolaus*.

¶ Herbita nunc eſt *Nicoſia*, Cluverio teſte; eſtque oppidulum intra montes, in valle Dæmone, 12. mill. paſſ. ab Enna in Boream, & 9. à Traina in occaſum.

lin. Herculaneum, Herculanum Ciceroni libro 7. epi- Il. ſtol. ad Atticum, *Torre del Greco*, teſte Sanfelicio, oppidum Campaniæ, in ora littorali, inter Neapolim 8. & Stabias 10. mill. paſſ. ſed Pandulpho Collenutio eſt *la Torre dell' Annontiata*, oppidum eiuſdem oræ, à Neapoli remotius, hoc eſt, 12. mill. paſſ. Vrbs Herculea ab Ovidio libro 15. Metamorphoſeon dicta:

Hurculeamque urbem, Stabiaſque, & in otia natam Parthenopen.

¶ Herculaneum, ſeu Herculanium, oppidum Campaniæ eſt *Torre del Greco*, vicus cum caſtro, in ora ſinus Neapolitani, 5. milliaribus à Turri Annunciatæ, quæ magis tendit ad auſtrum. Sed non eſt ipſa Turris Annunciatæ, teſtibus Brietio, Sanſone, & aliis.

Herculaneus vicus apud Sublacum, ab urbe Roma 62. mill. paſſ. (*Aliis eſt Herculaneus rivus.*) *Front.*

Herculea via, in Campania, inter Avernum lacum & mare apud Puteolos. *Prop.*

Herculeum fretum, *deſtroit de Gibraltar* Gallis, *Eſtrecho de Gibraltar* Hiſpanis, *Stretto di Gibilterra* Italis, fretum eſt quo mare Mediterraneum Oceano jungitur inter Hiſpaniam ad Boream & Mauritaniam ad auſtrum, ubi ejus latitudo eſt quinque leucarum circiter, inter montes Calpen & Abylam, ubi magis reſtringitur; eius autem longitudo ab ortu in occaſum eſt 12. leucarum Hiſpanicarum. Illud circumſtant à parte Hiſpaniæ Gibraltaria & Tariffa, à parte autem Mauritaniæ ſeu Africæ Septa, Alcaſaria, & Tingis.

Herculeum promontorium, *Capo di Spartivento*, teſte Barrio, promontorium Brutiorum, in Calabria ulteriore, inter Leucopetram 36. & Zephyrium in Boream verſùs Locros 13. mill. *Strab.*

Herculeum promontorium Albionis, in ora Cornubiæ Boreali, medium inter Briſtolium urbem ad ortum & Bolerium promontorium ad occaſum, ad 70. mill. *Hertlond.* Vide Herculis promontorium. *Ptol.*

¶ Herculeum promontorium, ſeu Herculis promontorium, in Anglia meridionali, nunc *Hartland point* dicitur; eſtque in Comitatu Devoniæ & in ora maris Verginii, in limite Cornubiæ. 34. milliaribus Anglicis ab Exonia in Circium diſtat, teſte Ioanne Speedo.

¶ Herculeum Tybur, *Tivoli*, urbs Italiæ, ad Anienem fluvium; ut ibi legitur ex inſcriptione antiqua. Vide Tybur.

Herculeus lacus, *Lago di Leontini*, teſte Fazello, lacus Siciliæ, apud Leontinos. *Diod.*

Herculia, *Altofen*, teſte Lazio, vel *Alt Offen*, oppidum Pannoniæ inferioris, à Buda 2. leucis in occaſum Strigonium verſùs, ad Danubium fluvium. *Ant.*

Herculis caſtra, *Erkelens*, oppidum Germaniæ inferioris, in Ducatu Geldriæ, in Iuliæ Ducatus confinio, inter Iuliacum 3. & Ruremundam urbem Geldriæ 4. leucis à Colonia Agrippina 8. Ruremundam verſùs. *marc.*

¶ Herculis caſtra, ſeu Herculeum, *Erkelens*, oppidum fuit Vbiorum, nunc autem Gheldriæ ſuperioris, inſertum tamen Ducatui Iuliacenſi, aliàs munitum ab Hiſpanis. Sedet ad Ruram fluvium, vix tribus milliaribus Germanicis à Iuliaco in Boream, Gueldriam verſùs ſex.

¶ Herculis civitas, magna & parva cognominata, Ptolemæo, in Ægypto.

Herculis columnæ, locus Friſiæ citerioris, inter Groeningam & Covordiam ad occaſum, *Duvelscutz*, teſte Ortelio. *Tac.*

¶ Herculis columnas credunt Hiſpani fuiſſe in Gaditana inſula Hiſpaniæ Bæticæ, & in eius parte occidentali, prope Gaditanam urbem, ubi etiamnum oſtendunt duas turres *Columnas de Hercoles* dictas.

Herculis fanum, pagus Hetruriæ, in ora, inter oſtia Arni fluvii, & Feroniæ Lucum ad occaſum, *Librafatta*, teſte Moletio. *Ptol.*

¶ Herculis Fanum fuit in Hetruria, inter oſtia Anſeris fluvii, & Feroniæ lucum, ubi nunc pagus *Maſſacicuccoli*, in ora lacus cognominis; ibique viſuntur ruinæ templi dicti *Tempio d'Ercole* etiamnum ab indigenis. Eſt in ditione Reipublicæ Lucenſis, ſed in limite territorii Piſani, 9. milliaribus à Luca in occaſum, & 5. à pago *Librafatto* in Circium.

Herculis fanum, locus Gadium inſulæ Hiſpaniæ Bæticæ, vulgò *Caſtillo*, teſte Ortelio, in ora ad ortum. *Strab.*

Herculis fanum, portus Melitæ inſulæ, *Marzaſirocco*, teſte Q. Heduo. *Ptol.*

Herculis inſula, *Aſinara*, teſte Ortelio, inſula Sardiniæ, in ora occidua, ubi duas Herculis inſulas Plinius habet. Ea *Linaria*, teſte Franciſco Fara, cui magis habenda fides tanquam indigenæ. *Plin.* *Ptol.*

Herculis portus, Geminus: unus in Hetruria, oppidum cum arce & portu, *Porto Ercole vel Hercole*, apud montem Argentarium, & Coſam urbem extinctam, ab Antonino Auguſto in Itinerario memoratus à portu Telamonis 12. mill. paſſ. alter pagus Brutiorum in ora Calabriæ ulterioris, à Plinio memoratus, *le Formicole*, teſte Barrio, inter Vibonem, & Tropeam urbem. *Plin.* *Ant.*

¶ Herculis portus, *Porto Ercole*, oppidulum eſt agri Senen-

Senenſis, in Hetruria, cum arce, in ditione Hiſpanorum, in parte orientali montis Argentarii, 5. milliaribus ab Orbettello in auſtrum. Portu gaudet utcunque capaci. Herculis autem portus in Brutiis quibuſdam eſt ipſa urbs Tropæa, in Calabria ulteriori, in ora maris Tyrrheni, Brietio & aliis teſtibus, ſeu, & meliùs, ſub ipſa urbe Tropæa, teſtibus Cluverio & Luca Holſtenio.

Herculis Monœci portus, oppidum cum arce firmiſſima, in ora Liguriæ, Nicææ finitimum, inde 7. mill. paſſ. in ortum diſtans, *Monaco* vulgò, proprio parens Principi, cum Hiſpano præſidio. Virgilio Arx Monœci libro 6. Æneidos:

-atque arce Monœci
Deſcendens.

¶ Herculis Monœci portus, *Monaco* incolis, *Mourgues* Gallis, oppidum eſt parvum, ſed permunitum, in rupe, proprio parens Principi, è gente Grimalda, qui inde eiectis Hiſpanis anno 1641. recepit præſidium Gallicum. Gaudet palatio ſuperbiſſimo & portu capaci. Ditionem habet valde anguſtam in littore, ubi tantùm Mentonium, *Menton*, oppidulum, & vicus *Roccabruna* dictus.

Herculis promontorium, geminum: unum in Mauritania Tingitana, *Capo Cantin*, teſte Mercatore, in Oceanum Atlanticum excurrens, inter Myſocaram portum & Tamuſigam urbem: alterum Albionis, in Cornubiæ ora Boreali, *Hortlond* vulgò & *Hartland point*. Vide Herculeum.

Herculis Pyrgos ſeu turris, *Camera Torre*, teſte Marmolio, oppidum Cyrenaicæ maritimum, in ora, inter Drepanum & Boreum promontoria, apud Diarrhœam portum.

Herculius, fluvius Phocidis, juxta Bulim fluens. Vide Heraclius.

¶ Hercuniates, populi Pannoniæ inferioris, inter Dravum & Danubium fluvios.

Tac. *Plin.* Hercynia, Hercina Claudiano, ſylva Germaniæ maxima, longa itinere 60. dierum, teſte Mela, lata 9. teſte Cæſare: cujus partes ſunt Bacenis, Bohemica, Gabreta, Martiana, & Semana, multis in locis exciſa, ubi urbes, & oppida, & pagi nunc ſunt. Varia habet nomina pro locorum varietate. Nam in Briſgoja apud Friburgum, *Schvvartzvvaldt*, ideſt, ſylva nigra appellatur; apud Heidelbergam, *Vdenvvaldt* vel *Odevvaldt*, id eſt, Othonia ſylva; inter Herbipolim & Bambergam, *Steygervvald*, *Stuligervvaldt*, id eſt, ſylva regia; ad Confluentiam Loriæ cum Mœno, *Wveſtervvaldt*; circa Magontiam, Francphordiam, & Aſciburgium, *Speshart*; in Thuringia juxta fines Franconiæ & Voitlandiæ, *Thuringervvaldt*; in Comitatu Mansfeldenſi in Saxoniæ faucibus, *Auff den Hartz*; in Bohemia, *Behemervvaldt*. Saltus Germanici in univerſum à Livio nominatur. De ea Claudianus de victoriis Stiliconis ſic:

Prominet Hercynæ confinis Rhætia ſylvæ.

Et de laudibus Stiliconis libr. 1

Ut procul Hercynæ per vaſta ſilentia ſylvæ.

¶ Hercynia, ſylva Germaniæ, aliàs ampliſſima fuit, nunc autem multò anguſtioribus reſtringitur limitibus, & Bohemiam propriam circumdat. Hinc hodie à Thuringis *Thuringervvaldt*, & à Bohemis *Behemervvaldt* appellatur, à Gallis autem *Foreſt de Boheme*. Dicta fuit etiam Orcynium & Hercynium nemus, & ab ea montes adiacẽtes dicti fuere Hercynii montes qui & Subditi.

Liv. Herdonia, oppidum Apuliæ exciſum. Vide Erdonia. Populi Herdonienſes Plinio. Ejus meminit Silius lib. 8.

Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.

¶ Herdonia, urbs alias epiſcopalis Apuliæ, nunc oppidulum *Ardona*, inter Cerbarum & Carapellam fluvios, teſte Luca Holſtenio. Cluverius malè Cedognam exiſtimat.

Prov. Rom. Herefordia, *Hereford*, urbs Albionis, in Angliæ Walliæque confinio, trans Sabrinam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, inter Londinum ad ortum 100. & Mevenam ad occaſum ſupra 90. mill. ad Lugum fluvium (ad Vagam potiùs, vulgò *Wye*.) Olim Ariconium.

¶ Herefordienſis Comitatus, *Hereford Shire*, provincia Angliæ, ſic dicta ab Herefordia urbe primaria, in confinio Waliæ meridionalis, quam habet ad occaſum, uti Monumetiam ad auſtrum, Vigorniam ad ortum, & Solopiam Comitatum ad Boream; ibique aliàs fuere Catieuchlani populi ex parte.

Ant. Herenatium, oppidum Germaniæ inferioris, in Ducatu Geldrenſi, vel in Clivenſi, quod Ortelio *Goch* oppidum videtur, à Clivenſi urbe ferè 2. leucis in auſtrum, à Calcaria paulò minùs in occaſum recedens Genepiam versùs. Aliis videtur idem cum Arenaco urbe Geldrica. (*Vide Arenacum.*)

Herenopolis, urbs Ciliciæ, quæ & Neronias. Vide Irenopolis. *Vet. in*

Hereus mons, *Artiſinio*, teſte Fazello, mons Siciliæ, qui & Tavis, ex quo Chryſas fluvius oritur, ab Enna *Vib.* in occaſum & à Nicoſia in auſtrum 10. mill. paſſ. *Seſt.* diſtans.

¶ Herigem urbs fuit epiſcopalis ſub metropoli Emiſſena, teſte Guillelmo Tyrio.

Herinum, *Regina*, teſte Barrio, oppidum Brutio- *Steph.* rum, in Oenotriis & Calabria citeriori, inter Conſentiam & Beſidianum medio occurens itinere. Aliis eſt *Reina*, oppidum eiuſdem Calabriæ, inter Conſentiam 16. & Lampetiam 10. mill. paſſ. Quod magis probo.

Herius, *Vilain*, teſte Ortelio, fluvius Galliæ Celti- *Ptol.* cæ, in Britannia minore, inter Rhedones, Nannetes, & Venetos fluens; qui Vigelania a Latinis recentibus vocatur.

¶ Herius, fluvius Galliæ Lugdunenſis, quid ſit non conſtat; & non temerè dubitat Ortelius utrum ſit *la Vilaine*, fluvius parvus, qui ab aliis dicitur Vidana ſeu Vicenonia; alluitque Rhedones urbem Britaniæ minoris primariam.

Hermæa, Mercurii promontorium Plinio & Livio, *Capo Bon* Mercatori, Fazello, Caſtaldo, & aliis, & *Ca-* *Ptol.* *po di Nubia* Olivario, promontorium Africæ, in ora, inter Carthaginem & Hadrumettum, in mare valde contra Appollinis promontorium Sardiniæ porrectum, à Maritima inſula Siliæ 700. ſtadiis diſtans, teſte Antonino.

¶ Hermæa, ſeu Mercurii promontorium, nunc *Capo Bon* ab omnibus dicitur. In mare Mediterraneum versùs Pantalaream inſulam maximè excurrit; diſtatque 70. circiter milliarium à Tuneto in Boream.

Hermæum promontorium, *Neocaſtro* Petro Gyllio, *Genichiſar* Turcis, teſte Leunclavio, promontorium Thraciæ, ad Boſporum, ultra Byzantium. Eſt & promontorium Sardiniæ Ptolemæo, in ora occidentali, quod *Maraſſo* vulgò dicitur Hermæum apud Philoſtratum in Sophiſt. accipitur pro theſauro in ædificiis reperto, & pro lu- *Sozo.* cro ingeniti & fortuitò invento.

¶ Hermæum, promontorium Sardiniæ inſulæ, nunc *Capo della Cacca* dicitur à Magino & aliis; eſtque prope Algaram urbem in occaſum.

Hermæum, locus Myſiæ, in Aſia, ad Helleſpontum, *Poyet* inter Parium ad Boream & Lampſacum ad meridiem, inde 70. hinc 200. ſtadiis diſtans. *Plin.*

Hermanduri, Hermunduri Plinio, populi Germa- *Tac.* niæ, qui à pleriſque *Meiſner* indigitantur, & quorum regio Miſnia eſt, ad Saxoniæ Ducem ſpectans, inter Bohemiam ad auſtrum & Saxoniam ad Boream contenta.

¶ Hermanduri, populi Germaniæ, qui, & meliùs Hermunduri dicti, habitabant ubi nunc Voigtlandia pars auſtralis Thuringiæ, & pars ſuperior Franconiæ, teſtibus Sanſone, Brietio, & aliis.

¶ Hermanni ſaxum, *Hermanſtein*, ſeu etiam *Eerenbreitſtein*, arx Germaniæ firmiſſima, ad Rhenum fluvium, in colle, oppoſita Confluentiis, ubi Moſella in Rhenum labitur. 8. leucis diſtat à Moguntia in Circium, & 10. à Colonia in auſtrum, ſub dominio Electoris Trevirenſis, nota longa obſidione ſua anno 1636. Dicitur etiam Hermaneſteinum.

¶ Hermannopolis, *Hermanſtadt*, urbs ampla Tranſylvaniæ. Vide Cibinium.

Herminius, Erminius Dioni, *Monte Armino*, mons *A. Hir* Luſitaniæ, teſte Andrea Reſendio, in quo Medobriga urbs exciſa, Amæa, ſive Portus Alacris, ut nunc vocant, urbes 3. Marvanum & Alacretum oppida. Aliis eſt *Monte della Strella*, in ora Luſitaniæ. Et Joannes Mariana Hirminios populos & montes inter Durium & Minium fluvios locat. Sed Reſendio indigenæ magis fidimus.

Hermione, *Maria*, teſte Moletio, oppidum Pelopon- *Strab.* neſi, in ora Argiæ, inter Naupliam & Scyllæum pro- *Pauſ.* montorium, unde ſinus Hermionicus apud Strabonem, *Polib.* qui & Saronicus, vulgò, *Golfo d'Engia*. Ejus meminit Virgilius in Cirin.

Hinc ſinus, hinc ſtatio contra patet Hermiona.

¶ Hermione oppidum fuit in ora ſinus Argolici qui ab

eo

ea aliquando ſinus Herminiocus dictus fuit, vulgò *Golfe de Napli de Romanie*, ſed diſſitum à ſinu Saronico. Nunc dirutum jacet.

Hermione etiam vocabatur templum ibidem Cereri & Proſerpinæ ſacrum, ad quod confugientes tuti erant. Unde *Hermionis vice* apud Zenodotum proverbialiter pro aſylo accipitur, ex Ariſtophane in Babyloniis.

Herminones, populi Germaniæ (quos Mela ultra Cimbros & Teutonas deſcribit, cùm ultra Cimbros nulli ſint) qui, teſte Tacito, multos ſub ſe Germaniæ populos continebant, Svevos, Hermunduros, Cheruſcos, Cattos, & Nariſcos, cum aliis. Horum regio Pomerania eſſe putatur à Vadiano: ſed id Taciti verbis repugnat.

Hermiones populi fuere Germaniæ valde potentes, & ex quinque præcipuis populis illius regionis; habebantque ſub ſe Cheruſcos, Chattos, Hermunduros, Alemannos, Armalauſios, Marcomannos, Quados, Gothinos, Oſios, & Lugios. Sed longè diſtabant ab eo tractu ubi nunc Pomeraniæ Ducatus.

Hermon, Hippos Ptolemæo, mons Palæſtinæ geminus: major, qui pars eſt Libani orientalis, apud ortum Jordanis fluvii, alter minor, apud montem Gelboe, & Chiſonium torrentem, teſte Maſio, qui etiam Sanir,& Seon appellatur, teſte Poſtello, in Galilæa, ad cujus radices Naim urbs exciſa, ſeu deſerta, hodie ſita viſitur.

Hermonaſſa, Hermonactus Ptolemæo, *Moncaſtro*, teſte Nigro, *Bialogred* Moldavis, & *Beligrad* Turcis, urbs Myſiæ inferioris, ad oſtium Iſtri Boreale, quæ etiam *Neſter Alba* Turcis dicitur, teſte Leunclavio, qui decipitur: nam *Neſter Alba*, altera *Bialogrod*, (hoc eſt, caſtrum album) urbs eſt ad oſtia Tyræ, quæ Turcis *Akerman* dicitur; ſedes Præfecti regionis, Hermonaſſa altera Ptolemæi urbs eſt Sarmatiæ Aſianæ, apud Cimmerium promont. & Boſphorum, *Madaque*, teſte Moletio, *Matriga* Nigro dicta. Tertia apud Strabonem & Ptolemæum in ora Cappadociæ, in Ponto Ptolemoniaco, inter Polemonium ad occaſum & Ceraſuntem ad ortum, *Lavona* nunc, teſte Nigro.

Hermopolis, *Beneſuaif*, teſte Joanne Leone, urbs Aegypti, ad Nilum fluvium, inter Cynopolim & Antinoum, urbs probè habitata, ubi lini optimi copia, à Babylone, ſive Cayro (ut nunc vocant) 120. mill. paſſ. in meridiem diſtans; Hermetis urbs & Hermupolis Ptolemæo dicta. Hic Pan & Hircus colebantur. Meminit & Sozomenus in hiſtoria eccleſiaſtica.

Hermunduri. Vide Hermanduri.

Hermus, *Sarabat* Caſtaldo & aliis, fluvius Aſiæ, per Lydiam & Æolidem ex Phrygia magna fluens, apud Docimæum, ac in Aegæum pelagus inter Phocæam & Smyrnam unà cum Pactolo labens, auro clarus. De quo Virgilius lib. 2. Georgicorum:

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

¶ Herndalia, *Herndall*, tractus Norvegiæ regni,cis Sevum montem, juxta Jemptiam provinciam, Svecis conceſſus à Daniæ Rege anno 1645. pace ad Bromſebroam confecta: & ex ea pendent adjacentes ditiones, ſcilicet Nomedalia, Hellegelandia, Froſtena, Indera, Heroa, & aliæ, antea ſub Præfectura Nidroſiana, nunc Svecici juris.

Hernici populi, & Hernicus ager Plinio, Hernica terra Ovidio, Hernica ſaxa Virgilio, regio Latii (non Campaniæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Campagna di Roma*, teſte Platina, ſed nomen Campaniæ latiùs patet, plura alia loca complectens, ac ferè totum Latium. In Hernicis autem ea eſt pars Latii, in qua Anagnia, Ferentinum, Fruſino, Verulum, Alatrium, cum aliquot aliis oppidis ſunt. Hos à Pelaſgis, quorum colonia fuerunt, ortos ſcribit Macrobius lib. 5. Saturnalium, ab Herno eorum Duce nomen habentes. Meminit præter Virgilium, Ovidium, & Silium, etiam Juvenalis ſatyra 14.

O pueri Marſus dicebat, & Hernicus olim,
Veſtinuſque ſenex.

Hernici à ſaxis dicuntur, teſte Feſto, Herna enim à Marſis ſaxa appellantur.

¶ Hernici populi fuere Italiæ, in Latio, versùs montes, & ad fontes Liris & Anienis, ubi urbes Anagnia, Alatrium, Verulæ, & Ferrentinum; erantque ſatis reſtricti inter Volſcos, Æquos, & Marſos, ubi nunc pars Campaniæ Romanæ, ſub dominio Summi Pontificis & in confinio regni Neapolitani.

Herodium, caſtellum Judææ, inter Hieroſolymam Hiericuntem, apud Thecuam oppidum, *Thacuah*, teſte Poſtello, ab Hieroſolymis 60. ſtadiis, teſte Joſepho.

¶ Herofelda, *Hirſchfeld*, oppidum Germaniæ, in Haſſia provincia, ad Fuldam fluvium, antea Abbatia celebris, & ſub dominio proprii Abbatis cum tractu adjacente, nunc ditione Lantgravii Haſſo-Caſſellani pace Monaſterienſi. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Fulda urbe in ſeptentrionem, & 7. a Caſſela in meridiem.

Heropolis, Heroum urbs Plinio, *Herou*, adhuc, urbs Ægypti ad intimum ſinus Arabici receſſum, apud Arſinoen urbem, à Peluſio urbe in ora Ægypti 125. mill. paſſ. in ortum. *Ptol.*

¶ Heropolis quibuſdam eſt *Suez*, aliis autem, & meliùs, *Herou* ſeu *Herova*, oppidum prope oram ſinus Arabici, 90. milliaribus à Peluſio in auſtrum. *Jorn.*

Herta turris, *Erdevvdy*, teſte Lazio, locus cum cœnobio, in Pannonia inferiori, in inſula intra Danubium, apud rudera Teutoburgi urbis exciſæ, inter Bathiam & Bononiam 5. leuc. à Murſa 3. in ortum, à Quinque Eccleſiis 10. *Amm.*

Heruli, populi quos Jornandes ex Scandinavia egreſſos *Trib.* ad Mœoticam habitaſſe ſcribit, poſteaque Longobardos appellatos, teſte Aimoinio, in Pannonia ac Norico, & demùm in Italia conſediſſe. Horum quoque regio Mechelburgia Ducatus putatur; ut in lib. 4. Itinerarii:

Nos Ducibus, qui nunc Herulos Henetoſque gubernant.

¶ Hervordia, *Hervorden*, urbs eſt Imperialis & Hanzeatica Germaniæ, in Weſtphalia regione, & in Comitatu Ravensbergenſis, ſub dominio Electoris Brandeburgici, 10. milliaribus Germanicis à Monaſterio in ortum Mindam versùs.

¶ Herzegovina, *Herzegovine*, provincia Dalmatiæ, antea Chulmia dicta, cujus caput eſt Naro, *Narenza*, pars eſt regni Serviæ. Subeſt tota dominio Turcarum, eſtque versùs ſinum Naronenſem.

Heſa, vel Hæſa, urbs fuit Siciliæ, de qua Silius lib. 14.

Venit ab amne trahens nomen Gela, venit & Heſe. *Virgil.*

Heſperia, Hiſpania & Italia à Poetis appellatur, ab *Hor.* Heſpero Rege Atlantis fratre, vel ab Heſpero ſtella Veneris: Græci enim ſic Italiam vocant, quod illis ſit ad occaſum, Itali verò eadem de cauſa Hiſpaniam Heſperiam appellant. Virgilius Italiam magnam Heſperiam vocat. Horatius Heſperiam ultimam dicit Hiſpaniam. Hinc Heſperius nomen gentis. Ovid. l. 4. faſt.

Nunc adit Heſperios, Rhenum, Rhodanumque, Padumque.

Virgilius lib. 3 Æneidos de Heſperia:

Epeiro Heſperia, quibus idem Dardanus auctor.

Heſperia etiam Melæ urbs Cyreniacæ, quæ & Berenice.

Heſperides, quæ & Gorgones, *Iſole di Capo verde*, *Plut.* inſulæ maris Atlantici contra Heſperium cornu pro- *Mel.* montorium à Luſitanis detectæ, & coli cœptæ: colonia deducta in urbe divi Jacobi, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ulyſſiponenſi. Sed apud Divum Iſidorum lib. 14. origin. diverſæ ſunt à Gorgonibus. Vide Gorgones. Virgilius lib. 8. Æneidos:

Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.

Heſperides, quæ & Gorgades, vulgò *islas de Cabo Verde* Luſitanis, *les islas du Cap Verd* Gallis, inſulæ ſunt Africæ, in Oceano Atlantico, 130. leucis diſtantes in occaſum ab Arſinario promontorio ſeu Capite Viridi; ſuntque decem numero, omnes à Luſitanis detectæ, et ſub dominio Regis Portugalliæ. Ibi maxima ſalis copia. Earum præcipua eſt S. Jacobi inſula in ejus parte auſtrali, et cum aliquot aliis oppidulis. Aliæ ſunt inſulæ Sanctæ Luciæ, *Santa Luzia*, probè culta et ampla, ad Boream S. Jacobi, S. Nicolai inſula, *San Nicolao*, ampla etiam et culta, prope ſanctam Luciam, inſula S. Vincentii. *S. Vincente*, circuitus 90. mill. paſſ. uti inſula S. Antonii, *isla de Sant Antonio*, utraque ſatis culta. Minores verò ſunt inſulæ Salis, *do Sal*, Boni viſus, *de Boa viſta*, Maii, *do Mayo*, Ignium, *do Fuego*, et Brava, *Brava*. Sunt autem qui credant Gorgades fuiſſe inſulas Capitis Viridis, Heſperides autem fuiſſe quæ nunc Cuba Hiſpaniola, et aliæ inſulæ in America ſeptentrionali et in mari Boreali; versùs ſinum Mexicanum, cùm dixerint antiqui Heſperides diſtare itinere 40. dierum ab ora Africæ. Sed de his nihil certi dici poteſt. *Plin.*

Heſperidum horti in Africa, quos Solinus (cum Vir- *Mel.* gilio et Plinio) apud Lixum urbem Mauritaniæ Tingitanæ, ubi fuerat Antæi regia, deſcribit. Plinius verò alibi ad Syrtim magnam, et Tritonem fluvium, ſicuti et Claudianus, Ptolemæus autem; etiam cum Plinio

ali-

Mele. Ptol.

alibi, in Cyrenaica regione, apud Berenicem urbem. De quibus mira Poetæ ſabulantur. Virgilius libro 4. Aeneidos.

Heſperidum templi cuſtos, epulaſque draconi.

* Heſperii, populi Æthiopiæ; in ora occidua, ubi Manicongum regnum, qui *Pangelongos* à Luſitanis, teſte Barroſio, dicuntur, (* in manuſcripto Seldeni Ε.τèρια.)

Strab. P'in.

¶ Heſperii Æthiopes, populi Africæ, in Æthiopia inferiori fuere, ubi nunc regnum Congi, *Congo*, cum annexis regnis Loangi, & Anzicanorum in illo tractu, teſte Sanſone.

Plin. Ml.e

Heſperii alii, populi Libyæ, in ora, ad Oceanum Atlanticum, ad Lethæum fluvium, apud Heſperium promontorium, *Biſneghe* & *Mandangan* à Luſitanis dictum.

Heſperium cornu, *Capo bianco* Mercatori, ſed Hiſpanis, quibus magis credendum, quod locum pluries inviſerint, *Cabo verde*, in ora maris Atlantici, contra Heſperides inſulas, ultra oſtia Nigritis fluvii ad 30. leucas Hiſpanicas diſtans in auſtrum.

Bibl.

¶ Heſperium cornu, Brietio & Sanſone teſtibus, eſt *le Cap de Sierra Liona*, 70. circiter leucis diſtans in auſtrum ab oſtio meridionali Nigri fluvii, in parte orientali Guineæ regionis, ubi quædam coloniæ Europæorum.

Joſeph.

Heſron, quod & Haſor, *Antiopa*, teſte Brochardo, oppidum Palæſtinæ, in Judæa.

Heſſeni, populi Palæſtinæ: apud quos mira eſt columbarum copia, teſte Tibullo.

Liv.

¶ Hetlandicæ inſulæ, ſeu Schetlandicæ, *Schetland*, in Oceano Ducaledonio. Vide Schetlandicæ.

Hetriculum, *Lataraco*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabria citeriori, apud Dampetiam, ſive Toranum, ut nunc vocant, in S. Marci Diœceſi, à Marcopoli 6. mill. paſſ. quot à Torano, Lampetiam versùs totidem.

Polyb. Plin. Liv. & al.

Hetruria, regio Italiæ præcipua. Vide Etruria, variè enim ſcribitur. De qua Cornelius Gallus elegia 1.

Ergo his ornata eſt meritis Hetruria noſtris.

¶ Hetruria, ſeu Etruria, pars eſt Italiæ ſatis ampla, inter mare Tyrrhenum ad occaſum & meridiem, montem Apenninum ad ſeptentrionem, & Tiberim fluvium ad ortum comprehenſa. Ejus pars major, quæ ad occaſum extenditur, nunc *la Toſcana* dicitur, Gallis *la Toſcane*: cujus partes ſunt quatuor, nempe ditio Florentina *il Florentino*, ditio Piſana; *il Piſano*, ditio Senenſis, *il Saneſe*, quæ parent magno Duci Hetruriæ, & ditio Lucenſis, *il Lucheſe*, quæ Rempublicam ſeparatam facit. Minor Hetruriæ portio, & quæ magis extenditur ad ortum, ſubeſt Summo Pontifici; & in ea ſunt provincia Patrimonii S. Petri, *la provincia del Patrimonio*, Ducatus Caſtrenſis, *lo Stato di Caſtro*, territorium Urbevetanum, *l' Orvietano*, & territorium Peruſinum, *il Perugino*.

Hetruriæ urbes nunc exſtantes:

Acula, Aquapendente, *in ditione Summi Pontificis.*
Aretium, Arezzo, *in ditione magni Ducis.*
Balneoregium, Bagnarea, *Summi Pontificis.*
Centumcellæ, Civitavecchia, *Summi Pontificis.*
Cluſium, Chiuſi, *magni Ducis.*
Collis, Colle, *magni Ducis.*
Cornuetum, Corneto, *Summo Pontificis.*
Cortona, Cortona, *magni Ducis.*
Fæſulæ, Fieſoli, *magni Ducis, ferè in ruinis jacet.*
Faliſca, poſtea Galeſium.
Feſcennia, Città Caſtellana *Summi Pontificis.*
Florentia, Fiorenza, *&* Firenze, *magni Duci ſedes.*
Galeſium, Galeſe, *oppidulum Summi Pontificis.*
Groſſetum, Groſſeto, *magni Ducis.*
Hortanum, Horta, *Summi Pontificis.*
Liburnus portus, Livorno, *magni Ducis.*
Luca, Lueca, *ſui juris Reſpublica.*
Maſſa, Maſſa, *magni Ducis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senenſi.*
Maſſa, Maſſa, *Ducis cognominis.*
Miniatopolis S. Miniato, *magni Ducis.*
Mons Ilcinus, Montalcino, *magni Ducis.*
Mons Phyſcon, Monte Fiaſcone, *Summi Pontificis.*
Mons Politianus, Monte Pulciano, *magni Ducis.*
Nepeta, Nepi, *Summi Pontificis.*
Oropitum, & urbs vetus, Orvieto, *Summi Pontificis.*
Peruſia, Perugia, *academia ditionis Pontificia.*
Pientia, ante Corſinianum, Pienza, *magni Ducis.*
Piſæ, Piſa, *magni Ducis.*
Piſtoria, Piſtoria, *magni Ducis.*
Plebs, Cività della Pieve, *Summi Pontificis urbecula.*
Plumbinum, Piombino, *Principis proprii.*
Radicofanum, Radicofani *magni Ducis.*
Sarſana, Sarzana, *ditionis Genuenſis.*
Sena, Siena, *magni Ducis.*
Suana, Soana, *magni Ducis.*
Sutrium, Sutri, *Summi Pontificis.*
Tuſcania, Toſcanella, *Summi Pontificis.*
Viterbium, Viterbo, *Summi Pontificis.* Plin.
Volaterræ, Volterra, *magni Ducis.* Strab.
Urbetellum, Orbitello, *ſub Hiſpanis.*

Hetruſci, populi Hetruriæ, qui & Tuſci, ſive Thuſci. Virgilius libro 9. Æneidos:

-addant ſe protinus omnes Mela.
Hetruſci ſocios.

Qui Etruſci quoque ſcribuntur.

Hexi, Sexi Plinio, Sexi Ptolemæo, Sexitania Athenæo, *Velez Malaga*, teſte Henrico Coquo cum aliis, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, apud oram littoralem, inter Manobam & Selambinam oppida, à Malaca urbe 5. leuc. Illiberim ſive Granatum versùs. Floriano autem eſt *Motril*, oppidum apud Selambinam, inde leuc. 1. Malacam versùs recedens. Populi Exitani Straboni.

Ptol. Lib. Conc.

* Hexamilium, *Hexamili*, urbs Thraciæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, ad Iſthmum Cherroneſi, contra Caridiam, quæ & Lyſimachia, a Gallipoli urbe 6. mill. paſſ. iu Boream diſtans. (* in Seldeni manuſcripto Εχαμηλιον.)

Hexapylum, locus Siciliæ eminens apud Syracuſas, qui hodie *Mongibelliſo* teſte Fazello, nominatur.

Liv. Plut.

¶ Heylon, urbs epiſcopalis ſub ſede Boſtrenſi teſte Guillelmo Tyrio.

¶ Heziongaber, in ſacris literis, portus maris Rubri, in ſinu Elanitico, quo Reges Hebræi utebantur ad navigationes, teſte Divo Hieronymo, Eſſia dictus.

Cæſ.

Hibernia, Juverna Melæ, Iverna Ptolemæo, Jerna Straboni, & Stephano, ac Claudiano, Scotia Iſidoro, Iris Diodoro, Inſula ingens Oceani Britannici, ab Albione in occaſum ad 20. mill. paſſ. recedens, *Irlande* Germanis, *Irlanda* Italis, *Ireland* Anglis, *Erin* Britannis, *Yuverdhon* incolis. (Camdenus verò, incolis *Erin*, & Britannis *Yverdon*.) Et *Gvvydhill*, non minor Anglia, cujus Regi paret, licèt diverſis Comitibus, tanquam Regulis, ſit ſubjecta. Urbes quondam claræ Ivernis & Rhæba. Nunc clarent Dublinum, Waterfordia, & Armacha. Ejus meminit Claudianus de laudibus Stiliconis libro 2.

Munivit Stilico, totam cum Scotus Iernam.

Ea in 4. regiones diſtribuitur, Laginiam ad ortum, in qua Dublinum metropolis, Momoniam ad meridiem, in qua Caſſilia, Ultonium ad Boream, in qua Armacha, & Connaciam ad occaſum, cujus metropolis eſt Tuama. 50. olim epiſcopatus habuit, nunc ad 35. Hæc Hibernia ab hyberno tempore, quod ibi longum eſt, dicta putatur.

¶ Hibernia inſula, *Irlande* à Gallis dicta, cujus incolæ *Irish* ab Anglis dicuntur, & *Irois* ſeu etiam *Irlandois* a Gallis: inſula eſt ampla Europæ, in Oceano occidentali, prope Angliam & ad ejus occaſum, ſed multò minor ipſa. Protenditur à ſeptentrione in meridiem; vixque 30. milliaribus Anglicis ſeparatur ab Anglia ſeu à Vallia meridionali mari Verginio, 15. autem à Scotia auſtrali. Subeſt ab aliquot ſæculis Regibus Angliæ, qui dicti fuerunt Hiberniæ domini jam inde ab Henrico ſecundo uſque ad Henricum octavum, qui primus Hiberniæ Rex dictus eſt. Dividitur in quatuor partes, ſub qua ſunt triginta tres Comitatus ſeu regiunculæ. In Momonia regione, *Mounſter*, ſunt Comitatus Limericenſis, *de Limerick*, Kerrienſis, *de Kerry*, Corcagienſis, *de Cork*, Waterfordienſis, *de Waterford*, Deſmonienſis, *de Deſmond*, & Typerienſis, ſeu S. Crucis, *de Typerari* ſeu *Holy Croſſ* In Lagenia regione, *Leinſter* ſunt Comitatus Midia orientalis, *d'East Meath*, Midia occidentalis, *de weſt Meaht*, Kilkennienſis, *de Kilkenny*, Catherloghenſis, *de Caterlogh*, Comitatus Regis, *Kings Countie*, Comitatus Reginæ, *Queenes Countie*, Kildarienſis, *de Kildare*, Vexfordienſis, *de Vexford*, & Dublinienſis, *de Dublin*. In Connaccia regione, *Connaught* ſunt Comitatus Claræ, *de Clare*, Galvvajenſis, *de Galvvay*, Maii, *de Maio*, Slegi, *de Slego*, Letrimenſis, *de Letrim*, Roſcomenſis, *de Roſcomen*, & Longfordienſis, *de Longford*. In Ultonia regione, *Ulſter*, ſunt Comitatus Dunga-

galiæ ſive Tyrconellenſis, *De Donghal* aut *de Tyrconell*, Tyronenſis ſuperior, *Upper Tyrone*, Tyronenſis inferior, *Nether Tyrone*, Fermanaghenſis, *de Fermanagh*, Cavanenſis, *de Cavan*, Colranenſis, *de Colrane*, Monaghanus, *de Monaghan*, Antrimenſis, *d' Antrim*, Dunenſis, *de Dovvne*, Lutheuſis, *de Louth*, & Armachanus, *d' Armagh*. Hibernia multò minor eſt Anglia; extenditurque à ſeptentrione in meridiem per 250. mill. paſſ. ſed ab ortu in occaſum non excedit 120. mill. paſſ. ubi magis lata. Totius regni præcipua urbs eſt Dublinum, *Dublin*, in ora orientali inſulæ. Alluitur Hibernia ab occaſu mari Occiduo, à ſeptentrione mari Deucaledonio, & à meridie mari Verginio. Dicta fuit etiam à Ptolemæo Britannia minor, & Iſidorus atque Beda Scotiam eam appellarunt à Scotis illius incolis, unde & Scotiæ nomen cum Scotis ipſis in Britanniam penetraſſe volunt. Hiberni autem peſſimè habiti ſunt hiſce ultimis temporibus ab Anglis, qui totam inſulam ferro flammaque devaſtarunt, & maiorem incolarum partem in Virginiam Americę ſeptentrionalis regionem traſportarunt.

Urbes Hiberniæ inſulæ (olim 50.) epiſcopales.

Achara, epiſcopalis, Connaciæ, ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, (*Achonry*, wareo.) Semidiruta.
Alachda, Epiſcopalis, Connaciæ, ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, (*Kill-alla* eidem.)
Ardacha, epiſcopalis, Ultoniæ, ſub Archiepiſcopo Armachano, *Ardagh*.
* Armacha, archiepiſcopalis, Ultoniæ *Armagh*.
(Atlona, *Atlone*, in Connacia.)
* Caſſilia, archiepiſcopalis, Momoniæ, *Cashel*.
Clocherium, *Clogher*, (Ultoniæ.)
* Clona, Epiſcopalis, Momoniæ, ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, *Cloney*.
Clonfertum, epiſcopalis, Connaciæ, ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, *Clonefert*.
Cluanum, *Kiloem*, (Lageniæ.)
Connertum, Epiſcopalis, Ultoniæ, ſub Archiepiſcopo Armachano, *Conner*.
* Corcagia, *Cork*, (Momoniæ.)
* Deræ, epiſcopalis, Ultoniæ, ſub Archiepiſcopo Armachano, *Derry*.
(Drogheda, *Drogbdagh*, in Ultonia.)
Dromora, epiſcopalis, Ultoniæ, ſub Archiepiſcopo Armachano, *Dromore*.
* Duacum, *Kilmacogh* Waræo, aliis *Galvvay*, Connaciæ.
* Dublinum, olim Eblana, *Dublin*, (Langeniæ.)
* Dumbroſa, Connaciæ.
* Duncheranum, olim Ivernis, emporium Momoniæ *Dunkeren*.
* Dundalcum, epiſcopalis Ultoniæ, ſub Archiepiſcopo Armachano *Dundalk*.
* Dungallum, Comitatus Ultoniæ, *Donegall*.
* Dunum, *Dovvne*, (Ultoniæ.)
Emelia, *Emeley*, vel *Avvn*, (Momoniæ.)
Fernum, epiſcopalis, Lageniæ, ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, *Fernes*.
Glandelacum, *Glandilaugh*, (Lageniæ.)
Kilmora, epiſcopalis, Ultoniæ, ſub Archiepiſcopo Armachano, *Kilmore*.
Kilchennium, epiſcopalis & academia, Laginiæ, ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, *Kiloenny*.
* Kildaria, *Kildare*, (Lageniæ.)
* Kilmalocum, epiſcopalis, Momoniæ, ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi. *Kilmalock*.
* Langlinum, *Leighlin*, (Lageniæ.)
* Limericum, & Lubricum, *Limerick*, (Momoniæ.)
Liſmora, epiſcopalis, Momoniæ, ſub Archiepiſcopo Caſſiliæ, *Liſmore*.
Media, Comitatus, *Methe*, ſedes Epiſcopi *Navan*.
* Olfinum, epiſcopalis, Connaciæ, ſub Archiepiſcopo Tuamenſi, aliis Helſenia, *Elphen*.
Offeria, *Offery*, (Lageniæ.)
Rapotum, *Robogh*, (Ultoniæ.)
Roſcomia, *Roſcomen*, (Connaciæ.)
* Roſſa, epiſcopalis, Momoniæ, ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, *Roſſe*.
(Rupes Ferguſii, *Knock fergus*, in Ultonia.)
Tuama, *Toam*, (Connaciæ.)
* Waterfordia, olim Manapia, epiſcopalis, Momoniæ, ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, *Waterford*.
(Vexfordia, *Vexford*, in Lagenia.)

¶ Sed notandum ex his urbibus Achadam, Alachdam, Clocherium, Clonfertum, Cluanum, Connertum, Dumbroſam, Emeliam, Glandelacum, Offeriam, Rapotum, & Tuamam eſſe tantùm minuta oppidula & caſtra à plurimis annis.

¶ Hielmerus, *Hielmer*, lacus Sveciæ, inter Sudermanniam & Noriciam provincias, ſeu inter Orebrum & Torſiliam urbes.

¶ Hienipa, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, nunc vulgò *Alcala de Guadaria* dicitur, teſte Roderico Caro in antiquitate Hiſpalis.

Hiera, Latinè Sacra, inſula Siciliæ, una ex 7. Æoliis, *Vulcano*, teſte Fazello, ignes emittens, Liparæ vicina, ab ea 4. mill. paſſ. recedens, priùs Theraſia, teſte Plinio, dicta. *Plin.* *Mela.*

Hiera altera, quæ ab Antonino Maritima dicitur, vulgò *Maretamo*, inſula Siciliæ contra Drepanum urbem ab ea in occcaſum ad 30. mill. paſſ. diſtans. Thymo abundant. *Ptol.*

Hiera item, *Giera* vulgò, inſula maris Cretici, ſeu Myrtoi, quam Plinius inter Theram & Theraſiam emerſiſſe ſcribit. Nonnullis *Suda* dici putatur; ſed hæc Cretæ proprior eſt. *Plin.*

Hiera, *Capo delle Chelidonie*, promontorium Lyciæ, inter Antiphellum & Andriacam urbes, contra Chelidonias inſulas tres parvas, à quibus denominationem habet. *Strab.*

Hiera, fluvius Bithyniæ, illam à Galatia ſecernens: qui & Hierus. Cujus meminit Virgilius libro 9. Æneidos: *Plin.*

Quos Iovis eduxit luco ſylveſtris Hiera.

Hiera petra, Hierapytna Straboni & Plinio, Hierapydna Dionyſio, *Gierapetra* Sophiano, urbs Cretæ in ora Auſtrali, inter Hieronoros, id eſt, Sacrum montem & Erythræum promontorium. Sed Hierapytna apud collem Idæ, nomine Pytnam, teſte Strabone. Plinius verò illam ſtatuit in ora occidentali, contra Gaulon inſulam. *Ptol.*

¶ Hiera pietra, ſeu Sacra petra, *Giera petra*, urbs eſt parva Cretæ inſulæ, cum portu in ora auſtrali inſulæ, & in territorio Sitiæ, cum promontorio cognomine, 20. milliaribus diſtat à Sitia in Africum, & 60. ab urbe Candia in Eurum; eſtque epiſcopalis. Sed à paucis annis ſubeſt dominio Turcarum cum tota ferè Creta inſula.

Hieracium, *Gieraci*, urbs magnæ Græciæ. Vide Locri.

Hieracum inſula, *S. Pietro*, teſte Leandro, inſula Sardiniæ, Plumbeæ proxima, contra Sulci urbem exciſam, ac Sulcitanæ inſulæ finitima. *Ptol.*

Hierapolis, quæ & Bambyca, urbs Syriæ archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, in Cyrreſtica regione, quæ *Haleppo*, teſte Bellonio cum aliis, dicitur urbs maxima, ex primis Turcici Imperii, à Damaſco itinere 10. dierum diſtans in Boream, ab Edeſſa 50. mill. paſſ. De Haleppo diverſa eſt ſententia. Alii enim Hierapolim eſſe ſcribunt: alii Berrhœam, inter Antiochiam & Hierapolim 30. mill. paſſ. diſſitam; quæ ſententia Cedreni & Zonaræ teſtimonio nititur: alii Chalybonem, vocis alluſione ducti, in quibus Poſtellus & Ravvolfius, eſſe putant: quam urbem Ptolemæus Borealiorem facit Hierapoli & Berrhœa, ac aliquantò orientaliorem. Quòd ſi Haleppum triduo ab Antiochia in ortum recedit ut Bellonius teſtatur, potiùs Chalybon erit quàm Hierapolis, aut Berrhœa, quæ Antiochiæ proprior eſt. Sed Cedreni & Zonaræ, qui ſub Imperatoribus Græcis ſcripſere, auctoritas me movet. Si diſtantiarum numeri apud Antoninum Auguſtum in Itinerario certi eſſent, facilè lis hæc habita diſtantiæ ratione tolleretur. *Strab.* *Plin.* *Ptol.*

¶ Hierapolis, quæ & Bambyce, nunc *Alep* dicitur, Italis *Aleppo*, Sanſone & Brietio teſtibus; eſtque urbs Syriæ maxima & emporium celeberrimum; in quod quotidiè confluunt mercatores ex tota Europa; quamquam multi credant Aleppum eſſe ubi aliàs Berrhœa ad Marſyam fluvium, & Hierapolim fuiſſe ubi nunc *Tedith*, oppidum illius tractus. Sed de his non eſt facilè ſtatuere. *Strab.* *Plin.* *Ptol.*

Hierapolis altera, Phrygiæ magnæ urbs archiepiſcopalis ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, proxima Laodiceæ, ab ea 6. mill. paſſ. Tripolim versùs 12. diſtans, à Philadelphia urbe Lydiæ 45. in meridiem, quæ *Seideſcheher* à Turcis, teſte Cruſſio cum Leunclavio, nominatur. Ibi puteus amplus nebulas noxias exhalans,

lans, teſte Strabone, Populi Hierapolitæ Plinio. Hujus meminit Venantius Fortunatus lib. 8.

Læta ſuis votis Hierapolis alma Philippum.
Producens.

¶ Hieraſſon, urbs epiſcopalis Arabiæ, ſub Becerra teſte Guillelmo Tyrio.

Ptol. Hieraſus, Geracus Ammiano, *Pruth* Martino Cromero, & Mercatori, *Seret* Lazio, (cui ſubſcribendum puto; nam qui *Pruth* nunc dicitur, Porata Herodoto eſt) fluvius Daciæ, per Moldaviam in Iſtrum fluens, ſicuti & Porata 20. mill. paſſ. circiter diſtans.

Strab. Plin. Ptol. Hiericus, Hierico in ſacris literis, urbs Palæſtinæ, in Judæa, à Jebuſæis condita, & à Jeſu Nevo everſa, adhuc nomen antiquum ſervans, Palmis abundans, ab Hieroſolymis 20. mill. paſſ. in ortum recedens versùs Jordanem fluvium, à quo 6. mill. abeſt.

¶ Hiericus, *Hierico & Ierico*, civitas eſt Palæſtinæ notiſſima in veteri Teſtamento, quòd Joſue eam ſepties circumiens cum arca Domini, muri ejus firmiſſimi corruerint, et urbs diruta fuerit. Erat in Tribus Beniamin, 150. ſtadiis ab Hieroſolymis in ortum Jordanem fluvium versùs ſexaginta, teſte Sanſone.

Ptol. Hierocæſarea urbs fuit Lydiæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano.

Strab. Plin. Hierocepia, *Bourg de Hierochipe*, teſte Stephano Luſignano, oppidum Cypri exciſum, in ora occidentali, inter Paphum & Acamantem, quam Plinius inſulam facit contra Paphum novam.

Hierogerma, *Girmaſti* ex tabulis Geographicis, urbs Phrygiæ minoris inter Scepſim & Ilium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno, quæ & Germa in libris Conciliorum nominatur, Ἱερὰ Γέρμη Ptolemæo.

Plin. Hieromiace, fluvius Cœleſyriæ, Gadaram urbem præterfluens & in Geneſaram lacum excurrens.

Ptol. Hieron Oros, *Monte Sacro*, teſte Pineto, promontorium Cretæ, in ora auſtrali, apud Hierapytnam.

Plin. Hieron Stoma, hoc eſt, Sacrum oſtium, unum ex oſtiis Iſtri, in Myſia inferiori auſtrali, apud Peucen inſulam.

Polib. Plin. Hieroneſus, inſula Siciliæ, eadem Hieræ, ut videtur.

¶ Hieros, ſinus Aſiæ, juxta Aradi urbem, teſte Stephano.

Strab. Plin. Liv. & al. Hieroſolyma, urbs Palæſtinæ, in Judæa, notiſſima, olimque clariſſima, teſte Plinio inter urbes orientales, à Joppe & littore maris Syrii in ortum 40. mill. paſs. recedens, inter Damaſcum & Babylonem Ægypti, inde 160. mill. paſs. hinc 300. ab Alexandria 400. *Gieruſalem* Italis, *Gotz* Turcis, teſte Leunclavio, ſeu *Guzumobarech*, *Godz* Minadoi, *Ieruſalem* Anglis, olim urbs archiepiſcopalis, poſtea patriarchalis effecta quinque Archiepiſcopis ſibi contributis Tyrio, Cæſarenſi, Nazareno, Boſtrenſi, & Petrenſi. Vetus urbs potsùs jacet; nova nulla alia re, quàm Domini noſtri Jeſu Chriſti ſepulchro (quod olim extra urbem erat) memorabilis, à Turcis mœnibus ad arcendos Arabes cincta. Apud Poetas Solyma nominatur. Vide ibi.

¶ Hieroſolyma et Jeruſalem, Jebusurbi nomen fuit, cum Iſraelitæ terram promiſsam ingrederentur, eamque in Tribuum deſcriptione ponit Joſue in Tribu Beniamin. Oboleſo Jebus nomine poſtea Jeruſalem ab Iſraelitis dicitur, & à Græcis Jeroſolyma, quæ totius Judææ metropolis munitiſſima eſt Straboni, longè clariſſima urbium Orientis, non Judææ modò. A Tito Imperatore Romano everſa fuit; deinde ab Ælio Adriano Imperatore reſtaurata. Ælia etiam dicta fuit à quibuſdam, nunc *Jeruſalem* Gallis, *Chutz* Turcis; eſtque Terræ ſanctæ præcipua. Subeſt dominio Turcarum à 160. annis, cum antea pareret Soldano Ægypti. Sed parvi eſt circuitus, vix decem mille incolas continens; deficitque in dies propter incurſiones Arabum.

Ptol. Hierus, *Orbo*, teſte Ortelio, fluvius Corſicæ, in ora ad orientem, cum pago cognomine, & ſtagno in ore apud Aleriam urbem exciſam. Sed Moletio *Saleſante* fluvius vicinus nominatur.

¶ Hierus ſeu Sacer, fluvius parvus Corſicæ, qui nunc *Orbo* dicitur, in mare Tuſcum labitur, 12. milliaribus ab Aleria in auſtrum.

Strab. Hignatia via, quæ & Egnatia, Via militaris Ciceroni, à mari Jonio ad Helleſpontum uſque per Macedoniam perducens longa 530 mill. paſs. teſte Strabone, tantùm eſt intervallum inter Dyrrachium ad occaſum & Callipolim urbem Thraciæ in ora Helleſponti ad ortum.

Bede. Hii, inſula Scotiæ adjacens ad occaſum, quæ *Iona* hodie, teſte Camdeno, nominatur. Populi Hienſes.

Scrip. Germ. Hilara, *Iler*, fluvius Rhætiæ, in Svevia juxta Memingam urbem fluens, ac in Danubium apud Ulmam urbem labens.

¶ Hilarenſe oppidum fuit in Africa propria, versùs Carthaginem, teſte Divo Auguſtino epiſt. 262.

¶ Hildeshemienſis Epiſcopatus, *Biſtumb Hildeſheim* incolis, *Eveſchè d' Hildesheim* Gallis, tractus eſt Saxoniæ inferioris, ſub dominio proprii Epiſcopi, qui ſolus Catholicus in tota Saxonia. Fundatus fuit Epiſcopatus à Ludovico Pio Imperatore; habebatque antea juriſdictionem majorem, nunc multùm imminutam pro majori parte Ducatu Brunſvicenſi cinctam; ſed ad ortum terminatur Principatu Halberſtadienſi, & à ſeptentrione Ducatu Luneburgenſi. Extenditur ab ortu in occaſum ad 10. milliaria Germanica; & ejus urbes ſunt Hildesheimum, tractus caput, Peina, Poppenberga, & Vinthuſia.

Scrip. Germ. Hildeſia, *Hildesheim*, urbs Germaniæ, in Saxonia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, à Brunopoli 6. leucis in occaſum diſtans, epiſcopali ſede donata ſub Ludovico Pio Imperatore, Aſcalingium Ptolemæo dicta, teſte Petro Appiano, levi tamen conjectura.

¶ Hildeſia, *Hildesheim*, urbs eſt Saxoniæ inferioris, ad amnem *Innerſte*, ſub dominio proprii Epiſcopi. 7. leucis diſtat a Zella in auſtrum, & 6. ab Hamelia in ortum. Ejus Epiſcopus ſolus eſt Catholicus in tota Saxonia. Dicitur etiam Hildeshemium & vix 6. mill. paſſ. diſtat à confinio ditionis Brunſvicenſis.

Himba apud ſcriptores Scotiæ inſula eſt maris Hibernici, una Acmodum, (de quibus, ubi ſint, & qui hac tempeſtate vocentur, non una eſt ſcriptorum ſententia) Ihonæ finitima, ab ea 10. mill. paſſ. recedens.

Vib. Seq. Himella, *Aggia*, teſte Ligorio, ac etiam *Himella*, fluvius Sabinorum, ex Severo monte per Cures fluens, ac in Tiberim apud Ocriculum, ab eo 3. mill. paſſ. ferè Manlianam versùs prolabens. De quo Virgilius lib. 7. Æneidos:

Caſperiamque colunt, Forulоſque, & flumen Himellæ.
Et Tyberim, Fabarimque bibunt.

¶ Himella, fluvius parvus Sabinæ. In Tiberim labitur 6. milliaribus infra Maglianum.

Strab. Liv. Mel. Himera, Gelas Plinio & Diodoro, *Salſo*, fluvius Siciliæ, ex præcipuis, qui ex Nebrodide monte apud Petram oppidum oriens, in auſtrum fluit, mareque ad Gelam urbem ſubit. Sic vulgò dicitur, quod ſalſas aquas habet, ſicut alter ſequens dulces.

Himera alter, non longè a priore ex eodem monte manans, in occaſum & Boream decurrens, & ad Thermas Himeræ in mare ſeſe exonerans, & ipſe ingens, qui propterea *Fiume grande* vulgò, teſte Fazello, nominatur, & in ora apud oſtia, *Termine*, nomine à Thermis urbe accepto. Solinus hunc dulcem, alterum amarum hauſtu eſſe teſtatur. Ejus meminit Silius libro 14.

Armavere ſuos, qua mergitur Himera ponto.

¶ Himera, fluvius Siciliæ, nunc *Termini* dicitur. Vallem Dæmone ſeparat à Valle Mazaræ, & in mare Tyrrhenum ſe exonerat ferè 25. milliaribus à Panormo in ortum.

Cicer. Steph. Himera, urbs Siciliæ, apud oſtia Himeræ fluvii & Thermas, extincta, a Zanclæis condita, & ab Hannibale Carthaginenſi everſa, patria Steſichori Poetæ; ex qua Thermæ urbs vicina cognominatur. Himeræus Criſon curſor adeò celebris eſt apud Platonem in Socrate, ut in proverbio fuerit, *Criſonem Himeræum præcurrere*, quoties de maximo curſore ſermo erat.

¶ Himeria urbs fuit epiſcopalis Meſopotamiæ, in Oſrhoena regione, & ſub Archiepiſcopo Ediſſeno, teſte Guillelmo Tyrio.

¶ Hippadis pelagus, pars Oceani Æthiopici, versùs Africam, inter Dioſcoridis inſulam & Aromata promontorium ad Boream, & Menuthiam inſulam ad auſtum: et vulgò *mer d' Ethiopie* dicitur, ſeu etiam *mer de Zanguebar* à regione adjacente.

Hiolcos. Vide Jolcos.

Scrip. Sax. Hiona, *Chilca*, inſula Scotiæ, oræ occiduæ adjacens una Hebridum, ſive Ebudarum, clariſſima, in qua Sodora urbs epiſcopalis cæterarum, in qua cœnobium Benedictinorum, Regum ſepultura inſigne, à littore in occaſum 12. mill. diſtans. (Vide Hii, nam idem videntur eſse.)

¶ Hip-

¶ Hippanis, *Bog*, fluvius Poloniæ. Vide Hypanis.

Hipparis, Iporus Ptolemæo, *Camarina*, teſte Fazello, nomine ab urbe quam alluit accepto, fluvius Siciliæ, per oram auſtralem fluens.

Hippi, *Capo di Sorta*, teſte Marmolio, promontorium Africæ, ad Syrtim magnam, apud Villam Philæni, in Cyrenaicæ confinio.

Hippi, inſulæ 4. parvæ, velut ſcopuli, Ioniæ apud Erythras urbem adjacentes.

Hippici, montes Sarmatiæ Aſianæ, Tauri montis portio, *Mazariſci* incolis Mercatori.

Hippius, mons Phrygiæ minoris, apud Ilium.

Hippo, quæ et Vibo, Hipponium Straboni, cui et Vibo Valentia, Vion Valentia Ptolomæo, Vibon, et Valentia Stephano, *Monte Leone*, teſte Barrio, cum aliis, colonia et urbs Brutiorum, in Calabria ulteriore, apud ſinum Hipponiatem, inter Conſentiam 38. et Rhegium 50. mill. paſs. Nigro eſt *Bivona*, oppidulum in ora ſinus propinquum, quod Hippo vetus dici poteſt, & *Monte Leone*, Hippo nova, vel Hipponium novum, in colle vicino exſtructum; olim urbs episcopalis ſub Archiepiſcopo Rhugino, ſede epiſcopali Militum urbem proximam ad 5. mill. paſſ. translata.

¶ Hippo, nunc *Monte Leone*, urbs eſt in colle, 4. milliaribus ab ora maris Tyrrhæni & ſinus Hipponiatis; paucisque nunc conſtat incolis. Ejus navale Bevona dicebatur, uti et hodie. Sed non poteſt dici Hippo vetus. 20. milliaribus diſtat à mari Jonio in occaſum.

Hippocrene, fons Bœotiæ, apud Heliconem montem, qui et Caballinus apud Perſium dicitur, haud procul à Thebis. De quo plura apud Plinium, & Solinum. Ovidius libro 5. faſt.

Dicite, quæ fontes Aganippides Hippocrenes.

Sic dictus, quòd ab ungula Pegaſi equi productus traditur.

Hippocura, urbs Indiæ citerioris maritima, que *Onor*, urbs regia, ſub Luſitanis, in ora, inter Sintacorum et Cory promont.

¶ Hippocura aliis ex conjectura eſt *Liſpor*, oppidum munitum Indiæ cis Gangem, in regno Decani et in tractu *Balagate*, in mediterraneis, 70. leucis Hiſpanicis ab ora littorali maris Indici in ortum, versùs ſinum Gangeticum 60. tantùm.

Hippola, teſte Pauſania, urbs fuit Laconica, mari proxima, olim, ob portus commoditatem, mercimonio pollens, unde ortum adagium, *Non navigamus ad Hippolaitas*, in eos qui parvos mercando quæſtus faciunt, ſeu in pauperes mercatores.

¶ Hippola urbs fuit Peloponneſi, in Laconia, in ora littorali ſinus Meſſeniaci, et ad radices Taygeti montis 12. milliaribus à Tænario promontorio in occaſum. Jam diruta erat tempore Pauſaniæ.

Hippomolgi, populi Thraciæ, teſte Theodoreto: ſed, teſte Euſtathio, Sarmatiæ Europææ, qui et Galactophagi dicuntur.

Hippon Regius cognomine, *Bona*, urbs Africæ maritima, olim epiſcopalis, cui Divus Auguſtinus Epiſcopus præfuit, inter Aphrodiſium coloniam et Tabracam, à Carthagine 228. mill. paſſ. in occidentem, à Cirtha 94. in Boream et Cæciam, à Tabraca ſupra 100. in occaſum, Cullu versùs 76. hodie quoque non obſcura. Ejus meminit Silius libro 3.

Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippon.

¶ Hippon ſeu Hipporegius, Gallis *Bone*, etiamnum urbs eſt munita, cum ſinu parvo cognomine et portu capaci, in ora regni Conſtantinæ; ſicque ſub dominio Regum Algerii. Parva eſt et malè culta, arcem habens in colle; et ab Africanis *Bened el Vgneb* dicitur, teſte Marmolio.

Hippon quoque Diarrhytos cognomine, altera ejuſdem oræ urbs, inter Tabracam ad occaſum et Uticam ad ortum, inde 60. hinc 36. milll. paſſ. ab Hippone Regio ad 1600. in ortum, quæ à nonnullis *Biſerta* nunc dici putatur, ab Utica in occaſum 36. mill. paſſ. diſtans. Hæc Vaga à Silio dici videtur in priùs citato verſu.

¶ Hippon Diarrhytos urbs fuit Africæ, nunc caſtrum regni Tunetani, in Africa et in ora maris Mediterranei, cum portu percommodo; quod à quibuſdam *Biſerta vecchia* dicitur, ab aliis autem *Razamilara*, in ora inter Uticam ſeu Biſertam ad ortum, et Tabracam ad occaſum; paucisque conſtat incolis.

Hipponiates ſinus, qui et Napitinus, et Terinæus Plinio et Thucydidi dicitur, ſinus Brutiorum, in Calabria inter citeriorem et ulteriorem intercedens, ſic ab Hipponio urbe dictus, vulgò *Golfo di S. Euſemia*. Appellatur etiam Vibonenſis à Plinio. *Strab.* *Ptol.*

Hipponium, promontorium Brutiorum, ad Hipponiatem ſinum, & apud Hipponium urbem, de qua vide Hippo. *Salobron*, teſte Barrio. De urbe Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon: *Lycop*

* *Hipponidaque domos regis, Temeſeſque metalla.*

(* alii codices habent *Hippotadæque*, Æolum intelligentes.)

¶ Hipponon, Ægypti urbs Antonino, quæ fortè Hippon in libro Notitiarum.

Hippopodes, populi ſeptentrionales, ſic dicti, quòd pedes habeant equinos, ut Solinus fabulatur, inſulas quaſdam incolentes. De quibus & Plinius lib. 4. cap. 13. *Mel.* *Sol.*

¶ Hipporeæ, populi Æthiopiæ, ſub Ægypto, apud Plinium. *Ant.*

Hipporum, *Felo*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabria ulteriore, ab Altano 10. mill. paſſ. diſtans apud Scunnum, ſeu Roſarnum oppidum.

Hippos, Hippon Plinio, urbs fuit Cœleſyriæ, apud Dion, epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, haud procul à lacu Geneſara. *Ptol.*

Hippuris, inſula una Cycladum. Vide Anaphe, cui eadem eſt. *Plin* *Mel.*

¶ Hippuriſcum, Cariæ inſula, teſte Stephano. *Hom.*

Hira oppidum fuit Peloponneſi, Pylo proximum. Eſt & mons Meſſeniæ Stephano et Suidæ.

Hirminius, et Hirminium, fluvius Siciliæ, in oram fluens auſtralem, qui *Mauli*, ac etiam *Raguſe*, (ab oppido quod alluit) teſte Fazello, dicitur. *Plin.*

¶ Hirminius, fluvius Siciliæ. Ab anonymo non imperito vocatur *Maguni*, teſte Ortelio. *Strab.*

Hirpini, *Principato ultra*, teſte Leandro, populi et regio Italiæ, in regno Neapolitano, inter Samnites; quorum caput eſt et metropolis Beneventum; ceteræ urbes, Compſa, Abellinum, Frequentum, aliæque plures recentes. Horum meminit Silius libro 8. *Plin.* *& al.*

Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes. *Cec.*

Hirpinum, ſive Irpinum, (utroque enim modo ſcribitur) oppidum, Hirpinorum, quod poſteà Harpadium appellatum fuit, nunc *Arpaja* vel *Harpaja* exciſum, teſte Volaterrano cum Blondo, in monte, apud Abellam oppidum, apudque Caudinam vallem.

¶ Hirri populi Germaniæ, qui Cluverio teſte, habitabant ubi nunc Ducatus Livoniæ. Aliis autem videtur habitaſſe ubi Hilandia hodiè, in Finlandia provincia Sveciæ. Horum tantùm Plinius meminit.

Hirtha, quaſi Hirchia, inſula Scotiæ, una Hebridum, extrema, in Boream vergens, ſic ab hircorum copia magnitudine dicta, à Scotia versùs Thulen recedens. *Script.* *Scot.*

Hiſara, fluvius Vindelitiæ et Galliæ Narbonenſis. Vide Iſara.

Hiſarci, ſive Hiſarſi, ut habent alii codices, populi Inſubriæ Alpini, quorum pagus adhuc *Iſarſo* & *Arciſate* pagus alius vicinus, nominatur, teſte Caſtilionæo, & Merula. *Plin.*

Hiſpalis, Iſpalis Ptolemæo, Hiſpal Silio, quæ et colonia Romulenſi Plinio, *Sevilla*, et Italis *Siviglia*, Anglis *Sevil*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ archiepiſcopalis, et caput Vandaliæ, ad Bætim fluvium, urbs ampliſſima, et emporium celebre, inter Cordubam ad Boream 22. et Gades ad meridiem 19. leuc. à Granato 36. in occaſum, Ulyſſiponem versùs 63. à Toleto Hiſpaniæ totius umbilico 72. in auſtrum, anno ſalutis 1248. à Ferdinando Rege, Mauris ejectis, unà cum Cæſariana & Aſſidonia recuperata. Ab Hercule Libyco, Gerionibus victis, condita fertur. Ejus meminit Silius lib. 3. *Plin.*

Et celebre oceano, atque alternis æſtibus Hispal.

Hic accademia ampla, et totius Vandalitiæ conventus juridicus.

¶ Hiſpalis, *Seville* Gallis. 20. leucis Hiſpanicis diſtat à Corduba in occaſum, & 55. tantùm ab Ulyſſipone in Eurum, uti totidem à Toleto versùs auſtrum, 16. autem ab ora Oceani. Caſtrum habet antiquum, ſedetque in regione feraci: & in adverſa ripa fluvii Bœtis habet ſuburbium amplum, *Triana* dictum.

¶ Hiſpalis Aura, *Sevilla dell'Oro*, urbs nova Americæ ſeptentrionalis, in parte Boreali inſulæ Jamaicæ, in ſinu Mexicano, cum portu, ſub dominio Anglorum à paucis annis, cùm antea ſubeſſet Hiſpanis; eſtque ſatis parva et malè culta.

Hiſpania, & Hiſpaniæ numero plurali, apud Poetas *Cic.*

Caſ. & al. omni.

tas Heſperia ultima, provincia Europæ ampliſſima & notiſſima, Galliæ contigua, ab ea Pyrenæis montibus ſeparata, & in auſtrum recedens, à tribus lateribus Oceano & mari Mediterraneo inſtar peninſulæ circumflua; nam Oceanus ad Boream, ad occaſum et ad meridiem, Meriditerraneum etiam ad meridiem et ad ortum illam adluunt. Cujus peninſulæ iſthmus eſt Pyrene mons, 80. leucis Hiſpanicis inter duo maria inter occaſum & ortum excurrens; *Spagna* Italis, *Spain* Anglis, *Eſpagne* Gallis. Ea apud veteres primùm in duas Hiſpanias, citeriorem & ulteriorem, Ibero fluvio diviſas; poſteà in tres, Tarraconenſem, Bæticam, et Luſitaniam, partita: quarum quælibet plures continet regiones; ſed maxima Tarraconenſis, quæ reliquas ſimul acceptas magnitudine ſuperat. Olim ſub uno Rege Gothis imperantibus fuit, poſteà à Mauris occupata, multis paruit Regibus, & à Chriſtianis récuperata, 4. habuit Reges, Legionis, ſeu Caſtellæ, Navarræum, Aragonium, et Portugalliæ. Noſtra ætate rurſus ad monarchiam ſub uno Rege Philippo II. rediit. Corio bovino figura ſimilis, ac quadrilatera parem fermè latitudinem longitudini habet, 800. mill. paſſ. Sed apud Strabonem longa 6000. ſtadiis, lata 5. legitur. Populi Hiſpani. Hinc Hiſpanus, et Hiſpanius nomen gentis. Claudianus libro 2. in Rufinum:

Cuncta ſibi: regit Italiam, Libyenque coercet.
Hiſpanis Galliſque jubet.

Ovidius libro 16. Faſt.

Fecit, & Hiſpanam ſanguine tinxit humum.

§ Hiſpania pars eſt Europæ percelebris, vulgò *Eſpaña* dicta ab incolis. Antea ſub Philippo ſecundo Rege ad unam Monarchiam redierat poſt obitum Henrici Regis Portugalliæ. Sed ſub Philippo quarto iterum Portugallia ab ea avulſa eſt ab anno 1640. et regnum ſeparatum facit ſub proprio Principe. Tota Hiſpania nunc dividitur in quatuordecim partes quæ poſteà reducuntur ad tres coronas ſeu tria regna. Caſtellæ et Aragoniæ regna cum ſuis appendicibus, & pertinentiis ſubſunt Regi Catholico, Portugallia autem cum Algarbia parent proprio Regi è gente Brigantina. Partes Hiſpaniæ ſub corona Caſtellæ ſunt Caſtella vetus, *Caſtilla la vieja*, Caſtella nova ſeu regnum Toletanum, *Caſtilla la nueva*, Vandalitia, *Andaluzia*, Granata, *Granada*, Murcia, *Murcia*, regnum Legionenſe, *regno de Leon*; quibus adjunguntur Aſturiæ, *las Aſturias*, et Extremadura, *l'Eſtremadura*, Galæcia, *Galizia*, et Navarra, *Navarra*, quibus adjungitur Biſcaja, *Biſcala*. Sub corona Portugalliæ ſunt Portugallia, *Portugal*, et Algarbia, *Algarve*. Sub corona autem Aragoniæ ſunt Aragonia, *Aragon*, Catalonia, *Cataluna*, Valentia, *Valencia*, et Majorica, Minorica, et Ebuſus, *Mallorca*. Antea etiam ex hac pendebat Comitatus Ruſcinonenſis; ſed à paucis annis ab ea revulſus, Galliæ acceſſit, à qua alias disjunctus fuerat, cùm ſit pars Galliæ Narbonenſis.

Hiſpaniæ Regis dominio ſubſunt etiam extra Hiſpaniam regnum Neapolitanum, in Italia *la Royaume de Naples*, uti regnum Siciliæ, *la Sicile*, et inſula Sardinia, *la Sardaigne*: Hæc autem pendent à corona Aragoniæ.

Hiſpaniæ Regi ſubſunt etiam extra Hiſpaniam, uti Regi Caſtellæ, pars auſtralis Belgii, ubi partes provinciarum Flandriæ, *la Flandre*, Brabantiæ, *Brabant*, Hannoniæ, *Haynaut*, Luxemburgenſis *Luxembourg*, Limburgi, *Limbourg*, Namurcenſis, *Namur*, & munita pars Gueldriæ, *Gueldres*, et Arteſiæ, *Artois*. Subſunt etiam Comitatus Burgundiæ, *le Franche Comtè*, Ducatus Mediolanenſis, *le Duchè de Milan*, Marchionatus Finalii, *le Marquiſat de Final*, in ora Liguſtica, Status præſidii, ubi Orbatellum, *Orbetello & ſes annexes*, in Hetruria, uti etiam cuſtodia Plumbini, *Piombino*, et Portus longus, *Porto longone*, in Ilva inſula; uti in Africa, urbes ſeu oppida Septa, *Ceuta*, Oranum, *Oran* Portus magnus, *Marſalquivir* et Rupes Velia, *Penon de Velez*, et inſulæ Canariæ, *les Canaries*: In Aſia autem Philippinæ inſulæ, *les Philippines*, ex parte tantùm.

Hiſpaniæ Regi ſubeſt etiam major pars Americæ, nempè hæ regiones, nova Hiſpania cum annexis provinciis, *la nouvelle Eſpagne*, Florida ex parte, *partie de la Floride*, et inſulæ Cuba, *Cuba*, Hiſpaniola, *Hiſpaniola* ſeu S. Domingue, et S. Joannis Portus divitis, *S. Ivan de Puerto ricco*, cum adjacentibus, Terra firma latè ſumpta, *la Terre ferme*; in America meridionali, cum annexis, regnum Popagyani, *le Popayan*, novum regnum Granatenſe, *nouveau Royaume de Grenade*, Peruvia, *le Perou*, regnum Chiles, *le Chili*, ex parte, & Paraguaja, *le Paraguay*, cum provinciis adjacentibus.

Hiſpaniæ pars eſt etiam regnum Portugalliæ, proprio parens Regi, cui ſubſunt Portugallia & Algarbia, in Hiſpania; extra Hiſpaniam autem ejus dominio ſubſunt Braſilia, regio Americæ meridionalis, *le Brezil*, inſulæ Azores ſeu Tertiariæ, *les Azores*, Madera, *l'isle de Madere*, & inſulæ Capitis Viridis, *les isles du Cap Vert*, in Oceano Atlantico, úti aliquot arces in regno Congi, & in ora Zanguebaris, in Africa, cum aliquo tractu Malabariæ, in India intra Gangem, ubi etiam plurimæ arces. Sed de his fuſiùs in voce Portugalliæ.

Vrbes Hiſpaniæ Tarraconenſis hujus temporis:

* Abula, *Avila*, Caſtiliæ veteris.
Albaracinum. Vide Lobetum.
Alcaratium, *Alcaraz*, (Caſtellæ novæ.)
Alone, *Alicante*, Valentiæ.
Aſturica, *Aſtorga*, Aſturiæ. (*Aliis eſt regni Legionis.*)
Auguſta Bracarum. Vide Bracara.
Auria, ſive Aurienſis, *Orenſen*, Galliciæ.
Auſa, & Auſona. Vide Vicus.
Balagurium, *Balaguer*, Catalauniæ.
Barbaſtrum, olim Burtina. *Balbaſtro*, Aragoniæ.
Barchino, ſeu Barcino, *Barcelona*, Catalauniæ.
Belſinum, *Boria*, Aragoniæ.
Bigerra, *Vilena*, Caſtiliæ novæ.
Bilbilis, *Calatayud*, Aragoniæ.
Bracara, ſeu Bracara, *Braga*, Portugalliæ.
Brigantia, *Braganza*, Portugalliæ.
* Burgi, olim Masburgi, *Burgos*, Caſtiliæ veteris.
* Cæſarauguſta, *Saragoza*, Aragoniæ.
Calagurris, ſeu Calagurrium, *Calahorra*, Caſtiliæ veteris.
Caronium, *Corunna*, Galliciæ.
Cartago nova, *Cartagena*, Murciæ.
Celſona, *Solſona*, Catalauniæ.
Civitas Regalis, *Ciudad Real*, Caſtiliæ novæ.
Complutum, *Alcala de Henares*, Caſtiliæ novæ.
Compoſtellum, olim Janaſum, *S. Iago*, Galliciæ. (*Aliis omnibus eſt* Compoſtella.)
Concha, *Cuenca*, Caſtiliæ novæ.
Concia. Vide Miranda.
Cyntilia, *Chinchilla*, Caſtilæ novæ.
Daroca, *Daroca*, Aragoniæ.
Dertuſa, *Tortoſa*, Cataluniæ.
Dominicopolis, *S. Domingo de la Calzada*, Caſtiliæ vetetis.
Eliocrata, *Lorca*, Murciæ.
(Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtien*, Guipuſcoæ.)
* Flaviobriga, *Bermeo* vel *Bilbao*, Biſcajæ.
* Flavionavia, *S. Ander*, Aſturiæ. (*Aliis eſt Biſcaja.*)
Flavium Brigantium, *Betanzos*, Galliciæ.
(Fons Rapidus, *Fuenterabia*, Guipuſcoæ.)
Gerunda, *Girona*, Catalauniæ.
Iaca, *Iacca*, Aragoniæ.
Ilerda, *Lerida*, Catalauniæ. (*Aliis* Lleyda.)
Ituriſſa, *Toloſa*, Guipuſcoæ, vel *Sangueſa*, Navarræ.
Iuliobriga, *Logronno*, Caſtiliæ veteris.
* Legio, *Leon*, Legionenſis regni.
Lobetum, poſteà Albaracinum, *Albaracin*, Aragoniæ.
Lucus, *Lugo*, Galliciæ.
Lucus Aſturum, nunc Ovetum propè ædificatum. Vide ibi.
* Madritum, *Madrid*, Caſtiliæ novæ. (*Vrbs regia.*)
Majorica. Vide Palma.
Methymna campeſtris, *Medina del campo*, Caſtiliæ veteris.
Mindon, *Mondonnedo*, Galliciæ.
Minoriſſa, *Manreſa*, Catalauniæ.
Miranda, olim Concia, *Miranda*, Portugalliæ.
Murgis & Murcia, *Murcia*, regni cognominis.
(Nagara, *Najara*, Caſtiliæ veteris.)
Opta, *Huertes*, Caſtiliæ novæ, (*caſtrum tantùm.*)
Orcelis, Oriola poſtea, *Oribuela*, Murciæ.

Or-

Orgella. Vide Urgella.
Oſca, *Hueſca*, Aragoniæ.
Ovetum, *Oviedo*, Aſturiæ.
Oxoma. Vide Uxama.
Palentia, olim Palantia, *Palentia*, Legionenſis regni.
* Palma, poſteà Majorica, *Mallorca*, inſulæ cognominis.
Placentia, *Placencia*, Caſtiliæ veteris. (*Eſt in Extremadura; eratque aliàs in Luſitania.*)
* Pompelon, *Pamplona*, Navarræ.
(Rhoda, *Roſes*, Catalauniæ.)
Rodericopolis, *Ciudad Rodrigo*, Caſtiliæ veteris.
Eſt regni Legionis; eratque aliàs in Luſitania.)
* Salmantica, *Salamanca*, Caſtiliæ veteris. (*Eſt regni Legionenſis; eratque aliàs in Luſitania.*)
Sarabis. Vide Taurum.
Secontia. Vide Seguntia.
Segobia, *Segovia*, Caſtiliæ veteris.
Segorbia, *Segorve*, Valentiæ.
Seguntia, quæ & Saguntia, & Secontia, ac Segontia, *Siguenza*, Caſtiliæ novæ.
Sentica. Vide Zamora.
Setabis, *Xativa*, Valentiæ.
Stella, *Eſtella*, Navarræ.
Tarraco, *Tarragona*, Catalauniæ.
Taurum, olim Sarabis, *Toro*, Caſtiliæ veteris. (*Eſt regni Legionenſis.*)
Tiariulia, quæ & Terulium, ac Turulium, *Tervel*, Aragoniæ.
* Toletum, *Toledo*, Caſtiliæ novæ.
Tude, *Tuy*, Galliciæ.
Turiaſo, *Tarazona*, Aragoniæ.
Tutela, *Tudela*, Navarræ.
* Valentia, *Valencia*, regni cognominis.
Valliſoletum, *Valladolid*, Caſtiliæ veteris.
Vergi, *Vera*, Granatenſis regni.
Vicus, olim Auſa, vel prope, *Vich*, Catalauniæ.
Urgella, *Vrgel*, Catalauniæ.
Uxama, *Oſma*, Caſtiliæ veteris.
Zamora, olim Sentica, *Zamora*, regni Legionenſis.

Vrbes Hiſpaniæ Bæticæ hujus temporis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi.

Acci, *Guadix*, Granatenſis regni.
Alcala Regalis, *Alcala Real*, ejuſdem.
Almeria, olim Portus magnus, *Almeria*, ejuſdem.
Anticaria. Vide Singylia.
Arcenſis colonia, *Arcos*, Andaluziæ.
Artigi, *Alhama*, Granatenſis regni.
Arunda, *Ronda*, ejuſdem.
Aſindon & Aſſidonia, *Medina Sidonia*, Andaluziæ.
* Aſtigi, *Ecya*, ejuſdem.
Barbeſula, *Marbella*, regni Granatenſis.
Baſti, *Baza*, ejuſdem.
Biatia, *Baeza*, Andaluziæ.
* Cæſariana, *Xeres de la Frontiera*, Andaluziæ.
Calpe, *Gibraltar*, ejuſdem.
* Corduba, *Cordova*, ejuſdem.
Eliberis nova (vetus enim interiit.) Vide Granatum.
Fanum Fidei, *Santa Fe*, regni Granatenſis.
Fanum Luciferi, *S. Lucar de Barameda*, Andaluziæ.
Gades & Gadira, *Cadiz*, ejuſdem.
Giennium, *Iaen*, ejuſdem.
* Granatum, *Granada*, regni cognominis.
* Hiſpalis, *Sevilla*, Andaluziæ.
Illiturgis nova, *Anduiar*, ejuſdem.
Loxa, *Loxa*, Granatenſis regni.
Magnus Portus. Vide Almeria.
* Malaca, *Malaga*, regni Granatenſis.
Menoba, *Bezmiliana*, ejuſdem. (*Eſt tantùm caſtrum.*)
Orſona. Vide Urſo.
Oſca, *Hueſcar*, ejuſdem, vel Caſtillæ novæ. (*Eſt regni Granatenſis.*)
Sexi, *Velez Malaga*, ejuſdem. (*Eſt regni Granatenſis.*)
Singylia, quæ & Anticaria, *Antequera*, Andaluziæ. (*Eſt regni Granatenſis.*)

Ubeda, *Vbeda*, Andaluziæ.
Urſo, quæ & Genua Urbanorum, *Oſſuna*, ejuſdem.

Vrbes Hiſpaniæ Luſitanicæ, quarum aliquæ ſunt extra Portugaliam.

Ægita nova, ſive Igedita. Vide Guardia.
Amæa, poſtea Portus Alacris. Vide ibi.
Balſa, *Tavila*, Algarbiæ.
Cauria & Caurium, *Coria*, Extremaduræ (Caſtellanæ.)
(Cœtobrix, ſeu Setubalia, *Setvval*, Portugalliæ.)
* Cornibrica, & Conimbrica, *Coimbra*, Portugalliæ.
* Ebora, *Evora*, ejuſdem.
Emerita, *Merida*, Extremaduræ (Caſtellanæ.)
Guardia, ſeu Guarda, *Guarda*, Portugalliæ.
Helvæ, ſive Helviæ, *Elvas*, ejuſdem.
Irenopolis, olim Scalabis, & epiſcopalis, *Santaren*, ejuſdem.
Julia Myrtilis. Vide Myrtilis.
Lacobrica, *Lagos*, Algarbiæ.
Lamacum, *Lamego*, Portugalliæ.
Lancia, poſtea Viſeum. Vide ibi.
Leria, ſeu Leiria, pro Colippone, *Leira*, Portugalliæ.
Myrtilis, *Mertola*, ejuſdem. (*Caſtrum eſt.*)
(Norba Cæſarea, *Alcantara*, Extremaduræ Caſtellanæ.)
(Oliventia, *Olivenza*, Portugalliæ.)
* Olyſſipo, *Lisbona & Lisboa*, ejuſdem: (*Portugalliæ regia.*)
Oſſonaba nova. Vide Sylva.
* Pax Auguſti, *Badaiox*, Extremaduræ (Caſtellanæ.)
Pax Julia, *Beia*, Portugalliæ.
Pharus, *Faro*, Algarbiæ.
Portus Alacris, olim Amæa, *Portalegre*, Portugalliæ.
* Portus Calenſis, *Porto*, (unde nomen regno Portugalliæ) ejuſdem.
Rodericopolis, extra Portugalliam, in Caſtella veteri, ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, *Ciudad Rodrigo*, (Eſt in regno Legionenſi.)
Sylva, ſeu Sylvæ, *Silves*, Algarbiæ.
Turris Julia, olim Caſtra Julia, & Julium præſidium, *Trugillo*, Extremaduræ (Caſtellanæ.)
Viſeum, olim Lancia, *Viſeo*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, Portugalliæ.
Xera, *Xeres de Badajox*, Extremaduræ Caſtellanæ.

Regiones Hiſpaniæ extremæ.

Catalonia, (*Catalunna.*)
Aragonia, (*Aragon.*)
Navarra, (*Navarra.*)
Guipuſcoa, (*Guipuſcoa.*)
Biſcaja, (*Viſcaja.*)
Aſturia, (*las Aſturias.*)
Gallæcia, (*Galizia.*)
Portugallia, (*Portugal.*)
Algarbia, (*Algarve.*)
Vandalitia, (*Andaluzia.*)
Granata, (*Granada.*)
Murcia, (*Murcia.*)
Valentia, (*Valencia.*)

Interiores.

Extremadura, (*Extremadura.*)
Caſtella nova, (*Caſtilla nueva.*
Caſtella vetus, (*Caſtilla vieja.*)
Legionenſe regnum, (*Reyno de Leon.*)
De Hiſpania Claudianus de libro Syrenæ ſic:

Quid dignum memorare tuis, Hiſpania, terris
Vox humana valet?

¶ Hiſpania nova, *nueva Eſpanna*, Gallis *nouvelle Eſpagne*, regio præcipua Americæ ſeptentrionalis, & aliàs regnum fuit ampliſſimum. Vide nova Hiſpania.

¶ Hiſpaniola, *Hiſpaniola* inſula perampla Americæ ſeptentrionalis, *Ayti* dicta ab incolis. A Chriſtophoro Columbo detecta fuit anno 1492. & poſteà ab Hiſpanis dicta & exculta. Dicitur etiamnum, & ſæpius à Gallis, Anglis & Batavis, *S. Domingue*, à Dominicopoli ejus primaria. Sita eſt in mari Boreali; habetque ad occaſum Cubam & Iamaicam inſulas, ad Boream Lucajas inſulas,

& ad ortum Antillas & inſulam S.Jaonnis de Portu divite. Ejus longitudo eſt 140. leucarum Hiſpanicarum ab ortu in occaſum; latitudo autem eſt 48. Subeſt partim dominio Hiſpanorum, qui in ea plures habent colonias, uti etiam Galli in parte occidentali inſulæ versùs Cubam inſulam. Dominicopolis, urbs ipſius primaria, ſedet in parte auſtrali inſulæ. Aliàs tota inſula diviſa fuit in quatuordecim provincias. Ejus urbes ultra Dominicopolim ſunt Conceptio de Vega, *la Conception*, Zeibum, *Zeibo*, Fanum S. Jacobi, *Sant Iago*, Portus Argenteus, *Puerto de la Plata*, Azua ſeu Compoſtella, *Compoſtella*, & mons Chriſti, *monte Chriſto*.

Plin. Hiſpanum mare, quod & Ibericum Ptolemæo & aliis, ac Balearicum dicitur, Mare Mediterraneum, quod Hiſpaniæ latus orientale partemque Auſtralis adluit.

Plin. Hiſpellum, Iſpellum Straboni, Iſpelum Ptolemæo, Hiſpella colonia in veteri inſcriptione marmorea, *Spelle* & *Spello*, urbs Umbriæ olim epiſcopalis nunc oppidum amplum in colle, apud Fulginium, inde 3. mill. paſſ. in occaſum Peruſiam versùs, ubi theatrum, & alia antiquæ illius magnitudinis exſtant veſtigia. De eo Silius libro 8.

Hiſpellum & duro monti per ſaxa recumbens
Narnia.

(* Ισχολον eſt in manuſcripto Seldeni.)

¶ Hiſpellum, nunc *Spello*, caſtrum eſt Umbriæ, in ditione Pontificia. 3. milliaribus diſtat à Fulginio in Circium Aſſiſium versùs. Dictum fuit aliàs Colonia Iulia Hiſpella, ut in inſcriptione antiqua in Goltzii Theſauro.

Plin. Hiſtonium, Iſtonium Ptolemæo, Hiſconium in veteri inſcriptione, *il Vaſto, & il Guaſto d' Aimone*, colonia & urbs olim, nunc oppidum præclarum apud oram Frentanorum, ad Trinium fluvium, inter Anayamum urbem ad occaſum & Thermulas, inde 18. hinc 10. mill. paſſ. quot ab Ortona. Marchionem habent antiquum.

Ptol. Hiſtria, Iſtria Plinio, Straboni, Melæ, & aliis, regio Italiæ extrema, Illyrico ad ortum confinis, Arſia fluvio diviſa, in mare velut peninſula inter Carnos ad occaſum & Liburniam ad ortum excurrens, à Norico montibus diviſa ad Arctos, longa 122. lata 40. mill. paſſ. ex Plinio Populi Iſtri Plinio, *Iſtria* etiam vulgò Italis, & *Hyſtereych* Germanis. Venetis paret. De Hiſtris Lucanus libro 4.

Detegit orta dies ſtantes in rupibus Hiſtros.

¶ Hiſtria, quæ & Iſtria, Gallis *l' Iſt-ie*, pars fuit Galliæ Tranſpadanæ, in Italia. Nunc ſubeſt dominio Reipublicæ Venetæ, exceptis aliquot locis, quæ parent Imperatori, uti Archiduci Auſtriæ. Ejus longitudo eſt 60. milliarium circiter, latitudo autem 40. ab ortu in occaſum. Vide Iſtria.

Hitus, Comagenæ oppidum, inter Catamanam & Niſum, teſte Simlero.

Seu. Aur. Fl.Vopiſc. Hiulca, palus Pannoniæ inferioris, in Hungaria, apud Cibalim urbem, quam Probus Imperator circa Sirmium ſiccari juſſit, teſte Flavio Vopiſco. *Polina* hodie dicitur.

¶ Hodanum, *Houdan*, urbecula Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ & in Belſia, ad Vegram amnem, 12. leucis à Lutetia in occaſum Drocum versùs, à quo 4. leucis diſtat, in tractu feraci.

Prov. Rom. Hola, urbs Thulæ inſulæ, in Oceano Caledonio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lundenſi, cum tota inſula noſtra tempeſtate Regi Daniæ parens, cùm priùs Norvegiæ ſubeſſet.

¶ Hola, *Halar* incolis, urbs eſt epiſcopalis Iſlandiæ inſulæ, in parte Boreali inſulæ & in ora littorali, prope ſinum *Skagafiord* dictum. Subeſt dominio Regis Daniæ tanquam Regi Norvegiæ, eſtque parvi circuitus.

¶ Holachius, *Hohenloe*, ſeu etiam *Holach*, tractus Germaniæ, in Svecia regione. Dicitur Comitatus Holachienſis, eſtque in Ottonia ſylva, inter Franconiam propriam & Ducatum Wirtembergenſem, ſub proprio Comite. Ibi *Oringen*, oppidum primarium.

¶ Hollandia, *la Hollande*, Hiſpanis & Italis *Olanda*, una ex ſemptemdecim provinciis Germaniæ inferioris, cum titulo Comitatus, ſub dominio Statuum Provinciarum unitarum Belgii, qui ab ea perſæpe dicuntur Status Hollandiæ, *les Eſtats d' Hollande*. Provincia eſt ampla, mirè rigua, & fertilis. Clauditur ab occidente mari Germanico, uti à ſeptentrione mari Auſtrino, quod habet ad orientem, & dominium Ultrajectinum, & ad meridiem Zelandiam & Brabantiam ex parte.

Hollandia in plures partes dividitur, quæ peculiaria nomina ſortiuntur, ut Kennemariam, Waterlandiam, Amſtelandiam, Goelandiam, Vornanas inſulas, Schielandiam, Delflandiam, quæ & Maſelandia, Rhenolandiam ac ſimiles. Sed maximè communis & alicujus uſus diviſio eſt in Auſtralem Hollandiam, *Sud Hollande*, ubi aliàs Batavi populi, & in Septentrionalem, *Nort Hollande*, quæ & WeſtFriſia dicitur. Eam pluribus deſcripſit Ludovicus Guicciardinus. Ab Hollandia provincia Belgium unitum vulgò dicitur *la Hollande* apud exteros: Et ſub Hollandia, ſeu, & meliùs, ſub Belgio unito, ſunt etiam Comitatus Zelandiæ, *la Zelande*, Comitatus Zutphaniæ, *le Compté de Zutphen*, dominium Ultrajecti, *la Seigneurie d' Utrecht*, Tranſiſalania, *l' Over Iſſel*, Friſia occidentalis, *la Friſe*, dominium Groningæ, *la Seigneurie de Groningue*, & Gueldria inferior, *la baſſe Gueldre*, uti etiam pars Borealis Brabantiæ Ducatus, minuta pars Flandriæ, Trajectum ad Moſam, *Maeſtricht*, aliquot loca Ducatus Limburgi & Cliviæ, Rhenoberga, *Rhinberg*, in ditione Colonienſi, & Embda, *Embden*, in Friſia orientali.

Hollandorum etiam ſeu Statuum Belgii uniti dominio ſubſunt in Africa Mina & aliquot fortalitia in ora Guineæ regionis & Nigritarum; in America ſeptentrionali novum Belgium, *le nouveau Pais-Bas*; & aliquot inſulæ Antillæ, uti & Curaſca in ora Venezuelæ; in Aſia autem eis ſubſunt Malaca, *Malaca*, in India extra Gangem, Batavia, *Batavia*, in Iava inſula, inſulæ Moluccæ propriæ in mari Indico pro majori parte, uti inſulæ Amboina & Banda in eodem tractu aliquot arces in ora ſinus Bengalæ, Columbum, *Colombo* arx Taprobanæ inſulæ, & Cocinum, *Cochin*, Cananora, *Cananor*, & aliquot portus in ora Indiæ intra Gangem.

Urbes Hollandiæ præcipuæ:

Alcmaria, Alcmaer.
Amſtelodamum, Amſterdam.
Briela, Briel.
Delphi, Delpht.
Dordracum, Dordrecht *ſeu* Dort.
Enchuſa, Enchuyſen.
Gertrudenberga, Gertruydenberg.
Gouda, Goude.
Haga Comitis s' Gravenhage *ſeu* la Haye.
Harlemum, Harlem.
Horna, Hoorne.
Lugdunum Batavorum, Leyden.
Roterodamum, Rotterdam.

¶ Hollandia nova, *novvelle Hodlande*, regio Americæ ſeptentrionalis, ab Hollandis antea inhabitata & culta. Vide Nova Hollandia.

¶ Hollandia nova *nievv Hollandt* Belgis; *nouvelle Hollande* Gallis, regio perampla terræ auſtralis, recens detecta ab Hollandis, nempe anno 1644. & ab ipſis nomen ſortita. Sedet ad auſtrum novæ Guineæ & inſularum Moluccarum, in Oceano Indico. Sed vix detecta eſt versùs oram littoralem. Ejus partes ſunt terra Concordiæ & terra Petri Nuitii in parte occidentali illius regionis.

Holmi, Olmi Plinio, urbs Ciliciæ aſperæ, quæ & Seleucia; quò Holmienſes tranſlati ſunt, teſte Strabone, qui ab Antiochia Piſidiæ 115. mill. paſſ. in ortum diſtabant. Xenop. Strab.

¶ Holmi, ſeu Seleucia Hormia, urbs fuit parva Ciliciæ aſperæ, in ora maris Cilicii, & ad oſtia Calycadri fluvii; diſtabatque 20. milliaribus à Corycio in occaſum.

Holmia, *Stockolm*, ſeu *Stockholm*, urbs Scandinaviæ, regia Sveciæ, intra ſtagna (ut Venetiæ in Italia) exſtructa, cum arce firmiſſima. Sax. Cran.

¶ Holmia, *Stockholm*, urbs eſt ampla & caput regni Sveciæ, Uplandia provincia, ad fauces lacus Meleri, in confinio Sudermaniæ, cum arce & palatio planè regio. Sed non eſt intra ſtagna, ut Venetiæ. 8. leucis Svecicis diſtat ab Upſalia in auſtrum, & 5. ab ora maris Baltici in occaſum. Sed 80. milliaribus Germanicis diſtat à Gedano in Boream; & à Rhutenis Stecolna dicitur.

¶ Hol-

¶ Holſatiæ Ducatus, *Holſtein* incolis, *Holſace* Gallis, *Holſatia* Hiſpanis & Italis, provincia eſt Germaniæ, in Saxonia inferiori, nuncque in Daniæ regno comprehenſa, cùm partim Regi Daniæ ſubjaceat, & partim Duci Holſatiæ Sleſvicenſi. Terminatur à ſeptentrione Ducatu Sleſvicenſi ſeu Jutia meridionali, ab occaſu mari Germanico, ab ortu mari Baltico & Ducatu Lavemburgenſi, à meridie autem Ducatu Bremenſi & Ducatu Luneburgenſi, à quibus ſeparatur Albi fluvio. Dividitur autem in quatuor partes, nempè in Ditmarſiam, *Dithmarſen*, Holſatiam propriam, *Holſtein*, Stormariam, *Stormaren*, & Wagriam, *Wageren*. Ejus urbes præcipuæ ſunt Lubeca, *Lubeek*, & Hamburgum, *Hambourg*, quæ Imperiales ſunt, ſeu liberæ, & Hanzeaticæ. Regi Daniæ ſubſunt Glucſtadium, Krempa, Brunsbutela, Meldorpium, Rensburgum, Pinneberga, cum toto Comitatu, Segeberga, & alia loca minoris notæ. Duci autem Holſatiæ Sleſvicenſi parent Chilonium, Lunda, Heyda, Oldenburgum, Bordesholmia, & alia oppidula.

Holſatiæ urbes:

Brunsbutela, Brunsbuttel, *in Dithmarſia*.
Chilonium, Kell, *in Holſatia propria*.
Crempa, Krempen, *in Stormaria*.
Glucſtadium, Gluckſtadt, *in Stormaria*.
Hamburgum, Hambourg, *in Stormaria*.
Itzehoa, Itzehoe, *in Holſatia propria*.
Lubeca, Lubeck, *in Vagria*.
Lunda, Lunden, *in Dithmarſia*.
Meldorpium, Meldorp, *in Dithmarſia*.
Oldenburgum, Oldenborg, *in Vagria*.
Oldesloa, Oldesloe, *in Vagria*.
Pinneberga, Pinnenberg, *in Stormaria*.
Plona, Ploen, *in Vagria*.
Rensburgum, Rensborg, *in Holſatia*.

Homelea, *Humble*, teſte Ortelio, fluvius Albionis, in ora Angliæ auſtrali contra Vectim inſulam in mare influens.

Homeritæ, *Regno di Aden* Caſtaldo ex tab. Geographicis, populi & regio Arabiæ felicis in ora ad ortum, extra fauces ſinus Arabici. Quorum regia Arabiæ emporium.

Homile, Homolium Plinio, Straboni, Livio, oppidum Magneſiæ, in Theſſalia, in Macedoniæ confinio, *Lamina*, teſte Moletio, dictum, quod aliis Lamia eſſe videtur, non Homile.

Homole, mons Theſſaliæ excelſus, Othry monti vicinus, centaurorum ſedes, ubi Homolium erat, teſte Plinio, Omole Straboni, Homolus Stephano, Omolium Livio, mons & Pelii pars, cujus incolæ Homoles Euripidi dicuntur. De quo Virgilius lib. 7. Æneidos:

Deſcendunt centauri, Homolen Othrynque nivalem
Linquentes.

Thebis Phthioticis propinquus imminet. Hinc Homolais, Statius lib. 7. Thebaid.

Sphynge: per ingentes Homolaidas exeat Aemon.

Homolium apud Plinium oppidum eſt Magneſiæ. Vide Homole.

Homona, Homonada Tacito, oppidum fuit Iſauriæ, in Pamphylia, Selgæ finitimum. Populi Homonadenſes.

¶ Honamia, *Honam*, provincia eſt Borealis regni Sinarum, inter provincias Chuquamum ad meridiem & Scianſium ad ſeptentrionem. Urbem primariam habet cognominem, *Honam Fu* dictam. Dividitur autem in duas partes fluvio *Caramoran* dicto. Aliæ ejus urbes præcipuæ ſunt Naniamum, *Nanian Fu*, Gianianum, *Gianian Fu*, Gininum, *Ginin Fu*, Chaiſunum, *Chaiſun Fu*, Huquanum, *Huquan Fu*, Ciantea, *Ciante Fu*, & Quaichinum, *Quaichin Fu*, teſte Martino Martinio.

¶ Hondura, *Honduras*, provincia ampla novæ Hiſpaniæ, in America ſeptentrionali, juxta mare Boreale & ſinum Honduræ dictum, inter ipſam & Jucataniam. Habet ad occaſum Guatimalam, & ad auſtrum Nicaraguam provincias. Subeſt dominio Hiſpanorum. Ejus longitudo eſt 200. leucarum circiter ab ortu in occaſum, latitudo verò 100. ferè leucarum; eſtque ſub Præfectura Guatimalæ. Ejus primaria urbs eſt Valliſoletum, *Valladolid*, incolis *Commajagua*, epiſcopalis ab anno 1558. Aliæ urbes ſunt Gratia Dei, *Gracias à Dios*, Fanum S. Petri, *San Pedro*, Fanum S. Joannis portus Equorum, *S. Ivan de puerto de Cavalles*, Trugillum, *Trugilho*, & Fanum S. Georgii, *S. Jorge de Olancho*.

¶ Honduræ ſinus, *Golfo de Honduras*, pars maris Borealis, in America, inter Honduram provinciam ad meridiem, & Jucataniam ad Boream; eſtque plurimis inſulis refertus: & ejus intimus receſſus ad occaſum dicitur *Golfo de Guanajos*.

¶ Honflorium, ſeu Honflevius, *Honfleur*, urbs Galliæ, in Normannia provincia, in ora littorali maris Britannici, & ad æſtuarium Sequanæ, ex adverſo Harflevii, à quo diſtat 3. leucis in auſtrum, & quatuor à Portu Gratiæ.

Honorias, regio Aſiæ, pars Ponti; in qua Heraclea, *Lib.*
Tium, Claudiopolis, Cratia, & Hadrianopolis urbes, *Not.*
Volli ſive *Bolli* hodie ex tabulis recentibus.

¶ Honoſca, urbs maritima Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Iberum fluvium & Carthaginem novam, teſte Livio: nunc fortè *Villa Joyoſa*, ut credit Ortelius.

Hoplias, qui & Hoplites, & Homantos, fluvius *Plut.*
Bœotiæ, juxta Coroneam urbem in Phliarum fluvium influens.

Hor, mons Arabiæ petreæ, in finibus Edom. *Bibl.*
Vide Or.

Horatii Flacci villa, *S. Giovanni in Campo Oratio*, *Vict.*
teſte Blondo, locus erat propè urbem Romam.

Horbatii, populi Illyrici, in Norici confinio: quorum *Scrip.*
regio *Crabaten* ſeu *Krabaten*, Latino recenti Corbavia, *Germ.*
teſte Lazio, dicitur.

Horchianus vicus, *Vitorchiano*, & *Vicorchiano*, oppidum ſeu caſtrum Hetruriæ, inter Viterbium & Polymar- *Tab.*
tium, inde 8. hinc 4. mill. paſſ. diſtans, ſic ab Horchia *Vet.*
Dea ibi culta.

¶ Horchanus vicus, *Vitorchiano*, nunc caſtrum eſt provinciæ Patrimonii Divi Petri, vix 6. milliaribus à Viterbio in Cæciam, & totidem à Tiberi fluvio in auſtrum; ſubeſtque dominio Summi Pontificis.

Hordacha, fluvius Thuringiæ, in Germania, *Herdach*: *Fort.*
cujus meminit Venantius Fortunatus.

Hordonienſes, populi Apuliæ Dauniæ, quorum urbs *Plin.*
Hordonia, aliis Herdonia & Erdonia, exciſa. Vide Erdonia.

Horeb, mons Arabiæ petreæ. Vide Oreb.

Horeſti, populi Britanniæ 2. ſeu Scotiæ, quorum re- *Bibl.*
gio *Mernia*, & *Anguſia*, vel *Anguis*, teſte Hectore Boe- *Tac.*
tho, juxta oram ortivam, ubi Duncheldinum urbs, Deidonum oppidum & Brechina urbs, Camdeno verò eſt *Eskedale*. Sed Boetho indigenæ credimus. (De iiſdem iterum.) Horeſti ultra Taum fluvium ſiti ſunt: quorum nunc regio *Anguſia* dicitur; in qua Brechinum, *Brechin*, urbs epiſcopalis, & Orrea, olim regia, nunc oppidum, *Forfair*. Ibi etiam oppidum Alectum, poſteà Deidonum dictum vulgò *Dondèe*.

Horiſius, fluvius Phrygiæ minoris, juxta Troadem *Plin.*
urbem fluens.

Horma, *Coria* Moletio, (quo argumento neſcio) op- *Pto'.*
pidum Macedoniæ, Albanopoli finitimum.

Hormiæ. Vide Formiæ.

Horminius, mons Bithyniæ. Vide Hyppius, & Or- *Strab.*
menius. *Pto'.*

¶ Horna, *Horne*, oppidum Belgii, in Gueldria ſuperiori, vix una leuca à Moſa fluvio, cum caſtro lepido Comitis proprii, à quo regio adjacens dicitur Comitatus Hornenſis, *le Comtè d'Horne*. Una leuca diſtat à Ruremunda in occaſum, 6. à Trajecto ad Moſam in ſeptentrionem, ſub dominio Hiſpanorum.

Horna, *Hoorne*, urbs munita Belgii uniti, in Comitatu Hollandiæ, cum portu capaci in ora maris Auſtrini; eſtque emporium celebre, 4. leucis ab Alcmaria in ortum, & 6. ab Amſtelodamo in ſeptentrionem, 3. autem ab Enchuſa in occaſum.

¶ Hornanum caput, *Cap de Horne*, Gallis, *Hoorne Caep* Belgis, promontorium Americæ meridionalis, in terra Ignium. Vide Caput Hornanum.

Horta, oppidum agri Novarienſis, apud lacum Hortanum, (aliis Verbani pars eſt) à Novaria 24. mill. paſſ. cujus meminit Paulus Diaconus.

¶ Horta, *Orta*, oppidulum eſt agri Novarienſis, in Ducatu Mediolanenſi, cum lacu parvo cognomine. 5. milliaribus diſtat ab Arona, & totidem à lacu Verbano in occaſum, 7. autem à confinio Pedemontii.

Hortatum, Orta Paulo Diacono, *Horti* & *Orta*, *Plin.*
urbs Hetruriæ, in Faliſcis, apud Tiberim fluvium, ex adverſo Ocriculi, ab eo 4. mill. paſſ. diſtans in occaſum, à Faliſca 4. in Boream, à Viterbio 14. in ortum, epiſco-

epiſcopatus Feſcenniæ epiſcopatui, unde 9. mill. abeſt, junctus eſt.

¶ Hortanum, *Orta*, urbs aliàs Hetruriæ, nunc oppidum provinciæ Patrimonii S. Petri, in colle, propè Tiberim fluvium, ubi recipit Neram amnem. Subeſt dominio Summi Pontificis, & deficit in dies.

Hoſtia (Vide Oſtia) urbs Latii, ad oſtia Tiberina, prorsùs exciſa.

Hoſtilia, *Hoſtia*, producta 2. ſyllaba, oppidum amplum Venetiæ, ad Padum, in agro Mantuano, inter Mantuam 30. & Ferrariam 20. mill. paſſ. contra Reverum oppidum, in altera Padi ripa.

Hoſtilia etiamnum *Oſtiglia* dicitur; eſtque oppidulum medium inter Mantuam ad occaſum & Ferrariam ad ortum, hinc 33. hinc 25. milliaribus diſtans.

Hoſtunium, *Hoſtuni*, urbs Salentinorum, in terra Hydruntina, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Brundiſino, inde 15. mill. paſſ. diſtans, à Monopoli 20. à Celio 8.

¶ Hoſtunium, *Oſtuni*, urbs eſt parva Regni Neapolitani, in provincia Hydruntina, 2. milliaribus ab ora maris Adriatici, inter Brundusium ad ortum & Monopolim ad occaſum.

¶ Hoya, *Hoye*, urbs Germaniæ, in Weſtphalia, ad Viſurgim fluvium, regiunculæ adjacentis dictæ Comitatus Hoyenſis caput, ſub dominio Ducis Brunſvicenſis. 2. leucis diſtat à Ferda in auſtrum, & 3. à Neoburgo in Boream.

¶ Hoya, *Hoy*, inſula Oceani Caledonii & Orcadum meridionalior versùs Piticum fretum. Vix 3. milliaribus diſtat à Mainlandia inſula Orcadum præcipua in auſtrum. Per 8. milliaria in longum porrigitur, & in latum per quinque, ſuntque in ea montes excelſi.

¶ Hradium Reginæ, *Koningſgretz Germanis*, *Kralovvihrades* Bohemis, urbs Bohemiæ, ad Albim ſita, & recens Epiſcopatu decorata ab Alexandro VII. Pontifice Maximo. Dicitur etiam Reginogradecium. Vide ibi.

¶ Hudſonii ſinus, *Hudſon Bay* Anglis, *Golfe de Hudſon* Gallis, ſinus peramplus Americæ ſeptentrionalis versùs Terras Arcticas, ab Henrico Hudſonio detectus anno 1612. Maximè in auſtrum tendit versùs Novam Franciam.

¶ Hudſonium Fretum, *deſtroit de Hudſon* Gallis, *ſtrait of Hudſon* Anglis Fretum, Americæ Septentrionalis oblongum & ſatis latum, ab Henrico Hudſonio Anglo detectum anno 1612. & ab ipſo ſic dictum, inter terras Arcticas ad Boream, & Eſtotilandiam ad auſtrum.

¶ Huduvicſuvaldum, *Hudwicſwaldt*, Helſingiæ urbs, in Svecia, ad Bothnicum ſinum, in littore, versùs Medelpadiam provinciam.

¶ Huena, *Ween*, inſula parva maris Baltici in Sundico freto, *Oreſund*, media inter Scaniam & Zelandiam inſulam. Pendet à Selandia, & ideo ſubeſt Regi Daniæ. Ibi arx Uraniburgus excitata fuit à Tychone Brahe Mathematico percelebri ſub Chriſtiano IV. Rege.

Tac. Hujonum, vel Juhonum, ut alii codices habent, *Hoye*, oppidum præclarum Belgii, ad Moſam fluvium, in finibus Eburonum, medium inter Leodium & Namurcum, 5. leucis utrinque diſtans.

¶ Hujonum, *Hoey* incolis, *Huy* Gallis, oppidum eſt Leondienſis ditionis. Dicitur aliter Huum & Huyum. Vide ibi.

¶ Hullum, *Hull*, antea Petuaria, urbs probè munita Angliæ, in Eboracenſi provincia, ad Abi fluvii oſtia, ubi recipit Hullum amnem. Armamentarium habet inſtructiſſimum: & prima contra Carolum primum Regem rebellavit hiſce ultimis montibus Angliæ.

Hulſtum, *Hulſt*, urbs eſt parva, ſed probè munita Belgii, in comitatu Flandriæ, & Vaſiæ tractus caput. Capta fuit ab Hollandis anno 1645. ipſiſque etiamnum ſubeſt. Diſtat 4. leucis ab Antuerpia in occaſum, una cum dimidia ab Axela in ortum, & 4. à Gandavo in Cæciam.

¶ Huma ſive Uma, *Uma*, oppidum Sveciæ, ad oſtium fluvii cognominis; in Bothnia occidentali, & propè ſinum Bothnicum. Hinc tractus adjacens dicitur *Uma Lapmark*; eſtque pars Lapponiæ Svecicæ.

¶ Humana, *Humana rovinata*, urbs fuit Italiæ, in Piceno, cujus nunc tantùm ſuperſunt rudera, in ora maris Adriatici, vix 6. milliaribus à Laureto in Boream Anconam versùs.

Hungaria, *Ongaria*, provincia Europæ, Pannoniam cis Danubium, & Jazyges trans Danubium complectens, regnum amplum, inter Auſtriam, Stiriam, & Moraviam ad occaſum, Serviam ad ortum, Illyricum ad meridiem, Poloniamque ad Septentriones contentum: cujus maxima pars à Turcis occupatur; Rege, qui ex familia Auſtriaca eſt, Jaurinum, Poſſonium, Veſprinium, Tirnaviam, Nytriam, Caſſoviam, Vadinum, ex urbibus poſſidente. In ea Buda regia, metropoles 2. Strigonium & Colocia, epiſcopatus 8.

¶ Hungaria regnum eſt Europæ ſatis amplum, quod vulgò indigenis *Magiar* dicitur, *Wegierska* Slavis, *Hungerland* Germanis, *Hongrie* Gallis, *Ongaria* Hiſpanis & Italis. Habet à Septentrione Poloniam ſuperiorem & Ruſſiam nigram, ab Oriente Tranſylvaniam, ab occidente Moraviam, Auſtriam, & Stiriam, & à Meridie Croatiam, Boſniam, & Serviam, à quibus ſeparatur Savo fluvio, uti à Polonia Carpatho monte. Olim numerabantur in Hungaria 37. Comitatus ſeu provinciæ, qui poſteà ad 54. contracti ſunt. Illius Reges eliguntur in Dietis regni. Sed à centum quinquaginta annis maxima ejus pars ſubeſt dominio Turcarum, nempe pars quæ magis ad auſtrum tendit, cum Buda regni primaria; minor verò portio ad Boream ſubeſt dominio Regis, qui in præſentia eſt Imperator: ſed urbes Hungariæ ſuperioris versùs fontes Tibiſci & Poloniam gubernantur à Magiſtratibus eodem modo ferè quo civitates liberæ Germaniæ. De urbibus Hungariæ Præcipuis vide in voce Pannonia.

Comitatus ſeu provinciæ Hungariæ:

Abanvivarienſis, d'Abanvivar, *ſub Auſtriacis*.
Albenſis, d'Ekekes Feyervar, *ſub Turcis*.
Arvenſis, d'Arva, *ſub Auſtriacis*.
Barſienſis de Bars, *ſub Turcis*.
Barzodienſis, de Barzod, *ſub Auſtriacis*.
Bathienſis, de Bath, *ſub Turcis*.
Biborienſis, de Debreczin, *ſub Turcis*.
Biſtricienſis, de Biſtricz, *ſub Auſtriacis*.
Bodrogenſis, de Bodrogh, *ſub Turcis*.
Caſtriferrenſis, de Sarvvar, *ſub Auſtriacis*.
Cepuſienſis, de Czepuſs, *ſub Auſtriacis*.
Chonadienſis, de Chonad, *ſub Turcis*.
Comarienſis, de Komara, *ſub Auſtriacis*.
Gevinarienſis, de Gevvinar, *ſub Auſtriacis*.
Hewesenſis, de Hevvecz, *ſub Turcis*.
Hontenſis, de Sag, *ſub Turcis*.
Iavarinenſis, de Gevver, *ſub Auſtriacis*.
Liptovienſis, de Lypcze, *ſub Auſtriacis*.
Moramaruſienſis, de Moramaruſs, *ſub Auſtriacis*.
Muſonienſis, de Muzon, *ſub Auſtriacis*.
Nitrienſis, de Neytracht, *ſub Auſtriacis*.
Novigradienſis, de Novigrad, *ſub Turcis*.
Orodienſis, Czongrad, *ſub Turcis*.
Pelyſienſis, Pelicz, *ſub Turcis*.
Peregienſis, de Peretzaz, *ſub Auſtriacis*.
Peſtenſis, de Peſt, *ſub Turcis*.
Poſegienſis, de Poſega, *ſub Turcis*.
Poſonienſis, de Poſon, *ſub Auſtriacis*.
Riſienſis, de Kreiſs, *ſub Auſtriacis*.
Sagorienſis, de Sellia, *ſub Turcis*.
Saladienſis, de Salavvar, *ſub Turcis*.
Sarienſis, de Saraz, *ſub Auſtriacis*.
Semlynienſis, de Semlyn, *ſub Auſtriacis*.
Sigetenſis, de Szygeth, *ſub Turcis*.
Simigenſis, de Zegzard, *ſub Turcis*.
Sirmienſis, de Szerem, *ſub Turcis*.
Sopronienſis, de Sopron, *ſub Auſtriacis*.
Strigonienſis, de Gran, *ſub Turcis*.
Temeſvenſis, de Temeſvar, *ſub Turcis*.
Tolnenſis, de Tolna, *ſub Turcis*.
Torantalienſis, de Thurtur, *ſub Turcis*.
Tornenſis, de Torna, *ſub Auſtriacis*.
Tranſchinienſis, de Tranſchyn, *ſub Auſtriacis*.
Turocenſis, de Ovvar, *ſub Auſtriacis*.
Valkonienſis, de Valpon, *ſub Turcis*.
Varadienſis, de Varadin, *ſub Auſtriacis*.
Varanienſis, de Baranyuar, *ſub Turcis*.
Veſprimienſis, de Veſprim, *ſub Auſtriacis*.

Ugo-

Vgoghenſis, de Ugoza, *ſub Auſtriacis*.
Vnghenſis, de Unghvvar, *ſub Auſtriacis*.
Zabolcenſis, de Chege, *ſub Turcis*.
Zagrabienſis, de Zagrabia, *ſub Auſtriacis*.
Zatmarienſis, de Zatmar, *ſub Auſtriacis*.
Zolnocenſis, de Zolnock, *ſub Turcis*.

Ex his Comitatibus ſeu partibus Hungariæ viginti ſex tantùm ſubſunt Turcis, reliqui omnes Auſtriacum agnoſcunt dominium. Sed Comitatus ditionis Turcicæ multò majores ſunt & ampliores aliis. Notandum eſt etiam majorem partem Comitatus Cepuſienſis cum 12. oppidis eſſe ſub dominio Regis Poloniæ à 200. annis. Aliàs unà cum Hungaria parebant etiam Regi Hungariæ Tranſſylvania, quæ ab ea ſeparata fuit à Joanne Rege anno 1541. habetque Principem proprium; Valachia , nunc proprio Principi parens ſub clientela Turcarum, uti etiam Moldavia; Sclavonia propriè dicta, cujus maxima pars ſubeſt nunc domino Turcarum, minor verò ad occaſum Imperatori paret; Croatia, cujus pars eſt Turcici juris ad ortum, & Auſtriaci ad occaſum; Dalmatia, quæ pro majori parte ſubeſt Turcis, exceptis aliquot urbibus in ora littorali, quæ Venetis ſubſunt, & quas eis vendiderant Reges Hungariæ. Servia quoque , & Boſſena Hungariæ Reges agnovere dominos antequam jugum Ottomanicum reciperent. Nunc Hungariæ regnum complectitur tantùm Hungariam propriam cum Sclavonia & Croatia ; dividiturque in ſuperiorem & inferiorem Danubio fluvio. Hungaria inferior ſeu Cis. Danubiana eſt inter Danubium & Savum versùs meridiem & occaſum, Hungaria autem ſuperior ſeu Trans- Danubiana eſt inter Danubium fluvium & Tranſſylvaniam Poloniamque versùs ortum & Boream. In ea autem quatuor Comitatus versùs Carpathem montem & Tibiſcum fluvium ſubſunt Principi Tranſſylvaniæ, in clientela tamen Auſtriacorum. Hungariæ verò Auſtriacæ caput eſt Poſonium, *Presburg*, in ſuperiori; & Hungaria propria extenditur ab ortu in occaſum ad 65. milliaria Germanica, & à ſeptentrione in meridiem ad 60. milliaria ſimilia.

ar. Hunni, qui & Huni, & Abares ſive Avares, teſte *Dia,* Paulo Diacono, dicuntur, populi Sarmatiæ, juxta Mæoticam paludem olim incolentes, unde egreſſi, in Pannonias primùm, (quibus Hungariæ nomen ab his inditum traditur) deinde in Gallias migrarunt. De quibus Claudianus libro 1. in Rufinum:

Hunnorum laturus olim, &c.
Eſt gentis extremos Scythiæ vergentis in ortus
Trans gelidum Tanaim.

Prudentius libro 2. contra Sym.

Denique Romanus, Daca, Sarmata, Vadalus, Hunnus.

¶ Hunni, populi aliàs circa Mœotidem paludem inhabitantes, poſteà in Pannonias migrarunt. Eorum pars, Attila Duce, in Gallias venit; ſed cum ibi grandi clade affecti fuiſſent in Catalonicis campis à Merovo Francorum Rege & Ætio Romanorum Duce, in Pannonias redire coacti ſunt.

Hunnum, *Seaven-ſhale*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Northumbria, ab Hunnis, ut videtur, nomen habens.

¶ Huntingtonia, ſeu Hontingtonia, *Huntington*, urbs Angliæ ad Uſam fluvium, media inter Bedfordiam ad occaſum & Eliam ad ortum, 10. milliaribus à Cantabrigia in Caurum. Ab ea regio adjacens dicitur *Huntingtonshire*, Comitatus Huntingtonienſis.

¶ Huquania, *Huquan*, provincia ampla regni Sinarum, quæ etiam Chuquania dicitur à quibuſdam, *Chuquam*. Habet à ſeptentrione Honaniam provinciam, uti a meridie Chiamſiam, Quianſiam ad ortum, & Suchienam ad occaſum: Ejus autem præcipua urbs eſt Uchanum, *Vchang Fu*.

¶ Huquanum, *Huquan*, urbs ampla regni Sinarum in Honamia provincia, versùs confinia Pechinæ provinciæ, teſte martino Martinio.

ulog. Hurdaſpalenſe cœnobium, *Vrdax*, teſte Morali, monaſterium cum pago apud Bajonam urbem, in Hiſpaniæ Aquitaniæque confinio, intra Pyrenæos montes.

¶ Hurdaſpalenſe cœnobium, *Vrdax* & *Vrdache*, eſt in regno Navarræ, intra Pyrenæos montes, vix una leuca à confinio Galliæ, & 5. *à* Bajona in meridiem.

ibl. Hus, urbs parva in Auſitide regione, in Syriæ Arabiæque confinio, *Omps*, teſte Thoma Minadojo, patria Job.

¶ Huſenum, ſeu Huſumum, *Huſum*, urbs Daniæ, in parte occidentali Holſatiæ, in ora maris Cimbrici, ad ſinum Heverum, cum arce præclara Ducum. 5. leucis diſtat à Sleſvico in occaſum, & 2. à Fridericopoli in Boream. Probè munita fuit à paucis annis.

¶ Huum, *Huy*, oppidum Germaniæ inferioris, ad Moſam fluvium, in Leodienſi ditione, medium inter Leodium ad ortum & Namurcum ad occaſum; fuitque ſæpe everſum, cum caſtro in monte, 5. leucis à Leodio. Dicituraliter Huyum, ſeu Hujonum.

Huya inſula eſt parva Oceani, cum cænobio olim præclaro, à littore Scotio orientali parum diſtans, à Bervico urbe paulò ſupra 6. mill. paſſ. recedens, ab Edimburgo ad 45.

¶ Huya inſula quid ſit non conſtat, niſi forſan ſit *Holy Iland*, ſeu inſula Sacra, littori Angliæ & Northumbriæ provinciæ ferè adjacens . 6. milliaribus à Bervico & à confinio Scotiæ in auſtrum Bamburgum versùs.

Hyadetæ, *Heyſſant*, inſulæ maris Britannici, ante Gobæum promontorium Galliæ Celticæ, in Britannia minore, à Foro & Conguſto oppidis maritimis 4. leucis in occaſum diſtantes. *Strab.*

¶ Hyadetæ inſulæ in ora Britanniæ minoris quæ ſint, non conſtat. *Heyſſant* enim ſeu *Oveſſant* eſt Uxantos, prope Gobæum promontorium, leucis à Conqueſto & Fano S. Matthæi. Forſan meliùs eſſet Siadæ inſulæ, quæ, Camdeno teſte, ſunt *les ſept Isles*, ſeptem Inſulæ dictæ, in ora Boreali Britanniæ minoris, versùs Trecorium.

Hyæa urbs fuit Locrorum Ozolorum in Græcia, apud Stephanum. Hujus etiam meminit Thucydides.

¶ Hyala urbs Indiæ intra Gangem, ad Indi fluminis oſtium, teſte Diodoro.

Hyampolis, *Jampoli* in tabulis recentibus, quæ & Anemoria Straboni, oppidum Phocidis, in Bœotiæ confinio, Chæroneæ & Coroniæ finitimum: ubi Hyampolus vertex montis apud Parnaſſum, à Plutarcho memoratus. Meminit Hyampolis Statius lib. 7. Thebai. *Strab. Ptol. & al.*

Et valles Lebadea tuas, & Hyampolim acri
Subnixam ſcopulo.

Altera Hyampolis in Bœotia apud Orchomenum à Ptolemæo deſcribitur, niſi eadem ſit priori in Phocidis & Bœotiæ confinio.

Hybla minor, oppidum Siciliæ exciſum, inter Catinam & Centuripas, ubi nunc *Judica*, locus, teſte Fazello, & ipſe dirutus, in monte, Centuripis propior. Aliis eſt *Mellili* vel *Melilli*, à Megara urbe exciſa apud Auguſtam 4. mill. paſſ. diſtans. Imò aliis eſt Megara ipſa, quæ, teſte Thucydide, Hybra priùs, & Megara poſteà dicta eſt. Mellis copia memorabilis. *Tuch. Diod. Ptol.*

¶ Hybla minor, quæ & Heræa aliis, eſt *Raguſa*, oppidum Siciliæ, in valle Neætina, 15. milliaribus diſſitum ab ora maris Africi, teſte Brietio.

Hybla major, *Avola*, teſte Erythæo, oppidum Siciliæ apud Neetum, inter illud & Raguſiam oppidum. *Pauſ. Tuch.*

Hybla major, teſte Brietio, nunc eſt *Paterno*, oppidum Siciliæ, ad radices montis Æthnæ, prope Simethum fluvium, 10. milliaribus à Centuripe ad ortum, & 17. à Catania in occaſum.

Hybla parva, oppidum Siciliæ exſtinctum, in finibus Gelenſium, inter Claromontem & Buterium oppida, non longè à Buterio. Populi Hyblæi Thucydidi, Hyblinſes Plinio. Martialis lib. 13. epiſtola 102. *Steph.*

Cum dederis Siculos mediis è collibus Hyblæ
Cecropios dicas tu licet eſſe favos.

Ovidius lib. 5. de triſtitia:

Et careat dulci Trinacris Hybla thymo.

¶ Hybla parva, quæ & Megara, urbs fuit Siciliæ in ora orientali. Ejus rudera viſuntur ad oſtia Allabi fluvii, inter Auguſtam ad Boream & Syracuſas ad auſtrum, teſte Brietio: quanquam alii credant eam fuiſſe ubi nunc vicus *Mirilli* in illo tractu, ſed à mari tantiſper remotus.

Hyccara, *Carbolongi* & *Garbolangi*, ſeu *Carini*, teſte Fazello, urbs Siciliæ, olim epiſcopalis, à Sicanis condita, ſed everſa, ubi nunc Carinum oppidum, quod ſub Divo Gregorio Magno ſedem epiſcopalem habuit, inter Panormum & Elymam, à Panormo 12. mill. paſſ. diſtans. Vetus autem Hyccara nunc *Muro Carini* nominatur apud Carinum. *Plut. Diod.*

Hyccarum, oppidum Siciliæ, quod *Bicari* ſeu *Vicari* *Steph.*

cari eſſe videtur, inter Panormum & Agrigentum, à Thermis Himerenſibus 24. mill. paſſ. (Habet Stephanus & Hyccaram & Hyccarum, oppidum Siciliæ, verùm priùs ait eſſe patriam Laidis.)

¶ Hydæ, Lydiæ urbs, in Aſia minori, circa Tmolum montem Straboni & Stephano : forſan eadem cum Sardibus.

Strab. Plin. Q. Cu. Hydaſpes, fluvius Aſiæ geminus : unus per Suſianam apud Suſam urbem fluens delicatiſſimus; de quo Virgilius libro 4. Georgicorum:

Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes.

Alter Indiæ, terminus itineris Alexandri Magni cum Aſiam ſubjugaret, in Indum influens apud Nyiam urbem: cujus incolæ Hydaſpii à Trogo appellantur. De illo Lucanus libro 3.

Qua rupidus Ganges & qua Nyſæus Hydaſpes.

¶ Hydaſpes, fluvius Indiæ citerioris, nunc *Rovvey* dicitur, ut quidam credunt. Lahorium urbem illius tractus primariam rigat, & deinde in Indum fluvium labitur.

Ptol. Hydia, *Cadra* Fazello, oppidum Siciliæ exciſum, in finibus Leontinorum, ubi adhuc turris ſic dicta. Aliis eſt *Franco fonte*, caſtrum à Paliconia 11. mill. paſſ. Licodiam verſùs diſtans. Nigro *Fontana murata* dicitur.

Hydra, inſula Africæ, in mari Mediterraneo, circa Carthaginem.

Strab. Ptol. Hydra, promontorium Æolidis, inter Myrinam & Phocæam urbes. Fuit etiam oppidum hujus nominis Ætoliæ, teſte Strabone, & apud Poetas monſtrum, hoc eſt, ſerpens 7. conſtans capitibus, vel 50. ut ipſi fabulantur; quorum uno reſciſſo, duo pullulabant, ab Hercule ad Lernæam paludem in Argia regione interfectum: unde & Lerna de paludis nomine dictum eſt. De quo Virgilius libro 6. Æneidos:

Quiquaginta atris immanis hiatibus Hydra.

Nicet. Hydralis, *Belgrado*, teſte Gyllio, fluviolus apud Byzantium in Barbyſem influens.

¶ Hydruntina terra, *Terra di Otranto*, provincia eſt regni Neapolitani, ferè in modum peninſulæ extenſa ad ortum, inter ſinum Tarentinum & mare Adriaticum, ubi aliàs Salentina & Japigia. Ejus primaria fuit Hydruntum, nunc autem Alotium: & in ea etiamnum plurimi Græci commorantur in parte auſtrali.

Terra Hydruntina urbes :

Aletium, Lecce, *provincia caput*.
Alexanum, Aleſſano.
Brunduſium, Brindiſi.
Caſtellaneta, Caſtellaneta.
Caſtrum, Caſtro.
Gallipolis, Gallipoli.
Hoſtunium, Oſtuni.
Hydruntum, Otranto.
Mateola, Matera.
Neritum, Nardo.
Tarentum, Taranto.
Vria, Oria.

Hydruntum, Hydrus Straboni & Ptolemæo, *Otranto*, urbs Salentinorum, archiepiſcopalis, olim major & primaria, ex qua ipſa Salentinorum regio *Terra d'Otranto* nominatur, in ora extrema, à Brundiſio 50. mili. paſſ. in ortum Dyrrachium verſùs, à quo mari 170. mill. abeſt, à Japygio prom. 19. in Boream : ubi mons & fluvius ejuſdem nominis. Mons verò, qui Hydrus dicitur, urbi imminens, *Capo d'Otranto* nominatur, ſicuti & fluvius Hydrus appellatur. De urbe Lucanus libro 5.

Et cunctas revocare rates, quas avius Hydrus,
Antiquuſque Taras.

¶ Hydruntum, *Otranto* incolis, *Otrante* Gallis, urbs eſt permunita regni Neapolitani, à qua provincia adjacens terra Hydruntina dicta fuit, in ora maris Adriatici, cum caſtro & portu capaci, ſub dominio Hiſpanorum cum toto tractu. Aliàs expugnata fuit à Turcis & miſerè devaſtata anno 1480. Sed poſtea fortiter recepta fuit à Chriſtianis. Diſtat 45. milliaribus à Brunduſio in auſtrum, 20. ab Aletio etiam in auſtrum, & 24. à Gallipoli in ortum.

Hydraſſa, inſula maris Ægæi. Vide Andros, & Cea.

Strab. Plin. Plin. Hyela, *Bonifacio*, ſeu *Bonfatti*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabriæ citerioris ora, inter Blandam 2. & Lampetiam ad ortum 10. mill. paſs. Hyela quoque Straboni urbs Lucaniæ maritima, exciſa. Vide Velia.

Hygris, *Sabardi*, teſte Villanovano, *Tabardi* Moletio, oppidum Sarmatiæ Europææ; in ora maris Euxini, ſeu Mæotidis, inter oſtia Tanais & Gerri fluminum. *Ptol.*

Hyla, Hylas Solino, Capellæ, & aliis, fluvius Myſiæ Aſianæ, Pruſiadem, ſive Pruſam urbem alluens, ubi fons & lacus, ab Hyla puero ibi ſubmerſo dictus. De quo Virgilius libro 3. Georgicorum: *Plin.*

Cui non dictus Hylas puer, aut Latonia Delos?

Hyla quoque, & Ila, inſula Scotiæ ad occaſum adjacens, una Ebudarum, Novanto promontorio una cum Mula, Cumbra, & Ihona proxima, ab Hibernia 30. mill. in Boream diſtans. *Script. Scot.*

¶ Hyla, ſeu Ila, Y*le*, Inſula eſt Scotiæ ferè rotunda, ad auſtrum Juræ inſulæ, circuitu 45. milliarium Scoticorum circiter; vixque 14. milliaribus diſtat à Scotia & à Cantira provincia in occaſum, 20. autem à parte Boreali Hiberniæ. In ea ſunt tantùm aliquot caſtra cum oppido *Kilcholmkil* dicto. Scribitur etiam Ila inſula, & 25. milliaribus diſtat à Mula inſula in auſtrum, & 48. à Novanto promontorio in Circium.

Hylea, ſive Hylæa, regio parva Sarmatiæ, in Aſia, ad oram maris Euxini, cujus meminit Valerius Flaccus libro 6. Argonaut. *Herod. Plin.*

Movit & Hylea ſupplex cum gente Syenen.

¶ Hylæa regio eſt Scythiæ Europææ, ſeu parvæ Scythiæ in qua Georgi ſeu Agricolæ Scythæ, verſùs Boriſthenem fluvium & Nomades, ſeu Pecuarii Scythæ verſùs Pontum Euxinum & ſinum Carcinitem, teſte Sanſone.

Hylias, *Trionto*, teſte Barrio, fluvius magnæ Græciæ inter fines Thuriorum & Crotoniatarum fluens, à Roſciano 12. mill. paſs. oſtio Chrimiſsani verſùs diſtans. *Thuc.*

¶ Hylias, fluvius magnæ Græciæ, quid ſit nunc non conſtat. *Trionto* enim fluvius Calabriæ citerioris eſt Tracis antiquorum, teſte Brietio.

¶ Hyllaicus portus fuit Græciæ, in Peloponneſo, juxta Meſſenem, teſte Herodoto.

Hyllis, *Capo Olm*, *Capo Ciſta*, teſte Nigro, promontorium Liburniæ, in ora maris Hadriatici, in illud inſtar peninſulæ porrectum; quod & promontorium Diomedis Plinio dicitur: (aliis *Sabion* cum Sabioncello oppido) circuitu 100. mill. paſſ. inter Phariam ad occaſum & Melitam ad ortum proximas inſulas, Corcyræ nigræ finitimum : ſed non Liburniæ ut ſcribit Ortelius, at Dalmatiæ promontorium eſt. Hylli populi Stephano. *Plin.*

¶ Hyllis, peninſula Illyrici, adjacens regioni Bulinorum, circuitus 30. mill. paſſ. nunc *Sabioncello* dicitur, nulla in ea civitatum veſtigia, ſed tantùm rudera Prætorii maritimi ab Antonino & Peutingero memorati, in portu Hyllico Apollonii, nunc *Mirara*, vel S. *Arcangelo*, teſte Joanne Lucio. Extenditur autem hæc peninſula ab ortu in occaſum, eſtque in Dalmatia, inter Phariam ad Boream, Melitam ad auſtrum, & Corcyram nigram ad occaſum; ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ.

Hyllus, fluvius Lydiæ, in Hermum influens: qui & Phrygius à Strabone & Livio appellatur, ex Phrygia ortum ducens. *Stra. Pau.*

¶ Hylophagi populi fuere Æthiopiæ, teſte Diodoro.

Hylycus, fluvius Argiæ, qui & Taurius, ſive Taurus Athenæo dicitur, inter Hermionem & Trœzenen in mare fluens. *Pau.*

¶ Hymani, Liburnorum populi apud Plinium. *Stra. Plin. Ptol. &*

Hymettus, *Monte di Sethines*, mons Atticæ, Athenis proximus, melle abundas, quo cum Hyblæo certat, juxta quem Helice oppidum erat. De eo Martialis libro 13. epiſt. 101.

Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti.

Hymettius, a, um, ab Hymetto deducitur: vnde Hymettia mella, & mella Attica adeò præcipua, ut abierint in adagium apud Martialem & Lucianum, etiam pro ſuavi eloquentia.

¶ Himettus, mons Atticæ, olim dictus etiam fuit Cecropius, nunc *Himetto* vulgò.

¶ Hymmas, vicus Antiochiæ Syriæ, apud quem victam Zenobiam ſcribit Jornandes. Uno *m* quoque ſcriptum reperitur.

¶ Hynidos, Aſiæ minoris oppidum, in Caria, teſte Plinio: fortè Idymos Ptolemæi.

¶ Hynilon, urbs Aſiæ epiſcopalis ſub ſede Amidenſi, teſte Guillelmo Tyrio.

Hypacyris, Pacyris Plinio, *Deſna*, teſte Peucero, fluvius Scythiæ Europææ, qui cum Gerro fluvio in Carcinitem ſinum Mæotidis influit apud *Czernigovv* urbem.

¶ Hypacyris, ſeu Pacyris, & Carcinites, fluvius, unà cum Gherro fluvio in ſinum Carcinitem cadit propè Carcinem urbem. Sed quid ſit in præſentia non conſtat.

Hypea, inſula una ex tribus quæ Stœchades dicuntur, & oræ Galliæ Narbonenſis adjacent, inter Telonem & Maſſiliam, *Pomige*, teſte Dalechampio, *Pomegue.*

¶ Hypha, ſeu Hypata, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus, eſt *l' isle du Levant*, ſeu *l' isle du Titan*; eſtque una Olbienſium inſularum ſeu Stoechadum, in Provincia, *les isles de Hieres*. 12. leucis diſtat à Telone in ortum, uti 24. à Maſſilia etiam in ortum, & 5. à Fano S. Eutropii in auſtrum, uti etiam 3. leucis ab ora Provinciæ, ſed vix dimidia leuca ab altera inſula *Portecros* dicta ad occaſum.

Hypæpa, *Ipepa*, urbs Lydiæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino ſive Sardiano, inter Tmolum montem & Cayſtrum fluvium ſita, Thyatiræ proxima. Hypæpæ Ovidio & Pauſaniæ numero plurali libro 11. Metamorphoſeon:

Tmolus in adſcenſu: clivoque extenſus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypapis.

Hypania, *Accumba*, teſte Nigro, oppidum Peloponneſi, in Elide regione, Epina Straboni, vel Hypana eidem, & Epion Stephano, oppidum Triphyliæ.

Hypanis, *Bog* Mercatori & Ludovico Decio, fluvius Sarmatiæ Europææ, per Volhiniam & Podoliam regiones regni Polonici in Euxinum mare decurrens, inter oſtia Boryſthenis, & Dromum Achillis inſulam, ad Daſſoviam urbem. Cujus aquas amaras. Ovidius libro 15. Metamorphoſeon refert:

Quid? non & Hyſpanis Scythicis de montibus ortus?

Errant, qui Hypanim *Bug* ſeu *Buch* indigitant, fluvium Rhutenorum apud Oleſcham urbem orientem, perque Brieſtiam, Melnicum, Nurum, Proſtymam, Camenetiam, & Viſchegrodam, urbes regni Polonici, in Viſtulam influentem; cum in Euxinum mare ex Ptolemæo, Plinio, & aliis Hypanis deferatur. A capite ad oſtia 48. mill. paſſ. numerantur. Eſt & Hypanis alter, qui Herodoto & Plinio Panticapes dicitur, teſte Ortelio. De quo fortè Virgilius libro 4. Georgicorum:

Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſque Caicus.

¶ Hypanis, *Bog*, fluvius Poloniæ. Oritur in Podolia ſuperiori, quam ſeparat à Volhinia ſuperiori; deinde rigatis Chmielnico, Braclovia, uti aliquot aliis urbibus & Podolia inferiori in duas partes ſecta, in Boriſthenem, & paulò poſt cum ipſo in Pontum Euxinum ſe exonerat. Eſt autem diverſus à fluvio *Bug*, qui in Viſtulam cadit infra Varſoviam. Curſus Hypanis fluvii eſt circiter 200. milliarium ab occidente in orientem.

Hypanis item fluvius ab Ariſtotele lib. 5. de hiſtoria animalium apud Cimmerium Boſporum memoratur: juxta quem animal quoddam volatile gignitur, Ephemeron appellatum, quòd non ultra diem vivat, in meridie languens, & ad occaſum ſolis moriens.

Hypaſis, Hypanis Straboni & Propertio, Plinio & Quinto Curtio Hydaſpes, fluvius Indiæ citerioris, in Indum influens. Vide Hydaſpes.

Hypata urbs fuit Theſſaliæ quondam regionis primaria, ad ſinum Maliacum, ad radices montis Oetæ.

Hypatis, *Caminei*, fluvius Siciliæ, qui idem Iporo Ptolemæo videtur, & Hypari Pindero: de quo Silius libro 14.

Hypatin, ac facilem ſuperari gurgite parvo.

Hypatus, mons Bœotiæ, Thebis imminens: qui *Monte di Stives* incolis dicitur.

Hyperborei, populi & montes, qui & Riphæi, ultra Scythiam, teſte Ariſtotele, *Comenopojas*, id eſt, zona mundi, teſte Mercatore, cum Herbeſtenio, vel *Doffrini & Doffrafiel*, teſte Olao Magno, in Boreali Scandinaviæ regione. * Veteres hos circa Tanais fluvii fontes deſcribunt; cum ibi maxima ſit planities. De his ubi ſint, & cur ſic dicantur, conſule Macrobium libro 2. de ſomnio Scipionis capite 7. Meminit Hyperboreorum inter alios Virgilius libro 3. Georgicorum:

Qualis Hyperboreis Aquilo cum denſus ab oris
Incubuit.

¶ Hyperborei montes nunc *Cameni pojas* dicuntur, & eorum vertex *Stolp*; ſuntque in parte ſeptentrionali Ruſſiæ Albæ ſeu Moſcoviæ, versùs Obyum fluvium & Duinam. Hyperborei autem populi Sarmatiæ fuere, ubi nunc *Petzora* provincia, in parte ſeptentrionali Moſcoviæ, versùs Weigatium fretum & Obyum fluvium, teſtibus Herbeſtenio, Mercatore, & Ortelio. Sed longè diſtant a Tanais fontibus, ubi hodie nullos eſſe montes docent teſtes oculati & fide digni. Longè etiam diſtant in ortum à Monte *Doffrins* dicto, antiquis Suevo, inter Sveciæ & Norvegiæ regna. Hyperborei autem ab omnibus ſtatuuntur versùs Boream, ſed ſitu valde inconſtanti, Ptolemæo ſunt in Sarmatia Aſiatica, Pomponio ultra Amazones, Plinio ultra Aquilonem, & Pauſaniæ ſupra Arimaſpios.

Hyperea, & Hyperia, fons geminus: unus in Theſſalia, apud Pharſalum, Helladem, & Phthiam oppida, ſeu, teſte Plinio, apud Pheras & Atracem; alter in Meſſenia regione Peloponneſi. Valerius Flaccus libro 4. Argon. *Strab. Plin.*

Flevit & effuſis revocans Hyperia lacertis.

Hyperia, fons Theſſaliæ, apud Pheras oppidum, teſte Sophocle. Aliis Hyperea. Vide ſupra. *Strab. Plin.*

Hyppius, Hypius Stephano, fluvius & mons Bithyniæ. Fluvius *Lippo* in tabulis recentibus nominatur, Hypiam oppidum alluens apud Heracleam Ponti, in mare Euxinum inter Sangarium & Lycum flumina ejuſdem oræ exiens. Mons verò, qui & Horminius, ſive Ormenus dicitur, *Armendag*, teſte Leunclavio, appellatur apud Turcas.

Hypræ, *Ypri*, *Ypres & Yperen*, urbs Belgii epiſcopalis Flandriæ ſub Archiepiſcopo Machlinienſi, epiſcopalis effecta ob excidium Tarvannæ urbis Arteſiæ, unà cum Bononia, & Audomaro, ab Inſula 6. leucis in Boream, à Gandavo 13. in occaſum.

Hypræ, ſeu Ipræ, *Yperen* incolis, *Ipres* Gallis, *Ipri* Italis, urbs eſt Belgii, in Comitatu Flandriæ, ſatis munita, biſque capta à Gallis hiſce poſterioribus temporibus, ſed poſtea reddita Hiſpanis, quibus etiamnum ſubeſt. Sedet in planitie, 8. leucis à Novoportu in auſtrum, & 6. à Cortraco in occaſum, propè amnem Ipram. Ab ea regiuncula adjacens dicitur tractus Iprenſis, *le quartier d' Ipres*, ſub quo ſunt Caſtellaniæ Iprenſis, Caſſelenſis, & Baleolenſis, in Flandria Teutonica. *Script. Belg.*

Hypſa, *Belici* vel *Bilici*, teſte Fazello, fluvius Siciliæ, in oram fluens auſtralem, inter Thermas & Selinuntem urbes. Aretio eſt *Lapriſſa*. Sed Fazelli interpretationem magis probo. Fortè Hyſpa Silio. *Polyb. Ptol. Plin.*

¶ Hypſaltæ, populi Thraciæ, teſte Plinio, Hypſelitæ dicti Stephano.

Hypſela, *Alaſcehar*; teſte Leunclavio, oppidum Pamphyliæ, in Ciliciæ confinio, ſive è contra, Pergæ finitimum, teſte Strabone, unde potiùs in Pamphylia quam in Cilicia reponendum eſt. Hypſile verò apud Ptolemæum oppidum fuit Ægypti. *Strab.*

Hypſipylæa terra, Lemnos, inſula maris Ægæi, appellata ab Hypſipyle Regina, teſte Ovidio libro 3. Faſtorum. *Ovid.*

Hypſus, quæ & Hypſopolis, *Vpſu*, teſte Leunclavio, nunc urbs Phrygiæ magnæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi: quæ Turcis *Alaſchehyr*, teſte eodem Leunclavio, dicitur. *Lib. Conc.*

Hyrcania, regio Aſiæ, Hyrcano mari inter Mediam ad occaſum & Margianam ad ortum adjacens, varia habens nomina; *Diargument* Mercatori, *Strava* Mariæ Angiolello, *Caſſon* Giravæ, (quo nomine & Hyrcania urbs et metropolis appellatur) *Hyrach* Erythræo, *Maſandran* Minadojo, *Corcan* Nigro. Quæ nomina non totius, ſed partialium regionum ſunt. Urbs olim claræ Hyrcania, unde nomen regioni, & Amaruſa. Ibi pantheras gigni teſtatur Solinus. Populi Hyrcani, Virgilius libro 7. Æneidos: *Strab. Ptol. & al.*

Hyrcaniſve, Arabiſve parant, ſeu tendere ad Indos.

Regio ſummæ fertilitatis, maximè vini & frumenti, ob ejus planitem. Hic pantheri et tigres.

In Theſauro Linguæ Latinæ malè locatur: non enim habet mare ad ortum, ſed ad ſeptentrionem, neque conterminatur Armeniæ, neque Albaniæ.

¶ Hyrcania provincia fuit Perſidis, ubi nunc *Tabareſtan*, *Gilan*, *& Gorgian*, partes Perſiæ; quarum prima extenditur versùs mare Caſpium: *Gorgian* autem diſtat à mari, cum urbe primaria cognomine, quæ creditur Hyrcania urbs antiqua. Subeſt utraque provinciæ

do-

dominio Perſarum. Hyrcania autem antiquitùs terminabatur à ſeptentrione mari Caſpio ſeu Hyrcano ſic ab ea dicto, ab ortu Margiana, ab occaſu Media, et à meridie Parthia; eratque propriè pars Parthiæ latè ſumptæ.

Strab. Plin. & al. Hyrcanum mare, quod et Caſpium, variè hodiè nominatur, pro regionum adjacentium diverſitate: *Abachu* juxta Albaniam, *Gurgiam* vel *Giorgian* juxta Iberiam, *Guilan* vel *Guilao* juxta Mediam, *Maſſandran* juxta Hyrcaniam, *Coruſun* juxta Margianam, *Terbeſtan* juxta Sogdianam, *Ganna* ad Boream juxta Scythiam. Cujus ambitus 575. mill. paſſ. eſſe traditur. Ejus meminit Propertius libro 2. elegia 23.

Num jam, dura, paras Phrygias nunc ire per undas;
Et petere Hyrcani littora nota maris?

¶ Hyrcanum mare ſeu Caſpium nunc vulgò dicitur *mer de Bacu*, ab urbe cognomine in Media, et *mer de Sala* et Salacinit, ab urbe ſic dicta in Tartaria. A Ruſſis dicitur *Gualentza more*, ab Armenis *mer de Gorgian*, à Perſis *Datio Gueylani* ſeu *mer de Gueylan* et *de Tabareſtan*, uti etiam *mer de Chovvarezem*, à provincia Perſidis contermina Siruvaniæ ab oriente, & ab Arabibus *Curzum* aut *Bohar Curſum*; quod nomen habet commune cum ſinu Arabico, et mare clauſum ſignificat. Varia ejus nomina leges apud Texeiram libro 1. Extenditur à ſeptentrione in meridiem ad ſexcenta millia paſſuum, nempè ab ora Olgariæ ad oram Chilaniæ; ſed ab ortu in occaſum ad 300. tantùm ut tradunt recentiores, qui illud navigarunt, quod meliùs convenit cum ſententia Agrippæ in Plinio: cum alii antiqui ac multi recentiores et Joannes Perſa etiam illud extenderint ad 800. millia paſſuum in longitudinem. Terminatur à ſeptentrione regno Aſtrachani, ſub Moſchis, et Olgaria ſeu Calmuchiis Tartariæ populis, ab ortu Mauralnaharia regione, ab occaſu Circaſſis et Tartaris Dagheſtaniæ dictis, uti Sirvania provincia Perſiæ, à meridie autem Chilania Tabareſtania et Choraſania etiam Perſiæ provinciis; et in illud ſe exonerant plurimi fluvii, uti Rha, Rhymnicus, Jaxartes, Oxus Araxes, et alii. De his pluribus Olearius.

¶ Hyrcanus ſinus pars eſt maris Caſpii ſeu Hyrcani, in meridiem extenſus inter Hyrcaniam et Margianam. *Herod.*

Hyrgis, fluvius Scythiæ Europææ, in Tanaim influens: qui incolis *Scoſna* appellatur, teſte Mercatore.

Steph. ¶ Hyria oppidum erat Iſauriæ, ad Chalycadnum fluvium, Seleuciæ urbi vicinum. Populi Hyrienſes Plinio & Livio.

Ovid. ¶ Hyria oppidum erat Ciliciæ, 15. milliaribus ſupra Seleuciam in Boream.

Hyriæ, ſive Hyries, lacus Hyriæ Bœotiæ regionis, circa Aulidem, cum oppido cognomine olim apud Homerum, Strabonem, Plinium, et alios. De quo Ovidius libro 7. Metamorphoſeon: *Steph.*

Inde lacus Hyries videt, & Cycneja Tempe.

Ptol. Hyris, promontorium Bythyniæ, ad Boſporum Traciæ, circa Chalcedonem urbem, quod & Euron appellatur.

Hyrium, Hyria Herodoto, *Rhode*, teſte Nigro, cum aliis, oppidum Apuliæ Dauniæ maritimum, ad Gargani montis radices, in ora occidentali, ubi Urias ſinus apud Melam, vulgò *Golfo di Rhode*, inter Leſinam urbeculam ad accaſum 15. et Apeneſte in Cæciam 8. mill. paſſ. Populi Hyrini Plinio. De eo Dionyſius Afer de ſitu orbis:

Uſque Hyrii ſummum ſe tendit Iapygis ora.

¶ Hyrium, ſeu Hurium, oppidum Apuliæ Dauniæ, nunc *Rodia* dicitur; eſtque oppidulum parvi momenti in Capitanata provincia regni Neapolitani, in ora maris Adriatici, ad Boream montis Gargani. 25. milliaribus diſtat a Leſina in ortum, et 15. ab Apeneſte.

Hyrmine, Hyrmina Stephano, oppidum erat Peloponneſi, in Elide.

Hyſiæ, oppidum fuit Bæotiæ, ad montis Citharonis radices. *Strab.*

Plin. Pauſ. Hero. Strab. Sil. Hyſpa, fluvius Siciliæ. (Vide Hypſa) cum oppidulo apud Motucam, inde 6. mill. paſſ. in ortum, vulgò *Spacafurno*. De fluvio Silius libro 14.

Nec non qui putant Hyſpamque Alabumque ſonantem.

Hyſſus, portus & fluvius Cappadociæ, circa Ceraſuntem urbem fluens.

Arlan. Ptol. ¶ Hyſſus, ſeu Hyſſi, portus erat in Cappadocia, in ora ponti Euxini, 15. milliaribus à Trapezunte in occaſum, & 40. circiter à Ceraſunte in ortum; eſtque ad oſtia Hyſſi fluvii, quanquam aliqui eum ponant 15. milliaribus à Trapezunte in ortum.

¶ Hyta, *Hyth*, portus Angliæ, cum caſtro munito, in Cantia provincia, & ad fretum Gallicum, medius inter Ripam & Dubrim.

Hytanis, *Tab* ex tabulis Geographicis neotericorum, fluvius Carmaniæ, in ora, inter oſtia Bagradæ fluvii Perſidis, & Armuzam urbem ad ortum: qui Andanius Ptolemæo dici videtur. *Plin. Sol. Cape.*

I

JABADII, *la Giava* vel *Iava*, teſte Nigro, inſula gemina maris Eoi, ſive indici, Indiæ ulteriori adjacens, major & minor, aureæ Cherſonneſo finitima, à Malaca urbe regia Luſitanorum navigatione 15. dierum in auſtrum diſtans, ab Aurea freto diviſa. Major 3. mill. paſſ. circuiti fertur, minor 2. Mercator novam Guineam interpretatur. *Ptol.*

¶ Jabadii Inſulæ quæ ſint, non bene conſtat, Sanſon Japoniæ inſulas interpretatur, in mari Eoo, ad ortum Sinarum. Vide Japonia.

Jabruda urbs erat Syriæ, Laodiceæ Scabioſæ proxima. *Ptol.*

¶ Iacatra, *Jacatra*, urbs Indiæ, in Java inſula, quæ ab Hollandis expugnata, Batavia dicta eſt ab ipſis; eſtque urbs ampla & permunita: Vide Batavia.

Jacca, *Jacca* etiamnum dicta, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, epiſcopalis Aragoniæ, ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, inde 19. leucis in Boream, ad montium Pyrenæorum radices, ab Oſca 7. in occaſum, à Pompejo magna condita putatur; ab aliis longè antè à Baccho ædificata traditur. Populi Jaccetani, ſeu Jacetani. *Ptol.*

¶ Jacca, *Iaca*, urbs eſt Aragoniæ, ad Aragonium fluvium. 16. leucis diſtat à Cæſarauguſta, & 6. à confinio Galliæ, uti à Pyrenæis montibus. Arcem habet ſitu munitam 8. leucis Hiſpanicis diſtat ab Oſca in ſeptentrionem.

¶ Jacobipolis, *Jameſtovvne*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Virginia, ab Anglis excitata, & ſic dicta à Jacobo Rege magnæ Britanniæ, juxta fluvium Pouvatanium, aliquot milliaribus à mari remota.

¶ Jacobi ſinus, *James bay*, ſinus Americæ ſeptentrionalis, ſeu potiùs pars ſinus Hudſonii, maximè in auſtrum extenſa versùs novam Franciam: & in ora novæ Valliæ meridionalis; ſic dictus à Thoma Jacobo Anglo, qui primus illas oras luſtravit annò 1631.

Jactum, fluvius Liguriæ, ex Apennino monte in Padum ante Tanarum influens, qui *Grana* aliquibus eſſe videtur, per montem Ferratum fluens. Sed hic potiùs rivi quàm fluvii nomen meretur. *Plin.*

Jader, *Salona*, teſte Nigro, fluvius Illyrici, juxta Salonas urbem exciſam, à qua nomen accipit, decurrens. Sed potiùs fluvius eſt apud Jaderam veterem fluens: Jader enim nomen eſt non tam fluvii quàm urbis. De eo Lucanus lib. 4. *Luc. Vib. ſeq.*

Et tepidum in molles Zephyros excurrit Jader.

¶ Jader, *Salona*, Slavis *Solin*, fluvius Illyrici, teſte Joanne Lucio. Labitur propè Salonæ ruinas, quatuor milliaribus à Spalato diſtans, uti etiam ex Tabulis Peutingerianis.

Jadera, *Zara*, urbs Liburniæ archiepiſcopalis & caput, in ora littorali, probè adversùs Turcas finitimos munita, ſub Venetis, inter Polam Hiſtriæ urbem ad occaſum 160. & Epidaurum urbem Dalmatiæ ad ortum 200. mill. paſſ. Populi Jadertini Plinio, & Hiadertini Hirtio. Sub Jaderenſi metropoli urbes continentur Senia, Enona, Abſorus, Arba, Vegia, & Scardona: quarum prior Auſtriacis Principibus paret. A Venetiis 225. mill. paſſ. mari abeſt. In Theſauro Lingnæ Latinæ non rectè Apolloniæ vicina dicitur. *Plin. Ant. Ptol.*

¶ Jadera, *Zara* Italis, *Zadar* Slavis, urbs eſt Illyrici, Liburniæ caput, & permunita, undique mari circumdata. Centum circiter milliaribus diſtat à Pola, & 40. à Sibenico in occaſum. Aliàs ſuberat Regi Hungariæ; & regiuncula adjacens dicitur *Contado di Zara* Comitatus Jaderæ.

Jadua, Guttalus Plinio, Iada Reginoni, *die Jade*, fluvius Germaniæ, in ora Friſiæ orientalis, inter Amaſium & Viſurgim in Oceanum Germanicum ſeſe exonerans, ingenti ſtagno ſinùve in ore procreato. *Ptol.*

¶ Jadua, *Iade*, fluvius parvus Germaniæ, in Weſtphalia

phalia & Comitatu Oldenburgico, propè oſtia Viſurgis in Oceanum ſe exonerat, ſeu potiùs in ſinum inundatione maris factum, & ab eo *die Jade* dictum. Ei adjacet caſtrum Jada.

¶ Jaſanapatanum, *Iaſanapatan*, urbs Indiæ, in parte ſeptentrionali Ceylani inſulæ, cum arce, ſub dominio Hollandorum. Caput eſt regni cognominis; & 60. milliaribus diſtat ab ora proximiori Coromandelis in ortum.

Jagath, *Targa*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, intra fretum Herculeum, Abylæ uni ex columnis Herculis propinquum.

¶ Jages, *les Iacques*, populi Africæ barbari & inculti, in Æthiopia inferiori. Latè in hoc tractu vagantur inter lacum amplum, in imperio Monemugi & confinia Congi. Sed nullas habent urbes.

Jakotynum, *Iakotyn*, oppidum Poloniæ, in Ucrania regione, & in Palatinatu kyovienſi, trans Boryſthenem, cum arce munita, juxta fluvium *Supoi*, 8. milliaribus Germanicis ſupra Elmiazoviam in Boream, & 11. à Kiovia in ortum.

¶ Jala, *Iala*, urbs Indiæ in parte orientali Ceylani inſulæ, aliquot milliaribus diſtans ab ora littorali, & regni cognominis caput. Sed paucis conſtat incolis ob aſperitatem regionis.

Jalyſus, * Jalyſſus Ptolemæo, Jalyſum Plinio, *Uxilica*, teſte Nigro, oppidum olim, nunc pagus Rhodi inſulæ, à Rhodo urbe 60. ſtadiis diſtans, teſte Strabone. Hic imago, Protogenis opus, erat adeo pulchra, ut Demetrius Rex illius potiundæ cauſa bellum Jalyſiis intulerit, teſte Aulo Gellio libro 15. capite 31. Vide Lindus, & Telchines, (* Ιλισσος in Seldeni manuſcripto.) …ab.

¶ Jama, *Iamagorod*, arx Sveciæ permunita, in Ingria, & in margine fluenti, *Iamiſche Beck* nuncupati, qui Imperii Moſcovitici clavis, cum tota Diœceſi ſibi ſubjecta anno 1617. beneficio pacis in Svecorum poſſeſſionem venit: è regione arcis transfluentum quoddam municipium Ruſſi, ſed Svecorum juris, inhabitant. 3. milliaribus Germanicis diſtat à Narva Livonica.

¶ Jamaica, *la Iamaica*, inſula ampla Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali. 20. leucis diſtat à Cuba inſula in auſtrum, & 25. ab Hiſpaniola in occaſum. Ejus circuitus eſt centum leucarum Hiſpanicarum, longitudo 40. & latitudo 18. leucarum ſimilium circiter. Antea ſuberat dominio Hiſpanorum; ſed ab anno 1654. capta ab Anglis, ipſis etiamnum paret pro majori parte. Ejus urbs ſunt Hiſpalis, *Sevilla*, in parte ſeptentrionali inſulæ, Mellila, *Mellila*, in eodem tractu ad ortum Hiſpalis, & Oriſtanium, *Oriſtagni*, ad meridiem, cum aliquot coloniis Anglorum.

¶ Jamaiſotia, *Iamayſoit*, regio Japoniæ, in parte occidentali inſulæ Niphoniæ, ſub qua ſunt duodecim provinciæ, ſeu regna, ut ipſi vocant, nempe Aquia, Bingum, Bitcum, Fochium, Idzuum, Inaba, Javamum, Mimalaca, Nangatum, Suvum, & Tajemum, teſte Brietio.

¶ Jamama, *Iamama*, urbs eſt Arabiæ felicis regionis cognominis caput, ad fluvium *Aſtan*, propè confinia Arabiæ deſertæ. 250. milliaribus diſtat à ſinu Perſico in occaſum versùs Meccam.

¶ Jamba, *Iamba*, urbs Indiæ cis Gangem, provinciæ cognominis caput, in ditione Magni Mogolis. Vix 80. milliaribus diſtat à Gange fluvio in ortum Lahorium versùs.

¶ Jambum, *Jambis*, urbs Indiæ, in parte auſtrali Sumatræ inſulæ, inter fretum Malaccæ in ſeptentrionem & Palimbanum in meridiem. Aliquot milliaribus diſtat ab ora littorali, & valdè frequentatur ab Hollandis.

¶ Jameſium, *Iametz*, oppidulum Lotharingiæ probè munitum, in confinio Luxemburgenſis ditionis, ſub dominio Regis Francorum ab aliquot annis. Sedet inter Monmedium ad Boream & Danvillerium ad auſtrum, vix 2. leucis utrinque, & paulò amplius à Stenæo in ortum.

Jamiſſa vel Jameſa, Thameſis Cæſari, fluvius Albionis, ex primis Angliæ, per Oxonium & Londinium regiam fluens in ortum. Vide Thameſis. …tol.

Jamna, *Cittadella*, teſte Gerundenſi, oppidum minoris Balearis, Jamno Plinio & Melæ. Plin.

¶ Jamna, *Cittadella*, oppidum eſt Hiſpaniæ, minoris Balearis inſulæ ſeu Minoricæ caput, in ora occidentali, è regione Balearis majoris, cum portu utcumque capaci & recens munitum fuit. Mel. Ptol.

Jamna altera, Jamnis Plinio, Jamnia Antonino, Jamnetorum portus Ptolemæo, *Zania* Maſio & aliis, urbs Palæſtinæ maritima, inter Joppen ad Boream & Azotum ad meridiem, proxima Gazæ, ab Azoto & Aſcalone 200. ſtadiis, à Joppe 10. mil. paſſ. Aſcalonem versùs ſupra 20. Strab. Mel.

Janaſum, *Sant Jago* Villanovano & aliis, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, hodiè Gallæciæ primaria, archiepiſcopalis, & academia, ac conventus provinciæ juridicus, Latino recenti Compoſtellum ſive Compoſtella appellata: quæ ex Chronicis Hiſpaniæ urbs recens eſt, ab Alfonſo Rege circa Caroli Magni tempora exſtructa; Iriæ Flaviæ urbi proximæ littorali ſubrogata, & archiepiſcopali poſteà ſede, quæ Emeritæ erat, decorata.

¶ Janaſum, eſt *Compoſtella*, urbs Callaicorum Lucenſium, in Hiſpania, teſte Brietio. A quibuſdam confunditur cum Flavio Brigantio.

¶ Jancoma, *Iancoma*, regnum Indiæ extra Gangem, ſub dominio Regis Peguani.

Janiculenſis pons, unus ex Romæ pontibus, nunc *Ponte Siſto*, teſte Fulvio cum aliis, ſic dictus à Janiculo.

Janiculum urbs Roma primùm, ſive arx illius dicta. Quod ubi fuerit, docet Macrobius libro 1. capite 7. Saturnal. De eo Ovidius libro 1. faſtorum: Vigil.

Arx mea collis erat, quam vulgus nomine noſtro
Nuncupat, hac ętas Ianiculumque vocat.

A Jano, teſte Virgilio, nomen habens. Malè in Theſauro Linguæ Latinæ Janiculum oppidum Romæ vicinum ſcribitur.

Janiculus mons, *Montorio*, teſte Marliano & Fulvio, unus ex 7. urbis Romæ collibus, uſque ad pontem Milvium extra porrectus, teſte Cæſare Baronio in annalibus, ubi Eccleſiæ S. Petri in Montorio, & S. Honophrii. De quo Ovidius ſupra in Janiculum, & Virgilius lib. 8. Æneidos: P. Vict.

Ianiculum huic, illi fuerat Saturnię nomen.

¶ Janovitium, *Ianovvitz*, oppidulum Germaniæ, in Bohemia, propè Caurzimam urbem, ubi Auſtriaci fuſi et grandi clade affecti fuere à Svecis, Duce Torſtenſonio, anno 1645. Diſtat 6. milliaribus Germanicis à Praga in Africum versùs Moraviam.

Janua, *Genova*, urbs clariſſima Liguriæ, à veteribus Genua. Vide ibi.

¶ Januarius *Rio de Ianeiro*, fluvius ingens Americæ meridionalis, in Braſilia regione, dictus a Gallis *Ganabra*; & in Oceanum Braſilicum ſe exonerat maximè ad auſtrum regionis, ubi portu gaudet capaciſſimo. Hinc provincia adjacens dicitur *Capitania de Rio de Ianeiro*, Præfectura fluvii Januarii ſubeſtque tota dominio Regis Luſitaniæ: et propè ejus oſtia ſedet fanum S. Sebaſtiani, urbs munita. Luit. pradn.

¶ Janvilla, *Ioinville*, urbs Galliæ, quibuſdam Joanvilla. Vide ibi.

¶ Japara, *Japara*, urbs indiæ, in ora Boreali Javæ inſulæ, cum portu capaci. Eſt regni cognominis caput Centum milliaribus diſtat à Materano in Eurum, & 250. à Batavia in ortum.

¶ Japidia, regio Illyrici, triplex fuit, prima à fontibus Timavi amnis uſque ad Iſtriam, ſecunda ab Arſia fluvio uſque ad Tedanium flumen, tertia Inalpina, in montibus Albio & reliquis Alpibus ſupra Iſtriam ſe extendentibus teſte Joanne Lucio.

Japodes, Japydes Ptolemæo, populi Illyrici, in Liburniæ, Hiſtriæ, Carnorumque, ſeu Noricorum confi nio, *krainer*, vel *Craner*, teſte Lazio, & interiùs *Iapenavv*. Ibi Japodum oppidum, teſte Servio, Japyx, Plinio, Regio Japydia. Japis, Virgilius libro 3. Geor- gicorum: Strab.

Caſtella in tumulis, & Iapidis arva Timavi.

¶ Japonia, ſeu Japonicæ inſulæ, *le Iapon* Gallis, *Iapan* Hiſpanis & Batavis, regio ampla Aſiæ, in mari Orientali ſeu Sinico, tres inſulas complectens, nempe Niphoniam, Ximum & Xicocum; in quibus ſunt ſexaginta octo regna, ſeu potiùs provinciæ, teſte Brietio, nempe quatuor in Xicoco inſula, decem in Ximo inſula, quæ ad occaſum tendit, & quinquaginta quatuor in Niphonia inſula, quæ ampliſſima eſt & cæteris major, maximè ad ortum & ſeptentrionem tendit. Tota regio admodum fertilis, abundans, et culta eſt, cum plurimis

mis

nis urbibus magni momenti. Totius regionis caput & primaria urbs eſt Meacum, *Meaco*. Sed ab aliquot annis ſedes regia Iendum, *Iendo*, translata eſt. Ad Boream ſeparatur à terra Æſonis freto Sangario; & vix diſtat centum milliaribus à Corea regione in ortum. Ejus major longitudo à Cæcia in Africum vix eſt 750. mill. paſſ. latitudo autem, ubi major eſt, à ſeptentrione in meridiem non excedit 300. mill. paſſ. Nunc autem cum inſulis adjacentibus dividitur in ſeptem partes ſeu regiones, quarum nomina ſunt Ximoa ſeu Saycoca, *Ximo*, Tocoeſia ſeu Xicoca, *Tocoeſi*, Iamaiſotia, *Iamaiſoit*, Ietſenga, *Ietſengo*, Ietſegena, *Ietſegen*, Quantoa, *Quanto*, & Ochia, *Ochio*: Et 68. regna in his regionibus contenta ſubſunt dominio Regum viginti & unius, qui tamen illa omnia poſſident uti feuda, et ſub clientela Imperatoris Japoniæ, teſte Carone.

Iaponiæ regna ſeu partes minores:

Amacuſa, Amacuſa, *in Ximoa regione*.
Aquia, Aqui, *Iamaiſotia regione*.
Aquita, Aquita, *in Ochia regione*.
Ava, Ava, *in Ochia*.
Ava, Ava, *in Tocoeſia regione*.
Ayzua, Ayzu, *in Ochia*.
Bigena, Bigen, *in Ietſenga regione*.
Bingum, Bingo, *in Iamaiſotia*.
Bitcum, Bitchu, *in Iamaiſotia*.
Bugenum, Bugen, *in Ximoa*.
Bungum, Bungo, *in Ximoa*,
Caium, Cai, *in Quantoa regione*.
Canga, Canga, *in Ietſegena regione*.
Canzula, Canzula, *in Ochia*.
Cavachum, Cavachi, *in Ietſenga*.
Chicuanum, Chicujen, *in Ximoa*,
Chicungum Chicungo, *in Ximoa*.
Conzucum, Conzuque, *in Quantoa*.
Deva, Deva, *in Ochia*.
Farima, Farima, *in Ietſenga*.
Figenum, Figen, *in Ximoa*.
Finda, Finda, *in Ietſegena*.
Fingum, Fingo, *in Ximoa*.
Firandum, Firando, *in Ximoa*.
Fitacum, Fitaqui, *in Ochia*.
Fiunga Fiunga, *in Ximoa*.
Fochium, Foqui, *in Iamaiſotia*,
Idzuum, Idzu, *in Iamaiſotia*.
Idzuum, Idzu, *in Quantoa*.
Idzumum, Idzumi, *in Ietſenga*.
Iechinum, Iechien, *in Ietſegena*.
Ietchuum, Ietchu, *in Ietſegena*.
Inaba, Inaba, *in Iamaiſotia*.
Ingum, Ingo, *in Ietſegena*.
Ivamum, Ivami, *in Iamaiſotia*.
Ixum, Ixe, *in Ietſegena*.
Iyum, Iyo, *in Tocoeſia*.
Micava, Micava, *in Quantoa*.
Mimalaca, Mimalaca, *in Iamaiſotia*,
Minum, Mino, *in Ietſegena*.
Mulaxium, Mulaxi, *in Ochia*.
Nanbum, Nambu, *in Ochia*.
Nangatum, Nangato, *in Iamaiſotia*.
Nivata, Nivata, *in Quantoa*.
Notum, Noto, *in Ietſegena*.
Quinocunum Quinocuni *in Ietſegena*,
Sangamum, Sangami, *in Quantoa*.
Sanuquium, Sanuqui, *in Tocoeſia*.
Satcuma, Satcuma, *in Ximoa*.
Surunga, Surunga, *in Quantoa*.
Suvum, Suvo, *in Iamaiſotia*.
Taiimum, Taiima, *in Iamaiſotia*.
Tamb, Tamba, *in Ietſenga*.
Tatomum, Tatomi, *in Quantoa*.
Toſa, Toſa, *in Tocoeſia*.
Tzuconum, Tzuconi, *in Ietſenga*.
Vacaſa, Vacaſa, *in Ietſenga*.
Vomum, Vomi, *in Ietſegena*.
Voſumum, Voſumi, *in Ximoa*.
Vovarum, Vovari, *in Ietſegena*.
Voxum, Voxu, *in Ochia*.
Vtum, Vto, *in Ximoa*.
Xima, Xima, *Ietſenga*.
Ximola, Ximola, *in Ochia*,
Ximotucum Ximotcuque, *in Ochia*.
Xinanum, Xinano, *in Quantoa*.
Yamatum, Yamato, *in Ietſenga*.
Yamaxirum, Yamaxiro, *in Ietſenga*.

Iaponiæ urbes præcipuæ:

Amacuſa, Amacuſa, *in regno cognomine*.
Amanguchium, Amanguchi, *in Suvo regno*.
Arima, Arima, *in regno Figeni*.
Ava, Ava, *in regno cognomine*.
Bungum, Bungo, *in regno cognomine*.
Dongum, Dongo, *in regno Iyo*.
Farima, Farima, *in regno Farima*.
Firando, Firando, *in regno cognomine*.
Meacum, Meaco, *in regno Yamaxiro*.
Nangaſacum, Nangaſachi, *in regno Figeni*,
Oyama, Oyama, *in regno Ietchuo*.
Ozaca, Ozaca, *in regno Cavacho*.
Sacaium, Sacay, *in regno Idzumo*.
Surunga, Surunga, *in regno cognomine*.
Vomura, Vomura, *in regno Figeni*.
Yendum, Yendo *in regno Mulaxio*.

Iapygia, regio Italiæ, quæ et Salentina, et Peucetia, et Meſſapia, Apulia, Calabriaque dicta eſt: confunduntur enim apud aliquos hæc nomina, ut putat Ortelius, cùm tamen ſynonyma non ſint, nec in Salentinorum peninſula contineantur: Apulia enim et Peucetia extra Salentinos ſunt. Ea nunc, Apulia excluſa, *Terra d' Otranto* nominatur, in qua Calabria in ora Boreali collocatur, Meſſapia in auſtrum vergit et occaſum, Salentini et Iapygia in ortum. Populi Iapyges Plinio, Meſſapii, et Salentini. Eſt et Japygia pars Apuliæ Dauniæ, in qua Garganus mons. Ovidius libro 15. Metamorphoſeon:

Thurinoſque ſinus, Temeſenque, & Iapygis arva.
Linquit Iapygiam leviſque Amphiſia remis.

Nomen ab Japyge vento apud aliquos habere videtur, vel ab ea ventus Caurus per eam fluens Iapyx dictus fuit. *Ptol.*

Iapygium promontorium, *Capo di S. Maria* Salentinorum promontorium etiam, vel * Salentine Ptolemæo, Acra Iapygia Plinio, promontorium in mare valdè excurrens ab Hydrunto 20. mill. paſſ. in auſtrum, à Tarento 80. in ortum, ab Acrocerauniis montibus Epiri 50. *Ptol* tanta eſt maris Jonii ibi latitudo. (* Σαλεντινον habet manuſcriptum Seldeni.)

* Iarganum, *Capo di S. Maria*, teſte Leunclavio, cum Sophiano, promontorium Phrygiæ minoris, non magnæ, ut ſcribit Ortelius, inter Aſſum et Scepſim urbes *Scri*[illegible] *Gall*[illegible] (* Ιαργιανου in Seldeni manuſcripto.)

Iargolium, *Iargeau* vel *Gergeau*, oppidum Galliæ Celticæ in Belſia regione, inter Aurelianos et Caſtrum novum 2. leucis diſſitum.

¶ Iargolium, *Iargeau*, ab aliis dicitur Gergolium; eſtque oppidum Aurelianenſis provinciæ, in Solonia tractu, cum ponte ad Ligerim. 4. leucis diſtat ab Aureliis in ortum. Fuit aliàs munitum, ſed nunc ejus munitiones disjectæ ſunt.

¶ Iarnacum, *Iarnac*, oppidulum Galliæ, in Inculiſmenſi provincia, ad Carentonum fluvium, prælio ibi dato memorabile, medium ferè inter Inculiſmam ad ortum et Santones ad occaſum.

¶ Iaromitia, *Iaromitz*, quibuſdam Iaromierſa, oppidum Germaniæ, in Bohemia, ad Albim fluvium, 2. milliaribus Germanicis ſupra Reginogradecium in Boream, et 12. à Praga in ortum.

¶ Iaroslavia, *Iaroslavv*, oppidum celebre et amœnum Poloniæ, in Ruſſia Nigra, cujus arcem Sanus fluvius alluit, ubi famoſæ nundinæ celebrari ſolent quotannis die 15. Auguſti pro feſto Aſſumptionis beatæ Virginis Mariæ. Anno 1625. pro majori parte incendio deflagravit.

¶ Iaroslavia, *Iaroslavv*, urbs eſt ampla Ruſſiæ ſeu Moſcoviæ, provinciæ cognominis caput, cum arce lignea; diſtatque 45. milliaribus Polonicis à Moſcua in Boream, ad Volgæ ripam. Dicitur etiam Ieroslavia. Vide ibi.

¶ Iaroslaviæ Ducatus *Duché de Jaroslavv*, provincia eſt Moſcoviæ ſatis ampla, inter Vologdam ad Boream et Roſtoviam ad meridiem, versùs Volgam fluvium. Aliàs Principes habuit proprios, quos Ioannes Baſilides Ruſſorum Monarcha Principatu ſpoliavit.

Iarſath, *Tedeles* vel *Tedelez* Caſtaldo, *Gien* aliis, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis maritimum, inter Saldas urbem & Auduni promontorium.

Iaſonium, locus propè Byzantium in Thracia, *Diplociana* Græcis, & *Biſitas* Turcis, teſte Petro Gillio.

Jaſonium, ſeu Iaſonius, mons ingens Mediæ, ad lævam portarum Caſpiarum, pars Tauri montis.

Iaſonium item, promontorium, cum fluvio cognomine apud Plinium, in Cappadocia, inter Polemonium & Cyteorum, *Capo di S. Thomaſo* Moletio.

Iaſpis, Aſpis Antonino, *Aſpe*, teſte Hieronymo Zurita, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Conteſtanis & regno Valentiæ, ab Alonis urbe 3. leucis in Boream diſtans Valentiam versùs.

¶ Iaſpis, ſeu, & meliùs, Aſpis, *Aſpe viejo* dicitur; eſtque oppidulum regni Valentini, 3. leucis ab Alone in occaſum Murciam versùs, & una leuca tantùm ab Illici in Boream.

¶ Iaſſa, locus in deſerto, ubi Iſraelitæ caſtramentati ſunt, ut legimus in libro Numer. capite 21.

* Iaſſii, Iaſii Plinio, populi Pannoniæ, circa Draum fluvium incolentes. (* Ιασχιοι in Seldeni manuſcripto.)

¶ Iaſſum, *Iaſſy*, urbs Daciæ, in Moldavia, aliquando Principis ſeu Vaivodæ ſedes, ad amnem *Pruth*, cum arce munita, aliàs à Coſaccis capta 50. mill. paſſ. diſtat à Suckova in ortum, & 30. tantùm à confinio Poloniæ in auſtrum: ubi forſan aliàs Auguſtia, ad Hieraſſum fluvium.

Iaſſus, Iaſus Athenæo & aliis, *S. Pietro*, urbs Cariæ maritima in ora occidentali, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, apud Halycarnaſſum urbem, ad ſinum, qui ex ea Iaſſius, & Iaſius nominatur, *Golſo di S. Pietro*. Populi Iaſſæi, Straboni. Ovidius lib. 3. amor. elegia 10.

*Viderat * Iaſium Cretæa diva ſub Ida.*

In Theſauri Linguæ Latinæ malè Iaſum ſcribitur, & quòd ſit inſula dicitur. (* ni potiùs ſit *Iaſius* hoc loco proprium viri nomen.)

¶ Iaſſus aliis urbs Ioniæ, in limite Cariæ, & in ora maris Ægæi, ad ſinum Iaſſicum, media inter Epheſum ad ſeptentrionem & Mindum ad meridiem, 40. milliaribus utrinque, 15. à Mileto, & 55. ab Halycarnaſſo in Boream.

¶ Iaſtus, fluv. Scythiæ intra Imaum, teſte Ptolem.

Iatamana, lacus lunæ, in Athamania reg. Theſſaliæ, ubi fanum nympharum, & fons ſarmenta inflammans, teſte Antigono.

Iatinum, *Meaulx*, urbs Galliæ Belgicæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhemenſi, ad Matronam fluvium, à Lutetia Pariſiorum 10. leucis in ortum, Rhemos versùs 20. Vide Meldæ, ſic enim apud Cæſarem & alios dicitur.

¶ Iatinum, *Meaux*, urbs aliàs Galliæ Lugdunenſis, nunc Briæ provinciæ Campaniæ annexæ. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Pariſienſi. Sæpius Meldæ dicitur. Vide ibi.

Iatrus, Ieterus Plinio, *Iſchâr*, & *Abiz* ex tabulis Geographicis, fluvius Myſiæ, apud Nicopolim urbem, in Danubium influens, teſte Iornande. Iatrus aliis, nunc *Ieter*, nominatur, apud Ternobum urb.

¶ Iatur, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

¶ Iava, *Iava*, inſula perampla Aſiæ, in mari Indico, & una ex inſulis Sindæ, Ptolemæo teſte. Ab oriente in occidentem extenditur ſpatio 200. leucarum. Ad occaſum habet Sumatram inſulam, à qua ſeparatur freto Sundæ. Ad ortum ei adjacent aliquot minores inſulæ. Ad auſtrum habet Oceanum auſtralem, & ad Boream inſulam Bornei, à qua tamen diſtat 45. milliaribus Germanicis. In ea ſunt novem regna, nempè Bantami, Iacatræ, Iaparæ, Tubani, Iortani, Paſſarvani, Panarucani, Palimbuani, quæ ſunt in ora Boreali inſulæ, & Materani, in ora auſtrali, cujus Rex totius inſulæ eſt potentiſſimus; habentque urbes cognomines. Tota inſula dives eſt aromatum proventu & abundantia; ideoque valde ab Europæis frequentatur, præſertim ab Anglis & ab Hollandis, qui inibi habent Bataviam arcem permunitam. Sed pars auſtralis inſulæ nondum luſtrata fuit ab Europæis; eratque aliàs una ex tribus inſulis Sindæ, ut Sanſon probare nititur.

(*Iavæ inſulæ urbes præcipuæ:*
Balambuanum, Balambuan.
Bantamum, Bantam.
Batavia, *aliàs Iacatra*, Batavia.
Duama, Duama.
Iapara, Iapara.
Iortanum, Iortan.
Materanum, Materan.
Panarucanum, Panarucan.
Paſſarvanum, Paſſarvan.
Saraboa, Saraboy.
Sura, Sura.
Tubanum, Tuban.)

Iauna, fluvius. Vide Icauna.

Iaurinum, *Giavarin* Italis, & *Rab* Hungaris, urbs Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria, munitiſſima adversùs Turcas, ad Arabonem fluvium, ubi is Danubio congreditur, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, à Poſonio 10. leucis in auſtrum, à Vienna 13. in Eurum Veſprinium versùs. Vide Arabo, ſive Arrabo. *Drov. Rom.*

¶ Iavarinum urbs eſt parva, ſed munita, in confinio Auſtriæ. Capta fuit à Turcis anno 1591. ſed poſteà recepta mirabili audacia à Domino de Vaubecourt nobili Gallo, ſubeſt etiamnum Auſtriacis. A Germanis *Gevver* dicitur, & à Gallis *Iavarin*. Diſtat 5. milliaribus Germanicis à Comora in occaſum; eſtque in limite ditionis Turcicæ, & è regione Schutiæ inſulæ.

¶ Iauria, quibuſdam Iauravia, *Iavver*, urbs parva Germaniæ, in Sileſia, Ducali titulo inſignita, à qua pendet tractus adjacens. Vix duabus leucis diſtat à Lignitio in auſtrum, & 6. ab Uratislavia in occaſum.

Iaxamatæ, populi Sarmatiæ, ad Mœoticam paludem, apud Tanaim fluvium, Exomatis & Satharchis finitimi, quorum meminit Valerius Flaccus libro 6. Argonaut. *Mel.*

* *Iaxamatas venatus alit, nec clarior ullis.*

(* alii libri habent Exomatas: & forſan iidem ſunt. Vide Exomatæ.)

Iaxartæ, *Turqueſtan* vel *Turcheſtan*, teſte Nigro, populi Sogdianæ; ſeu Scythiæ, intra Imaum, in Sogdianæ confinio: unde Turcæ profecti feruntur. *Ptol.*

Iaxartes, *Cheſel* Nigro, & aliis, qui & *Organz* à Barbaris, & à Scythis *Schyttim*, teſte Bonfinio, fluvius ingens Sogdianorum; qui in occaſum fluens, mari Caſpio excipitur. Iaxtes Claudiano, vel idem, vel ejuſdem tractus: de Probi & Olybr. Conſulatu: *Plin. Ptol.*

-ſic nobis Scythicus famulatur Iaxtes.

¶ Iaycza, *Iaycza*, urbs Illyrici, in Boſnia regione, ad fluvium Plenam, & aliàs regni caput. In monte ſedet, cum caſtro munitiſſimo, in ditione Turcarum à centum quinquaginta annis. Eſt in limite Croatiæ, ubi forſan Æmate. Vix 8. milliaribus Germanicis diſtat à Dravo fluvio in auſtrum, & 15. à Iadera in Eurum. Ibi aliàs ſedes Principum Boſniæ.

¶ Iazitha, Lybiæ interioris oppidum, teſte Ptolemæo.

Iazyges, populi Sarmatiæ Europææ, *Iaz*, teſte Wernhero; quos Martinus Cromerus *Iaſuingos* vocat, populi Pruſſiæ, in regno Polonico. Iazices apud Valerium Flaccum libro 6. Argonaut. *Strab. Ptol.*

Neurus, & expertes canentis Iazices ævi.

Ovidius libro 1. de Ponto eleg. 3.

Aut quid Sauromatæ faciant, aut Iazyges acres.

Iazyges, qui & Iaziges Mœotæ dicti, populi fuere Sarmatiæ Europææ, versùs paludem Mœotidem, inter Naubaros ad occaſum & Roxolanos ad ortum. Eorum oppida fuere Lianum, Acra, & Cnema, teſte Guillelmo Sanſone, ubi nunc pars Tartariæ minoris.

Iazyges Metanaſtæ, *Ongaria di la Dal Danubio*, populi & regio Europæ, inter Moraviam Germaniæ regionem ad occaſum, & Tranſylvaniam regionem Daciæ ad ortum, ac inter Pannoniam ad meridiem, Danubio diſſeparante, & regnum Polonicum ad Boream, Carpate monte intercedente: ubi olim Bormanum urbs primaria, nunc Varadinum, Agria, Caſſovia, Hic Theſaurus Linguæ Latinæ corrigendus eſt, qui Iaziges ſeptem caſtra, hoc eſt, Tranſylvaniam nunc dici teſtatur. *Ptol.*

¶ Iazyges Metanaſtæ populi fuere Daciæ latè ſumptæ, valde extenſi inter Danubium fluvium ad occaſum & meridiem, Carpathum montem ad ſeptentrionem, & Daciam propriam ad ortum: ubi nunc Hungaria ſuperior ſeu trans Danubium, *la haute Hongrie*, quæ pro majori

ri parte ſubeſt dominio Auſtriacorum, præſertim verſùs Boream.

Cedre. Cree. & al. Iban, *Wan* nunc, teſte Leunclavio, urbs Mediæ, in Armeniæ majoris confinio, ſive è contra, archiepiſcopalis & metropolis Baaſpracaniæ regionis, ad lacum ingentem, qui ex ea denominatur, inter Bithlim ad occaſum 150. & Arxata (*Coy* nunc dicitur) ad ortum 50. mill. paſſ. à Tabreſio 125. in occaſum diſtans.

¶ Iban, *Van*, urbs Armeniæ, in confinio Mediæ, parva eſt, ſed munita; cum caſtro, ſub dominio Turcarum à centum propè annis, & in limite Perſiæ. Aliquot milliaribus diſtat à lacu in meridiem.

Liv. Avie. Ibera, *Flix*, teſte Antonio Auguſtino, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Iberum fluvium, apud Carthaginem veterem, medium ferè inter Cæſarauguſtam & Dertuſam.

¶ Ibera, oppidum Illercaonum, quibuſdam eſt *Flix*, caſtrum munitum in Catalonia. Aliis autem eſt ipſa Dertoſa, *Tortoſa*, urbs epiſcopalis Cataloniæ, paulò ſupra oſtia Iberi fluvii. Vide Dertoſa.

Strab. Plin. Ptol. Iberia, *Giorgiana*, Nigro & aliis, regio Aſiæ, inter Colchidem ad occaſum & Albanim ad ortum, Armeniæ majori ad meridiem contermina, ad Boream montibus Caucaſeis definita. Populi Iberes Straboni, Iberi Virgilio, *Giorgiani* vulgò: quamvis *Giorgiana* regio magnam Armeniæ partem complectitur. Urbes quondam claræ Artaniſſa, & Armactica: Virgilius libro 3. Georgicorum:

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

¶ Iberia, regio Aſiæ, nunc *Gurgiſtan* dicitur ab incolis, & *Georgie* à Gallis. Ibi urbes aliàs celebres Armotica ſeu Harmaſtis, nunc *Cori*, & Artaniſſa, nunc *Baſſachiuc*. Dividitur ab Albania Caſpio monte ad ortum, & à Colchide Moſchicis montibus. Subeſt dominio proprii Principis, ſub clientela tamen Regis Perſarum.

Iberia item Hiſpania apud Strabonem & Plinium dicitur, ſive ab Ibero Rege, ſive à fluvio: populi Iberi. Sic Claudianus de laudibus Serenæ:

Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit.

Cæſ. Strab. Plin. Iuv. & al. Iberus, *Ebro*, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis maximus, illam in citeriorem & ulteriorem dividens, ex montibus Aſturum & Cantabrorum gemino fonte oriens, ac per Caſtellam veterem, Aragoniamque, Navarram quoque attingens, inter Catalauniam & Valentiæ regnum delatus, apud Dertuſam urbem pelago excipitur. Cujus oſtia à fontibus 450. mill. paſſ. teſte Plinio, diſtant, à Varia, ubi nunc Logronium urbs, navigabilis. De quo Silius libro 7.

Nomina Noſtra tremens & ripas ſervat Iberi.

¶ Iberus, *Ebro* incolis, *Ebre* Gallis, fluvius eſt ex præcipuis Hiſpaniæ. Oritur in Caſtella veteri, in confinio Aſturiæ, & ex montibus Aſturiæ, juxta vicum *Fuentibre* dictum. Deinde partem Borealem Caſtellæ veteris rigat & Navarræ regnum, uti & urbes Calagurim & Tudelam: poſteà Aragoniæ regnum bifariam ſecans, juxta Cæſarauguſtam labitur, recipitque fluvios Salonem, Cegedum, Gallœcum, Martinum, Secorim, cum quibuſdam aliis; tandem per partem occidentalem Cataloniæ fluens, ibi paulò infra Dertoſam in mare Mediterraneum ſe exonerat. Supra Variam recipit Argam fluvium; ideoque aliquot leucis infra Lintrium capax eſt, ſed non ad Legrunum. Antiquiſſimè dividebat Hiſpaniam in citeriorem & ulteriorem; ſed poſteà Hiſpania ulterior ad ſolam Bæticam reſtricta fuit.

Sex. Ant. Iberus alter, *Rio Tinto*, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, per Vandaliam fluens inter Bætim & Anam, teſte Floriano, qui etiam *Azech* appellari eum ſcribit, in oſtio leucæ latitudinem habens, inter oſtia Bætis 12. & Anæ 8. diſtans.

Plin. Iberus item, fluvius Iberiæ regionis Aſiæ, ex Caucaſo monte in Cyrum fluvium majorem defluens. Eſt & Iberus nomen gentis, & ab Iberia Aſiæ, & ab Iberia Europæ deductum. Vigilius libro 9. Æneidos:

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

¶ Ibirtha, urbs Arabiæ felicis, teſte Ptolemæo.

Ant. Ibliodunum, oppidum Galliæ Belgicæ, inter Virodunum 15. & Divodurum 8. mill. paſſ. in Auſtraſia, nunc pagus *Benyl* eſſe videtur, vel *S. Benoiſt*, aut *Benoys*.

¶ Ibliodunum, ſeu Ibliodurus, oppidulum fuit Mediomatricum, quod nunc à quibuſdam *la Beuville* dicitur. Aliis autem eſt *Conflans* cognomento *en Iarniſy*, oppidulum Ducatus Lotharingiæ, ad Ornam amnem, 8. leucis à Virduno Divodurum verſùs: quod meliùs convenit poſitioni Antonini.

Ibriones, Briones Paulo Diacono, populi Germaniæ, quos Marcus Welſerus inter Lycum & Oenum flumina in Bavariæ finibus ſtatuit. Aliis videntur eſſe *Prynner*, incolæ montis Pyrenæi, in Ducatu Tirolenſi. *Ior.*

Icaria, Icaros Plinio, Melæ, Solino, *Nicaria*, inſula maris Ægæi, (quod ibi ex ea Icarium nominatur) inter Delum ad occaſum 50. & Samum ad ortum 35. mill. paſſ. à Naxo 17. à Micono 37. cum urbe cognomine epiſcopali ſub Archiepiſcopo Rhodio, inter Rhodum & Samum. Sic ab Icaro, quem volantem ibi decidiſſe amiſſis alis fabulantur, dictus, 300. ſtad. ambitu patens. De qua Ovidius libro 4. faſt. *Str. Pli.*

Tranſit & Icarium, lapſas ubi perdidit alas
Icarus.

Et libro 1. triſtium.

Icarus, Icariis nomina fecit aquis.

Icarium mare Ptolemæo, *Mare di Nicaria*, teſte Caſtaldo.

¶ Icaria inſula eſt maris Ægæi, inter Samum ad ortum & Naxum ad occaſum 60. milliaribus, ſeu inter Chium ad Boream 40. milliaribus, & Pathmum ad auſtrum 25. longiùs autem à Delo in ortum; ſed non inter Rhodum & Samum. Subeſt dominio Turcarum à duobus ſeculis circiter; eſtque ſatis parva. Antea autem ſuberat Juſtinianis Genuenſibus, Chii inſulæ dominis.

Icarium, Ichara Plinio & Ptolemæo, inſula ſinus Perſici, oſtio Euphratis objecta, *Carai* ex tabulis Geographicis recentibus, & *Carge*. Vide Ichara. *Str. Arr.*

¶ Icarta, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Icarus, fluvius Scythiæ, in Oxum fluvium Sogdianorum influens: quo nomine etiam Icaria inſula à Stephano appellatur, & * mons Atticæ, teſte Plinio. (*aliter Icarius.) *Pl. So.*

¶ Icaruſa, fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ, apud Cercetas, teſte Plinio.

Icauna, & Jauna, ut alii legunt, *Yonne*, fluvius Galliæ Celticæ, apud Antiſiodorum urbem fluens, & fines Senonum, ac in Sequanam ad Montem Regium oppidum influens. De eo in vita S. Germani Epiſcopi Antiſiodorenſis fit mentio.

¶ Icauna, *l'Yonne*, fluvius. Oritur in Burgundiæ Ducatu apud Auguſtodunenſes è montibus Morundiæ, *de Morvant*, propè caſtrum Chinonium. Urbem luſtrat Glamecium in provincia Nivernenſi, deinde Crevantium oppidum, ubi recipit Curam amnem, & poſteà Antiſiodurum urbem Burgundiæ, ubi primùm Lintrium capax eſt. Hinc receptis Semno & Armancione fluminibus juxta Jogniacum & Senones urbes labitur; & demum ad Monaſteriolum ſeu Montem Regium, ut volunt quidam, *Montreau faut Yonne*, in Campania provincia Sequanæ fluvio miſcetur. *Sci. Ga.*

Iccius & Icius portus, Itius Straboni, Itium promontorium Ptolemæo, Portus *Cales* Italis, *Calais* Gallis, urbs Galliæ Belgicæ, Picardiæ extrema, ex adverſo Britanniæ, inde 30. mill. paſſ. tantùm diſtans, à Bononia urbe 7. leucis in Boream, à Gravelinga oppido Flandriæ 3. in occaſum. Promontorium verò *Petreſſe*, inter Bononiam & Icium. Sed Camdenus putat eſſe *Vitſan* vel *Whitſan* pagum, à Caleto 3. leucis Bononiam verſùs.

¶ Iccius portus Morinorum, unde breviſſimus in Britanniam trajectus magnam litem concitavit. Quidam cum Geſſoriaco confundunt. Ortelius probare nititur eſſe Audomaropolim, quæ anteà dicebatur *Sitiu*. Quamplurimi credunt eſſe Caletum. Sed ego cum Camdeno & indigenis illius tractus exiſtimo eſſe locum Caleto vicinum, & in Comitatu Bononienſi in Picardia, quem indigenæ *Viſſent* vocant, Angli *Witſan*, Flandri, *Iſſen*, & nautæ *Eſſeu*, nomine parum mutato. Nunc eſt caſtrum tenue, cum portu in ora maris Britannici & ad Fretum Gallicum, 3. leucis à Caleto in occaſum, 4. à Bononia in Boream, & 6. ab ora proximiori Angliæ in Africum. Icium verò promontorium eſt *Blaneſt*, cum vico cognomine, in ora propè Icium portum, 3. leucis à Bononia. *Ca.*

Iceni,

Iceni, Icini Antonino, populi Albionis, quorum regio *Eſſex*, in Anglia, teſte Lhuydo. Sed Camdeno & Lelando eſt *Norfolk*, regio proxima. Polydorus autem Virgilius ſcribit Icenos populos accolas eſſe Sabrinæ fluvii, eoſque hodie eſſe Salopienſes, Vigornienſes, Gloceſtrienſes, & Herefordienſes. Sed ex Itinerario Antonini longè ab his diſtant Iceni. Icenorum regio Trinobantibus ſinitima eſt, ab eis in Boream recedens. In ea ſunt Suffolcia, Norfolcia, (in qua Norvicum urbs epiſcopalis in ora littorali ad ortum) tractus Cantabrigienſis & Huntingdonenſis, teſte Camdeno.

¶ Iceni, populi Albionis, in ora Orientali & ad mare Germanicum, à Ptolemæo Simeni dicti, & à Cæſare Cenimagni. Habitarunt ubi poſteà Eaſt-Angliæ regnum, & nunc provinciæ Suffolcia, Norfolcia, Cantabrigia, & Huntingdonia, teſtibus Camdeno, Sanſone, & Brietio. Eorum caput erat Venta Icenorum; habebantque ad occaſum Cathieuchlanos.

Iceſia, *Panaria*, teſte Fazello, inſula Siciliæ, Didymæ proxima & Liparæ, ab ea 8. mill. paſſ. in ortum recedens, circuitu 6. Thermiſſa Straboni, ob aquas calidas. Nigro eſt *Saline*; ſed Fazello Siculo credimus.

¶ Ichana, Siciliæ oppidulum Stephano & Plinio, cujus incolæ Ichanenſes.

Ichara, inſula ſinus Perſici, ante Euphratis oſtia, *Carai*, non *Baharen*, ut Maphæus putat, inſula ejuſdem ſinus, unionum piſcatione clara; hæc enim ferè media eſt inter Armuziam & oſtia Euphratis, ferè 200. leucis Hiſpanicis diſtans. Vide Tylos.

Ichnæ oppidum erat Macedoniæ, ad Axii fluvii oſtium.

Ichnuſa. Vide Sardinia, eadem enim eſt. Silius lib. 12.

Inde Ichnuſa priùs Graiis memorata colonis.

Ichthyophagi, populi Sinarum: & apud Agatharchidem populi oræ inter Carmaniam ad occaſum & Gedroſiam ad ortum: apud Plinium verò inſula Arabiæ felicis, in ora orientali. Sic ab eſu piſcium dicti.

¶ Ichthyophagi populi fuere Sinarum, in eo tractu ubi nunc provinciæ Sciantonenſis & Nanquinenſis, in parte orientali regni Sinarum, teſte Sanſone.

Ichthys, *Iardan*, teſte Andrea Theveto, promontorium Peloponneſi, in ora occidua, inter Chelonatem ſinum & oſtia Alphei fluvii. De quo libro 2. Itinerarii ſic:

Conduntur Sphagiæ, & piſci cognominis Ichthys.

Iciani, *Ichorough*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Norfolcia regione Angliæ, in Simenis Ptolemæo, ſeu in Icenis Tacito. Sed, teſte Talboto, eſt *Thetford*, oppidum ejuſdem tractus.

* Icium, vel Iccium promontorium, *Blanchneſt*, teſte Becano, promontorium Galliæ Belgicæ, in ora Picardiæ, inter Bononiam & Caletum ſive Icium portum, contra Cantium promontorium Britanniæ. (* Ἴσιον ex manuſcripto Seldeni.)

Icius portus. Vide Iccius, utroque enim modo legitur, & Itius, ut libro 1. Itinerarii:

Hic igitur, quo nunc conſiſtimus, Itius olim
Nomen ab itando portus habebat, ait.

Iconium, *Cogni & Gogni*, urbs Lycaoniæ archiepiſcopalis & caput, inter Cappadociam & Ciliciam, quo nomine & ipſa regio hodie nominatur, ab Heraclea ad Taurum montem 45. mill. paſſ. in occaſum. Sub hac metropoli ſunt Derbe, Lyſtra, Laranda, Canna, Baratha, Perta, Amblada, & Homonada.

¶ Iconium, *Cogni*, urbs Aſiæ minoris, in Lycaonia, etiamnum ampla eſt & probè munita, Caramaniæ latè ſumptæ caput, & ubi degit totius regionis Præfectus, ſub dominio Turcarum. Diſtat centum circiter milliaribus ab ora maris Pamphylii in Boream.

Icoſium, *Acor*, teſte Caſtaldo & Moletio, colonia & urbs Mauritaniæ Cæſarienſis maritima, inter Tipaſam & Ruſconiam, ſic dicta, quòd à 20. Herculis comitibus condita ſit, teſte Iſidoro libro 15. originum. Epiſcopalis erat ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi. Nigro eſt *Oran*, ſed hæc longè hinc diſtat in occaſum.

Ictumulum, Ictomulum Straboni, *Victimolo* hodie, locus agri Vercellenſis, ubi quondam aurifodinæ, intra montes.

Iculiſma, *Angouleſme*, urbs Aquitaniæ epiſcopalis. Vide Egoliſma, & Engoliſma; tot enim modis appellatur.

Icus, inſula maris Ægæi, apud Eubœam, teſte Stepahano, & teſte Strabone, apud Magneſiam.

¶ Icus Inſula eſt parva maris Ægæi, propè Pelaſgicum ſinum, inter Eubœam ad auſtrum & Peparethum ad Boream, viginti circiter milliaribus utrinque diſtans. *Strab. Liv.*

Ida & Ide, mons geminus: unus Phrygiæ, ſeu Troadis, in Aſia, apud Trojam, altiſſimus, cujus cacumen Gargarus apud Strabonem nominatur, à Troja 3. mill. paſs. ex quo 15. amnes effluunt. De quo Ovidius libro 13. Metamorphoſeon: *Hor. Strab.*

Ante retro Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit.

Alter Cretæ, qui & Idæus Plinio, *Pſi'oriti* incolis, teſte Bellonio, ceteris inſulis celſior, & utplurimum nive conſperſus. Prior inter Abydum & Æſapum fluvium apud Cyzicum protenditur.

¶ Ida mons eſt Troadis, in Aſia minori, Paridis judicio celebris, altiſſimus totius Helleſponti, ut tradit Diodorus, apud quem ejus deſcriptio. Pluribus fontibus irriguum facit Athenæus, 1. à quo nempè originem ſumunt quindecim ad minimum flumina, at ſagma quam natura majora, & quorum plurima Plinius ſuo tempore exaruiſse tradit; adeò ut non immeritò Horatius Idam aquoſam vocet.

Idæus, ſinus Troadis, à monte Ida dictus, qui & Adramyttenus, *Golfo di Landramiti*, inter Myſiam & Leſbon inſulam, Idæus & mons Cretæ qui & Ida, & Phrygiæ, de quo Virgilius libro 3. Æneidos: *Strab.*

Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtra. *Plin.*

Idalium, *Bourg Dalim*, teſte Stephano Luſignano, oppidum olim, nunc pagus Cypri, ad Idalum montem. Cujus meminit libro 10. Æneidos Virgilius: *Steph.*

Eſt Paphos, Idaliumque tibi, ſunt alta Cythera.

Eſt & hinc Idalius, a, um: ut Idaliæ domus apud Virgilium ibidem.

Idea, Idæa Straboni, oppidum erat Lydiæ, apud montem Sipylum: quod abſortum, in pauldem verſum eſt, quæ Sale dicitur, teſte Plinio. *Pauſ.*

Ideſsa urbs fuit Colchidis, in Iberiæ confinio, quæ Phryxium & Phryxi urbs dicta eſt, teſte Strabone. *Strab.*

¶ Ideſsa urbs, quæ & Phryxi, urbs fuit Iberiæ, ad radices Moſchici montis, & in confinio Colchidis, Sanſone teſte.

¶ Idicra urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, ut colligitur ex Itinerario Antonini Auguſti.

Idienſis oppidum ſeu pagus fuit Hiſpaniæ Bæticæ, in conventu Cordubenſi. Locus adhuc *Idia*, teſte Morale, nominatur. *Vet. Inſ.*

Idomenæ, Idomene Ptolemæo, oppidum erat Macedoniæ, in Æmathia, inter Doberum & Atalantam, Europo proximum. Populi Idomenenſes Plinio, Gortyniis finitimi ſeu Gordiniis. *Thucy. Steph.*

¶ Idrinum, *Idro*, oppidum Italiæ, in ditione Veneta & in agro Brixiano, juxtà lacum Edrinum, versùs confinia ditionis Tridentinæ.

* Idubeda, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, à Pyrenæis ortus, & in regnum Luſitanum uſque perductus, varia pro locorum diverſitate ſortitus nomina. Nam primùm *Sierra d'Atienza* dicitur, inde *Sommo Sierra* vel *Sumo Sierra*, poſtea *Puerto della Tablada*, ulteriùs *Palomera d'Avila*, poſtquàm *Puerto de Guadarama*, *Puerto del Colmenar*, *& del Pico*, demùm *Puerto de Tornavacas*; in Luſitania verò *Monte della Strella*, teſte Olivario. (* *Idubeda* eſt in manuſcripto Seldeni.) *Strab. Mel. Ptol. & al.*

¶ Idubeda, mons Hiſpaniæ, extenditur ab Ibero fluvio uſque ad Luſitaniam, et primùm in caſtella veteri dicitur *montes d'Occa* ab urbe Auca antiquiſſima, cujus rudera etiamnum viſuntur; deinde *Sierra la Hez & Sierra d'Vrbion*, versùs Rivogiam provinciam; hinc in confinio Caſtellæ novæ, et Caſtellæ veteris, *Sierra d'Atienza*, *& Sommo Sierra*; poſteà *Sierra d'Avila* in Caſtella veteri, iuxta urbem cognominem, *Montes de Toledo*, in Caſtella nova, & tandem in Extremadura *Sierra de Pico & Sierra de Tornas vavas*, in ipſo limite Portugalliæ. Sed per Portugalliam non extenditur, quidquid dicat Olivarius.

Idubeda quoque, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per regnum Valentiæ fluens, et in mare Balearicum inter Iberum et Turiam prolabens, *Rio de Millas*, teſte Beuthero. At Naugerio *Zema* dicitur. Nomen habet à monte, à cujus radicibus in Celtiberis oritur. *Plin.*

Idu-

Strab. Plin. Idumæa, Edom in ſacris literis, ab Edom filio Eſau teſte Divo Iſidoro, nomen habens, Idume Lucano, regio Palæſtinæ, inter Arabiam petræam & Ægyptum, incipiens ab occaſu Jordanis fluvii, *Eidumi* adhuc incolis nominatur. Populi Idumæi Plinio. Lucanus libro 3.

Gazaque, & arbuſtis palmarum dives Iduma.

Et Martialis libro 2. epiſt. 2.

Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.

¶ Idumæa, aliàs Edom, regio vicina Judææ ad meridiem, Judæam inter, & Arabiam, & Ægyptum; & ipſa aliquando Judææ pars, aut ſaltem Judææ ſubdita; extenditurque versùs oram littoralem maris Mediterranei. Nunc regio eſt valdè ſterilis & arenoſa, ſub dominio Turcarum.

Ptol. * Idumania, *Stone* (nonnnllis, forſan pro *Stour*) at *Blackvvater*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, per Eſſexiam Angliæ regionem orientalem fluens, inter Thameſin & Garyenum. Qui & Iumanius dicitur. Ptol. (* Ερδυλανιος in libro manuſcripto Seldeni.)

Idunum, *Judenburg*, (non *Vdine*, ut ſcribit Ortelius, urbs Carnorum, longè diſtans à Norico) oppidum Norici, in Carinthia, apud fines Stiriæ, medium inter Neomarchum & Leubiam oppida 6. leucis, à Vacorio 21. Viennam versùs. *Idenavv* putatur Aventino, in Bavaria, apud Ditmaningum oppidum, à Burchauſia oppido 2. leuc. ſed ſitus apud Ptolemæum haud congruit.

¶ Idunum, oppidum Ambiſontiorum, in Norico nunc, teſte Sanſone, eſt *Windiſch Matray*, oppidulum ditionis Saliſburgenſis, ad amnem Inſulam, qui paulò infrà cadit in Dravum. Vix 10. mill. paſſ. diſtat ab Alpibus, & paulò minùs à confinio Carinthiæ Ducatus, ſed longè à Stiria provincia, & circiter 25. milliaribus Germanicis in occaſum à Judenburgo urbe Stiriæ, ad Muram fluvium.

Bibl. Iebuſæi, populi Palæſtinæ, in Judæa, ſic à Iebus filio Chanahan dicti, a quo Hieroſolyma condita eſt, teſte Divo Iſidoro libro orig. unde illa Jebus priùs appellata, teſte Divo Hieronymo.

Strab. Iella vel Ielleia, *Stradella*, oppidum Galliæ Ciſpadanæ, in agro Ticinenſi, medium ferè inter Placentiam & Dertonam ad 20. mill. paſſ. à Ticino 10.

¶ Iemptia, *Iempterland*, provincia aliàs Norvegiæ, nunc Sveciæ, antea ſub dominio Regis Daniæ, ſed anno 1645. effecta eſt Svecici juris pace ad Bromſbroam confecta. Habet ad ortum Angermanniam, ad meridiem Medelpadiam, ad occaſum Helſingiam, & ad ſeptentrionem Norvegiam. Ibi nullæ, urbes, ſed tantùm tria caſtra, *Reſſundt*, *Docre*, & *Lidh* dicta.

Ptol. Iena, *Kray* apud Ortelium, videtur æſtuarium Albionis, in Angliæ Scotiæque confinio, in ora Cumbriæ occidentali. Eſt & Iena urbs & accademia Thuringiæ, ad Salam fluvium, unde & Salana ab aliquibus appellatur inter Coburgum ad meridiem 11. & Naumburgum ad Boream 4. leuc. De qua in libro 5. Itinerarii:

Iamque urbs eſt oculis Iena relicta meis.

¶ Iena æſtuarium eſt Scotiæ meridionalis, vulgò *Crèe Fyrth*, ad oſtia fluvii *Crèe*, in Gallovidia provincia, ad ortum Lucopibiæ urbis, & è regione Monedæ inſulæ, in mari Hibernico, non autem in confinio Angliæ.

¶ Jena, *Iena*, urbs eſt parva Germaniæ, ſed culta, in ditione Ducis Saxoniæ Weimarienſis. 3. leucis diſtat à Weimaria in ortum, & 6. ab Erfurto, 9. autem à Lipſia in occaſum. Accademiam habet anno 1555. erectam; & in ea commoratur unus ex Ducibus Weimarienſibus.

¶ Iendum, *Jendo* ſeu *Yendo*, urbs ampla, & ex Iaponiæ primariis, in Niphonia inſula, ubi ſedes regia Imperatoris Japponiæ ab aliquot annis. Eſt in Quantoa regione, 120. mill. paſſ. à Meaco in ortum, teſte Sanſone. Dicitur etiam *Iedo*, habetque palatium ſuperbiſſimum recens exſtructum, & undique deauratum.

¶ Iendus, *Iende* ſeu *Paiende*, lacus Sveciæ, in Finnia regione & Tavaſthia provincia, à ſeptentrione in meridiem extenſus, propè Savolaxiam provinciam.

¶ Ienekopia, *Ienkoping*, urbs Sveciæ, in Smalandia, Oſtro-Gothiæ regionis provincia. Tota lignea eſt, nec muris clauſa, ad meridiem lacus *wether* poſita. A quibusdam *Jonekoping* dicitur; & 16. leucis Svecicis diſtat ab ora maris Baltici in occaſum, & in confinio Weſtrogothiæ.

¶ Ieniſcea, *Ieniſcey*, fluvius Moſcoviæ Borealis, propè Tingoeſios populos, peramplus & longè major Obio. Ab ortu habet excelſos montes, inter quos & ignivomos quoſdam ſulphur identidem ejicientes, ab occaſu planum inſigniter fertile; inundatque campos ad 70. circiter leucas verno tempore hic fluvius, non ſecus quàm Nilus Ægyptum, teſte Iſaaco Maſſa.

¶ Ienupara, *Ienupar*, urbs Indiæ cis Gangem, cum regno ſeu provincia cognomine, in ditione Magni Mogolis, ad amnem *Coul*, ferè media inter Dellium ad auſtrum & Lahorium ad Boream, 130. milliaribus utrinque; eſtque versùs montes.

Ierabrica, *Alanquera*, teſte Andrea Reſendio, oppidum Luſitaniæ, inter Vlyſſiponem ſupra 7. & Scalabim ſupra 5. leuc. ad Tagum fluvium. Aliis eſt *Povos*, pagus non longè diſtans. Videtur Arabrica Ptolemæo. Sed hæc *Abrigada* vel *Povos* eſt. Ant.

Mel. Ierna, *Ierne* adhuc vulgò, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Gallæcià, apud Celticum promontorium fluens. Straboni mons eſt, à quo fortè fluvius ſcaturit.

Iernus, *Droſes*, ut videtur aliquibus, fluvius Hiberniæ, in ora Connaciæ, apud Dyngam oppidum in mare labens. (Camdeno *Maire* videtur, in Deſmonia Comitatu Momoniæ.) Ptol.

¶ Jeroslavia, *Ieroslavv*, urbs Moſcoviæ, Ducatus cognominis caput, cum arce, ad Volgam fluvium. 40. mill. paſſ. diſtat à Roſtovia in Boream, & 140. à Moſcua, 150. autem à Novogrado parva in occaſum.

¶ Ieruſalem, *Jeruſalem*, urbs, aliàs Judææ caput, nunc Terræ ſanctæ præcipua, ſub dominio Turcarum. Vide Hieroſolyma.

¶ Ieſonis, regio, *terre d'Ieſo*, pars terræ Arcticæ recens detecta, ad Boream Japoniæ. Vide Eſonis terra.

Ieſrab, urbs Arabiæ, quæ nunc *Medina Talnabi*, teſte Poſtello, patria Maumethis pſeudoprophetæ. Anual. Turc.

Ieſrael, *Taracin* hodie, teſte Poſtello, vel *Zaracin* aut *Zerecin*, urbs olim, nunc pagus Gallilææ, in Tribu Juda, patria Naboth, Iezrael Joſepho, apud montem Gelboe, & campum magnum Eldreion, à Bethſan 6. mill. paſſ. in occaſum, non Judææ, ut ſcribit Ortelius. Bibl.

¶ Jeſrael, ſeu, & meliùs, Iezrael, urbs fuit Tribus Iſachar, in limite Tribus Manaſſe & in Galilæa. Iezrael etiam urbs fuit ſexta in octava parte Tribus Iudæ, inter Jota & Jucadam.

¶ Ieſſelmera, *Ieſſelmere*, ſeu & *Gislemere*, urbs ampla Indiæ, provinciæ cognominis caput, in ditione Magni Mogolis, intra montes. Vrbs ipſa diſtat 120. milliaribus a fluvio Indo in ortum, & totidem à confinio regni Guzaratæ in Boream.

¶ Ieſualum, *Ieſual*, regnum Indiæ extra Gangem, ſub dominio Magni Mogolis, inter Vdeſsæ regnum ad ortum & Patnam ad occaſum. Ibi urbs præcipua, Rajapora.

¶ Jeſupolis, *Jeſupol*, oppidum munitum Poloniæ, cum arce, in Podolia & in limite Pocuciæ, in ſiniſtra Biſtris fluentis ripa.

Ietas, Ietæ Stephano, *Iato* nunc, oppidum Siciliæ, in monte, penè jacens, inter Salemium 16. & Corileonem 18. mill. paſs. Alcamo oppido propinquum, à Chriſtianis, inde Saracenis ejectis ſub Friderico II. Imperatore, exiciſum. Populi Ietini Ciceroni, Jetenſes Plinio. Oppidum à Panormo 15. mill. paſs. abeſt, Mazaram versùs 30. ab Entella 12. in Boream, apud Julianum oppidum, in monte prærupto, ubi magna aquarum copia. De eo Silius libro 14. Sil.

Sidonios Arabeja ferox, & celſus Jetas.

¶ Ietas ſeu Jetæ, *Jato*, caſtrum eſt Siciliæ, in valle Mazarana, juxta Crimiſsum fluvium, 16. milliaribus ab Alcamo in auſtrum, & paulò minùs à Juliano. Sed 30. ferè milliaribus à Panormo in auſtrum diſtat. Plin.

Ieterus, fluvius Myſiæ, ex Hæmo monte fluens. Vide Jatrus.

¶ Ietſegena, *Jetſogen*, una ex quinque regionibus ſeu partibus Niphoniæ inſulæ, in Japonia: ſub qua ſunt decem provinciæ ſeu regna, teſtibus Sanſone & Brietio, ſcilicet Canga, Finda, Jechuenum, Jetchuum, Ingum, Ixium, Minum, Notum, Voarium, & Vomium. Habet ad ortum Quantoam regionem, & ad occaſum Ietſengam.

¶ Ietſenga *Jetſen*, regio Niphoniæ inſulæ, in Japonia,

ſub

ſub qua duodecim continentur provinciæ ſeu regna, teſte Brietio; nempè Bigenum, Cavachum, Farima, Idzuminum, Jamaxirum, Jamatum, Quinocunum, Tamba, Tzunocunum, Vacaſa, & Xima. Ejus primaria eſt Meacum, urbs perampla & totius Japoniæ caput. Dicitur etiam illa regio *Jetſengo* à quibuſdam; habetque ad ortum Jetſegenam & ad occaſum Jamaiſotiam regiones.

Igædita, Idigita legit Joannes Mariana, *Idanhia la veja* Morali, *Idanhas* Varrerio, *Edania* Vaſæo, (quæ nomina idem referunt) urbs olim epiſcopalis Luſitaniæ ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, nunc vicus urbi Guardenſi (quæ illi in epiſcopali dignitate ſubrogata eſt) ſinitimus, ad 6. leucas diſtans in auſtrum. Populi Igæditani.

¶ Igædita, *Idanha à Velha* incolis, urbs eſt parva Luſitaniæ, à confinio Extremaduræ, vix 2. leucis diſtans in occaſum, uti 6. à Cauria, & totidem ab Alcantara in Boream. Ei adjacet caſtrum *Idanha à nneva*, quod Igædita nova dici poteſt.

Igeni, populi Albionis, quos Northumbros eſſe ferunt.

Igenia, *Tegengil* ex tabulis Angliæ, oppidum Albionis, in Cambria, ſeu Wallia, apud urbem Aſaphenſem, & Varim oppidum .(Camdenus dicit partem regionis (ſcilicet Flintenſis Comitatus) vocari Britannis *Teg-engle*, id eſt, formoſam Angliam.)

Igilgili, *Gigel*, teſte Marmolio, vel *Giger*, urbs olim epiſcopalis, nunc pagus Mauritaniæ Cæſarienſis, in ſinu Numidico, inter oſtia Audi & Guli fluviorum, in Africæ confinio. Populi Igillitani, & Epiſcopus Igillitanus apud Victorem Uticenſem. Abeſt à Saldis urbe Africæ 70. mill. paſſ. in occaſum.

¶ Igilgili ſeu Igilgilium, *Gigeri*, urbecula parva Africæ, in ora maris Mediterranei, cum portu ſatis capaci. Olim erat in Mauritania Sitifenſi, nunc in regno Algerii. Diſtat à Ruſucuro circiter 140. milliaribus in ortum, & 60. à Bugia urbe ſeu Salde in ortum, 20. autem circiter ab oſtio Ampſagæ in occaſum. Capta fuit à Gallis anno 1664. ſed paulò poſt ab ipſis derelicta.

Igilium, Iginium Melæ, Egilium Plinio, *il Giglio*, inſula maris Tyrrheni, apud montem Argentarium, ab eo 12. mill. paſſ. à Coſa urbe exſtincta 90. ſtadiis. De ea Rutilius libro 1.

Eminus Igilii ſylvoſa cacumina miror.

¶ Igilium, *il Giglio* incolis, *l'isle du Lys* Gallis, inſula eſt parva & montuoſa maris Tyrrheni, cum caſtro & oppidulo, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ; ſed in ſpiritualibus pendet ab Abbate Trium Fontium, propè & extra Romam.

Igmanus, fluvius Aquitaniæ. Vide Sigmanus, ſic enim apud Ptolemæum legitur.

Ignatia, urbs Apuliæ exciſa. Vide Egnatia.

¶ Ignium regio, *tierra del Fuego* Hiſpanis, *terre des Feux* Gallis, pars Americæ meridionalis, & inſula ampliſſima inter Freta Magellanicum & Mæreum, ſic dicta à Ferdinando Magellano, qui primus eam detexit. In ea nulla eſt urbs, & ab Europæis luſtrata fuit tantùm versùs oram littoralem; ejus autem promontorium auſtrale dicitur Caput Hornanum, *Cap. de Horn.*

Iguvium, poſteà Eugubium, *Gubio*, urbs Umbriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, unde 20. mill. paſſ. abeſt in auſtrum ſeu Euronotum, ad Apennini montis radices, Peruſiam versùs totidem, in Ducatu Vrbinate, lanificio clara. Populi Iguvini, & Iguini Plinio, Inginium Silio dici videtur. (* Inginini in nonnullis codicibus.)

¶ Iguvium, urbs aliàs Umbriæ, nunc Ducatus Urbini, in ditione Pontificia. Sedet in amœna planitiæ, 28. milliaribus ab Urbino, 15. à Peruſia in ortum, & 12. ab Aſſiſio in Boream.

Ihona, & Jona, *Chilca*, inſula Scotiæ. Vide Hiona, variè enim ſcribitur.

¶ Ihora, *Ihor*, urbs Indiæ ulterioris, in Cherſoneſo aurea & in tractu Mallaccæ, regni cognominis caput, cum portu propè promontorium Sincapuræ. Ejus Rex potens eſt in illis partibus, pluriesque Malaccam tentavit irrito tamen conatu.

Ila, *Wiſte*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, in ora Scotiæ ad ortum, apud Viruvium promontorium & * Andreapolim urbem mari exceptus. Eſt & Ila inſula ejuſdem Scotiæ, in ora occidua, una Ebudarum, Novanto promontorio objecta. (* in Cathaneſia Comitatu ponit Camdenus, longè hinc in Boream diſtanti.)

¶ Ila, *Wiſte*, fluvius eſt parvus Scotiæ Borealis, in Comitatu Cathaneſia, ubi in Oceanum Germanicum ſe exonerat inter Beruvium promontorium ad ſeptentrionem & Varar æſtuarium ad meridiem.

¶ Ila, *Yle*, inſula eſt Scotiæ & Æbudarum meridionalior, quæ ab aliis Epidium inſula dicitur, propè promontorium Epidium, teſtibus Camdeno, Sanſone, & aliis. Vide Epidium inſula.

Ilacuris, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Carpetanorum & novæ Caſtellæ; quod Moletius *Caros de los infantes* dici teſtatur: quod apud alios non legi. *Ptol.*

¶ Ilargus, *Iler*, fluvius Germaniæ. Sueviam ſecat, & poſteà in Danubium cadit ad Ulmam. Fontes habet in confinio Comitatus Tirolenſis, ſupra *Oberdorf* caſtrum, & Campidunum rigat.

¶ Ilcuſſum, *Ilkuſch* & *Ilcuſſia*, oppidum Poloniæ minoris, in Palatinatu Cracovienſi. 5. milliaribus Polonicis diſtat à Cracovia in occaſum Slaucoviam versùs; eſtque in tractu Severienſi Ducatu dicto, & celebre ſodinis argentum plumbo mixtum ſuppeditantibus.

Idum, *Salſadella*, oppidum ſeu pagus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora regni Valentiæ, ab Indibili 24. mill. paſſ. *Ant.*

¶ Ildum ſeu Ildus, oppidum Ilercaonum, nunc pagus eſt *Salſadella* dictus, in parte Boreali regni Valentini, vix 8. milliaribus, ab ora maris Mediterranei, & 32. à Segobriga in Eurum.

Ilercaones, Ilercaonenſes Livio, Illurgavonenſes Cæſari, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, circa Dertuſam urbem & Iberum fluvium. *Ptol.*

¶ Ilercaones populi fuere ubi nunc pars Cataloniæ provinciæ trans Iberum, & pars ſeptentrionalis regni Valentiæ; habebantque Sedetanos & Edetanos ad occaſum.

Ilerda, *Lerida*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Catalaunia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, inde 12. leuc. in occaſum, quot ferè à Dertuſa, inter Barcinonem ad ortum & Cæſaraugustam ferè media, ad 20. leucas diſſita, accademia, inter duo flumina Sicorim & Cingam paulò infrà confluentes, ab Ibero 160. ſtadiis. Ea anno ſalutis 1143. ejectis Mauris poſt Dertuſam recuperata eſt. Populi Ilerdenſes. Lucanus libro 4. *Caſ. Plin. Ptol. & al.*

-ſuper hunc fundata vetuſta
Surgit Ilerda manu: placidis prælabitur undis.

¶ Ilerda, *Lleida* Hiſpanis, *Lerida* aliis, urbs eſt permunita Cataloniæ, ad Secorim fluvium, pluries capta, & tentata hiſce ultimis temporibus. Diſtat 17. leucis Hiſpanicis à Tarracone versùs Boream, uti & 15. à Dertuſa, 25. autem à Barcinone.

Ilergetes populi Hiſpaniæ citerioris, circa Ilerdam urbem incolentes: quorum oppida Ilerda, Oſca; urbes, Burtina, Bergidum, Berguſia, Celſa. Nonnulli Urgellam urbem caput Ilergetum faciunt ex alluſione nominis. *Plin. Ptol. Plin.*

Ilienſes, populi Sardiniæ, circa medium illius incolentes, quorum tractus *Ilena*, teſte Pineto. In Theſauro Linguæ Latinæ Populi Corſicæ nominantur; cum Sardiniæ ſcribendum eſſet. *Liv.*

Ilingæ, populi Germaniæ, qui Elyſii Tacito eſſe videntur. Horum urbs *Leignitz*, teſte Ortelio, eſt in Sleſia, inter Gorlitium urbem Luſatiæ ad occaſum 9. & Uratiſlaviam metropolim Sleſiæ ad ortum 6. leuc. diſſita. *Ptol. Liv.*

Ilipa, *Calamea en la Serena*, teſte Morale, oppidum Luſitaniæ, in Extremadura, à Metallino & Zephyra 12. leuc. ab Emerita 18. in auſtrum. Ilipa quoque oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, quæ Elepla in libro Conciliorum appellatur, olim urbs epiſcopalis, nunc oppidum *Nieblà*.

Iliſſus & Illiſſus, fluvius Atticæ, (cum oppido cognomine) per fines Athenienſium fluens, ipſas Athenas ex adverſo Cephiſi alluens, mari ad Piræum exceptus. Eſt & fluvius Imbri inſulæ, teſte Plinio. De Iliſſo Atticæ. Statius libro 12. Thebai. *Plat. Plin.*

Celavit Geticos ripis Iliſſus amores.

Illiturgis, in nonnullis codicibus Ilurgis, Illiturgis Plinio, Iliturgi Livio, *Lietor*, teſte Mariana, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, exciſa, apud Bætim fluvium, à Scipione unà cum Caſtulone, quòd ad Pœnos defeciſſent, everſa, apud *Anduiar* urbem, ad Bætim, in Vandalia, inter Cordubam ad occaſum & Ubedam ad ortum 12. leucis diſtan- *Ptol.*

diſtantem, ab ea 3. leuc. Alii *Jaen* & alii *Aldea el Rio* eſſe putant. Sed prior ſententia vera.

¶ Iliturgis ſeu Illiturgis, Beticæ urbs Plinio, cui Forum Julium cognominatur. *Anduiar el vieio* vocat Ambroſius Moralis, 3. mill. paſſ. ad *Anduiar*, & addit à Ptolemæo corruptè Ilurgis vocari.

Hom. Virgil, & al. Ilium, quod & Troja, urbs Phrygiæ minoris, inter Idam montem & oram littoralem, à qua 1500. paſſ. diſtat, à Græcis everſum, poſteà reædificatum, & epiſcopali ſede ornatum ſub Archiepiſcopo Cyziceno, modò jacens, & *Troja* adhuc dictum, teſte Sophiano, à Dardano urbe 13. mill. paſſ. diſtans. Virgilius libro 2. Æneidos:

Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

Hinc Ilius & Iliacus, nomen gentis. Virgilius libro 7. Æneidos:

Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & auctor.

Apud Horatium libro 4. ode 9. & apud Ovidium libro 14. Metamorphoſeon Ilios & Ilion fæminini generis leguntur:

Non ſemel Ilios vexata, &c.

¶ Illa, *Lille*, fluvius Galliæ, in Aquitania. Oritur in Lemovicenſi provincia; deinde per Petrocorios labens, ibi Veſunam regionis primariam rigat & Muſſidanum oppidum: poſteà ad Cutracum Dormiam fluvium recipit: & denique juxta & infra Liburniam in Duranium fluvium ſe exonerat.

Plin. Illarco, *Alarco*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis Caſtellæ novæ, medium ferè inter Toletum & Valentiam. Tametſi ſitus apud Plinium haud congruere videtur.

Ptol. Illiberis, Plinio Eliberi & libro Conciliorum urbs Hiſpaniæ Bæticæ, (non Tarraconenſis, ut ſcribit Ortelius) archiepiſcopalis, exciſa, *Elvire* nunc locus dicitur, à Granato, quæ illi ſucceſſit, & nova Illiberis dici poteſt, 2. leucis diſtans. Populi Iliberini Plinio, Eliberitani in libro Conciliorum. Eſt & Illyberis Straboni, Eliberri Melæ, Illiberis Plinio, oppidum Galliæ Narbonenſis, in ora littorali, nunc ad Hiſpaniam ſpectans, apud Helenam urbem. Vide Eliberri. In Theſauro Linguæ Latinæ geminus error eſt: quòd Illiberis aliis Liberia dicatur; & quòd ſit *Granata*, ſi de urbe Galliæ Narbonenſis loquimur: eundem errorem habet in voce Illyberis.

¶ Illiberis, *Collioure*, urbs Galliæ Narbonenſis, antea Hiſpaniæ annexa, ſed poſteà Galliæ reddita. Meliùs dicitur Caucoliberis. Vide ibi. Illiberis autem ſeu Ellibèris nunc *Elvire* dicitur, pagus propè Granatum. De Illiberis nomine, ſitu, & antiquitatibus vide Mendoſam ad Concilium Illiberitanum, qui duplicem in Hiſpania fuiſſe docet. Apparet autem ex lapidibus antiquis habuiſſe cognomen Florentiæ.

Plin. Illici, Illice Melæ, Ilicias Ptolemæo, ut videtur aliquibus, *Elchè*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Sorabim fluvium, in regno Valentiæ, inter Oriolam 5. & Alonem 4. leucis, olim urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, nunc oppidum non obſcurum, Marchionem habens. Nonnullis eſt *Alicante*. Theſaurus Linguæ Latinæ, Olivarium ſecutus, haud bene *Alicante* interpretatur.

¶ Illici *Elche*, ſeu etiam *Leiche* quibuſdam, oppidum fuit Conteſtanorum, nunc autem regni Valentini, versùs oram maris Mediterranei, à qua tantùm 4. laucis diſtat. Dictum fuit etiam Illicias ſeu Ilicias.

Ptol. Illicias vel Ilicias, aliis *Lucena*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora regni Valentiæ. Aliis eſt idem quod Illici: *Lucena* enim oppidum eſt inter Segorbiam urbem & oppidum ſancti Matthæi, longè à ſitu Illiciæ diſtans.

Ptol. Illicitatus portus, apud Alonem urbem Hiſpaniæ Tarraconenſis, & Illicitanus ſinus apud Melam *Golfo d' Alicante* nominatur.

Ptol. Illipula, (oppidum Hiſpaniæ Bæticæ geminum) major & minor, Major, quæ Ilipa Plinio, *Pennaſtor*, teſte Morali, oppidum ad Bætim, ubi Singulim fluvium excipit, medium inter Cordubam & Hiſpalim, utrinque 11. leuc. vel *Palma* inter Cordubam 8. & Andugaram 4. leuc. Minor in Turdetanis eſt apud Luſitaniæ confinia, Ilipa Livio. Vide Ilipa. In Theſauro Linguæ Latinæ pro oppido mons ſcribitur.

¶ Illipula, quod & Illipa major, oppidum fuit Turdetanorum, nunc Vandalitiæ, vulgò *Penaflor*, in colle, paulò infrà confluentes Singulis in Bœtim fluvium.

Illiturgis. Vide Iliturgis. Plin.

Illurcis, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, poſteà Gracchuris à Graccho dicta. Feſto.

Plin. Mel. Illuro, *Alora*, teſte Morali, oppidum olim, nunc pagus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Catalaunia, qui Diluron Ptolemæo dici videtur, inter Blandam, & Betullonem Barcinonen versùs in occaſum.

¶ Illuro, quod & Diluron, oppidum fuit Laletanorum, nunc oppidulum Cataloniæ, quod multis eſt *Arenys*, in ora maris Mediterranei, medium inter Barcinonem ad occaſum & Blandam ad ortum, quanquam non deſint qui credant eſſe *Mataro* in illo tractu.

Illyricum, Illiris Ptolemæo, Illyria Stephano, regio ampla Europæ, mari Hadriatico ad meridiem expoſita, à Septentrionibus Pannoniæ contermina, Savo fluvio ſeparante, inter Hiſtriam ad occaſum & Macedoniam ad ortum, ad 800. mill. paſſ. longa, lata, ubi maximè, 225. Sed apud recentiores longitudo minor deprehenditur. In duas regiones dividitur, Liburniam ad occaſum, & Dalmatiam ad ortum. Vulgò *Schiavonia* in univerſum appellatur. Populi Illyrii Polybio, Illyrici aliis. Pix Illyrica commendatur. Ovidius, libro ſecundo de arte amandi:

Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erat.

¶ Illyricum antiquum proprios habuit Reges; terminabaturque Titio flumine & montibus Scardo & Cerauniis. Illyrico autem à Romanis occupato, ejus pars quæ intra Drilonem fluvium & montes Ceraunios continebatur, tractu temporis in Macedonicum nomen tranſiit, & Epirus nova dicta fuit. Sed Illyricum regnum reſtrictum fuerat inter flumina Naronem & Drilonem: poſteà tamen extendebatur uſque ad Carnos; ita ut comprehenderet Illyricum proprium, Dalmatiam, Liburniam, tres Iapidias, Carnos, & Iſtriam. Illyricum autem proprium erat ea regio quæ intra amnes Naronem & Drilonem ſita, victo Gentio ejuſdem Rege, à Romanis in provinciam redacta fuerat. Sub Auguſto Iapidia prima cum Iſtria & Carnis Italiæ additæ fuerunt. Sed poſtea Imperio Romano diviſo in Orientale & Occidentale, Illyricum etiam ſimili modo diviſum fuit. Illyricum occidentale habebat has provincias, Noricum Mediterraneum, Noricum Ripenſe, Pannoniam ſuperiorem, Pannoniam inferiorem, Saviam, Valeriam, Dalmatias, quæ cum Præfecto Italiæ parerent, & exinde Dalmatiæ uti Italiæ proximæ, inter Italicas provincias aliquando cenſitæ fuerunt. Illyricum orientale habebat Diœceſes Macedoniam & Daciam. Sub Macedonia erant Achaja, Macedonia, Theſſalia, Creta, Epirus vetus, & Epirus nova. Sub Dacia erant Dacia Mediterranea, Dacia Ripenſis, Mœſia prima, Mœſia ſecunda, Dardania, & Prævalitana, quæ Præfecto Prætorii Illyrici parebant. Quamobrem auctores quando Illyricum nominant, utplurimùm de Illyrico orientali intelligendi ſunt. Illyricum hodiernum apud auctores Latinos continet Dalmatiam, Croatiam, Boſniam, & Sclavoniam. Ab Italis verò uno nomine *Schiavonia* dictum fuit, & *Eſclavonie* à Gallis. De his fuſiùs Joannes Lucius Tragurinus vir doctiſſimus in ſuo opere de regno Dalmatiæ.

Urbes Illyrici:

Abſorus ſeu Apſorus, *Oſero*, (ſub Venetis.)
Æquum, *Clucci*, (ſub Turcis.)
Almiſſa, olim Piguntiæ, *Amiſſa*, (ſub Turcis.)
Andecrium, *Moſtar*, (ſub Turcis.)
(Andecrium, ſeu, & meliùs, Andetrium, eſt *Cliſſa*, Slavè *Kliſſ*, ſub Venetis.)
* Antibarum, *Antivari*, (ſub Turcis.)
Arauzona, *Oſtroviza*, (ſub Turcis.)
Arba, *Arbe* (Slavis *Rab*, ſub Venetis.)
* Aſcrivium, *Cataro*, (ſub Venetis.)
Bianona, *Urana*, (ſub Venetis.)
Bulva, poſtea Butua, *Budoa*, (ſub Venetis.)
* Caſtrum novum, *Caſtel novo*, (ſub Turcis.)
* Cneanis, (*Knin* forſan, ſub Turcis.)
Corcyra melana, *Curzola*, (ſub Venetis.)
Curcum, *Cruch*, (ſub Turcis.)
Delminium, *Denna*, (ſub Turcis.)
Doclea. Vide Antibarum.
Drivaſtum, *Drivaſto*, (ſub Turcis.)
Enderum, *Ender*, (ſub Turcis.)
Enona, *Nona*, (ſub Venetis.)
Epetium, poſtea Spalatum.

(Epe-

(Epetium, nunc *Zarnouviza*, fuit propè Spalatum, ſub Venetis.)
* Epidaurus poſteà Raguſium.
Flavona, *Fianona*, (ſub Venetis.)
* Iadera, *Zara*, (ſub Venetis.)
Liſſus, *Aleſſio* ſub (Turcis.)
Marcana, *Marcana*, (ſub Raguſæis.)
Modruſſia, olim Tediaſtum, *Modruſch*, (ſub Auſtriacis.)
Narona, *Narenza*, (ſub Turcis.)
Nedinum, *Nadin*, (ſub Turcis.)
Olchinium. Vide Ulcinium.
Olliricum ob mare, (ad mare forſan, vel oppidum maritimum,) quod ſit non conſtat.
Onæum. Vide Stagnum. (*Aliis* eſt Sabioncello, *ſub Raguſæis*.)
Ouporum, *Obrovazo*, (ſub Turcis.)
Peguntium & Piguntiæ, *Almiſſa*, (ſub Turcis.)
Pharia, *Leſina*, (ſub Venetis.)
Polatum, *Polati*, (ſeu *Pulati*, ſub Turcis.)
* Raguſium, *Raguſi*, (ſui juris Reſpublica.)
Rhiſinium, *Rudine*, (ſub Turcis.)
Rizana, *Riſano*, (ſub Turcis.)
* Salo, et Salona, ſic vulgò, olim epiſcopalis Liburniæ, apud Spalatum. (*Nunc deſtructa jacet, ſub Turcis.*)
Soloniana, *Czernicz*, (ſub Auſtriacis.)
(Saloniana aliis eſt *Moſtar*, ſub Turcis.)
Sanadria (ubi ſit non conſtat.)
Scardona, *Scardo*, vel *Scardona*, (ſub Turcis.)
* Scodra, *Scutari*, (ſub Turcis.)
Senia, *Segna*, *Zeng*, (ſub Auſtriacis.)
Sibenicum, olim Sicum, *Sebenico*, (ſub Venetis.)
Sidrona, *Belas*, (ſub Turcis.)
Sirbia, (provincia eſt.)
* Palatum, olim Epetium, *Spalatro*, (ſub Venetis.)
Stagnum, olim Onæum, *Stagno*, (ſub Raguſæis.)
Suacium, *Suatim*, (ſub Turcis.)
Tarſatica, poſteà Fumium, *Terſacz*, vel *Fiume*, (ſub Auſtriacis.)
Thermidava, *Dagno*, (ſub Turcis.)
Tinia, *Tina*, (ſub Turcis.)
Tragurium, *Trau*, (ſub Venetis.)
Tribunia, *Tribigna*, (ſub Turcis.)
Vegium, *Veggia & Vegla*, (ſub Venetis.)
Velcera, *Bacharin*, (ſeu *Bucariza*, ſub Auſtriacis.)
Ulcinium, *Dolcigno*, (ſub Turcis.)
Zacolmia (provincia eſt, non urbs.)

¶ De aliis urbibus non conſtat ubi ſint, nec quæ ſint. De iſtis autem notabis quod multæ ſint parvi momenti & vix alicujus nominis in præſenti. Polatum non eſt urbs, ſed nomen regiunculæ. Curcum, Riſinium, Nedinum, Æquum, Mercana, et Tribunia ſunt tantùm caſtra. Sunt in Illyrico archiepiſcopatus 4. Jaderenſis, Spalatenſis, Raguſinus, et Antibarenſis: ſub quibus Epiſcopi 22. numerantur. Illyricum Epiro conterminum non ſine manifeſto errore ſcribitur. In Theſauro Linguæ Latinæ.

¶ Illyricus ſinus dictus fuit antiquitùs mare Vniverſum, quod eſt inter Italiam & Illyricum uſque ad intima ſinus ejuſdem, quod deinde Liburnicus ſinus, poſteà ab Atrienſibus Tuſcis intima ſinus colentibus Adriaticum mare, quod non extendebatur ultra Epidamnum ex parte Illyrici et montem Ariona ſive Garganum ex parte Italiæ; reliquum verò uſque ad fauces ſinus Jonium mare dicebatur: ipſumque Adriaticum mare dictum fuit Dalmati cum mare poſt declinationem Imperii. Tandem ſinus integer dictus fuit ſinus Venetus, *Golfe de Veniſe*. De his fuſiùs Joannes Lucius.

¶ Illyricus ſinus, ſinus maris Adriatici, in Illyrico, qui vulgò *Golfo dello Drino* dicitur, *Golfe de Drin* Gallis, à Drilone fluvio ibi ſe exonerante. Illic notandum quoſdam ignaros ſcribere *Golfo de Lodrino*, et fingere Lodrinum urbem; ſed toto cœlo errant, cum nulla ſit urbs Lodrinum dicta in illis partibus; & in eo loco ubi finxere Lodrinum ſita eſt urbs Liſſus, *Aleſſio*, ut videre eſt apud omnes qui de illis partibus ſcripſere.

¶ Ilmenus lacus, *lac d' Ilmen*, lacus Moſcoviæ, in Principatu Novogardiæ magnæ. Urbem cognominem rigat, et per fluvium Voldgam in Ladogam lacum ſe exonerat.

Ilorci, *Lorca*, teſte Morali, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Taderum fluvium, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, in regno Murcienſi, à Murcia regni primaria 14. leucis Baſti versùs diſtans. Aliis eſt *Lorqui*, oppidum ejuſdem regni, ad Straberum fluvium. Luri, à Livio nominatur, ubi Cneus Scipio cum Romanis à Pœnis cæſus eſt, & ſepultus: qua de re vide Livium & Plinium. Ego poſteriori ſententiæ ſubſcribo; nam *Lorqui* non *Lorca*, ad Taderum ſive Staberum fluvium, ubi victi Romani fuerunt, eſt, inter Murciam 3. & Cæcam oppidum 4. leucis diſſitum.

¶ Ilorci ſeu Eliocroca quibuſdam, oppidum fuit Baſtitanorum, nunc regni Murciæ, in parte meridionali Hiſpaniæ, ad amnem *Guadalentin*. 12. leucis à Murcia in occaſum, vixque 3. à confinio regni Granatenſi diſtat. *Plin.*

Ilua, Æthalia Straboni, *Elba*, inſula maris Tyrrheni, contra Populonium urbem Hetruriæ, à qua 10. mill. paſſ. abeſt, circuitu 125. ferro abundans. Populi Iluates Livio. De qua Virgilius libro 10. Æneidos: *Mel.* *Ptol.*

-aſt Ilva trecentos
Inſula, inexhauſtis chalybum generoſa metallis.

¶ Ilva inſula paret Principi Plumbini, ſub clientela tamen Hiſpanorum, qui ibi habent Portum longum, *Porto longone*, arcem probè munitam in colle: & magnus Dux Hetruriæ ibi tantùm gaudet portu Argoo, *Porto Ferraro*, oppido permunito. A Gallis dicitur, *l' isle d' Elbe*. Ejus circuitus eſt 40. milliarium Italicorum circiter, ut ego pluries vidi; ſuntque tantùm in ea quinque parrochiæ, ultra Argoum portum & portum longum arces.

Ilumberitani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, & citerioris, qui Lumbritani adhuc, teſte Marinæo Siculo, nominantur, & oppidum *Lombier*, in Navarra, inter Pompelonem 6. & Sueſtaſium 4. leuc. occurrens. *Plin.*

Ilurgavonenſes, populi Hiſpaniæ, citerioris, Auſetanis & Lacetanis finitimi: quorum urbs *Urgel* eſſe videtur.

¶ Ilurgavonenſes populi qui fuerint, non conſtat inter auctores. Urgela enim urbs erat Lacetanorum. Forſan erant Ilercaones. *Cæſ.* *Liv.*

Ilurgis, Ilurgia Polybio & Appiano, *Illora* Morali & aliis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in regni Granatenſis & Vandalitiæ confinio, à Malaca urbe 7. leucis Hiſpalim versùs, Carthamæ propinquum. *Ptol.*

Iluro, Elorona Sidonio, *Oleron*, urbs Aquitaniæ, intra montis Pyrenæi radices, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, inde 12. leuc. in auſtrum, à Tarba 4. Palo vicinior, in Bearniæ Principatu. *An*

¶ Iluro, *Oleron*, urbs Galliæ, in Aquitania, ad Gabarum Oloronenſem fluvium. Diſtat 20. leucis ab Auſciis in occaſum, 10. à Tarba pariter in occaſum, uti & 4. à Palo, 5. autem à confinio Hiſpaniæ.

Ilybirris, Illeris Ptolemæo, Illebernis Athenæo, fluvius Galliæ Narbonenſis, *Tec*, teſte Varrerio, idem Thici apud Melam, qui ad Caucoliberim oppidum mari excipitur, in Catalauniæ confinio. *Strab.*

¶ Ilza, *Ilz* & *Iſilz*, urbecula Poloniæ minoris, in Palatinatu Sandomirenſi, cum arce Epiſcopi Cracovienſis, ad radices montis Calvi.

Imacharenſes, ſive ut alii legendum putant, Hycarenſes, populi Siciliæ, quorum urbs Hycara, vel Hyccara, nunc *Carini* oppidum. Vide Hyccara. Aliis eſt *Bichari*, Calatavulturo finitimum, 6. mill. paſſ. diſtans à Caſtro novo 15. à Thermis Himerenſibus 24. *Cic.* *Plin.*

¶ Imacharenſes populi fuere Siciliæ, quorum oppidum Imachara, nunc *Traina*, in valle Dæmone & propè Simethum fluvium, teſte Cluverio, longè ab Hycara in ortum.

Imaus, Emaon Arriano, mons Scythiæ (non Indiæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) maximus, Tauri pars, qui Scythiam apud Ptolemæum dividit in citeriorem & ulteriorem, ſive ut is loquitur, in Scythiam intra Imaum & Scythiam extra Imaum. Imaus autem Ptolemæo ab Imao Strabonis & Plinii diverſus eſſe videtur: nam ex Ptolemæo is à Tauro monte deciſus, in Boream ad mare Glaciale uſque porrigitur; apud Plinium verò & Strabonem in ortum uſque ad mare Eoum extenditur. Hic varia hodie apud incolas nomina habet, *Altai*, teſte Caſtaldo, *Inifa* Mercatori. Ille, hoc eſt, apud Ptolemæum, *Dalanguer & Navagrot*, eodem Caſtaldo teſte. De quo Pontanus libro 5. Uran. *Strab.* *Plin.* *Ptol.*

Caucaſia, & ſuperioris jam jam calcandus Imaus.

¶ Imaus, mons Aſiæ maximus, per Scythiam longè latèque extenſus, uti etiam versùs Indiam ſeptentrionalem

lem, quam ſeparat à Scythia. Varia nunc pro locorum diverſitate ſortitur nomina. In Tartaria deſerta vocatur *Moreghar*, in Tartaria vera *Belgian* atque etiam *Althai*, ubi dicunt eſſe ſepulchra Regum Tartariæ, & in India vera ſeu in Imperio Magni Mogolis *Dalanguer* dicitur, & *Naugracut* à quibuſdam, versùs fontes Gangis fluvii, in parte Boreali Indiæ veræ.

Imbarus, portio montis Tauri, in Armenia majore *Strab.* apud Strabonem, ſed apud Plinium in Cilicia.

Imbraſus, Imbraſsus Plinio, teſte Ortelio, cum Imbraſus apud Plinium legatur, fluvius Sami inſulæ, ex quo illa Imbraſia dicta eſt. De quo Virgilius libro 12. Æneidos: *Gall. mac Strab.*

Imbraſidas Glaucum, atque Ladem, quos Imbraſus ipſe Nutrierat Lycia.

Liv. Imbrinium, locus Samnii, quem aliqui eundem cum Simbrivio Taciti eſſe putant; ſed errant: hoc enim in Samnio, illud in Latio eſt.

Strab. Plin. Ptol. Imbros Imbrus Livio, *l' Embro*, *Lembro* Sophiano, inſula maris Ægæi, oræ Thraciæ adjacens, inter Lemnum ad occaſum et Cherroneſum Thraciæ ad ortum, inde 22. hinc 72. mill. paſſ. quot circuitu patere traditur, cum urbe cognomine, terra Imbria Ovidio libro 1. triſtium elegia 9.

Venimus in portus, Imbria terra, tuos.

Ant. Imbrii populi Imbrum inſulam incolentes, et Lemnii apud Dionyſium Halicarnaſſum et Heſychium proverbio ſunt in eos qui judicium vel aliam rem ſubterfugientes, abſentiam cauſantur: uti qui ſe in Imbrum vel in Lemnum navigaſſe dicebant.

Immanicellum, & Immacellum, & Manicelum, (tot modis legitur) pagus Liguriæ agri Genuenſis, qui *Immaticen* Auguſtino Juſtiniano dicitur, à Genua 6. mill. paſſ. apud ædem S. Vrciſceni, vel Urcicinii.

¶ Imola, *Imola*, aliàs Forum Cornelii, urbs eſt ditionis Pontificiæ in Italia et in Romandiola provincia, ad Vatrenum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate. Vide Forum Cornelii.

¶ Imperialis, *Imperiale*, urbs Americæ meridionalis, in regno Chiles, juxta fluvium cognominem, 4. leucis Hiſpanicis diſtans ab ora maris Pacifici. Ante paucos annos excitata fuit ab Hiſpanis, quibus etiam ſubeſt.

Ant. Imum Pyrenæi, S. *Jean pie du port*, oppidum Aquitaniæ, in monte Pyrenæo, in confinio Hiſpaniæ, olim urbs epiſcopalis Hiſpaniæ, inter Pompelonem 14. & Bajonam 6. leuc.

¶ Imum Pyrenæi, ſeu Imus Pyrenæus, oppidum eſt Galliæ, quod nunc dicitur Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, S. *Joan pied de Port*, oppidum Navarræ inferioris, ad Nivam amnem, cum caſtro munito, ſub dominio Regis Franciæ. Vix 2. leucis diſtat à confinio Hiſpaniæ, 9. à Pompelone in Eurum, et 8. à Bajona in auſtrum.

Plin. Inachium, oppidum Pelopponneſi, ad Inachum fluvium, in Argia regione. Vide Coryphaſium, unde Inachia regio, quam pro tota Peloponneſo accipi ſcribitur in Theſauro Linguæ Latinæ, cum pro Argia tantùm accipiatur.

¶ Inachium, oppidum Peloponneſi. Quid ſit nunc non conſtat.

Ptol. Inachorium, oppidum olim Cretæ, nunc pagus in ora occidentali, inter Cherſoneſum parvam et Criumetopon promontorium, *Inachori* vulgò ex tabulis recentibus.

Strab. Plin. Pauſ. & al. Inachus, *Planizza* Sophiano, fluvius Peloponneſi, per Argiam regionem, quæ ex eo Inachia apud veteres nominatur, fluens, et in ſinum Argolicum inter Naupliam et Praſiam exiens, ab Inacho Argivorum Rege nomen habens. Virgilius libro 7. Æneidos:

Cœlataque amnem fundens pater Inachus urna.

Strab Inachus alter, fluvius Acarnaniæ, in Acheloum influens. De quo Ovidius libro 1. Metamorphoſeon:

Inachus unus abeſt, imoque reconditus antro.

Hinc Inachius nomen gentis. Ovidius libro 5. Faſtor.

Littus ad Inachium pulvis inanis eam.

Vigil. Ovid. Inarime, Arime Homero, Ænaria Plinio & aliis, Pithecuſæ Straboni, Pithecuſſæ Stephano et Appiano, *Iſchia*, inſula Campaniæ in ſinu Puteolano, cum urbe cognomine epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano, inde 18. mill. paſſ. diſtans, circuitu 18. Prochytæ vicina, ab ea avulſa, fretoque anguſto diviſa, ante Miſenum promontorium. Ibi ingens coturnicum copia. De ea Ovidius libro 14. Metamarphoſeon:

Inarimen, Prochytenque legit, ſterilique locatas
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas. *Vib. ſe*

Inatamana, lacus Lunæ, et fons in Athamania regione, in Epiri et Theſſaliæ confinio, ligna injecta accendens, et bibentes in inſaniam vertens, teſte Antigono libro de mirabilibus.

Incarus, *Cari*, teſte Ortelio, locus & portus Galliæ *Ant.* Narbonenſis, inter Maſſiliam & Foſſam Marianam, ubi Carus legendum puto, à Maſſilia 12. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini.

¶ Incarus, *Cary*, pagus eſt Provinciæ, cum portu tantiſper capaci, in ora maris Mediterranei. Tribus ferè leucis diſtat à Maſſilia, in occaſum Maritimam versùs. *Liv.*

Incibilis, Indibilis Antonino, *Chelva*, teſte Floriano, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora regni Valentiæ, à Dertuſa 24. mill. paſſ. in occaſum Valentiam versùs, ſeu 27. apud Livium, à Valentia 10. leucis, apud Terulium urbem et Sinarcam oppidum.

¶ Incibilis, ſeu Indibilis, quæ etiam Tiara Julia, oppidum aliàs Ilercaonum, nunc *Trayguera*, in regno Valentiæ, ad amnem *Servol*, versùs confinia Cataloniæ, & vix 10. milliaribus ab ora maris Mediterranei. 20. leucis Hiſpanicis diſtat à *Chelva* in Eurum.

Incitaria portus erat Hetruriæ, inter Portum Her- *Ant* culis 9. et Almianam fluvium 3. mill. paſſ.

Inculiſma, urbs Aquitaniæ. Vide Iculiſma, et Egoliſma, ac Engoliſma; tot enim modis appellatur. *Auſ*

¶ Inculiſma, *Angouleſme*, urbs Galliæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi. Sedet ad Carentonium fluvium, cum caſtro munito. Ducatus titulo fulget, eſtque Inculiſmenſis provinciæ caput, 12. leucis à Mediolano Santonum in ortum diſtans. Dicitur et Engoliſma. Vide ibi.

¶ Inculiſmenſi provincia, *l' Angoumois*, provincia Galliæ, in Aquitania, versùs Carentonium fluvium, inter Lemovicos ad ortum et Santones ad occaſum. Habet ad Boream Pictones & ad auſtrum Petrocorios. Ejus primaria eſt Inculiſma. Dicitur etiam Engoliſmenſis provincia. Vide ibi.

India, regio Aſiæ ampliſſima, inter Indum fluvium *Stra Plin & omn.* ad occaſum, à quo nomen habet, et Serum ad ortum, à Sinis ſeparantem, in longum extenſa, Oceano Indico ad meridiem et Emodis aliiſque montibus ad Boream à Scythia ſecernentibus, terminata; à Gange fluvio in duas diviſa, citeriorem et ulteriorem; citerior intra Gangem à Ptolemæo nominatur, *Indoſtan* incolis, cujus pars auſtralis *Malabar* dicitur; ulterior, extra Gangem, non unico hodie nomine dicta. Sola India mittit ebenum et ebur, ſolaque Pſittacum avem gignit, teſte Plinio et Solino. Populi Indi, Italis *Indiani*. Hinc Indicus nomen gentis. Ovidius libro 4. Metamorphoſeon:

Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Hujus ora 60. diebus & noctibus, teſte Mela, navigatur.

¶ India, *l' Inde* Gallis, *India* Hiſpanis et Italis regio eſt Aſiæ ampliſſima, quæ etiam perſæpe dicitur Indiæ orientales, *les Indes orientales* Gallis, *Ooſt Inde* Belgis, et *las Indias orientales* Hiſpanis, ad differentiam Americæ, quæ à multis, licèt inpropriè, dicitur India occidentalis. India hæc orientalis quæ vera eſt et propria, dicitur ab incolis *Indoſtan*; habetque ad ortum regnum Sinarum; ad ſeptentrionem Tartariam, ad occaſum Perſiam, et ad meridiem Oceanum Indicum. Dividitur nunc in tres partes præcipuas, nempè in Indiam versùs ſeptentrionem ſeu Imperium Magni Mogolis inter Gangem et Indum, in Peninſulam Indiæ intra Gangem ſeu ad occaſum, & in Indiam extra Gangem ſeu ad orientem. In parte ſeptentrionali ſeu Imperio Magni Mogolis ſunt 37. regna aut provinciæ amplæ. In Peninſula Indiæ intra Gangem ſunt quatuor partes præcipuæ, nempè regna Decani, Golcondæ, & Narſingæ ſeu Biſnagariæ, cum Malabaria: ſub quibus plurima alia regna minoris famæ. In India extra Gangem ſunt tres partes præcipuæ, nempè regna Peguanum ad Boream, Siamum ad meridiem, & Cocinſinæ ad ortum: ſub quibus etiam quamplurima regna comprehenduntur.

¶ Indiæ pars ſeptentrionalis, quæ propriè India, *l' Indoſtan*, ſeu Imperium Magni Molgolis, *l' Eſtat du grand Mogol*, tota ſubeſt Mogolis Imperio à centum quinquaginta annis tantùm. Terminatur à ſeptentrione Tartaria ma-

magna & regno Thibeto, ab occaſu regno Perſiæ, ab ortu fluvio Coſmino, quo à reliqua India extra Gangem dividitur, à meridie ſinu Gangetico & Peninſula Indiæ intra Gangem. Sed aliquot regna trans Gangem fluvium & versùs Chiamæum lacum & confinia Sinarum Reges habent proprios. Mogolis regia eſt Agra, *Agra*; & ei ſubſunt 37. regna.

Indiæ propriæ ſeu Imperii Magni Mogolis Regna:

Agra, Agra,
Attochium, AttocK.
Bacarium, Bakar.
Bachiſcum, BaKiſch.
Bandum, Bando.
Bengala, Bengola.
Berarum, Berar.
Bucara, Buchar.
Cabulum, Cabul.
Cacharum, KaKares.
Candaharia, Candahar.
Candiſium, Candis.
Canduana, Kanduana.
Caſſimera, Caſſimere.
Chitorium, Chitor.
Dellum, Delli.
Gorum, Gor.
Guzarata, Guzarate.
Haiacanum, Hajacan.
Jamba Jamba.
Ienupara, Jenupar.
Ieſſelmera, Jeſſelmere.
Ieſvalum, Jeſval.
Malvaum, Nalvay.
Mevatum, Mevat.
Multanum, Multan.
Narvaam, Narva.
Naugracutium, Naugracut.
Patna, Patna.
Pengabum, Pengab.
Pitanum, Pitan.
Sambalium, Sambal.
Siba, Siba.
Soretum, Soret.
Tatta, Tatta.
Udeſſa, Udeſſa.

Vrbes præcipuæ Indiæ propriæ ſeu Imperii Magni Mogolis:

Agra, Agra.
Amedebatum, Amedabat.
Aſmera, Aſmeere.
Attochium, AttoK.
Bandum, Bando.
Barocum, Baroche.
Be*ngala*, Bengala.
Br*eampora*, Breampore.
Cabulum, Cabul.
Cambaja, Cambaja.
Candaharia, Candahar.
Chatiganum, Chatigan.
Damanum, Daman.
Dellum, Delli.
Gualeorum, Gualeor.
G*urum*, Gouro.
Holobaſſia, Holobaſſe.
Ienupara, Ienupar.
Lahorium, Lahor.
Multanum, Multan.
Surata, Surate.
Tatta, Tatta.

¶ Peninſula Indiæ intra Gangem, *la preſqu' isle de l' Inde deçà le Gange*, terminatur à ſeptentrione Indiæ propria ſeu Imperio Magni Mogolis, ab ortu ſinu Gangetico, ab occaſu autem & à meridie mari Indico. In ea ſunt quamplurima regna.

Regna Peninſulæ Indiæ intra Gangem:

A*uriola*, Auriole, *in Malabaria*.
Badara, Badara, *in Malabaria*.
Balagatta, Balagate, *in Decano*.

Baticala, Baticala, *in Malabaria*.
Batimena, Batimena.
Bipurium, Bipur, *in Malabaria*.
Biſnagaria, Biſnagar.
Calecoulanum, Calecoulan, *in Malabaria*.
Calecutum, Calicut, *in Malabaria*.
Cananorium, Cananor, *in Malabaria*.
Changanara, Changanar, *in Malabaria*.
Chombæum, Chombais, *in Malabaria*.
Choromandelum, Choromandel *in Biſnagaria*.
Cochinum, Cochin, *in Malabaria*.
Cota, Cota *in Malabaria*.
Coulanum, Coulan, *in Malabaria*.
Cranganora, Cranganor, *in Malabaria*.
Cunchanum, Cunchan, *in Decano*.
Cucuranum, Cucuran, *in Malabaria*.
Curiga, Curiga, *in Malabaria*.
Decanum, Decan.
Golconda, Golconde.
Gorzopa, Gorzopa, *in Canara*.
Mangatum, Mangate, *in Malabaria*.
Marta, Marte, *in Malabaria*.
Mouticum Moutique, *in Malabaria*.
Mutertum, Muterte, *in Malabaria*.
Narſinga, Narſinga, *in Biſnagaria*.
Onorium, Onor, *in Canara*.
Orixa, Orixa, *in Golconda*.
Panhapelum, Panhapel, *in Malabaria*.
Panurum, Panur, *in Malabaria*.
Porcanum, Porca, *in Malabaria*.
Punhalum, Punhali, *in Malabaria*.
Tamulum, Tamul, *in Biſnagaria*.
Tanorum, Tanor, *in Malabaria*.
Tienlicum, Tienlique, *in Biſnagaria*.
Travancorium, Travancor, *in Malabaria*.
Tutucorinum, Tutucorin, *in ora Piſcariæ*.
Trivilaria, Trivilar, *in Malabaria*.

Sunt etiam regna ſeu principatus ampli Gingis, *de Gingi*, Maduræ, *de Madure*, & Taniorii, *de Taniaor*, aliàs ſub regno Biſnagariæ.

Ex his notandum eſt regna Malabariæ pro majori parte eſſe parvi admodum circuitus, ita ut vix Principatus Europæ exæquent: & regna Badaræ, Bipurii, Chombæi, Cucurani, Curigæ, Mangati, Moutici, Panuri, & Tanori ſunt ſub clientela Regis Calecuti.

Urbes Peninſulæ Indiæ intra Gangem:

Andanagara, Andanagar, *in regno Decani*.
Angamala, Angamale, *in Malabaria*.
Barcelora, Barcelor, *in Canara*.
Calecutum, Calecut, *in Malabaria*.
Cananorium, Cananor, *in Malabaria*.
Candegrium, Chandegry, *in Biſnagaria*.
Caulum, Chaul, *in regno Decani*.
Cochinum, Cochin, *in Malabaria*.
Condapolis, Condapoli, *in Golconde regno*.
Coulanum, Coulan, *in Malabaria*.
Cranganora, Cranganor, *in Malabaria*.
Dabulum, Dabul, *in regno Decani*.
Doltabadum, Doltabad, *in regno Decani*.
Gingis, Gingi, *in Biſnagaria*.
Goa, Goa, *in regno Decani*.
Golconda, Golconda, *in regno cognomine*.
Madura, Madure, *in Biſnagaria*.
Maliapura, Maliapur, *in Biſnagaria*.
Mangalora, Mangalor, *in Canara*.
Maſulepatanum, Maſulepatan, *in regno Golcondæ*.
Narſinga, Narſinga, *in Biſnagaria*.
Negapatanum, Negapatan, *in Coromandelia*.
Viſapora, Viſapor, *in regno Decani*.

¶ Peninſula Indiæ extra Gangem, ſubeſt plurimis Regibus, uti major pars Indiæ extra Gangem. Sed regna in ejus parte Boreali contenta, inter Sinas nempè ad ortum & ditionem Magni Mogolis ad occaſum, vix nomine nota ſunt Europæis. Peninſula autem ipſa terminatur ab oriente ſinu Siami, ab occaſu ſinu Gangetico, à ſeptentrione India extra Gangem, & à meridie freto Sundæ, quo dirimitur à Sumatra inſula; aliaſque Aurea Cherſoneſus dicta fuit. Regna autem tàm peninſulæ quàm illius partis Indiæ extra Gangem, quæ non

 pen-

pendet à Magno Mogole, communiter reducuntur ad tres partes, quòd aliàs pro majori parte ab ipſis penderent.

(*Regna Indiæ extra Gangem:*
Abdiara, Abdiara, *ſub Peguano regno.*
Arracanum, Arracan, *ſub Peguano regno.*
Ava, Ava, *ſub regno Peguano.*
Bacaium, Bacay, *ſub regno Peguano.*
Brama, Brama, *ſub regno Peguano.*
Cablan, Cablan, *ſub regno Peguano.*
Camboia, Camboja, *ſub regno Siami.*
Canaranum, Canarane, *ſub regno Peguano.*
Caorium, Caor, *ſub regno Peguano.*
Caſſubum, Caſſubi, *ſub regno Peguano.*
Cacomaum, Chacomas, *ſub regno Peguano.*
Ciampaa, Chiampaa, *ſub Cocinſina.*
Cocinſina, *ſeu Annamiticum regnum*, la Cochinchine.
Comotaum, Comotay, *ſub regno Peguano.*
Iangoma, Iangoma, *ſub regno Peguano.*
Ihorium, Ihor, *ſub regno Siami.*
Iuncalanum, Iuncalaon, *ſub regno Siami.*
Lanianum, Laniang, *ſub regno Siami.*
Largaraum, Largaray, *ſub regno Peguaro.*
Ligorium, Ligor, *ſub regno Siami.*
Malacca, Malacca, *ſub regno Siami.*
Mandranella, Mandranele, *ſub regno Peguano.*
Manarium, Manar, *ſub regno Peguano.*
Marſinum, Marſin, *ſub regno Peguano.*
Martavanum, Martavan, *ſub Regno Siami.*
Moantaum, Moantay, *ſub regno Peguano.*
Pahanum, Pahang, *ſub regno Siami.*
Panum, Pan, *ſub regno Siami.*
Patanum, Patane, *ſub regno Siami.*
Peguanum, Pegu, *in regione cognomine.*
Pera, Pera, *ſub regno Siami.*
Pronum, Pron, *ſub regno Peguano.*
Queda, Queda, *ſub regno Siami.*
Siamum, Siam, *in regione cognomine.*
Singora, Singora, *ſub regno Siami.*
Tanaſſerium, Tanaſſerim, *ſub regno Siami.*
Tanguum, Tangu, *ſub regno Peguano.*
Tazataum, Tazatay, *ſub regno* Peguano.
Tavaum, Tavay, *ſub regno Peguano.*
Tincum, Tinco, *ſub regno Peguano.*
Tipoura, Tipoura, *ſub regno Peguano.*
Totaum, Totay, *ſub regno* Peguano.
Tranſiana, Tranſiane, *ſub Regno Peguano.*
Tunchinum, Tunchin, *ſub Cocinſina.*
Vilepum, Vilep, *ſub regno* Peguano.)

(*Indiæ extra Gangem urbes præcipuæ:*
Arracamum, Arracam, *in regno cognomine.*
Canarana, Canarane, *in regno cognomine.*
Carpa, Carpa, *in regno Brama.*
Iuncalanum, Iuncalaon, *in regno cognomine.*
Ihorium, Ihor, *in regno cognomine.*
Judia, Judia, *ſeu Odia, in regno Siami.*
keccium, keccio, *in regno Tunchini.*
Leuvecum, Leuveck, *in regno Camboiæ.*
Ligorium, *Ligor*, *in regno cognomine.*
Malacca, Malacca, *in regno cognomine.*
Martavanum, Martavan, *in regno cognomine.*
Patana, Patane, *in regno cognomine*
Peguum, Pegu, *in regno cognomine.*
Queda, Queda, *in regno cognomine.*
Tanaſſerium, Tanaſserim, *in regno cognomine.*)

¶ Sunt etiam in Aſia quamplurimæ inſulæ, nempè Borneum, Celebes ſeu Macaſſaria, Ceylanum ſeu Taprobana, Gilolum, Iava, Maldivæ, Moluccæ, Sumatra, et aliæ: quæ omnes ſunt in Oceano Indico. Sed de his fuſiùs ſuis in locis.

Inſularum Indiæ regna præcipua:
Acemum, Achem, *in Sumatra inſula.*
Balambuanum, Balambuan, *in Jaua inſula.*
Baticala, Baticala, *in Taprobana inſula.*
Bendarmaſſia, Bendarmaſſen, *in inſula Bornei.*
Borneum, Borneo, *in inſula cognomine.*
Campera, Camper, *in Sumatra inſula.*
Candea, Candy, *in Taprobana inſula.*
Cauripana, Cauripana, *in Celebis inſula.*
Cettavaca, Ceitavaca, *in Taprobana inſula.*
Chilaum, Chilao, *in Taprobana inſula.*
Cionium, Cion, *in Celebis inſula.*
Columbum, Columbo, *in Taprobana inſula.*
Getiganum, Getigan, *in Celebis inſula.*
Gilolum, Gilolo, *in Gilolo inſula.*
Iaſanapatanum, Iaſanapatan, *in Taprobana inſula.*
Iala, Iala, *in Taprobana inſula.*
Iambium, Iamby, *in Sumatra inſula.*
Iapara, Japara, *in Iava inſula.*
Iortanum, Iortan, *in Iava inſula.*
Loloda, Loloda, *in Gilolo inſula.*
Macaſſaria, Macaſsar, *in Celebis inſula.*
Maldivarum, des Maldives, *in inſulis Maldivis.*
Materanum, Materan, *in Iava inſula.*
Palimbanum, Palimban, *in Sumatra inſula.*
Panarucanum, Panarucan, *in Java inſula.*
Paſſarvanum, Paſsarvan, *in Iava inſula.*
Pedirium, Pedir, *in Sumatra inſula.*
Sanguinum, Sanguin, *in Celebis inſula.*
Solorium, Solor, *in Moluccis inſulis.*
Supara, Supara, *in Celebis inſula.*
Ternatum, Ternate, *in Muluccis inſulis.*
Tidorium, Tidor, *in Moluccis inſulis.*
Trinquilemala, Trinquilemale, *in Taprobana inſula.*
Tubanum, Tuban, *in Iava inſula*

¶ Indiæ occidentales, *les Indes occidentales* Gallis, *weſt Inde* Belgis, pars orbis recens detecta, quæ aliter, & meliùs dicitur America. Vide ibi.

Indibilis, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Incibilis.

Indiciacus, olim pagus Arvernorum, nunc urbs S. Flori epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, in Gallia Aquitanica, inter Arvernos ſeu Claromontem 14. et Ruthenos 10. leuc. De quo in vita S. Flori Epiſcopi.

¶ Indicum mare, *mer des Indes*, pars eſt Oceani orientalis, Indiæ utriuſque oram intra et extra Gangem alluens, uti etiam Ceylanum inſulam, Maldivas Sumatram, Iavam, aliaſque inſulas quamplurimas. Vide Oceanus Indicus.

Indigeti, ſeu potiùs Endigeti in codice Græco, Indigetes Plinio, Endiceti Stephano, populi Hiſpaniæ citerioris, in ora Catalauniæ, inter oſtia Sambrocæ fluvii et templum Veneris incolentes: quorum oppida Emporiæ et Rhoda. Sunt et Indigetes Dii ex hominibus facti, vel Dii tutelares apud Ethnicos. Virgilius libro 1. Georgicorum:

Dii partii Indigetes, & Romule, Veſtaque mater.

¶ Indigeti, ſeu Indigetes, populi fuere Hiſpaniæ, in confinio Galliæ Narbonenſis, ubi nunc tractus *l'Ampourdan* dictus, in Cataloniæ Principatu et in limite Galliæ et Comitatus Ruſcinonenſis.

Indoſcythia, regio Aſiæ, Indiæ citerioris pars, circa Indi fluvii ortum. *Ariſt.*

Indus, Indiæ fluvius maximus et notiſſimus ex Paropamiſſo monte Tauri parte excelſiſſima oriens, longoque decurſu in meridiem fluens, ſeque in Oceanum duobus oſtiis exonerans, Baracenque inſulam efficiens. Variè hodiè nominatur: *Indu* Caſtaldo, *Hiind* Nigro, *Diul* circa oſtia, teſte Garcia, & *Inder* ab incolis Cambaienſibus. Ovidius libro 3. Faſtor. *Strab. & al*

Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas.

Abeſt ab Ecbatanis in ortum 2019. mill. paſſ. à Gange fluvio in occaſum 978. teſte Plinio, qui etiam ſcribit Alexandrum Magnum Indum per 11250. mill. paſſ. navigaſſe: quod ſanè mirum videri poteſt, ſi in numeris non ſit error.

¶ Indus, fluvius Aſiæ, *Sinde* incolis, *Inde* Gallis, *Indo* Hiſpanis et Italis. Oritur in provincia Caſſimera, in dominio Magni Mogolis, versùs confinia Tartariæ; deinde per provincias Attochium, Multanum, Bucoriam, et Tattam labens, urbibus cognominibus rigatis auctus fluviis *Send*, *Behat*, *Nilad*, *Ravèe*, *Coul*, et aliis in Oceanum Indicum ſe exonerat quinque oſtiis propè Tattam, inter regnum Guzaratæ et confinia Perſiæ, juxta ſinum Indicum ab eo dictum.

Induſtria oppidum erat Italiæ Ciſpadanæ, ad Padum fluvium, apud Bodincomagum. Vide ibi. *Plin.*

Ineſsa, Inueſsa Straboni, Eineoſia Diodoro Siculo, oppidum erat Siciliæ, inter Centuripas et Megaram, ſed Centuripis vicinum; quod *Maſcali* aliquibus videtur. *Tucy.*

¶ Ineſſa, ſeu Ineſſum, poſteà Æthna, oppidum Siciliæ, quod nunc, teſte Brietio, eſt cœnobium S. Joannis de Arenis, in valle Dæmone, ad radices montis Æthnæ in auſtrum, inter Adranum ad occaſum et Cataniam ad ortum.

In-

Infernates & Supernates, populi Italiæ, qui mare inferum & ſuperum accolunt.

Inferum mare, *il mar Toſco, & il mar Tirreno*, idem cum Tyrrheno: quod ab oſtio Macræ fluvii uſque ad fretum Siculum protenditur. Tuſcum quoque nominatur.

Ingævones, populi Germaniæ (quos Hermolaus Ingriones Ptolemæo dici putat) ſub Hermionibns, una cum Iſthævonibus, Hermunduris, Cheruſcis, & Cattis comprehenſi: qui nunc in Saxonia continentur.

Ingauni, populi Liguriæ, quorum urbs Albingaunum, in ora Liguſtica, à qua & ipſi Albingauni apud Vopiſcum nominantur.

¶ Ingelheimum, *Ingelheim*, oppidum Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in Palatinatu inferiori, inter Moguntiacum ad ortum & Bingium ad occaſum. Ibi natus S. Carolus magnus Francorum Rex & Imperator celeberrimus.

¶ Ingeris, *Indre*, fluvius Galliæ, oritur in Bituricenſi provincia: ibi Chatream alluit & Caſtrum Rodulphi; indeque Turones ingreſſus, Caſtilionem ad Ingerem & Lochiam lambit, infraque Monbaſonium demum Ligeri miſcetur paulò poſt Carum fluvium.

Inginium, & Inginum, urbs Umbriæ, quæ *Gubio* eſſe videtur. Vide Iguvium, & Eugubium. De ea Silius libro 8.

Inginum patuloque jacens ſine mœnibus arvo.

Ingolſtadium, *Ingolſtadt*, quaſi Anglorum urbs, academia Bavariæ clariſſima, ad ulteriorem Danubii ripam, proxima Aichſtadio, 3. leucis diſtans in meridiem, Auriapolis etiam dicta. Ingolſtadium Poeta Germani Lycæum Bojum appellant: ut libro 4. Itinerarii:

Ocyus egrediens, Boii loca culta Lycæi,
In patriam capio, mox rediturus, iter.

¶ Ingolſtadium urbs eſt permunita Germaniæ, in Bavariæ Ducatu, à Guſtavo Adolfo Svecorum Rege fruſtrà tentata. Aliàs pagus erat, ſed à Ludovico Bavaro in urbem converſus, cum ponte ad Danubium. Vix tribus leucis infra Neoburgum in ortum, & ſeptem circiter à Ratisbona in occaſum diſtat.

¶ Ingria, provincia regni Sveciæ, Livoniæ adjacens, *Ingermanland* vulgò, ſeu & *Ingrie*, Ruthenis *Iſera*, inter Moſcoviam ad ortum & Livoniam ad occaſum, propè Ladogam lacum & Finnicum ſinum. Paruit Ruſſis priuſquam Svecici fieret juris. Ibi oppidum præcipuum, Notteburgum, in ora lacus Ladogæ.

* Ingriones, populi Germaniæ, quorum ſitus, teſte Pyramio, eſt *Speſhart*, ſylva inter Thuringiam & Voitlandiam. (* in Seldeni manuſcripto I)κιονες.)

Inguini, populi Umbriæ, quorum urbs Iguvium. Vide ibi.

¶ Inhambanum regnum, *royaume d' Inhambane*, regnum eſt Africæ, in Æthiopia inferiori, inter regnum Monomotapæ ad Boream & Cafreriam regionem ad meridiem. Ejus primaria urbs *Tonge* dicitur.

¶ Inhamiorum, *royaume d' Inhamior*, regnum eſt parvum Africæ, in Cafreria regione Æthiopiæ inferioris, & versùs Cuamam fluvium & confinia regni Monomotapæ, cujus clientelaris eſt.

Inia ſeu Inias, *Carolei*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in agro Conſentino, à Conſentia urbe 4. mill. paſſ. Menecinæ proximum. Alii legunt Ixias.

Inicerum, & Incerum ex aliis codicibus, *Cernich*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ, ad Saum fluvium, apud Velicam Regalem, inter Zagabriam urbem ad occaſum & Gradiſcam oppidum ad ortum 6. leucis Hungaricis.

¶ Inicerum, *Czernik*, oppidulum eſt Hungariæ meridionalis, ad amnem cognominem, vix 3. leucis à Savo fluvio in Boream, ſub dominio Turcarum, medium inter Poſegam ad ortum & Gradiſchiam ad occaſum, ſed longè à Velica & à Zagrabia.

¶ Innernium, *Innerneſſe*, oppidum munitum Scotiæ Borealis, in Moravia provincia, cùm portu ad Moraviæ æſtuarium, è regione Canonici, & versùs Oceanum Germanicum. Diſtat 50. milliaribus Scoticis ab Aberdonia in occaſum.

Inopus, fluvius Deli inſulæ, quem ex Nilo occulto meatu ſubtus mare fluere fabulantur.

Inſubres populi Galliæ Tranſpadanæ, inter Seſſitem & Adduam flumina contenti: quorum regio *Ducatu* ſeu *Statu di Milano* ſolet appellari; ſed Ducatus Mediolanenſis magis patet, partem Liguriæ complectens, quæ ab illis Pado ſecernitur: Alexandria enim, Dertona, & Bobium, urbes Liguſticæ, in Ducatu prædicto cenſentur. Regio Inſubria apud Livium & alios appellatur; à Liguria Pado, à Venetia Addua, à Gallia Subalpina ſeu Pedemontano Principatu Seſſite fluvio diviſa. Eſt etiam Inſubria pagus agri Mediolanenſis, ad Oronam fluviolum, *Seprio* vulgò, teſtibus Caſtilionæo & Merula, inter Mediolanum 18. & Vareſium 12. mill. paſſ. occurrens.

Urbes Inſubriæ:

Comum, quod & novum Comum, *Como*.
Cremona, in Cenomanis, ſic vulgò, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi.
Laus Pompeja, *Lodi*.
* Mediolanum, *Milano*.
Novaria, *Novara*.
* Papia, quæ & Ticinum vetus, *Pavia*, epiſcopalis, & Accademia.
Viglebanum, *Vigevano*.

Inſula ſive Inſulæ, *l' Isle* Gallis, *l' Illa* Italis, *Ryſſel* Belgis, urbs Belgii præclara mercimonio, in Flandriæ primis habita, inter Tornacum 5. & Duacum 8. leuc. ab Hypris 6. in meridiem, in Arteſiæ & Hannoniæ confiniis. *Script. Belg.*

¶ Inſula, ſeu, & meliùs, Inſulæ, *Lille* Gallis, urbs eſt ampla Belgii & Flandriæ Gallicanæ caput, ad amnem *Deule*. Fortiter expugnata fuit anno 1667. à Ludovico XIV. Francorum Rege, cui poſtea ceſſit pace ad Aquiſgranum confecta, à quo tempore Gallici Juris effecta eſt cum toto tractu adjacente ſeu Caſtellania ſatis ampla. Arcem habet nuper excitatam. 5. leucis diſtat ab Hypris, & 6. à Duaco, 4. autem ab Arteſiæ limite.

¶ Inſula, *Iſola*, urbs parva regni Neapolitani, in Calabria ulteriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberinenſi, in ora maris Jonii, propè Lacinium promontorium. 15. milliaribus diſtat à Sanſeverina in auſtrum.

Inſula Arpinas, vulgò adhuc *Iſola*, oppidulum Latii, apud Arpinam oppidum, intra Fibreni fluvii alveos; cujus meminit Cicero epiſtola 1. ad Atticum libro 12. *Cic.*

¶ Inſula Arpinas, oppidum aliàs Volſcorum, nunc caſtrum eſt tenue regni Neapolitani, *l' Iſola*, in provincia Terræ Laboris, in inſula parva Liris fluvii, vix 3. milliaribus ab Arpino in occaſum, & totidem à confinio ditionis Pontificiæ, 5. autem à Sora in auſtrum. In hac inſula celebre fuit aliàs monaſterium S. Dominici: unde locus ſive inſula nunc vulgò *S. Domenico di Sora* dicitur; ubi Eccleſia ſupereſt cum exiguo hoſpitio, teſte Luca Holſtenio.

¶ Inſula Atlantis Platoni, quid ſit non certò conſtat. Sed Sanſon pluribus probare nititur eandem eſſe regionem quæ nunc recens detecta ab Europæis, ab ipſis vocata fuit America, ſeu aliter Indiæ occidentales, quod etiam plurimis conjecturis non caret. Regio eſt perampla, & valdè à ſeptentrione in meridiem extenſa ſub duarum ampliſſimarum peninſularum forma. Sed an ſit continens aut inſula versùs partem Borealem, nondum conſtat. Vide America.

¶ Inſula Bocardi, *l' isle Bouchart*, oppidum Galliæ, in inſula Vigennæ fluvii, in Turonenſi provincia & in limite Pictavenſi. Septem leucis diſtat à Cæſaroduno Turonum in Circium, Mirabellum versùs.

¶ Inſula Franciæ, *l' isle de France*, provincia Franciæ ſatis ampla, & una ex præcipuis regni Præfecturis, inter Picardiam ad Boream, Campaniam ad ortum, Normanniam ad occaſum, & Belſiam ad auſtrum. In ea comprehenduntur agri Bellovacenſis, Noviomenſis, Sveſſionenſis, Laudunenſis, Valeſium, Veximus Francicus, Francia propriè dicta, Hurepeſium, & Vaſtinienſis tractus, cum minori parte Briæ. Ejus præcipua urbs eſt Lutetia, *Paris*, totius regni caput & ſedes regia.

¶ Inſula Jordani, *l' Isle en Jourdain*, urbs parva Galliæ, in Aquitania, ad Savam fluvium, in Ariminiaco tractu. 5. leucis diſtat à Toloſa in occaſum Auſcios versùs.

Inſula ſacra, *Meza Paludoſa*, teſte Leandro, inſula Latii, quam apud Oſtiam urbem exciſam, inter illam & Portum, Tiberis fluvius diviſus efficit. Inſula item Tiberina, quæ & Lycaonia, Romæ, vulgò *di S. Bartholomeo*, ſub monte Aventino. Cujus meminit Ovidius libro 1. Faſt.

¶ Inſula S. Columbani, in Scotia occidentali, propè Mulam, parva eſt admodum, ſed ſatis culta, *Cholmkill* dicta, in qua caſtrum Sodora dictum, ubi degit Epiſcopus inſularum occidentalium Scotiæ; ibi etiam Regum tumuli,

muli, in quorum primo ſunt corpora Scotiæ Regum 48. in ſecundo Regum Hiberniæ quatuor, & in tertio Regum Daniæ, ubi Reges octo. Inſula verò, quæ Rona etiam dicitur, ferè adjacet promontorio auſtrali Mulæ inſulæ, vix ab eo uno milliari Scotico diſtans.

P. Dia. Inſula S. Julii, *Iſola di S. Giulio*, intra lacum Hortanum, ubi Horta oppidum Novarienſis Epiſcopi, à Novaria 24. mill. paſſ.

Inſularum maris Ægæi ordo, ſitus, diſtantia, & magnitudo, uti apud neotericos:

Cythera, *Cerigo*, 60. mill. paſſ. circuitu, cùm urbe Archiepiſcopali, à Malea promontorio Peloponneſi 5. mill. paſſ. à Creta 60.

¶ Inſula Cythera circuitus eſt 50. mill. paſſ. & 18. diſtat à Malea promontorio. Portum habet capacem Delphinum dictum; ſubeſtque dominio Venetorum.

Creta, *Candia*, longa inter occaſum & ortum 225. mill. à Peloponneſo 65. in ortum & Eurum recedens, circuitu 600. urbs archiepiſcopalis Matium, epiſcopales Cydon, Rhithymna, Cytæum, Milopotamus, Cherſoneſus, Hierapetra, & aliæ aliquot apud Græcos.

¶ Inſula Creta, *la Candie* Gallis, *Candia* Italis, totius Ægæi latiſſima eſt, & ab ortu in occaſum extenſa, ſed multò minor à ſeptentrione in meridiem, maximè versùs Sitiam, ubi multùm reſtringitur, & vix ad aliquot milliaria dilatatur. Tota montuoſa eſt & valdè aſpera. In quatuor partes dividitur; eratqne antea ſub dominio Venetorum, nunc autem Turcis paret à paucis annis. Venetis ægrè Sudam & Spinamlongam arces littoreas ſervantibus. Vide Creta.

Carpathus, *Scarpanto*, circuitu 60. mill. paſſ. à Creta 20. recedens. Ibi Epiſcopus Græcus.

Rhodus, *Rhodi*, à Carpatho in ortum 70. mill. paſſ. circuitu 100. Urbes duæ, Rhodus & Lindus. Metropolitam habet. A Caria 20. mill. paſſ. abeſt.

Cos & Coos, *Lango*, à Rhodo in Boream 70. mill. paſſ. circuitu 100. In ea Metropolita ritus Græci.

¶ Inſula Cos, *Lango*, nunc caſtrum habet munitum; eratque aliàs ſub dominio Equitum Rhodiorum ſeu S. Joannis Hieroſolymitani. Patria fuit Hippocratis Medici celeberrimi.

Aſtypalæa, *Stampalia*, à Co 50. mill. paſſ. circuitu 60. Non Epiſcopum, ſed Legatum habet. Circumſtant hæ tres:

Syme, *Simie*, circuitu 25. mill. paſſ. à Rhodo 20.

Leros, *Lero*, circuitu totidem ferè mill. paſſ. Cariæ proxima.

¶ Inſula Leros, *Lero*, urbem habet & Duas arces. Tota montuoſa eſt; & ſuberat olim Equitibus Rhodiis.

Niſyros ſeu Nyſiros, *Niſaro*, circuitu pariter 25. mill. paſſ. proxima Gnido urbi.

Pathmos, *Palmoſa*, circuitu 30. mill. paſſ. ab Aſtypalæa 70. Ibi cœnobium S. Joannis Evangeliſtæ, & ſpecus, ubi is Apocalypſim ſcripſit.

Samos, *Samo*, circuitu 80. mill. paſſ. à Pathmo 20. proxima Joniæ.

Icaria, *Nicaria*, circuitu 70. mill. paſſ. à Samo 18. Longè aliter diſtans apud veteres. Legatum habet loco Epiſcopi. (Dicitur etiam *Nicouri* à quibuſdam.)

Amorgus, *Amurgo vel Morgo*, circuitu 36. mill. paſſ. ab Icaria 40. Circumſtant inſulæ parvæ, Cruſa, *Cruſia* & Furni. Præeſt Legatus.

Anaphe, *Nanfio & Nabi*, circuitu 25. mill. paſſ. ab Amorgo 30. Ibi Legatus pro Epiſcopo reſidet.

Theraſia, *Santorini*, circuitu 40. mill. paſſ. ab Anaphe 18. Habet Epiſcopum Latini, & Græci ritus. Tametſi Theraſia modica inſula eſt proxima, adhuc nomen retinens. Fortè gemina eſt; magna, quæ *Santorini*, duabus urbibus conſtans, & parva, quæ nomen antiquum retinet. Hæ nuper emerſiſſe feruntur, hoc eſt, una abhinc 100. annis, altera 50. Ibi mare profundiſſimum, & ingentes ſtrepitus exaudiuntur.

¶ Iuſula Theraſia, *Santo Erini*, dicitur Gallis *ſaint Erin*; eſtque parva, ſed probè culta. 18. mill. paſſ. ab Io inſula diſtat.

Ios, *Nio*, circuitu 60. mill. paſſ. à Theraſia 18. Ibi Legatus reſidet.

Sicinus, *Sicino*, circuitu 25. mill. paſſ. ab Io 5. Legatos habet.

Philocandros, *Policandro*, circuitu 38. mill. paſſ. à Sicino 6. Ibi Legatus moratur.

Melos, *Milo* circuitu 60. mill. paſſ. à Phicandro 25. Ibi Archiepiſcopus Latinus & Græcus.

¶ Inſula Milos, *Milo* 12. mill. paſſ. diſtat à Philocandro; eique adjacet altera inſula Antimilus dicta, ad 10. milliaria.

Cimolos, *Cimolo*, (aliis *Polino*) circuitu 20. mill. paſſ. proxima Melo, vix 2. mill. paſſ. diſtans.

Siphnos, *Sifano*, circuitù 40. mill. paſſ. à Cimolo 8. Ibi Epiſcopus Latinus, & Legatus Græcus.

¶ Inſula Siphnos, *Sifane*, 8. mill. paſſ. diſtat à Seripho in meridiem; & probè culta eſt, cum urbe ſatis ampla in colle.

Seriphus, *Serfo*, vel *Serphone*, circuitu 30. mill. paſſ. à Siphno 12. Legatum habet.

¶ Inſula Seriphus, *Sirfino*, ſeu *Serfente*, inſula eſt probè culta, 6. mill. paſſ. diſtans à Theramnia inſula.

Theramnia, *Thermnia*, circuitu 60. mill. paſſ. à Seripho 12. Ibi geminus Epiſcopus, Latinus, & Græcus.

¶ Inſula Theramnia, *Teramia* ſeu *Fermenta*, circuitus eſt 25. mill. paſſ.

Hydra, *Idra* circuitu 30. mill. paſſ. à Theramnia 30.

¶ Inſula Hydra circuitus eſt viginti mill. paſſ.

Poros, *Poro*, circuitu 15. mill. paſſ. ab Hydra 40.

Salamis, *Coluri*, circuitu 18. mill. paſſ. à Poro 15.

Ægina, *l' Engina*, circuitu 40. mill. paſſ. à Salamine 6. Habet Archiepiſcopum.

Helena, & Macris, *Macroniſo*, circuitu 30. mill. paſſ. totidem ab Ægina diſtans in ortum.

Cea & Cia, *Zea*, circuitu 80. mill. paſſ. ab Helena 25. Ibi geminus Epiſcopus, Latinus & Græcus.

¶ Inſula Cea, *Zea*, circuitus eſt 35. mill. paſſ. & probè culta, 25. mill. à Tura inſula diſtans.

Eubœa, *Negroponte*, circuitu 300. mill. paſſ. à Cea 30. Duas urbes epiſcopales habet, Chalcidem & Caryſtum. Atticæ ponte jungitur; ſub quo mirus eſt maris fluxus & refluxus.

Scyros, *Sciro* circuitu 60. mill. paſſ. ab Eubœa in Boream 40. cujus Epiſcopus Archiepiſcopo Athenienſi ſubeſt. Magneſiæ adjacet.

¶ Inſula Scyros, *Sciro* ſeu *S. George de Sciro*, circuitus eſt 70. mill. paſſ. & 28. diſtat ab Eubœa inſula.

Scopelos, *Scopulo*, circuitn 30. mill. paſſ. quot à Scyro diſtat.

¶ Inſula Scopelos, *Scopeli*, 5. milliaribus diſtat à Sciatho; eſtque ſatis culta.

Sciathos, *Schiato*, circuitu 20. mill. paſſ. Epiſcopum habet.

¶ Inſula Schiathos, *Schiatti*, deſerta eſt, & incolis caret.

Lemnus, *Lemno*, & *Stalimene*, circuitu 65. ab inſulis parvis inter ipſ[illegible] & Sciathon ad 30. mill. paſſ. recedens. Ibi Epiſcop[illegible] Græcus.

¶ Inſula Lemnus, *Stalimini*, circuitus eſt 120. mill. paſſ. 50. diſtat à monte Atho, & urbem habet cognominem in parte occidentali inſulæ.

Thaſos, *Taſſo*, circuitu 30. mill. paſſ. totidem diſtans à Lemno in Boream.

Samothrace, *Samandrachi*, circuitu 30. mill. paſſ. quot abeſt à Thaſo in ortum, ſub Metropolita Imbri.

Imbros, *l' Embro*, circuitu 60. mill. paſſ. à Samothrace 12. Metropolitam habet.

Tenedos, *Tenedo*, circuitu 20. mill. paſſ. ab Imbro 25. in ortum. Ibi Legatus reſidet.

Lesbos, *Metelin*, circuitu 200. mill. paſſ. à Tenedo 60. in meridiem. Ibi duæ urbes cum duobus Epiſcopis & uno Metropolita.

¶ Inſula Lesbos, *Metelin*, habet in circuitu 140. mill. paſſ.

Chios, *Scio*, circuitu 100. mill. paſſ. à Lesbo 40. in auſtrum. Habet Epiſcopum Latinum & Archiepiſcopum Græcum.

Pſyro, *Pſara*, circuitu 18. mill. paſſ. à Chio 12. in occaſum.

¶ Inſula Pſyræ, duæ ſunt: una major ad ortum, *Piſſera* dicta, circuitus 20. mill. paſſ. cum caſtro munito: alia ad occaſum, à prima 4. mill. tantùm diſtans in occaſum, dicitur *Antipiſſera*, & circuitus eſt 10. mill. paſſ.

Andros, *Andro*, circuitu 100. mill. paſs. à Pſyra in occaſum 80. Duos habet Epiſcopus, unum Latinum, alterum Græcum.

¶ Inſula Andros, *Andria*, circuitus 40. mill. paſs. & probè culta, 4. mill. paſs. à Teno in occaſum.

Tyra, *Tura*, circuitu 18. mill. paſs., ab Andro 12. Ibi Epiſcopus Latinus.

Syros, *Siro*, proxima Tyræ, 6. mill. paſs. diſtans, cujus pop. & Epiſcopus Latini ritus eſt.

Te-

Tenos, *Tina*, à Syro 18. mill. paſſ. proxima Andro, circuitu 70. mill. paſſ. ſub Venetis, cum Epiſcopo Latini ritus.

¶ Inſula Tenos, *Teno*, circuitus eſt 35. mill. cum arce permunita in monte, ſub Venetis.

Myconos, *Micole*, circuitu 30. mill. paſſ. à Teno 12. in auſtrum diſtans, ſub Metropolita Naxio.

¶ Inſula Myconos, *Micoli*, circuitus eſt 20. mill. paſſ. ſub Venetis.

Naxos, *Naxia* & *Nixia* vel *Nicſia*, circuitus 100. mill. paſſ. à Mycono 30. Ibi Metropolita Græci ritus, & Epiſcopus Latinus.

¶ Inſula Naxos, vulgò Naxia dicta, ampla, eſt & perculta, 20. mill. paſſ. ab Amorgo in Boream; habetque urbem primariam ad occaſum, & Archiepiſcopum ritus Latini.

Paros, *Pario*, circuitu 40. mill. paſſ. ſub Naxo, inde 4. mill. paſſ. diſtans in auſtrum. Non longè, mill. paſſ. diſtat Antiparos inſula, circuitu 18.

Schenuſa, *Scinuſa*, & Heraclea, *Raclia*, inſula circuitu 15. mill. paſſ. à Paro ſupra 21. mill. paſſ.

Tota itaque harum inſularum præternavigatio 1245. mill. paſſ. continet.

Inſulæ aliquot hiſce ultimis temporibus detectæ:

¶ Inſula Admiralis, *isla de Amirante* Luſitanis, *Admiraleitz Eylandt* Batavis, inſula parva Africæ, in mari Æthiopico, & versùs ſinum Melindæ, & ad Boream Madagaſcariæ, inter Syrtes & Brevia.

¶ Inſula Anniboni, *l'isle d'Annobon*, inſula Africæ, in mari Guinea & in ſinu S. Thomæ. Diſtat circiter 35. leucis Hiſpanicis ab inſula S. Thomæ ad auſtrum; fuitque detecta à Luſitanis, qnibus etiam ſubeſt. In ea ſunt tantùm aliquot vici cum turri.

¶ Inſula Anticoſta ſeu Aſſumptionis, *isle Anticoſti ou l'Aſſomption*, ſita eſt in America ſeptentrionali, in nova Francia & in ſinu S. Laurentii, inter Terram novam inſulam ad ortum & Canadam ad occaſum. Ejus longitudo continet 35. leucas, latitudo verò 7. circiter; ſubeſtque dominio Francorum, qui in ea aliquot habent colonias. Dicitur *Natiſcotec* ab incolis illius tractus. Detecta fuit primùm à Jacobo *Quartier*, & 15. leucis diſtat à continenti.

¶ Inſula Arenæ *isle de Sable*, inſulula eſt Americæ ſeptentrionalis versùs oram novæ Franciæ, circuitus 15. leucarum, & 30. leucis Gallicis diſtans ab inſula promontorii Britonum in auſtrum. Aliàs culta fuit à Francis, ſed poſtea ab ipſis derelicta ob penuriam aquarum.

¶ Inſula Arimoa, *Arimoa Eylandt* Belgis, inſula eſt parva maris Indici, in terra Auſtrali & in ora ſeptentrionali regionis Papuorum ſeu Nigrorum, à qua vix diſtat 6. leucis in Boream. Detecta fuit à Guillelmo Scouteno Batavo anno 1616.

¶ Inſula Aſcenſionis, *ilha d'Aſcemcan* Luſitanis, inſula eſt Americæ meridionalis versùs Braſiliam, à qua centum circiter leucis Hiſpanicis diſtat in ortum, nempe à Præfectura Spiritus ſancti; totaque montuoſa eſt & inculta, & ei adjacet altera inſula minor.

¶ Inſula Avium, *isla de Aves*, inſula eſt parva Americæ, in mari Boreali & versùs oram Venezuelæ regionis, inter inſulam Rupium ad ortum & inſulam Boni aeris ad occaſum. Ei adjacent ſeptem aliæ inſulæ minutæ admodum.

¶ Inſula Avium, *ilha de Aves* Luſitanis, *isle des Oyſeaux* Gallis, inſula eſt parva Anchidolii maris, ſeu maris Pacifici, inter inſulas Latronum ad Boream, & novam Guineam ad auſtrum.

¶ Inſula Barnevelti, *Barneveldt Eylandt*, inſula parva Americæ meridionalis, à Batavis detecta anno 1616. In mari Magellanico ſita eſt, ad auſtrum terræ Ignium & ad ortum promontorii Hornani. Ei adjacet alia inſula minor: montuoſæ ſunt admodum & deſertæ.

¶ Inſula Batonia, *Baton isle*, ſeu & *Buton*, inſula eſt oblonga Aſiæ, in mari Indico, & ad ortum Macaſſaris. Extenditur à Borea in auſtrum per 20. leucas Hiſpanicas.

¶ Inſula Boni aeris, *Bonaire*, inſula eſt parva Americæ meridionalis, inter inſulam Avium ad ortum & inſulam Curaſaum ad occaſum, in mari Boreali, & versùs oram Venezuelæ regionis, à qua vix 20. leucis Hiſpanicis diſtat in ſeptentrionem; ſubeſtque dominio Hiſpanorum. Ejus circuitus eſt 16. leucarum.

¶ Inſula Borbonia, *l'isle Bourbon*, aliàs Maſcarenhæ, inſula eſt maris Æthiopici fertilis admodum & abundans versùs ortum Madagaſcariæ, à Francis inhabitata, & hiſce ultimis temporibus culta. Ibi terra perpetuò ardens. Centum ferè leucis Gallicis diſtat à Madagaſcaria inſula. Ejus circuitus eſt 60. leucarum; & in ejus meditullio ineſt lacus ad radices montium, ex quo oriuntur ſeptem fluvii.

¶ Inſula Ciampella, *Pulo Ciampello* Indis, inſula eſt Indiæ ulterioris, in ora regni Cocinſinæ, cum altera ei adjacente, *Pulo Catan* dicta, ſeu Catana inſula; ſuntque parvi circuitus, teſte Brietio.

¶ Inſula Delphina, *l'isle Dauphine*. Vide Madagaſcaria.

¶ Inſula Didaci Roizii, *isla de Diego Roiz* Luſitanis, *l'isle de Digarrois* Francis, inſula eſt parva Africæ, in mari Æthiopico, inter Syrtes, longè à Mauritia inſula in ortum, & longiùs à Madagaſcaria. Detecta fuit à Luſitanis.

¶ Inſulæ Divanduræ, *Divandurow*, inſulæ parvæ Aſiæ in Archipelago Maldivarum. Subſunt dominio Regis Cananoræ, in Malabaria; & diſtant 30. leucis à Malecutia, una ex Maldivis inſulis in Boream. Sunt quinque.

¶ Inſula Ferdinandi Noronhæ, *ilha de Fernando de Noronha*, inſula eſt Americæ meridionalis, in mari Braſilico ſatis parva, & vix circuitus 4. leucarum. 70. leucis Hiſpanicis diſtat in ortum à proxima continente Braſiliæ, nempè à præfectura Fluvii magni, eſtq; ſatis culta à paucis annis. Ei adjacet alia inſula minor, dicta inſula Ignis.

¶ Inſula Ferdinandi Pai, *ilha de Fernando Pao* inſula Africæ, in mari Guineæ & in ſinu S. Thomæ, circuitus 26. leucarum circiter, ſub dominio Luſitanorum, cum aliquot pagis & arce. 40. milliaribus diſtat ab ora regni Benini in auſtrum, & paulò minùs ab ora regni Biafræ in occaſum.

¶ Inſula Fortunæ divinæ, & *Iland of Good Fortuyn*, inſula ampla Americæ ſeptentrionalis, propè fretum Hudſonium in ortum, ab Anglis detecta dum illas partes luſtrarent; eſtque pars terræ Arcticæ.

¶ Inſula Fortunæ divinæ, *Goede Fortuyn Eylandt*, inſula eſt parva & oblonga Oceani Indici, prope oram occidentalem Sumatræ inſulæ, à qua 30. leucis Germanicis diſtat in occaſum, uti & 20. à Naſſavia inſula.

¶ Inſula Guillelmi Scouteni, *Willems Schouten Eylandt*, inſula eſt Oceani Indici maximè ad ortum & auſtrum, propè oram littoralem Terræ Papuorum, in nova Guinea, versùs mare Pacificum. Detecta fuit à Batavis anno 1616.

¶ Inſula Hornia, *Hoornſe Eylandt* Batavis, inſula parva maris Pacifici, ſed fertilis, à Jacobo Maereo detecta anno 1616. Diſtat circiter 1600. leucis Germanicis ab ora Peruvii in occaſum Aſiam versùs.

¶ Inſulæ Joannis Ferdinandi, *Islas de Ivan Fernandez* Hiſpanis, inſulæ duæ ſatis parvæ, ſed fertiles Americæ meridionalis, in mari Pacifico & versùs oram regni Chiles: ex quibus orientalior & minor dicitur *isla de Fuera* major autem, quæ & orientalior, dicitur *Isla de Tierra*; ſuntque probè cultæ.

¶ Inſula Joannis Majeni, *Janſz Mayen Eylandt*, inſula Oceani Borealis, versùs Spitzbergam & terras Arcticas, à Batavis detecta anno 1616.

¶ Inſulæ Latronum, *Ilhas de los Ladrones* Luſitanis, *isles des Larrons* Gallis, inſulæ quamplurimæ inter Oceanum orientalem & mare Pacificum, quæ aliter dicuntur *Ilhas de las Velas*, ubi Archipelagus S. Lazari; ſuntque viginti majores numero à ſeptentrione in meridiem poſitæ, & dictæ *la Deſerte*, *l'Angloiſe*, *Manao*, *Chemochoa*, *Gregua*, *Pagan*, *Artomagan*, *Guagan*, *Chereguan*, *Natan*, *Sepan*, *Matan*, *Volia*, *Betaba*, *Bacim de Bidima*, *des Matelots*, *des Roches* ſeu *Arrecifes*, & *Pulo Vilan*; ſuntque ſui juris, & vix ab Europæis luſtratæ, ac nomine tantùm notæ.

¶ Inſula Madagaſcaria ſeu S. Laurentii, *l'isle de Madagaſcar*. Vide Madagaſcaria.

¶ Inſula Maonis, *Pulo Maon* Indis, *isle Maon* Gallis, inſula eſt parva & oblonga Indiæ, in ſinu Gangetico, inter Syrtes & brevia, & propè inſulam Andemaonis. Diſtat circiter 45. leucis Germanicis ab ora regni Peguviæ in occaſum.

¶ Inſulæ Martyrum, *Ilhas dos Martyres*, inſulæ tres parvæ Oceani orientalis ſeu Archipelagi S. Lazari, pro-

pè

pè inſulam Avium, inter inſulas Latronum ad Boream & novam Guineam ad auſtrum.

¶ Inſula Melicutia, *Malicut*, inſula parva Aſiæ in mari Indico, & una ex Maldivis inſulis. Diſtat 40. leucis ab aliis Maldivis in Boream, & 30. à Divandura in auſtrum. Circuitus eſt 5. leucarum circiter; & ſubeſt dominio Regis Cananoræ, in Malabaria.

¶ Inſula Mauritia, *Mauritz Eylandt* Belgis, *l' isle Maurice* Gallis, inſula eſt Africæ, in mari Æthiopico, ad ortum Madagaſcariæ, & inter Borboniam ad occaſum & Didaci Roiſii inſulam ad ortum. Paucis abhinc annis à Batavis culta & munita fuit. Centum ferè leucis diſtat à Madagaſcaria in ortum. A Luſitanis *do Cirne* nominatur; & ejus circuitus eſt leucarum ferè quadraginta, teſte Heberto. Fertilis eſt admodum, abundatque omnibus ad vitam neceſſariis, 37. leucis Germanicis diſtans à Borbonia inſula.

¶ Inſula Muſcarum, *l'isle des Mouches* Gallis, *het Vlieghen Eylandt* Batavis, inſula parva maris Pacifici, à Jacobo Maereo detecta anno 1616. & ſic dicta à muſcarum copia ibi reperta.

¶ Inſula Naſſavia, *Isle de Naſſau* Gallis, inſula eſt Aſiæ in mari Indico, versùs oram occidentalem Sumatræ inſulæ, & ad auſtrum inſulæ Fortunæ divinæ.

¶ Inſula Nera, *Pulo Nera* incolis, inſula eſt Aſiæ in mari Indico, & una ex inſulis Bandæ, in Moluccis. Subeſt dominio Hollandorum ab aliquot annis; eſtque magni poventus propter aromata.

¶ Inſula Piſcatorum, *Ilha dos Peſcadores*, inſula parva Oceani Sinici, versùs oram inſulæ Formoſæ, aliàs à Luſitanis detecta & denominata. Nunc autem ſubeſt dominio Hollandorum.

¶ Inſula Principis, *Princen Eylandt* Batavis, inſula eſt parva Aſiæ, in Oceano Indico, in ora occidentali Javæ inſulæ, & ad fretum Sundæ, versùs Sumatram inſulam.

¶ Inſula principis, *Ilha do Principe*, inſula Africæ, in mari Guineæ & in ſinu S. Thomæ, inter inſulam Ferdinandi Pai ad Boream & inſulam S. Thomæ ad auſtrum, 35. leucis Hiſpanicis ab ora regni Biafræ in occaſum, oblonga & ſatis culta. Oppidum habet cum aliquot pagis; ſubeſtque dominio Luſitanorum.

¶ Inſula Promontorii Britonis *l'isle du Cap Breton*, inſula eſt Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, ſatis ampla & culta, ab ortu in occaſum extenſa, inter Terram novam inſulam ad ortum & Accadiam ad occaſum, in ſinu S. Laurentii, cum aliquot coloniis Francorum. Dicitur etiam à quibuſdam *l'isle des Bretons*, inſula Britonum.

¶ Inſula Rona, *Pulo Ron*, inſula parva Aſiæ, in Oceano Indico, & una ex inſulis Bandæ, in Moluccis, ſub dominio Anglorum ab aliquot annis. Fertilis eſt propter Aromatum proventum.

¶ Inſula S. Andreæ, *Isla de S. Andero*, inſula parva Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, versùs oram Nicaraguæ provinciæ novæ Hiſpaniæ, à qua 25. leucis diſtat in ortum, & 8. leucis Hiſpanicis ab inſula Sanctæ Catharinæ in auſtrum. Ejus longitudo eſt tantùm 4. leucarum.

¶ Inſula S. Barthelomæi, *l'isle S. Barthelemy*, inſula eſt oblonga Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis inſulis, ſub dominio Francorum, inter inſulas S. Martini ad Boream & S. Chriſtophori ad auſtrum.

¶ Inſula S. Catharinæ, *l'isle de Sainte Catherine*, inſula eſt parva Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali versùs oram novæ Hiſpaniæ & provinciam Honduram, à qua diſtat 20. leucis Hiſpanicis in ortum. Portum habet commodum & arcem; ſubeſtque dominio Anglorum à paucis annis.

¶ Inſula S. Chriſtophori, *l'isle de S. Chriſtophle*, inſula eſt Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, & una ex Antillis, aliàs à Caribis habitata nunc autem ſub dominio Francorum & Anglorum ab anno 1628. ubi plurimæ arces cum pagis. Fertilis eſt & abundans, ſed montuoſa nimis; & ejus circuitus eſt 36. leucarum circiter.

¶ Inſula Sanctæ Crucis, *l'isle de Sainte Croix* Gallis, *Ay Ay* incolis, inſula eſt Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, & una ex Antillis, inter inſulam S. Chriſtophori ad ortum & inſulam Portus Divitis ad occaſum, ſub dominio Francorum ab aliquot annis.

¶ Inſula S. Euſtachii, *l' isle de S. Euſtache*, inſula eſt parva Americæ ſeptentrionalis, versùs oram Borealem inſulæ S. Chriſtophori, & una ex Antillis, ſub dominio Hollandorum cum aliquot villis. Montuoſa eſt, & vix 9. leuearum circuitus, in mari Boreali.

¶ Inſula Sanctæ Helenæ, *l'isle Sainte Helena* Gallis, inſula eſt parva Africæ, in mari Æthiopico, à Joanne de Nova Luſitano detecta anno 1502. die ſanctæ Helenæ ſacra. Circuitus eſt 13. leucarum circiter, longiſſimè à quacunque alia inſula remota, inter Africæ continentem ad ortum & Braſiliam ad occaſum, ſed Africæ vicinior, 500. tantùm leucis diſtans ab ora regni Congi. Tota ferè montuoſa eſt, & portu gaudet commodo; eſtque fertilis & abundans omnibus ad victum neceſſariis; ita ut dicta fuerit Taberna maris, quod omnes naves illuc ex Indiis redeuntes in ipſa ſe reficerent per aliquot dies. Sed à paucis annis occupata fuit ab Anglis, qui in ea habent arcem.

¶ Inſula nova Sanctæ Helenæ, *nouvelle isle de Sainte Helene*, inſula eſt parva Africæ, inter Æthiopiam inferiorem & regnum Benguelæ ad ortum, & inſulam Sanctæ Helenæ, ad occaſum.

¶ Inſula S. Joannis, *Isla de S. Ivan*, inſula eſt Aſiæ, in Oceano Indico, & una ex Philippinis inſulis, propè Mindanoam inſulam in ortum, & ab ea tantùm tenui freto ſeparata versùs Tendajam. Aliàs ſuberat Hiſpanis, nunc ſui juris eſt.

¶ Inſula S. Joannis, *Isle de S. Iean*, inſula Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, in intimo receſſu ſinus S. Laurentii, versùs Acadiam. Satis ampla eſt, & à Francis culta à plurimis annis.

¶ Inſula S. Joannis Portus Divitis, *Isla de S. Ivan de puerto ricco*, inſula eſt ampla Americæ ſeptentrionalis, ſub dominio Hiſpanorum, in mari Boreali & ad ortum Hiſpaniolæ inſulæ. Vide Portus divitis inſula.

¶ Inſula Sanctæ Luciæ, *Isla de S. Lucia* Hiſpanis, *Isle de ſainte Alouzie* Gallis, inſula eſt Americæ, in mari Boreali, & una ex Antillis inſulis, ſub dominio Francorum à paucis annis. Oblonga eſt, & à ſeptentrione in meridiem extenſa, inter Martinicam inſulam ad Boream & inſulam S. Vincentii ad auſtrum, à qua vix 10. leucis diſtat, & 14. à Martinica.

¶ Inſula Sanctæ Mariæ, *Isle de Sainte Maria* Gallis, *Noſſi Hibrahim* incolis, teſte Flacurtio, inſula eſt parva Africæ, ſed oblonga, in ora orientali Madagaſcariæ, ubi in arctos tendit; & ab ea vix 10. milliaribus diſtat. Extenditur autem ad 60. milliaria.

¶ Inſula S. Martini, *l' isle di S. Martin*, inſula eſt Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, & una ex Antillis inſulis, inter Anguis inſulam ad Boream & S. Bartholomæi inſulam ad auſtrum, ſub dominio Francorum. Novem leucis diſtat ab inſula S. Criſtophori in Boream.

¶ Inſula S. Michaelis, *Isla de S. Miguel*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico & propè oram Borealem inſulæ Bornei, versùs Paragojam inſulam, à qua vix 20. leucis Hiſpanicis diſtat.

¶ Inſula S. Thomæ, *Ilha de S. Thome* Luſitanis, inſula eſt ſatis ampla Africæ, in mari Guineæ, & circuitus 50. leucarum Gallicarum circiter, ferè rotunda, ſed culta & abundans, ſub dominio Luſitanorum, cum urbe Pavoaſano, inſulæ primaria & epiſcopalis. 45. leucis diſtat in ortum à proximiori continente Africæ & à promontorio Lupi Gundiſalvi, & 35. ab inſula Principis in auſtrum. Detecta fuit à Luſitanis anno 1405. die 23. Decembris S. Thomæ ſacra, à quo nomen ſortita eſt. Capta fuerat ab Hollandis anno 1641. ſed poſteà fortiter recuperata à Luſitanis, ipſis etiam ſubeſt, arcem habens quadrangularem permunitam.

¶ Inſula S. Vincentii, *Isle de S. Vicent*, inſula Americæ, in mari Boreali, & una ex Antillis inſulis, ſub Caribis populis, inter inſulas ſanctæ Luciæ ad Boream & Bequiam ad auſtrum.

¶ Inſulæ ſeptem fratrum, *As ſete Irmanos* Luſitanis, inſulæ Africæ ſeptem numero, parum inter ſe diſtantes, in mari Æthiopico, inter Syrtes & brevia, longiſſimæ à continenti Africæ in ortum, & mediæ ferè inter Madagaſcariæ inſulam & Maldivas inſulas. A Luſitanis detectæ fuerunt, ſed incolis carent.

¶ Inſula Serrana, *Isla Serrana*, inſula Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali. Parva eſt, inter Syrtes, & media ferè jacet inter Jamaicam inſulam ad Boream & provinciam Nicaraguam, in nova Hiſpania ad auſtrum; ſed inculta eſt & Naufragiis infamis.

¶ In-

¶ Inſula Statuum, *het Staten Eylandt* Batavis, *l' isle ou pais des Eſtats* Gallis, inſula eſt Americæ meridionalis & Terræ Magellanicæ, inter fretum Maereum ad occaſum & fretum Brouverii ad ortum, detecta à Batavis anno 1616. & ab ortu in occaſum extenſa, eſtque è regione Mauritii tractus & regionis Ignium.

¶ Inſula Talaya, *Isle de Talaya*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico, & ferè media inter partem auſtralem Mindanoæ inſulæ in Philippinis & partem Borealem Giloli inſulæ.

¶ Inſula Terræ novæ, *Isle de Terre neuve* Gallis, *Isla de Terra nueva* Hiſpanis, inſula eſt ampliſſima Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, ferè in modum figuræ triangularis, & circuitus 500. leucarum Gallicarum, propè ſinum S. Laurentii. Portubus ampliſſimis abundat; eſtque ſatis culta, quamquam plurimis ſylvis referta. In ea nullæ urbes, ſed tantùm aliquot parvæ coloniæ Francorum, uti Placentia & ſinus Mortuorum; eſtque piſcatione valdè celebris.

¶ Inſula teſtudinis *l' Isle de la Tortue* ſeu *la Tortue* Gallis, *la Tortuga* Hiſpanis, inſula eſt parva Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, montuoſa; ſed portu gaudet commodo. Vix aliquot milliaribus diſtat ab ora Boreali Hiſpaniolæ inſulæ ſeu S. Dominci in occaſum, & 35. tantùm leucis Hiſpanicis à parte orientali Cubæ inſulæ. Arcem habet munitam, & ſubeſt dominio Francorum ab aliquot annis.

¶ Inſula Teſtudinis, *isla Tortuga* Hiſpanis, inſula Americæ meridionalis, in mari Boreali & in ora Venezuelæ regionis, ſub Hiſpanis. Vix 26. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora continentis Americæ in Boream, & 14. tantùm à Margarita inſula in occaſum.

¶ Inſula Vaja, *Pulo Way*, inſula parva Aſiæ, in Oceano Indico, & una ex inſulis Bandæ, in Moluccis, ſub dominio Hollandorum.

¶ Inſulæ Vnionum, *Islas de Perlas*, inſulæ Americæ meridionalis, in mari Auſtrino & in ſinu Panamæ. Diſtant 12. leucis à Panama urbe in auſtrum; ſuntque duæ majores, dictæ *del Rio* & *Tararequi*, cum circa viginti minoribus, quæ veriùs ſunt ſcopuli.

¶ Inſula Vulcani, *Brandendeberg* Batavis, *Isle de Vulcain* Gallis, inſula eſt Aſiæ, in mari Indico & propè oram littoralem novæ Guineæ, ſic dicta, quia ſæpe ignes evomit.

¶ Aliæ inſulæ propriis in locis deſcriptæ ſunt.

¶ Inſulæ, *Ilheos* Luſitanis, *les Isles* Gallis, urbs parva Americæ meridionalis, in Braſilia, cum portu in ora littorali. 30. leucis diſtat à ſinu omnium Sanctorum in auſtrum, ſub Luſitanis; & ab ea adjacens provincia dicitur *Capitania dos Ilheos*, Præfectura Inſularum.

¶ Inſulana Caſtellania, *Chaſtellenie de Lille*, ſeu etiam *province de Lille*, tractus eſt Belgii, in Flandria Gallicana dicta. Dividitur in quinque partes; eſtque ſatis extenſus. Tota illa Caſtellania ſubeſt dominio Regis Galliæ ab anno 1667. & in ea ſunt urbes, Inſulæ, *Lille*, quæ ejus primaria eſt, Baſſea, *la Baſſee*, Armentariæ, *Armentieres*, uti oppida Lanojum, *Lanoy*, Cominum, *Comines*, Varnetonium, *Varneton*, Viroviacum, *Veruvick*, & Seclinum, *Seclin*, in regione feraci.

Intemelium & Intimelium, ut alii legunt, urbs Liguriæ maritima, inter Albingaunum 40. & Nicæam ad occaſum 17. mill. paſſ. (Vide Albintemelium) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi. Populi Intemelii Livio.

Interamna, *Terni* & *Terani*, urbs Umbriæ epiſcopalis, ad Narem fluvium, in planitie, inter Spoletium 12. & Narniam 6. mill. paſſ. in via quæ Romam ducit occurrens. Populi Interamnates Ciceroni, & Nartes Plinio. Hujus urbis (quæ & colonia Latinorum, & municipium fuit ſplendidiſſimum) antiquitatem & nobilitatem, rudera, reliquiæque ædificiorum, ac innumeræ penè antiquæ & marmoreæ inſcriptiones teſtantur. Vbi adhuc nobiliſſima & antiquiſſima Caſtellorum familia (ex qua Pontifices aliquot, & Antiſtites ſancti, ac Principes Narniæ regionis prodiere,) adhuc viget.

Interamna altera, Latii colonia, in confinio Samnii, ad Lirim fluvium, *Iſola*, teſte Blondo cum aliis, apud Arpinum, ab eo 3. mill. paſſ. diſtans, à Sora 5. in meridiem, totidem à Bovillis in ortum, ubi Liris Melphem fluvium excipit, una ex 12. coloniis quæ Romanis auxilium adversùs Hannibalem denegabant, teſte Livio. Populi Interamnates Ciceroni.

¶ Interamna oppidum fuit Volſcorum, in Latio, aliquot milliaribus infra Inſulam ad meridiem, cujus nunc veſtigia viſuntur, propè vicum *Ponte Corvo*, in regno Neapolitano & in provincia Terræ Laboris, ad Lirim fluvium, teſte Brietio; quanquam alii credant fuiſſe paulò ſuprà ubi nunc caſtrum *l' Iſoletta* dictum, aliquot milliaribus ab Aquino in occaſum: & Lucæ Holſtenio eſt *Torre di termine* in illo tractu, ubi multa antiquitatis veſtigia.

Interamnia *Teramo*, (non *Teranio*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) urbs Prægutiorum, in Aprutio, epiſcopalis, inter Batinum & Vomanum flumina, ac inter Aſculum ad occaſum ſupra 20. & Teate ad ortum 24. mill. paſſ. cujus Epiſcopus Aprutinus nominatur. Ptol.

¶ Interamnia, *Teramo*, urbs aliàs Samnitum, in Prætutiano agro, nunc urbs regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori. Diſtat tantùm 13. milliaribus ab Aſculo, & 14. ab ora maris Adriatici in occaſum.

Interamnium, *Ponferrada*, teſte Henrico Coquo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Gallæcia, apud fines regni Legionenſis, inter Aſturicam ad ortum 14. & Villam Francam oppidum Gallæciæ ad occaſum 5. leuc. Sed Morali eſt *Fuente Encelada*, oppidum ejuſdem regionis, Interamnium Flavium Antonino, ab Aſturica 30. mill. paſſ. in occaſum Lucum Auguſti versùs. Ant. Ptol.

¶ Interamnium, oppidum antea Aſturum, nunc oppidum eſt regni Legionis, *Ponferrada* dictum, teſte Sanſone & aliis, in confinio Gallæciæ.

Intercatia, *S. Maria di Rebilla*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum & Vaccæorum, exciſum; locus inter Valliſoletum & Aſturicam ad occaſum in medio, ad 10. leucas diſtans, viſitur. Populi Intercatienſes Plinio. Strab. Plin. Ptol. App.

Intercisa, *Rachzkevvi*, teſte Simlero, olim oppidum, nunc pagus Pannoniæ ſuperioris, in Hungariæ Stiriæque confinio, libro Notitiæ in Valeria Ripenſi, in ipſa Stiria. Eſt & locus Umbriæ, uti ſpecus, in montis rupe excavatus, ad Candianum fluvium: *il Furlo* dicitur, inter Callium & Forum Sempronii mill. paſſ. 9. intercedens. Ant.

Internum mare, idem quod Mediterraneum.

Interocrea, *Interdoco*, teſte Pandulfo Collenutio, oppidum Sabinorum, in agro Reatino, nunc in Aprutio, ab Aquila 15. mill. paſſ. in occaſum, quot fermè à Reate. Interocrium Antonino. Strab. Plin.

¶ Interpromium vicus ſeu locus fuit regionis Marrucinorum, ad Aternum fluvium, in Italia, in via Valeria, quæ Corfinio Teate Marrucinum ducebat, ut videre eſt in vetuſtis Itinerariis Antonini & in Tabulis Peutingerianis; eratque ad Aternum fluvium, ſub oppidulo S. Valentini ultra anguſtias Populi oppidi, teſte Lucio Camarra.

¶ Intervallium, *Entrevaux*, oppidulum Galliæ, in Provincia, ad Varum fluvium, & ad radices montium, in ipſo limite ditionis Sabaudicæ & Comitatus Nicæenſis, uno tantùm milliari à ruderibus Glandatenſis urbis; ideòque ejus Epiſcopi ſedes eſt. 3. leucis diſtat à Boleo in occaſum, 5. à Vintio in Circium, uti 8. à Nicæa & ab ora maris Mediterranei.

Inteſtinum mare, idem quod Mediterraneum. Flor.

Intuergi, populi Germaniæ, quorum urbs Heydelberga, teſte Peucero, proxima Spiræ, inde vix 4. leucis diſtans in ortum. Ptol.

Invectus, fluvius Latii, per lacum Fucinum tranſiens, qui aliis Juvencus legitur. Videtur autem invectus participium eſſe, non fluvii alicujus nomen. Plin.

Inui Caſtrum, oppidum Hetruriæ, quod hodie non exſtat. Vide Caſtrum Inui. Erat in ora, inter Centumcellas ad occaſum & Pyrgos ad ortum, inde 5. hinc 8. mill. paſſ. diſtans. Virgilius libro 6. Æneidos: Virgil.

Pometios, Caſtrumque Inui, Bolamque, Coramque.

Inutrium, *Mittenvvaldt* (non *Inſpruch*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) teſte Aventino, oppidum olim Vindeliciæ, nunc pagus Bavariæ, apud Hiſaræ amnis ortum, Parthano proximus ad 2. leucas, à Monachio 10. in auſtrum Oeniipontem versùs. De quo in libro 4. Itinerarii ſic: Ptol.

Excipimur lauto clementer ab hoſpite Inutri.

Inycus, *Longobardo*, teſte Fazello, oppidum olim, nunc pagus Siciliæ in ora auſtrali, apud Camarinam urbem exciſam, ab ea 10. mill. paſſ. in ortum versùs Pachynum promontorium. Camicus etiam Stephano. Aliis eſt *il Molinaccio*, locus à Camarina 10. à Motuca urbe 15. Pauſ. Steph.

¶ Iny-

¶ Inycus, aliis forſan Inicum, oppidum erat Siciliæ, ad oſtia Crimiſſi fluvii, è regione Selinuntis, & 20. circiter milliaribus à Mazara in ortum, longè autem à Camarina in occaſum, teſte Brietio.

Lib. Conc. Joanna, Joannina Cedreno, *Janna* Leunclavio, urbs archiepiſcopalis & Epiri primaria, ubi ſedes Præfecti Turcarum, ad lacum, olim * Caſſiope; inter Ambraciam ad occaſum & Triccam urbem Theſſaliæ in ortum, à qua 40. mill. paſſ. (* Duplex deſignatur Caſſiope: altera maritima, altera mediterranea, quarum hæc *Janna*, illa forſan *Joannina*, uti Brietius, indigitatur.)

Joannipolis verò, urbs Myſiæ inferioris, *Jambol* nominatur.

¶ Joanvilla, *Joinville*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, ad Matronam fluvium, Principatus titulo clarum Guiſiorum. 8. leucis diſtat à Calvomonte in Boream, & 6. à Fano S. Deſiderii in auſtrum.

¶ Ioja, *Gioja*, oppidum regni Neapolitani, in agro Bariano, versùs montem Apenninum, in ditione Ducis Atrini. 16. milliaribus diſtat à Bario in auſtrum, & totidem à ſinu Tarentino in Boream.

Strab. Plin. & al. Iol, quæ poſteà Julia Cæſarea, teſte Plinio, dicta eſt, *Alger*, & incolis *Gezeir*, teſte Ludovico Marmolio cum aliis, olim Meſgana à conditore, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis metropolis & regia, in ora littorea egregiè munita, à Quiza urbe ejuſdem oræ ſub Hiſpanis 128. mill. paſſ. in ortum, Carthaginem versùs 733. à Carthagine nova Hiſpaniæ 187.

¶ Jol, quæ poſteà Julia Cæſarea, nunc eſt *Tenez*, urbs regni Algerii, in ora maris Mediterranei & in provincia Teneza dicta. Sedet ad radices montis, gaudetque caſtro munito & portu commodo, teſte Nicolao Sanſone. Diſtat 125. milliaribus ab Algerio in occaſum, & 90. ferè à Quiza urbe in ortum.

Strab. Plin. Ptol. Jolcos, oppidum Theſſaliæ, ad ſinum Pagaſicum, in finibus Pelaſgiotarum, proximum Demetriadi urbi, ab ea vix milliari diſtans, à Pagaſis 30. ſtadiis, ab Ormenio 20. à Phæris 120. *Jaco* nunc. Inde Jolciacus nomen gentis. Ovidius libro 7. Metamorphoſeon:

Victor Jolciacos tetigit cum conjuge portus.

Lucanus libro 3.

Theſſalus Æmoniam vomer proſcindit Jolcon.

¶ Jolcos oppidum fuit Theſſaliæ in Magneſia, & ad ſinum Pelaſgicum ſeu Pagaſicum, ad radices Pelii montis, Sanſone & aliis teſtibus.

Ptol. * Jomnium, Lomnium Antonino, *Caſſen*, teſte Moletio, oppidum olim Mauritaniæ Cæſarienſis, in ora, nunc pagus inter Ruſuccurrum ad occaſum vicinum, & Ruſazum ad ortum, inde 17. hinc 38. mill. paſſ. Saldas versùs. (* Ἰομνιον eſt in manuſcripto Seldeni.)

¶ Jomnium ſeu Jonium municipium, oppidum Africæ, nunc eſt *Temen*, 7. leucis diſtans ab Algerio in ortum, & in regno Algerii, teſte Sanſone.

Jona, ſeu Ihona, ut apud Scriptores Scoticos, inſula eſt, una Hæbudum, à littore occiduo Scotiæ ad 12. mill. paſſ. diſtans, ubi inſigne Benedictinorum cœnobium, & Regum Scotiæ ſepultura.

¶ Jona, inſula Scotiæ, meliùs dicitur Rona, *Rona*, ſeu inſula S. Columbani, *Cholmkill*. Vide ſupra Inſula S. Columbani.

Strab. Plin. Ptol. Jonia, regio Aſiæ maritima, in ora maris Ægæi, inter Æolidem ad Boream & Cariam ad meridiem, Mæandro fluvio eas ſeparante, *Sarchiom*, teſte Leunclavio, (in qua olim Epheſus urbs clariſſima, cum Miletio, nunc Smyrna omnibus præſtat, ſedes Præfecti) Lydiæ ad ortum contermina. *Quiſcum* vel *Quiſcon* à Turcis hodiè Jonia appellatur. Hinc Jonius & Jonicus nomen gentis. Populi Jones. De Jonia Ovidius libro 6. Faſtorum:

Nec Latium norat, quam præbet Jonia dives.

Claudianus libro 2. in Eutrop.

Proxima Bithynos: ſolem qua condit, Jonas.

Martialis libro 13. epigramm. 58. attagenas Jonicas commendat:

Inter ſapores fertur alitum primus.
Jonicarum guſtus attagenarum.

¶ Jonia, regio Aſiæ minoris, ſeparatur ab Æolide Hermo fluvio, rigaturque fluviis Caiſtro & Meandro, qui per eam labitur; ſed non ipſam dividit à Caria, cum Miletus ſit ultra Meandrum, & juxta oram littoralem extenditur. Ejus urbes præcipuæ fuere Epheſus, Miletus, Smyrna Colophon, Erythræ, Leuca, Lebedus, Clazomene, Hippi, & Heraclea. Nunc vulgò *Sarchan* dicitur, Ortelio, Sanſone & aliis teſtibus; ſubeſtque dominio Turcarum.

Jonica, regio ſeu tractus magnæ Græciæ, in Italia, circa Grotonem urbem. *Sol. Xen.*

Jonium mare appellatur, non quod Joniam alluit, ſed quod inter Siciliam & Græciam interfuſum, Macedoniam, Epirum, Achajam, & Peloponneſum ad occaſum attingit: *il mar Gionio* Italis. De quo Virgilius libro 5. Æneidos: *Stra. Plin. Ptol. & a.*

Ioniòque mari, Maleæque ſequacibus undis.

Jonopolis, *Ginopoli* ex tabulis recentibus, urbs Paphlagoniæ mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gangrenſi, inde in Boream diſtans apud oram. *In A... then.*

Ionoſia, *Villa Yoioſa*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ, ad ſinum Illicitanum, ab Jonibus, ut eſt traditio antiqua loci, conditum, inter Gandiam oppidum ad occaſum 11. & Alonem ad ortum 7. leuc. *Scri. Hiſp.*

¶ Jonoſia quibuſdam fuit oppidum Conteſtanorum, nunc autem pagus *Villa Loyſa* dictus, in ora auſtrali regni Valentiæ, 4. leucis diſtans ab Alone in Eurum, & 6. à Gandia in auſtrum.

Jopilia villa, *Jupile*, teſte Ortelio; pagus Belgii, in agro Leodienſi, ad Moſam fluvium, non procul à Leodio: cujus fit in vita S. Lamberti Epiſcopi mentio. *Scri. Belg.*

Joppe, Jope Straboni, *Zaffa & Iaffa*, urbs Palæſtinæ maritima, exciſa omnium antiquiſſima, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, inde 20. mill. paſſ. in auſtrum recedens, ab Hieroſolymis 40. in occaſum, Lyddæ proxima, 10. mill. diſtans, ante diluvium univerſale condita: cujus hodie nil exſtat, niſi turris & diverſorium excipiendis peregrinis, qui ex Europa Hieroſolymam tendunt. De qua Arator libro 1. *Plin. Mel. Ptol.*

Te quoque laude potens, cœleſtibus inclyta ſignis
Carminibus Joppe canimus.

¶ Joppe, nunc *Iaffa*, urbs erat Palæſtinæ & Tribus Dan Septentrionalior, cum portu in ora maris Mediterr. 35. milliar. à Cæſarea in auſtrum, & paulò minùs ab Hieroſolymis, 6. autem à Lydda in occaſum, & 47. ab Aſcalone in Boream, ſita in edito ſaxo, & ſub urbe portus in quem ligna & lapides è Libano, mari indeq; Jeroſolymam terreſtri itinere deferebantur ad Templi ſtructuram.

Jopſica, *Cliſſa* ſeu *Scliſſa* Moletio, oppidum Liburniæ littorale, inter Seniam & Vegiam. Sed errat Moletius: Lopſica enim ſcribitur à Ptolemæo & à Plinio Ioſpica. Cliſſa verò urbs eſt cum arce munitiſſima Dalmatiæ, apud Salonas, inde 5. mill. paſſ. diſtans, in monte. *Ptol.*

¶ Jopſica urbs fuit Liburniæ. Vide Lopſica. Sed longè diſtat Cliſſa in Cæciam.

Jordanis, *Giordano* Italis, fluvius Palæſtinæ maximus, in Cœleſyria, apud Cæſaream Philippi gemino fonte oriens, in auſtrumque per Geneſaram lacum fluens, ac tandem in Aſphaltitem lacum deſinens. De quo Sedulius libro 1. *Str. Plin. &*

Sex quaſi luſtra gerens placidam Jordanis ad undam Venit.

¶ Jordanis, *le Jourdain* Gallis, fluvius, oritur ex duobus fontibus, Ior & Dan dictis, ad radices montis Libani; & 4. mill. paſs. ſupra Cæſaream Philippi: deinde in auſtrum per Samachonitem lacum ſeu aquas Meron fluens ad Capharnaum per lacum Geneſaram ſeu mare Galilææ & Tiberiadis labitur; rigatiſque aliquot urbibus, in mare Mortuum ſeu Aſphaltitem lacum deſinit, Tribus Ruben & Gad cum dimidia Tribu Manaſſe ab aliis ſeparans Maximus eſt & penè unicus Terræ ſanctæ ſeu Judææ fluvius, cum reliqui omnes potiùs torrentes quàm fluvii dicendi ſunt; fuitque primùm limes Terræ promiſſæ.

¶ Jortanum, *Jortan*, urbs Indiæ; cum portu in ora Boreali Javæ inſulæ. Caput eſt regni cognominis. 50. milliaribus diſtat à Paſſarvano in occaſum, & 70. ferè à freto Balambuani.

Jorum, *Novigrad*, teſte Moletio, oppidum Macedoniæ, Deboro finitimum & Aloro, in Pæonia regione, à Caſtoria urbe 20. mill. paſs. *Pt.*

Jos, *Nio*, teſte Stephano cum aliis, inſula maris Ægæi, apud Theram, teſte Strabone, Homeri ſepulchro, teſte Plinio, memorabilis, olim Phœnice, ut ait Plinius, una Sporadum, à Naxo 14. mill. paſs. in Eurum, ipſa circuitu 25. quot à Thera recedit. *Str. Pli. &*

¶ Ios

¶ Ios inſula eſt, & una Sporadum, inter Naxum ad Boream & Theram ad auſtrum. 50. milliaribus diſtat à Naxo, & 64. circiter ab ora Boreali Cretæ Inſulæ in ſeptentrionem; habetque oppidum etiam *Nio* dictum in parte Boreali.

Ioſedum, poſteà Corbolium recentioribus, *Corbueil* vel *Corbeil*, teſte Marliano cum aliis, oppidum Galliæ Celticæ, ad Sequanam fluvium, apud Pariſios, à Lutetia 6. leucis in auſtrum, Melodunum versùs 14.

¶ Ioſedum, *Corbeil*, oppidum fuit Pariſiorum, nunc tractus Hurepeſii, in provincia Inſulæ Franciæ, 6. leucis à Lutetia, Melodunum versùs 4. cum ponte lapideo ad Sequanam. Vide Corbolium.

¶ Ioſſelinum ſeu Jocelinum, *Jocelin*, oppidum Galliæ, in minori Britannia, ad Ouſtam amnem, in meditullio provinciæ; & 16. leucis à Rhedonibus in occaſum diſtat, totidemque à Fano ſancti Brioci in auſtrum.

Iotapata, *Syria*, teſte Breitenbachio, oppidum Palæſtinæ, ſic à conditore nominatum. In Theſauro Linguæ Latinæ in Syria locatur.

Iotape, *Lombardo*, teſte Nigro cum aliis, urbs Ciliciæ maritima, inter Coraceſium Pamphyliæ urbem ad occaſum, & Seleuciam Ciliciæ ad ortum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, Selinunti proxima orientaliori.

Ioviacum, *Kogel*, teſte Lazio, arx Norici, in Auſtriæ Bavariæque confinio. Simlero autem *Aſſach*, oppidum inter Pataviam & Lintium. Variè legitur, nam & Loviacum, & Laviacum, & alicubi etiam Laciacum. Porrò Laviacum, *Lauffen*, oppidum Norici in territorio Salisburgenſi putatur, à Salisburgo 3. leucis in Circium: Joviacum verò, *Aſſach*, inter Ovilabim oppidum Auſtriæ 27. & Bojodurum urbem exciſam apud Pataviam 38. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini: Laciacum autem inter Ovilabim & Juvaviam; hoc eſt, Salisburgum, inde 32. hinc 28. mill. paſſ. occurrit.

Ioviacum quid ſit non conſtat. Quidam credunt eſſe *Aſchavv*, vicum Auſtriæ ſuperioris juxta Danubium fluvium: Alii putant eſſe *Francken mark* aut *Starnberg*, oppida Auſtriæ versùs Bavariam. Cluverius tamen credit Laciacum eſſe *Gmunde*, oppidum ſuperioris Auſtriæ ad lacum cognominem.

Iovis fanum, locus Luſitaniæ, in regno Portugallico, apud Terranum oppidum Eborenſis Diœceſis, ubi Eccleſia ſanctorum Juſti & Paſtoris, teſte Reſendio.

Iovis fons, in Epiro, apud Dodonam urbem exciſam, in meridie ſemper deficiens, teſte Plinio libro 2. capite 103.

Iovis Hammonis fons, in Marmarica, apud Hammonis oraculum, idem patiens quod Jovis fons in Epiro.

Iovis mons, *Monivi*, teſte Varrerio, *Monte Judaico* Gerundenſi, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis in ora apud Barcinonem urbem.

¶ Iovis mons *Monivic* nunc dicitur, eſtque mons Cataloniæ propè & extra Barcinonem ad occaſum, ubi arcem excitare voluerant Hiſpani hiſce ultimis temporibus.

Iovis templum, in Macedonia, ad oſtium Bephyri fluvii.

Iovis Urii fanum, locus Aſiæ, in ora Bithyniæ, ad Boſporum Thraciæ, ubi nunc arx *Jeron*, teſte Petro Gyllio, apud Chryſopolim.

Iporcenſe municipium, *Conſtantina*, teſte Morali & Mariana, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandaliæ & Extremaduræ confinio, in Turdulis & Bæturia, inter Hiſpalim 14. & Elerenam oppidum Extremaduræ 5. leuc.

Iporus, fluvius Siciliæ in ora auſtrali. Vide Hipparis.

Ippoleum, promontorium Scythiæ Europææ, inter oſtia Hypanis & Boryſthenis: in quo templum Cereris erat.

Ipra, urbs Belgii. Vide Hypræ.

¶ Ipuſcoa, *Guipuſcoa*, provincia Hiſpaniæ, & pars Biſcajæ, cum anteà fuerit pars regni Navarræ. Ibi erant aliàs Varduli & Cariſti populi: Habet ad Boream Oceanum Cantabricum, ad occaſum Biſcajam veram, ad auſtrum Alavam provinciam, & ad ortum Navarram cum modica parte Galliæ. Ejus urbes præcipuæ ſunt Toloſa, *Toloſa*, Placentia, *Placentia*, Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtian*, & *Fons rapidus*, Fuenteravia.

Irenæum, monaſterium in Bithyniæ ora, ad fauces maris Euxini, Byzantio & Chalcedoni proximum: quod & Acœmetum ab Evagrio nominatur.

Irene, *Sidra* Sophiano, inſula Peloponneſi in ſinu Argolico. Vide Galauria: cui eadem eſt. *Step.*

Irenopolis, urbs gemina: una in Cilicia mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Anazarbeno, olim ſub Seleucienſi: altera in Babylonia, archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno. Cujus in Conciliis fit mentio. *Pto.*

¶ Irenopolis urbs fuit Aſiæ minoris, in Cilicia, quæ & Neronias poſteà dicta fuit, teſte Philippo de Via, ad Sarum fluvium & ad radices montis Tauri Cilicii, media inter Tarſum ad auſtrum & Cocuſum ad Boream, 60. autem milliaribus ab Anazarbo in occaſum. *Ant.*

Iria, *Vogbera*, teſte Merula, oppidum præclarum Liguriæ, in Gallia Ciſpadana, Antonino Vicus Iriæ, inter Dertonam 10. & Placentiam 30. mill. paſſ. à Ticino 15. Dertonam versùs. *Plin.*

Iria quoque, fluvius Liguriæ, ex Apennino monte apud Antiliam, & Dertonam, & Caſtrum novum, cujus mœnia disjecit, fluens, ac in Padum poſt 5. mill. paſſ. labens. Hic & Scripia Latino recenti dicitur, vulgò *la Scrivia*, amnis valdè Neocaſtrenſibus pernicioſus. *Iorn. adi & Diac.*

Iria Flavia, *el Padron*, teſte Morali, urbs olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, nunc oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis maritimum, in ora Gallæciæ, à Compoſtella, quæ illi ſucceſſit, 4. mil. Hiſpanicis in occaſum diſtans. Malè *S. Maria finis terræ* eſſe ſcribitur in Theſaro Linguæ Latinæ.

¶ Iria Flavia, *el Padron*, ſeu *Padron*, urbs fuit Callaicorum Lucenſium, ad Ullam amnem, & anteà epiſcopatus, ad Compoſtellam poſteà translatus. Nunc oppidum eſt parvum Gallæciæ, 6. leucis Hiſpanicis ab ora Oceani in ortum, & 4. à Compoſtella in auſtrum; quanquam ſint qui credant fuiſse ipſam Compoſtellam. *Ptol.*

Iris, *l'Irio*, teſte Nigro, & interiùs *Caſalmach*, fluvius Cappadociæ ingens, per Amaſiam urbem in Pontum Cappadocium influens, ex Argio monte ortum ducens. De quo Valerius Flaccus libro 3. *Strab. Plin.*

Tranſit Halys, longiſque fluens, anfractibus Iris.

¶ Iris, fluvius Aſiæ minoris, oritur in Cappadocia, & in confinio Armeniæ minoris ſupra Sebaſtiam, deinde propè Comanam Ponticam Varum fluvium recepit, uti & Ceraunum. Hinc juxta Amaſiam labitur; & auctus Lyco fluvio & aliquot aliis, in Pontum Euxinum ſe exonerat inter Themiſcyram ad ortum & Amiſum ad occaſum, 25. milliaribus utrinque. Dicitur autem nunc *Caſalmach* incolis, *Caſelmach* verò, Caſtaldo teſte.

Irpini, & Irpinum. Vide Hirpini & Hirpinum. *Ptol.*

Vrbes Irpinorum in regno Neapolitano:

Abellinum, *Avellino*.
Agatha, *Sant' Agata de Goti*.
Angelopolis, *Sant' Angelo di Lombardi*.
Arianum, *Ariano*.
Biſacia, ſic vulgò, & *Biſazza*, epiſcopatus unitus Angelopolitano ſub Archiepiſcopo Compſano.
Compſa, *Conza*, vel *Conſa*.
Frequentum, *Fricenti*.
Laquedonia, *Lacedogna*, *Cedogna*.
Mons Maranus, *Monte Marano*.
Mons Viridis, *Monte Verde*.
Nuſcum, *Noſca*.
Vicus, *Vico della Baronia*.
Vulturaria, *Vulturaria*.

Irus & Iros, mons Indiæ, in Gedroſiæ confinio, apud oſtia Indi fluvii: cujus meminit Arrianus in Periplo. *Arria.*
Irus apud Homerum mendicus fuit; unde adagium, *Iro pauperior*. De quo Ovidius:

Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat. *Herod.*

Is, fluvius Suſianæ, in Euphratem influens. Eſt & urbis nomen Stephano. *Steph.*

Iſaca, qui et Iſca, fluvius Albionis, in Damnoniis, ſeu * Cornubia regione Anglici regni, in auſtrum fluens per urbem cognominem. Fluvius *Ex*, urbs verò *Exceſter*, teſte Camdeno, Latino recenti Exonia, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, Cornubiæ metropolis, media inter Wintoniam urbem ab ortum et Antiveſtæum promontorium ad occaſum 79. mill. diſtans. Vide Exonia. (Latè ſumpta: aliter enim Devoniæ Comitatus eſt.) *Ptol.*

¶ Iſaca, ſeu, et meliùs, Iſca, *Ex*, fluvius Angliæ. Oritur in confinio Somerſetenſis Comitatus, propè Sabrinæ fluvii æſtuarium; deinde per Devoniæ Comitatum fluens, et auctus aliquot fluviis minoribus, ibi Iſcam Damno-

niorum,

niorum, *Exceſter*, provincia primariam rigat, & 8. milliaribus Anglicis infrà in mare Britannicum cadit juxta caſtrum *Exmouth* dictum. Vide Iſca.

¶ Iſachar, una ex duodecim Tribubus Iſrael, inter Tribum Zabulon ad Boream & dimidiam Tribum Manaſſe cis Jordanem ad auſtrum, ubi Carmelus mons, ad Jordanem uſque, ubi lacus Geneſareth, extenditur, & auſtralem obtinet Galilææ inferioris partem.

¶ Iſadeni, Hunnica natio, teſte Procopio.

¶ Iſaflenſes videntur Mauritaniæ populi apud Ammianum.

¶ Iſagurus, Indiæ intra Gangem oppidum Ptolemæo, Ithagurus interpretibus.

¶ Iſala, qui & Sala, *Iſſel*, fluvius Belgii ſeu potiùs ramus Rheni fluvii, qui paulò infra Arenacum in duo brachia ſcindens ſe hunc efficit fluvium, qui ad arctos tendens Duisburgum, Zutphaniam, Daventriamque urbes rigat, & infra Campenſem urbem in ſinum Auſtrinum ſe exonerat. Sunt tamen qui credant Iſalam ſeu Saldam, *Alt Iſſel*, fluvium eſſe Germaniæ, qui per Weſtphaliam fluens & Comitatum Zutphanienſem, ad Duisburgum recipit alveum Rheni per foſſam olim à Druſo deductam ab Arenaco Duisburgum uſque, & cum eo in ſinum Auſtrinum cadit: quod ſatis probabile. Vide Sala.

Ptol. Iſamnium, *Saint Johns Foreland*, teſte Camdeno. Hoc *Portmuck* Mercatori, & aliis * *Capſtat*, promontorium Hiberniæ in ora orientali, inter Eblanam urbem & Logiæ fluvii oſtium (* corruptè forſan pro *Cap Saint Jean*.)

¶ Iſamnium, promontorium Hiberniæ, in parte orientali Ultoniæ, vulgò à nautis *Saint Johns Foreland* dictum, & *le Cap S. Jean* Gallis, *S. Johns point* Anglis, eſt in peninſula *Lecale* dicta, in Comitatu Dunenſi, & vix 5. mill. paſſ. à Duno diſtat.

Ant. Iſannavaria, *Stonyſtratford*, teſte * Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Lactodurum & Tripontium 12. mill. paſſ. à Londino, 73. in Boream Lindum verſùs. (* Camden. in Britannia ſua hoc modo: Hanc verò (de *Wedon*, in agro Northamptonienſi, olim regia Merciorum Regis, verba faciens) eſſe quod in Antonini Itinerario Banavenna, Bennavenna, & Bennaventa dicitur, & ſemel corruptè Iſannaventa: (alii legunt Iſanavantia, Iſanavatia, & tandem Iſannavaria) etſi nulla ſuperſint expreſſa nominis veſtigia, niſi exiſtimarem, veritati ſanè vereor ne illuderem; etiamſi antea contra ſenſerim.)

Strab, Plin. Iſapis, *il Savio*; fluvius Æmiliæ, in Romandiola, ex Apennino monte ſupra Sarſinam urbem oriens, ac juxta Ceſenam urbem ejus mœnia radens, delatus, in mare Hadriaticum apud Cerviam exiens, qui & Sapis Plinio. De eo Lucanus libro 2.

Cruſtumiumque rapax, & junctus Iſapis Iſauro.

Sed hic fluvius eſt Umbriæ, apud Urbinum in Iſaurum influens, qui *Albs* vulgò, teſte Leandro, dicitur. Ortelius manifeſto labitur errore, Iſapim fluvium circa Ariminum deſcribens. Vide Sapis.

Cic. Plin. Iſara, Iſar Ptolemæo, *l'Iſere*, fluvius Galliæ Narbonenſis, per Allobroges in Rhodanum apud Valentiam urbem delatus, Mauriana, Camberico, Gratianopolique urbibus irrigatis. De eo Lucanus libro 1.

Hi vada liquerunt Iſara, qui gurgite ductus, &c.

¶ Iſara fluvius, *l'Iſere*, oritur in Sabaudiæ Ducatu & in provincia Tarantaſia ex monte Iſerano inter Alpes; deinde Monaſterium Tarantaſiæ caput rigat: Hinc auctus Arco fluvio, juxta Monmelianum labitur; & per Delphinatum fluens, ibi Dracum ad Gratianopolim haurit; & poſteà rigatis Fano S. Marcellini & Romano oppidis, paulò ſupra Valentiam urbem in Rhodanum fluvium ſe exonerat. Sed Camberium non rigat neque Fanum S. Joannis in Mauriana valle, ut ego pluries vidi dum illas partes luſtrarem.

Iſara, alter fluvius Vindeliciæ, per Bavariam fluens, ex Alpibus inter Oenipontem & Inutrium oriens, ac per Monachium, Friſingam, Landshutum, Dingelfingum, Landaviamque urbes in Danubium contra Deckendorſum oppidum fluens, & ipſe *Iſer* vulgò di-
Strab. ctus.

¶ Iſara, *Iſer*, fluvius Vindeliciæ. Dicitur etiam Iſarus. Oritur 3. milliaribus Germanicis ab Oeniponte in occaſum, in confinio Comitatus Tyrolenſis, & paulò ſupra Landshutum Ambram fluvium recipit.

Iſara quoque, fluvius Galliæ Belgicæ, *Oyſe*. Vide Eſia.

Iſarci, populi Alpini, in Inſubria. Vide Hiſarci. *Pl.*

¶ Iſarci, Alpinæ gentes Plinio, ab Auguſto Imperatore devictæ. Hiſarci legit Caſtillionius, cui hodiè *Iſarſo* municipium, aut aliud vicinum *Arciſare*. Schudus putat Miſauci legendum, & addit eſſe hodie *Maſoxerthal*. Janus Pincius in ſuo de origine Tridentinæ urbis libro locum deſcribit in vertice Pyrenæi Germaniæ montis, quem vulgò *Aiſocho* nominant ab Iſarco, ut ipſe exiſtimat.

Iſauria, regio Aſiæ, pars Galatiæ auſtralis, Piſidiæ *Pl.* finitima: ubi Iſaura urbs, quæ & Claudiopolis, teſte Ammiano, dicta eſt, & in libro Conciliorum Iſauropolis, *Saura*, nunc, teſte Theveto, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi. Populi Iſauri. Meminit horum Claudianus libro 1. in Eutropium:

Indomitos curru Sevilius egit Iſauros.

Iſaurus, *la Foglia* fluvius Umbriæ Tranſapenninæ, ex Apennino monte deſcendens, per agrum Urbinatem fluens, & ab Piſaurum urbem mari Hadriatico exceptus, qui & Piſaurum Plinio dicitur. Alter hujus nominis fluvius eſt magnæ Græciæ, Neetho vicinus, per agrum Crotoniatem in mare delatus; cui *Donato*, teſte Barrio, nomen eſt.

¶ Iſaurus, *Foglia*, fluvius Umbriæ, meliùs dicitur Piſaurus. Vide ibi.

¶ Isburus, *Mayhaſoli*, teſte Fazello, fluvius Siciliæ, *Pl.* per oram Auſtralem inter Heracleam & Thermas in pelagus fluens.

¶ Isburus fluvius nunc *Calatabellota* dicitur, teſtibus Brietio, Sanſone, & aliis. In mare Africum ſe exonerat inter Mazaram ad occaſum & Agrigentum ad ortum, 35. ferè milliaribus utrinque.

Iſca, *Exceſter*, & *Caer Suyck* Britannicè, teſte Lhuy- *Pt.* do, (*Caer-isk Pen-Caer*, teſte Camdeno,) urbs Albionis epiſcopalis, caput Cornubiæ, ad Iſacam fluvium quæ Iſca Dumnoniorum ad alterius differentiam dicitur. Vide Iſaca, & Exonia.

¶ Iſca, quæ & Iſaca quibuſdam, *Exceſter*, urbs fuit Damnoniorum, nunc Comitatus Devoniæ caput, diciturque à recentioribus Exonia. Urbs eſt epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantarienſi. Diſtat 8. milliaribus Anglicis ab ora maris Britannici, 79. milliaribus ſimilibus diſtat ab Antiveſtæo promontorio, & à Vintonia. Iſca autem fluvius, *Ex* dictus, ipſam rigat, & poſteà in mare Britannicum labitur.

Iſca Legio 2. Auguſta, oppidum Albionis, *Carleon*, *A.* teſte Camdeno, id eſt, Urbs Legionum, in Wallia, agri Monumetenſis, apud Landavam urbem, ab ea 10. mill. diſtans. Alia porrò Iſca, Exoniæ finitima, *Leskard*, & ipſa Urbs Legionum, ſeu Legio Auguſta aliis dicitur.

¶ Iſca, Legio 2. quæ & Iſca Silurum, urbs fuit Silurum ad Iſcam, nunc oppidum Monumethenſis provinciæ, ad Oſcam fluvium, vix 4. milliaribus Anglicis diſtans ab æſtuario Sabrinæ, & 14. à Monumethia.

Iſchalis, *Ilceſter*, teſte Lhuydo, & Camdeno *Ivelceſter* *Pt.* aliis *Ilcheſter*, oppidum Albionis, in finibus Belgarum, & in Somerſettenſi regione, inter Bathoniam & Exoniam ad 35. mill. diſſitum, Welliæ finitimum.

¶ Iſchalis, ſeu Iſcalis, oppidum Belgarum, nunc Somerſetenſis Comitatus, *Ilcheſter* vulgò, ad amnem *Il*, eſt in confinio Dorſetiæ Comitatus, 12. milliaribus Anglicis à wellia in auſtrum, 24. à Bathonia, 30. ab Exonia, & medium inter mare Britannicum & Sabrinæ æſtuarium, 15. milliaribus Anglicis utrinque.

¶ Iſchia, *Iſchia*, inſula Italiæ, in mari Tyrrheno, in ora regni Neapolitani & Terræ laboris, aliàs Inarime & Ænaria dicta. Eam pluribus deſcripſit C. Nepos Gallus, cujus accuratam delineationem habemus in tabulis Joannis Antonii Magini. Vix 2. milliaribus Italicis diſtat ab ora Terræ Laboris, uti à promontorio Miſeno, & una tantùm à Prochyta inſula. Ejus circuitus eſt 20. milliarium; & ei adjacet ad ortum urbs parva, ſed permunita in ſcopulo, Iſchia etiam dicta, quæ ponte tantùm jungitur Inſulæ, ut egomet vidi anno 1667. eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano. Vide Ænaria.

Iſchopolis, *Tripoli*, teſte Moletio, oppidum Cappado- *St.* ciæ maritimum, inter Hermonaſſam & Ceraſuntem ad *Tr.* ortum.

¶ Iſchopolis, quæ & Iſchiopolis, & Tripolis Plinio, urbs fuit Cappadociæ 20. milliaribus ab Hermonaſſa in ortum, & 70. ferè à Trepezunte in occaſum. Nunc etiam *Tripoli* dicitur, in provincia *Genech* dicta, teſte

Ca-

Caſtaldo : & ſubeſt dominio Turcarum cum toto tractu.

Iſcia, inſula Brutiorum oræ adjacens. Vide Oenotrides, eſt enim una Oenotridum.

¶ Iſcina, Africæ propriæ urbs Ptolemæo & Antonino.

Iſenacum, *Iſenach*, urbs & accademia Thuringiæ, in Haſſiæ confinio, inter Erphordiam & Caſellam; ſic à ferro dicta, vel ab Iſide, ut quidam Poeta Germanus ait libro 5. Itinerarii :

.poſitam hinc in vallibus urbem,
A ferro dictam vulgò; ſed ab Iſide doctis :
Iſnacum dicunt, urbs geſtis clara vetuſtis.

Et libro 7.

Ante oculos montes, Iſenacumque videmus,
Quæ fuit Haſſorum regia clara Ducum.

¶ Iſenacum, *Eyſenach* incolis, urbs eſt parva, ſed culta Germaniæ, in Thuringia, ad amnem Neſsam, qui paulò infrà à Verra excipitur, in confinio Haſſiæ. Subeſt Duci Weimariæ, quamquam ipſa Ducali titulo fulgeat. 7. leucis diſtat ab Erfurto in occaſum, & 4. à Mulhuſia in auſtrum. Dicitur etiam Eyſenacum.

¶ Iſendicum, *Iſendick*, oppidum premunitum Belgii, in Flandriæ Comitatu, in ora littorali contra Birfletum, & in ditione Hollandorum à plurimis annis. 3. leucis diſtat à Clauſulis in ortum, & totidem ab Aggere Gandavenſi in occaſum.

¶ Iſiacorum portus circa Daciam & in ora littorali Ponti Euxini, teſte Arriano in Periplo.

Iſidis inſula, Iſidis portus Plinio, Iſidis templum Straboni, *Paſcoa*, teſte Belleforeſtio, inſula ſinus Arabici, Æthiopiæ continenti ferè adjuncta, in ſinu Avalite. Eſt & Iſidis templum apud Strabonem, oppidum Ægypti ad Nilum, propè Copton urbem.

Iſiniſca, *Iſin*, teſte Marco Welſero, oppidum Vindeliciæ olim, nunc pagus Bavariæ, ad fluvium cognominem, qui Iſiniſcus Antonino dicitur : Simlero autem eſt *Iſen* ſeu *Yſne*, oppidum Sveviæ, in Rhætia, inter Campidonam ad ortum 3. & Wangam ad occaſum 2. leuc. Sed errat Simlerus, quia Iſiniſca cum fluvio non in Svevia, ſed in Bavaria apud Friſingam urbem eſt, ut rectè Welſerus indigena adnotavit, vulgò *Ilzm* vel *Iſm*, à Landshuto 6. leuc. in meridiem, à Friſinga 4. in ortum.

¶ Iſiniſca, ſeu Iſuniſca teſte Welſero, eſt *Iſen*, caſtrum ditionis Friſingenſis, ad amnem *Iſm*, 6. leucis à Monachio in ortum, forſan ex nominis ſimilitudine, uti & Abrahamus Ortelius poſt eum. Sed Cluverius, Sanſo, & alii putant Iſiniſcam eſſe Monachium, urbem amplam, Bavariæ primariam Iſaro fluvio impoſitam, cum ſuperbiſſimo palatio Ducum : quod probabilius. Vide Monachium.

¶ Iſis, Colchidis fluvius navigabilis, teſte Arriano in Periplo.

¶ Iſium, Ægypti ſuperioris urbs apud Stephanum & Antoninum.

Isla, *Yſel*, ſeu *Yſſel*, fluvius Germaniæ, per Friſiam fluens.

¶ Islandia, *Islande*, inſula maris Septentrionalis, ad Regem Daniæ ſpectans, ampliſſima, inter Norvegiam, ex qua pendet, & Gronelandiam ſeu Terram Viridem, & ab ortu in occaſum extenſa. Dividitur in quatuor partes, nempè in Orientalem, quæ *Auſtlendingafiordung*, dicitur ab incolis, in Occidentalem ſeu *Veſtlendingafiordung*, in Septentrionalem ſeu *Nordlendingafiordung*, & in meridionalem ſeu *Sudlendingafiordung*. Ejus urbes præcipuæ ſunt Hola, & Schalotum, & Beſteda arx, ubi Prorex Inſulæ commoratur, & ab antiquis Thule dicta fuit. Ejus longitudo eſt 200. leucarum Gallicarum, latitudo verò centum circiter. Satis culta eſt & fertilis verſùs oram littoralem, ſed in mediterraneis valdè montuoſa & inculta.

Iſmarus, mons Thraciæ, apud Hebrum fluvium & Maroneam urbem, teſte Plinio, cujus accolæ Cicones Homero dicuntur, ubi & palus, & Iſmara vel Iſmarum urbs quondam fuit. Virgilius libro 10. Æneidos :

Et tres, quos Idas pater, & patria Iſmara miſit.

Hinc Iſmarius nomen gentis. Ovidius libro 10. Metamorphoſeon :

Gentibus Iſmariis, & noſtro gratulor orbi.

Montem hunc partim aſperum, & partim olivetis ac vitibus cultum, incoluit Orpheus.

Iſmenus, Iſmenius Plinio, Straboni, & Pauſaniæ fluvius Bœotiæ, (cum oppido cognomine & monte) circa Dircen fontem Thebas alluens, & apud Saganeum oppidum in mare exiens, non procul ab Aulide, ex monte Cithærone ſcatens. De quo Ovidius libro 2. Metamorphoſeon :

Et celer Iſmenos, cum Phocbaico Erymantho.

Hinc Iſmenius nomen gentis. Ovidius libro 13. Metamorphoſeon :

Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris.

Accipitur autem Iſmenius pro Thebanus, & Iſmenides mulieres pro Thebanæ.

¶ Iſmenus, fluvius Bœotiæ, etiamnum *Iſmeno* dicitur, teſte Brietio, & in Euripum labitur.

¶ Iſmuc, Africæ oppidum, diſtans à Zama viginti mill. paſſ. Hujus ager nihil venenati ferre poteſt, ut tradit Vitruvius.

¶ Iſna, *Iſne*, urbs Germaniæ parva, ſed Imperialis, in Svevia provincia & Algovia tractu, juxta amnem Argum ſuperiorem, 4. leucis à Campiduno in occaſum & à Lindavia in ortum.

¶ Iſondæ, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, teſte Ptolemæo.

¶ Iſonæ, Aſſyriæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Iſontius, *l Iſonzo*, fluvius Carnorum, qui Natiſo Straboni, per Norejam ex Alpibus Juliis profluens, & ſecus Gradiſcam oppidum in mare Hadriaticum inter Aquilejam urbem, & Timavum fluvium exceptus, apud quem Theodoricus Rex Gothorum Odoacrem vicit & fugavit, teſte Caſſiodoro. *Caſpo.*

¶ Iſontius, *Liſonzo*, meliùs dicitur Sontius fluvius. Oritur, in Carniola, & auctus aliquot amnibus & Natiſone fluvio, rigatiſque Goritia & Gradiſca, in ſinum Tergeſtinum labitur. Vide Sontius.

¶ Ipſa, Armeniæ minoris urbs, teſte Ptolemæo.

Iſpinum, *Spinario* Moletio, aliis *Fuente Duenna*, oppiddum olim, nunc pagus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Carpetanorum.

¶ Iſpinum, oppidum Carpetanorum, nunc quibuſdam eſt *Yepes*, vicus Caſtellæ novæ, 6. leucis Hiſpanicis diſtans à Toleto in ortum Concam verſùs.

Iſporis, pagus Africæ, apud Syrtim magnam, cis Aras Philænorum, *Ilbacha* Moletio, aliis *Naim*. (Vide Oeſporis, ſic enim ſcribitur.) *Ptol.*

¶ Iſrael, nomen hoc nunc totam Hebræorum gentem, nunc partem tantùm demonſtrat, totam ante Salomonem, partem poſteà, teſte Sanſone : poſt Salomonem enim Hebræorum regnum, quod et Iſrael, in duas diviſum partes, una Judæ nomen aſſumpſit, altera nomen Iſrael retinuit, quod in hoc ultimum ex duodecim Tribuum Iſrael decem ſeceſſerint, in primo duæ tantùm remanſerint ſub nomine Judæ, propter Tribum Judam regiam et omnium nobiliſſimam; et ex hac totius regni diviſione, qui primum Hebræi et Iſraelitæ in univerſum appellati, ii tandem in Iſraelitas et Iudæos diviſi ſunt, & aliquando hi ſub illo, aliquando illi ſub altero nomine comprehenſi ſunt.

Iſſa, Hiſſa Cæſari, *Liſſia* Sophiano et Bordonio, inſula maris Illyrici, apud Tragurium, unde ea 15. mill. paſſ. Phariam verſùs recedit, ulterius 10. mill. diſtantem in meridiem, circuitu 80. mill. Hæc Liburniæ adjacet, non Dalmatiæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ. Iſſa quoque Dionyſio Halycarnaſſæo inſula parva Latii, apud Marruvium, à Septem aquis 40. ſtadiis diſtans. *Polyb.* *Plin.* *Mel.*

¶ Iſſa Inſula fuit Liburniæ, et poſteà Dalmatiæ, quæ à Iorphirogenita *Jeſa*, Slavis *Wis*, et ab Italis *Liſſa* dicitur, in mari Illyrico, teſte Joanne Lucio. Subeſt dominio Reipublicæ Venetæ.

¶ Iſſa, Lesbi inſulæ urbs, quæ Himera et Pelaſgia dicta fuit, teſte Stephano.

¶ Iſſatis Parthorum urbs, oppoſita quondam Medis, teſte Plinio.

Iſſedon, Eſſedon Stephano, urbs gemina : una Scythiæ extra Imaum montem, quæ *Succuir*, teſte Caſtaldo, nunc appellatur; altera Sericæ, quæ *Cambalu* magni Chamis (ut vocant) Tartarorum Regis ſedes, dicitur. *Ptol.*

¶ Iſſedon urbs fuit duplex Scythiæ. Iſſedom Scythica fuit in Scythia extra Imaum, ubi nunc urbs *Caracoram*, in Siſiana regione Tartariæ magnæ : Iſſedon Serica urbs fuit ampla Iſſedonum, in Serica regione, ubi hodie *Suchur* ſeu *Synchun*, urbs regni Tanguti, in Tartaria magna.

¶ Iſſorium, *Iſſoire*, ſeu Iſſodorum, urbs eſt Galliæ, in Alvernia provincia, ad Elaverem fluvium, 5. leucis à Claromonte in auſtrum, et 9. à Fano S. Flori in Boream.

Iſſus,

P'in. Ptol. Iſſus, Iſſum Straboni, quæ & Nicopolis, teſte Stephano, dicta eſt, *Aiazza* ſeu *Aiaſſa*, teſte Nigro cum aliis, urbs Ciliciæ extrema, in Syriæ confinio, ad ſinum qui ex ea Iſſicus, *Golfo dell' Aiazza*, nominatur, ab Antiochia magna ad 60. mill. paſſ. in occaſum diſtans: ubi Darius Rex primò fuſus fuit ab Alexandro Magno, teſte Quinto Curtio, unde Nicopolis dicta: epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarſenſi. Ab Amiſo urbe Paphlagonica 1500. ſtadiis, inter Pyrami fluvii oſtia, & Zeugma ad Euphratem 400.

Iſſus, nunc *Laiazzo*, urbs Ciliciæ, ad mare Mediterraneum & Iſſicum ſinum, qui ab eo *Golfe de Laiazzo* dicitus, propè montem Amanum. Differt à Nicopoli urbe, & ab ea 15. milliaribus diſtat in occaſum, 35. ab oſtio fluvii Pyrami in ortum, & 56. à Zeugma in occaſum, 60. autem ab Antiochia in Boream.

Strab'. Plin. Ptol. & al. Iſter, Danubius, fluvius maximus Germaniæ, qui ut primùm Illyricum attingit, Iſter appellari incipit, teſte Strabone & Plinio, ſed, teſte Appiano Alexandrino, non niſi poſt Savi cum ipſo confluentiam ad Taurunum urbem, Ptolemæo verò poſt Axiopolim Myſiæ inferioris urbem; cujus oſtia ab ore Ponti apud Byzantium ad 500. mill. paſſ. teſte Plinio, in Boream diſtant, eaque 7. ſunt, quibus Iſter in mare Euxinum effunditur, ab oſtio Boryſthenis 250. mill. in auſtrum. De quo Ovidius libro 2. Metamorphoſeon:

Thermodoonque citus, Gangeſque, & Phaſis, & Iſter.

¶ Iſter fluvius, qui & Danubius, in Pontum Euxinum labitur per ſex oſtia, ut volunt Plinius & Ptolemæus, & per ſeptem, ut vult Ammianus Marcellinus, qui ait ſeptimum eſſe paluſtri ſpecie. Ejus autem oſtia diſtant tantùm centum milliaribus ab oſtiis Boryſthenis fluvii in auſtrum, & 250. à Conſtantinopoli in Boream. Nunc autem tantùm habet duo oſtia navigabilia, aliis arena obductis, ut mihi narrarunt nautæ qui illas oras luſtrarunt paucis abhinc annis.

Plin. Iſthævones, qui & Buſacteri minores Ptolemæo dici videntur, populi Germaniæ, quos Gemma Friſius *weſtfalen* indigitat.

Strab. Plin. & al. Iſthmus multiplex: 1. Peloponneſi, qui & Corinthiacus, quo Peloponneſus reliquæ Græciæ connectitur, 40. ſtadiis inter ſinum Corinthiacum ad occaſum & Saronicum ad ortum patens, quem Nero perfodere fruſtra tentavit, unde proverbium, *Iſthmum fodere*. 2. Cherroneſi Thraciæ, inter Cardiam ſeu Lyſimachiam, & Macrontichon. Vterque *Hexamili* Nigro & Volaterranno. 3. Ægypti, inter mare Mediterraneum, ubi Peluſium, & ſinum Arabicum, ubi Vrbs Heroum, Dorſum Arabiæ Ptolemæo dictus, *Sur* vulgò, teſte Goropio, 300. ſtadiis ex Plutarcho patens, Plinio 125. mill. paſſ. quo Ægyptus Palæſtinæ & Arabiæ petrææ iungitur 4. Tauricæ Cherſoneſi, de quo Xenophon, & Ptolemæo *Zucala*, teſte Ioſepho Barbaro, 37. ſtadiis ex Xenophonte patens, quo Taurica Sarmatiæ continenti copulatur. In eo Taphræ urbs, *Precop*, Tartarorum regia. 5. Acanthæus, in Macedonia, qui Athon montem continenti jungit, à Xerxe Rege, teſte Æliano, per foſſus. 6. Italiæ, inter ſinum Scylletum, & Hipponiatem, longus apud Ariſtotelem dimidii diei itinere, apud Strabonem 111. ſtadiis, apud Plinium 20. mill. paſſ. apud Solinum 40. mill. quod verius eſt. 7. Aſiæ, inter Tarſum & Amiſum 1500. ſtadiis, teſte Strabone, Aſia nuſquam anguſtiore. 8. Græciæ, inter Criſſæum ſinum *Aimo.* & Oetæum, ubi Thermopylæ, 508. ſtadiis ex Strabone patens. Hinc Iſthmiacus nomen gentis, Claudiano de 4. Conſulatu Honorii:

Et puer Iſthmiaci jampridem littoris exſul.

¶ Iſthmus Italiæ, in parte Boreali Calabriæ ulterioris Magino & aliis, eſt tantùm 20. milliarium ab ortu in occaſum, propè Squillacium.

¶ Iſthmus Panamæ, *Iſthme de Panama*, tractus Americæ, quo ſeptentrionalis America jungitur meridionali; eſtque tantùm leucarum Hiſpanicarum ſeptemdecim à Borea in meridiem, nempè à Portu Belo ad Panamam urbem. Totus tractus extenditur etiam ab ortu in occaſum per 30. leucas, diciturque propriè *Tierra Firma*, & eſt ſub dominio Hiſpanorum.

Herod. Iſtiæotis, regiuncula Theſſaliæ, inter Oſſam & Olympum montes jacens.

¶ Iſtiæotis, provincia Theſſaliæ. Eſtiotis dicitur à Ptolemæo, Heſtiæotis à Strabone, & Eſtiætis à Suida; eſtque in mediterraneis, ubi urbes Tricca, Gomphi, Itome & Pheca.

Iſto, mons Corcyræ inſulæ, cujus incolæ Iſtones Polyæno dicuntur.

Iſtonium, *Hiſto*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ *Tuc.* Tarraconenſis, in Caſtella nova, inter Villam excuſam & Cervariam ſupra 2. leuc. interque Toletum 18. & *Ptol* Valentiam in ortum ad 40.

Iſtri, populi Italiæ extremi, Liburnis finitimi, quorum regio Iſtria, & Hiſtria, ſic ab Iſtro fluvio, quo Argonautæ vecti, huc venere, teſte Plinio, dicti.

¶ Iſtria, *Iſtria* incolis, *Iſtrie* Gallis, *Hyſtereich* Germanis, pars fuit Galliæ Tranſpadanæ, in confinio Illyrici, nunc provincia Italiæ, ſub dominio Venetorum. Terminatur à ſeptentrione Carniolæ Ducatu, à quo ſeparatur Alpibus, *monti della Vena* dictis. Ad ortum habet ſinum Flanaticum, ad occaſum ſinum Tergeſtinum, & mare Adriaticum, ſeu ſinum Venetum, uti etiam ad meridiem; extenditurque à Circio in Eurum ad 60. milliaria: ſed non eſt æquè lata; & in ea Ter- *Cic.* geſte, Petena, Piſinum, Cosliacum, & aliquot alia lo- *Ptol* ca in parte orientali ſubſunt dominio Auſtriacorum.

Vrbes Iſtriæ ex ordine occurrentes;

Tergeſtum, *Trieſte*.
Iuſtinopolis, *Cavo d' Iſtria*.
Vrbs nova, pro Æmonia, *Città nova*.
Parentium, *Parenzo*.
Pola, ſic vulgò, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.
Petena, *Pedena*.
Omnes ſub Venetis, exceptis prima & poſtrema, (*quæ ſubſunt Auſtriacis*.) *Her*

Iſtriani, populi Myſiæ inferioris, quorum regio *Beſſarabia*, & urbs Iſtropolis, circa Iſtri fluminis oſtia, ubi & Iſtrianorum portus.

¶ Iſtriani populi fuere Mœſiæ inferioris, in provincia Scythia dicta, quorum regio nunc Bulgariæ pars eſt ad ortum & Boream, juxta oſtia meridionalia Iſtri fluvii, & aliquot milliaribus in auſtrum à Beſſarabia provincia quæ trans Iſtrum jacet.

¶ Iſtriana, Arabiæ felicis urbs, iuxta ſinum Perſicum, teſtibus Ptolemæo & Stephano.

Iſtrianus, *Calamita*, teſte Nigro, fluvius Tauricæ *Pto* Cherſoneſi, inter Corax promontorium ad occaſum & Theodoſiam urbem ad ortum, haud procul ab ea fluens.

¶ Iſtrianus fluvius nunc *Karaſu* dicitur, ſeu *Endel*, Sanſone teſte, & in Pontum Euxinum ſe exonerat propè Theodoſiam. *Me*

Iſtrici, populi Scythiæ Europææ, circa oſtia Axiacis fluvii, & Euxinum mare incolentes: quorum urbs Axiace, nunc *Oczacovv*.

¶ Iſtrium Meſopotamiæ urbs apud Nicetam.

Iſtropolis, Iſtros Straboni, * Ptolemæo, Iſtria Ar- *Pli* riano, *Stravico* Caſtaldo & aliis, oppidum Myſiæ inferioris, in ora maris Euxini, apud oſtium Iſtri auſtrale, à Sacro oſtio 500. ſtadiis, Tomos versùs in auſtrum 250. ex Strabone, Nigro eſt *Groſſea*, oppidum vicinum. (* Ιςρορόλις in manuſcripto Seldeni.)

¶ Iſtropolis urbs fuit Mœſiæ inferioris, in tractu Scythia dicto, ad Peuce ſeu Sacrum oſtium Iſtri fluvii, quæ nunc à quibuſdam *Proſtaviza* dicitur, in parte orientali Bulgariæ, 60. ſtadiis ab ora Ponti Euxini, & 200. ferè à Tomis in Boream diſtat. Subeſt autem dominio Turcarum à duobus ſeculis cum toto tractu adjacente, qui in dies ſterilis et incultus efficitur propter frequentes incurſiones Tartarorum Dobrucenſium.

Iſtula, fluvius Germaniæ, iſtam à Sarmatia ſeparans. *Pto.* Vide Viſtula. De eo libro 1. Itinerarii ſic:

Danubiuſque pater, vagus Albis, & Iſtula, quique. *An*

Iſurium, *Aldburg* vel *Aldborrovv*, teſtibus Cam- *Pto* deno et Lhuydo, oppidnm Albionis, in Anglia, in Comitatu Eboracenſi, inter Eboracum 18. et Caturractonium 24. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini.

¶ Iſurium, oppidum Brigantum, nunc eſt vicus *Borough bridge* dictus, ad Vrum fluvium, in provincia Eboracenſi, 12. milliaribus Anglicis ab Eboraco in Cæciam, et 16. à Caturactonio in Africum.

Iſus oppidum fuit Bœotiæ, in Atticæ confinio, apud *Str* Anthedonem.

Italia, regio Europæ clariſſima, penes quàm ſub Ro- *Ca* manis orbis terræ fuit imperium, à boum multitudine *Cic* & magnitudine, teſte Varrerio & Aulo Gellio libro *Pli* 11. capite 1. dicta: (item Feſto; Italia dicta, quòd magnos *&* italos, hoc eſt, boves habeat, vituli enim Itali dicti ſunt) *om* vel ab Italo Siciliæ Rege, Siculi fratre, teſte Iſidoro libro

bro originum, longa inter Alpes Graias & Rhegium 1020. mill. paſſ. teſte Plinio. Inter Varum autem & Arſiam flumina per Alpium radices 742. ſed recta via per Vada Sabatia 420. quæ maxima illius latitudo eſt. Hæc Alpibus à Gallia, Germania, & Norico ſeparata, in arcum quodammodo ſeſe conformantibus, ceterum mari Liguſtico, Tyrrheno, Auſonio, Ionio, Hadriaticoque contunditur. Plura habet apud veteres nomina: nam olim Auſonia, Cameſena, Oenotria, Heſperia, Ianicula, Saleumbrona, Saturnia, & aliis nominibus dicta, apud Catonem, Polybium, Plinium Halycarnaſſum & Gellium. Non ultra Ariminum olim extendebatur: reliquum enim inde ad Alpes Gallia Ciſalpina, in Ciſpadanam & Tranſpadanam diviſa, dicebatur. Numero urbium omnibus provinciis præſtat; nam urbes, quibus epiſcopalis ſedes affixa eſt, ſupra 300. habet; quot in Hiſpania, Gallia, & Germania ſimul acceptis haud comperies, etiam ſi regnum Polonicum & Belgium omne computaveris. Vrbes hac tempeſtate clariſſimæ, Roma, Neapolis, Mediolanum, Venetiæ, Genua, Bononia, Florentia, Verona, quibus adiicere libet Brixiam & Patavium. *Italia* etiam vulgò, & Sclavonicè *Vloska* dicitur. Populi Itali. Inde Italus nomen gentis. Virgilius libro 3. Æneidos:

Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Itala regna vocare.

Et Libro 11.

Tros, Italuſve mihi pariter det ſanguine pœnas.

Ab Italia non ſolum Italus, ſed etiam Italicus nomen deducitur; ut *Italica Menſa*, proverbialiter dicta de menſa lauta.

Regiones Italiæ, quæ mare & Alpes attingunt;

Inſubria.	Salentini.
Gallia Subalpina.	Apulia Peucetia.
Liguria.	Apulia Daunia.
Hetruria.	Aprutium.
Latium.	Picenum.
Campania.	Senones.
Picentes.	Æmilia.
Lucania.	Venetia.
Brutii.	Carni.
Magna Græcia.	Hiſtria.

Interiores:

Hirpini,	Sabini.
Samnium.	Vmbria.

¶ Italia, regio Europæ notiſſima, *Italia* vulgò ab incolis dicta, uti ab Hiſpanis, *Italie* Gallis, *Welſchlandt* Germanis, *Wolska zemia* Polonis. Appenino monte in duas veluti partes dividitur. Regio eſt admodum fertilis & culta, & versùs ſeptentrionem & Longobardiam mirè rigua, innumeriſque referta civitatibus. Sed notandum omnes penè urbes Italiæ ſede Epiſcopali decoratas fuiſſe à Romanis Pontificibus, præſertim in Hetruria & in regno Neapolitano, ubi etiam tam frequentes ſunt, ut plurimæ jaceant in ruderibus, & earum Diœceſes non extendantur ultra ipſas civitates. Quod ſi contigiſſet etiam in Gallia, Germania, & alibi, omnes urbes ſede epiſcopali donari, in ſolo Belgio eſſent quinquaginta civitates epiſcopales ad minus; & ſic data ratione in ceteris Europæ occidentalis partibus. Idcirco Italia præſtat tantùm aliis regionibus numero civitatum epiſcopalium, non autem numero urbium. Ejus maxima longitudo ab Auguſta Prætoria ad promontorium Herculeum *Capo di Sparitvento*, continent 720. mill. paſſ. latitudo autem maxima à Populonio ad Pontem Fellæ eſt 280. mill. paſſ. dividi autem poteſt in tres partes, nempè in Italiam ſeptentrionalem, quæ Gallia Ciſalpina, in Italiam meridionalem, quæ aliàs propriè Italia, & in inſulas Italiæ. In ſeptentrionali parte Italiæ ſunt dominium Reipublicæ Venetæ, *Stato di Venetia*, Pedemontium cum annexis, ſub Duce Sabaudiæ, *il Piemonte*, dominium Reipublicæ Genuenſis ſeu Liguria, *il Genoveſato*, ſeu *Riviera di Genova*, Ducatus Mediolanenſis, *Stato di Milano*, & editiones Principum Longobardiæ, nempè Ducatus Mutinenſis, *Stato del Duca di Modena*, Ducatus Parmenſis, *Stato del Duca di Parma*, Ducatus Mantuanus & Montis Ferrati, *Stato del Duca di Mantova*, cum regiunculis Ducum Mirandulæ & Guaſtallæ, & aliquot aliis minoribus. In parte meridionali Italiæ ſunt ditio Pontificia, ſeu ditio Eccleſiæ, *Stato della Chieſa*, regnum Neapolitanum, *Regno di Napoli*, ditio magni Ducis Hetruriæ ſeu Tuſcia, *Stato del gran Duca di Toſcana*, dominium Reipublicæ Lucenſis, *il Lucheſe*, Ducatus Maſſæ, *Ducato di Maſſa*, Principatus Plumbini, *Prencipato di Piombino*, & ditiuncula Reipublicæ S. Marini, *territorio di S. Marino*. Inſulæ autem Italiæ ſunt Sicilia, *la Sicilia*, Sardinia, *la Sardegna* & Corſica, *la Corſica*, cum aliquot aliis minoribus. Dividitur autem Italia à Germania Alpibus ad Boream, uti ad occaſum à Gallia; ad ortum autem habet mare Hadriaticum & mare Ionium, uti ad meridiem mare Siculum, mare Tyrrhenum, & mare Liguſticum.

Italiæ Principes:

Pontifex Maximus, ſub quo ditio Pontificia, in qua ſunt hæ provinciæ, Campania Romana, Sabina, provincia Patrimonii S. Petri, Vmbria, Marchia, Anconitana, Ducatus Caſtrenſis, Territoria Orivetanum, Peruſium, & Civitatis Caſtelli, Ducatus Vrbini, Romandiola, Bononienſis ager, & Ducatus Ferrarienſis.

¶ Rex Hiſpaniæ, ſub quo regnum Neapolitanum, Sicilia, Sardinia, Ducatus Mediolanenſis, Marchionatus Finarii in Liguria, & aliquot arces in ora Thuſciæ.

¶ Veneti ſeu Reſpublica Veneta, ſub qua Iſtria, Foro-Julium, Marchia Tarviſina cum annexis, Ducatus Venetus, & territoria Patavinum, Rhodighinum, Vicentinum, Veronenſe, Brixianum, Bergomenſe, & Cremenſe.

¶ Ducatus Sabaudiæ, ſub quo Principatus Pedemontanus cum annexis, Comitatus Nicææ, Marchionatus Salutiarum, dominium Vercellenſe, Ducatus Auguſtanus, Comitatus Aſtenſis, & minor pars Ducatus Montis-Ferrati.

¶ Magnus Dux Hetruriæ è gente Medicea, ſub quo major pars Hetruriæ, nempè ditiones Florentina, Piſana, & Senenſis, cum Petiliano & Apua, & aliqua parte Romandiolæ & Vallis Magræ; atque inſulæ Gorgona, Igilium, Gianutum, Mons Chriſti, & aliæ minores, in mari Tyrrheno, uti Argous portus in Ilva inſula.

¶ Gennuenſes ſeu Reſpublica Genuenſis, ſub qua utraque ora Liguſtica, Corſica inſula, & Capraria inſula.

¶ Dux Mantuanus, è gente Gonzaga, ſub quo Ducatus Mantuanus & major pars Ducatus Montis-Ferrati.

Dux Mutinenſis è gente Eſtenſi, ſub quo Ducatus Mutinenſis & Rhegenſis, Principatus Carpenſis & Correngenſis, cum Friniana & majori parte Carferonianæ.

¶ Dux Parmenſis è gente Farneſia, ſub quo Ducatus Parmenſis & Placentinus, ditio Buſſetana, & Principatus Vallis Tari pro majori parte.

¶ Lucenſes ſeu Reſpublica Lucenſis, ſub qua ditio Lucenſis in Hetruria.

¶ Dux Maſſæ è gente Cibo, ſub quo Ducatus Maſſæ & Principatus Carrariæ in Hetruria. Sed ejus ditio eſt parvi circuitus, uti & ſequentes ditiones.

¶ Dux Mirandulanus è gente Pica ſub quo Ducatus Mirandulæ & Comitatus Concordiæ.

¶ Dux Guaſtallæ, è gente Gonzaga ſub quo Ducatus Guaſtallæ, cum Luzara & Suzara.

¶ Dux Sabulonetæ nunc è gente Guzmana, ſub quo Ducatus Sabulonetæ, ſub clientela Regis Hiſpaniæ.

¶ Princeps Caſtilionis è gente Gonzaga, ſub quo principatus Caſtilionis Stiveriarum.

¶ Princeps Sulphurini è gente Gonzaga, ſub quo Principatus Sulphurini.

¶ Priceps Monœci è gente Grimalda, ſub quo Principatus Monœci in ora Liguriæ, ſub clientela Regis Galliæ.

¶ Princeps Maſſerani è gente Ferreria Fliſca, ſub quo principatus Maſſerani & Marchionatus Crepacorii.

¶ Priceps Plumbini è gente Ludoviſia, ſub quo Principatus Plumbini & Ilva inſula, ſub clientela tamen Hiſpanorum.

¶ Comes Novellariæ è gente Gonzaga, ſub quo Comitatus Novellariæ.

¶ Reſpublica S. Marini, ſub qua tantùm territorium S. Marini, inter Romandiolam & Ducatum Urbini.

¶ Marchio Foſdinovi è gente Malaſpina, ſub quo Marchionatus Foſdinovi in valle Magræ.

¶ Marchio Montenſis è Montenſium familia, ſub quo Marchionatus Montis Sanctæ Mariæ, inter Ducatum Urbini & ditionem Florentinam inſertus.

¶ Marchio Spigni è gente Carenta, ſub quo Marchionatus Spigni, versùs montem Ferratum & ad radices Apennini.

¶ Notandum eſt etiam Imperatorem poſſidere in Italia Aquileiam & Comitatum Goritiæ in Foro-Iulienſi provincia, cum Tergeſte, Pedena, & Piſino in Iſtria. Regi Galliæ ſubeſt etiam Pinarolium, urbs permunita Pedemontii, cum territorio adiacente. His adnumerari poteſt Epiſcopus Tridentinus, cui ſubeſt ditio Tridentina ad radices Alpium, quamquam à quibuſdam ponatur in Germania, quod Imperii Princeps ſit, & ſub clientela Comitum Tirolis. Habent etiam Helvetii in Italia quatuor Præfecturas Italicas dictas, nempè Luganenſem, Locarnenſem, Mendriſianam, & Madianam, quæ anteà partes erant Ducatus Mediolanenſis, & ipſis ſubſunt ab anno 1512.

(*Italiæ urbes præcipuæ*:

Acheruntia, Acerenza, *in regno Neapolitano*.
Æſis, Ieſi, *in ditione Pontificia*.
Agrigentum, Gergenti, *in Sicilia*.
Aiacium, Aiazzo, *in Corſica*.
Albingaunum, Albenga, *in ditione Genuenſi*.
Aletium, Lecce, *in regno Neapolitano*.
Alexandria, Aleſſandria, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Amalphis, Amalfi, *in regno Neapolitano*.
Ancona, Ancona, *in ditione Pontificia*.
Anxanum, Lanciano, *in regno Neapolitano*.
Aquila, l' Aquila, *ibidem*.
Aquilea, Aquileia, *in Foro-Iulio*, *ſub Auſtriacis*.
Araborea, Oriſtagni, *in Sardinia*.
Argous portus, Porto Ferraio, *in Hetruria*.
Ariminum, Rimini, *in ditione Pontificia*.
Aſculum, *Picenum*, Aſcoli, *ibidem*.
Aſta, Aſte, *in Pedemontio*,
Auximum, Oſimo, *in ditione Pontificia*.
Barium, Bari, *in regno Neapolitano*.
Barulum, Barleta, *ibidem*.
Baſtia, Baſtia, *in Corſica*.
Beneventum, Benevento, *in regno Neapolitano & ſub dominio Summi Pontificis*.
Bergomum, Bergamo, *in ditione Veneta*.
Beſidianum, Biſignano, *in regno Neapolitano*.
Bononia, Bologna, *in ditione Pontificia*.
Bonifacium, Bonifacio, *in Corſica*.
Brixia, Breſcia, *in ditione Veneta*.
Brunduſium, Brindiſi, *in regno Neapolitano*.
Caieta, Gaeta, *ibidem*.
Calaris, Cagliari, *in Sardinia*.
Camerinum, Camerino, *in ditione Pontificia*.
Cantazara, Cantazaro, *in regno Neapolitano*.
Capua, Capoa, *ibidem*.
Caſale, Caſale, *in Ducatu Montis Ferrati*.
Catana, Catania, *in Sicilia*.
Centumcellæ, Civita vecchia, *in ditione Pontificia*.
Ceſena, Ceſena, *ibidem*.
Compſa, Conza, *in regno Neapolitano*.
Comum, Como, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Coſentia, Coſenza, *in regno Neapolitano*.
Crema, Crema, *in ditione Veneta*.
Cremona, Cremona, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Dertona, Tortona, *ibidem*.
Drepanum, Trapani, *in Sicilia*.
Eporedia, Yvrea, *in Pedemontio*.
Eugubium, Gubio, *in ditione Pontificia*.
Fanum, Fano, *ibidem*.
Faventia, Faenza, *ibidem*.
Ferraria, Ferrara, *ibidem*.
Firmum, Fermo, *ibidem*.
Florentia, Firenze, *in Hetruria*.
Forum Livii, Forli, *in ditione Pontificia*.
Fulginium, Foligni, *ibidem*.
Gallipolis, Gallipoli, *in regno Neapolitano*.
Genua, Genova, *in ditione Genuenſi*.
Goritia, Goritia, *in Foro-Iulio*, *ſub Auſtriacis*.
Gravina, Gravina, *in regno Neapolitano*.
Hydruntum, Otranto, *ibidem*.
Imola, Imola, *in ditione Pontificia*.
Interramna, Terni, *ibidem*.
Iuſtinopolis, Capo d' Iſtria, *in ditione Veneta*.
Lauretum, Loreto, *in ditione Pontificia*.
Laus Pompeia, Lodi, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Liburnus, Livorno, *in Hetruria*.
Lucca, Lucca, *ibidem*, *ſed ſui juris*.
Macerata, Macerata, *ditionis Pontificiæ*.
Manfredonia, Manfredonia, *in regno Neapolitano*.
Mantua, Mantova, *in Ducatu Mantuano*.
Mateola, Matera, *in regno Neapolitano*.
Mazara, Mazara, *in Sicilia*.
Mediolanum, Milano, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Meſſana, Meſſina, *in Sicilia*.
Mons-Regalis, Monreale, *ibidem*.
Mons Regalis, Mondovi, *in Pedemontio*.
Mortaria, Mortara, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Mutina, Modena, *in ditione Mutinenſi*.
Narnia, Narni, *in ditione Pontificia*.
Neapolis, Napoli, *in regno Neapolitano*.
Nicæa, Nizza, *in ditione Sabaudica*.
Nola, Nola; *in regno Neapolitano*.
Novaria, Novara, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Nuceria, *Paganica*, Nocera, *in regno Neapolitano*.
Orvietum, Orvieto, *in ditione Pontificia*.
Padua Padova, *in ditione Veneta*.
Palma, Palma nuova, *ibidem*.
Panormus, Palermo, *in Sicilia*.
Parma, Parma, *in ditione Parmenſi*.
Peruſia, Perugia, *in ditione* Pontificia.
Petin, Pedena, *in Iſtria*, *ſed Iuris Auſtriaci*.
Pinarolium, Pinerol, *in Pedemontio*, *ſed juris Gallici*.
Pinna, Civita di Penna, *in regno Neapolitano*.
Piſa, Piſa, *in Hetruria*.
Piſaurum, Peſaro, *in ditione Pontificia*.
Piſcaria, Peſchiera, *in ditione Veneta*.
Piſtoria, Piſtoia, *in Hetruria*.
Placentia, Piacenza, *in ditione Parmenſi*.
Pola, Pola, *in ditione Veneta*.
Præneſte, Paleſtrina, *in ditione Pontificia*.
Ravenna, Ravenna, *ibidem*.
Reate, Rieti, *ibidem*.
Regium, Regio, *in regno Neapolitano*.
Rhegium Lepidi, Reggio, *in ditione Mutinenſi*,
Roma, Roma, *in ditione Pontificia*.
Roſſanum, Roſſano, *in regno Neapolitano*.
Salernum, Salerno, *ibidem*.
Salutiæ, Saluzzo, *in ditione Sabaudica*.
Sancta Severina, S. Severina, *in regno Neapolitano*.
Saſſaris, Saſſari, *in Sardinia*.
Savona, Savona, *in ditione Genuenſi*.
Sena, Siena, *in Hetruria*.
Senogallia, Senigaglia, *in ditione Pontificia*.
Serezana, Sarzana, *in ditione Genuenſi*.
Spoletum, Spoleto, *in ditione Pontificia*.
Surrentum, Sorrento, *in regno Neapolitano*.
Syracuſa, Saragoſſa, *in Sicilia*.
Tarentum, Taranto, *in regno Neapolitano*.
Tarviſium, Trevigi, *in ditione Veneta*.
Taurinum, Torino, *in Pedemontio*.
Tergeſte, Trieſte, *in Iſtria*, *ſed juris Auſtriaci*.
Terracina, Terracina, *in ditione Pontificia*.
Theate, Chieti, *in regno Neapolitano*.
Ticinum, Pavia, *in Ducatu Mediolanenſi*.
Tifernum Tiberinum, Città di Caſtello, *in ditione Pontificia*.
Tranum, Trani, *in regno Neapolitano*.
Tridentum, Trento, *in ditione cognomine*.
Tropea, Tropea, *in regno Neapolitano*.
Tudertum, Todi, *in ditione Pontificia*.
Tybur, Tivoli, *ibidem*.
Velitræ, Veletri, *ibidem*.
Venetiæ, Venetia, *in ditione Veneta*.
Vercellæ, Vercelli, *in Pedemontio*.
Verona, Verona, *in ditione Veneta*.
Vicentia, Vicenza, *ibidem*.
Viterbum, Viterbo, *in ditione Pontificia*.
Volaterra, Volterra, *in Hetruria*.
Vrbinum, Vrbino, *in ditione Pontificia*.
Vtinum, Vdine, *in ditione Veneta*.

Italica, *Sevila la veia*, teſte Morali, colonia & urbs *Pli*
fuit Hiſpaniæ Bæticæ, apud Bætim fluvium, Hiſpali *Pto*
vicina, patria Silii Poetæ, trium Auguſtorum quoque natale ſolum, Traiani, Hadriani, & Theodoſii ſenioris, à Scipione Africano condita, teſte Ioanne Mariana. Aliis eſt *Alcala del Rio*, oppidum inter Hiſpalim 4. & Caſtrum Album 3. leuc. olim urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi.

Ita-

Itani, *Aytona*, populi & oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, ab Ilerda urbe 3. leucis in auſtrum Octogeſam verſùs. Marchionem habet antiquum.

¶ Itani populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis circa Pyrenæi montis radices, teſte Plinio; ſed longè ab Ilerda.

Itanus, *Paleocaſtro* Sophiano & aliis, oppidum Cretæ, apud Itanum promontorium, (de quo Plinius) in ora auſtrali, ubi orientalis incipit, inter Ampelum & Samonium promontorium.

Itargus, fluvius Germaniæ, Viſurgis Ptolemæo. De quo Ovidius ad Liviam:

Decolor infecta teſtis Itargus aqua.

Itea, *Soguta* Laonico, urbs Phrygiæ, ſeu potiùs Paphlagoniæ, unde Othomana familia, latè in Aſia, Europa, & Africa imperans, originem duxiſſe fertur, ab ora maris Euxini 250. ſtadiis in auſtrum recedens.

Ithaca, *Iſola del Compare* vel *Val di Compare*, & à Turcis *Phiachi*, teſte Leunclavio, dicta, inſula maris Jonii, Cephaleniæ propinqua, ab ea 5. mill. paſſ. verſùs Ætoliam & Peloponneſum diſtans, ab Araxo promontorio 12. in occaſum, ipſa circuitu 25. patens, (cui Ulyſſes imperavit) cum urbe cognomine, Alalcomene à Plutarco, Alcomenæ à Stephano dicta: ubi lepores non vivunt. Ovidius libro 1. triſtium elegia 4.

Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithaceve, Sameve.

Hinc Ithacus nomen gentis. Virgilius libro 3. Æneidos:

Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulyſſei.

Hinc Ithacejus, a, um; ut Ithaceja conjunx apud Poetas, id eſt, Penelope.

¶ Ithaca, *Val di Compare*, Græcis *Theachi*, inſula eſt inter Cephaleniam ad occaſum & Echinadas ad ortum. Dicta fuit Nericia à Dionyſio Afro; fuitque Ulyſſis patria. Nunc ſubeſt dominio Turcarum; ſuntque tantùm in ea aliquot vici, 30. circiter milliaribus diſtat ab Araxo promontorio in occaſum.

Ithaceſiæ, inſulæ tres parvæ Brutiorum, contra Vibonem, ad ſinum Hipponiatem; quarum una *Braces*, altera *Praca*, reliqua *Torrecula*, teſte Barrio, vel *Torricella* nominatur.

Ithome, arx Meſſeniæ, in monte illi imminente, non ſecus ac Acrocurinthos Corintho: quas arces Demetrius Phalereus Philippo Macedoni capiendas ſuadebat, ſic enim bovem, hoc eſt, Peloponneſum, utroque cornu teneret. Ea nunc *Grebegin*, Nigro teſte, dicitur. De quo Statius libro 4. Theb.

Plenaque Meſſena: montanaque nutrit Ithome.

¶ Itrum, *Itri*, oppidulum regni Neapolitani, intra montes ſitum, in provincia Terræ Laboris, medium inter Fundos ad occaſum & Formias ad ortum, aliquot tantùm milliaribus ab ora maris Tyrrheni. Quibuſdam eſt Mamurrhæ antiquorum.

Ituci, colonia & urbs Hiſpaniæ Bæticæ, quæ & Virtus Julia, teſte Plinio, interiit.

Ituna, *Eden & Eiden* Camdeno, fluvius ſive æſtuarium Albionis, per Cumbriam, regionem Angliæ ad occaſum Scotiæ conterminam apud Carleolum urbem, nec procul à Solveo fluvio Scotiæ in mare fluens.

¶ Ituna, *Eden*, fluvius Angliæ. Oritur in Weſtmaria provincia; deinde per Cumbriam fluens, ibi Carleolum rigat, & paulò infrà ſe exonerat in mare Hibernicum & Itunæ æſtuarium, quod nunc *Solevvey frith* dicitur, id eſt, Solveum æſtuarium, inter Angliam & Scotiam.

Ituræa, quæ & Trachonitis, *Bacar*, teſte Guillelmo Tyrio, regio Palæſtinæ, Cœleſyriæ finitima, ſeu pars illius. Populi Ituræi. Ituræus etiam nomen gentis apud Poetas. Lucanus libro 7.

Tunc & Ituræi, Medique, Arabeſque, ſoluto.

Vide Trachonitis, quæ regio Syriæ eſt, in Arabiæ confinio, apud Alſadomum montem.

¶ Ituræa, quæ & Peræa, regio parva Palæſtinæ, ſeu Judææ, trans Jordanem fluvium, & inter Samariam & Arabiam. Ituræi ipſi erant gentes cum Tribubus Gad & Ruben immixtæ.

Ituriſſa, *Toloſa*, oppidum præclarum Hiſpaniæ, in finibus Vaſconum, Guipuſcuæ regionis primarium, inter Victoriam urbem 12. & Fontem Rapidum 7. leuc. à Pompelone urbe 12. in Corum. Aliis eſt *Sangueſa*, oppidum Navarræ amplum, à Pompelone 7. leucis in ortum. Sed hoc potiùs Sueſtaſium quàm Ituriſſa eſſe videtur.

¶ Ituriſſa, oppidum Vaſconum, in Hiſpania, ab aliis Nementuriſta dicitur, & quibuſdam eſt *Sangueſa*, urbs Navarræ ſuperioris. Aliis autem, teſte Brietio, eſt *Olite*, urbs etiam Navarræ, ad amnem *Cicados*, qui paulo infrà cadit in Aragonium fluvium. 7. leucis diſtans à Calaguri in ortum, & 6. à Pompelone in auſtrum.

Ityræi populi. Vide Ituræi. Virgilius libro 2. Georgicorum: *Virgil.*

Cornus: Ityræos taxi curvantur in arcus.

Sunt qui Ityræus ab Ityra urbe Parthiæ deducant, ita ut arcus Ityræi & Parthici idem ſint.

Itys, *Aſſin*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, in ora Scotiæ occidua decurrens, inter Tarvedrum & Epidium promontoria, qui aliis eſt *Hen*, contra Ricinam inſulam in mare exiens. Fuit & Itys filius Terei Regis, in phaſianum avem converſus; cujus fabula apud Ovidium. *Ptol.*

¶ Itzehoa, *Itzeho*, urbs parva Daniæ, in Holſatia propria, ad Storam amnem, & in ipſo limite Stormariæ. Vix 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Albi fluvio & à Glucſtadio urbe in Eurum.

¶ Ivanogroda, ſeu Ruſſica Nerva; *Ivanogorod*, arx Ingriæ permunita, ſub dominio Svecorum. Vide Narva.

Jucatania, *le Jucatan*, regio Americæ ſeptentrionalis, in modum Peninſulæ in mare Boreale excurrens inter ſinum Honduræ ad ortum & ſinum Mexicanum ad occaſum; eſtque pars Novæ Hiſpaniæ latè ſumptæ. Habet ad auſtrum provincias Chiapam & Veram pacem. Ejus circuitus eſt 230. leucarum Hiſpanicarum circiter. In ea ſunt quatuor urbes, nempè Emerita, regionis caput, Valliſoletum, Campecia, & Salamanca; ſubeſtque dominio Hiſpanorum.

¶ Juda, una ex duodecim Tribubus Iſrael, ceteris longè major, & in qua maxima pars Judææ regionis propriè. Habet ad ortum mare Mortuum, ad Boream Tribum Beniamin, ad occaſum Tribus Dan & Simeon, & ad auſtrum Idumæam regionem; extenditurque etiam ad mare Syriacum verſùs Satrapias Philiſtinorum. Centum & quindecim urbes primùm obtinuit, & diviſa fuit in undecim partes.

Judæa, regio notiſſima Palæſtinæ, inter Samariam ad Arctos & Idumæam ad auſtrum, mare Syrium ad occaſum, & Arabiam petræam ad ortum, Iordane fluvio Aſphaltiteque lacu diſcreta, attingens: in qua Hieroſolyma urbs clariſſima. Huic ſoli balſamum, omnibus odoribus prælatum, ferre à natura conceſſum eſt, teſte Plinio libro 12. capite 5. Populi Iudæi, *Giudei* Italis, *Ievves* Anglis, *Chifont* Turcis, teſte Gyllio. Hinc Iudaicus nomen gentis, ut Iudaicum mare, id eſt, Syrium, quæ Iudæam alluit. De Iudæa Lucanus libro 2. *Strab. Plin. Ptol & al.*

Incerti Iudæa Dei, molliſque Sophene.

Iuvencus libro 4.

Iudæamque petit, qua pinguia rura ſilenter.

Claudianus libro 1. in Eutrop.

Nutrit Iudaicis quæ pingitur India velis.

De Iudæis Horatius libro 1. ſerm. ſatyra 9.

-Hodie triceſima ſabbata. Vin' tu.
Curtis Iudæis oppedere?

¶ Iudæa, ratio Syriæ meridionalior, parva, ſed nobiliſſima, quæ antiquiſſimis temporibus dicta fuit Terra Chanaan, poſteà Terra Promiſſionis, & Palæſtina. Tempore Romanorum dicta fuit Iudæa, nunc autem à Chriſtianis dicitur Terra Sancta, *la Terre Sainte* Gallis; quamquam Iudæa ſtrictiùs ſumpta complectatur tantùm Tribus Iudam, & Beniamin. Tota autem regio ſubeſt dominio Turcarum, ſed deficiunt incolæ in dies propter frequentes incurſiones Arabum. Aliàs diviſa fuit Iudæa in duodecim Tribus, quarum nomina & ſitum videbis in voce Tribus, quæ omnes etiam in unicum, tandemque in duo regna deſcriptæ ſunt ſub nominibus Iſrael & Iuda: Iudæa autem omnis Chriſti ætate diviſa fuit in partes ſex, in Galilæam, Samariam, & Iudæam propriè dictam, quæ cis Iordanum fluvium & ad mare Mediterraneum, & in Trachonitidem, Ituream ſive Peræam, & Idumæam, quæ trans Iordanem & in mediterraneis poſitæ ſunt. Iudæi autem, qui & Hebræi, *Iuifs* Gallis, *Iudeos* Hiſpanis, *Iuden* Germanis, gens quæ quondam Palæſtinam habitavit, nunc autem per totum orbem terrarum diſperſa vagatur, nuſquam proprium locum poſſidens, ubique & apud omne genus hominum odioſa & tributaria; ſed à Gallis, Anglis & Hiſpanis ejecta.

¶ Iudenburgum, *Iudenburg*, urbs Germaniæ, in Stiria ſuperiori ad Muram fluvium, quibuſdam Sabatinca antiquorum, in Norico, 9. milliaribus Germanicis diſtat à

Græcio in occaſum, & vix 2. à confinio Carinthiæ, ſub dominio Auſtriacorum,

¶ Judia, *Judia*, ſeu etiam *Odiaa*, urbs Indiæ, regni Siami caput, quæ Samarade antiquorum creditur à quibuſdam. Ampla eſt & cultiſſima. 30. leucis circiter diſtat ab ora Oceani Indici in Boream, ad amnem Menanum, ferè 130. leucis Gallicis ab urbe Peguvia in meridiem; eſtque ſedes Regis Siami à pluribus annis, & emporium celebre, in planitie perampla.

¶ Ivenna, *Jaunſtein*, oppidum Germaniæ, in Carinthia inferiori, versùs montes, 2. tantùm milliaribus Germanicis à Volcmaria in auſtrum, & in limite Carniolæ.

Ptol. Ivernia, inſula, *Irlanda*. Vide Hibernia, uti à Cæſare nominatur.

Ptol. Ivernis, *Dunkeran*, teſte Camdeno, urbs Hiberniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, in Momonia, apud oram meridionalem & occiduam, olim primaria, nunc verò non obſcura, à Corcagia 60. mill. in occaſum, à Galiva ſupra 60. in auſtrum, à Caſſilia ſupra 70. Sed Duncheranum urbs eſt maritima, Ivernis autem apud Ptolemæum mediterranea. Aliis proptereà *Ganaforda* videtur.

¶ Ivernis, *Dunkeran*, teſte Camdeno, *Donekyne* incolis, urbs eſt, Comitatus Deſmoniæ caput, ad æſtuarium Jerni fluvii, vulgò *Maire Flud*, 25. milliaribus circiter ab Oceano, uti 45. à Corcagia, 60. à Caſſilia in Circium, & 70. à Galliva. Portu gaudet capaci, ſed ſenſim deficit.

Ptol. Ibi aliàs etiam Iverni populi.

Juſicum ſeu Juphicum, *Saſſeferrato*, ut aliquibus videtur, oppidum Umbriæ præcipuum, apud Senrinum oppidum exciſum; Fabriano oppido Piceni ampliſſimo vicinum, inter ipſum & Pertiam 7. mill. paſſ. à Foſſato 4.

Tac. Jugantes, populi Britanniæ, *Ugaint* adhuc, teſte Camdeno, dicuntur, in Angliæ ora, apud Cantium. (An Cantiani ſunt, quos Britanni *Y-Gaint* vocare ſolebant, an corruptè pro Brigantes ſcribantur, ſubdubitat Camdenus.)

¶ Jugo, *Jugon*, oppidulum Galliæ, in Britannia minori, juxta amnem *Arquenon*. 7. leucis diſtat à fano S. Brioci in ortum Rhedones versùs, & 5. tantùm ab ora maris Britannici.

¶ Jugra ſive Juhra, *Juhorski*, provincia eſt ſeptentrionalis Moſcoviæ, propè mare Boreale, & inter Petzoram provinciam & Condoram. Sum tantùm in ea aliquot portus in ora littorali, quanquam à quibuſdam ponatur in eo tractu Juhora oppidum.

Vet in. Jugum Ceretanorum, *Puyg Cerdan*, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, ad Pyrenæi montis radices, à Ruſcinone ſive Parpiniano 12. leuc. Orgellam versùs.

¶ Jugum Ceretanorum, *Puigcerda* incolis, *Puygcerdan* Gallis, oppidum eſt Cataloniæ, ad Secorim fluvium, intra montes, Comitatus Ceretaniæ caput. 14. leucis diſtat à Parpiniano in occaſum, uti una leuca à Julia Libyca, & 6. ab Orgela in ortum; eſtque in ipſo limite Galliæ.

¶ Juhones, populi Germaniæ fuere, ubi poſtea Bructeri, & nunc pars Veteraviæ & Diœceſis Trevirenſis Cluverio & aliis.

Tac. Juhonum, *Hoye*, colonia & oppidum etiamnum amplum Belgii, ad Moſam, inter Leodium & Namurcum urbes. Vide Hujonum.

¶ Iviniacum, *Joigny*, oppidum Galliæ, aliàs Burgundiæ, nunc Campaniæ provinciæ, in colle, ad Icaunam fluvium, cum caſtro Comitis & ponte. 6. leucis diſtat ab Antiſſiodoro in Boream.

Scrip. ¶ Jula, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

Germ. Julia, *Giuliers*, regio Germaniæ inferioris, Ducatus titulo inſignis, inter Coloniam Agrippinam & Trajectum ad Moſam, ſub qua Eyſalia regio ad meridiem magna ex parte continetur, ad Boream Geldriæ contermina. In qua Juliacum urbs primaria. (*Vide Juliacenſis Ducatus.*)

Marti. Julia, quæ Plinio & Antonino Fidentia, *Borgo di S. Donino*, urbs Galliæ Togatæ, inter Placentiam 20. & Parmam 15. mill. paſſ. quæ diù ſine ſede epiſcopali fuit, noſtra tempeſtate ei reſtituta, ſub Archiepiſcopo Bononienſi.

¶ Julia, *Borgo S. Donino*, quæ & Fidentia ſeu Fidentiola dicta fuit, urbs eſt oblonga, ſub dominio Ducis Parmæ, in regiuncula Statu Buxeti dicta, 15. milliaribus diſtat à Cremona in meridiem. Ibi ſanctus Domninus martyrio occubuit anno 303. teſte Baronio.

¶ Julia, *Giula*, urbs munita Tranſylvaniæ, quæ aliàs Ziridava dicta fuit, ut opinatur Sanſo. Sedet juxta amnem *Fekier Kerez*, & propè Sarcadium lacum, 20. milliaribus à Waradino ad meridiem, & totidem à Segedino in Eurum. Capta fuit à Turcis 1566. & ab ipſis oppignorata fuit Principi Tranſylvaniæ.

Julia Apulum Ptolemæo, urbs Daciæ, Tranſylvaniæ *Vet.* primaria. Vide Alba Julia. *Inſc.*

Julia, *Geyl*, teſte Mercatore, fluvius Norici, per agrum Saliſburgenſem decurrens. In Theſauro Linguæ *Scri* Latinæ oppidum Norici nominatur: cum apud Plinium *Gerr* Julia oppidum ſit Galliæ Togatæ.

Julia Cæſarea, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis pri- *Plin* maria, priùs Jol, à Juba Rege condita, poſteà in Cæ- *Mel.* ſaris honorem Julia Cæſarea dicta. Hic Carolus *&c.* V. Imperator anno ſalutis 1541. urbem expugnaturus, inſignem cladem, maris tempeſtate diutina amiſſa claſſe ingenti, pertulit. Vide Jol.

¶ Julia Cæſarea, urbs Mauritaniæ, nunc, teſte Sanſone, eſt *Tenez*, urbs regni Algerii, in ora maris Mediterranei & in provincia Teneza dicta. Sedet ad radices montis, & portu gaudet commodo uti & caſtro. 125. milliaribus diſtat ab Algerio in occaſum, & ferè 90. à Quiza urbe in ortum. Malè autem interpretantur Algerium plurimi recentiores, ut Sanſon docet pluribus in deſcriptione Africæ. *Plin*

Julia Campeſtris, *Beni Teudi*, teſte Marmolio & aliis, *Banituede*, urbs Mauritaniæ Tingitanæ mediterranea, à Lixo 40. mill. paſſ. in ortum diſtans, quæ & Auguſti colonia. Babba Plinio dicitur.

Julia clauſtra, locus intra Alpes Julias, quo ex Car- *Lat* nis in Noricum tranſitur, *la Ghiuſa* vulgò, à Glemona *Pac* oppido Carnorum 14. in Boream Villacum versùs, ab Utino 30. *Plin*

Julia fama, quæ & Seria Plinio dicitur, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, apud Anam fluvium, in Luſitaniæ confinio, *Seria* adhuc, teſte Floriano, & Tarapha dictum, nunc pagus apud Ayamontem oppidum.

Julia felix. Vide Berytus. *Plin*

Julia liberalitas. Vide Ebora. *Plin*

Julia * Libyca, *Linca*, teſte Floriano, vel *Linza*, op- *Ptol* pidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Aragonia, apud montis Pyrenæi radices, à Cæſaraugusta 30. leuc. in Boream versùs Aquitaniam diſtans: quæ *Inſa* aliis dicitur. (* λιμυκα in Seldeni manuſcripto.)

¶ Julia Libyca eſt *Llivia*, oppidum Comitatus Ceretaniæ, in Catalonia, ad Secorim fluvium, Livia dicta in libro Juliani Toletani de expeditione Wambæ Regis Gothorum: mœnium Livianorum mentio apud Sidonium, qui ſe illic exilium toleraſſe ſcribit. Diſtat 15. leucis in occaſum à Parpiniano, & una leuca à Jugo Ceretanorum ſeu *Puigcerda* in ortum; eſtque in ipſo confinio Galliæ. *Pro*

Julia Myrtilis, *Mertola*, oppidum Hiſpaniæ Luſita- *Pli* nicæ antiquum & præclarum, apud Anam fluvium, in regno Portugallico, inter Pacem Juliam & Sylvam urbem 9. leuc. Serpæ & Mauræ finitimum, ad 4. & 5. leucas diſſidens.

¶ Julia Myrtilis, ſeu & myrtilis tantùm, *Mertola*, oppidulum eſt Luſitaniæ trans Anam, versùs confinia Algarviæ, ſatis munitum, in tractu montuoſo, 25. leucis Luſitanicis diſtat à Pace Auguſta in auſtrum, 9. à Maura, & 4. à Serpa, 3. autem à Sylvi in ortum; ſubeſtque dominio Regis Portugalliæ.

¶ Julia nova, *Giulia nova*, oppidum regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori & in ora maris Adriatici. 20. circiter milliaribus diſtat ab Aſculo Piceno in ortum, & 18. à Penna in Boream.

Julia pietas, (vide Pola) urbs Iſtriæ. *Pli*

Julia reſtituta. Vide Segeda. *Pli*

Julia Traducta. Vide Tingi. *Pli*

¶ Juliacenſis Ducatus, *Duchè de Juliers*, provincia Germaniæ inferioris, inter Rhenum ad ortum & Moſam ad occaſum. Rura fluvio in duas partes dividitur; ſubeſtque Duci Neoburgenſi è familia Bavarica, cum antea habuerit Duces proprios & potentiſſimos. Terminatur à ſeptentrione Gueldria ſuperiori, ab ortu Diœceſi Colonienſi, ab occaſu Ducatu Limburgenſi, à meridie Eiffalia & Diœceſi Trevirenſi. Dicitur ab incolis *Hertzogthumb van Gulick*. Ejus primaria eſt Juliacum, *Juliers*, urbs permunita.

Julia-

Juliacum, *Gulick* & *Giulick*, urbs Germaniæ inferioris, Juliæ Ducatus caput, inter Coloniam Agrippinam 6. & Trajectum ad Moſam in occaſum 8. leuc. ab Aquiſgrano in Cæciam 4. Incolæ Juliacenſes: qui Gugerni à veteribus dicti putantur.

¶ Juliacum, *Gulick* incolis, *Julliers* Gallis, urbs eſt munita, ad Ruram fluvium, & Juliacenſis Ducatus caput, cum arce fortiſſima. Pluries capta & recepta fuit, & tandem ad Hiſpanis reddita Duci Neoburgenſi virtute pacis Pyrenæorum anno 1660.

¶ Julienſes, Carnorum populi in Italia, teſte Plinio, in Julio Carnico, ad radices Alpium.

Julinum, *Wollin*, urbs olim Germaniæ ampla & clara, ut ejus rudera adhuc teſtantur, in ora Pomeraniæ, in inſula continenti vicina, nunc tantùm pagus, olim urbs epiſcopalis, cui Caminum urbs in eadem ora ad 2. leucas in ortum diſtans ſucceſſit, à Stetino 8. in Boream.

¶ Julinum, *Wollin*, urbs aliàs ampla Germaniæ, nunc autem oppidulum tenue Pomeraniæ, in inſula Julino dicta nunc *Wolliniſche Werder*, juxta ramum Oderæ *Diwenow* dictum; quo ex palude *Groſs Haff* egreditur, vix 3. milliaribus Germanicis ab ora maris Baltici in meridiem, & 7. à Stetino. Fuit aliàs emporium celebre, nunc arce gaudet munita, & ſubeſt dominio Svecorum pace Monaſterienſi.

Juliobona, *Honfleu*, teſte Petro Divæo, vel *Honfleur* oppidum Galliæ Celticæ, in Normannia, apud oſtia Sequanæ fluvii, contra Harefluctum oppidum, à Rothomago urbe 17. leuc. in Boream diſtans. Sed Turnebo eſt *Villebon*, pagus finitimus, aliis l'*Islebonne*

¶ Juliobona, oppidum Caletum aliàs, nunc autem urbs Normanniæ, *Honfleur* dicta à quibuſdam. Brietio autem, Sanſoni, & aliis omnibus eſt *Lillebonne*, urbs parva propè Sequanæ æſtuarium, 6. leucis a Portu Gratiæ in ortum Rothomagum versùs, à qua 8. leucis recedit in Cæciam.

Juliobona altera, *Wien*, & Italis *Viena*, urbs Pannoniæ ſuperioris, ad Danubium, Auſtriæ caput, & adversùs Turcas optimè munita, amplaque, in Norici & Pannoniæ confinio, quæ Antonino Vindobona, & veteri inſcriptioni Ala Flaviana. Vide ibi.

Juliobriga, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Cantabrorum, quæ Cluſio & Taraphæ *Logronno* nominatur, urbs ad Iberum, in Caſtellæ veteris & Navarræ confinio, inter Nagaram 4. & Calagurrim 8. leuc. Floriano autem eſt *Oliva*, oppidum Navarræ, & Henrico Coquo eſt *Aquilar del Campo*. Sed omnes hallucinantur. Nam Juliobrica à Plinio in Cantabris apud fontes Iberi fluvii deſcripta eſt, quæ nunc *Fuente d'Ivero*, oppidum vel non longè jacens.

¶ Juliobriga, oppidum Cantabrorum, nunc quibuſdam eſt *Fuente d'Ebro*, vicus ad fontes Iberi fluvii. Aliis autem eſt *Val de Vieſſe*, vicus ad Iberum, 5. leucis Hiſpanicis ab ejus fontibus in ortum, & in Caſtella veteri, 20. circiter leucis à Logunno in occaſum.

Juliodunum, *Lodun*, teſte Paradino, oppidum Galliæ Celticæ haud obſcurum, in finibus Pictavorum, medium inter Ambaciam ad ortum & Luxionam ad occaſum 24. leuc. inter Pictavos verò & Semurium 7. Andegavos versùs.

¶ Juliodunum, *Loudun*, urbs eſt Galliæ, in Pictavenſi provincia, in colle, à qua regiuncula adjacens dicitur *le Loudunois*. 6. leucis diſtat à Salmurio in auſtrum, 10. à Pictavio in Boream, & 18. tantùm ab Ambacia.

Juliola, *Longoſardo* Nigro, ſeu *Lugoſardo* aliis, oppidum Sardiniæ exiguum in ora Boreali, ex adverſo Bonifacii oppidi Corſicæ.

¶ Juliola, oppidulum Sardiniæ, nunc eſt *Caſtro Doria*, in ora occidentali, ubi incipit Borealis. 10. milliaribus diſtat à Tibula in ſeptentrionem versùs Fretum Taphros, Cluverio, Brietio, & aliis teſtibus.

Juliomagus, Andes Cæſari, Andegavi Plinio & aliis, urbs Galliæ Celticæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, inde 30. leuc. in occaſum, Nannetes versùs, 16. Ducatus & accademia, & Andegavenſis regionis caput, *Angers* vulgò.

Juliomagus altera, *Pfullendorff*, teſte Rhenano, urbs Germaniæ, in Svevia Ciſdanubiana, inter Conſtantiam 5. & Tubingam urbem Ducatus Wirtembergenſis trans Danubium in Boream 6. leuc.

¶ Juliomagus, oppidum Germaniæ quibuſdam, eſt vicus *Pfullendorf*, Cluverio autem eſt *Dutlingen*, oppidum Sveviæ, ad Danubium fluvium, ditionis Virtembergenſis, 5. milliaribus Germanicis à Scafuſia in Boream, uti 7. à Conſtantia etiam in Boream, & 7. à Tubinga in meridiem.

Juliopolis, urbs Bithyniæ, ſeu Phrygiæ magnæ, in confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano, inter Dadaſtanam ad occaſum 26. & Ancyram Galatiæ in ortum 65. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. *Plin.* *Ant.* *Ptol.*

Juliopolis, à priore, ut videtur, diverſa, urbs Bithyniæ, apud Olympum montem, ex Gordo vico urbs effecta, teſte Strabone. Juliogordus Ptolemæo, *Begaſar* hodie, urbs clara, ab Ancyra 100. mill. paſſ. in occaſum recedens. *Strab.*

¶ Juliopolis, urbs Bithyniæ, quæ etiam Gordiucome dicta fuit, & nunc *Begaſar*, teſte Caſtaldo. Eadem eſt cum ſuperiori, ut opinatur Ortelius cum aliis.

Julium Carnicum, *Zuglio*, oppidum olim Carnorum, intra Alpes Julias, ſeu Norici, urbs quondam præcipua, teſte Ptolemæo, nunc pagus. Vide Carnicum Julium Quidam Goritiam eſſe putant, ut apud Theſaurum Linguæ Latinæ, ubi pro *Goritia* ſcriptum eſt *Golitia*. *Ant.*

¶ Julium Carnicum quibuſdam eſt *Zuglio* incolis, *Zoil* Germanis, vicus Forojulienſis provinciæ, propè fontes Buti amnis, ad radices Alpium, 4. milliaribus à Ponte Fellæ in occaſum. Sed nulla ibi via ſtrata eſt. Lazius autem credit Julium Carnicum eſſe *Pontafella*, id eſt, Pons ad Fellam amnem, oppidum medium in Foro-Julio, & medium in Carinthia ſitum, 6. milliaribus Germanicis ab Utino in Boream, & 7. à Villaco in auſtrum, ubi tranſitus Alpium: quod probabilius; 5. autem milliaribus diſtat à Juliis clauſtris in Boream.

Julium præſidium, quod & Scalabis Plinio, Scalabiſcus Ptolemæo, *Santaren*, urbs olim clariſſima Luſitaniæ, & conventus multarum urbium, nunc oppidum ampliſſimum ad Tagum, ab Ulyſſipone 13. leuc. in ortum Toletum versùs. Aliis eſt *Trugillo*, urbs Luſitaniæ, in Extremadura. Sed Morali, Varrerio, Oſorio, & aliis, *Santaren* indigitantibus, credendum. *Plin.*

¶ Junamenſis regio, *Ivonam* ſeu *Junnam*, provincia eſt ampla regni Sinarum, ſupra Tunquinum regnum, & maximè ad occaſum extenſa, versùs Indiam extra Gangem. Ejus urbes ſunt Junamum, *Ivonam*, Mealcanum, *Mealcan*, Liuganum, *Lingan*, & Talium, *Tali*.

¶ Junamum, *Juonam* ſeu *Junnam Fu*, urbs ampla regni Sinarum, & provinciæ cognominis caput, in mediterraneis, & juxtà lacum parvum cognominem, teſte Martino Martinio.

¶ Juncalaonum, *Juncalaon*, urbs Indiæ ulterioris cum portu in ora ſinus Gangetici & in ditione Regis Siami; diſtatque centum milliaribus ab urbe Ligoria in occaſum, & 400. circiter ab urbe India regni primaria in auſtrum.

Juncaria, *Jonquera*, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, inter Helenam 5. & Gerundam in meridiem 8. leuc. occurrens, Ficeriæ propinquum ad 3. leucas. * Jugaria Ptolemæo in codice Græco. Ibi campus Juncarius, teſte Strabone (* in nonnullis exemplaribus Ιυγκαvια, in Seldeni manuſcripto.) *Ant.* *Plin.*

¶ Juncaria, *Junquera* incolis, *Jonquere* Gallis, oppidulum eſt Cataloniæ, in regiuncula *Ampurdan* dicta, ad radices montium Pyrenæorum, & juxta tranſitum *le col de Pertus* dictum; eſtque inter Helenam ad Boream & Gerundam ad meridiem, in ipſo confinio Galliæ & Comitatus Ruſcinonenſis, & 3. leucis ab ora maris Mediterranei.

Junganni, populi Ligures, corruptiſſimè pro Ingauni in Theſauro Linguæ Latinæ ſcribuntur.

¶ Juniuladislavia, *Inowladiſſow* Germanis *Inowloez* Polonis, urbs parva Poloniæ majoris, Palatinatus Juniuladislavienſis caput, in Cujavia, ad Noteſium fluvium, cum arce aliàs munita, 7. milliaribus Germanicis ab Uladislavia in occaſum, & vix 2. à Guplo lacu in Boream.

Junna, *Juine*, teſte Ortelio, ſed mihi *Tonne* videtur, fluvius Galliæ Celticæ, qui ex Burgundia Ducatu per Senonas in Sequanam fluvium defertur. *Aimo.*

Junonia, Heras Ptolemæo, *Madera*, teſte Nigro, inſula una ex Fortunatis, Hiſpaniæ propior, à Gadibus 164. leucis Hiſpanicis in meridiem, versùs Autololam 100. diſtans, ſic à lignorum copia ab Hiſpanis nominata. Sed ex Plinio Junonia 750. mill. paſſ. recedit, ver- *Plin.*

ſùs Fortunatas 250. ex quo nequit eſſe quæ *Madera* nunc dicitur; niſi quis dicat duas eſſe apud Plinium hujus nominis inſulas, quarum remotior 270. mill. paſſ. diſtet, propior verò ſit *Madera*. Vide Heras & Helii.

¶ Iunonia, inſula una ex Fortunatis, quæ & Iunonia major, vulgò *Forteventura*, una ex Canariis inſulis, maximè ad ortum extenſa. Ejus longitudo eſt 25. leucarum, & latitudo 15. circiter. Dicta fuit etiam aliàs Herbania Sanſone teſte; & diſtat 12. leucis ab ora Africæ, & 16. à Canaria inſula. Iunonia minor, altera ex inſulis Fortunatis, vulgò nunc *Lancerotta* dicta, & una ex Canariis inſulis, teſte Sanſone. Diſtat 6. leucis à Iunonia maiori; eſtque longa 16. leuc. & lata 10. Subeſt utraque dominio Hiſpanorum cum aliis Canariis inſulis.

Mel. Iunonis ara, Iunonis promontorium Plinio, Iunonis fanum Ptolemæo, *Trafalgar*, teſte Tarapha, promontorium & locus Gadium inſulæ. Aliis eſt *Porto di S. Maria*: Sed hoc oppidum eſt in ora Bæticæ.

¶ Iunonis ara, ſeu, & meliùs, Iunonis promontorium, in Hiſpania Bætica, nunc *Cabo Trafalgar*, eſt in ora occidentali Vandalitiæ, ubi incipit Fretum Herculeum, in parte auſtraliori Hiſpaniæ. Diſtat 9. leucis Hiſpanicis a Gadibus in meridiem, & 10. à Calpe in occaſum.

Liv. Iunonis Laciniæ templum, *Nao*, & *Manna*, teſte Gabriele Barrio, locus erat in ora magnæ Græciæ, inter Crotonem urbem & Lacinium promontorium, à Crotone 6. mill. paſſ. in meridiem diſtans, teſte Livio.

Liv. Iunonis promontorium, *Capo Giallo*, teſte Nardo, promontorium Peloponneſi, in ora ſinus Corinthiaci, contra Sicyonem urbem.

Cic. Ptol. Iunonis ſacrum, ſeu templum, *S. Maria di Corte*, teſte Quinctino Heduo, promontorium Melitæ inſulæ, (cum ædicula) in montis vertice, apud oram littoralem.

¶ Iunopolis, Ponti Paphlagonici urbs, in Aſia minori. De ea fit mentio in Concilio Nicæno.

¶ Iunxus, fluvius Africæ, in Mauritania Tingitana apud Melam, qui eum proximè Lixum urbem ſtatuit.

Script. Belg. Ivodium, *Tvois*, oppidum Belgii, in Ducatu Lucemburgenſi. Vide Epoiſſius.

Ivollum, *Vylack*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria, apud Danubium, medium inter Teutoburgium & Bononiam 3. leucis Hungaricis.

¶ Ivollum oppidulum eſt Pannoniæ inferioris, inter Teutoburgum ad Boream & Bononiam ad auſtrum; quanquam a quibuſdam juxta Dravum ponatur. Subeſt dominio Turcarum.

¶ Iura, *Iura Yl*, inſula Scotiæ, ei adiacens ad occaſum, & Hebridum una, ad Boream Hylæ inſulæ. Habet tantùm aliquot caſtra in ora orientali.

Cæſar. Plin. Iura, Iuraſſus Straboni & Ptolemæo, mons Galliæ Belgicæ, Sequanos ab Helvetiis diſcludens: non Galliæ Narbonenſis, ut ſcribit Ortelius. Hic variè vulgò nominatur: nam in Genevenſium & Equeſtrium confinio *Mont de S. Claude*, *Iurat* & *Iurten* dicitur: in confinio Baſilienſium *Pierreport*, & *Botzberg*, ad meridiem *Schafſmat*, & *Blamberg*, ac *Leeberg* ab Helvetiis appellatur: circa ortum Dubis fluvii *Ioux*: aliaque habet nomina; eſt enim maximus, Rhenum fluvium attingens in ortum & Lemanum lacum ad meridiem. De quo Iacobus Sannazarus libro 3.

Oſtendit ſacrum mons ubi Iura nemus.

¶ Iura ſeu Iuraſſus, Gallis *le Mont Iura* ſeu *le Mont S. Claude*, in ejus parte auſtrali, mons eſt Galliæ Lugdunenſis. Varia pro locorum diverſitate ſortitur nomina ab Helvetiis & Germanis. A ſeptentrione Rhenum uſque porrigitur, & a meridie Genevam atque Breſſiam provinciam attingit; ejuſque pars minuta, *le Credo* dicta, uſque ad Rhodanum fluvium extenditur quatuor leucis infra Genevam.

Proco. Iuſtiniana prima, quæ & Achridus, Lychnidus Ptolemæo, *l'Ocrida*, & Turcis *Giuſtandil*, teſte Leunclavio urbs archiepiſcopalis Macedoniæ, ad Lychnidum lacum, à Dyrrachio 70. mill. paſſ. in ortum Theſſalonicam versùs: quæ etiam *Priſrien*, teſte Iacobo Luccaro Epidaurio.

¶ Iuſtiniana prima, quæ nunc *Locrida*, urbs eſt ampla in excelſo colle, ad lacum, in Macedonia, ubi alias Daſſaretæ, in Pelagonia tractu; ſubeſtque dominio Turcarum. Ibi natus Iuſtinianus Imperator.

Proco. Iuſtiniana ſecunda, Vlpianum Ptolemæo, Villa Vlpiana Iornandi, *Villa Procopiana*, teſte Lazio, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Achridenſi Myſiæ ſuperioris, in Dardaniæ & Macedoniæ confinio, Scupi finitima, inde 6. leucis in occaſum diſtans, à Sophia ſupra 15. in auſtrum: *Vulpia* nunc.

¶ Iuſtiniana ſecunda ſeu Vlpianum, urbs Mœſiæ ſuperioris, in confinio inferioris, longè à Macedonia in Arctos. 50. milliaribus diſtat à Scupi in Boream, uti Cur. & 60. à Sophia. Nunc *Vulpia* dicitur, ſub dominio Turcarum, & 40. milliaribus diſtat à Danubio fluvio in meridiem.

Iuſtiniana tertia Chalcedon, urbs archiepiſcopalis Bithyniæ in ora contra Byzantium, teſte Curopalate, dicta eſt.

Iuſtinopolis, Ægida Plinio, urbs Iſtriæ primaria, Lib. epiſcopalis ſub Patriarcha Aquilejenſi, inde 35. mill. Conc. paſſ. in ortum diſtans, in ora littorea, in peninſula, vulgò propterea *Cavo d'Iſtria* appellata. A Iuſtino Imperatore illius inſtauratore nomen habet; inter Tergeſtum ad occaſum 10. & Parentium in ortum 30. mill. *Gafers* Germanis.

¶ Iuſtinopolis, *Capo d'Iſtria* dicta, 24. milliaribus diſtat à Parentio in Boream, & 10. à Tergeſte in auſtrum; ſubeſtque dominio Reipublicæ Venetæ.

¶ Iutia, *Iutland*, alias Cimbrica Cherſoneſus, regio ampla Daniæ regni, & in modum peninſulæ extenſa à meridie in ſeptentrionem, & tantùm continenti juncta versùs auſtrum, ubi terminantur à Germania. Ab occaſu habet mare Germanicum, & ad Boream & ortum ſinum Codanum ſeu mare Balticum. Dividitur in ſeptentrionalem & meridionalem. Septentrionalis Iutia, vulgò *Nort Iutland* dicta, dividitur in quatuor partes ſeu Diœceſes, nempè in Ripenſem, Arhuſienſem, Alburgenſem, & Viburgenſem, ubi ſunt urbes cognominimes. Iutia meridionalis, *Sud Iutland*, quæ aliter dicitur Ducatus Sleſvvicenſis, dividitur in ſeptem partes. Sed pars ejus meridionalis ſubeſt dominio Ducum Sleſvvicenſium è familia Regum Daniæ. Ibi urbes præcipuæ Sleſvicum, Flensburgum, Haderslebia, & Apenroa.

(*Iutiæ urbes*:
Alburgum, Alborch.
Appenroa, Appenrade.
Arhuſia, Arhuſen.
Coldiga, Koldinguen.
Flensburgum, Flensborg.
Fridericopolis, Friderickſtadt.
Haderslebia, Hadersleben.
Huſumum, Huſum.
Ripa, Rypen.
Slevicum, Sleſvvick.
Tondera, Tonderen.
Toninga, Tonning.
Viburgum, Wiborch.)

Iuturni, fons & lacus parvus Latii, apud Numicium fluvium, teſte Servio, *Treglio* nunc, teſte Giraldo, ſic à nympha. Virgilius libro 12. Æneidos: Val. Max.

Iuturnam miſero (fateor) ſuccurrere fratri
Suaſi.

Eſt & Juturna fons Romæ, in Velabro, ubi nunc ſacra ædes S. Mariæ liberatricis. Vict.

¶ Iuturnæ lacus ante complures annos aqua per ſubterraneum meatum deducta exſiccatus eſt à Cardinale Serra, qui villam eo loci habebat; & ſalubritatem aeris exſiccato lacu locis vicinis reddidit: quod etiam Inſcriptiones Vrbani VIII. Pontificis Maximi ad Caſtrum Gandulphi poſitæ teſtantur.

Iuvantius, *Tordino*, teſte Volaterrano, fluvius Prætuttiorum, in Aprutio, Iteramnam urbem præterfluens; qui aliis Batinus dici videtur. Pli.

¶ Iuvantius fluvius nunc *Trentino* dicitur. Labitur juxta Iteramnam ſeu Teramum in Aprutio ulteriori, & in ſinum Venetum ſe exonerat. An

Iuvavia, Iuvenſe ſeu Iuvavienſe caſtrum libro Notitiar. *Saltzburg*, teſte Othone Friſingenſi, cum Lazio & aliis, urbs archiepiſcopalis Norici, in Bavaria, ad Iuvavium fluvium, quæ Laureaco urbi Norici ad Danubium, olim metropoli, nunc exciſæ, ſucceſſit, inter Oenipontem 17. & Lintium 15. leucis, à Monacæjo 17. Villacum versùs in ortum 24. Cujus Archiepiſcopus regionis, in qua duæ urbes & plura oppida continentur, eſt dominus.

¶ Iuvavia, ſeu Iuvavium, Ptolemæo Pœdicum, eſt *Saltzburg*, urbs ampla Bavariæ, ad amnem Iuvavium, 12. mil-

milliaribus Germanicis à Lintio in Circium, et totidem à Paſſavia in meridiem. Ejus ditio adjacens ſatis ampla eſt; diciturque Archiepiſcopatus Salisburgenſis, *Ertzbiſthumb Saltzburg* incolis. Subeſt tota dominio Archiepiſcopi, & eſt inter Bavariæ Ducatum ad occaſum & Auſtriam ad ortum.

Juvavius fluvius, Juvaviam urbem præterfluens, ex Tauro monte in Carinthiæ confinio ortum habet, ac in Oenum inter Oetingam & Braunodunum Bavariæ urbes influit, vulgò *Saltz*, unde nomen Iuvaviæ, quæ nunc Saliſburgum dicitur.

Juvenacium, *Giovenazzo*, urbs Apuliæ Peucetiæ maritima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, inde 12. mill. paſſ. in occaſum, Barolum verſùs 18. Melficto proxima, 3. diſtans. Volaterranus putat eam ſic dici quaſi Juvenis Egnata: ſed Egnatia hinc ſupra 50. mill. paſſ. in ortum recedit apud Monopolim.

Juvenatium, *Adbaſta*, teſte Zanchio, pagus agri Bergomenſis.

Juvencus, ſeu Invectus, ut alii codices habent, fluvius Latii, per Fucinum lacum fluens, à Vibio Sequeſtri Pitornius appellatus, *Giovenco* Leandro; ſed errat, nam Invectus apud Plinium non fluvii nomen, ſed participium eſt.

Juverna, inſula. Vide Hibernia, eadem enim eſt. Hæc malè *Islandt* in Theſauro Linguæ Latinæ indigitatur: *Islandt* enim eſt Thule. Vide ibi.

¶ Ixarium, *Ixar*, oppidum Hiſpaniæ, in Aragoniæ regno, juxta Martinum fluvium Ducali titulo inſignitum 16. leucis diſtat à Cæſarauguſta in auſtrum Dertuſam verſùs.

Ixias, Inia alii legunt, *Carolei*, teſte Barrio, oppidum agri Conſentini, Menecinæ oppido proximum. Vide Inia.

¶ Izatha, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte Ptolemæo.

K

¶ KAimachitæ, *kaimachites*, populi Tartariæ magnæ longè latèque diffuſi, juxta magnum fluvium Ghammam, & inter regionem Mongal ad Boream et regna Thibeti & Tanguti ad meridiem. Hinc mare ad ortum adjacens dicitur mare kaimachitarum, teſte Sanſone.

¶ Kaniovia, *kaniovv*, oppidum munitum Poloniæ, ad dextram Boryſthenis fluvii ripam, ſupra introitum Roſſii fluminis, quà in Boryſthenem cadit, in Ucrania & in Palatinatu Kiovienſi, ſub Coſaccis. Diſtat 7. milliaribus Germanicis à Czircaſſia in Boream Kyoviam verſùs, et vix tribus infra Trethymiroviam.

¶ Kaubura, *kaufbeurn*, urbs Germaniæ, in Svevia provincia et in Algea tractu, Latinè dicta emptus pagus. Parva eſt admodum, ſed Imperialis jam à tempore Conradi ſecundi, ad amnem Wertacum, quinque milliaribus Germanicis à Memminga in ortum diſtans.

¶ Kecium, ſeu Tunquinum, *Kecio*, quæ & *TunKin*, urbs ampla Indiæ ulterioris, et regni Tunquini caput, ad fluvium cognominem. Vix 40. milliaribus diſtat ab ora littorali et à ſinu Cocinſinæ in Circium, & 150. à confinio Imperii Sinarum in meridiem.

¶ kemi, *kemois*, populi ſunt regni Cocinſinæ, ad occaſum extenſi, inter montes & deſerta.

¶ Kerrienſis Comitatus, *kerry Countie*, quibuſdam Kilkovia, Comitatus Hiberniæ, in Momonia regione, cujus caput Ardatum. Habet ad Arctos Connaciam, & ad auſtrum Deſmoniæ Comitatum; eſtque juxta Oceanum occidentalem.

¶ Kexholmia, *kexholm*, provincia Sveciæ in Finnia regione, aliàs ſub dominio Moſcorum, nunc paret Svecis ab anno 1617. Ejus caput eſt Kexholmia caſtrum, *Kexholm*, in ora lacus Ladogæ, in oſtio fluvii *Voxen*, quod à Ruthenis *Carelogorod* dicitur; eique adjacet oppidum, quod ſimul cum arce permunita pridie Nonas Novembris anno 1580. occupavit Pontus *de la Gardie* Gallus, Heros fortiſſimus, qui maxima & penè increbilia facinora edidit & invictas Moſcorum arces Ivanogorod Jamagorod, Cuporiam, et Livoniæ urbem Narvam, cum pluribus aliis anno 1581. Svecorum jugo ſubjecit, ac tandem fluvii Narvæ undis ſubmerſus eſt.

¶ Kiburgium *kiburg* oppidum Helvetirorum, in pago Tigurino, unde aliàs Comites alicujus nominis, Sedet ad amnem *Toſſ*, duabus leucis à Tiguro in ortum Conſtantiam verſùs.

¶ Kila, ſeu Koila, *Kile*, provincia Scotiæ. Vide Covalia. *Script. Lib.*

Kilchennia, *Kilkenny*, quaſi Fanum S. Canici, urbs Hiberniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, in Laginia, à Dublino ad 35. mill. in Africum diſtans, Oſſeriæ & Leiglino propinqua: accademiam habet.

¶ Kilchennia urbs eſt Lageniæ, Comitatus kilkennienſi caput, ad Nauram fluvium. 50. milliaribus diſtat à Dublino, 20. à Caſſilia in ortum, et 28. à Waterſordia in Boream; eſtque ampla et munita.

Kildaria, *Kildare*, urbs Hiberniæ, in Laginia regione, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dublinenſi, inter Dublinum ad Boream 20. & Waterfordiam ad auſtrum 40. mill. diſſita. *Prov. Rom.*

¶ Kildaria urbs, Comitatus cognominis caput, in Lagenia. 25. milliaribus diſtat à Dublino in occaſum, & 50. à Waterfordia in Boream.

¶ Kildarienſis Comitatus, *Kildare Countie*, Comitatus Hiberniæ, in Lagenia provincia, inter Comitatum Dublinienſem & Comitatum Regis. Ibi urbs præcipua Kildaria.

¶ KilKennienſis Comitatus, *KilKenny Countie*, Comitatus Hiberniæ, in Lagenia provincia. Habet ad occaſum Momoniam et ad ortum Comitatum Caterloghenſem.

¶ Kilmalocum, *Kilmalock*, urbs Hiberniæ, in Momonia provincia et in Comitatu Limericenſi, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi. 18. milliaribus diſtat à Limerico in auſtrum, & 28. à Corcagia in Boream.

¶ Kilmoria, *Kilmore*, urbs eſt Scotiæ, in Knapdalia provincia, ad lacum ſeu æſtuarium *Fynn*; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Glaſcovienſi. 15. milliaribus Scoticis diſtat à Stephanodino in auſtrum, & 32. à Dumbritonio in occaſum.

¶ Kinſalia, *Kinſale*, urbs Hiberniæ & Momoniæ provinciæ, in Comitatu Corcagienſi. Gaudet portu capaci, eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi. 15. milliaribus diſtat à Corcagia in meridiem.

Kiovia, *Kiovv*, urbs Sarmatiæ, in Lithuania, ad Boryſthenem fluvium, olim archiepiſcopalis et metropolis maxima, nunc exciſa, à Circaſſis urbe 25. leucis in Boream, Smolenſcum verſùs ſuper 80. *Script. Ptol.*

¶ kiovia, *Kiovv* Polonis, *kioff* Germanis, urbs eſt ampla Poloniæ, in Volhinia inferiori, cum arce munita. 40. leucis Polonicis diſtat à confinio Moſcoviæ in occaſum. Varias experta eſt vices à viginti annis. Sed hiſce ultimis temporibus data fuit Moſcis per Coſaccos. Magnificam olim & amplam urbem fuiſſe teſtantur murorum ruinæ, ferè octo milliarium circuitu eam ambientes, ut & Templum in ea ſplendidum. Ipſa civitas verſùs ſeptentrionem ædibus repleta eſt, ac caſtro et militaribus ſtucturis munita. Reliquam partem verſùs occaſum et meridiem ligneum ſeptum ambit. Condita fuit kiovia à kio Principe quodam Ruſſico anno 861. & ab eo tempore ſedes fuerat Imperii Ruſſici; poſteaque habuit Principes proprios. Anno 1615. capta fuit & vaſtata à Tartaris, & ab illo tempore nunquam compos fieri potuit antiquæ magnificentiæ.

¶ knapdalia, *knapdaile*, provincia Scotiæ verſùs occaſum, & inter provincias Lornam ad Boream & Cantieram ad auſtrum. Ejus præcipua urbs eſt kilmoria.

¶ kockenhuſium, *kockenhauſſ*, oppidum eſt Livoniæ in Litlandia provincia, ad Dunam fluvium, aliàs juris Polonici, nunc Svecici. 70. milliaribus diſtat à Riga in ortum.

¶ Kola, *kola*, oppidum Lapponiæ Moſcoviticæ, cum portu ad oſtia fluvii cognominis in ora Oceani Glacialis. Valdè frequentatur à Batavis. In viciniis eſt etiam lacus *Kola* dictus.

¶ Koniſberga, *Koniſberg*, Pruſſiæ Ducalis urbs primaria. Vide Regiomons.

¶ Korſuma, *Korſum*, oppidum Poloniæ, in Ucrania ſeu Volhinia inferiori, ad Roſi fluvii ripam, à Rege Stephano conditum anno 1585. Ibi Poloni memorabili clade affecti fuere à Coſaccis anno 1648. Diſtat novem leucis Polonicis à Czircaſſia in occaſum.

¶ Kudacum, *kudach* ſeu *kudak*, oppidum Poloniæ, in Ucrania et in Palatinatu kiovienſi, in dextra Boryſthenis ora, infra Samaræ fluvii confluentes, mu-

munitum à Polonis anno 1637. ad coercendos Coſaccos, ne in mare Euxinum irrumperent. Nunc occupatur à Coſaccis ab anno 1648.

L

¶ LAattha, Arabiæ felicis urbs apud Ptolemæum.

¶ Laba, Arabiæ felicis urbs, versùs Elaniticum ſinum, teſte Ptolemæo.

¶ Labaca, Indiæ intra Gangem urbs, in regione Pandanorum, teſte Ptolemæo.

Prov. Rom. Labacum, olim Nauportus, *Labach*, & *Laybach*, urbs Norici, ad fluvium cognominem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, inde 36. leucis, Carniolæ regionis caput, à Vacorio (ſeu Villaco) urbe Carinthiæ 12. leucis in ortum, à Paulo II. Pontifice Maximo cum Nova Urbe, Urbe Auſtriaca, ſede epiſcopali exornata anno ſalutis 1468. Hic ſanguis, ex vino albo ad conſecrationem adhibito converſus, rubei coloris adſervatur, ſic Sacerdote dubitante effectus.

¶ Labacum, *Laubach* incolis, *Lubiana* Italis dicitur. 9. leucis diſtat à Tergeſte in Boream; crediturque à multis Emona antiquorum, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus, qui exiſtimant Nauportum eſſe *Klein Laubach*, ſeu parvum Labacum, oppidulum ad amnem cognominem, duabus leucis ſuprà in meridiem.

¶ Labanis, inſula Arabiæ felicis, in mari Indico apud Plinium.

Sil. Labarus, fluvius Inſubrum, qui à Plinio & aliis Lambrus dicitur.

Liv. Labeatis, lacus Dalmatiæ, apud Scodram urbem, *Lago di Scutari*, ambitu 130. mill. paſs. patens, montibuque undique ſeptus, niſi ad Septentriones. Populi Labeates Plinio & Livio, quorum urbs Scodra, lacum prædictum incolentes.

¶ Labeatis lacus, *Lac de Scutari*, ſeu *lac de Penta* incolis, lacus eſt Albaniæ, in mediterraneis, circuitus tantùm 60. mill. paſſ. circiter.

Prov. Rom. Labellum, *Lavollo*, urbs Apuliæ Peucetiæ, in Lucaniæ confinio, apud Aufidum fluvium, à Venuſia 6. mill. paſſ. in Boream, Canuſium versùs 9. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bareuſi. Sunt ibi antiquitatis veſtigia.

¶ Labellum ſeu Lavellum, *Lavello*, urbs eſt parva provinciæ Baſilicatæ, in regno Neapolitano, 3. milliaribus ab Aufido fluvio diſtans, inter Melphim ad occaſum & Minervinum ad ortum, 12. milliaribus à Canuſio, & in limite Capitanatæ provinciæ.

Ptol. Laberris, *Pennaflor*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, inter Legionem & Ovetum 11. leucis.

Ptol. Laberus, urbs Hiberniæ, quæ Camdeno eſt * *Kildare*, Nigro *Gaſſil*: ſed potiùs *Limerick* eſt, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, inde 20. mill. in occaſum, ad Sineum fluvium, in Hiberniæ umbilico, inter Waterfordiam ad ortum 42. & Galviam ad occaſum 32. (* Camdeno eſt *Killair*, caſtrum in Midia regione, Hiberniæ umbilico.)

¶ Laberus oppidum fuit Eblanonum, in Hibernia; ſed quid ſit nunc non conſtat. Alii enim opinantur eſſe *Kildare*, & aliis *Killair* ſeu *Kellean*, in Media provincia, ad amnem Bovindam.

Liv. Labici populi, Labicum colonia & urbs olim epiſcopalis Latii, nunc oppidum Ducatus titulo honeſtatum, medium inter Tuſculum, & Anagniam in Boream 12. mill. paſſ. ab urbe Roma 24. urbs Labici etiam, & Lavici, (quo nomine apud veteres tàm populi quàm urbs ſignificantur) & Lavicum dicitur. Unde Via Labicana & Lavicana. Populi verò & Labici, & Labicani Livio. Virgilius libro 7. Æneidos:

Et Sacrana acies, & picti ſcuta Labici.

¶ Labici, ſeu Labicum & Lavicum, nunc *Val montone* dicitur, teſte Leandro Alberto; quanquam Cluverius credat eſſe *Zagarolo*, oppidulum magis ad Boream. Hinc via Lavicana, quæ Roma Lavicum ducebat vulgò, nunc *Strada di Valmontone*. Eſt in Campania Romana & in ditione Pontificia. Credit tamen Lucas Holſtenius Lavicum fuiſſe ubi nunc *la Colonna*, caſtrum Campaniæ Romanæ in illo tractu, ſub Tuſculo, quidquid alii in contrarium ſentiant.

Caſ. Labieni caſtra, poſteà Monaſterium Lobienſe, *Lobbe*, & *Lovve*, pagus Belgii cum cœnobio, in Hannonia, apud Binchium oppidum; inde 2. leucis Marieburgum versùs, Laubium, & Laubacum, in vitis ſanctorum. Cujus cœnobii Abbas olim etiam Epiſcopus erat.

¶ Labieni caſtra ſeu Lobienſe monaſterium, nunc *Lobe*, pagus eſt Hannoniæ, ad Sabim fluvium, propè oppidum *Thuin* vix mill. paſſ. & in confinio ditionis Leodienſis.

Lab'nius, *Lavino*, fluvius Galliæ Togatæ, inter Bononiam & Mutinam occurrens, à Bononia vix 8. mill. paſſ. diſtans, apud quem triumviratus inter Octavianum, Marcum Antonium, & Lepidum firmatus eſt, circa prædium Servorum fratrum Bononiæ, ex loci monumentis. App. Alex.

¶ Labiſcó, Galliæ Narbonenſis urbs, teſte Antonino.

¶ Labocla, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo. Plin.

Laboriæ campi & Laborini, *Terra di Lavoro*, (quod nomen poſteà toti Campaniæ tributum eſt) campi fertiliſſimi circa Capuam, Cales, Calenum, & Sinueſſam, nunc *Territorio di Gaudo*, teſte Sanfelicio.

¶ Labotas, fluvius Syriæ circa Antiochiam, Strabone & Pomponio teſtibus. Cic.

Labro, portus Hetruriæ, *Livorno*. Vide Liburnus, ſic enim aliis dicitur. De quo ſic libro 3. Itinerarii: Vir.

Occidua tandem Labronem ſole ſubimus,

Labyrinthus, locus Cretæ apud Gortynam urbem inextricabilis, in quo Minotaurus à Theſeo interfectus eſt. Virgilius libro 5. Æneidos:

Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta.

Labyrinthus apud Suidam adagii ſpecie dicitur de ſtudio alicujus rei difficillimo & inextricabili, cujus finem aut exitum reperire non ſit.

Lacedæmon, quæ & Sparta, Polybio & Pauſania teſtibus, dicta eſt, *Miſitra* Sophiano & aliis, urbs clariſſima Peloponneſi, in Laconica, ad Eurotam fluvium, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, nunc metropolis & ipſa, à Corintho 90. mill. paſſ. in auſtrum, inter Methonem ad occaſum & Monembaſiam ad ortum 60. ab Athenis 145. Populi Lacedæmonii; apud quos furtum non modò permiſsum, ſed & commendatum ſcribit Aulus Gellius libro 11. capite 18. Virgilius libro 7. Æneidos: Pto Str. Plu. &

At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor.

¶ Lacedæmon, urbs aliàs clara & ſine mœnibus, nunc parva. Diſtat tantùm ab Athenis centum viginti milliaribus in auſtrum, & 30. à Megalopoli in ortum; ſubeſtque dominio Turcarum cum toto tractu.

Lacetani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, qui Jacetani Ptolemæo eſſe videntur, & quorum urbs Iacca in Aragonia, à Cæſarauguſta 19. leucis in Boream, inter Sveſſetanos ad occaſum & Ilergetes ad ortum. Eorum regio Lacetania à Martiali memoratur, (ſed alii Laletania legunt) & Lacetania oppidum præclarum Iaccæ urbi finitimum, ab ea 4. leucis in meridiem, Cæſarauguſtam versùs 15. *Sobrarve* vulgò. Ca Pli

¶ Lacitani, populi Hiſpaniæ, Sanſone & Brietio teſtibus, fuere versùs Secorim fluvium, & à Pyrenæis montibus ad Rubricatum & Ebrum uſque protendebantur, inter Ilergetes ad occaſum & Ceretanos atque Auſetanos ad ortum, ubi nunc pars Ilerdenſis epiſcopatus & pars Cataloniæ novæ; ſed longè à Jacca in ortum.

Lachis, *Bellena*, teſte Brochardo, oppidum Paleſtinæ. Sed Bellina aliis Cæſarea Philippi urbs exciſa eſt, in Cœleſyria. Bi

¶ Lachis urbs fuit Palæſtinæ, in tertia Tribus Judæ parte, & inter Iechtel & Baſcath, ubi exercitus Sennacherib Aſſyriorum Regis ab Angelo percuſſus eſt.

Laciacum oppidum Norici. Vide Joviacum.

¶ Laciacum, teſte Cluverio, eſt *Gmund*, oppidum Auſtriæ ſuperioris, ad lacum cognominem ſeu *Traunzée* dictum, in Confinio Bavariæ. 5. milliaribus Germanicis à Lintio in Auſtrum, uti 8. à Paſſavia. A P

Laciburgum, *Lazenitz* Willichio & aliis, oppidum Germaniæ, in Pomerania, apud oſtium Oderæ fluvii, à Stetino urbe primaria 3. leucis in Boream. In Theſauro Linguæ Latinæ malè Roſtochium (quæ eſt urbs primaria Ducatus Magnopolitani, maritima, emporium, & accademia) indigitatur.

Lacinium, *Capo delle Colonne*, teſte Barrio, promontorium magnæ Græciæ, Crotoni urbi finitimum, ab ea 20. mill. paſſ. ferè in auſtrum recedens, ſinum Tarentinum ex adverſo Japygii promontorii (à quo 187. Si Pl Pt M

(for-

(forſan 87.) mill. paſſ. ſeu 700. ſtadiis teſte Strabone, à freto Siculo 2300.) claudens, & Scylletium finiens, à Cocyntho promontorio auſtraliore, unde ſinus Scylletius incipit, 72. mill. paſſ. ab Iſſa inſula Illyrici 50. in occaſum. Ibi templum erat Junonis Laciniæ. Hinc Lacinius nomen gentis. Ovidius Libro 15. Metamorphoſeon:

Italiam venit, præterque Lacinia templa
Nobilitate Dea.

Et Virgilius libro 3. Æneidos:

Cernitur: attollit ſe diva Lacinia contra.

Nomen habet à Laceno latrone, quem ibi Hercules interemit.

¶ Lacinium promontorium erat Brutiorum, in magna Græcia, in eo tractu ubi nunc pars Borealis Calabriæ ulterioris. 6. milliaribus diſtat à Crotone in meridiem, vix 80. à Japygio promontorio in auſtrum, 56. à Cocyntho promontorio in Boream, 125. ab ora Corcyræ inſulæ in occaſum, et 600. ferè à mari Tyrrheno in ortum; ſed longiſſimè ab Iſſa inſula. *Capo delle Colonne* dicitur ab extantibus columnis templi Junonis Laciniæ, teſte Leandro. Habuit enim Juno Lacinia templum ſuperbiſſimum ad Lacinium promontorium, ipſa urbe Crotone nobilius, ut Livius tradit.

Lacipea oppidum erat Luſitaniæ, in Extremadura, ab Emerita 20. mill. paſſ. Toletum verſùs.

nt. Lacippo, *Porchena* Moletio & aliis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, à Tucci 4. leucis. Sed Mela Lacipponem inter Saldubam & Barbeſul deſcribit. Vide Obulco.

ol. Lacmon, vertex Pindi montis, ex quo Æas & Inachus fluunt, teſte Strabone.

Lacobrica, *Lagos*, teſte Andrea Reſendio cum Vaſæo & aliis, urbs Luſitaniæ apud Sacrum promontorium, à Sylvenſi urbe 7. leucis diſtans, à Pharo 14. in occaſum, ab Ulyſſippone 32. in meridiem. Populi Langobritæ apud Plutarchum. Nomen habet à lacu, & briga, hoc eſt, urbe, ut auctor eſt Feſtus.

¶ Lacobriga urbs eſt Luſitaniæ verſùs meridiem; in Algarbia, & ſatis munita, cum arce & portu verſùs ſinum Gaditanum. 5. leucis Hiſpanicis diſtat à Sacro promontorio in ortum, totidem à Sylvenſi urbe in Circium, & decem à Pharo in occaſum.

anſ. Laconica, Laconia Plinio, *Zaconia* Moletio & aliis, *Tzaconia* Leunclavio, *Sacania* aliis, regio Peloponneſi, in ora Auſtrali, quæ & Lacedæmonia, teſte Strabone & Gratio Poeta, quòd in ea Lacedæmon urbs eſt metropolis. Populi Lacones, qui claves inveniſſe putantur. Hinc Lacænus nomen gentis. Statius libro 6. Thebaidos:

Tandem inſperatus media de plebe Laconum.

Virgilius libro 1. Georgicorum:

Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.

Lacones in rebus agendis lunam obſervabant, nam prælium non niſi in plenilunio ex Lycurgi inſtituto committebant. Ex quo adagium emanavit *Luna Laconica*, in eos qui promiſſa aut pacta incerta faciunt, aliquid ne promiſſum fiat cauſantes, ut Lacones cùm lunam cauſabantur, cur aliquid non facerent. Ex Luciano *Laconicus tithymallus* adagium eſt apud Suidam in lippientes, tithymallus enim multus apud Lacones eſt viſum juvans. Lacones etiam, inter alia, ſobrietatis & frugalitatis gratia laudantur, in proverbio dicatur *Laconica cœna* apud Athenæum libro 2. pro cibis parum exquiſitis: ſic apud Plutarchum in vita Lycurgi. Ubi & *poculum Laconicum* pro potatione moderata apud Critiam. Apud Lacones marmor viride & prætioſum eſt, apud Tenarum, de quo Statius in Sylv. libro 1. carmin. 2.

-hic dura Laconum
Saxa virent, &c.

¶ Laconica, ſeu & meliùs, Laconia, provincia Peloponneſi. Cingitur à meridie Laconico ſinu, & partim Meſſeniaco, ab ortu Argolico ſinu, à ſeptentrione terminatur Argia, & ab occaſu Arcadia & Meſſenia. cum. Nuncautem ſimul cum Arcadia uno nomine *Tzaconia* dicitur; ſubeſtque dominio Turcarum à duobus ſeculis.

trab. Laconicus ſinus, *Golfo di Colochina* Caſtaldo & aliis, ſinus ingens Peloppo nneſi in ora auſtrali, inter Meſſeniacum ad oram occiduam & Argolicum ad oram ortivam, à duobus promontoriis, Tænario ad occaſum, Malea ad ortum, terminatus.

¶ Laconicus ſinus nunc *Golfo di Caſtel Rampani* dicitur ut ego didici pluribus à nautis, qui ſæpè illas oras luſtrarunt; eſtque in ora Laconiæ provinciæ Peloponneſi. Plin.

Laconimurgi, Laconimurgum Ptolemæo, *Lamego* Moletio, urbs Luſitaniæ, in regno Portugallico. Sed ſitus apud Ptolemæum haud congruit. Vide Lameca, ſeu Lamacum.

¶ Laconimurgi, ſeu Laconimurgium, oppidulum fuit Vettonum, in Luſitania, ubi nunc forſan *Colmenar*, caſtrum Extremaduræ Caſtellanæ, verſùs montes Carpetanos.

Lactarius mons, Lacteus Procopio, mons Campaniæ circa Veſuvium montem & Stabias, ad Draconem fluvium. Hic Lycterenſis urbs, vulgo *Lettore*, quaſi Lactarenſis urbs, dicta videtur. Caſſiod.

¶ Lactarius mons aliàs Campaniæ nunc Principatus citerioris, in regno Neapolitano. Vulgò *Monte di Lettere* dicitur ab urbe cognomine cui inſidet; eſtq; inter Surrentum ad auſtrum & Montem Veſuvium ad Boream, trans Sarnum fluvium. Sed Lucæ Holſtenio *Monte Lattario* dicitur, æquali 3. milliariorum intervallo à Stabiis & Leteris diſtans. Ant.

Lactodurum, * *Bedford*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, (ſed eſt *Laughborovv*, pagus proximus Leiceſtriæ, teſte Talboto, aliis *Loughborovv*) a Londino 50. mill. paſſ. in Boream Lindum verſùs. (* De *Bedford* Camdenus ita: Lactodurum tamen eſſe Antonini affirmare cum aliis non audeo. Alibi igitur *Stony-Statford*, oppidum Comitatus Buckingamienſis, eſſe exiſtimat.)

Lactoracium, Lactura Antonino, Lactorum ex veteri inſcriptione, Lactoratum ex urbis ipſius monumentis, *Lectoure*, urbs Aquitaniæ epiſcop. ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, inde 4. leucis Agennum verſùs 5. Condomo propior, 3. diſtans Armeniaci Comitatus caput: ſub quo Caſtora, Vicus, Nogeronum, Euſa, Baraſolonna, Cala alba, & Avæ oppida. Lib. Prov.

¶ Lactoracum, ſeu Lactora, *Lectoure*, urbs aliàs Auſciorum, in Gallia Aquitanica, nunc in Armeniaco Comitatu, in Vaſconia, in colle, juxta Ægircium fluvium. Diſtat 4. leucis ab Aginno in meridiem, 6. ab Auſciis in Boream, & 10. à Toloſa in Cæciam.

* Lacuris *Loquera*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtellæ & Murciæ confinio, inter Caravacam & Ventam Moralem oppida 4. leucis. Hieronymus Zurita Larcuris legit, & *Alarcos* interpretatur, cum Ptolemæus in codice Græco Lacuris habeat. (* Λακ ρ ς in manuſcripto Seldeni.) Ptol.

¶ Lacus Felix, *Ober Walsèe*, vicus Germaniæ, in Auſtria ſuperiori, ad Danubium fluvium, 5. milliaribus infra Lintium in ortum Viennam verſùs.

Lacus regius, Aquæ Regienſes Victori Uticenſi, urbs fuit Africæ mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, à Cirta 20. mill. paſſ. Sic ſcribit Ortelius, cùm Aquæ Regiæ & Lacus Regius loca diverſa ſint. Nam Aquæ Regiæ ab Antonino inter Hadrumetum & Sufetulam 50. mill. paſs. diſtantes locantur. Ant.

Lade, *Jada* ex tabulis recentibus, inſula parva maris Myrtoi, (non Ægæi, ut ſcribit Ortelius) ante Miletum urbem Cariæ: ubi altera Aſterii dicta, teſte Pauſania. Herod. Strab. & al.

Ladenburgum, *Ladenbourg*, oppidum Germaniæ, ad Necarum fluvium, in Palatinatu Rheni, vix 2. leucis infra Heidelbergam in occaſum Manheimum verſùs, anteà ferè dirutum, nunc utcumque reparatum.

Ladeni populi (qui perperam Gadeni apud Ptolemæum legi videtur) ſunt mediterranei ſive interiores Scotiæ, inter Meatas ad ortum & Brigantes ad occaſum, quorum regio * Laudonia, vulgò *Lauden & Lothian*, in qua Alata caſtra, urbs primaria, & regia, & accademia, vulgò *Edenburgh*. (* Camdenus dicit eſse totam regionem, quæ Tuedæ fluminis oſtium & Edenburgi Fortham interjacet.)

¶ Ladeni populi fuere Scotiæ, juxta Ottadinos & Selgovas. Habitabant ubi nunc provinciæ *Lauden*, *Merck*, & *Teyſidale*, in Scotia meridionali, Camdeno, Sanſone, & aliis teſtibus. Ptol.

¶ Ladeſta inſula eſt Dalmatiæ, Stephano Ladeſtum, Tabulis Peutingerianis Ladeſtris, Porphirogenitæ Laſtobon, Dandulo Landeſtina, nunc Italis *Lagoſta*, Slavis *Laſtovo* dicta.

Ladicus mons, *los Codos de Ladoco*, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, in territorio Legionenſi, Pyrenæi montis ramentum, in via quæ à Legione Compoſtellam ducit obvius: in cujus jugo hæc inſcriptio legitur, *Iovi Ladico*. Vet. Inſ.

¶ Ladoga, *Ladoga*, ſeu *LadesKo ozero* Moſchis, lacus totius Europæ ampliſſimus, pro majori parte, in Svecia, in Kexholmia provincia, & partim etiam in Moſcovia re-

regione & provincia Novogardiæ majoris. In Finnicum ſinum ſe exonerat mediante Nieva fluvio, & ovi ferè ſpecie 36. milliaribus Germanicis longitudinem & 20. latitudinem dilatat, ejuſque Ruſſi vix quintam partem, reliquas Sveci poſſident. Piſcium incredibili copia refertus, urbem Kekholmiam ſalmonum piſcatu diſtat. Ex Ruſſorum opinione nomen ipſi inditum fuit à piſcibus quibuſdam paulò haleces magnitudine excedentibus, & nullibi in Ruſſia quàm illic captis, qui *Lagdog* nominantur.

Strab. Plin. & al. Ladon, fluvius Peloponneſi, per Arcadiam in Alpheum fluens, ex lacu Pheneo, teſte Plinio, oriens, inter Helim & Megalopolim decurrens per agrum Cletorienſem. Ovidius libro 5. faſtorum:

Arcades hunc, Ladonque rapax, & Mænalus ingens
Rite colunt.

Ibi pagus cognomen, qui Ladocœa Pauſaniæ dicitur.

¶ Ladona, *ſaint Jean de Laune*, oppidum munitum Galliæ in Burgundiæ Ducatu, ad Ararim fluvium, fruſtra obſeſſum anno 1636. ab Auſtriacis. Dicitur & fanum S. Joannis Ladonenſis. Vide ibi.

Ptol. Læa, quæ & Aphrodites, *Iſola del Patriarcha*, teſte Bordonio, inſula maris Africi, Marmaricæ oræ adjacens. Sed apud Ptol. non Marmaricæ, at Cyrenaicæ adjacet, ante Phycuntem promontorium. Eſt & Aphrodites Ptolemæo inſula *Plin.* Ægypti ad ſinum Arabicum, Inſulæ Agathonis finitima.

Læana, urbs Arabiæ petrææ, ad ſinum Arabicum. Vide Elana. Scribitur & Læna.

Lædenata, Mœſia primæ urbs in libro Notitiarum.

¶ Lædus, fluvius Galliæ, *le Loire*, oritur in Pertico tractu, in vico *de Corves* dicto. Hinc defluit in Carnutenſem tractum, ubi Illierias alluit & Caſtrodunum, deinde Vindocinum, uti & Caſtrum Lædi in Cenomanis; poſteà tranſiens in Andegavos, Ludium alluit, Flexiam, & Duretallium: & tandem in Sartam amnem ſe *Laconè.* exonerat paulò ſupra Andegavum.

Strab. Læmocopia, *Bogazaſar* Leunclavio, oppidum Cherroneſi Thraciæ apud Seſtum. Aliis *Bogazaſar* eſt ipſa Seſtos.

Læneus, fluvius Cretæ, Gortynam præterfluens: ad quem Europam à Jove raptam ferunt. (Lethæus Straboni & Solino dicitur fluvius Gortynam præterfluens. Læneus forſan in *Ptol.* aliquibus codicibus, vel ſaltem inferioris ætatis appellatio, in quibusdam enim tabulis *Lineo* vulgò dici videtur.)

Læpa magna, Læpia Latinorum Plinio, *Lepe* adhuc dicta, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in ora, apud oſtia Anæ fluvii, in Vandalia, ab Ayamonte oppido ad oſtia Anæ 5. leucis in ortum diſtans.

Laertia regna à Virgilio pro Ithaca inſula lib. 3. Æneid.

Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laertia regna.

¶ Laerte, Ciliciæ aſperæ oppidum, in Pamphylia, teſte Ptolemæo.

Plin. & al. Læſtrygones, populi Latii novi, circa Formias urbem exciſam incolentes, ubi Læſtrigonia regio, & * Leſtrigonii campi Plinio, cum urbe cognomine, teſte Heſychio, quæ & Lamus. Sunt etiam populi Siciliæ, qui & Leontini, teſte Iſacio, apud Lycophronem. De prioribus Ovidius libro 4. faſtorum:

Dux quoque Naritius: teſtes Laſtrygones exſtant.

(* Læſtrigonii campi Plinio ſunt in Sicilia.)

¶ Lælia, urbs Turdetanorum, in Hiſpania Bætica, teſte Ptolemæo.

¶ Lætrina, Elidis urbs, in Peloponneſo, in qua Pelopis oſſa jacebant, teſte Iſacio apud Lycophronem.

Liv. Lævi, Levi Plinio, populi Liguriæ, qui cum Maricis Ticinum, teſte Plinio, condiderunt, circa Ticinum amnem incolentes. Horum locus adhuc *li Lobi*, in agro Alexandrino apud Maricos, inde ad 2. mill. paſſ. diſtans, nominatur, ab Alexandria 4.

Strab. Plin. & al. Lagaria, urbs Lucaniæ exciſa, in monte, apud Cyliſtarnum fluvium, Grumento oppido etiam exciſo proxima. Locus adhuc *Lagara* nominatur, & mons cum fluvio *Carniſtaſo*, teſte Barrio, à Thuriis 10. mill. paſſ. à Coſano 4. à littore ſinus Tarentini 6. in occaſum. Non longè Nemæa fluvius decurrit. Vina Lagarina olim, teſte Plinio, commendata.

Ant. Lageccium, *Caſtleford*, teſte Camdeno, oppidum olim Albionis, nunc pagus Angliæ, inter Eboracum & Danum in meridiem, Londinum versùs 16. mill. paſſ.

¶ Lagenia, *Leinſter*, pars Hiberniæ inſulæ, versùs orientem & Angliam magis porrecta. Hibernicè *Leignigh* dicitur, ſub qua novem ſunt Comitatus ſeu provinciæ. Terminatur ab ortu mari Hibernico, ab occaſu Connacia, à ſeptentrione Ultonia, & a meridie Momonia, & ejus primaria eſt Dublinum, totius inſulæ caput. Ejus provinciæ ſeu partes ſunt Comitatus Caterloghenſis, *Comtè de Caterlagh*, Comitatus Dublinenſis, *Comtè de Dublin*, Comitatus Kildarienſis, *Comtè de Kildare*, Comitatus Kilkennienſis, *Comtè de Kilkenny*, Comitatus Mediæ occidentalis, *Comtè d' East Meath*, Comitatus Mediæ orientalis, *Comtè de Weſtmeath*, Comitatus Reginæ, *Comtè de la Reyne*, Comitatus Regis, *Comtè du Roy*, Comitatus Vexfordienſis, *Comtè de Vexford*.

Lageniæ urbes præcipuæ;

Arcloa, Arcklo.
Caterloghum, Caterlagh.
Dublinium, Dublin.
Kildaria, Kildare.
Kilkennia, Kilkenny.
Laghlinia, Laghlyn.
Molingaria, Molinghar.
Roſſia, Roſſe.
Vexfordia, Vexford.

¶ Laghium, *Laghi*, quæ forſan *Laſaa*, urbs Arabiæ felicis, in ora Oceani Arabici. 9. circiter milliaribus diſtat ab Adeno in Eurum, & 25. à promontorio Aromatum in Boream, teſte Sanſone; ſubeſtque dominio proprii Principis.

¶ Laghlinia; *Laghlyn*, oppidum eſt munitum Hiberniæ, in Lagenia & in Comitatu Caterlogenſi, ad Brigum fluvium, *Barovv*. Diſtat à Caterloga 60. milliaribus Anglicis in auſtrum, & 8. à Kilkennio in ortum.

Lagina, oppidum Hiberniæ, in Laginia regione, patria Divæ Brigittæ Virginis, cujus fit mentio in vita ejuſdem Virginis. *Script. Hib.*

¶ Laginia Stephano, Lagina Straboni, Cariæ oppidulum, inter Phryſcum & Epheſum. Laginia item, Bithyniæ urbs, teſte Stephano. *Plin.*

Lagnus, ſinus maris Baltici, apud Cimbricam Cherſoneſum, *Beltz* vulgò, ubi *Langlant* inſula ab eo, ut videtur, denominata. *Ptol.*

Lagnutum, *Tenes*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis maritimum, inter Quizam ad occaſum, & Juliam Cæſaream ad ortum, apud Apollinis promont. quod *Capo di Tenes* dicitur.

¶ Lagnutum, oppidum Mauritaniæ, nunc forſan *Moſtagan*, ut videre eſt ex ſitu, inter Quizam ad occaſum & Juliam Cæſaream, quæ eſt *Teneza*, ad ortum.

¶ Lagous, amnis Sarmatiæ Aſiaticæ, ex Catheis montibus profluens, teſte Plinio.

Laguſa, *Chriſtiana*, teſte Nigro, inſula maris Cretici, inter Cretam & Sicinum inſulam in Boream vergentem, à qua parum diſtat in auſtrum. Alia inſula hujus nominis in mari Lycio, ſeu Pamphylio, anteà oſtia Glauci fluvii, teſte Plinio. *Strab. Steph.*

Laguſſæ, inſulæ parvæ maris Ægæi, ante Troadem urbem Myſiæ. *Plin.*

Lagyra, *Soldadia* ſeu *Soldaja* Nigro, urbs Tauricæ Cherſoneſi, in ora auſtrali, inter Criumetopon promontorium ad occaſum & Theodoſiam urbem ad ortum, apud Characem promontorium, ex præcipuis regionis. *Ptol.*

¶ Lagyra quid ſit nunc, non conſtat. *Soldadia* enim ſeu *Sultardarai* indigenis eſt Caliordi antiquorum, teſte Sanſone.

¶ Laholmia, *Laholm*, oppidum Speciæ, in Hallandia provincia, propè oram ſinus Codani, alias à Danis munitum. Dicitur etiam *Laa Holm* ab incolis; eſtque in ipſo limite Scaniæ provinciæ, cum caſtro & portu 7. milliaribus diſtat ab Helmoſtadio in auſtrum, & 6. milliaribus Germanicis ab Helſingoburgo in Eurum.

¶ Lahoria, *Lahor*, quæ & *Pengab*, urbs ampla Indiæ, regionis cognominis caput, ad fluvium *Ravèe*, in ditione Magni Mogolis, & aliquando ipſius eſt ſedes 180. milliaribus à Multano in ortum, & totidem ab Attochio in Africum, 360. autem ab Agra in Boream. Urbs eſt ſplendida, cum palatio ſuperbiſſimo; & creſcit in dies.

Lala, Armeniæ majoris urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Lalacaum, regionis nomen in Aſia minori, apud Cedrenum, Curopalatem, & Zonaram.

¶ Lalandia, *Laland*, inſula regni Daniæ, in mari Baltico, propè Falſtriam inſulam, & ad meridiem Selandiæ inſulæ. Ibi urbs Naſcovia, probè munita, cum aliquot aliis oppidis. Vix 2. leucis diſtat à Langelandia inſula in ortum; & tenui tantùm freto ſeparatur à Falſtria inſula. *Plin.*

Lalaſſis, *Calendo*, teſte Nigro, fluvius (& oppidum, ut alibi legitur) Ciliciæ, in Pamphyliæ confinio, ex Iſauria oriens.

¶ Lalenesis, Armeniæ minoris oppidum, in regione Melitena, teſte Ptolemæo.

Laletani, * Læetani Ptolemæo, Leetani Straboni, populi Hiſpaniæ citerioris, Indigetis finitimi, ab eis in occa- *Plin.*

ſum

ſum recedentes,quorum regio Laletania apud Martialem dicitur, quæ magnam partem Catalauniæ complectitur. Martialis libro 7. epiſtola 53.

Et Laletana nigra lagena ſapa.

Laletanum vinum à Plinio libro 14. capite 6 magis copia quam bonitate commendatur. (* Λεμαιοι in Seldeni manuſcripto.)

¶ Laletani populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis,inter Indigetes ad ortum & Coſetanos ad occaſum, ubi nunc magna pars Cataloniæ, inter Gerundam & Tarraconem; & versùs oram maris Mediterranei.

Lama, Lamaca, & Lamacum libro Conciliorum,*Lamego*, urbs Luſitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, inde ſupra 12. leucis in Cæciam, Viſeum versùs totidem diſtans, apud Durium fluvium.Sed Lama à Ptolemæo in Vettonibus deſcribitur;ex quo diverſa à Lamaco videtur. Vide Lameca.

¶ Lama, urbs Vettonum, in Luſitania, nunc eſt *Lamegal*, caſtrum Portugalliæ, ad amnem cognominem, vix 6. leucis à confinio Regni Legionis in occaſum, totidem à Guarda urbe in Arctos, 5. à Durio fluvio, et 10. à Lameca urbe ortum versùs, ſicqueLama & Lameca diverſæ ſunt.

¶ Lamasba, Numidiæ civitas Antonino. Ejus quoque meminit Concilium Carthaginenſe, hinc Lamavenſem Epiſcopum habet Victoris Vticenſis fragmentum.

¶ Lambalium, *Lamballe*, oppidum Galliæ, in Britannia minori. 5. leucis diſtat à Fano S. Brioci in ortum Rhedones versùs, & 4. tantùm à mari Britannico inauſtrum.

¶ Lambe, inſ. ſinus Arabici, circa Mioſormum, teſte Pli.

¶ Lambeſca, *Lambeſc*, oppidum lepidum Galliæ, in Provincia, propè Durantium fluvium, & 4. leucis tantùm ab Aquis Sextiis in ortum Ammianum versùs, & 3. à Salone in Eurum.

Lambeſe, *Lambeſca* nunc,urbs Africæ mediterranea, olim epiſcopalis, cujus meminit Divus Auguſtinus, à Cirta 24. mill. paſſ. diſtans in meridiem, à Tamugada 14. Lapæſa Ptolemæo.

Lambrani, populi Inſubriæ, circa Lambrum fluvium incolentes, quorum pagus adhuc *Lambra* nominatur.

Lambriaca, quæ Ptolemæo Flavia Lambris, oppidum Hiſpaniæ, in ora Gallæciæ occidua. Vide ibi.

Lambrus,*Lambro*, fluvius Inſubriæ maximè perſpicuus, apud lacum Larium & Comum ex monte profluens, perque Eupllim lacum tranſiens, Modo etiam oppidum amplum & Marinianum interluens, Padoque inter Ticinum & Placentiam urbes exceptus.

Lameca, & Lamaca, & Lamacum, (variè enim legitur) urbs epiſcopalis Luſitaniæ, inter Bracaram & Ægiram, ſeu Guardam, 14. leucis. Vide Lama.

Lameca,& Lamaca, *Lamego*, urbs Luſitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi. 3. tantùm milliaribus diſtat a Durio fluvio. Media eſt inter Bracaram in Cœciam, & Guardam in Africum. 12. leucis diſtat à portu Cale, ſub dominio Regis Portugalliæ.

Lamellum quæ & Mellaria, *Malora*, inſula parva maris Tyrrheni ante Liburnum portum, inde 5. mill. paſſ. ubi Piſani à Genuenſibus claſſe ſuperati, amiſſo portu prætacto, mox Sardiniam amittunt, Gregorio IX. Pontifice Maximo, (*Veriùs eſt ſcopulus parvus admodum.*)

Lametiæ,S. *Eufemia*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in ora ſinus Hipponiatis, apud oſtia Lameti fluvii, à Conſentia 22. mill. paſſ. Hipponium versùs, patria Stephani Geographi. Populi Lametini. Hinc Lameticus ſinus apud Ariſtotelem memoratur, *Colfo di S. Eufemia*, qui & Terinæus, Hippomiates, & Napitinus, a ſinu Scylletio 20 mill. paſſ. teſte Plinio, Solino vero 40.

Lametus, *Lameto*, fluvius Brutiorum, ex Apennino monte in ſinum Lameticum influens, Lametiæque oppido nomen tribuens. Hujus oſtium inter oppidum ſanctæ Euphemiæ 6. & oſtium Angitulæ fluvii 8 mill. paſſ. Ex quo Lametiam haud eſſe oppidum *S. Eufemia* ſuſpicor.

¶ Lamia, *Lima*, fluvius Hiſpaniæ, in Callaicis Braccariis, nunc in Portugallia. Limius eſt aliis. Vianam oppidum rigat, & paulò infra in Oceanum occidentalem ſe exonerat, 13. milliaribus ab oſtiis Minii fluvii in auſtrum.

Lamia, *Domochi*, urbs Theſſaliæ mediterranea, apud oram littoream, teſte Moletio, ab Heraclea Trachinia urbe Phthiotidis in ora 7. mill. paſſ. teſte Livio, diſtans. Aliis *Lamina* eſt, *Domochi* verò, Domocus apud Græcos, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, aliquibus à Lamia diverſa videtur. Vide Demonicus. A Lamia ſinus Lamiacus, qui & Oetæus, Vide ibi.

Lamiæ, inſulæ parvæ, ſeu veriùs ſcopuli maris Ægæi ante Troadem, Laguſſis finitimi. *Plin.*

¶ Lamida, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, teſte Ptolemæo.

Laminitani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum urbs Laminium, apud fontes Anæ fluvii, abeis 6. leucis, olim urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, inde 24. leucis in Eurum, nunc oppidum *Alambra*, in Caſtella nova, à Conſaburo 11. versùs ortum Anæ.Hinc Laminitanus ager Plinio, in quo Anas fluvius oritur, *Campo di Montiel*, teſte Cluſio, & *la Mancha d' Aragon*, teſte Varrerio, & teſte Coquo, *la Mancha ſeca*. *Plin.*

¶ Laminitani populi fuere in Carpetanis, quorum oppidum Laminium creditur, *Villa nueva de los Infantes*, ſeu *Montiel*, locus in viciniis, duabus hinc leucis, & 30. a Toleto in Africum. Hinc Laminitanus ager,vulgò *Campo de Montiel*; dicitur regiuncula adjacens, inter Montes Marianos ad meridiem & fontes Anæ fluvii in Boream, tractus frumenti maximè fertilis, & aquæ penuria plerumque laborans, propter fontium raritatem.

Laminium. Vide ſuprà.

Lamius eſt mons Joniæ Endymione celebris, qui inde Lamius cognominatus eſt. Ovid. lib. 3. de arte amandi: *Ptol. Ovid.*

Lamius Endymion, non eſt tibi luna rubori.

Vide Latmius.

¶ Lampeſa, Africæ propriæ urbs Ptolemæo, ubi Legio 3. Auguſta. Vide Lambeſe. *Polyb.*

Lampetia, *lo Cetraro*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum maritimum, in ora Calabriæ citerioris, inter Bladam ad Boream & Paulam ad auſtrum 10. mill. paſſ. à Conſentia 26. mill. paſſ. Videtur idem cum Clampetia & Dampetia Plinio & Livio.Hic Lampetes Stephano promontorium, unde ſinus Terinæus inchoatur, à Lampetia ſuprà 40. mill. paſſ. diſtans. *Steph.*

Lampia, Lampeus Plinio, mons Arcadiæ, apud Erymanthum montem, ex quo Lampia fluvius, de quo Plinius, ortum habet, *Elanda* vulgò. De eo Statius libro 4. Thebaidos: *Strab. Pauſ.*

Pene ſocer: candenſque jugis Lampia nivoſis.

Ibi etiam oppidum cognomen erat, teſte Lactantio.

¶ Lampis, urbs Aſiæ minoris, circa Mæandrum fluvium, teſte Niceta.

¶ Lamponea urbs fuit Troadis, teſte Stephano, Herodotus eandem Lamponium vocat.

Lampſacus, Lampſacum Plinio, Melæ, & Ciceroni, à ſplendore nomen habens, *Lampſico* Sophiano, & *Lepſeke* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Myſiæ ad Helleſpontum, archiepiſcopalis, antiqua, & clara, ad oſtia Granici fluvii, olim Pityuſa, teſte Plinio, inter Parium ad Boream & Abydum ad meridiem ad 21. mill. paſſ. à Caliipoli urbe Thraciæ 40. ſtadiis. Hæc à Xerſe Rege Perſarum Themiſtocli Athenienſi à patria exulanti in vinum dono data eſt. Populi Lampſaceni Ciceroni. Hic Priapus colebatur. Ovidius libro 1. Triſtium, elegia 9. *Xeno. Strab.*

Et te ruricola Lampſace tuta Deo.

¶ Lampſacus, urbs Aſiæ minoris, in Myſia minori, & ad Helleſpontum, ubi exit è Propontide. Urbs eſt ſatis culta etiamnum, vix 5. milliaribus ab oſtiis Proſacti fluvii in occaſum, ſed ferè 50. ab oſtiis Granici etiam in occaſum 8. milliaribus diſtat à Callipoli in ortum, & 21. à Pario in occaſum.

¶ Lampſemandus, Cariæ regionis inſula, in ſinu Ceramico, teſte Plinio. Vocatur Lepſemandus a Stephano.

Lamum, oppidum Latii, quod Fabricius *Marino* indigitat, in via Appia,medium inter urbem Romam & Velitras 10. mill. paſſ. Sed aliis Marinum Villa Marii appellatur. *Hibli. carn.*

¶ Lamum, *royaume de Lamo*, regnum eſt parvum Africæ, in Æthiopia inferiori, & in Zanguebaria regione, versùs fluvium Chimanchum & regnum Melindæ, à quo terminatur ad Boream, uti ab ortu regno Pateo. Urbem habet primariam cognominem. Ejus Rex occiſus fuit ab Hiſpanis anno 1589.

Lamus urbs fuit Læſtrigonum, propè Formias & Cajetam, vel ipſa Caieta, aut ipſæ Formiæ; utrique enim Lamus Rex dominatus eſt. Virgilius libro 9. Æneidos: *Virgil. Ovid.*

Terra torique madent, nec non Lamyrumque Lamumque.

Lamus item, *Lamo*, urbs Ciliciæ mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, inter Flaviopolim ad occaſum & Irenopolim ad ortum, proxima Tarſo. *Ptol.*

¶ Lancaſtria, *Lancashire*, provincia regni Angliæ, juxta oram maris Hibernici, inter Ceſtriæ Comitatum ad Meridiem, weſtmariam ad Boream, & Eboracenſem provinc. ad ortum. Hinc orti Lancaſtriæ Duces, in hiſtoria

An-

Angliæ celebres. In ea ſunt Lancaſtria, *Lancaſtre*, urbs provinciæ caput, & oppida Mancunium, *Mancheſter*, & Preſtonium, *Preſton*.

¶ Lancaſtria, *Lancaſtre*, urbs eſt parva Angliæ, ad fluvii Lunæ oſtia, in provincia Lancaſtria, & in ora maris Hibernici, media inter Carleolum ad Boream & Geſtriam ad Auſtrum.

Ptol. Flor. Lancia, Lance Antonino, poſteà in Conciliis Viſeum, *Viſeo*, teſte Jacobo Vaſconcello, urbs Luſitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, media ferè inter Guardenſem urbem & Portum, ad 14. leucas diſſita. Hic Viriatus Romanos vicit, & Roderici poſtremi Gothorum Regis ſepulchrum viſitur, teſte Mariana, qui Lanciam Ovetum interpretatur, ignorans geminam illam eſſe, unam in Luſitania, alteram in Aſturibus. Lancia item & Albianus inſulæ ſunt Callaicorum, vulgò *Iſole di Bajona*, teſte Mariana.

¶ Lancia, duplex eſt; una dicta Lancia oppidana Vettonum, quæ creditur fuiſſe ubi nunc Caſtrum *Penna di Francia*, ſeu Rupes Franciæ, locus celebris propter devotionem erga B. Virginem, in regno Legionenſi, intra montes. Lancia altera, quæ & Tranſcudana, in Luſitania creditur fuiſſe, ubi nunc urbs Guarda, in Portugallia, quæ crevit ex Igæditæ ruivis, & ideò à quibuſdam Igædita nova dicitur. Viſeum autem urbs eſt, ubi aliàs Verruvium oppidum, teſtibus Saſone, & Brietio.

Lancianum, *Lanciano*, urbs regni Neapolitani. Vide Anxanum.

¶ Lancicia, *Lanſchet* Polonis, *Lencici* Germanis, urbs Poloniæ inferioris, in colle, Palatinatus cognominis caput, cum arce undique paludibus munita, in ſcopulo. Vix 10. milliaribus à Warta fluvio diſtat, & 10. leucis Polonicis à Gneſna in ortum, ad amnem Bſuram. Incenſa fuit anno 1656.

Ptol. Lancobardi, *Lombardi*, populi Germaniæ, qui circa Suevum fluvium in Ducatu Mechelburgenſi incolentes, egreſſi è finibus illis, in Italiam profecti ſunt, ibiq; victis Gothis, uſq; ad Caroli magni tempora imperarunt; à quibus adhuc Gallia Ciſalpina maxima ex parte *Lombardia*, quaſi Lancobardia, nominatur. Longobardi Aimoino & Paulo Diacono dicti.

¶ Lancobardi, ſeu, & meliùs, Langobardi, populi fuere Germaniæ, circa Albim fluvium, in Vandaliis, ſic dicti à voce Germanica *long*, quòd longa, & *bardt*, quòd barbam notat, teſte Paulo Diacono, qui eos ex Scandinavia in Germaniam commigraſſe ſcribit.

Ant. Lancobrica ſeu Lancobriga, *Langrovia*, oppidum olim, nunc pagus Luſitaniæ, in regno Portugallico, inter Talabricam, & Calem ſeu Portum Calenſem, teſte Jacobo Delgado, inde 18. hinc 13. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. Sed Vaſconcello *Afeira*; aliis *Lago*, Talabricæ finitimus.

¶ Lancobriga aliis eſt *à Feyra*, pagus Luſitaniæ, verſùs oram littoralem, in provincia Portugallias dicta, inter Durium & Tagum fluvios, propè oſtia Durii, & 13. m. paſ. à Portu Cale in merid.

Script. Brit. Lanva, *Llandaff*, urbs Albionis epiſcopalis, in Walliæ ora littorali auſtrali, Briſtolio finitima, inde 12. mill. in occaſum, Maridunum verſùs 36. ab Herefordia ſupra 30.

¶ Landava, *Landaff*, urbs Walliæ Auſtralis, in Comitatu Glamorganenſi. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, ad amnem Tavum, uno milliari Anglico tantùm ſupra Cardiffam. Caſtrum habet, ſed deficit in dies, & paucis tantùm incolis conſtat.

¶ Landavia, *Landaw*, urbs Germaniæ Imperialis, in regione *Vaſgow*, in Alſatia inferiori, ſub dominio Regis Franciæ pace Monaſterienſi, juxta amnem *Queich*, in confinio Palatinatus Rheni. 4. leucis diſtat à Spira in occaſum, & 4. à Rheno fluvio.

¶ Landrecium, *Landrecy*, urbs permunita Belgii, in Hannonia provincia, obſidionibus ſuis celebris, ad fontes Sabis fluvii. Subeſt dominio Francorum pace ad Pyrenæos ſancita. 6. leucis diſtat à Valencianis in Africum, & 7. à Cameraco in ortum, 2. autem à limite Picardiæ provinciæ.

¶ Landshutum, *Landshut*, urbs Germaniæ, in Bavaria inferiori, ad Iſarum fluvium. 20. milliaribus diſtat à Friſinga in ortum, & 30. à Ratisbona in meridiem; eſtque munita.

¶ Landſperga, *Landſperg*, urbs Germaniæ, in nova Marchia Brandeburgica, ad Wartam fluvium, 18. milliaribus à Cuſtrino in ortum, & in confinio Poloniæ. Pluries capta fuit à Svecis hiſce ultimis motibus Germaniæ.

¶ Landſperga, *Landſperg*, urbs Germaniæ, in Bavariæ Ducatu, in colle, ad Lichum fluvium, & in confinio Sveviæ. 20. milliaribus diſtat ab Auguſta in meridiem.

¶ Langelandia, *Langeland*, inſula Daniæ, in mari Baltico, inter Fioniam, Selandiam, & Lalandiam inſulas, ubi oppidum Rudcopia. A ſeptentrione in meridiem extenditur per 7. ferè milliaria Germanica. Sed ejus latitudo eſt tantùm duorum milliarium. Pagos habet ſexdecim, & arcem munitam *Trancker* dictam. *Stra. Tac.*

Langia, fluviolus Peloponneſi, ex Nemæa ſylva per Sicyoniam in ſinum Corinthiacum fluens. De quo Statius lib. 4. Thebaid.

Hæc quoque ſecreta nutrit Langia ſub umbra.

Langienſes, populi Liguriæ, in Genuenſium finibus, quorum adhuc pagus manet, *Langaſcho*, ad Apennini montis radices, à Genua 10. mill. paſſ. apud Pontem decimum diſtans. *Tab. Vet.*

Langobardi. Vide Lancobardi.

¶ Languedocia, *Languedoc*, provincia ampliſſima regni Galliæ. Vide Occitania.

Lanicola ex veteri monumento, urbs Germaniæ, accademia Haſſiæ, quæ alio nomine Martisburgum dicitur, ut libro 5. Itinerarii: *Script. Germ.*

Mœnia Lanicolæ præclara reliquimus urbis,
Quam Martisburgum patria turba vocat.

Sic à Lano fluvio.

Lanigara, *Guagida*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum ad Sigam fluvium, Sigæ oppido & Quizæ urbi finitimum. *Ptol.*

Lanuvium, *Indovina*, & *Civita Indovina*, urbs olim, nunc pagus ſive oppidulum Latii, via Appia ab urbem Roma 16. mill. paſſ. diſtans, inter Albam, Ariciam, Ardeam, & Velitras, in agro Laurenti. Hinc Lanuvius, a, um, ut ager Lanuvius. Horatius libro 3. carminum ode 27. *Cic. Plin. Liv. & al.*

-ab agro
Rava decurrens lupa Lanuvino.

Laodicea, Laodice Polybio, Cabioſa cognomine, urbs Syriæ epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Damaſceno, in Cœleſyria, ad montem Libanum, nunc metropolis ſub Patriarcha Antiocheno, 18. mill. paſſ. ab Hemeſa diſtans, ſic à Laodice Antiochi Regis uxore Seleucique matre dicta, *Lizza* & *Liche*, teſte Minadojo & Olivario, nunc dicta, à Damaſco 120. mill. paſſ. in Boream verſùs Heliopolim, Hemeſam, & Hierapolim. *Cic. Stra. Plin. & a*

¶ Laodicea, Cabioſa dicta, nunc *Laudicha* dicitur; eſtque etiamnum urbs ampla Syriæ, ad Orontem fluvium, 18. milliaribus ab Emiſſa in meridiem, & ferè 100. à Damaſco in Eurum, ſub dominio Turcarum. *Plin*

Laodicea altera, urbs Lydiæ, ad Lycum fluvium, haud procul in Mæandrum influentem, olim clariſſima, & conventus multarum urbium, nunc etiam metropolis & Archiepiſcopalis, ſub qua 16. urbes epiſcopales, in quibus Eumenia, Acmonia, Trapezopolis, Synaus, Silbium, Peltæ; Dioclia, Hierapoli Phrygiæ proxima, ad 6. mill. paſſ. diſtans, olim teſte Dioſpolis, Plinio, nunc adhuc *Laudichia*, & Turcis *Nove Leſche*, teſte Leunclavio, dicta, inter Tralles ad Boream & Apamiam ad Euronotum. *Ptol. & a*

¶ Laodicea, urbs Aſiæ minoris, eſt inter Tralleis ad occaſum & Apamiam ad Eurum, 50. milliaribus utrinque, 170. autem à Magneſia in ortum. *Ptol.*

Laodicea quoque, urbs Syriæ, in ora littorali, inter Heracleam & Gabala, in promontorio, à Seleuco Rege unà cum Antiochia & Apamea condita: quæ tres urbes proptereà ſorores, teſte Strabone, dicebantur: archiepiſcopalis & metropolitana, Rhamata Hebræis, *Lyche* incolis, teſte Moletio cum aliis, inter Antiochiam 64. & Gabala 18. mill. paſſ. De qua Dionyſius Afer libro de ſitu orbis.

Laodicen pariter poſitam propè littus amœnum.

¶ Laodicea, urbs Syriæ, in hora maris Phœnicii, inter Heracleam ad Boream & Gabalam ad meridiem, ad radices montis Caſſii. Diſtat tantùm 30. milliaribus ab Antiochia in occaſum, & 35. ab Apamea in Cæciam; eſtque parva, & ſenſim deficit.

Lapathus caſtellum erat ad Aſcuridem paludem, in confinio Epiri & Theſſaliæ, quà ad Tempe Theſſalica aditus erat. *Liv.*

Lapatia Cori, quod & Trileucum, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis in ora Gallæciæ Boreali, in confinio Aſturum, *Capo d'Ortiguera* Moletio, aliis *Cabo de pennas*, in finibus Aſturum, apud Abulas oppidum, ab Oveto 7. leucis. Sed ſitus apud Ptolemæum non congruit. *Ptol*

Lapides atri, *Pennas negras* Morali, locus Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Menteſam & Iliturgim. *Liv.*

Lapithæ, populi Theſſaliæ, circa montem Olympum & Lariſſam urbem incolentes, ſic à Lapitha Apollinis filia dicti, *Dio*

diĉti, teſte Iſidoro, primi equorum domitores, teſte Virgilio in Georgicis libro 3.

Fræna Pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere.

Ovidius libro 2. amorum elegia 12.

Fœmina ſylveſtres Lapithas, populumque biformem.

Lapithæ generoſi ac plurimum ſibi arrogantes fuere; ut proverbio ſint apud Euſtathium & Plutarchum in eos qui ſibi tantùm arrogant, ut omnes in ſui admirationem trahere præſumant. Hinc Lapithonius adjeĉtiv. Statius Thebaidos lib. 7.

Confundere modos: puerum Lapithonia nympha.

* Lapithus, Lapathos Straboni, *Lapathios*, urbs olim epiſcopalis, nunc pagus Cypri, in ora Boreali, inter Ceraunium ad ortum, & Solos ad occaſum, apud Crommyorum promontorium, Epiſcopalis adhuc ritus Græci, inter Cyrenеam & Paphum, inde 12. mill. paſſ. hinc ſupra 20. diſtans, Arſinoe propior, Lapethos Plinio. Hinc Lapithius, a, um, nomen gentis (* Λάπηθος in Seldeni manuſcripto.)

Lappa, urbs Cretæ olim epiſcopalis, mediterranea, Gortynæ proxima, nunc pagus nomen antiquum conſervans.

¶ Lappia, regio Scandinaviæ, quæ & Lapponia, *la Lapponie*, ſeu *les Lappons*, maximè versùs ſeptentrionem excurrens. Dividitur præcipuè in tres partes, nempè in Svecicam, Norvvegicam, & Moſcoviticam.

¶ Lapponia Moſcovitica porrigitur in Arĉtos & ortum, inter lacum *Enarak* ad occaſum, & mare Album; ſubeſtque dominio magni Ducis Moſcoviæ. Dividitur in tres partes, quæ ſic appellantur, Maritima Leporia, *Mourmauskoy Leporie*, quæ in ſeptentrionem vergit, & illic *Kola*, portus Batavis notus; Terſa Leporia, *Terskoy Leporie*, quæ ſupra Granduicum ſinum extenditur; Granduicenſis Laporia, *Bellamoreskoy Leporie*, quæ infra ſinum Granduicum ſeu mare Album.

¶ Lapponia Norvvegica dicitur aliter *le Gouvernement de Wardhus*, Præfeĉtura Wardhuſia; extenditurque versùs mare Septentrionale et Rubeum promontorium ab Orientem in Occidentem, nempè à lacu *Enarak* diĉto et fluvio *Pacs* in ortum uſque ad limites Præfeĉturæ Nidroſiæ. In ea regione eſt Finmarchia traĉtus, incolis *Finmark* diĉtus. Et tota hæc regio ſubeſt Regi Daniæ, uti Regi Norvvegiæ. Ibi Vardhuſium caſtrum præcipuum.

¶ Lapponia Svecica, *la Lapponie Svedoiſe*, Botniam Occidentalem totam occupat à mari Baltico ad montes uſque, qui Sveciam a Norvvegia ſeparant. Dividitur in Marchias quinque, *VmalapmarK*, *Pithalapmark*, *Lulalapmark*, *Tornelapmark*, *Kimilapmark*: quæ ſingulæ ab *Vma*, *Pitha*, *Lula*, *Torne*, & *Kimi* fluviis, quibus irrigantur, ſic denominatæ. Ad ſingulorum fluviorum oſtia ſuum habent oppidum ſub Rege Sveciæ.

Lapurdum, *Lorde* Scaligero, *Lourde*, oppidum Aquitaniæ, in Bearniæ Principatu præcipuum, inter Tarbam 3. leuc. et Eloronam 1. diſſitum, ad montis Pyrenæi radices.

¶ Lapurdum, vulgò *Lourde*, oppidum eſt Bigerrenſis Comitatus, in Aquitania, in colle, propè Gabarum Palenſem fluvium, in confinio Bdnearniæ, 7. leucis diſtans ab Elorone in ortum Tarbam versùs.

Laquedonia, *Lacedognia*, urbs Lucaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, inde 14. mill. paſſ. in Apuliæ utriuſque confinio, Melphiæ et Monti Viridi proxima, cum illis trigonum æquilaterum 6. mill. faciens. A Celſo Cittadino Aquilonia veterum eſſe putatur: ſed hæc in Irpinis erat, inter Beneventum et Luceriam, teſte Livio.

¶ Laquedonia, *la Cedogna*, ſeu, & meliùs, *Cidogna*, urbs aliàs Apuliæ Dauniæ, nunc provincia Principatus ulterioris, in regno Neapolitano; ad radices Apennini montis, & versùs Aufidum fluvium limiteſque Capitanatæ Provinciæ, propè Biſaccium, & 12. mill. à Melphia in Cæciam. Sedet in planitie, & in parte diruta eſt, paucis tantùm conſtans incolis.

Lar, *Om* ex tabulis recentibus, fluvius Arabiæ felicis, in ſinum Perſicum inter Sacra ſolis extrema & Capſinam urbem fluens.

¶ Lara, *Lar*, urbs Perſiæ regni, in provincia Perſiæ propriè diĉtæ, ad amnem *Tiſindon*, in limite Caramaniæ provinciæ. Ampla eſt & elegans. 170. milliaribus diſtat ab Armuzia in Boream.

¶ Lara, *Lara*, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, ad Arlanzam amnem, & ad radices montium. Hinc orta familia Lara, celebris in hiſtoriis Caſtellæ veteris. 11. leucis Hiſpanicis diſtat ab Auca in ortum versùs Rivogiam provinciam.

Laranda, urbs Lycaoniæ, in Ciliciæ confinio, ad Tau- *Strab.*
rum montem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iconienſi *Ptol.*
Cocuſo finitima, inde 18. mill. paſſ. diſtans, à Flavia- *Dio.*
de 62. ab Anazarbo 80. in Boream, à Comanis Cappadociæ 65. nomen adhuc antiquum retinens.

¶ Laranda, urbs Lycaoniæ. 50. milliaribus diſtat ab Iconio, 18. ab Anazarbo in occaſum, uti etiam 100. à Comanis, juxta fontes Cydni, fluvii. Laranda autem, quæ & Leandis, urbs fuit Armeniæ minoris, 18. milliaribus à Cocuſo in auſtrum, 55. à Comana in Africum, & paulò ampliùs ab Anazarbo diſtans.

Lares, *Migana*, teſte Marmolio, colonia & urbs A-
fricæ olim clara, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Car- *Ptol.*
thaginenſi, inter Carthaginem, & Cirtam, à qua 210. *Ant.*
mill. paſſ. inter Muſti 30. & Ammendaram 48. Hic maximè efferbuit Vandalorum in Catholicos perſecutio ſub Hunnerico & Geinſerico Regibus. Laris in ſingulari apud Solluſtium de bello Jugurthino. (Laribum coloniam habet Antoninus ſic poſitam.)

¶ Lariagara, Indiæ extra Gangem urbs, teſte Ptolemæo. *Caracaran* vocatur Mercatori.

Larices ſeu Larix, *Larfeld*, teſte Lazio, pagus No- *Ant.*
rici, medius inter Aquileam & Virunum. 56. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini diſtans.

¶ Larices, ſeu, & meliùs, Larix, oppidum fuit intra Alpes & in ipſo limite Carnorum, quod aliis eſt *Reca*, caſtrum ad amnem Idriam, in Carniola ſuperiori, & in limite Comitatus Goritienſis.

Larinum, *Larino*, urbs Frentanorum, ad Tifernum
fluvium, in Aprutio, apud Apuliæ fines, inter Hiſto- *Cic.*
nium oppidum Aprutii 8. & Teanum urbem exciſam *Plin.*
Apuliæ 18. mill. paſſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, inde ſupra 50. mill. Populi Larinates Plinio & aliis. Silius libro 15.

Quaque jacet ſuperi Larinas accola ponti.

¶ Larinum, urbs Frentanorum alias, nunc Comitatus Moliſini, in regno Neapolitano, & in confinio Capitanatæ provinciæ, propè Frentonum amnem. Nunc *Larina* dicitur; eſtq; parva, & 40. milliaribus diſtat à Benevento in Boream.

Lariſſa, urbs Theſſaliæ gemina: una mediterranea, ad *Strab.*
Peneum fluvium, *Larizzo* Sophiano, & aliis *Larſa*, ur- *Plin.*
bs Archiepiſcopalis & metropolis, ampla, patria Achil- *& al.*
lis, inter Demetriadem 48. & Dium urbem Macedonicam in Boream 24. mill. paſſ., teſte Antonino, à Thebis Phthiotidis 45. teſte Polybio. Hinc Lariſſæus nomen gentis. Virgil. libro 2. Æneid.

Quas nempè Tydides, nec Lariſſæus Achilles.

¶ Lariſſa, *Larizza* nunc, urbs Theſſaliæ, in Pelaſgiotide regiuncula, & in confinio Macedoniæ, 28. milliaribus à ſinu Thermaico in occaſum, et 15. à Phaſalo in Boream. Etiamnum urbs ampla eſt, ſub dominio Turcarum, & in ea per aliquot menſes commoratus eſt magnus Turcarum Dominus, dum à ſuis obſideretur Candia, Cretæ inſulæ primaria.

Altera Maritima, ad Pagaſicum ſinum, inter Thebas Phthiotidis ad meridiem, & Demetriadem ad Arĉtos, Pagaſis proxima, *Armiro* nunc diĉta, tametſi aliis *Armiro* eſt ipſæ Pagaſæ: Lariſſa verò etiam *Larſo* vulgò diĉta. De priore Lariſſa Lucanus libro 6.

Atque olim Lariſſa potens, ubi nobile quondam.

¶ Lariſſa alia, quæ Lariſſa Penſilis diĉta fuit; eſt etiam urbs Theſſaliæ, in Phthiotide regiuncula. Diĉta fuit etiam Cremaſte. Sedet propè Maliacum ſinum, in colle, 18. milliaribus à Thebis Phthiotidis in meridiem; & 32. à Demetriade in Circium, uti & à Pagans. A Sophiano etiam *Larizo* dicitur.

Lariſſa item, urbs Syriæ epiſcopalis ſub Metropoli *Strab.*
Apamena, inter illam et Epiphaniam 16. mill. paſſ. ex *Pto.*
Itinerario Antonini adhuc *Laris* diĉta, teſte Leonardo *& al.*
Sidonita.

Lariſſus, fluvius, Peloponneſi, agrum Elæum à Dy- *Strab.*
mæo ſecernens, teſte Livio. Et Pauſanias ſcribit illum *Liv.*
Achæos ab Elæis ſeparare.

Larius, qui & Comacenus Antonino et Paulo Dia- *Strab.*
cono, lacus Inſubriæ, longitudine ad 50. mill. paſſ. *Plin.*
porreĉtus, latitudine vix 6. patens, *Lago di Como*, *Cu* *& al.*

mer-

merſèe Germanis, à Mediolano 25. mill. paſſ. in Boream. Strabo ſcribit illius longitudinem 300. eſſe ſtadiorum, cùm non minor 400. deprehendebatur, inter Comum & Adduæ fluvii oſtia. Ejus meminit inter alios Virgilius libro 2. Georgicorum:

Anne lacus tantos? te, Lari maximè, teque.

Larii lacus ambitus à recentioribus 172. mill. paſſ. eſſe traditur. Nam à Como ad Summolacum 48. numerantur, (quo in ſpatio oppida & pagi plures ſunt; in iis Canobium, Rhetionicum, Muſſium, Aduncum, Gravedono, Suricum) inde ad Adduæ amnis egreſsum 38. (in ora Bellanum, Mandellum, & Leucum) unde in adverſa ripa Comum uſque 86. ſupputati ferunt (qua in ora Malgratum, Bellaſium, Lecenum in 13. villas diviſum, Neſſus, & Tornum.) Præſtant aliis Gravedona, Bellanum, & Leucum.

¶ Larius lacus, *Lac de Come* Gallis, longitudine patet tantùm ad 30. milliaria, nempè à Como ad Summolacum, & 28. à Summolaco ad Adduæ fluminis egreſſum; et à Lecco oppido Comum uſque in adverſa ripa ſunt 35. milliaria. Hinc ejus ambitus per varios flexus vix eſt 100. milliarium. Lacus eſt Ducatus Mediolanenſis versùs Boream & Rhætos.

¶ Larnos inſula eſt parva & deſerta maris Ægæi, circa Thraciæ Cherſoneſum, uti ex Plinio videtur.

Plin. Larnum, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis ex Pirenæis montibus fluens; cujus incolæ Larnenſes Plinio dicuntur.

Cat. Loros Laro aliis, *Lorone*, fluvius Hetruriæ, ex lacu Sabbatino effluens, ac in mare Tyrrhenum inter Fregenas & oſtia Tiberis exiens.

¶ Laros ſive Laurus fluvius nunc *Arone* dicitur, et in mare Tyrrhenum ſe exonerat, inter Alſium & Fregenas, vix 15. milliaribus ab urbe Roma versùs occaſum.

Cat. *Ant.* Larthenianum, *Marteniano*, teſte Leandro, oppidulum ſeu caſtrum Hetruriæ, Veiis urbi exciſæ propinquum, ad urbe Roma ad 16. mill. paſſ.

¶ Larthenianum, nunc *Martignano*, caſtrum Hetruriæ, aliàs in Sabatia regione, nunc in provincia Patrimonii S. Petri, 16. milliaribus à Roma diſtans in occaſum; & 2. à lacu Sabatino in ortum, inter duos lacus parvos, *lago di Martignano* & *lago di Stracciacappe* dictos.

Ptol. Laruneſiæ, *Mollicolno*, teſte Fazello, inſulæ maris Africi, contra Rhuſpinam urbem maritimam Africæ, haud multùm à promontorio Mercurii in ortum diſtantes.

Strab. *Pauſ.* Larymna, oppidum Bœotiæ, ad Cephiſi fluminis oſtium. Sed Plinius illud in ora Locrorum Epicnemidorum deſcribit.

Liv. *Pauſ.* Las, *Vathi*, teſte Nigro, pagus Laconicæ, in ora, inter Teuthroniam, & Gythium, à quo 40. ſtadiis, à littore 10. *Laſa* vulgò, non *Vathi*.

D. Hie. Laſæa, & Thalaſſa in Actibus Apoſtolorum, inſula parva Cretæ, apud Pulchrum promontorium, ad quam Divus Paulus Apoſtolus venit, cùm Romam vinctus navigaret.

Lib. *Prouv.* Laſcura, *Leſcar*, urbs Aquitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, à Tarba 10. leucis, à Baiona 102. ab Elorona in auſtrum 6.

¶ Laſcura urbs eſt Galliæ, in Aquitania et Benearniæ principatu, ad Gabarum fluvium, una leuca infra Palum, 8. leucis à Tarba in occaſum, ferè 5. ab Elorone in Eurum, & 17. à Bajona in ortum.

¶ Laſice, Africæ propriæ urbs Ptolemæo, Elice apud Antoninum eſſe credit Gerardus Mercator.

¶ Laſio, Peloponneſi urbs, de qua contendebatur inter Arcades, ut habent Ptolemæus et Xenophon.

Laſsa, *Laſa*, ſeu *Laas*, regnum Tartariæ, quod Barantola dicitur à Tartaris; eſtque ſub regno *Tenduc*, teſte Athanaſio Kirchero.

¶ Laſſio, Cretæ inſulæ mons, ubi Iovis ſepulchrum oſtendebatur, teſte Epiphanio.

¶ Laſſippa, Indiæ extra Gangem urbs, teſte Ptolemæo, Laſippa interpretibus.

Ptol. Laſſira, *Sarione* Moletio, potiùs conjectura ſua quàm argumento, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Aragonia, in confinio regni Valentiæ, à Therulio urbe 6. leucis, Moraen versùs 3. Populæ etiam proximum, 3. diſtans

Mel. ¶ Laſſira, oppidum aliàs Edetanorum, nunc *Sarione*, vicus eſt Aragoniæ, 5. leucis a Terulo Segobrigam versùs, à quo pari ſpatio diſtat, & propè Turulim fluvium.

Latara, *Lates*, teſte Ioanne Poldo, caſtellum Galliæ Narbonenſis, in agro Nemauſenſi; ubi Latera ſtagnum Plinio, quod *Eſtang* nominatur, ſeu *Eſtan*, apud oram littoream, oppidulis & pagis aliquot circumſtantibus, Stagna Volcarum apud Melam, teſte Cluſio, lacus ingens in ora Occitaniæ.

¶ Latara, *Latte*, vicus Occitaniæ, juxta ſtagnum Magalonenſe, qui ab eo etiam dicitur ſtagnum Lataræ, *l'Eſtang de Latte*. Vix mill. paſſ. diſtat à Monte Peſſulano in auſtrum, & quatuor tantùm ab ora ſinus Leonini.

¶ Latea, ſeu Lattha, urbs Arabiæ felicis, teſte Ptolemæo.

Lateranum, *S. Giovanni Laterano*, templum in urbe Roma, cum ædibus Pontificiis in Cœlio monte, apud portam Latinam; cujus templi Pontifex Romanus, cùm ſit totius orbis terræ Epiſcopus, ſe Epiſcopum inſcribit. De quo Prudentius contra Symmacum libro 2. *Cap.* *Iouue*

Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ædes.

¶ Lateranum, *ſaint Iean de Latran* Gallis, Baſilica eſt urbis Romæ primaria, in cujus rei fidem ſcriptum eſt in ipſius porticu in marmore antiquo:

Dogmate Papali datur ſimul & Imperiali
Vt ſim cunctarum mater capùtque Eccleſiarum.

Nuper reſtaurata fuit magnificentiùs ab Innocentio X. Pontifice Maximo. Palatium autem Lateranum ei adjacet, & de novo exſtructum fuit à Sixto V. Summo Pontifice. Eſt autem in monte Cœlio & juxta portam Cœlimontanam. Ibi habita ſunt quinque Concilia generalia ſeu Oecumenica, primum nempè ſub Calliſto ſecundo anno 1123. ſecundum ſub Innocentio ſecundo anno 1139. tertium ſub Alexandro tertio anno 1179. quartum ſub Innocentio tertio anno 1215. & quintum ſub Leone decimo ab anno 1513. uſque ad annum 1517.

¶ Latiniacum, *Lagny*, oppidum amplum Galliæ, ad Matronam fluvium, in Bria provincia, 6. leucis ſupra Lutetiam in ortum, & 4. à Meldis in occaſum diſtans. *Cit.*

Latium, *Campagna di Roma*, regio Italiæ notiſſima, inter Hetruriam ad occaſum & Campaniam ad ortum, Sabinis & Samnitibus ad Boream confinis, à latendo dicta, quòd ibi Saturnus latitarit: quamvis nomen Latii magis pateat; nam Marſi, Volſci, cum aliis populis; in Latio continentur, non in Campania Romæ, Latium autem apud veteres geminum eſt, vetus, & novum: illud non ultra Tarracinam extendebatur; hoc uſque ad Minturnas urbem exciſam ad Liris oſtia perdurabat; Nunc ad regnum Neapolitanum ſpectat, quicquid inter Tarracinam & Lirim jacet. Populi Latini. Hinc Latius & Latinus nomen gentis. Virgilius lib. 1. Æneidos: *Plin.* *Stra.* *& a*

Tendimus in Latium, ſedes ubi fata quietas
Oſtendunt.

Idem libro 7.

Nurſia & Hortina claſſes, populique Latini.

¶ Latii populi erant Latini, Rutuli, Volſci, Aurunci, Hernici, & Æqui, teſte Brietio, non autem Marſi.

(*Latii urbes præcipuæ*:

Alatrium, Alatri.
Anagnia, Anagni.
Aquinum, Aquino.
Caieta, Gaeta.
Ferentinum, Ferentino.
Fundi, Fondi.
Præneſte, Paleſtrina.
Privernum, Piperno.
Roma, Roma.
Setia, Sezze.
Signia, Segni.
Sora, Sora.
Terracina, Terracina.
Tibur, Tivoli.
Tuſculum, Fraſcati.
Velitræ, Velletri.
Verulæ, Veruli.)

¶ Latmicus ſinus, pars maris Ægæi, in ora Aſiæ minoris et Cariæ, ſic dictus à Latmo monte, propè Miletum.

Latmus, mons Cariæ, in Ioniæ confinio, apud Mæandri fluminis oſtia, & Miletum urbem, juxta quem Heraclea urbs inter Mæandrum & Miletum ſita eſt, nunc *Mente di Palatia*. Hinc Latmius nomen gentis. De quo Statius libro 3. ſylvæ carminum 4. *Stab.* *Plin.* *Mel.* *Ptol.*

-Cedat tibi Latmius ultro,
Sangariuſque puer.

Fabula Endymionis à Luna adamati celebris. Alii apud Ovidium libro 3. de arte amandi Lamius legunt. Vide ibi. (Lamus Ptolemæo eſt. Straboni Latmus fluvius & pagus nomen.)

Latobrici, ſeu Latobrigi, populi Galliæ Belgicæ, inter Allobroges & Helvetios, juxta Lemànum lacum, in ora Boreali, quorum urbs Lauſonium, *Loſanne*, cum oppid. adjacentibus, teſte Marliano. Sed Scudo horum regio *ClecKgovv*, Hegoja Latino recenti, in Svevia, inter Baſileenſes & Scaphuſios: quod magis probatur; nam ex Cæſare erant finitimi Rauracis & Tulingis.

¶ Latobrigi populi fuere Germaniæ trans Rhenum fluvium, teſte Sanſone, in eo tractu ubi nunc Briſigavia provincia, inter Rhenum ad occaſum, & Sylvam nigram ad ortum, & propè Clegoviam regiunculam, quamquam Brietius eos ponat in Valeſia regione, ad fontes Rhodani fluvii.

Latomiæ, *le Tagliate*, teſte Aretio, locus Siciliæ, apud Syracuſas, ubi lapidicinæ. Sunt etiam Latomiæ in Latio, in agro Gabiorum, teſte Strabone, inter Romam & Præneſte.

Latone, *Derote*, teſte Zeiglero, urbs Ægypti, ad Nilum fluvium, intra Deltam, hac tempeſtate clara, ſed abſque mœnibus. (Λητῶς πολις in Græco codice, id eſt, Latonæ civitas.)

Latopolis, Latorum urbs Straboni, Latopolites nomus Plinio, urbs Ægypti, intra Deltam, Latonæ proxima. (In Ægypto ſuperiori ponunt Ptolomæus & Strabo, proximam Apollinis civitati magnæ.)

Latovici, Latobici Ptolemæo, Prætorium Latovicorum Antonino. Vide ibi.

Latris, *Friſch Narung*, teſte Ortelio, inſula Germaniæ, ante oſtia Viſtulæ & Dantiſcum urbem.

¶ Latris inſula, teſte Cluvério, eſt Oſilia, *Oeſel*, inſula maris Baltici, versùs Livoniam & ſinum Rigenſem, aliàs ſub dominio Regis Daniæ, nunc autem in poteſtate Svecorum, pace ad Bronsbroam ſancita anno 1645 quamquam Ortelius credat eſſe in Pruſſia.

Latronum inſulæ, *ilhas de los Ladrones* Luſitanis, *isles des Larrons* Gallis, inſulæ ſunt plurimæ in Oceano Eoo, à ſeptentrione in meridiem extenſæ, inter Mare Pacificum ad ortum & Oceanum Orientalem ſeu Sinicum ad occaſum; dicunturque aliter *ilhas de las Velas*. Earum præcipuæ ſunt Anglica, *l' Angloiſe*, Artomagana, *Artomagan* ſeu *Oramagan*, Bidima, *de Bidima* ſeu *de Saavedra*, Botaba, *Botaba*, Chemochoa, *Chemochoa*, Chereguana, *Chereguan*, Deſerta, *la Deſerte*, Gregua, *Gregua*, Guagana, *Guag*, Mana, *Manao*, Nautarum, *des Matelots*, Pagana, *Pagan*, ſeu *Agan*, Rupium, *dos Arecifes*, Sepania, *Sepan*, Vilania, *Vilan*, ſeu *Pulo Vilan*, & Volia, *Volia*. Vide inſulæ Latronum.

Laturus ſinus, *Golfo di Eſtora*, teſte Marmolio. Vide Numidicus; eſt namque idem.

Latymnus, mons magnæ Græciæ, apud Crotonem urbem, *Monte di Cotrone*.

¶ Lavallium, *Laval*, urbs Galliæ, in Cenomanenſi provincia, ad Meduanam fluvium, in ditione Ducis Tremolliæ. 15. leucis diſtat ab Andegavo in Boream, & totidem à Cenomano in occaſum.

¶ Lavania, *Lavagna*, oppidum Italiæ, in ora orientali Liguriæ, ad mare Mediterraneum, unde Comites è familia Fliſca, ex qua aliquot Summi Pontifices. Ab aliis Lebonia dicitur. Vide ibi.

¶ Lavanmunda, ſeu Lavanti oſtium, *Lavanmynd*, urbs Germaniæ, in Carinthia inferiori, ad Lavantum fluvium, ubi in Dravum ſe exonerat. Vix duobus milliaribus Germanicis diſtat ab oppido S. Andreæ in auſtrum. Dicitur Lavantum à quibuſdam; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, qui etiam Epiſcopatum confert dum vacat.

Lavantum, *S. Andres*, urbs epiſcopalis Norici, ad fluvium cognominem. Vide Solva.

Lavare, *Aveiro*, teſte Floriano, oppidum Luſitaniæ, in ora, ad oſtia Vaccæ fluvii, à Portu urbe 9. leucis in auſtrum, Conimbricam versùs 10. Ducatus titulo decorum. Sed hoc Talabrica videtur Vaſconcello.

¶ Lavare, ſeu Lavara, *Aveiro*, oppidum amplum Portugalliæ, versùs oſtia Vagi fluvii, & propè ſinum parvum. Una tantùm leuca diſtat ab ora Oceani Occidentalis, & 2. à Talabrica in occaſum.

Lavatris, *Stanemore* * Camdeno, oppidum Britanniæ, in Anglia, inter Eboracum & Luguvallum, à Caturractonio 16. mill. paſſ. versùs Vallum, teſte Antonino. Aliis eſt *Bouves* pagus vicinus. (* Camdeno eſt *Bouves*, viculus ad initium *Stanemore* regionis montanæ agri Eboracenſis.)

Laubacus, qui & Lavica, Labola, & Lanus, *Lanvvers*, teſte Hieronymo Verrutio, fluvius Friſiæ occiduæ, apud oſtium Rheni orientale, inter Coreſandam & Monicogam inſulas mari abſorptas influens. *Script. Friſ.*

¶ Laubacus, ſeu, & meliùs, Lavica, amnis eſt parvus Friſiæ Occidentalis, in Belgio, eam ſeparans à dominio Groningenſi, & paulò poſt in Oceanum ſe exonerans è regione Monicogæ inſulæ.

Laubium, cœnobium quondam celebre, ad Sabim fluvium, in Hannoniæ & Leodienſis ditionis confinio, Diœceſis Cameracenſis, cujus Abbates erant Epiſcopi. *Script. Belg.*

Lauda, urbs Franconiæ, *Lauden*, inter Milteburgum 2. & Marghethum 3. leucis ex libro 6. Itinerarii:

Lotichius Lauda ducit in urbe moras.

¶ Lauda urbs eſt parva Germaniæ, in Franconia, ad Tubarum fluvium, 5. leucis à Miltenberga in auſtrum, in ditione Epiſcopi Herbipolitani.

¶ Laudia, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte Ptolemæo.

Laudiacum, pagus ſeu oppidum in finibus Turonum, inde 6. mill. paſſ. diſtans. Fortè *Lodun* hodiè, oppidum præclarum. *Turon.*

¶ Laudiacum, oppidum Turonum, quid ſit non conſtat. Certè non eſt *Loudun*, oppidum amplum, quod inde diſtat 14. leucis; eſtque in Pictavenſi provincia.

¶ Laudoana, quæ & Lothiana, *Lothiane*, quæ etiam *Lauden* quibuſdam, provincia Scotiæ meridionalis, cujus primaria Edimburgum, totius regni caput, juxta Bodetriam ſeu Fortheæ æſtuarium ad Boream. Ad ortum habet mare Germanicum, ad occaſum Sterlinenſem Comitatum, ad meridiem autem Tuvediam, Teviotiam, & Marchiam. Extenditur autem ab ortu in occaſum ad 34. milliaria Scotica; & ejus urbes ſunt Edimburgum, Scotiæ caput, Litha, Dunbarum, & Dalketa. Vide Lothiana.

Laudum, poſterioribus urbs Inſubriæ, quæ veteribus Laus Pompeja. Vide ibi.

Laudunum, Launa, ut videtur aliquibus, Antonino *Laon*, urbs Galliæ Belgicæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, inde 10. leucis, versùs Veromanduos 9. in Boream, urbs Picardiæ, in monte, probè munita, inter Noviomum ad occaſum & Vervinum ad ortum 9. leucis, quot à Sueſſione, à Pariſiis 30. in Cæciam. Hujus Epiſcopus Comes eſt, & unus ex 12. Galliæ Proceribus, & ſupremis Judicibus. *Script. Gall.*

¶ Laudunum, quæ & Laudunum Clavatum quibuſdam, urbs eſt ampla & munita Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in confinio Picardiæ provinciæ. 7. leucis diſtat à Sueſſione in Eurum, & 9. à Vervino oppido in Circium, uti à Guiſia in auſtrum. Ejus epiſcopus eſt Dux, & unus ex duodecim antiquis Paribus Franciæ. Ab ea regiuncula adjacens dicitur *le Laonnois* Laudunenſis ager.

¶ Lavellum, *Laviello*, urbs parva regni Neapolitani, in provincia Baſilicata. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Barenſi. Dicitur etiam Labellum à quibuſdam; eſtque propè Aufidum fluvium, 6. milliaribus à Venuſia in Boream, in confinio Capitaniatæ.

¶ Lauffemburgum, *Lauffemburg*, oppidum Germaniæ ad Rhenum fluvium, in rupe, & unum ex quatuor Sylvæ nigræ dictis, ſatis munitum, ſub dominio, Auſtriacorum, medium ferè inter Scaphuſiam ad ortum, & Baſileam ad occaſum, 5. milliaribus Germanicis utrinque. Pluries captum hiſce poſterioribus annis à Gallis & Svecis; ſed poſteà redditum fuit pace Monaſterienſi.

Laugaſa, Armeniæ minoris oppidum, in Lavinianenſi Præfectura, teſte Ptolemæo. Lauſtaſa pro eo habent interpretes.

Laviacum, *Lauffen*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Salisburgenſi ditione, à Salisburgo 3. leucis Braunodunum versùs; ſeu *Kogel*, arx proxima. *Ant.*

Lavici, Lavicum, & Lavicana via. Vide Labici. *Script.*

Lavinga, *Laugingen*, urbs Sveviæ, ad Danubium, Ducis Neoburgenſis, clara, inter Verdam & Dilingam. De qua libro 5. Itinerarii: *Germ.*

Principis urbe Palatini florente Lavinga.

¶ Lavinga, *Laugingen*, ſeu *Lavvingen*, oppidum Germaniæ, in Svevia, ſub dominio Ducis Neoburgenſis, vix

una

una leuca Germanica ſupra Dilingam in occaſum, & medium ferè inter Ulmam ad occaſum & Vertam ſeu Donavertam ad ortum 5. leucis.

Strab. App. Liv. & al. Lavinium, priùs Lavinum, teſte Servio, *Città Lavinia* etiam hodie, urbs olim Latii, (nunc verò oppidulum) inter Oſtiam & Velitras ad 20. mill. paſſ. quot ab urbe Roma, apud Ardeam, proxima littori, ad 3. mill. diſtans, quæ & Laurentum dicta eſt; ab Ænea anno poſt Trojæ excidium 41. condita. Strabo illam à Laurento diſtinguit, una cum Livio. Populi Lavinii. Hinc Lavinius nomen gentis. Virgilius libro 4. Æneidos:

Nec prolem Auſoniam, & Lavinia proſpicit arva.

Lavinius quoque apud Virgilium in eadem ſignificatione, ut libro 1. Æneidos:

- Lavinaque venit
Littera.

¶ Lavinium, *Città Lavinia*, urbecula eſt Campaniæ Romanæ, 5. milliaribus à Velitris Oſtiam versùs, & 9. circiter ab ora maris Tyrrheni, uti & 18. à Roma in occaſum. Differt à Laurentio, & hodie eſt ſub dominio utili Ducis Cæſarini: ſed à paucis inhabitatus. Sunt etiam qui credant Lavinium fuiſſe ubi nunc *Patrica*, caſtrum versùs oram, & Lanuvium ubi nunc *Città Lavinia*. Exiſtimat tamen Lucas Hoſtenius Lavinium oppidum Latii fuiſſe in eo colle, qui nunc *Monte di Levano* dicitur, 1500. paſſ. ſupra Patricam, ubi S. Petronillæ fanum, quod haud dubiè Annæ Perennæ templum fuit.

Ant. Amm. P. Di. Laumellum, *Lumello*, oppidum Inſubriæ olim præclarum, (à quo regio Laumellina, *Lumellina*) agri Papienſis, à Ticino ſeu Papia urbe 20. mill. paſſ. Caſale & Vercellas versùs. (*Nunc eſt pagus ſatis tenuis.*)

Plin. Ptol. Laurentes, populi, & Laurentum, urbs fuit Latii, Lavinio proxima, ab Oſtia 16. mill. paſſ. diſtans. Hinc via Laurentina apud Plinium & Valerium Maximum, Laurentinæ paludes Paterculo, Laurentia palus. Virgilius libro 10. Æneidos:

Defendit, multoſque palus Laurentia, ſylva.

Idem alibi.

Occupat ignavum Laurens, urbemque Latini,

¶ Laurentum urbecula fuit Latii, versùs oram maris Tyrrheni, cujus vix nunc apparent veſtigia. Credunt tamen fuiſſe ubi nunc locus dictus *S. Lorenzo*, medio itinere inter Oſtiam & Antium, cum 6. mill. paſſ. exactè abeſt à Lavinio, & quod certiſſimum eſt argumentum, via Laurentina huc defert, & in maritimam illam ſeu littoralem incidit, teſte Luca Holſtenio.

Plin. Laurentinum, villa Plinii ſecundi apud Laurentum, ab urbe Roma 17. mill. paſſ.

Lauretum, *Loreto*, urbs Piceni recens epiſcopalis, inter Recinetum & oram maris ad 3. mill. paſſ. ab Ancona 15. in meridiem, ubi templum auguſtiſſimum, in quo ædicula Deiparæ Mariæ Virginis, ad quod viſendum ex tota Europa peregrini quotidie confluunt.

Ant. Lib. Not. Lauriacum, *Lorck*, urbs olim Norici archiepiſcopalis & metropolis, ad Danubium, in Auſtria, nunc cœnobium, apud Aniſum urbem & fluvium, à Lentia urbe 3. leucis in ortum Viennam versùs, cujus ſedes Salisburgum, inde 20. leuc. tranſlata eſt.

¶ Lauriacum, *Lorch*, vicus eſt Auſtriæ ſuperioris, ad Danubium fluvium, è regione oppidi *Mathauſen* dicti, 3. milliaribus Germanicis infra Lentiam, & uno tantùm ab Aniſo, 22. autem milliaribus etiam Germanicis ſupra Viennam in occaſum, Paſſavium versùs 10.

Laurios Atticæ regiuncula eſt, aureis venis ſcatens, & quia in numiſmatibus noctuarum figura inſculpi ſolebat, in proverbio fuere *Noctuæ Lauriotica*, ut apud Ariſtophanem, in avibus, ad vim pecuniarum ingentem ſignificandam.

Herod. Thucy. Laurium, mons Atticæ, inter Piræum portum & Sunium promontorium, in quo Athenienſium argentifodinæ erant, teſte Thucydide.

Front. Pluta. Lauro, Lauron, & Laurona Floro, *Laurigi*, oppidum olim, nunc pagus (teſte Joanne Mariana) Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ, inde 5. leuc. apud Leriam oppidum. Ibi Sextus Pompejus à Cæſarianis victus & cæſus eſt.

Strab. Plin. Laus, oppidum & fluvius Brutiorum, in Calabria citeriori, in Lucaniæ confinio, *Laino*, teſte Nigro, Collenutio, *Sapri*, inter Polycaſtrum urbem Lucaniæ ad occaſum, & Scaleam, oppidum Calabriæ, in mare exiens, utrinque 10. mill. paſſ. cujus aquæ nunquam turbari feruntur. Abeſt à Melphi fluvio Lucaniæ 30. mill.

¶ Laus, fluvius *Laino* dictus, ſicuti Laum oppidum ad ejus oſtia, eſt in Calabria citeriori, in ora maris Tyrrheni, propè Scaleam oppidum, & 18. ferè milliaribus à Policaſtro in auſtrum diſtat.

Laus alterum, ut videtur Brutiorum oppidum, Talaus Straboni, *Scalea*, teſte Barrio, ad fluvium Talaum, ita ut duo oppida ejuſdem nominis ſint apud Barrium, unum *Laino*, in confinio Lucaniæ, alterum *Scalea*, in ora Calabriæ. Herod.

Laus Pompeja, *Lodi*, colonia, & urbs Inſubriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, ad Adduam fluvium, media inter Mediolanum ad occaſum & Placentiam in Eurum 20. mill. paſſ. quot à Ticino, Brixiam versùs 40. cujus ager fertiliſſimus, caſeo, butyro, & Carnibus abundans, a Boiis Gallis, teſte Plinio, condita, & Pompeja, colonia eò à Pompejo deducta, cognominata: vetus tamen Laus jacet, à Mediolanenſibus everſa, à nova 5. mill. paſſ. diſtans, *Lodi vecchio* dicta, Ticinum versùs, nunc pagus frequens probeque habitatus, ubi plurima antiquitatis veſtigia. Plin.

Lauſonium, *Loſanne*, urbs Galliæ Belgicæ, in finibus Equeſtrium, ad oram Borealem lacus Lemani, qui propterea etiam *Lago di Loſanna* nominatur, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Veſuntino, inter Genevam urbem & Ebredunum oppidum Helvetiorum 10. leucis, à Salodoro urbe Helvetica 17. propior Bernæ, & Friburgo ſupra 12. Anto

¶ Lauſonium, ſeu Lauſanna, urbs Galliæ Lugdunenſis, nunc *Lauſanne* dicitur, in Helvetiis, ſub pago Bernenſi, & in Romana ditione, vulgò *le pais de Vaux*. Tota eſt reformata, ideò ſedes epiſcopalis Friburgum tranſlata eſt, à quo diſtat 11. leucis in meridiem, uti 8. ab Ebreduno, & 10. à Geneva in ortum.

¶ Lavvenburgum, *Lavvenburg*, oppidum Germaniæ, in Saxonia inferiori, ab Albim fluvium, ſub dominio proprii Ducis è Saxonica familia antiqua. 7. leucis diſtat ab Hamburgo in ortum, & 5. à Lubeca in auſtrum, cum caſtro munito, in confinio Ducatus Luneburgenſis.

¶ Lauvenburgum, *Louvvenborca*, oppidum Germaniæ, in Pomerania, ad amnem *Lobo*, in ditione Electoris Brandeburgici, & anteà ſub clientela Regis Poloniæ. 8. leucis diſtat à Gedano in occaſum, 2. à limite Pruſiæ provinciæ, & 3. ab ora maris Baltici in auſtrum.

¶ Lauzadus, Ciliciæ urbs, in Aſia minori, teſte Porphyrogenneta. Herod.

Laxii, ſive Lazii, ut alius codex habet, populi Sarmatiæ Europææ, oram paludis Mœoticæ incolentes. Ptol

Laxta, *Hita*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, teſte Moletio, in Celtiberis, & regno Caſtellæ novæ, Valeriæ & Segobrigæ finitimum: ſed ſitus apud Ptolemæum non congruit.

¶ Laxta aliis eſt vicus Caſtellæ novæ, *Tragazete* dictus, in confinio Aragoniæ, ad fontes Sucronis fluvii, 6. leucis à Lobeto in occaſum diſtans.

¶ Lea, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum Plinio, eidem quoque inſula circa Ægæum mare.

¶ Lea, Africæ propriæ urbs Ptolemæo.

¶ Leandis, Armeniæ minoris urbs, in Cataonia regione teſte Ptolemæo.

¶ Leænæ montes, *Sierra Liona*, mons Africæ, in ora Nigritiæ regionis. Vide Leonum mons. Ptol.

Leanitæ, populi Arabiæ felicis, ad ſinum Arabicum, qui ibi Leanitis appellatur. Sic habet Ortelius, ſed errat: nam Leanitis ſinus in Perſico ſinu eſt, non in Arabico; ibique Leanitæ populi, in ora incolentes, quorum regio *Elcatif* hodie nominatur, teſte Caſtaldo.

¶ Leaotumum, *Leaotum*, provincia regni Sinarum, in parte Boreali, versùs Tartariam & regnum Coreæ, propè intimum receſſum ſinus Nanchinenſis. Hanc provinciam primò occuparunt Tartari, quibus etiamnum ſubeſt cum toto Sinarum regno ab anno 1630. circiter.

Lebadea, (non Lebadia, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Badia* nunc, teſte Zardo, oppidum Bœotiæ, apud Cephiſum fluvium, Chæronææ & Orchomeno finitimum: in cujus agro talpæ nullæ, teſte Plinio, reperiuntur. De quo Statius libro 7. Thebaid. Pau Plin Ptol

Et valles Lebadea tuas, & Hyampolin acri
Subnixam ſcopulo. Poly

Lebecii, populi Galliæ Ciſalpinæ, in agro Novarienſi: quorum oppidum Forum Lebeciorum, *Borgo Lavezzaro*, à Novaria urbe 5. mill. paſſ. Mortariam versùs. Vide Lebui.

Lebedus, *Lebeditzi-Chiſar*, teſte Leunclavio, urbs Jo- Stra

Joniæ maritima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, inter Teon ad Boream & Colophonem ad auſtrum, inde 120. ſtadiis recedens. Ibi ludi quotannis in honorem Bacchi celebrabantur. Lesbos dicta Ptolemæo, inter Teon & Colophonem 120. ſtadiis. Horatius libro 1. epiſtola 11.

Scis Lebedus quam ſit Gablis deſertior, atque
Fidenis.

¶ Lebedus, urbs Aſiæ minoris, in Jonia, & in ora ſinus Jonici. Diſtat 25. milliaribus à Teo in ortum, 15. à Smirna in meridiem, & 25. à Colophonte in Boream.

Lebena, *Lebina*, oppidum olim, nunc pagus ſeu vicus Cretæ, in ora auſtrali, inter Leonem promontorium & oſtium Catarracti fluvii. Ibi templum erat Lebenæum, Æſculapio ſacrum, circa Phæſtum, quò ex Aſia & Africa confluebant, teſte Philoſtrato.

Lebinthos, *Levita*, inſula maris Ægæi, Pathmovicina & Lero; Lebynthos Ovidio libro 2. de arte amandi:

Dextra Lebynthus *erat ſylviſque umbroſa Calydne.*

Lebonia, *Lavagna*, oppidum cum fluvio cognomine oræ Liguſticæ, Entella Ptolemæo, inter Clavarum ad occaſum & Segeſtam ad ortum, oppida clariora, 4. mill. paſſ. diſtans.

¶ Lebretum, ſeu Albretum quibuſdam, *Albret*, oppidulum Galliæ, in Aquitania, & in Vaſconia, in medio nemoris cognominis, Ducatus titulo inſignitum ab Henrico II. Rege Galliæ. Hinc orta familia Lebretenſis, ex qua fuere Reges Navarræ. Diſtat 10. leucis à Burdegala in auſtrum, & 8. à Vaſate in occaſum.

¶ Lebriemelus, fons Liguriæ, circa Genuam, teſtis antiqua ænea tabula, quæ ibidem proſtat.

Lebui, populi Italiæ, quos Livius in Cenomanis inter Brixiam & Veronam deſcribit; ex quo error Gaudentii Merulæ patet, eos eoſdem cum Lebeciis Polybii facientis.

Lebuſſa, *Lebuſſ*, urbs Germaniæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, in Marchia Brandeburgenſi, Francofurto ad Oderam proxima, inde 12. leucis in Boream.

Lebynthos, inſula maris Ægæi. Vide Lerinthus.

¶ Lecca, ſeu & Leccus, *le Leck*, fluvius Belgii, in Hollandia; ſeu potiùs ramus Rheni, à quo ſeparatur propè Duroſtatum, in Trajectenſi ditione; deinde ad occaſum tendens in parte meridionali Hollandiæ, paulò infrà Roterodamum Moſæ fluvio miſcetur.

Lechæum, oppidum & navale Corinthiorum, ad ſinum Saronicum, Cenchreis alteri navali & oppido ad ſinum Corinthiacum adverſum, à Corintho 12. ſtadiis, à Cenchreis 70. in ortum diſtans, *Leſteiocori*, teſte Moletio. Cujus meminit Propertius libro 3. elegia 19.

Deinde per Jonium vectus cùm feſſa Lechæo
Sedarit placida vela phaſelus aqua.

¶ Lechæum navale eſt Corinthiorum in Peloponneſo, in Iſthmo, ad Corinthiacum ſinum, vix 46. ſtadiis à Cenchreis in occaſum. Cenchreæ autem navale eſt in ſinu Saronico, ad ortum Corinthi.

Lectum, *Scorpiata*, Sophiano, promontorium Troadis, in quod Ida mons deſinit, quod ab Ariſtotele Idæ promontorium appellatur, inter Troadem urbem ad Boream & Aſſum promontorium & urbem ad meridiem.

¶ Lecythus Chalcidenſium Eubœæ urbs, in Græcia, teſte Thucydide.

Ledrenſis urbs, quæ & Leutheon, *Nicoſia* Sophiano & aliis, urbs Archiepiſcopalis et metropolis Cypri inſulæ, in ora Boreali, quæ Leucotheon et Leucoſia Græcis dicitur.

Ledum, Ledus Sidonio, *le Lez*, fluvius Galliæ Narbonenſis, juxta Montem Peſulanum decurrens ex agro Gabalitano, et in ſtagna Volcarum influens.

¶ Ledus, amnis Occitaniæ, oritur 3. leucis ſupra Montem Peſſulanum; deinde ipſam urbem rigans, paulò infrà ad Lataram Caſtrum in ſtagnum Volcarum ſeu Magalonæ ſe exonerat; ſed longè ab agro Gabalitano decurrit.

Legæ, Leges Plutarcho, populi Aſiæ, in Albania, ad Caucaſum montem, juxta Caſpium mare incolentes.

Legia, *Leye* Flandris, *le Lis* Gallis, fluvius Belgii, ex Arteſia per Flandriam fluens, Gandavum urbem intermeans, indèque in Scaldim delabens. Legia quoque urbs præclara Eburonum, *Liege*. Vide Leodium.

¶ Legia fluvius oritur in Arteſiæ Comitatu, juxta caſtrum *Lisbourg* dictum, deinde Terruanam urbem excisam rigat, atque Ariam, et Fanum S. Venantii in Arteſia; hinc per Comitatum Flandriæ fluens, Minariacum, Armentariam, Meninum, Cortracum urbes rigat, & aliquot leucis poſteà juxta Gandavum in Scaldim fluvium ſe exonerat.

Legio oppidum erat Palæſtinæ, inter Samariam & Ptolemaidem, à Betbacad vico Samariæ 15. ab Aibelis 9. à Nazaret 15. mill. paſſ. in occaſum. *D. Hieron.*

Legio Athenienſis, *Thienen*, oppidum Belgii, in Brabantia, quod & *Tilemont*, medium inter Leodium & Machliniam 7. leucis à Lovanio 3. in ortum, quot à Trudonio in Boream. *Diot.*

¶ Legionem Athenienſem primam in Germania inferiori inſtituiſſe Domitianum Imperatorem ſcribit Dionyſius. Dubitat Ortelius an hæc oppido *Ath* dicto in Hannonia nomen dederit, an potiùs *Thienen* oppido Brabantiæ, quod aliter Thiena ſeu Tilemontium dicitur, inter Trudonium ad ortum, & Lovanium ad occaſum, & 25. tantùm mill. paſſ. à Leodio in occaſum.

Legio Auxiliatrix, *Scambri*, oppidum olim Pannoniæ inferioris, ad Danubium, quod & Sicambria, nunc pagus apud Budam veterem, teſte Antonio Bonfinio. *Ant.*

Legio Germanica, quæ & ſeptima cognominata, *Leon*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, media ferè inter Valliſoletum & Ovetum, 22. leucis diſtans, à Burgis 33. in occaſum; à Pelagio I. Rege poſt captam Hiſpaniam à Mauris anno ſalutis 722. recuperata, & anno 918. regia & caput regni Legionenſis effecta; quod regno Caſtellæ anno 1230. ſub Ferdinando Rege copulatum eſt. Hæc ſub Nerva Imperatore condita traditur, quo tempore Aſturica inſtaurata. *Ptol.*

¶ Legio Germanica, *Leon*, Italis *Leone di Spagna*, urbs eſt epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, ad radices montium, juxta fontes fluvii Eſtolæ, in colle, ſatis ampla, & probè culta. Vix una aut altera leuca diſtat à limite Aſturiæ, 12. ab Oceano in auſtrum, 15. ab Oveto, 7. ab Aſturica in Eurum, & 24. ab Auca ſeu Burgis in occaſum.

¶ Legio, *Leon de Nicaragua*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & regione Nicaragua, juxta lacum Nicaraguæ, recens ab Hiſpanis extructa, vix centum milliaribus ab ora maris Pacifici diſtans.

Legio 1. Adjutrix. Vide Crumerum Aſaum. *Ant.*

Legio 1. Jovia, Vide Troſmis, ſeu Triſmis, & Novidunum. *Ant.* *Lib.*

Legio 1. Italica. Vide Novæ, & Duroſtolon. *Not.*

Legio 1. Macedonia. Vide Oeſcus. *Ant.*

Legio altera Auguſta, *Leskard*, apud Iſcam urbem Albionis. Vide Sebaſta, (& *Iſca Silurum*.) *Ptol.* *Ant.*

Legio 2. Vide Cartennæ. *Ptol.*

Legio 2. Auguſta, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis maritima. *Plin.*

Legio 2. Herculia. Vide Triſmis, & Novidunum. *Plin.*

Legio 3. Diocletiana. Vide Thebæ. *Lib.*

Legio 3. Sebaſta. Vide Lambeſe. *Not.*

Legio 4. Italica. Vide Antium. *Lib.*

Legio 5. Vide Buruncum. *Not.*

Legio 6. Vide Burginacium, & Samoſata. *Ptol.*

Legio 7. Claudiana. Vide Vienna. *Vet. Inſ.*

Legio 7. Germanica. Vide Legio Germanica. *Ant.*

Legio 8. Vide Auſana. *Ant.*

Legio 9. Vide Gelduba et Calonis. *Vet. Inſ.*

Legio 10. Germanica, in Pannonia ſuperiori, apud *Totam*, teſte Bonfinio. *Ptol.*

Legio 10. Vide Tolpia, ſeu Tolbiacum. *Ant.*

Legio 12. Vide Egorigium. *Tac.*

Legio 14. Germanica, *S. Andrea*, in Pannonia, apud Budam, inde 3. leucis in occaſum, teſte Bonfinio. *Ant.* *Ptol.* *Ant.*

Legio 14. Vide Tinurtium, et Caballinum; utrobique enim fuit. *Ant.* *Ptol.*

Legio 15. Vide Satala. *Ant.*

Legio 16. Vide Aballo. *Lib.*

Legio 18. Vide Sidoleucum, Durocottorum, & Noviomagum inter Ambianos et Sueſſiones, nam in tribus his locis fuit. *Not.* *Ant.* *Ant.*

Legio 19. Vide Agrippina. *Ant.*

Legio 20. Vide Orolaunum. *Ant.*

Legio 20. Victrix, ſeu Nicephoria. Vide Devana. *Ant.*

Legio 21. Vide Duroſtolon, Vetera, et Troja. *Ant.*

Legio 22. Vide Antiſſiodorum, Auguſtodunum, Trecaſſes, Durocatalaunum. *Ant.* *Ant.*

Legio 23. Vide Ambiani, et Deva. *Ant.*

Ant. Legio 24. Vide Pontes in Belgio.

Ant. Legio 25. Vide Tucci, Aquæ Sextiæ.

Ant. Legio 26. Vide Geſſoriacum.

Legio 28. Vide Marcomagum. (De his omnibus in ſuis locis vide Ortelii Theſaurum Geographicum.)

Vet Inſc. Legio Traiana. Vide Trajana.

Legio Victrix, *Vitry*, oppidum Campaniæ, in Gallia Belgica, inter Alprenciacum oppidum ad occaſum 12. leuc. & Barrum Ducis in ortum, Nunc Victriacum.

Vet. Trad. Legiodunum, *Legion*, pagus Inſubriæ, apud oram lacus Verbani & Beſutium, inter Angleriam & Locarnum, ab Angleria 8. mill. paſſ. à Vareſio 12. à Mediolano 42. ſic à Legionibus dictus, olim oppidum amplum & antiquum, ut antiquæ inſcriptiones (quarum una Jovi Maximo, altera Danæ, in marmore conſpicitur) & rudera latè ſparſa teſtantur. Ibi corpora Sanctorum Primi & Feliciani, eò Roma, Sergio Pontifice, (ex Breviario Mediolanenſi) translata in ſacra æde ſibi dicata ſervantur.

¶ Legionenſe regnum, *Reyno de Leon* Hiſpanis, pars Hiſpaniæ ſatis ampla ad Boream, inter Caſtellam ad ortum & Gallæciam cum Portugallia ad occaſum. Ad ſeptentrionem terminatur Aſturiis, & à meridie Extremadura provincia, quæ etiam regno Legionenſi annexa eſt; quanquam malè in quibuſdam tabulis Geographicis ſub Caſtella veteri comprehendatur; & ei etiam annexa fuit Aſturia utraque, uti aliquando Gallæcia. Legionenſe autem regnum proprium in duas quaſi partes ſcinditur Durio fluvio; ſubeſtque Regi Hiſpaniæ cum annexis. Ejus primaria urbs eſt Legio, aliàs ſedes regia poſt Ovetum.

Legionenſis regni urbes præcipuæ;

Abula, Avila.
Aſturica, Aſtorga.
Civitas Roderici, Ciudad Rodrigo.
Legio, Leon.
Methymna Campeſtris, Medina del Campo.
Palentia, Palencia.
Salmantica, Salamanca.
Sentica, Zamora.
Septimanca, Simancas.
Taurum, Toro.

Ant. Legionum urbs gemina Albionis, in Cambria, ſeu Wallia: una apud Wiſam fluvium, *Caerleon*, Landavenſi urbi finitima, altera in ora Boreali, ad oſtia Devæ fluvii, * *Cheſter*, quæ & Devana. Sed & Iſca urbs Legionum apud Antoninum dicta videtur, *Legaceſter*: Anglicè. (* quæ potiùs Angliæ adnumeratur.)

¶ Legionum urbs gemina Angliæ, una Silurum, in Cumbria ſeu wallia, dicta Legio ſecunda Auguſta, ſeu Iſca Silurum, nunc *Caerleon*, in Monumethenſi Comitatu, ad Uſam fluvium; de qua vide Iſca Silurum. Alia, dicta Legio vigeſima Victrix, eſt Deva, urbs Cornaviorum in Anglia, ad Devam fluvium, nunc *Cheſter*, Comitatus cognominis caput, extra walliam, ſed in ipſius confinio. A Ptolemæo Devana dicitur, & à Saxonibus *Legeaceſter*: urbs eſt ampla, & emporium celebre, cum portu capaci, & ad æſtuarium Devæ. Vide Ceſtria.

Legum, Siciliæ urbs, circa Lilibæum promontorium, teſte Ptolemæo.

¶ Lehalium, *Lekal*, oppidum Sveciæ, in Livonia, & in tractu *Vikkeslandia* dicto, versùs oram maris Baltici, à quo vix 6. milliaribus diſtat & 12. milliaribus Germanicis in occaſum a Revalia urbe; gaudetque caſtro ſatis munito.

Ptol. Leinum, urbs Sarmatiæ Europææ, quam Niger *Lutzko*, urbem epiſcopalem Volhiniæ, intrepetatur. Vide Luceoria.

Scrip. Germ. Leitæpons, *Pruck an der Leyte*, urbs Auſtriæ, ad Leitam fluvium, in Pannonia ſuperiore, inter Viennam & Alteinburgum, inde 4. hinc 6. leucis. Vide Lutipons in Lutis (nam & ſic ſcribitur.) De ea libro 5. Itinerari ſic:

Trans Leitam vehimur; mox grata Neapolis olim
Conſpicitur proavo, Maximiliane, tuo.

Strab. Plin. Leleges, populi Cariæ, in Aſia, qui & Cares. Vide ibi. Fuere etiam in Achaja apud Locros Epicnemidos. Virgilius libro 8.

His Lelegas, Caraſque, ſagittiferoſque Gelonos.

Hinc Lelegejus. Ovidius lib. 8. Metamorphoſeon:

Interea Minos Lelegegia littora vaſtat.

Script. Scot. Lelgovia, regio Scotiæ, nunc *Lennos* vel *Lennox*, in ora occidua, ubi Elgovæ populi, apud lacum Lomundum, inter illum & Argadiam regionem, teſte Boetho, Vide Elgovæ.

Lib Not. Lemannus, gemino *n*, (non Lemanus, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Limpne*, teſte Talboto, oppidum olim, nunc vicus cum templo Albionis, in ora Angliæ auſtralis, vel ubi Novus portus Ptolemæo, teſte Camdeno, in Cantio, vulgò *Lime*; qui & Limenus Latinè dicitur.

¶ Lemannus, ſeu Lemannis, oppidum aliàs Cantiorum, nunc vicus eſt *Lymne* dictus, in Cantio provincia Angliæ auſtralis, juxta fretum Gallicum, 14. milliaribus Anglicis à Cantuaria in auſtrum diſtans.

Caſ. Plin. &. Lemanus, *Lac de Geneve*, & *Lac de Loſanne* Gallis, *Lago di Genevra*, Italis, *Jenffer ſeé* Germanis, lacus Allobrogum, in Gallia Narbonenſi, inter illos & Equeſtres, in Sabaudia, per quem Rhodanus ex Sedunis fluit; ad cujus egreſſum Geneva urbs ſita eſt. De eo Lucanus libro 1.

Deſervere cavo tentoria fixa Lemano.

¶ Lemanus lacus, *le Lac de Geneve*, extenditur ab ortu in occaſum per 18. leucas; habetque à ſeptentrione Helvetios, & à Meridie Sabaudiam. Alluit oppida Thononium & Aquianum in Foſiniaco tractu Sabaudiæ; uti & Lauſonium, Nevidunum, Viviſcum, & Verſojum in Helvetiis, erat inter Galliam Lugdunenſem & Viennenſem.

¶ Lemgovia, *Lemgovv*, urbecula Hanzeatica Germaniæ, in Weſtphalia, ſub dominio proprii Comitis cum adjacente regiuncula; medium eſt inter Mindam ad Boream & Paderbonam ad meridiem, 5. leucis utrinque diſtans.

Plin. Stra. Ptol. &. Lemnos, quæ & Hypſipylea, à filia Thoantis, quæ in ea regnavit, dicta, *Stalimene* Sophiano & aliis, inſula maris Ægæi, inter Athon montem Macedoniæ ad Occaſum & Cherroneſum Thraciæ ad ortum, ab Atho 87. mill. paſſ. Lesbum versùs in ortum 60. à Delo 250. in Boream, ipſa circuitu 100. cum urbe epiſcopali olim, nunc archiepiſcopali ejuſdem nominis. Ibi olim Vulcanus colebatur, ibidem nutritus. Hic terra Lamnia foditur quotannis contra venena. Hinc Lemnius nomen gentis. Ovidius in epiſtola Hyſip. Iaſ.

Dos tibi Lemnos erit, terra ingenioſa colenti.

Lemniæ mulieres cùm auxilio Thoantis viros omnes graveolentia illorum offenſæ è medio ſuſtuliſſent, ut Euripides in Hecuba narrat, proverbio locum feciſſe videntur, quod eſt, *Malum Lemnium*, de malo maximo & miſerando. Vel ex eo adagium hoc natum eſt, quòd Atticæ mulieres à Pelaſgis in Lemnum inſulam adductæ, & compreſſæ, filios genuere, qui Atticis moribus educati, in Pelaſgos inſurgere cœperunt; quapropter omnes ad unum una cum matribus à Pelaſgis trucidati ſunt: unde illi ſterilitate, orbitate, peſtilentia, aliiſque calamitatibus affecti, occaſionem proverbio dedere, ut per cunctam Græciam quodvis malum grande & miſerabile *Lemnium malum* diceretur, ut auctor eſt Herodotus in Eratone. Hoc adagium etiam, *Lemnia manu*, (hoc eſt, impia & nefaria,) profertur. Lemnii populi, Lemni inſulæ proverbio dicebantur, ut Imbii. Vide ibi. Lemnus quoque pagus lacus Larii, villa Pliniana. Vide Comedia.

¶ Lemnos, nunc *Statimene*, inſula eſt Græciæ, in mari Ægæo, ſatis fertilis, & plana, in qua aliquot portus. Ejus loci præcipui ſunt Mandra, *Mandro*, in ora orientali, Cochinum, *Cochino*, olim Hepheſtias, & Caſtrum vetus, *Paleo caſtro*. Suberat antea Reipublicæ Venetæ; ſed à Mahumete ſecundo capta, remanſit poſteà ſub dominio Turcarum.

¶ Lemovicenſis provincia, *le Limoſin*, provincia Galliæ, ſub qua etiam perſæpe Marchia Lamovicenſis, *la Marche*, comprehenditur. Terminatur ab ortu Alvernia, ab occaſu Petrocoricenſi provincia & Pictavenſi, à meridie Cadurcenſi, & à ſeptentrione Bituricenſi. Sed ſi ſtrictè ſumatur, habet Marchiam ad Boream. Ejus primaria urbs Lemovicum. Ibi aliàs Lemovices populi.

Cæſ. Plin. Lemovices, Limovici Ptolemæo, populi & urbs Galliæ Aquitanicæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, caput regionis Lemovicenſis, vulgò *Lymoſin*; urbs verò *Lymoges*, inter Pictavos ad Arctos 20. & Cadurcos ad meridiem ad 30. leucas, ab Arvernis 25. in occaſum, Engoliſmam versùs 15. Lemovicum Cæſari & Hirtio.

¶ Lemovicum, *Limoges*, urbs eſt ampla Galliæ, ad Vigennam fluvium, Lemovicenſis provinciæ caput, & in-

intra colles ſita. 20. leucis diſtat ab Engoliſma in ortum, & 25. à Pictavio verſùs auſtrum.

Lemovii, populi Germaniæ, quos Curæus *Liſſlender*, hoc eſt, Livonios, interpretatur. Sed hi ſunt in Sarmatia extra Germaniam. Ortelio ſunt Meckelburgenſes, *Mecklenburger*.

¶ Lemovii poſteà Heruli dicti ſunt, Cluverio teſte; qui eos ſtatuit ubi nunc Pomerania orientalior, provincia Germaniæ, ad mare Balticum, inter Oderam fluvium ad occaſum & Pruſſiam ad ortum.

¶ Lempta, *Lempta*, deſertum amplum Africæ, in Zaara regione, cum urbe cognomine, verſùs Biledulgeridiam, inter deſertum Berdoæ ad ortum & deſertum Targæ ad occaſum.

Lemuris, L*im* vel *Lemo*, fluvius Liguriæ, ex Apennino monte juxta Octavium & Gavium oppida in Urbem fluvium agri Alexandrini influens.

Lentia, *Lintz*, urbs Norici, ad Danubium, in Auſtria, inter Ratiſponam ad occaſum & Viennam ad ortum 25. leuc. plùs minùs. Vide Aurelianum. Lincia & Lyncium à lynce etiam dicitur, ut libro 5. Itinerarii:

Urbe ſed egreſſi clarum qua nomen acuta.
Lyncis habet, laus eſt & nobilis Auſtridos ora.

¶ Lentia, L*intz*, urbs eſt Auſtriæ ſuperioris parva, ſed culta, cum ponte ad Danubium & caſtro ſplendido, ubi ſæpè peramœnus ſeceſſus Imperatoris è domo Auſtriaca. 6. leucis diſtat à Paſſavia in ortum.

Lentienſes, populi Germaniæ, in Vindelicia, qui L*intzgoevver* appellantur, teſte Ægidio Scudo.

¶ Lentium, *Lens*, oppidum Belgii, in Arteſia provincia, ſub dominio Francorum, aliàſque munitum, ſed à paucis annis ejus munitiones disjectæ fuere. Alluitur amne *Souchets* dicto; & 3. leucis diſtat ab Atrebato in Boream, 4. autem à Duaco in occaſum. Juxta illud Hiſpani victi & grandi clade affecti fuere à Gallis, Duce Condæo, anno 1648.

Lentudum, *Lutenberg*, ſive, ut alii ſcribunt, *Lutenburg*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Stiriæ & Hungariæ confinio, ad Muram fluvium, inter Bolentium ad occaſum 2. & Caniſiam ad ortum 3. leuc. ac inter Pætovionem ad meridiem & Olimacum ad Boream 5.

Lentulæ, oppidum Pannoniæ ſuperioris, inter Joviam ad occaſum & Serotam in ortum 32. mill. paſſ. ab Aquaviva 52.

Leoburgum, L*evvenburg* vel *Lavvenburg*, urbs Saxoniæ non obſcura, Ducatus titulo inſignis, Luneburgo proxima, vix 3. leucis inde diſtans, Lubecam verſùs inde 8. recedentem. De ea libro 7. Itinerarii ſic:

Inde Le*oburgum adſpicimus de parte ſiniſtra.*

¶ Leoburgum, *Lavvenburg*, urbs eſt parva Germaniæ, in Saxonia inferiori, ad Albim fluvium, cum caſtro. Subeſt dominio proprii Ducis cum regiuncula adjacente; & 10. elucis diſtat ab Hamburgo in ortum. Dicitur etiam Lavvenburgum. Vide ibi.

¶ Leoburgum, *Lavvenborg*, oppidum Germaniæ, in Pomerania ulteriori, verſùs oram maris Baltici, ſub dominio Electoris Brandeburgici; ſed feudum eſt regni Poloniæ.

¶ Leocata, *Leucate*, oppidum Galliæ, in Occitania inter ſtagnum cognom. ad occaſum & oram maris Mediterranei ad ortum, in confinio Comitatus Ruſcinonenſis. Arcem habuit permunitam, & à paucis tantùm annis dirutam. Ibi Hiſpani grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1637. Dicitur etiam Leucata. Vide ibi.

¶ Leodienſis ditio ſeu epiſcopatus, *le pais de Liege* Gallis, *Stft van Luick* Germanis, tractus Germaniæ in Belgio inſertus, verſùs Moſan fluvium, ſub dominio proprii Epiſcopi Leodienſis, & pars circuli Weſtphaliæ. Terminatur ab oriente Ducatibus Limburgico & Luxemburgico, ab occaſu Brabantia & Comitatu Namurcenſi, à ſeptentrione autem Gueldria ſuperiori. Partes quoque aliquæ Luxemburgici, Namurcenſis, & Hannonici tractuum ad eum pertinent, & in illos excurrit ejus ditio, quæ aliàs ampla, nunc autem paulò imminuta fuit ab Hiſpanis, cùm Trajectum ad Moſam, urbs Carolomontium, & aliquot alia oppida anteà fuerint ditionis Leodienſis; nunc verò ab ea avulſa, aliis ſubſunt. Ejus præcipua urbs eſt Leodium, L*iege*, ad Moſam fluvium. Sunt etiam in illo tractu Tungri, T*ongren*, Huum, *Huy*, Dianantium, *Dinant*, Fanum S. Trudonis, *S. Truyen*, Vallocuriæ, *Valcourt*, Bullionium, *Bovillon*, & alia oppida.

Leodium, ac Leodicum Lipſio, quod & Legia ex vitis Sanctorum, *Liege*, *Luyck*, & *Luttyck* Germanis, urbs Belgii, ad Moſam, in finibus Eburonum, ampla & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, inde 12. leuc. in occaſum, Lovanium verſùs totidem, proxima Tungris & Trajecto, à quo 4. leucis in meridiem, ab Aquiſgrano 6. in occaſum. Hujus urbis Epiſcopus ampliſſimam habet ditionem, 24. oppidis ſive (ut vocant) urbibus ſibi utroque jure ſubjectis. *Regi.*

¶ Leodoricium, oppidulum Græciæ, in Locrenſium regione, Pindo monti adhærens, teſte Laonico.

Leon, Leuce Acte Straboni, *Capo Mantello* Sophiano, promontorium Eubœæ inſulæ, in ora Auſtrali, contra Sunium promontorium Atticæ, inde 37. mill. paſſ. in Boream recedens. Eſt & promontorium Cretæ, in ora quoque Auſtrali, apud Metalliam urbem, *Capo Leon*. *Ptol.* *Ptol.*

Leon etiam, fluvius Phœnicis, ex Libano monte profluens, ac in mare Syrium inter Berytum & Sidonem prolabens, *Damor* incolis, teſte Moletio.

Leona, *S. Pol de Leon*, urbs Galliæ Celticæ, in ora Britanniæ minoris Boreali, epiſcopalis ſub Archieſcopo Turonenſi, à Rhedonibus 28. leucis in Boream, ſeu Circium, à Trecorio 7. in occaſum. Populi Leonices.

¶ Leona, Le*on*, & *S Paul de Leon*, ſeu etiam Le*ondoul* incolis, urbs eſt Britanniæ minoris, 10. leucis à Trecorio diſtans, 11. à Breſto in Eurum, & 33. à Rhedonibus in accaſum. Satis munita eſt, cum portu & arce, uti etiam aliquando Ducum ſedes.

¶ Leonata, Pannoniæ Saviæ urbs, teſte Antonino Auguſto.

¶ Leones, *Lyons ens Foreſt*, oppidulum Galliæ, in Normannia provincia, in fundo undique ſylvis cincto, ad amnem *l'Orleau* dictum. 4. leucis diſtat à Rothomago in ortum, Bellovacum verſus 10. & 4. à Novo Mercatu, & Gorneo.

¶ Leoneſſa, *Leoneſſa*, oppidum regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori, & in limite ditionis Pontificiæ, ad radices Apennini montis, inter Civitatem Regiam ad ortum & Caſciam ad occaſum, 10. millaribus à Rheate in Eorum diſtans. *Lib. Conc.*

Leonia & Leonium, S. *Leon*, urbs magnæ Græciæ, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberinenſi, exciſa, inter Siberenam & Crotonem. *Ptol.*

Leonica, *Oliva* Moletio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis, & regno Aragonio, in regni Valentini confinio, ſive è contra. Populi Leonicenſes Plinio. *Palatina.*

¶ Leonica oppidum fuit Edetanorum, quod quibuſdam eſt *Oliete*, aliis autem *Alcaniz*, vicus ad amnem *Guadalope*, in Aragonia ambo, & in confinio regni Valentini.

Leonena, *Borgo di S. Pietro*, pars urbis Romæ trans Tiberim, in qua Vaticanus mons & palatium Pontificum, apud baſilicam S. Petri, ſic à Leone IV. Pontifice Maximo, qui muris contra Barbarorum incurſiones eam cinxit, appellata (*Nunc vulgò* il Borgo *dicitur.*) *Lycoq.* *Cic. Plin. & al.*

¶ Leoninus ſinus, *Golfe de Lion* Gallis, *Golfo di Lione* Italis, pars maris mediterranei, in modum ſinus extenſa, inter Provinciam & Cataloniam, verſùs oram littoralem Galliæ & Occitaniæ regionis, nautis valdè formidabilis.

Leontharna, fons & vicus Bœotiæ, ad montem Heliconem.

Leontini, Leontium Ptolemæo, L*entini*, urbs Siciliæ quondam maxima, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Syracuſano, quando Syracuſæ ſub Græcis Imperatoribus metropolis erant, apud oram orientalem, à littore 5. mill. paſſ. recedens, media penè inter Catinam ad Boream & Syracuſas ad meridiem 24. mill. paſſ. antiqua Læſtrygonum ſedes, licèt Strabo à Naxiis conditam ſcribat, Gorgiæ Rhetoris clariſſima patria. Ovidius libro 4. Faſtorum:

Jamque Leontinos, *Aniſenaque flumina curſu*
Præterit.

Leontini bellicoſi quondam fuere; ſed à Phalaride victi, armiſque exuti, potationibus operam dare cepere: unde proverbium emanavit, *Leontini ſemper juxta pocula*, apud Diogenem in voluptuoſos.

¶ Leontocephale, Phrygiæ ſuperioris munitiſſimum caſtellum, Appiano in Mithridaticis, in littore maris Ægæi deſcribit Plutarchus.

Leonton, Leontopolis Straboni, Damor, oppidum Phœ-

Phœnicis in ora, ad oſtium fluvii cognominis, inter Berytum ad Boream & Sidonem ad auſtrum.

Ptol. Leontopolis, urbs altera Ægypti, quæ & Urbs Leonum, intra Deltam, Buſiridi urbi proxima. Eſt & Leontopolis libro Conciliorum urbs Bithyniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Helenopolitano.

¶ Leonum mons, *Sierra Liona* Luſitanis, *Montagne des Lions* Gallis, *Boulombel* incolis; mons eſt excelſus Africæ, in ora littorali Guineæ regionis, & inter ipſam regionemque Nigritarum in Oceanum excurrens juxta promontorium *Ledo* dictum & ſinum Franciсum. Sed per terras longè latèque extenditur inter regnum *Boulom* ad Boream & regnum *Bourè* ad auſtrum. Ei adjacet fluvius, etiam *Rio di Sierra Liona* dictus, ubi colonia Anglorum.

Prov. Rom. Leopolis, urbs gemina: una Italiæ in Umbria & Ducatu Urbinate, in monte, qui Feretranus dicitur, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, inde ad 20. mill. paſſ. in occaſum diſtans, *S. Leo* vulgò, ubi arx inexpugnabilis: altera in Sarmatia, & regno Polonico, archiepiſcopalis & Ruſſiæ metropolis, à Cracovia ad 50. leucas in ortum diſtans, ſic à Leone Imperatore conditore dicta, *Limburg* vulgò vel *Lemburg*.

¶ Leopolis ſeu Fanum S. Leonis, *S. Leo*, urbs eſt parva, ſed epiſcopalis, ditionis Pontificiæ, in Ducatu Urbini, propè Ariminum fluvium, in limite Romandiolæ, 20. mill. paſſ. ab Urbino in Cæciam, & 15. tantùm ab Arimino in Circium diſtans.

¶ Leopolis, alia urbs regni Poloniæ, *Luwow* dicta à Polonis, *Lemburg* à Germanis, *Leopoli* ab Italis. Eſt in provincia Ruſſiæ nigræ ſeu parvæ, archiepiſcopalis facta ab Urbano V. Summo Pontifice anno 1361. Eſt intra colles, ad amnem *Peltew* dictum, 15. leucis Polonicis à Premislia in ortum, & paulò minùs à monte Carpato in Boream. Urbs eſt ſatis munita, cum duplici arce, una intra mœnia, altera extra illa, in monte edito. Urbs ipſa dicitur etiam à Germanis *Ruſſe Lembourg*, & à Gallis *Leopole*; eſtque probè culta & ampla. Anno 1648. obſeſſa fuit à Chmielnicio Coſaccorum Duce.

Steph. Leoſthenium, *Soſtenion*, teſte Petro Gyllio, ſinus ad Boſporum Thracium. Alii vulgò dici ſcribunt *Sthenion*.

¶ Leoſthenium ab aliis dicitur Laoſthenes ſinus ſeu & portus ſenum; eſtque in ora littorali Thraciæ, è regione Bithyniæ, & medius inter Conſtantinopolim ad auſtrum & Pontum Euxinum ad Boream. Hodie Soſthenius ſinus dicitur, teſte Petro Gyllio.

¶ Leotunia, *Leaotung*, ſeu *Liautum*, provincia ampla Imperii Sinarum, maximè in Boream extenſa, versùs Tartariam, inter regnum *Niuche* ad ſeptentrionem & Gangem ſinum ad meridiem, uti inter regnum Coream ad ortum & Pechinam provinciam ad occaſum; primàque vaſtata fuit & occupata à Tartaris, quibus etiamnum ſubeſt cum tota Sinarum regione. In ea ſunt multæ arces munitæ & plurimæ urbes. Sed ejus præcipuæ ſunt Leaonum, *Leyaoang*, Quincheum, *Kincheu*, & Ningiva, *Nyngiven*, versùs montes.

Scrip. Friſ. Leovardia, *Leeuvvarden*, urbs Friſiæ occidentalis, poſt Groeningam caput & primaria, conventuſque ceterarum urbium, à Groeninga 7. leucis in occaſum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajectenſi, Philippo II. Rege Hiſpaniæ curante, effecta.

¶ Leovardia, *Leuvvarden*, urbs eſt Belgii uniti, ampla, munita, & elegans, Friſiæ occidentalis caput, cùm Groninga ſit provincia ſeparata; ſubeſtque dominio Hollandorum ſeu Statuum provinciarum unitarum. Diſtat à Doecomio duobus ingentibus milliaribus Germanicis in Circium, & vix uno cum dimidio ab ora Oceani Germanici.

Thuc. Lepas, *Crimiti* Fazello & Aretio, vertex rupis cujuſdam aſperæ, in agro Syracuſano.

Plin. Lepethymus, mons Lesbi inſulæ, juxta Methymnam urbem, qui Lepithymnus dicitur Antigono, & Theophraſto.

Aeth. Lepidi pons, unus ex Romæ pontibus, qui & Sublicius, & Æmilius apud P. Victorem appellatur.

Col. Lepinus, *Monte di Segni*, mons Latii, in quo Signia urbs ſita eſt, vino celebris, ab urbe Roma 30. mill. paſſ. cujus meminit Columella libro 10.

Quæ Marrucini, quæ Signia monte Lepino.

¶ Lepinus mons, jugum montium Latii valdè extenſum inter Latinam & Appiam Viam, quòd vulgò *le Montagne de Segni* dicitur, & ubi deinde altiùs conſurgit, *la Montagna di Carpineto*. Campaniam verò Romanam in duas provincias, *la Campagna* & *la Marina*, diſtinguit.

Lepontiæ Alpes, *Monte di San Bernardino*, Summis proximæ; apud ortum Rheni fluvii, apud quas Lepontii populi. *Plin.*

Lepontii, populi Rhætiæ Alpini, circa ortum Rheni fluvii, inter Inſubres & Helvetios ac Rhætos, *Rhinvvalder*, teſte Ægidio Scudo. Ubi Lepontum oppidum ſeu pagus *Lepontz*. *Pli.*

Lepontii alii, qui Viberi Plinio dicuntur, populi Alpini, inter Inſubres & Alpes Summas, circa fontes Rhodani & Ticini fluminum, quorum regio Vallis Lepontia, vulgò *Vallis Levontina*, nominatur, inter Alpes Summas & Verbanum lacum, *Levontinerthal*, Germanis, & *Eſchental* teſte eodem Scudo. Hinc Leponticus, Silius lib. 4. *Stra. Pto.*

Occidis & triſti pugnax Lepontice fato.

¶ Lepontii populi fuere Galliæ Tranſpadanæ, inter Alpes ad occaſum & Verbanum lacum ad ortum: quorum nunc tractus ad meridiem ex parte Ducatus eſt Mediolanenſis; ſed pro majori parte, ad Boream nempè, ſub dominio Helvetiorum.

¶ Lepria, inſula Aſiæ minoris, in mari Ægæo, circa Joniam, teſte Plinio.

Leprium, *Chiappa* ſeu *Chajapa* Nigro, oppidum Peloponneſi, in Elide regione, ſeu veriùs, teſte Cicerone & Plinio, in Arcadia (non in Achaja ut in Theſauro Linguæ Latinæ, geminum oppidum faciente.) Populi Leprini Ciceroni, Lepratæ Polybio, apud Alpheum fluvium, inter Piſam 7. & Elidem 15. mill. *Leprio* etiam Græcis dicitur. Sic dictum tradunt, quòd lepra ibi in Alpheo loco curaretur. *Cic. Pli. Str. &*

¶ Leprium ſeu Leprion, *Chajapa* nunc Nigro, oppidum maritimum Elidis, in ora littorali, propè Ichtum promontorium; Arcadiæ tribuitur ab eis tantùm, qui Arcadiam ad Mare promovent, ſed revera eſt Elidis, & in confinio Meſſeniæ. 30. milliaribus diſtat à Piſis in auſtrum, & ampliùs ab Elide; eſtque nunc parvi momenti.

¶ Leproſium, *Leuroux*, urbecula Galliæ, in Bituricenſi provincia, & duabus leucis à Bituricis in occaſum.

Leptis, urbs Africæ maritima, gemina: magna apud Neapolim & Tripolim exciſa, *Lepide* adhuc, teſte Joanne Leone, dicta, paulùm à littore diſtans, apud Cinyphii fluvii oſtia, & Syrtim parvam: parva, in ora ejuſdem, inter Hadrumetum ad occaſum & Rhuſpinam ad ortum, ab Hadrumeto 18. mill. & ipſa exciſa, *Lepi* nunc, licèt *Mahometa* aliis, & aliis *Africa* dicatur. Sarana à Silio lib. 3. cognominatur: *Stra. Pli. Pto.*

Tabraca tum Tyrium vulgus, Saranaque Leptis.

¶ Leptis magna, quæ & Neapolis, urbs Africæ, in Tripolitana regione & in ora Maris Mediterranei, nunc *Lebeda* dicta. Gaudet portu commodo et arce munita; eſtque inter Syrtim majorem et Syrtim minorem, in regno Tripolitano. Diſtat 100. milliaribus à Tripoli in ortum; et quibuſdam *Lepeda* dicitur.

¶ Leptis parva ſeu Lepte minus, urbs aliàs Africæ, in Byzacena regione, nunc *Lempta* Arabo Nubienſi, et *Monaſtero* Europæis, oppidum eſt regni Tunetani, in ora littorali, inter Suſam et Adrumentum.

Leria, quæ et Hedeta, *Liria*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ, teſte Morali cum aliis, à Valentia 5. leuc. poſt Saguntum, (à quo 2. leucis abeſt) anteque Herculis Libyci adventum in Hiſpania ædificata; olim Hedetanorum caput, teſte Beuthero. Leria quoque Straboni inſula Maris Ægæi. Vide Leros. *Lerii mali*, ut auctor eſt Strabo libro 10. prædicantur, et in adagio ſunt, cùm gentem improbam ſignificare volumus; veluti cùm *Chius malus* dicimus: ſunt autem populi Leri inſulæ. *Ptol.*

¶ Leria, quæ et Edeta, urbs aliàs Edetanorum, *Liria*; in regno Valentino. Ad Turiam fluvium ſedet. 4. leucis diſtat à Sagunto in occaſum, et 5. ab ora maris Mediterranei et ſinus Sucronenſis. Paucis conſtat incolis.

Lerina, *S. Honorato*, teſte Papyrio Maſſono, vel *S. Honorat*, inſula maris Gallici, oræ Galliæ Narbonenſis inter Antipolim et Forum Julii adjacens, (ubi Lerinenſe cœnobium præclariſſimum) Læronæ et Leroni, inſulis parvis ejuſdem oræ, proxima, ab Antipoli 11. mill. paſſ. à Foro Julii 27. diſtans. Lerinum quoque *Plin.*

que

que & Lerinus dicitur apud ſcriptores Eccleſiaſticos.

¶ Lerina, *S. Honorat* incolis, *S. Honorato* Italis, inſula eſt parva Galliæ, in ora Provinciæ, vix 2. leucis ab Antipoli in auſtrum, & 5. à Forojulio in ortum. Ipſa & Lero vulgò *les isles de S. Honorat & de Lerins* dicuntur; ſed Lero major eſt & borealior Lerina.

¶ Lerma, *Lerma*, oppidulum Hiſpaniæ, Ducali titulo inſignitum, in Caſtella veteri, ad Arlanzam amnem, 8. leucis ab Auca in auſtrum, & 12. à Pincia in ortum.

Lerna, *Lerna* adhuc dicta, palus Argiæ, in Peloponneſo, apud Argos urbem, (ubi Lernæus fons, & fluvius ex ea palude egrediens) ab Hercule, quòd noxia incolis eſſet, exſiccata; unde Poetæ Lernam monſtrum, quod Hydram vocant, ſeptem habens capita, quorum uno reſciſſo, alia 7. naſcebantur, ab Hercule interfectum fabulantur. Hinc adagium, *Lerna malorum*, de malis multis in unum congeſtis. Hinc Lernæus nomen gentis. Virgilius libro 8. Æneidos:

Lernæus turba capitum circumſtetit anguis.

Lerna item, oppidum Laconicæ mediterraneum, *Phonea* Sophiano, ſed Nigro *Petrina*, inter Lacedæmona, & Cyphantam ortum verſùs.

¶ Lerna aliis eſt oppidum Argiæ, in Peloponneſo, ad quod palus & fluvius, imò & fons Amymonius Hydræ fabulis inclitus, in intimo receſſu ſinus Argolici.

Lero, Lerone Ptolemæo, S. *Margarita* vel *S. Marguerite*, inſula Galliæ Narbonenſis, apud oram Provinciæ, Lerinæ vicina, teſte Maſſonio.

¶ Lers *l'Isle ſainte Marguerite*, inſula eſt parva Galliæ, in ora Provinciæ, Lerinæ inſulæ ferè adjacens, & ab ea tantùm tenui freto, *le Frioul*, ſeparata; eſtq; inter oram Provinciæ ad Boream & Lerinam ad auſtrum.

Leros, inſula maris Ægæi, ſive Icarii, Cariæ adjacens, quæ & Leria, teſte Strabone, proxima Pathmo, *Lero* etiam vulgò, à Delo 65. mill. paſſ. in ortum diſtans, ipſa circuitu 20. cum urbe cognomine epiſcopali ſub Archiepiſcopo Rhodienſi; aloe, quæ ibi naſcitur, clara.

¶ Lertius, *le Lers*, fluvius Galliæ Narbonenſis, in Occitania. Mirapincum rigat, deinde in Alburacim ſe exonerat, & cum ipſo in Garumnam fluvium Lertius autem amnis parvus ſeu minor, *le petit Lers*, paulò infrà Toloſam in Garumnam labitur.

Lesbos, *Metelin*, inſula maris Ægæi, ante Aſſum promontorium Troadis, ab eo 6. mill. paſſ. in occaſum diſtans, longa 70. mill. ambitu 168. media inter Chium ad meridiem & Tenedum ad Boream, à Chio 400. ſtadiis, teſte Strabone, ſic dicta à prima urbe, quæ archiepiſcopalis & metropolis eſt. Olim Hemerte, Laſia, Aegira, Pelaſga, Aethiope, & Macaria, teſte Plinio, dicta. Hinc Lesbius nomen gentis. Ovidius lib. 11. Metamorph.

Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi.

¶ Lesbos inſula eſt Aſiæ minoris, in mari Ægæo, verſùs oram Troadis & Myſiæ minoris. 12. milliaribus diſtat ab Aſſo promontorio in auſtrum. *Metelino* dicitur ab Italis ab ejus urbe primaria, Mitilene aliàs dicta, in parte orientali inſulæ. Circuitus eſt 130. milliarium circiter, teſte Thoma Porcaccio. 50. milliaribus diſtat à Chio inſula in ſeptentrionem, 80. à Lemno in auſtrum, & 150. circiter à Delo inſula in Boream. Portus habet capaciſſimos duos, *Geremia* & *Caloni* dictos. Parvit aliàs hæc inſula Reipublicæ Venetæ; ſed ei erepta fuit à Mahumete ſecundo, & ab eo tempore ſubeſt dominio Turcarum.

Lesbius, a, um, apud Horatium. Lesbia hæc inſula appellatur à Plauto in Mercatorem. A Lesbiis ortum eſt adagium apud Ariſtotelem lib. 5. Moralium, quod eſt, *Lesbia regula*, cùm ratio ad factum, non factum ad rationem, vel lex ad mores, non mores ad legem accommodantur; ſicuti Lesbiæ ædificationis plumbea regula ad lapidum figuram tranſmovetur, non contrà. Lesbii divinandi arte pollebant: quapropter apud Plutarchum hoc adagium legitur, *Lesbius Prylis*; nam Prylis Mercurii filius fuiſſe traditur divinandi peritiſſimus. Lesbii cantores celebres habiti, qui accerſiti Lacedæmonem, cives tumultuantes ſuavitate cantus ad concordiam revocabant, quos propterea cæteris cantoribus præferebant: unde ortum proverbium apud Suidam & Zenodotum, *Poſt Lesbium cantorem*, cùm aliquem non primas, ſed ſecundas tenere debere ſignificare volumus. Soli fertilitate, & vini generoſitate inter alia præſtans, nec non puellarum formoſitate.

Pars Prima.

Leſera, *Loſere* vel *Leſere*, teſte Dalechampio, mons *Sidon.* Aquitaniæ, apud Gabalos, ex quo Tarnes fluvius effluit, Cemmeni pars. De quo Sidonius in carm. 24. ſive Propemptico:

Hinc te Leſera Caucaſum Scytharum
Vincens adſpiciat, citròque Tarnis.

¶ Leſera, *Mont de Loſere*, mons eſt Galliæ & Cemeni pars, in Occitania Provincia, inter Gabalos & Arecomicos. Diſtat 6. leucis circiter ab Anderito in Africum, & 8. ab Ucetia in Cæciam.

¶ Leſina, *Leſina*, urbecula regni Neapolitani, in provincia Capitanata, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Beneventano. Juxta lacum cognominem ſedet, vix 3. mill. ab ora ſinus Veneti, & 22. mill. paſſ. à Manfredonia in Cæciam.

¶ Leſnovia, *Leſnow*, oppidum Poloniæ, in Volhinia ſuperiori. Aliquot mill. paſſ. diſtat à Bereſtecia in ortum, & 15. à Luceoria in meridiem verſùs Ruſſiam nigram. Ibi anno 1651. menſe Junio Joannes Caſimirus Poloniæ Rex Coſaccos & Tartaros maxima clade affecit, 30. mil. eorum deſideratis.

¶ Leſſina, *Leſſines*, urbecula Belgii, in Hannonia, ad Teneram fluvium, & in confinio Flandriæ, inter Athum ad auſtrum & Gerardimontium ad Boream, 5. leucis à Bruxellis in occaſum, in ipſo limite ditionis Francicæ.

Leſtrygones, populi Campaniæ, ſive Latii novi, *Plin.* qui apud Formias incolebant, & humanis carnibus veſcebantur, teſte Plinio. Hinc Leſtrigonius nomen gentis. Ovidius libro 4. de Ponto, elegia 10.

Nec tu contuleris urbes Leſtrygonis unquam.

Horatius libro 3. carminum ode 1.

Nec Leſtrygonia Bacchus in amphora.

Vide Læſtrygones, ſic enim etiam ſcribitur. Malè in extremo Italiæ locantur in Theſauro Linguæ Latinæ.

¶ Leſua, *Lewes*, oppidulum Angliæ, in Suſſexia provincia. Vix 4. milliaribus Anglicis diſtat ab ora maris Britannici; eſtque celebre ex prælio.

Leſura, *Leſer*, fluvius Galliæ Belgicæ, cum pago *Auſ.* cognomine, ad oſtium quo à Moſella excipitur, contra Veldentium oppidum per Eyffaliam regionem & Manderſchedium oppidum fluens. De eo Auſonius edyl. 10.

Prætereo exilem Leſuram, tenuemque Drachonum.

¶ Leſura amnis eſt Trevirenſis ditionis, in Germania inferiori. Manderſchedium & Witlicum oppida rigat, & paulò infrà in Moſellam fluit, 4. milliaribus Germanicis infrà Treviros.

Leta, *Leto morto*, fluvius Piceni, ex Apennino monte per Agrum Firmanum in Hadriaticum mare influens, teſte Franciſco Adamo. *Anna. Friſ.*

¶ Letanum, urbs in ora Propontidis, ab Athenienſibus condita, teſte Diodoro.

Letavia, *Lhydaw*, tractus Armoricæ, hoc eſt, Britanniæ minoris, Galliæ Celticæ regionis. *Scrip. Gall.*

* Lete, *Letta*, urbs Macedoniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, in Mygdonia, apud ſinum Thermaicum, Appolloniæ urbi propinqua, à Theſſalonica 20. mill. paſſ. *Lita* etiam vulgò dicitur. (* Λυσι habet Seldeni manuſcriptum) *Plin. Pto'. Steph.*

Lethæus, fluvius geminus: unus Lydiæ, Magneſiam urbem alluens, & ex Pactya monte erumpens, in Mæandrumque per agrum Magneſianum deſcendens, *Fiume di Mangreſia* vulgò: alter in Macedonia, Triccam urbem attingens, apud quem Æſculapium natum ferunt. Eſt & Lethæus apud Solinum fluvius Cretæ, Gortynam urbem præterfluens, ſicuti Electra Gnoſſum. Is per oram Auſtralem inter Catarractum fluvium & Inatum oppidum decurrit, & *Letor* appellatur. *Strab.*

¶ Lethæus, fluvius Cretæ, Gortynam alluens. Vulgò *Anapodari* dicitur, ut didici ex incolis illius tractus, ſeu *Naporal*, teſte Brietio.

Lethes, fluvius Hiſpaniæ geminus: unus Hiſpaniæ Tarraconenſis, (licèt Ortelius Luſitaniæ ſcribat) per ſines Bracarum fluens, qui & Limæa, vulgò *Lima*: alter Hiſpaniæ Bæticæ per Vandalitiam fluens, Zacharamq; oppidum, Arcus & Xeram urbe alluens, ac in mare apud Portum Meneſthei exiens, vulgò *Guadalete*. Fluvius etiam infernorum à Poetis fingitur. De quo Silius lib. 1. *Strab. Sil.*

Quique ſuper Gravios, lucentes volvit arenas,
Inferna populis referens oblivia Lethes.

Pro Lethes, Lethe malè in Theſauro Linguæ Latinæ legitur.

¶ Lethes, qui & Limius, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc Portugalliæ. Forum Limicorum ſeu pontem Limæ rigat, deinde oppidum *Viana de Foz de Lima* dictum, & paulò infrà in Oceanum Atlanticum ſe exonerat. 5. leucis à Bracara in occaſum.

Plin. Cap. Lethon, Lathon Straboni, Ptolemæo, Ladon Appollonio, *Milel*, teſte Marmolio, fluvius Cyrenaicæ, Berenicen urbem alluens, atq; inter ipſam & Appolloniam in mare illabens.

Scrip. Belg. Letia, *Leſche*, fluvius Belgii, per ſylvam Arduennam fluens, ac in Moſam deſinens: cujus in vita S. Mononis fit mentio.

Cic. Letini, populi Siciliæ, quorum Cicero meminit in oratione in Verrem: ubi letini mihi legendum videtur.

Ptol. Letoa, *Chriſtiana* Sophiano, inſula maris Cretici, oræ Cretæ Boreali contra Pſychium oppidum adjacens. (Videtur ex deſcriptione Ptolemæi inſula oræ Auſtralis, vulgò *Chriſtiana*; & à Laguſa inſula ad Boream, quæ & *Chriſtiana* dicitur, diverſa.)

¶ Letoa, inſula parva Cretæ, eſt in ora Auſtrali. A quibuſdam creditur *Gaidurogniſa*, è regione Hierapytnæ. Aliis autem eſt *Chriſtiana*, quæ etiam *Cuffogniſſa*, inſula cum tribus minoribus adiacentibus, vix 5. mill. ab ora meridionali, verſùs promontorium *Xacro* dictum.

Plin. Letoja, inſula maris Ionii apud Cephalenen. Vide Lotoa.

¶ Letrumenſis Comitatus, *Letrum Countie*, regiuncula Hiberniæ, in Connacia provincia, cum oppido cognomine, propè Ultoniam provinciam, à qua ſeparatur tantùm fluvio Aquanigra dicto.

¶ Letrumum, *Letrum*, oppidum Hiberniæ, Comitatus cognominis primarium, in Connacia, ad Sineum fluvium, ubi lacum *Alyne* efficit, in limite Roſſiæ Comitatus, 20. mill. paſſ. à Roſcomia in occaſum.

¶ Letteranum ſeu Letterum, *Lettere*, urbecula regni Neapolitani, in colle, in provincia Principatus citerioris, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amalphitano, inter Noceram ad ortum & Stabias ad occaſum. Vix 3. milliaribus à littore diſtat, uti & à confinio Terræ Laboris.

Liv. Val. Max. Letus mons, *Alpi di San Pelegrino*, teſte Leandro, mons Apennini, pars inter Galliam Togatam & Hetruriam, inter Rhegium Lepidi, & Lucam ad 40. mill. paſſ. diſtans.

¶ Letus mons vulgò *monte S. Pelegrino* dicitur; eſtque in ditione Reipublicæ Lucenſis, in Carferoniana. Diſtat circiter 25. mill. paſſ. à Lucca in Boream, & 35. à Mutina in auſtrum, uti & à Rhegio Lepidi; eſtque arduus & valdè difficilis.

Letuſpolis, Ægypti urbs Stephano & Ptolemæo, apud quem Letupolites Nomus quoque, Letus autem Antonino.

Cæſar. Levaci, populi Belgii, Nerviorum clientes, quorum oppidum *Leevv*, quaſi Levacum, in Brabantia, à Lovanio 4. leucis in ortum, licèt Marlianus ipſos Lovanienſes interpretetur.

¶ Levaci populi fuere Belgii, & Atrebatum pars Borealis, ubi nunc pars Comitatus Arteſiæ, verſùs Bethuniam, Baſſeam, Fanum S. Venantii, & Armentariam, teſte Sanſone; ſicque longè à Lovanio diſtabant in occaſum.

Strab. Leuca, S. *Maria di Leuca*, urbs fuit epiſcopalis Salentinorum ſub Archiepiſcopo Hydruntino, inde 19. mill. paſſ. in meridiem diſtans, apud Iapygium promontorium, à Saſone inſula Epiri 50. mill. paſſ. Sedes epiſcopalis Alexanum proximam urbem ad 8. mill. deducta eſt, teſte Galatheo. Leuca altera in libris Conciliorum urbs epiſcopalis erat Cypri. De priore Lucanus lib. 5.

Antiquuſque Taras, ſecretaque littora Leucæ.

Strab. Mel. Leuca, oppidum Ioniæ, medium inter Cumas & Clazomenas, apud Hermum fluvium.

Polyb. Ptol. Leuca Ore, id eſt, Albi montes Plinio, *Madara* & *Spachia* Bellonio & aliis, montes Cretæ in occaſum.

¶ Leuca Ore, montes Cretæ, nunc *monti di Sfachia* dicuntur ab oppido vicino cognomine; ſuntque in parte occidentali inſulæ.

Leucarum, *Loghor* Camdeno, oppidum Albionis, in Walliæ ora meridionali, inter Iſcam Dumnuniorum & Nidum 15. mill paſſ. ex Itinerario Antonini.

Ant. ¶ Leucarum, oppidum Silurum aliàs, nunc Walliæ meridionalis, in Comitatu Glamorganenſi, ad amnem etiam *Loghor* dictum ſedet, 4. milliaribus Anglicis ab ejus oſtiis in ortum, 10. ab oſtio Tobii etiam in ortum; 8. à Nido in occaſum, & 30. ab Iſca Silurum etiam in occaſum; ſed 50. ab Iſca Dumnoniorum in Boream diſtat.

Cic. Strab. Plin. & a Leucas, & Leucadia Plinio & Melæ, & Leucata Virgilio, Leucates Straboni, Neritis quoque Plinio, inſula maris Ionii, oræ Epiri occiduæ adeo vicina, ut continenti juncta videatur, (cum urbe cognomine epiſcop. ſub Archiep. Naupactenſi, quæ Neritos Straboni, Neritum Plinio) media inter Acroceraunia & Peloponneſum 87. mill. paſſ. ab Actio 30. in meridiem, cuius urbs caput erat Acarnaniæ, teſte Livio, *Santa Maura* hodie dicitur, ſedes Præfecti Turcarum: mons verò promontorium, Leucata, & Leucates, *Capo di Santa Maura* nominatur. Ovidius libro 15. Metamorphoſeon:

Leucada continuam veteres habuere coloni.

In Theſauro Linguæ Latinæ contra ſinum Ambracium locatur; cum inde in auſtrum ad 30. mill. paſſ. diſtet.

¶ Leucas, *Sainte Maure*, inſula eſt Græciæ, Acarnaniæ ferè adiacens, & ei ponte iuncta. Vrbem habet cognominem & permunitam verſùs ortum inſulæ. Erepta fuit Venetis à Mahumete ſecundo, & ab illo tempore ſubeſt dominio Turcarum.

Plin. Strab. Leucaſia, Leucoſia Straboni, *la Licoſa & Leucoſa*, inſula parva Lucaniæ, in ſinu Pæſtano, contra Poſidoniate promontorium, quod ab ea *Capo della Licoſa* nominatur. Sic à Sirene ibi ſepulta. De qua Silius libro 8.

Leucoſia à ſcopulis, nunc quem Vicentia Paſto.
Mittit.

Ea olim, teſte Plinio, Sirenum promontorio juncta erat; ibique rudera multa in mari, urbis quaſi ſubverſæ, cernuntur.

Mela. Leucata, *Locata*, *Locate*, oppidum ſeu arx firmiſſima Galliæ Narbonenſis in ora, poſt Narbonenenſem urbem contra Salſulas arcem adverſam Hiſpanorum, & proximam, ut utrinque ſonitus exaudiantur. Leucata item Virgilio, Leucates Straboni, Leucate Ciceroni & Plinio, *Capo di Santa Maura*, promontorium Epiri apud Leucadem inſulam. Virgilius libro 8. Æneidos:

Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.

¶ Leucata ſeu Leocata, *Leucate*, oppidum Galliæ, in Occitania, propè ſtagnum cognom. & Salſulas arcem nunc Gallici juris, in limite Comitatus Ruſcinonenſis. Ejus arx diruta eſt à paucis annis, & ibi Hiſpani grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1637. Vide Leocata.

¶ Leucatas, promontorium Aſiæ minoris, in Bithynia quo includitur ſinus Aſtacenus teſte Plinio.

Dio. Leuce, inſula parva Cretæ contra Cydonem urbem, ab ea parum recedens in Boream. Eſt & inſula parva Ponto, oſtio Boryſthenis fluvii objecta, cum oppido cognomine; qui & Achillea apud Melam. Vide Achillea.

¶ Leuce, inſula parva Cretæ, in ora Boreali, nunc *S. Theodoro* dicitur. Habet arcem in monte ſatis munitam & cognominem, quæ prima expugnata fuit à Turcis anno 1645. 8. milliaribus diſtat à Cydone in occaſum, & vix uno aut altero milliari ab ora Cretæ inſulæ.

Caſ. Plin. Ptol. Leuci, populi Galliæ Belgicæ, quorum urbs Tullum eſt in Auſtraſia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, a Nancæjo ſede Ducum 5. leucis in occaſum, à Viroduno 9. aut 10. in meridiem. Lucanus libro 1.

Optimus excuſſo Leucus Rhemuſque lacerto.

¶ Leuci populi fuere ubi nunc Tullenſis Diœceſis, in Lotharingia. Ibi urbs primaria Tullum, *Toul*, ad Moſellam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trevirenſi: tractus adjacens, *le Toulois* dictus, eſt ſub poteſtate Regis Franciæ.

Ptol. Strab. Leuci, montes Cretæ in ora occidua, quorum longitudo 300. ſtad. eſt, teſte Strabone, *Monte di Madara*, & *Monti di Spachia*, ab oppidis circumſtantibus, teſte Bellonio, dicti. Vide Leuca Ore.

¶ Leuci montes nunc *Monti di Sfachia* dicuntur in territorio Cydoniæ. Incolæ, *Sfachiotes* dicti, ſatis celebres effecti ſunt à paucis annis. Montes autem, *Madaura* vocati, magis ad ortum tendunt; ſuntque in territorio Sitiæ.

Thucyd. Ptol. Leucimna, *Capo Bianco* Sophiano, promontorium Corcyræ inſulæ, inter Corcyram urbem & Phalacrum promontorium.

Ptol. Leucobibia, *Locaber*, vel *Loquaber*, & Latino recenti Loquabria, regio Scotiæ occidua, contra Ebudas inſulas. Malè Ortelius citat Ptolemæum, qui Leucopibiam habet, non Leucobibiam. (Videtur apud Pto-

Ptolemæum Leucopibia eſſe nomen urbis potiùs quàm regionis. Vide ibi, & Candida caſa.

¶ Leucobibia, quæ meliùs Lucopibia, urbs Novantarum, in Scotia meridionali, nunc *withern*, dicta, ſeu Candida caſa. Eſt in Gallovidia Comitatu & in ora maris Hibernici, cum portu capaci. Sed longè diſtat a Loquabria provincia Scotiæ in auſtrum. Vide Leucopibia, & Candida Caſa.

Leucogæus collis, & Leucogæi fontes, *l'Alumera*, teſte Sanſelicio, locus Campaniæ, inter Neapolim & Puteolos. Hic alica plurima, & ſulphur, ut ſcribit Plinius lib. 18. capite 11. & 35. capite 15. Fontes prædicti firmitatem dentibus, oculis claritatem, & vulneribus ſanitatem afferunt, teſte eodem Plinio libro 31. capite 2.

Leucogæus quoque, Leuce Acte Ptolemæo, hoc eſt, Album littus, locus Marmaricæ, in ora littorali, inter Parætonium & Alexandriam, *Riva bianca* hodie, teſte Moletio.

Leucola, portus Cypri, ubi gagates lapis, teſte Plinio, reperitur.

Leucolla, promontorium Pamphyliæ, cum inſula & oppido cognomine, inter Pergen & Eurymedontis fluvii oſtia, ultra Chelidonias.

¶ Leucon, Africæ urbs circa Cyrenem, teſte Herodoto: forſan eadem quæ Leucoa Ptolemæo.

¶ Leuconum, Pannoniæ urbs, teſte Antonino.

Leucopetra, *Capo dell' Arme* Nigro & aliis, (licèt *Capo Sparrivento* Leandro & Fazello, quod tamen longè diſtat versùs Locros) promontorium Brutiorum, (non Siciliæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) ultra Rhegium urbem 12. mil. paſſ. in ortum, in Calabria ulteriore. Leucopetra etiam Polybio mons Aſiæ, qui Parthiam ſecernit ab Hyrcania. Vide Coronus, idem enim videtur.

¶ Leucopetra, promontorium Italiæ, in meridionali parte Calabriæ ulterioris Nunc *Capo dell'Armi* dicitur à multis, juxta fretum Siculum, 12. milliaribus à Rhegio in auſtrum. Credit tamen Brietius eſſe *Punta della Saetta*, promontorium, 8. inde milliaribus in ortum diſtans, in quo definit alterum Apennini cornu, & *Capo dell'Armi* eſſe Rhegium promontorium.

Leucophrus, Dianiæ fanum, & ſtagnum inter Tralles & Mæandrum fluvium, in Lydia.

Leucopolichna, *Lemburg*, urbs Sarmatiæ, Rutheniæ ſive Ruſſiæ metropolis & archiepiſcopalis, quæ & Leopolis.

Leucopolis, poſteà Acſara, & Aſpropolis, *Æſchecher*, teſte Leunclavio, urbs Cariæ maritima, ad ſinum Doridis regionis.

Leucoræa, urbs Saxoniæ ſuperioris, & accademia clariſſima, ad Albim fluvium, inter Lipſiam & Brandeburgum 6. leuc. à Magdeburgo 11. in auſtrum: quæ Viteberga (*wittenberg*) alio nomine uſitato dicitur. De ea libro 4. Itinerarii:

- ubi ſurgunt mœnia ad Albim
Leucoreæ, muſis quæ ſacra, piis & alumnis.

¶ Leucorea quibuſdam eſt Witteberga, *Wittenberg*, urbs Saxoniæ Ducatus caput, media ferè inter Miſnam ad auſtrum & Magdeburgum ad Boream, 11. leucis utrinque, & 9. à Lipſia in ſeptentrionem. Vide Witteberga & Vitarum mons.

Leucos, fluvius Macedoniæ, juxta Pydnam urbem fluens, *Fiume di Chitri*.

Leucoſia, inſula maris Tyrrheni, ſic dicta ab Æneæ conſobrina ibi ſepulta, in ora Lucaniæ, teſte Feſto; ſed, teſte Plinio, à Sirene unà ibi ſubmerſa, & ſepulta. Vide Leucaſia. Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon:

Leucoſiamque petit, tepidique roſaria Paſti.

Leucoſia, *Nicoſia*, urbs archiepiſcopalis, ritus Latini, epiſcopalis verò apud Græcos, (habent enim urbes aliquot duos Epiſcopos, unum Latinum, alterum Græcum) totius Cypri primaria, ab ora Boreali aliquantulùm diſtans, à Conſtantia, & ab Hamacoſto altera urbe præclara, & munitiſſima, 12. leucis, ſeu 36. mill. paſſ. in occaſum recedens.

Leucoſyria, regio Cappadociæ, circa Iridis, & Thermodontis fluminum oſtia, ubi populi Leccoſyri, qui & Aſſyrii Orpheo dicuntur, quorum urbs Themiſcyra.

Leucothea, inſula maris Tyrrheni, apud Capreas & promontorium Minervæ, teſte Plinio, in ora Picentium, non apud Leucoſiam, in ora Lucaniæ, ut ſcribit Ortelius, Fons item huius nominis in inſula

Samo, teſte Plinio. Fortè à filia Cadmi dicta, de qua Ovidius libro 3. de Ponto elegia 6.

Nec quia Neptunus navem lacerarat Ulyſſis,
Leucothoe nanti ferre negavit opem.

¶ Leuctemberga *Leuctemberg*, caſtrum Germaniæ, in Palatinatu Bavariæ, regiunculæ ſeu Landgraviatus cognominis caput. Anteà Principes habuit proprios; ſed deficiente maſcula ſtirpe, nunc ſubeſt Electori Bavariæ.

Leuctra oppidum erat Bœotiæ, inter Plateas & Theſpias, in confinio Megaridis, ubi ingens planities, in qua Thebani Spartanos ingenti ſtrage, teſte Xenophonte, vicere. Et numero ſingulari & plurali legitur. *Strab.*

Leuctrum, *Malna* Nigro, (cùm *Maina* ſit Tænarus) *Iſtechia* Moletio, oppidum Laconiæ maritimum, in Meſſeniæ confinio, apud Tænarium promontorium, quod Meſſeniacum ſinum à Laconico dividit, inter Abæam oppidum Neſſeniæ, & Tænarum urbem Laconicæ. *Polyb. Ptol. Pauſ.*

¶ Leuctrum, ſeu Leuctræ, nunc *Maina* dicitur; eſtque ad radices Taygeti montis, inter Abæam in Boream 15. mill. paſſ. & Tænarium promontorium ad auſtrum 35. Subeſt nunc dominio Turcarum; ſed tamen aliqua fruitur libertate. Hinc tractus adiacens *Braccio di Maina* dicitur, incolæ autem *les Mainots* vulgò.

Leucum, *Lecco*, oppidum cum arce Inſubriæ, apud Larium lacum, ubi Adduam fluvium emittit, à Como 14. mill. paſſ. in ortum Bergomum versùs à Mediolano 30. in Boream. *Script. Ital.*

¶ Leucyanias, Peloponneſi fluvius, in Alpheum prorumpens, teſte Pauſania, in Eliacis.

¶ Leveſanum, *Leuvven*, vicus eſt Batavorum, ad Vahalim fluvium, infra Neomagum, teſte Cluverio. Diſtat 4. leucis à Neomago in occaſum, in Gueldria inferiori.

¶ Leugæſa, Armeniæ minoris urbs, in Melitena regione, teſte Ptolemæo.

Levi, populi Liguriæ. Vide Lævi.

Levinia, regio Scotiæ interior, ultra Damnios (quorum tractus *Sterlingshire*, à Sterlingo urbe) extenditur in Boream, ſic à Levino fluvio, qui in ea ortum habet, dicta: vulgò *Lennox* ſeu *Lennos* dicitur. (* Camdenus putat Damnios habitaſſe in *Cluydſdale*, baronia *Renfravv*, *Lenoxia*, *Strivelivia*, *Menteth*, & *Fife*.) *Plin.*

¶ Levinia, provincia Scotiæ, Brietio teſte, & aliis eſt *Lenox*, provincia in ora occidentali, & versùs intimum receſſum Glotæ æſtuarii, inter Argateliam ad occaſum & Taighiam ſeu Menthitiam ad ortum. Sic dicitur à fluvio Levino, qui eam bifariam ſecat, & per Lominium lacum labitur. Inſignitur hæc regio titulo Ducali, & ejus primarium oppidum eſt Dumbritonium. Dicitur etiam à quibusdam Lenoxia.

Levinus, Levin, fluvius Scotiæ, qui Tacito Bodotria dicitur, teſte Hectore Boetho. Vide Bodotria. *Script.*

¶ Levinus, *Levin*, fluvius Scotiæ meridionalis, in Levinia provincia. Oritur in ipſo limite Albaniæ; deinde per Lomundum lacum fluens in meridiem, hinc, rigato Dumbritonio ſeu Britannorum oppido, in Cludam fluvium ſe exonerat. *Scot.*

Leuni, populi Vindeliciæ, Genauni Horatio, Naunes, ut videtur Plinio, quorum tractus *Glon* ſeu *Gloneck*, teſte Aventino (cum fluvio cognomine) in Bavaria nominatur. Licèt Aventinus Gelonos ab Horatio dictos referat. *Ptol.*

¶ Levomne, mons Macedoniæ, circa Pallenem peninſulam, teſte Plinio.

Levonæ, popoli Scandinaviæ, ſeu Scandiæ, quorum regio *Bothnia* videtur ultra Svediam in Arctos. Aliis *Livonia*, regio Sarmatiæ, in ora ſinus ſeu maris Venedici: nam Ptolemæus hos populos, quos Levonos (non Levonas, ut ſcribit Ortelius) vocat, ultra Viſtulæ fluvii oſtia ad ortum locat; quo in ſitu Livones populi ſunt. *Ptol.*

Leuphana, vel * Lephana, (ſic enim habet codex Ptolemæi malè ab Ortelio citatus;) *Hanofor*, teſte Irenico, urbs Germaniæ, in Saxonia, inter Caſſellam Haſſiæ urbem ad meridiem 16. & Hamburgum ad Boream 21. leuc. ab Eymbeca 8. in occaſum (* in manuſcripto Seldeni Λεοφανα.) *Ptol.*

¶ Leuphana quibuſdam eſt *Hanover*, urbs Germaniæ in Saxonia inferiori & Brunſvvicenſi Ducatu, Ducum ſedes, ad Leinam fluvium, media inter Hamburgum ad ſep-

tentrionem & Caſſelam ad meridiem, ferè 3. milliaribus Germanicis ab Hildeſio in Boream, uti ab Eymbeca; eſtque munita & culta.

¶ Leuphitorga, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, teſte Plinio.

Strab. ¶ Leuſinium, Dalmatiæ urbs, teſte Antonino.

Leutarnia, *Levidonia*, ſeu *Levidona*, teſte Barrio, cui & *Alvidona*, oppidum Lucaniæ, in magnæ Græciæ confinio, inter Amigdalariam & Vicenumum 4. mill. paſſ.

¶ Leutarnia, oppidum Lucaniæ, in magna Græcia, & aliàs in limite Brutiorum, nunc in Calabria citeriori. 7. milliaribus diſtat ab Amigdalaria & à ſinu Tarentino in occaſum.

¶ Leutkirca, *Leutkirch*, urbs Imperialis Germaniæ, in Svevia, ad amnem *Eſchach*, qui paulò infrà cadit in Ilarum. 3. milliaribus Germanicis diſtat à Memminga in auſtrum, & 6. à Lindavia in Boream; eſtq; ſatis parva.

¶ Leuvecum, *Levveck*, urbs Indiæ extra Gangem, regni Cambodiæ præcipua, & ſedes regia, quæ aliter & impropriè dicitur à multis Cambodia. Sedet juxta fluvium Cambodiam, 80. leucis ſupra ejus oſtia in mare Indicum.

¶ Leuvinus, *Leuvin*, fluvius Scotiæ meridionalis. Oritur in Mentithia provincia; deinde per Fifam labens, ibi lacum Leuvinum efficit, & tandem in Forthæ æſtruarinm cadit ad Leuvinum, *Leuvin*, oppidum Fifæ Provinciæ.

¶ Leuviſſa, *Levvis*, inſula Scotiæ, & una Hebridum ſeu Æbudarum, oblonga, & ſeptentrionalior cunctis aliis Æbudis, & versùs oram occidentalem Scotiæ, à qua diſtat 60. milliaribus in occaſum. Ej us autem longitudo à ſeptentrione in meridiem eſt 55. milliarium circiter.

Ceſ. Lexobii, Lexovii Plinio, Lexubii Ptolemæo, populi & urbs Galliæ Celticæ, epiſcopalis, in Normannia, *Liſieux*, ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi, inde 18. leuc. in occaſum, Cadomum versùs 9. ab Ebroicis in Circium 16.

¶ Lexovium, *Liſieux*, urbs Galliæ, in Normannia, ad Tuccam fluvium. 5. leucis diſtat ab ora maris Britannici in auſtrum; eſtque ſatis ampla & culta, in regione feraci. Ab ea tractus adjacens vulgò *le Lieuvin* dicitur.

¶ Lhoegria quondam dicta fuit ea inſulæ Albionis pars auſtralis, quæ hodiè Anglia vocatur, *England* incolis, *l' Angleterre* Gallis, Walſingamo & Brietio teſtibus.

Ptol. Lianum, *Salinea* Mercatori & aliis, oppidum Sarmatiæ Europææ in ora occidua Mæoticæ paludis, inter Iſthmum Tauricæ ad meridiem & Bycis fluvii oſtia in Boream, Novis mœnibus, ſeu Caſtro albo, finitimum.

¶ Liba, *Libavv*, oppidum Poloniæ, in Ducatu Curlandiæ, cum portu in ora littorali maris Baltici & in confinio Samogitiæ, pluries à Svecis captum hiſce ultimis temporibus. 10. milliaribus Germanicis diſtat à Memelio in Boream, & 25. à Mitavia in occaſum; redditumque fuit pace Olivenſi Duci Curlandiæ, cui etiamnum paret.

Ptol. Liba, *Areſlinga* Caſtaldo, inſula maris Indici oræ Carmaniæ, contra Muſarnam, ſeu, ut nunc vocant, Dulcindam urbem.

Libana oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Celtiberorum, Valeriæ urbi finitimum.

Ptol. ¶ Libana, Syriæ urbs, vicina Atreis apud Stephanum, ex Arriani Parthicis.

Polyb. Strab. Plin. & al. Libanus mons, *Libano*, mons Syriæ maximus & notiſſimus, ab agro Damaſceno in Arabiæ confinio, Tripolim uſque Phænicis urbem perductus, vallem longam cum Antilibano monte efficiens, cujus longitudo 187. mill. paſſ. continet. In eo duntaxat cedrus arbor provenit. De eo quidam Poeta ex neotericis:

Libanus hirſutum tollit ad aſtra caput.

¶ Libanus, *le Mont Liban*, mons eſt Syriæ, ab ora maris Phœnicii versùs Arabiam extenſus, ſicque ab occaſu in ortum. Eſt longitudinis 125. milliarium circiter. Inter montes totius Palæſtinæ celeberrimus eſt, & qui radices longè latèque extendens, Tribuum Aſer & Nephthalim limites, ipſamque terram promiſſam à ſeptentrione claudit. Altiſſimus eſt, & nihilominus fertilis & amœnus, in valles & campos hinc inde effuſus; & in ipſo ſunt Jordanis fontes.

Libarna, Libarnum Antonino, oppidum Liguriæ, intra montes Apenninos, inter Genuam & Dertonam 35. mill. paſſ. occurens, *Bobio* Nigro, *Inciſa* Merulæ, aliis *Villa Barna*, pagus agri Dertonenſis eſſe videtur: ſed Bobium potiùs inter Genuam & Placentiam, quàm inter Genuam & Dertonam occurrit; Inciſa verò longè diſtat non ſolùm à via inter iſtas urbes, ſed etiam à monte Appenino, à Nicia oppido Montis Ferrati 2. mill. paſſ. recedens, Alexandriam versùs 12. In Theſauro Linguæ Latinæ *Lavagna* indigitatur. Verum hic locus eſt in ora Liguſtica ſeu Littorea. Plin. Ant.

¶ Libarna oppidum fuit Veliatum, in Liguria montana; & ejus rudera nunc viſuntur propè *Arqua*, oppidulum agri Dertonenſis, ad Scriviam amnem, in Ducatu Mediolanenſi & in confinio ditionis Genuenſis, teſte Brietio. Alii autem credunt eſſe *Villa Barna*, caſtrum agri Dertonenſis.

¶ Libero ſeu Lubronium, *Livron*, oppidum Galliæ, in provincia Delphinatus, ad Dromam amnem, vix una leuca à Rhodano fluvio. Ei adjacet Oriolum, *Lauriol*, oppidulum ex adverſo Dromæ. 3. leucis diſtat à Valentia in auſtrum, & 2. à Criſtia in occaſum.

Libethrii, populi Magneſiæ, inter Macedoniam & Theſſaliam, licèt apud eos Libethra fons fuerit Muſis dicata, à muſica tamen alieni, & idiotæ habiti ſunt, cùm Orpheum intereműiſſe ferantur. Qua de re, teſte Zenodoto, *Libethriis inelegantior* proverbia dicitur, qui valdè idiota & ruſticus, aut agreſtis ſit.

Libethrum, ſeu Libethrus, oppidum fuit, et fons, ac mons Bœotiæ, apud Heliconem montem et Coroneam urbem, ab ea 40. ſtadiis diſtans. Libethros etiam et Libethra, Solino et Plinio fons eſt Magneſiæ Muſis ſacer, quæ Libethrides: Virgil. eclog. 7. Pau.

Nymphæ, noſter amor, Libethrides, aut mihi carmen.

Libiſoſa, Libiſoca Ptolemæo, *Lebazuſa*, teſte Morali ex veteri inſcriptione, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella nova, apud Alcaratium, quod Plinio Libiſona, et Foroauguſtana cognominatur.

¶ Libiſoſa, ſeu Libiſoſona, oppidum Carpetanorum, nunc vicus Caſtellæ novæ, *Lezuza* dictus. 4. leucis diſtat ab Alcaratio in Boream Concham versùs, et 6. tantùm à fontibus Anæ in ortum. Ant.

Libiſonis turris, et Turris Biſſonis Ptolemæo, Turres libro Conciliorum, urbs archiepiſcopalis fuit Sardiniæ, maritima, in ora occidua, exciſa, cui Saſiaris intus ſucceſſit ad 12. mill. paſs. nunc *Porto di Torre* locus dicitur, ubi ſacra ædes Divo Gabino dicata. Plin.

¶ Libiſtus, Thraciæ urbs, circa Mœſiam inferiorem, teſte Plinio.

Libitinenſis porta, per quam extra urbem Romam cadavera defunctorum, * teſte Lampridio Vulcatio, efferebantur. Lam. pria.

Libnius, *Lacari*, fluvius Hiberniæ, per Connaciam fluens, poſt Nagnatam urbem mare ſubiens. Sic apud aliquos legitur; ſed apud Ptolemæum Liboeus legendum eſt. Ptol.

¶ Libnius, ſeu Liſnius quibuſdam, fluvius eſt Lageniæ, *Leſfer* nunc dictus qui propè et infra Dublinium in mare Verginium ſe exonerat, ut etiam opinatur Camdenus.

Liboeus, *the Bay of Slego*, teſte Camdeno, fluvius Hiberniæ, per Connaciam juxta Slegum oppidum fluens. Ptol.

Libonotria, regio Germaniæ, quæ poſteà Miſnia dicta eſt, ſicuti et Libonotri populi Miſnenſes, Tacito Eudoſes. Vide ibi. Scri. Germ.

Libora, Elbora libro Conciliorum, ſub Gothis, Ebura ſive Æbura Livio, *Talavera*, teſte Joanne Mariana, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Tagum fluvium, in Carpetanis, et Caſtella nova, à Taleto 12. leucis in occaſum.

¶ Libora, *Talavera la Reyna* urbs Caſtellæ novæ, inter Toletum ad ortum et Talabricam veterem, ſeu *Talavera la vieja* ad occaſum, paulò infrà confluentes fluvii, *Alberche* in Tagum. Ptol.

Libum oppidum erat Bithyniæ, medium inter Nicomediam et Nicæam, 20. mill. paſſ. diſſitum. Ant.

Libunca, *Llanes*, teſte Henrico Coquo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Aſturum Boreali, inter Fanum S. Vincentii 3. et Saliam oppidum 6. leucis, ad Narii fluvii oſtium, inter Flavionaviam ad ortum 12. et Vœcam ad occaſum 16. Ptol. Mel.

¶ Libun-

¶ Libunca aliis eſt oppidum Callaicorum Lucenſiu ad nunc *Rivadeo*, urbs Gallæciæ, in limite Aſturiæ, oſtia fluvii Navii, & iuxta Oceanum Cantabricum. 13. leucis Hiſpanicis ab Oveto in occaſum diſtat.

¶ Liburnia, *Libourne*, urbs parva Galliæ, in Aquitania & Burdegalenſi agro, ad Duranium, ubi recipit Illam ex adverſo Franciaci, & 5. leucis à Burdegala diſtans in ortum Petrocorium verſùs.

Liburnia, *Croacia* Italis, *Crabaten* & *Krayn* Germanis, teſte Lazio, regio Illyrici (non pars Dalmatiæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) ad occaſum, inter Iſtriam & Dalmatiam ad ortum, ab ea Titio fluvio diviſa. Pineto eſt *il Contado di Zara*; ſed fallitur, cùm hic Comitatus pars ſit, non tota regio. Vrbes quondam claræ Iadera, & Sidrona. Populi Liburni Plinio. De quibus Virgilius libro 1. Æneidos:

Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi.

Liburna verò genus eſt navis, quo Liburni utebantur ad prædandum.

¶ Liburnia antiquitùs in Illyrico incluſa non fuit uſque ad Romanorum tempora, qui eamdem cum Iſtria, Iapidibns, & Carnis Illyrico addiderunt; & tunc Liburnia duplici modo ſumebatur: vel latè inter Iſtriam & flumen Titium, nunc *Kerka*; ita ut Iapidiam ſecundam cum Inalpinæ parte cemprehendat: vel ſtrictè intra flumina Titium & Tedanium, nunc *Zermagna*, excluſis Japidibus, teſte Joanne Lucio. Ibi nunc pars maritima Croatiæ, cum parte Dalmatiæ occidentalis.

¶ Liburnicum mare vulgò *mare di Dalmatia* dicitur, aliter mare Dalmaticum; eſtque pars Maris Adriatici, inter Dalmatiam propriam & Iſtriam, ubi plurimæ inſulæ, ſub dominio Venetorum.

Liburnicus ſinus, *il Carner*, qui & Flanaticus. Vide ibi.

¶ Liburnicus ſinus aliter Illyricus dictus fuit. Vide ibi.

Liburnides, inſulæ 60. Straboni, in mari Illyrico, ſeu Hadriatico, inter quas Liſſa, Tragurium, & Pharus.

¶ Liburnides inſulæ, ſeu inſulæ oræ Liburniæ adiacentes, in mari Liburnico ſeu Adriatico, Straboni ſunt 60. circiter, ſed aliis omnibus vix ſunt 25. cùm Pharia, Liſſa, & Tragurium ſint in Dalmatia. Liburnides inſula præcipuæ ſunt Abſorus, *Oſero*, Curicta, *Vegia*, Arba, *Arbe*, Giſſa, *Pago*, Scardona, *Iſola longa* quibuſdam. Sunt etiam plurimæ aliæ minores, quarum nomina antiqua ignorantur, nempè Michaelia, *ſaint Michele*, Paſma, *Paſma* Provexia, *Provexi*, quæ etiam *Incoronata* dicta, Eſoa, *Eſo*, Aſuria, *Aſuri*, Mortara, *Mortero*, Melata, *Melada*, Puntadura, *Pontadura*, S. Baſilii, *de S. Baſilio*, Scarda, *Scarda*, Promula, *Promula*, Sylva, *Selva*, & Sanſega, *Sanſego*, cum aliquot aliis minoribus; ſuntque omnes ſub dominio Venetorum.

Liburnus, mons Apuliæ.

Liburnus item, portus Etruriæ apud Piſas, inde 13. mill. paſſ. diſtans, cum oppido Livorno. Vide Ligurnus.

Liburnum mare, idem quod Tyrrhenum, & Inferum, apud Ciceronem.

Libya, eadem Africæ Plinio, ſic à Libe vento dicta, vel à Libya Epaphi filia. Libya verò propriè, teſte Procopio, pars Africæ, inter Cyrenen ad occaſum & Alexandriam Ægypti ad ortum, appellatur à Ptolemæo, & aliis Marmarica. De ea Claudianus de bello Gildon.

Junximus Europam Libyæ; concordia fratrum
Plena redit.

¶ Libya aliàs multiplex fuit, Libya latiſſimè pro Africa ſumebatur; ſic enim Africa dicta fuit à Græcis.

¶ Libya, paulò reſtrictior erat pars Africæ, intra Æthiopiam ad ortum & mare Atlanticum ad occaſum; fuitque duplex, nempè Libya citerior ſeu exterior, quæ magis in Boream protendebatur, ſub qua nunc comprehenduntur regio Biledulgeridia, regna Fezzæ & Maroci, Barbaria latè ſumpta, & Ægyptus: & Libya ulterior ſeu interior, quæ in meridiem extenſa, verſùs Nigrum fluvium, ubi nunc deſertum, regio Nigritarum & Guinea, inter Nubiam regionem ad ortum, & Oceanum Atlanticum ad occaſum.

Libya deſerta; *Zabara*, Barroſio & Leoni Africano, & incolis *Elber*, teſte Marmolio, ea pars Libyæ interioris, quæ ultra tropicum Cancri in auſtrum extenditur. Libya tot ferarum genera fert, quæ permixta nova & varia monſtra generant, ut apud Diogenem adagium hoc referatur, *Libyca fera*, in hominem vaſrum, verſipellem, & variis moribus imbutum. *Libyca* quoque *avis* apud Suidam ſpeciem habet proverbii de prægrandibus; & apud Horatium *Afra avis*, pro pingui & lauta, & apud Ariſtophanem in grandes & timidiores, qualis camelo ſtruthio avis Libyca; grandiores enim corpore timidiores eſſe ſolent.

¶ Libya deſerta nunc *Zaara* dicitur, ſeu deſertum, eſtque pars Libyæ ulterioris ſeu interioris. Ab ortu in occaſum extenditur, & dividitur in ſeptem partes, ſeu deſerta, nempè Zanhaga, Zuenziga, & Targa ad occaſum, & Lempta, Berdoa, Garga, & Bornum ad ortum; vixque ſunt aliquot urbes in illa regione propter penuriam aquarum. Dicitur etiam *Zahara* perſæpe.

Libya interior, *Baled Geneva* Marmolio, maxima Africæ pars inter Cyrenen, Africam propriam, & Mauritanias ad Boream, ac Æthiopiam ad meridiem; atque inter Æthiopiam ſub Ægypto, Nilo fluvio ſeparante; ad ortum, & Oceanum Atlanticum ad occaſum contenta, in qua terra Nigritarum, & regna plurima continentur, Urbes apud Ptolemæum quondam claræ Autolala, Iaizetha, Thamudocana, Gerra, & Garama. Hinc Libycus nomen gentis, & Libycum mare Ptolemæo, quod Cyrenen alluit. Virgilius libro 5. Æneidos: Ptol.

Carpathium, Libycumque ſecant, luduntque per undas.

Libycæ Sibyllæ, quæ & Eliſſa, meminit Euripides. Hinc Libyes populi apud Salluſtium libro de bello Iugurthino, inter Numidas & Getulos: poſt quos Æthiopes, teſte eodem.

¶ Libya autem propria regio fuit Africæ Borealis, inter Ægyptum ad ortum, mare Mediterraneum ad Boream, Syrtim maiorem & Tripolitanam regionem ad occaſum, & Æthiopiam, atque Garamantes ad meridiem. Eius partes fuere tres, nempè Libya ſtrictè ſumpta, Marmarica, & Cyrenaica, ubi nunc Regnum Barcæ, *le royaume de Barca*, ad Boream, et deſertum Barcæ ſeu etiam Libyæ, *le deſert de Barca* ſeu *de Libye*, ad auſtrum; & pro parte ſubeſt dominio Turcarum. Plin.

¶ Libyca appellantur duo modica oſtia Rhodani fluvii in Gallia Narbonenſi. Ex his alterum Hiſpanienſe dicitur, alterum Metapinum, tertium idemque ampliſſimum Maſſalioticum, teſte Plinio. Ptol.

Libyci, populi Galliæ Ciſalpinæ, ſeu Italiæ Tranſpadanæ, inter Inſubres & Taurinos: quorum urbs Vercellæ, ad Seſſiten fluvium. Vide ibi.

Libycum mare à Ptolemæo appellatur, quod Cyrenaicam alluit, *Mare di Barcha*. Ptol.

Libyphœnices, *Regno di Tunes*, populi Africæ propriæ, Byzacenam regionem incolentes, ubi nunc regnum Tunetanum: Libophœnices Plinio. Hinc Libophœnicia apud Salluſtium libro de bello Iugurthino. Liv.

Libyſſa, * Libiſſa Ptolemæo, *Lebuſſa*, adhuc teſte Leunclavio, apud oppidum Bithyniæ mediterraneum, cum fluvio cognomine, inter Nicomediam & Chalcedonem, inde 25. hinc 36. mill. paſſ. Hannibalis Carthaginenſis ſepulchro memorabile. Aliis *Gebiſe*, & aliis *Lebiſe* dicitur, & aliis *Polmen*. (* *Lybuſa* in Seldeni manuſcripto.) App. Plin.

Licatii, Licates Plinio, *Lechrainer*, teſte Aventino cum Scudo, populi Vindeliciæ, in Bavaria, inter Auguſtam & Monachium incolentes; à Lico fluvio nomen habent.

¶ Licerium, *ſaint Licer*, urbs Galliæ, in Aquitania, in Conferanis, quæ aliter Fanum S. Licerii, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auxitano. Conferanorum caput eſt, ad amnem Salatum. 5. leucis diſtat à Lugduno Convenarum in ortum, & 7. ab Apamæa in occaſum. Strab. Ptol.

¶ Liceſtria, *Leiceſter ſhire*, provincia ſeu Comitatus Angliæ, cum urbe primaria cognomine. Ibi aliàs Coritani populi ex parte. Habet à ſeptentrione Nottinghamiæ Comitatum, ab ortu Lincolniæ Comitatum, ab occaſu Staffordiam, & à meridie Nortantoniæ Comitatum.

¶ Liceſtria, quæ & Legeceſtria & Leogora quibuſdam, *Leiceſter*, urbs eſt Angliæ, Comitatus cognominis caput, ad Sturam amnem. Diſtat 13. milliaribus Anglicis à Nottinghamia in auſtrum, totidem à Coventria in Eurum, & 20. à Nottinghamia in Boream.

Li-

Strab. Plin. Lichades, inſulæ ſeu potiùs ſcopuli maris Ægæi, apud Eubœam, & Atticam. Lichas Ovidio libro 9. Metamorphoſeon:

Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare verentur,
Appellantque Licham.

¶ Lichfeldia, *Lisfelde*, urbs Angliæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Comitatu Staffordiæ, 24. milliaribus Anglicis diſtat à Liceſtria in occaſum, decem à Staffordia in Africum, & 25. à Vigornia in Boream; deficitque in dies. Pto.

Liciniana, *Luzen*, oppidum Luſitaniæ, in regno Portugallico, in confinio Extremaduræ, Norbæ Cæſareæ finitimum, Licinniana etiam gemino *n* ſcribitur.

* Licneni, populi Corſicæ: quorum tractus *Valdi Niolo*, teſte Leandro, dicitur. (* in Seldeni manuſcripto Λιrκrίοι.)

Ptol. Licoſtoma, *Lichmondt* vel *Lechmundt*, oppidum Vindeliciæ, in Boiis ſeu Bavaria, ad oſtium Lici fluvii in Danubium, apud Werdam urbem, inter Auguſtam, & Nerolingam in Boream 4. leucis:

¶ Licoſtoma vicus eſt Bavariæ, *Leckouſe* dictus, in Bavaria, & in ipſo limite Sueviæ, una leuca infrà Verdam in ortum, & 6. infrà Auguſtam in Boream. Aliàs munitum fuit, nunc eius munitiones disiectæ ſunt:

Script. Germ. Licus, * Lycias Ptolemæo, Lechus Eginartho, *Lech* vel *Leck*, fluvius Vindeliciæ, eam à Rhetia cum Vinda ſeparans, inter Sueviam ad occaſum & Bavariam ad ortum, per Auguſtam in Danubium influens apud Verdam. (* in manuſcripto Seldeni Λικνιοs.)

Erat. ¶ Lida, *Lida*, oppidum Poloniæ, in Lithuania, & in Palatinatu Trocenſi, ubi arx munita, ad amnem Detam. 10. leucis Polonicis diſtat à Wilna in auſtrum, & 7. à Novogroda in Boream, arcem habens in ſcopulo ſitam, & malè habita fuit à Moſcis anno 1655.

¶ Lidda, *ſaint George de Lidde*, urbs Aſiæ epiſcopalis ſub Patriarcha Hyeroſolimitano. Vide Lydda.

¶ Liddeſdalia, *Liddisdale*, provincia Scotiæ meridionalis, ſatis parva, in ipſo limite Angliæ, à Liddalo fluvio ſic dicta, ubi Eremus caſtrum munitum. Terminatur à ſeptentrione Teviotia, ab occaſu Eskia, & à meridie & oriente Anglia. Ant.

¶ Lidkiopia, *Lidkioping*, urbecula Sveciæ, in Weſtrogothia provincia, & in ora lacus Weneri, ad fluvium Lidam, 30. mill. paſſ. à mariæſtadio in occaſum, totidem à Falkopia in Boream, uti & 12. à Scara, & 45. à Daleburgo in ortum diſtat. P. Diac.

Liga, *Ligon*, teſte Camdeno, inſula maris Britannici. Vbi Iga alii codices habent. Caſ. Plin.

Ligana, ſylva in Cenomanis, apud lacum Benacum, ubi Claudius Imperator Alemannos vicit, teſte Diacono.

¶ Linganira, urbs Indiæ intra Gengem, teſte Ptol.

Ligeris, & Liger, *Loire*, fluvius Galliæ Celticæ, ex maximis Galliæ, è Cemmenis montibus in Arvernorum finibus oriens, & in Boream inter Heduos & Bituriges fluens, inde in occidentem per Aurelianos, Turones, Andes, & Nannetes in Oceanum Gallicum ſeſe magna aquarum mole exonerans. De quo Tibullius ele. 8. libro 1.

Carnuti & flavii cærula lympha Liger.

¶ Ligeris, *la Loire*, fluvius percelebris Galliæ: Nomen habet à prato; quod ſtatim à fonte perlabitur in S. Eulaliæ parœcia, in Vivarienſi provincia, & in confinio Velauniorum, ad Gerbarii Iugi radices *le mont Gerbier de Ioux*, & propè Clergeacum montem, inter Cemenos montes, 18. ſupra Anicium. Hinc per Velaunos, Forenſes, Boios, Nivernenſes, Bituriges; versùs Boream tendens, deinde per Aurelianos, Turones, & Andes fluens in occaſum, in Minori Britannia in Oceanum ſe exonerat; 15. leucis infrà Nannetas. In eius curſu propè Anicium labitur, deinde Rodumnam, Borbonium Anſilmum, Deceriam, Nivernum, Charitatem, Giamum, Genabum, Bleſas, Ambaciam, Turones, Salmurium, & Nannetas urbes rigat cum aliis minoris notæ, ſicque eius curſus eſt 200. leuc. circiter, ex quibus per 166. eſt navigabilis. Recipit autem plurima flumina, ex quibus præcipua ſunt Arotius, *l'Aroux*, Elaver, *l'Allier*, Carus *le Cher*, Ingeris, *l'Indre*, Vigenna, *la Vienne*, & Meduana, *le Mayne*.

Ligerula, *Loiret*, fluvius ex fonte apud Aurelianos, adeò copioſè effluens, ut ſtatim navigabilis evadat, in Ligerim delabens.

Tac. Dion. Ligii, *Schleſier*, teſte Willichio cum aliis, populi Germaniæ, quorum regio Sleſia, & populi Latino recenti Sleſii, inter Luſatiam ad occidentem & Poloniam ad ortum. Andreas Velleius *Langlandt* inſulam indigitat, quæ potiùs Ilingæ.

Ligir, *Bechir*, teſte Nigro, fluvius Bœotiæ, iuxta Plateas urbem fluens. Steph.

¶ Lignitia, *Lignitz*, urbs Germaniæ, in Sileſia, ad *Deiſcham* amnem, ſub proprio Duce, cum regiuncula adiacente. Caſtrum habet ſplendidum. Vix 2. leucis diſtat à Jauria in Boream, 5. à Glogavia in auſtrum, et 7. ab Uratislavia in occaſum.

¶ Ligoria, *Ligor*, urbs Indiæ ulterioris, cum portu, in ora Orientali Cherſoneſi aureæ ſeu Malacenſis, in ditione Regis Siami, iuxta ſinum Siami; et media ferè inter Judiam urbem primariam Siami ad Boream, et Malaccam ad auſtrum, 380. milliaribus utrinque. Ant.

Liguidonis portus, *Porto Lugoduni*, in Sardiniæ ora orientali apud occiduam. Populi Ptolemæo Lucuidoneſii dici videntur.

¶ Liguidonis portus, ſeu Liquidonenſium portus, nunc *Lago Liaſto* dicitur, Brietio et aliis teſtibus; et 45. milliaribus diſtat à Calari in Boream. Polyb. Plin.

Ligures Apuani, populi Liguriæ extremi, circa Macram, in Hetruriæ confinio incolentes; quorum oppidum Apua, vulgò *Pentremoli*, (*ſub dominio magni Ducis Hetruriæ.*) Strab. & al.

Liguria, Italiæ regio, gemina: littorea, quæ vulgò *la Riviera di Genova* nominatur, inter Alpes ad occaſum, et Macræ oſtia ad ortum, inter Galliam Narbonenſem & Hetruriam ſupra 200. mill. paſſ. extenſa, cujus caput eſt Genua, inter montem Apenninum & mare Liguſticum perſtricta: mediterranea verò, Galliæ Ciſalpinæ non modica portio; inter Apenninum montem ad meridiem & ortum, Alpes maritimas & Cottias ad occaſum, Padumque fluvium ad Boream & ortum comprehenſa, in qua Mons Ferratus Ducatus, magna pars Principatus Pedemontani, parsque Ducatus Mediolanenſis continentur. Populi Ligures apud omnes. Virgilius lib. 2. Georgicorum:

Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque verutos.

Sub Liguria etiam Inſubriam complectuntur ſcriptores, uti Antoninus Auguſtus in Itinerario, Paulus Diaconus in libro de geſtis Longobardorum, & alii Vnde Mediolanum, quod eſt caput Inſubrini, ab eis in Liguria collocatur. Cat. Ant.

Urbes Liguriæ hujus temporis:

Alba Pompeia, *Alba*, (in Monte Ferrato.)
Albingaunum, *Albenga*, (in ditione Genuenſi.)
Alexandria Statiellorum, *Aleſſandria de la paglia.* (in Ducatu Mediolanenſi.)
Albintemelium. Vide Vintimilium.
Aquæ Statiellæ, *Acqui*, (in Monte Ferrato.)
Aſta, *Aſti*, (in Pedemontio.)
Bobium, *Bobio*, (in Ducatu Mediolanenſi.)
Caſale, olim Sedula, *Caſal di S. Vaſo*, (in Monte Ferrato.)
Dertona, *Tortona*, (in Ducatu Mediolanenſi.)
Foſſanum, *Foſſano*, (in Pedemontio.)
Genua, *Genova*, (in ditione Genuenſi.)
Mons Vici; Mons Regalis; *Mondovi* (in Pedemontio.) Liv.
Naulum, *Noli*, (in ditione Genuenſi.)
Prunatum, *Brugneto*, (in ditione Genuenſi.)
Savona, *Savona*, (in ditione Genuenſi.)
Vintimilium, olim Albintimilium, vel Albintemelium. *Vintimiglia*, (in ditione Genuenſi.) Liv.

Ligurnus portus, Liburnus aliis, Labro Ciceroni, *Livorno*, oppidum cum arce firmiſſima, & portu Hetruriæ inter Piſas 13. & Vada Volaterrana ad ortum 20. millia paſſuum ab oſtio Armi fluvii ſupra 10. in ortum.

¶ Ligurnus portus, *Ligourne* Gallis, urbs eſt nova, ſed culta & probè munita, in agro Piſano, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ. Emporium eſt celeberrimum illius tractus, cum triplici arce, creſcitque in dies, & ſedet in planitie, intra paludes, & propè Montem Nigrum. 65. milliaribus diſtat à Florentia in occaſum.

Ligurum montes, *Monti della Lunigiana*, teſte Leandro. Liguria enim apud Livium, Trogum, Sempronium, & alios poſt Macram, Arnum uſque fluvium extendebatur.

Liguſticæ Alpes, *Montagna di Tenda*, teſte Pingonio, eædem ſunt maritimæ apud Ptolemæum, inter Nicæam & Taurinos extenſæ.

Liguſticum mare, *Mar Leone*, & *Mar di Genova* inter Gallicum ad occaſum & Tyrrhenum ad ortum, Liguriam re- Plin.

regionem alluens, Liguſticus ſinus à Floro. Malè à Nigro à Gaditano freto uſque ad Siculum extendi ſcribitur.

¶ Liguſticum mare, *mer de Genes*, longè diſtat à Mari Leonino in ortum: cum mare Leoninum, vulgò *Golfe de Lyon*, ſit inter Provinciam & Cataloniam.

Lilæa, *Lellen* ex tabulis recentibus, oppidum Achajæ, in Doride regione, apud ſontes Cephii fluvii. De quo Statius libro 7. Thebaidos:

Coryciumque nemus, propellentemque Lilæam
Cephiſi glaciale caput.

¶ Lilerium, *Lilers*, oppidum munitum Belgii, in Arteſia provincia, ſub dominio Francorum pace ad Pyrenæos. Sedet juxta amnem *Naves*, una leuca cum dimidia ab Aria Betuniam versùs, à qua 2. tantùm leucis diſtat, & 7. ab Atrebato in Boream.

¶ Lilium, Bithyniæ emporium, ad Pontum Euxinum, teſte Arriano in Periplo.

¶ Lilloa, *Lillo*, arx Belgii probè munita, in Brabantia, ad Scaldim fluvium, 2. leucis infra Antuerpiam in Boream, ſub dominio Hollandorum, una leuca à Sanflito in auſtrum, uti 4. à Bergis ad Zomam. Illic naves Antuerpiam tendentes ſiſtere coguntur.

Lilybæum, promontorium & urbs Siciliæ. Promontorium unum ex tribus eſt, Africam proſpectans, *Capo Boeo*, à Pachyno 180. mill. paſſ. in occaſum, à Peloro 170. in meridiem, contra promontorium Mercurii Africæ 180. Urbs verò, olim epiſcopalis, apud promontorium, *Marſala* nominatur, ab Agrigento 82. mill. paſſ. in occaſum, à Panormo in auſtrum 85. à Drepano 18. à Mazaria 12. à Carthagine 1050. ſtadiis, teſte Strabone, à Romanis exciſa, ex cujus ruinis Marſala ædificata eſt. Hic claſſis Carthaginenſium à Romanis, Attilio Regulo Duce, magna ſtrage diſſipata. Hinc Lilybæus & Lilybeius nomen gentis. Virgilius libro 3. Æneidos:

Et vada dura lego ſaxis Lilybeja *cæcis.*

Lucanus libro 4.

Namque rates audax Lilybæo *littore ſolvit.*

¶ Lilybæum promontorium nunc *Capo Coco* dicitur, Magino & aliis teſtibus, *&* in occaſum maximè extenditur reſpectu Pachyni & Pelori promontor. Urbs verò, quæ *Marſala* nunc dicitur, eſt in Valle Mazaræ, in ora, 60. mill. paſſ. à Panormo, 12. à Drepano in auſtrum, & 18. a Mazara in Cæciam diſtans.

Lima, quæ ab Hiſpanis Urbs regum, *Ciudad de los Reyes*, colonia & urbs archiepiſcopalis Americæ, maritima, in ora occidua, Peruviæ caput, conventuſque juridicus, anno ſalutis 1543. effecta.

¶ Lima, ſeu Civitas Regum, *Lima* ſeu L*os Reyes* Hiſpanis, urbs eſt Americæ meridionalis pulcherrima, & emporium celebre. Condita fuit anno 1535. à Franciſco Pizarro Hiſpano, in Valle Lima, antea *Rimac* dicta. Sedes eſt Proregis; creſcitque in dies, quamquam tota ſit lignea, *&* ſine muris, in planitie, ad amnem cognominem, una leuca à mari Pacifico, & 2. ab ejus portu, vulgò *Callao de Lima* dicto, uti 120. à Cuſco, alias Peruviæ primaria in occaſum, teſte Joanne Laetio; ſubeſtque dominio Hiſpanorum cum regno adjacente.

Limæa, Limius Ptolemæo, Lethes etiam Straboni & Silio, *Lima*, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc in regno Portugalliæ, per fines Bracarum, & Limicos populos, inter Durium & Minium, in Oceanum ad Vianam oppidum fluens.

Limaga & Limagus, fluvius Helvetiorum, *Limat*, qui in Rhenum influit.

Limane, *Limaigne*, regio Galliæ Aquitanicæ, in finibus Arvernorum, apud quam Elaver fluvius decurrit, cum fluvio cognomine, qui *Lymone*, teſte Belleforeſtio, dicitur, in Elaverim influens.

¶ Limane, ſeu Limania, *la Limagne*, regiuncula eſt Galliæ, in Alvernia inferiori, admodum rigua & miræ fertilitatis, in planitie, juxta Elaverem fluvium; extenditurque ad 12. leucas circiter à meridie in Boream, propè & infra Claromontem. Sed nullus eſt fluvius *Limone* dictus in toto illo tractu, in Elaverem influens.

¶ Limburgenſis Ducatus, *le Duchè de Limbourg*, provincia eſt ſatis parva Belgii, inter Ducatum Juliacenſem ad ortum & Boream, & ditionem Leodienſem ad occaſum *&* meridiem. Ejus præcipua urbs eſt Limburgum, *Limbourg*, ſub Hiſpanis, uti Rhodia Ducis; ſed Dalemum & Falcomontium ſubſunt dominio provinciarum unitarum Belgii.

¶ Limburgum, *Limbourg*, urbs parva Belgii, in rupe, cum arce, Ducatus Limburgenſis caput, ad amnem *Weſe*, & in confinio ditionis Leodienſis. Capta fuerat ab Hollandis anno 1632. ſed poſtea ab Hiſpanis recuperata, ipſis etiam ſubeſt. 5. leucis diſtat à Leodio in ortum, uti & 7. a Trajecto ad Moſam, 4. autem ab Aquiſgrano in auſtrum. Sed alia oppida Ducatus Limburgenſis ſubſunt dominio Hollandorum, excepto Rhodia Ducis.

Limenia, *Limnat*, teſte Stephano Luſignano, oppidum olim Cypri, nunc pagus, in mediterraneis. *Strab.*

¶ Limericenſis Comitatus, *Cymerick Countie*, regiuncula Hiberniæ, in Momonia provincia, & in confinio Connaciæ, a qua ſeparatur Sineo fluvio in Boream.

¶ Limericum, *Lymerick*, Hibernis *Loumeath*, urbs munita Hiberniæ, in Momonia, ſed in limite Connaciæ, ad Sineum fluvium, pontibus interciſſa. Nota fuit hiſce ultimis temporibus, & ab ea regiuncula adjacens dicitur Limericenſis Comitatus. Diſtat 45. mill. paſſ. à Kilkennia in occaſum, & 35. à Galiva in auſtrum.

Limia, *S. Eſtevan di Lima*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Portugallico, inter Bracaram. 6. & Tyden 5. leucis. Aliis eſt *Puente di Lima*, ad Limæum fluvium. Hinc Limici populi, quorum oppidum Fôrum Limicorum Ptolemæo. Vide ibi. *Ant.*

¶ Limia, ſeu Forum Limicorum quibuſdam, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis Bracariis. Nunc eſt *Puente di Lima*, oppidum Portugalliæ, ad Limium fluvium, 4. leucis à Bracara in Boream, & 5. à Tude in auſtrum; quamquam aliqui credant eſſe vicum *S. Eſtevaon de Geras de Lima*, 2. leucis diſtantem à priori, & inter Bracaram & Vianam, levi tamen conjectura.

Liminium, Laminium Plinio & aliis. Vide ibi. *Ant.*

Limioſaleum, *Gneſna*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ, nunc in regno Polonico, archiepiſcopalis & metropolis, inter Poſnaniam ad occaſum 7. & Toruniam ad ortum 12. leuc. in Polonia majore. *Ptol.*

¶ Limnæ urbs in Thraciæ Cherſoneſo, juxta Sextum, teſtibus Strabone & Stephano.

Limnos, *Lymen*, teſte Camdeno, Britannicè, & *Ramſey* Anglicè, inſula maris Britannici, inter Cambriam Albionis regionem occiduam, & Hiberniam, ante Meneviam urbem Walliæ.

Limon, locus Campaniæ, inter Neapolim & Puteolos. De quo Statius 3. ſylv. carm. 1.

Et placidus Limon, *numenque Euplæa carinis.* *Stat.*

Limonius mons, *Lymes*, (*Plinlimon* Camdeno, in Comitatu Cardiganiæ) mons Albionis, in Wallia, ex quo Vaga fluvius ſcaturit. *Script. Brit.*

¶ Limonius mons Walliæ nunc *Plymllimon Hill* dicitur ab Anglis, *mont Plymlimon* à Gallis. Partim eſt in Cardigania in occaſum, & partim in Mongomerienſi tractu ad ortum, ubi Sabrina & Vaga fluvii ex eo ſcaturiunt, teſtibus Joanne Speedo, Sanſone, & aliis.

Limonum, oppidum Galliæ Aquitanicæ, in finibus Lemovicum, nunc pagus *Limon*, inter Lemovicos & Pictones. *Ptol.*

¶ Limonum urbs eſt Galliæ Aquitanicæ, nunc *Poictiers* dicta, Pictonum caput teſtibus Cluverio, Brietio, Sanſone, & aliis; eſtq; perampla, ad Clanim fluvium, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdegalenſi. Dicitur etiam Pictavium. Vide ibi.

Limoſium, *Limoux*, urbs Galliæ, in Occitania, ad Atacem fluvium, una leuca infra Aletam in Boream, 3. à Carcaſſone in auſtrum, & 6. à Mirapinco in ortum. Parva eſt, ſed culta, intra montes, & in Diœceſi Aletenſi.

Limuſa, *Wiſe'burg* vel *Muſnburg*, teſte Lazio oppidum Pannoniæ inferioris, in Hungaria, apud Auſtriæ fines, Altenburgo vicinum. *Ant.*

¶ Limuſa, aliàs oppidum Pannoniæ; nunc vicus eſt Hungariæ, *Wiſelburg* dictus, primo lapide ab Altenburgo in auſtrum, & propè ramum dextrum Danubii Arrabonem versùs.

Limyra, urbs Lyciæ mediterranea, ad Limyrum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, non longè inde diſtans, ab ora littorali 20. ſtadiis recedens: nunc *Mari* vel *Mira* dici videtur aliquibus, ſed adhuc nomen ſervat antiquum. Vide Lymira. *Strab. Ptol. Plin.*

¶ Limyrica, regio Indiæ intra Gangem, teſtibus Ptolemæo & Ariano in Periplo.

Limy-

Ptol. Limyrus, fluvius Lyciæ, per Limyramurbem fluens in mare Lycium, inter Andriacam & Aperras urbes propinquas exiens, Lorymus Straboni.

¶ Linckia, *Lincken* Belgis, *Fort de LincK* Gallis, arx munita Belgii, in Comitatu Flandriæ, & in diſtrictu Burburgenſi, ad Colmam fluvium, una leuca à Burburgo in Eurum, & 2. ab Audomaropoli in Boream.

Prov. Rom. Lincolnia, *Lincolne*, urbs Angliæ. Vide Lindum.

¶ Lincolnia, *Lincolneſhire*, provincia ſeu Comitatus Angliæ, ubi aliàs Coritani populi. Terminatur ab ortu Oceano Germanico, à ſeptentrione provincia Eboracenſi, ab occaſu Nottinghamiæ Comitatu, & à meridie Northantoniæ, & Cantabrigiæ Comitatibus. Ejus præcipua urbs eſt Lincolnia ſeu Lindum.

Script. Germ. Lindavia ſive Lindavium, *Lindavv*, urbs libera & pulchra Sveviæ, ad lacum Brigantinum, à Sallopoli 2. leucis Memingam versùs, quæ & Philyre.

¶ Lindavia urbs eſt Germaniæ, in Svevia, & in inſula lacus Conſtantienſis, ponte junctacontinenti, ſatis munita, & fruſtra tentata à Svecis hiſce poſterioribus annis. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Gallopoli ſeu Fano S. Galli in ortum, uti 8. à Conſtantia, & 9. à Meminga in auſtrum; eſtque in limite Helvetiorum, & libera.

Script. Germ. Lindemagus & Limagus, *Limat*, fluvius Germaniæ ſuperioris, per Helvetios fluens, ac per lacum Tigurinum tranſiens; qui Arolæ apud Badam urbem, quam alluit, commiſcetur, inter illam & Clignaviam 1. leuca.

Beda. Lindisfarna, *Halig Eiland*, nunc *Holy Island*, inſula Albionis, oræ Northumbriæ ad oſtia Tuedæ fluvii adjacens, cum urbe cognomine, quæ & Auguſtaldia dicta fertur, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, cujus ſedes Dunelmum tranſlata eſt. Abeſt à Bervico urbe in finibus Scotorum 4. mill. in auſtrum.

¶ Lindisfarnia inſula eſt parva, uno tantùm milliari ab ora Northumbriæ diſſita, accedente æſtu maris, & ei contigua recedente Oceano. Dicta fuit Lindisfarnia à Lindo fluvio, cui objecta, vulgò Anglis *Holy Iland*, id eſt, Inſula ſacra, quòd olim multi ſancti monachi eò ſe receperint. 4. milliaribus diſtat à *Farne* inſula in Boream. Circuitus eſt 6. milliarium Anglicorum, & unicum tantùm habet oppidulum, cum caſtro & portu.

Lindonium. Vide Londinium.

Ant. Ptol. Lindum, *Lincolne* Anglicè, * *Caerlud Coyd* Britannicè, teſte Lhuido cum aliis, urbs epiſcopalis Albionis in Anglia ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, quæ & Lindocolnia, & per ſyncopem Lincolnia poſterioribus dicta eſt, inter Londinium ad meridiem 95. et Eboracum in Arctos 55. mill. diſtans, olim regia Merciorum, cui ſedes Dorceſtrienſis copulata fuit. (* Britannis *Lindcoit*, pro quo perperam *Luitcoit*, Saxonibus *Lindo-Collyne*, *Lind-cyllanceaſter* Camdeno.)

¶ Lindum, *Lincolne*, urbs aliàs Corintanorum, nunc Comitatus Lincolnienſis caput, in Anglia, juxta Withamam amnem, 7. milliaribus à Trenta fluvio. Collis dorſo inſidet; eſtque ſatis ampla et culta. 22. milliaribus Anglicis diſtat à Nottingamia in Eurum et 20. ab ora Oceani Germanici in occaſum.

Ptol. Lindum alterum, oppidum Albionis, in finibus Damniorum, ſeu * in Cornubia regione, *Lithquo* nunc, teſte Camdeno. (* in Scotia, ibi enim Damnii Ptolemæo, Cornubienſes verò Damnonii.)

¶ Lindum, oppidum Damniorum, in Scotia, nunc *Linlithquo* doctioribus, vulgò *Lithquo*, cum palatio nobili, in Laudonia provincia. 11. milliaribus Scoticis diſtat ab Edimburgo in ortum, et 3. à Fortheæ æſtuario, ſed longiſſimè à Cornubia in Boream.

Ptol. Strab. Lindus, Lindum Plinio, oppidum Rhodi, unum ex tribus præcipuis illius inſulæ, quod adhuc *Lindo*, teſte Sophiano, nominatur.

¶ Lindus, fluvius Aſiæ minoris, qui Cariam terminat et Lyciam, teſte Quinto Calabro, Calbis fortè Ptolemæi.

¶ Linga, *Lingen*, oppidum munitum Germaniæ, in weſtphalia et ditione Monaſterienſi, cùm aliàs eſſet Principis Auriaci. Eſt propè Amaſium fluvium. 45. mill. paſſ. diſtat à Monaſterio in Boream Embdam versùs, à quo 55. diſtat in meridiem, uti 30. ab Oſnabruco.

Caſ. Plin. & al. Lingones, populi et urbs Galliæ Celticæ, in Burgundiæ, et Campaniæ confinio, antiquiſſima, anno poſt diluvium 591. ut ferunt, condita, ad Vogeſi montis radices, inter Trecas 22. et Veſulium oppidum Burgundiæ Comitatus 12. leuc. media inter Trecas et Veſutionem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſis, *Langres*, vulgò. Hinc Lingonicus nomen gentis. Luc. lib. 1.

Pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis.

Claudianus de laudibus Stiliconis libro 3.

Vexit Lingonico ſudatas vomere meſſes.

Apud Lingonas Alemanni bis victi à Conſtantino Auguſto, cæſique ad 60000.

¶ Lingones urbs eſt munita & ampla Galliæ, in Campania Provincia, ad fontes Matronæ fluvii, in colle poſita, cujus Epiſcopus eſt Dux & Par Franciæ. 6. leucis diſtat à confinio Comitatus Burgundiæ, ut & Ducatus, 22. à Trecis in ortum. 17. à Divione in Boream, & 20. à Veſuntione in Cæciam. Notandum tamen populos dictos fuiſſe Lingones, urbem autem Andemantunum dictam fuiſſe, & 40. ferè milliaribus diſtare à Vogeſo monte in occaſum.

¶ Liniacum, *Legnago*, oppidum Italiæ in ditione Veneta & agro Veronenſi, ad Atheſim fluvium, 27. milliaribus infra Veronam Ferrariam versùs.

Liniennus, *Rother*, fluvius Albionis, per Cantium fluens, & per * Roffam urbem, quam alluit, in Thameſim influens. De quo in vitis Sanctorum Britanniæ fit mentio. (* Juxta *Rhie* oppidum ad meridiem in Oceanum Britannicum influit.) *Script. Brit.*

¶ Linienus fluvius eſt parvus Cantii provinciæ, in limite Suſſexiæ, ubi etiam oppidum *Rye* rigat; et ibi in mare Britannicum ſe exonerat: Sed Roffam non rigat, & plus 20. milliaribus Anglicis ab ea decurrit in auſtrum.

Linterna palus, *Lago di Patria*, teſte Scipione Mazella, apud Linternum urbem exciſam, in Campania. *Sil.*

Linternum Liternum Plinio & Livio, colonia, & urbs olim epiſcopalis Campaniæ, inter Vulturnum ad occaſum & Cumas ad ortum, in ora littorea, exciſa: manet turris cum diverſorio, vulgò *Patria*: à Vulturno 9. mill. paſſ. Puteolos versùs ferè totidem, à Cumis vix 5. ubi Scipio Africanus mortem obiit, cùm Roma ob civium ingratitudinem ſeceſſiſſet. Lentiſciferum quoq; ab Ovidio libro 15. Metamorphoſeon ob lentiſci copiam nominatur: *Cic. Mel. & al.*

-lentiſciferumque tenetur

Linternum, multamque trahens ſub gurgite arenam.

¶ Linternum, ſeu, & meliùs, Liternum, urbs fuit Italiæ, in Campania, nunc vicus tenuis provinciæ Terræ Laboris, *Torre di Patria* dictus, in ora maris Tyrrheni, inter Vulturnum ad Boream & Cumas ad meridiem, propè fluvium Liternum dictum.

Linum, *Capo di Verre*, promontorium Brutiorum, in Calabria citeriore, teſte Barrio, apud Amantiam urbem, & Tylleſium promontorium, ubi Bellus mons oppidum conſpicitur. *Lycop.*

¶ Linum Regis, *Lynne*, ſeu etiam Kinges *Lynne*, oppidum eſt Angliæ, in Norfolcia provincia, propè oſtia Uſæ fluvii, in ora Oceani Germanici, et 18. milliaribus in Elia in Boream.

Linus, fons Arcadiæ, feminis bibentibus ex eo abortum prohibens, teſte Plinio. *Plin.*

¶ Lionium, *Lions* cognomento *en Foreſt*, oppidum eſt Galliæ, in Normannia, juxta ſylvam *de Bray*, in Vexino Normannico, 6. leucis à Rothomago in ortum. Dicitur meliùs Leones. Vide ibi.

¶ Lionium, *Lions* cognomento *en Santerre*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia et in tractu Sanguiterſio. 7. leucis diſtat ab Ambiano in ortum, totidem à Novioduno in Boream, et 5. ab Hamo in occaſum.

Lipara, antea Meligunis, *Lipari*, inſula Siciliæ, prima Æoliarum, contra oſtia Metauri fluvii Brutiorum 24. mill. paſſ. ipſa circuitu 18. cum urbe epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi, anno quo Dyrrachium urbs Macedoniæ condita, ignes ſemper emittens. Populi Liparenſes Ciceroni. Virgilius libro 8. Æneidos: *Vriſt. Strab. Plin. & al.*

Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque

Erigitur Liparen.

¶ Lipara, Æoliarum inſularum præcipua, pendet à Sicilia cum aliis Liparæis inſulis, in mari Tyrrheno. Habet tantùm urbeculam parvam cum aliquot villis. Sed ignes non emittit uti Vulcania ei vicina. 30. mill. paſſ. diſtat ab ora Siciliæ in Boream, et 60. ab ora proximiori Calabriæ ulterioris in occaſum. Ejus arx permunita eſt, et *la Pignatara* vulgò dicitur. Tota autem inſula ſatis culta eſt et ferè ſola inter Liparæas inſulas, quæ ſubſunt Hiſpanis.

Lipareæ inſulæ, quæ et Æoliæ, et Vulcaniæ, ac Hephæſtiades, inſulæ Siciliæ numero 7. (Vide Æoliæ) ubi Æolus Rex ventorum, ut Poetæ fingunt, regnaſſe fer- *Plin.*

fer-

ſertur: quarum prima eſt Lipara : à freto Siculo 200. ſtadiis diſtantes, teſte Strabone.

Liparis, fluvius Ciliciæ, ad Selinuntem urbem fluens, in quo natantes oleo perungi videntur , teſte Plinio & Vitruvio. Liparis etiam Lipara inſula dicitur à Claudiano libro 2. de raptu Proſerpinæ:

Turbatur Liparis; ſtupuit fornace relicta
Mulciber.

¶ Lipaxus, Thraciæ urbs, teſte Stephano.

¶ Lippa, *Lippa*, urbs Tranſylvaniæ, in colle, ſub dominio Turcarum, propè Mariſcum fluvium, & in confinio Hungariæ. Diſtat 5. leucis à Temeſia in Circium, & 10. à Julia ſeu Ziridava in auſtrum.

¶ Lipſia, *Leipſick*, urbs Germaniæ, in Miſnia provincia Saxoniæ ſuperioris, accademia, & emporium celebre ad amnem *Pleiſſ*, ſub dominio Electoris Saxoniæ, 12. milliaribus Germanicis diſtat à Dreſda in occaſum, & 16. à Magdeburgo in auſtrum. Pluries expugnata fuit ultimo bello Germanico ; ibique Auſtriaci victi bis & grandi clade affecti fuere à Svecis.

Liquentia, *Livenza*, fluvius Venetiæ, illam à Carnis ſeparans, ſeu Marchiam Tarviſinam à Foro Iulio dividens, cum portu cognomine, teſte Plinio. Virgil. lib. 9. Æneidos:

Quales aeriæ Liquentia flumina circum.

Ubi liquentia participium videtur , non nomen fluvii.

Liria, Ledum Melæ, *le Lez*, fluvius Galliæ Narbonenſis, apud Montem Peſſulanum decurrens, ſeque in ſtagna Volcarum exonerans, teſte Dalechampio.

Lirimiris, *Mulheym* Villanovano ex conjectura, oppidum Germaniæ, apud oram Borealem, in Saxonia, Hamburgo proximum.

¶ Lirimiris aliis eſt *Segeberg*, oppidum munitum Holſatiæ, in regno Daniæ, 7. leucis ab Hamburgo in Boream, & 5. à Lubeca in occaſum: quod forſan meliùs.

Lirinates, populi Italiæ, in Frentanis, qui aliis Larinates dicuntur, & quorum urbs Larinum eſt. Vide ibi.

Lirinenſe cœnobium. Vide Lerina: legitur enim Lirinenſe & Lerinenſe.

Liriope, fons Narciſſi, in Bœotia, in finibus Theſpienſium, in quo Narciſſum ſui amore captum ſubmerſum fabulantur, ad vicum Hedonacum, teſte Pauſania, in Cephiſum influens. Ovidius libro 3. Metamorph.

Cærula Liriope, quam quondam flumine curvo.

Liris, Lyris Tacito, Liternus Appiano, *Garigliano*, fluvius Italiæ, Latium à Samnio & Campania ſeparans, ſupra Soram, apud Atinam oriens, & ad Minturnam urbem excïſam in mare Tyrrhenum inter Formias & Sinueſſam deſinens. De quo Martialis lib. 13. epiſt. 80.

Cæruleus nos Liris amat, quam ſylva Maryca.
Perlegit.

¶ Lirnytia, Pamphiliæ oppidum, Aſia minori, teſte Stephano ex Hecatæo.

Lisboum, locus Germaniæ, in Franconia, ad Mænum fluvium, qui *Erlenbrunnen* dicitur, teſte B. Rhenano.

¶ Liſerpalus, *Leerpole*, oppidum Angliæ, cum portu capaciſſimo, ad oſtia Merſeii fluvii, in Lancaſtria provincia ad auſtrum, in confinio Comitatus Cæſtriæ. 14. milliaribus Anglicis diſtat à Ceſtria in Boream, vix 2. à mari Hibernico, & 30. à Lancaſtria in meridiem.

¶ Liſinas, Theſſaliæ oppidum, teſte Livio.

Liſmora, *Lyſmore*, urbs Hiberniæ, in Momoniæ ora, inter Waterfordiam ad ortum & Corcagiam ad occaſum 20. mill. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi. Liſmoria item , urbs Scotiæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Glaſquenſi , in Argadia regione occidua , à Glaſquo ad 20. mill. in Circium, à Candida caſa in Boream.

Liſmora, *Liſmore*, urbs eſt Comitatus waterfordienſis, in Momonia regione, juxta fluvium *More*, 22. mill. paſſ. à Caſſilia in meridiem, & 15. ab Oceano in Boream, uti ab Jogallia. Deficit in dies. Liſmora autem Scotiæ meliùs dicitur Kilmoria, *Kilmore*. Vide ibi.

Liſſa, inſula Illyrici, oræ Liburnicæ contra Iaderam adiacens, etiam vulgò *Liſſa*, teſte Hermolao, dicta, & *Iſola di Zara*.

¶ Liſſa cognomento Polonica, *Leſno* Polonis , *Liſſe* Germanis, populoſum eſt oppidum Poloniæ maioris, in Palatinatu Caliſienſi & in Sileſia Polonica, uno & dimidio milliari à finibus Sileſiacis, atque uno ab oppidulis *Storchneſt* & *Schvvetzkau* remotum, & in Franveſtadienſi diſtrictu ſedens, olim pagus. Sed pro maiori parte incendio conflagravit die 28. Aprilis anno 1656.

Liſſia, *Lethovvſovv* & *tho Gulſe*, teſte Camdeno inſula maris Britannici, Angliæ adjacens, (*in ora occidentali Cornubiæ.*) Ant

Liſſon, fluviolus Siciliæ, Leontinos a latere occiduo præterfluens, *Fiume di Lentini*. Polyb.

Liſsus, Liſſum Plinio, *Aleſſio* Sophiano & aliis, urbs Macedoniæ, in Illyrici confinio, ad oſtia Drilonis fluvii, media inter Epidaurum urbem Dalmatiæ, & Aulonam urbem Macedoniæ 100. mill. paſs. diſtans, mediaque inter Scodram ad Boream & Dyrrachium in auſtrum ſupra 40. mill. Nymphæo promontorio proxima ad 23. mill. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Dyrrachino. Liſſi, ſeu Lyſſi, ut aliqui codices habent, meminit Lucanus libro 15. Polyb. Strab. Ptol.

Prætereunt fruſtra tentati littora Liſſi,
Nymphæumque tenent.

¶ Liſsus, *Aleſſio*, urbs eſt Macedoniæ, in Albania regione, in ora maris Adriatici & in intimo receſſu ſinus Illyrici, quia Drilone fluvio ibi ſe exonerante dicitur *Golfo de'lo Drino* Italis, *Golfo du Drin* Gallis. Erat alias in Prævalitana provincia, nunc autem ſubeſt dominio Turcarum, ſedetq; in colle arduo, 25. mill. à Croia in Boream.

Liſsus, etiam Lyſsus (& non Leſſus, ut ſcribit Ortelius) Ptolemæo, Lyctus Straboni, *Fioriſſi*, teſte Nigro, oppidum Cretæ, in ora Auſtrali, apud Criumetopon promontorium & Tarbam oppidum. Eſt & fluvius Thraciæ, in mare Ægæum inter Thaſſon & Samothracen inſulam exiens, unus ex illis quos Xerxis exercitus bibendo exſiccavit, teſte Herodoto. Plin.

Liſta oppidum fuit Sabinorum, Reatinæ urbi proximum, ad 3. mill. paſſ. diſtans. Populi Liſtini. Hali. carn.

Litabrum oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis Locus, teſte Morali, apud Segobiam urbem indicatur.

¶ Litææ, urbs Peloponneſi, in Laconia, teſte Stephano. Liv.

Litana, *Selva di Lugo*, teſte Nardo, ſylva Galliæ Togatæ, apud Lucum oppidum Romandiolæ, ubi Romani , Lucio Poſthumio Conſule, cæſi ſunt ad 25000. à Gallis, teſte Livio. Liv.

Litarbis, regiuncula Syriæ, in agro Antiocheno, ab Antiochia 300. ſtadiis diſtans. Evag. & Caliſt.

Lativi, qui & Lituani, populi Sarmatiæ Europææ, quorum regio ampliſſima eſt in regno Polonico. Vide Alani, ſic enim veteribus dicti putantur: de quibus libro 1. Itinerarii: Script. Germ.

Continuo Litavos Boryſthenidaſque Rutenos, Liv.
Et deſolatos advena vidit agros.

Liternum. Vide Linternum.

¶ Litha, *Lyth* ſeu *Leyth*, oppidulum Scotiæ, cum portu, vix 1. mill. Scotico ab Edimburgo in Boream, ad Forteam æſtuarium, in Laudonia provincia, aliàs munitum.

Lithophaum, *Moret*, teſte Vigenereo, oppidum Galliæ Celticæ, in Vaſtinia regione, ad Longum fluvium, inter Melodunum ad Boream & Montem Regium ad meridiem 5. leucis, à Pariſiis 15. Script. Gall.

¶ Lithophaum, vicus Galliæ Lugdunenſis aliàs. Sunt qui credunt fuiſſe ubi nunc *Moret*, oppidum provinciæ Inſulæ Franciæ, in Vaſtinio tractu, ad Lupiam fluvium, qui paulò infrà in Sequanam ſe exonerat. 5. leuc. à Meloduno diſtat in auſtrum, & 2. à Monte Regio ſeu Monaſterio in occaſum.

Lithoproſopus, *Pragoça*, mons Phœnicis apud Botryn urbem , qui Ptolemæo Theuproſopon promontorium dicitur, inter Tripolim & Botryn. Cedr.

¶ Lithuania, *la Lituanie*, Sarmatiæ Europææ, aliàs, nunc Poloniæ, titulo magni Ducatus nobilis. Chriſtianam fidem ſuſcepit anno 1389. Duce Jagellone in Poloniæ Regem adſumpto , ac baptizato. Anno autem 1569. in unum Reipublicæ corpus cum Polonia coaluit. Terminatur ab oriente Moſcovia, à ſeptentrione Moſcovia etiam ex parte , Livonia , & Samogitia , ab occaſu Polonia propria, & à meridie Volhinia provincia, quæ ipſi etiam annexa eſt, cum Samogitia, Poleſia, Podolia. Ipſa autem Lithuania propria dividitur in novem partes ſeu Palatinatus, & totius regioni caput eſt wilna. Tota hæc regio fœdè vaſtata fuit à Moſcis & Tartaris hiſce ultimis temporibus; & ejus pars verſùs ortum occupata fuit à Moſcis.

(*Lithuaniæ partes ſeu Palatinatus:*

Braslavienſis, de Braslavv.
Miniſcenſis, de Minſco.
Mſciſlavienſis, de Mſcizlavv.

Novo-

Novogrodenſis, de Novogrodeck.
Poloczenſis, de Poloczk.
Trocenſis, de Troki.
Wilnenſis, de Wilne.
Witebſcienſis, de vvitebsk.
Sunt etiam partes Lithuaniæ Ducatus Smolecenſis, Novogrodenſis, & Czernihovienſis, cum territoriis Rohaczovienſi & Rzeczycenſi.)

(*Lithuaniæ urbes præcipuæ*:
Braslavia, Braslavv.
Couna, Kovuno.
Czernihovia, Czernihovv:
Grodna, Grodno.
Minſcum, MinsKo.
Mihilovia, Mohilovv.
Mſcislavia, Mſcislavv.
Novogroda, NovogrodecK.
Novogroda Severia, NovogrodecK SevietsKy.
Orſſa, Orſſa.
Poloczka, PoloczK.
Rohaczovia, Rohaczovv.
Rzeczyca, RzeczicK.
Sluca, SluKz.
Smolenſcum, Smolensko.
Troca, Troki.
Vilkomiria, Vilkomirz.
Vvilna, Wilne.
Vvitebſcia, VvitebsK.)

¶ Lithrus Armeniæ minoris urbs apud Strabonem.

¶ Litlandia, *Letten* ſeu & *Leitland*, pars eſt Ducatus Livoniæ ad auſtrum, cuius pars occidentalis paret Regi Sveciæ, pars autem ad ortum Regi Poloniæ ſubeſt. Ibi Riga urbs primaria. Aliæ urbes ſunt Duneburgum, Kockenhuſia, Volmaria, & Segevoldia. Separatur ad auſtrum à Semigallia Duina fluvio, & ad ortum habet ditiones magni Ducis Moſcoviæ, ad occaſum ſinum Rigenſem, & ad Boream Eſthoniam.

¶ Litomerium, ſeu & Litomierſca, *Leutmeritz & Letomeritz*, urbs Germaniæ, in Bohemia, ad Albim fluvium, recens epiſcopalis facta ab Alexandro VII. Papa ſub Archiepiſcopo Pragenſi. 8. milliaribus Germanicis diſtat à Praga in Boream, et 10. ſuprà Dreſdam in auſtrum.

Ann. Littamum, *Lutach*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus Norici, in Carinthiæ et Comitatus Tirolenſis confinio, ad Aicham fluvium, apud Dauferium oppidum, inter Brunecum ad meridiem 4. et Rotenburgum in Boream 6. leucis, à Lincio 7. in occaſum.

Ptol. Littus altum, ſeu Ripa alta, *Tarbarth* Camdeno, aliis *Roxemburgh*, vel *Roxburgh*, oppidum Albionis, in ora Scotiæ orientali, inter oſtia Ilæ et Loxæ fluminum, in Roſſia Comitatu.

¶ Littus altum oppidum fuit Cantarum, in Scotia Boreali, nunc *Tarbath*, oppidulum juxta promontorium cognom. et propè Vararis æſtuarium, in parte orientali Comitatus Roſſiæ, et in ora maris Germanici, Camdeno teſte.

Ptol. Littus Cæſiæ, *Calvi* Moletio et Pineto, oppidum Corſicæ, in ora occidua, à Sagona urbe exciſa ad 30. mill. paſſ. in Boream, à Nebio 40. in occaſum. Sed apud Ptolemæum in ora Boreali deſcribitur.

¶ Littus Cæſiæ oppidulum fuit Corſicæ, in ora occidentali, quà in Boream tendit, inter Attium promontotium ad occaſum et Tilocium in Eurum, forſan ubi nunc portus *Marſalco* dictus, 25. milliaribus à Calvio in ſeptentrionem.

Liv. Litubium, *Ritorbio*, teſte Bernardo Sacco, pagus Liguriæ, in agro Ticinenſi, apud Dertonam urbem, inde 7. mill. paſſ. à Vico Iriæ 3. ubi aquæ calidæ ſalutares.

Plin. Livias, Libias Ioſepho, oppidum Palæſtinæ trans Aſphaltitem lacum, ſic à Livia Tiberii Auguſti matre dictum.

Aim. ¶ Liviopolis, urbs Aſiæ minoris, in Cappadocia, circa Pontum Euxinum, teſte Plinio.

Livones, *Lifflender*, populi Sarmatiæ Europææ, ad ſinum Venedicum: quorum regio Livonia, inter Pruſſiam ad meridiem et Ruſſiam albam ad Boream Samogitia comprehenſa; cujus urbes Riga, *Riga*, metropolis et archiepiſcopalis, Curovia, *Curovv*, Venda, *Wenden*, Oſelia, *Oſel*, Revalia, *Revel*, et Torpatum, *Derpt*, epiſcopalis, ſub regno Polonico.

¶ Liviones, populi Sarmatiæ Europææ, quorum regio Livonia, *la Livonie* Gallis, *Lifflandt* Germanis. Aliàs ſuberat Regi Poloniæ, nunc autem Regi Sveciæ pro majori parte ſubeſt. Terminatur à ſeptentrionem ſinu Finnico, ab occaſu ſinu Rigenſi ſeu mari Baltico, à meridie Semigallia et Lithuania, et ab ortu Ingria et Pleſcovia provinciis Moſcoviæ. Dividitur in duas partes, nempè in Eſthoniam, *Eſten*, quæ in Boream tendit, et in Litlandiam, *Letten*, quæ ad auſtrum. Eſthonia autem dividitur etiam in plures tractus, nempè in Alentakiam, Eſthoniam propriam, Hariam, Jerviam, Oldenpoam, Viriam, et Vicheslandiam. Partes etiam ſunt Livoniæ inſulæ Oſilia, *Oeſel*, et Daghoa, *Dagho*, in mari Baltico et in ſinu Rigenſi, quæ anteà Regi Daniæ ſuberant, nunc autem Svecici juris ſunt ab anno 1645. Erant etiam in Livonia Ducatus Curlandiæ et Semigalliæ; ſed nunc ab ea revulſi, ſubſunt proprio Duci è gente Ketlera, ſub clientela tamen Regis Poloniæ.

¶ Livonia provincia, *Livonie*. Vide Livones.

(*Livoniæ urbes præcipuæ*:
Dunenburgum, Dunenbourg.
Felinum, Felin.
Hapſela, Hapſel.
Kockenhuſia, Kockenhauſs.
Lehalium, Lehal.
Narva, Narva.
Pirnavia, Pernavv.
Revalia, Revel.
Riga, Riga, *ſeu* Riig.
Segevoldia, Segevold & Sevold.
Torpatum, Derpt.
Volmaria, Vvolmer.
Omnes ſubſut Svecis; ſed Dunenburgum nunc ſubeſt Polonis pace ad Olivam ſancita.)

Lixa, Lix Solino, Lixos Plinio *Larach*, teſte Marmolio cum aliis, et *Arays* Africanis, colonia et urbs Mauritaniæ Tingitanæ, in ora maris Atlantici, olim regia Antæi, inter fretum Herculeum 112. et Atlantem montem 205. mill. paſſ. teſte Solino; nunc portus cum arce ſub Hiſpanis. Ptol. Sol.

¶ Lixa, *Larache* Europæis, urbs eſt Africæ, in regno Fezzæ, & in Aſgara provincia, ad oſtia Lixi fluvii, & 65. mill. paſſ. à Freto Herculeo in auſtrum. Subeſt dominio Luſitanorum ab anno 1610.

Lixus, Lix Ptolemæo, *Luſſo* Caſtaldo & aliis, *Fiume di Larach*, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, ad Lixam urbem in Oceanum Atlanticum labens. De quo Silius lib. 3. Strab. Ptol.

Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.

Lizifis, *Laorzalos*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Tranſylvania, ad Cuſum fluvium, exciſum. Plin.

¶ Loanda, *Loanda*, inſula parva Africæ, in ora regni Congi, ubi urbs S. Pauli, *S. Paulo de Leonda*, cum portu capaci & munito, in ditione Luſitanorum. 180. mill. paſſ. diſtat ab oſtio fluvii *Zaire* in auſtrum. Capta fuerat à Batavis, ſed poſteà fortiter recuperata à Luſitanis.

¶ Loangum, *Loango*, regnum parvum Africæ, in Æthiopia inferiori ad occaſum, inter regnum Congi ad auſtrum & regnum Biafaræ ad Boream.

¶ Lobavia, *Lobavv*, oppidulum Poloniæ, in Pruſſia Regia, cum arce, ubi Culmenſis Epiſcopus ut plurimum commorari ſolet. Ideò etiam Lobovienſis Epiſcopus dictus, ſicut etiam circumiacens territorium Lobovia vulgò appellari conſuevit. Eſt in ipſo limite Pruſſiæ Regiæ, 13. milliaribus Germanicis à Culmia in ortum. Ptol.

Lobetum, *Albaracin*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis & Aragonio regno, in Caſtellæ novæ confinio, à Terulio urbe 6. leuc. in occaſum, a Concha 12. in Boream, Cæſarauguſtam versùs 32. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, in monte Turia, fluvio circumfluente. Populi Lobatani Plinio. Ab Hercule Libyco condita cum Auſa traditur anno poſt diluvium 625.

¶ Lobrini, montes Aſiæ minoris, in Phrygia, unde Rhea Lobrina. Ptol.

Locanus, *Proteriato*, teſte Barrio, fluvius magnæ Græciæ, in Calabria ulteriore, in mare Auſonium ex Apennino monte inter Locros & Scyllacium fluens. Plin.

¶ Locaricum, Siciliæ oppidum, teſte Antonino Auguſto.

¶ Locarnenſis Præfectura, *Bailliage de Locarno*, una ex quatuor Præfecturis Italicis, ſub dominio Helvetiorum ab anno 1512. Habet ad ortum Verbanum lacum & Luganenſem Præfecturam, ad occaſum autem Du-

catum

catum Mediolanenſem; & ejus oppidum præcipuum eſt Locarnum.

¶ Locarnum, *Locarno*, Germanis *Luggaris*, oppidum Italiæ ad Verbanum lacum, ſub poteſtate Helvetiorum cùm alias fuerit Ducum Mediolanenſium. 30. mill. paſſ. diſtat à Como in Cæciam, & 40. à Novaria, ſed 5. tantùm à confinio Ducatus Mediolanenſis.

¶ Locaſtra, Mediæ urbs apud Ptolemæum, Choaſtra in Latinis codicibus.

¶ Locha, Africæ urbs magna, à Scipionis militibus expugnata & direpta, teſte Appiano.

¶ Lochemum, *Lochem*, oppidum munitum Belgii, in Comitatu Zutphanienſi, ad Borchelam amnem, in ditione Hollandorum, & in confinio Tranſiſalaniæ & Weſtphaliæ. Duabus leucis diſtat à Zutphania in ortum.

¶ Lochia, *Loches*, urbs Galliæ, in Turonenſi provincia, ad Ingerem fluvium, cum arce munita. Diſtat 7. leucis ab Ambacia in auſtrum, & 9. à Cæſaroduno Turonum, 22. autem à Biturico in occaſum,

Lochias, & Acrolochias eidem Strraboni, *Caſteletto*, teſte Ortelio, promontorium & arx Ægypti, apud Pharum & Alexandriam.

¶ Lochis, Sarmatiæ Aſiaticæ urbs Ptolemæo, Auchis interpreti.

Locobormannum pagus erat Liguriæ, inter Alpes & Albingaunum urbem, a qua 15. mill. paſſ. Alb intemelium versùs diſtabat.

Locoritum, *Forcheim*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ, libera, in Franconia, in Nortgojæ confinio, inter Noribergam ad meridiem 5. & Bambergam ad Boream 4. leuc. Trutavia etiam Latinè dicta ex antiqua traditione.

Locra, fluvius Corſicæ, per oram occiduam inter Urcinium, ſive Adjacium urbem, & Paucam oppidum fluens, adhuc *Locra* nominatus; licèt Leandro *Talabo* ſit, à Locra 10. mill. paſſ. in Boream diſtans, apud Genarcam oppidum.

¶ Locra, fluvius parvus Corſicæ, nunc eſt *Capitello*, Brietio teſte; & in ſinum Adjacii ſe exonerat.

Locri, *Gieraci*, urbs magnæ Græciæ in ora, apud Zephyrium promontorium, in confinio Brutiorum, quæ & Maritia Ovidio, exciſa, cui ad 3. mill. paſſ. Hieracium ſuffecta eſt, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, inde 600. ſtadiis in Boream ex Strabone diſtans, Scyllacium versùs ſupra 50. mill. paſſ. a Locrenſibus, Ozolis populis Achajæ; duce Evante condita, ſive ab Ajace Locrorum prædictorum Rege, teſte Solino. Populi Locrenſes. Virgilius libro 3. Æneidos:

Hic & Narycii poſuerunt mœnia Locri.

Locrenſes cùm bovem, quem Diis facerent, non haberent, compoſito ex lignis minutis bovis ſimulachro, illo rem ſacram fecerunt. Unde adagium de re vili & munere ſordido natum eſt, *Locrenſis bos*. Iidem cùm fœdus, quod cum Peloponneſiis inerant, violaſſent, ad Heraclidarum partes tranſeuntes, adagio cauſam dedere huic apud Zenodotum & Euſtathium, *Locrenſe pactum*, in fœdifragos. Idem narratur, quòd Siculos eluſiſſent.

¶ Locri, ſeu Locri Epizephyrii, urbs fuit ampla Brutiorum, in magna Græcia. Antea erat propè Zephyrium promontorium, poſteà autem translata fuit ad montem Eſopin, Strabone teſte, 3. milliaribus ab ora maris Jonii. Sed cùm deſtructa fuit, ex ejus ruinis crevit Hieracium, urbs Calabriæ ulterioris, vix mill. paſſ. ab ea diſtans, inter Zephyrium promontorium ad auſtrum & Cocytum ad Boream, 18. mill. paſſ. utrinque, & 40. à Scyllacio in auſtrum, in colle ſedens.

Locri, populi Achajæ gemini: alii Ozolæ, & Ozoli, circa fauces ſinus Corinthiaci incolentes, proximi Ætolis, quorum regio Locris Livio dicitur, & urbs primaria Naupactum: alii Epicnemidii cognomine, in adverſa ora, ad ſinum Oetæum, Opuntiis proximi, quorum oppidum Scarphia.

¶ Locta, *Loket* Bohemicè, *Ellebogen* Germanicè, urbs Germaniæ, in Bohemia, probè munita, cum arce in colle, ad Egram amnem, in confinio Miſniæ. 4. milliaribus Germanicis diſtat ab Egra in orrum, & 18. à Praga in occaſum, uti & à Dreſda versùs auſtrum.

Locus felix, *Wels*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Auſtria, ad Duriam fluvium, iner Lentiam 4. & Salisburgum 11. leuc. Ovilabi proximum. Alii Lacus felix legunt.

¶ Lodunum, ſeu Loſdunum, *Loudun*, urbs Galliæ, in colle, in Pictavenſi provincia. Ab ea tractus adiacens dicitur *le Loudunois*. Vide Juliodunum.

Logi, non Lugi, ut aliqui legunt, populi Albionis, *Ptol.* in Scotia, quorum regio *Strathnavern*, teſte Hectore Boetho, dicitur.

Logia, * *Lough*, teſte Camdeno, fluvius Hiberniæ, *Ptol.* per oram orientalem ex lacu Schatervvico fluens, ac in mare ad Strangfordiam oppidum exiens. (* Camdeno eſt *Lough Der* vel *Lough Foyle*, in ora Boreali, apud urbem *Derry*; *Lough Coyn* verò eſt qui apud Strangfordiam exit, in ora orientali, & ambo in Ultonia provincia.)

Logus, *Lug*, & *Lugvvy*, vel *Lhygnvy*, fluvius Cambriæ ſeu Walliæ, una cum Vaga in Sabrinæ oſtia, ad Striguliam oppidum influens. *Script. Brit.*

¶ Logns, *Lug*, amnis eſt parvus walliæ meridionalis. Oritur in Comitatu Radnoriæ; deinde per Comitatum Herefordienſem in Angliam fluens, paulò infrà Herefordiam in Vagam labitur.

¶ Lojovogrodum, *Lojovvogrod*, oppidum Poloniæ, in Volhinia inferiori, & in Palatinatu Kiovienſi, ad dextram Boriſthenis ripam, ubi fluvium *Soſz* recipit. Nobilitatur inſigni victoria Principis Januſii Radzivilii contra Coſaccos die 31. Junii anni 1649. *Polib.*

Lojus, (Vide Lous) fluvius Macedoniæ.

Lomandus lacus apud ſcriptores Scotos in Levinia regionem eſt, non procul à monte Grampio, (qui totam ferè Scotiam, ut Apenninus Italiam, percurrit) prodigioſus ſanè propter illius inſulas fluctuantes. Non longè Caledonii populi (quorum urbs epiſcopalis Dunkeldinum appellatur) ſunt, apud ortum Bodotriæ * in occaſum decurrentis, & Tai in ortum. (* in ortum Bodotria etiam fluit.)

¶ Lomandus lacus ſeu Lomundus, *Loch Lomond* incolis, lacus eſt amplus Scotiæ meridionalis, in Levinia provincia, inter Menthitiam provinciam ad ortum, & Argadiam ad occaſum. Extenditur à ſeptentrione in meridiem per 20. mill. paſſ. Ejus autem major latitudo eſt 20. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, & tantùm in aliquot locis; in aliis enim vix eſt 3. mill. paſſ. & 4. tantùm diſtat à Dumbritonio in Boream, uti paulò ampliùs à Glotæ æſtuario. Vulgò *Loch Lomond* dicitur à Scotis, *lac Lomond* à Gallis. *Prov.*

Lombarium, *Lombes*, vel *Lombers*, urbs Galliæ Nar- *Rom.* bonenſis, in Aquitaniæ confinio, apud Garumnam fluvium, à Toloſa 8. leucis in auſtrum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, à Joanne XXII. Pontifice Maximo ſede epiſcopali decorata.

¶ Lombarium, ſeu, & meliùs, Lombaria, *Lombez*, urbs eſt Galliæ, in Aquitania, & in Comitatu Convenarum, ad amnem Savam, 4. leucis à Garumna fluvio diſtans & 8. à Toloſa in occaſum, ſed 5. tantùm ab Auſciis in Africum. Satis ampla eſt, ſed malè culta. *Ant.*

Lomnium. Vide Jomnium. *Scrip.*

Lomundus, *Lomond*, lacus ingens Scotiæ, inter Gal- *Scot.* lovidiam ad auſtrum & Loquabriam ad Boream, ac inter Caledoniam ad ortum & Argadiam ad occaſum, ſub Grampio monte, oſtia ferè attingens Glotæ fluvii. (*Vide Lomandus.*)

Loncium, *Lienez*, teſte Lazio & *Linez*, oppidum No- *Ant.* rici, in Carinthia, inter Julium Carnicum, & Aguntum 16. ſive 17. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini.

Londinium, Lundinium, Lindonium Stephano & *Tac.* Martiano, quaſi à Lindo Rhodiorum, & Londinium, *Ptol.* & Auguſta Trinobantum Ammiano, Colonia Auguſta *Ant.* Tacito, Londonia Bedæ, Lundonia Sigeberto, *Lundain* & *Caerlud* Britannicè, *Londen* Germanis, *London* Anglis, *Londra* Italis, *Londres* Gallis, urbs Albionis epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, inde ad 45 mill. diſtans, & regia clariſſima Angliæ, ad Thameſium fluvium, emporium amplum. Dicitur & Londinum, ut in lib. 4. Itinerarii:

Serò Londinum, admiſſo properante veredo,
Sed primò Tameſis trajecto ponte, ſubimus,

Et infrà:

Londinum tamen ante aliàs caput extulit urbes.

¶ Londinium, ſeu, & meliùs, Londinum, *Londres*, urbs aliàs Trinobantum, nunc Comitatus Midleſexiæ caput. Urbs eſt ampliſſima & oblonga, cum ponte ad Thameſim fluvium, emporiumque celeberrimum. Mœnibus cincta fuit à Conſtantino magno. Fœdo deflagravit incendio anno 1666. ſed poſteà reparata, pulchrior evaſit; & quæ antea tota lignea erat, effecta eſt lapi-

lapidea pro majori parte. Regium habet palatium, *Whitehall* dictum, ſeu Aulam Albam; & in eius ſuburbiis ineſt, ut ita dicam, oppidum Weſtmonaſterium, *weſtminſter*, ad Thameſim, uno milliari ſupra Londinum in occaſum, cum Eccleſia Regum Angliæ inauguratione & ſepultura inſigni. De ea fuſiùs Camdenus & Joannes Speedus.

¶ Londinum novum, *nievv London*, nrbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Anglia, in ora maris Borealis, cum portu capaci versùs novum Belgium, recens ab Anglis excitata. Dicitur aliter *Boſton*; creſcitque in dies.

Ant. Londobris, Erythia Plinio & Melæ, *Barlingues*, teſte Reſèndio, inſula Luſitaniæ, oræ occiduæ adjacens, inter oſtia Tagi, & Mundæ 12. leuc.

Polyb. ¶ Londobris, *Barlenga*, inſula eſt parvæ Luſitaniæ, in Oceano Atlantico, vix 5. mill. paſſ. diſtans ab ora littorali, cum caſtro, 40. mill. paſſ. ab Uliſſippone in Boream. Ei adiacet alia inſula minor, dicta *Barlengota*, cum turri.

Longanicum, ſeu Longaticum, ut alibi legitur, *Logitſch*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus Norici, inter Aquilejam & Æmoniam occurrens, ab Aquileja 45. mill. paſſ. à Frigido 22. Cubianæ finitimus, ad 24. ſeu 30.

Longanus, fluvius parvus Siciliæ, circa Mylen oppidum, à quo nunc nomen accipit, fluens.

¶ Longanus, nunc *Fiume di Caſtro Reale*, amnis Siciliæ, in ora Boreali, 5. milliaribus à Myle in auſtrum. *Pater.* In mare Tyrrhenum ſe exonerat.

P. Diac. Longobardi, populi Germaniæ, ſic à barba prolixa quam gerebant dicti, teſte Iſidoro. Vide Lancobardi, & Langobardi.

¶ Longobardia, *Lombardia*, pars Italiæ, Gallis *Lombardie*. Continet maiorem partem Galliæ Ciſalpinæ; dividiturque in ſuperiorem & inferiorem. In Longobardia ſuperiori ſunt Pedemontium & Ducatus Mediolanenſis & Montis Ferrati. In Longobardia inferiori ſunt Ducatus Mantuanus, Mutinenſis, & Parmenſis, cum parte occidentali ditionis Venetæ, ubi territoria Cremenſe, Bergomenſe, Brixianum, Veronenſe, Vicentinum. & Paduanum, (de quibus fuſiùs in ſuis locis) & Ducatus Ferrarienſis, atque territorium Bononienſe, ſub dominio Summi Pontificis. Ex his con-*Lib.* ſtabat aliàs regnum Longobardorum à Carolo Magno *Not.* everſum poſt captum ad Ticinum Deſiderium eorum Regem ultimum. Dividitur etiam Longobardia in Ciſ-*Liv.* padanam, ubi ditiones Mutinenſis, Parmenſis, Monsferratus, pars minor Ducatus Mediolanenſis, pars Borealior ditionis Pontificiæ, & pars Pedemontii: & in Tranſpadanam, ubi pars Pedemontii, maior pars Ducatus Mediolanenſis, ditio Veneta Longobardica, & Ducatus Mantuanus.

¶ Longofordium, *Longford*, urbs Hiberniæ, in Connacia, Comitatus cognominis caput, ad amnem Lengium, ubi in lacum *Eske* ſe exonerat. Vix 5. milliaribus diſtat ab Ardraco in Boream, 10. à confinio Laginiæ, media inter Cavonium in ſeptentrionem & Atlonam ad meridiem, 20. mill. paſſ. utrinque diſtans.

¶ Longovicum, *Longovvy*, oppidum munitum Lotharingiæ, in confinio Luxemburgenſis Ducatus. 5. leuc. *Ptol.* diſtat à Monmedio in ortum, 4. ab Orolaunio in auſtrum, & 5. à Theodonis villa in occaſum; eſtque pars Barenſis Ducatus.

Longovicum, *Lancheſter*, teſte Camdeno, vicus Albionis, in Northumbria, in territorio Dunelmenſi.

Longula oppidum fuit Latii, in finibus Volſcorum, Poluſcæ & Tarracinæ finitimum. Populi Longulani Plinio. Longula altera, ex veteri inſcriptione, unum ex 4. oppidis ſeu pagis Hetruriæ, ex quibus Viterbium *Liv.* urbs, conflata eſt.

Longum, *Lognina*, teſte Fazello, promontorium Siciliæ, in ora ad ortum, inter Syracuſas & oſtia Orini fluvii.

Longuntica, *Guardamar*, teſte Beuthero, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Conteſtanorum & regno Valentiæ, ad oſtium Serabis fluvii, inter Alonem ad Boream & Carthaginem novam in auſtrum, apud Ilici, inde 2. leuc. in ortum diſtans.

¶ Longuntica aliis eſt *Oliva*, vicus regni Valentini, 2. leucis à Dianio in Boream, ad oſtia fluvii *Molinar*, in ora ſinus Sucronenſis.

Ptol. Longus, *Lough* in tabulis, *Louth* aliis, & aliis *Long*, vel *Lough Long*, fluvius Albionis, in ora Scotiæ occidua, contra Maleon inſulam in mare exiens, apud Epidium promontorium. (Secundùm Camdenum magis ad Boream fluit apud Roſſiam Comitatum.)

Lopadium, *Lupadi*, & *Ulubat* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Bithyniæ ſeu Myſiæ, ad Rhyndacum fluvium, olim Apollonia, apud Olympum montem ſeu Apollonias, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiniano. Ortelius illam ad Sangarium fluvium longè hinc fluentem deſcribit.

Lopaduſa, *Lampedoſa*, inſula maris, inter Siciliam & Africam, inter Pelagias major, circuitu 12. mill. paſſ. à Cercinna 50. mill. in auſtrum, naufragio claſſis Coroli V. Imperatoris anno ſalutis 1551. memorabilis.

¶ Lopaduſa, *Lampadouſe* Gallis, inſula eſt parva Afri- *Nicet.* cæ & regni Tunetani, 70. mill. ab ora Africæ, in mari *& La.* Mediterraneo, & 100. circiter à Melita in occaſum versùs Adrumetum. Celebris eſt devotione nautarum erga Beatam Virginem, quanquam alioquin inhabitata ſit inſula.

Lopſica, *Seliſſa* Moletio, oppidum Liburniæ maritimum, inter Seniam, cui propiùs eſt, ad occaſum, & Vegium ad ortum. Populi Lopſi Plinio.

¶ Loptus, Bœotiæ fluvius, Haliartidem præterfluens, teſte Pauſania.

¶ Loquabria, *Lochquaber*, provincia Scotiæ, in parte occidentali, versùs Æbudas inſulas. Dicitur etiam Abria à quibuſdam. Terminatur à ſeptentrione Roſſia *Strab.* provincia & Oceano, ab oriente Morovia & Atholia, *Ptol.* à meridie Lornia, ab occidente tenui freto ſeparatur à Mula inſula; ibique fuere aliàs Epidii populi ex parte. Sedet hæc provincia in parte Scotiæ Boreali ſeu Tranſtaana, & in ea ſunt aliquot oppida & caſtra, ſed nulla urbs alicuius momenti.

¶ Lorca, *Lorca*, urbecula Hiſpaniæ, in regno Murciæ. Vidæ Ilorca.

Loretanus, portus Thuſciæ, qui aliis Trajanus. Vide ibi.

¶ Loretum, *Loredo*, oppidum Italiæ, in ditione *Ptol.* Veneta, ad Atheſim fluvium, intra ſtagna & paludes, vix 5. milliaribus diſtans ab ora littorali maris Adriatici ſeu ſinus Veneti, in regiuncula Ducatu Veneto dicta.

Loria, ſeu Lorii villa, locus Thuſciæ, in via Aurelia ab urbe Roma 12. mill. paſſ. occurrens.

¶ Lorna, *Lorne*, provincia Scotiæ versùs occaſum & Æbudas inſulas, ubi Stephanodinum oppidum præcipuum. *Liv.* Terminatur à meridie Knapdalia provincia, ab oriente Argatelia, à ſeptentrione Loquabria, & ab occidente Oceano occidentali. Ibi aliàs populi Epidii ex parte, teſte Camdeno.

Loryma, Lorymna Plinio & Melæ, *Maxi*, teſte Nigro, (non *Stadia*, ut ſcribit Pinetus, cùm Stadia apud Plinium à Loryma diverſa ſit, licèt proxima) urbs Cariæ ma- *Ant.* ritima, in ora, contra Rhodum inſulam, inde 20. mill. paſſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano.

¶ Los, inſula maris Ægæi, circa Theſſaliam, teſte Stephano.

Lotharingia, *Lorena*, regio & Ducatus Galliæ Belgicæ, à Lothario Rege Galliæ ſic dicta, quæ & Lotharii regnum, & priùs Auſtraſia, quæ tamen magis patebat, inter Moſam & Rhenum & Scaldem flumina *Strab.* extenſa: in ſuperiorem, quæ & Tullingia & Moſellanica *Liv.* dicta fuit, nunc *Loraine* Gallis, *Lotreych* Germanis, *Ptol.* proprio Duci, qui Nancæi reſidet, parens; & inferiorem, Brabantiam & adjacentes Belgii regiones complectentem, diviſa. Ejus mentio fit in lib. 4. Itinerarii in Auguſtano Itinere:

Hac ubi fertilibus floret Lotharingia *campis*.

Lotharingia, *la Loraine*, pars eſt Galliæ Belgicæ, inter Campaniam ad occaſum & Alſatiam ad ortum, & inter *Anna* Luxemburgum ad ſeptentrionem & Comitatum Bur- *Gal.* gundiæ ad meridiem. Dividitur in duas partes, nempè in Lotharingiam propriam, quæ ad ortum tendit, & in Barrenſem Ducatum ad occaſum. Sed notandum eſt urbes Virdunum, Divodurum, & Tullum cum territoriis adjacentibus non eſſe in Lotharingia, quanquam ſint intra ipſius fines.

¶ Lothiana, ſeu Laudonia, *Lothiane*, provincia Scotiæ meridionalis. Terminatur à ſeptentrione Bodoria æſtuario, ab ortu mari Germanico, ab occaſu Sterlinenſi territorio & Cludeſdalia provincia, & à meridie Tuedalia & Marchia provinciis. Eius caput eſt Edim-

Edimburgum, *Edimbòurg*, totius Scotiæ primaria, & ſedes regia.

Lotoa, Letoja Plinio, *Guardiano* Sophiano, inſula parva maris Ionii, Cephaleniæ proxima, ab ea parum in auſtrum Zacynthum versùs diſtans. Nigro *Tropano* nominatur.

Lotophagites, Meninx Plinio, Mirmex Polybio, Girba Antonino, *Gerbi*, teſte Fazello cum aliis, inſula maris Africi, ad Syrtim parvam, cum urbe cognomine, proxima oræ Africæ, inter Tripolim & Tacapam, ad 4. mill. paſſ. diſtans. Populi hujus inſulæ Lotophagi dicuntur, in conſpectu Neapolis Tripolitanæ regionis urbis. Quorum meminit Dionyſius Afer. Ovidius libro 2. de remediis Amoris:

Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro.

Et Priſcianus:

- Hanc ſupra juſtiſſima fertur
Hoſpitiis gaudens gens degere Lotophagorum.

¶ Lotophagites, *l' isle des Gerbes* Gallis, inſula eſt parva Africæ & regni Tripolitani, in mari Mediterraneo, oræ littorali adjacens, & aliàs ponte juncta continenti. Circuitus eſt 18. mill. paſſ. fueruntq; anteà in ea duæ urbes, nunc tantùm ſupereſt caſtrum munitum cum aliquot pagis. Aliàs occupata fuerat ab Hiſpanis; ſed poſteà grandi clade affecti, illam derelinquere coacti ſunt. Diſtat 60. milliaribus à Tacapa in Cæciam, & 200. ferè à Tripoli in occaſum.

Lovanium, *Loevven & Loeven* Belgis, *Lovagna Lovanio, & Lovania* Italis, *Louvain* Gallis, urbs Belgii, accademia Brabantiæ clariſſima, urbiumque Brabanticarum maxima, Grudiorum metropolis, ad Dyliam fluvium, à Bruxellis 4. leucis in ortum, quot à Machlinia, trigonum cum illis faciens æquilaterum, ab Antuerpia duplò recedens Leodium versùs. De eo libro 4. Itinerarii:

Poſteà Muſarum ſedem, collegiaque ampla
Lovani adſpicienda dedit.

¶ Lovanium urbs eſt ampla & munita Brabantiæ, ubi aliàs Menapii populi, non Grudii. 7. leucis diſtat ab Antuerpia in Eurum, & 8. à Namurco in Boream, ſub dominio Hiſpanorum. *Loeven* vocatur à Belgis, & *Louvain* à Gallis.

¶ Lovenſtenum, *Loveinſtèin*, arx triangularis munita Belgii, in Hollandiæ Comitatu, in Bommelia inſula, ad confluentes Vahalis in Moſam fluvium è regione Vorchomii, 3. leucis ab Vltrajecto in auſtrum, & totidem à Dordraco in ortum, ſub dominio provinciarum Belgii uniti.

Loventinum, *Povvesland* Villanovano & Moletio, oppipidum Albionis, in VVallia Angliæ regione occidua. Vide Luentinum, ſic enim legitur apud Ptolemæum.

¶ Loventinum oppidum fuit Silurum, in Comitatu Brechinienſi, terræ motu abſorptum, ut credunt indigenæ, ubi nunc lacus *Linſavatan* dictus, 2. milliaribus à Brechnochio ad ortum, juxta Levenum amnem, Speedo & Camdeno teſtibus.

¶ Lovitium, *Lovvitz*, urbs eſt ſatis culta Poloniæ majoris, ad Bſuram fluvium, Archiepiſcopi Gneſnenſis ſedes, in arce eleganti & munita, in mediis paludibus, à Laroslao Archiepiſcopo excitata. Eſt in Palatinatu Ravenſi, & media inter Vladislaviam ad Boream & Ravam ad meridiem.

Lous, Aous Straboni, Livio, Æas Ovidio, Plinio, & Melæ, *Vajuſs a*, teſte Nigro, fluvius Macedoniæ, in Ionium mare ad occaſum apud Apolloniam urbem fluens. *Piergo* Mario Nigro ab urbe dicitur.

¶ Lous, fluvius Macedoniæ, in Pelaſgonia provincia. *Polina* nunc dicitur, teſte Brietio, Philippi Regis clade & Romanorum de eo victoria memorabilis.

Loxa, *Loſſe*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, in ora Scotiæ, ad ortum Moraviæ regionis, inter Ripam altam & Tueſim. Malè in Theſauro Linguæ Latinæ *Firth* indigitatur, cùm ab eo diverſus ſit.

¶ Lubanius, *Lubanskerzèe*, lacus Sveciæ, in Livonia & Litlandia tractu, in confinio Poloniæ, & propè Lubanium oppidum, *Luban* dictum, 20. circiter milliaribus à Duneburgo in Boream.

¶ Lubecenſis ſinus, *Golfe de Lubeck*, ſinus maris Baltici, in meridiem extenſus, inter Holſatiam & Megapolitanum Ducatum, versùs Lubecam urbem, à qua denominatur, & oſtia Travæ fluvii.

Lubecum & Lubeca, *Lubeck*, urbs Germaniæ, in Saxoniæ & Holſatiæ confinio, in ora maris Baltici urbs libera, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bremenſi, ſede ex Aldemburgo urbe Holſatica anno ſalutis 970. eo translata; emporium clariſſimum, ac inter urbes Anſeaticas primum tenens locum, ab Hamburgo altero Saxoniæ emporio 10. leucis in ortum & Cæciam diſtans. Lubecam quidam Poeta Germanus ſic deſcribit libro 7. Itinerarii:

Plin. Strab. Liv. & al

Travena leni deſcendimus amne Lubecam.
Vrbis poſt paucas manimina cernimus horas.
Ingreſſi verò, portas miramur, & ędes
Arte laboratas omnes, cultumque domorum
Eximium, merces, ampliſſima ſtrata viarum.
Denique longè alias omnes, quas vidimus urbes
Hæc ſuperat.

¶ Lubecum, ſeu, & meliùs, Lubeca, *Lubeck*, urbs eſt ampla Saxonię inferioris, in Holſatia, in wagria tractu, in ipſo limite Lavemburgenſis ditionis & Ducatus Megapolitani, ad Travam fluvium, vix 2. milliaribus Germanicis ab ora maris Baltici, ubi portu gaudet capaciſſimo. Exiguum olim fuit oppidum, ab Adolpho Holſatię Comite extructum ſub Conrado III. Imperatore. Illuc translata fuit ſedes Epiſcopi Aldeburgenſis anno 1162. Tandem anno 1209. victis & ejectis Danis, libera Imperii civitas facta eſt ſub Friderico II. Imperatore, eſtq; nunc ex pręcipuis totius Germanię civitatibus.

Lubiana, Italis *Laybach*, urbs Norici. Vide Labacum.

¶ Lublinum, *Lublin*, urbs Polonię ſuperioris, in regno Polonię, Palatinatus cognominis caput, ad amnem Byſtriczam, teſte Brietio. 5. leucis Polonicis diſtat à confinio Ruſſię Nigrę, 24. à Varſavia in meridiem, 12 à Chelma in occaſum, 36. à Cracovia in Cęciam, uti 14. à Sandomiria, Vilnam versùs 70. eſtque probè culta & elegans, cum arce in colle.

Lubloa, *Lublavu* incolis, *Luboulia* Polonis, arx regni Hungarię, in Comitatu Cepuſienſi, probè munita, quam Hungari Polonis oppignerarunt anno 1412. nuncque cenſetur in Palatinatu Cracovienſi.

Lubra oppidum erat Hetrurię, ab urbe Roma 12. mill. paſſ. in via Flaminia occurrens.

Luca, *Lucca*, colonia & urbs Hetrurię, libera & epiſcopalis, apud Auſerim ſeu Sarculum fluvium, Piſis proxima, 10. mill. paſſ. diſtans, à Florentia 40. à Senis ſupra 50. in occaſum, Lunam versùs 30. à Thuſcis anno orbis conditi 1469. quo Tarentum & Syracuſę, ędificata. Populi Lucenſes. De ea Poeta quidam Italus:

Vnum Luca *tulit*, Luca *urbes inter Hetruſcas*
Nobilis.

¶ Luca urbs eſt permunita, cum undecim propugnaculis, & probè culta, circuitus 3. mill. paſſ. ad alveum Anſeris fluvii. Hodie Reſpublica libera, optimis Legibus temperata cum aliquot locis. A Gallis *Lucques* dicitur. 13. milliaribus diſtat à mari Tyrrheno in ortum & 60. circiter à Senis. Tractus adjacens dicitur Lucenſis tractus, *Il Lucheſe* incolis; extenditurque inter mare Tyrrhenum, montem Apenninum ex parte, ditionem magni Ducis, & Carferonianam tractum Ducis Mutinenſis; eiuſque major longitudo vix eſt 30. milliarium, latitudo autem 25. circiter: & à Gallis *l' Eſtat de la Republique de* Lucques dicitur.

¶ Lucajæ, *les isles* Lucayes, inſulę Americę ſeptentrionalis, in mari Boreali, inter Floridam ad occaſum & Hiſpaniolam inſulam extenſę ad ſeptentrionem Cubę inſulę. Ex his viginti ſunt pręcipuę quarum clariores ſunt Lucajoneca, *Lucayoneque*, cunctis major, Abacoa, *Abacoa*, Amaguaja, *Amaguajo*, Amana, *Amana*, Bahama, *Bahama*, Bimina, *Bimini*, Caica, *Caicos*, Ciguata, *Ciguateo*, Guanahania ſeu inſula S. Salvatoris, *Guanahani*, Guanima, *Guanima*, Manega, *Manega*, Mayaguana, *Mayaguana*, Samana, *Samana*, Triangulum, *Triangulo*, Ynagua, *Ynagua*, Yuma, *Yuma*, Yumeta, *Yumeto*; & ex his pręcipuę versùs Boream ab Anglis inhabitantur, teſte Briſtochio.

¶ Lucajoneca, *Lucayoneque*, inſula Americę ſeptentrionalis, & Lucajarum pręcipua, ab ortu in occaſum extenſa, & recens ab Anglis exculta, inter Ciguatam ad ortum & Bahamam ad occaſum.

Lucania, *Baſilicata* Leandro & aliis, regio Italię in regno Neapolitano, inter Picentes ad occaſum & Brutios ad ortum, unà cum magna Gręcia, ac inter Apuliam Peucetiam ad Boream, Apennino monte intercedente & oram maris Tyrrheni ad meridiem contenta. Qua in re decipiuntur qvi illam Baſilicatam vocant, cum *Baſilica-*

Strab. Liu. Plin. Ptol. & al.

cata vix dimidia pars ſit Lucaniæ, cujus magna portio apud oram maris Tyrrheni in Principatu ulteriore continetur. Nam quicquid inter Silarum & Laum fluvios continetur, ad Lucaniam ſpectat, ex Ptolemæi & aliorum veterum deſcriptione. Populi Lucani. Silius lib. 8.

Brutius haud diſpar animorum, unaque juventus
Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes.

De Lucania Horatius libro 2. ſermonum ſatyra 1.

Sive quod Appula gens, ſeu quod Lucania *bellum*
Incuteret.

¶ Lucania pars erat magnæ Græciæ, ubi nunc Baſilicata provincia regni Neapolitani, cum parte maxima Principatus citerioris versùs auſtrum, & parte Calabriæ citerioris, teſte Brietio. Terminabatur à ſeptentrione Silari fluvio à Picentinis, & Brandano fluvio ab Apulis: à meridie Lao fluvio ſeparabatur à Brutiis, ab oriente ſinu Tarentino, & ab occidente mari Tyrrheno terminabatur. Paul.

Lucanus, & Lucaniacus fundus, ſuburbium Burdigalæ urbis Aquitanicæ, ab ea 2. leucis, apud Liburniam oppidum, & Condatum, ac Duranii fluvii oſtium in Garumnam: qui locus nunc S. Æmilianus appellatur, teſte Scaligero. Lucanus item lacus Inſubriæ, inter Larium & Verbanum, ac ad illum Lucanum oppidum non obſcurum, ſub Helvetiis, vulgò *Lugano*, & lacus *Lago di Lugano*. Oppidum à Mediolano ad 40. mill. paſſ. inter Comum, & Belitionem 16. à Locarno 12. Comum versùs.

¶ Lucanus lacus ab Helvetiis *Luvvertzzèe* dicitur, extenditurque ad 15. milliaria à Cæcia in Africum, & in Verbanum lacum ſe exonerat mediante amne Treſa; ſubeſtque Helvetiis. Ei adjacet oppidum Lucanum ſeu meliùs Luganum, *Lugano* Italis, *Luvvertz* Helvetiis. 11. milliaribus diſtat à Belitione in auſtrum, 12. à Locarno in ortum, & 20. circiter à Como in Circium. Arcem habuit aliàs munitam, nunc deſtructam; eſtque caput Præfecturæ Italicæ, Luganenſis dictæ, quæ ab anno 1512. ſubeſt dominio Helvetiorum.

Plin. Luxenſes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum urbs eſt Lucus. Vide ibi.

Plin. Lucentum, Lucenti Ptolemæo, Lucentia Melæ, *Luxente*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis maritimum, in ora Conteſtanorum & regno Valentiæ: à qua 12. leucis in ortum. Hic Ortelius hallucinatur, putans idem eſſe Lucentum Plinio, Lucenti Ptolemæo, & Lucentia Melæ; cùm Lucenti ſit in ora inter Carthaginem novam & Virgi, vulgò *Maccaron*, à nova Carthagine 6. leucis in auſtrum.

¶ Lucentum nunc, teſte Brietio, eſt *Luchen*, vicus regni Valentiæ, inter Setabim ad occaſum & Dianum ad ortum. 9. leucis diſtat à Valentia in auſtrum, & totidem ab Alona in Boream.

Luceolum, & Luceoli Procopio, oppidum Umbriæ, P. Diac. ad Cantianum fluvium, & apud montem Apenninum, inter Eugubium & Callium, ſive inter Nuceriam 25. & Callium 10. mill. paſſ. exciſum à Narſete: locus nunc *Ponte Rezzoli* vel *Riceioli*, quaſi pons Luceoli, teſte Blondo, aliis *Riclvoli* nominatur. Loci mentio fit libro 3. Itinerarii:

-conſcendimus Apenninum
Luceolos curſu vincere cura fuit.

Luceoria, *Luczko*, *Luzcko*, & *Lutzko*, urbs Sarma-
Script. Ptol. tiæ, in regno Polonico, Volhiniæ regionis primaria, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, à Leopoli metropoli Ruthenorum 20. leucis in Boream.

¶ Luceoria, *Lucko*, Polonis, *Luſuc*, Germanis, urbs eſt ampla, Palatinatus Luceorienſis caput, in Volhinia ſuperiori, ad fluvium *Ster*, cum arce munita, vix 7. leucis à confinio Ruſſiæ nigræ in ortum, juxta ſtagnum, & 25. leucis Polonicis à Leopoli in Cæciam diſtans.

Luceria, *Lucera*, urbs Apuliæ Dauniæ, epiſcopalis Cic. Plin. Liv. & al. ſub Archiepiſcopo Beneventano, unde 36. mill. paſſ. in Boream recedit, Sipontum versùs 30. inter Trojam & Fanum Severi 12. De qua Lucanus lib. 2.

Tu quoque commiſſæ nudatam deſeris arcem,
Scipio, Luceriæ.

Nuceria dicitur Svetonio & Ptolemæo.

¶ Luceriæ, urbs Apuliæ Dauniæ, nunc *Lucera*, eſt in regno Neapolitano & in provincia Capitanata, in planitie. Diſtat 10. milliaribus in auſtrum à Fano S. Severi, & 7. à Troja in Boream, 37. à Siponto in occaſum, & 30. à Benevento in Cæciam.

Luceria altera, (Nuceria) Ptolemæo, oppidum Galliæ Ciſpadanæ, apud Padum, in territorio Mantuæ, ab illa 14. mill. paſſ. in auſtrum. Regium Lepidi versùs 22. & ipſum vulgò *Lucera*. Ptol.

¶ Luceria ſeu Nuceria, oppidum Galliæ Ciſpadanæ, nunc eſt caſtrum *Luzara* dictum, ad Padum fluvium, in Ducatu Mantuano, & à paucis annis conceſſum Duci Guardiſtalli pro bono pacis.

Luceria item, urbs, & unus ex Helvetiæ conventibus, ad lacum Lucerinum, inter Uriam 4. & Baſileam 8. leucis Helveticis. *Lucern.*

¶ Luceria, ſeu Lucerna, *Lucerne* Gallis, urbs eſt culta, & unus ex 13. Helvetiorum pagis, ad lacum Lucerinum, *Lac de Lucerne*, ubi ex eo effluit fluvius Urſa, *Ruſſ.* 6. leucis diſtat à Berna in ortum, & 4. in Eurum à Veteri Vico oppido præcipuæ. Urienſis pagi.

¶ Lucerinus lacus, *Lac de Lucerne* Gallis, *Lucernzee* Germanis, lacus eſt in Helvetiis, ab ortu in occaſum extenſus per 24. mill. paſſ. inter pagos Lucerinum, Sylvanienſem, Urienſem, et Suitium. Lucernam urbem rigat, ubi ex eo effluit Urſus fluvius.

¶ Lucerinus pagus, *Canton de Lucerne*, unus ex tredecim pagis Helvetiorum; eſtque Catholicus, et tribus primis pagis unitus ab anno 1332. Terminatur à ſeptentrione, occaſu, & meridie pago Bernenſi, ab ortu autem pagis Tugenſi, Svitio, & Sylvanienſi. Ejus primaria urbs eſt Lucerna ſeu Luceria.

Luciferi fanum, *S. Lucar de Barameda*, urbs cum portu Hiſpaniæ Bæticæ, ad oſtia Bætis, ab Hiſpali metropoli 15. leuc. à portu Meneſthei 2. in occaſum, teſte Floriano. Stra.

Luciona & Luxiona, *Luſſon*, urbs Galliæ Aquitanicæ, in ora Pictonum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi, à Joanne XXII. Pontifice Maximo ei Epiſcopo attributo, à Rupella urbe 6. leucis in Boream, à Pictavis 24. in Notolibycum, à Malaca 6. Prov Rom

¶ Luciona, *Luzon*, urbecula Pictavenſis provinciæ propè paludes, & 2. leucis ab ora Oceani Aquitanici, ſed ſine muris diſtans, & 6. à Maleaca, uti 24. à Pictavis in occaſum. Illic aliàs Epiſcopus Cardinalis Richeleus.

¶ Lucomoria, *Lucomorie*, ſeu etiam *Locomorie*, provincia Moſcoviæ, in Aſia & in Tartaria deſerta, trans Obyum fluvium. Ibi nullæ urbes quod ſciam. Versùs mare Septentrionale protenditur; & incolæ paſſim in ſylvis & campis degunt. Sed versùs meridiem ſunt in ea provincia montes Lucomoriæ dicti.

Lucopidia, poſteà Candida Caſa, & Ninianopolis, Ptol. *whittern* vel *Whlt hern*, urbs Albionis, in Scotia & Gallovidia regione, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Glaſquenſi, indè ſupra 30. mill. in occaſum. Sunt qui *Carlile* indigitent; ſed hæc potiùs eſt Luguvallum, in regno Angliæ.

¶ Lucopibia, urbs Scotiæ, ubi aliàs Novantæ populi, nunc in Gallovidia provincia & in ora maris Hibernici. 70. mill. paſſ. diſtat à Glaſcovia in auſtrum, & 40. ab ora proximiori Hiberniæ in ortum. Ptol.

Lucotetia. Vide Lutetia. Feſt.

Lucretilis, mons in Sabinis, (licèt Acron Horatii interpres illum Gabiis in Latio proximum faciat) valli per quam Farfarus fluvius decurrit imminens. De quo Horatius lib. 1. carm. ode 17. Pomp.

Velox amœnum ſæpe Lucretilem
Mutat Lycæo Faunus.

Lucrinum oppidum fuit Apuliæ Dauniæ, teſte Pomponio Mela.

Lucrinus lacus, *Mar Morto*, teſtibus Erythræo, Georgio Fabricio, cum aliis, lacus ſeu ſinus Campaniæ, inter Puteolos & Bajas, ac inter Avernum lacum & mare Tyrrhenum, maximè piſcoſus. Benedictus Falconius *Lago di Licola* interpretatur, quod minùs probatur. Virgilius libro 2. Georgicorum: Stra. Plin. Mel. & a

An memorem portus, Lucrinoque *addita clauſtra?*

Appellatur & ſinus Lucrinus à Strabone & Symmacho, idem cum Bajano.

¶ Lucrinus lacus erat parvus propè intimum receſſum ſinus Puteolani; abundabatque piſcibus delicatiſſimis, & aliter Bajanus dicebatur. Sed ex quo terræ motu anni 1538. mons hic novus extitit, qui vocatur mons Cinereus, nihil laci Lucreni ſupereſt, niſi palus lutuoſa cum arundineto, ut ego pluries vidi.

Lucullanum, olim Megaris, arx in mari, apud Neapolim urbem Campaniæ, in inſula parva, quæ

Caſtel

Caſtel dell' Ovo nominatur, ante portum Neapolitanum, (cui ponte jungitur.)

Luculli horti, *Cento Camerelle*, locus Campaniæ inter Bajas & Miſenum, teſte Loffredo, ubi plura antiquitatis veſtigia.

Luculli villa, *Bagni d' Agnano*, teſte Blondo, apud Puteolos, in Campania, quæ etiam Villa Lucullana Svetonio dicitur.

¶ Luculli villa fuit in Campania, juxta promontorium Miſeni, contra Puteolanam urbem, vix 3. mill. paſſ. ubi obiit Tiberius Romanorum Imperator, teſte Svetonio.

Lucus Auguſti geminus, * unus in Hiſpania Tarraconenſi, *Lugo*, urbs epiſcopalis in Gallæcia ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, unde 18. leuc. abeſt, Mindonem versùs 9. ab Auria 14. in Boream, ab Alphonſo Rege victis Mauris anno ſalutis 753. recuperata, unà cum Tyde, Aſturica, Portucalenſi, Bracara, Pace Julia, Miranda, Segobia, Abula, Segobrica, Septimancis, & Dominis, Epiſcopis ſuis urbibus reſtitutis. Alter, qui Lucus Vocontiorum Tacito dicitur, in Gallia Narbonenſi, in Delphinatu, *le Luc* à Dia urbe 12. mill. Vapingum versùs. (* Λυκὸς Αὐγούστου in manuſcripto Seldeni.)

¶ Lucus Auguſti, unde aliàs Callaici Lucenſes dicti, urbs eſt ad Minium fluvium, versùs montes, 18. leucis à Compoſtella in ortum, & 8. à Mindone in auſtrum, uti à confinio Aſturiæ in occaſum. Ampla eſt & ſatis culta.

Lucus Baduhennæ. Vide Baduhennæ.

Lucus Feroniæ colonia & oppidum fuit Hetruriæ, Capenatibus proximum. Alter apud Ptolemæum oppidum Hetruriæ, apud oram littoralem, inter Lucam & Lunam, *Pietra ſanta*, teſte Leandro. Nonnullis *Bientina* pagus putatur, inter Florentiam & Lucam, apud lacum.

Lucus Sacer, *Selva de Hami*, teſte Mazzella, locus Campaniæ, Tripergolæ proximus, à Cumis 3. mill. paſſ.

Lud, *Segura*, oppidum Palæſtinæ, nunc pagus, teſte Tudelenſe.

Ludias, Lydius Ptolemæo, fluvius Macedoniæ, juxta Pellam decurrens. Vide Lydius.

¶ Ludovegiæ, *Lions* cognomento *en Foreſt*, oppidum Normanniæ, & in Vexino Normannico, propè ſylvam *de Bray* dictam, 6. leucis diſtat à Rothomago in ortum, Bellovacum versùs 10. ad amnem *l' Orleau*. Dicitur meliùs Leones. Vide ibi.

Luentinum, *Povvesland*, (non *Provvesland*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) oppidum Albionis, in Wallia, teſte Villanovano, Mariduno finitimum, ſinu maris intercedente. (Camdeno videtur vel locus excìſus in Comitatu Brechiniæ, ad *Leveney* fluvium, vel *Nevvcaſtle* prius *Elmelin*, pagus Carmardeniæ Comitatus, apud Tivium fluvium, *Povvesland* verò vel *Povvisland*, Camdeno & aliis media pars Walliæ dicitur.) Vide Povìſia.

¶ Luentium, ſeu, & meliùs, Loventium; oppidum Silurum, terræ motu abſorptum. Erat ubi nunc lacus *Llin Savatan*, in Comitatu Brechinienſi, in Wallia, teſtibus Speedo & Camdeno. Vide Loventium.

¶ Luguneniſs Præfectura, *Bailliage de Lugano*, una ex quatuor Præfecturis Italicis, ſub dominio Helvetiorum, inter Mendriſianam Præfecturam ad ortum, & Locarnenſem etiam Præfecturam ad occaſum, & in limite Ducatus Mediolani. Ibi Luganum oppidum præcipuum.

¶ Luganus lacus, *Lago di Lugano*. Vide Lucanus.

¶ Lugdunenſis Gallia pars fuit perampla Galliæ antiquæ. Sed de ea agitur pluribus in voce Gallia.

¶ Lugdunenſis provincia, *le Lyonnois*, provincia Galliæ ſatis parva, inter Delphinatum & Breſſiam ad ortum, & Forenſem provinciam ad occaſum. Separatur à Delphinatu Rhodano fluvio; extenditurque à Borea in meridiem per 12. leucas. Ejus præcipua urbs eſt Lugdunum.

¶ Lugdunenſis ſinus, *Golfe de Lyon* Gallis, *Golfo Leone* Hiſpanis, pars eſt maris Mediterranei, nautis formidabilis, inter Provinciam ad ortum & Cataloniam ad occaſum; extenditurque uſque ad Baleares inſulas, & ultra.

ib. Lugdunum, urbs Galliæ, triplex. Una Galliæ Celticæ, quæ ab illa Lugdunenſis nominatur, *Lyon*, urbs archiepiſcopalis, & emporium clariſſimum, ad Araris & Rhodani fluminum confluentiam, à Planco ſub Auguſto conditum, licèt Galli illud anno poſt diluvium 680. ædificatum prædicent, à Lutetia Pariſiorum 90. leucis in Eurum diſtans, Lugdunum Celtarum ad aliarum urbium hujus nominis differentiam dictum. Hinc Lugdunenſis nomen gentis. Juvenalis ſatyra 1.

Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram.

¶ Lugdunum, urbs Galliæ celeberrima & permunita, ad confluentes Araris in Rhodanum, Italis *Lione*, Hiſpanis *Leon de Francia*. Diſtat 100. leucis à Lutetia in auſtrum, uti 22. à Cabillone, 5. à Vienna in Boream, uti 36. ab Avenione, & 60. ab Auguſta Taurinorum in occaſum. Eſt in provincia Lugdunenſi, & in ipſo limite Delphinatus, à quo tantùm ſeparatur Rhodano fluvio.

Lugdunum Aquitaniæ Straboni, urbs Cuquenorum, ad montis Pyrenæi radices, *Oleron*. Vide Elorona. Aliis Lugdunum Convenarum urbs ejuſdem Aquitaniæ excìſa; ex cujus ruinis urbs *S. Bertrand* excitata traditur, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, à Toloſa 10. leucis in meridiem. Vide Convenæ.

¶ Lugdunum Convenarum, urbs Aquitaniæ, nunc *S. Bertrand de Comminges* dicitur, in Convenenſi tractu, in colle ſita, ad Garumnam fluvium, in Confinio Aragoniæ, & vix 4. leucis à Pyrenæis montibus in Boream, 11. ab Auſciis in auſtrum, 5. à Conſoranis in occaſum, & 15. à Toloſa in Africum.

Lugdunum Batavorum Antonino, Lugodinum Ptolemæo, *Leyden*, urbs Belgii, in Hollandia, à Trajecto 8. leucis in occaſum, quot à Dordraco in Boream Harlemum versùs. Alii Lugodunum legunt, & *Worckum* interpretantur; alii *Sevenberg*; alii demùm *S. Geertruydenberg*: ſed prior ſententia plerìſque probatur.

¶ Lugdunum Batavorum urbs eſt ampla & culta Hollandiæ, quæ omnium judicio eſt *Leyden*, ad antiquum Rheni alveum; habetque accademiam percelebrem. Nota eſt obſidione & clade Hiſpanorum anno 1574. Sita eſt penè in medio cæterarum urbium, quippe Delphis tribus, Amſterodamo, Dordraco, Ultrajecto 7. leucis diſtat; eſtque totius Hollandiæ poſt Amſterodamum populoſiſſima, & caput agri Rhenolandici.

¶ Lugdunum Salinarum, *Lyon le Saunier*, oppidum aliàs munitum, in Comitatu Burgundiæ, & in limite Ducatus Burgundiæ, 7. leucis diſtat à Dola in meridiem.

¶ Lugenſis Comitatus, *Louth Countie*, regiuncula Hiberniæ, in Ultonia, versùs mare Hibernicum, cum oppido primario cognomine. Aliis eſt Luthenſis Comitatus, inter Dunenſem Comitatum ad ſeptentrionem & Mediam orientalem in meridiem. Ejus urbes ſunt Lugum, *Louth*, Drogheda, *Drogheda*, Carlinfordia, *Carlingford*, Ardracum, *Ardrak*, & Dunkeranum, *Dunkeran*.

Lugeum, ſive Lugea palus, *Zirknitzerſee*, palus Japodum, in Liburnorum confinio, apud Arſiæ ortum; Strab.
aliis *Zirichnitz*: cujus natura mirabilis, cum ſingulis annis frumentum, piſcationem, & venationem præbeat, aquis accedentibus & recedentibus teſte Lazio.

Lugi vel Logi, populi Borealiores Scotiæ, proximi Ptol.
Carinis, quorum regio nunc *Cathaneſia*, Borealior & orientalior, in qua Urbes Virvedrum, nunc *Dunsby*, & Berubium, vulgò * *Bernſvvale*. Dornum verò ſedes epiſcopalis Cathaneſiæ. Horum regio etiam Lugia, vulgò *Sutherland*, dicitur, Loquabriæ etiam contermina: ejus oppida ſunt Dumobinum, & Dornum, Epiſcopi, ut dictum eſt, Cathanenſis ſedes. Aliis Lugia *Roſſia* putatur: ubi Canonria urbs epiſcopalis, vulgò *Chanonry*. (* Camdeno *Urdehead* promontorium, (ſicut & Virvedrum) juxta *Bernſvvale* viculum.)

¶ Lugi, populi Scotiæ Borealis fuere, ubi nunc Sutherlandia provincia juxta Oceanum Germanicum inter Cathneſiam & Naverniam ad ſeptentrionem, & Roſſiam orientalem ad meridiem.

Lugidunum, urbs Germaniæ, inter præcipuas Sleſiæ, Ptol.
Glogavv, ab Uratiſlavia 12. leucis Croſnam versùs. (* in Seldeni manuſcripto λουκίδανον.)

Lugudone, ſive Liguidone, ut alii legunt, *Lico*, ut Ant.
videtur, portus Sardiniæ, à Tibulis 50. mill. paſſ. in ora contra Corſicam.

¶ Lugudone, ſeu Liguidone, dicitur aliter Liguidonenſium portus, in ora orientali Sardiniæ. Vide Liguidonenſium portus.

Luguvallum, Luguballia Bedæ, *Caerliſle*, vel *Carli-* Ant.
le, urbs Albionis, in regno Anglico, juxta Scotiæ limites, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Eboracenſi, unde 50. mill. in Circium, à Dunelmo 40. in occaſum, Carleolum Latino recenti, teſte Lhuydo.

¶ Luguvallum, *Carliſle*, urbs fuit Brigantum, nunc autem Cumbriæ Comitatus, ad Itunam fluvium, Carleolum dicta à recentibus; eſtque ſatis munita, cum caſtro, & 5. milliarib. Scoticis diſtat à limite Scotiæ, uti ab ora maris Hibernici, & 70. milliaribus Anglicis ab Eboraco.

¶ Luiſium, ſeu Fanum S. Joannis Luiſii, *S. Jean de Luz*, oppidum Galliæ, in Aquitania, in Vaſcitaniæ tractu, cum portu in ora Oceani, 2. leucis à confinio Hiſpaniæ & à Fonte rapido. Vide Fanum S. Joannis Luiſii.

¶ Luma, Arabiæ deſertæ oppidum, teſte Ptolemæo. Eſt & urbs circa Mæandrum fluvium Nicetæ.

¶ Lumbricatum, inſula Dalmatiæ Porphyrogenitæ, Italis *Vergada*, Slavis *Laucat*, in mari Adriatico, teſte Joanne Lucio.

Ant. Lumone, *Limon*, oppidum Liguriæ, apud Alpes maritimas, inter Tendam oppidum 9. & Cuneum urbem Pedemontani Principatus in Boream 10. mill. paſſ.

¶ Lumone vicus eſt Comitatus Tendæ, intra Alpes maritimas, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ubi tranſitus; *Col de Limon* dictus, à Pedemontio in Comitatum Nicæenſem.

Strab. Plin. Liv. Luna, *Luna*, urbs Hetruriæ, in Liguriæ confinio, ad oſtia Macræ fluvii, exciſa: cui Sarzana (quæ nova Luna dici poteſt) ad 3. mill. paſſ. in epiſcopali dignitate ſucceſſit, inter Lucam 30. & Genuam 65. mill. paſſ. antiquiſſima, una ex 12. primis Tuſcorum coloniis. Lucan. lib. 2.

Alaos, vicina procurrit in æquora Luna.

In Theſauro Linguæ Latinæ *Sarzana* indigitatur.

Luna altera vel Launna Antonino, in Gallia ſeu Clunia, ut alii legunt, & meliùs, *Cluny*, (Vide Cluniacum) oppidum Galliæ Celticæ, in Burgundia, Matiſconi finitimum.

Ptol. Lunæ mons, geminus: unus in Luſitania, promontorium, *Punta de Luna* Villanovano, apud oſtia Tagi fluvii, qui & *Cabo*, vel *Monte di Sintra* dicitur, à Sintria oppido vicino; quod promontorium magnum à Plinio appellatur, & Oliſſiponenſe, teſte Reſendio. Alter in Æthiopia ultra æquatorem; ex quo, teſte Ptolemæo, Nilus fluvius Ægypti ortum habet: *Bed* incolis, teſte Marmolio.

¶ Lunæ mons, ſeu, & meliùs, Lunæ promontorium; in Luſitania, nunc *Cabo de la Rocca*, ſeu etiam *Cabo de Rocca Sintra*, eſt ad oſtia Tagi fluvii, 6. leucis ab Uliſippone in occaſum, & vix una ab arce *Caſcaes* dicta.

Strab. Lunæ portus, *Go'fo della Spezzia*, portus maximus, ſeu veriùs ſinus Liguriæ, inter Portnm Veneris & Portum Ericis, ambitu 20. mill. paſſ. patens, ſic à Spetia oppido amplo in intimo receſſu denominatus.

¶ Lunæburgenſis Ducatus, *Hertzogthumb*, *Lunenbourg* incolis, *Duchè de Lunebourg* Gallis, provincia Germaniæ, in Saxonia inferiori, inter Holſatiam ad ſeptentrionem, ditionem Brandeburgicam ad ortum, Brunſvicenſem Ducatum ad meridiem, & Weſtphaliam ad occaſum, cum Ducatu Bremenſi. Subeſt autem hæc provincia partim Ducibus Brunſvicenſibus, nempè versùs auſtrum, & partim etiam Ducibus Luneburgenſibus versùs Boream. Totius Ducatus primaria eſt Luneburgum, *Luneburg*. Aliæ urbes ſunt Cella, *Zell*, Vltza, *Ultzen*, Daneberga, *Dunneberg*, & Harburgum, *Harburg*, ad Albim.

Scrip. Germ. Lunæburgum, & Lunæburga Poetis Germanicis, urbs clara Saxoniæ, ad Albim fluvium, Ducatus titulo inſignis, ædificiorum ſuperbia & opum copia illuſtris, *Luneburg*, à luna ibi culta nominata, inter Brunopolim 13. & Lubecum 10. leucis occurrens, ab Hamburgo 7. Quæ & Luna, ut libro 4. Itinerarii.

—nec tua, Wiſmare, tecta,
Lubecique arces, nec celſa mœnia Luna,
Hammoniſque domos, non propugnacula Brema.

¶ Lunæburgum, ſeu Luneburgum, *Lunebourg*, urbs eſt Hanzeatica, ampla, & munitiſſima Germaniæ, ad amnem *Ilmenovv*, in Saxonia inferiori, & Ducatus Luneburgenſis caput; ſed tamen Imperialis, & ferè ſui juris. Crevit ex ruinis Bardevici urbis vicinæ. Vix 2. milliaribus Germanicis diſtat ab Albi fluvio in auſtrum, & totidem à Lavenburgo in Africum, 10. à Lubeca in meridiem, 7. ab Hamburgo in ortum, 18. autem à Brunopoli in Arctos; & condita fuit anno 1190. ab Henrico Leone. Ejus autem arx vetuſtior eſt urbe 124. annis.

Sax. Gram. Lunarium promontorium, *Capo de Figel*, vel *Palafigel* Henrico Coquo, ſed Cluſio eſt *Cabo de Vallis*, promontorium Hiſpaniæ citerioris, in ora Catalauniæ, apud Barcinonem urbem.

¶ Lunarium promontorium quibuſdam eſt *Cabo di Palafugel* propè Palamum, & aliis *Cabo de Toſa*, promontorium in eadem ora Catalauniæ, 15. milliaribus à præcedenti in Africum versùs Barcinonem.

Lundis, *Londen* vel *Lunden*, urbs Scaniæ Archiepiſcopalis, olim clara metropolis regni Danici, nunc obſcurior, à Coronia & Malmogia 3. leucis, ſub ea ſex urbes epiſcopales.

¶ Lundis, *Lunden*, urbs eſt Scaniæ provinciæ, quæ à paucis annis ſubeſt Svecis, cùm anteà eſſet Danici juris. 5. leucis Danicis diſtat ab Hafnia in ortum, uti una à Sundico freto, 2. à Malmogia in Cæciam, & 3. à Coronia in Eurum. Senſim deficit. Epiſcopi qui ipſi ſuffragantur ſunt omnes in Daniæ regno. Scaniæ olim caput fuit. Urbi proximus eſt collis; in quo Reges olim electione ſolemni regno præfici ſolebant, ut teſtatur Joannes Meurſius. Urbs autem deficit in dies à paucis habitata.

¶ Lunelium, *Lunel*, oppidum Galliæ, aliàs munitum, in Occitania provincia, vix 3. leucis ab ora maris Mediterranei, & una à ſtagno Magalonenſi in Boream.

Lungipreſſum, *Ruſſio*, oppidulum Galliæ Togatæ, in Æmilia, ſeu Romandiola, inter Ravennam & Faventiam urbem 10. mill. paſſ. teſte Hieronymo Rubeo. *Chr. Bav*

¶ Lupara, *Le Lovure*, palatium regium Galliæ, Lutetiæ aliàs extructum à Carolo V. Rege. Sed his ultimis temporibus de novo magnificentiſſimè excitatum. Vide Lutetia.

¶ Lupara, *Louvres* cognomento *en Pariſis*, burgus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in agro Pariſienſi, 6. leucis à Lutetia Boream versùs, in via quæ Sylvanectum tendit.

¶ Lupariæ, *Louviers*, oppidum Galliæ, in Normannia, ad Eburam fluvium, 4. leucis infrà Ebroicum in Boream Rothomagum versùs, unde totidem leucis diſtat, uti 2. à Ponte Arcus.

¶ Lupatia urbs fuit Apuliæ, ubi nunc civitas epiſcopalis, *Altamura*, teſte Luca Holſtenio.

Lupercal, locus urbis Romæ, apud Tiberim, ſub monte Aventino, Deo pani ſacer, cujus ſacra Lupercalia, & Sacerdotes Luperci dicebantur; vel à lupa, quæ Romulo Remoque lac præbuit; vel à Lupis, quos Pandeus Arcadiæ ab ovibus arcere dicebatur. Virgilius libro 8. Æneidos: *Hal. carn.*

Retulit, & gelida monſtrat ſub rupe Lupercal.

¶ Luperciana, Africæ civitas Divis Auguſtino & Cypriano in Concilio Carthaginenſi.

Lupfurdum, *Leypſick*, Lipſia Latino recenti, urbs Germaniæ, præclara accademia & emporio, in Miſnia regione, inter Hallam Saxoniæ, & Dreſdam urbem Miſniæ in Eurum 5. leucis. Sed Appiano & Pirchaymero videtur eſſe *Meiſsen*; hoc eſt, Miſna, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ad Albim fluvium, inter Dreſdam ad meridiem & Torgam ad Boream 6. leucis, à qua regioni nomen eſt. Apud Poetas Germanos Phylira etiam nominatur. & Lipſia lib. 4. Itinerarii: *Ptol.*

Dives opum ſera me Lipſia nocte recepit,
Lubricus humectat cujus Eliſter agros.

¶ Lupia, *Loing*, fluvius Galliæ. Oritur in Puſæenſi agro, in limite Burgundiæ, deinde Caſtellionem rigat & Montargium, ubi recipit incile Brivoduri, poſteà juxtà Nemurtium labitur; & aliquot aliis rivis auctus, paulò infrà Moretum in Sequanam ſe exonerat.

Lupiæ, Lupia Plinio, Lipia Antonino, Luſpiæ Ptolemæo, colonia, oppidum, & portus Salentinorum, in ora Calabriæ Boreali, Aletinorum navale, nunc pagus *la Rocca* dictus, teſte Galateo, inter Brundiſium, & Hydruntum, unde 14. mill. paſſ. in occaſum ab Aletio 10. in Boream. Aliis videtur eſſe pagus ejuſdem oræ, *S. Cataldo*, ab Aletio etiam 10. mill. Brundiſium versùs. Sed ego Galateo tanquam indigenæ ſubſcribendum cenſeo. Unde malè in Theſauro Linguæ Latinæ *Fez* indigitatur. *Strab. Mel.*

Lupias, Lupia Melæ, Luppia Tacito, *Lyppe* ſeu *Lippe*, teſte Junio, fluvius Germaniæ, (cum oppido cognomine) per Weſtphaliam in Rhenum apud weſaliam urbem fluens: oppidum verò, Comitatus non obſcuri caput, inter Suſatum 2. & Padebornam 4. mill. ſitum eſt. Irenicus *Lhon*, fluvium Haſſiæ in Rhenum inter Bodobrigam & Confluentes deſinentem, quod minùs probatur, indigitat. *Strab.*

Lupondum, *Lupff*, teſte Lazio, oppidum ſeu potiùs arx Germaniæ, in Svevia, non procul à fontibus Danubii, à Friburgo urbe Briſgojæ 3. leucis in ortum, *Ant.*

in

in ſylva nigra; quod & Lupodunum legitur. De quo Auſonius in Moſellanicis;

Hoſtibus exactis Nicrum ſuper, & Lupodunum.

Luppia, urbs Germaniæ, quæ *Lyppe* dicitur. Vide Lupias. Situs apud Ptolemæum repugat; ideo aliis potiùs *Leypſick*, quæ nunc Lipſia Latinè dicitur, eſſe videtur. Vide ſupra Lupfurdum.

¶ Luppia, *Lippe*, ſeu etiam *Lipſtadt*, urbs eſt Hanzeatica Germaniæ, Comitatus cognominis caput, & ad Luppiam fluvium, in Weſtphalia regione, proprio Comiti parens; inter Paderbonam ad ortum & Suſatum ad occaſum. Dicitur à quibuſdam Lupias. Vide ibi.

¶ Lurenſe & Lutrenſe monaſterium ſub titulo S. Martini, vulgò *Lure*, aliàs *Ludres*, eſt in Burgundiæ Comitatu, 3. circiter leucis à Luxovio auſtrum versùs, juxta *Longnon* fluvium, 8. à monte Bellicardo in occaſum, & 13. à Veſuntione in Boream, ad radices Vogeſi montis; ejuſque Abbas eſt loci dominus, & ſub clientela Imperatoris.

¶ Lurinum, *Luri*, oppidum Corſicæ mediterraneum, nunc pagus ingens, apud oppidum S. Florentii, Centurinum versùs 10. à Baſtia 20. mill. paſſ. à Mariana duplo diſtans intervallo, apud Opinum 3.

¶ Luſatia, provincia Germaniæ, vulgò *Lauſnitz*, *Luſace* Gallis, aliàs Bohemiæ annexa fuit; ſed ab ultimo bello Bohemico anni circiter 1620. ſubeſt dominio Ducis Electoris Saxoniæ. Dividitur in ſuperiorem, cujus caput eſt Gorlytium, & in inferiorem, cujus primaria eſt Sorava. Extenditur à ſeptentrione in meridiem, & terminatur Sileſia, ab occidente Ducatu Saxoniæ, à Borea Marchia Brandeburgica, & ab auſtro Bohemia. Sed hiſce ultimis temporibus diviſa fuit Luſatia. Superior enim paret Duci Electori Saxoniæ; inferior autem Luſatia ſubeſt Duci Saxoniæ Merſoburgenſi ex conceſſione Electoris Saxoniæ. Urbes ſuperioris Luſatiæ ſunt Gorlitium, *Gorlitz*, Budiſſina, *Bautzen*, Zittavia, *Zitavv*, & Lauba, *Lauban*. Luſatiæ inferioris urbes ſunt Zdiarum ſeu Sorava, *Soravv*, Guba, *Guben*, & Cotbuſium, *Cotbus*, quæ ultima ſubeſt Electori Brandeburgico.

¶ Luſignanum, *Luſignan*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia, cum caſtro, ad Vonam amnem. 5. leucis diſtat à Pictavio in Africum Rupellam versùs. Hinc Cyprii Reges dicti fuere.

¶ Luſitani populi fuere Hiſpaniæ, in Luſitania inter Durium fluvium ad Boream, Vettones populos ad ortum, Tagum fluvium ad meridiem, & Oceanum Atlanticum ad occaſum, ubi nunc ſunt provinciæ Portugalliæ Beira, Extremadura Portugallica, & pars Borealis provinciæ inter Tagum & Anam fluvios.

Luſitania, regio Hiſpaniæ, una ex tribus, in occaſum & auſtrum vergens. Durio fluvio à Tarraconenſi ad Boream, montibus verò ad ortum ſeparata; à Bætica Ana fluvio. Quæ pleriſq; *Portugallo* dicitur; ſed non ex æquo ſibi reſpondent: nam ſub Portugallia pars Tarraconenſis inter Durium & Minium (in qua Bracara) continetur; in Luſitania verò Extremadura regio, cum parte Caſtellæ veteris, extra Portugalliam. Populi Luſitani, à Luſo Bacchi filio, ſeu, ut alii ſcribunt, comite; Lyſitani, ſicuti & regio Lyſitania, Straboni, Polybio, Dionyſio, & aliis, à Lyſa Luſi ſocio: unde & Lyſiades dicuntur. De his Silius libro 3.

Hos Viriathus agit, Luſitanumque remotis.
Extractum luſtris.

Luſitania Regem proprium habuit, qui Mauris expulſis eam recuperavit, uſque ad Henricum poſtremum, qui Cardinalis fuit; quo defuncto ſine prole, Philippus II. Hiſpaniæ Rex in regno Portugalliæ ſucceſſit: ſicque tota Hiſpania ad Monarchiam, quam ſub Gothis habuerat, rediit.

¶ Luſitania, nunc *Portugal*, aliàs habuerat Reges proprios 17. numero ab anno nempè 1100. uſque ad annum 1580. quo mortuo Rege Henrico, Philippus II. regnum occupavit; ſicut Hiſpania ad Monarchiam rediit. Sed iterum anno 1640. Luſitania proprium Regem ſibi elegit Joannem IV. antea Bragantiæ Ducem, cui ſucceſſit filius; ſicque à reliqua Hiſpania ſejuncta, proprio etiamnum Regi ſubeſt. Populi Luſitaniæ erant aliàs Luſitani, Vettones, & Celtici. Vide Portugallia.

Luſpiæ. Vide Lupiæ.

¶ Luſſonia, *Lucon*, inſula perampla Aſiæ, in mari Indico, Philippinarum inſularum præcipua, quæ ſæpiùs Manilla dicitur ab ipſius urbe primaria & archiepiſcopali, in meditullio inſulæ. Vide Manilla.

Luſſonium, *Pax*, teſte Simlero, oppidum Pannoniæ inferioris, ad Danubium, in Hungaria, ferè ex adverſo Colociæ urbis, à Buda 10. leuc. in Eurum, à Quinque Eccleſiis 5. in ortum & Cæciam, Altinio finitimum, 3. ſeu 2. recedens. Eſt & oppidum Valeriæ Ripenſis in libro Notitiæ. Vide Intercifa. *Ant. Ptol. Ceſ.*

Lutetia, Caſtellum Pariſiorum Ammiano, Pariſium Zoſimo, Lucotetia Ptolemæo, *Paris*, Italis *Parigi*, urbs Galliæ Celticæ, in Belgicæ confinio ad Sequanam & Matronam fluvios interluentes, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi, inde 24. leucis diſtans, regia ampliſſima, in tres urbes diviſa, & accademia, ex primis totius Europæ, omniumque Europæarum urbium maxima. Populi Pariſii, quo nomine urbs etiam ſignificatur. De Lutetia ſic in libro 4. Itinerarii:

Sequanis adductis ſalvere Lutetia muſis,
Nos jubet: Oiterum populoſa Lutetia ſalve.

Et Julius Scaliger ſic de eadem:

Certe hæc Lutetia eſt, ſic ubi vina ruent.

¶ Lutetia, quæ etiam Lutetia Pariſiorum dicitur, & Pariſii, *Paris*, urbs eſt regni Franciæ caput, & ſedes regia, totius Europæ ampliſſima, populoſiſſima, & ditiſſima, emporiumque celeberrimum, quotidie ſupra modum excreſcens, nec jam urbs, ſed provinciæ inſtar; ejus ſuburbia magnæ urbes. Sedet ad Sequanam fluvium; eſtque archiepiſcopalis ab anno 1622. & provinciæ Inſulæ Franciæ caput. Ejus palatium regium, Lupara dictum, le *Louvre*, totius Europæ ſuperbiſſimum eſt, & pro maxima parte à Ludovico XIV. excitatum. Ibi etiam Accademia ſeu Univerſitas ſtudiorum celeberrima, à Carolo Magno inſtituta, atque Parlamentum ampliſſimum. Diſtat circiter 10. leucis à Sylvanecto in meridiem, 28. à Rothomago in Eurum, 34. ab Aureliis in Boream, uti 10. à Meloduno, 50. à Nivernis, & 100. à Logduno etiam in Boream. Eam pluribus deſcripſit Paulus Merula, uti & fuſiùs Jacobus *du Brevil* Ordinis S. Benedicti, aliique multi. Deſcriptionem ejus etiam aliquam hic ponerem; ſed calamus rem tantam aggredi timet, & aliis meliùs deſcribendum reliquit.

Lutæva, ſeu Lutava, (utroque enim modo legitur) *Lodeſve*, urbs Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione, inter Uticam & Biteras 8. leucis, à Nemauſo 12. in occaſum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, (populi Lutevani Plinio, & Foroneronienſes) à Joanne XXII. Pontifice Maximo epiſcopali ſede exornata, Narbonique ſubjecta, unde 12. leucis abeſt. *Lib. Prov.*

¶ Luteva, *Lodeve*, urbs eſt Occitaniæ inferioris, in Gallia, juxta amnem *Lergue*, ad radices Cemmeni montis, & in limite Ruthenenſis provinciæ. 12. leucis diſtat à Narbona in Boream, uti & 9. ab Agatha & à Biliterris, 15. à Nemauſo in occaſum, uti & 16. ab Ucetia.

* Luti, populi Germaniæ, qui *Sleſier* Pyramio, hoc eſt, Sleſii dicuntur, & aliis Teſchinenſes, in Sleſiæ, Moraviæ, Poloniæque confinio, inter Olomuſium urbem Moraviæ 12. & Cracoviam regiam Poloniæ 14. leucis, à Ratiboria Sleſiæ 7. in meridiem. (* In manuſcripto Seldeni λȣτοι.) *Ptol.*

¶ Luti, qui & Burii Ptolemæo, forſan iidem qui Lugii Burii ab aliis dicuntur, fuere propè fontes Viſtulæ, in Sileſia ſuperiori, ubi nunc Ducatus Teſchinenſis & Ratiborienſis, inter Poloniam minorem ad ortum & Moraviam ad occaſum.

Lutia, oppidum olim Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Arevacorum, opulentum, à Numantia 300. ſtadiis, teſte Appiano Alexandrino. *App. Scrip. Germ.*

Lutis, *Leyta*, fluvius Pannoniæ ſuperioris, in Auſtria, per agrum Viennenſem fluens, ſuper quo oppidum Lutipons, *Pruek an der Leyte*.

¶ Lutomagus, oppidum Galliæ Belgicæ, in Morinis, cujus meminit Cluverius, creditque eſſe *Monſtrevil*, in Picardia provincia, urbs munita, ad Quentiam fluvium, in confinio Arteſiæ, & media inter Hedenum ad ortum & oram maris Britannici ad occaſum, 3. leucis utrinque.

¶ Luttervortium, *Lutterworth*, caſtrum Angliæ, cum pago, in Liceſtria Comitatu, medium ferè inter Liceſtriam urbem et Daventriam. Ibi fuerat Parochus wiclefus.

¶ Lutum, *Louth*, oppidum Hiberniæ, in Ultonia, Comi-

Comitatus Lutenſis præcipuum, ad amnem cognominem, aliquot tantùm milliaribus ab ora diſtans, & medium inter Dunkeranum ad Boream, & Ardracum ad auſtrum, 7. mill. paſſ. utrinque.

¶ Lutzenum, *Lutzen*, oppidulum Germaniæ, in Miſnia provincia Saxoniæ ſuperioris, & in ditione Epiſcopi Martioburgenſis, propè Elſterum fluvium, 2. leucis à Martioburgo in occaſum; & totidem à Lipſia in ortum. Ibi Auſtriaci victi & grandi clade affecti fuere a Svecis anno 1632. die 16. Novembris, ubi Guſtavus Adolfus Svecorum Rex victor occubuit.

¶ Luxemburgenſis Ducatus, *Duchè de Luxembourg*, provincia Belgii maximè ad ortum & auſtrum extenſa versùs Germaniam, inter Trevirenſem ditionem ad ortum, Limburgenſem Ducatum ad Boream, Leodienſem tractum ad occaſum, & Lotharingiam ad meridiem. Subeſt dominio Hiſpanorum; ſed pars ejus auſtralis ſubeſt Regi Franciæ à paucis annis.

Luxemburgenſis Ducatur urbes:

Baſtonacum, Baſtogne, *Hiſpanis ſubeſt*.
Damvillerium, Damvillers, *Gallis*.
Luxemburgum, Luxembourg, *Hiſpanis*.
Monſmedius, Monmedy, *Gallis*.
Orolaunum, Arlon, *Hiſpanis*.
Theodonis villa, Thionville, *Gallis*.
Virtonium, Virton, *Hiſpanis*.
Yvodium, Yvoix, *Gallis*.

¶ Luxemburgum, *Luxembourg*, urbs ampla Belgii, Ducatus cagnominis caput, ad Alizontem amnem, & ſatis munita, ſub dominio Hiſpanorum. 4. leucis diſtat à Theodonis villa in ſeptentrionem, & 6. à Treviris in occaſum, uti 4. ab Orolauno in ortum, 2. autem à confinio Lotharingiæ.

Plin. Luxia, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, inter Bætim & Anam fluens.

Aim. Luxovium, *Luſſeul* vel *Luxeul*, oppidum Galliæ, Belgicæ, in Sequanorum finibus, ſeu in Burgundiæ Comitatu, apud montis Vogeſi radices, cum cœnobio Benedictinorum præclaro, apud Fontenacum oppidum, in Lotharingiæ confinio, 2. leuc. à Veſulio urbe 6. in ortum à Veſuntione 12.

¶ Luxovium, *Luxevil*, oppidulum eſt Comitatus Burgundiæ; diſtatque 13. leucis à Veſuntione in Loream, & 6. a Veſulio in Cæciam; fuitque alias munitum, 6. leucis diſtans ab Alſatia in occaſum.

Bibl. Luza, urbs Palæſtinæ, poſteà *Bethel*, hoc eſt, domus Dei, in Tribu Benjamin.

Ant. Lybia, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis; inter Calagurim & Segiſamunclum occurrens, à Viroveſca 20. mill. paſſ. Calagurim versùs. Scribitur & Libya.

Ant. Lybum, oppidum Cœleſyriæ, inter Laodiceam & Heliopolim 32. mill. paſſ. Damaſcum versùs, quæ ab Heliopoli 56. abeſt.

Plin. Sol. & al. Lycabetus mons Atticæ altiſſimus, & Athenis proximus, Hymettoque finitimus, * Lycabeſus Straboni, olivifer. Ejus meminit Statius libro 12. Thebaidos:

Vitibus, & pingui melior Lycabetus oliva.

(* In aliis editionibus [illegible].)

¶ Lycadium ſeu Cycladum ſinus, ad Boſphorum Thracium, in ora Bithyniæ, inter Ciconium & Lembum promontoria: hodiè Manolius ſinus, teſte Petro Gyllio; eſtque ſatis parvus, & 6. mill. paſſ. à Chryſopoli in Cæciam, propè Neocaſtrum Aſiaticum.

¶ Lycæa, Arcadiæ urbs apud Pauſaniam & Stephanum, cui eadem Lycætha etiam dicitur.

Lycæum gymnaſium erat Athenis celebre, uti Suidas auctor eſt.

Pauſ. Vib. ſeq. Lycæus, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, excelſus, qui & Olympus dicitur, Pani Deo paſtorum ſacer. Hinc Lycæus etiam nomen gentis. Ovidius lib. 1. Metamorphoſeon:

*Conſitaque arboribus * Lycæa reliquerat arva.*

(* Aliæ editiones legunt *Dircæa*, aliæ autem *Lyrcæa*.) Hinc Lycæa feſta, quæ ibi celebrabantur, teſte Strabone & Pauſania.

Strab. Plin. & al. Lycaonia, *Cogni*, regio Aſiæ minoris, Cappadociæ pars in auſtrum Ciliciam versùs, ab ea Tauro monte diviſa, inter Iſauriam ad occaſum & Armeniam minorem ad ortum, cujus metropolis eſt Iconium, à qua hodie regio nominatur. Populi Lycaones apud quos onagrorum copia eſt, ſicuti & apud Phryges. Hinc Lycaonius nomen gentis. Catullus carm. 67.

Virginis & ſævi contingens namque leonis
*Lumina, Calliſto juncta * Lycaoniæ.*

(* Alii legunt *Lycaonidæ*, ut ſit patronym. Calliſtus filiæ Lycaonis.) Eſt & Lycaonia inſula Tiberis in urbe Roma, vulgò *Iſola di S. Bartholameo*, ob ſacram illius ædem.

¶ Lycaonia, urbs Prhygiæ minoris, teſte Divo Hieronymo in libris Hebraicis.

¶ Lycaſtris, fluvius Coæ inſulæ, in mari Ægæo, à quo Lyca civitas ejuſdem inſulæ dicta fuit, teſte Vibio Sequeſtri.

Lycaſtum, *Docaſtelli*, teſte Nigro, oppidum Cappadociæ, apud Halym fluvium, teſte Mela, in Paphlagoniæ confinio. Lycaſtia Apollonio. *Plin. Mel. Plut.*

¶ Lycaſtum ſeu Lycaſtrum quibuſdam eſt oppidum propè oram Ponti Euxini & ſinus Amiſeni, 15. mill. paſſ. ab Amiſo in ortum, & 40. à Themiſcyra in occaſum; ſed vix 10. ab oſtio Iridis fluvii in occaſum, & 30. ab oſtio Halis in ortum diſtat.

Lycaſtus oppidum fuit Cretæ, quod interiiſſe ſcribit Strabo, apud Dictæum montem, à Lycaſte nympha; de qua Claudianus de laudibus Stiliconis libro 3. *Hom. Strab. Plin.*

Tenditur ad Syrtes: mecum Dictæa Lycaſte.

Lyces, Lycus Ptolemæo & Herodoto, fluvius Scythiæ Europææ, a Valerio Flacco cum Tanai & Hypani memoratus. Vide ibi. *Val. Flac.*

¶ Lyces Macedoniæ urbs fuit, ad Bevum fluvium, teſte Livio.

Lychnidus, Lychnidion Polybio, lacus & urbs archiepiſcopalis Macedoniæ, quæ & Juſtiniana prima, poſtea Achridus, *l' Ochrida*, & Turcis *Giuſtandil*, inter Dyrrachium ad occaſum 70. & Theſſalonicam in ortum ſupra 130. mill. paſſ. Lacus verò, qui & Lychnittus Herodoto & Stephano dicitur, *Lago de l' Ochrida*. *Liv. Diod. Ptol.*

Lychnitis palus, *Exſechia* ex tabulis Geographicis recentibus, lacus & regio, teſte Stephano, Armeniæ majoris.

¶ Lychnos locus Ægypti circa Peluſium videtur apud Divum Hieronymum in vita Hylarionis.

Lycia, *Aidinelli* vel *Aldinelli* Caſtaldo & aliis, & *Bricquia* Gravæ, regio Aſiæ, in ora Auſtrali, inter Cariam ad occaſum & Pamphyliam ad ortum, à Lyco Rege Pandionis filio dicta, teſte Iſidoro. Eſt & regio parva Troadis juxta Idam montem, ubi Apollo natus traditur, teſte Strabone ex Homero. Populi Lycii Ciceroni. Vrbes Lyciæ olim claræ, Patara, Myra, Limyra, & Andriaca. Ovidius libro 9. Metamorphoſeon: *Cic. Stra. Plin. & al.*

Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.

¶ Lycia Ptolemæo & ceteris Aſiæ minoris regio eſt. Mylias olim dicta fuit, & Ogygia, Stephano teſte, qui incolas Tremilos vocatos ſcribit. Trimilis regio eſt apud Liberalem. Aliis autem Mylias fuit ejus pars Borealis. Terminatur à meridie mari Mediterraneo ſeu Lycio ab ea dicto, à ſeptentrione Phrygia, ab ortu Pamphylia, & ab occaſu Caria; nuncque *Aidinelli* vocatur, ſub dominio Turcarum à tribus ſæculis; eſtque pars Caramaniæ latè ſumptæ.

Lycias, Licus Venantio Fortunato, Lechus Eginartho, *Lech* ſeu *Leck*, fluvius Vindeliciæ, in Danubium per Auguſtam delatus, apud Werdam oppidum. Vide Licus. *Ptol.*

¶ Lycide oppidum fuit Myſiæ, in Aſia minori, teſte Plinio, & Lycidenſis Epiſcopi meminit Marcellinus Comes.

Lycimna arx erat Peloponneſi, à Nauplia olim 12. ſtadiis tantùm diſtans. *Stra*

¶ Lyciorum ſinus ad Boſphorum Thracium, teſte Petro Gyllio, parvus eſt admodum propè Mirlæjum oppidum, in ora Thraciæ, unde poſteà Mirlæanorum ſinus dictus fuit; eſtque propè Pontum Euxinum.

¶ Lycoa urbs fuit Arcadiæ, in Peloponneſo, Pauſania & Stephano teſtibus.

Lycomedis, *Linxano*, teſte Pineto, lacus Africæ, in Marmaricæ finibus ad auſtrum: qui aliis *Serta* nominatur, nomen etiam regioni tribuens. *Plin Ptol.*

Lycon, *Lobon*, teſte Jacobo Delgado, oppidum Luſitaniæ non obſcurum, in Extremadura, ab Emerita 4. leucis diſtans in auſtrum. *Liv*

Lycone, mons Peloponneſi, in Argia regione, cupreſſis abundans. *Pau*

¶ Lycone oppidum fuit Thraciæ, teſte Stephano.

Lycopolis, id eſt, urbs luporum, urbs & nemus Ægypti, *Strr*

gypti, ad Nilum fluvium, inter Antinoen, & Crocodilorum urbem, nunc *Munia*, urbs clara & pulchra, teſte Moletio. Hanc Diodorus Siculus libro 2. ab Ægyptiis in honorem luporum, quos illi, ut & alias beſtias, coluere, ædificatam ſcribit; quòd lupi acie inſtructa adversùs Æthiopes, qui fines Ægypti invaſerant, illos repuliſſent.

Lycormas, qui & Evenus, *Phidari*, teſte Nigro, fluvius Ætoliæ, Calydonius ab Ovidio, quòd Calydonem urbem alluit, cognominatus. Libro 2. Metamorphoſeon:

Arſuruſque iterum Xanthus, flavuſque Lycormas.

Lycos, fluvius Palæſtinæ, & fons Indiæ, cujus aqua lucernæ ardent, teſte Plinio & Solino.

¶ Lycoſtena, Lydiæ urbs, in Aſia minori, teſte Stephano ex Xantho. Metropolim facit nummus Tyri apud Goltzium.

Lycoſura, oppidum erat Arcadiæ, in monte Lycæo, antiquiſſimum.

¶ Lycozia urbs fuit Thraciæ, teſte Stephano.

Lyctus, qui & Lyttus à Poeta, teſte Strabone, *Paleocaſtro*, teſte Nigro, urbs Cretæ quondam clara, nunc pagus à Gnoſſo in auſtrum 15. mill. paſſ. ab ora Boreali 10. in qua Cherroneſus erat, Lyctiorum emporium. Hinc Lyctius, a, um, ut apud Virgilium lib. 3. Æneid.

Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus.

Lycus, *Platina*, teſte Fazelio cum aliis, vel *Platina*, fluvius Siciliæ, per oram Auſtralem inter Heracleam & Thermas fluens, mari apud Heracleam exceptus, è regione Himeræ oriens, ex magnis Siciliæ.

¶ Lycus alius eſt Halycus, *Platano*, fluvius Siciliæ, propè Heracleæ ruinas. In mare Lybicum ſe exonerat, 18. milliar. ab Agrigento in occaſum, in valle Mazaræ.

Lycus, fluvius Paphlagoniæ, in Pontum Euxinum apud Heracleam Ponti per Mariandynos fluens. De quo Ovidius libro 4. de Ponto Elegia 10.

Huc Lycus, *huc Sagaris, Peniuſq; Hipaniſq; Orateſq;*
Sed hi fluvii omnes in Sarmatia Europæa ſunt.

Lycus item Straboni, Plinio, Quinto Curtio, Plutarcho, & aliis, fluvius Phrygiæ magnæ, Celænas urbem interluens, Laodiceamque urbem Lydiæ attingens, nec longè Mæandro congrediens, *Licho*, qui Marſyas Livio dicitur. Hic ſubtus terram conditus, poſt aliquot mill. paſſ. emergit, teſte Plinio. Lycus quoque, fluvius Cappadociæ, Neocæſaream urbem præterfluens, ac in Irim apud oram maris Euxini influens.

Lycus demum, fluvius Scythiæ Europææ, in paludem Mæoticam influens inter Cnemam & Hygrim urbes, qui Lyces à Flacco appellatur, Sagari vicinus. Eſt & Lycus apud Strabonem fluvius Armeniæ majoris, non longè ab Araxe oriens; qui in occaſum fluens & Boream, in Phaſim delabitur, teſte Apollonio, licèt Strabo illum in Pontum Euxinum fluere ſcribat.

¶ Lyda, Lyciæ oppidum, in Aſia minori, teſte Ptolemæo. Quibuſdam eſt Chyda.

Lydda, *Roma*, & *S. Giorgio*, urbs Palæſtinæ, versùs oram Judææ occiduam, Joppæ proxima, inde 10. mill. paſſ. Hieroſolymam versùs 30. diſtans, inter Nicopolim, & Antipatridam 10. olim Dioſpolis, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi.

Lydi, Populi Thuſciæ, à Lydis Aſiæ profecti: quorum oppida fuere Agylla & Cære.

Lydia, regio Aſiæ; inter Joniam ad occaſum & Phrygiam magnam ad ortum comprehenſa, quæ & Mæonia, teſte Plinio, *Caraſia*, & *Caraſicli* Turcis, teſte Leunclavio: cujus regia Sardes fuere. Populi Lydi, & Lydius nomen gentis. Ovidius lib. 6. Metamorphoſeon:

Lydia tota fremit: Phrygiaque per oppida facti.

Claudianus in Eutropium libro 2.

Finibus obliquis Lydi, *Piſidaque feroces.*

Virgilius libro 2. Æneidos:

Ad terram Heſperiam venies, ubi Lydius, *arva*
Inter opima virum, leni fluit agmine Tybris.

¶ Lydia regio fuit Aſiæ minoris, quæ Mœonia etiam dicta fuit, teſtibus Herodoto, Plinio, & Ptolemæo, inter Phrygiam magnam ad ortum & Boream, Lyciam ad meridiem, & Joniam ad occaſum, quæ ſub ipſa aliquando comprehenſa fuit. Nunc *Caraſia* dicitur; ſubeſtque dominio Turcarum.

Lydi mali & improbi fuiſſe apud Athenæum, Diogene referente, feruntur, poſt quos Ægypti, ac demum peſſimi omnium Cares. Hi capita flammeis muliebribus ornare ſolebant: unde in effœminatos ortum eſt proverbium, *Lydio more*, apud Suidam, *Lydius lapis* (qui & *Heracleus*, ſic ab Heraclea urbe Lydiæ) in proverbio eſt, apud Theophraſtum libro de natura lapidis, de homine acri ingenio prædito: nam hic lapis aurum & argentum arguit quale ſit. Lydorum currus in certaminibus erant adeò veloces, ut proverbio ſit *Currus Lydius*; & apud Plutarchum, *Juxta Lydium currum curris*, dicitur de eo qui longè cæteris in aliqua re inferior eſt: ſicuti apud Gregorium Nazianzenum, *Pedes à curru Lydio abeſt*. Lydos quoque equitatu cæteris præfert Herodotus lib 1. quos non aliter quàm ex equo pugnare ſcribit. Hi cibis opiparis & cupediis operam dabant, ut *Caryca Lydorum* in adagium abierit apud Athenæum lib. 12. Caryca enim genus cibi erat apud illos ex variis lautitiis ſanguineque confectum. De quibus etiam in voluptuoſos, *Lydus cauponatur*, apud Herodotum legitur, in eodem ſenſu, quo *More* Lydio dictum eſt. *Herod.*

Lydius, *Caſtoro* ex tabulis recentioribus, fluvius Macedoniæ, agrum Macedonicum à Bottiæico diſterminans, ac in Haliacmonem, teſte Herodoto, influens: ſed, teſte Ptolemæo, in ſinum Thermaicum, inter Haliacmonem & Axium, labitur, inter Theſſalonicam & Pydnam. *Ptol.*

¶ Lydius ſeu Ludias, fluvius Macedoniæ. Oritur in Æmathia provincia; deinde per Botiæam fluens, ibi in ſinum Thermaicum ſe exonerat inter Axium ad Boream & Aliacmonem ad auſtrum.

¶ Lygamatæ, Lybiæ interioris populi apud Ptolemæum, cujus interpretes Lynxamatæ habent. Linxama eſt ibidem urbs Ptolemæo.

¶ Lygdanum, urbs Aſiæ minoris, in Myſia, teſte Plinio. *Tac.*

Lygii, populi Germaniæ. Vide Ligii.

¶ Lyla, Arcadiæ urbs, in Peloponneſo, teſte Stephano.

¶ Lylæus, Bithyniæ fluvius, in Aſia minori apud Plinium.

Lymax, fluvius Arcadiæ, Phygaliam oppidum alluens, & in Nedam fluvium influens. *Pauſ.*

¶ Lymicus ſinus, *Lymford*, ſinus Daniæ, per Jutiam ſeptentrionalem extenſus ab ortu in occaſum; ita ut tenui Iſthmo unius leucæ ſeparetur à mari Germanico. Jutiam ſeptentrionalem bifariam ſecat, Lemvicum & alia oppida rigans, versùs Wiburgum etiam labitur, & infrà Alburgum urbem in ſinum Codanum ſe exonerat.

Lyminis, oppidum Cappadociæ, exilio & morte Baſiliſci Imperatoris, eò juſſu Zenonis Imperatoris deportati, memorabile. *Marc. Comi.*

Lymira, urbs Lyciæ, ad Lymirum fluvium, apud oram littoralem, quæ Ptolemæo Limyra. Vide ibi. *Mel.*

¶ Lyncaee, Macedoniæ urbs, teſte Heſychio.

¶ Lynceſtæ, populi, & Lynceſtis, regio Macedoniæ mediterranea, per quam Lynceſtis ſeu Lynceſtius fluvius decurrit, ac in Erigonem, teſte Plinio, excipitur: *Linceo* & *Lincen* nunc dici fertur. Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon: *Plin. Ptol.*

Hunc fluit effectu diſpar Lynceſtius *amnis.* *Liv.*

Lyncos, mons Epiri, in Theſſaliæ confinio, Pindi pars. *Strab.*

Lyndus urbs fuit Rhodi inſulæ, clara, in ora auſtrali, Alexandriam versùs, adhuc *Lindo*. Vide Lindus.

¶ Lynius ſeu Leinius, *Leyne*, fluvius Saxoniæ inferioris. Oritur juxta Heiligenſtatum, in Eisfalia tractu; deinde per Brunſvicenſem Ducatum fluens, Gottingam & Eimbecam rigat, uti & Alfeldam: hinc ad Sarſtedam Innerſtium amnem recipit, & juxta Hannoveram & Neoſtadium fluens, paulò infrà in Alleram fluvium cadit.

¶ Lynx, Libyæ urbs, juxta Gadiram, teſte Stephano.

¶ Lyperus, Aſiæ minoris mons, in Bithynia, juxta Zipœrium urbem, Memnon.

Lypſia, *Leypſick*, urbs, emporium, & accademia Miſniæ, quæ Poetis Phylira. Vide Lupfurdum, (*& Lipſia.*)

¶ Lyra, *Liere*, oppidum probè munitum Belgii, in Brabantia, Niveſdum quibuſdam, ad Netham majorem fluvium. A Gallis *Lire* dicitur. 2. leucis diſtat à Machlinia in Boream, ferè 3. ab Antuerpia in ortum, & 5. à Lovanio; eſtq; versùs confinia ditionis Hollandicæ, ſed Hiſpanis ſubeſt.

¶ Lyrba, civitas Aſiæ minoris, ſuprà Cybiram. Vide Lyrope.

Lyrcæus; Lycæus Virgilio, mons Arcadiæ, ubi Lyrcæa urbs erat, teſte Pauſania, quem alii cum Cali- *Strab. Plin.*

limacho in Argia locant, ex eoque Inachum effluere ajunt, ex fonte Lyrcæo, teſte Strabone. Ovidius libro 1. Metamorphoſeon:

Coſitaque arboribus Lyrcæa reliquerat arva.

Scribitur & Lircæus.

¶ Lyricantus, *S Mathurin de l' Archant*, vicus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinienſi tractu & Diœceſi Senonenſi, 15. leucis à Lutetia diſtans in auſtrum, 2. verò à Nemorſio: locus fidelium peregrinatione celebris.

Lyris, fluvius Campaniæ. Vide Liris. Lucanus lib. 2.

Sarnus, & umbroſa Lyris per regna Maricæ.

Strab. Lyrneſſus oppidum fuit Troadis, licèt Philoſtratus Æolicum faciat, ab Adramyttio 80. ſtadiis diſtans, Thebis propius, inde 20. Eſt & Lyrneſus oppidum Ciliciæ, teſte Strabone & Quinto Curtio. Hinc Lyrneſſius nomen gentis. Ovidius in epiſt. 3.

Diruta Marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi.

Plin. Lyrneſſus quoque, inſula parva Troadis, Sigæo promontorio, teſte Plinio, objecta. Virgilius libro 12. Æneidos:

Lyrneſſi domus alta, ſolo Laurente ſepulchrum.

¶ Lyrope, Ciliciæ aſperæ in Pamphylia oppidum, teſte Ptolemæo. Lyrba vocant interpretes.

Xeno. ¶ Lyſa, Arabiæ Petreæ urbs Ptolemæo, aliis Luſſa.

Ptol. Lyſias, *Crepa*, teſte Nigro, oppidum Peloponneſi, Arcadiæ, inter Pſophim & Mantineam. Aliis *Londan*, oppidum vicinum.

Strab. Plin. Ptol. Lyſias quoque, urbs Aſiæ, in Phrygia magna, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, inde in occaſum ſupra 25. mill. paſſ. diſtans, Connæ, Eucarpiæ, Cercopiæque; finitima. Fuit & urbs Syriæ ejuſdem nominis.

Herod. Ptol. Lyſimachia, quæ & Hexamilium, *Hexamili* Sophiano, urbs Cherroneſi Thraciæ ad Iſthmum, in ora Helleſponti, contra Caridiam urbem exciſam, cui Lyſimachia, teſte Pauſania, ſuffecta eſt, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, à Longis muris, ſeu Macrontico, 5. mill. paſſ. in auſtrum Callipolim verſus. Fuit etiam urbs Ætoliæ, teſte Strabone. A Lyſimacho conditore nomen habet, auctore Pauſania.

¶ Lyſimachia urbs fuit Aſiæ minoris, in Æolide, quæ jam tempore Plinii deleta erat.

Thucyd. Theoc. Lyſimellia palus, *Pantanella*, teſte Aretio cum Fazello, palus Siciliæ, in agro Syracuſano, haud longè ab urbe diſtans. Scribitur etiam Lyſimilia unico *l*.

¶ Lyſinoe, civitas Aſiæ minoris, circa Pamphyliam, ut videtur apud Livium 38. & Polybium in fragmentis, fortè Lyſinia Ptolemæo.

¶ Lyſis, fluvius Aſiæ minoris, circa Pamphyliam, teſte Livio.

Plin. Ptol. * Lyſtra, urbs Iſauriæ, in Lycaoniæ confinio, Derbæ proxima, prorsùs everſa, (teſte Andrea Theveto, monſtratur locus nomen retinens antiquum) epiſcopalis olim ſub Iconienſi Archiepiſcopo, inde in occaſum ad 40. mill. paſſ. diſtans. (* In Græcis codicibus Λυσιρα in Seldeni manuſcripto Λυςρα.)

¶ Lytæ, Theſſaliæ regiuncula fuit, circa Peneum fluvium, ubi poſteà Tempe, teſte Stephano.

Plin. Lytarmis promontorium, *wardhuſs*, teſte Ortelio, promontorium Scandinaviæ, in ora extrema Norvegiæ, ad Aquilonem, ubi arx Wardhuſia, à Bergis urbe regia 144. leucis in Boream Norvegicis, Germanicis verò ſupra 200.

¶ Lytarmis, promontorium aliàs Sarmatiæ, nunc Moſcoviæ, in ipſo confinio Aſiæ, ad oſtia Carambyces fluvii, *Oby*, & in Sarmaticum Oceanum excurrens, teſtibus Cluverio, Sanſone, & aliis. Diſtat 900. mill. paſſ. in ortum, à promontorio Boreali, *Cap de Noort* dicto, propè arcem *Wardhuſs*, & 500. mill. paſſ. etiam ad ortum, à faucibus maris Albi; diciturque nunc *Cap de Oby*, in Samojeda provincia Moſcoviæ Borealis.

¶ Lyxea, Acarnaniæ urbs, in Græcia, Stephano teſte.

M

Strab. Ptol. MACÆ, *Regno d' Ormus*, populi Arabiæ felicis, circa fauces ſinus Perſici incolentes, quorum regio Maceta Arriano dicitur, nunc Armuziæ regnum. Hæc regio nardum & myrrham fert.

Plin. Herod. Diod. Macæ item, & Maces, Macæi Ptolemæo cognomento Syrtitæ, populi Cyrenaicæ, circa Syrtim majorem ſiti; ſeu juxta Cinyphum fluvium, in Africa, teſte Silio libro 3.

Cinyphii didicere Macæ, ſqualentia barba Ora viris.

¶ Macanitæ, populi Mauritaniæ Tingitanæ, teſte Ptolemæo. *Lycop. Hiera didi.*

Macalla. Vide Macella.

Macara, (Vide Machara) oppidum Siciliæ, *Cittadella* hodie.

¶ Macara Lyciæ inſula eſt apud Stephanum ex Alexandri Periplo.

¶ Macarea, Arcadiæ urbs, in Peloponneſo, quæ Romanis Beata vocatur, ut tradit Stephanus.

¶ Macaria, *Mazua*, inſula eſt Africæ, in ſinu Arabico, & in ora Abexia, propè Erquicum urbem Æthiopiæ ſuperioris, teſte Sanſone.

Macaria (non Macharia, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Jalines*, teſte Nigro, aliis *Macaria*, oppidum Cypri, in ora Boreali apud ortum, pagus nunc, inter Carpaſium & Ceraunianı 8. & 9. mill. paſſ. diſſidens. Immò tota inſula ſic dicta. *Ptol. Steph.*

Macaria item palus eſt Atticæ, apud Marathonem oppidum, in qua maxima Perſarum pars, Græcis navali & terreſtri pugna ſuperioribus, infeliciter ſubmerſa eſt, ut ea propterea adagio locum fecerit; nam quoties alicui malum imprecamur, *In Macariam abi*, ac ſi diceremus *Abi in malam rem*, dicimus, ut Pauſanias & Suidas cum aliis teſtantur.

Macaronneſos, arx Thebarum, in Bœotia. *Hero*

¶ Macaſaria, *Macaſar*, inſula per ampla Aſiæ, in mari Indico, quæ aliter *Celebes* dicitur. A ſeptentrione in meridiem extenditur, inter Moluccas inſulas ad ortum, & Bornei inſulam ad occaſum, aliquando etiam ſub Moluccis comprehenditur: ejus longitudo à Borea in auſtrum eſt 200. leucarum Francicarum circiter, latitudo autem in aliquot locis eſt 100. leucarum. In ea ſunt ſex regna, nempè Macaſaria, *Macaſar*, Cionum, *Cion*, Sanguinum, *Sanguin*, Cauripanum, *Cauripana*, Getiganum, *Getigan*, & Supara, *Supara*. Urbes autem præcipuæ hujus inſulæ ſunt Macaſaria, *Macaſar*, & Bantachaja, *Bantachaja*. Ejus ora auſtralis valdè frequentatur ab Anglis & Batavis.

¶ Macaſar, *Macaſar*, urbs ampla Indiæ, inſulæ Macaſariæ caput, cum portu in ora auſtrali inſulæ. Emporium eſt celebre, & regni cognominis præcipua. 35. leucis diſtat à Bantachaja in auſtrum circiter. Ejus Rex nuper inſigni clade affectus fuit à Batavis in illis partibus degentibus.

¶ Macaum ſeu Amacaum, *Macao*, urbs Sinarum, in inſula parva Oceani orientalis, in ora littorali Cantoniæ provinciæ, inter Aynanum inſulam in Africum & Formoſam inſulam ad Cæciam. Emporium eſt celebre & dives; ejuſque incolæ pro majori parte ſunt Luſitani. Suberat anteà Regi Portugalliæ; ſed anno 1668. à Sinarum Imperatore expugnata fuit, ipſique etiamnum ſubeſt.

Mace, *Matnicz*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Auſtriæ Carinthiæque confinio, nunc pagus, qui Gabrumagum Antonino putatur, inter Candollicam urbem Carinthiæ, & Laureacum urbem Auſtriæ in Boream occurrens, quaſi 20. leuc. *Step*

Macedo, & Macedones, populi Macedoniæ, à Macedone Deucalionis filio dicti. Ovidius in Ibin. *Stra Plin.*

Ut Macedo rapidis icta eſt cum conjuge flammis. *& ·*

Macedonia, regio Europæ ampla, inter Jonium ad occaſum & Ægæum mare ad ortum perſtricta, Epiro, Achajæ, Theſſaliæque ad meridiem confinis, ad Boream verò Myſiæ ſuperioris, Scardo Orbeloque montibus interſiti cum Thraciæ particula. Ea etiam vulgò apud literatos *Macedonia* dicitur. Pars occidua *Albania*; pars ad ortum *Jamboli*; Auſtralis verò *Comenolitari* apud Caſtaldum. Olim Pæonia, Mygdonia, & Æmonia, teſte Livio, Emathia teſte Plinio, Edonia & Pieria, teſte Solino, Macetia, teſte Stephano & Heſychio. Quæ nomina, ultimo excepto, nunc partes illius ſignificant. Urbes illius quondam claræ, Dyrrachium, Theſſalonica, Amphipolis, Heraclea, Philippi, Ædeſſa, Pella, Berrœa, Caſſandrea. Populi Macedones. Hinc Macedonicus nomen gentis, ut Macedonicum mare Livio, quod oram circa Canaſtræum promontorium alluit. Macedonicus ſinus Plinio idem cum Thermaico, & Oroſio idem cum Pelaſgico. De ea Arat. lib. 2. *Caſ. Plin Stra & ·*

Veſcitur eſuriens Macedonia, perque ſoporis.

¶ Ma-

¶ Macedonia, *la Macedoine*, regnum fuit amplum, in Græcia, cujus partes fuere etiam Theſſalia, Epirus, & aliquando Thracia. Macedonia propria dividebatur in quatuor partes præcipuas, ſub quibus provinciæ erant ſeu regiunculæ viginti ſex. Nunc autem etiamnum dividitur in quatuor partes, nempè *Jamboli*, quæ olim Macedonia prima & ſecunda; eſtque magis ad ortum inter Thraciam & ſinum Thermaicum: *Macedonia*, quæ aliàs Macedonia propria ſeu tertia, inter montem Scardum ad Boream & Theſſaliam ad auſtrum, & ad occaſum ſinus Thermaici: *Comenolitari*, quæ pars Macedoniæ tertiæ, & aliqua pars Theſſaliæ, inter Macedoniam ad ortum & Albaniam ad occaſum: & *Janna*, quæ pars maxima Theſſaliæ, & verſùs meridiem. Albania autem, quæ aliàs pars erat Macedoniæ, in præſenti regnum eſt ſeparatum. Macedonia nunc tota ſub eſt dominio Turcarum cum eius partibus & annexis.

Urbes Macedoniæ hujus temporis;

* Achrida, (*l' Ochrida.*)
Ædeſſa, (*Vodena.*)
Albanopolis, (*Albanopoli.*)
Alectryopolis, epiſcopalis, ſub Philippis, (*Alestroſori.*)
Amphipolis, (*Emboli.*)
Apollonia, (*Erſſo.*)
Apollonia altera. Vide Serræ.
* Aulon, (*la Valona.*)
* Berrœa, (*Veria.*)
Candavia, (*la Canovia.* Regiuncula eſt, non urbs.)
Caſandrea, (*Caſſandria.*)
Caſtoria, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Achridenſi, (*Caſtoria.*)
Chriſtopolis, anteà Neapolis, nunc metropolis, (*Chriſtopoli.*)
Citrum, (*Chitro*)
Daulia, (*Eladaſagni.*)
Deborus, (*Dibrii.*)
Derre, (*Deterra.*)
* Dyrrachium, (*Durazzo.*)
Elyma, (*Canina.*)
* Eribœa, (*Croja.*)
Gazorus. (Vide Alectryopolis.)
Heraclea, epiſcopalis, gemina: una Sintica, (*Cheſeja*, altera *Xenoxva.*)
Hicriſſus (quid ſit non conſtat.)
Hormia, (*Coria.*)
* Juſtiniana prima. (Vide Achrida.)
(Lariſſa, (*Larizza.*)
Lete, (*Lita.*)
Liſſus, (*Aleſſio.*)
* Lychnidius. (Vide Achrida.)
Myeza, (*Lagoviſchio.*)
Neapolis. (Vide Chriſtopolis.)
Oeſyma, (*Cavalla.*)
Pella, (*Jeniza.*)
Philippi, (*Filippi.*)
Rentena (quid ſit non conſtat.)
Scampes, (*Scampi.*)
Scotuſa, hodie, epiſcopalis, (*Scotuſa.*)
* Scupi, (*Scopia* & *Uſchub.*)
Serræ, (*Ceres.*)
* Theſſalonica, (*Salonichi.*)
Zachniæ.

in. Macedonum portus, locus in ora Carmaniæ, ad fretum ſinus Perſici, ubi Armuzum promontorium.

lyb. Macella, Macalla Lycophroni, *Strongoli*, teſte Bar-
eph. rio, urbs magnæ Græciæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sibereno, in ora Calabriæ ulterioris, inter Crotonem ad meridiem 8. & Chrimiſſam, ad Boream 16. mill. paſſ. Hinc Macellæus nomen gentis.

ov. Macerata, urbs Piceni recens, non obſcura, epiſ-
m. copalis, & accademia, poſt Ricinæ urbis excidium unà cum Ricineto extructa, media inter Lauretum & Tollentinum, 10. mill. paſſ. utrinque diſtans. De ea quidam Poeta libro 3. Itinerarii:

Ardua quæ ſaxo colitur Macerata vetuſto.

¶ Macerata, *Macerata*, urbs eſt ampla Piceni ſeu Marchiæ Anconitanæ, in colle, juxta Chientum fluvium, & propè ruinas Helviæ Recinæ. Ejus epiſcopatui unitus eſt epiſcopatus Tolentinus, & ambo ſub Archiepiſcopo Firmano. Diſtat 10. milliaribus à Tolentino in ortum, 15. autem à Laureto & ab ora ſinus Veneti in Africum, ſub dominio Summi Pontificis.

Maceſtus, *Megiſto*, teſte Ortelio, fluvius Myſiæ, *Strab.*
in Aſia, in Rhyndacum influens. *Ptol.*

Machæra, fluvius Africæ, apud Carthaginem fluens. *Polyb.*

Machærus, oppidum ſeu caſtellum Judææ, apud Ior- *Plin.*
danem fluvium & Aſphaltitem lacum, in Arabiæ pe- *Steph.*
trææ confinio, dirutum, ab Hieroſolymis ad 40. mill. *Joſeph.*
paſſ. in ortum.

¶ Macherus caſtrum fuit Judææ, quod apud Jordanem fluvium & lacum Aſphaltitem ſitum, duodecim horarum itinere verſùs orientem diſtat ab Hieroſolyma; & ibi capite minutus eſt S. Joannes Baptiſta anno 31. à Chriſto nato, ut pluribus probat Baronius.

Machara, Macara Heraclidi, *Macari* vel *Machari*, *Cic.*
& *Cittadella*, teſte Fazello, urbs Siciliæ exciſa in ora, inter Syracuſas 32. & Pachynum promontorium 8. mill. paſſ.

¶ Machara ab aliis dicitur Imachara, incolæ Imacharenſes & Acharenſes Ciceroni, & Cluverio teſte, nunc eſt *Traina*, oppidum in meditullio Siciliæ, intra montes, in valle Dæmone, 40. milliaribus diſtans à Catania in occaſum Panormum verſùs.

Machela, *Mechelen* pagus in Belgio, circa Tra- *Turec.*
jectum ad Moſam, vix milliario diſtans.

¶ Macianum, *Machian*, inſula parva Aſiæ, in mari Indico, & una ex Moluccis ſtrictè ſumptis, verſùs Gilolum inſulam, ſub dominio Batavorum, inter inſulam Motiræ ad Boream & Bachianum ad auſtrum.

Machicolium, *Machecou*, oppidum eſt Galliæ, in Britannia minori, vix 3. leucis à mari Aquitanico; eſtque caput regiunculæ, vulgò *le Duchè de Retz* dictæ, una leuca à confinio Pictavenſis provinciæ, 5. à Ligeri fluvio in auſtrum, & 10. à Nannetis in Africum.

¶ Machicorum tractus, *pais des Machicores*, provincia Madagaſcariæ inſulæ, verſùs partem Auſtralem & Ampatres populos, ubi aliquot coloniæ Francorum à paucis annis.

Machlinia, quæ & Malina, *Machelen*, vel *Meckelen* *Scrip.*
Belgis & Germanis, *Malines* Gallis, Hiſpanis, & Ita- *Belg.*
lis, urbs Belgii præclara, metropolis Brabantiæ, media inter Antuerpiam, Lovanium, & Bruxellas, 4. leucis, trigonum æquilaterum cum Bruxellis & Lovanio faciens, urbs archiepiſcopalis à Paulo IV. Pontifice Maximo, Philippo II. Hiſpaniæ Rege & Belgii domino curante, effecta. De qua lib. 4. Itinerarii Germanici ſic:

primo ergo die Maclinia dives.
Oſtenditque locum, reliquis ubi jura Brabantis.
Dant proceres.

¶ Machlinia, *Machelen* incolis, urbs eſt ampla Belgii, ad Dylam fluvium, in Brabantia inſerta; ſed tamen regiuncula adjacens, dicta Machlinienſe dominium, provincia eſt Belgii. Media ferè eſt inter Antuerpiam ad Boream & Bruxellas ad auſtrum; ſubeſtque dominio Hiſpanorum. Dicitur etiam Mechlinia.

Machlyes, qui & Androgyni, teſte Plinio, quaſi *Herod.*
utrumque ſexum habentes, populi Africæ circa Syr- *Plin.*
tim, Lotophagis, & Maxybus ad Tritonem fluvium finitimi, Machyni Ptolemæo.

Machmas, *Barra*, & *Birra*, teſte Brochardo, *Birn* *Bibl.*
aliis, oppidum Palæſtinæ, & caſtrum Templariorum in Judæa, ab Hieroſolymis 12. mill. paſſ. diſtans in Boream, Garizim montem verſùs 15.

¶ Machorbæ, Arabiæ felicis portus verſùs ortum, teſte Plinio.

Macidos, Madytos Xenophonti, *Maiton* & *Maitos*, *Mel.*
teſte Leunclavio, urbs Cherroneſi Thraciæ, olim epiſcopalis ſub Heracleenſi Archiepiſcopo, à Callipoli 23. mill. paſſ. in meridiem, apud Seſtum, à quo 2. mill. diſtat, nunc metropolis. Sunt qui Maciſtos legunt; ſed hæc oppidum fuit Elidis vel Arcadiæ, in Peloponneſo.

Maciſtos. Vide Macidos.

Maclovium, ſive Macloviopolis, *S. Malo*, urbs *Strab.*
Galliæ Celticæ, in ora Britanniæ Boreali, à Rhedo- *Prov.*
nibus 14. leucis in Boream, à Brioconſi urbe 6. in or- *Rom.*
tum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, olim Aletha, & Aletum. Vide ibi.

¶ Ma-

¶ Maclovium, *S. Malo*, urbs eſt parvi circuitus, ſed munita & dives, emporiumque celeberrimum, cum portu capaci. Eſt in inſula parva S. Aaronis dicta, vix à continente ſeparata, & ipſi ponte juncta. Crevit ex ruinis Alethæ, & 16. leucis diſtat à Briocenſi urbe, & quatuor à Dola in Circium: hinc periti nautæ.

¶ Macna, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Macocum, *Macoco*, regnum peramplum Atticæ, in Æthiopia ſuperiori, cui decem alii Reges ſubſunt. Diſtat 250. milliaribus Germanicis à regno Congi, versùs partem ſeptentrionalem fluvii *Zaire*. Ei adjacet à ſeptentrione regnum Mujaci, cum quo perpetuum ferè gerit bellum, & ad Euroboream ei vicinus eſt Rex Giringbomba, teſte Iſaaco Voſſio in ſua diſſertatione de fontibus Nili.

Ptol. Lib. Not. Macodama, Macomades Antonino, *Macros*, teſte Moletio, urbs Africæ, ad Syrtim parvam, inter Theænas & oſtia Tritonis. Non *Mahometta*, ut ſcribit Ortelius, quæ Hadrumetum putatur.

Ptol. Macolicum, *Malckin* Mercatori & aliis, & *Malck* vel *Malc*, urbs Hiberniæ, ad Syneum fluvium, à Lymmerico ad 25. mill. paſſ. in Boream versùs Alonem, circa Hiberniæ umbilicum.

Ptol. Macomada, (Vide Macodama; ſic enim in codice Græco legitur) urbs epiſcopalis Africæ olim ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, nunc pagus apud oſtia Tritonis & Theænas.

Ant. Macomadæ, Calumacuma Ptolemæo, *Mecellata* Marmolio, *Meſurata* Moletio, oppidum Africæ, ad initium Syrtis magnæ, & apud Aſpidem oppidum, à Lepti magna 220. mill. in ortum. (*Vicus eſt tenuis cum parva turri.*)

¶ Macopſiſa, urbs Sardiniæ inſulæ, teſte Ptolemæo.

¶ Macoraba, Arabiæ felicis oppidum apud Ptolemæum.

Strab. Plin. Macra, Macralla Ptolemæo, fluvius Italiæ, Liguriæ terminus, illam ab Hetruria diſtinguens, ad cujus oſtia Luna urbs jacet, ex Apennino monte ſeu ex Apuanis montibus oriens, & in mare Liguſticum, ſeu Tyrrhenum (ibi enim unum deſit, & alterum incipit) ſeſe effundens, inter oſtia Vari ad occaſum 211. & oſtia Tiberis in ortum 284. mill. paſſ. teſte Plinio, *Magra* vulgò. Ejus meminit Lucanus libro 2.

Culta Siler, nullaſque vado qui Macra moratus.

¶ Macra, *la Magra*, fluvius eſt Italiæ, in Liguria, iſtam ab Hetruria ſeparans. Oritur in limite Ducatus Parmenſis; & poſteà juxta Apuam labitur; deinde auctus Verra, Ula, aliiſque minoribus amnibus, tractum Vallem Macræ ab eo dictum rigat; & per ditionem Genuenſem fluens, paulò infrà Serezanam in mare Mediterraneum ſe exonerat.

Plin. Macra item Plinio inſula maris Myrtoi, apud Eubœam, à qua avulſa eſt, teſte Plinio, Atticæ etiam proxima, à Sunio illius promontorio 60. ſtadiis diſtans, circuitu totidem, apud Helenam inſulam 2. mill. paſſ. *Macroniſi*.

¶ Macranum, *Macran*, Perſiæ provincia, versùs mare Indicum & confinia Magni Mogolis. Dicitur etiam *MeKran*, & ab aliis *Geteche Maquerona*; eſtque pars Caramaniæ antiquæ, uti & nunc etiam pars orientalis regionis *Kirman* dictæ, ſub dominio Perſarum. Habet ad Boream Sigiſtaniam provinciam, ad meridiem mare Indicum, ad occaſum Caramaniam propriam, & ad ortum Sindam regionem. Principes habet ſub clientela Regis Perſarum. Urbem habet Macranum dictam, *Macrán*, ut quidam tradunt; & ejus præcipuus portus *Guadel* dicitur, versùs mare Indicum.

Strab. Macras, campus Cœleſyriæ, qui *Marzi* hodie, teſte Nigrò, nominatur.

Plin. Macria, inſula parva Rhodiorum.

Plin. Macris, *Magri* ex tabulis recentioribus, inſula Cariæ, in mari Rhodenſi, apud Caunum urbem maritimam.

¶ Macris ſinus, *Golfe de Macre*, ſinus eſt maris Mediterranei, in ora Lyciæ, propè Macram urbem, & inter Lyciam & Rhodum inſulam. Dicitur aliter Glaucus ſinus. Vide ibi.

Macris etiam ob ejus longitudinem dicta eſt Eubœa inſula, teſte Strabone & Plinio, ſicuti & Chios.

Plin. Mel. Sol. Macrobii, populi Africæ, in Meroe inſula, teſte Mela, & in Æthiopia ad ſolis ortum, teſte Plinio, ſic ob vitæ longitudinem dicti. Hyperborei etiam populi Macrobii dicti, teſte Euſtathio, ob eandem cauſam. Sicuti, & Æthiopes ad Oceanum Atlanticum incolentes à Dionyſio Afro nominantur, & ab Orpheo in Argonaut.

Venimus ad dites, omnique ex parte beatos,
Macrobios.

Macrocephali, populi Cappadociæ, circa Ceraſuntem urbem incolentes; ſic à capitis longitudine dicti. *Plin. Mel.*

¶ Macrocremnii montes circa Iſtrum & Tyram fluvios, teſte Plinio.

Macrones, populi Cappadociæ extremi, circa Abſarum oppidum & fluvium in Colchidis & Armeniæ majoris confinio incolentes: quos Valerius Flaccus libro 5. Argonaut. memorat. *Xenop. Strab. Plin. & al.*

Moſſynici, vos & ſtabulis Macrones ab altis.

Macronttichos, hoc eſt, Longus murus, *Macri* ex tabulis recentioribus, urbs Thraciæ, in ora Propontidis, inter Rhædeſtum & Pactyam, à Lyſimachia 5. mill. paſſ. in Boream, ab ore Ponti 150. a Doriſco 122. in ortum, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi; poſtea metropolis cum Xanthia & Peritheorio urbibus proximis effecta. Suidas eam à Byzantio 60. mill. paſſ. diſtare ſcribit, cùm duplo ferè intervallo abſit. *Ptin. Ptol.*

Macrynius, mons Ætoliæ maximus, apud Chalcidem oppidum. *Plin.*

¶ Mactarum, Africæ propriæ urbs, teſte Divo Auguſtino.

Mactorium, *Mazarino*, teſte Aretio, oppidum Siciliæ mediterraneum, apud oram Auſtralem, & Narum urbem: cui Thomas Fazellus contra dicit, inter Plutiam & Cacyrum illud fuiſſe aſſerens. *Herod. Steph.*

¶ Mactorium, oppidum Siciliæ, vix 18. milliaribus, ab ora Auſtrali diſtans. Nunc eſt *Mazarino*, caſtrum in colle, Comitatus titulo clarum, gentis Brancifortiæ, Brietio & Aretio teſtibus; eſtque inter Gelam fluvium ad ortum & Hymeram fluvium ad occaſum. Sunt tamen qui credant eſſe *Botero*, caſtrum magis ad auſtrum.

Macynia, Macyna Plutarcho, oppidum Ætoliæ, quod & Macrynium, ad Macrinium montem, Chalcidi oppido proximum. *Strab.*

¶ Madagaſcar ſeu Madagaſcaria, Madagaſcar, inſula perampla Africæ, in Oceano Æthiopico, incolis *Madecaſe*, Gallis *l'Isle Dauphine*, Luſitanis *l'Isla de S. Lorenzo*, Arabibus *Sarandib*. Ptolemæo Menuthias dicta, & Plinio Cerne. 90. aut 100. leucis Gallicis diſtat ab ora Africæ in ortum. Eſt ex præcipuis inſulis totius orbis, utporè extenſa a gradu 11. latitudinis auſtralis uſque ad gradum 25. ejuſdem latitudinis; ſed ab ortu in occaſum multò minor eſt. Nullæ ſunt urbes in tota inſula Madagaſcaria, ſed tantùm pagi, uti etiam à paucis annis aliquot coloniæ & arces Francorum versùs partem meridionalem inſulæ; ubi vertit in ortum, nempè arx Delphina, *le Fort Dauphin*, arx Anoſſia, *Anoſſi*, arx ſinus S. Auguſtini, *le Fort de la baye de S Auguſtin*, & aliquot aliæ coloniæ minoris notæ in illis partibus, uti in inſula Sanctæ Mariæ ei adjacente. Dividitur autem tota inſula in plures provincias, ex quibus a Francis detectæ ſunt in parte auſtrali Carcanoſſia, *Carcanoſſi*, Ampatrum tractus, *le pais des Ampatres*, Machicorum tractus, *le pais des Machicores*, Carembola, *Caremboule*, Mahafalia, *Mahafale*, & Matatania, *le pais des Matatanes*. Sed provinciæ Boreales hactenus incognitæ ſunt. Hanc inſulam pluribus deſcripſit Stephanus Flacurtius.

¶ Madalara, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Madatumma, Africæ propriæ urbs aupd Antoninum, Maduſſama alibi idem legit, Madyſſumma eſt victori Uticenſi.

Madaura, Madurus Ptolemæo, *Maduro*, teſte Ortelio, urbs Africæ olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, inter Numidiam & Getuliam, ac inter Tebeſcam & Ammædaram urbes, patria Apulæi: ubi olim literarum gymnaſium, ad quod Divus Auguſtinus ſe contulit. *Plin.*

¶ Madaura, *Madara* quibuſdam, urbs fuit Africæ propriæ dictæ, mediterranea, inter Hipponem & Lambæſam ad 60. mill. paſſ. diſtans, Cirthæ propior, nunc pagus tenuis.

¶ Madera, *l'Isle Madere*, inſula maris Atlantici, ſub dominio Luſitanorum, in Africa, alias Cerne Atlantica dicta fuit, teſte Sanſone. Detecta fuit anno 1420. à Joanne Gundiſalvo; ejuſdem longitudo eſt 25. leucarum, circuitus autem 60. circiter. Ejus primaria urbs eſt Fungalia. Sunt etiam in ea oppida Moncrixum & Fanum Sanctæ Crucis, cum 36. Parœciis; & in ejus viciniis eſt inſula Portus Sancti.

Madera, *Madera*, fluvius, qui & *Cayane* dictus.

Ori-

Oritur in America meridionali & in confinio Peruviæ, verſùs Argenteam urbem; & deinde poſt longum curſum in Amazonium fluvium ſe exonerat infrà Cajanam provinciam, teſte Petro Texeira.

¶ Maderaſpatanum, *Maderaſpatan*, urbs regni Narſingæ, in ora Coromandelis & ſinus Gangetici, cum portu & arce S. Georgii dicta, ſub dominio Hollandorum ab aliquot annis.

Maderiacum, quod & Maceriæ, oppidum Galliæ Belgicæ, in Campania & Comitatu Retelenſi, ad Moſam fluvium, inter Retelam 7. & Bullonium ad ortum 5. leucis, *Maſieres*, à Rhemis 14. in ortum & Cæciam. Vide Magetrobia.

¶ Maderiacum, ſeu Meceriæ, *Mezieres*, urbs eſt Campaniæ provinciæ, in Gallia, ſatis munita, à Moſa fluvio ferè circumdata, vix dimidia leuca diſtans à Carolopoli & ab arce montis Olympi, 4. infrà Sedanum in occaſum, totidem à Rupe Regia in Eurum, 3. tantùm à confinio Ducatus Luxemburgenſis, 6. à Bullonio, 8. à Retelio, & 16. à Remis in Cæciam; eſtque ſatis culta.

Maddia, *Chipi che*, teſte Moletio, oppidum Colchidis, in Iberiæ confinio.

Madiæ, *la Samogia*, vicus Æmiliæ, in agro Bononienſi, medio itinere inter Bononiam & Mutinam occurrens, & utrinque 10. mill. paſſ. diſtans.

¶ Madiama, Arabiæ felicis urbs apud Ptolemæum.

Madianitæ, Mandianitæ Stephano, populi Arabiæ petrææ, in Palæſtinæ confinio, quorum regio Madian; *Salaboni* hodie, teſte Theveto, dicti.

Madiſanites ſinus, *Go'fo di Saudra*, teſte Ortelio, ſinus Arabiæ felicis, ſinus Perſici pars, apud Coromanidem urbem, in Arabiæ deſertæ confinio.

Madoce, *Aden*, teſte Joanne Barroſio, urbs Arabiæ felicis, emporium, & regia, extra fauces ſinus Arabici ad 30. leucas Hiſpanicas. Aliis *Menden*, urbs ejuſdem oræ, quod veriſimilius videtur.

¶ Madritum, *Madrid*, urbs Hiſpaniæ perampla, & ſedes regia, ad amnem *Manzanares* dictum, in Caſtella nova. Crevit ex ruinis Mantuæ Carpetanorum, nunc *Villa Manta* dictæ, vix 1. leuca ab ea diſtantis. Gaudet palatio regio, & creſcit in dies. Diſtat 7. leuc. ab Eſcuriali in ortum, 12. à Toleto in Boream, & 5. à Compluto in occaſum; eſtque in regiuncula Algarria dicta, ſed ſine muris, edito ſitu elata.

¶ Madura, *Madurè*, urbs Indiæ intra Gangem, forſan Modura dicta ab antiquis; ſatis ampla & culta, aliàs ſub dominio Regis Biſnagariæ, nunc paret proprio Principi, *Naique de Madurè* dicto, cum provincia adjacente ſatis ampla, inter Malabariam ad occaſum & orem Piſcariæ ſeu fretum Manarium ad ortum; eique ſubeſt ora Piſcariæ, ex qua magnos proventus recipit. Sed clientelaris eſt Regis Biſnagariæ. Ei etiam ſubeſt Manaria inſula. Urbs ipſa Madura ſedet ad radices montium, & 60. mill. paſſ. diſtat ab ora freti Manarii in occaſum.

Madus, *Maidſton*, teſte Camdeno, oppidum Albionis in Anglia, inter Londinium 28. & Rium in ora meridionali 20. mill. diſſitum.

Madytos, Madyta numero plurali Balſamoni et libro Conciliorum, *Maicon*, urbs Cherroneſi Thraciæ metropolis, proxima Seſto. Vide Maciſtos in Macidos. Ortelius cum Theſauro Linguæ Latinæ citat Ptolemæum, apud quem haud reperitur. Sed et Maciſtos urbs Arcadiæ fuit, à Madyto diverſa.

Mæander, Mæandros Ptolemæo, *Madre*, fluvius ingens Aſiæ, in Phrygia magna, ex Aulocrene fonte oriens; obliquèque adeò fluens, ut in ſeipſum recurrere videatur, 600. flexiones faciens, teſte Dione Pruſæo (unde gyri Mæandri dicuntur.) Cariam ab Jonia ſeparat, ac mare inter Heracleam et Miletum ſubit. Populi Mæandrini. Ovidius libro 9. Metamorphoſeon:

Filia Mæandri toties redeuntis eodem.

Mæandri non ſolùm pro variis flexibus, ad Mæandri fluvii ſimilitudinem, ſed etiam metaphoricè pro conſiliis vafris et obliquis, proverbiali figura, ſumuntur; uti apud Ciceronem in Piſonem, et apud Prudentium in hymno ante ſomnum.

O tortuoſe ſerpens,
Qui mille per Mæandros
Fraudeſque flexuoſas
Agitas quieta corda.

Unde à flexibus fluvium hunc nominatum tradunt à Græcis.

Mæandria, oppidum Epiri, in mediterraneis, quod *Alandriana* à Pineto indigitatur, Ceſtræ finitimum. Plin.

¶ Mæandrinos populos habet Dictes Cretenſis, in Aſia minori, circa Mæandrum fluvium.

¶ Mæandris, mons Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemæo. Plin.

Mæandropolis, quæ & Mæandrus Stephano, oppidum Cariæ, ad Mæandrum fluvium, *Madre*, quo nomine etiam fluvius nominatur. Dion.

Mæatæ, populi Albionis, apud Vallum, quod Scotiam ab Anglia dividit; quorum regio Laudonia (*Landen* vel *Lothien*) dicitur, Lhuydo teſte, in Scotia. Sed Camdeno eſt * Northumbriæ, *Northumberland*, in Anglia, apud fines Scotiæ. Montes aſperos incolunt acquæ indigi, ac campeſtria deſerta, paluſtriaque ſine urbibus & domibus, nudi incedentes, fabis veſcentes. Plin. Steph. Mæatæ aliis ſunt populi Scotiæ, in Angliæ confinio, in ora orientali, apud Vallum Severi Imperatoris, quorum regio Marchia nunc dicitur, vulgò *the Mers* & *Merch*, cujus urbes ſunt Coldana & Bervicium. (* Camdenus Northumbros inter Mæatas ponit.)

Mædi, Medi Straboni & Livio, populi Thraciæ, in Myſiæ & Macedoniæ confinio, quorum regio Media apud eoſdem, Medica Ptolemæo, ubi Pantalia urbs erat.

¶ Mædi populi fuere Thraciæ cis Rhodopen montem, quorum regio ſeu provincia Medica dicitur ſeu Græcia Macedonica quibuſdam, versùs oram maris Ægæi, inter Arderam ad ortum & ſinum Strimonicum ad occaſum, longè à Mœſia in meridiem. Ejus urbes fuere Oeſima & Doperus. Mel.

¶ Mænala, Hiſpaniæ oppidum, juxta Malacam Straboni & Avieno.

¶ Mænalia, Galatiæ oppidum, in Aſia minori Thucydidi & Stephano, regionis nomen eſt, in qua Cyphreſtus urbs. Plin.

Mænalius, Menælæus Livio, Mænalus Plinio, Mænalius Vibio Sequeſtri, mons Arcadiæ celebris, apud Tegæam urbem, ubi Mænalus oppidum, teſte Strabone, & Mænalis ora Ovidio, & Mænala urbs Virgilio numero plurali, & Mænalus mons eidem Virgilio, unde Mænalius nomen gentis. Virgilius lib. 3. Georgicorum:

Panovium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ. Ptol.

Idem in Bucolicis Ecloga 8.

Incipe Mænalios mecum, mea tibia, verſus.

* Mænariæ, inſulæ parvæ maris Balearici, Palmæ urbi majoris Balearis vicinæ. Mænaria quoque Plinio inſula maris Tyrrheni circa Corſicam, quæ Dalechampio *Mellora* vel *Melora* putatur; ſed hæc Liburno portui proxima eſt, inde 5. mill. paſſ. recedens, à Corſica ad 60. (* Meraria in quibuſdam exemplaribus.) Strab. Plin. Ptol.

¶ Mænaria, inſula maris Tyrrheni, nunc *la Mallora* dicitur; eſtque inſula parva admodum, ſeu veriùs ſcopulus parvus, vix apparens; ante Liburnum, 5. milliaribus ab eo in occaſum diſtans.

Mænomena, montes Sardiniæ, qui Inſani Livio & Floro dicuntur, nunc *Canelle*, teſte Ortelio, qui tamen in codice Ptolemæi Græco deſiderantur. Ptol.

¶ Mænomena ſeu Mænomeni, montes Sardiniæ ſunt, in parte Boreali inſulæ, versùs Corſicam; ibique per mediam inſulam currunt. Dicuntur etiam Inſani montes: quorum plerique veterum meminere.

Mæon pagus erat Hetruriæ apud Polymartium: cujus ager adhuc *Meana*, ſeu *Meona* nominatur, D. Anſelmo celebris: qui *S. Anſelmo di Meone* cognominatur.

Mæoniæ, Meonia Herodoto & Dionyſio, regio Aſiæ, quæ & Lydia dicitur; in qua Sipylus mons & Sardes metropolis. Hinc Mæonius nomen gentis. Virgilius libro 10. Æneidos:

Mæonia generoſe domo; ubi pinguia culta
Exercentque viri.

Et Ovidius libro 6. Metamorphoſeon:

Tum cum Mæoniam virgo Sipylumque colebat.

Mœotæ, Mæotici Plinio, Melæ, Mæetæ Herodoto, *Tartari* Nigro, populi Sarmatiæ Europææ, circa Mæoticam paludem ad occaſum incolentes, inter Iſthmum & oſtia Tanais.

¶ Mæotæ populi fuere Sarmatiæ Aſiaticæ, circa Mæotidem paludem ad auſtrum, inter oſtia Tanais fluvii & Boſphorum Cimmerium. Polyb. Plin.

Mæotis palus, Mæetis Herodoto, Mæotius lacus Plinio, Scythica ſtagna Columbano, Cimmeriæ paludes Claudiano, palus maxima Sarmatiæ, Ponti Euxini ma- Strab. & al.

mater, teſte Dionyſio, longa inter Tauricam Cherſoneſum & oſtia Tanais 300. mill. paſſ. circuitu patens 8000. ſtadiis, teſte Polybio, cum Strabone. In eam Tanais flumen à ſeptentrionibus influit. Inter utramque Sarmatiam ſita, variè nominatur; *Mare delle Zabacche*, *Mare della Tana*, & *Mar Bianco* Italis, *Carpaluc*, *Mar el Azach* Arabibus, teſte Rhamuſio. Hinc Mæotius, et Mæoticus nomen gentis. Virgilius lib. 3. Georg.

At non, qua Scythiæ gentes, Mæoticaque unda.

Valerius Flaccus libro 4.

-quantoſque ſinus Mæotia laxent
Æquora.

Inſignis error eſt in Theſauro Linguæ Latinæ, hanc paludem apud oſtia Phaſidis fluvii locantis; cum ſit ante oſtia Tanais.

Mæotis palus, aliàs Temerinda accolis, id eſt, mater maris, nunc *Limen* ſeu *Mer de Zabache* et *de la Tana*, ſinus eſt ampliſſimus ſeu potiùs mare Sarmatiæ, inter Europam & Aſiam per Boſphorum Cimmerium connectitur cum Euxino, et à Buge palude ſeparatur Zenonis Cherſoneſo. Ejus circuitus eſt 600. mill. paſſ. circiter. Habet ad occaſum Tauricam Cherſoneſum, et Sarmatiam Europæam ad Boream, Sarmatiam autem Aſiaticam ad ortum et meridiem. Cauſa autem quòd palus dicitur, eſt quia adeò humilis eſt, ut plurimis in locis nonniſi ſcaphis et minoribus navigiis navigari poſſit, et vix naves opportunitatem habent figendi anchoras in mari, cùm 40. mill. paſſ. diſtent ab ora littorali pleriſque in locis, ut mihi narrarunt nautæ periti, qui illas partes luſtrarunt hiſce ultimis temporibus: & uſq;in hodiernam diem nulla majora admittit navigia. Mæotis autem palus eſt inter Tartariam minorem ſeu Precopenſem & Circaſſiam regionem Aſiæ. Sed ejus ora littoralis versùs Boream tota ferè inculta & deſerta jacet.

¶ Mæreum fretum, *Deſtroit de le Maire*, fretum Americæ meridionalis, à Jacobo *le Maire* Batavo primùm detectum anno 1616. 25. Januarii, inter Terram Ignium & Magellanicam ad occaſum, ubi Mauritii tractus, & Statuum inſulam ad ortum, ad meridiem & ortum freti Magellanici. Dicitur fretum S. Vincentii ab Hiſpanis, ſed id tantùm ex invidia; eſtq; per illud facilis tranſitus ex mari Braſilico in mare Pacificum; cum difficilis & periculoſus ſit admodum per Magellianicum fretum. Dicti freti Marei longitudo & latitudo eſt tantùm octo leucarum circiter.

Plin. Liv. Mæſia ſylva, *Boſco di Baccano*, teſte Joanne Antonio, ſylva Thuſciæ apud Baccanas, inter urbem Romam & Sutrium 15. mill. paſſ. à Viterbio 25. Romam versùs.

Plin. Mæſius mons, Myſius Melæ, mons Myſiæ, in Aſia, qui & Olympus, teſte Plinio, in Bithyniæ confinio, Myſius Olympus Ptolemæo, *Calogeron oros* Græcis, *Geſchiſdag* Turcis, teſte Leunclavio. Vide Olympus.

¶ Mæſolia, Indiæ intra Gangem regio apud Ptolemæum. Mæſolos populos habet Arrianus, & Mæſolum fluvium ibidem Ptolemæus.

¶ Mætonium, Sarmatiæ Europææ oppidum, teſte Ptolemæo.

Vib. ſeq. Mævius, mons Campaniæ. Vide Veſevus, idem enim eſt.

¶ Magadoxa, *Magadoxo*, urbs eſt ampla Africæ, & regni cognominis caput, in Zanguebaria regione, cum arce & portu capaci. Aliàs expugnata fuit à Luſitanis, & ab ipſis malè habita, eſt in regno Adeæ & in ora Ajani, ad oſtia fluvii Magadoxi, 450. mill. paſſ. à faucibus ſinus Arabici ſeu maris Rubri in meridiem, & 600. à Dioſcoridis inſula in Africum,

Lib. Not. Magæ ſeu Magnæ, Antonino Magnis, *Old Radnor*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Wallia, & tractus, cujus incolæ Mageſetæ vel Maſegetæ, inter Iſcam Legionem Auguſtam 43. & Uriconium 25. mill. paſſ.

Lib. Not. Magalonenſium urbs, *Maguelone*, urbs Galliæ Narbonenſis, inde 15. leucis in ortum diſtans, intra Stagna Volcarum, exſtincta; cui Mons Peſulanus ad 2. leucas ſucceſſit.

¶ Magaris, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

Plin. Magarſus. Vide Megarſus.

Liv. Magana, mons Galatiæ, Ancyræ urbi imminens, qui ex ea hodie nominatur *Monte d'Angori*.

¶ Magdalena fluvius, *Rio della Maddalena*, fluvius Americæ meridionalis, in novo regno Granatenſi, Recipit fluvios, *Carara*, *Pati*, *Guali*, & aliquot alios; deinde in fluvium ſanctæ Marthæ ſe exonerat in gubernio ſeu provincia ſanctæ Marthæ,

Magdalum, caſtrum apud Geneſaram lacum Palæſtinæ, à Bethſaida urbe 4. mill. paſſ. in auſtrum: de quo Joſephus.

¶ Magdalum caſtrum erat Tribus Zabulon, 8. mill. paſſ. diſtans à Bethſaida, & 6. à Jotapata in ortum.

¶ Magdeburgenſis Archiepiſcopatus, *Ertzbiſthumb Meydburg*, provincia eſt parva Germaniæ, in Saxonia inferiori, ſub dominio proprii Archiepiſcopi; ſed quæ poſt obitum præſentis Adminiſtratoris è domo Saxonica juris erit Brandeburgici, pace Monaſterienſi. Terminatur à ſeptentrione veteri Marchia Brandeburgica, uti media ab ortu, à meridie autem Principatu Anhaltino & ditione Halberſtadienſi. Ejus caput eſt Magdeburgum; & ex ea pendet Halla Saxonica, quamquàm intra limites Ducatus Saxoniæ inſerta. Sed alia oppida ſunt parvi momenti.

Magdeburgum, & Madeburgum, apud literatos ex antiquis monumentis Parthenopolis, & Parthenope, *Maydenburg*, *Magdeburg*, & *Meydenburg*, urbs Archiepiſcopalis Saxoniæ, ad Albim fluvium, à Viteberga 12. leucis in Boream diſtans. De qua lib. 7. Itinerarii: Script. Germ.

Nobile ſe nobis Madeburgum oſtentat, & altas.
Inſignes turres, ac templa extendit in auras.
Salve urbs pace potens, ſalve clariſſima bello.
Nomine Parthenopen referens, Lacedæmona factis.

¶ Magdeburgum, *Magdeburg*, incolis *Meydburg*, urbs ampla & Hanzeatica Saxoniæ inferioris, regiunculæ cognominis caput, ſub dominio proprii Archiepiſcopi nunc, ſed conceſſa Electori Brandeburgico pace Monaſterienſi titulo Ducatus. Antea munita fuit, & emporium celebre; ſed anno 1631. expunata fuit ab Auſtriacis, & ab ipſis deſolata & penè deſtructa, nunc utcumque reparatur. 12. leucis diſtat à Vitteberga in Circium, & 9. ab Halberſtadia in ortum. A quibuſdam creditur Meſvium antiquorum, teſte Petro Appiano.

Magdojus, oppidum Ægypti, Peluſio urbi finitimum, ab eo 12. mill. paſſ. Serapium versùs. Herod. Steph.

Magdunum, *Meun* vel *Mehun*, teſte Roberto Cœnali, ſeu *Mauge* Cognato, oppidum Galliæ Celticæ, (non Aquitaniæ, ut ſcribit Ortelius) ad Ligerim fluvium, in Aurelianenſium finibus. *Mehun* etiam, quod Mediolanum Aulercorum eſſe videtur, oppidum eſt in finibus Biturigum, inter Bituriges 4. & Avaricum in occaſum 3. leuc. quod Meliodunum nonnulli dictum volunt. Script. Gall.

Magdunum, *Mehun*, oppidum eſt Ducatus Aurelianenſis, ad Ligerim fluvium, 4. leucis infrà Aurelias in occaſum Bleſas versùs; ſed longè diſtat in auſtrum à Mediolano Aulercorum.

Mageddo, *Subimbre*, teſte Brochardo, ſeu *Suberge* aliis, locus Palæſtinæ, ad Ciſſonem torrentem; Maximianopolis ex libro Notitiæ, ut opinatur Ortelius, ſed hæc in Ægypto eſt. De eo Juvencus libro 3. Bibl.

Inde Mageddarum navi tranſcurrit in oras.

Magella, Macella Polybio, *Mongellino* vel *Mungellino*, teſte Fazello, oppidum Siciliæ mediterraneum, Plutiæ finitimum, 7. mill. paſſ. diſtans, (Magellini populi Plinio) inter Ennam, & Menas 10. mill. nunc arx eſt in monte, apud Calatam Hieronis, inde 6. mill.

¶ Magella, oppidum Siciliæ, eſt *Mugellino*, caſtrum vallis Heætinæ, teſte Fazello. Sed, Brietio teſte, eſt *Roſmano*, oppidulum in eadem valle, ubi veſtigia magnæ urbis, 5. milliaribus ab Enna in ortum, propè Chryſam amnem. Liv.

¶ Magellanica, *la Magellanique*, regio Americæ meridionalis, ampliſſima versùs auſtrum, inter fluvium Argenteum ad Boream & fretum Magellanicum ad meridiem ſic dicta à Ferdinando Magellano Luſitano. Sed nulla urbs in toto illo tractu, neque colonia Europæorum. Aliàs Hiſpani conſtruxerant urbem quandam, Philippolim dictam, in parte Boreali freti Magellanici; eòque coloniam duxerant maximis ſumptibus, ut ſic Anglorum & Batavorum naves per fretum tranſeuntes tormentis bellicis impeterent; ſed id fruſtrà tentarunt, & paulò poſt illa colonia omnino excidit, fame aliiſque miſeriis necata: unde poſteà Angli, qui per hoc fretum tranſierunt, illius Philippolis rudera Portum Famis, *Porto Fame*, vocarunt; vixque ejus apparent veſtigia.

¶ Magellanica inſula *l'Isle Magellanique* dicitur à quibuſdam ea inſula perampla Americæ meridionalis, quæ ab aliis vocatur Terra Ignium, inter Fretum Magellanicum & Fretum Maereum. Vide Terra Ignium.

¶ Magellanicum Fretum, *Deſtroit de Magellan* Gallis, Eſtre-

Eſtrecho de Magaglianes Hiſpanis, Fretum ampliſſimum & oblongum, quo conjungitur mare Boreale ſeu Magellanicum cum Pacifico ſeu Auſtrino, ab ortu in occaſum extenſum inter Magellanicam ad boream & Terram Ignium ad auſtrum, per centum leucas. Detectum fuit à Ferdinando Magellano Luſitano anno 1520.

¶ Magellanicum mare, *mer Magellanique*, pars eſt Oceani Auſtrini, versùs Magellanicam regionem *&* partem meridionaliorem Americæ, tam propè partem orientalem Freti Magellanici quàm versùs occidentalem, etiam & ad auſtrum Terræ Ignium & Freti Maerei.

Magetæ, populi Africæ, ut videtur Ortelio, gæſis utentes. De quibus Statius libro 2. Achilleidos:

Quo Magetæ ſua gæſa citent, quo turbine cæſtum.

Magetrobia, ſive Amagetrobia, ut alii codices habent, oppidum Sequanorum, ubi Arioviſtus Rex Germaniæ Rhenum tranſgreſſus, Gallos ſudit; quod *Monbelliard* & *Mont-Beliard* Gallis, *Mimpelgard* Germanis eſſe videtur Vigenereo, urbs Burgundiæ Comitatus, in Helvetiorum confinio, à Veſuntione 12. leucis in ortum, Carolus Bovillus *Maſieres* oppidum ad Moſam in Retelenſi Comitatu longiſſimè hinc diſtans falsò interpretatur, cùm ex Cæſare ſit in Sequanis.

¶ Magetrobia, Magetobriga, & Amagetobriga quibuſdam, eſt *Magſtat*, oppidulum Lotharingiæ, 6. leucis à Marſalio in Boream. Aliis autem eſt Bingium, *Binghen*, oppidum Germaniæ, ad Rhenum fluvium, ubi recipit Navam amnem; in ditione Electoris Moguntini, & in limite Palatinatus Rheni, 4. milliaribus Germanicis infrà Moguntiacum in occaſum Confluentes versùs.

Magi, populi Perſidis, quorum urbs Paſagarda, teſte Plinio & Solino. Hinc magi venefici dicuntur. Ovidius libro 7. Metamorphoſeon:

Quæque magos Tellus pollentibus inſtruis herbis.

¶ Magida Ptolemæo, Maſin interpretibus, Carmaniæ urbs.

Magioventum, ſive Magiovinium (variè enim legitur) *Aſhwel*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, à Londinio 34. mill. paſſ. in Boream Eboracum versùs, apud *Hertford*, à Verolamio 24. in medio Durocobrivæ. (* In ea ſe fuiſſe opinione fatetur Camdenus, verùm tandem certiora edoctus, *Dunſtable* eſſe conjicit oppidum agri Bedfordienſis.)

Magiſtrica, *Madran*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Carinthia, apud Taurum montem, inter Villacum & Salisburgum ferè medium.

¶ Maglianum, *Magliano*, urbs parva Italiæ, Sabinæ primaria, in ditione Pontificia, propè Tiberim fluvium. Dicitur Manliana à quibuſdam; ejuſque Epiſcopus vocatur Sabinenſis, unus ex ſex antiquioribus Cardinalibus. Sedet in colle; & 4. tantùm milliar. ſupra Civitatem Caſtellanam in Cæciam, 20. autem circiter ab urbe Roma in Boream.

Maglova, *Machleneth*, oppidum Albionis, in Wallia, & Mongomerienſi Comitatu; teſte Camdeno, Maglona verò, ſeu Magalona, urbs intra Stagna Valcarum, aquis abſorpta eſt. Vide Magalona.

Magna Græcia, regio Italiæ, in regno Neapolitano, ad Auſonium mare, & Tarentinum ſinum, inter Brutios ad meridiem & Salentinos ad Boream, Lucaniæ ad occaſum confinis; in qua Locri, Croto, Sybaris, Thurium, & Tarentum, urbes claræ & liberæ olim fuere; ex quibus Croto & Tarentum duntaxat perſeverant. Ea nunc partim *Calabria* citerior, quæ ſinu Tarentino adjacet, partim *Calabria* ulterior, quæ mari Auſonio alluitur, & partim in *Baſilicata* nomen tranſiit.

¶ Magna Græcia regio fuit ampla Italiæ, aliàſque valde extenſa, utpotè quæ Apuliam utramque. Meſſapiam ſeu Calabriam, Lucaniamque cum Brutiis contineret, ſed poſteà anguſtioribus reſtricta fuit limitibus, *&* conſiſtit in Lucania, & Brutiis, quamquam multi ei etiam addant Meſſapiam, ubi Calabri & Salentini. Ibi nunc provinciæ regni Neapolitani Calabria citerior & ulterior, Baſilicata cum parte auſtrali Principatus citerioris, quibus adjungitur terra Hydruntina à quibuſdam.

Magnæ, & Magæ libro Notitiarum, *Old Radnor*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Wallia. Vide Magæ.

¶ Magna villa, *Granvillè* oppidum munitum Galliæ, in Normannia provincia & in ora littorali maris Britannici, versùs inſulam Cæſaream, à qua 7. leuc. diſtat in auſtrum, uti 6. à Conſtantia, 5. autem à Monte S Michaelis in ſeptentrionem. Dicitur etiam Grandiſvilla à quibuſdam.

Magneſia, urbs Aſiæ, in Jonia, teſte Plinio, vel in Caria, apud Mæandrum fluvium & Thoracem montem teſte Diodoro, media inter Epheſum & Tralles 15. mill. paſſ. ſeu inter Tralles 140. & Epheſum 120. ſtadiis ex Srabone. Error deprehenditur Inſignis Theſauri Linguæ Latinæ, ubi auctor loquens de Magneſia regione Theſſalica, ait illam ab Epheſo 16. mill. paſſ. diſtare. Hic Themiſtocles Athenienſis patria pulſus, interiit, cùm Rex Perſarum hanc ei urbem in panem dono dediſſet. *Manogreſia* vulgò, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino; nunc caput regionis. Hinc Antiochus Rex à Scipione victus, magna clare affectus eſt: unde Scipio Aſiaticus cognominatus Stephano libro de urbibus. *Strab. Plin. Liv. & al.*

¶ Magneſia, urbs Cariæ, in Aſia minori, 30. mill. paſſ. diſtat ab Epheſo in ortum, 25. à Tralle in auſtrum, & 80. à Smyrna in Eurum, teſte Petro à Via; uno autem aut altero milliari diſtat à Mæandro fluv.

Magneſia altera, *Maniſſa*, teſte Leunclavio, urbs Lydiæ, ad Sipylum montem, proxima Sardibus, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Smyrnenſi. *Liv. Ptol. Strab.*

Magneſia item, regio Macedoniæ, inter Pieriam ad Boream & Theſſaliam in auſtrum, in ora maris Ægæi ad ortum, ubi Magneſia promontorium Ptolemæo, *Capo Verlichi* Sophiano, Hæmonia Ovidio. Populi Magnetes Thucydidi, Straboni, & Plinio. Lucanus libro 6. *Plin.*

Et Magnetes equis, Minye gens cognita remis.

Et Ovidius libro 11. Metamorphoſeon:

.conſiſtere Pelea terra
Fata ſinunt; Magnetas adit vagus exſul, & illic.

Hinc Magneſius, & Magneſſus, a, um, adject. Horatius libro 3. carm. ode 7.

Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.

Magnetes, violato quodam numine, tot malis, ut Strabo lib. 13. auctor eſt, afflicti ſunt, ut à Treribus, poſteà à Mileſiis prorsùs deleti, adagio locum fecerint; *Magnetum mala* enim dicitur de malis ingentibus, aut de iis quæ in auctores ſuos recidunt, apud Suidam.

¶ Magneſia, Brietio teſte, provincia eſt Theſſaliæ, in Macedonia inter ſinum Thermaicum ad Boream *&* Pelaſgicum ad meridiem. Ab occaſu autem habebat Phthiotidem & Pelaſgiotidem, Theſſaliæ etiam provincias, uti à Borea Pieriam, ad Peneum fluvium. Ibi ad ortum Magneſia promontorium, quibuſdam *Capo di S. Georgio* dicitur, teſte Brietio. In ea ſunt Pelion mons, Oſſa, & Olympus, uti & Tempe Theſſala, locus amœniſſimus.

Magniana, Mogetiana Antonino, ut videtur, *Zika*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria. Sed Mogentianæ Antonino ſunt in Pannonia inferiori, inter Sabariam & Cæſaream, à Sabaria 55. mili. paſſ. in ortum Acincum versùs. *Ptol.*

Magnilocenſe cœnobium, *Manlieu*, pagus Galliæ Aquitanicæ, cum monaſterio, in Arvernorum finibus, de quo in vita S. Boniti Epiſcopi Arvernenſis, qui & Magnilocus. *Script. Gall.*

Magnopolis, Pompejopolis Plinio, priùs Eupatoria, Mithridatis regia, urbs Paphlagoniæ, exciſa, apud Amiſum urbem, in ora Ponti Euxini, ſic à Pompejo, qui Mithridatem vicit, dicta. *App.*

Magnopolis, quæ & Megalopolis, *Meckelburg*, urbs olim epiſcopalis Germaniæ; in Wandalia ſub Archiepiſcopo Bremenſi, exciſa, olim Ducatus Magnopolitani, qui adhuc *Meckelburg* ex ea nominatur, metropolis & caput: cui Suerinum in epiſcopali ſede ſucceſſit, urbs finitima, à Viſmaria urbe littorali 5. leucis in meridiem, à Lubeco 8. *Script. Germ.*

¶ Magnopolis ſeu Megalopolis, *Mecklenborg*, urbs aliàs ampla, nunc caſtrum eſt tenue Ducatus cognominis vix 3. mill. paſſ. à Wiſmarria in meridiem Suerinum versùs, à quo 12. mill. paſſ. diſtat.

¶ Magnum littus nunc *Arquico* dicitur, portus *&* urbs Æthiopia ſuperioris, in Abexia regione, & in ora ſinus Arabici, contra Macariam inſulam, aliàs ſub dominio Abyſſinorum. Dicitur aliter *Ercoco* à multis.

Magnum promontorium, quod & Olyſſiponenſe Plinio dicitur, *Cabo de Caſcais*, promontorium Luſitaniæ, apud oſtia Tagi ab Ulyſſippone 7. leucis in occaſum. Magnum item promontorium Mauritaniæ Cæſarienſis apud Ptolemæum, *Capo de One*, teſte Marmolio, *Plin. Mel.*

lio, apud oſtia Malvæ fluminis, Cæſarienſem à Tingitana ſeparantis, ab Ona urbe proxima dicta.

¶ Magnum promontorium, aliter Olyſſipponenſe ſeu Lunæ, nunc *Capo de la Roca* dicitur; diſtatque 6. leucis ab Ulyſſippone in occaſum, & una tantùm ab arce *Caſcais* dicta.

Bibl. Magnus campus, planities ampla Palæſtinæ, inter lacum Aſphaltitem, & Ginnabrim pagum Samariæ.

Ptol Magnus portus, geminus: unus Libyæ interioris, in ora occidua maris Atlantici, *Porto Seren*; teſte Caſtaldo. Alter Albionis, in ora Angliæ auſtrali, contra Vectim inſulam, *Portſmouth*, teſte Camdeno, licèt Ortelius *Southampton* eſſe putet Hamptonam urbem, à Wintonia 20. in ortum, à Londinio 52. mill. in Notolybicum.

Magnus ſinus, Oceanus Eous Melæ, Chryſæ Plinio, *Mar della China* Mercatori, mare quod Sinas alluit.

Ptol ¶ Magnus ſinus pars eſt Oceani Orientalis & Indici, ubi nunc ſinus Cocinſinæ, *le Golfe de la Cochinchine*, inter Haynanum inſulam & Sinas ad ortum, & regnum Cocinſinæ ad occaſum, teſte Sanſone.

Plin. Mel. Ptol. Mago, M*ahon*, teſte Floriano, oppidum Balearis minoris inſulæ, ſic à Magone Haſdrubalis filio conditore dictum. Virgilius libro 10. Æneidos:

Inde Mago procul infenſam cum tenderet haſtam.

¶ Mago, M*ahon* ſeu *Porto Mahon*, portus ampliſſimus Minoricæ inſulę, cum oppidulo & arce S. Philippi dicta, in parte orientali inſulę. 15. mill. diſtat in ortum à *Cittadella* oppido; ibique quidam finxere Minoricam urbem, quanquam nullum ſit oppidum Minorica dictum in tota inſula.

Bibl ¶ Magoa, Perſidis, oppidum circa Suſianam, teſte Plinio.

Magog, regio Perſicę, unde magi, teſte Suida.

Tac Ammia. ¶ Magon, Indię fluvius, in Gangem effluens. Arrianus in Indicis.

Magontiacum, Mocontiacum Ptolemęo Magontia Eutropio, Moguntia Rheginoni, M*agonza* Italis, M*entz* Germanis, *Mayence* Gallis, urbs Germaniæ ſuperioris, Archiepiſcopalis, ad Rhenum, in Palatinatu, libera, media ferà inter Argentoratum ad meridiem & Coloniam Agrippinam ad Boream 25. leucis à Treviris 19. Francfurto proxima, 4. leucis diſtans; cujus Archiepiſcopus primum inter Imperii Electores locum tenet. Ferunt illam à Mo guntio Trojano Hectoris filio conditam. De ea Venantius Fortunatus libro 9.

Reddita ne doleas felix M*aguntia caſus.*

Hic primùm Ars Impreſſoria inventa traditur.

¶ Magontiacum, ſeu Moguntiacum, M*aintz* Germanis, proprio ſubeſt Archiepiſcopo; ibique eſt Accademia illuſtris, & arx Electoralis, ampla, ad Rhenum fluvium, ubi recipit Mœnum; & recens munita fuit. Archiepiſcopalis eſt ab anno 745. & malè habita fuit à Friderico Ænobardo Imperatore anno 1158. ſed poſteà reſtaurata fuit ab Othone IV. & in ea Accademia fundata fuit anno 1482.

¶ Magontina ditio, *Stift van* M*aintz* incolis, *Archeveſchè de* M*ayence* Gallis, provincia eſt parva Germaniæ, propè Rhenum fluvium, & Mœnum, ſub dominio Electoris Maguntini, in Circulo quatuor Electorum Rheni, inter Veteraviam tractum ad Boream et Palatinatum inferiorem ad Meridiem; et ejus etiam pars eſt in Franconia. Extenditur ab ortu in occaſum, et ſic dicitur à Magontia ejus primaria urbe. Alia autem oppida præcipua ſunt Bingium *Binghen*, Aſchaffenburgum ſeu Aſciburgium, *Aſchafenburg*, Miltemberga, M*iltemberg*, et Omeneburgum, *Omeneburg*. Subſunt etiam Electori Archiepiſcopo Maguntino Friſlaria, *Fritzlar*, urbs in Haſſia Caſſelenſi, Erfordia, *Erford*, urbs Thuringiæ caput, cum annexis, & Eisfelda regiuncula *le pais d'Eiſchfelt* in Thuringia, uti Duderſtadium, *Duderſtadt*, cum duobus aliis oppidulis.

Vel. Ver. Magrada, Menlaſcus Ptolemæo, *Rio di Toloſa* intus, & in ore *Rio Orvea*, teſte Moletio, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per oram Vardulorum fluens.

¶ Magrada, ſeu Menlaſcus, nunc *Rio Orio* dicitur, in Ipuſcoa provincia oritur ex Monte Santi Adriani; deinde auctus aliquot fluviis, Toloſam oppidum rigat, & juxta oppidulum *Orio* dictum in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat.

¶ Mageda, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolemæo.

Maguſani Herculis fanum, *VVeſtcappel*, teſte Ortelio, pagus Scaldiæ inſulæ, unus ex Zelandiis, circa oſtia Scaldis fluvii.

¶ Maguſtana, Armeniæ majoris urbs, teſte Ptolemæo, quæ Matuſtana eſt interpretibus.

¶ Mahmora, *Macnora*, urbs parva, ſed permunita, in regno Fezzæ & in Fezza provincia, è regione Aſgariæ, provinciæ, ad oſtium fluvii Subæ, ſub dominio Luſitanorum ab anno 1614. Portu gaudet capaci, in ora Oceani Atlantici.

Maja inſula parva eſt apud ſcriptores Scoticos, in æſtuario Fortheæ amnis, Edimburgo Scotorum regiæ vicina, inde 9. mill. paſſ. diſtans ab Andreapoli 15. vulgò *the May*. Ibi olim Clericorum regularium cœnobium celebre.

¶ Maiaguana, *Majaguana*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis inſulis, inter Samanam inſulam ad Boream & Hiſpaniolam ad auſtrum, in mari Boreali.

¶ May inſula, *Ilha do Mayo* inſula eſt Africæ, & una ex Gorgadibus ſeu inſulis Capitis Viridis, in Oceano Atlantico, propè oram Orientalem inſulæ S. Jacobi. In ea ſunt Salinæ magni proventus, eſtque ſatis culta, ſub dominio Luſitanorum.

¶ Mainlandia, *Mainland*, inſula eſt maris Caledonii, & Schetlandicarum præcipua. Extenditur ad 60. mill. paſſ. à ſeptentrione in meridiem. Ibi tantùm aliquot vici, ſed plurimi ſinus. Subeſt domino Regis Daniæ. Hujus inſulæ maritima ferè tantùm ante aliquot annos habitabantur, hodie etiam intima paulatim incoluntur, minori tamen ſucceſſu. Montes hic ſunt præalti: Ex his Cliſtici montes primores ſunt ad auſtrum; ad Boream mons eſt Reniſfeltius inſigni in apice pharo decoratus. Mainlandia autem, Orcadum inſula, ab aliis Pomona dicitur. Vide ibi.

¶ Majorica, M*allorca* incolis, *Majorque* Gallis, aliàs Balearis major, inſula eſt ſatis ampla Hiſpaniæ, in mari Mediterraneo, inter Minoricam ad ortum & Ebuſum ad occaſum, cum quibus regnum Maioricæ conſtituit. Aliàs Reges habuit proprios, nunc autem ſubeſt Regi Hiſpaniæ, uti Regi Aragoniæ. Ejus circuitus eſt ferè 110. mill. paſſ. Ejus præcipua urbs eſt Palma, *Mallorca*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, ampla & permunita: cum portu in ora occidentali inſulæ, in qua ineſt etiam Alcudia, oppidulum in parte orientali, cum 34. caſtris ſeu vicis, teſte Paulo Ferraguto viro doctiſſimo, cui ut indigenæ fides magis adhibenda eſt.

Maittavonium, locus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, Aim. inter Forum Iulii 24. & Aquas Sextias 45. mill. paſſ. à Foro Voconii 12.

¶ Maitavonium, oppidum Provinciæ, quibuſdam eſt *Brignole*, aliis *Cotignac*, oppidulum in illo tractu, ad Argenteum fluvium. Lib.

Majuma, quæ & Majoma, urbs Palæſtinæ, in ora Cono. Iudææ, Gazæ proxima, epiſcopalis olim ſub Patriarcha Hiſt. Hieroſolymitano, inde ſupra 50. mill. paſſ. Vide An- tripar thedon.

¶ Majus Monaſterium, *Marmoutier*, Abbatia eſt Galliæ celeberrima Ordinis S. Benedicti, propè & extra Turones, in oppoſita Ligeris ripa, à Divo Martino inſtituta, cum cœnobio ſuperbiſſimo recens excitato.

¶ Malabaria, *le* M*alabar*, regio Indiæ, in parte Auſtrali Peninſulæ cis Gangem ad occaſum, inter regnum Decani ad ſeptentrionem & promontorium Comorinum ad meridiem; eſtque valdè abundans & fertilis. Extenditur autem versùs oram maris Maldivarum per 125. leucas, ubi regna Calecuti, Cochini, Cranganoris, Cananoris, Coulani, & Travancoris. Sunt etiam in ea regione aliquot alia regna minoris notæ, nempè Auriola, Badara, Baticala, Batimana, Bipurium, Calecoulanum, Changanara, Chombęum, Cota, Cucuranum, Curiga, Mangatum, Marta, Mouticum, Mutertum, Panhapelum, Panurum, Porcanum, Punhalum, Tanorum, & Trivilaria. Sed eorum ditiones ſunt parvi admodum circuitus, et veriùs Principatus quàm regna. Malabariæ autem urbes præcipuæ ſunt Angamala, *Angamale*, Calecutum, *Calecut*, Cananorium, *Cananor*, Cochinum, *Cochin*, Coulanum, *Coulan*, Cranganora, *Cranganor*, Travancorium, *Travancor*, et aliquot aliæ, ubi plurimi Chriſtiani degunt. Sunt etiam in ea regione aliquot coloniæ Batavorum et Luſitanorum, in ora tantùm littorali; ſed Batavi poſſident Cananorium, Cochinum, Coulanum, et Cranganoram urbes in illis partibus à paucis annis.

Ma-

Malaca, & Malacha Plinio, *Malaga*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, maritima, in regno Granatenſi, ad oſtia Malachæ fluvii, teſte Avieno, inter Granatum, & Calpen 19. leuc. quot ab Hiſpali, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, nunc ſub Archiepiſcopo Granatenſi, à Phœnicibo cum Abdera, teſte Joanne Mariana, condita. Populi Malacitani ex veteri inſcripitione. Eſt & Malaca, *Malaca* vel *Mallacca* urbs Indiæ extra Gangem, ſub Luſitanis, regia, apud Auream Cherſoneſum. Prior à Phænicibus condita ante Salvatoris adventum anno 1306. traditur.

¶ Malaca, *Malaga* incolis, *Malgue* Gallis unde vinum optimum, eſt in ora maris Mediterranei & ad oſtia Malacæ fluvii, nunc *Guadalquivirejo*. Duas habet arces probè munitas in colle; eſtque emporium celebre, 24. leucis diſtans ab Hiſpali in Eurum, 23. à Gadibus in ortum, & 22. à Granata in occaſum.

¶ Malacca, *Malacca*, urbs Indiæ extra Gangem. Caput eſt regni cognominis, in parte auſtrali Aureæ Cherſoneſi, ad fretum Malaccæ, & è regione Sumatræ inſulæ. Suberat anteà Regi *Ihor*, poſteà occupata fuit à Luſitanis Duce Albuquerquio; & tandem anno 1640. capta ab Hollandis poſt obſidionem ſex menſium, ipſis etiamnum ſubeſt. Emporium eſt celeberrimum, cum portu capaciſſimo & arce permunita.

* Malæi Colon, promontorium Aureæ Cherſoneſi, ubi Malaca urbs regia, & emporium Indiæ ulterioris, teſte Caſparo Varrerio. (* Μαλεὺ in manuſcripto Seldeni.)

¶ Malæi *Maleas*, populi Indiæ citra Gangem, intra montes Malabariæ regionis, verſùs confinia Coromandelis regionis & juxta ditiones Principis Maduræ. Ibi plurimi Chriſtiani S. Thomæ dicti.

Malanium, *Maida*, teſte Barrio oppidum Brutiorum, in Calabria ulteriore, amplum, ad Metaurum fluvium, à Neocaſtro urbe 8. mill. paſſ. in meridiem, Hipponium verſùs 16. Melanum etiam legitur.

Malbodium, *Maubeuge*, oppidum Belgii, in Hannonia ad Sabim fluvium, medium inter Montes urbem ad Boream & Avenas oppidum ad auſtrum 4. leucis.

Malceca, *Marateca*, teſte Vaſconcello, pagus Luſitaniæ, cum fluvio cognomine; non inter Cordubam & Emeritam, ut ſcribit Ortelius, ſed inter Cætobricam, & Salaciam 20. mill. paſſ.

¶ Maldivæ *les Maldives*, inſulæ Indiæ, ſeu multitudo inſularum, in mari Indico, ferè 130. leucis à promontorio Comorino in occaſum. Sunt pro maiori parte ſatis parvæ; extenduntur que à ſeptentrione in meridiem per 300. leucas circiter; ſed dividuntur in 13. partes, quas vocant *Atollons*. Earum nomina ſunt *Tilladou Matis*, Luſitanis *Cabexa das Ilhas*, id eſt, caput inſularum, *Milladove Madovè*, *Padypola*, *Malos* Madou, *Ariatollon*, *Male Atollon*, in qua eſt Mala inſula, *Poulifdou*, Moluque, *Nillandoux*, *Collomadoux*, *Adoumatis*, *Sovadou*, *Addou*, & *Pove* Molluque, quæ duæ ultimæ pro una tantùm cenſentur. Regem habent proprium, cujus ſedes eſt in inſula Male dicta, circuitus 5. mill. paſſ. Eas pluribus deſcripſit Franciſcus Pirardus Aremoricus. Ab eis mare adjacens dicitur Archipelagus Maldivarum.

Maldunenſe cœnobium, *Malmesbury*, oppidum cum Monaſterio Albionis, in Anglia, Sarisburiæ finitimum, inde 30. mill. in Boream, (*in Viltonia Comitatu*.)

Malea, *Capo Malio* Sophiano cum aliis, promontorium Peloponneſi, in ora Auſtrali Laconicæ, Laconicum ſinum finiens & claudens ad ortum, contra Tænariam eundem ſinum finientem ad occaſum, nautis tremendum, à Cythera inſula ad 30. mill. paſſ. licèt Plinius 5. tantùm ſcribat, à Creta 70. à Nauplia 100. in auſtrum, à Monembaſia 30. Virgilius libro 5. Æneidos illius meminit:

Jonoque mari, Maleæque ſequacibus undis.

Malæa Ovidius lib. 2. amotis elegia 16.

Nec timeam veſtros curva Malea ſinus.

In mare valdè porrigitur ad 10. mill. paſſ. Malea adeò navigantibus periculoſa fuit, ut proverbio diceretur, *Maleam legens, obliviſcere quæ ſunt domi*, quod nihil aliud curandum ſit, quando in magno diſcrimine verſamur.

¶ Malea promontorium nunc *Capo Malio di S. Angelo* dicitur, teſte Brietio; & diſtat tantùm 10. milliaribus à Cythera inſula in Boream.

¶ Maleg, *Maleg*, fluvius Africæ, in Æthiopia ſuperiori. Oritur in regno Damuti, deinde recipit fluvium Anquetum; & poſt decurſum octoginta leucarum ſpatium, conjungitur Nilo fluvio in Nubia infra provinciam Faſculon dictam, teſte Iſaaco Voſſio.

¶ Maleguetta, *Maleguette*, Hollandis *Tand Cſt* ora Guineæ regionis, in Africa, maximè in occaſum extenſa, inter oram Dentium ad ortum & montem Leonis ad occaſum, ubi primùm aliquot coloniæ Francorum jam ab anno 1366. deinde Luſitanorum, poſteà tandem Anglorum & Batavorum. Sunt tantùm in ea aliquot regna & portus, uti parva Deppa, Seſtrum ſeu Lutetia, fluvius Sanguineus, & Gojana; ſed nullæ urbes. Dicitur hic tractus *Coſte de Graives* à Gallis. Sunt tamen qui illam oram reſtringunt inter promontorium Palmarum ad ortum & fluvium Seſtum, *dos Seſtos* ad occaſum.

¶ Malemortium, *Malemort*, oppidum Galliæ, in Provincia, ad Druentiam fluvium, medium ferè inter Avenionem ad occaſum & Aquas Sextias ad ortum.

Maleos, Mella Plinio, ut Guillelmo Camdeno videtur, *Mula*, teſte Mercatore, inſula Albionis, una Ebuſtarum, Scotiæ ad occaſum adjacens, Ihonæ proxima, ab ea parum in occaſum diſtans, ſitu aſperior, metalliſera, et uniones gignens, ab Hibernia 30. mill. in Boream diſtans. * Cambræ proxima. (* Quem locum hic per Cambram deſignat Ferrarius, non ſatis conſtat.) *Ptol.*

¶ Maleos, *Mul* Scotis, *Mula* aliis, inſula eſt ampla Scotiæ, verſùs oram occidentalem, et ab ea tantùm exiguo freto diviſa, propè Loquabriam & Lorniam provincias. Ejus circuitus eſt 60. milliarium Scoticorum: et in ea ſunt quatuordecim caſtra cum aliquot villis, et 55. milliaribus ſimilibus diſtat ad Hiberniam.

Maletum, *Malzan*, teſte Lazio, caſtrum Cenomanorum, in Tridentinorum finibus. *P. Diac.*

Maleus, mons Indiæ, ſub Æquatore circulo, apud Palibothram urbem. *Sol. Cap.*

Maliaca, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, variè indigitatum, teſte Moletio, aliis *Malgrado*, aliis *Molina*. *Plin.*

Maliacus ſinus Lamiacus Pauſaniæ, Melicus Thucydidi, Melis Herodoto, *Golfo di Ziton* Sophiano, (non *del Volo*, ut Thevetus ſcribit) ſinus Phthiotidis, partem Theſſaliæ alluens et Locros Epicnemidos. Vide Oetæus. A Criſſæo ſinu 508. ſtadiis, ab Ambracio 800. teſte Strabone. *Ptol.*

¶ Maliapura, *Maliapur*, urbs Indiæ citerioris, in ora ſinus Gangetici, et in tractu Coromandelis. Aliter dicitur urbs Sancti Thomæ ſeu Meliapora. Vide ibi.

¶ Maliattha, Arabiæ petrææ urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Maliba, urbs Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemæo.

¶ Mallaguetta, *Mallaguette*, regio Africæ, in Guinea latè ſumpta, in ora Oceani, inter Guineam propriam ad ortum et Nigritiam ad Boream et occaſum. A meridie autem alluitur Oceano Atlantico. In eo tractu ſunt aliqua regna minoris famæ, et quædam coloniæ Europæorum. Differt autem ab ora Malaguettæ, quæ minor eſt, ſed ei adjacens, ſeu veriùs pars ad ortum.

Mallea oppidum fuit Brutiorum, in ora, inter Scyllæum et Cænidem; cujus rudera cum nomine durant, teſte Barrio, in Calabria ulteriori, à Nicotera urbe 24. mill. paſſ. in ortum. Sed Malliæ apud Antoninum legitur. *Prov. Rom.*

Malleaca, *Maillezais*, urbs Aquitaniæ, in finibus Pictavorum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi à Joanne XXII. Pontifice maximo effecta, à Rupella 6. leucis.

¶ Malleaca ſeu Malleacum, *Maillezais*, urbecula eſt Galliæ, in Pictavenſi provincia. Priùs erat epiſcopalis, ſed anno 1649. ſedes epiſcopalis translata fuit Rupellam, *la Rochelle*, ab Innocentio X. Eſt intra paludes, ægrè habitata propter aeris inclementiam. Uno aut altero milliari diſtat à Separa fluvio, 8. leucis à Rupella in Cæciam, 2. à Fontenæo Comitis in meridiem, & 4. à Niorto in occaſum.

¶ Malleo, *Mauleon*, oppidum Aquitaniæ ſecundæ, in Pictonibus; & in limite Andegavenſis provinciæ. 11. leucis diſtat ab Andegavo in meridiem.

¶ Malleo, *Mauleon de Soule*, oppidum Aquitaniæ, in regiuncula Solenſi, in quo ortus Henricus Spondanus Epiſcopus Apamiarum; eſtque inter Navarram inferiorem & Beneharniam.

Malli, populi Indiæ citerioris, circa ortum Indi fluvii incolentes. *Strab. Diod.*

Mallia aqua apud Thermopylas in Phthiotide, & apud Oeten montem videtur, ubi Maliacus ſinus, qui & Oetæus. Catullus ad Mall. carm. 69. *Catull.*

Cùm tantùm arderem, quantùm Trinacria rupes,
Lymphaque in Oetæis Mallia Thermopylis.

¶ Mal-

¶ Malliana, *Meliane*, urbs aliàs Mauritaniæ Cæſarienſis, nunc oppidum regni Algerii, in Teneſa provincia, in colle, propè Miromum fluvium, 40. mill. paſſ. ab ora maris Mediterranei in meridiem diſtat.

Strab. Mel. Ptol. Mallus, *Mallo* adhuc Moletio & Theveto, urbs Ciliciæ maritima, ad Pyrami fluvii oſtia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarſenſi, à quo parum diſtat in ortum, inter Pompejopolim ad occaſum & Iſſum ad ortum, ultrà Cydni fluminis oſtia. Cujus memini Lucanus lib. 3.

Mallos, & extremę reſonant navalibus Æga.

Sax. Gram. Malmogia, *Malmoe*, & *Elbogen*, urbs Scaniæ non obſcura, in regno Daniæ, inter Lundim 2. & Coroniam ad Boream 3. leucis.

¶ Malmogia, *Malmuyen*, ſeu *Ellebogen*, urbs munita Scaniæ provinciæ, cum portu capaci, juxta Sundicum fretum, & è regione Hafniæ, à qua 4. leuc. Danicis diſtat in ortum, 2. à Lundi in meridiem, & 4. à Coronia etiam in meridiem. Aliàs paruit Regi Daniæ; ſed ab anno 1658. ſubeſt Regi Sveciæ. Arcem habet munitam ab anno 1434.

rip. elg. Malmundarium, *Malmedy*, oppidum Galliæ Belgicæ, cum cœnobio, in Ducatu Lucemburgenſi, ad Albam fluvium, apud Stabulum, à Lemburgo urbe 3. leucis in auſtrum, Fanum Viti versùs 2.

¶ Malmundarium oppidulum eſt ditionis Leodienſis & Abbatiæ Stabulenſis, ad amnem *Recht*, qui paulò infrà cadit in Albam, in limite ducatus Luxemburgenſis; 2. leucis à Stabulo in ortum.

¶ Malobodium, *Maubeuge*, oppidum Belgii, in Comitatu Hannoniæ. Vide Malmodium.

¶ Malodunum, *Maldon*, oppidulum Angliæ, in Eſſexiæ Comitatu, ad amnem Aquam nigram dictum, vix 7. milliaribus Anglicis ab ora Oceani Germanici diſtans, aliàs Camalodunum.

Plin. Maltahace, inſula parva maris Jonii, circa Corcyram.

Ptol. Malva, *Muluya*, teſte Marmolio, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, illam à Cæſarienſi dividens, à Ryſſadiro urbe 92. mill. paſſ. in ortum diſtans: Malvana Plinio.

Strab. Malus, locus Myſiæ, in Aſia, inter Scepſim & Achæum oppidum, contra Tenedum inſulam. Maluntis meminit Strabo.

Theop. Mamalis, Mamala Ptolomæo, vicus Arabiæ felicis, in ora ſinus Arabici, inter Badei regiam & Adedi; ubi thus, cinnamomum, caſia, & myrrha proveniunt.

¶ Mamblia, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, teſte Plinio.

Jorna. Mambolejum, *Ambulejo*, caſtrum Venetiæ.

Bibl. Mambre, convallis Palæſtinæ, quæ & Terebinthi, teſte Joſepho, à Chebron 6. ſtadiis diſtans, à Bethlehem ferè 15. mill. paſſ. in Africum, non longè ab Hebron nova & veteri.

¶ Mambuta, Meſopotamiæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Strab. Mamertini, populi olim è Samo inſula ejecti, à Meſſanenſibus hoſpitio excepti, occupata urbe, illam Mamertinam appellarunt, ſicque Meſſanenſes Mamertini appellati; ſic apud Ciceronem act. 4. & 7. in Verrem Meſſana urbs Mamertina, & populi Mamertini appellantur.

Strab. Mamertinum fretum, quod & Rhegium Straboni, Siciliæ fretum Ciceroni, Plinio, & Tacito, Scyllæum Ovidio & Athenæo, Siculum Capellæ, anguſtia maris, inter Cænidem Brutiorum promontorium & Pelorum promontorium Siciliæ, *il Faro di Meſſina*. Populi Mamertini Ciceroni & aliis, qui & Meſſanenſes; & vinum Mamertinum. Martialis libro 13. epiſt. 114.

Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta.

Strab. Mamertium, *Martorano*, urbs Brutiorum epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino, unde 16. mill. paſſ. Hipponium versùs 22. in Boream, in Calabria citeriori, à Neocaſtro 10. ab Sabbatum fluvium.

Script. Germ. Mamilla, quæ poſteà Cetia, *Ceitz*, teſte Fabricio, urbs Germaniæ, in Miſnia, apud Solam fluvium & fines Thuringiæ, à Lipſia 6. leucis in meridiem, inter Neoburgum 3. & Aldemburgum 2. à Miſna 10.

¶ Mamilla quibuſdam eſt *Zeitz*, oppidum Sexoniæ ſuperioris, in Miſnia provincia, & in ditione Neoburgenſi, ad Elſterum fluvium. Media eſt inter Neoburgum ad occaſum & Altenburgum ad ortum, 4. milliaribus Germanicis, & 11. à Miſnia in occaſum.

Lib. Conc. ¶ Mamiſtra, *Malmiſtra*, urbs Ciliciæ mediterranea, archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, Adanæ finitima.

¶ Mammæ, oppidum Africæ, in Byzacena regione, teſte Procopio.

Mammæus pons, vulgò *Ponte Mammolo*, teſte Marliano *Lamprid.* & Platina, unus ex urbis Romæ pontibus.

¶ Mammæus pons, vulgò *Ponte Mammolo* dictus, inter Sabinam & Latium. Extra Romam jacet, ſupra Anienem fluvium, ad 6. mill. paſſ. & ſic dictus fuit à Mammæa matre Severi Imperatoris.

¶ Mammida, Perſiæ urbs, apud Ptolemæum.

Mamortha, urbs Samariæ, eadem Neapoli. Vide ibi. *Plin.*

¶ Mamuda, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, teſte Plinio.

Mamuga, *Mabuga*, teſte Andrea Maſio, urbs Syriæ *Ptol.* mediterranea, in Caſſiotide regione, inter Marathum & Apameam.

Mamurrharum, ſeu Mamurrhæ, *Itro* vel *Itri*, oppi- *Hor.* dum non obſcurum Latii novi, in regno Neapolitano, inter Fundos 7. & Formias 3. mill. paſſ. teſte Celſo Cittadino, cujus rudera apud Itrum cernuntur. Horatius libro 1. ſerm. 5.

In mamurrharum laſſi deinde urbe manemus.

Manæana, *Miliana*, teſte Marmolio, oppidum Mau- *Ptol.* ritaniæ Cæſarienſis, mediterraneum, inter Vagas & Oppidum novum.

¶ Manangareus, *Mananghare*, fluvius Africæ, in inſula Madagaſcaria, in parte orientali; ubi auctus aliquot fluminibus, ſeptemplici oſtio in mare Æthiopicum ſe exonerat, teſte Flacurtio.

¶ Mananpanus, *Mananpani*, fluvius inſulæ Madagaſcariæ, in Africa. In Oceanum Æthiopicum labitur in parte orientali inſulæ.

Manapia, *Waterford*, teſte Stanihurſtio, urbs Hiber- *Ptol.* niæ, in Momonia regione, ad Suyrum fluvium, in ora ad ortum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, ex primis, & emporium à Dublino ad 50. mill. in meridiem recedens. Populi Manapii Ptolemæo (Camdeno eſt *Weisford* vel *Wexford*, urbs Comitatus cognominis, ad Slanam fluvium, ubi & Manapii populi (quos ille Menapios ſcribit) Ptolemæo collocati fuere.)

¶ Manaria, *Manar*, inſula parva Indiæ citerioris, in ora Ceylani inſulæ, ubi urbecula Manaria, *Manar*, in ditione Hollandorum cum tota inſula, à qua mare inter oram Piſcariæ, in India citerioti, & Ceylanum inſulam dicitur Fretum Manarium. Aliàs hæc inſula ſuberat Principi Maduræ, in Coromandelia.

Manaricium, *Manrick*, teſte Simlero, pagus Germa- *Ant.* niæ inferioris, in Diœceſi Trajectenſi, & in Ducatu Geldrenſi, inter Noviomagum 4. & Trajectum inferius 3. leucis, ad Licum Rheni foſſam, inter Batavodurum & Grinnes proxima oppida.

Manarmanis, *Marna*, teſte Hieronymo Verrutio, *Ptol.* portus Germaniæ inferioris, poſt oſtium Rheni orientale; à quo tractus Friſiæ ſic nominatur circa ſinum *Dungerdeel*.

¶ Manaſſe, Tribus una ex duodecim Judææ ſeu Iſrael, in duas partes diviſa, altera cis, altera trans Jordanem fluvium deſcripta eſt: & hæc ad Aquilonem tendit, illa cum Tribu Ephraim mediam obtinet totius Judçæ, quæ cis Jordanem eſt, partem.

Manathath, *Kato* vel *Cato*, teſte Brochardo, pagus *Bibl.* Palæſtinæ, apud Saron montem, & apud Antipatrida urbem, olim etiam Cathoe dictus.

¶ Manchana, Meſopotamiæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Mancunium, *Mancheſter*, teſtibus Lhuydo & Cam- *Ant.* deno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Bremetonacum, & Mediolanum 38. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, in Comitatu Lancaſtrenſi.

Manda, *Menan*, teſte Mercatore, fluvius maximus *Ptol.* Indiæ extra Gangem. (Manda Ptolemæo intra Gangem deſcribitur.)

* Mandagara, *Mangalor* Caſtaldo, urbs Indiæ cite- *Ptol.* rioris. (* Maadagera in manuſcripto Seldeni.)

Mandagarſis, *Maſandram*, urbs Mediæ, teſte Nigro. *Ptol.*

¶ Mandalum, Æthiopiæ lacus, circa Azanium promontorium, Plinio.

¶ Mandarei Sarmatiæ Aſiaticæ populi fuere apud Plinium.

Mandela, *Paggio Mirteto*, pagus Sabinorum, apud *Hor.* Digentiam fluvium, à Maliana et Ocriculo ad 12. mill. paſſ. in ortum et Eurum, apud cœnobium Farfenſe. Vide Digentia.

¶ Mandepa, Thraciæ urbs, teſte Procopio.

Mandetrium, ſive, ut alii codices habent, Andetrium, *Ptol.* *Moſtar*, oppidum Dalmatiæ mediterraneum. Vide Andecrium.

¶ Mandinga, *Mandinga*, regnum amplum Africæ.

in

in Nigritia regione, inter Nigrum ſeu Senegam fluvium ad ſeptentrionem, & Malaguettæ regnum ad meridiem. Ejus primaria urbs etiam Mandinga vocatur ſeu *Sango* ut alii ſcribunt.

¶ Mandova, *Mandova*, fluvius Indiæ citerioris, in regno Decani, juxta Goam urbem labitur, & paulò infrà in Oceanum Indicum ſe exonerat.

¶ Mandralæ, Indiæ intra Gangem populi, quorum civitas Palibotta, teſte Ptolemæo.

¶ Mandrereus, *Mandrerei*, fluvius ingens Madagaſcariæ inſulæ, oritur in regiuncula cognomine; & multis auctus fluviis, in Oceanum ſe exonerat ad auſtrum inſulæ & propè Carcanoſſiam regionem, teſte Flacurtio.

¶ Mandropolis, Phrygiæ urbs Stephano, & Titi nummo, Mandropus Livio.

Mandubii, populi Galliæ Celticæ, quorum urbs erat Aleſia, ſive Alexia: quorum regio ſeu tractus nunc *Baſſigny* dicitur, teſte Golluzio; ſed, teſte Marliano, *Aſſois*, *Auxois*, vel *Auſſois*, in Burgundia, quod magis probo. Vide Alexia.

¶ Mandubi populi fuere Galliæ Celticæ, ſub Æduis, ubi nunc *Auxois*, regiuncula Ducatus Burgundiæ in confinio Campaniæ. Eorum caput fuit Alexia, *Aliſe*, jam deſtructa.

Manduesſedum, *Mansfield*, teſte Talboto, oppidum Albionis, in Anglia, in Comitatu Nottingamienſi, inter Viroconium 45. & Bennaventam 28. mill. paſſ. Vennonis & Etoceto proximum. Sed Camdeno eſt *Menceſter* in * Cornubiâ, cui repugnat Antoninus. (* Camdeno eſt *Manceſter* in Varvicenſi Comitatu, à Conventria ad auſtrum 9. mill. in Cornaviis.)

Manduria, Mandurium Livio & Stephano, *Caſalnovo*, teſte Galatæo, oppidum Salentinorum amplum, apud Uriam urbem, ab ea 8. mill. paſſ. inter Aletium 30. & Tarentum 20.

¶ Manei populi fuere Hiſpaniæ Bæticæ, circa Bætis fluvii oſtia, teſte Avieno.

Manes, fluvis Phthiotidis, Thronium alluens. Vide Boagrius, nam idem eſt.

¶ Maneſium, Phrygiæ oppidum, teſtibus Stephano Alexandro.

Manfredonia, urbs Apuliæ Dauniæ, recens archiepiſcopalis. Vide Sipontum.

¶ Manfredonia, *Manfredonia*, urbs regni Neapolitani, archiepiſcopalis; & ſic dicta à Manfredo Rege Neapolitano, Frederici II. Imperatoris filio, qui eam circa annum 1200. condidit. Haud procul inde ad radices montis Gargani oſtenduntur ruinæ Siponti urbis, cujus ſedes Manfredoniam translata eſt. Portu gaudet capaci & arce munita. 22. mill. paſſ. diſtat ab oſtiis Aufidi fluvii in Boream. Sedet in Capitanata provincia, in ora ſinus Veneti. 25. mill. paſſ. à Luceria in ortum. Aliàs capta fuit à Turcis, & miſerè direpta. Nunc utcunque reparata, ſubeſt dominio Hiſpanorum.

¶ Mangalora, *Mangalor*, urbs Indiæ citerioris, in regno Biſnagari, in ora occidentali, cum portu ad mare Indicum, in tractu Canara dicto, versùs Malabariam. Forſan dicta fuit Mandagara ab antiquis.

¶ Manhata, *Manhate*, oppidum recens Americæ ſeptentrionalis, quod aliter Amſierodamum novum dicitur, in novo Belgio. Vide Amſterodamum novum.

¶ Manhemium, *Manhein*, caſtrum Germaniæ, ad confluentes Necari & Rheni fluviorum, in Palatinatu ſuperiori. Aliàs fuit probè munitum: ſed captum fuit ab Hiſpanis & dirutum. 3. leucis diſtat à Spira in Boream, & totidem ab Heidelberga in occaſum. Ibi aliàs Valentiniani munimentum.

Manicelum, Immanicelum Antonino, *Immaticen*, teſte Auguſtino Juſtiniano, vicus agri Genuenſis. Vide Immanicelum.

¶ Manilla, *Manille*, inſula ampla Aſiæ, in Oceano Indico, & Philippinarum caput. Dicta etiam Luſonia inſula; *l' Isle Lucon*. Subeſt Dominio Hiſpanorum; & ejus primaria urbs eſt Manilla, in meditullio inſulæ. Quidam ſcribunt eſſe etiam Luſoniam urbem amplam in hac inſula: ſed de illa non mihi conſtat, nec quicquam legitur in hiſtoriis & deſcriptionibus recentioribus.

¶ Manilla, *Manilla* Hiſpanis, *Manille* Gallis, urbs & emporium Aſiæ, in inſulis Philippinis, Manillæ inſulæ primaria, & archiepiſcopalis, cum arce & portu capaci, ſub dominio Hiſpanorum ab anno 1572. quo ab ipſis expugnata fuit. Sed deficit in dies.

¶ Manillæ fretum, *Eſtrecho de Manilla* Hiſpanis, pars Oceani indici, inter partem auſtralem Manillæ inſulæ & Tandaiam inſulam, in Philippinis.

Manimi, *Manrezperg* vel *Manhartzperg*, teſte Lazio, populi Germaniæ, inter ſylvam Hercyniam & Danubium; quorum tractus ſic nominatur. Ptol.

Maniolæ, *Islas de Pracel*, teſte Ortelio, inſulæ maris Eoi, Sinarum oræ adjacentes.

¶ Manius, ſinus Illyrici, Scilaci, inter peninſulas Hyllis & Neſti. Nunc *Golfo di Narenza*, dicitur, teſte Ioanne Lucio; eſtque in Dalmatia. Vide Narentatus ſinus.

Manlia, *Mallon*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Liv. in Celtiberis, nunc in regno Navarræ, in Aragoniæ & Caſtellæ confinio, à Tutela urbe 4. leucis, à Curiis 2. olim ſub Numantinis, teſte Livio.

¶ Manliana, *Magliano*, oppidulum regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori, ad quod Carolus Andegavenſis Rex utriuſque Siciliæ nobilem retulit de Conradino victoriam. Sedet in colle, juxta fontes Telonii fluvii, & 6. tantùm milliaribus à Fucino lacu in Circium.

Manliana, *Mallen*, teſto Ioanne Mariana, olim oppi- Ptol. dum Hiſpaniæ, in Luſitania & Vettonibus, nunc pagus Extremaduræ. Sunt quibus Manliana nunc *Monte Mayor* oppidum Portugalliæ dicitur, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, ſed malè.

¶ Manliana, oppidum Vettonum, nunc *Villa Franca* dicitur; eſtque caſtrum regni Legionenſis, ad amnem *Tormes* dictum, 35. mill. à Plaſentia in Boream, teſte Brietio.

Manliana altera, *Magliano*, oppidum Thuſciæ, apud Ant. oram littoralem, in Senenſium ditione. à Telamone 8 Ptol. mill paſſ. Suanam urbem versùs 20. Item opidum Sabinenſis agri.

¶ Mannaritium. Vide Mannaricium.

¶ Mannia, *Isle de Man*, inſula Angliæ, inter ipſam & Hiberniam. Vide Monœda.

¶ Manoa, *Manoa*, urbs ampla Americæ meridionalis, *el Dorado* Hiſpanis, de qua mira narrant incolæ, ajuntq; ipſam eſſe ad ripam occidentelem lacus Parimei, in Guajana regione; ſed nondum huc uſque pervenere Europæi.

Manoba, Menoba Plinio, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, Ptol. cum fluvio cognomine in ora, inter Malacam & Selambinam, à Malaca 3. leucis in ortum, *Bezmiliana* Moletio.

¶ Manoba, oppidulum Hiſpaniæ, in Bætica aliàs, nunc in regno Granatenſi & in ora maris Mediterranei, ad oſtia amnis cognominis. Hodie *Almunecar* dicitur, decem leucis à Malaca in ortum diſtans, teſte Brietio.

¶ Manora, *Manora*, arx Indiæ citra Gangem, in ora Oceani Indici, & intra fines ditionis Magni Mogolis. Dicitur aliter Bandera; ſubeſtque dominio Luſitanorum teſte Petro du Val.

¶ Manoſca, *Manoſque*, urbs lepida Galliæ, in Provincia, ad Druentia fluvium. 5. leucis diſtat à Reii in occaſum, & 7. ab Aquis Sextiis in Cæciam, 6. auſtem ab Apta in ortum.

Manrali, *Mengrelli*, populi Colchidis; ſic enim hodie Ptol. Colchi vocantur, teſte Poſtello cum aliis.

Mansfeldia & Mansfelda, *Mansfeldt*, urbs Saxoniæ Script. ſuperioris, Comitatus inſignis caput fortis, metallifera, Germ. auro, argento, & ære præſertim abundans, inter Erphordiam 6. leucis in Cæciam, & Magdeburgum 9. leucis. De qua libro 7. Itinerii:

Hinc Mansfeldiacę vallata mœnibus arcis.
Mœnia conſurgunt conſpicienda procul.

¶ Mansfeldia, *Isle de Mansfeld*, inſula Americæ ſeptentrionalis, in terra Arctica & in ſinu Hudſonio, recens ab Anglis detecta.

¶ Mansfeldienſis Comitatus, *Comtè de Mansfeld* Gallis, *Graffſchafft Mansfeld* incolis, tractus eſt Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, & in Lantgraviatu Thuringiæ, inter Principatum Anhaltinum ad Boream, ditionis Hallenſem & Merſoburgenſem ad ortum, & Thuringiam propriam ad meridiem & occaſum. Nunc ſubeſt Duci Electori Saxoniæ, ſed aliàs ſuberat propriis Comitibus, quibus omnibus & ſingulis perſolvere debet Dux Saxoniæ penſionem annuam duorum mille florenorum in perpetuum. Ibi oppida præcipua ſunt Mansfeldia, Eslebia, Heldrunga, & Quernfurtum.

¶ Manſiatri ſinus, *Ance de Manſiatre*, ſinus parvus Africæ, in parte occidentali Madagaſcariæ inſulæ, ubi Manſiatrus fluvius in mare Æthiopicum ſe exonerat.

Manſuetinum, *Baboliza* vel *Baboliza*, teſte Lazio, Ant. op-

Ant. oppidum Pannoniæ inferioris, in Hungaria, inter Sopianas 25. & Arrabonem 105. mill. paſſ. quod & Pons Sociorum, & Pons Manſuetinus dicitur, ab Aquinco *Strab.* 105. ab Herculia 60.

Mantala, *la Manta*, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Sabaudia & finibus Allobrogum, inter Tarantaſiam 32. & Viennam in occaſum 80. mill. paſſ.

¶ Mantalus, Phrygiæ urbs apud Stephanum.

Mantavonium, locus Galliæ Narbonenſis. Vide Maittavonium ſive Maitavonium, variè enim legitur.

Mantiana palus, *Actamar*, teſte Thoma Minadoio, lacus ingens Mediæ, in Armeniæ confinio, qui Theveto *Van & Vaſtan* eſſe videtur, ſic ab urbibus adjacentibus dictus; aliis *Abaunas*.

¶ Mautiana palus, teſte Marco Paulo Veneto, hodie dicitur *Geluchalat*; ſed hodie *Actamar* vocari ſcribit Minadoius. Ex Petri Gyllii deſcriptione videtur eam eſſe quam Abylfeda in ſua Geographia Argis appellat. Scribit Gyllius hanc paludem octo magna flumina ingredi, nullumque egredi, habereque in ambitu inter octo quoque dierum; ſed quatuor tantùm habet Marcus Paulus Venetus.

Mantieni, montes Armeniæ majoris, ex quibus Araxes & Gyndes fluvii profluunt: qui Paryadris Ptole*Herod.* mæo.

Mantinea, urbs Peloponneſi, gemina: una in Argia, ad ſinum Argolicum, *Mandigna* Leunclavio, *Mantegna* *Strab.* Nigro; altera in Arcadia, *Mandi* Leonclavio, *Mundi* *Plin.* aliis, inter Tegeam & Cleonas in Boream, (ubi inter *Ptol.* Græcos dubio Marte certatum, Epaminonda Thebano*& al.* rum Duce cæſo) Megalopoli quoque proxima.

¶ Mantinea, urbs Arcadiæ, in Peloponneſo. 25. milliaribus dictat à Megalopoli in Boream Argos versùs, 12. à Tegea, & 40. à Cleonis, ad Parthenii montis radices; ſed non inter Tegeam & Cleonas.

Mantini, populi Thraciæ, teſte Servio; quorum meminit Virgilius in Ceiri.

*Vos, O * Mantina ſi qui de gente venitis.*

(* Alii libri *matutina* habent.)

Mantinum, *la Baſtia*, oppidum Corſicæ primarium, *Ptol.* ubi ſedes eſt Præfecti Genuenſium, in ora ad ortum, inter Sacrum promontorium ad Boream 25. & Marianam ad meridiem 12. mill. paſſ. Sed Mantino, Mantinonis in obliquo, apud Ptolemæum legitur.

¶ Mantittur, Indiæ urbs intra Gangem, teſte Ptole*Strab.* mæo.

Liv. *Plin.* *& al.* Mantua, *Mantova*, urbs Galliæ Tranſpadanaæ, in Cenomanis, ad Mincium fluvium & lacum illam ambientem, & tutiſſimam ab hoſtili invaſione reddentem, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquilejenſi, inter Brixiam & Regium Lepidi in auſtrum vergens 36. mill. paſſ. ac inter Cremonam ad occaſum 40. & Ferrariam in ortum 50. à Verona 24. versùs Cremonam. Urbs Ducatus Mantuani caput, & ſedes Ducum, ampla, & antiquior Roma annis 300. Cremona & Placentia 800. à Manto nympha & vate, Tireſiæ vatis filia, nomen habens, De qua Virgilius ſuus civis libro 10. Æneidos:

Fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis
Qui muros, matriſque dedit tibi Mantua nomen.

¶ Mantua, M*antove* Gallis, urbs eſt magnifica, populoſa, & munitiſſima, anteàque dives; ſed anno 1619. capta fuit à Germanis & miſerè vaſtata; paulò poſt tamen reddita Duci ſuo è familia Gonzaga, in dies pul*Ptol.* chrior evadit. 18. milliaribus diſtat à Piſcaria in auſtrum, uti & 24. à Verona, 10. autem à Pado fluvio in Boream.

Mantua alter*a*, *Villa Manta*, urbs olim, nunc pagus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella nova, apud Madritum, Hiſpaniæ totius regiam, in Carpetanis, teſte Tarapha cum aliis; Mantua Carpetanorum ad prioris differentiam dicta. (*Vix 3. mill. paſſ. diſtat à Madrito.*)

¶ Mantuanus Ducatus, *Ducato di Montova* incolis, provincia eſt Italiæ, in Longobardia, versùs Padum fluvium, à quo bifariam ſcinditur. Terminatur ab oriente Ducatu Ferrarienſi, à ſeptentrione territoriis Veronenſi et Brixiano ditionis Venetæ, ab occidente agro Cremonenſi Ducatus Mediolanenſis, & à meridie Ducatu Mutinenſi & ditione Ducis Mirandulæ. Ejus primaria urbs eſt Mantua; ſed alia oppida ſunt parvi momenti. Ducatus Mantuani partes fuerant anteà Guardiſtalla, *Guaſtalla*, Sabuloneta, *Sabioneta*, Novellaria, *Novellara*, Bozolum, *Bozolo*, Caſtilio Stiveriarum, *Caſtiglione*, & Sulphurinum, *Solfarino*, cum aliqnot aliis locis. Sed nunc ab eo revulſa, propriis parent Principibus. Duci autem Mantuano ſubeſt maior pars *Ptol.* Ducatus Montisferrati, inter Pedemontium, Liguriam, & Ducatum Mediolanenſem.

Maocoſmos, (Vide Naſcos, ſic enim legitur in codice Græco) urbs Arabiæ felicis. *Ptol.*

Mapeta, *Copa*, teſte Mercatore cum aliis, urbs Sarmatiæ Aſianæ, apud Boſphorum Cimmerium, inter Geruſam urbem ad Boream & Cimmerium promontorium ad auſtrum, apud oſtia Varadani fluvii.

¶ Mopura, Indiæ urbs intra Gangem, teſte Ptolemæo.

¶ Marabina, Africæ oppidum, in Pentapoli regione, teſte Ptolemæo. *Arria.*

Maracanda, *Sanmarchand* vel *Samarchand*, teſte Pe- *Q. Cur.* tro Perondino cum Caſtaldo, urbs Sogdianæ primaria & ampla, ad Oxum fluvium, ultra Bactra in Cæciam 150. mill. paſſ. (Bactrianæ urbs Ptolemæo.)

¶ Maracanda, *Samarcand*, urbs alias Bactrianæ, in Sogdiana, nunc Tartariæ, in Zagataia ſeu Mauralnaharia regione. 100. mill. paſſ. diſtat ab Oxu fluvio in Boream. Emporium eſt celebre, & urbs ampla & regio totius Zagataiæ. Hinc ortus Tamerlanus Tartarorum Imperator celeberrimus, qui illam orvavit, et ibi Accademiam inſtituit.

¶ Maracaybus, *Lago de Maracaybo* Hiſpanis, lacus Americæ meridionalis, in Venezuela provincia, propè Corum urbem in ſinum Venezuelæ ſe exonerat.

¶ Maraclea, Phœniciæ urbs maritima, juxta Antaradum versùs ſeptentrionem, teſte Guillelmo Tyrio.

¶ Maranania, *l'Isle de Maragnan*, inſula Americæ, in parte Boreali Braſiliæ, ad oſtia Miarii fluvii, à qua provincia adiacens dicta fuit *Capitania de Meragnan*, Præfectura Maranañis. Ante 50. annos à Galiis culta fuit; ſed poſteà ab ipſis derelicta, Luſitanis paret cum tota Braſilia. Ibi arx S. Ludovici *S. Luis de le Maranhan*, locus inſulæ præcipuus, qui captus fue- *Vet.* rat à Batavis anno 1641. ſed poſteà à Luſitanis recu- *Trad.* peratus.

¶ Maranonius, M*aragnon*, fluvius ingens Americæ meridionalis, qui & *Xauxa* dictus, versùs fontes. Oritur in Peruviæ regno, ad radices Andium montium, è lacu *Chincacocha*; deinde plurimis auctus fluviis, in flumen Amazonum ſe exonerat, teſte Petro Texeira.

Marantium, *Ripamaranzi*, teſte Leandro, aliis *Pomaranzi*, oppidum Thuſciæ, in agro Volaterrano, ad Cecinam fluvium, à Volaterris ad 5. mill. paſſ. in auſtrum & Eurum diſtans.

¶ Marantium, *Marans*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia & Alnetenſi tractu, intra paludes, ad Separam Niortenſem. Diſtat 2. leucis ab ora Oceani *Ptol.* in ortum, 4. à Malleaco in occaſum, & totidem à *Mel.* Rupella in Cæciam; eſtque amplum et cultum, intra *& al.* paludes.

¶ Maraſdi, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Marata, *Marata*, regnum parvum Americæ ſeptentrionalis, versùs novum regnum Mexicanum et oram maris Purpurei, Sanſone teſte.

Marathon, M*aratona* Sophiano, & aliis M*araſon*, oppidum Atticæ, inter Athenas et oram littoream ad ortum, ab Athenis 10. mill. paſſ. teſte Æmilio Probo. Hic Perſæ à Græcis, Miltiade Duce, ſuperati, centum millibus cæſis; qui Dux poſteà in vinculis afflictus obiit, teſte Aulo Gellio libro 17. capite 21. Ejus meminit Ovidius libro 7. Metamorpoſeon de tauro Marathonio à Theſeo interfecto:

Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri.

¶ Marathon, M*arathona*, oppidum Atticæ, versùs oram Euripi, 35. mill. paſſ. diſtans ab Athenis in Cæciam. Nunc tantùm vicus eſt parvus, ſub dominio Turcararum.

¶ Marathonia, Thraciæ oppidum, haud procul ab Abdera, teſte Stephano. *Strab.*

Marathos, M*argath* Moletio & Olivario, urbs Sy- *Mel.* riæ, apud oram & Phœnicis confinia, Balaneis proxi- *Ptol.* ma, & Tripoli; quæ etiam M*alatia* aliis, teſte Moletio, dicitur.

Marathuſſa, inſula parva maris Ægæi, Ioniæ adjacens, ante Clazomenas, ſic à fæniculi copia appellata.

Marburgum, ſeu Martisburgum, *Marpurg*; urbs Ger- *Plin.* maniæ. Vide Amaſia, (*& Martisburgum.*) *Steph.*

¶ Marca Hiſpanica dicebatur ævo Ludovici Pii & Caroli & ſequentibus temporibus ea regio quæ hodie Catalo-

nia

nia dicitur. Ea de cauſa vir Illuſtriſſimus Petrus de Marca Pariſienſis Archiepiſcopus titulum fecit libro in quo tractat de rebus Cataloniæ et circumjacentium regionum, qui nondum prodiit in lucem.

¶ Marcana, ſeu Mercana, *Marcana*, urbecula Dalmatiæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Raguſino; et ei perpetuò unitus eſt epiſcopatus Tribunenſis. Vrbs ante Mercana ſita erat in inſula maris Adriatici, circuitus tantùm 4. mill. ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ; ſed nunc in ruderibus jacet, vix tres aut quatuor domos habens.

Marcelliana, locus Lucaniæ, apud Atinam oppidum, teſte Celſo Cittadino, inter Calorem et Cæſarianam.

Marchenium, vulgò *Rexburg*, oppidum Scotiæ, in ejus et Angliæ confinio, non obſcurum; quod veteribus Alta ripa dictum putatur, nunc Scotis, nunc Anglis parens.

¶ Marchia, quæ et Marchia quibuſdam, *Merche*, provincia eſt parva Scotiæ auſtralis, in confinio Angliæ, à qua ſeparatur Tuveda fluvio. Ejus præcipua urbs fuit Bervicum, nunc Angliæ contributa. Habet ad ortum mare Germanicum, ad ſeptentrionem Lothianam, ad occaſum Tuveoticam, et ad auſtrum Northumbriam Angliæ provinciam.

¶ Marchia, *la Marche*, quæ etiam *la Marche de Limoſin* dicitur, provincia eſt Galliæ, in Aquitania, eſtque pars ſeptentrionalis Lemovicenſis provinciæ quibuſdam, quanquam revera provinciam ſeparatam faciat. Habet ad Boream Bituricenſem Ducatum, et ad occaſum Pictavenſem. Dividitur in ſuperiorem, cujus caput Gueretum, *Gueret*, & inferiorem, cujus caput eſt Oratorium, *le Dorat* vulgò.

¶ Marchia, *la Mark*, provincia eſt Germaniæ, in Weſtphalia, ſub dominio Electoris Brandeburgici, cui obvenit ex hæreditate Juliacenſi. Ibi oppidum primarium Hamum, ad Luppiam fluvium. A ſeptentrione terminatur ditione Monaſterienſi, ab ortu Ducatu Weſtphaliæ, à meridie & ab occidente Montenſi Ducatu.

¶ Marchia, *Marck*, caſtrum Germaniæ, in Marchia provincia; unde regioni nomen, ad Luppiam fluvium, & propè Hamum oppidum, medium ferè inter Luppiam oppidum ad ortum et Tremoniam ad occaſum, 5. leucis diſtans, in Weſtphalia.

¶ Marchia Anconitana, quæ Piceni maxima pars *la Marca d'Ancona*, provincia eſt ampla ditionis Pontificiæ. Terminatur à ſeptentrione mari Adriatico, ab oriente Ducatu Urbinatenſi, ab occidente Aprutio ulteriori, à quo ſeparatur Truento fluvio, & à meridie dividitur ab Umbria monte Apennino. Ejus urbs præcipua eſt Ancona, provinciæ caput.

Marchia Anconitana urbes precipue:
Æſis, Ieſi.
Ancona, Ancona.
Aſculum, Aſcoli.
Auximum, Oſimo.
Camerinum, Camerino.
Firmum, Fermo.
Lauretum, Loreto.
Macerata, Macerata.

¶ Marchia Brandeburgica, *la Marck* ſeu *Marquiſat de Brandebourg*, provincia Germaniæ, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Triplex eſt, nempè vetus Marchia ſeu ſuperior ad occaſum, vulgò *Alte Marck*, cujus præcipua Tangermunda; nova Marchia, *nevv Marck*, ad ortum, cujus caput Cuſtrinum, ad confluentes Wartæ in Oderam; & media Marchia, *Mittel Marck*, quæ in medio duarum, et aliis major, cujus primaria Berlinum, ad Spreham fluvium, ubi Electoris ſedes. Tota autem Marchia eſt in Saxonia ſuperiori, ab ortu in occaſum extenſa, inter Pomeraniam et Ducatum Megalopolitanum ad Boream, et Saxoniæ Ducatum Luſatiamque ad auſtrum.

(*Marchia Brandeburgica urbes*:
Berlinum, Berlin.
Brandeburgum, Brandebourg.
Cuſtrinum, Cuſtrin.
Drieſa, Drieſen.
Francofurtum ad Oderam, Francfort ſur l'Oder.
Gardelebia, Gardeleben.
Havelberga, Havelberg.
Lanſperga, Lendſperg.
Lubuſa, Lubus.
Rapinum, Rapin.
Ratzenovia, Ratzenovv.
Spandavia, Spandavv.
Stendela, Stendel.
Tangermunda, Tangermund.)

¶ Marchia Tarviſina, *la Marca Trevigiana*, provincia eſt ampla Italiæ ſub dominio Reipublicæ Venetæ, alias amplior, nunc autem continet territoria Tarviſinum, Cadorinum, Bellunenſe, & Feltrinum, inter provinciam Foro-Julii ad ortum & territoria Vicentinum & Tridentinum ad occaſum. Ejus primaria urbs eſt Tarviſium.

¶ Marchiofinni populi Scandiæ fuere, versùs Rubeam promontorium, ubi nunc Lapponia Norvvegica ſeu Præfectura Wardhuſia, in parte Borealiori Norvegiæ, & tractus Finmarchia. *Vib. ſeq.*

Marcia, & Marciana colonia, *Marchena* Cluſio & aliis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, clarum, inter Hiſpalim 8. & Vrſonem 4. leucis, ab Aſtigi 6. in Notolibycum.

Marciana caſtra Ammiano, *Marburg* Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Stiria, ad Saum fluvium, à Pætovio 4. leucis in occaſum, inter Celeiam 8. & Græcium in Boream 6. *Plut.* *Liv.*

Marcium, mons Latii, circa Lanuvium, ab urbe Roma 200. ſtadiis teſte Diodoro.

Marcius ſaltus, Liguriæ, in Hetruriæ confinio, apud Apuam, ubi Q. Marcius à Liguribus circumventus eſt, teſte Livio. *Ptol.*

Marcodava, *Marcoſzeck & Margoſeſt*, teſte Lazio, urbs Daciæ, in Moldavia, à Succidava, ſive Soczavia, Principis ſede, 8. leucis in Euronotum, *Tac.*

Marcodurum, *Duren*, Divæo & Rhenano teſtibus, urbs Germaniæ inferioris, in Ducatu Iuliacenſi, inter Coloniam & Aquiſgranum 5. leucis, à Juliaco 2. in meridiem & Eurum, (*ad Ruram fluvium.*)

Marcomagum, vicus Germaniæ inferioris, in Eyffalia regione inter Treviros & Coloniam Agrippinam, ubi erat Legio 28. inter Egorigium & Tolpiam, ab Egorigio 18. mill. paſſ. Locus nunc apud *Arenberg*. *Ant.*

¶ Marcomagum, ſeu Marcomagus, oppidulum fuit Ubiorum, ubi nunc caſtrum *Steinfeldt*, propè fontes Ruræ fluvii, in Eyffalia provincia. Vix 2. leucis ab Arenberga in occaſum diſtat, inter Tolbiacum ad Arctos & Egorigium in auſtrum, ſeu inter ditiones Juliacenſem & Trevirenſem.

* Marcomanni, populi Germaniæ quorum regio Marcomannia à Capitolino nominatur, nunc *Marck*, tractus in Moraviæ Auſtriæque confinio, ad fluvium cognominem, inter Viennam & Olmucium occurrens; aliis *Merhern* eſt, ipſa Moravia. Marahenſes hi populi Rheginoni, Marcomanes Claudiano de laudibus Stiliconis lib. 1. *Ptol. Dion. Pater. & l.*

Marcomanes, ſenſuque docet; quorum alter Hetruſcum
Pertulit exilium.

(Alii legunt *Marcomeres Sonnòque docet*, ut ſint nomina propria virorum.) Statius libro 3. ſylv. carm. 3.

Quæ modo Marcomades poſt horrida bella, vagoſque
Sauromatas.

(* In manuſcripto Seldeni ſcribuntur Μαρκομανοί.)

¶ Marcomanni populi fuere ubi poſteà Bohemia propria, vulgò *la Boheme*, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus. Horum regia fuit Marobodum.

¶ Marcpurgum, *Marckpurg*, urbs Germaniæ, in Stiria provincia, ad Dravum fluvium, quibuſdam eſt Marciana caſtra antiquorum, in Pannonia ſuperiori.

Marde, *Merdino*, teſte Onuphrio, ſeu *Mirdin*, teſte Barbaro, urbs Meſopotamiæ archiepiſcopalis & præclara, ad Tigrim fluvium, in Aſſyriæ confinio, ab Amida 50. mill. paſſ. plus minùs in Cæciam, in via quæ Tabreſium ducit: Mirduum Procopio. *Herod.* *Ptol.*

Mardi, populi Aſiæ, in Armeniæ & Mediæ confinio Straboni & Ptolemæo, qui etiam in Hyrcania à Strabone deſcribuntur, ab Herodoto in Perſide, à Plinio in Sarmatiæ Aſianæ ora, ad Euxinum mare, à quo & in Suſiana locantur.

Mardus, fluvius Mediæ, per Mardos populos fluens, ac in mare Caſpium haud procul à Cyropoli urbe labens, qui *Seri* à Moletio indigitatur: Sed hic potiùs Cyrus fluvius ejuſdem oræ videtur. Illum per Apyros populos (qui Mardis finitimi ſunt) fluere ſcribit Dionyſ. Afer. *Ptol.* *Dion.*

Et prope ſunt Mardi, ſequiturque Hyrcania pubes; *Ptol.*
Hinc Apyri, per quos Mardus devolvitur amnis. *Dion.*

¶ Mare, Gallis *la mer*, Hiſpanis *la mar*, Italis *il mare*, Germanis *die zèe* ſeu *meere*, Anglis *The ſea*, Ruſſis *Moore*, dividitur in Exterius & Interius.

Mare exterius propriè dicitur Oceanus, *l'Ocean*, et in quatuor partes ab omnibus diſpeſcitur in orbe antiquis cognito. Quà ſpectat ortum, vocatur Eous ſeu Orientalis *Ocean Oriental* ſeu *Indien*, et à quibuſdam *mer de la Chine*, quà occaſum, Occidentalis ſeu Atlanticus, *Ocean Occidental ou Atlantique*, ad Boream, Septentrionalis ſeu Scythicus, *Ocean Septentrional*, *Glacial*, *ou de Tartarie*; ad meridiem, Auſtralis ſeu Æthiopicus, *Ocean Meridional ou Ethiopien*. Mare autem exterius in orbe novo, ſeu meliùs in ea parte orbis recens detecta & in America, duplex eſt, nempè mare Boreale, *mer du Nort*, versùs partem ſeptentrionalem & orientalem; & mare Auſtrinum ſeu Pacificum, *mer du Sud ou mer Pacifique*, versùs partem meridionalem & occidentalem Americæ: & pro diverſitate regionum quas alluit, varia deinde

Strab. & al. omnib. ſortitur nomina, de quibus poſteà.

Mare interius multiplex eſt, nempè mare Mediterraneum, quod propriè etiam mare Internum dicitur, *la mer Mediterranèe*, & ejus plurimæ ſunt partes; mare Balticum, *la mer Baltique*, mare Caſpium ſeu Hyrcanum, *la mer de Bacu*, Pontus Euxinus, *la mer Noire*, ſinus Arabicus, *la mer Rouge* ſeu *la mer de la Mecque*, ſinus Perſicus, *Golfe de Perſe* ſeu *mer d'Elcatif*, mare Album ſeu ſinus Grandvicenſis, *la mer Blanche*, & Mæotis palus, *mer de Zabacche ſeu de la Tana*: Et hæc ſunt maria interna orbis antiquis cogniti. Mare Mortuum enim veriùs eſt lacus quàm mare, uti mare

Euſta. Galilææ. In America autem eſt tantùm mare Purpureum, *la mer Vermeille*, inter novam Hiſpaniam & Californiam inſulam; cùm nondum conſtet quid ſint partes Oceani versùs terras Arcticas & ſinum Hudſonium.

Mare Ægæum, inter Græciam & Aſiam, *l'Archipelago*.

¶ Mare Ægæum, vulgò *l'Archipel* ſeu *l'Achipelague* Gallis, *Archipelago* Italis & Hiſpanis, *Acdeniz* Turcis, pars eſt maris Mediterranei, inter Aſiam minorem ad ortum, Thraciam ad Boream, Macedoniam & Græciam ad occaſum, & Cretam inſulam ad meridiem; eſtque quamplurimis inſulis ſparſum. Ejus partes ſunt mare Creticum, mare Græcum, mare Icarium, Macedonicum, Myrtoum, & Æolium.

Mare Ægyptium, quod Ægyptum alluit, & Marmaricam, Cyprium uſque extenſum.

¶ Mare Ægyptium pars eſt maris Mediterranei & ſinus Sattalici, ut ajunt. Alluit oram Borealem Ægypti & Marmaricæ; extenditurque ad partem auſtralem Cypri inſulæ, uti etiam Cretæ. Vulgò *mer d'Egypte* dicitur; extenditurque à Peluſio ad Axillam villam.

Mare Æolium, quod & Myſium, Æolidem regionem alluens.

¶ Mare Æolium pars eſt maris Ægæi, in ora Aſiæ minoris; & *mer de Smirne* ſeu etiam *Golfe de Smirne* dicitur à nautis.

Ptol. Mare Æthiopicum, quod Libyam & Æthiopiam ad occaſum alluit.

¶ Mare Æthiopicum, ſeu Oceanus Æthiopicus, *l'Ocean Ethiopien*, ſeu *mer d'Ethiopie*, pars eſt perampla Oceani, versùs partem auſtralem Africæ, tam ad ortum Æthiopiæ latè ſumptæ quàm ad occaſum. Ejus partes ſunt mare Congienſe, *mer de Congo*, mare Cafrorum, *mer des Caffres*, & mare Zanguebariæ, *la mer de Zanguebar*, alias Barbaricus ſinus.

Mare Africum, *de Barbarie*, Africam propriam & Mauritaniam alluens, Siciliam & Sardiniam uſque.

¶ Mare Africum extenditur inter Melitam, Syrtim minorem, & Siciliam ad ortum, et inter partem auſtralem Sardiniæ & Ampſagæ fluvii oſtia, Africam propriam & Byzacenam alluens cum minuta parte Mauritaniæ Cæſarienſis; nuncque *mer de Tunis & de Tripoli* vulgò dicitur.

¶ Mare Album, *Bella More* Moſcis, dicitur aliter ſinus Grandvicus, Germanis *Wittezèe*, Gallis *mer Blanche*, pars eſt Oceani Septentrionalis, terras ſubiens inter Duinam Moſcoviæ provinciam ad ortum,

Sol. & Lapponiam Moſcoviticam ad occaſum, per 250. mill. paſſ. ejuſque emporium præcipuum eſt Arcangelopolis.

¶ Mare Almachium dicitur aliter mare Scythicum. Vide ibi.

¶ Mare Anchidolium, *mer de l'Anchidol*, pars Oceani Orientalis. A Java inſula ad terram Auſtralem porrigitur, versùs novam Hollandiam & Carpentariam regionem. Mel.

Mare Aquitanicum, Galliam alluens ad occaſum.

¶ Mare Aquitanicum, *mer de Guienne* ſeu *de Gaſcogne*, pars eſt Oceani Gallici, inter Britanniam minorem ad Boream & oram Cantabriæ ad meridiem; alluitque Britanniam, Pictavenſem provinciam, Santoniam, & Vaſconiam latè ſumptam. Sol. Plin.

Mare Argolicum, idem cùm ſinu Argolico. Sol.

Mare Aſiaticum, generaliter Aſiam alluens propriè dictam.

¶ Mare Aſiaticum propriè alluit Aſiam minorem ad meridiem, vulgò *mer de Caramanie & de Rhodes*. Ejus partes ſunt mare Lycium, mare Pamphylium, mare Cilicium, & mare Carpathium. Plin.

Mare Atlanticum, Africam alluens ad occaſum à freto ad Cornu Heſperii.

¶ Mare Atlanticum, *la mer Atlantique*, pars eſt perampla Oceani; unde dicitur etiam Oceanus Occidentalis: quod Africam alluit ad occaſum, inter Artabrum Hiſpaniæ promontorium ad Boream, & promontorium Leonis versùs Guineam ad meridiem; extenditurque etiam ad Gorgades inſulas. Plin.

Mare Auſonium, quod Brutios & magnam Græciam alluit ad ortum.

¶ Mare Auſonium pars eſt maris Jonii. Siciliam alluit ad ortum, uti Brutios & magnam Græciam ad orientem et ad meridiem. Dictum fuit poſteà Siculum; & à quibuſdam extenditur à Sicilia Peloponneſum uſque.

¶ Mare Auſtrinum, *mer du Sud* Gallis, *mar del Zur* Hiſpanis, quod etiam mare Pacificum dicitur, partem auſtralem novæ Hiſpaniæ alluit ad Boream, & partem occidentalem Americæ meridionalis ad ortum uti & novam Zelandiam ad occaſum. Sic dictum fuit quòd ad auſtrum ſit reſpectu maris Borealis. Ejus partes ſunt mare Californiæ, mare Auſtrinum propriè dictum, in ora meridionali novæ Hiſpaniæ, mare Peruvianum, & mare Chilenſe. Plin.

¶ Mare Auſtrinum, *Zuider zèe*, ſinus Oceani Germanici, in Belgio, inter Friſiam occidentalem, Tranſiſalaniam, Gueldriam inferiorem, & Hollandiam extenſus. Dicitur à Gallis *mer du Sud*; aliàſque fuit Flevo lacus. Extenditur à ſeptentrione in meridiem, & rigat urbes Amſterodamum, Enchuſam, Hardervicum, Hornam, & Campos in Belgio unito, uti etiam plurima oppida. Ptol. Sol.

Mare Azanium, *Golfe de Melinde*, alluens Aethiopiam ad ortum.

¶ Mare Azanium pars eſt Oceani Æthiopici, in ora orientali Africæ, inter Aromata promontorium & Magadoxum. Nunc *mer d'Ayan* dicitur à multis, ſeu etiam *partie ſeptentrionale de la mer de Zanguebar*.

Mare Balearicum, idem Iberico, Hiſpaniam alluens ad ortum, *Mar di Majorica e di Minorica*.

¶ Mare Balearicum, *mar de Mallorca* Hiſpanis, *mer de Majorque* Gallis, pars eſt maris Iberici, in Mediterraneo, versùs Baleares inſulas, & à Charidemo promontorio Barcinonem uſque, in ora Hiſpaniæ.

Mare Balticum *Beltz*, inter Germaniam & Scandinaviam. Xenop.

¶ Mare Balticum, aliàs Codanus ſinus, et Svevicum mare, nunc *Ooſtzèe* ſeu *die Belt* Germanis, *mer Baltique* Gallis, latè inter Danim, Sveciam, Ruſſiam magnam, Poloniam, et Germaniam extenditur; et ejus partes præcipuæ ſunt Venedicum mare, ſinuſq; Bothnicus et Finnicus.

Mare Barbaricum, alluens Aethiopiam ſub Aegypto ad ortum.

¶ Mare Barbaricum ſeu Aſperum, & Barbaricus ſinus, pars eſt Oceani Æthiopici, inter oram orientalem Æthiopiæ, et Menuthiam inſulam; & vulgò *mer de Zanguebar* dicitur à regione adjacente. Ptol.

¶ Mare Boreale, *Noort zèe* Belgis, *mer de Nort* Gallis, *mar del Norte* Hiſpanis, pars [illegible]mpla Oceani, Americam ſeptentrionalem alluens cum parte Boreali Americæ meridionalis; & ejus partes ſunt ſinus Mexicanus, mare Braſilicum, & mare novæ Franciæ.

Mare Boſphoricum, idem cum Cimmerio. Sol.

¶ Mare Braſilium, *mer du Breſil*, pars eſt maris Borealis, versùs oram Braſiliæ regionis, in America meridionali.

Ma-

Mare Britannicum, *het Canael*, inter Britanniam & Galliam.

¶ Mare Britannicum, *le Manche* Gallis, *The British Sea* Anglis, *het Canael* Belgis, mare eſt inter Galliam & Angliam, nempè a Gobæo & Antiveſtæo promontoriis Britanniæ minoris & Cornubiæ ad Fretum Gallicum.

Mare Caledonium, quod Scotiam alluit.

¶ Mare Caledonium ſeu Deucaledonius Oceanus apud Anglos nomen retinet, *The Deucalidon Sea*, & Borealem partem Hiberniæ, ac occidentalem & ſeptentrionalem Scotiæ lavat, ad Islandiam uſque percurrens.

Mare Cantabricum, Hiſpaniam ad Arctos alluens.

¶ Mare Cantabricum vulgò *mer de Biſcaye* dicitur; extenditurque à confinio Aquitaniæ ad promontorium Artabrum, in Gallæcia.

Mare Carpathium, quod & Aſiaticum, à Telmeſſo incipiens, teſte Plinio, Cretam uſque.

¶ Mare Carpathium, *mer de Scarpanto*, pars eſt maris Aſiatici, versùs Carpathum inſulam.

Mare Caſpium, idem Hyrcano, *Mare di Bachu*, Albaniam, Mediam, Hyrcaniam, Margianam, Sogdianam, Scythiamque alluens.

¶ Mare Caſpium dicitur nunc *mer de Sala* ſeu *mer de Baccu*, & ab aliis *de Chouvarezem* & *de Tabriſtan*, Ruſſis autem *Gualentza moore*, & à reliquis maribus omnino ſeparatum eſt. Vide Hyrcanum mare.

Mare Cilicium, Ciliciam alluens, idem ferè ſinui Iſſico.

¶ *M*are Cilicium pars eſt maris Aſiatici, & nunc *mer de Caramanie* dicitur, ſeu etiam *Golfe de Satalie* à quibuſdam.

Mare Cimbricum, quod Cherſoneſum Cimbricam alluit, *mer de Danemarch*.

¶ Mare Cimbricum Cherſoneſum Cimbricam alluit ad occaſum, & vulgò *weſtzòe* dicitur; eſtque pars Oceani Germanici.

Mare Cimmerium, pars Euxini circa Boſporum Cimmerium.

Mare Congelatum, idem Cronio & Glaciali, Scandinaviam alluens.

¶ Mare Congelatum, *la mer Glaciale*. Dictum fuit etiam Almachium; eſtque pars Oceani Septentrionalis.

Mare Creticum, inter Cretam, Pamphyliam, & Aegyptum; atque inter Cretam & Peloponneſum.

¶ Mare Creticum, vulgò *mer de Candie*, pars eſt maris Ægæi, versùs oram Borealem Cretæ inſulæ, atque inter Samonium promontorium Cretæ, & Tænarium promontorium Peloponneſi.

Mare Cronium, idem Glaciali, ultra Thulen, *di Groenlandia*, Scandinaviam alluens ad occidentem & Boream.

¶ Mare Cronium ſeu Concretum, nunc *mer de Petzorke* ſeu *mer Glaciale* Gallis, *Mourmanskoy more* Ruſſis, pars eſt Oceani Septentrionalis, & porrigitur à freto Veigatio ad promontorium Boreale.

Mare Cyprium, quod Cyprum alluit, ad ortum idem Syrio, ad meridiem idem Aegyptio & Libyco, ad Boream idem Pamphylio & Cilicio.

¶ Mare Cyprium, *mer de Cypre* ſeu *mer de Levant* Gallis, *mare di Cipro* Italis, pars eſt maris Mediterranei, versùs Cyprum inſulam, & inter Ciliciam & Syriam.

Mare Dalmaticum, pars Illyrici, Dalmatiam alluens.

¶ Mare Dalmaticum, *mare di Dalmatia* Italis, *mer de Dalmatie* Gallis, pars eſt maris Adriatici ſeu ſinus Veneti; ſed aliàs ipſum mare Adriaticum dictum fuit Dalmaticum mare poſt declinationem Imperii.

¶ Mare Dulce, *la mer Douce*, lacus eſt maximus Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia. Dicitur aliter *lac Karegnondi*, eſtque ad occaſum novæ Franciæ extenſus versùs lacum ſuperiorem. Sed vix ejus ora littoralis luſtrata fuit à Gallis.

Mare Eoum, Sinas & Seras alluens.

¶ Mare Eoum, ſeu Oceanus Eous, et Orientalis, *l'Ocean Oriental*, aliter *mer de la Chine & du Iapon* dicitur; eſtque pars ampla Oceani versùs Iaponiam et Sinas, inſulaſque Philippinas.

Mare Erythræum, idem cum ſinu Arabico.

¶ Mare Erythræum ſeu Rubrum, aliter Arabicus ſinus, exrenditur inter Arabiam ad ortum et Troglodicicam et Ægyptum ad occaſum; et nunc *mer Rouge & mer de la Mecque* dicitur à Gallis, *mare Roſſo* ab Italis, Sed mare Rubrum aliis pars eſt Oceani inter ſinus Perſicum et Arabicum; nuncq; Oceanus Arabicus *mer d'Arabie* vocatur. Plin.

Mare Euboicum, inter Eubœam et Achaiam, pars Græcienſis. Strab.

¶ Mare Euboicum vulgò *mer de Negropont* dicitur; eſtque pars Ægæi maris. & al.

Mare Euxinum, *Mar Maggiore* & *Mar Negro*, inter Europam et Aſiam, utramque Sarmatiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, et Colchidem alluens.

¶ Mare Euxinum ab aliis meliùs dicitur Pontus Euxinus, vulgò *mer Noire* & *mer Major* Gallis, *mare Maggiore* Italis, *Schuvartz zee* Germanis, *Mauro Thalaſſa* Græcis, *Caradeniſi* Turcis, et *Zorno more* Ruſſis.

¶ Mare Galilææ, mare ſeu ſtagnum Tiberiadis, dictum Galilææ à Galilæa regione vicina; mare Tiberiadis Plin.
ab urbe Tiberiade; quæ ab Herode Tetrarcha ampliata, in honorem Tiberii Cæſaris ſic appellata eſt: unde et mare proximum cui inſidet, ab ipſa nomen accepit. Maris hujus longitudo eſt 15. aut 20. mill. paſſ. latitudo 8. aut 10. interfluente Jordane totum amœnis circum- Plin.
datum oppidis, Bethſaida, Capharnao, et Corozaim à ſeptentrione, Geraſa, Gamala, Gadara ab oriente, Bethſan ſive Scytopoli à meridie, Tirachæa, Tiberiade, & Iotapata ab occidente.

*M*are Gallicum, Galliam ad meridiem alluens, inter Plin.
Ibericum et Liguſticum.

¶ Mare Gallicum, *mer de Provence*, & *Golfe de Lyon* vulgò dicitur; alluitque Galliam Narbonenſem.

Mare Germanicum, quod Germaniam alluit ad oc- Plin.
caſum & ſeptentrionem & Albionem ad ortum.

¶ Mare Germanicum, *mer d'Allemagne* Gallis, *Weſtzee* Germanis, *The German Sea* Anglis, extenditur à Plin.
freto Gallico ad promontorium Boreale, in Norvegia ſeptentrionali; eſtque pars Oceani Septentrionalis.

Mare Glaciale, idem Cronio & Congelato, Scandinaviam alluens ad Boream, (*mer Septentrionale & Glaciale*.)

Mare Græcum & Græcienſe, Græciam alluens, pars Ægæi (*Mer de Grece* vulgò dicitur.)

Mare Hadriaticum, idem cum Supero, (*mar di Venetia*.) Ptol.

¶ Mare Hadriaticum, ſeu Adriaticum, quod & Superum, dicitur aliter ſinus Venetus, *Golfe de Veniſe & mer Adriatique* Gallis, *Golfo di Venetia & mare Adriatico* Italis, pars eſt maris Mediterranei, inter Græ- Strab.
ciam & Illyricum ad ortum, & Italiam ad occaſum. Plin.
Ab antiquis etiam Illyricum mare dictum fuit & Illyricus ſinus.

Mare Heſperium, quod Africam ad occaſum poſt Ptol.
Atlanticum alluit.

¶ Mare Heſperium pars eſt ampla Oceani Æthiopici, Ptol.
inter Æthiopicum proprium & Atlanticum, versùs oram Guineæ; & vulgò *mer de Guinèe* dicitur.

Mare Helleſponticum, & Helleſpontus, inter Cherroneſum Thraciæ & Myſiam Aſiæ, *Stretto di Gallipoli* (Italis, *deſtroit de Gallipoli & bouches des Dardanelles* Gallis.)

Mare Hibernicum, inter Hiberniam & Britanniam,

¶ Mare Hibernicum, *mer d'Irlande* Gallis, *The Irish Sea* Anglis, Mor *Verridh* Vallenſi Idiomate, Angliam Plin.
& Hiberniam interluit, & ad Silurum inſulas promovetur; ſicque complectitur ſinum S. Georgii, *la Manche* ſeu *le Canal de S. George*, ad Sabrinæ æſtuarium, inter Valliam meridionalem & Cornubiam.

Mare Hyrcanum, idem quod Caſpium.

Mare Hyperboreum, Sarmatico idem, Sarmatiam ad Ptol.
ſeptentrionem alluens.

¶ Mare Hyperboreum pars eſt Oceani Septentrionalis ſeu Glacialis; & nunc *mer de Moſcovie* & *mer de Tartarie* dicitur.

Mare Ibericum, idem Balearico.

¶ Mare Ibericum pars eſt maris Mediterranei; & Ptol.
vulgò *mer d'Eſpagne* dicitur. Extenditur autem à freto Herculeo ad Charidemum promontorium.

Mare Icarium, pars Ægæi, Joniam alluens.

¶ Mare Icarium, nunc *mer de Nicari*, pars eſt Ægæi maris, versùs Icariam inſulam & oram Ioniæ, in Aſia minori.

Mare Illyricum, pars Adriatici, Illyricum alluens.

¶ Mare Illyricum, *mer de Dalmatie*, pars eſt maris Mel.
Adriatici, versùs Dalmatiam & Liburniam. Sed aliàs

mare Adriaticum dictum fuit etiam mare Illyricum & ſinus Illyricus.

Mare Indicum, Aſiam à ſinu Perſico uſque ad Eoum alluens.

Mel. Ptol. ¶ Mare Indicum pars eſt perampla Oceani, quæ à multis ſub Oceano Orientali ſeu Eoo comprehenditur, ab aliis autem ſub Meridionali; vulgò *la mer des Indes & Ocean Indien* Gallis, *mar de las Indias* Luſitanis; eſtq; versùs Indiam propriam. Ejus partes ſunt mare Malabariæ, *la mer de Malabar*, ſinus Gangeticus, *le Golfe de Bengala*, ſinus Magnus, & Archipelagus Maldivarum cum aliis.

Cic. Mare Inferum, idem Tyrrheno & Thuſco.

Plin. Mare Internum, idem quod Mediterraneum.

Flore. Mare Inteſtinum, idem quod Mediterraneum.

Plin. Ptol. Mare Ionium, Macedoniam ad occaſum cum Epiro & Peloponneſo ad occaſum alluens.

¶ Mare Ionium extenditur inter Epirum Peloponneſumq; ad ortum, & Magnam Græciam Siciliamque ad occaſum. Pars eſt maris Mediterranei & vulgò *mare Ionio* dicitur ab Italis. Ejus pars eſt mare Auſonium

Ptol. ſeu Siculum.

Mare Libycum, Cyrenem & Marmaricam alluens, ac totam Africam ad Boream, Cretam uſque.

¶ Mare Libycum nunc *mer d'Afrique & mer de Tripoli* dicitur; eſtque inter Cyrenaicum ad ortum & Syrtim minorem ad occaſum, in mari Mediterraneo.

Mare Liguſticum, *mar Leone*, & *mar di Genova*, inter Varum & Macram, Corſicam uſque.

Plin. ¶ Mare Liguſticum, *mer de Genes* Gallis, pars eſt maris Mediterranei, inter Liguriam & Corſicam; ſed differt à mari Leonino, quod pars eſt maris Gallici.

Mare Lycium, Lyciam alluens.

¶ Mare Lycium pars eſt maris Aſiatici, & nunc eſt *mer de Caramanie* ex parte.

Mare Macedonicum, pars Ægæi, Macedoniam ad

Ptol. ortum alluens. (*Mer de Macedoine* dicitur.)

¶ Mare Magellanicum, *mer Magellanique*, pars eſt maris Borealis, inter fluvium Argenteum & fretum Magellanicum; & versùs Magellanicam regionem, in America meridionali, & pars etiam maris Pacifici,

Plin. versùs partem occidentalem Terræ Ignium & Magellanicæ.

¶ Mare Magnum, quod & Occidentale & noviſſimum, & mare ſimpliciter vocatur in ſacris paginis: hoc mare Latini Græcique ſcriptores vocant mare Interius, & mare Mediterraneum, quod Europam, Aſiam, & Afri-

Plin. & al cam interluit.

Mare Mediterraneum, ab Oceano freto Herculeo diſtinctum, in plura diviſum, & à terris quas alluit nominatum.

¶ Mare mediterraneum, *la mer Mediterranée* Gallis, *mare mediterraneo* Italis, inter Europam, Aſiam, &

Sol. Africam extenditur, inter Syriam ad ortum, & fretum

Ptol. Herculeum ad occaſum, & à variis variè dividitur. Ejus partes præcipuæ nunc ſunt mare Ægæum, mare Tyrrhenum, mare Adriaticum, mare Ionium, ſinus Leoninus, ſinus Attalicus, & mare Africum.

¶ Mare Mexicanum, *mer de Mexique*, pars maris Borealis, versùs novam Hiſpaniam. Veriùs eſt ſinus ampliſſimus. Vide ſinus Mexicanus.

¶ Mare mortuum, quod & mare Salis, mare Salſiſſimum, & mare Deſerti, & Solitudinis dicitur, teſte Sanſone. Ibi aliàs Vallis ſylveſtris. Ab omnibus Græcis

Liv. Latiniſque ſcriptoribus vocatur Aſphaltites lacus, propter bituminis copiam; quod certo anni tempore ejicit.

Mare Myrtoum, pars Ægæi, Cariam ad occaſum alluens & Atticam.

¶ Mare Myrtoum quibuſdam eſt *mer de Mandria*, ſed longè diſtat ab Attica in ortum.

Mare Noſtrum, idem quod Mediterraneum.

Mare Pacificum, *mar Pacifico* Hiſpanis, *mer Pacifique* Gallis, novam Hiſpaniam, & Peruviam alluens. Idem eſt quod Mare Auſtrinum; ſed latiùs extenditur, nempè uſque ad Terras Auſtrales, novam Gui-

Ptol. neam, & Archipelagum S. Lazari, versùs mare Indicum.

Mare Pamphylium, Pamphyliam alluens, Cyprum uſque extenſum, (*mer de Caramanie* ex parte.)

Plin. Mare Perſicum, idem cum ſinu Perſico.

¶ Mare Perſicum, ſeu ſinus Perſicus, nunc *Golfe de Perſe*, ſeu *mer d'Elcatif*, & *Golfe de Baſſora*. Extenditur inter Perſiam, & Arabiam,

¶ Mare Phaſianum, pars Ponti Euxini ad ortum, versùs oram Colchidis, & oſtia Phaſis fluvii.

Mare Phœnicium, Phœniciam alluens. Ptol.

¶ Mare Phœnicium, idem quod Syrium, *mer de Sourie* dicitur. Sol.

Mare Pontus dictum, idem quod Euxinum, (*mer Noire.*)

Mare quod Propontis, * *Braccio di S. Giorgio*, inter Helleſpontum & Euxinum. (* Ita potiùs ipſe Helleſpontus vocatur.) Strab.

¶ Mare quod Propontis, ſeu meliùs Propontidis, nunc dicitur *mer de Marmora*; eſtque inter Bithyniam, & Thraciam. Strab. Ptol.

¶ Mare Purpureum, *mer Vermeille* Gallis, *mar Vermeio* Hiſpanis, eſt in America ſeptentrionali, inter novum regnum Mexicanum ad ortum, & Californiam inſulam ad occaſum.

Mare Rhodium, inter Rhodum & Cariam, illam alluens ad meridiem.

¶ Mare Rhodium, *mer de Rhodes* Gallis, *mare di Rhodi* Italis, versùs Rhodum inſulam & oram Aſiæ minoris. Ptol.

Mare Rubrum, Arabiam felicem alluens ad ortum, (*mer d'Arabie.*) Ptol.

¶ Mare Rubrum à Græcis Erythræum vocatur, & aliquando ab Indo fluvio ad mare Azanium intelligitur. Sed mare Rubrum, de quo in veteri Teſtamento mentio fit, propriè ab antiquis ſinus Arabicus dicitur, quod inter Africam, ubi Ægyptus, & Æthiopia, & Aſiam, ubi Arabia, per 120. mill. paſſ. & ampliùs extendit ſe. Iſraelitæ mare Rubrum tranſierunt tanquam per aridam terram, quod experti Ægyptii ſubmerſi ſunt; nuncque vulgò *mer Rouge*, & *mer de la Mecque* vocatur à Gallis. Ptol.

Mare Sardoum, inter Sardiniam & Mauritaniam Cæſarienſem, illam ad Boream, Sardiniam alluens ad occaſum, (*mer de Sardaigne.*)

Mare Sarmaticum, Sarmatiam ad ſeptentrionem alluens. Ptol. Mel.

¶ Mare Sarmaticum, *mer de Moſcovie*, ſeu *de Petzorke*, pars eſt Oceani Septentrionalis, Hyperborei, & Glacialis; versùs oram Borealem Moſcoviæ, & Novam Zemlam: & mare *Myrmanskou more* ejus etiam pars creditur.

Mare Scythicum, Scythiam ad ſeptentrionem alluens. Mel.

¶ Mare Scythicum pars eſt Oceani Septentrionalis, vulgò *mer de Tartarie* Gallis, *Niaren more* incolis.

Mare Siculum, à Sicilia Peloponneſum uſque extenſum. Plin.

¶ Mare Siculum, *mer di Sicile*, aliàs mare Auſonium, pars eſt maris Ionii. Plin.

¶ Mare Svevicum, ſeu Codanus ſinus, *la mer Baltique*. Vide mare Balticum.

Mare Superum, idem Hadriatico cum Auſonio, (*Golfe de Veniſe.*)

Mare Syrium & Syriacum, quod Syriam & Palæſtinam alluit, & Cyprum ad ortum. Plin. Ptol.

¶ Mare Syrium, *mer de Sourie*, pars eſt maris Mediterranei, magis ad ortum extenſa versùs Syriam. Sol.

Mare Thuſcum, idem Tyrrheno & Infero, (*mer de Toſcane.*)

¶ Mare Tiberiadis. Vide mare Galilææ. Ovid.

Mare Trinacrium, idem Siculo, (*mer de Sicile.*) Sol.

Mare Tyrium, pars Syrii, Tyriorum oram alluens. Plin.

Mare Tyrrhenum, idem Infero, à Macra fluvio uſque ad fretum Siculum, Corſicam & Sardiniam. Ptol.

¶ Mare Tyrrhenum, ſeu Thuſcum, & Inferum, *mare Toſco* ſeu *di Toſcana* Italis, *mer de Toſcane* Gallis, pars eſt maris Mediterranei, inter Thuſciam, ditionem Pontificiam regnumque Neapolitanum, & inſulas Siciliam, Sardiniam, & Corſicam.

Mare Venedicum, quod Sarmatiam alluit ad occidentem, pars Baltici.

¶ Mare Venedicum, ſeu potiùs ſinus Venedicus, *Golfe de Dantzick*, pars eſt maris Baltici, versùs Pruſſiam provinciam Poloniæ. Ptol.

Mare Virginium, Hiberniam ad meridiem alluens, & Britanniam versùs; quod & Verginium.

¶ Mare Virginium ſeu meliùs Verginium, pars eſt auſtralis maris Hibernici, inter Hiberniam, & Bolerium promontorium Cornubiæ, nunc *mer d'Irlande* ex parte tantùm. Ptol.

Ma-

Mareja, pagus Ægypti, inter Alexandriam & Pharum, apud Arapontem lacum, ſive Mariam, & Mareotidem paludem.

¶ Merengium ſeu Marvecum, *Marenge*, quæ & *Marvejols*, urbs Galliæ, in Occitania, & Gabalico tractu, ad radices montium, ab amnem *Colange*, & versùs limites Ruthenenſis tractus. 7. leucis diſtat à Floriopoli in auſtrum, & ferè 4. à Mimati in occaſum.

Mareotis, Maria Straboni, palus ingens Ægypti, apud Alexandriam, circuitu olim 600. mill. paſſ. & trajectu 30. *Lago di Buchiara* Moletio, Caſtaldo, & aliis. Eſt & Ægypti regio, in qua vinum optimum provenit, ubi & vites Mareoticæ apud Columellam, & Mareotides vites apud Virgilium libro 2. Georgicorum:

Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Lucanus libro 10,

Calcabatur onyx, hebenus Mareotica vaſtos
Non operit poſtes.

¶ Mareſia urbs Ciliciæ videtur apud Guillelmum Tyrium.

¶ Margaræ Elidis urbs eſt apud Stephanum, pro quo Margalæ apud Strabonem putat Caſaubonus.

¶ Margara, teſte Ptolemæo, Indiæ urbs intra Gangem, circa ipſum fluvium.

¶ Margarita, *Iſola Margarita*, inſula ampla Americæ meridionalis, in mari Boreali, ubi Unionum piſcatio, propè oram novæ Andaluziæ. Detecta fuit à Chriſtophoro Columbo anno 1498 Circuitus eſt 50. leucarum Gallicarum, & 8. tantùm diſtat à continenti Americæ meridionalis, 40. autem ab inſula Trinitatis in occaſum, ſub Hiſpanis.

¶ Margarita inſula, quæ Gorgon, aliàs Urgo, vulgò *la Gorgona*, eſt in mari Tyrrheno, & ſub dominio magni Ducis Hetruriæ. Vide Gorgon.

¶ Margaſtana, ſinus Perſici exigua inſula, circa oſtia Aroſis fluminis, teſte Arriano in Indicis.

Margiana, *Ieſelbas* Caſtaldo & tabulis recentibus, regio Aſiæ, inter Hyrcaniam ad occaſum & Bactrianam ad ortum, Caſpium mare attingens ad Arctos, & Ariam ad meridiem, cujus urbes olim claræ Alexandria, Nigæa vel Niſæa, & Antiochia, ſic à Margo fluvio interluente dicta, 1500. ſtadiis ambitu patens, teſte Solino, difficilem habet aditum.

¶ Margiana provincia fuit ſatis ampla Parthiæ, versùs mare Caſpium, & Oxum fluvium, ubi nunc pars maxima provinciæ *Khoemus*, & pars occidentalis provinciæ *Choraſan*, in regno Perſarum, Sanſone, & aliis teſtibus.

Margidunum, * *Margret-overton* Camdeno oppidum Albionis, in Anglia, inter Lindum & Ratas 25. mill. paſſ. Londinium versùs; aliis *Leiceſter*, & aliis *Derby*: ſed Camdeno magis fidendum. (* Camdenus (in noviſſima editione, ſecundùm quam per omnia variationes & emendationes fecimus) ubi *Belvoir* vel *Bever caſtle* caſtrum Comitatus Lincolnienſis, in confinio Leiceſtrenſis deſcripſit, hæc verba habet: Si non hoc ipſo loco, certè juxta Margidunum fuiſſe, & nomen & diſtantia ſatis dilucidè docent.)

Margum, Murgum Eutropio, oppidum fuit Myſiæ ſuperioris, inter Viminacium & Montem Aureum, ubi Carinus Imperator occubuit.

¶ Margus urbs fuit epiſcopalis Mœſiæ primæ ſeu ſuperioris, ad fluviis cognominis confluentes in Danubium ſita, ut ex Itinerariis, & Notitia Imperii apparet.

Margus, *Morgab* Caſtaldo, fluvius Margianæ ingens ex montibus Ariæ fluens per Margianam, in Ochum fluvium Bactrianæ decurrens, ac cum illo in Caſpium mare deſinens. Is per Maſſagetas populos labitur Margianis finitimos, ex Sariphis montibus deſcendens.

Maria, ſeu Marea, palus Aegypti. Vide Mareotis.

Mariaba, Mariama Ptolemæo, *Marib* ex tabulis recentibus, urbs Arabiæ felicis, Sabæorum regi, in regno *Amanſiſirdim* præcipua, & metropolis, haud procul à mari Rubro, teſte Strabone lib. 16.

¶ Mariaba, ſeu Marraba, urbs Minæorum, in Arabia felici. Nunc *Mecca* dicitur, *la Mecque* Gallis, urbs ſatis ampla, ad Batium fluvium, teſte Sanſone, & celebris, propter ſepulchrum Mahometis Pſeudoprophetæ. 70. mill. paſſ. diſtat ab ora ſinus Arabici in ortum, & totidem ab urbe *Ziden* in ſeptentrionem, ſed longè à Sabæorum regia in Boream.

¶ Mariæberga, *Marienberg*, urbs Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, & in Marchionatu Miſniæ, Metallica eſt, & in montanis ſita, anno 1519. ab Henrico Saxoniæ Duce condita, cùm ſuperiori anno venæ metallicæ valdè optimæ ibi eſſent inventæ. Subeſt dominio Electoris Saxoniæ, propè Annabergam, in ipſo limite Bohemiæ, 9. milliaribus Germanicis à Milna urbe in meridiem, & 7. à Zuica in ortum.

¶ Mariæburgum, *Marienburg*, urbs munita Poloniæ, in Pruſſia Regia, ad amnem *Nogat*, alveum Viſtulæ, *Ptol.* cum caſtro. Dicitur *Margenbourg* ab incolis. 5. millia- *Pan.* ribus Germanicis diſtat a Gedano in Eurum, ferè 4. ab Elbinga in Africum, & 11. à Torunia in Boream. Fuit aliàs ſummorum ordinis Teutonici Magiſtrorum ſedes primaria, in ortum ſuum Crucigeris illis fratribus debens, nomenque acceptum ferens imagini Beatæ Mariæ Virginis. Arx ipſa priùs quàm civitas ædificari cœpta anno 1281. firma, & valida eſt, ſed anno 1644. ferè in cineres redacta eſt. Urbem autem Rex Poloniæ Cazimirus in ſuam poteſtatem redegit anno 1460. Capta fuit à Svecis anno 1625. & iterum anno 1655. ſed poſteà reddita Regi Poloniæ, cui etiamnum ſub- *Trad.* eſt. *antiq.*

¶ Mariæburgum, *Marienbourg*, oppidum permunitum Belgii, in Hannonia provincia, à Maria Auſtriaca Hungariæ Regina excitatum contra Gallos, quibus nunc ſubeſt pace ad Pyrenæos anno 1660. 2. leucis diſtat à Philippovilla in meridiem, 4. à Rupe Regia in ſeptentrionem, uti & à Carolomontio in occaſum, juxta Album amnem. *Vet.*

¶ Mariæſtadium, *Marieſtadt*, urbs recens Sveciæ, *Inſ.* in Weſtrogothia provincia, inter lacus Wenerum, & Weterum, vix 3. mill. paſſ. à Wenero diſtans, 28. à Lidkopia in ortum, & ferè 40. à Caroloſtadio in *Strab.* auſtrum.

¶ Mariamnia, Phœniciæ urbs, teſte Stephano, Mariame Ptolemæo.

Mariana, colonia & urbs Corſicæ in ora ad ortum exciſa, inter Baſtiam ad occaſum 12. & Aleriam ad ortum 38. mill. paſſ. *Mariana* etiamnum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Genuenſi, cujus Epiſcopus Baſtiæ reſidet.

¶ Mariana, nunc *rovine di Mariana*, urbs fuit Corſicæ, ad Tavolam fluvium, aliquot milliaribus ab ora orientali inſulæ, & inter Baſtiam ad Boream 15. & Aleriæ rudera ad auſtrum 20. mill. diſtans.

Mariana caſtra, *Camairano*, pagus Inſubriæ, in agro Novarienſi, à Novaria 5. mill. paſſ. diſtans. Vercellas versùs. Aliis is pagus Arcus Marianus ex loci antiquis monumentis dicitur, & vulgò *Camariano*.

Mariana villa, *Marino*, oppidum Latii, inter urbem Romam & Velitras, in via Appia occurrens, in monte, utrinque 10. mill. paſſ. diſtans.

Mariandyni, * Mariandini Ptolemæo, Mariandynæi Melæ, populi Bithyniæ, ſeu Paphlagoniæ, in confinio, in ora maris Euxini, inter Heracleam ad occaſum & Cytorum ad ortum, quorum caput Amaſtris urbs eſt. In horum regione Hercules Cerberum canem triplicem virus evomentem inficientemque regionem interfeciſſe fertur. Mariandynos ferunt ſolitos lugubria concinere: unde apud Aeſchylum in proverbio eſt, *Mariandinus tibicen*, & *Mariandynus ejulator*, de incompto Poeta aut ſcriptore; quo pacto dici ſolet *Carica Muſa*: veluti Euſtathius in Dionyſianis interpretatur. De his Valerius Flaccus Argonau. lib. 4.

Et Mariandynum patrias penetravit ad urbes.

(* In Seldeni manuſcripto Μαριανδυνοί.)

¶ Mariandinus ſinus, pars Pontini Euxini propè Bithyniam, teſte Plinio, inter Heracleam Ponti ad ortum, *Ptol.* & Thinnium promontorium ad occaſum, 60. mill. paſſ. à Byzantio in ortum, & in eum ſe exonerat Sangarius fluvius.

* Mariane, Martiana in codice Latino, *Bendemal* Caſtaldo, palus ingens Mediæ, in Armeniæ majoris confinio, quæ videtur eadem cum Mantiana Strabonis. (Μαριανὴ in manuſcripto Seldeni.)

Marianæ foſſæ, oppidum Galliæ Narbonenſis, hodie *Fos*; non *Aigues mortes*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ. Vide Foſſa Mariana.

Mariani montes, Marianus mons Ptolemæo, *Sierra* *Plin.* *Morena*, montes Hiſpaniæ Tarraconenſis illam longo tractu à Bætica ſeparantes: quorum pars ſaltus Caſtulonenſis dicitur.

¶ Mariani monte, *Sierra Morena*, montes ſunt Hiſpaniæ, ab ortu in occaſum extenſi à fluvio *Guadarmena* dicto, ad confinia Extremaduræ, inter Caſtellam novam

ad Boream, & Vandalitiam ad meridiem. Eorum pars ad ortum dicitur *la Navas de Toloſa*, propè Toloſam oppidulum Vandalitiæ, ubi tranſitus *Puerto Muradal* dictus, quo in loco Mauri aliàs maxima, & penè incredibili clade affecti fuere à Rege Caſtellæ.

Marianum, *Marliano*, teſte Andrea Alciato, oppidum Inſubriæ, in agro Mediolanenſi, à Mediolano 20. mill. paſſ. Glareatum versùs.

Marianum quoque, promontorium Corſicæ, cum oppido *San Spirito*, in ora Auſtrali, à Bonifacio oppido 12. mill. in occaſum.

¶ Marianum, oppidum & promontorium Corſicæ inſulæ, in parte Auſtrali ſeu Vltramontana. Nunc *Caſa Barbarica* dicitur, teſte Brietio; fuitque aliàs munitum à Sarracenis Africanis.

Marica ſylva, Maricæ lucus Livio, ſylva Latii novi, in Campaniæ confinio, ad Lirim fluvium, apud Minturnas urbem excifam, ſic à Marica nympha, de *Trab.* qua Virgilius lib. 7. Aeneidos:

Huc Fauno, & nympha genitum Laurente *Marica.*

Marici, populi Liguriæ, qui cum Lævis Ticinum condiderunt, teſte Plinio: quorum vicus adhuc viſitur apud Alexandriam, inde 2. mill. paſſ. Dertonam versùs, qui *Marengo* dicitur, & oppidulum *Pietra de Marici*, ab Alexandria 3. mill. Ticinum versùs, apud Tanarum fluvium.

¶ Maridunenſis Comitatus, *Caermardenshire*, provincia Angliæ, in Wallia meridionali; inter Penbrochiam provinciam ad occaſum; Cereticam ad Boream, Brec- *Ptol.* nochiam ad ortum, & Mare Virginium ad meridiem. Ejus primaria eſt Maridunum.

Maridunum, Muridunum Antonino, *Caer-Marden* Camdeno, urbs Albionis, in ora Walliæ occidua, & meridionali, inter Landavam ad ortum 44. & Meneviam ad occaſum 25. mill. diſſita, urbs primaria, & regionis conventus juridicus.

¶ Maridunum, *Caermarden*, urbs eſt Walliæ meridionalis, Comitatus Maridunenſis caput, in Anglia, ad Tobium fluvium, 6. milliaribus Anglicis ab ora maris *Vib.* Virginii in Boream. 35. mill. paſſ. diſtat à Menevia in *ſeq.* ortum, & 24. à Penbrochio.

¶ Marigalanta, *Marigalante*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis, in mari Boreali, in ditione Francorum à paucis annis, cum arce. 6. leucis diſtat à Guadalupia inſula in auſtrum, & 10. à Dominica inſula in Boream; eſtque fertilis admodum.

¶ Marimatha, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolemæo.

Plin. Marineſſus pagus fuit Myſiæ, ſive Helleſponti, in quo Sibylla Helleſpontiaca nata eſt temporibus Solonis, & Cyri, ut Lactantius Firmianus auctor eſt.

Marinianæ, Marinanæ libro Notitiæ, Marciana caſtra Marcellino, ut videtur aliquibus, ſed falluntur; *Ptol.* nam Marinianæ ſunt oppidum Pannoniæ inferioris, à Murſa 48. mill. paſſ. in occ. apud Anton.

¶ Marinianæ, oppidum eſt Hungariæ, ad Dravum fluvium; nuncque *Kemin Salvv* dicitur, 10. milliari- *Lact.* bus à Quinque Eccleſiis in Africum.

Marinum, S. *Marino*, oppidum Galliæ Togatæ, in territorio Ariminenſi, ab Arimino 10. mill. paſſ. in auſtrum: quod oppidum liberum eſt.

¶ Marinum, ſeu Fanum S. Marini, *S. Marino*, oppidum eſt Italiæ, in monte aſpero, inter Romandiolam & *Ant.* Ducatum Vrbinatenſem, vix. 4. mill. paſſ. ab Arimino fluvio. Caput eſt Reipublicæ parvæ, vulgò *la Republica di S. Marino*, ſub quo ſunt duodecim pagi ſeu villæ in viciniis. 22. milliaribus diſtat à Piſauro in occaſum, & 5. à Fano S. Leonis in Cæciam. Dicitur ab aliis *Strab.* Acer mons.

Marinum alterum, *Roccha di Val di Marino*, teſte Ortelio, oppidum Venetiæ, in Marchia, & agro Tarviſino.

Marinus lacus, *Lago di Orbitello*, lacus Thuſciæ, apud Coſam urbem exciſam, & Vrbatellum oppidum, Portui Herculis ad 2. mill. paſſ. vicinum.

Marionis, *Lunenburg*, teſte Petro Appiano ex con- *Strab.* jectura, Luneburgum, ubi luna, ex antiqua gentis traditione, colebatur, urbs Germaniæ non obſcura, ad Albim fluvium, in Saxonia, Duci ſuo parens, inter Brunſvicum 13. & Lubecum 11. leucis, ab Hamburgo 7. Ibi ingens ſalis proventus.

¶ Marionis, urbs Vindilorum, teſte Cluverio, eſt *Ptol.* Hamburgum, urbs ampla, & emporium celebre, ad Albim fluvium, in Saxonia inferiori. Vide Hamburgum.

Marionis altera, urbs Germaniæ, in ora, quæ variè indigitatur: à Villanovano *Sberir*, ab Althamero *Sundt*, *Steph.* urbs Pomeraniæ, inter Bardum ad occaſum, & Gryp- ſualdum in ortum 4. leucis, Ortelio *Lubeck*. Vide Lu- *Strab.* becum. Illud certum, hanc priori finitimam eſſe, paulò Borealiorem, & orientaliorem apud Ptolemæum.

¶ Marionis altera, ubrs Germaniæ, in ora maris Svevici. Nunc teſtibus Cluverio, Sanſone, & Brietio, eſt Wiſmaria, *wiſmar*, urbs munita, cum portu capaci & arce, in Ducatu Megapolitano, ſub dominio Svecorum. Vide Wiſmaria.

Maris, lacus Thraciæ, in finibus Ciconum, apud Maroneam urbem, *Lago di Marogna*. *Ptol.*

Mariſus, Marus Tacito, & poſterioribus Maryſius, *Maros* Hungaricè, & *Meriſch*, vel *Mariſch* Germanis, fluvius Daciæ, per Tranſylvaniam in Tibiſcum influens, ac Albam Juliam alluens. Maris Herodoto dici videtur.

¶ Mariſus fluvius, *Marons* incolis, & *Meriſch* Germanis, oritur ex monte Carpatho in Tranſylvania, ſu- *Plin.* pra oppidum Novummercatum; deinde Albam Juliam, *Mel:* Lippam, & aliàs urbes Tranſylvaniæ rigans, uti & *Ptol.* Chonadium Hungariæ, ibi paulò infrà Tibiſco miſcetur juxta Singidavam.

Marithæ, *Martimos* ex tabulis Geographicis recentibus, montes Arabiæ felicis, in ora auſtrali, haud procul à littore, & ortu Laris fluvii, qui Maritha numero plurali vocantur à Ptolemæo.

Maritima, *Martegue*, teſte Joanne Poldo, oppidum Galliæ Narbononſis, in ora Provinciæ, inter Maſſiliam 6. & Arelatum 8. leucis, à Maſſilia 100. ſtadiis, apud Strabonem. Eſt & Maritima inſula Siciliæ, ab Anto- *Ptol.* nino memorata apud Drepanum urbem, *Maretamo* vulgò. Vide Hiera, & Phorbantia. Melle abundat.

¶ Maritima, *Martegues*, ſeu *l'Isle de Martegues*, oppidum eſt celebre Provinciæ, Principatus titulo clarum, in inſula parva, ad oſtia Aſtromelæ ſtagni, ubi in Mediterraneum mare ſe exonerat. Portu gaudet capaci; & hinc nautæ peritiſſimi, vulgò *les Martegaux* dicti. Diſtat 5. leuc. à Maſſilia in circium, & 9. ab Arelate in Eurum.

Maritimæ Alpes, quæ & littoreæ, quòd à littorali *Ptol.* ora ortum habeant, *Le Montagne di Tenda*, montes Liguriæ, quibus illa à Gallia Narbonenſi diſcreta eſt, à quibus Apenninus mons incipit.

¶ Maritimæ Alpes extenduntur à mari Mediterraneo ad montem Argentarium, in limite Delphinatus, ſeu etiam ad montem Veſulum, ut multi credunt, inter partem Liguriæ, Comitatum Tendæ, & Marchionatum *Plin.* Salutiarum ad ortum, & Comitatum Niceæ, Galliæ *Steph.* Narbonenſis partem ad occaſum. Earum partes ſunt montes *Col de l'Argentiere*, *Col delle Feneſtre*, & *Col de Tende* dicti, uti mons Acema.

Maritimæ ſtationes, *Saline* Marmolio, & Moletio, locus Cyrenaicæ, apud Syrtim magnam, in Africæ confinio, inter Drepanum promontorium, & Diarrhœam oppidum.

Marium, *Vaſilipotamo*, teſte Thoma Porcatio, oppidum Cypri, in ora Boreali, olim Arſionoe apud Steph. dictum, Marii apud Catullum, ubi carm. 37. ait:

Quæ ſanctum Idalium, Marioſque apertos.

¶ Marius, oppidum Laconiæ, in Peloponneſo, teſte Pauſania.

¶ Marſa, *Marle*, oppidum Galliæ, in Picardia provincia, ad amnem Serram; in Tiraſcia tractu. 3. leucis diſtat à Guiſia in meridiem, & 4. à Lauduno in Cæciam; eſtque ſatis cultum.

¶ Marma, Arabiæ felicis urbs, in Rubro littore Plinio, Phœniciæ quoque urbs apud Stephanum.

¶ Marmara, Syriæ aut Euphratenſis urbs libro Notitiarum.

Marmarica, regio Africæ, inter Cyrenaicam ad occaſum & Aegyptum ad ortum, nunc *Barcha*, olim Ma- *Pto* reotis Libia, teſte Plinio, introrſum ubi Libya deſerta patens: cujus urbes in ora quondam claræ, Cherſoneſus magna, & Parætonium. Populi Marmaridæ Straboni, Barcitæ Ptolemæo, Barcæi Virgilio. Hinc Marmaricus nomen gentis. Claudianus libro. 1. in Eutropium:

Marmaricus claris violatur cædibus Hammon.

Silius libro 14.

Cuſpide Marmarides Scyron: pars ſubnatat unda,

Hos

Hos populos Solinus ſerpentes incantare ſcribit. In Marmarica elephantes gignuntur, teſte Sidonio, ſicuti & in Aethiopia, & in Mauritania Tingitana, teſte Plinio.

¶ Marmarica regio fuit parva Africæ, inter Libyam exteriorem ad ortum & Cyrenaicam ad occaſum; eratque pars Libyæ veræ, nunc autem regni Barcæ, ſub dominio Turcarum. Terminatur à meridie deſerto Barcæ, & à ſeptentrione mari Mediterraneo: ſed in illa regione vix ſunt aliquot oppidula alicujus momenti in ora littorali.

¶ Marnia, quæ & Mernia quibuſdam, *Mernis*, provincia eſt Borealis Scotiæ, in ora maris Germanici, inter Marriam ad ſeptentrionem, & Anguſiam ad occaſum. Ibi tantùm caſtrum Dunotyrum in ora.

Marobudum, *Buduveiſſ*, teſte Lazio, urbs Germaniæ, in Bohemia, apud Multaviam fluvium, à Taboria 6. leucis in occaſum, à Praga 15. in auſtrum. Aliis eſt ipſa Praga.

¶ Marobudum, ſeu Marobodi, Regia, teſtibus Aventino, Sanſone, & Brietio, eſt Praga, *Prague*, urbs Bohemiæ caput, ampla & Archiepiſcopalis, ad Multaviam amnem. Vide Praga.

¶ Marocanum, ſeu Marochum Regnum, *Royaume de Maroc*, regnum amplum Africæ, in Barbaria regione, juxta Oceanum Atlanticum, qui ei ineſt ad occaſum, uti regnum Fezzæ ad Boream, Segelmeſſa, Tafileta, & Darrha regiones Biledulgeridiæ ad ortum, uti & Tenſiſta regio ad auſtrum; & ſæpiſſimè unitum fuit Regno Fezzæ, uti nunc etiam & unitum à paucis menſibus, ſub eodem Principe Rege Tafiletæ. Ejus provinciæ ſunt ſeptem, nempè Suſa, *Sus*, Hea, *Hea*, Guzula, *Guzula*, Marochia, *Maroc*, Teldeſa, *Teldes*, ſeu *Tedles*, Haſcora, *Haſcora*, & Ducala, *Ducala*; ſed Marochia, et quæ in occaſum tendunt ſunt admodum fertiles & cultæ.

¶ Marochia, *Maroc*, provincia regni Marocani præcipua, in mediterraneis. Habet ad Boream Haſcoram provinciam, ad occaſum Heam provinciam, ad auſtrum Guzulam, & ab oriente Darrham regionem. Ejus præcipua eſt Marochium, totius regni primaria.

(*Regni Marochii urbes præcipuæ*:

Agades, ſeu fanum S. Crucis; Agades, *ſeu* Santa Cruz.
Azafia, Aſafi.
Azamurum, Azamor.
Elmadina, Elmadine.
Marochium, Maroch.
Mazaganum, Mazagan.
Meſſa, Meſſa.
Tagavoſtum, Tagavoſt.
Tarodantum, Tarudante.
Tedneſta, Tedneſt.
Tefza, Tefza.
Tejeuta, Tejeut.)

¶ Marochium, *Maroc*, Hiſpanis *Marveeos*, & Italis *Marocho*, urbs Africæ, olim epiſcopalis, ſed regia, & civitas ampliſſima, ad amnem Niffim, cum palatio ſuperbiſſimo in regno Marochio, ſed à paucis annis valdè imminuta eſt, & deficit in dies propter bella. Diſtat 160. mill. paſſ. ab ora maris Atlantici, & 90. à confinio regni Fezzæ. Creditur Bocanum Hemerum antiquorum. Vide ibi.

Marojalicæ, Marajolicæ thermæ Auſonio, *Bagneres*; ut aliquibus videtur, oppidum & thermæ Aquitaniæ, apud Montis Appenini radices, à Convenis 5. leucis in Eurum diſtans. De quibus Paulinus in epiſtola 3.

Cumque M*aroialicis tua prodigis ocia thermis*.

¶ Maroialicæ thermæ ſunt ad radices montium Pyrenæorum, 5. leucis ſupra Lugdunum Convenarum in meridiem, & in ipſo limite Aragoniæ.

Maronea, Maronia Melæ, Iſmaros Homero, teſte Meſychio, & priùs Ortagurea, teſte Plinio, M*arogna* Sophiano & aliis, archiepiſcopalis Thraciæ, in ora, apud oſtia Hebri, ad Scœnum fluvium, Aeno finitima, vino celebris. Populi Cicones. Hinc Maroneus nomen gentis. Tibullus libro 4. elegia 1.

Victa M*aroneo fœdatus lumina Baccho*.

Maronias, Maronia Divo Hieronymo, M*arat*, teſte Bellonio & aliis, M*arona*, urbs Syræ, ab Antiochia 30. mill. paſſ. in ortum, & ab Emiſſa & Hierapoli ſupra 40. licèt apud Ptolemæum ſitus non congruat, multò ab Antiochia remotior, in Chalcidica regione. Unde Maronitæ hæretici dicti.

¶ Maronias aliis urbs eſt Syriæ, in Palmyrene, 30. mill. paſſ. à Palmyra in Boream Chalcidem verſùs, à qua 50. mill. diſtat in Eurum, uti & 80. ab Antiochia.

¶ Maronitæ populi ſunt Palæſtinæ, ſeu Terræ Sanctæ, in monte Libano, Catholici omnes & Eccleſiæ Romanæ addicti. Habent aliquot Epiſcopos & Archiepiſcopos à Sancta Sede approbatos.

Marpeſa, & Marpeſſa, mons Pari inſulæ, ſaxoſus, *Vib.*
Marpeſus Stephano. Hinc Marpeſius nomen gentis, ut *Seq.*
Marpeſia cautes. Virgil. lib. 6. Æneidos: *Steph.*

Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Marpeſſus oppidum fuit Myſiæ, apud Idam mon- *Pauſ.*
tem, in agro Trojano, circa Gergithum oppidum, *Lact.*
ad Ladonem fluvium, unde ortum habuit Sibylla Helleſpontica, teſte Lactantio Firmiano, à Troade 30. mill. paſs. *Mart.*

Marpurgum, quaſi Martisburgum, urbs & accademia Haſſiæ clariſſima. Vide Amaſia, Lib. 5. Itiner.

M*arpurgum hinc petitur, muſis ubi cura ſacravit*
Principis egregiæ clara Lycæa ſcholæ.

¶ Marpurgum, M*arpurg*, urbs eſt Germaniæ, in Landgraviatu Haſſiæ, ad Lanum fluvium, cum arce munita & accademia celebri. Aliàs principes habuit proprios, nunc ſubeſt Principi Haſſo Caſſelano 11. leucis diſtat à Francofurto ad Mœnum in ſeptentrionem, & 12. à Caſſela in Africum. Vide Mattiacum.

Marraſium, M*arazu* ex tabulis recentibus, urbs *Ptol.*
Perſidis mediterranea, olim clara, Perſepoli & Arbuæ finitima.

Marria, quæ & Marnia, & Mernia, regio eſt Scotiæ, in ora ad ortum: cujus urbs primaria eſt Aberdonia. Hujus regionis populi apud Tacitum Horeſti dicti putantur.

¶ Marriche, Parthiæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Marrucini, * Maruceni Ptolemæo, populi Italiæ, *Plin.*
oram maris Hadriatici attingentes, inter Præguttios, *Liv.*
ad occaſum & Frentanos ad ortum, in Aprutio; quorum caput eſt Teata urbs. Silius libro 8.

M*arrucina ſimul* F*rentanis æmula pubes*.

¶ * In manuſcripto Seldeni habet penultimam cum *i*.

¶ Marrucini populi fuere ſub Samnitibus, inter Veſtinos ad occaſum & Frentanos ad ortum, propè Aternum fluvium, ubi nunc pars occidentalis Aprutii citerioris.

Marruvium, Marrubium Virgilio, *Marno*, teſte Lean- *Strab.*
dro, oppidum olim, nunc pagus exiguus Latii, in fi- *Holica.*
nibus Marſorum, ad Fucinum lacum, à Septem aquis 40. ſtadiis, teſte Dionyſio Halicarnaſeo diſtans. Populi Marruvii Plinio. Hinc Marrubius nomen gentis, Virgilius libro 7. Æneidos:

Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos.

Silius libro 8.

Marruvium veteris celebratum nomine Marri
Urbibus eſt illis caput.

¶ Marruvium, ſeu Marrubium, nunc eſt *Morea*, caſtrum Aprutii ulterioris, propè Lirim fluvium, 5. mill. à Lacu Fucino, & paulò minùs à limite ditionis Pontificiæ, teſtibus Magno, Cluverio, & aliis.

Marſaci, populi Germaniæ.

¶ Marſalium, M*arſal*, oppidum Lotharingiæ parvum, ſed probè munitum, ad Sellam amnem, ſub dominio Francorum ab aliquot annis. Vix una leuca diſtat à Mojennico in ortum, & 5. à Nanceio; eſtque intra paludes.

Marſatii, populi Germaniæ inferioris, in Batavis, *Tac.*
quorum pagus M*arſen*, apud Trajectum urbem.

Marſi populi, & urbs (quæ Valeria etiam dicta eſt) *Plin.*
Latii, ad lacum Fucinum, exciſa, ſive aquis abſorpta, M*arci* adhuc dicta, epiſcopalis, apud Piſcinam oppi- *Caſ.*
dum, ubi Epiſcopus moratur & Celani oppido vicina *Strab.*
ad 3. mill. paſs. Marſi porrò ſic à Marſo Circes filio di- *Plin.*
cti & edocti in veneficiis, & incantationibus ſerpen- *& ai.*
tum, teſte Solino: Marſi quoque apud Herodotum lib. 4. populi ſunt Scithiæ Europææ. Hinc Marſus & Marſicus nomen gentis. Virg. lib. 7.

Somniferi, & Marſis quæſitæ in montibus herbæ.

Silius libro 8.

Hebbellare pares norant; ac Marſica pubes.

¶ Marſi populi fuere Italiæ, ſub Samnitibus, ubi nunc pars Aprutii ulterioris, juxta lacum Fucinum, in regno Neapolitano & in limite ditionis Pontificiæ. Nomen adhuc durat regiunculæ, vulgò *Ducato de' Marſi*, quia Ducatus titulo inſignita eſt, gentis Columnæ. Sunt & Marſi Tacito populi Germaniæ.

¶ Mar-

¶ Marſi populi Germaniæ, teſte Ortelio, fuere, ubi nunc Tuventia, tractus Tranſiſalaniæ provinciæ Belgii, & eorum veſtigium manet in oppido *Oetmarſen* dicto.

Prov. Rom. Marſicum, *Marſico*, urbs Lucaniæ epiſcopalis, ſub Salernitano Archiepiſcopo, inde ſupra 50. mill. paſſ. in Cæciam, à Potentia 12. licèt aliis ſub Archiepiſcopo Beneventano, unde multò magis recedit. Eſt autem geminum, novum, & vetus, & 6. mill. paſſ. alterum ab altero diſtans.

¶ Marſicum, *Marſico vetere*, urbs Lucaniæ, ad Acirim fluvium, nunc in provincia Baſilicata, in limite Principatus citerioris. Diſtat 50. à Salerno in Eurum, & 18. à mari Tyrrheno. Senſim deficit, & à paucis habitatur. Marſicum novum diſtat 8. mill. à veteri in Circium, juxta fontes Aciris, in Principatu citeriori, & ad radices Apennini; eſtque urbs ſatis culta.

¶ Marſippus, Phœniciæ oppidum, teſte Stephano.

¶ Marſonica, Pannoniæ inferioris urbs, teſte Ptol.

Strab. Polyb. Marſya oppidum erat Syriæ, in anguſtiis Libani, & Antilibani montium, ubi calamus aromaticus provenit.

¶ Marſyaba, Rhamanitarum urbs, in Arabia felici videtur apud Strabonem.

Xenop. Strab. Marſyas, fluvius Phrygiæ magnæ, haud procul à Mæandro oriens, in quem apud Celænas & Apameam urbem, quam circumfluit, excurrit: à Marſya ibi ab Apolline decorato, ut Poetæ fabulantur, dictus. De quo Ovidius libro 6. Metamorph.

Marſya nomen habet, Phrigia liquidiſſimus amnis.

Marſyas alter Plinio fluvius Syriæ, in Euphratem apud Samoſata labens, & alius in Cœleſyria.

Lib. Cent. Marta, & Martana civitas, urbs Vmbriæ olim epiſcopalis, exciſa, locus S. *Maria de Pantano*, Abbatia nunc, à Tuderto ad 5. mill. paſſ. diſtans Narniam versùs.

¶ Martabanum, *Martaban*, urbs Indiæ Vlterioris, in ora ſinus Gangetici, cum portu commodo, ſub dominio Regis Peguani. Malè habita fuit ante aliquot annos; habuitque aliàs Reges proprios.

¶ Martellum, *Martel*, urbs Galliæ, in Cadurcenſi provincia, propè Duranium fluvium, in colle, in confinio Lemovicenſi, & in Vicecomitatu Turenenſi. 6. leucis diſtat à Sarlato in ortum, & totidem à Tutela in meridiem.

Zouna. Martena, & Marcena, ut alii legunt, *Margburg*, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Stiria, à Pœtovione 4. leucis in occaſum, ad fluvium Dravum.

Ant. Martha, fluvius Hetruriæ, cum oppido cognomine, ad lacum Volſinium, unde is egreditur, à monte Phyſcone ad 4. mill. paſſ. in occaſum, à Viterbio 12. Fluvius verò, qui etiam cum oppido *Marta* dicitur, per Tuſcaniam urbem, cujus mœnia radit, in mare Tyrrhenum apud Cornuetum urbem defertur.

¶ Marthama, Africæ propriæ urbs, teſte Appiano.

¶ Marthula, Ponti Cappadocici oppidum, teſte Ptolemæo.

Vet. Inſ. Martia, & Martiana colonia. Vide Marcia, utroque enim modo legitur.

Vict. Plin. Martia aqua, una ex aquis urbis Romæ, ceteris clarior, & ſalubrior ad potandum, ex lacu Fucino Romam perducta ab Anco Martio Rege, cujus aquæ ductus in via Tiburtina adhuc ex parte conſpicitur. De qua Tibullus libro 3. elegia 6.

Temperet annoſum Martia lympha merum.

Martiana palus. Vide Mantiana.

Ptol. Amm. Martiana ſylva, *Schvvartzvvaldt*, id eſt, ſylva nigra, teſte Peucero cum aliis, pars ſylvæ Hercyniæ, in Svevia; inter Rhenum & Nicrum fluvium, in qua Marchia Badenſis, plura oppida, & monaſteria ſunt.

¶ Martiana ſylva, *la Foreſt Noire* Gallis, eſt in Svevia, versùs Abnodam montem & fontes Danubii & Nicri, inter Ducatum wirtembergenſem ad ortum & Briſgaviam ad occaſum, in longum protenſa à meridie in Boream, nempè ab urbibus Seckinga & Rhænofelda Ortnaviam uſque & Marchionatum Badenſem maiorem.

Martianæ, *Marchiennes*, pagus Belgii, cum cœnobio, in Hannonia, apud Arteſiæ & Flandriæ confinia, ad Scarpum fluvium, inter Duacum & Fanum S. Amandi 3. leucis.

¶ Martianæ, *Marchiennes*, pagus eſt Comitatus Flandriæ, in territorio Duacenſi, ad Scarpam, & in ipſo limite Hannoniæ. Subeſt Gallis ab anno 1667. 3. leucis diſtat à Duaco in ortum.

Trebe. & Zoſ. Martianopolis, *Martiopoli*, urbs Thraciæ, ſeu Myſiæ inferioris, in confinio, in ora, inter Anchialum & Odeſſum, inde 50. & hinc 18. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, ad Euxinum mare.

¶ Martianopolis urbs, *Marcianopoli*, nunc quoque celebris eſt civitas Bulgaris, *Proslavv* dicta, quaſi civitas illuſtris, & eam Turcæ Conſtantinopolim veterem vocant.

¶ Martianus ager, *pais de Marſan*, regiuncula Galliæ, in Aquitania, & in Vaſcitania, ubi oppidum præcipuum Mons Martiani. Pars eſt Condomenſis tractus, inter Vazatenſem provinciam ad ſeptentrionem, & Vaſconiam propriam ad meridiem.

¶ Martinica, *la Martinique*, & antiquis accolis, *Madanina*, inſula Americæ ſeptentrionalis, una ex Antillis inſulis, & ex præcipuis illius tractus. Ab anno 1635. paret Francis, qui in eâ multas habent colonias & arces; eſtque valdè fertilis & culta, habens in circuitu 45. leucas circiter.

¶ Martini Evaſii inſula, *Isla de Martin Vaz*, inſula Africæ, in mari Æthiopico, versùs promontorium bonæ Spei, à Luſitanis detecta & ſic dicta. Tota montuoſa eſt, et incolis caret.

¶ Martinopolis, *Tours*, ſic dicta fuit Cæſarodunum Turonum, urbs Galliæ, à Divo Martino hujus loci Antiſtite, quem majores noſtri ſic venerati ſunt, ut à die ejus obitus, qui contingit 11. Novem. anno 402. ſeriem annorum numerarint. Vide Turones & Ceſarodunum.

Martinopolis, ſive Martiopolis, *Meersburg*, vel *Mers burg*, urbs epiſcopalis Germaniæ, in Miſnia, ad Salam fluvium, in Saxonia Thuringiæque confinio, à Lipſia 3. leucis Hallam versùs diſtans, ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, Naumburgo propinqua, inde 3. in Boream, & Cæciam. Martisburgum ab aliis appellatur; ſed hoc nomen eſt & Marpurgi, urbis Haſſiæ. (*Dicitur etiam Merſoburgum.*) Othon. Friſ.

Martis caſtra, *Marotha*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris, in Hungaria, apud Savum fluvium, haud procul à Sirmio.

¶ Martoranum, *Martorano*, urbs parva Regni Neapolitani, in Calabria citeriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Conſentino. Vix 8. milliaribus diſtat ab ora maris Tyrrheni in ortum. Olim Mamertium dicta fuit. Sedet ad Sabatum amnem, in limite Calabriæ ulterioris, & 14. mill. à Coſentia. A paucis habitata, deficit in dies.

¶ Martorelium, *Martorel* oppidum Hiſpaniæ, in Catalonia provincia, ad Rubricatum fluvium, ubi recipit Notam. 7. leuc. Hiſpanicis diſtat à Barcinone in Circium, & 5. à Manreſa in meridiem.

Martulana urbs, *S. Britio*, nunc caſtrum Vmbriæ, in Spoletino territorio, à Spoletio 4. mill. paſſ. olim urbs epiſcopalis, ubi S. Britius Epiſcopus fuiſſe traditur, niſi ſit Martana urbs exciſa in agro Tudertino, ubi etiam legitur S. Britius Epiſcopus fuiſſe. Martulani montes Plinio. Mart. Rom.

¶ Martulana, ſeu Martula, & Martana, urbs olim Italiæ, in Vmbria, in qua S. Britius primus Epiſcopus Spoletanus ſibi ſedem Epiſcopalem conſtituerat. Hodie diruta eſt, in finibus Tuderi, et Aquæ Spartæ, ubi dicitur *S. Maria in Pantano*, quinque milliaribus à Tuderto, teſte Vghello.

Martyropolis, *Miepherkin*, teſte Joanne Lydo, et aliis *Magarckin*, urbs Armeniæ majoris, ad Nymphium fluvium, in Meſopotamiæ confinio, ſive è contra, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Amidenſi, inde 80. ſtadiis in Boream. Proco.

Marubium, *Marugio* vel *Maruggio*, oppidum Salentinorum, apud oram littoream ſinus Tarentini, à Tarento 15. mill. paſſ. in ortum Gallipolim versùs. Trad. Antiq.

Marucini, populi Italiæ. Vide Marrucini.

¶ Marus, fluvius Germaniæ. Vide Morovus.

¶ Maruvinus, *Marvvynen*, fluvius Americæ meridionalis, in Guajana regione. Fontes habet versùs lacum Parimum; et quàm plurimis auctus fluviis, in Oceanum Borealem ſe exonerat. Strab.

Maruvium, Maruvii Plinio. Vide Marruvium.

Maryſus, fluvius. Vide Mariſus.

Maſaci, populi Germaniæ inferioris, in Belgio, quorum oppidum *Maſeyck* ad Moſam fluvium, inter Trajectum ad auſtrum 4. et Ruremundam ad Boream 3. leucis. Sunt qui putent Marſatios eſſe Plinio, ſed horum pagus *Marſen* dicitur, apud Trajectum inferius, 1. leuca inde diſtans teſte Ortelio. Tac.

¶ Ma-

¶ Maſaci, ſeu, & meliùs, Marſatii, populi fuere Germaniæ inferioris, inte Uſipetes ad ortum & Caninefates ad occaſum, ſeu inter ſinum Auſtrinum ad ſeptentrionem & Rhenum ad meridiem, ubi nunc Veluvia tractus Gueldriæ inferioris.

Maſada, Moaſada Straboni, Maſsada Ioſepho, *Maſſa*, teſte Pineto, oppidum Palæſtinæ, apud Aſphaltitem lacum.

Maſæſyli, populi Mauritaniæ Cæſarienſis. Vide Maſſæſyli.

Maſaloth, pagus Gallilææ, qui & Arbela numero plurali. Cujus loci in libro Machabæorum ſit mentio.

¶ Maſanorada, Cariæ oppidum, in Aſia minori, teſte Stephano. Hujus memoria quoque extat in Titi Imperatoris nummo.

¶ Masbatta, *Masbatte*, inſula maris Indici, & una ex Philippinis, inter Manillam ad ſeptentr. & Cebuam ad meridiem, ſub dominio Hiſpan.

Masburgi, *Burgos*, teſte Tarapha, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Caſtellæ veteris caput & regia, quæ & Bravum Ptolemæo, à Toleto in medio Hiſpaniæ 51. leucis in Boream, quot ferè à Cæſarauguſta in occaſum. Sed Burgi urbs recens eſt, teſte Ioanne Mariana, anno ſalutis 905. ædificata, poſteàque anno 1075. Alphonſo VI. Rege, ab Urbano II. Pontifice Maximo epiſcopalis, loco Aucæ urbis excifæ, ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi effecta, ac demùm à Gregorio XIII. ſub Philippo II. Rege Catholico Archiepiſcopalis facta.

¶ Masburgi, ſeu Bravum, urbs fuit Murbogiorum, nunc caſtellæ veteris caput, *Burgos* Hiſpanis, *Bourgues* Gallis, ad Arlanzam amnem. Crevit ex ruinis Aucæ, à qua 15. mill. paſſ. diſtat. Caſtrum habet natura munitum. 35. leuci Hiſpanicis diſtat à Madrito in ſeptentrionem, 42. à Cæſarauguſta in occaſum, & 15. à Pincia in Cæciam.

¶ Maſcalatum, *Maſcalat*, urbs Arabiæ felicis, vix 60. milliar. ab ora ſinus Perſici in auſtrum, Sanſone teſte, eſtque caput regni cognominis.

¶ Maſcatum, *Maſcate*, urbs & emporium Arabiæ felicis, in ora ſinus Armuziani, cum portu commodo & arce munita, anteà ſub dominio Luſitanorum, qui ab ea ejecti ſunt paucis abhinc annis. 220. mill. paſſ. diſtat ab Armuzia in Eurum.

¶ Maſcotus, Lybiæ urbs, teſte Stephano ex Hecateo.

¶ Maſcula, Numidiæ urbs Antonino & D. Auguſt.

Maſdoranus, *Chiteliur*, teſte Caſtaldo, mons Aſiæ ingens, inter Parthiam & Ariam. Incolæ Maſdorani.

¶ Masſa, *Masſa*, urbs eſt Arabiæ felicis, regni cognominis caput, in mediterraneis, & ferè 300. mill. paſſ. ab Armuzia in meridiem, uti 200. à Maſcato in occaſum. Forſan aliàs Maſpha dicta fuit.

* Maſicytus, Maſſycites Plinio, mons Aſiæ, in ora littorea, inter Lyciam ad occaſum & Pamphyliam ad ortum, illas ſeparans; qui Climax Straboni dicitur, Crago vicinus, (* Μαρ υτυι ſecundum manuſcriptum Seldeni.)

Maſium & Maſius, mons Meſopotamiæ, inter Niſibim et Tigranocertam, ut ſcribit Ortelius, cum Strabo illum proximum & contiguum Niphati monti faciat. Niſibi urbi imminet.

¶ Maſium, ſeu Mazius, mons eſt Aſiæ, et Tauri pars, inter Armeniam maiorem ad Boream et Meſopotamiam, ad meridiem; extenditurque à Samoſatha propè Euphratem Amidam uſque, ad Tigrim fluvium, à quo tantùm ſeparatur à Niphate monte.

¶ Maſonis monaſterium, *Maſmunſter*, oppidum Germ. in Sundgovia regione, ſub dominio Regis Franciæ pace monaſterienſi. Sedet ad radices Vogeſi montis, et in limite Alſatiæ, 12. mill. paſſ. à Mulhuſia in occaſ. uti et 22. à Baſilea, juxta Tolderum amnem.

¶ Maſovia, ſeu Mazovia, *Maſovie*, provincia regni Poloniæ. Aliàs Duces habuit proprios, & nunc perſæpe Rex Poloniæ in ea commoratur, nempè in urbe Warſavia ejus primaria. Terminatur ab oriente Lithuania & Poleſia provinciis, à ſeptentrione Pruſſia, ab occidente Polonia maiori, & à meridiem minori Polonia. Eius urbes ſunt Warſavia, *Warſovie*, Plocum, *Plocsko*, & Czerckum, *Czersho*. Polachia provincia ad ortum ei etiam aliquando annexa fuit, ubi urbes Bielka, *Bielsk*, Auguſtavia, *Auguſtovv*, Tikoczinum, *Tikoczin*, & Drogicina, *Drogicin*. Mazovia autem Poloniæ ſeſe ſubiecerat ſub Caſimiro magno; ſed tamen habuit Duces ſuos ad annum 1526. quo regno Poloniæ in perpetuum unita fuit.

Maſpha, oppidum Paleſtinæ geminum, vetus & novum; in medio quorum eſt Lapis adjutorii. De eo mentio in libro Machabæorum. *Bibl.*

¶ Maſpha, Palæſtinæ urbs, duplex: una in Tribu Beniamin, quæ Maſphat & Meſphe dicta: altera, quæ Maſphe, urbs fuit Tribus Gad.

Maſſa, Maſatat Plinio, *Maſat* adhuc in tabulis recentibus, fluvius Libyæ interioris, in ora occidentali, apud Solventia promontorium, in Oceanum Atlanticum labens. *Ptol.*

Maſſa Veternenſis cognominata, *Maſſa*, urbs Tuſciæ epiſc. ſub Archiep. Senenſi, inde 40. mill. paſſ. Populonium versùs 20. cui in epiſcopali ſede ſucceſſit. Eſt & Maſſa cognomine Lubrenſis, urbs epiſcopalis Picentinorum ſub Archiepiſcopo Surrentino, inde 4. mill. paſſ. apud promontorium Minervæ, Contra Capreas, à Neapoli 30. mill. Maſſa item Manliana, urbs Sabinorum cujus meminit S. Damaſus in vita S. Sylveſtri. Vide Manliana. Maſſa item, Carraræ cognomine, oppidum inſigne, proprio parens Principi, apud Lunam urbem Hetruriæ, à Sarzana 7. mill. paſſ. in ortum. *Amm.*

¶ Maſsa, quæ Maſsa Carraræ etiam dicitur, *Maſſa*, oppidum eſt cultum & amplum Hetruriæ, in Lunegiana regiuncula, nuper Ducatus titulo decoratum ſub dominio proprii Ducis è gente *Cibo*. 12. miliiar. diſtat à Sarzana in ortum, & 3. ab ora maris Tyrrheni. Ejus Dux eſt etiam Princeps Carraræ.

¶ Maſsa, quæ & Maſsa Lubrenſis, *Maſſa di Sorrento*, urbs eſt in provincia terræ Laboris, in regno Neap. Principatus titulo clara, ſed parva admodum, in ora ſinus Neapol. 4. mill. à Surrento in Africum Capreas versùs, & 200. à Neapoli.

¶ Maſsa Veternenſis urbs eſt parva Thuſciæ, in territorio Senenſi, 35. mill. paſs. à Senis in Africum Populonium versùs, à quo 18. mill. diſtat. Eſt in colle, & ſub dominio magni Ducis Hetruriæ. Illic natum Conſtantium Gallum Imperatorem ſcribit Onuphriu .

Maſsagetæ, populi Sarmatiæ Europææ, juxta Euxinum mare & paludem Mæoticam incolentes, qui & Alani, quaſi graves Getæ; Maſsa enim apud Scythas grave ſignificat, teſte Divo Iſidoro libro de orig. 9. Vide Meſsagetæ. Horum meminit Claudianus & alii. *Strab. Dion. Amm. & al.*

Maſſagetæ truces, duro gens aſpera bello.

Solem pro Deo colebant, & ſenes conſciſsos edebant.

¶ *Maſsagetæ* erant populi Scythiæ intra Imaum, inter Iaxartas, & Alanoſcythas, ubi nunc pars auſtralis Tartariæ deſertæ, versùs Zagatajam.

Maſsalia, *Maſano*, teſte Pineto, fluvius Cretæ, in ora Auſtrali, inter Phœnicen, & Pſychium oppida proxima fluens. Aliis *Maſſoto*. *Ptol.*

Maſsalioticum, *Gras de Paſſon*, teſte Ortelio, oſtium Rhodani fluvii maximum, in ortum Maſſiliam versùs ſpectans, & Maritimam oppidum. *Polyb.*

¶ Maſseranum, *Maſſerano*, oppidum Italiæ, in Pedemontio, ſub dominio proprii Principis, è gente Ferrera Fliſca, cum regiuncula adiacente parva admodum. 16. mill. diſtat ab Eporedia in ortum, & 23. à Vercellis in Circium; eſtque inſertum in territorio Vercellenſi. Ejus Princeps eſt ſub clientela Summi Pontificis; et ei etiam adjacet Crepacorium, *Crevalcore*, oppidulum in illo tractu.

Maſsæſyli, populi Mauritaniæ Tingitanæ, Autololis, proximi, de quibus Dionyſius: *Plin.*

Atque Maſeſyli, nec non Maſſylia proles.

Vide Maſsyla.

Maſſia oppidum fuit Hiſpaniæ Bæticæ, apud Tarteſios, ubi lateres ſiccati in aqua non merguntur, teſte Plinio libro 35. cap. 14.

Maſſica, regio Bæticæ, Tarteſiis oppoſita: cuius meminit Vitruvius.

Maſſici montis promontorium, *Monte Dragone*, teſte Leandro, extremum montis Maſſici, apud Sinueſſam urbem Campaniæ extinctam, inter Minturnas ad occaſum et Vulturnum ad ortum 9. mill. paſs. *Plin.*

¶ Maſſici montis promontorium aliàs in Campania, nunc in provincia Terræ Laboris. Nunc *Rocca di Mondragone* dicitur; eſtque in ora maris Tyrrheni, et medium inter oſtia Liris, et Vulturni fluviorum.

Maſſicus mons, *Monte Maſſo*, teſte Falconio, mons Campaniæ, celebris vino Maſſicano, Falerno et Gauro junctus, inter Sueſſam, Calenum, et Sinueſſam. *Plin. & al.*

Hinc

Hinc Maſſicus etiam nomen gentis, ut vina Maſſica. Martialis libro 13. epiſt. 108.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prelis.

¶ Maſſicus, mons aliàs Campaniæ, nunc provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano, *monte Marſico* dicitur; eſtque inter Minturnas & Calenum extenſus, & versùs oram maris Tyrrheni, ut ego didici ab incolis, dum illas partes luſtrarem. Dictus fuit etiam Falernus, quia Falernus ager erat ei conterminus. Ejus autem pars *Mondragone* dicitur ab incolis, versùs oram maris Tyrrheni.

Caſ. Strab. Plin. & al. Maſſilia, *marſeille* Gallis, *Marſiglia* Italis, urbs Galliæ Narbonenſis, præclara, in ora Provinciæ, & emporio celebris à Phœnicibus condita, unà cum Emporiis in Hiſpania, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, inde 14. ſeu 15. leucis in ortum, & Eurum, ab Aquis Sextiis 5. in meridiem. Populi Maſſilienſes. Martialis fumoſa vina Maſſiliæ vocat libro 13. epiſt. 120.

Fumea Maſſiliæ ponere vina potes.

Maſſilienſes olim non ſolùm literis, ſed & moribus maximè claruerunt, uti apud Ciceronem in Oratione pro L. Flacco, & apud Strabonem videre eſt. Unde *Mores Maſſilienſes* apud Plautum in Caſina, de probatiſſimis, proverbialiter dicuntur. Iidem luxus notati ſunt; unde *Maſſiliam navigas*, &, *E Maſſilia veniſti*, apud Suidam de nimis cultis dicitur.

¶ Maſſiliæ ſpecula, *Marſeille veire*, vicus eſt Galliæ, in Provincia, & in ora maris Mediterranei, vix 2. leucis à Maſſilia in ortum, ubi Pharus ſeu turris, è qua Maſſilienſes animadvertunt naves proximè adventantes, ut ego pluries vidi. Sed non eſt *Marſeille vieille*, ut quidam ineptè ſcripſere.

Liv. & al. Maſſyla oppidum Cyrenes fuit mediterraneum, apud Bereniceu, & hortos Heſperidum ſed apud Livium Maſſylia gens in Numidia ponitur. Populi Maſſyli, quos Plinius inter Capſitanos, & Getulos apud Libyæ deſerta locat. Hinc Maſſylius nomen gentis, & Maſſylus. Virgilius lib. 4. Æneidos:

Hinc mihi maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos.

Et Silius libro 3.

Quin & Maſſyli fulgentia ſigna tulere.

Dion. Maſyli, populi, & Maſsylia, regio Africæ apud Dionyſium Afrum. Vide Maſſyli in Maſsyla.

Atque Maſaſyli, nec non Maſylia proles.

Ptol. Maſta, *Graro*, teſte Joanne Baroſio, mons Aethiopiæ, ſub Aegypto, in ora orientali, ultra Aequatorem, cum urbe cognomine.

Strab. Steph. Maſtaura, *Meſtaurebe*, teſte Leunclavio, urbs Lydiæ, in Cariæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, numero plurali prolata; ſic dicta, quod ibi taurus Rheæ Bacchi nutrici in ſacrificio mactaretur. Populi Maſtaurenſes Plinio.

¶ Maſthala, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

Maſtramella, uti in codice emendatiore legitur, oppidum Galliæ Narbonenſis maritimum. Vide Aſtromela, uti legitur etiam, & Maritima.

Ptol. & al. Maſtuſia, *Capo Griego*, teſte Nigro, & aliis, promontorium Cherroneſi Thraciæ, in ora Auſtrali, contra Sigeum promontorium Troadis, ab Atho monte Macedoniæ 163. mill. paſs. in ortum recedens.

¶ Maſtya, Mileſiorum oppidum, in Paphlagonia, teſte Plinio, inter Tejum, & Cromnam.

¶ Maſulepatanum, *Maſulepatan*, urbs & emporium Indiæ citerioris, in ora ſinus Gangetici, & in regno Golcondæ, cum portu capaci valdè Europæis frequentato, ubi aliàs arx Luſitanorum.

¶ Mataja, *Mataya*, provincia Americæ meridionalis, juxta fluvium Amazonum, inter oſtia Maderæ, & Tapaiſæ fluminum, teſte Petro Texeira.

Ptol. Matalla, Matallum Straboni, *Matalia*, & *Matala* hodie, oppidum olim, nunc pagus Cretæ, in ora Auſtrali, inter Pſychium oppidum ad occaſum, & Leonem promontorium ad ortum, ad Electræ fluvii oſtium. Sed Matalia habet codex Ptolemæi Græcus.

¶ Matania, *Matan*, inſula Oceani Indici, & una ex Philippinis, inter Cebuam ad Boream, & Mindanoam ad auſtrum. Aliàs Regem habuit proprium, poſteà paruit Hiſpanis; ſed à paucis annis facta eſt iterùm ſui juris.

¶ Matamanum, *Mataman*, regnum Africæ inferioris, in ora occidentali maris Æthiopici, inter Regnum Benguelæ ad Boream, & oram Cafrorum ad meridiem.

¶ Matatania, *pais de Matane*, regiuncula Africæ, in parte orientali Madagaſcariæ inſulæ, propè oram litteralem, & Matatanum fluvium, ubi aliquot coloniæ Fancorum à paucis annis.

Mateola, *Matera*, urbs archiepiſcopalis Lucaniæ, in Apuliæ confinio, in valle, quam circumſtant montes, inter Acherontiam ad occaſum 18. & Tarentum ad ortum 36. mill. paſſ. Hodie idem Archiepiſcopus eſt Acherontiæ, & Mateolæ. Populi Mateolani Plinio. *Dion.*

¶ Mateola, *Matera*, urbs Apuliæ Peucetiæ, in Lucaniæ confinio, nunc in provincia Hydruntina, ad amnem *Canapro*, in limite Baſilicatæ. Deficit in dies 30. milliaribus diſtat ab Acherontia in ortum, totidem à Taranto in occaſum, & 25. à Bario in meridiem.

¶ Materanum, *Materan*, ſeu & *Materavv* quibuſdam, urbs eſt ampla Indiæ. Javæ inſulæ primaria, & regni cognominis caput, in parte Auſtrali inſulæ. Diſtat 100. leucis à Bantamo in ortum, Balambuanum versùs 120. ſed 40. tantùm à Japara in meridiem. Regi Materani ſuberat aliàs tota Java inſula; ſed à multis annis regna quæ ſunt in parte Boreali, ab eo defecerunt.

Mathis ſive Matis, *Matin* Caſtaldo, fluvius Macedoniæ, apud Dyrrachium fluens. *Vib. ſeq.*

Matiana, regio Mediæ, apud fines Armeniæ, ubi Matiana, ſeu Mantiana palus. *Strab. Steph.*

¶ Matica, *Matique*, provincia eſt regni Apalacitarum, in Florida regione Americæ ſeptentrionalis, versùs Apalatæos montes, ubi aliquot coloniæ Anglorum a paucis annis, teſte Briſtochio.

Matieni, populi Aſiæ, in Cappadocia, ad dextram Halys ripam incolentes. Sunt & populi Aſiæ, Armeniis proximi; apud quos Euphrates fluvius montibus altis perſtringitur, ut ſcribit Dionyſius Afer: *Herod.*

Et fortis propè quos ſævit Mauros, Matieni:
Quos propè concludunt Euphratem collibus altis.

¶ Matilica, *Matelica*, oppidum Italiæ, in ditione Pontificia, & in Piceno, versùs montes. 9. mill. diſtat à Septempeda in occaſum, & 7. à Fabriano in ortum, 17. autem ab Æſi in auſtrum. Hinc Matilicates populi dicti. *Plin.*

Matilicates, populi Piceni, quorum oppidum Matilica, *Matelica*, non obſcurum, inter Septempedam urbem & Fabrianum oppidum ad 7. mill. paſs. diſſitum, paulò tamen à Septempeda remotius. De eo libro 3. Itiner.

Deinde vetus retinens ingreſſa Matilica nomen.

Matini populi Apuliæ, (non Calabriæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) in Lucaniæ confinio, ubi ſaltus Matini buxetis abundantes. De quibus Lucanus lib. 9. *Plin.*

Vulturis, & calidi lucent buxeta Matini.

Horatius libro 1. carm. ode 28.

Pulveris exigui propè littus parva Matinum.

Matiſa, *Matagi*, pagus Corſicæ, à Bonifacio oppido littorali 9. mill. paſs. in Boream, inter Moram, & Allinam. *Ptol.*

Matiſcona, *Maſcon*, urbs Galliæ Celticæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, ad Ararim fluvium, in Burgundiæ Ducatu, inter Lugdunum ad meridiem 9. & Cabilonum ad Boream 10. leucis.

¶ Matiſcona ſeu Matiſcon, *Maſcon*, urbs Æduorum, in limite Seguſianorum aliàs, nunc in Burgundiæ Ducatu, & in confinio Breſſiæ provinciæ. Media eſt inter Cabillonum, & Lugdunum, 11. leucis utrinque diſtans; eſtque ſatis culta, in colle. Ab ea tractus adjacens dicitur *le Maſconnois*, Matiſconenſis tractus. *Caſ.*

Matium, *Candia*, teſte Pineto, urbs archiepiſcopalis Cretæ, in ora Boreali, primaria, & caput inſulæ. *Plin.*

¶ Matium, *Candia* Italis, *Candie* Gallis, urbs Cretæ præcipua, archiepiſcopalis, & permunita, Pineto, & Brietio teſtibus. Portu gaudet ſatis capaci, cum arce et armamentario. Anteà ſuberat dominio Reipublicæ Venetæ. Sed à Turcis obſeſſa per aliquot annos, tandem ab ipſis expugnata eſt anno elapſo 1669. dum hæc ſcriberem. Verùm tota ferè deſolata jacet, à paucis habitata, cum anteà emporium eſſet celebre. Sedet in planitie, ad radices montium.

¶ Matium Themyſciræ regionis oppidum eſt, Plinio teſte, circa Colchidem.

Matracha, urbs Thraciæ mediterranea, una ex metropolibus Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectis. *Curop.*

Matrejum, et Matrejo, *Matran*, teſte Pirchaimero, oppidum Rhætiæ, in Comitatu Tirolenſi, ad Salim fluvium, proximum Oeniponti, ab eo 2. leucis Brixinam versùs. De quo in libro 4. Itinerarii ſic: *Ant.*

Pergimus ad veteres priſca Matreionis arces,
Quas Salis irriguis gemmifer ambit aquis.

¶ Matrejum aliis eſt *Matray*, caſtrum Tirolenſis Comitatus, ad amnem *Vitz*, ad radices Alpium, 2. leucis ab Oeniponte in meridiem diſtans.

Matrica, *Theten*, teſte Simlero, pagus Pannoniæ ſuperioris, apud Danubium, in Hungaria, à Buda 2. leucis in auſtrum, ſive Eurum.

Matrinus, *Librata*, teſte Pyrrho Ligorio, fluvius Piceni, in Aprutio, apud fines Prægutt ioium, qui aliis Albula videtur.

¶ Matrinus aliis eſt *la Piomba*, amnis Aprutii ulterioris, propè Adriam urbem, teſte Brietio.

Matrona, *Marne*, fluvius Galliæ Belgicæ, per Campaniam fluens, Catalaunumque & Meldas urbes alluens, ac Sequanæ, apud Lutetiam Pariſiorum congrediens. In Theſauro Linguæ Latinæ dicitur Celtas à Belgis ſeparare, ſed malè, nam id facit Sequana; nec oritur in finibus Lingonum, ut ibidem ſcribitur.

¶ Matrona, *la Marne*, fluvius, oritur in Campania provincia, in vicò Baliſma, loco cui nomen *Marmote*, diſtante uno milliari ab urbe Lingonum in auſtrum; deinde in Arctos tendens, Lingones rigat, Calvum montem, Ioanvillam, Fanum S. Deſiderii, Victoriacum Francicum, & Catalaunum urbes Campaniæ, uti & Caſtrum Theodorici, Meldas, & Latiniacum; tandemque aliquot auctus fluviis, ad pontem Catentonium Sequanæ miſcetur, 2. leucis ſupra Lutetiam in ortum. Sed Belgas à Celtis non ſeparat, uti nec Sequana fluvius.

¶ Matſumaja, *Matzumay*, regio Aſiæ, in ora auſtrali terræ Eſonis, verſus Japoniam, & fretum Sangarium, nuper à Batavis detecta versùs oram littoralem tantùm. Ideò de ea pauca dici poſſunt.

Mattiaci, populi Germaniæ inferioris, ſeu Galliæ Belgicæ, Batavis finitimi, qui Ortelio *Zelanders* eſſe videntur: quorum urbs primaria Metelburgum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Machlinienſi, à Gandavo urbe Flandrica, & Antuerpia urbe Brabantiæ 12. leucis.

¶ Mattiaci, populi fuere Germaniæ, versùs Rhenum, & Cattos, ubi nunc pars maxima Veteraviæ tractus, cum parte auſtrali Haſſiæ, Sanſone, & Brietio teſtibus. Earum urbes fuere Mattiacum ſeu caſtrum Mattiacorum, *Marpurg*, & Aquæ Mattiacæ, *wisbaden*, teſtibus iiſdem; & longè diſtabant à Zelandia in ortum.

Mattiacum, *Marpurg*, vel *Martpurg*, teſte Ortelio, urbs Germaniæ præclara Haſſiæque primaria, & accademia, media inter Fracofurtum, & Caſſellam, alteram Haſſiæ urbem primariam, 9. leucis, quæ Mattium Tacito, caput Cattorum. Aliis *Baden* eſſe videtur, Marchiæ Badenſis urbs primaria, in Svevia, inter Argentoratum, & Phorcenam 4. leucis, quod Tacitus ibi fontes calidos memoret. Hinc Mattiacus, a, um, ut pilæ Mattiacæ genus ſaponis apud Martialem lib. 14. elegia 25.

Accipe Mattiacas (quo tibi calva?) pilas.

¶ Mattiacum, ſeu Caſtrum Mattiacorum, urbs Mattiacorum, in Germania. Nunc eſt *Marpurg*, urbs Haſſiæ, ad Lanum fluvium, cum caſtro munito, & Accademia. Anteà Principem habebat proprium, nunc autem ſubeſt Landgravio Haſſo Caſſellano; eſtque medium inter Francofurtum ad Mœnum in meridiem, & Caſſellam, 11. milliaribus Germanicis utrinque diſtans, & 9. à Fulda in occaſum.

Matuſarum, *Puente de Sor*, teſte Iacobo Vaſconcello, pagus Luſitaniæ, in regno Portugallico, proximus Villæ Formoſæ, ab Amæo 6. leucis, ab Ulyſſippone 22. in ortum Emeritam versùs.

Mavitania, *Murcia*, teſte Pineto, regio Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Baſtetanorum.

¶ Mauleo, *Mauleon*, oppidum Galliæ, in Benearnia, & regiuncula Solenſi dicta, cum caſtro intra montes, 5. leucis à limite Hiſpaniæ. Vide Malleo.

¶ Mauma, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto apud Plinium.

¶ Maurahalnaria, ſeu Mauralnaharia, *le Maurenaher & Mauvaralnahar*, regio eſt ampla Aſiæ, & pars Tartariæ magnæ, quæ à quibuſdam Vsbechia & Zagataja dicitur, ubi aliàs Bactriana latè ſumpta, cum Sogdiana. Extenditur autem inter Oxum & Iaxartem flumina à monte Caucaſo ad mare Caſpium. Eius urbes præcipuæ ſunt Maracanda, *Samarcand*, totius regionis primaria, Balchia, *Balch*, & Buchara, *Bochara*. Sed de ea pauca dicenda ſunt, cum difficillimè ab Europæis frequentetur.

Mauri, *Mori*, populi Africæ, ſic à nigredine dicti, ob ſolis aduſtionem; quorum regio Mauritania.

Mauriana, regio, & urbs epiſcopalis Allobrogum ſub Archiepiſcopo Tarantaſienſi, in Sabaudia; *S. Jean de Moriennne*, vel *maurienne* urbs nominatur, apud Iſaram fluvium, à Camberico 14. leucis Seguſium versùs. *Lib. Conc.*

¶ Mauriana, *la Maurienne*, provincia eſt Sabaudiæ, ſeu potiùs vallis oblonga, inter montes aſperimos, juxta Arcum fluvium, ab Alpibus uſque ad Iſaram fluvium extenſa, inter Tarantaſiam ad Boream & Delphinatum ad auſtrum. Ejus primaria eſt Fanum S. Ioannis, ſeu Mauriana, *S. Jean* incolis, *S. Jean de Maurienne* exteris, urbs ſatis culta, ſed ſine mœnibus, in planitie ad Arcum fluvium, & epiſcopalis ſub Archiep. Viennenſi. Diſtat 10. leucis à monte Ceniſio in occaſum, & 14. à Camberiaco in ortum.

Mauritania, regio Africæ, gemina: Cæſarienſis, mari Mediterraneo expoſita, ſic a Julia Cæſarea urbe primaria & regia nominata; quæ *Regno d'Algier*, & *Regno di Tremeſin* dicitur: altera Tingitana, Oceano ad occaſum adjacens, ſic à Tingi olim primaria urbe dicta; in qua duo regna continentur, Feſſanum & Morachium. Utraque verò unà cum Africa propriè dicta *Barbarie* nominatur. Eſt & oppidum Galliæ Celticæ, in Comitatu Perticenſi, *Mortaigne*, apud Belliſmum ejuſdem Comitatus oppidum. Vide Moritania. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

¶ Mauritania regio fuit Africæ, ab ortu in occaſum extenſa, ubi nunc pars occidentalis Barbariæ. Triplex fuit, nempè Cæſarienſis, Sitifenſis, & Tingitana. Mauritania Cæſarienſis erat inter Sitifenſem ad ortum, & Tingitanam ad occaſum, Gætulos ad meridiem, & mare mediterraneum ad Boream, ubi nunc pars major & occidentalis regni Algerii. Mauritania Sitifenſis erat inter Cæſarienſem ad occaſum, Gætulos ad auſtrum, Mumidiam ad ortum, & mare mediterraneum ad Boream, ubi hodiè pars minor & orientalis regni Algerii. Mauritania Tingitana dicta fuit etiam Hiſpania Transfretana tempore Conſtantini; eratque inter Oceanum Atlanticum ad occaſum, Fretum Gaditanum, & mare Mediterraneum ad Boream, Mauritaniam Cæſarienſem & Gætulos ad ortum, & Autololas ad meridiem: & in eo tractu ſunt hodie regna Fezzæ & Marochii.

Mauritaniæ urbes adhuc extantes:

Arſenaria, *Cæſarienſis*, Arſen *ſeu* Arzerum.
Baba, *Tingitana*, Beniteuda.
Banaſa, *quæ & Valentia*, *Tingitana*, Fanfara.
Bocanum Hemerum ſeu Marochium, *Tingitana*, Maroc
Cartenna, *Cæſarienſis*, Moſtagan.
Deorum Portus, *Cæſarienſis*, Mazzagran.
Exiliſſa, *Tingitanę*, Ceuta.
Feſſa. Vide Volubilis.
Gontiana, *Tingitanę*, Gemaa.
Iagath, *Tingitana*, Targa.
Icoſium, *Cęſarienſis*, Acor.
Igilgili, *Cæſarienſis*, Gigeri.
Iol. Vide Iulia Cęſarea.
Iulia Cæſarea, *Cęſarienſis*, Tenez.
Lixa & Lixos, *Tingitana*, Larache.
Manliana, *Cęſarienſis*, Meliane.
Marochium, *Tingitana*, *aliàs Bocannm Hemerum*, Maroc.
Myſocoras, *Tingitanę*, Aman.
Opinum, *olim epiſcopalis*, *Tingitanę*, Rabath.
Oppidum novum, *Cęſarienſis*, Mezuna.
Portus magnus, *Cęſarienſis*, Marzalquivir.
Quiza, *Cęſarienſis*, Oran.
Ruſazus, *Cæſarienſis*, Carbon.
Ruſconia, *Cęſarienſis*, Morafus.
Ruſibis & Rutubis, *Tingitama*, Ommirabi, *ſeu* Azamor.
Ruſſocorum ſeu Ruſucurum, *Cæſarienſis*, Alger.
Ryſſadirum, *Tingitanę*, Melilla.
Sala, *Tingitana*, Salè.
Salde colonia, *Cęſarienſis*, Bugia.
Sittici, *olim colonia*, *& epiſcopalis*, *Cęſarienſis*, Sitifi, *ſeu* Steffe.
Tamuſida, *Tingitanę*, Tifeldeſt.
Teniſſa, *Cęſarienſis*, Tenexa.
Timice, *Cæſarienſis*, Tremiſen.
Tingi & Tingis, *Tingitanę*, Tanger.
Tocoloſida, *Tingitanę*, Mergo.
Vaga, *Cęſarienſis*, Tagdemat.
Victoria, *olim opiſcopalis*, *Cęſarienſis*, Agobal.
Volubilis, *Tingitanę*, Fez.
Zilis & Zilia, *Tingitanę*, Arzilla.

Mauritia, *Maurice*, urbs Americæ meridionalis, in

Braſilia regione, & in Præfectura Pernambuci, anteà ab Hollandis excitata, & ſic dicta in gratiam Principis Mauritii Naſſovii. Sed poſteà à Luſitanis expugnata, ipſis etiamnum ſubeſt.

¶ Mauritia, *l'isle Maurice* Gallis, *Mauritz Eyland* Belgis, inſula maris Aethiopici, in Africa, quæ aliter Cygnea dicitur, *do Cerne* à Luſitanis, à quibus primùm detecta fuit. Vide Inſula Mauritia.

¶ Mauritii regio, *Mauritzland* Belgis, *pais de Maurice* Gallis, regio Americæ meridionalis, in Terra Ignium, maximè ad ortum Extenſa versùs fretum Macreum, à Batavis detecta anno 1616. & ſic dicta in honorem Mauritii Naſſovii Principis Auraici, cuius auſpiciis detecta fuit.

¶ Maurocaſtrum, Armeniæ oppidum Curopalati, epiſcopalis ſedes ſub Sergiopoli, teſte Guillelmo Tyrio.

Lib. Maurum, *S. Mauro*, urbs olim magnæ Græciæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, nunc oppidum Calabriæ citerioris, inter Coriolanum & Thurios, teſte Barrio, à Coroliano 4. à Roſciano 10. in Boream, à Beſidiano ſupra 12. mill. paſſ. (*Nunc vicus eſt in colle.*)

Mauruſia regio à Strabone in ora Libyæ occidua contra inſulas Fortunatas collocatur. De qua Virgilius libro 4. Æneidos:

Iuppiter omnipotens, cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris.

Liv. Proc. Mauruſii, populi Africæ gemini: alii apud Tripolim Vrbem Africæ, juxta Syrtim magnam, teſte Procopio; alii in ora Mauritaniæ Tingitanæ, contra Gades, teſte Livio. Alii item Straboni in ora Libyæ occidentalis.

Ptol. Mauſoca, *Meſat* ex tabulis Geographicis recentibus, urbs Hyrcaniæ mediterranea, Hyrcaniæ metropoli finitima: quæ metropolis *Caſſon* ſive *Caſſan* appellatur, teſte Moletio & Girava.

Maxala, Africæ interioris urbs, à Cornelio Balbo devicta, teſte Plinio.

Vbi. Maxentia, *Mazenta*, teſte Gaudentio Merula, pagus agri Mediolanenſis, ſic à Maxentio Imperatore dictus, ut eſt loci traditio, à Mediolano 16. mill. paſſ. Novariam versùs.

Ptol. Maxera, Mazeras Plinio, fluvius Hyrcaniæ, in Hyrcanium mare labens, qui *Firi* nunc in tabulis dici videtur, juxta quem Maxeræ populi habitant.

¶ Maxilva, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, in Turdetanis, teſte Ptolemæo.

¶ Maximianopolis, Aegypti urbs libro Notitiarum. Hanc anteà Mageddo appellatam ſcribit Hermannus Contractus. Thraciæ quoque urbs in Mœſia Ammiano, & Antonino.

Ant. Plin. Ptol. Maxula, ſeu Maxulla Plinio, colonia & oppidum Africæ maritimum, Tuneſi ſeu Tuneti proximum, inter Carthaginem ad occaſum & Clupiam ad ortum: ſed Mazula apud Ptolomæum, ut habet codex Græcus: nunc *Marſa*, olim epiſcopalis urbs ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, inde 18. mill. paſſ. in ortum.

¶ Mayenſis Comitatus, *Mayo Countie*, regiuncula Hiberniæ, in Connacia regione. Ibi caſtrum *May* præcipuum in ora littorali.

Strab. Plin. & al. Mazaca, quæ & Cæſarea, *Tiſaria*, teſte Nigro, urbs Cappadociæ Archiepiſcopalis & metropolis, ampla olim, apud montis Argæi radices, ab ora Ponti Euxini 800. ſtadiis in auſtrum; Tyanam versùs 90. mill. paſſ. à Melitene urbe & Euphrate flumine 200. circiter plus minùs in occaſum recedens, Epheſum versùs 500.

¶ Mazaca Cæſarea, urbs Cappadociæ, versùs Armeniam minorem & Melam fluvium. 80. mill. paſſ. diſtat à Sebaſtia in meridiem, 70. à Tyana in Cæciam, 160. à Melitene urbe, & Euphrate fluvio in occaſum.

Mazacæ, populi apud Plinium libro 6. capite 7. circa Mæotim, in Sarmatia.

Ptol. Diony. * Mazaces, populi Liburniæ, juxta Dalmatiæ confinia, quorum regio *Lica*, *vel Lika*, teſte Nigro, nominatur. Meminit Lucanus libro 4.

Medorum, tremulum cum torſit miſſile, Mazax.

(* Mazæi apud Ptolomæum Μαζαῖοι, in Seld. man. Mazax autem in citato carmine de gente Africana intelligendum.)

Mazaces, ſeu Mazæi, populi Illyrici, versùs Savum fluvium in ſeptentrionem & Iapodes, ſub quibus fuere, ubi nunc pars Croatiæ, versùs Vnam amnem.

¶ Mazaganum, *Mazagan*, urbs Africæ, in regno Marrochio, & in Ducala provincia, cum portu in ora Oceani Atlantici, & arce munita, propè oſtia Ommirabihi fluvii, ſub dominio Regis Portugalliæ.

¶ Mazandaranum, *Mazandaran*, urbs Perſiæ, caput provinciæ cognominis, versùs oram Auſtralem maris Caſpii, ubi aliàs pars orientalior Hyrcaniæ, teſte Adamo Oleario.

Mazara, *Mazara*, urbs Siciliæ littoralis, in ora Auſtrali, inter Thermas ad ortum 30. & Lilybæum ad occaſum 18. mill. paſſ. ad fluvium cognominem, epiſcopalis ſub Archiep. Panormitano, inde ſuprà 60. mill. paſſ. Vrbs etiam Armeniæ majoris. Steph. Diod. Plin.

¶ Mazara ſeu Mazarum, *Mazara*, urbs Siciliæ, cum portu capaciſſimo, ſatis munita; eſtque ferè media inter Thermas & Lilybæum, 30. mill. paſſ. à Drepano in auſtrum, & 55. ab Agrigento in occaſum. Ab ea pars occidentalis Siciliæ dicitur Vallis Mazaræ, *Val di Mazara*, eſtq; una ex tribus provinciis Siciliæ inſulæ.

Mazeras flumen eſt Hyrcaniæ, in mare Caſpium influens. De quo Plutarchus libro 6. capite 78.

¶ Mazira, *Mazira*, inſula Aſiæ oblonga, in ora Arabiæ felicis, aliàs Organa dicta. 160. mill. paſſ. diſtat à Corodamo promontorio in occaſum, & 140. à Maſcata urbe in meridiem.

* Mazorani, populi Aſiæ, in Parthiæ & Carmaniæ confinio. (* In Seldeni manuſcripto Μασδωρανοί.)

¶ Mazua, *Mazua*, inſula Africæ, in ſinu Arabico, & in ora Barnagaſſi, anteà ſub dominio Abyſſinorum, nunc Turcici juris ab anno 1557. Aliàs Macaria dicta fuit. Vide ibi. Ptol.

Mazula. Vide Maxula. Ptol.

Mazyes, Mazyces Ammiano, Mazices Ptolemæo, populi Mauritaniæ Cæſarienſis, quorum Rex fuit Jarbas, teſte Saluſtio. Steph.

¶ Meacum, *Meaco*, urbs ampla Japoniæ, in Niphonia inſula, & in tractu Jetſeno dicto. Fuit anteà totius regionis caput & ſedes regia; nuncque etiam populoſiſſima, & emporium celeberrimum. Vix 8. mill. paſſ. diſtat ab ora ſinus cognom. 70. ab ora Boreali Japoniæ, & 24. à Jendo in occaſum. Vrbs ipſa duplex eſt: ſuperior, ubi Imperatoris palatium planè regium: & inferior, quæ extenditur versùs oram littoralem & portum, ubi arx permunita Fuxima dicta. Sed tantiſper defecit ex quo Jendum facta eſt etiam ſedes regia.

Mearus, Metarus Ptolemæo, *Mearon* ex tabulis recentibus & Floriano, flumen Hiſpaniæ Tarraconenſis, Callaicos ab Aſturibus ſeparans: ad cujus oſtium Ribadeum oppidum, à Caronio urbe 23. leucis in ortum diſtans. Mel.

Mearus fluvius aliis eſt *Rio Major*, in Callaicis, qui propè Trileucum promontorium in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, 10. leucis à confinio Aſturiæ in occaſum.

Meatæ, populi Albionis in Scotia quorum regio *Laudonia*, in Angliæ confinio, cujus caput eſt Edimburgum, urbs regia. Vide Mæatæ. Dion.

Mecca, *la Mecque*, Italis *la Mecha*, Arabiæ felicis urbs, quam veteribus Petram fuiſſe dictam arbitratur Bellonius libro 3. obſervat. Sed alii, & meliùs credunt eſſe Marrabam antiquorum. Eſt juxta fluvium Betium, nunc *Chaibar*, ad radices montium 8. milliaribus diſtat à mari Rubro in ortum, & 200. à Medina Tanalbia in meridiem. Ibi viſitur ſepulchrum Mahumetis.

Mechlinia, *Malines*, urbs archiepiſcopalis Belgii, in Brabantiæ Ducatu. Quibuſdam Maclinia. Vide ibi.

¶ Mechoacania, *Mechoacan*, regio Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, inter Mexicanam ad ortum & novam Galitiam ad occaſum, ſub dominio Hiſpanorum. Extenditur per 80. leucas juxta mare Pacificum; & ex ea pendent provinciæ Colima & Zacatula. Ejus primaria urbs eſt Valliſoletum ſeu Mechoacanum, *Mechoacan*, ut vocant, ultra quam ſunt etiam in eadem regione urbes S. Michaelis, *S. Miguel*. S. Philippi, *S. Felippe*, Conceptionis de Salaya, *la Concepcion de Salaya*, Legio, *Leon*, Sentica, *Zamora*, Zacatula, *Zacatula*, & Colima, *Colima*; eſtque à ſeptentrione in meridiem extenſa.

¶ Mechoacanum, *Mechoacan*, urbs ampla Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & in Mechoacania regione, epiſcopalis ſub Archiep. Mexicano. Ab incolis dicitur *Guayangarco*, & ab Hiſpanis Valliſoletum, *Valladolid de Mechoacan* 47. leucis Hiſpanicis diſtat à Mexico in occaſum, & aliquot leucis tantùm à lacu Mechoacano in auſtrum, teſte Herrera.

Mecla-

Meclaria, ſive, ut alii legunt, Medaria; oppidum Illyrici, in Liburnia, ad Colapim fluvium, *Medling*, teſte Lazio. Sed hoc Metullum dicitur Straboni.

Mecon, inſula parva maris Ægæi, apud Delon, in qua Aiax ſepultus traditur.

Mecone urbs fuit Sicyoniæ regionis, ut Cælius Rhodiginus libro 12. capite 12. ſcribit, ex Strabone.

Mecyberna, Mecyperna Straboni, oppidum Macedoniæ, in Pallene peninſula, proximum Olintho, inde 20. ſtadiis diſtans. Inde Mecybernæus ſinus Thermaicus apud Melam.

Meda, vicus agri Mediolanenſis, cum antiquo cœnobio virginum, à Divis Haymone & Veremundo comitibus (quorum ibi corpora aſſervantur, venerantur que,) circa Caroli Magni tempora exſtructo, nobilis Coriorum (qui à Curiis Romanis profecti putantur) familiæ, à Mediolano 12. mill. paſſ. Eſt & Meda urbs Theſſaliæ, teſte Peroto.

¶ Meda, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolomæo.

Medaba, *Medaven* Guillelmo Tyrio, & aliis *Medbah*, urbs Arabiæ petrææ, in finibus Moabitarum, epiſcop. ſub Archiep. Boſtrenſi, quæ & Madaba in libro Machabæorum dicitur.

Medama, fluvius & urbs Brutiorum, in ora Calabriæ ulterioris. Fluvius nomen retinet antiquum; urbs à Saracenis excisa, ubi nunc *Nicotera*, urbs epiſcop. ſub Archiep. Rhegino, à Tropea 8. mill. paſſ. in ortum, Scyllæum versùs ad 30.

¶ Medama, Brietio & aliis teſtibus, eſt nunc *Roſſarno*, vicus Calabriæ ulterioris, propè oſtia fluvii cognominis, *Metramo* nunc dicti, in ora maris Tyrrheni, & vix 4. mill. paſſ. in meridiem à Nicotera, quæ crevit ex ejus ruinis.

Medea, urbs Thraciæ epiſcopalis ſub Archiep. Heracleenſi, apud Cherroneſum, *Midia* vulgò.

Medelacus, *Meteloch*, pagus Galliæ Belgicæ, cum cœnobio, in Lotharingia, ad Sarram fluvium.

Medelicum, *Melck*, oppidum Norici, ad Danubium, in auſtria, inter Lentiam ad occaſum 14. leucis, & Viennam ad ortum 12. occurrens.

¶ Medelpadia, *Medelpad*, provincia eſt Sveciæ, inter Helſingiam provinciam ad auſtrum, Angermaniam & Iemptiam ad Boream, & ſinum Botnicum ad ortum. Ibi nulla urbs, ſed tantùm caſtra aliquot.

¶ Medemblicum, *Medemblick*, urbs Belgii, in Hollandia ſeptentrionali ſeu Vueſtfriſia, juxta mare Auſtrinum, cum portu capaci. 2. leucis diſtat ab Enchuſia in Circium, paulò ampliùs ab Hornia in Boream, & inter Alcmariam in Africum, & Staveram in Cæciam 4. leucis.

Medena, *Neuport* vel *Nevuport*, oppidum & emporium Vectis inſulæ, teſte Nevillio, contra Magnum portum, & Hamptonam urbem Angliæ.

¶ Medeni, Africæ propriæ populi, teſte Ptol.

Medeon oppidum fuit Phocidis, ad Criſſæum ſinum, in confino Bœotiæ; & aliud Bœotiæ, apud Copas, & Oncheſtum.

Mederiacum, *Mierle*, teſte Simlero, pagus Germaniæ inferioris, in Geldria, apud Moſam fluvium, à Venloa urbe 3. leucis in Boream.

¶ Mederiacum, oppidum Vbiorum, in ipſo limite Menapiorum. Nunc, teſte Cluverio, eſt vicus *Svvalm*, rivulo cognomini appoſitus, in Geldria ſuperiori, vix una leuca Germanica à Ruremunda in Cæciam, & paulò ampliùs à Caſtello Menapiorum in Eurum.

Media, regio Aſiæ maxima, inter Armeniam majorem ad occaſum & Parthiam, ac Hyrcaniam ad ortum, mare Caſpium attingens ad Boream & Aſſyriam Suſianamque ad meridiem; cujus pars Borealis Atropatia, & vulgò *Servan*. Vrbes claræ, Cyropolis, Ecbatana, Arſacia, & Europus. A Medo victore & occupatore dicta, vulgò *Maday* Populi. Medi. Hinc Medicus nomen gentis. Lucanus libro 2.

Mundus: Achæmeniis decurrant Medica Suſis Agmina.

Virgilius 2. Georgicorum:

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem.

Et apud Dionyſium Afrum Medica tellus pro ipſa Media.

Medica neſcitur tibi tellus: cuius ad axes
Geli ſunt, Mardique viri, ſimul Atropateni.

Medi deliciis dediti à Syneſio libro de inſomn. referuntur, ut *Medica menſa* in proverbium abierit, ſicuti *Menſa Sybaritica*, & *Apparatus Perſicus*, pro exquiſita ac ſumptuoſa menſa; ſic apud Athenæum & apud Divum Chryſoſtomum in oratione trigeſima. Sumitur & *Menſa Medica* pro crudeli epulo apud Athenagoram libro de mort. reſurrect. ex eo quòd Aſtyages Medorum Rex Harpago conſiliario filium ejuſdem Harpagi epulandum appoſuit, ut Iuſtinus auctor eſt.

¶ Media, regio Aſiæ notiſſima, cuius Reges olim fuere percelebres. Fuit ubi nunc *Servan*, regio ampla Perſiæ, cum parte occidentali provinciæ *Gilan* dictæ, & parte ſeptentrionali provinciæ *Yerack agemi*, quæ nunc ſubſunt dominio Regis Perſarum. Medi aliàs Aſiæ Imperium obtinuit, Arbace Medo, Ninivem, ubi erat Sardanapalus Aſſyriorum Rex, capiente: ſed & viciſſim Mediorum Imperium Cyaraxe mortuo ad Perſas devolutum eſt. Ecbatana Medorum regia fuit.

Media quoque, urbs epiſcopalis Hiberniæ ſub Armachano Archiepiſcopo, circa medium ferè Hiberniæ, unde nomen habet cum regiuncula, *Mich* vulgò Lymmerico finitima. (Camdeno & aliis Media, vulgò *Mich* vel *Miih*, & Anglicè *Methe*, Comitatus nomen eſt, (non urbis) & epiſcopatus, cujus Epiſcopus plerumque ad *Navan* oppidum reſidet, nullam verò Eccleſiam cathedralem habet.)

Media, *Meath*, provincia eſt Hiberniæ, in Lagenia; & à quibuſdam etiam quinta pars Hiberniæ dicitur; eſtque duplex, Media Orientalis, *Eaſt Meath*, Comitatus, cuius caput eſt Trima, Media Occidentalis, *Weſt Meath*, Comitatus, cuius caput Molingaria; eſtque in confinio Vltoniæ & Connaciæ. *Amm.*

Mediana, ſuburbium Neſſi urbis Myſiæ ſuperioris ſive Dardaniæ, ab ea 3. mill. paſſ. diſtans.

¶ Medica, Propontidis inſula ex Conſtitutionibus Emanuelis Commeni.

¶ Mediccara, Africæ propriæ oppidum, teſte Ptolom.

¶ Mediolanenſis Ducatus, *Ducato di Milano* Italis, *Duchè de Milan* Gallis, pars Italiæ, in Longobardia, ubi aliàs inſubres. Provincia eſt fertiliſſima, & cultiſſima, tota ferè in planitie ampliſſima. Terminatur à ſeptentrione Helvetiis & Rhætis, ab oriente ditione Veneta & Ducatu Placentino, à meridie dominio Reipublicæ Genuenſis, & ab occidente partim Montisferrati Ducatu & partim ditione Ducis Sabaudiæ; ſubeſtq; Regi Hiſpaniæ. Dicitur aliter *il Milaneſe* ab incolis ſeu *lo Stato di Milano*, Gallis *le Milanois*; & ejus partes ſeu territoria ſunt Mediolanenſe proprium, *territorio di Milano*, Papienſe, *il Paveſe*, Novarienſe, *il Novareſe*, Comenſe, *il Comaſco*, Laudenſe, *il Lodegiano*, Cremonenſe, *il Cremoneſe*, Dertonenſe, *il Tortoneſe*, Alexandrinum, *l'Aleſſandrino*, Viglebanenſe, *il Vigevanaſco*, & Laumellina tractus, *la Laumellina*. Ibi aliàs Inſubres & pars Borealis Liguriæ. Eius partes fuere etiam Vercellenſis ager & Aſtenſis Comitatus. Sed nunc ſubſunt dominio Ducis Sabaudiæ, & Cremenſe territorium paret Reipubliæ Venetæ. Ducatus Mediolanenſis urbes nunc ſunt Mediolanum, *Milano*, Papia ſeu Ticinum, *Pavia*, Alexandria, *Aleſſadria*, Comum, *Como*, Cremona, *Cremona*, Dertona, *Tortona*, Laus Pompeia, *Lodi*, Novaria, *Novara*, Bobium, *Bobbio*, Mortaria, *Mortara*, Valentia, *Valenza*, & Viglebanum *Vigevano*. Vide Inſubres.

¶ Mediolanenſe territorium, *il territorio di Milano*, tractus eſt parvus ducatus Mediolanenſis, propè Mediolanum; eſtque riguus & cultus admodum, cum inumeris pagis & villis.

Mediolanum, *Milano*, *Meylandt* Germanis, *Milan* Gallis, urbs Inſubriæ archiepiſcopalis, & metropolis ampliſſima, à Gallis condita poſt Romam anno 395. Ducatus Mediolanenſis caput, emporium, & urbium Italicarum maxima, ab urbe Roma 515. mill. paſs. inter Venetias 165. & Lugdunum 215. Hic copia omnium pene rerum, ac artificium cuiuſque generis multitudo. De ea Auſonius de claris urbibus: *Strab. Plin. & al.*

Et Mediolani mira omnia, copia rerum.

Hæc urbs cæteras Italiæ urbes excellit quatuor inter alia, populi frequentia, templo auguſtiſſimo, vix unquam perficiendo, arce firmiſſima, & bibliotheca Ambroſiana appellata, Federico Borrhomæo Cardinali, & Archiep. Mediolanenſi, viro doctiſſimo, & ſtudioſorum Mecœnate de ſuo exſtructa, libriſque omnis generis & linguæ, ac redditibus amplis ad perpetuitatem inſtructa. In eo ad 300000. capite hodie cenſeri putantur: cæteras enim Italiæ urbes incolarum multitudine, una excepta Neapoli, longè ſuperat.

Mediolanum Germaniæ, nunc pagus ingens ad Vidrum *Ptol.*

drum fluvium, in Weſtphalia, in Tranſiſalanæ confinio, *Metelen* Mercatori, inter Monaſterium urbem 4. & Veteres Salios urbem Tranſiſalanæ 7. leucis,()*in Diœceſi & ditione Monaſterienſi.*)

Ant. Mediolanum alterum Germaniæ inferioris, *Metteler* Simlero, pagus apud Moſam, inter Coloniam Agrippinam & Trajanam, à Colonia Trajana 8. mill. paſſ. versùs Mederiacum 18. & Juliacum in auſtrum 45. Ortelio verò pagus, *Midelflun*, ejuſdem tractus.

¶ Mediolanum oppidulum fuit Gugernorum, 3. mill. paſſ. à Rheno fluvio: quod nunc, Cluverio teſte, eſt vicus *Moyland*, 6. mill. paſſ. ab urbe Clivia, in Germania inferiori, & in auſtrum, & 3. à Calcaria; eſtque in Ducatu Clivenſi.

Strab. Mediolanum item Santonum, Mediolanium Ptolemæo, *Sainctes* vel *Xainctes*, urbs Galliæ Aquitanicæ. Vide Santones.

Ant. Mediolanum alterum Galliæ Aulercorum cognomine, idem Magduno, teſte Wellero. Vide ibi.

¶ Mediolanum, oppidum Biturigum. Quidam cum Magduno confundunt, vulgò *Meun*; ad Avarum fluv. Sed longè diſtat ab Aulercis in meridiem, nec quid ſit mihi conſtat.

Mediolanum 3. Galliæ, Aulercorum Eburaicorum Ptol. urbs eadem Ebroicis. Vide Eburovices.

Ptol. Ant. Mediolanum quoque Albionis, ſive Britanniæ, in Anglia, in finibus Ordovicum, in Comitatu Lancàſtrenſi, *Lancaſter*, teſte Lhuydo, urbs, *Lhanuellin* Camdeno, pagus, aliis *Mitlam*, (forſan *Midlam*) quod magis probatur, cum ſitus & nomen magis congruat. Alii legunt Mediolani, & eſt locus qui vulgò *Llanvellin* vel *Lanvethlin*, teſte Camdeno, dicitur, in Wallia, in Comitatu Montis Gomerici.

Ptol. Mediolum, oppid. Hiſp. Tarraconenſis, in Celtiberis: *Medina celi* nonnullis putatur.

¶ Mediolum aliis eſt *Molina*, urbs parva, juxta amnem cognominem, intra montes, in Caſtella nova, & in confinio Aragoniæ regni, inter Lobetum & Seguntiam.

Caſ. & al. Mediomatrices, Mediomatrici Plinio, populi, & urbs Galliæ Belgicæ epiſc. ſub Archie. Trevirenſi, inde 13. leucis in meridiem Tullum versùs 11. in Lotharingia, ad Moſellam fluvium, urbs probè munita, & habitata, olim libera, nunc ſub Gallis, *Metz*, quæ etiam Latinè Metæ, & Metis poſterioribus dicitur, à Viroduno 10. leucis in ortum.

¶ Mediomatrices populi fuere Galliæ Belgicæ, quorum tractus nunc *païs Meſſin* dicitur, in Lotharingia inſertus. Eorum autem urbs Divodurus Mediomatricum ſeu Metæ dicta, nunc *Metz*, ampla & Parlamenti ſedes, ad Moſellam fluvium. Aliàs fuit Imperialis ſeu libera, nunc ſub dominio Francorum à centum annis, cum ditione adjacente, nempè ab anno 1552. Arcem habet permunitam, & fruſtra obſeſſa fuit à Carolo V. Imperatore eodem anno. 4. leucis diſtat à Theodonis villa in meridiem; ibique Sella fluvius in Moſellam ſe exonerat. Vide Divodurus.

Mediterraneum Mare. Vide Mare.

¶ Mediterraneum mare, *mer Mediterranèe* Gallis, *mar Mediterraneo* Hiſpanis & Italis. Dicitur aliter mare Internum, & latè extenditur ab ortu in occaſum inter Europam, Aſiam, & Africam. Separatur ab Oceano Occidentali, ſeu Atlantico freto Herculeo; & ejus partes præcipuæ ſunt mare Ægæum, *l'Archipelague*, mare Adriaticum, *lo Golfe de Veniſe*, mare Jonium, *la mer Jonienne*, mare Aſiaticum latè ſumptum, *le Golfe de Satale*, mare Gallicum, *le Golfe de Lyon*, & mare Tyrrhenum, *la mer de Toſcane*. Vide mare, ubi fuſiùs de ejus partibus.

Ptol. Medium oſtium Rheni, inter orientale & occidentale, *le Rhyn*, foſſa Rheni, qua is per Batavos in Oceanum defertur.

¶ Medium oſtium Rheni, quod & verum & antiquum, nunc etiam *le Rhin* dicitur; eſtque paulò infrà Lugdunum Batavorum ad occaſum, juxta vicum *Catvvick*; eſtque ferè oblimatum & arena obductum, in Hollandia.

¶ Medmaſus Cariæ urbs eſt, in Aſia minori. Medmaſſam vocat Plin.

¶ Mednicia, *Medniky*, urbs eſt Poloniæ, Samogitiæ provinciæ caput, *Womie* etiam dicta aliquando, ad fontes fluvii *wirvvitz*; eſtque ſatis parva & ſedes Epiſc. Samogitiæ, cujus epiſc. anno 1413. fundatus fuit à Rege Vvenceslao. Diſtat 9. milliaribus Germ. à Memellio & ab ora maris Baltici in ortum.

Medoacus, Meduacus Livio, *la Brenta*, Brinta Venantio Fortunato, fluvius Venetiæ, qui Plinio geminus eſt; major, & *Brenta* appellatur ex Alpibus Tridentinis per Baſſanum oppidum & Patavium urbem fluens in mare Hadriaticum, in quod excipitur à Venetiis 5. mill. paſſ. minor, qui ex dictis Alpibus etiam deſcendit, Vicentiamque urbem interluit, ac ſecus Ateſte decurrit, in mare Hadriaticum labens apud Foſſam Clodiam, & *Bacchiglione* dicitur. De majore in lib. 4. Itinerarii: Strab. Plin.

Hic ubi Medoacus pelago ſe turbidus infert,
Adriacaſque ſuo flumine miſcet aquas.

Medoacus portus, Methamaucum poſteà, *Malamocco*, portus, & olim urbs epiſcop. ſub Patriarcha Aquilejenſi, apud Venetias, inde 5. mill. paſſ. aquis ſubmerſa; manet portus: Epiſcopatus verò Caſtellum, (ſic pars Venetiarum appellatur) Venetias relatus eſt. Strab.

Medobriga, Medubrica Plinio, *Armenna*, oppidum Luſitaniæ, ad montem Herminium, exciſum, teſte Reſendio, (rudera apud Marvanum oppidum oſtentantur) Amææ urbi proximum ad 3. leucas, Scalabim versùs 6. fermè. Populi Medubricenſes Plinio. Ant.

¶ Medoslanium, Ptolemæo oppidum Germaniæ eſt *Znaim*, in Moravia provincia, teſte Cluverio, in limite Auſtriæ ad Toyam amnem, in colle, & 10. leucis à Vienna in Circium.

¶ Meduacus ſeu Meduveagus, *Medvvay*, fluvius Angliæ, in Cantio provincia. Roffam rigat, & deinde in Thameſim labitur.

Meduana, *Mayne*, fluvius cum oppido cognomine Galliæ Celticæ (non Belgicæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, à qua plurimùm diſtat) per Cenomanos & Andegavenſes, hoc eſt, per agrum horum, in Ligerim fluens. Oppidum verò *Mayenne*, quod Ducali titulo fulget, à Cenomanis 7. leucis abeſt in Circium, inter Mauritaniam oppidum ad ortum, & Rhedones urbem Britanniæ ad occaſum 12. Luc.

¶ Meduana fluvius, *Mayne*, oritur in Seſſuis, in ipſo limite Normanniæ; deinde in auſtrum per Cenomanos fluens, ibi Meduanam urbem & Lavallium rigat; hinc etiam Caſtrum Gonterii in Andegavenſi provincia; & paulò ſupra Andegavum auctus Sarta & Lædo fluminibus, una leuca infrà ipſam urbem in Ligerim ſe exonerat.

¶ Meduana verò, *Mayenne*, urbs eſt ſatis culta, in Cenomanenſi provincia, ad Meduanam fluvium, 20. leucis ab Andegavo in ſeptentrionem, & 14. ab Alenconio in occaſum, uti 14. à Cenomano, 6. autem à confinio Normanniæ in meridiem, & 19. à Rhedonibus in ortum.

¶ Medulanus tractus, *Medoc*, regiuncula Aquitaniæ, in Gallia, versùs Garumnæ oſtium ad meridiem & oram Oceani Aquitanici, in Guienna propria dicta, & 4. leucis à Burdegala in occaſum. Ibi tantùm oppida Eſparea, Caſtellio, & Caſtrum novum, cum aliquot aliis minoris notæ.

Meduli, populi Halliæ Aquitanicæ, ultra oſtia Garumnæ ad Oceanum, quorum tractus *Meduc*, teſte Vineto, vel *Medoc* nominatur. Meduli alii Straboni & Ptolemæo, Medulli Vitruvio & Plinio, populi Galliæ Narbonenſis, in Delphinatu quorum oppidum *Miolans*, inter Barcinonetam & Fanum S. Pauli 4. leucis, Sigeſteronem versùs 15. à Cuneo urbe Pedemontana 25. mill. paſſ. in occaſum. Simlerus verò hos putat eſſe vallem Maurianam. De Medulis Aquitaniæ Auſonius in epiſtola 4. Ant.

Quam tamen exerces, Medulorum in littore vitam?

¶ Meduli populi Galliæ Narbonenſis, teſte Sanſone, fuere ubi nunc pars orientalis Tarantaſiæ, in Sabaudia, juxta fontes Iſaræ fluvii, & ad radices Alpium. Incolis guttur intumeſcit aquarum vitio, ut didici in illis partibus.

Medullius, Edulius Ptolemæo, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, *Manduria*, teſte Garibæo, qui etiam Medulia, & Medulius Oroſio, qui ſcribit illum Minio fluvio in Callaicis imminere. Porrò qui Edulius à Ptolemæo appellatur longè diverſus eſt à Medullio; ſeu Medulio Oroſii. Hic enim in Vaſconibus, ſive in regno Navarræ eſſe videtur, ex ſitu quem illi tribuit Ptolemæus. Oro. Flo. Pto.

Medullum, *Medling*, teſte Lazio & Aventino, oppidum

dum olim, nunc pagus Vindeliciæ, in Bavaria, apud Muldorſſum oppidum, ab Oetinga 2. leucis in occaſum, à Landshuto 5. in Eurum versùs Salisburgum.

¶ Medullum aliis eſt *Mitteſpach*, caſtrum Bavariæ ſuperioris, versùs montes, 6. milliaribus Germanicis à Monachio in Eurum, & 7. à Chicmo in occaſum, inter Iſaram & Oenum fluvios.

¶ Meduntा, *Mante*, urbs Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, cum ponte ad Sequanam fluvium, 12. leucis infra Lutetiam in Circium Rothomagum versùs, à quo 16. leucis diſtat, & 11. ab Ebroicis in ortum, uti & 4. à confinio Normanniæ.

Medus, fluvius Mediæ, qui in Araxam influit: à quo videtur Media nomen accepiſſe.

Megala, inſula parva, ante Smyrnam urbem Joniæ.

Megala Agora, *Malgara* Leunclavio, urbs Macedoniæ, in Thraciæ confinio.

¶ Megale, inſula eſt in ora Lyciæ, teſte Steph.

Megalia, inſula parva Campaniæ, apud Neapolim. Vide Megaris. De qua Statius libro 2. ſylv. carm. 2.

Quaque ferit curvos exſerta Megalia fluctus.

Megalopolis, *Leondari* Sophiano, & *Leontari*, urbs Arcadiæ, in Pelopponneſo, epiſcopalis ſub Archiep. Corinthio, poſteà Chriſtianopolis dicta, & metropolis effecta, à Lacedæmone ſupra 40. mill. paſſ. in Boream Corinthum versùs, patria Polybii, poſt bellum Trojanum condita. Populi Megalopolitani. Hinc ludi Megaleſii apud Ovidium libro 4. faſtorum.

¶ Megalopolis, urbs Arcadiæ præcipua, in meditullio Pelopponneſi, & propè Alpheum fluvium. Ferè 40. mill. paſſ. diſtat à Lacedæmone in Circium, 25. à ſinu Meſſeniaco in ſeptentrionem, & 75. à Corintho in meridiem, ad radices montium. Nunc *Leondari* dicitur; eſtque vicus nullius ferè nominis in Tzaconia provincia.

Megalopolis altera, urbs Germaniæ, in Vandalia, *Meckelburg*, quo nomine etiam Ducatus, cujus illa caput erat, vocatur. Vide Magnopolis.

¶ Megalopolis, *Mecklebourg*, urbs exciſa Germaniæ, in Saxonia inferiori & Ducatu Megalopolitano, propè mare Balticum, & vix 3. mill. paſſ. à Uviſmaria in auſtrum Suerinum versùs. Manet tantùm caſtrum.

¶ Megalopolitanus Ducatus, *Duchè de Mecklebourg*, provincia Germaniæ, in Saxonia inferiori, ſatis ampla, juxta mare Balticum, quod ei ineſt ad Boream, uti Pomerania ad ortum, Holſatia & Ducatus Levvenburgicus ad occaſum, & Marchia Brandeburgica, ad meridiem. Duobus Principibus ſubeſt ex eadem familia, pars ſcilicet orientalis Duci Guſtrovienſi dicto ab ejus primaria, & pars occidentalis Duci Schuverienſi, ab ejus præcipua urbe denominato. In ea provincia ſunt etiam urbes Uviſmaria, *Wiſmar*, quæ paret Regi Sveciæ, Roſtochium, *Roſtock*, urbs libera & Hanzeatica, Domitium, *Domitz*, Ratzemburgum, *Ratzenbourg*, Stargardia, *Stargard*, & Uvarenum, U*varen*; et in eo tractu fuere aliàs populi Varini.

Megara, gemina urbs: una Achajæ numero plurali et ſingulari, Megaridis caput, in ora, quæ et Niſſæa Ptolemæo, Niſa Pauſaniæ, Niſſa Homero, ad ſinum Saronicum, inter Athenas et Corinthum, ab Athenis 20. mill. paſſ. (unde malè in Theſauro Linguæ Latinæ ad Iſthmum Corinthiacum locatur) patria Euclidis, Alcathoe priùs dicta, inter Theſpias urbem Bœotiæ 40. & Eleuſin urbem Atticæ 12. mill. paſſ. ferè deſerta, & jacens, adhuc *Megro* dicta. De qua urbe Ovidius libro 2. de remed. amoris:

An veniat Megaris, noxius omnis erit.

Megares numero plurali apud Plautum in Perſa, ubi Megaribus in ablativo legitur. Altera Siciliæ, priùs Hybla, poſteà à Megarenſibus Græciæ Megara appellata, in ora ad ortum, inter Catinam & Syracuſas, ad 24. mill. paſſ. à Marcello, cùm Syracuſas obſideret, exciſa, ex cujus reliquiis Auguſta propè à Friderico Imperatore extructa eſt; ſed, teſte Fazello, longiùs locus illius ab Auguſta indicatur, inter oſtia Alabi & Thapſum peninſulam. Populi Megarenſes, qui ab Athenienſibus ingreſſu urbis prohibebantur, teſte Aulo Gellio lib. 6. capite 10. Quapropter Euclides muliebri veſtitu ad Socratem legentem ſe conferebat, eadem die domum rediens. Hinc Megarus, Megareus, & Megaricus nomen gentis. Virgilius libro 3. Æneidos:

Pantagia, Megareſque ſinus, Thapſumque iacentem

Et Megareus Ovidio libro 4. faſtorum:

Liquerat Ortygiam, Megareaque, *Pantagiamque.*

Pars Prima].

Megarenſes riſui deditos adeò ferunt, ut *Riſus Megaricus* in proverbio ſit, in eos qui intempeſtivè jocantur, & quorum artes in contemptum venere, novis ſuccedentibus. Quemadmodum in eandem ſententiam *Riſus Chius* apud Diogenianum. *Magarenſis ars* quoque in adagium tanſiit apud Suidam ex Ariſtophane in doloſos & aſtutos, quales Megarenſes habiti ſunt. *Megarenſes lacrymæ* apud Diogenem proverbialiter de fictis dicuntur, à virginibus Megarenſibus à Rege Corinthum ad filiæ Ptol. mortem lugendam miſſis.

¶ Megara urbs Achajæ eſt, propè intimum receſſum ſinus Saronici, 25. mill. paſſ. ab Athenis in occaſum, & totidem à Corintho in Cæciam, uno milliari ab ora ſinus Saronici, ubi ejus portus Niſſæa dictus. Ab ea regiuncula adjacens dicta fuit Megaris; & extendebatur à ſinu Corinthiaco uſque ad Saronicum, & propè Iſthmum ad meridiem.

¶ Megara ſeu Megaris, anteà Hybla parva dicta, *Strab.* aliter Galeotis, urbs fuit Siciliæ, in ora orientali, pro- *Pauſ.* pè oſtia Alabi amnis, 20. mill. paſſ. à Syracuſis in Bo- *& al.* ream, & 24. à Catana in meridiem. Nunc tota in ruinis jacet.

Megaris, regio Achajæ parva, ſinui Saronico expoſita, inter Phocidem ad occaſum & Atticam ad ortum, ab Iſthmo Corinthiaco ſumens initium. Eſt & Megaris Plinio inſula parva apud Neapolim Campaniæ, cum arce firmiſſima vulgò *Caſtel dell' Ovo*, quæ & Lucullanum dicta eſt, & Megalia, Papini Statio. Vide ibi.

¶ Megaris, provincia parva Achajæ, inter Bæotiam ad occaſum & Boream, Atticam ad ortum, & Corinthiam regiunculam ad auſtrum, atque inter ſinus Saronicum in ortum & Corinthiacum in occaſum. Ejus caput eſt Megara. Ibi nunc pars eſt occidentalis Ducatus Athenienſis, ſub dominio Turcarum.

¶ Megaris ſeu Megalia, aliter Caſtrum Lucullanum, inſula eſt parva Companiæ, ante Neapolim, cui ponte jungitur. Nunc *Gaſtello dell' Ovo* à forma illius inſulæ vocatur, cum arce permunita & valido Hiſpanorum præſidio, atque ita inſcriptio arcis docet poſita annò 1595. Tum verò ſub ipſo Caſtello ingens nunc crypta arte exciſa, operis antiqui; tùm longè latèque circum circa per mare ſparſa viſuntur rudera & veſtigia ingentium piſcinarum, neque nunc in toto hoc tractu locus eſt adeò refertus oſtreis, echinis, aliiſque piſcibus.

Megarſus, Magarſus Plinio, oppidum fuit Ciliciæ, in ora, ad oſtium Pyrami fluvii, Mallo urbi propinquum. Eſt & fluvius Indiæ, ex Emodis montibus oriens: de quo Dionyſius Afer:

-rapiduſque Megarſus.

¶ Megia, urbs ad Euphratem fluvium ſita, in Meſo- *Plin.* potamia, circa Githam, ut refert Zozimus. *Liv.*

Megiſta, inſula Lyciæ, ante Megiſtam portum, cujus *Ptol.* portus meminit Livius è regione Pataræ urbis. Hæc à nonnulis *Strongallo* dici putatur, inſula Dolichæ proxima.

Megiſtus, fluvius, teſte Suida, qui in Ægæum mare influit.

Megledunum, *Mehun*, teſte Ortelio, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum inter Bituricas 4. & A- *Greg.* varicum. 3. leucis, quod aliis Magdunum dictum eſt. *Turon.* Sed cum Megledunum à Bituricis, teſte Turonenſi, 15. mill. diſtet, videtur non eſſe *Mehun*, quod 4. leucis parvis abeſt.

¶ Meininga, *Meinungen*, Franconiæ oppidum, in Germania, ad Verram fluvium, & in Principatu Hennebergico. 2. milliaribus Germanicis diſtat à Smalcada in meridiem, Schuvinfurtum versùs octo circiter.

Mela, *la Mela.* fluvius parvus Cenomanorum, Ve- *Virg.* netiæ apud Brixiam urbem fluens, & infrà in Ollium *Catul.* ad Oſtianum pagum labens. Cujus meminit Catullus ad Ianuam, carm. 68.

Flavus quam molli percurrit flumine Mela,
Brixia, Verona mater amata mea.

Melæcæ, pagus Atticæ: cujus meminit Statius libro 12. Thebaidos:

Icarii, Celeique domus, virideſque Melaca.

¶ Melænæ, Arcadiæ urbs apud Stephanum, quæ, Pli- *Ptol.* nio teſte, eſt Melanææ. Eſt & Lyciæ urbs, teſte Steph. *Strab.*

¶ Melana, promontorium Chii inſulæ, teſte Stra- *Mel.* bone.

Melanchlæni, *Mourophoros*, teſte Leunclavio, Turcis, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, ſic ab atra veſte dicti, teſte Mela, inter Rha fluvium & Hippicos montes, ubi Mithridatis regio.

¶ Melaneis, Eubœæ inſulæ urbs, quæ & Eretria dicitur, teſte Stephano.

Melanga, *Malagina*, locus Thraciæ, apud Byzantium.

Ptol. Melange, *Malipur* incolis, & Luſitanis *S. Thomaſo*, teſte Caſtaldo, urbs Indiæ citerioris, in ora, ultra Cory promontorium, contra Taprobanem inſulam, epiſcopalis, in qua corpus D. Thomæ Apoſtoli inventum.

¶ Melange à quibuſdam creditur Maliapura, *Maliapur*, urbs Indiæ ultra Gangem; in regione Coromandelis, & in ora ſinus Gangetici, 200. mill. paſſ. à Taprobana inſula in Boream. Vide Meliapora.

¶ Melangi, Arcadiæ oppidum, in Peloponneſo, teſte Pauſania.

Ptol. Melani ſeu Melanes, montes Arabiæ petrææ, apud ſinum Arabicum, inter quos & Ægyptum Saracene regio. Hi varia nunc habent nomina: nam *Sinai*, & *Oreb*, vel *Horeb* Europæis, ſicut & olim Hebræis, *Turla* & *el Tor* vel *Tur* Turcis, teſte Nicolao Zieglero, Arabibus *Gebel* Tor, teſte Theveto, *Phaſga*, teſte Nigro. Apud Juſtinum & Trogum mons hic Synæus, apud Joſephum & Suidam Sinæus appellatur, à Sinai, ſeu Sinay, & Sina, ut in Bibliis, ab Hieroſolymis 300. mill. paſſ. in Africum.

¶ Melani, montes Arabiæ Petrææ, ad ſinum Arabicum. Deſcribuntur à Ptolemæo eo loco quo Moſes in ſacris literis Sinai, qui & Oreb dicitur, Divo Hieronymo teſte, ponit. Sinæum eum vocat Juſtinus ex Trogo Pompejo, Sinæum Joſephus. Ad ejus meridiem erat Saracene regio, in Arabia felici, ſed non inter ipſos & Ægyptum. Sunt qui credant Melanos montes fuiſſe extenſos ab urbe Petra Ælanam uſque, in ora ſinus Arabici. Vix autem diſtabant 180. mill. paſſ. ab Hieroſolymis in auſtrum.

¶ Melania, Straboni Ciliciæ oppidum in Aſia minori, quod Myle Plinii eſſe Gerardus Mercator auctor eſt.

¶ Melanippius, Pamphiliæ fluvius, teſte Stephano.

Steph. Melanium, *Maida*, oppidum Brutiorum, in Calabria ulteriori, inter Neocaſtrum urbem, & ſinum Hipponiatem 8. mill. paſſ. apud Lametum fluvium, ab Hipponio ſupra 20. mill. in Boream. Vide Malanium.

Plin. Melana, inſula parva Doridis, (quæ eſt regio Cariæ in Aſia) in ſinu Ceramico.

¶ Melanos, promontorium Besbici inſulæ Straboni.

Strab. Melanoſyri, populi Syriæ, qui inter ſinum Iſſicum ad occaſum & Euphratem fluvium ad ortum incolunt.

Melanthii ſcopuli, *Furni* Nigro, *Fornelli* Benedicto Bordonio, ſcopuli maris Icarii, circa Samum inſulam, Melantii quoque Apollonio ſcopuli duo maris Aegæi, apud Theram inſulam.

Plin. Melanthium, fluvius Cappadociæ, qui ſeſe in Euxinum mare exonerat inter Pharnaciam & Polemonium. Is per agrum Polemonii urbis in Pontum Euxinum, ſicut & Jaſonium, placidè fluit decurrens.

Arrian. Melanthus, fluvius Sarmatiæ Europeę, qui in Boryſthenem labitur: cujus meminit Ovid. lib. 4. de Ponto:

Et tacitè peragens lene Melanthus iter.

Proc. Melantias, *Melitias*, urbs Thraciæ, ad Propontidem, archiep. inter Byzantium & Selymbriam, à Byzantio 13. mill. paſſ. in meridiem, quæ & Athyra, ad oſtia Athyræ fluvii, Melancia Antonino, & Villa Cæſariana Ammiano.

¶ Melas, ideſt, Niger, ſinus Thraciæ apud Ptolemæum, Melanus Solino. Cardianum eum quoque vocari à Cardia urbe adjacente ſcribit Euſtathius. Magariſium hodiè dici autumat Ortelius.

Strab. Plin. & al. Melas, fluvius multiplex: 1. Thraciæ, in ſinum Melanen ad Caridiam urbem influens, qui non ſatis fuit ad bibendum exercitui Xerxis, teſte Herodoto, *la Mera*, teſte Nardo, ſed Bellonio *Lariſſa*, de quo Ovidius lib. 2. Metamorph.

Mygdoniuſque Melas, & Tanareus Eurotas.

Sed hic in Macedonia eſt 2. Cappadociæ, apud Cæſaream urbem, ex monte Argæo oriens, longoque tractu in Euphratem per Armeniam minorem decurrens, non procul à Melitene, ex Strabone, *Genſui*, teſte Caſtaldo. 3. Joniæ, qui, teſte Julio Solino, Smyrnam urbem circumfluit, 4. Pamphyliæ Straboni, & Plinio, Pamphyliam à Cilicia ſeparans, apud Sidam urbem fluens, *Grionero*, teſte Nigro, 5. Bœotiæ, qui ex Parnaſſo monte in Cephiſum labitur, teſte Strabone, & oves juxta illum paſcentes nigras facit, teſte Plinio, qui circa ſolſtitium æſtivum creſcit, ut Nilus, & ab exordio navigabilis eſt. 6. Phthiotidis Herodoto & Livio apud Heracleam Trachiniam fluens, & à Dyra fluvio 20. ſtadiis diſtans. 7. Arcadiæ Straboni, per Achajam fluens, & Olenum urbem alluens. Mellas Virgil. lib. 4. Georg.

Paſtores, & curva legunt propè flumina Mellæ.

Eſt & Melas fluvius Lyciæ, ubi Latona incolas in ranas convertit, teſte Probo, & in Mygdonia regione Macedoniæ, & in Sicilia propè Himeram locus, teſte Ovidio, cum ait:

Sacratumque Melam, paſcua læta boum.

¶ Melcomani, Dalmatiæ populi, teſte Plinio.

Meldæ, Meldi Plinio, populi & urbs Galliæ Belgicæ, *Meaulx*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi, ad Matronam fluvium, inter Pariſios ad occaſum 10. & Rhemos ad ortum 20. leucis; à Senonibus totidem in Boream. Melda quoque in numero ſingulari uſitatur, ut libro 4. Itinerarii: Gal. Ptol.

Hoc ubi tempus erat, primo nos veſperè Melda
Excipit, hinc virides qua Matrona proluit herbas.

¶ Meldæ, populi Galliæ Lugdunenſis, quorum urbs Jatinum, ſeu Meldæ nunc, *Meaux*, ex præcipuis eſt Briæ prov. & epiſc. ſub Arch. Pariſienſis, cum anteà ſubeſſet Arch. Senonenſi; eſtque elegans & culta, 8. leucis à Sylvanecto in ortum.

¶ Meldita, Africæ propriæ oppidum, teſte Ptol.

¶ Meldula, *Meldola*, oppidulum Italiæ, in ditione Pontificia, & in Romandiola provincia, in confinio Hetruriæ, ad Bædeſim amnem, ſub dominio utili Principis Pamfilii, 10. mill. à Foro Livii diſtans in auſtrum.

Meleagea, urbs Aetoliæ, quæ & Calydon. Vide ibi. Sic dicta à Meleagro, qui in ea imperavit.

¶ Melenda, urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo. Interpretes Melynda habent.

¶ Melerus lacus, *Meler zée* indigenis, *lac Meler* Gallis, lacus Sveciæ amplus inter Uplandiam ad Boream & Sudermanniam ad auſtrum, ab ortu in occaſum extenſus per 60. mill. paſſ. Ei adjacent urbes Holmia, Telga, Stregna, Arboga, & Torſilia; & in mare Balticum ſe exonerat. Strab.

Meles, qui & Melas Solino, fluvius Joniæ, Smirnæ urbis mœnia alluens, à qua nunc nomen habet. Hic Meletis in genitivo facit. Ovid.

Meleſe, *Meliſſa*, teſte Barrio, oppid. magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ulterioris, à littore ad 7. mill. paſſ. recedens, inter Macellam 3. & Crimiſſam 13. Quod Temeſe etiam apud Ovidium legitur.

¶ Meleti ſinus à Meleto flumine, etiam Smyrnæus à Smyrna urbe ei adjacente, Stephano teſte. Elaitem vocat eundem Agathias in prœmio Hiſt. Sinus eſt maris Ægæi, juxta Æolidem regionem Aſiæ minoris. Trac anti

Melfictum, *Molfetta*, urbs Apuliæ Peucetiæ maritima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, inde 15. mill. paſſ. in occaſum, Tranium versùs 9. proxima Juvenacio 3. à Rubo 4.

¶ Melfictum, ſeu Morfeta, *Molfetta*, urbs eſt agri Bariani, in regno Neapolitano, & in ora ſinus Veneti, parva, ſed elegans.

¶ Melia, urbs Cariæ, teſte Stephano ex Hecatæo.

Meliacus ſinus. Idem Maliaco.

¶ Meliapora, *Meliapor*, urbs Aſiæ archiepiſcopalis in India orientali. Dicitur & aliter civitas S. Thomæ, quia ibi martyrio coronatus S. Thomas Apoſtolus, in loco *Calurmina* dicto à Malabaribus, ideſt, ſupra petram, propè ipſam urbem, teſte Athanaſio Kirchero. Dicitur & meliùs *Maliapur*; eſtque in regione Coromandelis, in ora ſinus Gangetici. Ptol

Melibocus mons, *Hardtſvvaldt*, teſte Pirchaymero, *Brockersbergh* Peucero, aliis *Vogelsberg*, mons Germaniæ, qui in Thuringiæ & Franconiæ confinio ad ortum Viſurgis fluvii ſtatuitur.

¶ Melibocus, mons Cheruſcorum, nunc in parte auſtrali Ducatus Brunſvicenſis, & in tractu Grubenhagenſi, inter Halberſtadium ad ortum & Goſlariam ad occaſum, & hodiè vertex hujus jugi altiſſimus inter oppida *Oſtervvick* & *Werningerode*: adcolis *Blockes barch*, dicitur, teſte Cluverio. Str

Melibœa, oppidum Theſſaliæ, ad montis Oſſæ radices, cis Peneum fluvium, apud Bœbeidem lacum, purpura nobile. De Melibœa Virgilius lib. 5. Æneidos: Pli Her Liv &

Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Pa-

Patria fuit Philoctetæ, de qua Herodotus lib. 6. Hinc Melibœus, a, um.

Melibœus, mons Campaniæ, ex quo Orthontes fluvius oritur: de quo tamen fluvio nulla exſtat apud recentiores, ſicuti nec de monte, commemoratio.

Melienſis, populi Theſſaliæ, in Melide regione, ad Otrhys montis radices.

¶ Melignanum, *Marignano* incolis, *Marignan* Gallis, oppidulum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Lambrum amnem, medium inter Mediolanum & Laudem Pompejam. Ibi Helvetii victi, & ingenti clade affecti fuere anno 1515. à Franciſco I. Francorum Rege. A quibuſdam Merignanum dicitur.

¶ Melilla, *Melilla*, urbs Africæ, in regno Fezzæ, et in Gabeta provincia, ſub dominio Hiſp. ab anno 1497. aliàſque Ryſſadirum dicta fuit.

Melilotium, *Melilot*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Florida regione, regni Apalatæi cuput, ſatis ampla & culta, in provincia Bemarina, ad radices montis *Olaimy*, teſte Briſtochio Anglo.

¶ Melina, Argiæ urbs, teſte Stephano.

¶ Melinda, *Melinde*, urbs ampla Africæ, & regni cognominis caput, in Zanguebaria regione, & in ora littorali Oceani Æthiopici. Gaudet portu commodo, et expugnata fuit aliàs à Luſitanis; eſtque media inter Magadoxum ad Boream & Quiloam ad auſtrum, 400. mill. paſſ. utrinque diſtans.

Melinophagi, pupuli Thraciæ, ſic dicti, quòd panico vitam tranſigant.

Meliodunum, *Mileuſcko*, *Mileuſck*, & *Milanſſ*, oppidum Germaniæ, teſte Lazio, in Bohemia, Taborio proximum, 1. leuca diſtans in occaſum. Alterum in Gallia, in finibus Biturigum, vulgò *Mehun*, quod aliis eſt Magdunum.

¶ Melipia, Mœſiæ oppidum Antonino.

Meliſe, *Meliſſa*, oppidum magnæ Græciæ. Vide Meleſe. De quo Ovidius libro 15. Metamorphoſeon:

Thurinoſque ſinus, Meliſenque, & Iapygis arvo.

¶ Meliſſopetrium, Armeniæ oppidum Curopalati.

Melita, Melitene Ptolemæo, *Malatia*, teſte Nigro, urbs Armeniæ minoris, apud Euphratem fluvium, Melitenes regionis caput, à Samoſatis 90. mill. paſſ. in Boream, à Cæſarea 338. in orrtum.

Melita, inſula gemina: una maris Africi, inter Siciliam & Africam, à Pachyno promontorio 70. mill. paſſ. à Camarina 84. ipſa longa 20. lata 11. circuitu 60. ſedes Equitum Hieroſolymitanorum, ſibi à Carolo V. Auguſto poſt amiſſam Rhodum dono data, Melite Ciceroni; *Malta* vulgò, cum urbe cognomine epiſcopali ſub Archiepiſcopo Panormitano. De ea Ovidius libro 3. faſtorum:

Fertilis eſt Melite ſterili vicina Coſyræ.

¶ Melita, *Malte* Gallis, *Malta* Italis, inſula eſt Africæ, et anteà ſub regno Tunetano. Ferè 500. leucis diſtat à freto Herculeo in ortum, & 600. à Syria in occaſum. Ejus longitudo eſt 25. milliarium, latitudo 15. & diſtat 60. milliaribus a Pachyno promontorio in meridiem. Subeſt dominio Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, quibus data fuit à Carolo V. eo intuitu ut ſic Ciciliam faciliùs contra Turcarum irruptiones tueretur. Aliàs erant in ea Melita urbs, nunc *Medina*, ubi ſedes epiſcopalis inſulæ, et Iunonis Fanum, *Caſtello di S. Angelo*: Nunc præterea ſunt Valeta, *la Valette*, urbs munitiſſima, Burgus, *le Bourg*, & urbs S. Michaelis, S. *Michel*, ſeu *l'isle de la Sangle*, ſic dicta à magno Magiſtro, qui eam inſulam fecit foſſa manuducta. Fruſtra obſeſſa fuit à Turcis anno 1565.

Altera maris Hadriatici, Dalmatiæ adjacens inter oram illius, & Corcyram Melænam 12. mill. paſſ. quot patet latitudine, longa 30. canibus Melitæis, qui in delitiis habentur, nobilis, ab Epidauro urbe, cui paret, 70. mill. paſſ. De Melitæis catellis Athenæus lib. 12. qui eos ſcribit maximè apud Sybaritas in delitiis fuiſſe. Vnde proceſſit adagium apud Græcos, *Melitæus catellus*, de eo cujus opera nulli rei feriæ conducit.

¶ Melita, inſula Dalmatiæ, in mari Adriatico. Nunc *Meleda* dicitur, Slavis *Mliet*, cum oppidulo cognomine; ſubeſtque dominio Reipub. Raguſinæ.

Melita quoque, pen. producta, quæ poſteà Miletus dicta eſt, *Mileto*, urbs Brutiorum, in Calabria ulteriori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, apud Hipponium, inde 5. mill. paſſ. diſtans, Terram novam verſùs 25.

¶ Melitæenſes Phthiotidis regionis Macedonicę populi ſunt Straboni, quos aliquando Pyrrhę nomen geſſiſſe ſcribit: Ptolemæo urbs Melitara, Straboni Melitea vocatur.

Melitene, Melitine in nonnullis codicibus Ptolemæi regio, Armeniæ minoris, & urbs archiepiſcopalis, caput illius regionis. Vide Melita. Eſt & * oppidum Suſianæ apud Ptolemæum, *Aracgelaran*, teſte Caſtaldo, Ortelio referente: quod tamen apud Ptolemæum non invenio. (* In Ortelio eſt regiuncula Suſianæ ex Ptolemęo.) *Ant.*

Melitena regio eſt Armeniæ minoris, ad Euphratem, teſte Ptolemæo; hæc *Boſoch* Caſtaldo, & *Suar* Nigro, *Melatie* autem Leunclavio. Reineccius putat hanc urbem apud belli ſacri ſcriptores Malatina & Melotania vocari.

Melitopolis, urbs Bithyniæ, priùs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Cyziceno, poſteà metropolis.

(Aliis eſt in Miſia minori.)

¶ Mellittæa, Theſſaliæ urbs Stephano & Polybio.

¶ Melizigara, Indiæ intra Gangem emporium in Arriani Periplo, Melizigeris Indiæ intra Gangem inſula eſt. *Strab.*

Mellaria, *Beiar de Melena*, teſte Morali, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, exciſa, patria Pomponii Melæ, in ora, inter Tariſſam et Bellonem, inde 3. hinc vix 2. leucis, a Calpe paulò ſupra 4.

Mellaria altera, *Fuente Oveiuna*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ mediterraneum, in Extremaduræ confinio, à Corduba 14. leucis Emeritam verſus a Metallino 16. in auſtrum & Eurum Cordubam verſùs. Vtraque Mellaria a mellis copia dicta eſt.

¶ Mellaria, *la Mollora*, inſula aliàs, nunc verò ſcopulus maris Tyrrheni, in ora Hetruriæ, ante Liburnum, à quo vix diſtat. 5. mill. in occ. & vix viſitur à prænavigantibus. Aliis eſt Mænaria. *Ptol.* *Mel.*

Melliſurgis oppidum fuit Macedoniæ, ultra Theſſalonicam, 30. mill. paſſ. Amphipolim verſùs diſtans.

¶ Mellum, *Melli*, regnum Africæ, in Nigritia regione, ubi Niger fluvius in plura brachia ſcinditur. Habet ad ortum reguum Mandingæ & Maleguetam, ad occaſum autem Oceanum Atlanticum. *Ptol.*

Melnicum, *Melnik*, oppidum Germaniæ, in Bohemia, ad Albim fluvium, ubi recipit Muldam 4. milliaribus Germanicis infra Pragam in Boream Leitomerium verſùs.

Melocabus, *Coburg*, teſte Villanovano, urbs Germaniæ, in Franconia, non obſcura, à Bamberga 6. leucis in Boream, proxima Thuringiæ finibus. Duci proprio paret. De qua urbe in libro 4. Itinerarii:

Longiùs evecti Coburgi vidimus arcem.
Illuſtrem, atque arci ſubjectam intravimus urbem.

¶ Melocabus, urbs Chattorum, nunc *Coburg* creditur, urbs culta, ad amnem *Krempen*. Aliàs Duces habuit proprios, nunc ſubeſt Dominio Ducis Saxoniæ Altemburgenſis. Arcem habet elegantem, & 8. leucis diſtat à Smalcalda in Eurum. *Ant.*

Melodunum, *Melun*, oppidum Galliæ Celticæ præclarum & elegans, ad Sequanam flumen, inter Lutetiam 10. & Senonas 15. leucis.

¶ Melodunum, *Melun*, in antiquis libris Melledunum, & apud Gregorium Turonenſem Mecledunum, Cæſari oppidum Senonum, in inſula Sequanæ fluminis poſitum, ut ipſe deſcribit. Nunc urbis area ipſam inſulam, & utramque continentis ab oppoſito ripam inſtar Lutetiæ Pariſiorum occupat; eſtque partim in Bria provincia, & partim in Vaſtinio, in Præfectura tamen Inſulæ Franciæ. 10. leucis diſtat à Lutetia in meridiem, 4. à Fontebellaqueo, ut vocant, & 7. à Monaſteriolo, ad fines Icaunæ in Circium. *Ptol.*

¶ Meloeſſa, Italiæ inſula circa Locros, teſte Plinio, 7. mill. paſſ. à Caulone diſtans. *Caſ.*

Melos, *Milo*, inſula, maris Ægæi (ſeu Cretici) rotundiſſima, olim Zephyria ab Ariſtotele dicta, Mimallis à Callimacho, inter Dictynnam promontorium Cretæ, & Scyllæum promontorium Pelopponeſi 87. mill. paſſ. a Delo 80. in auſtrum, inter Rhitymnam urbem Cretæ, & Sunium promontorium Atticæ ferè 100. Vrbem habet cognominem epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Rhodienſi. In ea ſulphur laudatiſſimum provenit, teſte Plinio. Populi Melii Thucydidi. *Strab.* *Plin.*

¶ Melos, *Milo*, inſula eſt oblonga, & à Borea in auſtrum extenſa per 20. milliaria, cum urbe cognomine in parte meridionali & tribus aliis caſtris. Gaudet portu capaciſſimo, & diſtat 36. mill. paſſ. à Cydonia *& al.*

urbe Cretæ in ſeptentrionem, uti 70. à Scyllæo promontorio in Eurum, Ei adjacet ad auſtrum inſula parva, *Antimilo* dicta.

Melos item, ſive melios Thucydidi, Stephano, oppidum Theſſaliæ fuit, à Nicia Athenienſium Duce machinis & fame expugnatum. Vnde *Fame Melias* in adagium tranſiit de fame extrema, apud Græcos ſcriptores proverbiorum.

Plin. Melphes, *Molfa*, teſte Leandro, fluvius Lucaniæ, in ſinum Pæſtanum apud Palinurum promontorium influens, à Lao 30. mill. paſſ. in occaſum, ubi caſtrum parvum ejuſdem nominis, inter Palinurum, & Palæocaſtrum.

¶ Melphes, fluvius Lucaniæ cis Apenninum, *Molpa* nunc in provincia Principatus citerioris. In mare Tyrrhenum ſe exonerat inter ſinus Laum, & Pæſtanum, 12. mill. paſſ. à Policaſtro in occaſ.

Melphis, & Melphia, *Melfi*, urbs Lucaniæ, apud Apuliæ & Hirpinorum fines, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, inde 8. mill. paſſ. in ortum recedens, ſive ſub Archiepiſcopo Sipontino, media ferè inter Neapolim & Tarentum, ad 90. mill. utrinque diſtans, Principatus. *Prov. Rom.*

¶ Melphis, *Melfi*, urbs eſt parvi circuitus, in Baſilicata provincia regni Neap. 4. milliaribus diſtans ab Aufido fluvio & à limite Capitaniatæ provinciæ, 16. in ortum à Compza, 65. à Neapoli etiam in ortum Tarentum versùs, à quo 80. tantùm diſtat. *Strab.*

Melpis, ſeu Melphis, *Melfa*, fluvius Latii, ex agro Arpinate oriens, juxtaque Aquinum urbem decurrens, & in Lirim demum labens.

Melpum, *Melzo*, teſte Gaudentio Merula, oppidum Inſubriæ amplum, inter Modoetiam, & Laudem Pompejam occurrens, à Mediolano 13. mill. paſſ. in ortum hybernum. *Plin.*

Melſus, fortè Nælus Ptolemæo, fluvis Hiſpaniæ Tarraconenſis, qui Cantabros ab Aſturibus dividit.

¶ Melzitanum, oppidum in Africa propria Plinio & D. Auguſtino.

Strab. ¶ Membrum, Africæ propriæ urbs Antonino, inter Carthaginem & Hipponem Zarethum,

¶ Memelium, *Memel*, oppidum munitum Pruſſiæ ducalis, in confiniis provinciæ Samogitiæ, juxta Curonenſem lacum, ubi in mare Balticum ſe exonerat. Paret Electori Brandeburgico, 35. mill. diſtat à Libavia in meridiem, & 70. à Regiomonte in ſeptentrionem. Eſt in tractu Schlavonia dicto; & à Curlandis *Cloupede* vocatur. Arcem habet validam, cum portu capaci. *Jornam.*

¶ Memerſium, *Memers*, oppidum Galliæ, in Cenomanenſi provincia, juxta fontes amnis Divæ, in limite Pertici tractus, 6. leucis diſtat ab Alenconio in ortum, & 9. à Cenomano in Cæciam. *Q. Car*

Memma, *Meneg* Camdeno, inſula Albionis, Angliæ adiacens, imò peninſula apud Camdenum in Cornubia.

Plin. Strab. & al. Plin. Memma, ſeu Menna, *Meneg*, peninſula eſt parva Angliæ, in Cornubia, juxta Damnonium promontorium, inter Falmuthum portum ad ortum, & montem S. Michaelis ad occaſum; eſtque aliquot viculis referta in ora maris Britannici & in intimo receſſu Cornubiæ.

¶ Memminga, *Memmingen*, urbs eſt Germaniæ Imperialis, in Svevia, propè Ilarum fluvium. 7. mill. Germanicis ab Vlma diſtat in auſtrum, & 9. ab Auguſta Vindelicorum in Africum. Eſt in Algea tractu; et quibuſdam eſt Deuſomagus antiquorum.

Memnium, oppidum Meſopotamiæ, apud Babylonem, ubi fontes bituminis multi.

Memnones Plinio, populi Æthiopiæ, ſub Ægypto.

Memnonia Herodoto Suſa appellatur, & Suſii Memnonii à Rege dicti.

Memnoniis regia, urbs Ægypti, apud Nilum fluvium, ab eo mill. paſſ. in occaſum recedens, inter Tentyra, et Ptolemaidem, quæ Abydus Ptolemæo. Vide ibi.

Strab. Plin. & al. Memoria, fons Bœotiæ, apud Orchomenum oppidum, ſic dictus, quòd memoriam adjuvet, ſicut alter vicinus oblivionis eſt cauſa, teſte Plinio.

Memphis, *Menchis & Mitzir*, teſte Poſtello, urbs Ægypti exciſa, olim regia, ab Oſyride condita apud verticem Deltæ, ex adverſo Babylonis, à vertice 15. mill. paſſ. in auſtrum diſtans. Ibi papyri copia. Lucanus libro 1. ejus ſic meminit:

Noſſe fuit, quem non ſtellarum Ægyptia Memphis.

Ovidius 2. amorum elegia 13.

Qua collis & Memphim, palmiferamque Pharum.

Regio Memphitis. Non procul adhuc pyramidum veſtia cernuntur. Sunt qui Cayrum, *Cairo*, eſſe putent, cujus ambitus 150. ſtadiorum fuit, Memphiticus, a, um, nomen gentis, à Memphi, ut, juvenca Memphitica apud Ovidium. *Ptol.*

¶ Memphis urbs fuit regia Ægypti, quæ Hebræis Meph, vel Noph, & Migdol, ad Nilum fluvium, Ptolemæo et aliis. Sunt qui credant hodie *le Caire* dici, cum tamen Memphis ab altera parte fluminis fuerit è regione Cairi, ubi hodie ejus nihil exſtare præter nomen *Menchis* putat Poſtellus. *Script. Brit.*

¶ Mena, inſulæ duæ, in Hippadis Pelago, teſte Ptolemæo.

Menæ, Menæhon Diodoro, *Meneo* vel *Mineo*, oppidum Siciliæ mediterraneum, apud Palicam urbem dirutam 2. mill. paſſ. à Leontinis 12. ab Enna 36. Syracuſas versùs ſupra 30. Populi Menenii Ciceroni. Menanini Plinio.

¶ Menajus, *Menai*, fluvius Angliæ, in wallia Boreali, ſeu potiùs fretum, Monam inſulam ſeparans ab Arvonia provincia. Ei inſident urbes Arvonia, Bangoria, & Bellomariſcus. *Caſ. Plin. Tac.*

¶ Menambis, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptol.)

Menan, *Meneg*, oppidum Albionis, in peninſula Cornuvalliæ. Vide Memma.

¶ Menanus, *Menan*, id eſt, mater aquarum, fluvius Aſiæ, in India ulteriori. Oritur ex lacu Chiamajo, & poſt longum curſum per regnum Peguvianum fluit, hinc per regnum Siami, ubi urbem regiam Judiam rigat, & 30. leucis Gallicis infrà in ſinum Siami, & Oceanum Indicum ſe exonerat.

Menapii, populi Germaniæ inferioris, juxta Rhenum, qui pleriſque Juliacenſes, & Clivenſes cum parte Geldrenſium eſſe videntur. Ortelius putat eos eſſe Brabantinos & Flandros: ſed hi nimis à Rheno recedunt. Sunt itaque potiùs inter Rhenum, & Moſam, quales ſunt Clivenſes cum parte Geldrenſium, Eburonibus, & Tungiris finitimi. De iis lib. 4. Itinerarii ſic:

Hinc per Menapios Baleiam ponte relicto.

¶ Menapii populi Germaniæ inferioris fuere, ubi nunc Ducatus Brabantiæ, in Belgio, à Scaldi fluvio Moſam uſque protenſi, Sanſone, & Brietio teſtibus. Eorum oppidum fuit Caſtellum Menapiorum, nunc *Keſſel*, ad Moſam fluvium. Quidam tamen ipſis tribuunt etiam partem orientalem Flandriæ.

¶ Menapiſcus pagus, cujus in archivis cœnobiorum Gandavenſium, & in legibus Caroli magni ab Anſegigo monacho collectis frequens eſt mentio, ut Divæus teſtatur. Hodie Comitatus Flandriæ eſt pro parte, eodem auctore, & Meyero Flandria, ut & hoc his addam, proavorum memoria Ruthenia dicebatur, teſt. Lhuydo & Cœnali. *Ant*

Menaria, inſula parva contra Magonem, ſic à mænis piſcibus, quorum ibi magna copia eſt. Plinius lib. 3. cap. 5.

Menariacum, *Mergen* Belgis, *Merville* Gallis, teſte Ortelio, pagus Belgii, in Flandria, priùs Broylus, teſte Joanne Molano, ad Lyſam fluvium, inter Ariam ad occaſum & Armentariam ad ortum 3. leucis, ab Hypris 6. Sed apud Antoninum inter Caſtellum oppidum Morinorum & Cameracum occurrit.

¶ Menariacum, ſeu Minariacum, Sandero teſte, eſt *Etayres*, oppidulum Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium. Aliis autem eſt *Merville*, oppidum aliàs Morinorum, nunc Flandriæ, in ipſo limite Arteſiæ, 6. leucis à Nemetocerna in Boream Caſtellum versùs.

¶ Mencorvum, *Torre di Mencorvo*, oppidum eſt Hiſpaniæ, in Portugallia, quibuſdam Moncorvum dictum, propè Durium fluvium, 4. leucis à confinio regni Legionis in occaſum, 10. à Lameca in ortum diſtans. *PA.*

¶ Mendæ, Siciliæ urbs juxta Palicos, teſte Stephano.

Mendæi, populi Thraciæ, in ora maritima, apud Ænum urbem.

¶ Mende, Thraciæ urbs Pauſania teſte.

¶ Mendela, urbs Indiæ intra Gangem, Ptolemæo teſte.

¶ Mendes Ægypti urbs eſt apud Strabonem. Hic Apis colebatur, teſte Plutarcho in Iſide.

Mendeſium, unum ex oſtiis Nili, Tanitico proximum, vulgò *Migrun*, teſte Moletio, *Migni* Bonacciolo. *Pl.*

ciolo. Hinc Mendeſius nomen gentis. Ovidius libro 3. Metamorph.

Occidit & Celadon Mendeſius, occidit Aſtreus.

¶ Mendiculea, urbs Luſitaniæ Ptolemæo.

¶ Mendus, urbs Aſiæ minoris circa Cariam, teſte Porphyrogenneta.

Menecina, *Mendicino*, oppidum, ſeu pagus Brutiorum, in agro Conſentino, à Conſentia urbe 4. mill. paſſ. diſtans, Ixiæ oppido propinquum.

¶ Meneggeſem, Africæ propriæ urbs, in Numidia, apud Antoninum, fortè eadem cum Meneggere.

Menelaus, urbs Ægypti, eadem Canopo. Vide ibi. Eſt & urbs Marmaricæ.

¶ Menepheſſa, Africæ oppidum, in Byzacio, teſte Procopio, Meneſeſſa Victori Vticenſi.

Menevia, S. *Davids*, urbs Albionis epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſi, in ora occidua Walliæ, apud Octapitarum promontorium, à Mariduno ſupra 30. mill. in occidentem.

¶ Menevia, S. *Davids* urbs dicta, revera vicus propter raros incolas, eſt in Comitatu Pendrochienſi, & in ora maris Hibernici, ubi aliàs Octapitarum promontorium in Demetis, nunc autem S. *Davids head* dictum, 16. milliaribus Anglicis diſtat à Pembrochio in Circium, & 30. à Mariduno.

¶ Menina, *Meenene* Belgis, *Menin* Gallis, oppidum Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Liſam fluvium, aliàs munitum. Subeſt dominio Francorum ab anno 1667. vix una leuca à Corteriaco in occaſum, & 3. ab inſulis in Cæciam diſtans.

Menini, * Mimani Ptolemæo, populi Galliæ Narbonenſis, quorum oppidum *Menoſque*, teſte Dalechampio, amplum, ad Druentiam fluvium, inter Aptam, & Regium 6. leucis, ab Aquis 8. Aliis eſt *Mournas*, oppidum ad Rhodanum fluvium, inter Avenionem ad meridiem 6. & Montem Limarium ad Boream 7. leuc. (* Μηνυωοὶ in Seld. manuſc.)

¶ Menini ſeu Mimeni populi fuere Galliæ Narbonenſis, in Provincia, juxta Druentiam fluvium, inter Caturiges ad ſeptentrionem & Salios ad meridiem: quorum urbs Seguſtero; extendebanturque uſque ad Manoſcam oppidum, Sanſone & Brietio teſtibus.

Meninx, inſula Africæ, ad Syrtim minorem. (Vide Lotohagites) longa 35. mill. paſſ. lata 25. De qua Plin. lib. 5. cap. 7. Hanc Dionyſius Afer apud Syrtim minorem & Cercinam inſulam deſcribit:

-Juxta quam Meninx inſula fulget,
Et Cercinna ſimul, Libyca ſtatione patentes.

Menius fluvius Peloponneſi, in mare Jonium, apud Chelonatem promontorium exiens.

Menlaria, vel Menralia, oppidum Hiſpaniæ, *Marcia* in Theſauro Linguæ Latinæ.

Menlaſcus, *Rio de S. Sebaſtian*, vel *Donoſtien*, fluvius cum oppido cognomine Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Vardulos fluens. Vide Magrada. Aliis *Oria* cum oppido cognomine dicitur.

¶ Menlaſcus fluvius eſt parvus Hiſpaniæ inter Vardulos, & Vaſcones nunc etiam *Rio Menlaſco* dicitur, ut pluribus didici à viro doctiſſimo Sebaſtiano *de Mongelos*, cui ut indigenæ fides magis adhibenda eſt. Juxta fanum S. Sebaſtiani in Oceanum Cantabricum ſe exonerat. Diſtat autem ejus oſtium 8. mill. paſſ. in ortum ab oſtio Magradæ fluvii, qui *Orio* dicitur.

Menneianæ, *Manſpurg*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, à Varianis 26. mill. paſſ. in ortum, in Hungaria: ex quo liquet non eſſe *Manſpurg*, quod Monetium eſt Straboni, in finibus Japodum.

Mennonii, populi, & Mennonia regna. Vide Memnones; ſic apud Lucanum lib. 3.

Non, cum Memnoniis deduceret agmina regnis
Cyrus.

Menoba, *Bozmiliana* Moletio, & aliis, fluvius cum oppido cognomine Hiſpaniæ Bæticæ inter Malacam urbem ad occidentem, & Selambinam oppidum ad ort. 10. mill. paſſ. ſeu à Malaca 3. leuc. In Theſauro Ling. Lat. malè *Vezmelaga* dicitur.

¶ Menoba aliis eſt *Almunecar*, oppidulum cum caſtro, in regno Granatenſi, & in ora maris Mediterranei, 14. leucis à Malaca in ortum Almeriam versùs, et 4. tantùm à Selambina in occaſum.

Menocaleni, *Mingelſtal*, teſte Lazio, populi Alpini, in Hiſtria, inter Tergeſtum & Polam, in mediterraneis, & intra montes.

Menoſca, *Oria* ſeu *Vramea*, teſte Garibæo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis maritimum, in Vardulis, in ora Guipuſcuæ regionis, inter S. Sebaſtianum ad ortum, & Guetariam ad occaſum 3. leucis. Aliis eſt *Guetaria*.

¶ Menoſca, oppidum Vardulorum, in confinio Vaſconum; & ad oſtium fluvii Magradæ. Nunc eſt *Orio*, oppidulum Guipuſcoæ, in ora maris Cantabrici.

Menoſgada, *Eger*, teſte Petro Appiano; urbs Germaniæ libera, non obſcura, in Nortgojæ, Voitlandiæ, & Bohemiæ confinio, ad fluvium cognominem, à Praga 20. leucis in occaſum, Bambergam versùs, & Herbipolim.

¶ Menoſgrada, urbs Armalauſiorum, nunc Appiano teſte, *Eger* ſeu *Egra*, Bohemis *Heb*, urbs Bohemiæ, ſed non libera, ad amnem Egram, in ipſo limite Franconiæ. Arcem habet munitam, pluries tamen expugnatam ultimo bello Germanico. Diſtat 4. milliaribus Germanicis à Locta in occaſum. 9. ab Amberga in Boream, & 12. à Pilſna in Circium.

* Mentæ populi ad Vallum, quo Scotia ab Anglia ſeparatur, & oram orientalem conſpiciuntur: quorum *Ptol.*
regio Merchia ſeu Marchia, vulgò *Mers*, urbs Bremenium, poſteà Bervicium, ut putatur, dicta, vulgò *Bervvick* vel *Barvvick*, in Angliæ confinio, altera urbs Coldana. (* Proculdubio pro Mæatæ vel Meatæ ſcriptum. Vide ibi.)

* Mentercoſa oppidum Hiſpaniæ in Theſauro Ling. Lat. *Pedrazza de la Sierra* indigitatur (* vel Metercoſa. Vide ibi.) *Ptol.*

Menteſe, Mentiſa Antonino, & Ptolemæo, Mentiſſa Livio, cui etiam alibi. Mentiſa, *Mentexa*, teſte Cluſio, *Montejon* verò Joanni Marianæ, *Cazorla* Morali, urbs Hiſpaniæ, in finibus Oretanorum, exciſa, olim epiſcopalis, cui in epiſcopatu Giena ſucceſſit. Fortè duæ hujus nominis urbes fuere, una in Oretanis, apud Cazorlam, quæ *Montejon* dicitur; altera in Baſſetanis, cui ſucceſſit *Jaen*, & hæc *Mentexa* nominatur, à Caſtulone 22. mill. paſſ. diſtans. Unde malè in Theſauro Linguæ Latinæ *Iaen* appellatur. *Plin.*

¶ Menteſa, oppidum Oretanorum, nunc eſt *Montizon*, pagus agri Lamitani, versùs montes Marianos, in Caſtella nova, & in confinio Vandalitiæ. 5. leucis ab oppido Villæ novæ infantium in Africum, & 7. à Toloſa in Cæciam, uti 5. à Cazorla in Boream.

Mentonomum, æſtuarium Oceani Germanici, quod *Friſchaff*, Ortelio teſte, appellatur, in ora Germaniæ occidentali.

¶ Menthitia, *Menteith*, provincia eſt Scotiæ meridionalis, cujus caput Dumblanum oppidum. Habet ad ortum Fifam provinciam, & Leviniam ad occaſum. *Plin.*

Menus, pro Mœnus, in Theſauro Ling. Lat.

Menuthias, inſula ingens Æthiopiæ, ad ortum adjacens: quæ *Madagaſcar* nunc dici putatur.

¶ Menuthias, *Madagaſcar*, dicta fuit etiam Cerne Æthiopica; eſtque inſula totius Africæ facilè major, *Ptol.*
& ex præcipuis totius orbis, à ſeptentrione in meridiem extenſa versùs oram Orientalem Æthiopiæ, ubi aliquot coloniæ Francorum in ejus parte Auſtrali. Dicitur etiam inſula Delfina ſeu S. Laurentii à recentioribus. Vide Madagaſcaria.

Menuthis, vicus Ægypti, apud Canopum urbem 2 tantùm ſtadiis diſtans, à S. Epiphanio in vita S. Cyri Abbatis memoratus. *Steph.*

Menynx, inſula Africæ, (Vide Lotophagites) cujus meminit Silius libro 3.

Neritia Menyngæ ſatus, cui tragula ſemper.

Meonia, regio Aſiæ, quæ & Lydia. Vide Mæonia; variè enim ſcribitur. *Strab.*

Mephyla oppidum fuit Latii, ab Orvinio 40. ſtadiis, à Suna verò 30. diſtans: quæ loca prorsùs extincta ſunt. *Ptol.*

¶ Meppa, *Meppen*, urbs Germaniæ, in Weſtphalia, & ditione Monaſterienſi, ſatis munita, ad *Haſe* amnem, qui paulò infrà cadit in Amaſium, paulò infrà Lingam oppidum, & medium ferè inter Monaſterium ad auſtrum, & Embdam ad ſeptentrionem. *Halic.*

¶ Mequinencia, *Mequinenza*, oppidulum Hiſpaniæ, in Aragonia, ad Secorim fluvium, ubi cadit in Iberum, in limite Cataloniæ, & paulò infrà Ilerdam. *Beda.*

¶ Merchia, *Merche*, provincia Scotiæ in limite Angliæ. Vide Marchia.

Mercii, populi Albionis, quorum regio Mercia, quæ

quæ proprium habuit Regem, in Northumbria. Hæc Merchia nunc dicitur, ad Scotos ſpectans.

¶ Mercii populi fuere Angliæ, dicti aliter Angli Mediterranei. Horum regio dicta fuit Merciæ regnum; complectebaturque totum illum tractum, ubi aliàs populi fuere Cornavii, Coritani, Dobuni, Atrebatum pars ſeptentrionalior, & Catieuchlanorum pars occidentalior, & ibi ſunt nunc provinciæ ſeu Comitatus Ceſtrienſis, Darbienſis, Nottingamenſis, Lincolnienſis, Rutlandia, Leiceſtria, Staffordienſis, Salopienſis, Herefordienſis, Wigornienſis, Warvicenſis, Northantonia, *Vet. Inſ.* Huntingdonia, Bedfordia, Buckinghamia, Oxonienſis, & Gloceſtrienſis, teſte Joanne Speedo, habebantque ad Boream Regnum Northumbriæ, ad occaſum Walliam, ad ortum partim Oceanum, & partim Re- *Ant.* gnum Eaſt Angliæ, & Eſſexiæ, & ad meridiem Regnum Weſtſexiæ.

Plin. ¶ Mercimen, Africæ propriæ urbs, Antonino teſte.

Mel. Mercuriacum, pagus agri Novarienſis, apud Ticinum, Olegio proximus, à Mercurio dictus, uti ex antiqua inſcriptione.

Mercuriale, *Mercogliano*, teſte Scipione Mazzella, oppidum Campaniæ amplum, inter Neapolim 12. & *Ovid.* Abellinum 18. mill. paſſ.

Mercurii promontorium, Hermea promontorium Ptolemæo, *Capo Bon*, promontorium Africæ, contra Siciliam, a Libybœo 100. mill. in auſtrum diſtans, inter Carthaginem ad occaſum, & Hadrumetum in ortum.

Mercurii aquæ, apud Capenam portam urbis Romæ, ab Ovidio memoratæ.

¶ Meretium, *Meretz*, oppidulum eſt Lithuaniæ, ubi Uladislaus IV. Poloniæ Rex obiit die 30. Martii anno 1648. Decem milliaribus diſtat ab urbe Vilna Grodnam versùs, ad confluentes Meretzii, & Memeni fluviorum; eſtque amœniſſimi ſitus, cum caſtro ſplendido.

¶ Mergenthemum, *Mergentheim*, ſeu & *Mariental*, oppidum Germaniæ, in Franconia provincia, ad Tubarum fluvium, in ditione ordinis Teutonici. Dicitur & Mergethum ſeu Mariæ domus, & 6. leucis diſtat ab Herbipoli in meridiem; eſtque ſedes Magiſtri Ordinis *Ptol.* Teutonici, in Franconia.

¶ Meri, Meſopotamiæ urbs, circa Edeſſam, teſte Simlero ex Antonini Itinerario manuſcripto.

Meribriga, oppidum Luſitaniæ, in regno Portugallico, Bietolæo urbi exciſæ proximum, *Abnedara* pagus, teſte Moletio.

Merinianum, ex quodam Itinerario antiquo, oppidum Inſubriæ, ad Lambrum fluvium intermeantem, medium inter Mediolanum, & Laudem Pompejam, 10. *Plin.* mill. paſſ. utrinque diſtans; proprio parens Marchioni, *Merignano* vulgò.

¶ Merinianum, ſeu Melignanum, *Marignano*, inco- *Herod.* lis, *Marignan* Gallis dicitur; ibique Helvetii victi, & *Strab.* grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1515. Duce *Plin.* Franciſco primo Rege.

& al. Merobrica, *Santiago de Cacem*, teſte Andrea Reſendio, oppidum Luſitaniæ, in regno Portugalliæ, in ora, medium ferè inter Ulyſſipponem ad Boream, & Sacrum promontorinm ad auſtrum 18. leucis.

Meroe, Saba Joſepho, ſicuti & nunc ab Abiſſinis appellatur, inſula Æthiopiæ, ſub Ægypto, maxima, à Nilo, Aſtapo, & Aſtabora fluviis effecta, cui nomen dedit Meroe urbs primaria, à Syene 800. mill. paſſ. diſtans in auſtrum, & à Napata altera regia 360. ab Alexandria 10000. ſtadiis, teſte Strabone. Inſula *Gaguere* una cum urbe, teſte Caſtaldo, dicitur, *Neube*, teſte Marmolio. Populi Meroitæ, Merveni Mela. Ovidius libro 4 Faſtorum:

Hinc Libs, hinc Meroe, ſiccaque terra ſubeſt.

Hic Saba Regina (quæ & Candace) regnaſſe traditur, nunc Abyſſinorum Imperator latè per totam ferè Æthiopiam dominatur. Vrbs à Cambyſe Rege Perſarum condita eſt, & de nomine matris dicta: quod nomen poſteà toti inſulæ commodatum fuit Herodoto. In ea mulieres grandes habent mammas, auctore Juvenale Satyra 13.

In Meroe craſſo majorem infante mamillam.

¶ Meroe quid ſit nunc non benè conſtat; credit enim Iſaacus Voſſius nullam à Nilo effici inſulam in Æthiopia. Sanè, ut ait ille, ut in ceteris Æthiopiæ locis, ita in longitudine inſulæ, et oppidi Meroes plurimùm peccatum a veteribus, dum nimiùm longè loca hæc à ſinu Arabico removent. Itaque non placet illorum opinio, qui regnum *Goyame* putat eſſe Meroen. In eo conveniunt antiqui, ut Ptolemaida Θηρῶν, quæ eſt *Mazua*, et Meroen oppidum ſub eodem conſtituant perallelo, id eſt, in latitudine Boreali graduum 16. minutarum 23. Aſtaboras ſeu flumen præterfluens. Meroen, ab Oriente omninò eſt *Mareb* ſeu *Marabo*: ipſum verò Meroes oppidum, quod non in Boreali parte inſulæ, ſed verò 70. mill. paſſ. Auſtrum verſùs remotius erat, ut teſtantur Plinius, & alii. Vix dubito quin ſit illa urbs quam *Beroam* aut *Baroam*, & *Bibl.* vitioſè *Barvam* appellant. Vocatur etiam *Debaroa*, vocabulo conflato ex *Debia Baroa*, quaſi dicas mons Baroa; quia in monte poſita eſt. Vrbs hæc regia eſt Barnagaſſi, & pro aliis Ætiophiæ oppidis ſatis frequens: *Steph.* quæ verò antiquis dicta fuit Primis magna, ſeu potiùs Premnis magna, illa eſt quæ hodie *Fremona* appellatur. Cauſa verò quamobrem, et hanc, et præcipue Meroen, & denique ipſum Aſtaboram flumen tam longè à ſinu Arabico removerint, itinerum difficultati procul dubio adſcribenda eſt. Hæc ille.

¶ Meroe, urbs Lyciæ, in Aſia minori, teſte Stephano.

Meron, qui & Samachonitis, *Tabario*, teſte Maſio, lacus Palæſtinæ, apud Serapionem, quem Jordanis fluvius efficit, qui æſtate ſiccatur.

Meropus, mons Theſſaliæ, ex quo ob multos anfractus echo multiplex redditur.

¶ Mororum, Arabum regio, circa Comagenam Syriæ, teſte Plinio.

Strab. *Mel.* *Theop.* Meros, mons Indiæ citerioris, inter Indum, & Cophem fluvios, Nyſa Plinio ab urbe vicina, Sacer Trogo, & Tricoyphus Polyæno à tribus cacuminibus dictus. Hic ferunt Bacchum enutritum fuiſſe.

App. *Alex.* Merromeni, *Meroner*, teſte Lazio, populi Illyrici, quorum oppidum *Merona*.

¶ Merromeni alias Melomeni fuere, propè Drinum fluvium, inter Vardiæos ad auſtrum, & Savum fluvium, ad ſeptentrionem.

¶ Merſeburgum, *Mersbourg*, urbs Germaniæ, in Miſnia, epiſcopalis, ad Salam fluvium, vix. 3. milliaribus Germanicis ab Halla in auſtrum, et totidem à Lipſia in occaſum, ſub dominio proprii Epiſcopi. Vide Martinopolis, ſeu Martiopolis.

¶ Merſpurgum, *Merſpurg*, oppidum Germaniæ; in Svevia, ad lacum Conſtantiæ, & in ditione Epiſcopi *Plin.* Conſtantienſis. 2. leucis diſtat à Conſtantia in ortum; & paulò ampliùs ab Vberlinga in Eurum.

¶ Mervera, Hiſpalenſis conventus oppidum Plinio.

¶ Mervinia, *Merionethshire*, provincia ſeu Comitatus Vvalliæ Borealis, cujus primaria Harlechum. Dicitur etiam Merionethenſis Comitatus; eſtque in ora maris Hibernici, & inter Comitatus Arvoniam, & *Scrip.* *Ponn.* Denbighiam ad Boream, & Mongomerienſem ad ortum. Ibi aliàs Ordovices populi ex parte.

Merula, *Meira*, teſte Auguſtino Juſtiniano, fluvius Liguriæ, apud Albingaunum, urbem fluens. Eſt & Merula fluvius Pedemontanæ regionis, per Salucienſe territorium in Padum influens, vulgò *Maira*: ſed hic Latinè etiam Macra ab aliis nominatur.

Merulæ campus, qui & Coſobus Leonico dicitur, & aliis Caſſovius, *Caſſovvopoly* Sclavis, et *Amſerfeldt* Ger- *D.Git.* manis, regiuncula Myſiæ ſuperioris, à meridie in Boream ad 30. leucas patens, maximè ferax. Ejus meminit quidam Poeta in libro 1. Itinerarii:

Vertit vt in triſtes victoris gaudia luctus.

In Merulæ campis cum ſuperatus erat.

Pauſ. Merulis, locus Thuſciæ, Populonio urbi propinquus, inde 8. mill. paſſ. diſtans: ubi S. Cerbonius Epiſcopus à Totila Gothorum Rege feris objectus eſt.

Meſabius, mons Bœotiæ, apud Anthedonem oppidum Euripo imminens.

¶ Meſada, Arabiæ Petrææ urbs apud Ptolemæum. Fortè Meſa in libro Notitiæ vocatur.

¶ Meſambria tractus, & Cherroneſus Perſidis eſt, teſte Arriano in Indicis.

Plin. Meſe, inſula Galliæ Narbonenſis, una Stœchadum, media illarum, quæ & Pomponiana Plinio. Vide Stœchades.

¶ Meſe, ſeu Pomponiana, inſula Galliæ, in ora Provinciæ, et in mari Mediterraneo. Nunc eſt *Portcros*, inter Hypæam ad ortum, et Proten ad occaſum. Ejus circuitus eſt 3. leucarum circiter, vix una cum dimidia ab ora continentis, & ab arce Briganſonia in auſtrum; eſt-

eſtque una Stœchadum inſularum, quæ vulgò *les isles d'Hieres* dicuntur. Vide Stœchades.

Meſembria, quæ & Menebria Straboni, Meſambria Herodoto, *Meſember* Sophiano, urbs archiepiſcopalis Thraciæ maritima, in Myſiæ inferioris confinio, in ora maris Euxini, inter Anchialum, & Odeſſum ad 20. mill. paſſ. ubi mons Hæmus deſinit. Hinc Meſembriacus nomen gentis. Ovidius libro 1. Triſtium Elegia 9.

Inde Meſembriacos portus, & Odeſſon, arces.

¶ Meſeriæ, ſeu Maceriæ, *Mezieres*, urbs eſt Galliæ, in Campaniæ provincia, ad Moſam fluvium, propè Carolopolim, & versùs limites Belgii. Vide Maceriæ.

¶ Meſola, Arcadiæ urbs Straboni. Eſt etiam Meſola Meſſeniæ oppidum Stephano ex Nicolao.

Meſopotamia, regio Aſiæ, Euphrate ad occaſum, & meridiem, ac Tigri ad ortum comprehenſa; cui ad Boream Armenia major, Niphate monte intercedente, Babylonia, & Chaldæa ad meridiem incumbunt, Aſſyria cum Suſiana ad ortum, Syria verò cum Armenia minore ad occaſum hærentibus; longa 800. lata 360. mill. paſſ. ex Plinio, Aram, & Charam in ſacris literis, Oſihoena Dioni, Herodiano, & libro Notitiæ. Vrbes olim claræ Edeſſa, Niſibis, Nicephorium, & Seleucia: nunc clarent Amida, & Marde.

¶ Meſopotamia, regio Aſiæ, & Aſsyriæ pars ad occaſum. Nunc propriè *Diarbeck* dicitur; ſubeſtque tota dominio Turcarum. Ejus urbes nunc ſunt *Aſanchif*, regionis caput, *Orpha*, quæ Edeſſa aliàs, *Caramit*, aliàs Amida, *Merdin*, Marde & *Herren*, aliàs Carræ. Ejus autem major longitudo à Circio in Eurum eſt 420. mill. paſſ. latitudo autem eſt 270. mill. paſſ. Sic dicta fuit Meſopotamia, quòd poſita ſit inter Euphratem, & Tigrim fluvios; & ideò etiam nunc dicitur ab Arabibus *al Gezira*, id eſt, inſula.

¶ Meſſa, Laconiæ oppidum, in Peloponneſo, teſte Pauſania.

Meſſabatæ, Maſsabatæ Straboni, populi Perſidis, quorum regio *Savas*, teſte Caſtaldo, nominatur.

Meſsagetæ, populi Scythiæ Europææ, ad Euxinum mare, & Meoticam paludem incolentes. Vide Maſsagetæ. Claudianus 1. in Rufinum:

Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Meſſagetes.

(* Ptolemæus duplices habet; in Margiana, & inter Sacas, utroſque longè ab Euxino mari in ortum diſtantes.)

¶ Meſsalum, urbs Arabiæ felicis, teſte Plinio.

Meſsana, Meſsene Straboni, & Ptolemæo, *Meſſina*, urbs archiepiſcopalis, Siciliæ præcipua, Accademia, emporium, & portus apud fretum Mamertinum, & Pelorum promontorium, à quo 12. mill. paſs. quot à Rhegio urbe Brutiorum abeſt, à Meſseniis populis Peloponneſi condita, & nominata, à Panormo altera Siciliæ urbe clara, & regia 208. mill. in Boream diſtans. Hæc primùm à Normannis, victis Saracenis, recuperata, Macrobius lib. 1. Saturn. illam ab Anaxilao Rheginorum Tyranno conditam ſcribit. Vide Zancle, & Mamertini. Hinc Meſsenius nomen gentis. Ovid. lib. 14. Metamorphoſeon:

Littore in Italico Meſſenia mœnia contra
Scylla mihi.

¶ Meſsana, *Meſſine* Gallis, urbs Siciliæ ampla, & præcipua, in provincia ſeu Valle Demonæ, ad ortum inſulę, cum portu capaciſſimo. Figurę ſunt oblongę, ob montes quibus premitur. Suburbia habet perampla pagorum in morem. Munita eſt quatuor caſtris, & 14. aggeribus. 150. mill. paſs. diſtat à Panormo in ortum, & 60. à Catania in ſeptentrionem, è regione Calabriæ citerioris.

Meſsanicus fluvius, pars Padi. Vide Paduſa.

Meſsapia, regio Italiæ, quæ & Salentini Ptolemæo, & aliis, ac Iapygia, *Terra d'Otranto*, peninſula inter Brundiſium, & Tarentum in occaſum, ſupra 50. mill. paſs. porrecta, à Meſsapo, qui in ea dominatus eſt, dicta ex Virgilio libro 7. Æneidos:

At Meſſapus equum domitor, Neptunia proles.

Vide Salentini, & Iapygia. Meſsapia item Plinio oppidum ejuſdem regionis, quod alii *Miſagno*, à Brundiſio 8. mill. paſs. Vriam versùs diſtans, alii *Meſafra*, & *Meſſafro*, à Tarento totidem in occaſum Motulam versùs recedens, eſse contendunt. Hinc Meſsapius nomen gentis. Ovidius 14. Metamorphoſeon:

Peucetioſque ſinus, Meſſapiaque arva reliquit.

¶ Meſsapia, nunc *Terre d'Otranto* Gallis, provincia eſt Regni Neapolitani, inter mare Ionium, & ſinum Venetum ad ortum, & ſinum Tarentinum ad occaſum. Ibi aliàs Calabri populi, inter Appeninum montem, & oram ſinus Veneti extenſi, & Salentini versùs ſinum Tarentinum. Vide Hydruntina Terra.

¶ Meſsapia oppidum fuit Meſsapiæ, quod nunc *Meſagna* dicitur, ſupra Brunduſium, quod in Martyrologio Meſsana Apuliæ vocatur, teſte Luca Holſtenio.

Meſsapius, mons Macedoniæ, in Pæoniæ Mædicæque confinio, bonaſum animal gignens. *Ariſt.*

¶ Meſsatis, Achaiæ oppidum, inter Aroan, & Anthean, teſte Pauſania.

Meſse, oppidum Cytheræ inſulæ, à Statio lib. 4. Thebaidos memoratum: *Stat.*

Quos Pharis, volucrumque parens Cythereia Meſſe.

Meſſeis, fons Theſſaliæ, apud Helladem oppidum.

Meſsene, *Moſniga*, teſte Nardo cum aliis, urbs Peloponneſi, olim clara, & Meſſeniæ regionis caput, in ora occidua, ab oſtio Pamiſi 31. mill. paſſ. in meridiem recedens. Alii locum illius hodiæ *Petalidi* dici volunt, à Corone urbe 28. mill. paſſ. diſtantem. Populi Meſſenii. De ea Ovidius lib. 6. Metamorphoſeon: *Strab. Plin. Strab. Plin. Pauſ. & al.*

Meſſeneque ferox, Patræque, humileſque Cleonæ.

Meſseni cum iterùm atque iterum defeciſsent à Lacedæmoniis, ab eis in ſervitutem redacti ſunt, pejùſque ſervis habiti, auctore Pauſania, & Iuſtino in lib. 3. epitom. Vnde natum proverbium eſt, *Meſſena ſervilior*, in eos qui alieno vivunt arbitrio.

¶ Meſsene, ſeu Meſsena quibuſdam, urbs Meſseniæ tractus caput. Sita eſt ad oſtia Balyræ fluvii, 13. mill. paſs. à Pamiſo fluvio in meridiem, & totidem à Corone in Boream, in ora ſinus Meſſeniaci, cum portu tantiſper capaci. Ante ipſam tres ſunt inſulæ, dictæ Oenuſæ. Nunc oppidulum eſt tenue, & nullius nominis, in provincia *Belvedere* dicta, ſub dominio Turcarum.

¶ Meſſenia, provincia eſt Peloponneſi versùs auſtrum, inter Laconiam ad ortum, & Elidem ad occaſum, à ſeptentrione habens Arcadiam, & inter ſinus Neſſeniacum, & Cypariſſium. Nunc pars eſt provinciæ *Belvedere* dictæ, ſub Turcis.

Meſſeniacus ſinus, Meſſenius Straboni, qui & Coronæus, & Aſinæus, *Golfo di Coron*, inter Acritam, & Tænarium promontoria. *Plin.*

¶ Meſſeniacus ſinus apud Ptolemæum nominatur ea pars maris Mediterranei, quæ Meſseniam Peloponneſi regionem alluit, & Sophiano teſte, dicitur *Golfo di Coron* à Corone urbe ei adiacente, à nautis autem *Golfo di Calamata* vocatur.

Meſſis, *Meſſiano*, oppidum Brutiorum, in Calabria ulteriori, teſte Barrio, mediterraneum, inter Neocaſtrum 10. & Miletum 6. Hipponio proximum, à Soriano 12. mill. paſs. *Procul. Capel.*

¶ Meſsua. Vide Miſua, & Niſva.

¶ Meſtra, *Meſtre*, oppidum Italiæ, ad Muſonem fluvium. A Tarviſio urbe diſtat 10. milliaribus, & à Venetiis 7. in occaſum, in regiuncula Ducatus Venetii. *Ant.*

¶ Meſtriana, *Meſtri* Lazio, pagus Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria, à Sabaria 6. leucis Hungaricis diſtans in ortum Aquincum ſive Acincum versùs. Meſtrianæ etiam numero plurali.

Meſva, peninſula Galliæ Narbonenſis, *Meſe*, teſte Poldo: fortè Meſe Plinio. *Mel.*

Meſujum, *Magdeburg*, urbs archiepiſcopalis Germaniæ ad Albim, in Saxonia, libera, à Brandeburgo 7. leucis, inter witebergam, & Brunſvicum 11. Vide Partheonopolis. *Ptol. Steph.*

Metachœum caſtrum erat Bœotiæ, medium inter Coroneam, & Orchomenum.

Metacompſo, Tacompſon Plinio, Tachempo Melæ, *Aſnan*, teſte Zieglero, vel *Aſuam*, urbs Ægypti, ad Nilum, proxima Sienæ. *Ptol.*

Meracum, *Calaiate*, teſte Jo: Barosio, urbs Arabiæ felicis, in ora orientali, ad ſinum Sachalitem, inter Syagrum promontorium, & Auſaram urbem, ab Armuzia 100. leucis in auſtrum. Vide Cumacatum, ut habet codex Græcus.

¶ Metacum aliis eſt *Calhat*, ſeu *Quelhat*, oppidum Arabiæ felicis, propè oſtia fluvii *Prim*, 450. mill. paſs. ab Armuzia in meridiem. Aliis autem *Matequa*.

¶ Metadula, Cappadociæ urbs, in Ponto Polemoniaco, teſte Ptolemæo. Interpres habet Megaluda.

Metæ, Metenſis urbs Gregorio Turonenſi, Mediomatrices Cæſari, *Metz*, urbs Galliæ Belgicæ, in Lotharia- *Lib. Not.*

ringiæ, ad Moſellam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trevirenſi, inde 13. leucis, Nanceium ſedem Ducis Lotharingiæ verſus in meridiem. Metis etiam. De qua quidam Poeta.

Noſtraque te nuper, nunc aliena, Metis.

Et Mettis apud Venantium Fortunatum libro 7.

Seu qui Mettis adit de ſale nomen habens.

Loquitur de Salia fluvio, qui ad Metim in Moſellam influit. Vide Mediomatrices.

¶ Metæ, *Metz*, urbs eſt Galliæ, Mediomatricum caput, quæ ab antiquis Divodurus dicta fuit. Sedet ad Moſellam fluvium, ubi recipit Sellam ſeu Saliam; eſtque intra fines Lotharingiæ, ſed non in Lotharingia, & ſubeſt dominio Regis Franciæ, cum parlamento recenti, & arce valida. Sed fruſtrà obſeſſa fuit à Carolo V. Imperatore anno 1552. Vide Mediomatrices & Divodurus.

Strab. Metagonium, * Metagonites Ptolemæo, *Capo de tres forcas* Caſtaldo, & *Capo de Caſaſa* Moletio, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ, inter Ryſſadirum urbem, & oſtia Malvæ fluvii, in Mauritaniæ Cæſarienſis confinio, ubi Populi Metagonitæ. (* Μεταγωνῖτις in Seldeni manuſcripto.)

¶ Metagonium promontorium nunc eſt *Cabo de tres forcas*, in regno Fezzæ, & in Garetæ provinciæ ora littorali. In mare Mediterraneum protenditur è regione Alborani inſulæ, à qua diſtat 20. mill. paſſ. & 160. mill. paſs. à freto Gaditano in ortum.

¶ Metalaſſus, teſte Ptolemæo Ponti Polemoniaci urbs eſt, in Cappadocia.

Vet. Inſ. Metallina Caſtra, Metallinum Antonino, cui etiam Metellinum, Metallinenſis colonia Plinio; Caſtra Vicelliana ex antiqua inſcriptione, *Medelin*, oppidum Luſitaniæ clarum, in Extremadura, ad Anam fluvium, ubi is emergit, poſt per 7. leucas occultationem, à Turre Iulia 6. Leucis, ab Emerita 12. in ortum.

¶ Metallina Caſtra, ſeu, & meliùs, Mettallinum, nunc *Medelin* dicitur; eſtque oppidum Extremaduræ provinciæ, ad Anam fluvium, ubi recipit Zuiam amnem, 17. leucis à Pace Auguſta in ortum, uti & 7. tantùm ab Emerita. Sed non ibi rurſus Anas fluvius emergit poſt per 7. leucas occultationem, ut hactenus multi indocti tradiderant; fuitque patria Ferdinandi Corteſii, qui regnum Mexicanum occupavit.

¶ Metapa, Acarnaniæ urbs apud Stephanum.

Metapontum, Metapontium Straboni & Ptolemæo, *Pelicore*, teſte Barrio, quaſi Pyliorum regio, urbs magnæ Græciæ, ad ſinum Tarentinum, exciſa, inter Heracleam ad auſtrum 25. & Tarentum ad Boream 17. mill. paſs Aliis, ut Leandro, & Ananiæ, *Torre di mare*. Sed Barrio magis fido. A Pyliis populis Peloponneſi, teſte Solino, condita, & à Samnitibus everſa. De qua Dionyſius Afer:

Mœnia cernuntur Metaponti, deinde Crotonis.

Plin. Mel. ¶ Metapontum, urbs fuit Lucaniæ, ad oſtia fluvii Caſuenti in ora ſinus Tarentini, & in confinio Meſſapiæ, nunc caſtrum tenue, *Torre di mare* dictum, in Baſilicata provincia, 20. mill. paſs. à Tarento in occaſum, 12. ab Heracleæ ruinis in ſeptentrionem, & 14. à Caſtellaneta in meridiem.

Metaris, *the Vvash*, teſte Ortelio, vel *the Vvashes*, uti

Ptol. Camdenus, æſtus ſeu fluvius Albionis, in ora Angliæ orientali: aliis ubi Boſtonum oppidum, à Lincolnia 30. mill. à Londinio 97. in Boream, & Cæciam, (*inter Icenos & Coritanos.*)

Ptol. Metaros, Mearos Melæ, fluvius Hiſpaniæ, apud Trileucum promontorium, inter Aſtures & Callaicos. Vide Mearus.

Steph. Metaurus, qui & Metauria aliis, *Gioia*, oppidum Brutiorum, in ora Calabriæ ulterioris, à Roſarno oppido 6. mill. paſs. in ortum Scyllæum verſus, apud Taurianum, patria Steſichori. Eadem urbs Metaurum à Pomponio Mela appellatur, teſte Barrio, inter Nicoteram ad occaſum 8. & Scyllæum ad ortum 24.

¶ Metaurus quibuſdam eſt *Oppido*, aliis autem *Gioia*, oppidulum ad oſtia Metauri fluvii, in ora maris Tyrrheni, 9. mill. paſs. à Nicotera in meridiem, & 18. à Scyllæo in ſeptentrionem.

Strab. Plin. & al. Metaurus, fluvius Italiæ geminus: unus Vmbriæ, *Metro* vel *Metaro*, penes Forum Sempronii fluens, ac in mare Hadriaticum inter Fanum, & Senogalliam exiens quem malè in Flaminiam decurrere in Theſauro Linguæ Latinæ dicitur. De quo Lucanus libro 2.

In lævum cecidere latus, veloxque Metaurus,

Alter Brutiorum, geminus, per Calabriam ulteriorem fluens: unus per Taurianum ſeu Seminariam fluens, vulgò *Seminara*, teſte Barrio, alter *Metremo*, per Galàtrum oppidum fluens, & accepto Medama ad Nicoteram urbem exiens. Ex quo error Ortelii deprehenditur, eos qui geminum ſcribunt in Brutiis Metaurum arguentis. In hoc flumine Oreſtem laviſſe, & ab inſania curatum tradunt. Eſt & Metaurus fluvius Siciliæ Straboni & Plinio.

¶ Metaurus, fluvius Italiæ, in Brutiis. Nunc *Marro* dicitur, teſte Magino. Propè Seminaram caſtrum labitur, & auctus aliquot fluviis minoribus, juxta Metaurum oppidum in mare Tyrrhenum ſe exonerat, 7. mill. paſs. à Roſarno in auſtrum, uti & ab oſtiis fluvii *Metramo*, antiquis Meſuna dicti.

¶ Metaurus *Metro*, fluvius aliàs Vmbriæ, nunc Ducatus Vrbini, in ditione Pontificia. Oritur ex Apennino monte, deinde Fanum S. Angeli in Vado, Vrbaneam, & Forum Sempronii rigat; poſteà auctus aliis fluviis, in ſinum Adriaticum ſe exonerat, 4. mill. à Fano Senogalliam verſus.

Metelis, *Roſetto* Italis, & *Raſchit* Turcis, teſte Beniamino Tudelenſi, urbs Ægypti, juxta Heracleoticum oſtium Nili, non obſcura, ab Alexandria 60. mill. paſs. in ortum Peluſium verſus: unde malè in Theſ. Ling. Lat. ſcriptum eſt non procul ab Alexandria eſſe. Ptol. Mel.

Metelli caſtrum, *Mittelburg*, vel *Middelburg*, urbs Selandiæ inſulæ primaria, à Metello cive Romano, ut nonnullis videtur, nomen habens, à Brugis urbe Flandrica 8. leucis diſtans, à Philippo II. Rege Hiſp. ſede epiſc. exornata. Vide Mattiaci. Scrip. Belg.

¶ Metelli caſtrum, ſeu Metelloburgus, eſt *Midelborg*, urbs Belgii, Zelandiæ provinciæ caput, in Valachria inſula, vix uno milliari ab ora littorali, diſtans. Vrbs eſt ampla & permunita, ſub dominio provinciarum unitarum Belgii. Vna leuca diſtat à Fleſſinga in Cæciam, & 4. à Clauſulis, uti & 12. ab Antuerpia in Circium. Per annum ferè obſeſſa fuit à Batavis, & ab ipſis expugnata anno 1574. eſtque emporium celebre.

¶ Metenſis tractus, *le pais Meſſin*, regiuncula eſt intra Lotharingiam inſerta, inter Lotharingiam, nempè propriam ad ortum, Barrenſem Ducatum ad occaſum & Luxemburgenſem Ducatum ad Boream. Sic dicitur à Metis ejus urbe primaria; ſubeſtque dominio Regis Francorum ab anno 1552. Ejus oppida ſunt Nomenium, Vicum, Marſalium, & Gorza.

Metercoſa, *Pedrazza de la Sierra*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Carpetanis, ab Aranda 6. leucis Madritum verſus in Auſtrum & Eurum. Hinc Trajanum ortum ferunt. Ptol.

Methamaucum, *Malamocco*, urbs olim epiſc. aquis ſubmerſa, & portus, contra Medoaci fluvii oſtia, à Venetiis 5. mill. paſs. diſtans; quaſi meta Medoacum, id eſt, poſt Medoacum.

Methone, *Modon*, *Mutune*, & *Moitune* aliis, urbs Peloponneſi, in ora Meſſeniæ ad occaſum, hac tempeſtate clariſſima & ſedes præfecti, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Patrenſi, proxima Coronæ, ab ea 15. mill. paſs. in Boream diſtans inter Patras 120. & Tænarum in meridiem 72. mill. Turcicis, *Moitune*, teſte Leunclavio, Pedaſus Homero, Methone altera Straboni in Magneſia. Alia in Macedonia, juxta Thraciæ fines, apud Olinthum, cujus meminit Demoſthenes in oratione contra Philippum Alexandri magni patrem; qui ibi in pugna oculo uno privatus eſt. De qua Valerius Flaccus Argonaut. libro 1. Strab. Plin. Ptol. & a

-quem parva Methone,

Et levis Elis equis, & fluctibus obvius Aulon.

¶ Methone, *Modon*, urbs Meſſeniæ, in ora Auſtrali, nunc emporium celebre, cum portu capaciſſimo, in provincia *Belvedere* dicta. Arcem habet permunitam; eſtque valdè populoſa, ſub dominio Turcarum jam à temporibus Bajazethi ſecundi 15. mill. paſs. diſtat à Corone in Africum 72. à Tænario promontorio in occaſum, & 105. à Nauplia in Africum.

Methurides, Methuriades Stephano, inſulæ 4. parvæ in ſinu Megarico, inter Atticam & Æginam. Plin.

Methydrium oppidum fuit Peloponneſi, in agro Megalopolitano. Xenof.

¶ Methymna Aſidonia, *Medina Sidonia*, urbs Hiſpaniæ, in Vandalitia. Vide Aſindum.

Methymna, urbs Lesbi inſulæ, poſt Mitylenen primaria, in ora ad ortum, Cænidem oppidum Æoliæ verſus, Plin. Ptol.

ſùs, inde 15. mill. paſſ. quot ab Arginuſis Inſulis in Boream. Hinc Methymnæus nomen gentis. Vino celebris eſt. Silius libro 7.

Ac Methymna ferax Latiis ceſſere Falernis.

Eſt & Methymna oppidum Hiſpaniæ multiplex: in iis Campeſtris *Medina del Campo*, emporium præclarum, à Valliſoleto 8. leucis Toletum verſùs.

¶ Methymna Campeſtris urbs eſt regni Legionenſis, in Hiſpania, in limite Caſtellæ veteris, 8. leucis à Valliſoleto in auſtrum, et 11. ab Abula in ſeptentrionem, 6. autem à Durio fluvio diſtans.

¶ Methymna cetia, *Medina celi*, oppidum Caſtellæ veteris, in Hiſpania, in limite Aragoniæ, Ducatus per ampli caput, ad Salonem fluvium, 6. leuc. à Seguntia in ortum Bilbilim verſùs.

¶ Methymna ſicca, *Medina de rio ſecco*, oppidulum Hiſpaniæ, in regno Legionenſi, 5. leucis Hiſpanicis à Palencia in occaſum, 8. à Vaiſoleto in Circium, & 11. à Sentica in Cæciam; eſtque etiam Ducatus titulo clarum.

¶ Methymna Talnabia, *Medina Talnabi*, id eſt, civitas Prophetæ, anteà *Iathreb*, urbs Arabiæ felicis, ad amnem *Laakic*, ubi natus Mahumetes Pſeudopropheta. 200. mill. paſſ. diſtat à Mecca in Boream, & 90. à mari Rubro in ortum.

Metina *Languillade* hodiè, inſula Galliæ Narbonenſis, ante oſtium Rhodani orientale.

¶ Metina, inſulula Galliæ Narbonenſis, aliis eſt Blaſco, *le Breſcon*, oppidum permunitum in ſcopulo, in ora littorali Occitaniæ, continenti ferè junctum. Vide Blaſco,

Metis, *Metz*, urbs Auſtraſiæ. Vide Metæ. Sic libro 4. Itinerarii:

Qua colit, & Metin ſilva comitante peragras.

¶ Metita, Armeniæ minoris oppidum, in Lavinienſi præfectura, teſte Ptolemæo.

¶ Metopon, *Acra Spandona*, teſte Gyllio, promontorium Cornu Byzantii ad Boream. Cujus meminit Call. Niceph.

Metropolis, urbs Prhygiæ magnæ, apud Mæandrum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino. Sed hæc in Ionia eſt, inter Epheſum 120. & Smyrnam 200. ſtadiis. Sunt & aliæ Metropoles: una in Phrygia præter memoratam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiochiæ Piſidiæ; & alia in Lydia, ad Cayſtrum fluvium. Populi Metropolitæ Plinio. Fuit & Metropolis in Theſſalia inter Gomphos & Pharſalum, à Cæſare memorata.

¶ Metropolis urbs duplex eſt, una Phrygiæ magnæ, ad Mæandrum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, à qua 60. mill. paſſ. diſtat in Circium, altera in Lydia, ad Cayſtrum fluvium, in ipſo limite Ioniæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino 20. mill. paſſ. ab Epheſo in Cæciam, et 50. à Smyrna in Eurum diſtans.

¶ Metropolis urbs fuit Sarmatiæ Europææ, teſte Ptolemæo. Decem hujus nominis urbes numerat Stephanus.

Metubarris, *Zygeth*, & *Otozecz*, teſte Lazio, inſula Pannoniæ inferioris, intra Saum fluvium, inter Poſiegam ad occaſum & Sirmium ad ortum ad 7. leucas Hungaricas, ubi *Bibar* vel *Bivar* oppidum, quaſi Bubalis ſeu Bubalia apud veteres.

¶ Metubarris, inſula Pannoniæ, in Savia, nunc *Otozecz*, in Raſcia, intra Savum fluvium. 4. leucis diſtat ab oppido *Wivar* in occaſum; extenditurque ad 3. leucas.

Metullum, ſeu Metulum, *Metling* vel *Medling*, oppidum Iapodum, apud Colapim fluvium, in confinio Liburniæ. De quo vide Meclaria. Sed Lazio eſt *Troja*, oppidum ad Saum, in Comitatu Cilienſi.

¶ Metullum, *Metling*, oppidum amplum Japodum, nunc Carniolæ, in Vindorum marchia. 2. mill. paſſ. diſtat à Colapi fluvio, & 20. à Lugea palude in ortum, uti 25. à mari Adriatico in Boream; ſubeſtque dominio Imperatoris.

Metymna. Vide Methymna.

Mevania, *Bevagna*, urbs olim epiſcopalis Vmbriæ, ad Clitumnum fluvium, nunc oppidum amplum, olim in via Flaminia occurrens, à Fulginio 6. mill. paſſ. diſtans, à Peruſia 12. patria Propertii. De qua Lucanus lib. 1.

Eſt qui, tauriferis ubi ſe Mevania campis.

Mevoniola, *Galeate*, pagus Galliæ Togatæ, ſive Æmiliæ, in Romandiola, à Forolivii ad 10. mill. paſſ. diſtans à Ceſena 20.

¶ Meurſia, *Meurs*, urbs parva Germaniæ. In Ducatu Clivenſi ponitur à quibuſdam, quanquam ſit intra limites ditionis Colonienſis. Munita eſt & culta, 2. milliaribus Germanicis à Rhinoberga in meridiem; & uno à Rheno fluvio diſtans, ſub dominio Principis Auraici, cum regiuncula ſeu Comitatu adjacente.

¶ Mexicana, *le Mexique*, regio præcipua Americæ ſeptentrionalis, & aliàs regnum potentiſſimum, *Reyno de Mexico* Hiſpanis; eſtque pars ampla novæ Hiſpaniæ verſùs Mexicum urbem, regionis primariam, inter mare Boreale ſeu ſinum Mexicanum ad ortum & mare Pacificum ſeu Auſtrinum ad meridiem, ſub Hiſpanis. Mexicana etiam dicitur provincia Novæ Hiſpaniæ, inter provincias Tlaſcalam ad ortum, Mechoacanum ad occaſum, Panucum ad Boream, & mare Pacificum ad meridiem, *Mexico* vulgò. Ejus longitudo à ſeptentrione in auſtrum eſt 130. leucarum Hiſpanicarum, latitudo autem eſt 50. leucarum. Sic dicitur à Mexico urbe primaria.

¶ Mexicana item dicitur America ſeptentrionalis à Mexicana regione ipſius præcipua. Vide America.

¶ Mexicana nova, *Nuevo Reyno de Mexico*, regio ampla Americæ ſeptentrionalis. Vide novum regnum Mexicanum.

¶ Mexicanus ſinus, *Golfe de Mexique*, pars maris Borealis, in America ſeptentrionali, verſùs oram Mexicanæ ſeu Novæ Hiſpaniæ extenſus, uti & intra Floridam & Jucataniam provincias, & Cubam inſulam.

¶ Mexicanus lacus, *Lago de Mexico* Hiſpanis, lacus Americæ ſeptentrionalis, in Nova Hiſpania, circuitus eſt 30. leucarum Hiſpanicarum, & Mexicum urbem primariam rigat.

Mexicum, *Mexico*, urbs archiepiſcopalis & Hiſpaniæ novæ in novo orbe conventus juridicus, & Hiſpanorum colonia maxima, 100000. ædium, ut ferunt, continens, intra lacum, ut Venetiæ, conſtructa.

¶ Mexicum, *Mexico* Hiſpanis, *Mexique* Gallis, *Tenuchtitla* ſeu *Temiſtitan* incolis, urbs eſt totius Americæ præcipua & ampliſſima, in America ſeptentrionali, provinciæ cognominis & Novæ Hiſpaniæ caput, ſedeſque Proregis Hiſpani. Sedet in ora lacus cognominis, ſed non intra lacum; neque inſtar Venetiarum; eſtque tota in planitie amœniſſima & pro parte à lacu circumdata. Archiepiſcopalis facta fuit anno 1547. à Paulo III. Pontifice Maximo & ei ſuffragantur Epiſcopi Tlaſcalæ, Guaxacæ, Mechoacani, Novæ Galitiæ, Chiapæ, Jucataniæ, Guatimalæ, & Veræ Pacis, & anno 1629. hæc civitas aquarum laci eluviè deformata & peſſimè habita fuit; nunc tamen in dies reparatur. Aliàs fuit ſedes Regum Mexicanorum, ſed capta fuit à Ferdinando Corteſio, & ſubeſt dominio Hiſpanorum ab anno 1519. cum tota regione. 80. leucis Hiſpanicis diſtat ab Acapulco ad mare Pacificum in Boream, & totidem à portu Veræ crucis ad mare Boreale in occaſum. Extructa fuit anno 1322. ut narrant incolæ.

¶ Mezzaba, *Mezzaba*, tractus Africæ, in regione Biledulgerid, cum urbe cognomine, Sanſone teſte, juxta fluvium Majorem, & inter Zebum regionem ad ortum, & Tegorarinam ad occaſum.

Miacum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Segobiam 19. & Titulciam 24. mill. paſſ. occurrens. (Cercedilla *vulgò quibuſdam*.)

¶ Miarius, *Miary*, fluvius ingens Americæ in parte ſeptentrionali Braſiliæ, ubi in mare Boreale ſe exonerat juxta Marmaniam inſulam.

¶ Miaſena, Armeniæ urbs verſùs Syriam, teſte Antonino.

Mibæ, populi Libyæ interioris, in auſtrum vergentes, Æthiopibus & Nigritis proximi. Silius lib. 3.

His ſimul immitem teſtantes corpore ſolem
Exuſto venere Mibæ.

¶ Michaelia ſeu inſula S. Michaelis, *ilha de S. Miguel*, inſula maris Atlantici, & una ex Aſſoribus ſeu Tertiariis ut vocant, ſub dominio Luſitanorum. 28. leucis diſtat à Tertiaria inſula in Eurum; ejuſque circuitus eſt 32. leucarum. Ejus oppida præcipua ſunt *Punta delgada*, inſulæ primarium, *Villa Franca*, & Fanum S. Antonii, *Sant Antonio*.

¶ Michaelia, *Iſola di S Michele*, inſula eſt maris Adriatici, in ora Dalmatiæ, quæ ab aliis dicitur *Ugliana*. Vix 3. milliaribus diſtat a Jadera, extenditurque ad 14. mill. paſſ. circiter, ſub dominio Venetorum.

¶ Michaelopolis ſeu Archangelopolis, *S. Michel Arcangel*

gel ſeu *Arcangel*, urbs ampla, & emporium celebre Moſcoviæ Borealis. Sedet ad oſtium Duniæ fluvii in mare Album, & fœdo conflagravit incendio anno 1669. Vide Arcangelopolis.

¶ Michaelopolis, *S. Miguel*, oppidum eſt Novæ Hiſpaniæ, in Guatimala provincia, & in ora maris Auſtrini, ad oſtia fluvii Lempæ, ſub Hiſpanis. Vide Fanum S. Michaelis.

¶ Michaelopolis, S. *Miguel*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania. Dicitur aliter Fanum S. Michaelis; eſtque in Mechoacana provincia.

¶ Michaelopolis, S. *Miguel*, urbs Americæ meridionalis, quæ anteà *Chi la* dicta ab incolis, in Peruvia & in Quitoa regione, in valle Piura. 120. leucis diſtat à Quito in meridiem, & 20. ab ora maris Pacifici. Satis eſt culta, & prima excitata fuit ab Hiſpanis in Peruvia.

¶ Miciacenſe monaſterium, vulgò *S. Meſmin*, ſeu etiam *S. Meſmin de Miey*, Abbatia eſt Galliæ, in Aurelianenſi provincia, ad Ligerulum fluvium, 2. leucis ab Aureliis in occaſum.

¶ Miculi mons, ſeu promontorium Dalmatiæ, propè Jaderam, vulgò *Ponta Micha*, teſte Joanne Lucio.

Ptol. Midajum, *Midelli*, teſte Theveto, urbs Phrygiæ magnæ, epiſc. ſub Archiep. Synnadenſi, Doryleo, & Synao urbibus proxima. (*Ad Saugarium fluvium ſedet.*) Populi Midæi Plinio.

¶ Middelburgum, ſeu Metelloburgus, *Middelbourg*, urbs Belgii, Comitatus Zelandiæ primaria, in Valachria inſ. epiſc. ſub Archiep. Ultrajectino. Diſtat uno milliari ab ora littorali; eſtque munitiſſima, ſub Hollandis. Vide Metelli caſtrum.

¶ Middelburgum, *Middelbourg*, oppidulum Belgii, in Flandria, propè Clauſulas, in ditione Hollandorum, 2. leucis à Brugis diſtans.

Strab. Midea, & Midia, oppidum geminum: unum Bœotiæ apud lacum Copaidem, & Orchomenum oppidum, alterum Argiæ, in Peloponneſo, apud Naupliam, ab ea 12. ſtadiis diſtans. Statius lib. 4. Thebaidos:

Aptior armentis Midea, *pecoroſaque Phyllos*.

¶ Midia, Africæ propriæ civitas, Divis Auguſtino & Cypriano, item Concilio Carthaginenſi.

¶ Midleſexiæ, *Midleſexshire*, provincia eſt parva Angliæ, cujus præcipua urbs Londinum, totius regni caput, & primaria, ad Tameſim fluvium. Vix extenditur hæc provincia ad 15. mill. Anglica. Terminatur à ſeptentrione Hartfordia Comitatu, ab oriente Eſſaxia, ab occidente Buckingamia, & à meridie Surreja provincia, à qua ſeparatur Tameſi fluvio.

Mieza, Myeza Ptolemæo, Stymonium Stephano, *Strumona*, oppidum Macedoniæ, apud * oſtia Strymonis, & Stagiram oppidum. Hinc Miezæus, & Miezeus adject. A Mieza filia Beretis nomen habet, teſte Stephano. (* Ptolemæo in Emathia ponit.)

¶ Migirpa, urbs epiſc. Africæ propriæ, teſtibus Divo Auguſtino & Victoræ Uticenſi.

Strab. Plin. & al. Mileſii populi Cariæ, ſeu Joniæ, in confinio, (quorum urbs eſt Miletus) multarum urbium conditores, teſte Strabone: Mileſius etiam nomen gentis. Virgilius lib. 3. Georgicorum:

- quamvis Mileſia *magno*
Vellera mutentur Tyrios incocta colores.

Mileſii quondam bello clari habiti, cum à Samiis ſocii belli gerendi expeterentur, conſultum oraculum ſuper ea re reſpondit, *Mileſii quondam ſtrenui*. Idem oraculum Caribus, Mileſios adversùs Perſas ſocios habere cupientibus, factum traditur: quibus cæſis à Perſis, oraculum in proverbium abiit in eos, qui à priſtina fortuna excidiſſent, & apud Ariſtophanem & Athenæum lib. 12. Apud Mileſios copia labracum piſcium provenit grandium; unde *Labrax Mileſius*, tum propter magnitudinem, tum propter aviditatem, ac ſtoliditatem eſt in proverbio. Sed apud Ariſtophanem Sapientiſſimus piſcis nominatur. Mileſii adeò luxui dediti fuere, ut *Mileſii laſcivi* paſſim dicantur apud Lucianum et Apuiejum.

¶ Mileſiorum Murus, locus Ægypti, circa Bolbiti, cum oſtium, teſte Strabone.

Strab. Plin. Miletopolis, urbs Myſiæ, in Bithyniæ confinio, apud Artyniam ſtagnum, ex quo Rhyndacus fluvius effluit, epiſcopalis ſub Archiep. Cyziceno, nunc etiam *Melitopoli* dicta.

Cic. Strab. Miletus, à Mileto conditore, teſte Ovidio lib. 9. Metamorphoſeon, nomen habens, *Melaxo*, teſte Alexandro Zardo cum Moletio, *Melaſſo* aliis, urbs Joniæ, ſeu Cariæ, ex Ptolemæo, apud Mæandri fluvii oſtia, ab eis 10. ſtadiis diſtans, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Myrenſi olim Pithyuſa, Anactoria, & Lelegis dicta, teſte Plinio Cadmi patria, anno mundi 2952. unà cum Cyzico condita, olim Apollinis oraculo clara, ibi enim reſponſa dabantur. Populi Mileſii. Ovidius lib. 3. Triſtium meminit Mileti, elegia 9. *Plin. & al.*

Huc quoque Mileto miſſi venere coloni,
Inque Getis Græcus conſtituere domos.

¶ Miletus, *Melaſſo*, urbs Joniæ, versùs limites Cariæ cum portu capaci, in ora maris Ægæi. 6. mill. paſſ. ab oſtio Mæandri in meridiem diſtat, uti 90. à Smyrna, Halicarnaſſum versùs. Urbs eſt nunc parva cum arce, ſub dominio Turcarum.

Miletus altera in Brutiis, à Mileſiis condita, ut eſt traditio, Melita Ciceroni, *Melito*, teſte Barrio, Hipponio proxima, 5. mill. paſſ. diſtans; quo ſedes epiſcopalis Tauriani, Gregorio VII. Pontifice Maximo, tranſlata eſt. Vide Melita. Hic etiam ſedes Vibonenſis, ſive Hipponii.

¶ Miletus, *Melito*, urbs eſt parva Regni Neapolitani, in Calabria Vlteriori, 5. mill. paſſ. ab Hipponio in meridiem epiſcop. ſub Archiepiſcopo Rhegino. 7. mill. paſſ. diſtat à Nicotera in ortum, uti ab ora maris Tyrrheni, totidem à Suriano in occaſum, & ferè media eſt inter Conſentiam ad Boream, & Rhegium ad meridiem. Deficit in dies.

Milevum, Milevis D. Auguſtino & Victori Uticenſi, *Mela* nunc, urbs Africæ epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, (ubi Concilium Milevitanum habitum eſt) à Cirta 30. mill. paſſ. Sitifim versùs. *Ant. Lib. Conc.*

¶ Milfordenſis portus, *Milfordhaven*, portus ampliſſimus & ſecuriſſimus Angliæ, in Vvallia meridionali & Comitatu Penbrochienſi, ad mare Hibernicum, cum duobus caſtris. 4. tantùm milliaribus diſtat à Penbrochio urbe in occaſum.

Miliare, ſive Muliare, ut alii legunt, *Mulbach*, fluvius Daciæ, teſte Lazio, per Tranſylvaniam fluens. *Jornan.*

¶ Milliacum, *Milly* cognomento *en Gaſtinois*, oppidum Galliæ in præfectura Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu 12. leucis diſtat à Lutetia in auſtrum, & 5. à Meloduno in occaſum; eſtque juxta amnem *Eſcolle* dictum.

¶ Millialdum, *Milland*, urbs Galliæ aliàs munita Ruthenenſis provinciæ, in Aquitania, ad Tarnum fluvium versùs Gabalos 7. leucis à Luteva in Boream, & 8. à Rhutenis in ortum.

¶ Milopotamos, *Milopotamo*, oppidum munitum Cretæ inſulæ, cum portu, in ora Boreali inſulæ, in territorio Rethymni. 15. milliaribus diſtat à Rethymno in ortum, & 30. à Candia urbe in occaſum, propè oſtia Archadiæ fluvii, ſub dominio Turcarum ab aliquot annis.

Milvius Pons, *Ponte Molle*, unus ex Romæ pontibus ab urbe 2. mill. diſtans; unde incipit Via Flaminia. Ubi etiam Milvius ager apud Statium. Ejus meminit Claud. in 6. Conſulatu Honorii: *P. Vict.*

Omne, Palatino qua pons à colle recedit
Milvius.

Milyas, urbs Pamphyliæ mediterranea, in Carbalia regione *Milia* adhuc dicta, ſed exciſa, apud Termeſſum. Populi Milyæ Straboni, Plinio, & Herodoto. *Polib. Ptol.*

Mimas, mons & promontorium, *Capo Stillari*, teſte Nigro, mons Joniæ, Colophoni urbi vicinus, contra Chium inſulam porrectus, intus Laodiceam Lydiæ urbem attingens. Eſt & Mimas mons Thraciæ, ab Ariſtophane & Ovidio lib. 2. Metamorph. memor. *Cic. Hom. Strab. & al.*

Et tandem nivibus Rhodope caritura Mimaſque.

Mimatum, *Mande*, teſte Cœnali, urbs Gaballorum, in Gallia Aquitanica, epiſc. ſub Archiep. Bituricenſi, Rhutenis & Vellaunis finitima, à Vellaunis, ſeu Floropoli 5. leuc. in merid. Ruthenos versùs 10. à Podio 9. in occid. *G. Th.*

¶ Mimatum ſeu Mimate, *Mande*, quæ antiquis Anderitum, urbs eſt Gabalorum caput, in Occitania, versùs Cemenos montes & fontes Oldi fluvii, in colle. 10. leucis diſtat à Floriopoli in Eurum, uti ab Anicio in Africum, & 14. à Ruthenis.

¶ Mina ſeu arx ſancti Georgii de Mina, *S. George de Mina*, Gallis *la Mine*, arx Africæ, in Guinea regione, & in ora aurea dicta; eſtque permunita, in colle, cum portu capaci, ſub dominio Hollandorum ab anno 1637. cum anteà Galli ibi habuerint coloniam ab anno 1383. & Luſitani

tani

tani ibi poſteà exſtruxerint arcem anno 1482. Vide Arx Sancti Georgii de Mina.

¶ Minace, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ ad mare mediterraneum, teſte Avieno.

Minæi, populi Arabiæ felicis, Atramitis, & Sabæis proximi, apud oram maris Rubri. Quorum metropolis Carna nomen retinet. Dionyſius Afer:

Minæique maris propè rubri littora vivunt.

Minagara, *Maciquopatan* ex conjectura levi Caſtaldi, urbs Indiæ citerioris maritima.

Minariacum. Vide Menariacum, ſic enim legitur.

Minarii, montes Albionis excelſi, in Anglia, qui incolis M*endip hills* dicuntur, in Comitatu Somerſettenſi.

¶ Minaticum, Galliæ Belgicæ, urbs Antonino, quid ſit non conſtat: Nintiacum pro eo legi in tabula Peutingeriana viſum Marco Velſero.

Mincius, M*encio*, & *Menzo*, fluvius Cenomanorum Venetiæ clariſſimus, ex Benaco lacu emiſſus, ad Piſcariam arcem, & Mantuam urbem alluens, inque Padum ad Acroventum pagum influens. Cujus meminit inter alios Claudianus de 6. conſulatu Honorii:

Cœrulus, & velox Atheſis, tarduſque meatu
Mincius.

Minda, *Minden*, urbs Germaniæ, in Saxoniæ & Vveſtphaliæ confinio, ad Viſurgim fluvium, epiſc. ſede à Carolo magno inſignita anno ſalutis 780. ſub Archiepiſcopo Colonienſi, à Monaſterio 13. leucis in ortum, Brunſvicum versùs 15.

¶ Minda urbs eſt Germaniæ, in Vveſtphalia, Hanzeatica, & aliàs ſub dominio proprii Epiſcopi cum regiuncula adjacente, nunc in ditione Elect. Brandeburgici pace monaſterienſi. Parva eſt & ſatis munita. Diſtat 9. leucis ab Oſnabruco in ortum, 12 a Ferda in meridiem, & 10. ab Hannovera in occaſum.

¶ Mindanoa, *Mindanao*, inſula eſt ampla Aſiæ, in mari Indico, & una ex Philippinis, aliàs ſub dominio Hiſpanorum, nunc autem ſui juris. Media eſt inter inſulas Manillam ad Boream & Gilolum ad auſtrum; extenditurque ad 400. mill. paſſ. ab ortu in occaſum. Dividitur in tres partes ſeu inſulas, quarum media propriè Mindanoa dicitur, quæ ad occaſum Canola, & quæ ad ortum inſula S. Joannis, quæ ei adiacent, & anguſto freto ſeparantur. Ejus urbes præcipuæ ſunt Mindanoa, *Mindanoa*, Saraga, *Sarago*, Lomeatona, *Lomeaton*, Dapitum, *Dapito*, & Canola, *Canola*.

¶ Mindanoa, *Mindanao*, urbs Indiæ, inſulæ cognominis caput in ora Auſtrali, cum portu commodo. Dicitur à quibuſdam *Tabouc*; eſtque urbs ampla & munita.

¶ Mindenſis Principatus, *Furſtenthumb* M*inden* incolis, tractus eſt Germaniæ, in Vveſtphalia, aliàs ſub dominio proprii Epiſcopi, nunc autem ſubeſt Electori Brandeburgico pace Monaſterienſi. Terminatur à ſeptentrione Comitatu Hojæ, ab ortu Schambergenſi Comitatu, uti Ravenpergenſi à meridie, ab occaſu autem epiſcopatu Oſnabrucenſi. Sed vix extenditur ad 30. mill. paſſ. & ejus præcipua urbs eſt Minda.

Mindon, ſeu Mindonia M*ondonnedo*, urbs Hiſpaniæ, in Calliaicis, epiſc. ſub Archiep. Compoſtellano, Bretoniæ urbi proximæ exciſæ ſubrogata, inter Lucum 9. & Ribadeum 5. leucis.

¶ Mindon ſeu Mindonia, Ocelum antiquorum credita, nunc *Mondonnedo* 4. leucis diſtat ab ora Oceani Cantabrici in meridiem, & 8. à Luco in ſeptentrionem, & 6. à Ribades in occaſum.

¶ Mindora, *Mindora*, inſula Oceani Indici, & una ex Philippinis inſulis, ad auſtrum Manillæ inſulæ, à qua tantùm freto 30. mill. paſſ. ſeparatur; & ſubeſt dominio Hiſpanorum. Extenditur ad 120. mill. paſſ.

¶ Mindora, M*indora*, urbs Indiæ, in Mindora inſula, una ex Philippinis, in parte Boreali inſulæ, cum portu capaci è regione Manillæ inſulæ, juxta fretum Mindoræ.

¶ Mindoræ fretum, *Eſtrecho de* M*indora* Hiſpanis, fretum Oceani Indici, inter Manillam & Mindoram inſulas Aſiæ, in Philippinis. Vide Fretum Mindoræ.

Minervæ ara, *Chifale*, teſte Ortelio ex tabulis recentibus, inſula ſinus Arabici, apud Cardaminen. Quam tamen apud Ptolemæum non legi: Is enim Arc tantùm habet.

Minervæ caſtrum, poſteà Crypteria, *Grottaria*, teſte Barrio, quaſi Crypta aurea, oppidum magnæ Græciæ, in Calabria ulteriore, apud Locros, inter Hieracium 8. & Caulonem 10. mill. paſſ. Murgetiæ propius, 6. milliar. diſtans.

Minervæ promontorium, (Vide Athenæum) prom. Picentinorum, *Capo Campanella*, & *Capo di Minerva*, à Surrento & Capreis 4 mil. paſſ. à Circæis 76. in ortum, teſte Plinio, *Capo* etiam *di Capri* dicitur. *Strab.* *Plin.*

¶ Minervæ promontorium, nunc *Capo Campanella*, maximè extenditur inter ſinus Neapolitanum & Salernitanum, aliàs in Campania, in ipſo limite Picentinorum, nunc in principatu citeriori, versùs Capreas, à quibus tàntùm diſtat 4. mill. paſſ. in ortum, & 6. à Surrento in Africum, 22. à Neapoli in meridiem, & 76. à Circæis in Eurum.

Minervium, colonia apud Paterculum Italiæ, quæ ubi ſit ignoratur: niſi ſit Minervinum, M*onervino*, urbs Apuliæ Peucetiæ, epiſc. ſub Archiep. Barenſi, inter Canuſium 9. & Venuſiam ad meridiem 5. à Labello 6. in ortum. Scribitur & *Minerbino*. *paterc.*

¶ Minervium, M*inerbino*, urbs eſt parva regni Neapolitani, in provincia Bariana, in ipſo limite Baſilicatæ, & versùs montes. Vix 4. milliaribus diſtat ab Aufido fluvio, 10. à Venuſia in Cæciam, & 8. à Canuſio in meridiem.

¶ Mines portus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, circa Maſſiliam, teſte Antonino.

Mingum, ſive, ut alius codex habet, Ningum, M*ugia*, oppidum Hiſtriæ, in ora, inter Tergeſtum & Juſtinopolim, utrinque 5. mill. paſſ. diſtans. *Ant*

Miniatum, S. M*iniato*, oppidum Thuſciæ, medium ferè inter Florentiam & Piſas, in colle, utrinque 20. mill. paſſ. diſtans, nuper epiſc. ſede donatum. *Vet. Inſ.*

¶ Miniatum, ſeu Miniatum Teutonis, S. M*iniato al Tedeſco*, urbs Hetruriæ, ad Arnum fluvium. Vide Fanum S. Miniati Teutonis.

¶ Minica, Syriæ urbs, circa Emiſſam, teſte Antonino, aliàs Minniza Simlero.

Minicium oppidum, ſive pagus eſt Larii lacus, à Minicia familia (quæ à Minicio viro clariſſimo ſub Veſpaſiano Auguſto derivata eſt, ex antiqua inſcrip. marmorea ibidem reperta) nomen habens, apud promontorium Rhetionico oppido finitimum, vulgò M*enaſio*, à Como 20. mil. paſſ. diſtans.

Miningroda, quæ & Minimigardum, poſteà Monaſterium, M*unſter*, urbs Germaniæ, Weſtphaliæ primaria, ad Amaſium fluvium, una ex 10. urbibus à Carolo magno, poſt Saxones devictos, epiſc. ſede decoratis, inter Coloniam 16. & Bremam 18. leucis, à Daventria 12. in meridiem, epiſc. ſub Archiep. Colonienſi. *Script. Germ.*

Meningroda quibuſdam eſt M*unſter*, urbs ampla Germaniæ, ad amnem Aam, qui paulò infrà cadit in Amaſium. Arcem habet recens munitam, & ſubeſt dominio Epiſcopi cum provincia adjacente ſatis ampla; celebriſque effecta eſt ultima pace Germaniæ anno 1648. Diſtat 15. milliaribus Germanicis, à Zutphania in ortum, uti à Daventria, 17. à Colonia in Cæciam, 22. à Brema in Africum, uti 7. ab Oſnaburga. Vide Monaſterium.

Minio, M*ugnone*, aliis *Mignone*, fluvius Hetruriæ, per agrum Cornuetanum inter Centumcellas & Cornuetum in mare decurrens; Munio Rutilio lib. 1. Itinerarii. Ejus meminit Virg. lib. 10. Æneidos: *Virg.*

Qui Cœrete domo, qui ſunt Minionis in arvis.

¶ Minio, *Mignone*, fluvius parvus Hetruriæ, in provincia Patrimonii S. Petri. Oritur in regincula Sabatina, & deinde 4. milliaribus à Centumcellis in Circium in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Minius, M*inho*, fluvius ingens Hiſpaniæ Tarraconenſis, qui Gallæciam à Portugallia dividit, malè à Strabone deſcriptus; ex finibus Aſturum oriens, & poſt Tyden urbem Callaicorum quam alluit, ad Mirtilum oppidum in Oceanum deſinens. Cujus decurſus 35. leucarum eſt. *Strab.* *Mel.* *Ptol.*

¶ Minius, *Minho* fluvius, oritur in Gallæcia, juxta vicum *Caſtro de Rey* dictum, 4. leucis à Mindonia in auſtrum; deinde Lucum Auguſtum urbem rigat & Orenſem Gallæciam in duas partes ſecans; tandem aliquot auctus fluviis, 5. leucis infra Tyden in Oceanum Atlanticum ſeu Occidentalem ſe exonerat juxta oppidum Caminam dictum.

Minnodunum, M*ouldon* Gallis, *Milden* Germanis, oppidum Galliæ Belgicæ, in Helvetiorum finibus, apud fines Equeſtrium, medium inter Lauſonium urbem & Peterlingam oppidum 4. leucis Salodorum urbem Helveticam versùs 13. *Ant.*

Min-

¶ Minnodunum, oppidum Galliæ Lugdunenſis, nunc eſt oppidulum pagi Bernenſis, ad amnem *Broye*, inter Lauſonium ad meridiem, & Peterlingam ac Aventicum in Boream, vix 5. leucis Gallicis à Friburgo in Africum diſtans.

Minoa, oppidum Cretæ geminum: unum in ora ad ortum, inter Samonium promontorium, & Camaram urbem in Boream vergentem, *Altemura* Sophiano, alterum in ora Boreali à Cydone 10. mill. paſſ. in ortum apud Amphimalim ſinum, *Minolo* hodiè Moletio. Hinc Minojum mare, idem Cretico, Apollonio auctore. [*Ptol.*]

Minoa item, portus ad ſinum Argolicum, in Peloponneſo, apud Naupliam, *Altamura*, teſte Moletio.

Minoa quoque urbs fuit Siciliæ, in ora Auſtrali, quæ & Heraclea. Vide ibi. A Minoa Cretæ. Minojus nomen gentis. Virgilius lib. 6. Aeneidos: [*Liv.*]

Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoja regna.

¶ Minora, *Minori*, urbecula Italiæ, in regno Neapolitano & Principatu citeriori, in ora ſinus Salernitani, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amalphitano. Diſtat 8. mil. paſſ. à Salerno in occaſum, 3. ab Amalphio in ortum, & 22. à Neapoli in meridiem. Parvi eſt circuitus, & deficit in dies.

¶ Minorica, *Menorca* incolis, *Minorque* Gallis, aliàs Balearis minor dicta, inſula eſt Hiſpaniæ, in mari Mediterraneo, & in regno Majoricæ, à qua 20. mill. paſſ. diſtat in ortum. Ejus circuitus eſt 60. mill. paſſ. & in ea ſunt Cittadella, *Cittadella*, oppidum inſulæ primarium in parte occidentali inſulæ, ubi aliàs Iamna, & Mago, *Porto Maon*, portus capaciſſimus, cum arce S. Philippi, & quatuor pagi; ſed nulla eſt urbs Minorica dicta, ut quidam finxere.

Minoriſſa, *Manreſa*, urbs Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, olim epiſcopalis, apud montem Seratum 3. leucis, à Vico 8. à Barcinone 10. Vrgellam verſùs 14. olim Athanagia, ut aliquibus videtur.

¶ Minoriſſa, *Manreſa*, urbs eſt parva Cataloniæ, ad fluvium *Cardoner*, qui paulò infrà in Rubricatum cadit, 2. leucis diſtat à Monte Serrato in Boream, uti 10. à Barcinone, & 5. à Cardona in meridiem.

¶ Minſcum, *Minsck*, urbs Poloniæ, in Lithuania, Palatinatus cognominis caput, probè munita, ad amnem *Suvislocz*. Diſtat 32. leucis Polonicis à Vvilna in ortum, uti 36. à Braslavia in meridiem.

[*Strab.* *Plin.*] * Minthe, Evan Pauſaniæ, *Olono*, teſte Nigro, mons Peloponneſi, inter Taygetum ad auſtrum, & Stymphalum ad Arctos, *Mittena* hodie. Hujus mentio fit in libro 2. Itinerarii:

- Dorſoque nigranti
Imminet à tergo iuxta Cocycia Minthe.

(* Μινοι in manuſcripto Seldeni.)

[*Strab.* *Plin.* *& al.*] Minturnæ, colonia Latii novi, in Campaniæ confinio, ad oſtia Liris fluvii olim urbs epiſcopalis, nunc prorſùs extincta. Locus *la Scaffa del Garigliano*, teſte Sanfelicio, nominatur, inter Formias ad occaſum & Sinveſſam ad ortum, urbes etiam exciſas, 9. mill. paſſ. à Fregellis 20. Ex ejus ruinis Traiectum oppidum proximum & parvum ad 2. mill. paſſ. extructum. Iuvenalis Satira 10.

Exſilium, & carcer, Minturnarumque paludes.

¶ Minturnæ, urbs fuit Latii novi, ſatis culta, paulò ſuprà oſtia Liris fluvii, & ad ejus dextram, in planitie, uti videre eſt in amphitheatri & aquæductuum reliquiis, & ut ego pluries vidi; ſuntque eo in loco veſtigia pontis olim coniungentis viam Appiam. Ibi nunc Liris trajicitur ſcapha; & hinc locus dicitur *la barca del Garigliano*. Sed vix urbis apparent rudera, & manet tantùm turris parva cum taberna.

[*Pauſ.*] Minyæ, populi, & Minya, oppidum Theſſaliæ, teſte Pauſania; & Elidis in Peloponneſo, ubi Minycius fluvius Heſychio juxta Pylum fluens, teſte Strabone, de quibus Valerius Flaccus libro 5. Argonaut.

Æquore, Cyaneas Minyæ timuere relictas.

[*Plin.*] Minyeus, fluvius Theſſaliæ, qui & Orchomenus, juxta Orchomenum oppidum.

[*Steph.*] Minya, Minoa Stephano oppidum Amorgi inſulæ, *Mandria* Caſtaldo, ſed Sophiano *Plaoi*. At Ptolemæo eſt inſula maris Icarii, inter Con ad meridiem, & Samum ad Arctos 23. mil. paſſ. inter Pathmon, & Pharmacuſam 25. & ipſa *Mandria*, unde nomen mari.

¶ Mirabellum, *Mirebeau*, urbs parva Galliæ, in tumulo, in Pictavenſi provincia, aliàs cultior ſed nunc deficit, & caſtrum ejus dirutum eſt, 5. leucis diſtat à Pictavio in Boream Salmurium verſùs, & totidem à Richelæo verſùs auſtrum.

Mirace, locus Scythiæ (Vide Tamyrace; videtur enim idem, oppidum Sarmatiæ Europææ) cujus meminit Valerius Flaccus libro 6. Argonaut. [*Val. Flac.*]

Progenuit viridem Miracen, Tibiſenaque juxta
Oſtia.

¶ Miranda, *Mirande*, oppidum Galliæ, in Aquitania & Aſtaracenſi Comitatu, ad Baiſam fluvium, 4. leucis ab Auſciis in Africum, Tarbam verſùs, à qua ferè 7. leucis diſtat.

¶ Miranda Durii, *Miranda de Douro*, urbs Hiſpaniæ in Portugallia, ad Durium fluvium, in ipſo confinio regni Legionenſis. Diſtat 12. leucis à Sentica in occaſum, uti à Salamantica in Circium, & 6. à Brigantia in meridiem; eſtque probè munita, verſùs montes.

¶ Miranda Iberica, *Miranda de Ebro*, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, ad Iberum fluvium, ubi aliàs Deobriga quibuſdam. Eſt in confinio Biſcajæ provinciæ, uti & Alavæ & 15. leucis diſtat à Flaviobriga in meridiem.

¶ Mirandula, *Mirandola*, Gallis *la Mirande*, urbs Italiæ parva, ſed munita, cum arce valida, proprio parens Principi è gente Pica, cum regiuncula adiacente ſatis parva. 22. milliaribus diſtat à Mutina in Boream, & 10. à Pado fluvio in meridiem; eſtque in Longobardia, inter ditiones Mantuanam in ſeptentrionem, & Mutinenſem in auſtrum.

Mirapiſcæ, *Mirepoix*, urbs Galliæ Narbonenſis, apud Lerſium, in Occitania regione, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Toloſano à Ioanne XXII. Pontifice Maximo effecta, inter Toloſam ad Boream, & Electam ad meridiem 8. leucis, Fuxio proxima, inde 2. leucis in ortum diſtans. [*Prov. Rom.*]

Mirapiſcæ, ſeu Mirapincum, urbs eſt Occitaniæ ſuperioris, ad Lerſium fluvium, 3. leucis à Fuxio in ortum, uti ab Apamæa, 7. ab Alecta in occaſum, & 11. à Toloſa in auſtrum; & à quibuſdam etiam ſub Comitatu Fuxenſi comprehenditur.

¶ Miravetum, *Miravet*, oppidulum munitum Hiſpaniæ, in Catalonia, cum caſtro, ad Iberum fluvium, 4. leucis ſuprà Dertuſam in Cæciam, & 10. ab Ilerda in meridiem diſtans.

¶ Mirecurtium, *Mirecourt*, urbs Lotharingiæ ſuperioris, ſeu Vogeſianæ, ad Maidonem fluvium, & verſùs Vogeſum montem. Diſtat 7. leucis à Nancejo in meridiem, uti à Tullo, & 6. à confinio Campaniæ in ortum.

Mirobriga, *Malabriga*, teſte Morali, urbs Luſitaniæ in Vettonibus, exciſa, olim epiſcop. cui ſucceſſit Rodericopolis, urbs Caſtellæ veteris, in cofinio Portugalliæ, à Salmantica 13. leucis Olyſſipponem verſùs, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Compoſtellano. Ioannes Mariana, cum aliis, illam *Ciudad Rodrigo* indigitat, cum locus illius ab urbe Roderici diſtans nomen adhuc retineat. Populi Mirobrigenſes Celtici Plinio. Myrobriga legitur in codice Ptolemæi Græco. (* In Celticis ponit Ptolemæus.) [*Ptol.*]

Mirobriga, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, conventus Cordubenſis, nunc pagus, *Villa de Capilla*, teſte Morali cum Mariana, apud Fontem Oveiunam oppidum, à Corduba 14. leucis diſtans, ab Azuaga 2. oppido Extremaduræ. Tertia Mirobriga Ptolemæo erat in Hiſpania Tarraconenſi, in Oretanis. [*Plin.*]

Mirtilum, *Viana*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Callaicis, apud oſtia Minii fluvii, in Portugalliæ confinio, à Minio 4. leucis, à Bracara 7. Aliis Mirtylum. [*Vet. inſcr.*]

¶ Mirtilum quibuſdam eſt *Viana de Foz de Lima*, oppidum Portugalliæ, ad oſtia Limii fluvii, in ora Oceani Atlantici, & vix 3. leucis ab oſtio Minii in meridiem, uti à limite Gallæciæ.

¶ Mirus, Phrygiæ fluvius, in Aſia minori, teſte Suida.

¶ Miſaris, Sarmatiæ Europææ promontorium, teſte Ptolemæo ad Achillis Dromon.

¶ Miſcovia, *Miſcou*, inſula parva, ſed fertilis novæ Franciæ, in America ſeptentrionali, cum oppidulo & colonia Francorum, in ſinu S. Laurentii, propè ſinum parvum Lebetis, & inter Canadam provinciam ad Boream & inſulam ſancti Joannis ad meridiem. [*Strab.* *Plin.*]

Miſenum, promontorium & urbs, Miſenus mons Livio, *Miſeno* adhuc dicuntur tam mons (qui & Aerius Virgilio) quàm urbs in eo exciſa, olim epiſcop. à Baiis 2, à Puteolis & Cumis 3. mil. paſſ. plus minùs diſtans, in

ora,

ora, cujus adhuc veſtigia & ruinæ durant; ſic à Miſeno Æneæ comite ibi ſepulto, de quo Virgilius libro 6. Æneidos:

Nec minus interea Miſenum in littore Teucri
Flebant.

Et Poſtea:

Monte ſub Aerio, qui nunc Miſenus ab illo.

Populi Miſenates Plinio.

¶ Miſetus, Macedoniæ urbs teſte Stephano.

¶ Miſgomenæ, urbs Theſſaliæ, teſte Stephano.

Miſna, *Meiſſen*, urbs Germaniæ, in Miſnia regione ab ea nomen habente, epiſcop. ſub Archiep. Magdeburgenſi inde in auſtrum 20. leucis Pragam versùs totidem, ad Albim fluvium, à Dreſda 3. urbs clara, dives, & populoſa: quæ & Miſia à Poetis Germanis dicitur, & Populi Miſii & Miſnii, De Miſna urbe ſic in libro 7. carmin.

Eſt locus, Albiacis ubi Miſna rigatur ab undis,
Fertilis, & viride totus amœnus humo.

¶ Miſna, *Meiſſen*, urbs eſt Saxoniæ ſuperioris, ad Albim fluv. Miſniæ provinciæ caput, ſub dominio Electoris Saxoniæ 3. mill. Germanicis diſtat à Dreſda in occaſum, 9. à Lipſia in ortum. Sed aliàs proprio ſuberat Epiſcopo Miſnenſi cum territorio adiacente.

¶ Miſnia, *Meiſsen* vulgò, *Miſnie* Gallis, provincia eſt Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, et ſub dominio Ducis Electoris Saxoniæ pro majori parte; eſtque ſatis ampla. Terminatur à ſeptentrione Ducatu Saxoniæ & Principatu Anhaltino, ab oriente Luſatia, à meridie Bohemia & Franconia, & ab occidente Thuringia. Dividitur in quinque partes; nempè in Miſniam propriam, *Meiſſniſchen*, in Lipſienſem tractum, *Leipzichen*, in Oſterlandiam, *Oſterland*, in Voigilandiam, *Voigtlandiſchen*, & in dominio *Ertzgeburgiſchen* dicta, versùs confinia Bohemiæ. Ejus etiam partes ſunt ditiones Merſoburgenſis, Naumburgenſis, & Hallenſis; quæ tamen in præſenti propriis parent Ducibus è domo Saxonica, uti Oſterlandia Duci Altemburgico, & Voigtlandia pro maiori parte Duci Naumburgenſi. Totius autem provinciæ caput eſt Miſna.

(*Miſniæ urbes*:

Altenburgum, Altenburg.
Chemnitium, Chemnitz.
Dreſda, Dreſden, *Electoris ſedes*.
Halla, Hall.
Lipſia, Leypzig.
Merſoburgum, Mersburg.
Miſna, Meiſſen.
Naumburgum, Naumburg.
Sitizum, Zeitz.
Suicca, Zvvickavv.)

¶ Miſthium, Orondicornm urbs, in Galatia, in Aſia minori teſte Stephano.

* Miſtia, Myſtia Plinio, *Geloſia*, aliis *Gioioſa*, teſte Barrio, oppidum magnæ Græciæ, in finibus Locrorum, inter Hieracium urbem ad meridiem & Auricellam oppidum ad Boream ferè medium. (* Miſtræ in aliis codicibus.)

Miſva, Niſva Ptolemæo, *Nuchia* nunc, Moletio & aliis *Nubia*, oppidum Africæ in ora, apud Mercurii promontorium inter Carpim & Clupeam, à Clupea ferè 20. mill. paſſ. in occaſum.

Miſynos, *Meſurata*, ut videtur Ortelio, inſula maris Libyci, Cyrenaicæ adiacens in Syrti magna.

¶ Mittavia, *Mittau*, urbs eſt Semigalliæ provinciæ caput, in Livonia, cum arce munita & ſpendida, ubi ſedes Ducis Curlandiæ & Semigalliæ, ad fluvium Muſzam, 6. leucis à Riga in meridiem, & 4. à confinio Samogitiæ. Bis capta fuit à Svecis hiſce ultimis temporibus; ſed poſteà recepta, etiamnum ſubeſt Duci Curlandiæ, è gente ketlera.

Mitylene, urbs archiepiſcopalis, Lesbi inſulæ primaria; quo nomine etiam inſula nominatur: *Metelin*, ſicuti & inſula ipſa. Inde Mitylenæus nomen gentis. Lucanus libro 8.

Tunc Mitylenæum iam pleno littore vulgus
Affatur Magnum.

Illam Cicero 2. de lege agraria valdè celebrat ob ſitum, ædificiorum pulchritudinem, & ſoli fertilitatem. De eadem Vitruvius lib. 1. cap. 6.

¶ Mitys, Macedoniæ fluvius, inter Dium & Agaſſas urbes, teſte Livio.

Mixodia, ſic fretum Siciliæ inter Scyllam, & Charybdim.

¶ Mlauua, fluvius Bulgariæ, in Moravam majorem influens, teſte Joanne Lucio. *Hom.*

Mnaſyrium pagus erat Rhodi, apud Lindum oppidum.

¶ Mnemium, promontorium Æthiopiæ, ad ſinum Arabicum, teſte Ptolemæo. *Strab.*

* Mneſtheus, vel Meneſthei portus, *Puerto de S. Maria*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, amplum, cum portu in ora, contra Gades inſulam, inde 4. leucis diſtantem, inter Xeram, ſeu Cæſarianam ad ortum, & Fanum Luciferi ad occaſum proximas urbes, ad 2. leucas. Virg. libro 5. Æneidos: *Ptol.*

Velocem M*neſtheus agit acre remige Priſtin.*

Sed eſt nomen viri. (* Ptolom. habet M*neſthaslim*.)

¶ Meneſtheus portus, *Port de Sainte Marie* Gallis, eſt in Vandalitia, in ora ſinus Gaditani, 3. leucis à Gadibus in ſeptentrionem, uti 2. à Xera in Cæciam, & 4. à Fano Luciferi in Eurum.

Mniara, Mina Antonino, *Hubet*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum, apud Telenſinum urbem, amplam, & regiam, à littore 14. mill. paſſ. diſtantem, à Quiza verò 140. *Ptol.*

Mnizum, & Mizinum, Minyzum Antonino, urbs Galatiæ, inter Iuliopolim Bithyniæ ad occaſum 47. & Ancyram in ortum 52. mill. paſſ. Eſt & Mizinum, ſeu Miſinum, urbs epiſcopalis Thraciæ, quæ & Dryſipara, ſeu Druſipara. Vide ibi. *Luc.* *Conc.* *Bibl.*

Moab, Areopolis Stephano & Divo Hieronymo, *Aroer* hodie, teſte Tyrio, urbs Arabiæ petrææ trans Iordanem, quæ Medabæ eadem putatur, epiſcopalis ſub Archiep. Boſtrenſi.

¶ Moca, Arabiæ Petrææ oppidum, teſte Ptolemæo

¶ Mocata, Bithyniæ oppidum, in Aſia minori, teſte Stephano.

Mocenia, *Motzing*, teſte Joannne Aventino, oppidum olim, nunc pagus Vindeliciæ, apud Danubium, in Bavaria, apud Straubingam urbem, inde 1. leuca in occaſum recedens. *Vet.* *Inſ.*

Mochura, *Mecha*, teſte Nigro, urbs Arabiæ felicis mediterranea, non longè tamen ab ora ſinus Arabici diſtans, ab Hieroſolymis 800. mill. paſſ. in Eurum; quò Turcæ quotannis voti cauſa ad Maumetis pſeudoprophetæ ſepulchrum, uti Chriſticolæ Hieroſolymam, contendere ſolent. *Ptol.*

¶ Mochura urbs eſt Arabiæ felicis, mediterranea, teſte Ptolemæo, quæ quid ſit nunc non conſtat. *Mecha* enim eſt versùs Arabicum ſinum, & creditur Marraba antiquorum, teſte Sanſone.

Mociſsus, & Mocaſus, urbs Cappadociæ Archiep. ſub qua Mazianzum urbs finitima, à Cæſarea in occaſum ſupra 50. mil. paſſ. recedens. *Lib.*

Mocontiacum, *Mentz*, urbs Germaniæ ſuperioris, archiep. ad Rhenum. Dicitur & Mogontiacum. Variè ſcribitur, nam & Magontia, ac Moguntia paſſim legitur: Vrbs clara, à Spira 7. & à Woamacia 4. leucis. Vide Magontiacum. *Conc.* *Ptol.*

¶ Modiana, Arabiæ felicis urbs, ad ſinum Arabicum, teſte Ptolemæo.

Modicia apud Paulum Diaconum libro de geſtis Longobardorum, oppidum præclarum eſt Inſubriæ, ad Lambrum fluvium: à Mediolano 10. mill. paſſ. in Boream recedens. Fortè Modoecia, ut alii codices habent. Vide Modoetia. *Diac.*

Modin, urbs Palæſtinæ, in Judæa, in monte exciſa, nomen adhuc retines, Machabæorum patria, inter Emmaum & Rhamam, à qua 10. mill. paſſ. Hieroſolymam versùs abeſt. *Bibl.*

¶ Modiris, Indiæ intra Gangem emporium apud Ptolemæum.

Modoetia, Mogontia ex antiqua inſcriptione, *Monza*, oppidum Inſubriæ amplum, ad Lambrum fluvium mœnia lambentem, à Mediolano 10. mill. paſſ. in Boream diſtans. Ibi ſacra ædes, Divo Ioanni Bapt. ſacra, inſignis, à Theodolinda Longobardorum Regina exſtructa, ubi gallina cum pullis aurea viſitur.

Mo-

¶ Modoetia, *Monza*, oppidulum Inſubrum aliàs, nunc Ducatus Mediolanenſis, lepidum, ubi Imperatores ſolebant coronam ferream accipere, 10. milliaribus diſtat à Mediolano versùs Larium lacum, & in amplisſima planitie ſedet.

¶ Modogulla, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Modonus, fluvius Hiberniæ, Liffæus Ortelio, *the Liffy*, Dublinum urbem alluens. Aliis *Aven-Lyff.* Sed Paulo Jovio *Suyre* eſſe putatur, maximus. (*Slane* Camdeno.)

Modrena, quæ & Comopolis, *Mudarni*, teſte Leunclavio, urbs Bithyniæ mediterranea, epiſc. ſub Archiep. Niceno, cui finitima eſt.

Modron, locus Phrygiæ magnæ, ex quo Gallus fluvius ortum habet.

Prouv. Rom. Modruſa, *Smodruſch* vel *Modruſch*, urbs Liburniæ epiſcop. Croatiæ, Seniæ finitima, inde ad 18. mill. paſſ. in Boream recedens, epiſcop. ſub Archiep. Jaderenſi, olim Tediaſtum, ut nonnullis videtur, dicta. Abeſt à Colapis oſtio in Saum, ſive à Siſcia urbe ad 50. mill. paſſ. ſive paulò plures in Africum.

¶ Modunga, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs apud Ptolemæum.

Ptol. Modura, *Biſnagar* Caſtaldo, urbs Indiæ citerioris, ampla, & regia, in mediterraneis ex conjectura.

¶ Modura aliis *Madurè*, eſt urbs Indiæ, in tractu Coromandelis, ad radices montium; & 100. mil. paſſ. à promontorio Comorino in ſeptentrionem, ſub dominio proprii Principis, ſed ex conjectura tantùm.

Ptol. * Moduti, *Pinder*, teſte Villanovano, urbs Taprobanæ inſulæ ex conjectura levi. (In Seldeni manuſcripto ſcribitur duplici *τ*.)

Tac. Plin. Mœnus, Mœnis Melæ, Menus Ammiano, Mogonus Reginoni, *der Meyn*, fluvius Germaniæ, ex Sudetis montibus (ex quibus Nabus in meridiem, Sala in Boream, & Egra in ortum, ipſe verò in occaſum) per Franconiam in Rhenum fluens, contra Moguntiam, Columbachio, Bamberga, Herbipoli, Svveinfordia, Francofurto, aliisque urbibus irrigatis. In eo ſiluri piſces equos tranantes deorſum trahere feruntur, teſte Boccatio. De quo libro 4. Itinerarii:

Vitiferumque cava trajecimus arbore Mœnum,
Irriguas cujus Francia potat aquas.

Vide Nariſci.

Mœnus, *Mein* Gallis, fluvius Germaniæ, in Franconia. Oritur ex duplici fonte ſupra Culembacchium; deinde paulò infra Bambergam fluens, rigat Suvinfordiam, Herbipolim, Verthemum, Aſciburgium, & Francofurtum ad Mœnum dictum; & tandem auctus aliquot flaviis, in Rhenum fluvium ſe exonerat juxta Magontiacum.

Strab. Plin. Mel. Mœris, Muris Herodoto, Mœridis ſtagnum Ptolemæo, palus ingens Ægypti, à Memphi 72. mill. paſſ. in occidentem diſtans, 20. mill. circuitu patens, teſte Mela. Ex quo patet decipi eos, qui illam *Buchiara* indigitant, cum Mareotide eam confundentes; quæ juxta Alexandriam eſt, multò vaſtior.

Tac. Plin. & al. Mœſia, Myſia Ptolemæo & Straboni, regio Europæ in ſuperiorem & inferiorem Ciabro fluvio diviſa. Superior *Boſna* ad occaſum, & *Servia* ad ortum dicitur: Inferior *Bulgaria*, in ſuperioris, & Thraciæ confinio, inter Hemum montem & Danubium fluvium contenta, circa oram maris Euxini & oſtia Iſtri, *Beſſarabia*, ultra Danubium, ex parte, hoc eſt, circa oram maris Euxini *Moldavia*. Populi Mœſi Plinio. Hinc Mœſius nomen gentis. Virg. lib. 1. Georg.

Lætus ager: nullo tantùm ſe Mœſia cultu.

Quod de Mœſia Aſiæ intelligi poteſt. Eſt enim etiam Mœſia, & Myſia Aſiæ, quæ et Phrygia. Vide Myſia.

¶ Mœſia regio eſt Illyrici Orientis, ampla, et ab ortu in occaſum extenſa, inter Macedoniam, et Thraciam ad meridiem et Daciam ad ſeptentrionem, à qua ſeparatur Danubio fluvio. Duplex eſt, nempè Mœſia prima ſeu ſuperior; ubi nunc *Servia*; et Mœſia ſecunda ſeu inferior, quæ *Bulgaria* nunc, cui Scythia *Beſſarabia* conjungitur à quibuſdam. Subeſt dominio Turcarum, et ſeparatur à Thracia Hæmo monte.

¶ Mogara Galatiæ oppidum, in Aſia minori, teſte Antonino; ſed Mochera lib. Notitiar., ut cenſet Simlerus.

Ant. Mogetiana, ſeu Mogentiana, ut alii codices habent, *Zicka*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris, in Hungaria.

¶ Mogola, urbs Aſiæ minoris circa Cariam, teſte Porphyrogenneta. Bibl.

¶ Mogoles, *les Mogols*, populi Aſiæ, qui ex Tartaria meridionali profecti, maximam partem Indiæ intra Gangem ſui juris fecerunt versùs Boream ſub initium ſæculi præteriti: unde tota hæc regio dicitur nunc Mogolum Imperium, *l'Empire du grand Mogol*, et eorum Monarcha dicitur *le grand Mogol*. Vocantur etiam à quibuſdam Mogores, ſed malè. Vide India et Mogolum Imperium.

¶ Mogolum regio, pars Aſiæ vaſtiſſima, ſeu potiùs Imperium peramplum, quod aliter India vera, ſeu ſuperior, *Indoſtan* incolis, *l'Empire du grand Mogol* Gallis, ſub quo ſunt 40. regna, inter Indum fluvium, ſinum Gangeticum, & Caucaſum montem. Terminatur ab occidente Perſiæ regno, & à ſeptentrione Tartaria. Eius urbes præcipuæ ſunt Agra, *Agra*, Lahorium, *Lahor*, Dellium, *Delli*, Amedebatum, *Amedebat*, Cambaia, *Cambaia* & Surata, *Surate*. Vide India.

¶ Mogrus, Colchidis fluvius, teſte Arriano, qui Nogrus Plinio depravata fortè lectione.

Moguntia, (Vide Magontiacum, & Modoetia, & Magontia) urbs archiep. Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, celebris, & operoſa; ſic ab amne Mogi dicta. De ea lib. 6. Itinerarii: Regin.

Quas & quot non hic præclaras vidimus urbes?
Nempe Moguntina pulchra lycæa ſchola.

¶ Mohilovia, *Mohilovv*, urbs Poloniæ, in Lithuania regione, probè munita, in colle, ad Boriſthenem fluvium 10. leucis diſtat ab Orſa in meridiem, 22. leucis etiam Polonicis à Smolentio in Africum, & 18. à Mciſlavia in occaſum; eſtque probè culta. Capta fuit à Moſcis anno 1654. ſed poſteà recepta à Polonis anno 1656.

¶ Moienvicum, *Moienvic*, oppidum Lotharingiæ permunitum, ad Sellam fluvium, propè & infra Marſalium arcem. Captum fuit à Ludovico XIII. & poſteà effectum eſt Francici iuris pace Monaſterienſi. Eſt inter Marſalium ad ortum, & Vicum ad occaſum, dimidia leuca utrinque, 5. à Nanceio in ortum, & 9. à Metis in Eurum.

¶ Moiſſacum, *Moiſſac*, oppidum Galliæ, in Cadurcenſi provincia, ab Tarnum fluvium, qui paulò infra in Garumnam ſe exonerat; eſtque in ipſo confinio Occitaniæ, cum celebri cœnobio, 9. leucis infra Toloſam in Boream.

Molæ Formianæ, *Mola*, pagus Latii novi, in ora, inter Caietam, à qua 4. mill. paſſ. abeſt, & Minturnas, amœnus, non longè à Formiis urbe deleta. Cic.

¶ Moldavia, *Moldavie* regio Europæ, & pars anteà magni regni Hungariæ, nunc proprio parens Principi, ſub clientela Turcarum. Ibi aliàs erat pars orientalis Daciæ. Terminatur à ſeptentrione Polonia, ab ortu Beſſarabia, a meridie Bulgaria, & ab occaſu Vualachia. Eius urbes præcipuè ſunt Iaſſium, ubi ſedes Principis, & Soczova; ſed multò minor eſt quàm vulgò notant tabulæ Geographicæ, nempè inter ſeptentrionem & meridiem.

Moles, locus exciſus, in agro Cæſarauguſtano, ad orbam fluvium, à Cæſarauguſta 18. mill. paſſ. in auſtrum diſtans. Cujus adhuc exſtant veſtigia, teſte Hieronymo Surita. Vc. Inſ.

¶ Molfeta, *Molfetta*, urbs parva regni Neap. in provincia Bariana, epiſc. ſub Archiep. Barenſi, 12. milliar. diſtat à Bario in occaſ. & 7. à Trano in ortum: eſtque in ora maris Adriatici.

¶ Molina, *Molina*, oppid. Hiſpaniæ, in Caſtella nova, ad amnem cognominem, in confinio Aragoniæ, ad radices montium, & regiunculæ cognominis caput, inter Lobetum in Eurum & Seguntiam in Circium.

¶ Moliſia, *Moliſe*, oppidulum tenue in regno Neapolitano, Comitatus Moliſini caput, 10. milliaribus ab Æſernia in ortum, uti à Boiano in ſeptentrionem. Deficit in dies.

¶ Moliſinus Comitatus, *Contado di Moliſe*, provincia regni Neap. inter Aprutium citeriorem ad ſeptentrionem, Capitanatam ad ortum, & Terram laboris ad occaſum: ſic à Moliſia oppidulo dicta. In ea ſunt Æſerna, Larina, Boianum & Triventum. Ivan

Moliſmum, *Moleſme*, pagus Galliæ Celticæ, cum cœnobio Ciſtercenſium, in agro Lingonenſi, apud Ararim fluvium. Incolæ Moliſmenſes.

¶ Moliſmum aliis eſt caſtrum & cœnobium Galliæ in pro-

provincia Campaniæ, in limite Ducatus Burgundiæ, 4. leucis diſtat à Bario ad Sequanam, & 9. à Claravallo in Africum Tornodorum verſus, ad amnem *Leigue* dictum. Dicitur etiam Moliſma.

¶ Molingaria, *Molingar*, urbs eſt Hiberniæ, in Lagenia provincia, Comitatus Mediæ occidentalis caput, juxta ſtagnum, vix 6. mill. paſſ. à limite Connaciæ, & 40. à Dublino in occaſum.

¶ Molinum, *Moulins*, urbs Galliæ ampla, Borbonienſis provinciæ caput, ad Elaverem fluvium, cum caſtro antiquo Ducum & ampliſſimis ſuburbiis. 62. leucis diſtat à Lutetia in auſtrum Lugdunum versùs, uti 12. à Niverno, & 20. à Claromonte in ſeptentrionem.

tol. Molochath, Mulucha Salluſtio, Plinio, & Melæ, *Mulucham* etiam hodiè, teſte Marmolio, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, inter Metagonitem promontorium & Malvam fluvium terminum utriuſque Mauritaniæ. Iuxta hunc fluvium Maſſæſyli populi habitant.

lerod. Molœus, fluvius Bœotiæ, juxta Cithæronem montem fluens. Molœuntis meminit Herodotus.

Molorchos, nemus Nemeæ regionis, in Peloponneſo, ubi Hercules leonem interfeciſſe traditur. Virg. libro 3. Georgicorum:

Cuncta mihi, Alpheum linquens lucoſque Molorchi.

Hinc Molorcheus nomen gentis. Tibullus libro quarto Carm. 1.

Lata Molorcheis poſuit veſtigia terris.

Moloſſi, populi Epiri, quorum regio Moloſſia, nunc *Pandoſia* ab urbe Pandoſia, teſte Pineto. Sunt & Moloſſi populi Theſsaliæ apud Jolcum oppidum, teſte Athenæo. Apud Moloſsos Epiri canes ſunt venatici generoſiſſimi, qui moloſſi dicuntur. Virg. lib. 3. Georg.

Veloces Spartæ catulos, acremque Moloſſum.

Et in Culic.

Illum Scylla rapax, canibus ſuccincta Moloſſis.

¶ Molſeimum, *Molsheim*, urbecula Germaniæ, in Alſatia inferiori, reſidentia Canonicorum Argentinenſium nobilis, ad amnem *Bruſch*, 2. leucis ab Argentina in occaſum.

¶ Moluccæ, *les Molucques*, inſulæ Aſiæ, in mari Indico, quæ Hiſpanis *las Molucas*; ſuntque vel magnæ & latè ſumptæ, vel parvæ Moluccæ. Magnæ dicuntur inſulæ Celebes, Gilolum, Terra Papuum, ſeu Nigrorum, Ceramum, Flores, & Timor cum adiacentibus: Moluccæ autem parvæ ſeu veræ ſunt quinque verſus oram occidentalem Giloli inſulæ, nempè Ternata, *Ternate*, Tidora, *Tidor*, Machianum, *Machian*, Motir, *Motir*, & Bachianum, *Bachian*. Ipſarum major eſt circuitus 45. milliarium; ſuntq; totæ ſub dominio Hollandorum, quanquam Ternata regem habeat proprium, cui ſubſunt etiam Motir & Machianum. Tidora Regem etiam habet; extenduntur que à ſeptentrione in meridiem. Earum nulla ambitum ſex leucarum excedit, omneſque intra 25. leuc. ſpatium comprehenduntur, & ſunt toto in orbe celebres ob ingentem aromatum copiam, præſertim garyophillorum. In his inſulis ſunt Gammalamma, urbs Ternatæ caput, & arces Malajum, *Malayo*, Mariecum, *Mariero*, Mauritia, *Mauritz*, Naſſavia, *Naſſavv*, Lobova, *Lobova*, Tabillola. *Tabillola*, & Nahaca, *Nahaca*, cum aliquot aliis arcibus minoris momenti, & Tidora inſula, quæ ſola ſupererat Hiſpanis, ab ipſis etiam derelicta fuit à paucis annis.

Ptol. * Molybodes, *Iſola del Toro*, teſte Leandro, inſula Sardiniæ adiacens contra Sulci unà cum inſula Hieracum; quæ Latinè Plumbea dicitur. (* in Seld. manuſcr. Μλυβοδες.)

¶ Molybodes, ſeu Plumbaria inſula, nunc *Iſola piana* dicitur, Brietio; eſtque parva & in ora auſtrali Sardiniæ.

Ptol. Steph. Molycria, Molycrion Pauſaniæ, *Molicria* adhuc ex tabulis recentibus, oppidum Ætoliæ, ſeu Locrorum Ozolorum in ora, inter oſtia Eveni fluvii ad occaſum, & Naupactum urbem proximam ad ortum, apud Antirrhium promontorium.

¶ Molyndia, Lyciæ urbs, in Aſia minori, teſte Stephano.

Momonia, regio Hiberniæ in auſtrum vergens, à Connacia Lymerico urbe, ſicuti Slego Vltonia ab eadem Connacia, dividitur. Ejus metropolis eſt Caſſilia, urbs archiepiſc. inter Manapiam ad ortum 28. & Tuamam metropolim Connaciæ ad occaſum æſtivum ad 60. mill. Hibernica diſſita. Eſt & Corcagia urbs epiſcopalis Momoniæ, in ora Auſtrali, poſt Manapiam, (à qua in occàſum ad 50. mill. recedit) præcipua, vulgò *Corck.*

¶ Momonia, *Moun* Hibernis, *Mounſter* Anglis, una ex quatuor partibus Hiberniæ, ad auſtrum extenſa. Separatur à Connacia Sineo fluvio ad Boream, ad ortum habet Lageniam, à meridie verò & occaſu alluitur mari Hibernico. Dividitur in ſex Comitatus, Kerrienſem ſcilicet, *Comptè de Kerry*, Limericenſem, *Comtè de Lymerick*, Corcagenſem, *Comtè de Corck*, Tipperarienſem, *Comtè de Typperary*, Vaterfordienſem, *Comtè de Vaterford*, & Deſmeniæ Comitatum, *le Comtè de Deſmond*.

(*Momoniæ urbes præcipua*:

Ardatum, Ardart.
Caricta, Carick.
Caſſilia, Cashell.
Corcagia, Corck.
Iogalia, Youghall.
Kinſalia, Kynſale.
Limericum, Lymerick.
Liſmoria, Liſmore.
Roſſia, Roſſe.
Waterfordia, Waterford.)

¶ Mona, *Moen*, inſula parva Daniæ, in mari Baltico, Zelandiæ ferè adiacens ad auſtrum cum oppido *Stege* dicto, & vix 4. mill. paſſ. diſſita à Falſtria inſula. Extenditur per 15. mill. paſſ. ab ortu in occaſum.

Mona, *Mon* Britannicè, *Angleſey* Anglis, teſte Lhuydo cum Lelando, inſula Albionis, oræ Walliæ adiacens, apud Bangorium urbem, inter Angliam & Hiberniam: in qua Druidæ populi. Adeò continenti vicina eſt, ut quandoque recedentibus fluctibus abſque navigio ad eam perveniatur. Eſt & inſula hujus nominis parva in Rheni oſtio apud Friſios. Caſ. Plin. Ptol. & al.

¶ Mona inſula eſt Angliæ & Walliæ Borealis, propè Arvoniam Comitatum, à quo ſeparatur anguſto freto, *Menai* dicto. Circuitus eſt 60. mill. paſſ. & ejus oppida præcipua ſunt Bellomariſcus, *Beaumaris*, & Novoburgus, *Nevvburgh*; ſuntque in ea 74. parochiæ, teſte Speedo.

¶ Monabæ, Iſauriæ urbs, in Aſia minori apud Steph.

¶ Monachodamum, *Munickedam*, oppidum Belgii, in Hollandia ſeptentrionali, cum portu in ora maris Auſtrini. 2. leucis diſtat ab Amſterodamo in Boream Hornam versùs.

Monacris, mons, pro Nonacris malè in Theſauro Linguæ Latinæ. Vide Nonacris.

Monacum & Monachium, *Munchen*, urbs Bavariæ elegantiſſima, & primaria, ſedes Ducum, ad Hiſaram fluvium, apud Cambodunum urbem extinctam, (unde Cambodunum novum dici poteſt) ab Auguſta Vindelicorum 8. leucis in ortum, à Ratiſpona 19. in auſtrum ſive Auſtrolibycum. De qua quidam Poeta Germanus libro 7. Itinerarii: Scrip. Germ.

Vt patriam repetens liquiſti mœnia noſtra,
Nobile qua Monachum nomen adepta tenet.

¶ Monacum, ſeu, & meliùs, Monachium, Gallis *Munich*, Italis *Monaco*, aliàs Iſuniſca dicta, palatium habet ſuperbiſſimum Ducum Bavariæ. Ferè 5. milliar. Germanicis diſtat à Friſinga in auſt. uti etiam 15. à Ratisbona, & totidem ab Oeniponte in ſeptentrionem; ſed longè diſtat à Camboduno.

¶ Monaghanum, *Monaghan*, oppidum Hiberniæ, in Vltonia provincia, Comitatus cognominis caput. Sedet in colle, & 20. mill. paſs. diſtat ab Armaco in Africum, & totidem à Kilmoria in ſeptentrionem. Ptol.

Monalus, *Polana*, teſte Fazello, aliis *Pollina*, aliis *Malpertuſo*, fluvius Siciliæ, inter Cephalœdim, & Alæſam in ora occidentali & Boreali fluens.

¶ Monalus fluvius nunc *Pollina* dicitur; eſtque in ora Boreali Siciliæ, & 8. milliaribus à Cephalœdio in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Monaęda, Monapia Plinio, Menavia Bedæ, Eubonia Gildæ, *Man* Anglis, & *Menavv* Britannicè, teſte Lhuydo, inſula Albionis ſeu Brittaniæ, inter illam & Hiberniam, media ferè inter Monam ad meridiem & Gallovidiam regionem Scotiæ ad Boream. Ptol.

¶ Monæda, *The yle of Man* Anglis, incolis *Maning*, & *l'Isle de Man* Gallis, inſula eſt Angliæ, in mari Hibernico, à ſeptentrione in meridiem extenſa 34. mill. paſs. lata verò 12. In ea ſunt parochiæ 17. & oppida 4. nempè *Ruſſin* ad auſtrum, *Duglas* ad ortum, *Peel* ad occaſ. & *Balacuri*, ubi commoratur inſulæ Epiſcopus, qui ſuffragatur Archiepiſcopo Eboracenſi. Aliàs reges habuit proprios; nuncque Comes Derbienſis

hujus

hujus inſulæ Regulus dicitur, ſub dominio tamen Regis Angliæ.

Monarchias hic libet paucis recenſere, licèt à ſcopo Geographico alienum videatur.

Monarchiæ à diluvio univerſali ad hæc tempora clariores.

1. Aſſyriorum, quæ ſub Nino Rege cœpit.
2. Babyloniorum ſeu Chaldæorum, à Nabuchodonoſor Rege maximè aucta.
3. Medorum, Dario Principe Medo auctore.
4. Perſarum, à Cyro inchoata.
5. Græcorum, quæ ab Alexandro magno exordium ſumpſit.
6. Romanorum, primùm ſub Conſulibus, deinde ſub Imperatoribus.
7. (Francorum cui Pharamundus Rex dedit initium, jamque continua ſerie annos ſupra 1250. perdurat, & per aliquot ſæcula Imperium Occidentis obtinuit cum præcipua parte Europæ.)
8. Saracenorum & Arabum, à Mathumet pſeudopropheta leviter cœpta, inde per omnes provincias ferè pervagata: nunc in Turcas & Perſas diviſa.
9. Turcarum, cui Ottomanus primus initium dedit, jamque continua ſucceſſione annos ſupra 300. perdurat.
10. Scytharum, hodiè Tartarorum, longè latèque per utramque Scythiam & Seres imperantium: quorum major eſt, qui Scythiæ extra Imaum montem & Sericæ dominatur, magnus Mogol, qui in Indiam citeriorem pertranſiit.

(Scytharum ſeu Tartarorum monarchia aliàs perampla fuit, nunc autem in plures partes dividitur ſub totidem Regibus. Ex his Magnus Mogol maximam partem Indiæ Borealis obtinet; & Rex Niucanus Tartarus hiſce ultimis temporibus Imperium Sinarum occupavit.)

11. Hiſpanorum, noſtra ætate major cunctis eſt, cum novo dominentur orbi, & Alexandri magni metas prætergreſſi etiam ad Antipodes imperium ſuum protulerint.

¶ Hiſpanorum monarchia aliàs ampla, nunc deficit in dies, cum in ipſa Hiſpania, Portugallia Regem habeat ſeparatum. In Africa habent tantùm tres aut quatuor arces in ora maris mediterranei, Hiſpaniæ obverſa, uti & in Aſia Philippinas inſulas tantùm in parte, in mari indico; ſed non dominantur novo orbi ſeu Americæ, cum inibi habeant tantùm Peruviam, Terram firmam, Paraguajam, & Cilem, in America meridionali, & novam Hiſpaniam cum aliquot inſulis in America ſeptentrionali; nec unquam Imperium ſuum ad Antipodes protulerunt.

¶ Abyſſinorum monarchia in Africa aliàs perampla fuit, & majorem partem Æthiopiæ ſuperioris complectebatur. Sed à centum propè annis per Galas populos valdè fuit imminuta; ita ut Abyſſinæ Rex vix dimidiam partem terrarum poſſideat, quas proavi ejus tenuere.

¶ Moſchorum ſeu Ruſſorum monarchia perampla eſt & valdè extenſa, præſertim à tribus ſæculis; creſcitq; in dies, maximè versùs ortum & Tartariam.

Hujus itaque temporis monarchiæ clariores ſunt, Francorum, Hiſpanorum, Turcarum, Perſarum, Moſcorum, Mogorum, Scytharum, & Sinarum; quibus Abiſſinia in Æthiopia adnumerari poteſt.

¶ Monaſterienſis epiſcopatus, *Biſthumb Munſter* incolis, provincia eſt Germaniæ, in Weſtphalia, inter Tranſiſalanam ad occaſum, Comitatus Embdenſem, & Oldenburgenſem ad ſeptentrionem, Ducatum Weſtphaliæ & Comitatum Marchiæ ad meridiem, & epiſc. Oſnabrucenſem, & Comitatus Dielpholtenſem & Ravensbergenſem ad ortum. Extenditur ad 100. mill. paſſ. à ſeptentrione in meridiem; ſubeſtque dominio Epiſcopi. Sunt in eo tractu urbes Monaſterium, *Munſter*, quæ primaria, Coſfeldia, *Coesfeld*, Linga, *Lingen*, Meppa, *Meppen*, Vechta, Vecht, & *Varendorp*, Varendorpia.

Monaſteriolum, *Monſtreul*, teſte Froardo, oppidum Galliæ Belgicæ, in ora Picardiæ occidentali, ad oſtium Canciæ fluvii, inter Ambianos ad meridiem 16. & Boniam ad Boream 8. leucis, Stapulis oppido proximum. (*Vide Monſtrolium.*)

¶ Monaſteriolum ad Icaunam, *Montreau faut Yonne*, oppidum Galliæ, in Campania, & partim in Vaſtinienſi tractu, ubi Icauna in Sequanam ſe exonerat, cum ponte, ubi interfectus fuit Ioannes Dux Burgundiæ. Dicitur à quibuſdam Mons Regalis; & diſtat 17. leucis à Lutetia in auſtrum, uti 7. à Meloduno.

Monaſterium, *Munſter*, urbs Germaniæ, weſtphaliæ primaria, ad Amiſium fluvium, epiſcopalis ſub Prov.
Archiepiſcopo Colonienſi, inter Coloniam ad occaſum Rom.
& Bremam ad ortum ferè media 16. leucis, olim Minigroda & Mingroda.

¶ Monaſterium, *Munſter* urbs ampla & Hanzeatica eſt, in Weſtphalia, ad Aam amnem, qui paulò poſt in Amiſium cadit. Arcem habet munitam, & celebris eſt ultima pace Germaniæ. Subeſt proprio Epiſcopo. Diſtat 7. leucis ab Oſnabruga in Africum, 12. à Paderborna in occaſum 22. à Brema in auſtrum, & 18. à Colonia versùs Boream.

Monaſterium quoque apud Nicetam oppidum Athi montis, in Macedonia, *Monaſtir*, teſte Leunclavio, ſic ob monaſteria Græcorum plura.

¶ Monaſterium, *Mouſtiers* cognomento *en Tarentaiſe*, urbs archiepiſcopalis Sabaudiæ, in Tarentaſia, ad Iſaram fluvium 5. leucis diſtat à Fano S. Ioannis Maurianenſis in ſeptentrionem, & 8. à Camberiaco in ortum Auguſtam Prætoriam versùs.

Monaſterium quoque, urbs Alſatiæ libera, in Germania, *Munſter*.

¶ Monaſterium, *Munſter* cognomento *in Gregorient hal* ſeu in valle S. Gregorii, urbs eſt parva, ſed imperialis Germaniæ, in Alſatia ſuperiori, ad amnem *Fach*, ad radices Vogeſi montis. 5. leucis diſtat à Briſaco in occaſum; ſubeſtque Regi Franciæ, pace Monaſterienſi Weſtphaliæ.

¶ Monaſterium cognomento in Eiffalia, *Munſter Eyffel*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Juliacenſi, ad amnem *Erſt*, in Eiffaliæ tractu, in ipſo limite ditionis Colonienſis. Ferè 6. milliaribus Germanicis diſtat à Colonia Agrippina in meridiem & 7. ab Aquiſgrano in Eurum; ſub dominio Ducis Neoburgenſis.

¶ Monaſterium S. Petri, *S. Pierre de Mouſtier*, oppidum Galliæ, in Nivernenſi provincia, ubi totius provinciæ juridica ſedes, ferè medium inter Nivernum ad Boream, & Molinum ad auſtrum 7. leucis diſtans.

¶ Monbaccia, ſeu Mombaza, *Mombaza*, urbs ampla Africæ, in Zanguebaria regione, & in ora maris Æthiopici. Caput eſt regni cognominis, arcem habens probè munitam & portum; ſubeſtque dominio Luſitanorum. 150. leucis diſtat à Quiloa in Boream; ſedetque ad radices collis in inſula continenti ferè juncta.

¶ Monbriſſonium, *Monbriſſon*, urbs Galliæ, in Forenſi provincia ſuperiori, ad Veſiſiam amnem, olim caſtrum Briſſonis, 10. leucis, diſtat à Lugduno in occaſum, & 5. à Fano Sancti Stephani in Circium, 2. autem à Ligeri fluvio.

¶ Monconturium, *Moncontour*, oppidum Galliæ, in Pictavienſi provincia, ad Divam amnem, ubi Reformati grandi clade affecti fuere ſub Carolo nono Francorum Rege, 9. leucis diſtat a Salmurio in meridiem, totidem a Pictavio in Circium.

Monda, Munda Plinio, *Mondego* Cluſio, & aliis, Mel.
fluvius Luſitaniæ, per Conimbricam urbem fluens in O- Ptol.
ceanum Occidentalem, medius inter Tagum & Durium, utrinque 100. mill. paſſ. teſte Plinio, cum oppido cognomine ad oſtia, a Conimbrica 8. leucis in occaſum. Lib.
Monembaſia, urbs Archiepiſcopalis Peloponneſi, in Conc.
ora, inter Maleam promontorium, & Naupliam in ſeptentrionem, (Vide Epidaurus) *Malvaſia*.

¶ Monemugium, *Monemugi* ſeu *Mohenemugi*, regnum Africæ, in Æthiopia inferiori, quod aliter *Nimeamaje* dicitur; eſtque peramplum, ab Euro & Euro Auſtro Regi Macoco eſt conterminum. Ejus ditio latiſſimè patet, crediturque extendi ad limites regnorum Mombazæ, Quiloæ, Soffalæ, & Moſambici, teſte Iſaaco Voſſio. Sed de ejus urbibus & provinciis non conſtat apud Europæos, cum ex iis pauci huc uſque pervenerint.

Monetium, *Manſpurg*, vel *Monſpurg*, teſte Lazio,
oppidum Japodum, in Carniola regione & Comitatu Ci- Strab.
lienſi, à Labaco 12. leucis in Boream.

¶ Monfortium Amalrici, *Monfort l'Amaury*, oppidum Galliæ, in provincia inſulæ Franciæ, in colle, 10. leucis a Lutetia in occaſum Drocas versùs, & 7. a Medunta in meridiem.

¶ Mongaguaba, *Mongaguabe*, fluvius Americæ, in Braſilia, in præfectura Paraibæ.

¶ Monluſſonium, *Monlucon*, urbs Galliæ, in Borbonienſi pre-

ſi provincia, ad Carim; fluvium, in limite Bituricenſi, & 4. leucis à confinio Alverniæ inferioris in Boream, & 13. à Molino in occaſum.

¶ Monicoga, *Schiermong* quibuſdam, inſula Belgii, in ora Friſiæ occidentalis, vix 5. mill. paſſ. à continenti, & paulò plùs ab Amelandia inſula in ortum.

¶ Monſia, *Monſia*, inſula eſt Africæ, in Oceano Æthiopico, & in ora Zanguebaris regionis, versùs Quiloam urbem, 40. mill. ab ora.

¶ Monmiralium; *Monmirail*, oppidum Galliæ, in Bria provincia, ad Morinum majorem fluvium, & in limite Campaniæ propriæ. 4. leucis diſtat à Caſtro Theodorici in meridiem, & 12 à Meldis in ortum.

¶ Monmiralium, *Monmirail*, oppidum Galliæ, in Pertico tractu, in colle, & in ipſo limite Cenomanenſis provinciæ. Diſtat 11. leucis à Cenomano in ortum, & 6. à Vindocino in ſeptentrionem.

¶ Monmorenciacum, *Monmorency*, oppidum Galliæ, in regiuncula Francia propriè dicta, in colle, 4. leucis à Lutetia in Boream; eſtque Ducatu titulo nobilitatum. Hinc vallis adjacens & fertiliſſima nomen habet.

Monobrica, *Monbriga*, oppidum olim Hiſpaniæ Beticæ, nunc pagus, teſte Cluſio. Sed mihi videtur eſſe oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Aragonia, vulgò *Menebriga*, ad Salonem fluvium, à Bilbili 5. leucis, Cæſaraugustam versùs 16.

Monœcus portus, *Monaco*, oppidum Liguriæ, cum portu & arce firmiſſima, in ſaxo. (cujus Princeps & dominus neminem ſuperiorem agnoſcit, licèt ſub protectione Regis Franciæ præſidium illius in arcem admiſerit) inter Albintemelium ad ortum 10. & Nicæam ad occaſum 7. mill. paſſ. Ejus meminit Virgilius libro 6. Æneidos:

Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci
Deſcendens.

¶ Monœcus portus ſeu Herculis Monœci portus, *Monaco* incolis, *Mourgues* Gallis, oppidum eſt parvum, ſed munitum, cum palatio Principis è gente Grimalda, in ora maris Liguſtici, eſtque fere inſertum in Comitatu Niceenſi, cum *Mentone* & *Rocobruna* oppidulis, quæ etiam ſubſunt eidem Principi. Vide Herculis Monœci portus. Ibi incipiunt Alpes maritimæ.

Monogloſſum, *Mangalor*, teſte Nigro, urbs Indiæ citerioris maritima, in regno Narſingæ.

Monoleus, lacus Æthiopiæ, ex quo Aſtaboras fluvius, teſte Strabone, effluit.

¶ Monomotapa, *Monomotapa*, regnum Africæ peramplum, in parte auſtrali Æthiopiæ interioris, inter Imperium Monemugi ad ſeptentrionem, & Cafreriam regionem ad meridiem; eſtque valdè extenſum: & in eo ſunt plurima regna vix nomine nota Europæis.

¶ Monomotapa, *Monomotapa*, urbs Africæ, regni cognominis caput, ad fluvium Spiritus ſancti, & versùs regionem Cafrorum ad ortum. 30. mill. paſs. diſtat ab ora Oceani Æthiopici.

Monopolis, *Monopoli*, urbs Apuliæ Peucetiæ littoralis, epiſc. ſub Archiep. Barenſi, inter Barium ad occaſum 30. & Brundiſium in ortum 40. mil. paſſ. proxima Egnatiæ urbi exſtinctæ, cui ſucceſſit.

¶ Monopolis, urbs nunc agri Bariani, in regno Neapolitano, & in ora maris Adriatici. 22. milliaribus diſtat à Bario in ortum, 40. à Brunduſio in Circium, & 25. à Taranto in ſeptentrionem.

¶ Mons Acutus, *Montaigu en Combraille*, oppidum Galliæ, in Borbonienſi provincia, & in Combralia tractu, juxta amnem Duplicem, in limite Alverniæ. 13. leucis diſtat à Claromonte in ſeptentrionem.

Mons Albanus, *Montauban*, urbs Aquitaniæ, epiſcop. ſub Archiep. Toloſano à Joanne XXII. Pontifice Maximo effecta, ad Tarnem fluvium præterfluentem, media inter Toloſam & Cadurcos 8. leucis, (*in Cadurcenſi provincia.*)

¶ Mons Albanus, *Montaluan*, oppidum Hiſpaniæ, in Aragonia, ad fluvium Martinum 9. leucis à Terulo in Cæciam Barbaſtrum versùs diſtans.

¶ Mons Albus, *Monblancq*, oppidum Hiſpaniæ, in Catalonia, Ducatus titulo clarum, ad amnem Francolinum 5. leucis à Tarracone in Boream.

Mons Alcinous, *Montalcino*, vel *Monte Alcino*, teſte Volaterrano, urbs Hetruriæ epiſc. ſub Archiep. Senenſi, inde 17. mil. paſs. non longè à via quæ Romam ducit; quæ & Mons Ilcinus dicitur, in colle.

¶ Mons Alfonſus, *Monte Alfonſo*, arx permunita Italiæ, in Ducatu Mutinenſi, in Carſeroniana tractu, prope Caſtrum novum, in colle, ad Auſerem fluvium, ferè 22. milliaribus à Lucca in Boream, & 20. à Serezana in ortum, ad radices Apennini.

Mons Altus, *Montalto*, urbs Piceni, epiſcopalis recens à Sixto V. Pont. Max. ejus cive effecta, ſub Archiep. Firmano, inde 10. mill. paſſ. in meridiem, ab Aſculo 15. in occaſum diſtans.

¶ Mons Altus urbs eſt parva Piceni, in ditione Pontificia, in colle, juxta Monociam amnem, 12. milliar. à Fermo in auſtrum, & 8. ab Aſculo in Boream diſtans.

¶ Mons Aragonius, *Monte Aragon*, oppidulum Hiſpaniæ, in Aragonia, vix una leuca ab Oſca in ortum diſtans, cum inſigni cœnobio.

¶ Mons Argentarius, *Monte Argentaro*, in Tuſcia, in ora maris Tyrrheni. Vide Argentarius mons.

Mons Badenius. Vide Mons Solis.

¶ Mons Balmæus, *la ſainte Baume*, mons Galliæ in Provincia, ubi ſancta Magdalena per aliquot annos pœnitentiam egit; eſtque inter Aquas Sextias & Telonem, 6. leucis utrinque diſtans.

¶ Mons Belligardus, *Montbelliard*, Germanis *Montpelgard*, oppidum & Comitatus, Ducum è Uvirtembergenſi domo ſedes, ſub monte Vogeſo, prope Dubim fluvium, inter Alſatiam ad ortum & Comitatum Burgundiæ, ad occaſum, in Germania, proprio Comiti parens. 40. mill. paſſ. diſtat à Veſuntione in Cæciam, & 33. à Baſilea in occaſum.

Mons Bodius, *Montalboto*, teſte Blondo, oppidum amplum Umbriæ, in Ducatu Urbinate, à Senogallia 7. mil. paſſ. in meridiem, ab Æſio totidem in occaſum. [*Anna Duc. Urb.*]

Mons Bodius, *Monte Albodo*, caſtrum, eſt Marchiæ Anconitanæ, in ditione Pontificia, vix 3. milliar. à limite Ducatus Urbini.

Mons Briſiacus, *Briſac*, oppidum Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum fluvium, in Alſatia, ferè medium inter Baſileam ad meridiem & Argentoratum in Boream 7. leucis plùs minus diſſitum, (*urbs eſt permunita. Vide Briſacum.*) [*Ant.*]

¶ Mons Candidus, *Monte Canigo*, mons Galliæ Narbonenſis, & Pyrenæorum ramus, in Comitatu Ruſcinonenſi. Vide Candidus.

¶ Mons Caſſinus, oppidum regni Neapolitani, & in provincia Terræ Laboris, *Monte Caſſino*. Vide Caſſinum.

¶ Mons Cenifius, *le mont Cenis*, mons Sabaudiæ, pars Alpium, & in ipſo limite Pedemontii. Vide Cenifius.

¶ Mons Ceſius, *Calemberg*, mons Germaniæ, in Auſtria inferiori. Vide Ceſius mons.

¶ Mons Chriſti; *Monte Chriſto*, mons eſt excelſus Italiæ, in mari Tyrrheno, totam ferè inſululam cognominem complectens, cum una aut altera turri tantùm, ferè inter Planaſiam ad occaſum & Igilium ad ortum. Pendet ex agro Sanenſi, à quo 3. milliar. diſtat in meridiem; & ſubeſt magno Duci Hetruriæ. Aliàs Oglaſa dicta fuit inſula, teſte Cluverio, eratque ibi monaſterium celebre.

¶ Mons Ciminius, *Monte di Viterbo*, mons Italiæ, in ditione Pontificia, prope Viterbum. Vide Ciminius mons.

¶ Mons Corneti, *Moncornet*, oppidum eſt Galliæ, in Picardia provincia, & in tractu Tiraſcia, in limite Campaniæ, 10. leucis à Remis in Boream diſtans.

¶ Mons Deſiderii, ſeu Mondiderium, *Mondidier*, oppidum amplum Galliæ, in colle, in Picardia provincia, medium inter Ambianum & Compendium 7. leuc. diſtans, uti à Novioduno in occaſum.

Mons Doloroſus, poſteà ſterlingium, *Sterling*, oppidum Scotiæ, ad Fortheam fluvium, à Glaſquo & Dumblano urbibus 20. & 10. mill. Edimburgum in ortum versùs; in quo Reges coronari ſolebant. [*Script. Scot.*]

Mons Feretranus, *Monfeltro*, urbs Umbriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, inde 20. mill. paſſ. in occaſum recedens, in monte, cum arce ab omni hoſtili aggreſſione tutiſſima, Ducatus Urbinatis; quæ & Leopolis, *San Leo*, Feretrus Procopio. Hic potiùs regionis nomen eſt. [*Anna Urb.*]

¶ Mons Feretanus, *Monte Feltre*, regiuncula eſt Italiæ in Ducatu Urbinate & ditione Pontificia ad radices Apennini, juxta Ariminum fluvium, & confinia Romandiolæ. Ejus caput eſt Leopolis ſeu Fanum S. Leonis urbs epiſc. in monte excelſo.

¶ Mons Ferratus, *Monferrato* Italis *Monferrat* Gallis, provincia Italiæ, Ducatus titulo clara, inter Mediolanenſem Ducatum ad ortum, & Pedemontium ad occaſum, ſub dominio Ducis Mantuæ. Ejus caput eſt Caſale, *Caſal* aliæ urbes ſunt Aquæ Stateliæ, *Acqui*, Nicea Palea, *Nizza della Paglia*, Alba, *Alba*, & Tridinum, *Trino*. Sed hæ duæ ultimæ parent Duci Sabaudiæ pace Claraſci confecta.

¶ Mons Flanquinus, *Montflanquin*, oppidum Galliæ, in Aquitania, & in Aginnenſi agro, ad amnem Ledum, 7. leucis ab Aginno in Boream Petrocorium versùs.

¶ Mons Garganus, *le mont Gargan*, Italis *monte Gargano, ò di S. Angelo*, mons Italiæ in regno Neapolitano in mare Adriaticum excurrit, in cujus ora fuit Sipontum, urbs archiepiſcopalis, everſa, cui Monfredonia ad milliarium ſubſtituta. In monte verò oppidum S. Angeli hodie viſitur, ubi templum S. Michaeli dicatum; eſtque archiep. unita cum Manfredonienſi per Alexandrum III. Papam. Vide Garganus.

Mons Genebra, *Mont Geneure*, mons Galliæ, in Delphinatu, & pars Alpium, in confinio Italiæ, ad Druentiæ fluvii fontes. Vide Genebra & Cottiæ Alpes.

Scrip. Brit. Mons Gomericus, *Montgommery*, oppidum Albionis, in Wallia, ad Sabrinam fluvium, à Salopia 12. mill.

Mons Gomericus oppidum eſt Vvalliç Borealis, Comitatus cognominis caput, 2. milliar. à Sabrina fluvio diſtans, 18. mill. paſſ. à Salopia in Africum, & 30. ab Herefordia in Boream.

¶ Mons Hulini, *Monthulin*, arx munita Galliæ, in Picardia, & Bolonienſi tractu, 3. leucis à Bolonia in ortum Tervanam versùs, aliàs contra Hiſpanos excitata.

¶ Mons Leo, *Monte Leone*, urbs epiſcopalis regni Neapolitani, in Calabria ulteriori, aliàs Vibo Valentia. Vide ibi.

¶ Mons Limarii, *Montelimar*, urbs eſt Galliæ, in Delphinatu, ad radices collis, 2. mill. paſſ. à Rhodano fluvio, & ferè 7. à Valentia in meridiem, uti 4. à Fano S. Pauli in ſeptentrionem. Dicitur etiam mons Æmarorum.

Prov. Rom. Mons Maranus, *Monte Marano*, urbs Hirpinorum, epiſc. ſub Archiep. Beneventano, inde 18. mill. paſſ. Nuſcum versùs 6. (*in provincia Principatus Ulterioris, in regno Neapolitano.*)

¶ Mons martiani, *Mont de Marſan*, oppidum eſt Galliæ, in Aquitania, ad amnem *Midou*, agri Martiani caput, 5. leucis diſtans ab Aturo in Boream Burdegalam versùs.

¶ Mons Medius, ſeu Maledictus quibuſdam, *Monmedy*, urbs parva Belgii, ſed permunita, in colle, in Ducatu Luxemburgenſi, ad Carum fluvium. Diſtat 7. leucis à Virduno in Boream, & ferè 3. à Stenæo in ortum. Capta fuit anno 1657. à Gallis, quibus poſtea remanſit pace ad Pyrenæos.

¶ Mons Morillonis, *Mont Morillon*, oppidum Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad Vartempam fluvium, 8. leucis à Pictavio in Eurum versùs Marchiam.

¶ Mons Olimpus, *Mont Olimpe*, arx munita Galliæ, in Campania provincia, juxta Carolopolim, & ad Moſam fluvium, recens excitata, in colle.

Mons Oruinus, *Monorvino*, urbs Apuliæ epiſc. Vide Minervinum, in Minervium.

Mons Peluſius, & aliis Piloſus, *Monte Peloſo*, urbs Lucaniæ epiſc. ſub Archiep. Acherontino (tametſi hodie ab ejus juriſdictione exempta) inter Acherontiam, & Meteolam ro. mill. paſſ. à Gravina 6. quot à Tricarico, à Potentia 18.

¶ Mons Peluſus urbs eſt parva regni Neap. in provincia Baſilicata, uno aut altero mill. à Bradano fluvio diſtans, inter Acherontiam ad occaſum, & Mateolam, atq; Gravinam ad ortum, in limite agri Bariani.

Script. Gall. Mons Peſſulus & Peſſulanus, *Mompellier*, & *Montpellier*, quaſi mons puellarum, urbs ex primis Galliæ Narbonenſis, ac Occitaniæ regionis poſt Toloſam primaria, epiſcopalis, quæ Magalonenſi ſucceſſit, & accademia, inter Nemauſum ad ortum & Narbonem, ad occaſum 14. leucis.

¶ Mons Peſſulanus, *Montpellier*, urbs eſt Galliæ, in Occitania inferiori, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, Accademia ſtudio Medicinæ clara, juxta amnem *Lez*. Arcem habet munitam; vixque una leuca diſtat à ſtagno Magalonenſi, in colle, & 2. ab ora maris mediterranei, 7. leucis à Nemauſo in occaſum, & 15. à Narbone in ortum.

Mons Phyſcon, *Monte Fiaſcon*, urbs Hetruriæ, in monte Volſinio lacui imminenti, epiſ. ab Urbano V. Pont. Max. ſede epiſcopali donata, inter Volſinios, & Viterbium 8. mill. paſſ. vino celebris. Epiſcopatus illius; & Cornuetanus hoc tempore juncti ſunt. Cat.

¶ Mons Phyſcon, *Monte Fiaſcone*, urbs eſt parva, & oblonga Hetruriæ, in provincia Patrimonii S. Petri, & in ditione Pontificia, 8. mill. à Viterbo in occaſum, & 20. à Cornueto in Boream.

¶ Mons Pici, *Mont de Pico*, ſeu *de Teyda*, aliis *le Pic de Teneriffe*, mons eſt altiſſimus totius Africæ, in Teneriffa inſula, una ex Canariis, in mari Atlantico, & versùs oram regni Marochii.

Mons Politianus, *Monte Pulciano*, urbs Hetruriæ epiſcopalis, ab Archiepiſcopi juriſdictione immunis, in provincia Senenſi, à Senis 28. mill. paſſ. Cluſium versùs 12. Prov. Rom.

¶ Mons Politianus, *Monte Pulciano*, urbs eſt parva Hetruriæ, juxta Clanim paludem, in colle aſpero, ſub dominio magni Ducis, & in confinio dit. Pontificiæ. 28. milliaribus diſtat à Peruſia in occaſum, uti à Senis in Eurum.

Mons Regalis, *Monreale*, urbs Siciliæ archiepiſcopalis, apud Panormum, in monte, inde 4. mill. paſſ. tantùm diſtans, à Gulielmo II. Siciliæ Rege baſilica auguſtiſſimè extructa, & ampliſſimis redditibus ditata, eòque curante ſede archiepiſcopali à Lucio III. Pontifice Maximo exornata. Mons Regalis etiam urbs epiſcopalis Liguriæ in Pedemontano Principatu. Vide mons Vici.

Mons Regis, *der Vogel*, teſte Lazio, locus inter Carnos & Noricos, intra Alpes Julias. T. D.

Mons Regius, *Konigſberg*, urbs Sarmatiæ Europææ, in Boruſſis, Pruſſiæ (quæ Ducalis appellatur) caput, accademia, & emporium celeberrimum, à Gedano Pruſſiæ regiæ urbe primaria ad 25. leucas Polonicas in Boream recedens.

¶ Mons Regius, *Konigsberg*, urbs eſt ampla regni Poloniæ, in Pruſſia Ducali, ad Pregelam fluvium, ubi in ſinum *Friſch Haff* ſe exonerat. Arcem habet munitam; ſubeſtq; dominio Electoris Brandeburgici. 25. leucis Polonicis à Gedano in ortum diſtat, totidem à Memelio in meridiem, & 4. ab ora maris Baltici. Vide Regiomons.

¶ Mons Regius, *Montreal* oppidum eſt Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, in inſula fluvii S. Laurentii. 150. mill. à Quebco in occaſum, ſub dominio Francorum, & ſatis cultum à paucis annis.

¶ Mons Ricardi, *Montrichard*, oppidum Galliæ, ad Carim fluvium, in provincia Turonenſi, & in limite Bleſenſi 12. leucis à Cæſaroduno in ortum, & 6. à Bleſis in meridiem diſtat,

Mons Roſarum, ſeu Roſarum mons, vulgò *Montros*, & *Montroſe* Camdeno, pagus Scotiæ cum cœnobio monachorum numero & ſanctitate celebri. Vide Celurca.

¶ Mons Roſarum, nunc *Montroſse*, oppidulum eſt Scotiæ Borealis, in Anguſia Comitatu, cum portu in ora maris Germanici. 10. mill. diſtat à Brechinia in ortum, & 25. ab Andreapoli in Cæciam. Marchionem habuit hiſce ultimis temporibus percelebrem, & Regi ſuo fideliſſimum.

¶ Mons Roſeus, ſeu Roſulus, *Monteroſi*, oppidulum Italiæ, in provincia Patrimonii, & medium inter Romam & Viterbum, 20. milliaribus utrinque diſtans, in ditione Pontificia, & pendet in ſpiritualibus ab Abbate Trium Fontium, propè Romam.

Mons Sacer, *Monte di Tivoli*, mons Latii, Tiburi urbi imminens.

¶ Mons S. Adriani, *Monte de S. Adrian*, mons excelſus Hiſpaniæ, inter Ipuſcoam & Navarram extenſus ab ortu in occaſum.

¶ Mons S. Gertrudis, *S. Gertruydenberg*, oppidum permunitum Belgii, in Hollandia & in limite Brabantiæ. Vide Gertrudoberga.

¶ Mons S. Gothardi, *Mont S. Gothard*, pars Alpium in Helvetiis. Vide Adula Mons.

¶ Mons S. Michaelis, *mont S. Michel*, mons Galliæ, in Normannia, dictus in periculo maris, quia una leuca à littore diſtat, juxta oſtia Lerræ fluvii, & 4. leucis diſtat ab Abrincis in occaſum Macloviurn versùs. Arcem habet & oppidulum.

¶ Mons S. Vvinoci, ſeu Vinociberga, *Bergues S. Vinox*, ſeu *Bergues* ſimpliciter, urbs eſt Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Colmam amnem, una leuca à Dunquerca & ab ora Oceani in meridiem. Pluries capta fuit hiſce ultimis temporibus, & tandem Francici juris effecta eſt pace

pace ad Aquiſgranum ſancita, cum toto tractu adjacente.

Mons Seleuci, locus Galliæ Narbonenſis, in Delphinatu, inter Vapingum urbem 23. & Lucum oppidum 26. mill. paſſ. occurrens ex Itinerario Antonini.

¶ Mons Seleuci quibuſdam eſt *Montmaur*, oppidulum Delphinatus, intra montes, 10. milliaribus à Vapingo in occaſum Lucum verſus, à quo 20. mill. paſſ. diſtat in ortum.

¶ Mons Serratus, *Montſerrat*, mons Hiſpaniæ, in Catalonia excelſus, propè Rubricatum fluvium, devotione erga Beatam Virginem percelebris, vix una leuca à Minoriſſa in meridiem, & 9. à Barcinone in Circium diſtans.

Mons Silicis, *Monſelice*, aliis *Monte Selice*, oppidum Venetiæ, in agro Patavino, apud Medoacum fluvium minorem, amplum, inter Patavium 10. & Ateſte 5. mill. paſſ.

¶ Mons Sinai, vulgò *mont Sinal*, in Arabia. Habet inſigne monaſterium, in quo 60. Calojeri, ſeu Monachi ad minus verſantur, aſſervantque oſſa S. Catherinæ Virg. Olim Epiſcopum habuit Petracenſi Archiepiſc. ſuffraganeum. Vide Sinai.

Mons Solis, Aquæ calidæ, mons Badonicus & Badonia, demum Bathonia, urbs Albionis, in Anglia, epiſcopalis ſub Archiepiſc. Cantuarienſi, inter Sarisburiam & Briſtolium ad 10. mill.

¶ Mons Solis, nunc Bathonia, *Bathe*, urbs eſt Somerſetenſis Comitatus ad Avonium fluvium, 7. mil. ſupra Briſtolium in ortum, & 30. à Sarisburia in Circium diſtans.

¶ Mons Thabor, mons Judææ, Chriſti transfiguratione clarus. Olim Epiſcopum habuit & cœnobium Benedictinorum. Vide Thabor.

Mons Titanus, *San Marino*, oppidum Galliæ Togatæ, in Romandiola, apud Ariminum, inde 10. mill. paſſ. Vide Marinum.

¶ Monſtrolium, *Montrevil*, urbs eſt munita Galliæ, in Picardia provincia, ad Quientiam fluvium, vix 3. leucis ab ora maris Britannici. Dicitur à quibuſdam Monaſteriolum. Arcem habet munitam; eſtque in limite Arteſiæ, 9. leucis diſtans ab Abavilla in ſeptent. & octo à Bolonia in meridiem circiter.

¶ Mons Tuniatus, *Montaniata*, mons Hetruriæ, in agro Senenſi, ex pluribus aliis montibus conſtans, verſus confinia ditionis Pontificiæ, inter Suanam, Radicofanum, & fontes floræ fluvii.

Mons Vici, *Mondovi*, urbs Liguriæ epiſcopalis, in monte, apud vicum pagum, unde ei nomen ſub Archiepiſc. Taurinenſi, inde in meridiem 34. mill. paſſ. Savonam verſùs 36. ab Aquis Statiellis 33. in occaſum, quæ & Mons Regalis in Pedemontano Principatu. In Monte Vici ætate noſtra erat accademia, quæ nunc Taurini eſt.

¶ Mons Vici, *Mondovi*, urbs eſt munita Pedemontii, ad radices Apennini montis, & verſùs Liguriam, 2. mill. à Tanaro fluvio, 28. ab Aquis Statiellis, 18. ab Alba in meridiem, & 15. à Cuneo in ortum diſſita.

¶ Mons Virginis, *Monte Vergine*, oppidum regni Neapolitani, in provincia Principatus ulterioris, inter Nolam & Beneventum, in quo monte inſigne monaſterium conſtruxit S. Guillelmus, Ordinis Mon-Virginei ſic dicti fundator.

Mons viridis, *Monte Verde*, urbs Hirpinorum, in Apuliæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compſano, licèt epiſcopatui Cannenſi & Archiepiſcopatui Nazareno copulatus ſit, inter Melphiam & Laquedoniam 6. mill. paſſ.

¶ Mons Viridis urbecula eſt regni Neap. in Principatu ulteriori, ad Aufidum fluvium, & in limite Capitaniatæ, & Baſilicatæ, 13. mill. à Compſa in ortum, & totidem ab Acherontia in Circium.

Montes clariores apud veteres, quorum explicationem vide ſuis locis:

Acroceraunii & Acroceraunia, *Monti della Ghimera* Epiri.
Ætna, *Mongibello*, Siciliæ.
Almus, *Arpatarro*, Pannoniæ inferioris.
Amanus, *Monte Nero*, Syriæ.
Antilibanus, *Abellinas*, Cœleſyriæ.
Apenninus, *Apennino*, Italiæ.
Argeus, *Monte di Sauſtia*, Cappadociæ.
Athos, *Monte Santo*, Macedoniæ.
Atlas, *Iduacal*, Mauritaniæ Tingitanæ.
Bagous, *Coibocaran*, Drangianæ & Ariæ.
Bepyrrus, *Bonpruo*, Indiæ ulterioris.
Bermius, *Meſſo*, Macedoniæ.
Callidromus, *di Livadia*, Epiri apud Achajam.
Calpe, *Gibraltar*, Hiſpaniæ, Herculis columna.
Candavia, *Canovia*, Macedoniæ.
Caſius, *Liſon*, Phœnicis. Alter Palæſtinæ.
Caucaſus, *Cocas*, Iberiæ & Albaniæ. Alter Indiæ.
Cemmenus. Vide Gebenna.
Ceraunii, idem Acrocerauniis & Caucaſo.
Chimæra, Lyciæ ignivomus.
Choatras, *Cabuſco*, Parthiæ.
Cithæron, *Monte di ſtives*, Bœotiæ.
Citorus vel Cytorum, *Monte di Famaſtro*, Paphlagoniæ.
Coronus, *Baſareſi*, vel *Baſaraſi*, Parthiæ & Hyrcaniæ.
Cragus, Licyæ, *li ſette Cavi*.
Cybele, Phrygiæ magnæ.
Cyllene, Arcadiæ, altiſſimus.
Dicte & Dictæus, *Laſthi*, Cretæ.
Dindymus, & Dindyma, *Germain*, Phrygiæ magnæ.
Elephas, *Felles*, Æthiopiæ.
Emodus, *Moghali*, Scythiæ & Indiæ.
Erymanthus, (*Dimizana*,) Arcadiæ.
Eryx, *Monte di S. Giuliano*, Siciliæ.
Falernus, *Falerno*, Campaniæ.
Garganus, *Gargano*, Apuliæ.
Gebenna, qui & Cemmenus, *de Avvergne*, Galliæ.
(*Gebenna mons, nunc* les montagnes des Sevennes, *ſeu* les Sevennes *vulgò*.)
Grampius, *Granzebain*, Scotiæ.
Hæmus, *BalKan*, Thraciæ.
Helicon, *Eialia*, Bœotiæ.
Horminius, *di Caſtamona*, Bithyniæ.
Hyperborei, Sarmatiæ Aſiaticæ, (*Cameni poias*.)
Ida, *Ida*, Phrygiæ. Alter Cretæ, *Pſiloriti*, & *Pſiloteri*.
Idubeda, *Sierra d' Atienza*, & *di monte Strella*, in Luſitania.
Imamus, *Altay*, Scythiæ.
Iſmarus & Iſmara Thraciæ, *di Polyſtilo*.
Iura & Iuraſſus, *Ioux*, & *Iurat*, Sequanorum.
Libanus, *Libano*, Phœniciæ.
Lunæ montes, *Bed*, Aethiopiæ trans æquatorem.
Mænalus & Mænala, Arcadiæ.
Marianus, *Sierra Morena*, Hiſpaniæ.
Maſdroranus, *Chitelinr*, Parthiæ & Ariæ.
Maſſicus, *Monte Maſſo*, Campaniæ.
Nebrodes, *Madonia*, Siciliæ.
Niphates, *Curdo*, Armeniæ majoris & Meſopotamiæ
Nyſa, Indiæ citerioris.
Oeta, *Bunina*, Theſſaliæ, ſeu Phthiotidis.
Olympus, *Lacha*, Theſſaliæ; Myſiæ, *Anatolaidag*; Lyciæ, & Cypri.
Oroſpeda, *Sierra de Mollina & de Alcaraz*, Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Oſſa, *Olira*, Theſſaliæ.
Othrys, *Delacha*, Phthiotidis.
Pangæus, *Caſtagna*, Thraciæ.
Pariedrus & Paryadris, *Leprus*, Armeniæ majoris.
Parnaſus & Parnaſſus, *Liacura*, Phocidis.
Paropamiſus, *Calchiſtan*, Aſiæ.
Pelios, *Petras*, Theſſaliæ.
Pindus, *Mezzovo*, Epiri, & Theſsaliæ.
Pylei & Pylæ, *Monte Amara*, Aethiopiæ.
Pyrene & Pyrenæus mons, *les Pirenèes*, Hiſpaniæ.
Rhodope & *Valiza*, Thraciæ.
Riphæi, Sarmatiæ. (*Boglovvy*.)
Romaricus, *Remiremont*, Galliæ Belgicæ, (eſt nomen caſtri, vel oppidi. Vide ſuo loco.)
Scardus, *Monte Nero*, Macedoniæ. Aliis *Krans*.
Semanthini, *Idiſa*, inter Sinas & Seres.
Soractes, qui et Faliſcorum, *di S. Oreſte*.
Sudeti, *Fiechtelberg*, Germaniæ.
Sypilus et Sipylus, *Siropino*, Lydiæ.
Tænarus, *di Maina*, Laconicæ.
Taurus, Aſiæ, variè nominatur.
Taygetus, *Mitena*, Laconiæ.
Tetricus, *Monte di S. Giovanni*, Umbriæ.
Tmolus, *Tomalitze*, Lydiæ.
Veſevus et Veſuvius, *Monte di Somma*, Campaniæ.
Veſulus, *Monviſo*, Galliæ Subalpinæ.
Vogeſus, *Vauge*, Galliæ Belgicæ.

Zagrus, *Adilbegian*, Mediæ.

Zametus, *Zimas*, Arabiæ felicis.

¶ Monferrantium, *Monferrant*, urbs Galliæ, in Alvernia. Vix uno milliari diſtat a Claromonte, & 2. leucis ab Elaveri fluvio in occaſum, in tractu Limania dicto 25. à Lugduno in occaſum.

¶ Montgomerienſis Comitatus, *Montgomeryshire*, provincia eſt Vvalliæ Borealis, cum oppido præcipuo cognomine, inter Comitatus Salopiam ad ortum, Merviniam, & Cardiganiam in occaſum, & Radnoriam ad meridiem.

¶ Monmelianum, *Montmelian*, arx munitiſſima Sabaudiæ, in rupe, cum oppido adjacente & ponte ligneo, ad Iſaram fluvium, in confinio provinciæ Delphinatus. 3. leucis diſtat à Camberiaco in auſtrum, vix autem 2. ab arce Barrana.

¶ Monpenſierium, *Monpenſier*, oppidum Galliæ, in Alvernia, in colle & in limite Borbonienſis provinciæ, Ducatus titulo inſignitum. 7. leucis diſtat à Claromonte in Boream Molinum versùs.

Ant. Montana, *Admind*, teſte Lazio, pagus Norici, in Stiria apud Aniſum fluvium & Aniſipontem pagum, proximus Rhotemæ oppido, ab eo leuca 1. in Boream.

Bibl. Montana Judææ, locus Palæſtinæ, in quo Zacharias & Eliſabeth D. Joannis Bapt. parentes habitabant, ab Hieroſolymis 8. mil. paſs. in auſtrum recedens.

¶ Montargium, *Montargis*, urbs Galliæ lepida, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, ad Lupiam fluvium, 25. leucis à Lutetia in auſtrum. Caſtrum habet antiquum. 18. leucis diſtat ab Aureliis in ortum.

¶ Montenſis ſeu Bergenſis Ducatus, *Duché de mons*, ſeu *de Berg*, provincia Germaniæ, in circulo Vveſtphaliæ, juxta Rhenum fluvium, ſub dominio Ducis Neoburgenſis, cui obvenit, ex hæreditate Juliacenſi. Ejus primaria eſt Duſſeldorpium; eſtque inter Marchiæ Comitatum ad ortum, & ditionem Colonienſem ad occaſum.

Script. Belg. Montes, *Mons*, urbs Belgii, Hannoniæ primaria, ad Hanam fluvium ſubterfluentem, à Valencenis altera regionis urbe præcipua 7. leucis, inter Duacum ad occaſ. & Namurcum ad ortum 11. à Bruxellis 10.

¶ Montes Acuti, ſeu Terra montium acutorum, *Spitzberg*, regio recens detecta multò ſupra Norvegiam in Boream extenſa, ubi altitudo Poli Arctici eſt 80. graduum circiter; eſtque versùs Gronelandiam. Sed an ſit pars ipſius, ſeu inſula, aut continens, neſciunt qui illas oras luſtrarunt. In duas partes dividitur à quibuſdam, nempè in Spitzbergam propriam, quæ ad occaſum, & in novam Friſiam, *nevv Friesland*, quæ ad ortum. Vide Spitzberga.

Diod. Sic. Montes Aerii, *Montiſori*, teſte Fazello, montes Siciliæ excelſi, apud Capitium oppidum, ex quibus Himera in occaſum, Gelas in meridiem, & Terias in ortum flumina profluunt, præcipua in Sicilia, (*eorum pars ediſſima* Monte Arteſino *dicitur.*)

¶ Montes Aſturiæ, *Montes de las Aſturias*, montes Hiſpaniæ, inter Aſturiam & regnum Legionenſe, ab ortu in occaſum extenſi per 20. leucas.

¶ Montes Leænæ, ſeu mons Leonis, *Sierra Liona* Luſitanis, *Montagne des Lions* Gallis. Vide Leonis mons.

¶ Montes Nivoſi ſeu Andes, *Sierra Neuada ò los Andes*, montes Americæ meridionalis, in Peruvia, à meridie in ſeptentrionem extenſi. Vide Andes.

Montes S. Martini, *Sierras de S. Martin*, Hiſpanis, montes Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & provincia Guaxaca, in ora ſinus Mexicani.

Montes urbis Romæ, ex Petro Victore.

Aventinus, *Monte di S. Sabina*, à ſacra æde in eo conſtructa, Tiberi imminens, à porta Trigemina incipiens, ab aliiſque prorsùs diſcretus.

Cœlius, *S. Gio. Laterano*, à baſilica Lateranenſi denominatus, apud portam Latinam.

Eſquiliæ & Exquiliæ, *di S. Maria maggiore*, & *di S. Pietro in vincola*, ab ædibus ſacris in eo ſitis.

Janiculus, *S. Pietro in Montorio*, ubi etiam ſacra ædes S. Honophrii.

Palatinus, *Palazzo maggiore*, Tarpejo attiguus.

Pincius, *S. Trinita del Monte*, ſic à ſacra æde in eo conſtructa nominatus.

Quirinalis, *Monte Cavallo*, ubi palatium Pontificium, æſtivo tempore à Pontificibus habitatum, ſic ab equorum ſtatuis, quæ ibi viſuntur dictus.

Tarpejus, qui & Capitolinus, ubi Capitolium, *Campidoglio*, Curia & Senatus, dum hic Magiſtratus ſtaret.

Vaticanus, *il Vaticano*, ubi ædes Pontificis, & S. Petri baſilica.

Viminalis, ubi ſacræ ædes S. Laurentii in Paliſperna, & S. Pudentianæ.

Monſonium, *Moncaon*, oppidulum munitum Hiſpaniæ, in Portugalla, ad Minium fluvium, è regione Gallæciæ, plures tentatum a Caſtellanis irrito conatu 4. leucis diſtat à Tyde in ortum; eſtq; in provincia inter Minium, & Durium dicta.

¶ Montia, *Monza*, oppidum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Lambrum fluvium. Vide Modoetia.

¶ Montiniacum, *Montignac*, oppidum Galliæ, in Aquitania, & in Petrocoricenſi provincia, ad Vezeram fluvium, ferè 7. leucis à Petrocorio in ortum Tutelam versùs, & 4. à Sarlato in ſeptentrionem diſtans.

¶ Montiniacum Regium, *Montigny le Roy*, oppidum Galliæ, in Campania provincia & Baſſiniaco tractu, ad Moſam fluvium, & propè ejus fontes, 6. leucis à Lingonibus in Cæciam, & 7. à Calvomonte in ortum.

Montio, *Moncon*, urbs munita Aragoniæ, in colle, ad Cincam fluvium, 2. leucis infra Barbaſtrum in meridiem, 6. ab Ilerda in Circium, & 5. à Fraga in Boream. Expugnata fuit anno 1643. à Gallis, & poſteà ab Hiſpanis recepta.

Montorium, *Montoire*, oppidum Galliæ, in Vindocinenſi tractu, ad Ladum fluvium, in confinio Cenomanenſis provinciæ, 4. leucis infra Vindocinum in occaſum, & 9. ab Ambacia in ſeptentrionem.

Montunates, *Albicia*, teſte Gaudentio Merula, oppid. ſeu pagus Inſubriæ Galerato proximus, inter Mediol. & lacum Verbanum, à Mediolano 24. mill. paſſ.

¶ Monumethenſis Comitatus, *Monmoutshire*, provincia eſt Angliæ, in limite Vvalliæ, cujus caput Monumethia inter Gloceſtriam ad ortum, & Glamorganiam ad occaſum; fuitque aliàs pars Vvalliæ meridionalis.

¶ Monumethia, *Monmouth*, urbs eſt Angliæ, Monumethenſis provinciæ primaria, ad Vvagam amnem, in ipſo confinio Herefordiæ provinciæ, & Gloceſtriæ, & 14. milliaribus Anglicis ab utraque urbe cognomine, uti 10. ab æſtuario Sobrinæ, 22. autem à Briſtolio in Boream.

* Mopſia, regio Atticæ, ſic dicti à Mopſo Rege; teſte Strabone. De quo Virg. in ecloga 8.

Mopſo Niſa datur.

Hinc Mopſopii populi & Mopſopia regio, Ovidius 5. Metamorphoſeon:

Mopſopium iuvenem ſacros agitare jugales.

(* Vel, ut alii codices & Stephanus, Mopſopia à Mopſopo Rege.

Mopſium, Mopſius tumulus Livio, collis & oppidum Theſſaliæ erat inter Tempe & Lariſſam urbem. *Stra*

Mopſueſtia, Mopſis Plinio, Mamiſta Glycæ, *Malmiſtra*, urbs Giliciæ Archiep. ſub Patriarcha Antiochено, ad Pyramum fluvium, in mediterraneis. Vide Mamiſtra. Aliis *Mebſeſe*, etiam appellatur. *Steph. Stra. Ptol.*

Mora, *Villa de Mori*, oppidum Corſicæ extinctum, in ora Boreali, apud Opinum oppidum, inde 4. mill. paſſ. in ortum, à Baſtia 12. ferè Centurinum versùs; licèt ſitus apud Ptolemæum non congruat. *Ptol*

Moradunum, *Vverben*, oppidum Galliæ Belgicæ, cum cœnobio, ad Roram fluvium, in Ducatu Juliacenſi. *Ann. Fra.*

Moraſthi, vicus Judææ apud Eleutheropolim, ſeu Hebron, patria Michææ Prophetæ. *Bibl*

¶ Moratum, *Morat*, oppidum Helvetiorum, Germanis *Murten*, ad lacum cognominem, ubi victus ab Helvetiis Carolus Burgundiæ Dux ultimus. 2. leucis diſtat à Friburgo in ſeptentrionem, & 3. à Berna in occaſum.

Moravia, regio Germaniæ, inter Bohemiam & Hungariam, ſic à Mora fluvio dicta: in qua Quadi & Marcomanni populi. Ejus urbes clariores, Olomucium, epiſcop. & regionis caput, Brina, Igla, & Sana, ſive Snoima. De ea ſic in libro Itinerarii 5.

Hinc Moravinus ager pluvium converſus ad auſtrum,
Marcomanos pingui ſub regione fovet.
Hic Igla cum Dejo tum dum emittuntur ad Iſtrum,
Et Mora quæ genti nomina clara dedit.

¶ Moravia, *Mahren* incolis, *Moravie* Gallis, provincia eſt

eſt Germaniæ, & pars regni Bohemiæ, inter Sileſiam ad ortum, & Boream, Bohemiam propriam ad occaſum, & Auſtriam cum Hungaria ad auſtrum, ſub dominio Imperatoris Regis Bohemiæ. Ibi aliàs Quadi populi; & ferè in duas partes dividitur Moravo fluvio. Ejus urbes præcipuæ ſunt Olomutium, *Olmutz*, Bruna, *Brin*, Iglava, *Iglavv*, & Znaima, *Znaim*.

¶ Moravia, *Muray*, provincia ampla Scotiæ Borealis, ab oriente in occidentem extenſa, cujus caput Elgia, ſeu Elginum; eſtque inter Roſſiam & Loquabriam ad occaſum, Badenotiam ad auſtrum, Buchaniam ad ortum, & Oceanum Germanicum ad Boream.

¶ Moravus, qui & Marus aliis, fluvius Germaniæ, *die Marh* Germanis, *Moravva* Slavis, Moraviam provinciam ſecat, & in Danubium fluvium cadit ex adverſo oppidi *Haynburg*, in Auſtria inferiori, 5. milliarib. Germanicis infra Viennam Poſonium verſùs. Oritur autem in ipſo limite Bohemiæ, juxta oppidum *Altſtat*, & Olomutium rigat.

¶ Moravus, *Morave*, fluvius Mœſiæ, in Servia regione, à quibuſdam Margus ſeu Margis antiquis dictus. Oritur in limite Macedoniæ, versùs fontes Orphei; & plurimis auctus fluviis, in Iſtrum labitur infra Senderinum, & 80. milliar. infrà Taurunum in ortum. Sed Moravus, ſeu Morava fluvius duplex eſt: alter major & Bulgariæ, qui in Danubium influit: alter minor Serviæ, qui in majorem ſe exonerat teſte Ioanne Lucio.

¶ Morbihanum, *le Morbihan*, portus capaciſſimus Galliæ, in ora Auſtrali minoris Britanniæ, propè Dariorigum Venetorum, & ad Oceanum Aquitanicum, ferè 7. leucis à Portu Ludovici.

Morbium, *Moreſby*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, in Cumbria regione ad occaſum.

Morbium, oppidum Brigantum, nunc eſt vicus *Moreſby* dictus, in Cumbria provincia, in ora maris Hibernici, 3. mill. Anglicis à Verkintonio in meridiem.

Morbonium, *Morbegno*, oppidum Rhætorum, ad Adduam fluvium, in valle Tellina, inter lacum Larium 8. & Sondrium oppidum in Cæciam 16. mill. paſſ. Arci Fontanæ, proximum.

Morda, *Merſe*, fluvius Albionis, in Wallia, apud Salopiam urbem, in Sabrinam influens.

¶ Mordiæum, Piſidiæ urbs Stephano, quam poſteà Apolloniam dictam ſcribit.

¶ Morduvæ, *Morduates*, populi Moſcoviæ, versùs Rham fluvium; ſatis extenſi, inter Czeremiſſos Nagornos ad ortum & Volodimeriam ad occaſum, ubi vaſtæ occurrunt ſylvæ.

¶ Moretum, *Moret*, oppidulum Galliæ, in Præfectura Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio agro, ad Lupiam fluvium, qui paulò poſt cadit in Sequanam. 15. leucis diſtat à Lutetia in meridiem.

Morgantium, Murgantia Livio, Morgentia Silio, *Murgo*, teſte Fazello, oppidum Siciliæ exciſum, in ora, apud Taurum promontorium, inter illud & oſtia Simethi, a Leontinis, 5. mill. paſſ. à Catina 20. in auſtrum. Populi Murgentini Ciceroni, & Plinio. Silius lib. 14.

Sederunt, non frondoſis Morgentia campis.

Morgentia, & Morgetia, & Morgentium, *S. Georgio*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum amplum, in Calabria ulteriore, apud Apenninum montem inter Poliſtinam 2. & Oppidum 6. mill. a Terra nova 8. ab Altano oppido exciſo 3. ab Hieracio 12. in Circium.

¶ Morgetes populi ab Oenotris pulſi, in Siciliam trajecerunt, teſte Strabone. Horum meminit etiam Halicarnaſſeus.

Morgus, *l'Orco*, fluvius Salaſſorum, apud Clavaſium oppidum Taurinorum in Padum decurrens. Fortè Orgus apud Plinium legendum eſt.

Moria, poſteà Syon ſeu Sion, (utroque enim modo ſcribitur) etiam vulgò *Sion*, mons Iudææ notiſſimus, apud Hieruſalem, in quo Abraham Iſaac filium immolare iuſſus eſt, teſte Divo Hieronymo.

Moricambe, *Bay of Cardronock*, teſte Camdeno, æſtus & fluvius Albionis, in ora occidua, in Comitatu Cumbaiæ, inter Itunam & Beliſamam amnes.

¶ Moricambe *Baye de Cardronock* Gallis, æſtuarium eſt parvum, ad oſtia amnis *Vvampul*, in parte Boreali Cumbriæ provinciæ, & juxta Itunæ æſtuarium, vix 4. milliaribus Scoticis à confinio Scotiæ, ſed longè à Beliſama æſtuario in ſeptentrionem, Speedo teſte.

Moridunum, *Seaton* Camdeno, oppidum Albionis, in * Wallia. Aliis eſt idem Mariduno; & aliis *Somerton* oppidum eſſe videtur. (* In Comitatu Devonienſi, apud oſtia Axæ fluvii.)

Morimaruſa, mare Septentrionale, quod Scythiam alluit, vulgò etiam *Mare Settentrionale*. *Plin.*

Morini, populi Belgii, quorum urbs olim epiſcopalis Tarvanna, *Terovanne*, vel *Terovenne*, ſub Archiepiſcopo Remenſi, nunc à Carolo V. Imperatore exciſa, jacens, in Picardiæ & Arteſiæ confinio: cui in epiſcopatu ſucceſſit Audomarenſis urbs, ad 3. leucas diſtans, & Bononia 9. in occaſum, & Hypræ urbs Flandrica; ſicque ex uno tres epiſcopatus orti. Virgilius libro 8. Æneidos: *Caſ. & al.*

Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis.

¶ Morini populi fuere Galliæ Belgicæ, in eo tractu ubi nunc pars occidentalis Flandriæ, inter Legiam fluvium, & Oceanum Germanicum, pars Boreali Arteſiæ, & Comitatus Bononienſis & Guinenſis, ſeu aliter ubi Diœceſes Bolonienſis in Picardia, Audomarenſis in Arteſia, & Iprenſis in Flandria. Eorum caput erat Tervanna, *Terovanne*, urbs aliàs ampla & permunita, in Arteſia, ad Legiam, nunc in ruinis jacens. Eorum urbes aliæ erant Geſſoriacum, Iccius Portus, Caſtellum & Hedena. Grudii autem populi Centrones, Gorduni, & Oromanſaci ſub Morinis complectebantur.

Moriſſena, regio Daciæ, in Hungariæ confinio, per quam Maryſſus fluvius decurrit, ubi Cenadium, urbs epiſcop. *Chonad*, vel *Choniad*. Ejus fit mentio in vita S. Gerardi Epiſcopi. *Script. Hung.*

¶ Moriſſena, ſeu Moroſſena, tractus Hungariæ ſuperioris, per quem Maryſus fluvius decurrit, à quo urbs Morſenes 2. milliaribus Germanicis versùs orientem diſtat, inter Cybinium ad ortum & Cenadium ad occaſum, cujus ſedes Moriſſena anteà dicta fuit; eſtque Tranſylvaniæ confinio.

Moritania, *Mortaign*, teſte Froardo, locus, ſeu monumentum in Belgio, in Flandriæ & Hannoniæ confinio, ad Scaldim fluv. Eſt & oppid. Galliæ Celticæ, in Comit. Perticenſi præcipuum, in monte, inter Druides, ſive Drocum oppid. Carnutum 15. & Belliſimum oppid. ejuſdem Comitatus 3. leucis, quod & Mauritania dicitur. Vide ibi. *Ann. Fland.*

¶ Moritania, *Mortagne*, pagus eſt amplus Flandriæ, in Tornacenſi territorio, & aliàs munitus, ad Scaldim, ubi recipit Scarpam fluvium, in confinio Hannoniæ, & 2. leucis à Tornaco in meridiem Valentianas versùs. Moritania autem ſeu Mortania, *Mortagne*, oppidum eſt amplum Galliæ Lugdunenſis in provincia Perticenſi, vix 2. leucis à confinio Normanniæ 17. à Carnuto in occaſum, 10. ab Alenconio in ortum, & 8. à Sagio in Eurum.

¶ Moritonium, *Mortagne*, oppid. Galliæ, in Pictavenſi prov. ad Separam Nannetenſem, in limite Andegavenſis tractus. Diſtat 9. leuc. à Nannetis in ort. hybernum, & 10. ab Andegavo in meridiem, vixque 3. à limite Britanniæ. *Scrip. Gall.*

Moritonium, *Mortain*, teſte Cænali, oppid. ampl. Galliæ Celticæ, in Neuſtria, ſeu Normannia regione, Baiocenſi urbi prox. ad 5. leucas diſtans, à Viria oppido 6. in Boream.

¶ Moritonium, *Mortain*, oppidum eſt Normanniæ inferioris, vix 2. leucis à Cenomanenſi provincia, 5. à Vira in meridiem 7. à Meduana, in Boream, & 8. ab Abrinco in ortum, ſed 18. ferè à Bajocis in meridiem.

Morius, fluvius Bœotiæ, circa Thurium montem.

¶ Morlæum, ſeu Mons relaxus quibuſdam, *Morlaix*, urbs Galliæ, in Britannia minori, ad amnem cognominem, cum portu in ora Boreali provinciæ, vix 2. leucis à mari Britannico dicto, 4. à Fano S. Pauli, & 11. à Trecorio in Africum. *Piuta.*

Moro, *Almourol*, vel *Mouraon*, teſte Vaſconcello, oppidum Luſitaniæ, in regno Portugallico, apud Anam fluvium, inter Oliventiam & Mauram oppida 6. leucis. *Strab.*

* Morœca, *Miranda*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Cantabris, ad Iberum fluvium, ex quo *Miranda de Ebro* nominatur, ad alterius Mirandæ diſcrimen, inter Viroveſcam 8. & Victoriam 6. leucis, à Dominicopoli 5. (* Seldeni manuſcriptum habet Μορικα.) *Ptol.*

¶ Moroeca, oppidum Cantabrorum, nunc vicus Caſtellæ veteris, *Villa Diego* quibuſdam, ad fontes Piſoracæ fluvii. Aliis eſt *Fuentibre*, ad fontes Iberi fluvii, longè a Miranda oppido in occaſum.

¶ Moroſegi; Vardulorum oppidum, in Hiſpania apud Plinium.

Mortaria & Mortarium, *Mortara*, oppidum Laumellinæ regionis, in territorio Ticinenſi, amplum, inter Papiam 25. & Vercellas 15. mill. paſſ. anteà Bella ſylva, poſteà ſic, ob cædem Longobardorum ab exercitu Caroli magni factam, quando, Deſiderio Rege capto, regnum ipſorum finem accepit, dictum; Acerris, ſive Achæris, vulgò *Acere*, antiquo caſtro proximum ad 3. mill. paſſ.

¶ Mortaria, *Mortare*, Gallis, oppidum eſt probè munitum Ducatus Mediolanenſis, Laumellinæ regiunculæ caput, ad amnem Gognam, vix 4. milliaribus a Viglebano in Africum, & 10. à Novaria in Eurum. Captum fuit anno 1658. à Gallis ſub Duce Mutinenſi, ſed poſteà redditum Hiſpanis pace ad Pyrenæos ſancita.

Pauſ. Mortuum mare. Vide Aſphaltis lacus.

Morvinum, locus Galliæ, quod an exſtet, & qui vocatur, nondum didici.

¶ Morundia, *le Morvant*, tractus Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, inter tractus Alexienſem, Auguſtodunenſem, & Divionenſem. Sed ejus periere limites. Satis eſt montuoſus; ſed in eo nulla urbs magni momenti.

Moſa, *la Meuſe* Gallis, *la Moſa* Italis, *Maeſe* Belgis, fluvius maximus Galliæ Belgicæ, ex Vogeſo monte in finibus Cingonum oriens, atque per Belgicam longo tractu in Boream decurrens, Rhenoque in Batavis junctus, ad Dordracum urbem Batavorum Oceano Germanico exceptus, multis irrigatis urbibus & oppidis. Cujus ſic meminit Sidonius Apollinaris in Panegyrio Majoriano:

Rhenus, Arar, Rhodanus, Moſa, Matrona, Sequana, Ledus.

Cæſ. Tac. Plin. & al. ¶ Moſa fluvius oritur in Campania provincia, juxta pagum *Meuſe* dictum, 5. leucis ab Andomatuno Lingonum in ortum; inde per Lotharingiam, & Barrenſem Ducatum fluens, ibi Novum Caſtrum, Valculerium, Commercium, Fanum S. Michaelis, Virodunum, Stenæumque rigat. Hinc per Campaniam iterum labitur ad Moſomum; & auctus Caro, Cedanum, Macerias, Carolopolim, Caſtrumque Reginaldi rigat: Deinde in Belgium tendens, ibi juxta Carolomontium & Dinantium labitur, poſteà ad Namurcum recipit Sabim, uti ad Leodium Vrtam fluvium. Tandem rigatis Trajecto ad Moſam dicto, Ruremunda, Venloa, Gravia, aliiſque, recipit Vahalim in Hollandia, & infra Dordracum, in Oceanum ſe exonerat.

Moſæus, Meſeus, Ammiano *Triticiri* Ortelio, ex tabulis aliis *Tiritiri*, & aliis *Macuf*, fluvius Suſianæ regionis, in ſinum Perſicum fluens.

¶ Moſambica, *Moſambique*, urbs Africæ, in Zanguebaria regione, in inſula parva littori annexa, ad oſtia fluvii cognominis, in ora Oceani Æthiopici, cum arce munita & portu celebri, ſub dominio Luſitanorum, media ferè inter Quiloam ad Boream, & Soffalam ad auſtrum, & 270. mill. paſſ. à proximiori, ora Delfinæ, ſeu Madagaſcariæ inſulæ in occaſum. Ei adiacent inſulæ S. Georgii & S. Jacobi & in ejus viciniis fluvius Mocambus in Oceacum ſe exonerat.

Ptol. Mosburgum, caſtrum Norici, in Carinthia, ad lacum *Verdſee* Lazio, everſum, inter Vacorium, ſeu Villacum, & Clagenfurtum.

¶ Moſcha, ſeu Moſcua, *Moſcovv*, urbs Europæ perampla, emporium celebre, & caput Imperii Moſchorum, ad Moſchum fluvium in qua magnus Dux Moſcoviæ reſidere ſolet. Creſcit in dies; ſed pro majori parte fœdo conflagravit incendio anno 1668. Arx eſt in ea perampla magni Ducis, quem incolæ *Czar*, ideſt, Imperatorem vocant, cum valido præſidio. Domus autem ſunt ligneæ omnes; Diſtat urbs ipſa 140. mill. paſſ. à confinio Poloniæ in ortum, uti 240. à Novogardia parva in Africum, & 370. à Novogardia magna in Eurum. Caput eſt Ducatus, ſeu provinciæ Moſcoviæ dictæ; ibique Moſcha fluvius recipit Jayuſam. Forma eſt penè rotunda ædificata, & dividitur in quatuor partes, quæ ſingulæ ſuis muris cinctæ ſunt. Intima pars, ſeu meditullium urbis appellatur *Kitaygorod*. Huic proximè adiacet Caſtellum regium, *Kremlenagrod* dictum. Pars quæ ab oriente, ſeptentrione, & occidente has cingit, *Tzargorod* dicitur, ideſt, Cæſarea civitas. Pars quæ has extra circumcingit, *Skorod* vocatur; eratque aliàs hæc urbs amplior, antequam à Tartaris Precopenſibus anno 1572. penè tota flamma deleretur.

Plin. Mel. Moſchi populi Aſiæ, circa Caſpium mare, teſte Mela, incolentes; ſed, teſte Plinio, circa Phaſidis fontes, ubi & montes Moſchici. Horum regio hodie *Moſcovia*, longè hinc diſtans in Boream, Moſchia Straboni, olim in Colchis, quòd hi populi ſuis finibus egreſſi, quæ nunc *Moſcovia* dicitur regionem occuparunt, & incoluerunt, nomine illi ſuó impertito, ipſique *Moſcoviti* Italis dicuntur; quorum regia urbs Moſcha *Moskovv*, à Cracovia Polon. regia, 260. leucis in Cæciam recedit. Lucan. lib. 3.

Honiochi, ſæviſque affinis Sarmata Moſchis.

Moſchi, & Moſci paſſim apud ſcriptores leguntur. Horum inter alios meminit Sidonius Apollinaris in panegyrico Aviro ubi ait:

Sauromatam teceo, ac Moſcum, ſolitoſque cruentum Lac potare Getas,

¶ Moſchi populi fuere Aſiæ, in Colchide & in limite Iberiæ, ubi nunc pars orientalis Mintgreliæ; ſed longè diverſi, & diſtantes à Moſcovia. Horum meminit Strabo, & eos à Cneio Pompejo ſubiugatos ſcribit Plutarchus.

Moſchius, *Morava* Lazio & aliis, fluvius Myſiæ ſuperioris, ex Orbelo monte in Danubium fluens. Sed aliis, præſertim Cornelio Sceppero, *Lym*, fluvius finitimus eſſe videtur.

¶ Moſchius fluvius Mœſiæ ſuperioris. Aliis eſt *Ibar*, fluvius in Servia regione. *Ptol.*

Moſcius, mons magnæ Græciæ, apud Scyllacium urbem, nunc ex ea nominatus.

¶ Moſcovia, & Moſchovia ſeu Ruſſia alba, *la Moſcovie*, ſeu etiam *la Ruſſie blanche*, regio eſt ex præcipuis Europæ verſus ſeptentrionem, & ampliſſima, ubi aliàs maxima pars Sarmatiæ Europææ, cum aliqua parte Aſiaticæ. Nunc etiam Ruſſia magna dicitur, *la grande Ruſſie*. Terminatur à ſeptentrione mari Concreto, ab ortu dividitur à Tartaria magna Peiſida, Obio & Iaicio fluviis, à meridie Tanai minore, vulgò *Donetz*, Deſna, & Pſola, à quibus ſeparatur à Tartaria minori, et ab occaſu Boriſthene et Narva fluviis, quibus dividitur a Poloniæ regno. Ejus longitudo ſumma inter promontorium Litarmin & Pſolæ confluentem ad oppidum Czircaſſium, implet milliaria Germanica 380. latitudo verò inter *Corelenborg* oppidum in confinio Finlandiæ, & Obium fluvium, juxta oppidum *Lepin*, eſt 300. milliarium, teſte Cluverio. Dividitur in quatuor præcipuas partes, nempè in Moſcoviam occidentalem ſeu præcipuam, Moſcoviam orientalem, Tartariam Moſcoviticam, & Lapponiam Moſcoviticam; ſub quibus ſunt 40. provinciæ circiter, quæ plerumque à præcipuis urbibus denominantur; & iis nunc addi poſſunt Smolenſcenſis & Severienſis Ducatus, qui anteà erant juris Polonici. Totius ragionis primaria urbs eſt Moſcua ſeu Moſcha. Notandum autem eſt partes Boreales, & Orientales Moſcoviæ non eſſe ſatis cultas & incolis frequentes pro provinciarum amplitudine. Moſcovia nomen habet ab urbe Moſcua, non à Moſcis populis ultra mare Euxinum, Colchis finitimis; in iiſque regionibus Ruſſi rerum potiti ſunt à Roxolanis, fortè deflexo paululùm nomine oriundi; atque eorum Principes ad Varagos originem referunt gentem tranſmarinam, ut ipſorum Annales teſtantur, qui Imperii ſedem primò Novogardiæ deinde Kioviæ, ac poſtremo Volodimiriæ habuerunt, antequam Moſcoviam ſeu Moſcuam transferretur.

¶ Moſcovia, *Moſcovia*, provincia eſt Ruſſiæ magnæ, quæ ab ea Moſcovia dicitur à recentioribus. Terminatur à ſeptentrione Roſtovia & Suſdalia provinciis, ab oriente Rhezania, ab occidente Bielkia, et à meridie Vorotina: Et ejus caput eſt Moſcua ſeu Moſcha, ſedes magni Ducis Moſcoviæ.

(*Moſcoviæ provinciæ, & partes*:

Aſtracanum regnum, royaume d'Aſtracan.
Biela Ozera, Ducatus, Biela Ozera.
Bielkia Ducatus, Bielki.
Bulgaria regnum, royaume de Bulgar.
Cargapolia, Cargapol.
Caſanum regum, royaume de Caſan.
Condora, Condora.
Czeremiſſi Logovi, les Czeremiſſes Logovvoi.
Czeremiſſi Nagorni, les Czeremiſſes Nagornoi.
Duina, Duvina.
Jaroslavia Ducatus, Jeroslavv.
Jugra ſive Jubra, Juhorski.
Lapponia Grandvicenſis, Bellamoreskoi Leporie.

Lap-

Lapponia maritima, MourmanskoyLeporie.
Lapponia Terſe, Terskoy Leporie.
Loppia, Lopie.
Lucomoria, Lucomorie.
Morduva populi, les Morduates.
Moſcovia Ducatus, Moſcovie.
Novogardiæ inferioris Ducatus, Niſi Novogorod.
Novogardia magna Ducatus, Novogorod Veliki.
Obdora, Obdora.
Permia, Permiki.
Petzora, Petzora.
Pleſcovia Ducatus, Pleskovv.
Pola, Pole.
Reſchovia Ducatus, Reſchovv.
Rhezania Ducatus; Rezan.
Roſtovia Ducatus, Roſtovv.
Samoiedæ populi, les Samoiedes.
Siberia, Siberie.
Suſdalia Ducatus, Suſdal.
Tingoeſi populi, les Tingoeſes.
Tuveria Ducatus, Tuver.
Viatka, Viatka.
Vkrania, Okraina.
Volodimeria, Wolodimer.
Vologda, Vvologda.
Verotina, Vorotin.
Vſtiuga, Ouſtiouga.

(*Moſcoviæ urbes præcipuæ:*

Arcangelopolis, l'Arcangel.
Aſtracanum, Aſtracan.
Biela Ozera, Biela Ozera.
Bielha, Bielha.
Cargapolia, Carhapol.
Cazanum, Cazan.
Coluga, Coluga.
Columna, Colomna.
Corela, Corela.
Demitriovia, Demitrioff.
Drogobuſcum, Drogobuſck.
Duina, Dvvina.
Iaroslavia, Iaroslavv.
Kola, Kola.
Ladoga, Ladoga.
Moſcha, Moſcovv, *regionis caput*.
Novogardia inferior, Niſi Novogorod.
Novogardia magna, Novogorod Velikir.
Papinogroda, Papinogorod.
Pereslavia, Pereslavv.
Permia, Permaveliki.
Petzora, Petzora.
Pleſcovia, Pleskovv.
Potivolium, Potivol.
Reſcovia, Reſchovv.
Rhezana, Rezan.
Roſtovia, Roſtovv.
Slaboda, Slaboda.
Soratovia, Soratof.
Suſdalia, Suſdal.
Tobolſca, Toboll.
Toropetia, Toropetz.
Tuveria, Tuver.
Vaſiligroda, Vaſiligorod.
Viatka, Viatka.
Vielkiluchia, Vielkiluki.
Voocza, Volockz.
Vologda, Vologda.
Volodimeria, Vvolodimer.
Vorotinum, Vorotin.
Vſtiuga, Ouſtioug.)

¶ Noſcus ſeu Moſcha, *Moſka*, fluvius Ruſſiæ albæ, ſeu Moſcoviæ. Oritur in Tuverenſi provincia, 70. milliaribus Ruſcicis ſupra Moſaiſcum, à quo ad Metropolim Moſcuam 90. milliaria ſimilia ſunt, 6. autem milliaribus ſupra Moſaiſcum navigabilis eſſe incipit. Hinc Moſcuam urbem rigat & dividit, atque infra Columnam in Occam ſe exonerat.

Moſella, Obrincus Ptolemeo, Moſula Floro, *Moſelle* Gallis, *Moeſel* Germanis, flumen Galliæ Belgicæ, per Auſtraſiam, ſeu Lotharingiam, & per fines Trevirenſium in Rhenum ad Confluentes urbem, multis acceptis amnibus, delabens. Fontes ab Araris fontibus 10. leucis diſtant: quo in ſpatio Lucius Veturius Romanus foſſam efficere conatus eſt, ut in Oceanum brevior eſſet navigatio. De ea Auſonius edyl. 10.

Salve magne parens frugumque virumque, Moſella.

¶ Moſella fluvius oritur in Lotharingia, ex monte Vogeſo, paulò ſupra vicum *Buſſans* dictum, in limite Alſatiæ & Comitatus Burgundiæ; deinde per Lotharingiam fluens, ibi Romaricum montem, Spinalium, et Tullum rigat; hinc auctus Murta, juxta Muſſi pontem labitnr, uti ad Divodurum, ubi recipit Sellam; poſtea Theodonis villam Belgii urbem rigat, atque Trevirim; tandem Rheno miſcetur ad Confluentes.

Moſini, populi Sarmatiæ. Vide Moſyni. Tibullius lib. 4. carmin. 1.

Quaque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat, atque * *Moſinos.*

(* Alii codices habet *Magynos*.)

Moſomagum, pagus Trevirenſium. Vide Nivomagum. De eo in vita S. Lupi Epiſcopi.

Moſomum, *Pont à Mouſon*, oppidum amplum Galliæ Belgicæ, in Lotharingia, ad Moſam fluvium, inter Virodunum & Mederiacum, à Viroduno 12. leucis in Boream, & Sedanum versùs, a Meſeriaco 7. à Rhemis verò (in cujus diœceſi eſt) 18. in ortum, Accademia, vbi Ieſuitæ ſcholam celebrem habent. *Script. Belg. Lib. Conc.*

¶ Moſomum, *Mouſon*, urbs eſt munita Galliæ, in Campania provincia, ad Moſam fluvium, in confinio Ducatus Luxemburgici, media inter Sedanum ad Boream, & Stenæum, ad auſtrum 3. leucis diſtans, 11. a Viroduno in ſeptentrionem, & 12. à Retelio in ortum. Pluries obſeſſa fuit hiſce ultimis temporibus, nunc tamen in dies reſtauratur. Sed 21. leuca diſtat in Circium, à Muſſiponte, *Pont à Mouſſon*, oppido Lotharingiæ, ad Moſellam. De quo vide Muſſipons.

* Moſon, oppidum Galatiæ, *Aricanda* Nigro. Fortè Mizinum Antonino (* in Seldeni manuſcripto Μοσιον.)

Moſopia, oppidum Sarmatiæ, in Ponto. Vide Moſopius nomen gentis. De quo Ovidius libro 6. Metamorphoſeon:

Barbara * *Moſopios terrebant agmina muros.*

(* Mopſopios legendum, Athenarum ſcilicet muros intelligendo.) *Ptol.*

Moſſini, populi Aſiæ minoris, in Myſia circa Pergamum urbem, quorum urbs in libro Conciliorum Moſyne, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Hierapolitano Phrygiæ, ut videtur. *Ovid.*

¶ Moſſinus, Cariæ fluvius, in Aſia minori, teſte Plinio.

¶ Moſteni, Lydiæ urbs apud Ptolemæum.

Moſylon *Omgauli*, teſte Moletio, promontorium & emporium Æthiopiæ, ſub Ægypto, ad ſinum Avaliten, inter fauces ſinus Arabici & Aromata. Moſſylicus Plinio. *Plin.*

Moſyni, Moſynœci Xenophonti, Diodoro, & aliis, populi Cappadociæ, ad Pontum Euxinum, inter Cytorum & Ceraſuntem urbes longo tractu incolentes, Tibarenis finitimi, Moſſonychi Valerio Flacco lib. 5. (in quibuſdam codicibus.) Vide Macrones. Sed Moſyni, teſte Mela, oram Euxini incolunt ultra Carambim promontorium, qui à Moſynœcis videntur eſſe diverſi, inter quos & Chalybes à Xenophonte locatur. Sunt & Moſyni in Sarmatia, Getis finitimi. Tibullus lib. 4. carm. 1. *Ptol.*

Quaque Hebrus, Tanaiſque Getas rigat, atque Moſynos.

Ubi Moſinos alii Codices habent. Vide ibi. Moſſyni gemino ſſ. apud Dionyſium lib. de ſitu orbis leguntur:

Moſſynique, domos prabent queis lignea tecta, *& al.*
Turribus arboreis habitantes, unde vocantur. *Plin.*

* Motene, Otene, Plinio, *Exechia*, teſte Caſtaldo, Armeniæ majoris regio, apud Cyrum flumen. (* in manuſcripto Seld. Τουτη.)

Motenum, *Pruck an der Leyte* Simlero, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Auſtria, apud Hungariæ limites, à Vienna 4. leucis in meridem, quod & Loytæpons Latino recenti dicitur. Sed Lazio *Martz* pagus eſt ejuſdem tractus. *Ptol.*

¶ Motenum ſeu Mutenum, oppidum aliàs Pannoniæ ſuperioris, quod, Cluverio teſte, eſt Caſtellum *Mozon* propè Danubium fluvium, in Auſtria inferiori. *Ant.*

¶ Motira, *Motir*, inſula parva Aſiæ, in Oceano Indico & una ex Moluccis ſtrictè ſumptis, ſub dominio Hollandorum. Dicitur à quibuſdam Timor; eſtque inter inſulas Tidorum ad Boream & Machianum

ad auſtrum. Vix 18. mill. paſſ. ab ora occidentali Giloli inſulæ diſtat.

Ito. Motuca, *Modica, vel Motica*, urbs Siciliæ, in ora Auſtrali, à Siculo 5. mill. paſſ. in ortum. Populi Muticenſes Ciceroni.

¶ Motuca, nunc *Modica*, oppidum eſt amplum Siciliæ, in provincia ſeu valle Neetina, ad Motycanum fluvium, 20. mill. paſſ. diſtat à Pachyno promontorio in occaſum, & 5. ab ora maris Africi in Boream. Dictum fuit etiam Motyca a quibuſdam.

¶ Motula, *Motola*, urbs parva regni Neapolitani, in provincia Hydruntina, ad radices Apennini, et in confinio agri Bariani, epiſcopalis ſub Archiepiſc. Barenſi 7. milliaribus diſtat ab ora ſinus Tarentini in ſeptentrionem, 13 a Taranto in Circium, & 25. a Bario

Pauſ. in meridiem.

Motya, oppidum Siciliæ, apud Pachynum promontorium, extinctum, (locus *S. Giovanni* ob ſacram ædem nominatur, teſte Fazello) ab Agrigentinis exciſum, Africanis incolis eiectis. Motya altera exciſa apud Hyccaram, inter illam et Panormum: locus nunc *Sferracavallo* nominatur; aliis *Porto Gallo*, a Panormo 18.

Diod. mill. paſſ. in occaſum.

Steph. Motya tertia in Sicilia, in peninſula, apud Erycem montem, in ora occidentali; locus *Mundello* Ortelio dicitur ex Aretio.

¶ Motya tertia in Sicilia, ubi olim portus ſat tutus. Nunc *Iſola di S. Pantaleone* dicitur; eſtque in valle Mazaræ, inter Drepanum ad Boream & Lilybæum promontorium ad meridiem, contra Ægades inſulas.

Motychanus, *Xicli*, teſte Fazello, ſic ab oppido quod alluit, fluvius Siciliæ; per oram Auſtralem fluens, inter Motyam & Inycum, Siculum oppidum amplum in-

Ptol. terluens.

¶ Moura, Moure ſeu *Fort Naſſavv*, oppidum Africæ cum arce munita, in Guinea regione, & in ora maris Æthiopici, ſub dominio Hollandorum. Vide Arx Naſſovia.

¶ Mozambica, *Mozambique*, urbs Africæ. Vide Moſambica.

Mſciſlauia, *Mſciſlavv*, urbs munita Poloniæ, in Li-

Sil. thuania, capta à Moſchis hiſce ultimis temporibus; cum aliàs ibi fuerint peſſimè accepti à Polonis ſub Sigiſmundo primo. Eſt in confinio Moſcoviœ 10 leucis Polonicis diſtat à Smolenſco in meridiem, & 18. à Mohilovia in ortum; eſtque juxta *Soſæ* fluvium.

Muciallia, *Mugello*, teſte Celſo Cittadino, ager Florentinus, à Florentia 14. mill. paſſ. Bononiam versùs.

Mucræ, pagus Samnii, inter Fauces Caudinas & Bovianum. Silius Italicus lib. 8.

Ant. *Qui Batulum Mucraſque colunt, Boviania quique.*

Muenna, locus Galliæ Belgicæ, inter Durocottorum & Divodurum, in Campania, a Durocottoro 10. mill. paſſ. in ortum. Vbi Axuenna legit Marcus Velſerus. Vide ibi.

Mugilones, populi Germaniæ, quorum nomen torrens *Muhel* in Auſtria redolere videtur, teſte Lazio.

Strab. ¶ Mujacum, *Muiaco*, regnum Africæ, in Æthiopia ſuperiori, valdè extenſum, inter regna Macoci & Giringbombæ, teſte Iſaaco Voſſio.

¶ Muicheum, *Muicheu*, urbs amplæ Imperii Sinarum, et ex præcipuis provinciæ Suchuenſis, propè fluvium Chiangum, & Hoanum lacum, teſte Martino Martinio.

¶ Mula, *Mul Yl*, inſula Scotiæ, ei adiacens ad occaſum, & Hebridum una, propè Lornam & Loquabriam provincias. Vide Maleos.

¶ Mulancum, *Meulan*, oppidum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Sequanam fluvium cum ponte. Aliàs munitum fuit; diſtatque novem leucis à Lutetia Rothomagum versùs, & tribus a Medunta.

Mulda, fluvius Bohemiæ, qui & Multavia, *Multavv*, per Budoviſſam & Pragam in Albim fluens. De quod lib. 5. Itinerarii:

Per quas lativago flumine Mulda fluit.

Script. Germ. ¶ Mulda, fluvius Germaniæ, in Bohemia, *Muldavv* Germanis, & *Wltava* Bohemis. Oritur in ultimo limite Bohemiæ, ferè 5. milliaribus Germanicis à Paſſavia in Boream, et 3. infra Pragam. In Albim ſe exonerat juxta Melnicum oppidum.

¶ Mulhuſia, *Mulhauſen*, urbs Germaniæ, in Alſatia ſuperiori, ad Hellelum fluvium, Imperialis, & Helvetiis aggregata ab anno 1615, eſtque in Sundgovia inſerta. Diſtat tribus leucis à Ferretta in Boream uti à Baſilea in Circium & à Neoburgo in occaſum.

¶ Mulhuſia, urbs Germaniæ, in Thuringia, vulgò *Mulhauſen*; Imperialis & ſatis culta, ad radices montium, juxta amnem *Vnſtrutt*. Diſtat ferè 7. milliaribus Germanicis ab Erfordia in occaſum, & 4. ab Iſenaco in ſeptentrionem Northuſiam verſùs.

¶ Mulleraſium, *Mulleras*, oppidulum Germaniæ, in media Marchia Brandeburgica, in limite Luſatiæ inferioris, vix 2. milliaribus Germanicis à Francofurto, ad Oderam fluvium, & dimidio tantùm à Spreha fluvio. Hic anno 1669. ductum eſt incile juſſu Electoris Brandeburgici inter Oderam, & Spreham flumina, quo lintres ex Odera in Sprepham ducuntur; deindeque per Harvelam in Albim fluvium deſcendere poſſunt, & viciſſim.

¶ Multanum, *Multan*, urbs Indiæ, prov. cogn. caput, ad Indum fluv. media ferè inter Lahorium ad ortum & Candaharium ad occaſum, ſub dominio Magni Mogolis; fuitque aliàs perampla & probè culta, nunc deficit.

Mulucha, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, ad Mulucham fluvium, ſeu Molochath.

¶ Mulvia, *Mulvia*, fluvius Africæ, in Barbaria. Oritur ex Atlante monte; & auctus aliquot aliis fluminibus, regna Fezzæ & Telenſini ſeparat, deindeque in mare mediterraneum ſe exonerat. Plin.

Munda, fluvius Luſitaniæ. Vide Monda.

Munda, urbs Hiſpaniæ Bœticæ, apud Arundam urbem exciſa, adhuc *Munda*, teſtibus Morali, Cluſio, & aliis, dicta. Licèt, teſte Mariana, Munda vetus, *Runda la veja* vel *Ronda la veja*, dicatur, ab Arunda 2. leucis, à Munda verò n ova 3. à Malaca 20. mill. paſſ. in colle, apud fluviolum. Hinc Pompejani à Cæſare cæſi ad 30000. peditum, & 5000. equitum. Lucanus lib. 1.

Vltima funeſta concurrunt prælia Munda.

Silius libro 3.

Et munda Æmathios Italis paritura dolores.

¶ Munda vel Vveiſſelmunda, *Weiſſelmund*, fortalitium Poloniæ, in Pruſſia Regia valdè munitum in Apice dextro oſtii, per quod Viſtula fluvius in mare Balticum ſe effundit; unde etiam Vveiſſelmunda, id eſt, *der mundt der Weichſel*, os Viſtulæ dicitur & impedit quominus hoſtiles naves flumen ingrediantur. Propè & infra Gedanum ſedet.

¶ Munghoa, *Munghoa*, urbs Imperii Sinarum, in Junnana provincia, & propè lacum, teſte Martino Martinio.

Municipia Romana quædam fuere in Italia, quædam extra Italiam. (Municipes (juxta Aulum Gellium) ſunt Cives Romani ex municipiis, legibus ſuis & ſuo jure utentes, muneris tantùm cum pop. Ro. honorarii participes, a quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus, neque ulla populi Romani lege adſtricti. Coloniæ verò non veniunt extrinſecus in civitatem, nec ſuis radicibus nituntur; ſed ex civitate quaſi propagatæ ſunt & jura inſtitutaque omnia populi Romani, non ſui arbitrii habent.

Municipia Romana in Italia. † ſignum eſt interiiſſe:

Acerræ, in Campania, Livio.
Alatrium, in Latio, ex veteri inſcriptione.
Alliſa, in Samnio, ex veteri inſcriptione.
Ameria, in Vmbria, Ciceroni.
Anagnia, in Latio, Livio, Ciceroni.
Aquinum, in Latio, Livio, Ciceroni.
Aretium, in Hetruria, vetus inſcriptio.
Aricia, in Latio, Livio, Velleio, Feſto, & Gellio.
Arpinum, in Latio, Livio, Ciceroni.
Aſculum in Piceno, Ciceroni.
Aſſiſum, in Vmbria, ex veteri inſcriptione.
† Atella in Campania, ex veteri inſcriptione, Feſto.
Blera, in Hetruria; ex veteri inſcriptione.
Bononia, in Gallia Togata, ex Feſto.
Bovillæ, in Latio, ex Cicerone.
Cære, in Hetruria, ex veteri inſcript. Aulo Gellio.
Calenum, in Campania, Ciceroni.
Capena, in Hetruria, ex veteri inſcriptione.
Capua, in Campania, ex veteri inſcriptione.
† Caſinum, in Samnio, ex veteri inſcriptione.
† Caſventum, in Vmbria, ex veteri inſcriptione.
Cluſium, in Hetruria, ex veteri inſcriptione.
Cora, in Latio, ex veteri inſcriptione.
† Cumæ, in Campania, Livio & ex veteri inſcript.

Epo-

Eporedia, in Salaſſis, ex Tacito.
Ferentinum, in Latio, Livio.
Forentum, in Latio, Plinio.
† Formiæ, in Latio novo, Livio.
† Forum Flaminii, in Vmbria, ex veteri inſcript.
Forum Sempronii, in Vmbria, ex veteri inſcript.
Fundi, in Latio, Livio.
† Gabii, in Latio, Ciceroni.
Hiſpellum, in Vmbria, ex veteri inſcript.
Hydruntum, in Salentinis, ex veteri inſcriptione.
Interamna, in Latio, ex veteri inſcriptione.
† Lanuvium, Latio Livio, Ciceroni.
Larinum, in Frentanis, Ciceroni.
Lavici, in Latio, Ciceroni.
Luca, in Hetruria, Feſto.
Mediolanum, in Inſubria, Tacito.
Mevania, in Vmbria, vetus inſcriptio.
† Mevoniola, ibidem.
✠ Nahartes, in Vmbria, vetus inſcriptio.
Nepet, in Hetruria, Feſto.
Nola, in Campania, Feſto.
✠ Nomentum, in Sabinis Livio.
Novaria, in Inſubria, Tacito.
✠ Numana, in Piceno, ex veteri inſcriptione.
Ocriculum, in Vmbria, ex veteri inſcriptione.
✠ Pedum, in Latio, Livio.
Piſæ, in Hetruria, Feſto.
Placentia, in Gallia Togata, Feſto.
Præneſte, in Latio, Feſto.
Privernum, in Latio, Livio, & ex veteri inſcript.
Rhegium, in Brutiis, vetus inſcriptio.
Sæpinum, in Samnio, vetus inſcriptio.
Sarſina, in Aemilia, ex veteri inſcriptione.
✠ Scaptia, in Latio, Plinio.
Seguſium, in Taurinis, ex veteri inſcriptione.
✠ Sinveſſa, in Campania, ex veteri inſcriptione.
Sueſſa, in Campania, ex veteri inſcript.
† Sueſſula, in Campania, ex veteri inſcriptione.
Surrentum, in Picentibus, ex veteri inſcript.
Sutrium, in Hetruria, Feſto.
✠ Tarquinii, in Thuſcia, Ciceroni.
Tibur, in Latio, Feſto.
Tifernum, in Vmbria, ex veteri inſcriptione.
✠ Trebula, in Latio, Livio.
✠ Tuſculum, in Latio, Sexto Pompejo, Livio.
Vercellæ, in Inſubria, Tacito.
† Vindinum, in Vmbria, ex veteri inſcriptione.
Vrbinum, in Vmbria, ex veteri inſcriptione.

Municipiorum aliquot Italiæ apud veteres alius Catalogus:

Acerræ, Campaniæ.
Aletrium, Latii.
Allifa, Samnii.
Ameria, Vmbriæ.
Anagnia, Latii.
Aretium, Hetruriæ.
Aricia, Latii.
Arpinum, Latii.
Aſculum, Piceni.
Aſſiſium, Vmbriæ.
✠ Atella, Campaniæ.
Blera, Hetruriæ.
Cære, Hetruriæ.
Capena, Hetruriæ.
✠ Caſſinum, Samnii.
Cluſium, Hetruriæ.
† Cora, Latii.
✠ Cumæ, Campaniæ.
Eporedia, Galliæ Subalpinæ.
✠ Formiæ, Latii novi.
✠ Forum Flaminii, Vmbriæ.
Fundi, Latii novi.
✠ Gabii, Latii.
Hiſpellum, Vmbriæ.
Hydruntum, Salentinorum.
Interamna, Vmbriæ, vel Latii.
Labici, Latii.
✠ Lanuvium, Latii.
Larinum, Apuliæ.
✠ Mæcia, Latii.
Mediolanum, Inſubriæ.
Mevania, Vmbriæ.
Nepet, Hetruriæ.
Nola, Campaniæ.
† Nomentum, Sabinorum.
Novaria, Inſubriæ.
† Numana, Piceni.
† Pedum, Latii.
Privernum, Latii.
Rhegium, Brutiorum,
Sæpinum, Samnii.
✠ Scaptia, Latii.
Seguſium, Galliæ Subalpinæ.
Sueſſa, Campaniæ.
† Sueſſula, Campaniæ.
Surrentum, Picentinorum.
Tifernum, Vmbriæ.
† Trebula, Latii.
† Tuſculum, Latii.
Vercellæ, Inſubriæ, in confinio Galliæ Subalpinæ.
Vrbinum, Vmbriæ.

(Erant verò Præfecturæ oppida Italiæ, in quibus qui habitabant, nec ſuis legibus, ut municipes, vivebant, nec ullos de ſuo corpore magiſtratus creare poterant. ſicut coloni;ſed à magiſtratibus Romam miſſis regebantur.)

Præfecturæ Romanæ in Italia. (Alterum catalogum vide in voce Præfectura.)

Acerræ, in Campania, Sexto Pompeio.
Alliphæ, in Samnio.
Anagnia, in Latio.
Arpinum, in Latio.
† Atella, in Campania.
Atina, in Latio, Ciceroni.
Cære, in Thuſcia.
† Calatia, in Campania.
Calenum, ibidem, Ciceroni.
Capua, ibidem.
Caſilinum, ibidem.
✠ Caſinum, ibidem, Ciceroni.
Cora, in Latio, Ciceroni, Straboni.
✠ Coſſa, in Thuſcia, Ciceroni.
† Cumæ, in Campania.
† Formiæ, in Latio novo.
Fruſino, in Latio.
Fundi, in Latio.
✠ Linternum, in Campania.
Neapolis, ibidem, Ciceroni.
Nurſia in Vmbria.
Placentia, in Æmilia, Ciceroni,
Præneſte, in Latio, Ciceroni.
Puteoli, in Campania.
Reate, in Sabinis, Ciceroni.
† Saturnia, in Thuſcia.
Sora, in Latio, Ciceroni.
Sueſſa, in Campania, Ciceroni.
† Sueſſula, ibidem.
Tibur, in Latio, Ciceroni.
Venafrum, in Samnio.
Vulturnum, in Campania.

Hinc vides eaſdem urbes colonias ſuiſſe, & municipia, & præfecturas; & aliàs conditionem mutaſſe, ex præfecturis colonias, vel municipia, vel ex coloniis municipia factas. Municipia extra Italiam plurima fuere, quæ colonias numero ſuperabant. *Ptol.*

Munitium, *Gottingen*, teſte Villanovano, urbs Germaniæ, in Haſſiæ Saxoniæque confinio, media inter Mundam ad meridiem & Eimbecam ad Boream 3. leucis, à Caſſella 5. Brunſvicum versùs 12.

¶ Munitium, oppidum Cattorum quibuſdam eſt Gottinga, *Gottingen*, urbs Saxoniæ inferioris, in Ducatu Brunſvicenſi, ad Leinam fluvium, in confinio Haſſiæ, 3. milliaribus Germanicis à Viſurgi in ortum, 4. ab Embeca in auſtrum, & 8. à Northuſia in occaſum diſtans.

¶ Munſterberga, *Munſterberg*, urbs Germaniæ, in Sileſia. Duci proprio paret cum regiuncula adjacente. Arcem habet ſplendidam, ad Olavum amnem, 7. milliaribus Germanicis diſtat ab Uratislavia in meridiem, & totidem ab Oppolia in occaſum Bohemiam versùs.

Munychia, portus Atticæ, Piræo proximus, inter illum ad occaſum & Sunium promontorium ad ortum, apud Iliſſi fluvii oſtium, nomen antiquum retinens. Ovidius lib. 2. Metamorph. *Xenop. Strab. & al.*

Munychioſque volans agros, gratamque Minervæ
Deſpectabat humum.

A Munycho Principe nomen habet, qui ibi templum

Dia-

Dianæ exſtruxit, quæ propterea Munychia cognominata, Straboni & Plutarcho.

¶ Munychiatis, regio Arabiæ Petrææ, teſte Ptolemæo.

¶ Mura, *Muer*, fluvius Germaniæ. Fontes habet in ditione Salisburgenſi; deinde per Stiriam fluens, ibi Judenburgum, Pontem ad Muram dictum, & Græcium urbem amplam & provinciæ primariam, Rachelpurgum rigat; ac tandem Dravo miſcetur in ipſo limite Hungariæ.

Muranum, Summuranum Antonino, *Morano*, oppidum Lucaniæ, in Brutiorum confinio, in monte, apud ortum Sybaris fluvii & Caſtrovillarium, ab eo 4. mill. paſſ. licèt Gabriel Barrius ipſum Caſtrovillarium eſſe velit, inter Salernum ad occaſum 96. & Conſentiam in ortum 40. Hic Ortelius labitur, errore hoc oppidum Campaniæ longè hic diſtanti tribuens.

Vet. in. ¶ Muranum, oppidum Lucaniæ, nunc *Morano*, caſtrum Calabriæ citerioris, in confinio Baſilicatæ. Eſt intra Apenninum montem, 40. mill. paſſ. à Coſentia in Boream, & medium inter ſinum Tarentinum ad ortum, & mare Tyrrhenum ad occaſum, 16. milliaribus utrinque diſtans.

¶ Muranum, *Mouraon*, oppidum Hiſpaniæ, in Portugallia, juxta Anam fluvium. Quibuſdam eſt Moro. Vide ibi.

¶ Muratum, *Murat*, oppidum Galliæ, in Alvernia ſuperiori, ad radices Cantalii montis, juxta Alagnonem amnem. 3. leucis à Floriopoli in Circium diſtat.

¶ Muravia, *Muravv*, oppidum Germaniæ, in Stiria ſuperiori, ad Muram fluvium, in confinio ditionis Saliſburgenſis, 6. milliaribus Germanicis à Judenburgo in occaſum, & 4. à limite Auſtriæ.

¶ Murbacum, *Murbach*, oppidum Germaniæ, in Alſatia ſuperiori, cujus Abbas loci dominus ſub clientela Regis Franciæ. 2. leucis diſtat à Vogeſo monte in ortum, & 3. à Colmaria in Africum, uti à Mulhuſia in Circium.

Ptol. Murbogi, populi Hiſp. Tarraconenſis, quorum metropolis ſunt Burgi, urbs regia Caſtellæ veteris, *Burgos*, intra montes. Vide Burgi.

Scrip. Hiſp. Murcia, olim Murgis, ut quibuſdam videtur, *Murcia*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Baſtetanorum, & regni Murcienſis caput, ſive conventus juridicus, a Carthagine nova 9. cujus idem eſt Epiſcopus, non longè à finibus regni Valentini, ab Oriola urbe ejus regni 4. leucis in Africum diſtans. Hæc anno ſalutis 1265. ab Hiſpanis, ejectis Mauris, recuperata eſt.

¶ Murcia, *Murcia*, aliàs Vergilia dicta, teſtibus Brietio & Sanſone, urbs eſt ampla, ad Seguram fluvium, in planitie peramœna, & Regni Murciæ caput, 3. leucis diſtat ab Oriola in occaſum, & 6. à Carthagine nova in Boream.

¶ Murcianum regnum, *Reyno de Murcia*, provincia Hiſpaniæ ſatis parva ad meridiem, Caſtellæ novæ annexa, à qua terminatur à ſeptentrione, uti regno Valentino ab ortu, regno Granatenſi ab occaſu, & mari Mediterraneo & ſinu Virgitano, à meridie. Regio titulo inſignitur, quòd aliàs Reges Mauros habuerit per aliquot annos. Ejus præcipuæ urbes ſunt Murcia, regni caput, & Cartago nova. Ibi aliàs Baſtitani ex parte.

¶ Muretum, *Muret*, oppidum Galliæ, in Aquitania, & in tractu Convenarum, ad Garumnam fluvium. Ibi anno 1213. grandi clade affecti fuere Albigenſes hæretici à Simone Montfortio, cæſis eorum 15. millibus, ipſoque Aragonum Rege eorum Duce.

¶ Muretum, *Muret*, locus in Aquitania, in provincia Lemovicenſi, haud procul à Ratiaſto Lemovicum in ortum. In hoc loco primùm jacta ſunt fundamenta Ordinis Grandimonteſis, teſte Stephano Baluzio.

Murgantia, Morgentia, & Morgentium, ſeu Mogetium Stephano, *S. Georgio*, Barrio, oppidum amplum Brutiorum, ad montes Apennini radices, à littore ſupra 8. mill. paſſ. ab Hieracio 12. Vide Morgentia. Sed Murgantia apud Livium non in Brutiis, at in Samnio eſt; eaque nunc *Morcone* dicitur, oppidum amplum, inter Beneventum 16. & Bovianum 11. mill. paſs. in Comitatu Moliſio.

Murgentia, ſeu Murgentum, oppidum Siciliæ exciſum eſt, locus *Murgo* dicitur, teſte Fazello, à Leontinis *Plin.* 5. mill. paſs. diſtans.

Ptol. Murgis, Murgi Antonino, oppidum Hiſpaniæ geminum: unum maritimum, in Hiſpaniæ Tarraconenſis, & Bæticæ confinio, in ora regni Granatenſis, *Muxacra* hodie, teſtibus Floriano & Mariana, inter Virgi ad ortum 2. & Charidemum promontorium ad occaſum 3. leucis. Alterum oppidum olim Bæticæ, nunc pagus regni Glanatenſis, *Murga*, teſte Mariana. Sed Cluſio eſt *Murcia* urbs, regni Murcienſis caput.

¶ Murgis oppidum Turdulorum, in Hiſpania Bætica. Nunc eſt *Muxacra* Brietio & aliis; eſtque in ora Maris Mediterranei, ferè 3. leucis a limite regni Murciæ, & 6. a Charidemo promontorio in Cæciam. Caſtrum habet ſatis munitum.

Muris, Mœris Ptolemæo, & aliis. Vide ibi. Cujus meminit Pontanus lib. 5. Vraniæ. *Hero.*

Stagnat Maris aquis, vaſta & mons ſurgit arena.

Murocincta, *Muers*, oppidum Germaniæ inferioris, apud Rhenum, in Ducatu Cliviæ, inter Coloniam Agrippinam 9. & weſaliam in Boream 3. apud Diſpargum, a Clivia 7. à Treviris 100. mill. paſs. diſtans, teſte Ammiano. *Amm.*

¶ Murocincta, *Moers* incolis, *Meurs* Gallis, oppidum munitum Germaniæ, proprio Comiti Principi Auraico parens, ſed in ditione Colonienſi inſertum. Vix una leuca diſtat à Rheno fluvio, 9. à Colonia Agrippina in Boream, 3. à Gueldria urbe in Eurum, & una tantùm à limite Ducatus Clivenſis.

Muroela, *Muera* Lazio, oppidum olim Pannoniæ ſuperioris, nunc pagus Stiriæ, apud Muram fluvium, & Muræpontum oppidum, à Græcio urbe 6. leucis in Corum, Aliis eſt *Mureck*, oppidum Stiriæ, ad Muram fluvium à Græcio 5. in Eurum Bolentium verſùs. *Ptol.*

¶ Mureola, oppidum Pannoniæ, nunc eſt *Mureckh*, oppidum Stiriæ inferioris, ad Muram fluvium, 3. leucis a Græcio in Eurum Rakelpurgum verſùs, a quo vix. 4. leucis diſtat, uti 8. à confinio Hungariæ, in occaſum.

Murotriges, ſeu, ut in codice Græco Ptolemæi legitur, Durotriges, populi Albionis, Damnoniis proximi, ad ortum cedentes: quorum regio *Somer ſetſhire*, teſte Lhuydo, dicitur. Sed vide Durotriges. *Ptol.*

¶ Murſa, Galliæ caſtellum, trium dierum itinere à Lugduno, ubi Magnentium à Conſtantino Imperatore prælio ſuperatum ſcribunt Etropius, Socrates, & Sozomenus. Quid ſit nunc non conſtat.

Murſa, Murſia Ptolemæo, *Eſſeck* ſive EzecK Lazio, colonia olim & urbs epiſcopalis Pannoniæ inferioris, nunc oppidum Hungariæ, ad Draum fluvium, medium inter Quinque Eccleſias, & Bononiam in ortum 7. ferè leucis, à Buda 18. verſùs Sirmium in Euronotum, à Siſcia 134. mill. paſſ. in Cæciam ex Antonini Itinerario. *Ant.*

Murſella oppidum erat Pannoniæ ſuperioris, inter Sabariam 22. & Arabonem 10. mill. paſſ. ex eodem Itiner.

¶ Murta, *la Meurte*, fluvius Galliæ, in Lotharingia. Oritur ex Vogeſo monte, Nancejumque rigat, & deinde in Moſellam ſe exonerat 3. leucis ſupra Muſſipontem.

¶ Murta, *la Murta*, celebre monaſterium Hieronimitanorum, in Catalonia, haud procul à Barcinone.

Murthlacum, *Murtlay*, teſte Hectore Boetho, oppidum Scotiæ, Aberdonenſis Diœceſis, olim urbs epiſcopalis, cui in epiſcopali ſede ipſa Aberdonia ſucceſſit. Murthlacum enim apud Scriptores Scotos urbs fuit epiſcopalis Scotiæ, in Marria regione, à Malcolmo III. Rege epiſcop. ſede exornata, cum priùs pagus eſſet, cum templo divo Moloco ſacro. Nunc à Danis exciſa, & propè deleta, cœnobio ibi exſtante, ignobilis vicus eſt, cujus ſedes epiſcopalis in proximam urbem Aberdoniam, Accademiam, & emporium translata fuit circa annum ſalutis 1019. à qua 12. mill. paſſ. abeſt. *Scrip. Scot.*

¶ Murvis, oppidum Africæ propriæ, teſte Ptolemæo. *Ant.*

Murum, *Mur*, teſte Scudo, ſeu *Caſtel Mur* Simlero, oppidum ſeu pagus Rhætorum, inter Clavennam oppidum ad meridiem 12. & Tinnetionem in Cæciam & Boream 16. mill. paſſ. Curiam verſus. Sed *Mur* apud Scudum in *Bregentz* tractu ponitur.

Murus, *Muro*, urbs Lucaniæ, in Baſilicata, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Compſano, inde 12. mill. paſſ. in meridiem diſtans, à Marſico 24. à Potentia 18. in occidentem. Murus quoque mons Luſitaniæ, Vindii ramentum, per agrum Viſenſem & Lamacenſem extenſus, Marano, & Alcobæ agri Conimbricenſis junctus, teſte Reſendio. *Prov. Rom.*

¶ Murus, *Muro*, urbecula eſt Baſilicatæ, in confinio Prin-

Principatus citerioris, propè Apenninum montem, 12. mill. paſſ. à Compſa in Eurum, 24. à Marſico in Boream, & 20. ab Acheruntia in occaſum, & deficit in dies.

¶ Murus Picticus, *Mur Sever*, ſeu, & meliùs, *The Picts Wal*, antiquus ultimuſque Romani Imperii limes. Primò ex Ceſpitibus & ſtipitibus ab Hadriano Imperatore factus eſt: Poſt à Severo Imperatore multò jam munitior conſtructus, per continentem à mari Germanico ad mare Hibernicum perductus fuit, opus ſanè adeò celebre, ut inde Britannici titulus pro cognomento Imperatori illi acceſſerit. Tandem Imperio jam devergente, è ſolido ſaxo octo pedum latitudine & duodecim altitudine à *Bonlneſſe* propè Itunæ ſinum in occidentem inchoatus, perpetuo tractu ad Tinæ oſtium in oriente ductus eſt, & linea maxima ex parte directa per montes vaſtos aſcenſu & deſcenſu ſuper præruptas rupes & excelſos colles procurrens, centum ferè mill. paſſ. longitudine collegit: cujus quidem ductus multis in locis etiamnum extat in Cumbria & Northumbria provinciis, ſuis tantùm pinnis nudatus. In eo crebræ turres ſpeculatoriæ mille paſſus inter ſe diſtantes exſtructæ ſunt, in quibus milites ad tutandos ab hoſtilibus incurſionibus fines excubarunt, teſte Joanne Speedo.

Muſæus, fluvius Gothiæ, in Myſia inferiori, in quo S. Sabas ſubmerſus ab hoſtibus fuit.

Muſagores, Muſagori Melæ, tres inſulæ parvæ Cretæ, in ora Auſtrali, ante Criumetopon promontorium, quæ potiùs ſcopuli quàm inſulæ, nomine nunc carent.

¶ Muſcanda, urbs Antiochianæ regionis, in Cappadocia, teſte Ptolemæo.

¶ Muſcaria, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs, in Vaſconibus, teſte Ptolemæo.

¶ Muslubium, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, inter Salden & Chobata, teſte Antonino.

¶ Muſopalla, urbs Indiæ intra Gangem. Nunc creditur *Viſapor*, Viſapora, urbs regni Decani præcipua, in tractu *Cuncan* dicto, ubi perſæpe regia ſedes, ad Mandovam fluvium, 5. leucis Hiſp. à Goa in Cæciam diſtans.

¶ Muſſe, Africæ propriæ urbs, ad Cinyphum fluvium, teſte Ptolemæo.

¶ Muſſidanum, *Mucidan*, oppidum Galliæ, in Aquitania & in Petrocoricenſi prov. ad Illam fluv. 5. leuc. infra Petrocorium in occaſum, & 4. à Bergeraco in Boream, aliàs munitum.

¶ Muſſipontum, *Pont à Mouſſon*, oppidum Lotharingiæ, ad Moſellam fluvium. Dicitur à quibuſdam Pons Camaſonis; eſtque Accademia recens inſtituta. 5. leucis diſtat à Nancejo in Boream versùs Mediomatrices, ferè 2. à Nomenio in occaſum, 5. à Tullo in Cæciam, & 6. à Fano S. Michaelis in ortum. Fuit aliàs munitum; & diſtat à Moſomio urbe Campaniæ 18. leucis in Eurum.

Muſti, urbs Africæ olim epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, mediterranea, ad Bagradam fluvium, Aſſuro proxima, ab eo 20. mill. paſſ. Carthag. versùs 88. à Sicca 32. à Cirta 198. in ortum, à Laribus 30. cujus regio Munſtitana à Divo Auguſtino appellatur.

¶ Mutala, & Mutalaſca, pagus Cappadociæ, Cæſareæ finitimus, S. Sabæ Abbatis patria.

¶ Muthi, Thebaidis in Ægypto urbs Antonino, Mutheos in libro Notitiæ.

¶ Muticenſes, populi Siciliæ. Vide Motuca, nunc *Modica*.

Mutilum, Mutila Obſequenti, *Mutigliana* Blondo, *Modigliana* vel *Modiana*, Leandro, oppidum Galliæ Togatæ, in Æmilia, ſive Romandiola, non obſcurum, apud Anemonem fluvium, à Faventia 12. mill. paſſ. in auſtrum, à Forolivii 15. recedens.

¶ Mutilum, *Modigliana*, oppidulum eſt in colle, juxta Marzanam torrentem, & in ea parte Romandiolæ, quæ magno Duci Hetruriæ ſubeſt, in confinio ditionis Pontificiæ, 10. milliaribus recedens in Africum à Foro Livii, & & 13. à Britinorio in occaſum.

Mutina, *Modena*, colonia & urbs Galliæ Togatæ, in via Æmilia, inter Regium Lepidi 15. & Bononiam in ortum 20. mill. paſſ. occurrens, antiqua, unaque ex 12. Thuſcorum coloniis trans Appenninum montem, ampla, epiſcopalis ſub Archiep. Ravennate, & ſedes Ducum Ateſtinæ familiæ. Populi Mutinenſes. De ea Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon:

-mœnia pacem
Victa petent Mutina; Pharſalia ſentiet illum.

¶ Mutinenſis Ducatus, *Ducato di Modena*, ſeu *il Modeneſe* incolis, *le Modenois* Gallis, provincia eſt Italiæ, in Longobardia, ſub dominio proprii Ducis ex Ateſtina familia, cui etiam ſubſunt Ducatus Regienſis, *il Ducato di Regio*, Principatus Carpenſis, *il Prencipato di Carpi*, Principatus Corregienſis, *il Prencipato di Corregio*, dominium Saxuolenſe, *la Signoria di Saſſuolo*, Friniana, *la Frignana*, & Graſiniana pro majori parte, *parte della Graſignana*: Et ex his omnibus conflata eſt ditio Mutinenſis, *lo Stato di Modena*. Terminatur autem à ſeptentrione Ducatibus Mantuano, & Mirandulano, ab oriente Bononienſi agro ditionis Pontificiæ, à meridie ditione magni Ducis Hetruriæ, & ex parte Lucenſi agro, & ab occidente Ducatu Parmenſi. Totius ditionis caput eſt Mutina, *Modena*, urbs munita, intra paludes, cum arce recenti, propè Seciam fluvium. Ditio autem Mutinenſis extenditur à ſeptentrione in meridiem ad 60. milliaria, ab ortu in occaſum ad 45. circiter; & aliàs ſuberat Duci Ferrariæ ex eadem gente Eſtenſi. Sed Principatus Corregienſis à paucis tantùm annis factus eſt juris Mutinenſis, cum antea Principes haberet proprios.

Mutinenſis Ducatus urbes:

Brixellum, Berſello.
Carpum, Carpi.
Caſtrum novum Graſinianum, Caſtel novo di Graſagnana.
Corregium, Corregio.
Finarium, Finale di Modena.
Mutina, Modena.
Regium Lepidi, Regio.

Mutuſcæ, quæ & Trebia ac Trebula, *Trevi*, urbs Umbriæ olim epiſc. nunc oppidum in colle amplum, inter Fulginium 6. & Spoletium 9. mill. paſſ. Populi Trebulani, & Mutuſcæi Plinio. Vide Trebia. Virgilius libro 7. Æneidos: *Virg.*

Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ.

Sed cùm Eretum ſit in Sabinis, Mutuſcas quoque in finibus Sabinorum eſſe crediderim, Trebiamque à Trebula diverſam eſſe; Trebula enim & Trebulani populi ſunt in Sabinis ex Plinio, Trebio, verò in Umbria. Mutuſcæ itaque non *Trevi*, ſed *Monte Leone* in Sabinis indigitari debent, quicquid Leander cum aliis dicat. *Plin.*

Mutuſtratini, populi Siciliæ, quorum urbs Mutuſtrata, *Miſtretta* nunc. Vide Ameſtrata. *Plin.*

Muza, *Gezien* Moletio, portus & emporium Arabiæ felicis, ad ſinum Arabicum, quò appellare ſolebant navigantes ex Ægypto in Indiam, inter Pudnim & Ocelim. *Ptol.*

¶ Muzana, Armeniæ minoris urbs, teſte Antonino. *Ptol.*

Muziris, *Chaul* Moletio, urbs & emporium Indiæ citerioris, maritimum, inter Dium ad Boream 50. & Goam in meridiem 75. leucis Hiſpanicis, ſub Luſitanis.

¶ Muziris urbs aliis eſt nunc Calecutum, *Calicut*, urbs ampla Malabaris, in ora littorali, proprio Regi parens Zamorino dicto.

Mya, inſula parva Doridis, (quæ Cariæ regio eſt) in ſinu Ceramico ad occaſum. *Plin.*

¶ Myarida, Ciliciæ urbs meditarranea apud Plinium.

* Mycale, oppidum & mons Cariæ, ſeu potiùs Joniæ; Herodoto promontorium è regione Sami inſulæ. Cujus meminit Ovidius libro 12. Metam. *Strab. Ptol. & al.*

Mater erat * Mycale: *quam deduxiſſe canendo*
Sæpe reluctantis conſtabat cornua Lunæ.

(* *Mycale* verò hoc loco proprium nomen mulieris eſt.)

Hinc Mycalæus nomen gentis. Claudianus libro 2. in Eutropium:

Icarium pelagus, Mycalæaque littora juncti.

(* In Seldeni manuſcripto eſt *Micòly*.)

Mycaleſſus, *Malacaſa*, oppidum cum monte, in ora Bœotiæ, teſte Plinio. Cujus meminit Statius libro 7. Thebaidos: *Hom. Strab. Plin. & al.*

Oncheſti, quos pinigeris Mycaleſſus in agris.

Mycenæ, *Agios Adrianos* Sophiano, oppidum Peloponneſi, in Argia regione, inter Corinthum 15. & Argos 10. mill. paſſ. à Lacedæmone Semeles filio conditæ, teſte Iſidoro. Hinc Mycenæus nomen gentis. Virgilius libro 3. Georgicorum: *Strab. Plin. & al.*

Et patriam Epirum referat, forteſque Mycenas.

Ovidius in epiſtola 5.

Iſta Mycenæa littera ſcripta manu.

Et Virgilius libro 11. Æneidos:

Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achivum.

Myconos, Mycone Ovidio & Virgilio, *Micole*, Sophia- *Cic.*

phiano, inſula maris Ægæi, una Cycladum, inter Tenon & Icariam, à Delo 15. mill. paſſ. in ortum, circuitu 30. Virgilius libro 3. Æneidos:

Errantem, Mycone celſa Gyaroque reduxit.

Ovidius epiſtola Cydipp. Acont.

Et jam tranſieram Myconen, jam Tenon, & Andron.

Myconii, ut auctor eſt Strabo libro 10. & Plinius libro 11. capite 37. omnes calvi naſcuntur; unde proverbialiter *Calvus Myconius* dicitur per ironiam: verùm *Myconius criſpus* apud Terentium dicitur de re rara, ſeu raro inventa; veluti cum dicimus *Scytha doctus*, aut *Pœnus fidus*. Erant & Myconii ob eorum tenuitatem alienæ cœnæ appetentes; unde *Myconius conviva*, apud Athæneum libro 1. in proverbio eſt, ſicuti & *Myconiorum more*, de iis qui etiam non vocati ad convivium accedunt, ut Archilochus apud Athenæum Pericli imponit. Apud Plutarchum libro 1. ſympoſ. *Una Myconus* proverbio dicitur de re indiſtincta & indiſcreta: cauſam hujus adagii refert Zenodotus.

¶ Myconos, ſeu Mycone, *Micoli vulgò*, inſula eſt maris Ægæi, ſub dominio Venetorum; & circuitus eſt 20. milliarium, cum arce permunita & duplici Portu. Plu-
Plin. ries tentata fuit à Turcis, irrito tamen conatu.

Ptol. Myeza, *Lagoviſchio*, teſte Moletio, oppidum Macedoniæ, in Æmathia.

Herod. Mygdonia, regio Macedoniæ, inter Axium & Stry-
Plin. monem flumina, ac juxta ſinum Toronaicum: in qua Apollonia, Antigonia, Amphipolis, & Phyſcæ urbes. Ovidius in Epiſtola Acontii Cydipp.

Nunc quoque Mygdonia flebilis adſtat humo.

Strab. Mygdonius, fluvius Meſopotamiæ, Niſibim urbem
Plin. interluens, ubi regio Mygdonia, & populi Mygdones, à Mygdone Rege dicti, vel à Mygdonibus Macedoniæ populis, teſte Plinio. Hinc Mygdonides Virgilio libro 6. Æneidos:

-*juveniſque Chorebus*
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat.

Plut. Myla, *Marcellino* Fazello, aliis *S. Giuliano*, fluvius
Liv. Siciliæ, apud Leontinos, inter Auguſtam & Alabum
Thucy. fluvium in mare exiens.

¶ Myla, ſeu Mylas, fluvius parvus Siciliæ, in ora orientali, & in valle Neetina. Nunc *Marcellino* dicitur, & in mare Jonium ſe exonerat, 5. milliaribus ab Auguſta in meridiem.

Mylæ, Myle Ovidio & aliis, *Melazzo* Fazello &
Strab. aliis, vel *Milazzo*, oppidum Siciliæ maritimum, ſic à
Ptol. Myla fluvio intercurrente, apud Cherſoneſum promontorium, à Zanclæis conditum, in ora occidentali, contra Italiam, inter Pelorum promontorium ad Boream 36. & Tyndaridem urbem exciſam ad auſtrum 18. mill. paſſ. Silius libro 14.

Subſidium infidum fugientibus æquora, Myle.

Hic ſolis boves ſtabulatos fabulantur: quòd quædam, ut fimus malè olentia, efferantur in littus, teſte Plinio libro 2. capite 98.

¶ Mylæ, urbs Siciliæ, *Milazzo*, ſatis munita, in peninſula, in valle Demonæ, & in ora Boreali, contra Æolias inſulas. 30. milliaribus diſtat à Peloro promontorio in occaſum Panormum verſùs, 17. à Tyndario in ortum, & 55. à Catana in Boream.

Mylæ quoque Plinio inſulæ circa Cretam, *Cambruſe* Nigro, Pineto verò *Ginoſa & Liſto*.

¶ Mylantia, promontorium Rhodi inſulæ, teſte Stephano.

Plin. Mylaſa, Mylaſſa Herodoto, Straboni, Ptolemæo, &
Steph. aliis, *Meſſi*, urbs Cariæ apud oram, à Mileto 30. mill. paſſ. in auſtrum Bargyliam verſùs. Aliis *Melaxo* vel *Melaſſo*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano. (* *Mylaſa* in manuſcripto Seldeni.)

Ptol. Mylias, *Milia*, urbs Pamphyliæ mediterranea, penè jacens, nomen antiquum retinens, Termeſſo, Aſpendoque & Perpæ finitima. Populi Myliæ, ſeu Milyæ Plinio, quorum oppidum Aricanda. Milyas etiam in codice Græco Ptolemæi legitur.

¶ Mylias, urbs Aſiæ minoris, in Pamphylia. Eſt inter fluvios Eurymedontem ad ortum, & Ceſtrium ad occaſum, 40. mill. paſſ. ab ora maris Pamphylii in Boream, 60. à Termeſſo in ortum, & inter Pergas in Circium, & Aſpendum in Eurum.

¶ Mylias, magnæ Phrigiæ pars, ſed Lyciæ attributa Arriano in Indicis, item Ptolemæo. Vide Mylias.

¶ Mylois, Arcadiæ fluvius, in Peloponneſo, teſte Heſychio.

¶ Mylon Ægypti urbs eſt apud Stephanum, inde Mylopoliten nomus.

Myndus, *Menteſe* Leunclavio, urbs Cariæ, maritima inter Bargyliam & Halycarnaſſum, hoc tempore primaria regionis, & ſedes Præfecti, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano.

Myon, Myonia Pauſaniæ, oppidum Phocidis, juxta Thucy.
fines Locrorum.

Myonneſus, oppidum Joniæ, in peninſula, inter Teum Strab.
& Lebedum. Sed Livio eſt promontorium inter Tejum Liv.
& Samum inſulam proximam; Thucydidi verò eſt in- Steph.
ſula Tejorum, quod magis eſt veriſimile, ut nomen ipſum indicat. Eſt & inſula Theſſaliæ ante Lariſſam, teſte Strabone.

Myos hormos, *Coſir*, teſte Rhamuſio, urbs Ægypti, Ptol.
cum portu ad ſinum Arabicum, inter Arſinoen, & Berenicen. Sed aliis *Coſir* eſt ipſa Berenice, à Copto urbe ad Nilum 358. mill. paſſ in ortum, teſte Plinio.

* Myra, numero plurali, *Strumita*, teſte Stunica, ur- Strab.
bs Lyciæ mediterranea, apud Limyrum fluvium, & Li- Ptol.
myram urbem, in colle, à littore 20. ſtadiis diſtans, archiepiſcopalis, et metropolis ampliſſima; ſub qua 36. urbes epiſcopales continebantur; in quibus Patara, Xanthus, Olympus, Araxa, Comba, Balbura, Phellus, Phaſelis, Rhodiopolis, Bubo, Maſtaura, Podalea, Limyra
& Sidyma. (* *Myrra* in Seldeni manuſcripto.) Ptol.

* Myræum, *Micila*, teſte Marmolio, urbs Africæ mediterranea, à Cirta 30. mill. paſſ. in auſtrum diſtans. (* In Seldeni manuſcripto *Myreon.*)

Myrcenus, oppidum Thraciæ, ſeu Macedoniæ, in confinio, ad Strymonem fluvium, circa Philippos. (*Eſt in Macedonia.*)

¶ Myrenæorum civitatis Phrygiæ ſalutaris meminit Synodus ſexta Conſtantinopolitana. Xenop.

Myriandrus, oppidum Syriæ, in ora ſinus Iſſici, ad Ptol.
montis Amani radices, in Ciliciæ confinio, inter Alexandriam & Rhoſſum urbes propinquas, à portis Ciliciæ 270. ſtadiis. Populi Myriandri Melæ.

¶ Myricus, Troadis urbs, in Aſia minori, è regione Tenedi, & Lesbi, teſte Stephano ex Hecatæo.

Myrina, quæ & Sebaſtopolis Plinio, urbs Æolidis Ptol.
maritima, *Marhani*, teſte Leunclavio, ſic à Myrino Steph.
conditore dicta, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino, inter Elæam, & Cumam 60. ſtadiis, à Lariſſa 70. *Gircona* apud Moletium, Myrina quoque Plinio, urbs archiepiſcopalis Lemni, quæ vulgò *Lemno*; de inſulæ nomine, videtur, teſte Bellonio.

Myriophytos, *Mirioſidi*, urbs Thraciæ, in ora Pro- Conc.
pontidis, inter Callipolim ad meridiem 32. & Rhæde- Lib.
ſtum in Boream 35. mill. paſſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi.

Myrlea, poſteà Apamia, *Myrlea* nunc, antiquo no- Mel.
mine retento, urbs Bithyniæ maritima, à Colophoniis condita, inter Daſcylium & oſtia Rhyndaci fluvii, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyziceno. Ptol.

Myrmecium ſeu Myrmetium, oppidum Tauricæ Cherſoneſi, & promontorium apud Panticapæum urbem, ad
Boſporum Cimmerium. Ptol.

Myrmex, inſula parva Cyrenaicæ, ante Arſinoen urbem.

Myrmidones, Theſſaliæ populi, ſic apud Poetas dicti, (&, teſte Plinio, ſic in univerſum Græci nominantur) ſic à formicis dicti, quas ad Æaci preces in homines (illis peſtilentia ſublatis) converſas fabulantur. Virgilius libro 2. Æneidos:

-*Quis talia fando*
Nyrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyſſei
Temperet à lachrymis?

¶ Myronas, Arabici ſinus inſula, Ptolemæo & Stephano teſtibus.

¶ Myropolon, Græciæ urbs, ex adverſo Heracleæ, juxta Thermopylas fortè.

Myrteta, *Frittola*, teſte Scipione Mazzella, lacus ſudatorius Campaniæ, apud Bajas. Ora.

Myrtilis, (Vide Julia Myrtilis) *Mertola*, oppidum Luſitaniæ. Hanc falsò auctor Theſauri Linguæ Latinæ ad Oceanum deſcribit, cùm longè abſit ab Oceano, juxta Anam fluvium.

¶ Myrtilis, *Mertola*, oppidum eſt Portugalliæ trans Anam fluvium, in confinio Vandalitiæ, & 10. leucis Portugallicis ab Oceano & ab oſtiis Anæ in Boream Eboram verſùs.

Myrtos, inſula maris Ægei, proxima Caryſto urbi Eu-

Eubœæ, a qua, teſte Plinio; mare Myrtoum nomen accepit,

Myrtoum mare, pars Ægæi, inter Peloponneſum, & Atticam, ac Eubœam inſulam, licèt Ptolomæus illud Myrtoum appellet., quod Cariam ad occaſum alluit, *Mare di, Mandria*, teſte Caſtaldo. Horatius lib.1. carminum ode 1.

Myrtoum pavidus nauta ſecet mare.

Et Ovidius in Ibin.

Proditur ut ſævi periit auriga tyranni,
Qui nova Myrtoæ nomina fecit aquæ.

Myrtuntium, mare inter ſinum Ambracium, & Leucadem inſulam, Epirum alluens.

¶ Myſecros, fluvius Arabiæ felicis verſùs meridiem teſte Plinio.

Myſia, Aſiæ propriè dictæ regio, quæ in majorem,& minorem dividitur. Major Helleſpontica appellatur a Galeno, & populi Helleſpontii a Strabone, a Ptolemæo regio Helleſpontus, in qua Cyzicus, & Lampſacus urbes præcipuæ. Minor a Strabone Olympica a monte Olympo dicitur in qua Pruſa urbs Bithyniæ, ex qua ipſa regio *Burſia* nominatur (licèt urbs ſit in Bithynia) Populi Olympeni Herodoto, & Ptolomæo, Myſi Plinio & aliis. Unde Caicus fluvius Myſus ab Ovidio cognominatur. Vide ibi. Myſia etiam Europæ gemina eſt apud Ptolomæum, ſuperior & inferior. Vide Mœſia, De Myſis Propertius l.1. carminum 20.

Etjam præteritis labentem Athamantidos undis
Myſorum ſcopulis applicuiſſe ratem.

¶ Myſia regio eſt Aſiæ minoris, maximè ad occaſum extenſa, quæ duplex eſt, major & minor. Minor eſt verſus Helleſpontum, & inter Propontidem ad Boream, & Troadem ad auſtrum, ubi Cyzicus & Lampſacus, in ora Propontidis. Major autem Myſia eſt orientalior, & inter Myſiam minorem ad occaſum, Bithyniam ad Boream, Phrygiam magnam ad ortum, & mare Aegæum ad meridiem teſte Philippo a Via & aliis. Nunc utraque ſub Natolia propria comprehenditur, & ſubeſt dominio Turcarum a tribus ferè ſeculis.

Urbes Myſiæ ſeu Mœſiæ Europaæ:

* Achillea, (*Kylia.*)
* Alba,
* Arribantium, (*Wiczitern.*)
Barna. (Vide Varna.)
* Bidina (*Vidin.*)
Calatis. (*Kilia.*)
Dinogetia (*Drimago.*)
* Dionyſinopolis. (Vide Varna.)
Duroſtorum, (*Duroſtoro.*)
Galatium, (*Galacz.*)
* Meſembria, (*Meſember.*)
Neſſum, (*Niſſa.*)
* Nicopolis, (*Nicopoli.*)
Odeſſus, (*Lemano.*)
Rhætiaria, poſtea Nicopolis; (*Nicopoli.*)
* Scupi, (*Uſchup.*)
* Siliſtria, ſic vulgò, epiſcopalis ſuperioris, & ſedes Præfecti, (*Siliſtrie.*)
* Singidunum, (*Senderim.*)
* Sophia, ſic vulgò, metropolis & caput Bulgariæ, (*Sophie.*)
Sucidava.
Ternobum, (*Ternova.*)
Tiriſta, (*Driſta.*)
Tomi, (*Tomiſvvar.*)
Varna, (*Varne*,)

Myſi inter alia maximè contemptibiles fuere, auctore Strabone l.12. ut propterea adagio cauſam dederint; cum enim aliquem valde deſpectum & humilem ſignificare volumus, *Myſorum poſtremus* dicimus, ut apud Ciceronem in orat. pro Lucio Planco. Quid, inquit, in Græco ſermone tam tritum eſt, quàm ſi quis deſpicatui ducitur, ut *Myſorum ultimus* eſſe dicatur? Erant & Myſi injuriarum ita patientes, ut a finitimis populis variè vexati, ſe tueri non curarent: unde apud Ariſtotelem l.1.rhetoricas in proverbio eſt *Myſorum præda*, de iis qui injuriis affecti, illas ulciſci non curant, Item *Myſorum & Prygum termini diſcreti*, proverbio dicitur de rebus toto genere differentibus; vel de hominibus inter quos nihil conveniat.

Myſia Europæa meliùs dicitur Mæſia. Vide ibi.

Myſiſtratum, urbs Siciliæ, Vide Ameſtrata.

¶ Myſius, Æolidis fluvius apud Strabonem, qui a quibuſdam Mœſius dicitur,

Myſocaras, *Aman*, teſte Moletio, portus Mauritaniæ Tingitanæ, ad Oceanum Atlanticum, inter montem Solis & Uſadium promontorium, *Ptol.*

Myſomacedones populi Aſiæ, circa Epheſum, in Lycia incolentes.

Myſtia, *Giojoſa*, teſte Barrio, oppidum magnæ Græciæ, apud oram, inter Locros, & Coloniam, everſum, apud Rocellam & Cryptam auream oppida finitima, a Locris 16. mill. paſſ. in Boream. *Plin.* *Plin.*

¶ Myſtia quibuſdam eſt *Monte Giojoſa*, caſtrum Calabriæ ulterioris, vix 5. milliaribus ab ora maris Jonii diſtans, ad radices Appennini montis.

Myſtus, inſula parva maris Jonii, juxta Echinades. *Plin.*

Mythepolis, locus Bithyniæ apud Aſcaniam paludem a Cio 120. ſtadiis diſtans, ubi fontes cum Nilo aliquid commune habentes; Mythopolis Antigono. *Ariſt.*

Mytiſtratum, ſic in alio codice legitur. Vide Ameſtrata. *Polyb.*

Myus, urbs Joniæ, in Cariæ confinio, apud Meandri oſtia, cujus populi a culicibus infeſtati Miletum proximam urbem migrarunt. Hanc Artaxerxes Perſarum Rex Themiſtocli Athenienſi in obſonium dedit; cum Magneſiam in panem & Lampſacum in vinum dediſſet, teſte Thucydide. *Herod.* *Strab.* *Plin.*

N

NAagramma, Indiæ, intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

Naagrammum, urbs primaria & metropolis Taprobanæ inſulæ. *Ptol.*

¶ Naagrammum, urbs Taprobanæ inſulæ caput, in mari indico. Vocatur Maagrammum in aliis exemplaribus Ptolemæi, & forſan ea eſt quæ nunc *Candea* dicitur inſulæ præcipua & ſedes regia, in ejus meditulio, ad radices montium.

¶ Naarda, Syriæ urbs, juxta Euphratem, teſte Steph. ſed, teſte Ptolemæo, eſt in Meſopotamia.

Naaſon, oppidum Galilææ, ſic vulgo adhuc dictum inter Sephet ad occaſum 12. & Nephtalim ad ortum 5. mill. paſſ, *Bibl.*

¶ Nababurum oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis, teſte Ptolemæo.

Nabalia apud ſcriptores Belgas, *Neers*, fluvius Germaniæ inferioris, per Ducatum Geldriæ fluens Gennepiam oppidum; alluens, & * in Vahalim apud Tiellam oppidum infuens. (*Influit in Moſam apud Gennepiam oppidum.)

¶ Nabalia quibuſdam eſt *Nierſe* fluvius, qui ortus in Ducatu Juliacenſis, 12. mill, paſſ. a Juliaco in Boream hinc per ditionis Colonienſis limites fluens & per Gueldriam, ibi urbem Gueldriam dictam rigat: Tandem auctus aliquot amnibus in Ducatu Clivenſi, ibi prope & infra Gennepiam Moſæ miſcetur 3.leucis a Neomago in meridiem,

Naban, *Rio de Tomar*, fluvius Luſitaniæ, in regno Portugalliæ, (a quo Nabantia oppidum preclarum, quod *Tomar* dicitur, in quo Reges inaugurari ſolebant, a Scalabi 7.leucis diſtans in Boream, nominatum eſt,) in Ozecarum influens teſte Reſendio cum Vaſconcello. *Scripſ. Luſit.*

¶ Naban, *Nabaon*, amnis parvus Portugalliæ; ad opp. Nabantium ab eo dictum. In Ozecarum, *Couros*, labitur & cum ipſo paulò poſt in Tagum, Nabantium autem, vulgò *Tomar*, oppidum eſt amplum Portugalli, ad Nabanum, 3. leucis a Tago fluvio in Boream, & 8. a Scalabi in Cæciam diſtans.

Nabathæa, regio Arabiæ deſertæ, (vel petrææ) in confinio felicis, & populi Nabathæi, quorum urbs primaria Petra fuit, opulenta, intra montes, inter Gazam & ſinum Perſicum, hinc 600. mill. paſſ. inde 123. auctore Plinio. Regio *Barraab* a Sarracenis dicitur, teſte Moletio. *Plin.* *Strab.*

¶ Nabathæa regio fuit Arabiæ Petreæ ad ortum, verſùs Arabiam deſertam, & inter Paleſtinam ad Boream & Arabiam felicem ad meridiem. Hinc populi Nabathæi dicti.

Nabathæi, populi Arabiæ, a Nabath Iſmaelis filio, teſte D. Iſidoro, dicti: alii in Arabia Petræa, quorum metropolis eſt Petra, quæ Nabathæa cognominatur a Strabone, alii in Arabia felici. Urbes ſine mœnibus habebant; ſervos nullos, pro equis camelis utebantur, ſo- *Strab.* *Ptol.* *& al.*

lem præ ceteris Diis colebant. Nabathæorum meminit Dionyſius Afer:

Sed Libani montis ſunt poſt declivia primi,
Felices opibus, Nabathæi nomine dicti,

Et Ovidius 1. Metamorphoſeon:

Eurus ad auroram, Nabathæaque regna receſſit.

Ptol. Nabius, Narius Melæ, ut videtur, fluvius Hiſp. Tarraconenſis, per Aſtures inter Metarum & Navillojonem fluvios apud Libuncam oppidum fluens.

¶ Nabius ſeu Navius, fluvius Callaicorum, *Rio Eu* dictus, ſeu *Miranda*. Nunc Aſturiam a Gallæcia ſeparat, & poſtea in Oceanum Cantabricum ſe exonerat prope Rivadaviam.

¶ Nabla, Sarmatiæ Aſiaticæ urbs, teſte Ptolemæo. Naana ſubſtituere Interpretes.

Nabriaſſa, pro Nebriſſa, malè, in Theſauro Linguæ Latinæ.

Nabus, *Nab*, fluvius Nariſcorum, per mediam Nortgojam regionem in Danubium paulò ſupra Ratiſponam fluens: a quo Nabburgum oppidum per quod fluit, a Vidonio urbe 3. leucis Ratiſponam versùs. De quo in l.5. Itinerarii:

Nabburgum lævi ſpectans in colle, relinquo:
Ingredior Pfreymbda tecta petita meç.
Quam Bojus leni preterit amne Nabus.

¶ Nachaba, Arabiæ deſertæ urbs Ptolemæo. Banacha legunt interpretes.

Strab. Ptol. Nacolea, Nacolia Ammiano, Nacolum Suidæ, *Einagiol* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Phryiæ magnæ, epiſcopalis ſub Archiep. Synnadenſi.

¶ Nacraſa, Lydiæ urbs, in Aſia minori, teſte Ptol.

Nacri campi, ſive (ut alii legunt) Macri locus Galliæ Togatæ, inter Mutinam & Ferrariam, qui *Val di Montirone*, teſte Leandro, dicitur, Mirandulæ proximus, ab ea 5. mill. paſſ. Ferrariam versùs diſtans. Liv.

Naddaver, urbs Æthiopiæ, in qua D. Matthæus Apoſtolus martyrio affectus eſt, ex ejuſdem vita per Abdiam Babylonium ſcripta. Ejus meminit Venantius Fortunatus l.8. Fort.

Quos Patra, quos Epheſus, Naddaver arce tenet.

Strab. Nebis, *Neiva*, teſte Jacobo Vaſconcello, fluvius cum pago cognomine, in finibus Bracarum, in regno Portugallico, apud Vianam oppidum mari exceptus, a Bracara urbe 6. leucis in occaſum, Benis apud Strabonem dici videtur in Theſauro Linguæ Latinæ, ubi ſine diphthongo Nebis legitur.

¶ Næomagus, *Nions*, oppidum Galliæ, in provincia Delphinatus, ad Ægam amnem, in confinio Provinciæ, cujus arx diruta eſt. 6. leucis diſtat a Fano S.Pauli Tricaſtinenſis in ortum Seguſteronem versùs, & 3. a Vaſione in Cæciam.

Nævia porta, *Porta maggiore*, ſeu *di S.Maria Maggiore*, porta urbis Romæ, extra quam ad mill. paſſ. Nævia ſylva occurrit, teſte Feſto: a Nævio cive, cujus erat, dicta; vel a Nævio Poeta, de quo Horat. l.2. ep.1. & Gellius l.1. c.24. Feſt. Serv.

Flerent divæ Camenæ Nevium Poetam.

Ea inter Eſquilinam (quæ hodie non exſtat) & Tiburtinam ſita eſt, a baſilica S. Mariæ majoris propiore nomen habens,

¶ Nævia a porta nunc eſt *Porta maggiore*, ſic dicta; quia aliàs major aliis, & quaſi arcus triumphalis ſpeciem ferens, ut etiam hodie viſitur. Sed longè diſtas a Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris, nec ideo ab ea denominata. Famianus Nardinus tamen credit Næviam fuiſſe inter Portas Cælimontanam & Latinam.

Ptol. ¶ Nagadiba, urbs Taprobanæ inſulæ teſte Ptolem.

Amm. Nagara, *Negran* ex tabulis recentibus, urbs Arabiæ fœlicis, mediterranea. Eſt & Nagara, *Naiara*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Dominicopolim & Logronium 4. leucis. Vide Dionyſiopolis.

¶ Nagara urbs eſt parva Hiſpaniæ, in Rivogia provincia, & Ducatus titulo inſignita, inter Logronium in Cæciam & Dominicopolim ſeu Calceatam in Africum, ubi aliàs acriter dimicatum inter PetrumCrudelem & Henricum Caſtellæ Reges.

¶ Nagaruris, civitas Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

¶ Nagia, Gebanitarum oppidum, in Arabia felici, teſte Plinio.

Strab. Steph. * Nagidos. Natidos Melæ, Nigde incolis, & Nigidia Turcis; teſte Leunclavio, urbs Pamphyliæ, in Ciliciæ confinio, contra quam Nagiduſa inſula. Sed teſte Stephano, Nagidos Iconio finitima eſt. (* Agidos in pleriſque exemplaribus Strabonis.)

¶ Nagidos aliis urbs eſt Ciliciæ aſperæ, ad oſtia fluvii Orgymagdi, 40. milliaribus diſtans ab Antiochia ad Tragum in ortum, & 50. a Corycio in occaſum, in ora maris Cilicii; & prope ipſam ineſt inſula parva, & Nagiduſa dicta, teſte Stephano.

Nagnata, urbs Hiberniæ, * *Cormadel* Moletio, *Lymmerick* Nigro, quod minùs probatur: Nam Lymmericum circa medium inſulæ eſt, Nagnata verò in ora occidentali (* Quid ſit iſtud *Cormadel* ignoratur: nec alia ſunt Nigri verba quàm, Fluvii poſt Magnatam civitatem nota digni habentur Limnius, &c, De Nagnata ſic Wareus; ſitus loci apud Ptolemæum locum aliquem deſignare videtur, non procul a Sligoa urbe. Et paulò poſt, Nagnatæ vel Magnati incolebant regionem, quæ hodie dicitur ager Sligoenſis, fortaſſe etiam pagum Majonenſem.)

Nagnia pro Narnia in Theſauro Linguæ Latinæ malè poſitum.

¶ Nagoldia, *Nagold*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Virtembergenſi, ad amnem cognominem, cum caſtro ſat munito. 8. Milliaribus Germanicis diſtat ab Argentina in ortum, & tribus a Tubinga in occaſum.

¶ Naiacum, *Naiac*, oppidum Galliæ in Aquitania, & in Ruthenenſi provincia, ad Veronium fluvium. 6. leucis diſtat ab Albiga in Borem Cadurcum versùs, 9. a Ruthenis in occaſum versùs montem Albanum.

Naim, urbs Palæſtinæ, in Gallilæa, in monte, a monte Thabor 5.mill.paſſ. diſtans, a Nazareth verò 12. in meridiem, a Capharnao 4. de qua Sedulius l.4. Bibl.

Quæ ſit dicta Naim, populo vallatus opimo.

Naiſſum, * Neſſum vel Neſus Ptolemæo, *Neiſſa*, urbs Myſiæ ſuperioris, in Dardania, cum fluvio cognomine; aliis *Niſi*, a Viminatio 116.mill.paſſ. in meridiem, a Sardica Thraciæ 106. in occaſum, aliis *Niſſava*, ex præcipuis urbibus Serviæ. (* in manuſcripto Seldeni *Naiſſon*.)

Nalcua, *Oxford*, urbs Albionis; in Anglia, in finibus Atrebatiorum. (*Vide Calleva.*) Ptol.

Namados, *Amandaune*, teſte Nigro, fluvius Indiæ citerioris.

¶ Nammantia, Valeriæ Ripenſis, urbs libro Notitiæ.

¶ Namurcenſis Comitatus, *le Comtè de Namur*, provincia Belgii ſatis parua, quæ ferè ſubeſt dominio Hiſpanorum, inter Leodienſem ditionem, Hannoniam, & Brabantiam. In ea ſunt tantùm tria loca alicujus nominis, nempè Namurcum, *Namur*, provinciæ caput Carolomontium, *Charlemont*, arx munita ad Moſam, & Caroloregium, *Charleroy*, arx recens, quæ ſubeſt dominio Francorum. Provincia eſt ſatis montuoſa, ſed utilis, & ferri fodinis ſcatet, ibique aliàs fuere, Aduatici populi.

Namurcum *Namur*, & Germanis *Namen*, urbs Belgii Comitatus Namurcenſis caput, ad Moſam fluvium, ubi Sabim excipit, a Leodio 10. mill. in occaſum, a Lovanio & Bruxellis 11. in auſtrum, epiſc. ſub Archiep. Cameracenſi a Paulo IV. Pont.Max. effecta.

¶ Namurcum, *Namur*, urbs eſt munita Belgii ſub dominio Hiſpanorum, cum arce validiſſima in colle. Aliàs dicta fuit oppidum Aduaticorum eſtque inter duos montes, ad lævam Moſæ ripam, & Sabis fluvius ipſam bifariam ſecat, 8. milliaribus Belgicis a Lovanio diſtans.

Nanæus, *Glas*, teſte Boetho, fluvius Albionis in Scotia (Ptolemæus habet Navæum in Cornabiis, populis Borealiſſimis Scotiæ, Camdenus in *Strath-navern*, id eſt, (ut inquit ille) valle ad *Navern*.) Scrip. Scot.

¶ Nanaguna, Indiæ intra Gangem fluvius, teſte Ptolemæo.

¶ Nancangum, *Nanchang*, urbs regni Sinarum, & Chiamſiæ provinciæ præcipua, aliàs ampla, & elegans, ſed hiſce ultimis temporibus malè habita fuit, & incenſa a Tartaris. Sed prope lacum Poiangum, & ſub ipſa ſunt ſex aliæ urbes, teſte Martino Martinio,

¶ Nanceium, *Nancy*, urbs Lotharingiæ caput, ad Murtam fluvium. Duplex eſt, nempè antiqua, *la haute ville*; ubi ſedes Ducis, & nova, ſeu *la baſſe ville*; diſtatque ferè 5. leucis a Tullo in ortum, paulò ampliùs a Marſalio in occaſum, & 10. a Divoduro in meridiem, eſtque elegans & culta. Sed longè diſtat a Naſio antiquo in ortum. Antea permunita erat cum quindecim majoribus propugnaculis ædificare cœptis anno 1587. quo Gallia inteſtinis bellis flagrabat. Sed capta fuit a Gallis anno 1633. & anno 1661. ejus munitiones disjectæ fuere. Antea pluries obſeſ-

obſeſſa et capta fuerat, præſertim anno 1476. quo juxta ipſam Carolus ultimus Burgundiæ Dux victus et cæſus fuit à Renato Lotharingiæ Duce.

¶ Nanchinenſis provincia, *Nanching*, in regno Sinarum, à qua Nanchinum & Nanchinenſis ſinus. Vide Nanquinenſis.

¶ Nancianum, *Nancian*, urbs Sinarum, in provincia *Chiamſii*, versùs partem auſtralem regni Sinenſis, teſte Martinio.

¶ Nanganum, *Nangan*, urbs Chiamſiæ provinciæ, in regno Sinarum, & in ipſo limite Cantoniæ provinciæ, juxta fluvium *Chang*, cum ſuburbio peramplo, teſte Martinio.

¶ Nangatum, *Nangato*, oppidum Japoniæ, regiunculæ cognominis caput, in parte occidentali Niphoniæ inſulæ, Brietio teſte, vix 60. milliaribus à Ximoa inſula in Boream.

¶ Nangazachum, *Nangazachi*, urbs ampla & emporium celebre Japoniæ, cum portu ab Europæis frequentato, in Ximoa inſula & in ora occidentali provinciæ *Figen*, in ſinu ampliſſimo, 120. mill. paſſ. diſtat ab ora proximiori Coreæ regni in ortum. Aliàs epiſcopalis facta fuit ſub Archiepiſcopo Goano à Sixto V. Summo Pontifice. Nunc caret Epiſcopo. Sunt tamen etiamnum plurimi Chriſtiani in ea.

¶ Nanhiunga, *Nanhiung*, urbs regni Sinarum, & ex præcipuis provinciæ Quantoniæ, ad radices montium, & in limite Chiamſiæ provinciæ, propè fluvium *Chin*; aliàſque dicta fuit *Hiungcheu*, teſte Martinio.

Nanigeris, *Zeilan*, & incolis *Tenariſin*, inſula Indiæ citerioris, cujus populi *Chingale*, teſte Garcia ab Horto. Sed * Panigeris legitur in codice Græco: & *Zeilan* inſula contra Cory promontorium Taprobana veteribus dicta putatur. (* Ναγίγερα in cod. Palat. & in Seldeni manuſcripto.)

¶ NanKanga, *Nankang*, urbs regni Sinarum in Chiamſia provincia, ad oram occidentalem lacus Pojangi; & ei ſubſunt tres aliæ urbes; ſedetque ad radices montium, teſte Martinto.

Nannetes, Namnetæ (vel Samnitæ Forſan) Ptolemæo *Nantes*, populi & urbs Galliæ Celticæ, in Armoricis, ſeu in Britannia minore, apud oſtia Ligeris fluvii, ex primis regionibus, emporium, & epiſcopalis ſub Archep. Turonenſi, ab Andegavis 16. mill. Gallicis in occaſum, quot à Rhedonibus & Venetis: à Nannete Rege 5. Galliæ anno poſt diluvium 300. condita putatur.

¶ Nannetes, populi & urbs Galliæ, quæ etiam Condivincum dicitur. Emporium eſt celebre & amplum, ad Ligerim fluvium, & 15. leucis ab ejus oſtio in ortum 22. leucis diſtat à Rhedonibus in meridiem, totidem à Venetis in ortum, & 16. ab Andegauo in occaſum. Caſtrum habet munitum; & regiuncula adiacens *le Comtè Nantois* dicitur; eſtque pars auſtralis Britanniæ minoris.

¶ Nanninga, *Nanning*, urbs regni Sinarum, ampla & probè culta, in Quancia provincia, ad confluentes fluviorum *Puon*, & *Ly* versùs confinia regni Tunchinenſis; & ſub ipſa ſunt quinque urbes, teſte Martinio.

¶ Nanquinenſis provincia, *Nanquin*, ſeu & *Nanching*, una ex 16. partibus ſeu provinciis regni Sinarum versùs ortum, & ſinum cognominem, & anteà inter alias provincias primum locum obtinens. Dicitur aliter *kiangnang*, & in ea ſunt 14. vrbes præcipuæ, ſub quibus ſunt totidem provinciæ parvæ: & in his numerantur 110. urbes minores. Hæ autem quatuordecim urbes ſunt, Nanquinum *kiangning*, ſeu *Nanquin*, Fungiangum, *Fungiang*, Sucheum, *sucheu*, Suchianum, *SunKiang*, Chanceum, *Changceu*, ChinKianum, *Chinkiang*, Yancheum, *Yangcheu*, Hojaganum, *Hoiagan*, Lucheum, *Lucheu*, Gankingum, *Ganking*, Taipinum, *Taiping*, Ningqua, *Ningque*, Cuicheum, *Cuicheu*, & Hoeicheum, *Hoeicheu*. Totius verò provinciæ primaria urbs eſt Nanquinum; terminaturque autem à ſeptentrione Xantonia provincia, ab occaſu Honania & Huquania provinciis, uti à meridie Chechiana; ſed ab ortu alluitur Oceano Eoo, ſeu Sinico, & mirè fertilis, & rigua eſt.

¶ Nanquinenſis ſinus, *Enſeada de Nanquin* Luſitanis, *Golfe de Nanquin* Gallis, ſinus eſt amplisſimus, per Sinas longè extenſus, & ſic dictus à Nanquino urbe ei adiacente; eſtq; inter provincia Nanquinenſem, Xantoniam, & Pechinenſem ad occaſum, & regnum Coreæ ad ortum. Dicitur etiam *Golfe de Gang*, Gangus ſinus. Vide ibi

¶ Nanquinum, *Nanquin*, urbs ampla regni Sinarum, juxta ſinum Nanquinenſem, aliàs totius Imperii regia ſedes, nunc etiam ſupra modum extenſa, & emporium celeberrimum, longè à Pechino in meridiem, in inſula. Populoſiſſima eſt, & dicitur aliter *Kiangning*. Aliàs vocata fuit *Ingtien*; eratque tunc Imperii ſedes regia & ampliſſima per aliquot ſæcula, nempe ſub Regibus è domo Taimingaa quibus poſtea Pechinum ſedes regia effecta eſt contra irruptiones Tartarorum. Ædificata fuit à Guejo Rege, eſtque in planitie fertiliſſima, juxta fluvium *Kiang*. Antea habuit palatium regium nuper deſtructum à Tartaris, cum ipſam urbem devaſtarunt. Nunc autem in dies pulchrior evadit, & ſub ipſa ſunt ſeptem minores urbes, teſte Martinio.

Nantonenſe caſtrum, *Nantey* vel *Nantoy*, pagus Galliæ in Campania, ad Matronam fluvium, inter Meldas urb. ad occ. 7. & Caſtrum Theodorici ad ortum 2. leuc. diſſitus. Alterum in finibus Senonum.

¶ Nantonenſe Caſtrum, *Chaſteau Landon*, urbecula eſt Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio tractu, in limite Belſiæ, juxta amnem *Fuzin* dictum.

Nantuates, Nantuatæ Straboni, populi Galliæ Celticæ, Allobrogibus, Equeſtribus & Sebuſianis proximi, *Caſ.*
quorum oppidum adhuc *Nantua* nominatur, inter Genevam 9. & Lugdunum 17. leucis, ſic quidam putant. *Plin.*
Sed perpendenti verba Cæſaris initio lib. 3. de bello Gallico, ubi eos Antuates vocat, & libro 4. ubi de ortu Rheni loquitur, & verba Plinii libro 3. capite 20. ubi populos Alpinos memorat, inter quos Nantuates Sedunis finitimos, nulla ratione videri poſſunt eſſe qui ſupra deſcripti ſunt, ſed potiùs & abſque ulla ambiguitate inter Valleſios ad Rhodanum; quorum oppidum *Naters*, à Sedunis 3. leucis in ortum diſtans, Tauriſcos, ſeu Uriam Helvetiorum versùs: & licèt Cæſar ſcribat per eos Rhenum fluere, Plinius tamen illos inter Sedunos & Lepontios (quod & Cæſar facit, ubi eos Antuates vocat) ad Rhodanum, non inter Lepontios & Helvetios ad Rhenum deſcribit: niſi quis Nantuates & Antuates diverſos populos eſſe velit, illos ad Rhodanum, hos ad Rhenum locans. Ex quo etiam error Marliani fit manifeſtus, hos Conſtantienſes eſſe aſſerentis. Sunt qui horum regionem *le Pais de Vaud* vel *Vault* Gallicè dicant, alii *le Pais de Aelen*.

¶ Nantuates populi, Sanſone & aliis teſtibus, fuere ubi nunc Caballicus Ducatus, *le Chablais*, provincia Sabaudia Borealior, juxta lacum Lemanum extenſa, inter Valleſiam provinciam ad ortum, & Genevam, & Foſſiniacum tractum ad occaſum.

¶ Nanyanga, *Nanyang*, urbs ampla Imperii Sinarum, & provinciæ Honaniæ ſeptima, juxta fluvium *Jum*, in planitie, & in regione fertiliſſima, teſte Martinio.

Naparis, *Dnieper*, ſeu *Nieper*, teſte Peucero, fluvius Sarmatiæ, ſive Scythiæ Europææ, in Pontum Euxinum *Herod.*
influens: licèt pleriſque *Nieper* Boryſthenes eſſe putatur.

¶ Naparis fortè eſt Tyras fluvius, inter Sarmatiam Europæam & Daciam, qui nunc *Dnieſter* dicitur, influitque in Pontum Euxinum. *Nieper* enim eſt Boriſthenes omnibus.

Napata, Napatæ Straboni & Stephano, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, Candacis Reginæ regia, inter Sye- *Plin.*
nen 614. et Meroen urbem inſulæ Meroes in auſtrum *Ptol.*
360. mill. paſſ. ex Plinio.

¶ Nape, urbs Lesbi inſulæ, in mari Ægæo, teſte Stephano.

Naphilus, fluvius Peloponneſi, in Arcadia in Alpheum influens,

Napitia, *lo Pizzo*, teſte Barrio, & Mazella, oppi- *Pauſ.*
dum Brutiorum, ad ſinum Hipponiatem, qui & Napitius ex eo nominatur, ab Hipponio vix 6. mill. paſſ. *Strab.*
diſtans in meridiem, Tropeam versùs totidem. Sunt qui & Nepetiam à Napitia diſtinguentes, Amantiam indigitent.

Napuca, *Buſaten*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in *Ptol.*
Valacchia.

¶ Napuca, oppidum Daciæ. Aliis eſt in Tranſylvaniæ Principatu; nuncque *Buſaten* dicitur à Germanis. *Buzas* ab incolis, Lazio, Sanſone, & Brietio teſtibus. 5. milliaribus Germanicis diſtat à Claudiopoli in Boream, & 4. à Novomercatu in occaſum, ſed 8. tantùm à monte Carpato in meridiem.

¶ Napus, *Napo*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur in Peruvia, deinde Abulam oppidum rigat; & auctus aliquot

quot fluminibus, in Amazonum fluvium cadit, in Canela provincia, teſte Teixera.

Nar, *la Nera*, fluvius Umbriæ, è montibus Amiterninis fluens, perque Velinum lacum tranſiens; à quo emiſſus, ingenti fragore (qui ad aliquot mill. paſſ.) exauditur) præcepſque deſcendens ad Interamnam per campos, & ad Narniam per anguſta loca, in Tiberim inter Ocriculum, & Hortam defetur Lucianus lib. 8.

Afferat, & qua Nar Tyberino illabitur amni.

Non fluit per Narniam, (quæ in ſublimi ſita eſt) ut in Theſ. Ling. Latinæ, ſed juxta urbem, ut ipſi vidimus.

Ptol. Strab. & al. ¶ Nar, la *Nera*, fluvius Italiæ. Oritur ex Apennino monte in ipſo confinio Piceni, & Umbriæ, per quam deinde fluens recipit Coruum, uti & Velinum fluvium: hinc Interamnam rigans, & Narniam, paulò infrà juxta Hortam Tiberi miſcetur. Sed per Velinum lacum non labitur.

Arri. ¶ Nara, Byzacenæ regionis in Africa urbs, teſte Antonino.

Naracum, Naracoſtoma Plinio & Ammiano, Inariacium Ptolemæo: unum ex oſtiis Iſtri fluvii, apud oſtium Auſtrale.

Narangara, urbs Africæ mediterranea, olim epiſcop. ſub Archiep. Carthaginenſi, proxima Tebeſtæ, & Aſſuro, inter Siccam 30. & Thaguram 20. mill. paſſ. nomen antiquum retinens.

Ant. Ptol. ¶ Narangara, urbs Africæ, in Numidia, 70. mill. paſſ. ab ora maris Mediterranei & à Tabraca in meridiem, totidem à Cirta in ortum, intra montes, inter Bagradam & Ampſagam fluvios, 190. mill. paſſ. à Carthagine in Africum diſtans.

Ptol. Narbaſi, Narbaſes Iſidoro, *Arvas*, teſte Morali; populi & Montes Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, inter Legionem, & Ovetum. Vide Forum Narbaſorum.

Narbaſis in Theſ. Linguæ Lat. ponitur urb. æſtuaria Hiſp. quod apud veteres auctores haud legimus.

Joſep. Narbata, regio Palæſtinæ, inter Gæſaream & Samariam, à Cæſarea 60. ſtadiis.

¶ Narbis, Illyrici urbs, teſte Stephano.

Strab. Caſ. Plin. & al. Narbo, Narbon Polybio & Ciceroni, colonia & urbs archiepiſc. Galliæ Narbonenſis, cui nomen dedit, in ora, apud Atacis fluvii oſtia, (licèt Plinius illam a mari 12. mill. paſſ. diſtare ſcribat) *Narbona* Italis, *Narbonne* Gallis inter montem Peſſulanum ad ortum 14. & Toloſam ad occaſum 24. leucis, à templo Veneris 88. mill. paſſ. in Boream, Narbo Martius Plinio à Romanis condita Olympiade 160. teſte Polybio. Cujus meminit Auſonius de claris urbibus.

Nec tu Martia Narbo ſilebere: nomine cujus
Fuſa per immenſum quondam provincia regnum
Obtinuit.

Illi olim ſub Gothis Regibus ſuberant, uti metropoli, Beterræ, Agatha, Magalona, Nemauſus, Luteva, Carcaſo, Helena, & Toloſa, quæ nunc metropolis eſt.

¶ Narbo, *Narbonne*, urbs eſt ampla & munita Galliæ, in Occitania provincia, juxta ramum Atacis fluvii, manu ductum aliàs à Romanis, & *la Robine* dictum. Diſtat mill. paſſ. ab ora maris Mediterranei, uti ipſe Plinius ſcribit, 12. leucis ab Helena in Boream. 10. à Carcaſſona in meridiem, & 15. à Monte Peſſulano in occaſum.

Narbonenſis Gallia, quæ & Braccata, Plinio teſte, dicta eſt, una ex 4. Galliæ partibus, à Pyrenæis montibus Galliam ab Hiſpania ſeparantibus, ad Alpes, quæ eandem ab Italia dividunt, extenditr, in 4. regiones diviſa, Occitanam à Garumna ad Rhodanum, Provinciam à Rhodano ad Alpes maritimas, Delphinatum à Druentia flumine, & montibus ad Hiſaram fluvium, & Sabaudiam ab Hiſara ad Rhodanum, & Lemanum lacum. Licèt Ortelius per errorem illam in tres duntaxat diſtribuat, omiſſa Sabaudia.

¶ Narbonenſis Gallia, ſive Gallia Narbonenſis, appellatur pars Galliarum quæ Interno mari alluitur, Braccata antea dicta, à reliqua Gallia diſcreta flumine Garumna, Gebenna monte, & Rhodano fluvio. Populi in ea quondam clari fuere Allobroges, Centrones, Caturiges, Cavares, Gabali, Heluy, Ruteni, Segalauni, Salii, Vocontii, Volcæ Tectoſages, & Volcæ Arecomici.

Narbonenſius lacus, idem Rubrenſis. Vide ibi.

¶ Narces, Numidiæ urbs, Polybio & Appiano teſtibus.

Narciſſi fons, in Bœotia (Vide Liriope) in qua Narciſſus ſubmerſus ſua imagine captus fertur. *Pau*

¶ Nardenum, *Narden*, oppidum Belgii uniti, in Hollandia, aliàs miſeriè deformatum ab Hiſpanis contra fœdera, nunc recens munitum, cum portu in ora maris Auſtrini. A Gallis *Narde* vocatur. Vix 3. leucis diſtat ab Amſterodamo in ortum, & paulò plùs ab Ultrajecto.

¶ Nardinium, Selinorum urbs in Hiſpania Tarraconenſi, teſte Ptolemæo.

Nariſci, populi Germaniæ. quorum regio *Nortgoevv*, *Tac* teſte Aventino, ubi Bavaria Tranſdanubiana, ſeu Palatinatus Bavariæ, a Vindelicia (quæ nunc Ducatus Bavariæ dicitur) Danubio diviſus, cujus caput eſt Amberga, a Ratiſpona 8. leucis in Boream. Aliis *Voitliander*; ſed priori ſententiæ nomen alludit. Ex finibus Nariſcorum ortum habet Mœnus fluvius, per Franconiam fluens. De quo Poeta quidam libro 4. Itinerarii Germanici ſic:

Piſciferi porrò delabimur ad vada Mani.
Qui fluit ex altis gemino de fonte Nariſcis.

Et libro 6.

Inde Nariſcorum veteres acceſſimus oras,
Quo ſunt Coburgæ mœnia ſtructa loco.

Naritii populi, & Naritia urbs, eadem Locris in magna Græcia. Vide ibi, & Caulon. Vide etiam Narycii in Narycia, varie enim legitur. *Sui*

¶ Narmalis, Piſidiæ urbs, in Aſia minori, teſte Stephano.

Narnia, *Narna* Straboni, prius Nequinum, teſte Plinio, *Narni*, urbs Umbriæ epiſcopalis, ad montis radicem, & Narem fluvium ſubterfluentem, à quo ei nomen, inter Interamnam 6. & Ocriculum 8. mill. paſſ. Romam verſus ſupra 40. una ex 12. urbibus, quæ Romanis contra Hannibalem opem negabant. Nequinum à nequitia olim vocata, quod obſeſsa ſe & liberos occidere, quam dedere maluerit. Patria Nervæ Imperatoris & Joannis Pontificis maximi, ut ipſi Narnienſes hoc verſu dictant. *Plin Liv.*

Imperio genui Nervam, mithraque Joannem.

Claudianus de 6. conſulatu Honorii.

Celſa dehinc patulum proſpectans Narnia campum
Regali calcatur equo.

Naro, Naron Ptolemæo, *Narenta*, fluvius Dalmatiæ, Naronam urbem alluens, ac pelago inter Peguntium & Epidaurum urbes exceptus. In Theſauro Linguæ Latinæ malè Narane ſcriptum eſt ſuo loco. *Ca*

¶ Naro, *Narenza*, urbs Dalmatiæ, in ora ſinus cognominis, qui pars eſt Adriatici. Aliàs ampla fuit, nunc ſenſim deficit; ſubeſtque dominio Turcarum Regio adiacens dicta fuit antea Chulmia, & nunc Herzegovina, eſtque pars Serviæ. Urbs ipſa diſtat 35. mill. paſs. ab Epidauro in Boream. Hinc Narentini dicti, qui & Arentani & Pagani Porphyrogenitæ, teſte Joanne Lucio.

Narona, Narbona Ptolemeo, *Gabella* Moletio, & *Narenta* Volaterraneo ac Villanovano, colonia & urbs olim epiſcopalis, nunc oppidum, à littore 20. mill. paſs. interiùs recedens, à Salonis 72. in ortum Epidaurum & Scordam verſus: quondam clara, & Dalmatiæ conventus, ſed Naronenſes à Venetis circa anno ſalutis 987. ſubacti, à priſtina magnitudine excidere. *Plin*

¶ Naronenſis ſinus, *Golfo di Narenza*, pars eſt maris Adriatici, longe per terras extenſa in Dalmatia regione juxta Naronem, inter ditionem Turcicam ad Boream, ditionem Raguſinam ad auſtrum, & inſulam Leſinam Venetorum ad occidentem.

Narova, *Narova*, lacus Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia. Vix 36. mill. paſs. à Monte Regali diſtat in meridiem.)

¶ Narſinga, *Narſingue*, urbs ampla Indiæ citerioris, & regni cognominis caput versùs oram ſinus Bengalæ a qua 40. mill. paſs. diſtat, uti 150. à Maſulepatano in meridiem, & 20. circiter à Negapatano in Boream, in ora Coromandelis, ſub dominio Regis Biſnagariæ.

¶ Nar ſinganum regnum, *royaume de Narſingue*, pars eſt peninſulæ Indiæ intra Gangem, verſus oram ſinus Gangetici. Dicitur aliter, & meliùs, regnum Biſnagaræ. Vide ibi.

¶ Narſingapatanum, *Narſingapatan*, oppidum Indiæ citerioris, in regno Golcondæ, & in ora ſinus Gangetici. 200. mill. paſs. diſtat à Maſulepatano in Cæciam, & 160. ab Hidrabando in ortum.

Nartes, populi Umbriæ. qui & Interamnates. *Plin*

Narthecuſa, inſula juxta Rhodum, inter illam &

Gnidum

Gnidum urbem Cariæ. Altera circa Parthenium promontorium Sami, Narthecis Straboni & Stephano.

¶ Narva, *Narva*, urbs Livoniæ, ad fluvium ejuſdem nominis, qui Livoniam à Moſchorum ditione antiqua dirimit. Ex adverſo Narvæ jacet arx, *Ivanovugorod* nuncupata, in Ingria, utraque nunc Sueco paret. Urbs eſt permunita. Diſtat 30. leucis Suecicis à Revalia in ortum, 15. à Torpato in Cæciam, & vix una à ſinu Finnico. Arx vero *Inanovugorod* permunita antea Moſchis paruit; ſed ab anno 1617. Svecici juris effecta eſt cum toto tractu adiacente, cum anteà pluries capta, & recepta fuiſſet. Scopulo infixa arx tumulo inſidet, juxta Narvam fluvium, & duplicis ſclopeti ictu Livonica Narva in oppoſita ripa fluminis ſita diſtans diſcriminis cauſa. Ruſſica & *Danzſche Nerva*, ut altera Germanica, & *Teutſche Nerva* appellatur. Diſtat 40. milliaribus à Pleſcovia, uti à Novogardia. Narva autem fluvius amplus urbem rigat & 2. ſub urbe milliaribus à Sinu Finnico abſorbetur.

Narycia, ſeu Narytia, & Naricia, ac Naritia, (variè enim in diverſis codicibus legitur) urbs magnæ Græciæ, (Vide Locri) & populi Narycii. Unde Naricius nomen gentis. Naritia ſcribitur apud Ovidium lib. 15. Metamorphoſeon:

Romechiumque legit, Caulonaque Naritiamque.

Naryciæ picis meminit alius:

Narycia picis, aut Actai mellis Hymetti.

Narycion Plinio, oppidum Locrorum Ozolorum, in Achaja. In Theſ. Linguæ Latinæ Naryciumetiam urbs Locrorum in Italia vocatur; quæ Narycia generis fœminini apud veteres legitur.

* Naſabath, ut ſcribit Ortelius, ſed in codice Græco Naſava legitur, Nabar Plinio & Melæ, *Rio de Zingamor* Hiſpanis, *Hued el Quibir* incolis, teſte Marmolio, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, apud Saldas coloniam decurrens, *Soſsagia* Caſtaldo. Populi Naſabutes Ptolemæo, ſed in Africa. (* Ita codex Palatinus in Seldeni manuſcripto.)

¶ Naſabath, fluvius Mauritaniæ Sitifenſis, illam à Cæſarienſi ſeparans: nunc *Rio Major* dicitur. Oritur in Biledulgeridia regione; & deinde per regnum Algerii fluens, ibi juxta Saldas ſeu Bugiam in mare Mediterraneum ſe exonerat.

Naſamones, populi Libyæ non uni: nam alii ad Oceanum Atlanticum, qui & Atlantes Herodoto, alii in Africa ad Syrtim magnam, teſte eodem Herodoto, Plinio, & Quinto Curtio, alii in Marmarica, teſte Ptolemæo, quorum regio Naſamonitis, Garamantibus finitima. De his qui circa Syrtim incolunt Lucanus lib. 9.

-- ſic cum toto commercia mundo
Naufragiis Naſamones habent: hac ire Catonem
Dura jubet virtus.

Naſcua, Calaguris. Vide ibi. Calaguritani populi Hiſp. Naſcici cognominantur, teſte Plinio.

Naſcus, Naſcum Ammiano, urbs Arabiæ felicis, olim clara, in mediterraneis, Carnæ urbi regiæ finitima, *Magiarab* hodie, teſte Moletio.

¶ Naſica, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Naſida, oppidum Siciliæ, ad Naſum fluvium, apud oram occidentalem & Agathyrium, *Naſo* hodiè, apud Caſtaneam oppidum 5. mill. paſſ. (à Pactenſi urbe 18.) quod ex Naſidæ ruinis exſtructum ferunt. Alii Naſis, & Naſidis in obliquo legunt, quod magis placet.

¶ Naſida, nunc *Naſo*, caſtrum eſt Siciliæ, in colle aſpero, juxta fluvium cognominem, in provincia, ſeu valle Demonæ 5. mill. paſſ. ab ora Boreali & à mari Tyrrheno in meridiem, ut à Catana in ſeptentrionem, 12. à Pactenſi urbe in occaſum Agathyrium versùs.

Naſium, *Nancy*, teſte Divæo & aliis, urbs Galliæ Belgicæ, Auſtraſiæ, ſive Lotharingiæ caput, & ſedes Ducum, ad Murthan fluvium, à Tullo urbe epiſcopali 5. leucis in ortum, à Metis ſupra 10. in meridiem, ab Argentorato urbe Alſatiæ 18. Sed mihi potiùs videtur *Nas* vicus in Ducatu Barrenſi, ad Moſam fluvium, a Nancejo 12. leucis diſtans, ex veteri inſcriptione ibi reperta, teſte Clemente Moſellano.

¶ Naſium, oppidum Leucorum. Nunc eſt *Naz*, vicus Barrenſis Ducatus, 10. mill. paſſ. à Moſa fluvio diſtans in occaſum, & 20. à Tullo verſus Catalaunum, vix una leuca ſupra Ligniacum in meridiem, ad Ornam fluvium.

¶ Naſſovia, *Naſſau*, oppidum Germaniæ, in Franconia regione, & in Veteraviæ tractu, ad Lanum fluvium, 2. milliaribus Germanicis à Rheno fluvio in ortum, 5. à Bingio in Boream, & 12. à Colonia in meridiem Francofurtum versùs. Subeſt proprio Principi cum ditiuncula adiacente. Hinc orti ſunt Principes celeberrimi, Naſſovii dicti.

¶ Naſſovia arx ſeu Moura, *Mourè* aut *le Fort de Naſſau*, arx eſt Guineæ regionis, in Africa, in ora Aurea. Quadrangularis eſt, in ſcopulo, & probè munita cum vico amplo, ſub dominio Hollandorum, diſtatque 2. leucis ab arce S. Georgii de Mina in ortum; eſtque in regno Acanii parvi. Vide Arx Naſſovia.

¶ Naſſovia, *le Fort Naſſavv*, arx munita Aſiæ, recens excitata, in inſula Motiris, una ex Moluccis, 5. circiter leucis diſtat ab ora occidentali inſulæ Giloli; ſubeſtque dominio Hollandorum à multis annis cum tota inſula.

¶ Naſſovia inſula, N*aſſavv Eylandt* Belgis, *Isle de* N*aſſau* Gallis, inſula eſt Aſiæ in mari Indico, versùs oram occidentalem Sumatræ inſulæ, & ad auſtrum inſulæ Fortunæ divinæ. Detecta fuit à Batavis hiſce ultimis temporibus.

¶ Naſſovium fretum, ſeu & Vaigatium, *deſtroit de* N*aſſau ou de Vaigaits*, fretum Oceani Borealis, inter partem Borealem Moſcoviæ & novam Zemlam, recens à Batavis detectum, & ſic dictum in honorem Principis Auraici. Extenditur ab ortu in occaſum. Vide fretum Vaigatium.

¶ Naſſunia, urbs Sarmatiæ Aſiaticæ, teſte Ptol.

¶ Nata, N*ata*, oppidum Americæ meridionalis, in prov. Terræ firmæ, cum portu in ora maris Auſtrini, & ſinus Paritæ. Vix 17. leucis diſtat à Panama in Circium; ſubeſtque Hiſpanis.

Natho, quæ & Proſopitis, *Gezat Eddeheb*, quaſi inſula aurea, teſte Joanne Leone, inſula Ægypti intra Deltam, cum urbe quæ Atarbechis nomine. *Herod. Thucy.*

Natiſo, N*atiſſa*, & N*atiſone* etiam vulgò, fluvius Carnorum, ex Alpibus Carnicis, ſeu Juliis profluens, ac in mare Hadriaticum apud Aquilejam influens. Apud Strabonem, videtur idem Sontio; nam apud Ventionem oppid. ortus, ſupra Norejam urbem Sontio miſcetur, nec mare ſolus petit, ſed cum Sontio ab Aquileja 3. mill. paſſ. in ortum. Sed, ut ipſe vidi, qui N*atiſa* incolis dicitur, à Sontio, ſeu Iſontio diverſus eſt, ac in mare exoneratur inter Inſontium & Alſam. *Strab. Plin.*

¶ Natiſo, N*atiſone*, fluvius Italiæ, in Foro Julio. Oritur ex Alpibus in confinio Carniolæ. Hinc Forum Julii rigat & Palmam arcem, & 8. milliaribus infra Sontio miſcetur. Ejus autem pars Aquilejam manu perducta, vulgò N*atiſa* dicitur, ut quidam ſcribunt. Sed longè à Ventione aut Noreja fluit in ortum.

¶ Natolia ſeu Aſia minor, pars eſt maximè occidentalis Aſiæ, *la* N*atolie*, ſeu *l' Anatolie* nunc dicta. Terminatur à ſeptentrione Ponto Euxinio, ab occidente Propontide & mari Ægæo, à meridie mari Mediterraneo, ſeu Cilicio, & ab oriente Armenia regione. Ejus partes præcipuæ fuere aliàs Æolis & Myſia, quæ nunc *Sarcum*, Armenia minor, nunc *Aladuli*, Bithynia, *Becſangil*, Cappadocia, hodiè *Amaſia*, Caria, *Aidinelli*, Cilicia, *Caramanie*, pro majori parte, Galatia, *Chiangare*, Jonia, *Sarchan*, Lycia, *Menteſeli*, Lydia, *Caraſia*, Pamphilia, hodiè *Amaſia* ex parte. Nunc tota dividitur in quatuor partes, quarum major versùs occidentem, & mare Ægæum extenſa, propriè *Anatolia*, dicitur. Altera pars verſus Pontum Euxinum, & ſeptentrionem *Amaſia*, vocatur, ſeu etiam *Rum*. Tertia *Caramania* dicta, ad meridiem & juxtà mare Mediterraneum. Quarta in orientem porrecta versùs Euphratem, *Aladuli* dicitur, totaque nunc ſubeſt dominio Turcarum. Sed de ejus urbibus vide Aſia minor.

Nava, N*aha*, teſte Rhenano, *die* N*avv* aliis, fluvius Germaniæ ſuperioris, in Rhenum apud Bingium oppidum influens, ex montibus Auſtraſiæ in ditione Trevirenſi ſupra Fanum Vvendellii apud Eiſam pagum oriens, Cruciniæcum oppidum finitimum Bingio alluens De quo Auſonius in Moſellanicis:

Tranſieram celerem nebuloſo flumine N*avam*.

¶ Nava, N*abe*, fluvius, oritur ex vico N*ahevveiler* dicto, in confinio ditionis Trevirenſis; deinde per Palatinatum inferiorem fluens, prope Birkenfeldam, & alia oppida, auctus Lautera, & duobus aliis fluviis minoribus, rigatoque Cruciniaco, in Rhenum ſe exonerat juxta Bingium, 4. leucis infra Moguntiam in occaſum.

Tac. Navale, Græcis Ἐπίνειον & Ναυσταθμός ferè idem eſt quod Latinis portus. Apud Ptolemæum 4. Navalia leguntur; quæ ſunt Aulon, urbs Macedoniæ, Lechæus ad ſinum Corinthiacum, Cenchreæ ad ſinum Saronicum, utrumque ad Iſthmum, & Corinthiorum, reliquum Nauplia urbs oræ Argivorum. De quibus vide ſuis locis.

¶ Navale Antiatum, *Nettuno*, oppidulum Latii, nunc in Campania Romana, & in ora maris Tyrrheni, propè paludes Pomptinas, cum portu utcunque capaci, & aliàs in ditione Columnarum, juxta Antium promontorium, 25. milliaribus ab urbe Roma in Eurum diſtans.

Ptol. * Navalia, *Sovvol*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ inferioris libera, in Tranſiſalana regione, inter Iſalam & Vidrum fluvios, proxima Campenæ ubi 1. leuca recedens, à Daventria 4. in Boream, (* in maſcr. Seldeni Ναβαλία.)

¶ Navareſium, *Navareins*, urbs Galliæ, in Beneharnia provincia, cum arce permunita, ad Gabarum Oloronenſem fluvium, 4. leucis infra Oloronem in Boream, & 6. à Palo in occaſum diſtans, versùs Navarram inferiorem.

¶ Navarinum, *Navarin*, urbs ampla Peloponneſi, & emporium celebre, cum portu, ſub dominio Turcarum, aliàs Pylus Meſſeniaca dicta. Vide ibi.

Ptol. * Navaris, urbs Sarmatiæ Aſianæ, apud Tanaim fluvium, in finibus Jaxamatarum, *Nagariziachi* incolis, teſte Moletio. (* Ita manuſcriptus Seldeni codex Græcus Ναβαλίας.)

¶ Navarra, *Navar ra* Hiſpanis, *Navarre* Gallis, regnum eſt Hiſpaniæ, inter Galliam ad Boream, Aragoniam ad ortum & meridiem, & Caſtellam ad occaſum; & Pyrenæis montibus dividitur in duas partes, nempè in inferiorem, quæ cis montes, *Baſſe Navarre* Gallis dicta, *Merindada de ultra Puertos* Hiſpanis; ſubeſtque Regi Francorum uti legitimo Regi: & in ſuperiorem, quæ trans montes Pyrenæos vulgò *la Hante Navarre*, quæ Hiſpanis ſubeſt, & occupata per Ferdinandum Aragoniæ Regem, ejecto inde legitimo Rege Joanne Alebretio; dividiturque in quinque diſtrictus, ſeu Merindadas, ut vocant; ſuntque diſtrictus Pampilonenſis, *Merindada de Pamplona*, diſtrictus Olitenſis; *Merindada de Olite*, diſtrictus Sangoſſanus, *Merindada de Sangueſa*, diſtrictus Stellenſis, *Merindada de Eſtella*, & diſtrictus Tudelenſis, *Merindada de Tudela*. Regni caput eſt Pompejopolis, *Pamplona*, ad Argam fluvium. Ejus partes erant etiam provinciæ adiacentes Ipuſcoa, *Guipuſcoa*, Alava, *Alava*, & Rivogia, *Rioia*; ſed jam à multo tempore fuerant à Caſtellanis occupatæ. Navarra Hiſpanica tota ſiccior eſt, & in dies ſterilior evadit & inculta, cum Navarra inferior, ſeu Gallica ſatis rigua ſit valdè populoſa, & culta.

(*Navarra regni urbes, in ſuperiori*:

Lumbaria, Lumbier.
Olitum, Olite.
Pompejopolis, Pamplona, *regni caput*.
Sangoſſa, Sangueſa.
Stella, Eſtella.
Tafalla, Tafalla.
Tudela, Tudela.
Viana, Viana.)

Navarra inferioris urbes ſunt.

Fanum S. Joannis Pedeportuenſis, Sant Jean Pied de Port.
Fanum S. *Palacii*, S. Palais.

Plin. Ptol. Naubarum, urbs Sarmatiæ Europææ, in ora Mæotiæ paludis, inter Carcinitum fluvium & Tanaim, Carcinæ urbi & Carcinito fluvio propior. Populi Navari Ptolemæo.

Naucraticum, oſtium Nili, *Roſetto*, teſte Nigro, Canopo urbi proximum, quod & Canopicum; nunc ſic nominatum ab urbe vicina.

Plat. Strab. & al. Naucratis, urbs & nomus (qui Naucraticus dicitur adud Plinium) Ægypti mediterraneus, intra Deltam, à Nucratico oſtio introrſum parum diſtans, cui nomen tribuit.

¶ Naugracutum, *Naugracut*, urbs Indiæ, provinciæ cognominis caput, ad amnem *Ravée*, versùs montes, in ditione Magni Mogolis. Diſtat circiter 220. mill. paſſ. à Laborio in ortum. Provincia autem cognominis extenditur versùs Caucaſum montem & confinia Tartariæ.

Plin. Navilubio, Navillojon Ptolemæo, fluvius Hiſp. Tarracon. inter Aſtures & Calaicos fluens, vulgò *Mullon*, apud oppidum S. Martini in mare exiens. (* in Seld. man. Ναουιλλουίων.)

¶ Naulibe, Indiæ intra Gagem urbs, teſt Ptolemæo. Appian

Naulocha, Nauloga Silio, oppidum Siciliæ maritimum, in ora, inter Pelorum & Mylas, cujus hodie nihil exſtat, apud Divetum caſtrum. Ejus meminit Silius libro 14.

Non Herbeſos iners; non Nauloga pigra pericli
Sederunt.

Legitur & Naulochus apud Svetonium, & *Diveto* indigitatur, inter Phalacrium promontorium 6. & Mylas 18. mill. paſſ. caſtrum exiguum, (*in ora Boreali inſul æ.*) Strab.

Naulochus, Tetranaulochus Plinio, (licèt alius codex habeat Tetra, Naulochus, diviſim) *Goſacho*, teſte Nigro oppidum Thraciæ, in ora maris Euxini, apud Meſembriam urbem & fines Myſiæ inferioris. Eſt & Naulochus promontorium Imbri inſulæ meridionale: ubi fons, ex quo fœminæ bibentes maſculos pariunt eunuchos, teſte Philoſtrato in Heroicis. Naulochus item Plinio, Naumachos Melæ, inſula parva Cretæ, ante Samonium promontorium. Naulochum prætereà oppidum fuit, teſte Plinio, Phocidis, apud Anticyram & Criſſam. Naulochus verò generis maſculini apud eundem Plinium oppidum Thraciæ, apud Hæmum montem, non Naulochum ut in Theſauro Linguæ Latinæ.

Naulum, *Noli*, urbs parva oræ Licuſticæ epiſcop. ſub Archiepiſcopo Genuenſi, inter Savonam ad ortum 10. & Albingaunum in occaſum 20. mill. paſſ. Finario proxima. Dicitur & Naulium.

¶ Naulum, *Noli*, urbs eſt parva in ora occidentali maris Liguſtici, in planitie, aliàs ſui juris, nunc ſub dominio Reipublicæ Genuenſis. Portu caret, & deficit in dies. Prov. Rom.

Naumachia, vox Græca, non ſolùm certamen navale ſignificat, ſed etiam locum in quo illud certamen fiebat, populo inſpectante. Qui locus inſtar lacus erat in medio theatri, vel in campo aliquo circumſepto: in quem ducebatur aliunde aqua, ut naves ex adverſo locatæ pugnam inirent, ſive ad exercitium, ſive ad populi oblectamentum. Ex multis autem quæ in urbe Roma fuere, hæ memoratiores fuiſſe feruntur. Suet. P. Vi

Auguſti, in campo Martio, juxta Tiberim, teſte Svetonio, ubi hortuli aliquot erant, qui locus etiamnum *l' Ortalio* nominatur.
Neronis, in Vaticano, eò aqua maris ducta.
Domitiani, quæ in eodem loco fuiſse putatur ubi fuit naumachia Auguſti Cæſaris, apud hortum ſuum in Tiberis ripa, auctore eodem Svetonio.
Altera Auguſti, in campo Martio.
Fuit & in Circo maximo ab eodem Imperatore exſtructa.
Claudii Imperatoris apud Portum Romanum quæ adhuc viſitur, aqua eò ex mari perducta.

¶ Maumburgum, *Naumbourg*, urbs Germaniæ. Vide Neoburgum.

Naunes, *Nauſers & Nanſerſberg*, teſte Joſia Simlero, populi Alpini, in Alpibus Rhæticis, in Tridentina Diœceſi, quorum oppidum Naunium, cum fluvio cognomine, in finibus Tridentinorum, teſte Jano Pyrrho. Gaudentius Merula Naunes *Val di Ganna* in finibus Inſubrum interpretatur. Plin.

Navonius, *Porto Navon*, portus Corſicæ, portui Syracuſano finitimus. Ant.

¶ Navonius portus in Corſica inſula quid ſit non conſtat, forſan Favonius portus ſeu Favonii portus, nunc *porto Favone*, in ora orientali inſulæ, vix 8. milliar. à portu veteri in Boream Aleriam versùs à qua 30. mill. diſtat in auſtrum.

Naupactus Neopactus Ciceroni, Naupactum Plinio, *Lepanto & Einebachri* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Ætoliæ archiepiſcopalis, & regionis caput, cui nomen hodie tribuit, in ora ſinus Corinthiaci, apud fauces & Anthirrium promontorium, inter Nicopolim urbem Epiri 125. & Corinthum in ortum 90. mill. paſs. Hic ſedes eſt Præfecti Turcarum. Hinc Naupactæus nomen gentis. Ovidius libro 2. faſtorum: Cæſ. Liv.

Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Naupactum excubare apud Zenodotum proverbio dicitur, in os qui pereunt ignavia ſua, vel qui munus ſuſcipiunt plenum diſcriminis, uti Pauſanias Naupacti excubiis Præfectus, ab Achivis capta urbe interfectus. Aliter hoc adagium apud Suidam refertur. Naupactum a com-

à compactis navibus dictum volunt; quod ibi Heraclidæ primùm navem conſtruxerint.

¶ Naupactus, *Lepante* Gallis, urbs Achajæ, in Ætolia, & in ora ſinus Corinthiaci, qui ab ea *Golfo de Lopante* diciqur. Nunc caput eſt provinciæ Livadiæ propriè dictæ, ſub dominio Turcarum ab anno 1499. quo capta fuit à Baiazethe. Anno autem 1571. non procul ab ea commiſſum fuit prælium, Naupactinum dictum, ubi Turcæ victi & maxima clade affecti fuere à Chriſtianis, 95. mill. paſſ. diſtat à Nicopoli Epiri in Circium, & 145. à Methone in Boream.

Nauplia, (non Nauplias, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Napoli di Romania* Sophiano & aliis, urbs Peloponneſi maritima, & navale Argiæ regionis, ad ſinum Argolicum, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, nunc metropolis, & ſedes Præfecti Turcarum: ab Argo 7. mill. paſſ. in ortum diſtans, à Lacedæmone 59. in Cæciam.

Nauplia, *Napoli de Romanie*, ſeu *Napli*, ut quidam volunt, urbs eſt ampla, & emporium celebre, cum portu capaciſſimo, in loco peramœno, & totius Peloponneſi populoſiſſima, in Sacania provincia, cujus caput exiſtit. 60. mill. paſſ. diſtat à Lacedæmone in Boream.

Nauportus, Naupontus Straboni, urbs Japodum cum fluvio cognomine, *Laybach*, *Lubiana* Italis, *Laboto* Dalmatis, ut ſcribit Ortelius. Fluvius verò non longè in Saum defertur. Vide Labacum.

Nauportus nunc urbs eſt parva Germaniæ, *klein Laubach* dicta incolis, *petit Laubach* Gallis, in Carniola ſuperiori ad amnem cognominem, 7. mill. paſſ. in meridiem à *Laubach*, quæ Emona antiquis, & 12. à Savo fluvio, in quo Naupactus fluvius ſe exonerat.

Nauportus alter Plinio, *Quieto*, teſte Leandro cum aliis, fluvius Iſtriæ, per Æmoniam urbem excíſam fluens, ac in mare Hadriaticum ad Vrbem novam exiens. Naupontus malè in Theſauro Linguæ Latinæ legitur prior fluvius in Iapodibus.

Naurus fluvius Theſsaliæ. Vide Anaurus.

Nauſtathmus, portus Siciliæ, qui & Phœnicus Ptolemæo, *Vindicari*, teſte Fazello, in ora ad ortum, inter Elorum fluvium & Macaram, à Pachyno promontorio 10. mill. paſſ. Syracuſas versùs.

Nauſtathmus alter, portus Cyrenaicæ, apud Apolloniam urbem, ab ea parum in ortum recedens, ab eaque nomen accipiens; dicitur enim *Porto di Bonandria*, teſte Moletio.

¶ Nautaca, Sogdianæ regionis urbs, in Aſia, teſte Arriano.

¶ Maxia, urbs Cariæ in Aſia minori, Stephano, & Suidæ.

Naxius, fluvius Myſiæ inferioris, ad Tomos oppidum in Euxinum labens.

Naxos, quæ & Dionyſia, à copia vini, ſive à Baccho, qui ibi Ariadnen à Theſeo relictam excipit, *Nicſia* Sophiano, inſ. cum urbe archiep. cognom. una Cycladum, in mari Ægæo, quæ & Strongyle à rotunditate dicta, Callipolis, & Sicilia minor, teſte Plinio, vino marmoreque ſerpentino celebris, proxima Paro, 7. mill paſſ. diſtans. Delum versùs 18. circuitu 74. Populi Naxii. Ejus meminit Virgilius libro 3. AEneidos:

Bacchatamque iugis Naxon, viridemque Donyſam.

Naxus inter alia cotes producit: unde *Naxia cos* eſt in proverbio apud Stephanum de re ſive de homine apto ad dijudicandum, idem quod *Lydius lapis*. Alii de re firma dici volunt, quod cos hæc duriſſima ſit.

¶ Naxos ſeu, & meliùs, Naxus, aliis eſt *Nacſia*, inſula ſatis ampla & populoſa propter fertilitatem cum urbe cognomine, & Archiepiſcopo Latino. 30. circiter milliaribus diſtat à Delo in meridiem, eſtque ferè quadratæ figuræ.

Naxos, *Schiffo*, teſte Fazello, urbs Siciliæ exciſa, in ora, apud Taurominium urbem, ab ea 2. mill. paſſ. in auſtrum recedens, à Dionyſio majore Syracuſanorum tyranno everſa, à Chalcidenſibus anno ab orbe condito 4450. teſte Euſebio ædificata: loco cujus Taurominium à Timoleonte, teſte Plutarcho, extructa fuit. Populi Naxii.

Naxuana, *Naſſivan* ex tabulis recentibus, urbs Armeniæ majoris archiepiſcop. Artaxatis finitima, una ex præcipuis Perſici Imperii urbibus, inter Chorſam ad occaſum 90. & Tabreſium ad ortum 180. mill. paſſ. diſſidens.

Naym, urbs Palæſtinæ, in Galilæa, in Tribu Nephtali, apud montem Thabor, inde 5. mill. paſſ. & Hermon à Nazareth 10. in auſtrum Samariam versùs. Sedulius lib. 4.

Talibus inſignis virtutibus ibat in urbem
Quæ ſic dicta Naym.

¶ Naym, ſeu meliùs Naim oppidulum erat Tribus Iſachar, vix z. mill. paſſ. à torrente Ciſon, & 11. à monte Thabor in occaſum Cæſaream versùs.

¶ Nazada, Mediæ urbs apud Ptol.

¶ Nazama Apamenæ oppidum in Syria Ptol.

Nazomba, urbs parva Ciliciæ, terræ motu collapſa, teſte Rubeo.

Nazareth, urbs Palæſtinæ archiepiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, in Galilæa, in monte, exciſa, & in pagum redacta, ubi Dominus noſter Ieſus Chriſtus educatus fuit, à monte Tabor 7. mill. paſſ. á Naim. 10. in Boream, à Ptolemaide 21. in ortum, ab Hieroſolymis ad 90. in Boream, media ferè inter Ptolemaidem & Tiberiadem. Populi Nazareni. Illam circumſtant montes Thabor, Gelboe, & Hermon. Nazara à Iuvenco libro 1.

Ægypto ad patriam vectare, ubi Nazara felix.

¶ Nazareth urbs fuit Tribus Zabulon, versùs torrentem Ciſon, 7. mill. paſſ. à monte Thabor in occaſum diſtans paulò minùs à Naim, & ferè 26. à Ptolemaide in Eurum, uti 70. ab Hieroſol. in Boream.

¶ Nazarenus Archiepiſcopatus in præſenti titularis in regno Neapolitano & Diœceſi Tranenſi, habet Eccleſiam in oppido Barulo, quod vulgò *Barletta* vocant, in agro Bariano, & in ora maris Adriatici. Ei unitus fuit olim epiſcopatus montis viridis; & hujus loci Archiep. fuerat Vrbanus VIII. Pontif. Max. tunc Maphæus Barberinus dictus, cum apud Regem Galliæ Henricum IV. Sedis Apoſtolicæ Nuncius eſſet. *Ovid.*

Nazianzum, urbs Cappadociæ, Cæſareæ finitima (ab *& al.* ea in occaſum recedens) & Saſimis, priùs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, poſteà metropolis effecta, patria Divi Grægorii, qui Nazianzenus cognominatur. *Plin.*

Nea, Neæ Antigono, Stephano, & Suidæ, inſula maris Ægæi, inter Lemnum & Helleſpontum, *Nio*, teſte Nigro. Sed aliis *Nio* eſt Ios, inſula proxima Theræ, à prædicta ferè 200. mill. paſſ. in auſtrum diſtans. Fieri tamen poteſt, ut Nio duarum inſularum nomen ſit, ut aliis ſæpè contingit.

Nea & Neæ, Netum Silio, Neetum & Nectum Ptolemæo, Noti vel *Noto*, urbs Siciliæ, Fazello teſte, vallis Netenſis caput in ora auſtrali, à littore haud valdè diſtans, à Pachyno promontorio, 18. mill. paſſ. in occaſum, à Syracuſis 24. in auſtrum. Populi Netini Plinio, Netinenſes Ciceroni. Patria Decetii Regis Siculi; qui contra Syracuſanos, & Agrigentinos bellum geſſit, Menaſque, Palicam, & Collatinam (quæ non exſtat) ædificavit. Neti meminit Silius libro 14. *Diod.*

Et Netum, & Micite, pubesque liquentis Acheti.

¶ Neæthina vallis, *Valle di Noto*, una ex tribus provinciis Siciliæ inſulæ, & in ejus parte Auſtrali. Terminatur a ſeptentrione valle Nemorenſi, ab occaſu valle Mazaræ, ab ortu mari Jonio, & a meridie mari Africo. Ejus autem præcipuæ urbes ſunt Syracuſæ, *Saragoſſa*, Auguſta, *Auguſta*, Neætum, *Noto*, Terra nova, *Terra nova*, & Camarina, *Camarana*; & in ea ineſt Pachinum promontorium, 60. mill. paſſ. a Melita inſula in Boream.

Neæthus, *Neto*, teſte Barrio, fluvius magnæ Græciæ per agrum Crotoniatem fluens, cujus oſtia a Crotone urbe 6. mill. paſſ. in Boream diſtant. Meminit illius Ovid. lib. 15. Metam. *Strab.* *Prin,*

Præterit & Sybarim Salentinumque Neæthum.

Neandria, Neandros Plinio, oppidum fuit Troadis apud Helleſpontum. *Xenop.*

Neapaphos. Vide Paphos.

Neapoli, *Napoli*, Gallis & Anglis *Naples*, colonia & urbs archiepiſcopalis Campaniæ, maritima, regni Neapolitani caput, ac totius Italiæ clariſſima, civium multitudine ac nobilitate facilè omnes ſuperans, ab urbe Roma 125. mill. paſſ. in Eurum diſtans, ſic ab Auguſto dicta cum priùs Parthenope diceretur. Populi Neapolitani. Plinio Statius lib. 4. Theb. carm. 8. *Plin.* *Strab.* *& al.*

Nec ſolum feſtas ſecreta Neapolis aras.
Ambiat.

¶ Neapolis, *Napoles* Hiſpanis, urbs eſt Italiæ ampliſſima, emporium celeberrimum, totiuſque Italiæ populoſiſſima, & regni Neapolitani caput, ac Provinciæ Ter-

Terræ Laboris dictæ primaria. Portum habet capacem & ſatis tutum; & ejus ager mirè riguus & fertilis, in planitie amæniſſima . Ejus Eccleſiæ ſunt ſuperbiſſimæ; & munita eſt quatuor arcibus, nempè Caſtro novo, *Caſtello Nuovo*, Caſtro ovi, *Caſtello dell' Ovo*, Caſtro S. Elmi, *Caſtello S. Elmo*, & Turri Carmelitarum, *Torrione del Carmine*; quibus adiungitur in præſenti collis *Pizzofalcone* dictus, cum valido Hiſpanorum præſidio. Ab ea ſinus adiacens dicitur ſinus Neapolitanus, *Golfo di Napoli*, incolæ autem *Napolitani* Italis, *Napolitains* Gallis.

Plin. *Ptol.* Neapolis, Africæ urbs gemina: una in ora, apud Mercurii promontorium, inter Curubim 12. & Clupeam 20. mill. paſſ. à Carthagine 65. in ortum, *Nabel* incolis, teſte Marmolio, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi: altera in ora, apud Syrtim parvam, & oſtia Cinyphi fluvii, nunc *Napoli di Barbaria*, & aliis *Tripoli di Barbaria*, inter Carthaginem ad occaſum 639. & Alexandriam Ægypti in ortum 902. mill. paſſ. ex Antonino.

¶ Neapolis, quæ aliter Lepte magna, urbs Africæ, nunc L*epe*, ſeu *Lebeda* dicitur; eſtque in regno Tripolitano, & in ora maris Mediterranei, media inter Syrtim majorem ad ortum & Syrtim minorem ad occaſum. Portu gaudet capaci, 10. mill. paſſ. a Tripoli in ortum, uti 500. a Carthagine.

Ptol. *Ant.* Neapolis Macedoniæ, *Chriſtopoli* Sophiano, urbs olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Philippenſi, poſteà metropolis effecta, apud Strymonicum ſinum, inter oſtia Strymonis & Neſſi fluviorum, a Philippis 10. mill. paſſ. in auſtrum.

Ptol. Neapolis Palæſtinæ in Samaria, Hæbræis Sychen, ſeu Sichem & Sichima, ante Mamortha, teſte Plinio, *Naplos*, & aliis *Napoliza*, urbs epiſcopalis hodie ferè extincta, & a paucis habitata, à Samaria 9. mill. paſſ. in auſtrum, Hieroſolymam versùs 40. Sunt & aliæ urbes hujus nominis: una in Jonia, in Cariæ confinio, inter Epheſum & Samum, Straboni & Ptolemæo, altera in Sardiniæ ora Auſtrali, maritima, exciſa, adhuc N*apoli* dicta. Eſt & Neapolis oppidum, nunc pagus Cypri, L*emiſe la neuue*, teſte Luſignano, apud Amathuntem: cujus meminit Metaphraſtes. Eſt & Neapolis apud Græcos cognomento Nemeſi, urbs epiſcop. Cypri ritus Græci, in ora meridionali, inter Curæum ſive Curiadem, & Cytæum, inde 12. hinc 27. mill. paſſ.

¶ Neapolitanum regnum, *Regno di Napoli* incolis, *Reyno de Napoles* Hiſpanis, pars eſt perampla Italiæ, ad meridiem extenſa. Terminatur ab occidente ditione Pontificia, in aliis autem partibus mari circumdatur, nempè à ſeptentrione mari Adriatico ſeu ſinu Veneto, ab oriente ſinu Tarentino & mari Ionio, & a meridie mari Tyrrheno. Ibi aliàs fuere Samnium, Campania, Apulia, & magna Græcia; iterumque ſub primis Regibus diſtributum erat Regnum in quatuor provinc. ſcilicet Campaniam felicem, Aprutium, Apuliam, & Calabriam. Nunc autem in eo ſunt duodecim provinciæ, nempè Campania felix, Principatus citerior, Principatus ulterior, Capitaniata, Ager Barianus, Ager Hydruntinus, Aprutium citerius, Aprutium ulterius, Comitatus Moliſinus, Baſilicata, Calabria citerior, & Calabria ulterior. Reges anteà habuit proprios Andegavenſes; nunc autem ſubeſt Regi Hiſpaniæ. Ejus longitudo maxima ab oſtio Truenti fluvii ad Leucopetram promontorium eſt 330. mill. paſſ. latitudo autem a Cajeta urbe ad oſtia Aterni eſt 90. milliarium circiter. Dicitur a Gallis *le royaume de Naples*; & aliàs dictum fuit etiam regnum Siciliæ cis Farum. Regni primaria eſt Neapolis, urbs ampliſſima.

(*Neapolitani regni provinciæ*:

Ager Barianus, Terra di Bari.
Ager Hydruntinus, Terra di Otranto.
Aprutium citerius, Abruzzo citra.
Aprutium ulterius, Abruzzo oltra.
Baſilicata, Baſilicata.
Calabria citerior, Calabria citra.
Calabria ulterior, Calabria oltra.
Campania fœlix, Terra di Lavoro.
Capitaniata, Capitanata.
Comitatus Moliſinus, Contado di Moliſe.
Principatus citerior, Principato citra.
Principatus ulterior, Principato oltra.)

(*Neapolitani regni urbes præcipuæ*:
Acheruntia, Acerenza.
Aletium, Lecce.
Amalphis, Amalfi.
Anxanum, Lanciano.
Aquila, l'Aquila.
Barium, Bari.
B*arulum*, Barletta.
Beneventum, Benevento, *ditionis eſt Pontificiæ*.
Beſidianum, Beſignano.
Brunduſium, Brindeſi.
Caieta, Gaeta.
Cantazara, Cantazaro.
Capua, Capoa.
Compſa, Conza.
Coſentia, Coſenza.
Gallipolis, Gallipoli.
Gravina, Gravina.
Hydruntum, Otranto.
M*anfredonia*, Manfredonia.
M*ateola*, Matera. Nola, *Nola*,
Neapolis, Napoli, *regni caput*.
Nuceria Paganica, Nocera.
Pinna, Civita di Penna.
Rhegium, Reggio.
Roſſanum, Roſſano.
Salernum, Salerno.
Surrentum, Sorrento.
T*arentum*, Taranto.
Theate, Civita di Chieti.
Tranum, Trani.
Tropea, Tropea.) *Mel.*

¶ Neaughus, *Lough Neaugh*, lacus Hiberniæ, in Vltonia, valdè extenſus, inter Comitatus Antrimenſem, Dunenſem, Armachanum, & Tyronenſem. Sunt in eo aliquot inſulæ, & ex illo effluit Bannus fluvius. Ejus autem circuitus eſt 45. mill. paſſ. teſte Speedo. *Ptol.*

Nebis, Næbis Straboni, *Neiva*, teſte Iacobo Vaſconcello, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Bracarum, (cum pago cognomine) Limio proximus. Alii aliter indigitant; ſed Vaſconcello, uti indigenæ, ſubſcribendum cenſeo. Ortelius ſcribit Nevis ex Antonino, apud quem Nebius apud Aſturicam longè hinc diſtans, longèque diverſus. Hic autem Cadavo flumini Bracarum miſcetur, teſte Reſendio. *Prov.*

Rom. Nebium, N*ebbio*, urbs epiſcop. Corſicæ, exciſa, ſub Archiepiſcopo Genevenſi, apud arcem S. Florentii.

¶ Nebium, N*ebbio*, urbs Corſicæ, exciſa, in parte Boreali inſulæ, ubi nunc *Roſoli* pagus, 6. mill. ab ora littorali in meridiem diſtans, uti 7. ab arce S. Florentii Marianam versùs, & 9. à Baſtia in Africum. *Bib.*

Nebo, mons, & oppidum Palæſtinæ, in Tribu Ruben, quæ & Naboth, in Terra Moabitarum, apud Jordanem fluvium, contra Hiericuntem. *Plin.*

* Nebriſſa, quæ & Veneria, teſte Plinio, cognominatur, *Lebrixa* Morali & aliis, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, inter Hiſpalim 10. & oſtia Bætis 8. leucis, à Cæſariana 4. De qua Silius lib. 3. *Ptol.*

At N*ebriſſa Dionyſæis conſcia thyrſis.*

(* In Seld. manuſcr. Ναβρισα.)

Nebrodes, Neurodes Straboni, M*adonia*, mons Siciliæ perexcelſus, teſte Fazello, medius inter Ennam ad ortum & Thermas Himeræ ad occaſum, ex quo Gelas fluvius in auſtrum fluit. Is Craton vel Cratas Ptol. dici videtur, cæteris Siciliæ montibus (Ætna excepto) altior, latè patens, a quiſque ſcatentibus abundans; a copia damarum & hinnulorum nominatus, teſte Solino. De quo Silius libro 14. *Sol.*

Nebrodes gemini nutrit divortia fontis. *Tet.*

Necate, *Focaria*, teſte Nigro, promontorium Vmbriæ, in ora, apud Piſaurum urbem. *Tr.*

Necica, Dalaſſidis oppidum, in Cilicia. Ninica legunt Interpretes.

Necla, urbs Arabiæ petrææ, epiſc. ſub Archiep. Boſtrenſi, inter Petram & Medavam. *Ptol.*

Necropolis, ſuburbium olim Alexandriæ, in Ægypto, ideſt, urbs mortuorum, ab Alexandria 30. ſtadiis, ubi Cleopatra anguibus uberibus admotis ſe interfecit, ne ab Auguſto in triumphum duceretur. *Str.* *Ioſe.*

¶ Nectiberes Mauritaniæ Tingitanæ populi apud Ptolemæum.

Neda, Nedas Straboni, N*edina*, teſte Nigro, fluvius Arcadiæ, flexuoſiſſimè juxta Leprium fluens, Elæoſque à Meſ- *Pau.*

à Meſſeniis dividens, ex Lycæo monte oriens, cum oppido cognomine, teſte Stephano. Nomen habet fluvius à nympha Iovis nutrice, ut Cœlius Rhod. lib. 24. cap. 27. tradit.

¶ Neda fluvius aliis eſt *Longarola*, teſte Brietio, & ad eam vicus *Nedina* veteris nominis ſervat veſtigia.

Nedinum, *Nadin* Moletio & incolis, *Suſied*, teſte Mario Nigro, oppidum Illyrici mediterraneum, in Liburniæ Dalmatiæque confinio.

¶ Nedinum, *Nadin*, oppidulum eſt Dalmatiæ, in colle, juxta lacum cognominem, in ditione Turcica; ſed à paucis annis captum fuit à Venetis, & ejus munitiones disjectæ fuere. 18. milliaribus diſtat à Iadera in ortum, & 24. à Sebenicò in Circium, uti 9. ab ora maris Adriatici, ſeu ſinus Veneti.

Nedon, urbs Laconicæ; unde Neduſius, a, um, ut Neduſia Minerva.

Neetum. Vide Nea.

¶ Negapatanum, *Negapatan*, urbs Indiæ citerioris, in Coromandelia, & in ora ſinus Bengalæ. Subeſt à paucis annis dominio Hollandorum, cum anteà pareret Luſitanis, eſtque in tractu Principis Taniorii.

Negra, Nagara Ptolemæo, vt videtur, urbs Arabiæ felicis, in finibus Homeritarum, ubi ab illis S. Arethas martyrio affectus eſt, teſte Zonara cum Cedreno, *Negran*.

¶ Negumbum, *Negombo*, urbs parva Indiæ, in Ceylani inſula ſub dominio Hollandorum, in ejus ora occidentali, inter Chilaum ad Boream & Columbum ad auſtrum ferè media.

¶ Nelaxa, Bataneæ regionis Syriæ oppidum Ptolemæo.

Nelcynda, *Dolcinda* vel *Dulcinda*, regio Carmaniæ, in Aſia, in ora maris Indici: ex qua tota Carmania Dulcinda dici videtur.

¶ Neleus, Eubœæ fluvius, teſte Antigono in mirabilibus.

¶ Nelia, urbs Theſſaliæ, ad Pelaſgicum ſinum, teſte Strabone.

Nelo fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Arotrebas in Gallæcia fluens.

¶ Nelo, fluvius, nunc *Rio Villa*, fluvius Gallæciæ, versùs Compoſtellam labitur, & deinde in Oceanum Occidentalem ſe exonerat inter Artabrum promontorium ad Boream, & oſtia Minii ad meridiem.

Nemanturiſta, non Nemanturiſſa, uti plerique legunt, *Ayerbe* ex aliquorum conjectura, oppidum amplum Hiſpaniæ in Vaſconibus & regno Aragonio, medium ferè inter Cæſarauguſtam & Jacam 10. leucis. Quod aliis Lacetania eſt.

¶ Nemanturiſta, oppidum Vaſconum. Aliis eſt *Olite*, oppidum amplum Navarræ regni, ad Cidacum fluvium, 20. milliaribus a Pompejopoli in meridiem versùs Turiaſonem.

Nemauſum, Nemauſus Straboni, Melæ, Ptolemæo, *Niſmes* & *Nimes*, colonia & urbs Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, inde 7. leucis, inter Avenionem ad ortum 8. & Montem Peſulium in occidentem 6. urbs antiquiſſima, ubi amphitheatrum & plura antiquæ nobilitatis & magnitudinis veſtigia. Populi Nemauſenſes. Non longè Nemauſus fons, inſtar amnis fluens, & Vardo fluvius. De quo fonte Auſonius in catalogo urbium:

Non Aponus potu, vitrea non luce Nemauſus
Purior.

Nemea, *Triſtena*, teſte Nigro, oppidum Peloponneſi, Ceonis proximum, ubi ſylva Nemæa, in qua Hercules interfecit leonem: cuius rei meminit Lucanus lib. 1.

Si ſævum Argois Nemeæum Phœbe leonem
Nunc premeres.

Statius lib. 4. Thebaidos meminit ſylvæ:

Sylvarum Nemea longè regina virentum.

Nemea quoque, fluvius Peloponneſi, inter agrum Corinthiacum & Sicyonium fluens in ſinum Corinthiacum.

¶ Nemea, fluvius Peloponneſi, nunc *Langia* dicitur; eſtque medius inter Sicyonem ad occaſum, & Corinthum ad ortum, & in ſinum Corinthiacum ſe exonerat. Nemea item oppidum eſt Argiæ, medium inter Sicyonem in Circium, & ſinum Argolicum in Eurum.

Nemea etiam rupes apud Thebas in Bœotia, ſeu potiùs apud Nemeam oppidum Argiæ. De qua Virgilius lib. 8. Æneidos:

Prodigia, & vaſtum Nemea ſub rupe leonem.

Fons etiam Hiſpaniæ in Celtiberis: de quo Martialis lib. 1. epigrammate 49.

Nemea qua vincit nives.

Nemeium, locus Locrorum Ozolorum, in Achaia, ubi Heſiodus Poeta occiſus eſt, teſte Plutarcho. *Plut.*

Nemeſa, *Nyms*, teſte Ortelio, fluvius Galliæ Belgicæ per agrum Trevirenſium juxta Scheinecam & Bitburgum oppida fluens, inque Moſellam labens cum Sura, in qua primùm excipitur. Cujus meminit Auſonius in ſua Moſellanica: *Auſ.*

Namque & Pronæa, Nemeſaque adiuta meatu.

¶ Nemeſium Marmaricæ urbs, in Africa, teſte Ptolemæo.

Nemetacum, Nemetacenſes libro Notitiæ, *Mainy* nunc, pagus Belgii, in Flandria & territorio Inſulenſi, teſte Meyero, ab Inſula urbe 2. leucis in occaſum, ſeu Corum Bethuniam versùs, Metacum Ptolemæo, ut Velſero videtur. Aliis eſt *Lens*, oppidum Arteſiæ, inde 4. leucis in auſtrum. Neutri loco diſtantia apud Antoninum congruit: prior tamen ſententia magis probatur. *Ant.*

¶ Nemetacum, urbs Belgii, eadem quæ Nemetocerna, ſeu Atrebatum, *Arras* vulgò. Vide ibi.

¶ Nemetati, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi Ptolemæo.

Nemetes, *Speyr*, teſte Rhenano, Italis *Spira*, populi & urbs Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, libera, in Palatinatu, epiſcopalis ſub Archiep. Moguntino, inter Argentoratum ad auſtrum, & Magontiam ad Arctos 12. leucis, Nœomagus Ptolemæo, nunc Spira. De Nemetibus Lucanus libro 1. *Plin.* *Ptol.*

*Vt ſuperi voluere; late. Tunc rura * Nemetis.*

Ex præcipuis Germaniæ turrigera, ubi Imperii forum celeberrimum, ſive conventus juridicus. (* Hic alii *Nemoſſi* legunt, & rectiùs.)

¶ Nemetes, ſeu Noviomagus Nemetum, *Spire* Gallis, urbs eſt Germaniæ ſuperioris, ampla, ſed malè culta, intra fines Palatinatus Rheni, ſeu inferioris, ſub dominio tamen proprii Epiſcopi cum regiuncula adiacente, eſtque Cameræ Imperialis ſedes. Diſtat 7. leucis à Vormatia in meridiem, 4. ab Heidelberga in Africum, & una cum dimidia infra Philippoburgum in Boream. Malè habita fuit & pluries capta & recepta ultimo bello Germanico, nunc autem in dies reparatur. Vide Spira.

Nemetobiga, Nemetobica, Antonino, *Val de Nebro* teſte Tarapha, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella veteri, inter Vxamam 2. & Almazanum 6. leucis. *Ptlo.*

Nemetocerna, oppidum Belgii, in quo legio hyemavit ſub Cæſare, nunc pagus Brabantiæ, in territorio Leodienſi, *Neciter*, apud Moſam, inter Trajectum & Moſacum; licet Carolus Bovillus Namurcum urbem eſſe velit. Scribitur & Nemetocenna. *Cæſ.* *A. Hi.*

¶ Nemetocerna, urbs Belgii, quæ aliter Nemetacum & Atrebatum, vulgò *Arras*, teſtibus Cluverio, Sanſone, & aliis. Vrbs eſt permunita, Arteſiæ primaria, ad Scarpam fluvium. Capta fuit fortiter anno 1640. a Gallis, quibus etiamnum ſubeſt pace ad Pyrenæos confecta; eſtque epiſcop. ſub Archiepiſcopo Cameracenſi. Ibi Hiſpani victi & grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1654. Vide Atrebatum.

Nemeus mons, Nemea rupes Virgilio, mons Argiæ, in Peloponneſo, apud Cleonas Nemeam oppidum, & Nemæam ſylvam, unde Nemea quoque fluvius profluit. *Vib.* *ſeq.*

¶ Nemia, urbs Theſſaliæ, Etymologicon.

Neminia, fons agri Reatini, qui ortum mutans, annonæ quoque mutationem portendit, teſte Plinio libro 2. capite 103. *Plin.*

¶ Nemorenſis vallis, ſeu Vallis Demonæ, *Valle di Demona*, una eſt ex tribus provinciis Siciliæ magis ad Boream extenſa, & ex adverſo Calabriæ ulterioris, a qua dividitur freto Mamertino. Terminatur a ſeptentrione mari Tyrrheno, ab ortu mari Ionio, ab occaſu valle Mazaræ, & a meridie valle Neætina. Ejus urbes præcipuæ ſunt Meſſana, *Meſſina*, Catana, *Catania*, Pattum, *Patta* & Cephalædum, *Ciſalu*; & in ea etiam ineſt Mons Æthna ignivomus, *Mongibello* dictus.

Nemorenſis ager, & Nemorenſis lacus apud Tranquillanum, idem quod lacus Triviæ in Latio, ubi Nemi oppidulum apud Ariciam. Propontius lib. 3. elegia 20. *Feſt.*

Albanuſqe lacus ſocii Nemorenſis ab unda,
Potaque Pollucis lympha ſalubris equo.

¶ Nemorenſis lacus ſeu Nemus Dianæ, & lacus Triviæ nunc *Lago di Nemi* dicitur a caſtro Nemo ei adiacente.

Dicitur ab aliquibus lacus Genſani ab altero caſtro, ſedr malè. Eſt in circuitus 7. millarium, ut ego pluriès vidi, & ab urbe Roma diſtat 18. milliaribus in Eurum, & 4. a Velitris; eſtque in Campania Romana dicta.

Nemos & Nemus, *Nemi*, oppidum, ſeu pagus Latii, apud Ariciam, & Nemorenſem lacum, intra montes, ab Aricia 4. mill. paſſ. diſtans. Lacus verò *Lago di Nemi* nominatur.

¶ Nemos, ſeu, meliùs Nemus, *Nemi*, caſtrum eſt Campaniæ Romanæ, juxta lacum Nemorenſem, *Lac de Nemi* in colle, cum palatio ſuperbiſſimo Marchionum Frangepanorum, in ditione Pontificia, 18. milliaribus a Roma in Eurum, uti 6. ab arce Gandulphi, & 4. a Velitris diſtans. App. Ael.

¶ Nemoſinum, *Nemours*, oppidum lepidum, & amplum Galliæ, in Præfectura inſulæ Franciæ, & in Vaſtinio agro, ad Lupiam fluvium. 18. leucis diſtat a Lutetia in auſtrum, & 7. a Montargio in Boream, eſtque Ducatus titulo inſignitum.

Strab. Nemoſus, Nemoſſus Lucano, urbs olim Galliæ, & metropolis Arvenorum, ad Ligerim, quæ aliis videtur *Clermont* (quæ tamen apud Elaverim, non apud Ligerim eſt.) Aliis *Molins*, caput Borbonii Ducatus. Vide Gergobia. De qua Lucanus lib. 1.

Vt ſuperi voluere, latè. Tunc rura Nemoſſi.

Vbi alii Nemetis legunt. (*Forſan Auguſto Nemetum.*)

¶ Nenſia, urbs Africæ propriæ, teſte Ptolemæo.

Ptol. * Nentidava, *Noſenſtadt*, urbs Daciæ, in Tranſylvania, quæ nunc Briſtitia, & Hungaris *Beſtercze* dicitur, apud Ruthenorum, ſeu Roxolanorum fines, intra montes, a Claudiopoli 5. leucis in Boream recedens. * (in manuſcr. Seld. Νεπυδαία.)

Neoburgum, quod & Neopygrum, & Novacaſtra, multiplex urbs eſt Germaniæ: ſed duæ præcipuæ, una ad Salam fluvium, in confinio Miſniæ, Thuringiæ, & Saxoniæ, *Naumburg*, inter Erphordiam 8. & Lipſiam 6. leucis, epiſc. ſub Archiep. Magdeburgenſi. Altera in Bavaria, ad Danubium, ab Aichſtadio 3. leucis, Auguſtam versùs 7. *Neuburg*, ſedes Ducis Neoburgenſis. De qua libro quarto Itinerarii: Script. Germ.

Intramus Boii præclaram Principis urbem,
Indigenæ cives quam Nova caſtra vocant.

¶ Neoburgum, *Naumburg*, urbs eſt Saxoniæ ſuperioris in Miſnia provincia, inter Lipſiam ad ortum & Erfordiam ad occaſum, quò 1028. translatus fuit epiſcopatus Zeiticenſis, aliàs ſub dominio proprii Epiſcopi, nunc Adminiſtratori Neoburgenſi dicto è domo Saxonica paret cum regiuncula adiacente, *Stifft Naumburg* dicta, in ipſo limite Thuringiæ.

¶ Neoburgum, *Nevvenbourg* oppidum Germaniæ, in Briſigavia, ad Rhenum fluvium, medium inter Briſacum ad Boream & Baſileam ad auſtrum, ſub dominio Auſtriacorum. Ibi obiit anno 1639. Bernardus Dux Veimarienſis è Saxonica domo, vir fortitudine, & Victoriis commendatus.

¶ Neoburgum, *Nybourg*, oppidum munitum Daniæ, in parte orientali Fioniæ inſulæ, cum portu capaci, & juxta fretum *Beltſund* dictum, 18. mill. paſſ. à Selandia inſula & Corſoa portu in occaſum Ottoniam versùs, à qua pari ſpatio diſtat.

Neocæſarea, *Nixar* Leunclavio, *Thocato* vel *Tocato* Nigro, urbs Cappadociæ, ad Lycum fluvium, archiepiſcopalis, & metropolis, regioni caput, quæ *Tocato* dicitur, ac ſedes Satrapæ Turcarum: ſub qua urbes epiſcopales Polemonium, Ceraſus, Comana, Rhizæum, cum aliis: quæ etiam Hadrianopolis, teſte Stephano, dicta eſt, inter Amaſiam ad occaſum & Trapezuntem in ortum ſupra 100. mill. paſſ. Fuit & Neocæſarea urbs Syriæ epiſcop. ſub Archiep. Hierapolitano in Euphrateſia. & al. Sol.

Neocaſtrum, cujus populi Neocaſtrenſes dicuntur, *Nicaſtro*, urbs Brutiorum, in magnæ Græciæ confinio epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, media ferè inter Conſentiam & Catacium 20. mill. paſſ. à Mamertio, ſeu Martorano 10.

¶ Neocaſtrum urbecula eſt epiſcopalis regni Neapolitani, in provincia Calabriæ citerioris, 6. mill. diſſita ab ora maris Tyrrheni.

Ptol. Neoclaudiopolis, ſeu nova Claudiopolis, antea Andrapa, urbs Paphlagoniæ, Claudiopoli veteri & Tavio finitima, *Conique*: aliis *Caſtromena*, ab Ancyra urbe Galatiæ ſupra 130. mill. paſſ. in occaſum, a Cratia 24.

¶ Neocomum, *Neufchaſtel* Gallis, *Nevvenburg*, Germanis, oppidum Helvetiorum, ad lacum cognominem. Subeſt dominio proprii Principis Ducis Longovillani cum regiuncula adiacente. Diſtat 8. leucis Germanicis a Lauſana in ſeptentrionem, ferè 7. à Berna in occaſum Veſuntionem verſus; & 8. à Soloduro in Africum.

Neodunum, poſteà Dolenſis urbs Gregorio Turonenſi, *Dol*, teſte Cœnali, urbs epiſcopalis Galliæ Celticæ, in Britannia minore, à Rhedonibus 10. leucis in Boream. Cuius epiſcopus aliquando Archiepiſcopus appellatus eſt, licèt Archiepiſcopo Turonenſi ſubſit, Nœodunum in codice Græco Ptolemæi, licèt codex Latinus Neodunum habeat. Malè *Leondul* in Theſauro Linguæ Latinæ indigitatur. Scrip. Gal.

¶ Neoforum, *Nevvmarckt*, oppidum Germaniæ, in Sileſia & Ducatu Vratislavienſi, in loco amæno collocatum, medium inter Vratislaviam ad ortum & Lignitium ad occaſum, 4. leucis diſtans.

¶ Neoforum, *le Neufmarchè*, oppidum aliàs, nunc vicus Galliæ, in Normannia prov. ad Eptam fluvium, in ipſo limite Bellovacenſis provinciæ. Dicitur aliter, & meliùs, Novus Mercatus. Vide ibi.

Neomagus, *San Salveur* Villanovano, oppidum Galliæ Celticæ, in ora Normanniæ Boreali & maritima, a Iuliobona 4. leucis in occaſum, ſicut ab oſtio Sequanæ. Sed eſt potiùs urbs Lexoviorum, *Liſieux*, nam apud Ptolemæum mediterranea eſt, non maritima. Vide Nœomagus, ſic enim in codice Græco Ptolemæi. Ptol.

¶ Neomagus, urbs Galliæ Celticæ, nunc eſt *Liſieux*, urbs ampla Normanniæ, quæ aliter Noviomagus Lexoviorum ſeu & Lexovium. Vide ibi.

Neomagus etiam idem Ptolemæo, vel Nœomagus urbs Nemetum, in Germania ſuperiori, (Vide Nemetes) nunc Spira. Ptol.

Neomagus, *Odenheim* vel *Vdenheim*, oppidum ſeu pagus Germaniæ ſuperioris, in Palatinatu, apud Rhenum, teſte Ioanne Heroldo, inter Tabernam Rhenanam & Spiram, proximus Spiræ, 1. leuca diſtans. Sed mihi potiùs ipſa Spira videtur, ita ut eadem ſit Neomagus Antonino & Ptolemæo. Ant.

¶ Neomagus Nemetum, ſeu Noviomagus aliis, eſt pars ipſa Spira, *Spire*, ad Rhenum, ampla eſt, epiſcopalis, & libera, 12. leucis infra Argentinam in Boream, & vna cum dimidia à pago, *Vdenheim*, qui nunc Philippoburgus dicitur; eſtque arx munitiſſima. Vide Nemetes. Ptol

Neomagus item, *Vvoodcote* Camdeno, pagus Albionis, in Anglia, apud Londinium 6. mill. diſtans, ſed Lhuydo eſt *Gilford*, Talboto *Croyden* vel *Croydon*, in finibus Regnorum, in ora Auſtrali, * apud Ciceſtriam urbem, quæ ipſa Neomagus eſſe videtur, à Londinio 50. mill. diſtans, in medio ferè Gilfordia. (* Tres nominati loci ponuntur in Suthreiæ Comitatu, longeque diſtant à Ciceſtria, quæ ad oram ferè maritimam in Comitatu Suſſexiæ viſitur.)

¶ Neomagus, ſeu Noviomagus, oppidum Regnorum, in Anglia. Nunc eſt, *Voodcote*, teſtibus Camdeno, Sanſone, & aliis, & longè diſtat ab ora Auſtrali, & 9. tantùm milliar. Anglicis à Londino in meridiem.

Neomagus Ptolemæo oppidum Galliæ Narbonenſis, in finibus Tricaſtinorum, *Nyon*, teſte Ioanne Poldo. Et in Gallia Belgica; in finibus Trevirenſium, *Numagen*, pagus ad Moſellam, à Treviris 3. leucis in ortum. Et in Campania *Nogent ſur Seine*, inter Agendicum 7. & Trecas 11. leucis, in finibus Senonum.

Neon oppidum fuit Phocidis, ad Parnaſum montem, Delphis finitimum. Pauſ.

Neontichos oppidum fuit Aeolidis, juxta Hermum fluvium, Latinè Novus murus. Herod.

¶ Neopyrgum, *Sancta Marinella*, caſtrum Italiæ, in ditione Pontificia, & in provincia Patrimonii S. Petri, cum turri & portu tantiſper capaci, in ora maris Tyrrheni, & in dominio Barberinorum; ibique fuit aliàs Pyrgus oppidum Hetruriæ, 6. milliaribus diſtat à Centumcellis in ortum, Romam versùs 33. circiter, teſte Guillelmo Leſleo. Vide pyrgus. Herod.

Neopygrùm, *Naumburg*, urbs Saxoniæ ſuperioris, ſeu Thuringiæ, ad Salam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, inter Erphordiam & Lipſiam, inde 8. hinc 6. leucis. De qua in lib. 3. Itinerarii. (*Vide Neoburgum.*) Script. Germ.

Vſta ſed hinc poſtquam Neopyrgi mœnia flammis
Irriguaſque Salæ tranſieramus aquas.

Neopyrgum & Neoburgum alterum, *Neuburg*, urbs Bavariæ, ad Danubium, Ducali dignitate inſignis, proxima Ingolſtadio, inter Ratiſponam ad ortum & Vlmam ad occaſum. Script. Germ. Dion.

Neo-

Neoritæ, populi Gedroſiæ, qui cadavera defunctorum in arboribus ſuſpendebant.

¶ Neoſelium, *Neuhauſel* Germanis, *Ovvar* Hungaris, oppidum parvum, ſed munitum Hungariæ, ad Nitriam amnem, anno 1663. captum à Turcis quibus etiamnum ſubeſt. Vix duabus leucis diſtat à Danubio fluvio, ubi recipit Uvagam, in ortum, & totidem à Comora in Græciam, 10. autem à Poſonio in Eurum, & 7. à Strigonia in Circium. Iuriſdictionem habet ſatis amplam in viciniis.

Nepet, Nepete Livio, Nepeta Ptolemæo, Nepita Straboni, Nepetes Procopio, colonia Nepenſis Frontino, *Nepi*, vel *Nepe*, Hetruriæ urbs epiſc. inter urbem Romam, & Viterbium ad 20. mill. paſſ. Sutrio proxima, ad 4. mill. paſſ. diſſidens. Quarum urbium hodie epiſcopatus juncti ſunt. Populi Nepeſini. Silius lib. 8.

Hos juxta Nepeſina cohors, æquique Faliſci.

¶ Nepet, vulgò *Nepi*, urbs eſt parva Hetruriæ, in ditione Pontificia, & in provincia Patrimonii S. Petri, juxta amnem *Pozzolo* dictum, 6. milliaribus à Sutrio in ortum, & 5. à Monte Roſulo versùs Civitatem Caſtellanam diſtans.

Nephelis, urbs Ciliciæ maritima, epiſcopalis, ſub Achiep. Seleucienſi, inter Antiochiam ſuper Crago ad occaſum, & Anemurium ad ortum, ab Antiochia ſupra 10. mill. paſſ. nunc jacens.

¶ Nepheris, Africæ propriæ oppidum Appiano & Straboni.

Nephthali, *Suziz*, teſte Brochardo, ſeu *Siziz* Poſtello, urbs Palæſtinæ, in monte, in Galilæa, inter Cæſaream Philippi & Geneſaram lacum. Antiquum nomen retinet, à Bethſaida 6. mill. paſſ. in Boream. Hieronymus Vida lib. 2. Chriſtiad.

Qui celſam Nazona habitant, qui Nephthalis urbem.

¶ Nephthalim, una ex duodecim Tribubus ſeu partibus Judææ, versùs fontes Joardanis, & inter Tribum Aſer ad occaſum & dimidiam Tribum Manaſsè, trans Jordanem ad ortum, ad ſuperiorem & occiduam Jordanis ripam.

Neptuni fanum, multiplex in Peloponneſo: unum in Iſthmo Corinthiaco apud Cenchreas, teſte Strabone & Mela; alterum Ptolemæo apud Patras; aliud in Galauria inſula, teſte Pauſania, & aliud apud Tænarum, teſte Plutarchò; aliud etiam apud Mantineam urbem Arcadiæ, teſte Polybio.

Neptunia oppidum & colonia fuit magnæ Græciæ, apud Scyllacium urbem, ad montis Moſcii radices.

¶ Neptunium, *Nettuno*, aliàs Navale Antiatum, oppidum Italiæ, in ditione Pontificia, cum portu tantiſper capaci in Latio & in ora maris Tyrrheni, aliàs ſub dominio utili Columnarum, medium inter Tarracinam ad ortum & oſtia Tyberina ad occaſum, 25. milliaribus utrinque, & versùs Pomptinas paludes.

Neptunium promontorium, *Capo Ara* Moletio, promontorium Arabiæ felicis, ad fretum, & fauces ſinus Arabici.

Neptunius fons, Neptuniæ aquæ Livio, in Latio, apud Tarracinam urbem.

Neptunius mons, *Spreverio*, teſte Fazello, mons Siciliæ, inter Nebrodidem, & oram occidentalem maris Tyrrheni: qui etiam inter Maſſanam & Taurominium intercedit.

Nequinum. Vide Narnia.

¶ Neracum, *Nerac*, urbs Galliæ, in Aquitania & in Vazatenſi tractu, ad amnem Baiſam, Ducatus tamen Leporetenſis pars. Vix 2. leucis diſtat à Garumna fluvio, ferè 3. à Condomo in ſeptentrionem, & 4. ab Agenno in occaſum; eſtque ſatis culta.

¶ Nericia, *Nericie*, provincia regni Sveciæ, in Svevonia. Dicitur etiam Noricia à quibuſdam; eſtque inter Uveſtmanniam & Sudermanniam ad ortum, & Uveſtrogothiam ad occaſum. Ibi urbs Orebroa, *Orebro*, regionis caput, juxta Hielmerum lacum.

Nerigon, *Norvegia*, *Norvvegen*, teſte Becano, *Norvvay* Anglis, regio, (non inſula, ut ſcribit Plinius, Oceani Britannici) potiùs peninſula magnæ Scandinaviæ ad occaſum vergens; quæ proprium Regem habuit, nunc verò Regi Dano paret. Cujus regia Bergos, & metropolis Nidroſia, in ora occidua. (*Vide Norvegia.*)

Nerii, populi Hiſp. Tarraconenſis, in ora occidua Gallæciæ, ad Nerium promontorium incolentes.

¶ Neriphus, inſula deſerta circa Thraciæ Cherſoneſum Plinio.

¶ Neripi, Sarmatiæ Aſiaticæ populi, apud Plinium.

¶ Neris, Meſſeniæ urbs, in Peloponneſo, Stephano & Papinio 4. Thebaidos.

Neritos, mons Ithacæ inſulæ, & Melæ urbs Leucadis; & ipſa Leucas etiam Nerinus dicitur. Virgilius lib. 3. Aeneidos: *Plin.*

Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua ſaxis.

Hinc Neritius, nomen gentis:

Neritiaſque domos, regnum fallacis Ulyſſis.

Ovidio lib. 13. Metamorph. Neritos inſula non eſt vicina Zacyntho, ut in Theſauro Linguæ Latinæ legitur, cum Ithaca & Cephalene interſint.

* Neritum, *Nardo*, urbs Salentinorum, epiſc. ſub Archiep. Brundiſino, exempta, apud oram ſinus Tarentini, inter Aletium 15. & Callipolim 9. mill. paſſ. à Tarento 45. in ortum. Populi Neretini Plinio. (* in manuſc. Seld. Νήριτον.) *Ptol.*

¶ Neritum, *Nardo*, urbs Salentinorum, in Meſſapia, à quibuſdam Neretum dicta. Nunc urbs eſt provinciæ Hydruntinæ in regno Neapolitano, in planitie, ſatis populoſa, ſub dominio utili Comitis Converſani. Ejus Epiſcopus fuit Alexander VII. tunc Nuntius Apoſtolicus Coloniæ & ad tractum Rheni. Vix 2. aut 3. milliaribus diſtat ab ora ſinus Tarentini. 7. à Callipoli in Boream, 13. ab Aletio in Africum, 25. à Brunduſio in meridiem, & 40. à Tarento in Eurum.

Neritum quoque Plinio, Neritos Straboni & Melæ, *S. Maura*, urbs epiſc. Leucadis inſulæ ſub Archiepiſcopo Naupactenſi, nunc metropolis, ubi ſedes Præfecti Turcarum. Vide Leucas. *Plin.*

Nerium promontorium, *Capo di S. Maria finis terræ*, promontorium & oppidum Hiſp. Tarraconenſis, in ora occidua Callaicorum, quod & Artabrum, & Celticum Plinio & Melæ dicitur, à Compoſtella urbe 16. leucis in occaſum Corum. Populi Nerii. *Strab. Ptol.*

Neroberga. Vide Noricorum mons.

¶ Nerolinga, *Norlingen*, urbs Imperialis Germaniæ, in Svevia, quibuſdam Norlinga, ad amnem *Eger*, nota clade Svecorum anno 1634. & victoria Francorum anno 1644. Diſtat 4. milliaribus Germanicis à Lauginga in Boream, totidem à Vuerda in Circium, & 10. ab Ingolſtadio in occaſum.

Neron, inſula maris rubri, ante Arabiam felicem, in ora ad ortum; ubi cryſtallus, teſte Plinio, provenit. *Plin.*

Neronias, quæ & Irenopolis Ptolemæo, urbs Ciliciæ mediterranea, epiſc. ſub Archiep. Anazarbeno. Neronias quoque dicta eſt Cæſarea Philippi, in Cœleſyria, teſte Joſepho. *Lib. Conc.*

Nertobrica oppidum fuit Hiſp. Bæticæ, apud Luſitaniæ confinia, circa *Frexenal*, *Fuentes*, *Bodenal*, & *Higuerra* oppidula. Locus *Valera* nominatur; à *Frexenal* 3. leucis teſte Aria Montano, diſtat. *Appia. Fac.*

Nertobrica altera, ſeu Nertobriga, *Almunha*, teſte Varrerio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis & regno Aragonio, inter Cæſarauguſtam 9. & Bilbilim 5. leucis. Hieronymo autem Suritæ *Rota* nominatur, & aliis *Val de Nebo*; Joanni Marianæ *Riela*, à Cæſarauguſta 8. leucis, versùs Bilbilim 6. Quæ urbs Numantinis favebat. *Ant. Ptol.*

Nerva, fluvius Hiſp. in Cantabris. (Vide Neſua) aliis Nervius, * *Ibar Sabell*, teſte Mariana, Bilbaum oppid. alluens (**Ibay caval* ſcribit Brietius.) *Ptol.*

¶ Nerva, fluvius Hiſpaniæ, in Biſcaja. Nunc *Nervio* dicitur & antea *Ibay caval*. Bilbaum rigat, & 5. milliaribus infra in Oceanum Cantabricum ſe exonerat. Dicitur etiam Nanſa.

Nerveſiæ, vicus Italiæ, ſeu Latii, in Æquicolis, ubi conſiligo herba naſcitur, teſte Plinio, apud quem etiam Nernegiæ legitur.

Nervii, populi Galliæ Belgicæ, quorum urbs Tornacum, Gallis *Tournay*, & Germanis *Dornick*, in Flandria, ad Scaldim fluvium, in Hannoniæ confinio & Arteſiæ, epiſcopalis, ſub Cameracenſi Archiepiſc. cum priùs eſſet ſub Remenſi, media inter Duacum & Aldenardum 8. leucis ſic inter Valencenas & Corteriacum. Claudianus de bello Gildon. *Cæſ. Plin.*

Nervius inſequitur, merituſque vocabula Felix,
Dictaque ab Auguſto legio.

¶ Nervii populi fuere Galliæ Belgicæ, ubi nunc provincia ſeu Comitatus Hannoniæ, *le Haynaut*; eorumque primaria erat Bagacum, *Bavay*, teſtibus Sanſone, Brietio, & aliis. Terminabantur ab oriente Aduaticis, & ab occidente Atrebatibus & Pleumoſiis. Tornacum autem

urbs Flandriæ, ad Scaldim fluvium erat, in Pleumoſiis. Vide Hannonia.

Amm. Liv. Nerulum, *Lagonero*, teſte Celſo Cittadino, oppidum Lucaniæ mediterraneum, inter Salernum ad occaſum 60. & Summuranum ad ortum 16. mill. paſſ. Alterum in Sabinis, *Nerula*, inter Nomentanum & Cutilias 10. mill. paſſ. ab urbe Roma ſupra 20.

¶ Nerulum, *Nerula*, oppidum eſt Sabinæ provinciæ, ad amnem *Correſe*, in ditione Pontificia, 20. mill. paſſ. à Roma in Cæciam; eſtque Ducatus titulo inſignitum Principis Præneſtes, gentis Barberinæ.

Plin. Nerum inſula eſt maris Rubri, Arabiæ felici adjacens: in qua cryſtallum naſci Plinius teſtatur. Vide Neron.

Neruſi, Neruſii Ptolemæo, pop. Alpini, apud montem Veſulum, quorum urbs eſt Vintium Ptolemæo, *Venza* & *Venze*, urbs epiſcopalis in Provincia.

Neſactium, Neſactum Ptol. Neſattium Livio, *Caſtel novo*, teſte Nigro, oppidum Hiſtriæ quaſi extremum, ad Arſiæ fluvii oſtium, in Liburniæ confinio, inter Polam 17. & Alvonam 4. mill. paſſ.

¶ Neſæa, pars Hyrcaniæ, per quam Ochus fluvius labitur, teſte Strabone.

Vet. Inſ. Neſcania, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, excíſum, apud Anticariam urbem, ab ea 6. mill. paſſ. teſte Morali, diſtans.

Dionyſ. Neſiades, inſulæ parvæ Galliæ Celticæ, contra Ligeris oſtia, quæ & Veneticæ, *Isles des Vannes*, teſte Camdeno.

Plin. Cic. Neſis, Neſſis Statio, *Niſita*, inſula parva Campaniæ, proxima continenti, inter Neapolim 6. & Puteolos 3. mill. paſſ. ante Pauſilypum promontorium aſparago celebris. De qua Statius lib. 2. ſylv. carm. 2.

Aera reſpirat pelago circumflua Neſſis.

Et act. Syncerus egloga 1.

Piſcoſamque lego celeri Neſida phaſelo.

Strab. Neſonis, Neſonium ſtagnum Suidæ, palus Theſſaliæ, apud Lariſſam urbem.

¶ Neſſum, Theſſaliæ urbs Stephano.

¶ Neſſus, Thraciæ fluvius Ptolemæo, Neſtus Herodoto & Plinio.

¶ Neſtus, fluvius Illyrici Stephano, Tilurus Antonino & Peutingero, nunc *Cetina* ſeu *Zetina*, teſte Joanne Lucio.

Mel. Neſua, Nezua Ptolemæo (licèt Nerva nonnulli legant) *Nanſa* ex tabulis recentibus, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Cantabros inter Flaviobrigam & Nœgauceſiam oppida in Oceanum fluens.

¶ Neſuiſium, *Neſvvies*, oppidum Poloniæ, in Lithuania & in Palatinatu Novogrodenſi, ad amnem Uzſam, inter Novogrodam ad occaſum & Slucum ad ortum, 10. leucis utrinque, uti 13. à Minſco in Africum; eſtque ſatis cultum & Ducatus titulo inſignitum Radzivilorum.

Ptol. Neſus, Neſtus Herodoto & Plinio, *Neſto* Sophiano, & *Charaſou* Turcis, teſte Bellonio, fluvius Thraciæ, illam à Macedonia diſterminans, ab oſtio Strymonis 66. mill. paſſ. in ortum diſtans, ac Pangæi montis radices lambens, teſte Solino. Neſus alter Ptolemæo. Neſtus Stephano, *Niſſava*, oppidum & fluvius Myſiæ ſuperioris, ab Ulpiano in occaſum fluens. De Neſto Baptiſta Mantuanus:

Strimonius meminit Neſtos, ſcit Biſtonis unda.

Ubi minùs rectè Strymonius cognominatur, à Strymone longiùs diſtans.

Cic. Netinenſes populi Siciliæ, quorum urbs Netum. Vide ibi.

Strab. Netium, *Andri*, teſte Nigro, & *Andria* aliis, urbs Apuliæ Peucetiæ mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tranenſi, inde 12. mil. paſſ. in meridiem, à Bario 23. in occaſum, inter Rubum 6. & Canuſium 10. Ducali titulo exornata. Andria nunc Latino recenti.

¶ Netium, oppidum Apuliæ Peucetiæ, quid ſit non conſtat; & Neritum ſcribendnm eſſe annotavit Surita ad Antonini Itinerarium.

Netum. Vide Nea, & Neetum. Silius lib. 14.

Et Netum, & Micite, pubeſque liquentis Acheti.

¶ Neva, Cæleſyriæ urbs, inter Capitoliam, & Damaſcum, teſte Antonino.

Vet. Inſ. Neviaſca, fluviolus Liguriæ, qui in Porciferam labitur apud Genuam urbem, ſic vulgò ex tabula ænea antiqua.

¶ Nevidunum, *Nyon*, oppidum Helvetiorum, in pago Bernenſi & in Romana ditione, ad lacum Lemanum, cum caſtro, 4. leucis à Geneva in Cæciam Lauſanam versùs. *Ant.*

Nevidunum, *Neuvy*, oppidum Galliæ Celticæ, in Ducatu Nivernenſi, apud Bridoborum 2. mill. paſſ. diſtans. Vide Noviodunum.

¶ Nevidunum, *Neufvy*, oppidulum eſt Puſæenſis tractus, ad Ligerim fluvium, propè Nivernenſem Ducatum & Bituricenſem provinciam, 4. leucis ſupra Bridoborum in meridiem. Vide Noviodunum.

Neuri, populi Sarmatiæ Europææ, quos Mela ad ortum Tyræ fluvii locat, Solinus circa Boryſthenem: quos etiam narrant in lupos ſe transformare, & ad priorem, cum volunt, formam redire. Horum urbs Nerva, *Narva*, in ora Livoniæ extrema, à Revalia urbe 3. leucis in Boream diſtans, nonnullis eſſe ex alluſione nominis videtur. De his Flaccus lib. 6. Argonaut. *Herod. Plin. & al.*

Neurus, & expertes canentis Jazyges ævi.

¶ Neurii, populi Sarmatiæ, ubi fuerint non mihi conſtat: ſed ad Tyram aut ad Boryſthenem longè diſtabant in meridiem à Narva urbe Livoniæ, juxta ſinum Finnicum, & 30. ferè leucis à Revalia in ortum, ubi aliàs Hirri populi fuere, teſte Sanſone.

Neuris, inſula Propontidis. Vide Proconneſus.

Neuſtria, poſtea Normannia, à Normannis populis Galliam ingreſſis, *Normandia*, Gallis *Normandie*, regio Galliæ Celticæ inter Sequanam ad ortum & Argenem ad occaſ. Quamvis Neuſtria magis pateat Normannia, ad Ligerim uſque pertingens. Hic Ortel, non ſine manifeſto errore Neuſtriam cum Auſtraſia, quæ Lotharingia eſt, confundit. Neuſtria à nonnullis ea pars Galliæ Belgicæ, quæ vulgo *Uveſtreich* & *Uvoſtrych* dicitur, appellatur. Aliis eſt Francia occidentalis; ſed malè, ut Joannes Goropius Becanus in Gallicis ſcribit. Non enim Neuſtria totam Franciam occidentalem, quæ Germanis *Uveſtryck* nominatur, ſed partem duntaxat complectitur. *Plin. Steph. Ptol.*

Neuſtria pars fuit regni Franciæ, ubi nunc Normannia pro majori parte & Belſia; & ſic deſcribitur Hotomani verbis in majoris monaſterii chronico: Neuſtria eſt quidquid à Pariſiis & Aurelianis interiacet, inter Ligerim & Sequanam inferiùs ad Oceanum; eſtque vocabulum enatum circa Caroli magni tempora, ejuſque ſæculi ſcriptoribus valdè frequens. Nunc autem ab indoctis Normannia perſæpe pro Neuſtria ſumitur, ſeu vice verſa; quanquam Normannia ſit tantùm pars Neuſtriæ, quæ ei tamen nomen antiquum eripuit.

¶ Niancheum, *Nianchеu*, urbs regni Sinarum, in provincia Chequiamenſi, ad fluvium *Chè*; undiq; tamen collibus vallata, & ſub ipſa ſunt quinq; aliæ urbes, teſte Martinio.

Nicæa, urbs gemina; una urbs archiepiſcop. Bithyniæ, in Aſia, ad Aſcaniam paludem, priùs Antigonia, teſte Strabone, Olbia Plinio & Ancore, teſte Stephano, dicta, *Iſnich*, de nomine lacus Aſcanii, & *Nichor*; teſte Leunclavio, ſed Sophiano *Nichea*, inter Nicomediam ad Boream 44. & Pruſam in Eurum 25. mill. paſſ. diſſita. Hinc exercitum Turcarum 54. caſtris Artaxata urbem majoris Armeniæ (*Teſlis* ea nunc dicitur) perveniſſe tradunt. Nicææ Philiſtion comicus Socratis contemporaneus nimio riſu repentè expiraſſe traditur, quod & Sophroni contingit, teſte Politiano, in Nutricia. In hac urbe Concilium adversùs Arrii ſectam anno ſalutis humanæ 324. celebratum. Altera Liguriæ, apud oſtia Vari fluvii Liguriam à Gallia Narbonenſi ſeparantis, *Nizza di Provenza*, Gallis *Nice en Provence*, (nunc enim in Provincia & Gallia Narbonenſi, ob idioma Gallicum quo utitur, ſub Duce Sabaudo, cenſetur) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, inter Genuam ad ortum & Maſſiliam ad occaſum ſupra 100. mill. paſſ. à Taurinis ſupra 84. à Maſſilienſibus condita. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

¶ Nicæa, urbs Vediantiorum, *Nice de Provence*, urbs Galliæ Narbonenſis & Viennenſis quartæ. Urbs eſt ampla in ora maris Mediterranei, cum portu capaci & arce munitiſſima. Crevit ex ruinis Cemenelei, & dicitur *de Provence*, quia olim ſuberat Comitibus Provinciæ cujus pars erat, uſque ad annum circiter 1365. quo data eſt à Ioanna Ludovico II. Duci Sabaudiæ cum provincia adjacente, ſeu Comitatu Nicæenſi; & ab eo tempore ſubeſt Sabaudo. Eſt in ipſo limite Italiæ cis Alpes maritimas, 2. milliaribus ab oſtiis Vari fluvii, 7. ab Herculis Monæci portu in occaſum. Ei ferè contiguus eſt Villa Franca portus. *Script. Germ.*

¶ Ni-

¶ Nicæenſis Comitatus, *Contado di Nizza* incolis, *le Comté de Nice* Gallis, provincia eſt parva circa urbem Nicæam, ubi aliàs Vediantii populi, antea Galliæ Narbonenſis pars, uti poſtea Provinciæ, nunc autem Pedemontio annexa. Dividitur in quatuor partes, ſeu Vicariatus, qui ſunt Vicariatus Nicææ, *le Vicariat de Nice*, Vicariatus Barcinonis, *le Vicariat de Barcelone*, Vicariatus Soſpellanus, *le Vicariat de Soſpelio*, & Vicariatus Puerinus, *le Vicariat de Puerin*. Sunt tamen qui illam provinciam dividunt in quatuor alias partes, nempe in Comitatum Nicæenſem proprium, ſub quo Vicariatus Niceæ, Soſpellanus, & Puerinus, in Vicariariatum Barcinonis, in Comitatum Bolei, *le Comté de Bueil* ſeu *de Boglio*, & in Comitatum Tendæ, *le Comté de Tende*. Provinciæ hujus caput eſt Nicæa,

Nicæa quoque oppidum fuit Locrorum Epicnemidorum, in Achaja, Thermopylis proximum, ad ſinum maliacum. Eſt & Nicæa, ſeu Nicia oppidum Liguriæ, in ducatu Montisferrati, inter aquas Statiellas 6. & Aſtam Pompejam 10. mill. paſs. *Nizza della Paglia* cognomine. Nicæa Hipparchum Aſtronomum inſignem dedit: qui contra Platonem de ſtellis inerrantibus, & de motu lunæ ſcripſit, qui mathemathica inſtrumenta invenit, teſte Plinio libro 2. Nicæus quoque fuit Parthenius Poeta, elegiarum ſcriptor, qui captus a Cinna in bello Mithridatico, ob ingenium dimiſſus fuit, vixitque uſque ad Tiberii Auguſti tempora.

Nicaragua, *Nicaragua*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, ſatis ampla, inter mare Boreale ad ortum & mare Auſtrinum ad occaſum, & inter Honduram provinciam ad Boream & Coſtam ricam, ut vocant, ſeu Oram divitem ad occaſum, & ſub ea comprehenduntur octo provinciæ. In ea ſunt quatuor urbes, nempe Legio Nicaraguæ, *Leon de Nicaragua* quæ eſt primaria, Granata, *Granada*, Segobia nova, *Segovia la nueva*, & Giennum, *Jaen*; ſubeſtque tota dominio Hiſpanorum. Dicitur aliter hæc provincia novum regnum Legionenſe; eſtque pars Præfecturæ generalis Guatimalæ.

¶ Nicaraguæ lacus, *Lago de Nicaragua*, lacus Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania & provincia Nicaragua, ab ortu in occaſum extenſus per 200. milliaria, & in mare Boreale ſe exonerat.

¶ Nicaſtrum, *Nicaſtro*, urbs Calabriæ. Vide Neocaſtrum.

Nicea, *Nice*, urbs epiſc. ſub Archiep. Achridenſi, in Macedonia, inter Lychnidum & Ædeſſam, a Lychnido 34. mill. paſſ in ortum, apud Heracleam.

Nicer, qui & Necarus, *NecKer*, fluvius Germaniæ, ex ſylva Martiana per Ducatum Wirtembergenſem in Rhenum fluens. Paſſim Nicer, & Nicrus apud ſcriptores Germanos dicitur: uti lib. Itinerarii, apud quendam Poetam:

Trans ego Germani vectus cita flumina Rheni,
Quaque Palatinis Nicrus inundat aquis.

Et lib. 6.

Spumeus ad dexteram rapidis Nicer æſtuat undis.

¶ Nicer, *le NecKar* Gallis, fluvius Sueviæ. Oritur ex Sylva nigra & monte Abnova, vix 8. mill. paſſ. a fontibus Danubii, & paulò poſt Rotuvillam rigat deinde in arctos tendens, per Ducatum Wirtembergenſem labitur prope Tubingam, Eslingam, Hailbrunam, & Wimpinam: tandem per Palatinatum inferiorem fluens, inibi Heidelbergam rigat, & Ladenburgum, & paulò infra Rheno miſcetur juxta Manheimum.

Nicerte pagus erat Apameæ, in Syria, maximus, probèque habitatus.

Nicia, *Lenza* Nigro & Leandro, (non *Nura*, ut ſcribit Gaudentius Merula) fluvius Æmiliæ, inter Parmam 5. & Regium Lepidi 10. mill. paſſ. occurrens, in Padum apud Brixellum oppidum influens.

¶ Nicia, *Lenza*, fluvius ex monte Apennino verſùs Apuam, & deinde in Boream tendens, ditionem Mutinenſem a Parmenſi ſeparat.

Nicii, *Fuoa*, teſte Leone Africano, urbs Ægypti intra Deltam, inter Alexandriam 95. & Memphim 48. mill. paſſ. ex Antonino, hac tempeſtate poſt Babylonem ſeu Cayrum clarior. Nicii villa Stephano, Niciæ vicus Straboni.

¶ Nicii, *Fuoa*, urbs eſt parva Ægypti inferioris, ad Nilum fluvium, & ſatis obſcura, 35. milliaribus a Cayro in circium, in præfectura *Oubieſti* dicta.

Nicomedia, *Comidia*, Turcis *Nicor*, & *Iſnigimid*, teſte Leunclavio, per abbreviationem *Iſmid*, urbs Bithyniæ archiepiſc. olim clariſſima, ad Propontidem, inter Byzantium 61, & Nicæam 44. millia paſſ. a Libyſſa 22. hoc tempore penè jacens & deſerta. *Plin. Strab. & al.*

Nicomedienſis lacus, *Puſguſa* Nigro & aliis, lacus apud Nicomediam, qui fluvium emittit in Sangarium influentem. *Plin.*

Niconia, Niconium Ptolemæo, *Nomanoſter*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris, ad Tyram fluvium, in Moldavia, ab oſtio Tyræ 140. ſtadiis, licèt a Ptolemæo ad Axiacem fluvium, & a Stephano ad oſtia Iſtri deſcribatur, proxima Ophiuſæ.

¶ Niconia, ſeu Niconium, aliis urbs eſt Tyrangitarum, in limite Sarmatiæ Europææ; verſus Tyram fluvium, ſupra Daciam, & longè a Mœſia in Boream. Sed quid ſit nunc non conſtat, *Strab.*

¶ Nicopia, *NiKoping*, urbs Sueciæ, Sudermaniæ caput prope littus maris Baltici, cum arce antiqua Ducum & portu. Diſtat 13. milliaribus Germanicis ab Holmia in Africum & 7. a Norcopia in Cæciam Ibi commoratus eſt Carolus Surdemanniæ Dux antequam Sueciæ regno præponeretur.

¶ Nicopia, *Nycoping*, urbs Daniæ, in Falſtria inſula, è regione Lalandiæ inſulæ. 4. leucis Danicis diſtat a Naſcoa in ortum, & 11. ab Hafnia in meridiem; eſtque lepida & culta.

Nicopoli, *Nigeboli*, & Turcis *Seiltaro*, teſte Leuncl. urbs Myſiæ epiſ. olim, nunc archiep. ſeu metropolis, apud Jatri fluvii cum Danubio confluentiam, & montem Hæmum, a Trajano Imperatore poſt Decebalum Regem victum, teſte Ammiano, condita, a Siliſtria urbe 7. mill. Eſt & Nicopolis. Thraciæ ad Hæmum montem urbs, a Ptolemæo memorata, adhuc *Nicopoli* Sophiano dicta. Eſt etiam urbs apud Neſum fluvium, (*nunc in ruinis jacens*.) *Amm. Ptol.*

¶ Nicopolis Mæſiæ, *Nicopoli*, urbs eſt etiamnum ampla Bulgariæ, ad Danubium fluvium, in confinio Vvalachiæ, ubi Chriſtiani grandi clade affecti fuere a Turcis ſub Sigiſmundo Imperatore.

Nicopolis, *la Preveſa* Sophiano & aliis, urbs Epiri, ad os ſinus Ambracii contra Actium, ab Auguſto poſt Marcum Antonium devictum condita, apud Arachthum fluvium inter Buthrotum ad Boream 62. & Oxeas ad meridiem 87. mill. paſſ. epiſc. ſub Naupactenſi Archiep. poſtea inter metropoles. De qua quidam Poeta ſic: *Strab. Plin. & al.*

Urbi Nicopoli nomen victoria fecit.

Nicopolis; *Gianich*, Caſtaldo, aliis *Chiorme*, urbs Armeniæ minoris, epiſcopalis ſub Archiep. Sebaſtenſi, a Pompejo, teſte Dione, condita, inter Satalam 122. & Arabiſſum ad meridiem 150. mill. paſſ. ex Itinerario Anton.

¶ Nicopolis, urbs Armeniæ minoris, in confinio Cappadociæ, & ad Ceraunum fluvium, media inter Satalam ad Boream & Sebaſtiam ad auſtrum, vix 50. utrinque.

Nicopolis, Emmaus Ptol. & in ſacris literis Emaus, urbs Palæſtinæ, in Judæa, epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano inde 8. ferè mill. paſſ. in occaſum, Joppen verſùs 38. a Rhama 20, Eſt & Nicopolis Plinio oppidum Bythyniæ, apud Propontidem, ad ſinum ex ea Nicopolitanum dictum, *Montanea* nunc, a Pruſa 20. mill. diſtans, Nicææ propius. *D. Hie.*

¶ Nicopſis, *Nicophis* apud Stephanum Diaconum in vita Steph. junioris videtur eſſe urbs in Boſph. Cimmerio.

¶ Nicoſia, *Nicoſia* Italis, *Nicoſie* Gallis, urbs Cypri inſulæ, Archiepiſcopalis & permunita, in meditullio inſulæ. Capta fuit a Turcis anno 1570. & ipſis etiamnum ſubeſt. Credunt aliqui Tremithum dictam fuiſſe aliàs.

Nicotera, olim Medama, vulgò etiam *Nicotera*, teſte Barrio, urbs Brutiorum littoralis, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Rhegino, Tropiæ proxima, inde 10. mill. paſſ. in ortum Rhegium verſùs, a Vibone 18. ad oſtia Medamæ & Metauri fluminum.

¶ Nicotera urbs eſt Calabriæ ulterioris, in regno Neapolitano, & in ora maris Tyrrheni parvi circuitus. 10. milliaribus diſtat ab oſtio Metauri fluvii, & crevit ex ruinis Medamæ. *Ant.*

¶ Nicoya, *Nicoya*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & provincia *Coſta ricca* dicta, cum portu in ora maris Auſtrini & ſinus Salinarum, ſub Hiſp.

¶ Nid-

¶ Niddia ſeu Nithia, *Niddeſdale*, provincia Scotiæ meridionalis Vide Nithia.

¶ Niderus, *Nidroſia*, fluvius Norvegiæ. Oritur ex monte Sevone, deinde in Circium tendens per Nidroſianam Præfecturam, Nidroſiam rigat, & ibi in Oceanum ſe exonerat.

Nidroſia, Trontheim & Druntheim, urbs archiep. Scandinaviæ, in ora Norvegiæ occidua, ab Eugenio III. Pont. Max. metropolis effecta. a Bergis urbe regia 70. leucis magnis in Boream. Hic templum auguſtiſſimum. *Prov. Rom.*

¶ Nidroſia, *Drontheim & Trontheim* incolis, *Nidroſia* Italis, urbs Norvegiæ caput, & aliàs regia ſede & archiepiſcopatu clara. Appellationem Latinam deduxit a fluvio Nidero, cujus oſtium obſidet. Emporium eſt ſatis celebre, cum portu capaci, quamvis nec vallo nec foſſis ſepta, ſed ubique aperta, pagi potiùs quàm oppidi ſpeciem præſeferat. Aliàs amplior fuit, ſed pluribus incendiis conflagravit, & ejus templum S.Olao dicatum, totiuſque Septentrionis facilè pulcherrimum, in cineres redactum fuit. Arcem habet, ſed parum tutam. Anno 1658, Suecis conceſſa fuit pace ad Roſchildam, cum toto Præfectura, paucis tamen abhinc menſibus a Danis Suecos ejicientibus liberata, Daniæ Regi etiamnum remanſit pace ad Olivam. Ab ea tractus adjacens peramplus dicitur *Dronthemus*, ſeu Nidroſiana Præfectura.

¶ Nidroſiana Præfectura, *Dronthemhus* incolis, *Gouvernement de Drontheim* Gallis, pars eſt ampla regni Norvegiæ, a ſeptentrione in meridiem extenſa, nempe inter Vardhuſianam Præfecturam ad Boream, & Bergenſem Præfecturam ad meridiem per 500. mill. paſſ. atque inter Oceanum Septentrionalem ad occaſum & regnum Sueciæ ad ortum, ubi ejus major latitudo eſt 120. mill. paſſ. Dividitur autem in duas partes, ſcilicet in Nidroſianam Præfecturam propriam ad meridiem, ſub qua ſunt Nidroſia urbs & ſeptem Præfecturæ minores: & in Saltenſem præfecturam, *le ſous-gouvernement de Salten*, quæ ad Boream & ſub qua ſunt aliæ ſeptem regiunculæ, & ei ad acent plurimæ Inſulæ in ora littorali. Hæc Nidroſiana Præfectura conceſſa fuerat Regi Sueciæ anno 1658. Sed poſtea pace ad Olivam ſancita remanſit Danici juris uti ab antiquo.

Ant. Nidum, *Neath* Camdeno, aliis *Nyth*, oppidum Albionis, in Walia, & Glamorgania regione inter Leucarum & Bomium 15. mill. a Mariduno urbe 45. in meridiem Briſtolium versùs.

¶ Nienhuſium, *Nienhuis*, oppidulum Germaniæ, in Weſtphalia, prope Paderbornam, cum arce, ubi commoratur Epiſcopus Paderbonenſis, ad Luppiam fluvium.

¶ Nieva, *Nieva*, fluvius Sueciæ. Exit ex Ladoga lacu ad Notteburgum, & in ſinum Finnicum labitur poſt aliquot leucas.

¶ Nigella, *Nesle*, oppidum Galliæ in Picardiæ provincia, ad Ingonum amnem, 2. leucis diſtat ab Hamo in occaſum; eſtque ferè medium inter Noviodunum ad meridiem & Peronam ad ſeptentrionem.

Sol. Niger, Nigir Ptolemæo, *Hued Hiir* vel *Huid Niiar* incolis, teſte Marmolio, *Gambea* Hiſp. fluvius Æthiopiæ, & Lybiæ magnus, ex eodem lacu a quo Nilus effluens, ejuſdem naturæ cum Nilo, per terram Nigritarum longo tractu in Oceanum Heſperium decurrens.

¶ Niger fluvius, *le Niger*, flluvius eſt maximus Africæ. Oritur in Æthiopia ex lacu Nigro dicto, deinde paulò poſt in occidentem tendens, Nigritiam ſeu Nigritiarum regionem bifariam ſecat, & tandem plurimis auctus fluviis vix nomine notis, per ſex latiſſima oſtia in Oceanum Atlanticum ſe exonerat versùs Arſinarium promontorium. Sed non effluit ex eodem lacu quo Nilus.

¶ Niger lacus, *lac de Negre*, quibuſdam *de Niger*, eſt in Africa versùs Æthiopiam inferiorem & prope regnum Faſcolæ. Ex eo effluit Niger fluvius.

Lib. Conc. Nigidia, *Heu Nigde*, teſte Leunclavio, aliis *Nigdia*, urbs Lycaoniæ. epiſcop. ſub Archiepiſc. Iconienſi, a quo parum recedit.

Ptol. Nigira urbs Lybiæ interioris, Nigritarum metropolis ad Nigirim fluv. *Guber* nunc ex tabulis recentibus, urbs regia.

¶ Nigira, urbs Lybiæ; aliis eſt *Cano*, regni cognominis caput.

¶ Nigra peliſſa *Negrepeliſſe*, oppidum Galliæ, in Cadurcenſi provincia, ad Veronium fluvium. Malè habitum fuit a Ludovico XIII. propter rebellionem. 2. leuc. diſtat a Monte Albano in Cæciam, & 7. a Cadurco in merid.

Nigritiæ, populi Æthiopiæ, Nigiris fluvii accolæ ad occaſum (apud quos Nigritis palus, *Lago di Guber* nunc dicta) quorum regio in plura regna diſtributa, in univerſum a noſtratibus *Terra de Negri*, dicitur. Nigretes Dionyſio Afro, Getulis finitimi. *Plin. Ptol.*

Getulique ſuperſunt, vicinique Nigretes.

¶ Nigritæ, *les Negres*, pop. ſunt Africæ, in Libya ulteriori, quorum regio perampla Nigritia dicitur, *le pays des Negres* Gallis, *Nigritia* Italis, ab ortu in occaſum extenſa, juxta Nigrum fluvium ſeu Nigirim. Terminatur a ſept. Saara regione ſeu deſerto, a merid. Guinea & ab occid. Oceano Atlantico. Dividitur in 14. partes ſeu regna vix Europæis nomine nota; ſuntque Gangara, *Gangara* Zanfara, *Zanfara*, Caſſena, *Caſſena*, Zegzegum, *Zegzeg*, Canum, *Cano*, Guberum, *Guber*, Gagum, *Gago*, Agades, *Agades*, Mandinſia, *Mandinga*, Tombutum, *Tombuto*, Gualata, *Gualata*, Genegoa, *Genehoa*, Jaloſes, *Ialofes*, & Mellum, *Melli*. Sed in ea raræ ſunt urbes.

(Nigritiæ urbes:
Cantorum, Cantory.
Canum, Cano.
Caſſena. Caſſena.
Gagum, Gago.
Gangara, Gangara,
Genehoa, Genehoa.
Guberum, Guber.
Mandinga, Mandinga.
Marasa, Maraſa.
Tombutum, Tombut.
Zanfara, Zanfara.
Zegzegum, Zegzeg.)

¶ Nigritis palus aliis eſt *Lac Guarda*, prope urbem *Guber*, in Nigritia, per quam labitur Niger fluv.

¶ Nigrorum regio, *terre des Papous*, regio Aſiæ, in mari indico, recens detecta, & ab Europæis tantùm luſtrata versùs oram littoralem, inter novam Guineam ad ortum & Moluccas ad occaſum. Vide Papuorum terra.

Nilopolis urbs fuit & nomus Ægypti, in occidua Nili ripa, inter Memphim ad Boream & Herculis urbem in meridiem. *Ptol.*

Nil, *Nil* Africanis, *Tacui* Abyſſinis, & *Abanchi*, ubi Meroen inſulam efficit, fluvius Africæ maximus & notiſſimus, ex lacu ampliſſimo ultra Æquatorem oriens, longoque decurſu in Boream per utramque Æthiopiam ac utrumque Ægyptum fluens, apud Memphim & Babylonem in plures alveos diviſus, quorum duo extremi Deltam efficiunt figuram triangularem, cujus vertex eſt, ubi dividitur ad Babylonem, baſis, ora littoralis inter Alexandriam & Peluſium, latera, unum inter Babylonem & Alexandriam, alterum inter Babylonem, & Peluſium. Mare 9. oſtiis ſubit: quorum extrema Canopicum ad occaſum & Peluſiacum ad ortum. De cujus incremento & inundatione plura apud Plinium et Solinum Geon, ſeu Gyon in ſacris litteris, teſte Divolſidoro. Populi Niligenæ apud Poetas. Ovidius lib.1. de arte amandi: *Herod. Strab. Plin. & al.*

Neu fuge Niligenæ Memphitica ſacra juvencæ.

Oſtia antiqua et vera ſunt ſeptem, licèt Ptolemæo ſint 9. de quibus Virgilius lib.6. Æneidos:

Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.

Mirum eſt quod ſcribit Plinius; hunc fluvium nullas auras exſpirare. Nilus harundines gignit, quarum membranulæ papyro ſimiles eſſe perhibentur. Unde Ovidius l.15. Metam.

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili.

In Nili paludibus naſcitur juncus, ex quo papyrus fit: unde is papyrifer dicitur. De ea Plinius lib.13. et Martialis lib.13. ad lectorem.

Perdite Niliacas, Muſa, mea damna papyros.

Niloa fluenta proverbialiter propter aquarum copiam apud Zetzem pro oratione fluida uſurpantur. Sicuti et *Nili cataracta* apud Suidam de magna eloquentia.

¶ Nilus, *le Nil* Gallis, *Nilo* Hiſpanis et Italis, fluvius Africæ. Oritur ex duobus fontibus in Æthiopia ſuperiori et in regno Abaſſenorum, in terra Sacahala, quæ incolitur a populo *Agaus* dicto, inter montes excelſos; deinde auctus amne *Gema* et fluviis *Kelti & Branti*, labitur per auſtralem partem lacus Dambeæ: quo relicto, devolvitur per cataractam majorem, atque ſitilla quam efficit, ante quàm lacum ingreditur, recipit fluvium Gamalam, et Abeam in regno Gojami, fluvium Baxilam

in re-

in regno Bagamidri, & fluvium Ruecam in regnis Amaharæ & Oleca; poſteà rigatis provinciis Xaoa ſuperiori, Xaoa inferiori, Gaſate, Bizamo, & Gonga, infra *Faſculon* provinciam recipit *Malega* fluvium, & per Nubiæ regionem, aſſumptis in itinere aliorum quoque amnium aquis, vergit in ſeptentrionem versùs Bugihes & Baloos populos, ubi recipit *Tacaze*, fluvium amplum, juxta oppidum *Ialac*; & deinde tendit versùs Æpyptum, teſte Iſaaco Voſſio in ipſius recenti diſſertatione de Nili origine.

Ninæa, *S. Donato*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in Calabria citeriori, proximum Balbiæ, inde 5. mill. paſſ. in meridiem Artemiſium & oram littoream versùs, ad Tyrum fluvium. Hic terebynthus provenit.

¶ Ningqua, *Ningque*, urbs regni Sinarum, in Nanchinenſi provincia, intra colles, & propè Vonum fluvium, teſte Martinio.

¶ Niniva, *Ninove*, urbecula Belgii, in Flandria provincia & in Comitatu Aloſtano, vix 2. leucis ab Aloſto in meridiem, & media inter Bruxellas ad ortum & Aldenardam ad occaſum.

¶ Ninpoi, *Ningpo*, urbs regni Sinarum, in Chequianenſi provincia, versùs oram Oceani. Vocatur à Luſitanis *Liampo*, cum promontorio adiacente; eique ſubſunt quatuor urbes, teſte Martinio.

Ninus, Ninive Hebræis, urbs maxima Aſſyriæ, ad Tigrim fluvium, ſic à Nino Rege conditore dicta, Aſſyriorum regia, quæ ab aliis *Moſul* dici putatur, ab aliis extincta creditur, quibus Ovid. lib. 4. Metam. ſuffragatur:

Conveniant ad buſta Nini, lateantque ſub umbra,
De qua etiam Lucanus lib. 3.
Et felix (ſic fama) Ninos, ventoſa Damaſcos.

¶ Ninus, urbs Aſſyriæ, nunc *Moſul* creditur ab omnibus; eſtque in regione *Diarbech* dicta, ſupra Bagdatum in Boream 100. mill. paſſ. Vrbs etiamnum ſatis ampla, ſub dominio Turcarum.

Niomagus, ſeu Neomagus, *Buckingham* nonnullis, oppidum Albionis, in Anglia, ab Oxonio 20. mill. in ortum Bedfordiam versùs, quaſi in medio.

¶ Niomagus aliis eſt *Voodcote*, propè Londinum in auſtrum. Vide Neomagus.

¶ Niortium, *Niorte* urbs Galliæ, in Pictavenſi provincia, ad Separam fluvium, media inter Fanum S. Maxentii ad ortum Malleacum ad occaſum 4. leucis diſtans, uti 14. à Pictavio in occaſum Rupellam versùs.

Niphates, qui & Nyphates, *Curdo*, pars Tauri montis, inter Armeniam majorem & Meſopotamiam intercedens. Eſt & Niphates fluvius. Lucanus lib. 3.

Armeniuſque tenens volventem ſaxa Niphatem.
Virgilius lib. 3. Georgicorum:
Addam urbes Aſiæ domitas pluſumque Niphatem.

Ex Nyphate monte Nyphates fluvius profluit, Armenios, Medos, & Meſopotamios attingens, ac in Tigrim influens. De quo Sidonius in panegyrico Anthemii:

Aut ut tigriferi pharetrata per arva Nyphates.

¶ Niphonia, *Niphon*, pars maxima Japoniæ, & inſulæ ampliſſima, vbi urbes ipſius præcipuæ Iendum, Imperii caput, & Meacum, anteà ſedes regia. Dividitur in quinque partes, teſte Brietio; ſuntque Jamaiſotia, Jetſenga, Quantoa, & Ochia, ſub quibus fuere regna. Dicitur etiam aliquando hæc inſula Japonia propria à multis; extenditurque ab ortu in occaſum. Vide Japonia.

Niſa, (Vide Nyſa) urbs Cappadociæ.

Niſa, ſeu Nyſa, (variè enim ſcribitur) locus Arabiæ, vbi Bacchum à nymphis educatum fabulantur: unde is Niſæus cognominatus eſt apud Poetas, uti apud Statium libro 4. Thebaidos:

Omnipotens Niſae pater, cui gentis avitæ.
Ovidius lib. 4. faſtorum:
Et vos Niſai naufraga monſtra canes.

Hic locus eſt apud oram Megaridis, nautis adverſus, & naufragium illis adferens.

Niſæa, Niſſa Straboni, *Talcatan* Caſtaldo, urbs Margianæ præcipua. Hinc etiam Niſæus adiectivum.

Niſava, olim Niſus, flumin cum oppido cogn. Myſię ſuperioris, probè cultum, in finibus Triballorum, à Tauruno ſive Belgrado 120. mill. paſſ. in ortum hybernum.

¶ Nisbara & Niſchanabe, Perſarum urbes, quas Tigris fluvius dividit, Teſte Zoſimo.

¶ Niſerge, Perſidis urbs, teſte Ptolemæo.

Niſibis, *Niſbin* ex tabulis Geographicis recentibus, urbs archiepiſc. Meſopotamiæ, apud Tigrim fluvium, ſub monte Maſio, Amidæ urbi propinqua, quæ & Antiochia Mygdoniæ, teſte Plinio, inter Carthas ad occaſum & Seleuciam ad ortum, ab Artaxatis urbe Armeniæ majoris 750. mill. paſſ. in auſtrum, teſte Plinio. *Plin. Ptol. & al.*

¶ Niſibis, *Niſibin*, urbs eſt etiamnum ampla, in Diarbechia regione & ſub dominio Turcarum 35. mill. paſſ. diſtat à Tigri fluvio in occaſum, 50. ab Amida in meridiem, uti etiam 450. ab Artaxata, 80. à Carris in ortum, & 200. à Seleucia in Circium.

Niſicates, & Niſitæ, populi Æthiopiæ ſub Ægypto* fabuloſi, ternis aut quaternis oculis, teſte Plinio, conſtantes (* Addit verò Plinius, non quia ſic ſint, ſed quia ſagittis præcipua contemplatione utantur.) *Plin.*

¶ Niſope, Lesbi inſula parva, quæ Sigrim portum efficit, teſte Stephano.

Niſſa, quæ & Nyſſa. Vide ibi.

Niſſæa ſeu Niſæa, quæ & Megara, *Salvia* Sophiano, urbs Megaridis maritima, Megaris proxima, ad ſinum Saronicum, in Atticæ confinio, ab Athenis ſupra 20. mill. paſſ. diſtans, à Piræo 15. in occaſum. Diſtat à Megaris 2. ſtadiis tantùm, Minoa etiam dicta.

¶ Niſſos, oppidum Macedoniæ circa Pallenem peninſulam, teſte Plinio.

Niſua, Miſua Plinio (niſi error ſit in Codice) *Nubia*, teſte Fazello, oppidum Africæ, in ora littorali, apud Mercurii promontorium. *Strab. Thuc. Pauſ. & al.*

¶ Niſus, Comagenæ urbs, Antonino.

Niſyros, *Niſaro*, Sophiano, & aliis, inſula maris Carpathii, Cariæ adiacens, Coo propinqua, à qua avulſa vi fluctuum traditur, quæ & Porphyris olim dicta eſt, teſte Plinio, inter Coon 7. & Gnidum Cariæ urbem 12. millia paſſ. à Rhodo. 30 totidem patens, circa quam aliquot parvæ inſulæ circumſtant, à Samonio promontorio Cretæ 125. mill. recedens. Hic thermæ ſcaturientes ſunt. Homerus lib. 2. Iliados: *Ptol.*

Qui Niſyrum habebant, Carpathumque Caſumque.

Eſt & Niſyrus, teſte Strab. oppidum Carpathi inſulæ.

¶ Niſyros, inſula parva Aſiæ minoris, propè Cariam. Diſtat 90. mill. paſſ. à Rhodo in occaſum, & vix. 70. à Samnio promontorio in Boream.

¶ Nitazum, Galatiæ oppidum, in Aſia minori; teſte Antonino. *Strab. Plin. & al.*

¶ Nithia, *Nitheſdale*, provincia eſt Scotiæ meridionalis, versùs Angliam bifariam ſecta à Nitha fluvio. Ejus caput eſt Dunfreia, versùs Nithæ oſtia. Terminatur ab oriente Annaja & ab occidente Gallovidia provinciis.

¶ Nitibrum, oppidum Africæ interioris, teſte Plinio.

Nitiobriges, populi Aquitaniæ, teſte Ptolemæo, non Celticæ, ut ſcribit Ortelius, Petrocoriis, & Cadurcis finitimi; quorum urbs Mons Albanus, *Montaubon*, epiſcop. ſub Archiepiſc. Toloſano, ad Tarnem fluvium, inter Cadurcos & Toloſam 8. leucis. Sed Poldo & Marriano eſt Mons Peſſulus, ſeu Mons Peſſulanus, *Montpellier*, urbs epiſcopalis Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione. Vide Agathopolis, & Mons Peſſulus. Ex verbis Cæſaris lib. 7. belli Gallici inter Rhutenos ſeu Ruthenos, & Gabalos eſſe videntur. *Cæſ.*

¶ Nitiobriges populi fuere Galliæ Aquitanicæ, inter Petrocorios ad Boream, Cadurcos ad ort. Auſcios ad merid. & Vaſates ad occaſum, ubi nunc *l'Agenois*, Agennenſis prov. eorumque caput Aginnum, ad Garumnam fluvium. *Strab. Ptol.*

Nitria, mons Ægypti; apud Scyathim, ſive Scetim urbem, in quo olim plura cœnobia fuere: inter illum et Alexandriam Maria, ſeu Mareotis lacus intercedit. Populi Nitriotæ. Eſt & Nitria urbs epiſc. ſub Archiep. Strigonienſi, in Iazygibus Metanaſtis, vel in Hungaria trans Danubium, a Strigonio 6. leucis in Boream.

¶ Nitria urbs eſt parva Hungariæ ſuperioris, cum caſtro in colle. Vulgò *Nitracht* dicitur; ſedetque ad fluvium Nitriam, 10. leucis à Strigonio in Boream, uti a Poſonio in ortum, et 5. à Nehoſelio in Arctos diſtans, et versùs montes; pendetque ex Præfectura Nehoſelia.

¶ Nitriæ emporium in India inter Gangem Ptolemæo. Nitra Interpretibus.

¶ Niucanum, *Niuche*, regnum Tartariæ, in Aſia, & in limite Imperii Sinarum, teſte Martino Martinio: unde profecti Tartari; qui hiſce ultimis temporibus Sivas ſui juris fecerunt, & etiamnum poſſident. Dicitur ab aliis *Tenduc*, ſeu etiam *Gharchir*, eſtque inter Tangutum regnum ad occaſum & Yupiam ad ortum. *Hiſto. Trip.*

Sed

Sed de ejus urbibus altum ſilentium apud ſcriptores.

Plin. Nivaria, *Gomera*, teſte Alexandro Epiſcopo Gerundenſi cum Andrea Bacio, una ex fortunatis inſulis, à Canaria 30. leucis Hiſpanicis. Aliis eſt *Teneriffa*, à Canaria 7. Quæ Teneriffa montem habet excelſum & ignivomum, vulgò *il Pico de Teida* dictum.

¶ Nivaria inſula, Sanſone & aliis teſtibus, eſt *Teneriffe* inter Canariam inſulam ad ortum, à qua 16. leucis diſtat, & Gomeram ad occaſum 9. leucis. Ejus longitudo eſt 25. leucarum Gallicarum, latitudo verò 12. Urbs autem præcipua eſt *Laguna*, ſic dicta, quia propè lacum, in medio inſulæ; ſubeſtque dominio Hiſpanorum.

¶ Nivata, *Nivata*, provincia Japoniæ, in Niphonia inſula, cum urbe cognomine in Quantoa regione.

¶ Nivernenſis provincia, *le Nivernois*, provincia Galliæ ſatis ampla versùs Ligerim fluvium, inter Burgundiam ad ortum, Bituriges ad occaſum, *&* Bojos ad meridiem; & ejus primaria urbs eſt Nivernum.

Ant. Nivernum, Nivernium Turonenſi, Nivernæ libro Conciliorum, *Nevers*, urbs Galliæ Celticæ ad Ligerim flumen, in finibus Æduorum, ſeu Burgundiæ, quaſi media inter Lutetiam & Lugdunum, ad 50. diſtans, inter Molinum, & Antiſiodorum 12. ac inter Auguſtodunum & Bituricas ad occaſ. 16. Ducatus, & epiſc. ſub Archiep. Senonenſi, inde 24. leucis diſtans. Noviodunum priùs.

¶ Nivernum, *Nevers*, urbs eſt Galliæ ampla & elegans, aliàs Vadicaſſium caput, nunc Nivernenſis provinciæ, eſtque Ducatus titulo inſignita. 20. leucis diſtat ab Auguſtoduno in occaſum, uti ab Altiſſiodoro in meridiem.

¶ Nives, ſeu Nivium inſula, *l'isle de Nieves*, Anglis *Mevvis*, inſula Americæ ſeptentrionalis, *&* una ex Antillis, freto tantùm diſſita ab inſula Sancti Chriſtophori in meridiem. Subeſt Anglis, qui ibi aliquot habent colonias ab anno 1628. cum arce; eſtque probè culta & abundans, ſex leucas habens in circuitu.

Script. Belg. Niveſdum, *Liere*, oppidum Belgii, in Brabantia, medium inter Antuerpiam & Machiniam, 2. leucis diſſitum, quod & Lyra Latino recenti dicitur. Ejus mentio fit in vita Divi Gummari Abbatis.

Nivigella, quæ & Nivalis, *Nivelle*, oppidum Belgii, cum cœnobio Virginum præclaro, in Brabantia, apud fines Hannoniæ, à Bruxellis 5. leucis, à Namurco 8. Cujus Cænobii Abbatiſſa oppidi domina eſt.

Niviſium apud Sulpitium, & alios Gallos ſcriptores, & Nuiſium, idem oppidum eſt quod Noveſium apud vetetes ſcriptores. Vide ibi.

Ant. Nivomagum, ſeu, ut alii codices habent, Nojomagum, *Numagen*, pagus Belgii, ad Moſellam, in finibus Trevirenſium, à Treviris 3. leucis in ortum.

Nizæus, campus Mediæ, qui nunc Caldaramius dicitur. Ibi acriter pugnatum fuit inter Turcas & Perſas ſeculo proximè elapſo.

¶ Nizynum, *Nizyn*, oppidum Poloniæ, in Vcrania, & in Palatinatu Kiovienſi, amplum & probè munitum, in ipſo limite Czernichovienſis Ducatus; trans Boriſthenem fluvium Anno 1652. ſub Caſimiro Rege Poloniæ hunc locum Coſaccis eripuerunt.

¶ Noæ, Siciliæ urbs Stephano & Suida teſtibus.

Strab. Noarus, fluvius Norici idem Sao. Vide Saus.

Herod. Flacc. Noas, *Sithnizo*, teſte Peucero, fluvius Scythiæ Europææ, in Iſtrum influens. Cujus meminit Val. Flaccus lib. 4. Argonaut.

Quas Tanais, flavuſque Lycus Hypaniſque, Noaſque.

Ubi alii legunt Nomaſque.

Bibl. Nobe & Nob, oppidum Palæſtinæ geminum: unum in Tribu Benjamin, *Bethenoble* vel *Bethnuble*, teſte Brochardo: alterum in Tribu Manaſſes, *Bethopoli*, ſeu Latinè Bethnopolis.

¶ Nobilia & Cuſibi, Oretanorum oppida, in Hiſpania, ad Tagum fluvium Livio. Noliba legit Moralis.

Script. Belg. Nobiliacum, *S. Vedaſte*, teſte Meyero, ſuburbium, & cœnobium urbis Atrebatenſis præclarum, cujus Abbas ex primis totius Belgii. Nobiliacum quoque, ſeu Nobiliacus, pagus eſt Turonum, teſte Gregorio Turonenſi.

¶ Nobiliacum; *S. Waaſt*, cœnobium aliàs in ſuburbio Atrebati, nunc intra mœnia urbis incluſum, & ejus pars præcipua eſt.

¶ Nobiliacum etiam, *S. Leonard de Noblat*, oppidum eſt Galliæ, in provincia Marchiæ Lemovicenſis, ad Vigennam fluvium, 5. leucis à Lemovicis in ortum, teſte Lubino.

¶ Nobopyrus, urbs Mœſiæ apud Laonicum. *Greg.*

Nocetum, pagus Galliæ Belgicæ, in Campania ad Matronam fluvium. *Tur.*

Noega, Noegauceſia Ptolemæo, *Navia*, teſte Cluſio, oppidum præclarum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Aſturum, teſte Mela, ab oſtio Meari 6. leucis in ortum, ab Oveto urbe 14. leucis in occaſum, Ribadeum versùs 6. Licèt *Navia* potiùs mediterraneum quàm littoreum ſit, juxta fines Gallæciæ. *Mel. Strab.*

Noega, oppidum Aſturum, in ora Oceani Cantabrici. Aliis eſt *Riba de Sella*, oppidum Aſturiæ Santillanæ, 12. leucis à Legione in Boream, & longè à Navia in ortum.

Noela, *Noya*, teſtibus Cluſio & Floriano, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Gallæciæ occidua, inter Iriam Flaviam 6. & Nerium in Boream totidem, à littore 3. Compoſtellam versùs 5. Nuvium Ptolemæo. *Plin.*

Neodunum, *Leondul*, Villanovano vel *Leondoul*, urbs Galliæ Celticæ, in finibus Diaulitarum ſive Diablintrum, in Britannia minori. Sed decipitur Villanovanus, nulla enim urbs in Britannia eſt quæ *Leondul* appellatur niſi Dola & Leona urbes diverſæ. Vide Neodunum, & Diablintres, quorum tractus utramque urbem continet. *Ptol.*

¶ Nœodunum quibuſdam eſt Leona, *Leon* ſeu *Leondoul* incolis, urbs Oſiſmiorum, in Armorica. Alii credunt eſse Dolam, *Dol*, urbem Rhedonum, in Britannia minori. Sed Sanſoni, Brietio & aliis Nœodunum, ſeu Noviodunum Diablintrum eſt *Nogent le Retrov*, caput Perticenſis provinciæ, ubi aliàs Diablintres.

* Nœomagus, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Vadicaſſium in ora Normanniæ. Vide Neomagus. Aliis *Liſieux*, urbs epiſcopalis, videtur. (* Seldeni manuſcripto Noloυισos.) *Ptol*

¶ Noeſia, inſula eſt propè Rhodum Euſtathio, & una ex Sporadibus.

Nola, ſic etiam vulgò dicta, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano, & antiqua Romanorum colonia in Campania; ubi adhuc multa vetuſtatis monumenta viſuntur, & ubi Auguſtus Cæſar extremum diem clauſit. Abeſt à Neapoli 14. mill. paſs. proprio Acerris & Sarno. De qua in Theſauro Linguæ Latinæ ſcribitur malè ex Plinio appellatum eſse Sidicinum; nam Sidicinum ad Teanum refertur, non ad Nolam. *Pl St &*

Nomades, populi Aſiæ & Europæ, & Africæ, incerto loco conſiſtentes, qui paſtores dici poſsunt. Virgilius lib. 8. Æneidos: *St Pli &*

Hoc Nomadum genus, & diſcinctos Mulciber Afros.

¶ Nomare, oppidum Norici, in Germania, nunc *Melk* oppidum Auſtriæ inferioris, ad Danubium fluvium 6. mill. paſs. infra Arelape, & 10. milliaribus Germanicis à Vienna in occaſum.

Nomas. Vide Noas, utroque enim modo legitur apud Flaccum. *V F*

¶ Nomen Dei, *Nombre de Dios*, urbs Americæ, in maris Borealis, & in provincia Terræ Firmæ, 17. leucis à Panama in ſeptentrionem diſtans. Nunc deſtructa jacet. Vide Onomotheopolis.

Nomenium, *Nomeny*, oppidum Lotharingiæ, ad Sellam fluvium, medium ferè inter Divodurum ad Boream *&* Nancejum ad auſtrum. 5. leucis utrinque, & 7. infra Marſalium in Circium; eſtque in Metenſi tractu. *P*

Nomentanum, *Lamentana* Blondo, pagus Sabinorum apud Eretum, ab urbe Roma 12. mill. paſs. Eretum versùs. Nomentana etiam villa dicitur. Cujus meminit Martialis libro 13. epigrammate 116.

Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum.

Nomentum, *Nomento*, urbs olim epiſc. exciſa nunc, & in pagum redacta in Sabinis, ad Anienem fluvium, apud Vicum Varronis, ſupra Tibur 10. mill. paſs. ab urbe Roma 26. Aquilam versùs 34. licèt in Theſ. Linguæ Lat. haud procul à Roma dicatur. Leander illam *Lamentana*, de qua ſup. falsò interpretatur. Populi Nomentani Plinio, & via Nomentana P. Victori. De Nomento Ovidius lib. 4. faſtor.

Hac mihi Nomento Romam cum luce redirem.

Martialis libro 13. epigrammate 12.

Si vicina tibi Nomento rura coluntur.

Horatius libro 2. ſermonum, ſatyra 8.

Finis, ni ſapiens ſic Nomontanus amicum
Tolleret?

¶ Nomentum aliis eſt *Lamentana*, caſtrum Sabinæ, in ditio-

ditione Pontificia & in Ducatu Ereti gentis Barberinæ, ad Alliam amnem, & longè a Vicu Varronis in occaſum, Sanſone & Brietio teſtibus.

¶ Nomiſterium, Germaniæ urbs, teſte Ptolemæo. Sed quid ſit hodie non conſtat.

Nomus, teſte Sophocle in Oedipo, eſt lacus Atticæ parvus, & propterea haud à Pauſania, Strabone, Plinio, & aliis memoratus, Nomus item apud Græcos urbis eſt præfectura & conventus juridicus, ac idem ferè quod metropolis alicujus regionis. Unde apud Ptol. Ægyptus in nomos, ſicuti apud Plinium in præfecturas diſtinguitur. Aſteriſmo notatæ illuſtriores fuere, aut ſunt.

Nomi Ægypti, ferè omnes circa Nilum:

* Abydus, (*Abutich.*)
Alabaſtra.
* Alexandria, (*Alexandrie*,)
Andropolis.
Angyropolis, (*Anſene.*)
Antæopolis.
Aphroditopolis.
Apollinis magna, (*Munſia.*)
Apollinis parva.
Arſinoe, (*Azirut.*)
Athribis.
* Babylon nova, (*le Caire.*)
* Bubaſtus, (*Azioth.*)
* Buſiris, (*Boſire.*)
Butos, (*Turbet.*)
Cabaſa.
Cæne.
Chenoboſcia.
Chnumis.
* Coptos, (*Cana.*)
Cynopolis.
* Dioſpodis magna, (*Dia.*)
Dioſpodis parva.
Elethyæ.
* Heliopolis gemina, (*Bethſemes.*)
Herculis parva.
Hermonthis.
* Hermopolis gemina, (*Beneſuaif.*)
Heroum urbs ſive Heroopolis, (*Herou.*)
Hypſile.
Latopolis gemina, (*Derote.*)
Leontopolis.
Lepidotum.
Lycopolis, (*Munia.*)
Memnon.
* Memphis, (*Menchis.*)
Mendeſium.
Metacompſo, (*Aſuan.*)
Metelis, (*Roſetto.*)
* Naucratis.
Neut.
Nicii urbs, (*Fuoa.*)
Nilopolis.
Ombri.
Onuphis.
Oxyrinchus.
Pachramunis.
Panopolis.
Phacuſa, (*Phacus.*)
Pharbæthus.
Phthembuthi.
Phthenotes.
Proſopitis.
* Ptolemais gemina.
Sais, (*Sahid.*)
* Sebennytus, (*Sebenit.*)
Sethraites.
* Syene, (*Aſna.*)
* Tanis, (*Tanes.*)
Tava.
* Tentyra, (*Brabande.*)
* Thebæ, (*Minio.*)
Thmuis.
Toum.
Xois.

¶ Nona, civitas Croatiæ maritimæ, nunc Dalmatiæ, *Nona* Italis, *Nin* Slavis: quæ an ſit Ninia antiqua ſeu Ænona, incertum, teſte Joanne Lucio. Vide Ænona.

Nonacris, mons Arcadiæ, in Peloponneſo, cum oppido olim cognomine, ex quo Styx aqua frigidiſſima, teſte Suida, emanat (quam inferorum paludem fabulantur.) Ibi etiam Nonacrinum nemus apud Ovidium libro 2. faſtorum:

Ginctaque pinetis nemoris juga Nonacrini.

Hinc etiam Nonacrius nomen gentis.

Nonigentum, ſive, ut alii legunt, Novigentum, *Nogent*, pagus Galliæ Belgicæ, in Campania, ad Matronam fluvium. Cujus meminit Divus Gregorius Turonenſis in vitis SS. Sunt & duo oppida hujus nominis in Gallia Celtica, unum in finibus Senonum, ad Sequanam fluvium. *Nogent ſur Seine*, ab Agendico 4. leucis in ort. à Pariſiis 24. Alterum *Nogent le Rotrou*, inter Carnutes ad ortum 10. & Cenomanos in occaſ. 17. leucis a Pariſiis 30. *Greg. Tur.*

¶ Nonigentum, ſeu meliùs Novigentum, multiplex eſt in Gallia: Novigentum ad Matronam, *Nogent l Arthaud*, oppidulum eſt 8. leucis ſupra Meldas in ortum, & 2. a Caſtro Theodorici in meridiem diſtans.

¶ Nonigentum ad Sequanam, *Nogent ſur Seyne*, oppidum eſt Campaniæ prov. paulò infra confluentes Albæ in Sequanam fluvium, 9. leucis ſupra Monaſteriolum ad Icaunum, & 10. à Trecis in Circium Lutetiam versùs. Sedet ad radices collis; eſtque in ipſo limite Briæ prov.

Nonigentum Rotrudum, *Nogent le Retrou*, oppidum eſt amplum Galliæ, Novidunum aliàs dictum, ſeu Noeodunum, caput Aulercorum Diablintrum, nunc Perticenſis provinciæ caput, ad Huinam fluvium, medium ferè inter Carnutum ad ortum & Cenomanos ad occaſum, 14. leucis à Carnuto.

¶ Nonigentum, ſeu Nogentum Regium, *Nogent le Roy*, oppidum Galliæ, in Belſia provincia, ad Eburam fluv. ubi primum lintrum capax eſt, 5. leucis infra Carnutum in Boream, & 4. à Drocis in meridiem.

¶ Nonigentam, *Nogent*, pagus Galliæ, ad Sequanam fluvium, in provincia inſulæ Franciæ, qui poſtea à S. Clodoaldo filio Clodomiri Francorum Regis ibi ſepulto dictus fuit Fanum S. Clodoaldi, *S. Clau.* 2. leucis diſtat à Lutetia in occaſum, ad radices collis; eſtque burgus probè, cultus & amœnus.

Nopia, ſeu Cnopia, oppidum fuit Bœotiæ, ad Tanagram urbem; ubi templum erat Amphiarai Tanagram poſteà traductum, teſte Strabone.

Nora, urbs Sardiniæ, exciſa, in ora Auſtrali. Locus adhuc *Nura*, apud promontorium quod *Capo della Pula* dicitur, à Calari urbe 15. mill. paſſ. in occaſum & auſtrum, teſte Franciſco Fara, ab Ariſteo anno 59. ante Caralim condita. *Strab. Ptol. Pauſ.*

Norba, oppidum & colonia fuit Latii, in Campaniæ confinio, intra montes. Populi Norbam Plinio, Priverno & Setiæ finitimi. *Liv. Haltc.*

¶ Norba, oppidum Latii, nunc *Norma rovinata* dicitur; eſtque ad radices montium, in Campania Romana vix 6. mill. paſſ. à Siginia in meridiem diſtans, & in ruinis jacens.

Norba Cæſarea, *Alcantara* Taraphæ & Cluſio, urbs Luſitaniæ ad Tagum fluvium, in Extremadura regione, inter Liboram ad ortum & Cauriam ad occaſum & Africum 20. leucis. Vide Pons Trajani. *Ptol.*

¶ Norba Cæſarea, *Alcantara*, urbs eſt parva, unde Equites Alcantaræ dicti. Diſtat 3. leucis à confinio Portug. 7. à Valentia Alcantaræ in ort. 14. à Caurio in Africum, uti à Pace Auguſta & ab Emerita in Boream; fuitque munita hiſce ultimis temporibus contra incurſiones Luſitanorum.

¶ Norcopia, *Norkoping*, urbs Sveciæ, in Oſtrogothia provincia, inter geminum ſtagnum, 5. leucis diſtat ab ora maris Baltici in occaſum, juxta Motalam fluvium, & 10. ab ora lacus *Veter* in ortum.

¶ Nordenum, *Norden*, urbs Germaniæ, in Vveſtphalia & Friſia orientali, cum portu in ora Oceani Germanici. Creſcit in dies ſub dominio Principis Friſiæ orientalis. 16. mill. paſſ. diſtat ab Embda in ſeptentrionem, & 13. ab Aurico in occaſum.

Nordovicum, & poſteà Norvicum, *Norvich*, ſeu rectiùs *Norwich*, urbs Albionis epiſcopalis, ſub Archiep. Cantuarienſi, in ora Angliæ orientali * apud oſtia Garyenni fluvii, à Londino 90. mill. in Cæciam. (* Quatuordecim circiter milliaribus diſtat ab oſtiis fluvii.) *Script. Brit.*

¶ Nordovicum, *Norduvich*, urbs eſt ampla, & Comitatus Norfolciæ caput, ad Garienem fluvium, *Jer.* 30. milliaribus Anglicis à Lino in ortum, uti à Gippevico in Boream.

Norcja, *Goritia*, teſte Amaſæo, urbs Carnorum, ad

Iſon-

Strab. Plin. Iſontium ſive Natiſonem fluvium, qui inde navigabilis eſt, teſte Strabone, ab Utino 20. mill. paſſ. in Boream & Cæciam diſtans, ſub Auſtriacis Principibus, ab Aquileja 16. in Boream, Norejæ auri lavacra & ferri ſecturas eſſe Strabo ſcribit: ibique Cnejum Carbulonem cum Cimbris adverſo Marte conflixiſſe.

¶ Noreja quid ſit non conſtat. Quibuſdam Noreja oppidum fuit Noricii, in Ambiliciis, ubi nunc *Solfeldet*, in Carinthia inferiori, ſeu caſtrum *Neumarck*, in Carniola ſuperiori. Alii autem exiſtimant fuiſſe oppidum Carnorum ubi nunc Goritia urbs, ad Sontium fluvium, in Forojulio, ſeu Venzonium oppidulum ejuſdem provinciæ, ad Tilavemptum fluvium.

Plin. Norenſes, populi Sardiniæ, quos Pinetus *Mara* interpretatur. Vide Nora, nam *di Capo di Paula* indigitari debent.

¶ Norfolcia, *Norfolkeshire*, provincia ſeu Comitatus Angliæ peramplus, in ora maris Germanici, à quo terminatur ad ortum & Boream, uti à Comit. Cantabrigiæ in occaſum, & à Suffolcia in meridiem. Sunt in ea Norvicum *Nordwich*, prov. primaria, Hiarmuthum, *Yarmouth*, & Linum Regium, *Kingesline*.

Caſ. Norica, urbs Germaniæ. Vide Noricorum mons.

Plin. Strab. Norici, populi Tauriſci cognomine, qui montes inter Carinthiam & tractum Salisburgenſem incolunt, *Krumler Taurn*, *Felber Taurn*, *Karn Taurn* incolis dictos. Hinc Noricus nomen gentis. Virgilius libro 3. Georgicorum:

Tum ſciat, aeris Alpes, & Norica ſi quis.

Script. Germ. Norici aliàs Tauriſci dicti fuere, teſte Plinio; & hodie apud eoſdem hujus vocis multa ſuperſunt locorum nomina, ut *Krumler Taur*, *Felber Taurn*, &c. teſte Ortelio,

Noricorum mons, Norica Cæſari, ut aliquibus videtur, utque à Poetis Germanis uſitatur, & Neroberga, quaſi mons Neronis, *Nurnberg*, urbs Germaniæ clariſſima, & libera, in Franconiæ, Seviæ, & Nortgoiæ confinio, in monte, inter Ratiſponam 11. & Bambergam in Boream 9. leucis, ab Auguſta 18. in Boream, à Praga 32. Paſſim Noriberga à ſcriptoribus Germanis dicitur. Urbs ditiſſima, innumeros ferè alens artifices. Veteribus Segodunum dicta putatur. De ea in lib. 4. Itinerarii:

Hinc undoſe tuam Pegneſe petivimus urbem.
Gens ſata, quam forti Norica, Marte colit.

¶ Noricorum mons, ſeu Norimberga, *Nuremberg*, urbs eſt ampla & libera Germaniæ, in Franconia, ad Regnitium fluvium, & ei ſubeſt etiam ditiuncula adjacens. 15. mill. Germanicis diſtat ab Herbipoli in Eurum; eſtque inter Epiſcopatum Bambergenſem in Circium, & Palatinatum ſuperiorem in Eurum.

Mel. Noricum, Noricus ager Cæſari & Solino, regio Europæ ampla, inter Vindeliciam ad occaſum, Oeno fluvio ſeparanti, & Pannoniam ad ortum Cetio monte apud Viennam dividente, ac inter Danubium ad Boream à Germania diſterminantem, & Alpes Julias & Carnicas à Carnis diſcernentes, contenta, plures complectens regiones, Aſturiam, Stiriam, Carniolam, Carinthiam, partem Bavariæ, Comitatumque Tyrolenſem (cujus tamen pars ad Rhætiam ſpectat.) ex quo Ortelii error liquet, Noricum Bavariam appellantis, cum major Bavariæ pars ſit in Vindelicia, ac illorum qui Noricum Auſtriam eſſe contendunt, quod non niſi de Norico Ripenſi verum eſt.

¶ Noricum, aliàs pars Illyrici Occidentis extra Germaniam, à qua dividebatur Danubio fluvio, nunc intra limites Germaniæ includitur: & in eo ſunt Auſtria pro majori parte & versùs occidentem, Stiriæ etiam pars occid. ſeu ſuperior, Carinthia, Carniola ſuperior, ditio Salisburgenſis, & munita pars Bavariæ ſuperioris & ad ortum, uti & aliquot tantùm loca Comit. Tyrolenſis ad Boream.

Sex. Ruf. Liv. Not. Noricum mediterraneum, pars Norici longiùs à Danubio in auſtrum recedens; in qua Stiria & Carinthia.

Noricum Ripenſe, tractus Auſtriæ ad Danubium Vienam uſque, *Hunſrunek* teſte Lazio. (* *Hauſruck* forſan meliùs, uti Ortelius.)

Noricum Ripenſe pars erat Borealis Norici, inter Danubium ad Boream & Noricum Mediterraneum ad auſtrum: in quo erant pop. Alauni, Ambidrani ex parte, Focunates, & Sevaces. Nunc autem ſunt in eo tractu Auſtria ſuperior cum parte inferiori, & ditio Salisburgenſis.

¶ Norimberga, *Nuremberg*. Vide Noricorum mons.

¶ Nortmanni vocantur à Sigeberto & ejus ſæculi ſcriptoribus omnes ferè ſeptentr. gentes, ubi ſunt Norvegiani Sveci, & cæteri qui Scandiam peninſulam incolunt.

Normannia, *Normandia*, provincia Galliæ Celticæ, quæ & Neuſtria, ad Oceanum Britannicum, inter oſtia Sequanæ ad ortum & Argenis ad occaſ. in qua 7. urbes Epiſcop. quarum metropolis eſt Rothomagus; Ducatus amplus; à Normannis pop. Septentrionalib. ex Scandinavia, ſeu ex Norvegia & Svecia profectis, qui in Galliam irrumpentes, in ea regione conſedere, nomen habens. Qui populi etiam vulgò *Normands* dicuntur, quaſi viri Septentrionales, à Carolo magno devicti, & ad Chriſti Domini fidem perducti. Qui in Italiam ex Gallia advenientes, regno Neapolitano diù potiti ſunt, & Sicilia, Saracenis inde ejectis. *Regi. Sigeb.*

¶ Normannia, *la Narmandie*, provincia eſt ampla regni Galliæ & valdè fertilis. Ducatus titulo inſignita: in qua pars Neuſtriæ comprehenditur. Terminatur à ſeptentrione mari Britannico, uti ab occidente, ab oriente autem Picardia & prov. Inſulæ Franciæ dicta, & à meridie Belſia, Perticenſi, & Cenomanenſi provinciis, uti & tantiſper à Britannia minori. Sed multò major eſt quàm inter Sequanæ & Argenis oſtia. Extenditur enim ferè ad 70. leucas ab ortu in occaſum, nempè à limite Picardiæ ad oram Oceani versùs Cæſaream inſulam. Ejus autem latitudo à ſeptentrione in meridiem eſt 30. leucarum circiter; ſubeſtque tota dominio Regis Franciæ. Sed inſulæ Cæſarea, *Jarſey*, & Sarnia, *Garneſey*, ſubſunt Anglis; quibus parent ab aliquot ſæculis.

(*Urbes Normanniæ præcipuæ.*

Abrinca, Avranches.
Alenconium, Alencon.
Argenianum, Argentan.
Bajacę, Bayeux.
Cadomus, Caen.
Calidobecum, Caudebec.
Caroburgus, Cherbourg.
Carentanium, Carentan.
Conſtantia caſtra, Cautances,
Diepa, Diepe.
Ebroica, Eureux.
Faleſia, Falaiſe.
Fanum S. Laudi, S. Lo.
Giſorium, *ſeu Cæſortium*, Giſors.
Lexovii, Liſieux.
Pons Arcuenſis, Pont de l'Arche.
Portus Gratię, le Havre de Grace.
Rotomagus, Roven, *provinciæ caput*.
Sagium & Sajum, Seez.
Vira, Vire.)

¶ Northantonia, *Northamptonshire*, provincia eſt Angliæ, inter Huntingdoniam ad ortum, Leiceſtriam & Rutlandiam ad Boream, & Vvarvicenſem ad occaſum; extenditurque à Cæcia in Africum.

¶ Northantonia, *Northampton*, urbs Angliæ, provinciæ, ſeu Comit. cognominis caput, ad Anfonam amnem, 24. mill. Anglicis diſtat ab Oxonio in Boream, 18. à Varvico in ortum, uti à Leiceſtria in meridiem.

¶ Northumbria, *Northumberland*, prov. ſeu Comitatus Angliæ Borealis, ubi aliàs Ottadini populi. Habet ad ortum Oceanum Germanicum, ad Boream terminatur Scotia, ad occaſum Cumbria, & à meridie Diæceſi Dunelmenſi: Ejus autem oppidum præcipuum eſt Novum Caſtrum; fuitque aliàs Northumbria regnum, in quo erant provinciæ Northumbria propria, Cumbria, Vveſtmaria, Lancaſtria, & Eboracenſis, cum Diæceſi Dunelmenſi, teſte Joanne Speedo.

¶ Northuſia, *Northauſen*, urbs Imperialis Germaniæ, in Thuringia prov. ad amnem *Zorge*, media ferè inter Erfordiam ad meridiem & Halberſtadium ad Boream.

Norvegia, Nerigos Plinio, regio Scandinaviæ, in occaſum ſpectans, contra Thulen inſulam Oceano Germanico intercedente, Sveciæ ad ortum contermina. Cujus urbes præclaræ Nidroſia, archiepiſc. & Bergæ in ora maris, emporium & regia. Olim proprium habebat Regem, nunc Dano Regi paret. De ea lib. 1. Itin. ſic: *Sax. Grad.*

Te quoque luſtravit gelido Norvegia cœlo
Subdita, candenti qua nive tecta jaces.

¶ Norvegia, regnum amplum Europæ, ad Arctos extenſum, quod vulgò *Norduvege* dicitur; eſtque à faucibus ſinus Codani & Scania provincia Daniæ uſque ad promontorium Boreale & Lapponiam, ſed non æquè

æquè latum, habens ad ortum Sveciam & ad occaſum mare Germanicum. In eo ſunt quinque provinciæ, ſeu præfecturæ, nempè Aggerhuſia, *Aggerhuſſ*, Bergenſis, *Bergenhus*, Nidroſiana, *Dronthemhus*, ſub qua ſunt præfectura Saltenſis *Salten*, Vvardhuſiana, *Wardhuſſ*, & Bahuſiana, *Bahus*. Sed hæc ultima ſubeſt nunc Regi Sveciæ pace Roſchildienſi. Separatur à Sveciæ regno Sevo monte; & ibi fuere Sitones populi, Sauſone, Brietio, & aliis teſtibus. Vrbs Norvegiæ caput eſt Nidroſia, *Dronthem*. Pendent etiam ex Norvegia Islandia inſula, Gronelandia, Spitzberga, & Schetlandicæ inſulæ ſupra Orcades. Extenditur autem Norvegia a ſeptentr. in meridiem per 300. mill. Germanica, & longa montium nive perpetua contectorum interceſſione a Sveciæ regno diſterminatur, cùm Jemptia & Harria provinciæ Norvegiæ trans Sevum montem nunc ſubſint Regi Sveciæ ab anno 1645. pace ad Bromsbroam. Norvegia aliàs Reges habuit proprios, ſed ab anno 1387. uſque ad noſtram hanc ætatem règnum hoc Regum Daniæ dominatui hæreditario obnoxium manſit, juribus tamen et privilegiis ſuis ſartis & tectis conſervatis.

(*Norvegia urbes præcipuæ:*

Ansloga, Opslo.
Bahuſia, Bahus, *nunc ſub Svetis.*
Berga, Bergen.
Chriſtiana. *Vide Ansloga.*
Fridericoſtadia, Friderickſtadt.
Nidroſia, Drontheim, *regni caput.*
Saltzberga, Saltzberg.
Stavangria, Stavanger.
Tonsberga, Tonsberg.
Vvadhuſia. Wardhus.)

Norvicum. Vide Nordovicum.

¶ Norvicum, *Norvvich*, urbs eſt Angliæ, in Norfolcia Comitatu, epiſc. ſub Archiep. Cantuarienſi. Sedet ad amnem *Jarr.* Vide Nordovicum,

¶ Noſcopium, Lyciæ urbs, in Aſia minori, teſte Plinio.

Notium promontorium, *Capo di Cler* vel *Cape Clear*, promontorium Auſtrale Hiberniæ, * *Bearbead* incolis, teſte Camdeno. (* *Miſſenhead* promontorium proximnm eſt Camdeno, non *Bearhead.*)

Notium oppidum Joniæ fuit, Colophoni proximum, ab eo 12. mill. paſſ. diſtans, contra Chium inſulam, teſte Straboae. Populi Notienſes Ariſtot.

Notium quoque, oppidum Calydnæ inſulæ proximæ Rhodo.

¶ Notteburgum, *Notteborg*, Ruthenis *Oreska*, id eſt, *la Noix*, oppidum Sveciæ, in Ingria provincia, & in inſula parva lacus Ladogæ ubi ex eo effluit fluvius Nieva, versùs confinia Moſcoviæ. Permunitum eſt, & ereptum fuit Ruſſis anno 1614. a Guſtavo Adolfo Sveciæ Rege.

¶ Nottinghmia, *Nottingham*, provincia ſeu Comitatus Angliæ, inter Lincolnenſem provinciam ad ortum, Darbienſem ad occaſum, & Leiceſtriam ad meridiem. Vrbem habet primariam cognominem.

¶ Nottinghamia, *Nottingham*, urbs eſt Angliæ parva, ad fluvium Trentam, provinciæ cognominis caput. 10. milliaribus Anglicis diſtat a Darbia in ortum, & 12. à Leiceſtria in Boream.

¶ Nova Albion, *Nevv Albion* Anglis, regio perampla Americæ ſeptentrionalis, à Franciſco Draco Anglico detecta & denominata. Sed ubi ſit neſciunt ipſi Angli. Forſan eſt pars Californiæ ſeptentrionalis, ſeu illius terræ incognitæ, quæ pars orientalis terræ Eſonis.

¶ Nova Andaluſia, *nueva Andaluzia* Hiſpanis, provincia eſt Americæ meridionalis, in Terra firma dicta, inter fluvium Orenocum ad ortum & Venezuelam provinciam ad occaſum, in ora maris Borealis, ubi tantùm urbecula Cumana ſeu nova Segovia, à qua etiam perſæpe regio Comana provincia dicitur, & arx S. Iacobi in ora Borealis.

¶ Nova Anglia, *nevv England* Anglis, *nouvelle Angleterre* Gallis, provincia Americæ ſeptentrionalis, in parte auſtrali Canadæ, ſeu novæ Franciæ; in ora maris Borealis, ubi aliàs aliquot coloniæ Gallorum. Sed ab anno 1606. ſubeſt dominio Anglorum, qui in ea habent Briſtolium novum & Londinum novum, urbes recentes, in ora littorali. Termiantur hæc provincia à ſeptentrione & occaſu nova Francia à meridie novo Belgio, & ab oriente mari Boreali,

Nova Aula, quæ & Theodoſiopolis, urbs epiſcopalis Meſoptamiæ, ex libro Notitiæ. *Lib. Conc*

Nova Biſcaja, *nueva Bizcaia* Hiſpanis, regio novæ Hiſpaniæ, in America ſeptentrionali, & versùs novum regnum Mexicanum, à quo terminatur ad Boream, uti à Panuco provincia ad ortum, Culiacana ad occaſum, & Zacatecarum provincia ad meridiem; eſtque in mediterraneis ab ortu in occaſum extenſa, ubi tantùm urbecula S. Joannis cum aliquot caſtris & duabus argenti fodinis ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Nova Britannia, *nouvelle Bretagne*, pars Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter Eſtotilandia dicitur, ſeu Terra Laboratoris, inter Fretum Hudſonium ad Boream, *Prov. Rom.* & novam Franciam ad auſtrum, tantùm luſtrata versùs oram littoralem. Sed nullæ ſunt in ea coloniæ Europæorum.

Nova civitas tergemina: una *Neuſtat*, urbs epiſc. Norici, in Auſtria, ſub Archiepiſc. Salisburgenſi, à Vienna 8. leucis in auſtrum: altera in Hiſtria in ora, epiſcopalis, quæ Æmoniæ urbi proximæ exciſæ ſucceſſit, inter Juſtinopolim 23. & Parentium 7. mill. paſſ. tertia in Venetis, in ora Marchiæ Tarviſinæ, apud Heracliam urbem exciſam, & ipſa everſa, epiſcopalis tamen.

¶ Nova civitas, ſeu Neuſtadium, urbs eſt Auſtriæ inferioris, & permunita ad amnem *Biſchavv*, & propè Lethum fluvium; diſtat 6. leucis a Vienna versùs Stiriam, & vix 2. mill. Germanicis à limite Hungariæ in occaſum.

¶ Nova Corduba, *nueva Cordova*, urbs recens Americæ meridionalis, in Tucumania provincia, in mediter. ſub Hiſpanis, in tractu Traralanda dicto.

¶ Nova Dania, *nievv Danemarck* Danis, *nouveau Danemark* Gallis, regio eſt Americæ ſeptentrionalis, & terræ Arcticæ pars versùs occaſum, ante paucos annos à Monacho Dano detecta ſub auſpiciis Chriſtiani IV. Regis Daniæ; ſed tantùm oram littoralem potuit luſtrare.

Novæ, *Novomont*, teſte Lazio, oppidum Myſiæ inferioris, ubi Legio 1. Italica, ab Oeſco 55. mill. paſſ. ex Antonino in ortum, Novenſis urbs Marcellino. Eſt & *Novomont*, urbs Myſiæ ſuperioris, in Servia, clariſſima hac tempeſtate, inter Drivaſtum urbem Dalmatiæ 45. & *Novibazar* in Cęciam 50. mill. paſſ.

¶ Nova Fleſſinga, *nievv Uliſſinghen* Belgis, *nouvelle Fleſſingue* Gallis, oppidum inſulę Tabaci, ſeu novæ Vvalachriæ, in mari Boreali, & versùs inſulam Trinitatis & oram littoralem Americæ meridionalis & novæ Andaluziæ, recens à Batavis extructum.

¶ Nova Francia ſeu Canada, *la nouvelle France où le Canada*, pars ampliſſima Americæ ſeptentrionalis, juxta fluvium Canadam, ſeu S. Laurentii longè latèque extenſa inter terras Arcticas ad Boream, & mare Boreale ad meridiem: cujus partes etiam ſunt Terra nova, inſula ampliſſima, ad ortum, inſula Capitis Britonum, inſula Aſſumptionis, Saguenæa, & Accadia, & quam plurimi populi. Subeſt dominio Francorum à centum quinquaginta annis, et in ea habent plurimas colonias quarum pręcipuę ſunt Quebecum, *Quebec*, regionis caput, Taduſſacum, *Tadouſſac*, Mons Regalis, *Montreal*, Richelæum, *Richelieu*, Plaſentia *Plaiſance*, et Portus Regius, *Port Royal.* Terminatur etiam ad auſtrum Virginia, novo Belgio, & nova Anglia, quæ aliàs ipſius etiam pars erat. Longiſſimè protenditur ad occaſum, ubi aliquot laci ampliſſimi: ſed ab illa parte nondum ejus limites benè noti ſunt.

¶ Nova Friſia, *nievv Friesland*, pars Orientalis, Spitzbergę regionis, versùs terras Arcticas, ſic dicta à Batavis, ſed nondum benè luſtrata.

¶ Nova Gallæcia, *nieva Galizia*, regio ampla novæ Hiſpaniæ, in America ſeptentr. inter Mechoanam provinciam ad ortum, Zacatecas ad Boream, et mare Pacificum ad occaſum et meridiem: ſub qua ſunt provinciæ Xaliſca Gaudalaxara, & Chametlana. Totius regionis caput eſt Guadalaxara, propè Baraniam fluvium.

¶ Nova Guinea, *nouvelle Cuinèe*, regio perampla Aſiæ, in mari Anchidolio, ſeu in parte occidentali maris Pacifici, aut potiùs pars terrę Auſtralis ad ortum Moluccarum inſularum. Sed tantùm detecta ab Europæis versùs oram littoralem. Ejus pars creditur à multis Terra Papuorum, ſeu Nigrorum.

¶ Nova Hiſpania, *nueva Eſpana* Hiſpanis, *nouvelle Eſpagne* Gallis, regio ampla Americæ ſeptentrionalis, quę aliter regnum Mexicanum dicitur à multis *el Mexico*

Hiſ-

Hiſpanis, ab ejus primaria urbe. Sed nova Hiſpania magis patet. Continet enim totum terræ ſpatium inter mare Boreale & mare Auſtrinum comprehenſum à Terra firma ſeu Iſthmo Panamæ ad ortum uſque ad novum regnum Mexicanum & Floridam ad occaſum. Dividitur ab Hiſpanis in tres partes, quas vocant Juriſdictiones ſeu Præfecturas *las Audiencas*. Quæ media eſt; dicitur *la Audienca de Mexico*, ſub qua Hiſpania nova ſtrictè ſumpta, in qua ſunt provincia Mexicana, Mechoacana, Panuca, Tlaſcala, ſeu Angelorum, Guaxaca, Tabaſci, & Jucatania; ejuſque primaria urbs eſt Mexicum, *Mexico*, totius Americę facilè caput. Præfectura novæ Hiſpaniæ in occaſum extenſa dicitur *la Audienca de Guadalaiara*, cui ſubſunt hæ provinciæ, nova Biſcaja, Cinaloa, Culiacana, Zacatecæ, Chametlana, Xaliſca, & Guadalaxara, ſeu nova Galitia; ejuſque præcipua urbs eſt Guadalaxara, *Guadalajara*. Præfectura autem novę Hiſpaniæ, ſeu Iuriſdictio versùs ortum dicitur *Audienca de Guatimala*; & ei ſubſunt provinciæ Saconuſca, Vera pax, Guatimala, Hondura, Nicaragua, Ora dives, & Veragua: totius verò Juriſdictionis primaria urbs eſt Fanum S. Jacobi de Guatimala, *Guatimala*. Tota autem nova Hiſpania cum tribus ejus Præfecturis, ſeu Juriſdictionibus ſubeſt Regi Hiſpaniæ à 150. annis circiter.

(*Novæ Hiſpaniæ urbes præcipuæ*:
Acapulcum, Acapulco.
Angelopolis, los Angeles.
Antiquaria Antequera.
Civitas Regia, Ciudad Real.
Compoſtella, Compoſtella.
Conceptio, la Conception.
Durangum Durango.
Emerita, Merida.
Fanum S. Iacobi de Guatimala, Sant Jago de Guatimala.
Fanum S. Franciſci de Campeco, Sant Franciſco de Campeche.
Fanus S. Jacobi de Vallibus, Sant Jago de los Valles.
Guadalaxara, Guadalaiara.
Legio Nicaragua, Leon de Nicaragua.
Mechoacanum, Mechoacan.
Mexicum, Mexico, *regionis caput*.
Panucum, Panuco.
Pincio, Valladolid.
Tlaſcala, Tlaſcala.
Vera Crux, la Vera Cruz.
Vera Pax, la vera Paz.)

¶ Nova Holandia, *nievv Holandt*, regio parva Moſcoviæ Borealis, propè fretum Vveigatium, ſic dicta à Batavis, in ora Oceani Septentrionalis.

¶ Nova Holandia, , *la nouvelle Holande*, pars ampla terrę Auſtralis recens detecta à Batavis, nempè à quadraginta annis, & ab eis tantùm versùs oram littoralem luſtrata, jacet ad auſtrum maris Indici & Moluccarum. Sed an ſit inſula aut continens non conſtat. Dividitur in plures partes, terram Leenæ, terram Concordiæ, terram Petri Nuitii, terram Diemeni, & alias.

¶ Novalicia, *la Novaleſe*, caſtrum Italiæ, in Pedemontio ad radices Alpium & montis Ceniſii, 2. leucis à Seguſio in Boream versùs limites Sabaudiæ, à qua tantùm 2. leucis etiam diſtat.

Plin. Novana, *Città Noua*, teſte Pamphilo, oppidum Piceni in ora, inter Montem Sanctum ad occaſum, & Empulum, ad ortum, Firmum versùs 8. mill. paſſ.

¶ Novana, ſeu Civitas nova, oppidulum eſt ditionis Pontificiæ, & gaudet titulo Ducatus Gentis Cæſarinæ. Sedet in ora maris Adriatici 8. mill. à Recineto in ortum, 6. à Laureto in Eurum, & 8. á Firmo in Circium.

Ptol. Novantæ, *Gallover*, populi Albionis, in Scotia ad occaſum, quorum regio Gallovidia, *Gallovvay*, in peninſula, contra Hiberniam, inde 20.mil. diſtantem, teſte Lhuydo. Ibi Novantum in promontorium, *kanter*, teſte Boetho, *Akermonchead* Camdeno. Sed Boetho fides. Novantum aliis eſt Cherſoneſus Gallovidiæ, regionis Scotiæ in ora occidua, vulgò *the Mull of Gallouvay*. Proximi ſunt Selgovæ ad auſtrum, vulgò *Solvvay*, ubi Solveus flumen & Trimontium urbs, vulgò *Vzeli*, ſeu Cela: & Damnii ad Boream, ubi Glota ſeu Cluda fluvius, quorum regio *Sterlingshire*; in qua urbes Glaſcoa, & Caſtrum Britonum, vulgò *Donbriton*, apud Bedam Alcluid. Tametſi alii aliter de Damnis ſentiunt. (Horum ratio minùs confuſa & incerta. Novantæ, (Novantes Camdeno) populi Albionis, in Scotia ad occidentem, quorum regio ubi hodiè Gallovidia, *Galouvay*, cujus pars occidentalis eſt peninſ. contra Hiberniam, (inde 20. m. diſtantem, teſte Lhuydo) nonnullis Novantum Cherſoneſus & Novantum promontorium dicta (quod tamen Mercator, & Boethus ſtatuunt ubi hodie *Gantyre*; perperam, nam ibi olim Epidium.) His proximi ſunt Selgovæ ad auſtrum, ubi Solveus fluvius ſive fretum (vulgò *Soluvay Frith*, prope *Soluuay* oppidum) ubi & Trimonium urbs, ut & Vxelum: Damnii verò ad Boream, ubi Glota ſeu Cluda fluvius, quorum regionis pars eſt hodiè *Sterlingshire*; in qua urbes Glaſcoa, & Caſtrum Britonum, vulgò *Dunbriton*, apud Bedam Alcluid. Tametſi alii aliter de Damniis ſentiunt.)

¶ Novante populi fuere Scotiæ occidentalis, ubi incipit auſtralis, in ora maris Verginii, & contra Hiberniam. Ibi nunc provinciæ Gallovidia, *Gallovvay*, & Carricta, *CarricK*; eorumque caput dicitur Leucopibia, nunc *Withern*. Novantum autem promontorium *The mul of Gallovvay* dicitur. Plin.

Novanus, fluvius Vmbriæ, in agro Pitinate, trans Apenninum, qui in Solſtitio æſtivo torrens eſt, in bruma ſiccari ſolet, teſte Plinio libro 2. capite 103.

Novaria, *Novara*, urbs Inſubriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, inter Mediolanum. 25. & Vercellas 10. mill. paſſ. à Ticino 30. à Vertacomacoris populis condita, Petri Lombardi clariſſimi Theologi, qui Magiſter ſententiarum cognominatus eſt, patria. Hic factus Epiſcopus Pariſienſis, ubi anno ſalutis 1060. deceſſit. Vrbis hujus antiquitatem & nobilitatem teſtantur plurimæ marmoreæ inſcripitiones. Plin. Ptol. & a

¶ Nova Segovia, *nueva Segouia*, vrbs Aſiæ, in Philippinis & in Manilla inſula, epiſc. ſub Archiep. Manillano, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Nova Svetia, *nouuelle Suede*, regio parva Americæ ſeptentrionalis, in ora maris Borealis, inter novum Belgium ad Boream & Virginiam ad auſtrum, anteà à Svecis habitata, & poſteà ab Holandis occupata. Ibi oppida præcipua Gottemburgum & Chriſtina, propè oſtia fluvii Auſtrini.

¶ Nova Valachria, *nievv Valcheren*, provincia Moſcoviæ Borealis ſatis parva, inter tractum novæ Holandiæ & Petzoram fluvium, ſic ab Holandis dicta; in ora maris Tartarici.

Nova Valachria, *nievv Valcheren*, inſula eſt Americæ, in mari Boreali, & una ex Antillis, versùs oram Americæ meridionalis, & 10. tantùm leucis Germanicis ab inſula Trinitatis in Boream. Anteà Tabaci inſula dicta fuit, *Tabago* Hiſpanis; ſubeſtque dominio Holandorum. Ibi oppidum primarium nova Fleſſinga.

¶ Nova Vvallia meridionalis, *neuu ſouth Walles*, pars terræ Arcticæ, in America ſeptentrionali, propè mare Hudſonium, ab Anglis detecta & denominata.

Nova Vvallia ſeptentrionalis, *nevv North Vvalles*, pars terræ Auſtralis in America Boreali, versùs mare Hudſonium, ab Anglis dicta & detecta.

¶ Nova Veſt-Friſia, ſeu Nova Friſia occidentalis, *nievv Vveſt-Frieslandt*, provincia parva Moſcoviæ Borealis, inter oſtia Obii fluvii & Obdoram regionem, in ora Oceani ſeptentrionalis.

¶ Nova Zelandia, *nieuv Zelandt* Batavis, *nouvelle Zelande* Gallis, regio ampla, ſeu pars terræ Auſtralis, & Antarcticæ recens detecta à Batavis. Sita eſt ad auſtrum maris Pacifici, & longè à nova Guinea in ortum, uti à terra Diemenis & ab inſulis Salomonis. Sed non conſtat utrum ſit inſula aut continens.

¶ Nova Zemla, *nouvelle Zemle*, regio ampla Europæ, Moſcovię Boreali ferè adiacens, & ab ea tantùm Freto Naſiovico, ſeu Vaigatio ſeparata. Eſt in Oceano Glaciali, et creditur pars terræ Arcticæ. Sed non certò conſtat an ſic inſula, quanquam ſit vulgò credatur, et luſtrata tantùm fuit versùs oram littoralem occidentalem. Ibi nullum oppidum neque vicus quod ſciam.

Noudauguſta, Nova Auguſta Plinio, *Atienza* Moletio, oppidum Hiſpaniæ, in finibus Arevacorum, ac in Caſtella veteri, in novæ confinio, inter Secontiam 4. et Vxamam 9. mill. Hiſpanicis, à Burgis 22. Medinæ cœli propius. Ptol.

¶ Novellara, *Novellara*, oppidum cultum Italiæ, in Lombardia inferiori, inter ditiones Mutinenſem et Mantuanam, proprio parens Comiti è familia Gonzaga, cum aliquot caſtris 10. mill, diſtat à Rhegio Lepidi in Boream Mantuam versùs.

No-

Novempagi, poſteà Balneoregium, *Bagnarea*, urbs Hetruriæ epiſcopalis, media inter Montem Phyſconem & Oropitum 6. mill. paſſ. à Viterbio 14. in Boream.

Novempopulonia, regio Aquitaniæ, inter Garumnam fluvium & montes Pyrenæos Oceanumque comprehenſa, *la Guaſcogna*, ſic à novem populis, qui ſunt Vaſates, Meduli, Bojates, Auſci, Convenæ, Conſoranni, Bigerrones, Tarbelli, & Eluſates, teſte Cœnali.

Noverogus, *Niort*, oppidum Galliæ clarum, in Pictonum finibus, à Rupella 9. leucis Pictavos versùs, teſte Scaligero.

Noverus ſive Novarus *les Noulieres*, teſte Elia Vineto, pagus Aquitaniæ, in finibus Santonum, apud Engeriacum. Novioregum Antonino, ut videtur Scaligero. Ejus meminit Auſonius in Epiſtola 24.

Totque mea in Novero ſibi proxima prædia pago.

Noveſium, Nuæſium Ptolemæo, *Nuys*, oppidum celebre Germaniæ inferioris, ad Rhenum, apud Duſſeldorpium urbem Ducatus Bergenſis, à Colonia Agrippina 5. leucis in Boream, Weſaliam versùs totidem.

Noveſium, *Nuys* incolis, *Neus* Gallis, oppidum eſt probè munitum Germaniæ inferioris, in ditione Electoris Colonienſis, ad confluentes fluvii Erſti in Rhenum, ferè è regione Duſſeldorpi, 7. leucis diſtat à Veſalia in meridiem, uti à Ruremunda in ortum. Pluries captum & receptum fuit ultimo bello Germanico.

Novidunum, Noviodurum Ptolemæo, oppidum Myſiæ inferioris, ad Iſtrum fluvium, medium inter Doſtorium, ad primum Iſtri alveum, & Kiliam novam in ortum ad 6. mill. Germanica.

¶ Novidunum, ſeu Neviodunum, urbs Illyrici Orientis, in Scythia. Nunc *Nivorz* dicitur à quibuſdam, in Beſſarabia provincia Bulgariæ, & 15. mill. paſſ. à Deſtoro in occaſum diſtat.

Novientum, pagus Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, cum cœnobio, *Ebersheym*.

Novigentum. Vide Nonigentum.

¶ Novigradum, *Novigrad*, oppidulum Dalmatiæ, cum arce, in ditione Venetorum, juxta ſinum cognominem, 20. mill. paſſ. a Iadera in ortum, & 25. à Sibenico in Boream. A quibuſdam creditur Argyruntum antiquitus dictum fuiſſe.

Noviodunum, *Neumarck*, teſte Lazio, ſive *Krainburg*, oppidum Norici, ad Saum flumen, in Carniola, à Labaco 4. leucis Villacum versùs.

Noviodunum, quod Noviomum poſterioribus dicitur, *Noyon*, urbs Galliæ Belgicæ, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Remenſi, in Picardia, inter Sueſſiones 10. & Ambianos 15. leucis, quot à Remis in Boream, à Lutetia 22. in Cæciam.

¶ Noviodunum, ſeu etiam Noviomagus, urbs eſt Galliæ Belgicæ, nunc in provincia Inſulæ Franciæ, juxta limites Picardiæ, ad amnem *Vorſe*, qui 2. mill. paſſ. infra cadit in Oeſiam fluvium. Diſtat 8. leucis ab Auguſta Sueſſionum in Circium, 14. ab Ambiano in Eurum, & 16. a Remis in occaſum.

Noviodunum alterum, *Neuvy* vel *Neufvy*, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, inter Bridoborum & Condate, ad Ligerim fluvium, hinc 2. inde 4. leucis à Nivernis 17. in Boream.

Noviodunum item Heduorum, Neomagus Ptolemæo, Nivernum Antonino, *Nevers*, urbs Galliæ Celticæ, ad Ligerim, epiſcopalis ſub Archiep. Bituricenſi, & Ducatus, Nivernium Turonenſi. Vide ibi.

Noviomagum, *Odenheim*, oppidum Germaniæ ſuperioris, in Palatinatu, inter Concordiam, & Bingium 25. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. Vel eſt ipſa Spira urbs, à qua *Odenheim* pagus 1. leuca versùs Tabernam diſtat.

¶ Noviomagum, ſeu Noviomagus Nemetum, & Nœomagum, eſt urbs ipſa Spira ad Rhenum fluvium, una leuca & dimidia infra *Udenheim* pagum, ubi nunc arx Gallorum permuuita, Philippoburgum dicta.

Noviomagum item, *Nevvenburg*, ut videtur Ortelio, oppidum Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, ad Rhenum, ad ulteriorem ripam, contra Luterburgum, inter Hagenojam 3. & Spiram 6. leucis.

Noviomagum præterea, *Nieumagen & Nimmeghen*, & *Nimega* Italis, urbs Germaniæ inferioris, Geldriæ Ducatus primaria, inter Rhenum & Moſam, a Clivia 3. leucis, inter Coloniam Agrippinam 16. & Trajectum Batavorum in Boream 5. Alterum in tabulis Peutingerianis apud Treviros, *Numagen* pagus.

¶ Noviamagum, ſeu Noviomagus, *Nimmegen* incolis, *Nimegue* Gallis, urbs eſt Belgii uniti, Gueldriæ inferioris caput, ad Vahalim fluvium, 2. leucis diſtat ab Arenaco in meridiem, 9. a Ruremunda in Boream, 6. ab Vltrajecto in ortum, & 20. infra Coloniam Arippinam in Boream, ſub dominio Hollandorum; eſtque permunita. *Ant.*

Noviomagus, Nœomagus Ptolemæo, *Speyr*, urbs Germaniæ ſuperioris, epiſcop. & libera. Vide Neomagus, & Nemetes.

Noviomagus multiplex: unus Ptolemæo in finibus Biturigum Vibiſcorum, pagus *Solac*, teſte Vineto; alter Antonino in Gallia Belgica, inter Sueſſiones, & Ambianos; (Vide Noviodunum) tertius in Gallia Celtica, in Normannia, poſt Juliobonam Antonino. Vide Nœomagus apud Ptolemæum; quartus in Albione apud Antoninum, pagus Angliæ apud Londinium, inde 10. mill. paſſ. *Vvoodcote*, teſte Camdeno. *Ant. Ptol.*

¶ Noviomagus, oppidum Biturigum Vibiſcorum, in Aquitania. Aliis eſt *Bourg*, Burgus, oppidum ad confluentes Dordoniæ in Garumnam fluvium. Diciturетiam *Bourg ſur mer* ab æſtu maris huc accedente, 4. leucis infra Burdegalam in Boream, & vix 2. à Bladia in Eurum diſtans. *Lib. Conc.*

Noviomus, ſeu Noviomum, *Noyon*, urbs Galliæ Belgicæ, epiſcopalis, in Picardia, ad Verſam fluvium in Iſaram influentem. Vide Noviodunum.

Novioregum, oppidum Aquitaniæ. Vide Noverus.

Noviſona, fluvius Galliæ, apud Juram montem & oppidum, in Burgundiæ Comitatu. Cujus fit mentio in chronico cœnobii Jurenſis. *Ant. Scrip. Gall.*

Novium, *Noya*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Gallæciæ occidua, à Muris oppido 3. leucis Nerium versùs. Vide Noela.

Novius, fluvius Albionis, geminus: unus in Wallia, *Convvey*, teſte Lhuydo; (Vide Conovium) alter *Nyd*, ſeu *Nyth*, in Scotia, teſte Camdeno, apud Solvacum oppidum in mare occidentale labens. In Theſauro Ling. Latinæ *Cloit* indigitatur; ſed hic Cluda Latinè, non Novius, dicitur. *Ptol.*

¶ Novoburgum, *Nevbourg*, urbs Germaniæ, in Bavaria, ad Danubium fluvium, ſub dominio proprii Ducis è domo Palatina, cum territorio adiacente, *Nevvburgiſche Pfaltz* dicto à Germanis. Vide Neopyrgum.

¶ Novoburgum, *Nyenburg*, urbs Germaniæ, in Vveſtphalia, & in Comitatu Hoyenſi, ad Viſurgim fluvium, ſub dominio Ducis Brunſvicenſis, 4. leucis ſupra Verdam in meridiem, & 8. à Cella in occaſum Diepholtiam versùs. *Ptol.*

Novocomum, ſive Novum Comum, urbs Inſubriæ, ad lacum Larium. Vide Comum. Incolæ Novocomenſes Plinio & aliis. De eo lib. 4. Itinerarii:

Inde Novocomum veniens te, maxime Lari,
Luſtro.

Licèt penultima brevis ſit aliis.

Novogardia, *Novogrod*, ſeu *Novogorod*, urbs gemina Sarmatiæ, in regno Moſchorum: una magna cognomine, archiepiſcop. & metropolis Ruſſiæ albæ, urbs ampliſſima, & major Roma, à Moſcha Moſchorum regia 100. leucis in occaſum, quot à Pleſcovia in Boream. Altera inferior cognominata, epiſcop. in Moſcovia, ad Volgam fluvium, inter Moſcham 100. & Caſſanum in Eurum 70. leucis Germanicis, teſte Sigiſmundo Eberſtenio. *Strab.*

¶ Novogardia inferior, *Niſi Novogorod* incolis, *Novogrod inferieure* ſeu *la baſſe* Gallis, urbs eſt ampla Moſcoviæ, & provinciæ, ſeu Ducatus cognominis caput, ad Vvolgam fluvium, ubi recipit Occam. Arcem habet ſcopulo impoſitam à Joanne Baſilide, 100. milliaribus Germanicis diſtat à Moſcua in Cæciam, teſte Adamo Oleario, & 40. ab Vlodimeria in Boream.

¶ Novogardia magna, *Novogorod Veliski* indigenis, *Neugarten* Germanis, *Novogorod la grande* Gallis, urbs eſt ampla Moſcoviæ, & Principatus cognominis caput, ad Volkovam amnem, qui ex lacu Ilmeno exit. 105. milliaribus Germanicis diſtat a Moſcua urbe in Circium, teſte Oleario, & 46. à Pleſcovia in ortum, uti ferè à confinio Lithuaniæ in Boream & à Narva in Eurum. Capta fuit Svecis anno 1611. ſed poſteà reddita magno Duci Moſcoviæ, cui ſubeſt tantùm ab anno 1577. ſuntque in ea 70. monaſteria. *Prov. Rom.*

¶ Novogardia Lituanica, *Novogrodek* cognomento

Litavviſki, urbs Poloniæ, in Lituania, Palatinatus cognominatus caput, inter Poleſiam ad auſtrum, & Polachiam ad occaſum. Vix 4. leucis Polonicis à fluvio *Niemen* diſtat, & 20. à Vilna urbe in auſtrum.

¶ Novogardia Severiæ, *Novogrodeck Seviersky*, urbs munita, Lithuaniæ attributa, aliàs ſub Polonis, nunc ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ ab aliquot annis. Sita eſt ad Deznam fluvium, 17. leucis Polonicis à Czernihovia in ortum, 40. à Chiovia in Cæciam, & 45. à Smolenſco in meridiem. Ab ea provincia adiacens dicitur Ducatus Novogardiæ Severiæ, ſeu Severienſis Ducatus.

¶ Novomarchia, ſeu Novus Mercatus, *Neumarek* Saxonicè, *Waſſerhely* Hungaricè, oppidum Tranſylvaniæ, ubi Ciculorum conventus, juxta Mariſum fluvium, et ad radices Carpathi montis, 35. mill. paſſ. à Claudiopoli in Cæciam.

Novopyrgum, poſteà Novus mons, *Novomont*, urbs Myſiæ ſuperioris, in Servia, ad Moravam flumen.

¶ Novoſtadium, *Neuſtadt*, urbs Germaniæ, in Auſtria inferiori, propè amnem Leytam, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi. Vrbs eſt probè munita. Vide nova civitas.

¶ Novoſtadium, *Neuſtat*, urbs Germaniæ, in Ducatu Brunſvicenſi, ad Leinam amnem, media inter Novoburgum in Cæciam, & Hannoveram in Africum, 6. leucis à Cella in occaſum.

Novum oppidum erat Carnorum, in agro Aquileienſi.

Novum item ex Itinerario antiquo locus erat Inſubriæ, medius inter Mediolanum, & Laudem Pompejam, ubi nunc Melignanum, *Merignano*, oppidum ad Lambrum fluvium, 10. mill. paſſ. utrinque diſtans.

¶ Novum Amſterodamum, *nievv Amſterdam* ſeu *Manhate*, urbs recens novi Belgii, in America ſeptentrionali. Vide Amſterodamum novum.

¶ Novum Belgium, *nievv Nederlandt* Belgis, *nouveau Pais Bas* Gallis, pars Americæ ſeptentrionalis, Batavis ſubdita, juxta oram littoralem maris Borealis, inter novam Angliam ad Boream, mare Boreale ad ortum & meridiem, & novam Franciam Virginiamque ad occaſum; eſtque ejus pars auſtralis nova Svetia, ante paucos annos ab Holandis occupata fuit, eiectis inde Svecis. Ibi oppida primaria novum Amſterodamum & Naſſovia. *Laon*

¶ Novum Caſtrum, *Neufchaſtel*, urbs Angliæ ſeptentrionalis, in Northumbriæ Comitatu, ad Tinam fluvium, ſatis munita, 4. milliaribus Anglicis diſtans ab ora Oceani Germanici, & 10. à Dunelmo in Boream Scotiam versùs. *Liu.*

¶ Novum Caſtrum, *Neufchaſtel*, oppidum Galliæ, in Normanniæ Ducatu, ad Arcam fluvium, in Caletenſi tractu, 8. leucis à Diepa in Eurum Bellovacum versùs, & 4. ab Albamala in occaſum.

¶ Novum Londinum, *nevv London* Anglis, urbs recens Americæ ſeptentrionalis, in nova Anglia, quæ aliter *Boſton* dicitur. Vide Londinum novum.

¶ Novum Mexicum, *S. Fè ò nueva Mexico* Hiſpanis, urbs parva Americæ ſeptentrionalis, juxta fluvium Borealem, & novi regni Mexicani caput, recens exſtructa ab Hiſpanis, 100. circiter leucis ab ora maris Purpurei diſtans in ortum.

¶ Novum Plimuthum, *nevv Plimouth*, urbs recens exſtructa ab Anglis, in nova Anglia. Vide Plimuthum novum.

¶ Novum regnum Granatæ, *nuevo Reyno de Granada*, pars ampla Americæ meridionalis, in regione Terræ firmæ, ut dicunt, & inter Pariam provinciam ad ortum, Præfecturam Popaianam ad occaſum, & Præfecturam S. Marthæ ad Boream; ſubeſtque dominio Hiſpanorum, qui in eo habent aliquot colonias. Ejus primaria urbs eſt Fanum S. Fidei de Bogota, *S. Fè de Bogota*. Archiepiſcopalis.

¶ Novum regnum Mexicanum, *nuevo Mexico*, quòd à quibuſdam dicitur etiam novum regnum Granatæ, *nueva Granada*, pars eſt ampla Americæ ſeptentrionalis, inter mare Purpureum ad occaſum, Floridam ad ortum, & novam Hiſpaniam ad meridiem. Ante quinquaginta annos detecta fuit ab Hiſpanis, qui in ea habent aliquot colonias. Ibi novum Mexicum, *nueva Mexico*, urbecula præcipua.

¶ Novus Mercatus, *Novibazar*, urbs Serviæ regionis pirmaria, ad Oraſcam amnem, in ditione Turcarum, Dicitur aliter Novoforum, 50. milliar. diſtat à Niſſa in occaſum.

¶ Novus Mercatus, *le Neufmarchè*, pagus Galliæ, in provincia Normanniæ, ad Eptam fluvium, aliàs amplus, nunc deficit. Diſtat tantùm una leuca à Gornaco in auſtrum, 4. à Cæſortio in Boream, & 19. à Pariſiis in Circium. Ibi habitum Concilium Anglicum anno 1161. ſub Alexandro III. Pontifice Maximo. Caſtrum habuit ſuperbum, nunc deſtructum, & 6. leucis diſtat à Bellovaco in occaſum, Rothomagum versùs decem.

¶ Novus orbis, *le nouveau monde*, pars eſt ampliſſima orbis; recens detecta à Chriſtophoro Columbo, nempè die Iovis undecima Octobris anno 1492. Dicitur aliter Indiæ occidentales, *les Indes occidentales*, ſeu meliùs et communiùs America, *l'Amerique*; eſtque una ex quatuor orbis partibus, ſed aliis major, & à ſeptentrione in meridiem extenditur ſub duarum magnarum peninſularum forma, quæ tenui Iſthmo ſeptemdecim leucarum connectuntur. Vide America.

Novus portus, *Nevvhaven*, teſte Ortelio, aliis *Rhie*, oppidum cum portu Albionis in ora Angliæ Auſtrali, à Cantuaria 20. mill. Ciceſtriam versùs, à Londinio 48. in Eurum & auſtrum. Vide Lemannus. Eſt & Portus novus oppidum Vectis inſulæ primarium, *Nevvport*, contra Hamptonam oppidum Angliæ. (*Medena quibuſdam.*) *Ptol.*

¶ Novus portus, *Nieuport*, urbs Belgii probè munita, in Comitatu Flandriæ, aliàs *Santhoft* dicta. Gaudet portu utcumque capaci in ora maris Germanici, ad oſtia fluvii *Yperlèe*, 4. leucis à Dunquerca in ortum, 2. ab Oſtenda in occaſum, & 5. ab Ipris in Boream, in territorio Furnenſi.

Nubæ, Nubi Ptolemæo, Nubei Plinio, populi Africæ, juxta Nili ripam occiduam incolentes; quorum regio *Nubia* etiamnum dicitur. Horum meminit Claudianus de laudibus Stiliconis libro 1.

Venerat & parvis redimitus Nuba ſagittis.

Sunt & Nubei Plinio populi Arabiæ deſertæ, ad initium montis Libani incolentes.

Nubia, *la Nubie*, Italis *Nubia*, Africanis *Neuba*, regio ampla Africæ versùs Nilum & Nubiam fluvios, et undique montibus vallata. Terminatur à ſeptentrione Ægypto & deſerto Barcæ, ab occaſu Zaara regione, & ab ortu & meridie Æthiopia ſuperiori ſeu Abyſſinia; extenditurque ferè ad 400. leucas Gallicas. Ejus primaria urbs eſt Dancala, *Dancala*. Aliæ urbes præcipuæ ſunt Cuſa, *Cuſa*, Gualva, *Gualva*, Jalacum, *Jalac*, et Sula, *Sula*. *Stra*

Nuceria, urbs Italiæ gemina: una Vmbriæ, in monte, ad ſubterfluentem Tiniam fluvium, in via Flaminia, inter Fulginium 12. & Callium 34. mill. paſſ. Alphaterna à Livio cognominata, urbs epiſcopalis antiqua. Nuceria Conſtatia colonia Antonino. Populi Nucerini Plinio. Altera, urbs in Picentibus mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salernitano, inde 8. mill. paſſ. Neapolim versùs 20. apud Sarnum fluvium & Campaniæ fines, Luceria Ciceroni colonia. Vtraque vulgò *Nocera* (non *Alfatenia*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) nominatur; ſed poſterior *Nocera de Pagani* dicitur, quòd in ea Saraceni è Sicilia eiecti ſub Friderico II. habitarint. Eſt & Nuceria 3. Ptolemæo, Luceria Plinio, (Vide ibi) ac Nuceria 4. apud Ptolemæum, *Lucera & Luzara* vulgò oppidum Galliæ Ciſpadanæ, apud Padum, in territorio Mantuano, inter Mantuam 17. & Regium Lepidi 19. mill. paſſ. Vaſtallæ oppido vicinum ad 3. mill. Nuceriæ Picentinorum meminit Silius lib. 8. *Stra. Liv. Ptol. & al.*

Illic Nuceria, & Gaurus novalibus apta.

¶ Nuceria, *Nocera*, urbs eſt ditionis Pontificiæ, in Vmbria, ad radices Apennini, & in limite Marchiæ Anconitanæ, 16. mill. a Spoleto in ſeptentrionem Fabrianum versùs, et 15. a Camerino in occaſum Aſſiſium versùs, uti a Fulginio in Cæciam, in colle, ad fontes Tiniæ.

¶ Nuceria altera, *Nocera*, urbs aliàs Campaniæ felicis, nunc Principatus citerioris, in regno Neapolitano, Ducatus titulo inſignita Barberinorum, 8. milliaribus diſtat a Salerno in ortum, et 10. ab Amalphio in Boream.

¶ Nuditanum, Baſtitaniæ in Hiſpania oppidum, teſte Plinio.

Nuithones, populi Germaniæ, quorum regio *Nuithlndt*, in Helvetia, apud Friburgum urbem ejuſdem regionis Bernæ, & Salodoro finitima, teſte Rhenano, *Tac.*

no. Sed Tacitus eos in Germania, non in Gallia, in qua ſunt Helvetii, reponit. Fortè ex Germania huc mi. grarunt.

¶ Nuithones populi qui ſint non conſtat. Sed cum populi ſint Germaniæ, forſan Gythones dicere voluit Tacitus. Vide ibi.

¶ Nuitii regio, *t' landt van Pieter Nuitz* Batavis, *terre Pierre Nuits* Gallis, pars terræ Auſtralis, detecta anno 1625. & à Nuitio Holando nomen ſortita. Pars eſt novæ Holandiæ perampla et valdè extenſa à ſeptentrione in meridiem. Sed luſtrata fuit tantùm hactenus versùs oram littoralem.

Numana, *Humana*, urbs olim epiſcopalis Piceni in ora, à Siculis condita, et à Gothis everſa, teſte Pamphilo, apud Sirolum oppidulum, inter Anconam 12. et Lauretum 5. mill. paſſ. Ejus etiam Silius meminit libro 8.

Hic & quos paſcunt ſcopuloſa rura Numanæ.

Numantia, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, olim epiſcopalis, inter Celtiberos & Arevacos, ad Durium fluvium haud longè orientem, à Romanis poſt diutinam obſidionem 20. annorum exciſa. Locus nunc *Garray* pagus, teſte Morali, nominatur, à Soria urbe (quæ nova Numantia dici poteſt) vix leuca diſtans, ad Tonam fluvium, ibi in Durium labentem, à Cæſaraguſta 1800. ſtadiis, teſte Strabone, in occaſum recedens. Soria verò inter Turiaſonem ad ortum æſtivum, et Vxamam ad occaſum hybernum 12. leucis ſita eſt. Numantia anno ab urbe condita 595. ædificata, à Scipione Africano (fame victa) deleta eſt cum ſe, filios, et uxores occidiſſent. Populi Numantini. De ea Horatius libro 2. carminum ode 12.

Nolis longa feræ bella Numantiæ.

Hinc Numantius nomen gentis. Ovidius libro 1. faſtrum:

Ille Numantinæ traxit ab urbe notam.

¶ Numantiæ rudera, nunc *puente Garay* dicta, ſunt in Caſtella veteri, ad radices montium, *vix* 3. leucis à confinio Aragoniæ in ortum, et 6. à Turiazone in Africum, Uxamam versùs 10. circiter.

Numentana via, quæ ab urbe Roma per portam Viminalem (quæ et Figulenſis vel Figulnenſis dicta eſt) in Sabinos Nomentum uſque ducebat, ab ea urbe nominata; *o* in *u* mutato.

Numentanus pons, *Ponte Lamentano*, ſuper Aniemem fluvium, et ipſe à Nomento nominatus.

Numicus Virgilio, Numicius aliis, fluviolus Latii, *Rivo de Nemi*, teſte Pyrrho Ligorio, *Rivo*, ex lacu Nemo effluens; ex quo via Numicia, Brundiſium ducens, apud Huretium. De quo Ovidius libro 3. faſtorum:

Ipſa loqui viſa eſt, Placidi ſum nympha Numici.

Numicius alibi in eodem libro:

Corniger hunc tumidis rapuiſſe Numicius undis
Creditur.

Lavinio proximus labitur, et in eo Æneas ſubmerſus traditur. Ovidius libro 14. Metamorphoſeon.

Numidia, *Biledulgerid*, teſte Joanne, Leone, et Marmolio, regio Africæ mediterranea, quæ et Metagonitis, teſte Plinio, dicta eſt in Lybiæ interioris et Mauritaniæ confinio. Populi Numidæ, apud quos urſi ferociſſimi gignuntur, teſte Solino.

Numidia altera, quæ nova nominatur, incolis *Guzuntina*, teſte Marmolio, pars Africæ propriæ littoralis, ad ſinum Numidicum, in Mauritaniæ Cæſarienſis confinio, inter Ampſagam et Bagradam fluvios, in qua Cirta, Saldæ et Cullu urbes. *Regno di Conſtantina* noſtratibus dicitur. Sinus verò Numidicus *Golfo di Stora* vel *di Eſtora*, teſte Marmolio nominatur: ad quem Collops magnus, Hippon, et Tabraca urbes. Laturus Melæ. Populi hujus quoque Numidiæ, Numidæ. Virgilius libro 4. Æneidos:

Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis.

Numidia cameloſtruthionem avem prægrandem fert, quæ proverbio *Avis Numidica* dicitur apud Ariſtophanem in Avibus, de homine prægrandi et timido.

¶ Numidiæ propria pars erat Africæ, inter Africam propriam ad ortum, Sitifenſem ad occaſum, Getuolos ad meridiem, et mare Mediterraneum ad Boream: ubi nunc regna Bugiæ & Conſtantinæ, in regno Algerii; et in ea populi erant Cirteſii et Natabutæ. Numidicus verò ſinus *Golfe de Store* dicitur.

Urbes Numidiæ novæ. Quibus aſteriſmus prænotatur celebriores ſunt, aut fuerunt:

* Ammædara, (*Amedar.*)
* Aphrodiſium colonia, (*Africa.*)
* Aquæ calidæ.
Aſpuca.
Aſſurus.
Avitta.
Azama.
Bendenæ.
* Bullaria.
Cannopiſſæ.
Cipipa.
* Cirta, (*Conſtantina.*)
* Collops magnus, & Cullu, (*Collo.*)
Collops parvus, (*Larobo.*)
Culcua colonia, (*Cucutina.*)
Dabia.
Elica.
Gauſaphna.
Gedne.
Hippon diarrytus, (*Biſerta Vecchia.*)
Hippon regius, (*Bone.*)
Lambæſa ſeu Lampæſa. (*Lambeſca.*)
* Lares, (*Migana.*)
Madurus.
Meldita.
Muſſa.
Narangara.
Nenſa.
Ruſicada, (*Stora.*)
*Sicca Veneria, (*Antrangues.*)
Simiſthuth.
* Tabraca colonia, (*Tabarca.*)
Tacatua, (*Suchaida.*)
Thaſia.
Themiſſua.
Theudale.
* Theveſte, (*Tebeſſa.*)
Thigiba colonia.
Thiſica.
Thoronuba.
* Thuburnica colonia.
Thuburſica.
Thudronica.
Thunudromon colonia.
Tobrus, (*Obros.*)
* Tucca gemina.
Tucubis.
* Vaga.
Vazua.
* Utica, (*Biſerta.*)
Uzan
Zagacupoda.
Zigera.

Numiſtro, oppidum Lucaniæ mediterraneum Brutiorum Ptolemæo, (populi Numiſtrani Plinio) *Nicaſtro*, urbs epiſcopalis Calabriæ, quibuſdam videtur. Neocaſtrenſes verò à Numiſtranis longè diverſi, & diſtantes ſunt: illi enim in Brutiis, hi in Lucanis. *Liu. Ptol.*

¶ Nupſia, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum, teſte Plinio.

Nurſia, *Norcia*, urbs olim epiſcopalis Umbriæ, quæ & Sabinis tribuitur, in monte, ubi lacus, & non longè antrum Sibyllæ, ut ferunt, à Reate 20. mill. paſſ. in Boream, ab Aquila 30. in occaſum, à Spoletio 28. Populi Nurſini Plinio. Virgilius libro 7. Æneidos:

Nurſia, & Hortinæ claſses, populique Latini.

Silius libro 8.

Nurſia, & à Tetrica, comitantur rupe cohortes.

Hinc Nurſinus nomen gentis. Martialis libro 13. epigrammate 17.

Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

¶ Nurſia, *Norcia*, urbs eſt parva Italiæ, in ditione Pontificia, aliàs in Sabinis, nunc in Vmbria, ad amnem Freddaram dictum. Intra montes ſedet, & ad radices Apennini. 6. mill. a confinio Marchiæ Anconitanæ diſtat, 13. à Reate; eſtque ferè media inter Aquilam ad ortum & Spoletum ad occaſum. Patria fuit S. Benedicti monachorum in Occidente parentis.

¶ Nurum, Africæ propriæ oppidum, teſte Ptolemæo.

¶ Nuſaripa, Indiæ intra Gangem urbs apud Ptolemæum.

Nuſcum, urbs epiſcopalis Hirpinorum ſub Archiepiſcopo Salernitano, à Benevento 23. mill. paſſ. quot ferè à Salerno. *Provv. Rom.*

¶ Nuſcum, *Nuſco*, urbs eſt parva regni Neapolitani, in provincia Principatus ulterioris, ad radices Apennini montis. 17. mill. diſtat à Benevento in Eurum Compſam versùs.

Nuſipi populi ſunt Germaniæ inferioris apud Strabonem, qui apud Ptolemæum, & alios Uſipetes dicuntur, teſte Becano. Vide ibi.

Nutria, Illyridis urbs apud Polybium.

¶ Nygdoſa, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo, Nygdoſora Interpretibus.

¶ Nylandia *Nylandt*, provincia Sveciæ, in Finnia prov. & juxta ſinum Finnicum, inter Careliam ad ortum, Tavaſthiam ad Boream, & Finlandiam ad occaſum, è regione Livoniæ provinciæ, à qua ſeparatur tantùm ſinu Finnico. In ea ſunt tria dumtaxat oppida, *Borgo*, *Helſingfors*, & *Raſebourg* dicta, in ora littorali.

Pauſ. Nymbæum, ſtagnum Peloponneſi, in Laconica, apud Maleam promontorium.

Nymphæ Catabaſſi, *S. Ninfa*, teſte Baronio, locus Hetruriæ circa Romam, via Cornelia (inter Aureliam & Triumphalem) ab urbe Roma 13. mill. paſſ. De quo in vitis Sanctorum.

Plut. *Ptol.* Nymphæa, inſula Sardiniæ, inter Diabaten & Ilvam inſul. maris Tyrrheni. Sed Plinio eſt inſula Ioniæ circa Samum.

Ptol. Nymphæum, *Ciprico*, teſte Nigro, oppidum Tauricæ Cherſoneſi, apud Theodoſiam urbem, ab ea in occidentem diſtans.

Strab. *Plin.* *& al.* Nymphæum promontorium geminum Macedoniæ: unum montis Athi, *Capo Ninfeo* ex tabulis recentibus, in latere Auſtrali; alterum in ora maris Jonii, apud Apolloniam, & Aoum fluvium, vnde ignis ingens exhalat, vicina non incendens, teſte Plinio. Hoc hodie *Capo Pali* nominatur, teſte Luccaro. Ejus meminit Lucanus lib. 5.

Nymphaumque tenent, nudas aquilonibus undas.

¶ Nymphæum, promontorium ad radices montis Athi. Nunc *Gapo de monte ſanto* dicitur à recentioribus.

Nymphæum quoque apud Romanos balneum erat præclarum & regium. Duodecim olim fuere nymphęa in urbe, in quibus hæc memoratu digna ſunt.

Nymphæum Alexandri Severi.

Nymphęum Marci Imperatoris apud Septizonium illuſtre fuit. Quorum tamen veſtigia hodie non exſtant.

Nymphæus, portus Macedoniæ apud Liſſum urbem, ab ea 3. mill. paſſ.

Cæſ. Nymphęus, portus Sardiniæ, teſte Ptolemæo.

Strab. Nymphæus quoque, fluvius Latii, apud Circęos, poſt Aſturam fluens; qui apud Foſſam novam cœnobium decurrit, & *Storace* incolis dicitur. In quo inſulæ ſalutares. Alii ſcribunt illum apud Velitras fluere. Eſt & Nymphęus Plinio, Nymphius Ammiano, fluvius Meſopotamiæ, in Tigrim apud Martyropolim urbem influens.

¶ Nymphais, Pamphilii maris inſula, teſte Plinio.

Nympharum antrum. Vide Phorcynus Portus. *Stra.*

Nympharum cubile. Vide Solis inſula, inter Carmaniam & Gedroſiam. *Plin.*

Nympharum fanum, (Vide Jatamana) in Athamania regione Tſſeſſaliæ. *Vib* *Seq.*

Nympharum inſula, Lydiæ, quę ad ſonum tibiarum moveri fertur, in medio ſtagni; Saltuaris Plinio.

¶ Nymphæus, mons Phthiotidis in Græcia, quodam topiario naturę opere ſpectabilis, ut refert Plinius. *& al.* *Capc.*

¶ Nyphates, mons Armeniæ minoris, teſtibus Ptolemæo, & Plinio.

Nyſa, urbs Aſię multiplex: una in * Armenia minori, quę *Niſi* in tabulis Geographicis adhuc nominatur, in Cappadocię confinio, urbs epiſcopalis, à Cęſarea 90. mill. paſſ. in occaſum recedens ex Antonini Itinerario. Alię in Caria, in Arabia, & in Ægypto. Fuit & Nyſa (non Niſęa, ut in Theſauro Linguę Latinę) urbs Indię citerioris, ad Indum fluvium, à Baccho condita & appellata. Eſt & mons Peloponnenſi, & Armeniæ, & Indię apud Nyſam urbem. Meminit Virgilius libro 6. Æneidos: *Steph* *Ptol.*

Liber, agens celſo Nyſę de vertice tigres.

(* Quæ in Seldeni manuſcripto- Νισα.)

¶ Nyſa, ſeu Niſſa, urbs Armeniæ, Epiſcopalis eſt ſub Archiep. Cæſarienſ. & 60. mill. paſſ. à Cæſarea diſtat in ortu Melitenem versùs.

Nyſii, populi Indię ulterioris inter Gangem & Jolida, teſte Mela, incolentes. *Mel.*

Nyſirus. Vide Niſyros.

Nyſſa, Nyſa Plinio, ante Pythopolis, teſte Stephano, & Athymbra, quæ & Niſa videtur Straboni, in Lydia, juxta Tralles urbem, & Tmolum montem, ab eo 30. ſtadiis diſtans, *Niſa* etiam nunc dicta, urbs epiſcopalis. Nyſa etiam Dionyſiopolis. Vide ibi. *Ptol.*

Nyſæa via, circa Gangem Indiæ fluvium, à Baccho, teſte Dionyſio Afro, calcata; et unde Dionyſia appellata eſt. *Diony.*

Hic via quę celebrat nomen Nyſſæ Lyæi.

M I-

MICHAELIS ANTONII BAUDRAND PARISINI
NOTÆ, ET ADDITIONES EXCERPTÆ
EX EJUS LIBRO
GEOGRAPHIÆ
ORDINE LITTERARUM DISPOSITÆ.

ÆGEUM MARE *Archipelagos* Græcis, *l'Archipelago* Italis, *l'Acchipel* ſeu etiam *l' Archipelague* Gallis, pars ampla maris mediterranei, inter Aſiam propriè dictam, ſeu minorem ad ortum, Thraciam ad Septentrionem, Macedoniam, Græciam, & Peloponneſum ad occaſum & Cretam inſulam ad meridiem interfuſa, ab Æge ſcopulo inter Tenedum, & Chium dicta, teſte Plinio, vocatur etiam *la mer de Candie*, in ejus parte Auſtrali prope Cretam, quod autem dicatur à Græcis *Archipelagos*, id fit per excellentiam quaſi mare Imperii, & à Turcis *Acdenghis* vocatur, teſte Leunclavio, quam vocem Græci explicant Aſpra Thalaſſa, *la mer Blanche*, id fit quatenus opponitur ponto Euxino, quem *Caradeniz* appellant, ut vertunt Græci Mauro Thelaſſa, *la mer Noire*; à Nautis Gallis dicitur aliquando lepidè *la Foreſt de Larrons*, id eſt, Sylva Latronum, quod ſit tanquam receſſus omnium pyratarum, propter multitunidem inſularum & ſcopulorum. Eius partes ſunt in Europa ſinus Argolicus, *le Golfe de Napoli de Romanie* in ora Peloponneſi, Saronicus ſinus, *le Golfe d' Egina* in eadem ora, Euboicus ſinus, *le Golfe de Ziton*, prope Achajam, Pagaſicus ſinus, *le Golfe del Volo* in ora Macedoniæ, Thermaicus ſinus *le Golfe de Salonichi* in eadem ora, uti Toronaicus, *le Golfe d' Ajomama*, & Singiticus ſinus, *le Golſe de monte Santo* ſeu *de Faſſio*, Strymonicus ſinus, *le Golfe de Conteſa* inter Macedoniam, & Thraciam ſinus Melanes, *le Golfe d' Eno* ſeu *de Marcariſe*. In Aſia verò ſunt & in ora Aſiæ minoris Adramittenus ſinus, *le Golfe d' Andrimit*, Imyrneus ſinus *le Golfe de Smirne*, Iaſſius ſinus, *le Golfe de Milaſo*, & Ceramicus ſinus, *le Golfe de S. Pierre*, ſub ipſo etiam comprehenduntur hæc maria, Creticum nempè, Græcum, Icarium, Macedonicum & Myrtoum. Hoc mare AEgæum quamplurimis inſulis refertum eſt, ex quibus, quæ ſunt in ejus ora littorali versùs Aſiam uti Samos Chius, Lesbos, Tenedos, Cos, & aliæ, ſub ipſa Aſia conſentur; aliæ verò quæ ſunt in eius ora occidentali uti Eubæa, Samothrace, Thaſſus, Lemnus, Cyclades, Scyros, Melos, Andros, Paros, Naxos, Delos, Mycones aliæque innumeræ ſub Europa conſentur. Vide inſulas Archipelagi.

ÆGYPTUS, Regio Africæ celeberrima, Straboni, Plinio, & Ptolemæo, nunc indigenis *Chibili*, Arabibus *Bardamaſſer*, Turcis *Miſir*, Gallis *l' Ægypte*, Italis & Hiſpanis *l' Egitto*, & Germanis *Egypten* dicta extenditur à Septentrione in meridiem per 500. mill. paſſ. nempè à Maris Mediterranei ora uſque ad Syenem, quo eam interfluit Nilus fluvius notiſſimus, cuius innundationibns annis ſœcundatur. Terminatur ab oriente ſinu Arabico, Arabia Petræa, & Palæſtina, à ſeptentrione ſuo mari AEgyptio, ab occidente Cyrenaica regione, & deſertis Lybiæ, à Meridie autem Nubiæ Regno ſub AEthiopia; dicta fuit olim à Phœnicibus, Myara regio & Aeria, & Ogygia, teſte Stephano de Urbibus, primum diviſa fuit in ſuperiorem, & inferiorem & poſtea in ſuperiorem, mediam, & inferiorem. Superior AEgyptus quæ etiam Thebais, nunc *Said* dicitur, olim diviſa fuit in Thebaidem primam & Thebaidem ſecundam eratq; in parte meridionali versùs AEthiopiam; Media AEgyptus ſic dicta, quod media eſſet inter ſuperiorem & inferiorem, vocata etiam Arcadia & Heptanomos, quod in ea eſſent ſeptem Nomi, ſeu præfecturæ, hodie *Bechria* vocata, & etiam *Demeſor* à quibuſdam. Inferior Ægyptus, quæ & Delta, diviſa fuit in AEgyptum primam, & ſecundam, & in Auguſtamnicam primam, & ſecundam hodie *Errif*, extenditurq; versùs Boream à media uſque ad mare AEgyptum, versùs brachia & oſtia Nili flu. Olim hæc regio diviſa fuit ab antiquis regib. in 42. Nomos, nunc autem diſtinguitur in 12. partes, Caſſilifatus dictas ſeu Provincias, ex quibus quinque reſpondent ſuperiori AEgypto, nempè *Girgio Manfelout* & *Ebenſevef* ad ſiniſtram Nili ripam, & *Mimo* cum *Cherkeſſi* ad dextram Nili; tres alii Caſſilifatus, *Fium* & *Gize* ad ſiniſtram Nili, & Cairus, *le Caire*, ad dexteram reſpondent mediæ AEgypto & quatuor ultimi Caſſilifatus *Manſoura*, *Garbia*, *Menoufia*, & *Calioubech* cum Alexandriæ territorio reſpondent AEypto inferiori, ſeu Deltæ. Sunt qui addunt decimam tertiam Provinciam, nempe *le Caſilif de Bouhera*, ſed hæc verius pars eſt Regni Barcæ, nempè propriè ſub AEgyyto ſumitur. Antea proprios habuit reges AEgyptus per aliquot ſæcula, ſed tandem anno 1516. ſub Campſone Gauro Sultano, bello appetita à Selimo primo Magno Turcarum Domino, perdidit Syriam & anno ſequenti 1517. Tomumbejo ultimo Sultano bis à Turcis ad Nemphim victo, & cæſo, facta eſt Turcici juris, & ab eo tempore pars eſt Imperii Turcarum, Præfectum generalem habens *Miſir Beglerbeg* dictum, ſub quo ſunt 12. Caſsilifatus ſupradicti, totius regionis primaria urbs eſt Cairus, *le Caire*. Fuit alias regio probè culta, & innumeris referta civitatibus, nunc autem partes à Nilo flu. remotiores incultæ ferè jacent, præſertim versùs Lybiam & urbes pro maiori parte interiere, ita ut cum nunc præcipuè cum Cairo ſint tantum Syene, Alexandria, Thamiatis & Metelis. Nomos AEgypti vide in voce Nomi. Notandum verò quod urbes AEgypti nullis omninò muris cinctæ ſunt. Cairus nec muris, nec foſsis, nec propugnaculis vallatur, ſolum habens caſtellum, in colle ſitum, & Alexandria ſola habet duo Caſtella in ingreſſu portus.

ÆTHIOPIA, vulgò *l' Ethiopie* Gallis, *l' Etiopia* Hiſpanis, & Italis, & *Etiopen* Anglis, Germanis & Belgis, regio perampla Africæ, ſeu propriè ejus media pars versùs Auſtrum extenſa, ſicque ab antiquis credita & in duas partes diviſa, nempè in ſuperiorem & inferiorem.

AETHIOPIA SUPERIOR, ſeu interior, regio ampla Africæ, quæ aliter, AEthiopia ſub AEgypto dicta fuit, terminatur à ſeptentrione AEgypto, & Lybia, ab occaſu AEthiopia inferiori, uti à meridie, ab ortu verò mari rubro & Arabico, & ſinu Barbarico, ejus partes ſunt Nubia hodiè *la Nubie*, quæ magis ad ortum versùs Lybiam. AEthiopia propriè dicta *l' Abiſſine*, regna Mujaci & Macoci, & Galas. Trogloditica, *le Coſte d' Abex* versùs mare Rubrum. Azania *le Coſte d' Aian*, & Barbaria, *le Zanguebar* juxta Oceanum AEthiopicum.

AETHIOPIA INFERIOR, ſeu exterior, pars ampla Africæ in meridiem extenſa, terminatur ab Aquilone Lybia, ab ortu AEthiopia ſuperiori, ab occaſu verò, & meridie Oceano AEthiopico, & Auſtrali ejus partes fuere tres; nempe Agiſymba regio ubi hodie regna *Monomotapa & Monemugi*. Heſprii, AEthiopes ubi Regna Congi, Loangi, et *Angolæ* cum adjacentibus, et Anthropophagi AEthiopes ubi Cafreria regio hodie. Totius Africæ pars meridionalior eſt hæc regio, quæ antiquis prorsùs incognita, & à Luſitanis inventa, et perluſtrata fuit à duobus ferè ſæculis incipit versùs occaſum ad Heſperium ſinum non longè ab AEquatore, et totam complectitur littoralem Africæ partem ad auſtrum uſque ad Barbariam ſeu Zanguebariam, AEthiopiamque ſuperiorem hac parte ambit.

AETHIOPIA PROPRIE DICTA, hodie Abiſsinia, *l'Abiſſinie* ſeu *le Pais des Abiſſins* Gallis, *Abex* incolis, *Abiſſinia* Italis, dicitur etiam Abaſsinia, & Abaſſia, eius termini erant alias ab ortu Trogloditica, et Azania à ſep-

tentrione Nubia, ab occaſu Heſperii Æthiopes, & a meridie regna Monomotapę, & Monemugi in Agiſymba regione, parebatque Imperatori *le Grand Negus* dicto, pro maiori parte, ſed ſuperiori ſæculo Gaiæ populi vicini occupaverunt Provincias *Balli*, *Fatigar*, *Angote*, cum aliis, quas etiamnum poſſident, ita ut ditio iſtius Imperatoris valdè imminuta ſit, teſte Hieronymo Lobo Luſitano, & in parte auſtrali Æthiopiæ propriæ ſunt Galæ populi valdè potentes, & regna Mujaci, & Macoci.

ÆTNA, *il Mon-Gibello* Italis, *le Mont Gibel* Gallis, *Gibel* Arabibus, ideſt mons per excellentiam, mons eſt Siciliæ maximus, et notiſſimus, ob ignes quos evomit, quibus aſſiduè flagrat; quibuſque interdum latius ſparſis horribilem edit perniciem, eſt in Valle Demonæ, et in Diœceſi Catanenſi, altitudinis eſt 9. milliarium, circuitus autem 50. Cauſam incendii faciunt Poetæ Typhæum, ſeu Typhonem Gigantem, eo oppreſſum a Jove, Lucretius eam reiicit in ſulphur, quo hæc regio ſcatet, accedunt et flatus incluſi. Montes circumſtant oppida aliquot, in his Centuripæ *Centorue* urbs exciſa, et Ætna nunc pagus *Maſcari* *Adranum Aderno*, et Brontes, *Bronte*; pars ejus Auſtralis vitibus conſita eſt, Borealis nemoribus obducta. Et in eo nihil incultum niſi in ſummo monte, a Catana urbe, ad quam ferè radices ejus pertingunt, 12. mill. paſſ. diſtans in occaſum, et 50. a Meſſana versùs meridiem. Hic mons anno 1169. horribili flagravit incendio, itemque anno 1329. cum per plures annos abſque igne, et fumo fuiſſet, uti et anno 1408. 1444. et 1457. anno 1536. flumen igneum emiſit, locis finitimis vaſtitatem afferens, et anno 1554. plus conſueto æſtuans Catanam, et illius agrum maximè labefactavit; anno autem 1669. quatuor fluvios igneos emiſit in Catanenſi agro, ubi 15. caſtra cremata fuere; de variis ejus incendiis diverſis temporibus conſule Thomam Fazellum et Philippum Cluverium.

AFRICA, quæ et Libya Græcis, ſic quaſi ſine frigore dicta, una ex quatuor orbis terræ partibus in meridiem vergens, mari mediterraneo ad Arctos, Oceano ad occaſum, meridiem, et ortum, ac ſinu Arabico perſtricta (niſi qua Aſia Ægypto connectitur) *Iphrichiam* ab incolis, teſte Joanne Leone Africano, dicta, a Turcis *Ephrikña*, a Gallis *l'Afrique*, ab Hiſpanis et Italis *l'Africa*, ab Arabibus *AlKebulan*, ab Indis *Beſecath*, et a Belgis, et Anglis *Africka* dicitur, eſtque una ex tribus partibus antiquis cognitis: Sed Luſitani hiſce ultimis temporibus detexerunt maximam, et meridionalem ejus partes nondum Europæis notam, præſertim versùs oram littoralem meridionalem, et inſulas, tunc enim ultra Lunę montes meridiem versùs incognita erat. Regio tota ſiccior in mediterraneis, ubi ſterilis et penè deſerta multis in locis, vel arenis ſterilibus obducta, vel multo ac malefico animalium genera infeſta, vel inopia aquarum, eſt autem huius forma ſeu figura ad Peninſulæ triangularis inſtar, quæ Iſthmo qui eſt inter mare Rubrum Aſiæ coniungitur, ac duplo ferme Europam excedit. A pluribus variè diſtinta fuit Africa. Romanorum tempore diviſa fuit in ſex Provincias, nempè Africam propriam, ſeu proconſularem, Numidiam, Tripolitanam, Bizacenam, Mauritaniam Cæſarienſem et Mauritaniam Tingitanam, ſed hæc diviſio intelligenda eſt de ea tantùm parte, quæ Romanis paruit. Ptolemæus eam diſtribuit in duodecim regiones, quæ ſunt Mauritania Tingitana, Mauritania Cæſarienſis, Numidia, Africa propria, Cyrenaica, Marmarica, Libya propria, Ægyptus ſuperior, AEgyptus inferior, Libya interior, Æthiopia ſub Ægypto ſeu ſuperior, & Æthiopia inferior, ſeu exterior, ſed Nicolaus Sanſon eam facilius dividit in Africam, ſeu Libyam, & in Æthiopiam, Æthiopia dividitur in ſuperiorem, ſeu ſub Ægypto, & in inferiorem Æthiopiam ſeu exteriorem; Africa verò ſeu Libya in citeriorem, et ulteriorem, ex quibus in citeriori ſunt Mauritania; Africa propria, Libya propria, et Ægyptus, in ulteriori Libya ſunt Getuli, Garamantes, et Nigritarum regio, et hæc de Antiqua, ad quam referri poteſt recens Africæ diviſio, de eius autem partibus ſecundum recentiores, vide infra, et notandum eſt, quòd Africa dicitur ab Aſiaticis inſula occidentis, quippe genuino mari mediterraneo et Atlantico, geminoque fluvio Nilo, et Nigro undique circumdata, ut ſcribit Gollius.

ALBANIA, *l'Albanie* Gallis, *l'Albania* Italis, *Arnaut* Turcis, regio eſt ampla Macedoniæ ubi olim pars occidentalis Macedoniæ, ſemper Albania dicitur à Leunclavio, qui obſervat Albanos à Turcis appellari *Arnaut Lazos*, valdè populoſa eſt, terminatur à ſeptentrione Serviæ regno, et Dalmatia, ab ortu Macedonia, ab occaſu mari Adriatico, & mari Jonio, & a meridie Livadia, extenditur per 200. mill. paſſ. ab Aquilone in Auſtrum, & tota ſubeſt dominio Turcarum a duobus ſæculis, excepta Corcyra Inſula cum duobus aliis minoribus in ora littorali, duplex eſt, nempè Albania inferior, ſeu Auſtralis, ſub qua ſunt provinciæ Canina, Chimera, & Larta, teſte Brietio, & Albania ſuperior, ſeu Borealis, quæ & propria, dividitur etiam in maritimam, & mediterraneam, & totius regionis caput eſt Scodra, *Scutari* vulgò.

ALEXANDRIA, urbs Ægypti, nunc Turcis *Scanderik*, Gallis *Alexandrie*, Italis *Aleſſandria*, urbs patriarchalis, & Emporium celebre, quo etiam merces ex India præſertim aromata per univerſam Europam diſtribuenda antea advehebantur, ab Alexandro Magno olympiade 112. condita, olim clarior fuit ante Cairi erectionem, a quo diſtat 125. mill. in occaſum æſtivum, & portum habet percelebre in ora maris mediterranei, hodie pro maiori parte in ruinis iacet, nihilominus ob portus commoditatem multæ naves ex Europa huc appellunt, urbs ipſa Alexandria incolitur duobus mille civibus circiter, ex quibus 100. tantùm ſunt Catholici, ſed circa millia ibi adveniunt quocumque anno, in ea eſt Eccleſia S. Athanaſii ampliſſima, alias Patriarchalis, nunc à Turcis in Moſcheam verſa, ideo Patriarchæ Græcorum, ſedes eſt in Eccleſia pervetuſta S. Catharinæ intra muros urbis, Eccleſia Franciæ præcellit omnibus totius Orientis Catholicorum Eccleſiis, extra muros Alexandriæ conſpicitur columna marmorea ingentis altitudinis Pompeii dicta, ſunt etiam ibi obeliſci ſummæ altitudinis, quorum unus ſtat, alter verò deiectus eſt, circuitus murorum urbis ad huc extat, eſtque pulcherrimus, intra portum & ad eius oſtium eſt inſula Pharos dicta, quæ iam iniecta mole terræ adhæret, ubi turris Pharos nunc deſtructa, & ſuper eius rudera nunc eſt arx Turcarum cum præſidio ad tutelam portus, 12. mill. paſſ. diſtat à Nili oſtio Canopico in occaſum, 460. mill. paſſ. in Boream à Syene ultima Ægypti urbe meridionali, 150. a Peluſio in occaſum Cyrenem versùs 600. Fuit Alexandria Civitas triplex antiquiſſimis temporibus, nimirum Menna, ideſt portus qui Phari, & vicinarum partium locus eſt, Alexandria propriè dicta, ubi Alexandria oppidum viſitur hodiè, & NeKita, quæ forſan Necropolis Joſephi, & Strabonis, earum verò quamlibet peculiaris cingebat murus poſt quem alius ambiebat ſimul omnes, vias per quadras ſive cancellatim ordinatas fuiſſe, quod vix alibi in oriente ſpectare licet, ipſa rudera demonſtrant, teſte Gollio, ante Mahometanum bellum hæc urbs etiam florebat, Ægypti totius Metropolis habita, ſed ab Amro expugnata fuit poſt obſidionem 13. menſium, nomine Califæ, & peſſimè habita, unde paulatim minui cæpit, capta fuerat a Francis tempore belli Sacri nempe ab Amalarico Rege Hieroſolymitano anno 1167. ſed poſtea ab ipſo derelicta, hinc Alexandrinus nomen gentis.

ALPES, montes ſunt excelſi Polybio, Livio, & aliis qui Italiam ſeparant a Gallia, & Germania, *les Alpes* Gallis, *l' Alpi* Italis, *Alben* Germanis dictæ, quæ multiplices ſunt, variaque pro locorum diverſitate ſortiuntur nomina. Quarum longitudo eſt 2000. ſtadiorum, teſte Livio. Illarum ſeries ſic ſe habet, a littore maris Gallici inchoando:

ALPES MARITIMÆ, Ptolemæo, quæ *le Montagne di Tenda* dicuntur ab Italis, *le col de Tende* a Gallis, & extenduntur a meridie in Septentrionem, inter Galliam ad occaſum, & Liguriam ad ortum, incipiunt a portu Herculis Monæci in ora maris mediterranei & in limite Liguriæ, deinde per partem Orientalem comitatus Niceenſis excurrentes, uti poſtea inter ipſum, & Marchionatum Salutiarum, tandem terminatur juxta Veſulum montem, inter Delphinatum, & Pedemontium. Earum partes ſunt mons Acema, *le mont Cameliou*, Argentarius *le Col de l' Argentiere*, Veſulus *le mont Viſo*, uti & Montes *le Col delle Feneſtre* & *le col de Limon* dicti.

ALPES COTTIÆ, Svetonio, quæ & Cottianæ a Tacito nominantur, ſunt Montes excelſi admodum, Delphinatum a Pedemontio ſeparantes, extenduntur a Monte Veſulo, ubi fontes ſunt Padi fluvii, ad montem Ceniſium in limite Mauritanæ, nunc *le Mont Genebre*, & *le mont Cenis* dicuntur a montibus eius præcipuis, Genebra, & Ceniſio, ſuntque inter Alpes maritimas ad meridiem, & Alpes Graias ad ſeptentrionem,

ALPES GRAJÆ, Plinio, exordiuntur a monte Ceniſio, ubi deſinunt Cottiæ, excurruntque inter Sabaudiam, & Tarantaſiam ad occaſum, & Pedemontium,

Du-

Ducatumque Auguſtanum ad ortum, uſque ad ſummum Penninum vulgò *il monte Jove*, Gallis *le monte Joux*, aliter *le grand S. Bernard*, ubi incipiunt Penninæ. Dicuntur etiam Grææ Alpes à quibuſdam, & Graius mons, teſte Tacito.

ALPES PENNINÆ, Tacito, ſeu Pœninæ quibuſdam, extenduntur ab occaſu in ortum inter ſummum Penninum, & Adulam montem *le mont de Saint Godard*, ſicque excurrunt inter Sedunos nunc Valeſiam ad ſeptentrionem, & Inſubres ad meridiem, eorum pars mons Sempronius.

ALPES SUMMÆ, pars minor Alpium Cæſari, ſed excelſior cunctis, Adules mons aliis, *le mont Saint Godard* Gallis, *das Gothardsberg* Germanis, in ditione Helvetiorum, & in limite inſubrum, ex eo effluunt quatuor fluvii Rhenus, Rhodanus, Ticinus, & Arola.

ALPES LEPONTIÆ, Plinio, Summis iunguntur, ubi Rhenus ortum habet, iuxta Lepontios populos, à quibus ſic dicti fuere, nunc in Helvetiis.

ALPES RHÆTICÆ, Plinio, & Tacito, quæ & Juga Rhætica, ſic dictæ à Rhætis populis per quos excurrunt ab ortu in occaſum, inter Rhætos propriè dictos ad Boream, & Vallem Telllnam ad Auſtrum, earum partes præcipuæ ſunt, *il monte Bernina*, uti *il monte Braulio*, Germanis *Vuurm Serloch* dictus, teſte Scudo, & ex his Oenus per Noricum, Atheſis per Cenomanos, & Venetos, Addua, & Ollius per Inſubres flumina derivantur.

ALPES TRIDENTINÆ, Caſſiodoro, ab ortu in occaſum extenſæ, in comitatu Tirolis, inter Rhæticas ad occaſum, & Noricas ad ortum, ſeu inter Tridentinos populos ad Auſtrum, & Breunos ad Boream, earum partes ſunt montes *des Groſſ Verner* incolis, *le grand Brenner* Gallis, & *In Venden* Germanis, & vulgò *le montagne del Tirolo* dicuntur ab Italis.

ALPES NORICAE, Marcellino, ſic dictæ à Norica regione, extenduntur à Dravi fontibus uſque ad ortum Tilia vempti inter Tridentinas & Carnicas, hac voce non utuntur veteres, ſed tantùm mediæ ætatis Scriptores, uti Jornandes & alii, olimque dictæ fuere mons Taurus, teſte Mela, & etiam Veſtigium huius manet in montibus Krumaler Taurn, Felber Taurn, & in aliis in illo tractu, inter Comitatum Tirolis, Salisburgenſem ditionem, & Carinthiam.

ALPES CARNICÆ à Carnis populis ſic dictæ à Ptolemæo, & aliis inter Noricam ad Boream, & Carnos ad Auſtrum protenſæ, ſeu inter Carinthiam partem Norici, & Forum Julium Carnorum regionem, à Tilavempti fontibus ad Sontii fontem in limite Carniolæ, & earum pars eſt Mons Ocra.

ALPES JULIAE. producuntur à fontibus Sontii fluvii ad fontes Colapis fluvii, & ad ſinum Carnarium in mari Adriatico ſic dictæ ſunt à Julio Cæſare, qui primus iter per eas aperuit, & munivit. Tacitus libro ſecondo eas Pannoncias appellat, nunc Carniolam ab Iſtria, & Foro Julie ſeparant *i monti del Charſo*, verſus Tergeſte, & earum partes ſunt, *Et i menti della Vena* prope Lugeam Paludem

ANGLIA, *England*, & *the Kingdome of England* incolis, *l'Angleterre* Gallis, *l'Inghilterra* Italis, *das Engelland* Germanis; & *la Inglatera* Hiſpanis, pars eſt major Britanniæ Inſulæ ad auſtrum extenſa, regnumq; Europæ percelebre à multis ſæculis, quod olim Britannia major ex parte, & ſuperior ſeu citerior, & meridionalis vocabatur, terminatur à ſeptentrione Britannia ulteriori, ſeu inferiori, & ſeptentrionali, ab ortu Oceano Germanico, à meridie mari Britannico, & ab occaſu mari Verginio, ſeu Hiberni. co, primum diviſa fuit in quinque partes tempore Romanorum, nempè in Britanniam primam, Britanniam ſecundam, Flaviam Cæſarienſem, Maximam Cæſarienſem, & Valentiam, ſub quibus fuere populi ſexdecim, nempè Atrebatii, Belgæ Brigantes, Cantii, Cattieuchlani, Coritani Cornavii, Damnonii, Dimetæ, Dobuni, Iceni, Ordovices Ottadini, Regni, Silures, & Trinobantes Poſtea Anglia in ſeptem Regna diviſa fuit, nempè Cantium, Sutſexiam, ſeu Auſtro Saxoniam, Eaſt-Angliam ſeu orientalem Angliam Ueſt-Sexiam ſeu occidentale Saxoniam, Eaſt-Sexia ſive Orientalem Saxoniam, Northnmbriam, & Merciam, quæ in unum coaluerunt ſub Adelſtano Rege, quibus addidebet Wallia, quæ Anglico regno acceſſit ſub Eduardo I. Rege, dicta fuit etiam Anglia, Saxonia Transſmarina, poſt ſublatum Britanniæ nomen, teſte Camdeno, uti etiam poſtea Lhoegria, teſte Valſinghanio. Aliàs Anglia reges habuit proprios Anglio-Saxones, in Heptarchiam, ſive ſeptem Regna diviſos, in quibus tamen qui plurimum poterat, Rex gentis Anglorum dicebatur, ut eſt apud Bedam, & Ecbertus occidentalium Saxonum Rex, quatuor regna ex his victoria complexus, Heptarchiam, quam occuparent Saxones promulgato edicto vocari juſſit *Engelonth*, ideſt Anglorum terram, unde Latinè Anglia dicta ab Anglis facta appellatione, hinc vexata fuit per duo ſæcula à Danis, quibus etiam aliquando paruit, poſtea rediit ad Anglos, ſub Eduardo Confeſſore, ſed tandem anno 1066. Normanniæ Franciæ populi, à Francorum Rege adjuti Anglos vicerunt ad Haſtingam, & hanc regionem ſui juris fecerunt, ſub Guilielmo Conquiſtore dicto Normanniæ duce, qui ſic regnum ſibi peperit, & ad ſuos poſteros in hanc uſq; diem longa ſerie tranſmiſit. Nunc autem Anglia dividitur in Angliam & Walliàm, Anglia vero iterum ſeparatur in Angliam propriam *l'Angleterre*, Angliam ſeptentrionalem ſeu provincias ſeptentrionales *les Provinces du Nort*, & Angliam occidentalem, ſeu provincias occidentales *les Provinces de l'Oveſt*, & in his quatuor partibus Angliæ ſunt 52. comitatus ſeu provinciæ.

ANTILIÆ, *les Isles Antilles* Gallis & Anglis, *las Antillas* Hiſpanis, inſulæ Americæ Septentrionalis, in mari Boreali, vulgò *el mar del Norte*, quæ in longum excurrunt inter Floridam regionem ad ſeptentrionem, et novam Vandalitiam in Americam ad meridiem. Earum præcipuæ ſunt Hiſpaniola, Cuba, Jamaica, S. Joannis inſula, Lucajonica, Bahama, et aliæ, Linicoto teſte. Alii autem exiſtimant, et rectius, Antillas inſulas eſſe, quæ jacent inter continentem Americæ meridionalis, et partem orientalem inſulæ Sancti Joannis de Portu Divite; ſuntque in modum arcus poſitæ. Detectæ primùm fuerunt à Chriſtophoro Colono, ſive Columbo anno 1493. dicunturque Antillæ Americæ, quaſi ante inſulas ſinus Mexicani. Ex iis viginti octo præcipuæ numerantur, & pro majori parte parent Gallis, Anglis, & Belgis unitis, qui in his habent colonias ab anno 1625. quo *Diel Deſnambuch* Gallus, & Warnerus Anglus illas primi occuparunt. Dicuntur etiam Caribarum inſulæ ab Antiquis illarum incolis; & à quibuſdam Camercanæ. Ab Europæis autem harum partium incolis, tota hæc multitudo inſularum cum aliis ſinus Mexicani, ſæpius Archipelagus Mexicanus dicitur. Sunt autem *Antillæ* pro majori parte mirè fertiles, & riguæ, abundantque omnibus ad victum, & ad delicias etiam neceſſariis, cum pluribus fortalitiis præſertim in Guadalubia, Martinica, & S. Chriſtophori inſulis, et dividuntur in duas partes, nempè in inſulas ad ventum dictas, *les Isles du Vent* aliis, *las Islas de Barlovento* Hiſp. quæ ſunt *Antillæ* propriè dictæ, et magis ad ortum extenſæ et in inſulas infra ventum dictas, *les Isles ſous le Vent* Gallis *las Islas de Sottovento* Hiſp. quæ magis ad meridiem excurrunt versùs oram Terræ Firmæ, et Venetiolæ regionum

ANTUERPIA, *Antuverpen* incolis, *Anvers* Gallis, *Antorff* Germanis, *Antuvers* Anglis, *Anverſa* Italis, & *Anveres* Hiſpanis, urbs Belgii in Brabantiæ Ducatu, ampla, & pulcherrima, olimque imperialis, & libera, ad Scaldim fluvium, Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Mechlinienſi à Paulo IV. Pontifice Maximo, anno 1559. eſtque emporium percelebre, arcem habens probè munitam excitatam ab Albano Duce anno 1569. urbs eſt ex maximus totius Belgii in eo tractu Brabantiæ, qui marchionatus S. R. Imperii dictus fuit, cujus caput erat, habuitque aliàs innumeros penè incolas, ſed deficit in dies, ex quo Amſterodamum crevit in tantam opum abundantiam, peſſimè habita fuit ab Alexandro Farneſio Parmæ Duce fortiter expugnata anno 1585. nunc ſubeſt Dominio Hiſpanorum, diſtat ab Oceano 18. leucis in ortum, uti 10. à Gandavo, & totidem à Bruxellis in ſeptentrionem; 4. à Mechlinia in occaſum æſtivum, à Colonia 28. in occaſum, & à Pariſiis 76. in Septentrionem; Ambivaritorum metropolis creditur ab Abrahamo Ortelio, qui in hac urbe natus eſt doctiſſimus ſui Ævi Geographus, de ea fusè & accuratè ſcripſit Ludovicus Guicciardinus in ſua deſcriptione Belgii; dicitur etiam a quibuſdam Andoverpum, quod nomen illi contigiſſe narrant ab Andoverpo gigante loci domino, cuius oſſa adhuc monſtrantur, ſed de hoc fides ſit apud ipſos, hinc Antuerpianus nomen gentis.

APENNINUS, *l'Apennino* incolis, *l'Appenin* Gallis, mons Italiæ notiſſimus, & maximus ab occaſu in meridiem excurrens per 700. mill. paſſ. & illam ab Alpibus maritimis uſque ad extremos Salentinos, & Brutios in longum, continuo iugo in duas veluti partes dividens, niſi qua tranſitum præbet, teſtibus Strabone, Plinio, & aliis, hinc inde varia montium ramenta dimittens, et in duo apud Hirpinos capita ſeu cornua diviſus, uno ad Acram Japygiam in Salentinis, altero in Brutiis ad Leucopetram promontorium finitur, ab occaſu primum Pedemontium a Li-

guria ſeparat, hinc ad ortum currens inter Liguriam ad Auſtrum, & Ducatus Montisferratum, Mediolanenſem, & Parmenſem ad ſeptentrionem, inde inter Hetruriam ad meridiem, ubi maximè excelſus, & Ducatum Mutinenſem, territorium Bononienſe, & Romandiolam, hic flectitur in ortum hybernum inter Duc. Urbinatenſem, & Marchiam Anconitanam ad ortum æſtivum, & Umbriam ad occaſum hybernum, tandem per regnum Neapolit., & Aprutium ulterius extenſus Aprutium citerius, & Comitatum Moliſinum à Terra Laboris ſeparat, uti poſtea Principatus citerioris provincia à Capitanata, & in ipſo limite Baſilicatę in duas partes ſcinditur ex quibus quæ in ortum tendit per provincias Barianam, & Hydruntinam extenditur, alia verò pars in Auſtrum tendens principatum Ulteriorem à Baſilicata provincia ſeparat, & deinde per Calabriam citeriorem, & ulteriorem excurrit uſque ad mare Siculum, à ſolo flu. Aufido ſecatur prope Compſam urbem, & varia pro locorum diverſitate nomina tam latinè, quam vulgò ſortitur, ex his præcipui montes ſunt; Semola, *il monte Semola* in Liguria ad fontes Tanari; Acutus, *il monte Acuto* in Liguria prope Tanarum; Bergera, *il monte Bergera* versùs Savonam; Zavus, *il monte Zova* ad fontes Scriviæ in Liguria; Sviſmontium, *il monte Cervara* in ora orientali Genuenſi; Brunus *il monte Bruno* ad fontes Trebiæ; Bovius, *il monte Bovo* prope fontes Tari; Auginus *il monte Codoro* in Bruniatibus; Mons centum crucium *il monte Centocroci* prope Apuam; Mons Anidus, *il monte Borgada* ad fontes Macræ; Baliſta, *il monte Peneſe* omnes in ditione Genuenſi; Lætus, *il monte S. Pelegrino* in Hetruria, inter ditiones Mutinenſem, & Lucenſem; mons Jugi, *il Giogo* in Hetruria prope Florentiolam; Alvernus, *il monte dell' Averno* in Hetruria in limite Romandiolæ; Cuccus *il monte Cucco* in Ducatu Urbinate prope Eugubium; Victor, *il monte Vittore* inter Umbriam, & Marchiam Anconitanam; Nicates, *il monte Majella* prope Aternum fluvium; Mons S. Theodori, *il monte S. Todoro* in comitatu Moliſino prope Æſerniam; & Mons S. Antonii *il monte S. Antonio* in provincia Hydruntina prope Uriam.

ARAGONIA, *el Aragon* incolis, *l'Aragon* Gallis, *Aragam* Luſitanis, & *l'Aragone* Italis, regnum eſt amplum Hiſpaniæ, & unum ex ejus tribus præcipuis, ſub quo comprehenditur pars ampla Hiſpaniæ Tarraconenſis, terminatur à ſeptentrione Navarra & Gallia, à qua ſeparatur Pyreneis montibus, ab ortu Cataloniæ principatu, ab occaſu Caſtella Nova, & Veteri, & à meridie Valentiæ regno, olim erat tantùm comitatus, cui additis aliquot locis Mauris ereptis, cum regno Sobrarbiæ, quod conficiebatur ex comitatibus Sobrarbiæ, & Ripæcurtiæ, hoc regnum enatum eſt ſub Ramirio Rege, habuitque deinde reges proprios, uſque ad Ferdinandum V ſub quo in unum coaluit cum Caſtellano anno 1479. & tunc Aragoniæ regibus ſuberant in Hiſpania regna Aragoniæ, Majoricæ, & Velentiæ cum Principatu Cataloniæ, quæ etiam num ſub Aragonię corona comprehenduntur. Aragonia autem propria ſeu regnum Aragoniæ ab Ibero fluvio bifariam ſecatur, eſtq; regio ſiccior, aſpera, & ſatis deſerta, præſertim versùs Caſtellam, ubi vix habitationes reperiuntur, plurimis in locis, ejuſque primaria urbs eſt Cæſar-Auguſta, ſcribitur Aragonia cum unica *r.* ab incolis, & ab Hiſpanis, non autem cum duplici, *r.* ut quidam male ſcripſere, eratque aliàs diviſa in quinque partes, *Juntas* dictas, nempè Cæſar-Auguſtanam, *de Caragoza*, Oſcanam, *de Hueſca*, Sobrarbienſem *de Sobrarbe*, Exeanam *de Exea*, & Turiaſonenſem *de Taraçona*; nunc autem partitur in ſeptem Diœceſes Barbaſtrenſem nempe, Cæſar-Auguſtanam, Jaccenſem, Lobetenſem, Oſcenſem, Terulenſem, & Turiaſonenſem, & in plures tractus *Comarcas* dictos, ſicque vocatur ab Aragonio fluvio, hinc Aragonii populi *los Aragonenſes* vulgò, *les Aragonis* Gallis, *& gl' Aragoneſi* Italis.

ASTURIA, regio Hiſpaniæ, & regni Legionis pars, principatus titulo clara, ab incolis vulgò *l'Aſturia* & à Gal. *l'Aſturie* dicitur, eſtq; in longum protenſa ab ortu in occaſum, a Biſcaja nempè ad Gallæciam; duplex eſt, nempè Aſturia Ovetana *l'Auſtria d'Oviedo*, quæ ad occaſum extenditur, & Gallæciæ adjacet, a primaria eius urbe Oveto, & Aſturia S. Iulianæ, *l'Aſturia de Santillana* ſeu *de Sant'Illana* dicta ab oppido cognomine, & ad ortum extenſa versùs Biſcaiam, quibus additur etiam tertia pars nempè, *la Aſturia de Tranſiniera*; teſte Gregorio de *Argaiz*, & hæ tres partes ſeu Maioricatus *la Merindades* dictas, totius regionis caput eſt Lucus Aſturum, quæ & Ovietum, *Oviedo*, urbs alias regia ſede inſignis, alia oppida ſunt Avila, *Aviles* Fanum S. Julianæ, *Santillana*, Fanum S. Vincentii, *S. Vincent de la Varqnera*, & Gigio, *Giion*, quod antiquitus caput fuit Aſturiæ ante Ovetum; inter utramque Aſturiam ſunt montes Europæ dicti, valde excelſi, & intra hos montes Lievana provincia parva, quæ pars eſt Aſturiæ, & de qua ſuo loco dicetur, hinc Aſtures populi *los Aſturianos* vulgò.

AUSTRIA O, *eſterreich* incolis, quaſi terra orientalis, quamquam *Eſterich* pronuncient, *l'Auſtriche* Gallis, *l'Auſtria* Hiſpanis, & Italis, *Beetſtan* ſeu *Weetzſtan* Turcis, *RaKuſy* Polonis, provincia eſt Germaniæ ubi olim pars orientalis Norici Ripenſis cum parte Pannoniæ ſuperioris, & Adrabæ campi in Germania, ſic dicitur à mundi cardine orientali, qui Germanis *Ooſt* dicitur, terminatur a Septentrione Bohemia, et Moravia, ab ortu regno Hungariæ, a meridie Stiriæ Ducatu, et ab occaſu Bavaria, et ditione Salisburgenſi, in duas ferè partes ſcinditur Danubio fluvio, et eius pars ſuperior dicitur aliter Anaſſius tractus *t'landt ob der Ens*. Primò habuit Marchiones ab anno 928. deinde Duces ab anno 1156. poſtremo Archiducatus titulo inſignita fuit ſub Friderico, qui poſtea electus Imperator huius nominis quartus, et ab ea nomen ſumpſit Domus Auſtriaca, ex qua moderni Imperatores et Reges Hiſpaniæ. Dividitur autem hæc provincia in ſuperiorem *Obor Oeſterreich*, et in inferiorem *Nider Oſterreich*; Superior Auſtria, cuius caput eſt Lentium, ſubdividitur in quatuor partes, quorum nomina ſunt, tractus Molendini *Mullh Viertel*, tractus Domus *Hauſſ Viertel*, tractus Niger *Schuvartz Viertel*, et Traunenſis tractus, *Traun Viertel*, qui etiam dicitur tractus ad Anaſſum a fluvio cognomine. Aſturiæ inferioris etiam quatuor ſunt partes, nempè tractus ſuperior montis Monhartii *Viertel Ober-Manharts berg* vulgò; tractus inferior montis Manhartii *Viertel unter Manharts borg*, tractus ſuperior Sylvæ Viennenſis *Viertel ober Vienner Vvald*, & tractus inferior ſylvæ Viennenſis *Viertel unter Vienner Vvald*, et eius caput uti et totius Auſtriæ primaria eſt Vienna *Vienne* ad Danubium, in qua ſedes eſt Imperatorum a plurimis annis; hinc Auſtrii populi, *Oeſterreicher* Germanis, *Rakauſſy* Bohemis, et Moravis *Rakuſtz* Polonis, et Slavis, *les Auſtrichiens* Gallis, *gl' Auſtriaci* Italis, et *los Auſtriacos* Hiſpanis.

BABYLON, urbs Aſiæ maxima, Xenophonti, Herodoto, et aliis, caput Chaldaicæ regionis, quæ ab ea Babylonia dicta fuit, diu ſummam in toto oriente obtinuit claritatem, et huius Reges etiam Aſſyriæ Reges aut Chaldeę ut plurimum dicti fuere, inter quos Nemrod ſeu Belus qui eam condidit circa Nohæ obitum, poſtea a Semiramide mænibus cincta fuit pulcherrimis, quorum ambitus erat ſtadiorum 250. et erant tam lata, ut quadrigæ obvię ſeſe non impedirent, et inter ſeptem orbis miracula cenſebantur, vulgò *Babilone* dicitur a Gallis, et *Babilonia* ab Italis, et Hiſpanis, pluries capta fuit, ut a Cyro, Dario, Alexandro Magno, qui in ea obiit, à Seluco, & ab aliis; ſedebat ad Euphratem fluvium, eratque alias Archiepiſcopalis, ſed poſtea exciſa fuit, cujus etiamnum rudea viſuntur ad locum cui nomen *Folougia*, quamquam Philippus à S. Trinitate V. Clar. Carmelitarum diſcalceatorum alias Generalis credat Babylonem fuiſſe, ubi nunc *Ile* ſive *Ella*, locus ad Euphratem, ubi quamplurima rudera, & Turris etiamnum, *la tour de Nembrot* dicta, cum aere ſaluberrimo, & ex eius ruinis crevit Bagdadum *Bagdad*, urbs ampla, & probè munita ad Tigrim, quæ alias Seleucia magna dicta fuit, & poſtea Califarum Saracenorum ſedes regia extitit, 42. mill. diſtans à Babyloniæ ruderibus in ortum æſtivum, ſub Turcis ab anno 1638. quæ etiam a recentioribus indoctis ſumitur pro Babylone antiqua quæ 100. mill. paſſ. diſtabat à Teredone in ſeptentrionem Ninivem versùs 140. & 320. a Suſas in occaſum Damaſcum versùs 500. circiter,

BALTICUM MARE, *Oſterſioen* Svecis, *de Ooſtzee* Danis, Germanis & Belgiis, quaſi mare Orientale *Vvracz-Koive more* Ruſſis; *Morze, Biale* Polonis, *la mer Baltique* Gallis, & *il mare Baltico* Italis mare eſt inter Germaniam, Daniam; Sveciam, & Poloniam inter fuſum, & peramplum adinſtar ingentis ſinus. Adamus Bremenſis, & Helmoldus, atque poſt eos Albertus Crantzius primi omnium Balticum mare latinè dixerunt, aut à Balthia regione, cuius meminit Plinius, aut potiùs quia fretum inter Zelandiam, & Fioniam inſulas, *de Belt* appellatur, quod cingulum, ſive balteum indigenis notat, ut nullus dubitet ab eodem *Belt* Balticum ipſum mare dici poſſe, cum olim vocatum ſit mare Venedicum, & mare Svevicum, à Venedis, & Svevis accolis, ut & ſinus Codanus à Codanonia inſula, ſed de eo Veteres titubanter admodum ſcripſere, Mare autem illud terras ſubiens ex omni parte impervium eſt maioribus Navigiis in eius aditu, niſi in Oreſundæ freto, *Oreſund* ut vocant, et dividitur iterum in duos ſinus Boddicum nempè *Oſter Bottn* accolis, *le Golfe de Boddes*, et *le Golfe de Botnie* Gallis, *Bothn zèe* Germanis, et Finnicum *Finske Sioen* Svecis accolis, *Finnich zèe* Germanis, et *le Colfe de Finlande* Gallis.

lis. Eius partes ſunt etiam Venedicus ſinus, *le Golfe de Bantzick*, Clylipenus ſinus, *le Golfe de Livonie ou de Rege*, & Lagnus ſinus, *le Golfe de Lubeck*. Extenditur verò mare illud à promontorio Cimbrorum, ubi os illius eſt, Viburgum, & Narvam uſq; urbes extremas ſinus Fiunici, ad 190. milliaria Germanica, & eius præcipuæ inſulæ ſunt Alandia *Aland*, Boringia *Bornholm*, Gotlandia *Gotland*, Oelandia *Oeland*, Oſilia, *Oeſel*, & Rugia *Rugen*, uti etiam Falſtria *Falſter*, Fion a *Fuynen*, Lalanda *Laland*, Langelandia *Langeland*, & Zelandia *Zaland* omnium præcipua, inter Cimbricam Cherſoneſum, & Scaniam provinciam Sveciæ ad fauces huius maris.

BARENSIS DUCATUS, *le Barois*, provincia Galliæ olim Campaniæ pars, quæ poſtea Ducibus Lotharingiæ in feudum conceſſa fuerat à Galliæ regibus, nunc iterum effecta Francici iuris à paucis annis, extenditur à ſeptentrione in meridiem cis Moſam fluvium, & trans Moſam, à Comitatu Burgundiæ uſque ad Luxemburgenſem Ducatum, inter Campaniam ad occaſum, & Lotharingiam ad ortum; eius partes ſunt iuris dictio, ſeu Balliviatus Barenſis, *le Baillage de Bar le Duc*, Juris dictio Baſſiniaci *le Baillage de Baſſigny* çuri; dictio S. Michaelis *le Baillage de S. Mihel* & Comitatus Claromontanus *le Comtę ou Baillage de Clermont*, cum annexis; totius autem provinciæ caput eſt Bartum ſeu Baro Ducum; hinc Barenſes populi *le Barois* vulgò,

BAVARIA, regio Germaniæ perampla, & fertiliſſima, olim Vindelia vocata, & poſtea à Boiis Boiaria dicta reges habuit alias proprios, nunc etiam Ducatus titulo clara, *die Bayern* incolis dicta *la Baviere* Gallis & *la Baviera* Italis,& Hiſpanis,terminantur ab oriente Auſtria, & Archiepiſcopatus Salisburgenſis à meridie Comitatu s Tirolis ab occidente Svevia & à ſeptentrione Palatinatus ſuperior, & Bohemia, eius Dux eſt Imperii Elector quintus à paucis annis & eius etiam dominio ſubeſt Palatinatus ſuperior ſeu Bavariæ, pace Weſtphalica; totius Bavariæ caput eſt Monachium ad Iſaram, ubi Ducis ſedes; tota autem ditio Bavariæ Ducis nunc duplex eſt, nempè ſuperior Bavaria *Obern-Bayern*, ubi Monachium, & Ingolſtadium, & inferior Bavaria *Nider-Bayem*, ubi Strabuinga & Borchuſia, ſed tamen perſæpè dividitur in quinque partes ſeu regimina, dicta *Regierung*, ſcilicet pro ſuperiori Bavaria regimen Monachii, *Regierum Munchen*, pro inferiori Bavaria tria nempè Regimen Burchuſiæ, *Regierung Burchauſen*, regimen Laudshure *Regierung Laudshut*, & regimen Straubinga *Regierung Straubing*, & pro ſuperiori Palatinatu Regimen Amberga *Regierung Amberg*, tota regio fertilis eſt admodum & rigua, & eius Duci ſubſunt etiam Donaverta ad Danubium, & Midelheimum in Svevia, ſed Ducatus Neoburgicus, dictio Friſingenſis Epiſcopi, & Paſſavienſis Epiſcopi ſubſunt propriis principibus quamquam intra fines Bavariæ uti Ratisbona urbs, quæ Imperialis eſt, & ſui iuris, & Bavariæ pars fuit olim Auſtria ſuperior, ante Friderici primi Imperatoris tempora, uti etiam Cuffſteinum in Comitatu Tirolis, cum tractu adiacente ad Oenum fluvium, hinc dicti Bavari populi *Bayeriſche* accolis *les Bavarois* Gallis & *li Bavareſi* Italis.

BELGIUÆ, regio Europæ notiſſima, inter Galliam, Germaniam, & Oceanum Germanicum extenſa, ubi olim fuit pars Galliæ Belgicæ, quæ versùs ſeptentrionem porrecta erat, in qua populi Morini, Atrebates, Neruii, Centones, Toxandri, Baravi, Advatici, Eburones, & Bætaſii, uti etiam minuta pars Germaniæ, in qua Friſiii Salii, & Uſipetes, unde forſan dicitur à quibuſdam Germania inferior, ſed abuſivè, tum quia Germania inferior pars erat Galliæ Belgicæ, prope & cis Rhenum, tum etiam quia totum Belgium pars erat Antiquæ Galliæ Belgicæ uſque ad initium ſeculi elapſi, quo ei iunctæ fuere Gueldria, Friſia, Tranſiſalania, & Dominia Groningenſe, & Ultraiectinum, quæ provinciæ partes erant Germaniæ. Regio tota humilior eſt versùs Oceanum præſertim, ſed mire fertilis, & rigua, & vulgò dicitut ab indigenis *das Nederlandt* regio inferior, *le Pais-bas* Gallis, *Neatherland* ab Anglis, *los Paeſes Baxos* ab Hiſpanis, *li Paeſi Baſſi* ab Italis, *dasthe Niderlandt* à Germanis, & *Niderlanderska* à Polonis,quod idem ſonat ubique. Ejus termini ſunt ab oriente Germania,à ſeptentrione Oceanus Germanicus, ſive occidentalis, ut vocant, & ab occidente & meridie Francia, complectiturque quatuordecim provincias, quæ etiam ſæpe ad tredecim reducuntur, cum Ducatus Limburgicus pars ſit Brabantiæ ab anno 1290. quicquid dicant Belgium comprehendere in ſe ſeptemdecim provincias, quod ad oſtentationem tantùm dicunt, ſed revera longius à vero aberrant, cum ex his pretenſis ſeptemdecim provinciis Zutphaniæ Comitatus,ſive Tetrarchia pars ſit Ducatus Gueldriæ à ſex ſæculis, nempe ab anno 1079. Mechliniæ dominium pars eſt Ducatus Brabantię ab anno 1346.& ſub ipſo cenſetur etiamnum, uti Marchionatus S. Imperii ab anno 1043. quo extinctus fuit, 70. annis poſt ejus erectionem, ſicque revera reducuntur ad quatuordecim, provincias, ſeu etiam ſæpè ad tredecim, cum Limburgenſis Ducatus ſub Brabantia cenſetur, ut videre eſt in comitiis harum provinciarum, & olim principes habuere proprios, ſed tandem ex his novem in unum redactæ ſunt ſua Carolo Audace Burgundiæ Duce ultimo, & ſic obvenerunt Maximiliano I. Imperatori, & Carolo V. ejus Nepoti, ſub quo Gueldria, Friſia, Tranſiſalania, dominium Groningenſe, et dominium Ultrajectinum ad alias acceſſerunt,ſicque eas omnes relinquit filio Philippo II.Hiſpaniæ Regi,cui parverunt per aliquot annos, ſed cum durius haberentur ſeptem provinciæ ſeptentrionales, in libertatem ſe vendicarunt, et Regem Hiſpaniæ principem ſuum ejuravere Dordraci anno 1581. fœduſque inter ſe inierunt, quod Belgio unito, ſeu fœderato nomen dedit; hinc orta primum diviſio Belgii in Belgium Hiſpanum, quod ad meridiem, et perſæpè ab exteris *la Flandre* dicitur, ab eius potiori parte, et Belgium unitum ſive fœderatum, quod eſt ad ſeptentrionem, et ſæpe ab exteris *la Hollande* vocatur ab ejus provincia præcipua; ſed cum poſtea Francorum Reges poſt multas, inſigneſque victorias, ſibi acquiſiverunt mediam ferè partem Belgii Hiſpani versùs meridiem,hinc dicta fuit ea pars Belgium Francicum,ſicque hodie triplex eſt Belgium Francicum nempè, Hiſpanum, et unitum ſive fæderatum.

Belgii Provincia.

Arteſii Comitatus, *l'Artois*.
Brabantiæ Ducatus, *le Brabant*, ſub quo Mechliniæ dominium, *le Seigneurie de Malines*, et antiquus Marchionatus S. Imperii *le Marquiſat du S. Empire*.
Flandriæ Comitatus, *la Flandre*.
Friſiæ dominium, *la Friſe*.
Groningæ Domin. *la Segneurie de Groninge, et les Omlandes*.
Gueldriæ Ducatus, *la Gueldre*, ſub quo Zutphaniæ Comitatus, *le Comtè de Zutphen*.
Hannoniæ Comitatus, *le Hainaut*
Hollandiæ Comitatus, *le Hollande*
Limburgenſis Ducatus, *le Duchè de Limbourg*
Luxemburgenſis Ducatus, *le Luxembourg*
Namurcenſis Comitatus, *le Comtè de Namur*
Trans-Iſalaniæ Dominium, *l'Ovver-Iſſeloul a Trans-Iſelane*.
Ultraiecti Dominium, *le Seigneurie de Utrecht*.
Zelandiæ Comitatus, *la Zelande*.

BELGIUM FRANCICUM, *le Pais-Bais Francois*, ſive etiam perſæpe *la Flandre Francoiſe*, pars ampla Belgii magis ad Occidentem, et meridiem extenſa, quæ à paucis annis ſubeſt dominio Francorum Regis, et ſub Regno Galliæ nunc cenſetur,cum antea pareret Hiſpanis, protenditur in longum ab Oceano ad Moſellam fluvium, terminaturque à ſeptentrione, & ab ortu Oceano Germanico ex minuta parte, & Belgio Hiſpano, ab occaſu verò, & meridie Picardia, Campania, & Lotharingia, eſtque fertilis admodum, rigua & perculta, ſub ipſa comprehenditur Arteſia tota, maior, & potior pars Hannoniæ ad ad meridiem protenſa, ubi Flandria Gallica, Iprenſis Tetrarchia, atque planities Terræ Francæ, & pars meridionalis Ducatus Luxemburgenſis, ejus verò præcipua urbs eſt Inſulæ, ſed de aliis eius urbibus vide infra.

BELGIUM HISPANUM, *le Pais-Bas Eſpagnol*, ſive & ſæpe *la Elandre Eſpaguole*, pars ampla Belgii in longum extenſa, inter Belgium unitum, & mare Germanicum ad Septentrionem, Germaniam ad ortum, & Belgium Francicum ad occaſum, & meridiem, quæ etiamnum ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ,complectiturque mediam partem Flandriæ ad ortum & ſeptentrionem, minorem partem Hannoniæ versùs ſeptentrionem, Namurcenſem Comitatum, maiorem partem Luxemburgenſis Ducatus, Brabantiæ Ducatum pro maiori parte, Ducatum Limburgi pro medietate, et Gueldriam ſuperiorem ſive Tetrarchiam Ruremundenſem, et eius primaria urbs eſt Bruxella, alias eius urbes videbis infra.

BELGIUM UNITUM, ſive fœderatum, quod aliter dicitur Provinciæ unitæ, *les Provincies Unies du Paisbas* pars eſt ampla Belgii versùs ſeptentrionem extenſa, inter Oceanum Germanicum ad Boream et occaſum, Germaniam ad ortum, et Belgium Hiſpanum ad meridiem, quæ ab anno 1541. ſui iuris effecta Rempublicam conſtituit, complectiturque ſeptem provincias, nempè Gueldriam inferiorem, ſive tres Tetrarchias, Ducatus Gueldriæ, Hollandiam, Zelandiam, Friſiam, Ultraiecti Dominium, Trans-Iſalaniam, & Dominium Groningenſe, quibus additæ ſunt pars ſeptentrionalis Ducatus Limburgi, minuta

pars

pars Flandriæ verſùs oram Zelandiæ, & pars etiam Borealis Brabantiæ Ducatus; eius verò præcipua urbs eſt Amſterodamum, ſed de aliis eius urbibus vide infra.

BISCAJA PROPRIA, *la Vizcaia* incolis, *la Biſcaye* Gallis, terminatur à ſeptent. Oceano Cantabrico, ab ortu Alava, & Ipuſcoa prov., à meridie Caſtella veteri, & ab Oc. Aſturia S. Julianæ dicta, dominii titulo inſignitur, cum alias dominos habuerit proprios è gente *de Haro*, quibus deficientibus in obſidione Algezeiræ, Biſcaia Joanni Caſtellæ regi obvenit, & ab illo tempore pars eſt regni Caſtellæ veteris, extenditurque ab oriente in occid. ad 26. leucas Hiſp. verſùs oram, ſed non eſt æquè lata, dividitur in plures Maiorinatus, ſeu Merindadas, ut vocant, nempe Maiorinatus *de Garnica*, *Buſturia*, *Uribe*, *Arratia*, *Bedia*, *Corcona*, *Durango*, *Marquina*, & *Preſtamero major*, & ſub ipſa comprehenduntur etiam quatuor urbes littor. dictæ, cum eorum territ. nempe Laredum, Fanum S. Andreæ, Caſtrum Urdiale, & Fanum S. Vicentii de Vacaria, totius verò prov. caput eſt Bilbauna, erant olim in ea regione Autrigones populi, & pars orientalis Cantabrorum propriè dictorum, ad 11. leucas in longitudinem, & totidem in latitud. patet, & ſic dicitur à ſitu terræ montuoſo, & aſpero, ea enim vocis Vaſconicæ ſignificatio eſt, teſte Arnaldo Oihenarto, ſed Durangum olim ſeparata erat à Biſcaia, & Comitatus ſpecialis titulo inſignitis erat & antiquitùs Biſcaia latè ſempta ſuberat dom. Regis Navarræ; hinc Biſcaini populi, *los Vizcainos* Hiſp. *les Biſcains* Gallis.

BOHEMIA, *le Royaume de Boheme*, & *la Boheme* etiam, regio ampla Europæ, quæ etiam Boemia dicitur à quibusdam, Boiemum & Boemum Tacito, nunc vulgò incolis, et Polonis *OzesKa zomia* à Czecho quodam principe teſte Davito, *Bokeim*, ſeu *das Boheme* Gallis, *la Boemia* Hiſpanis, *la Bokemia* Italis dicta, intra fines Germaniæ comprehenditur pro majori parte, ſed tamen non eſt pars Germaniæ, cum ab ea diviſa ſit, linguam habeat particularem, et regnum faciat ſeparatum, ab anno 1086. quo primùm regio titulo decorata fuit ſub Uratiſlao Rege; terminatur à ſeptentrione et occidente Saxonia ſuperiori, ab oriente Polonia, a meridie Hungaria, Auſtria, ditione Ducis Bavariæ, eius autem partes ſunt; Bohemia propia, Luſatia, Moravia, et Sileſia, et totius regni caput eſt Praga, ſed Luſatia ab eo diſiuncta ſubeſt Duci Saxoniæ ab anno 1623. Bohemiæ regnum ſubeſt Domui Auſtriacæ à ſæculo et dimidio, et eius Rex eſt unus ex octo Imperii Electoribus, quanquam ſit extra Imperii fines, Regni caput eſt Praga, aliæ urbes clariores ſunt Brina, Olomucium, et Vratiſlavia.

BOHEMIA PROPRIA, *Behermerlandt* Germ. *la Boheme* Gallis, pars eſt præcipua regni Bohemiæ, quod ab ea etiam nomen ſortitur, ſylvis undique, et ſaltibus cincta, eam regionem primum tenuere Boii, origine Galli; tum Marcomanui, et tandem Bæmi, terminatur à ſeptentrione Miſnia, et Luſatia, ab or. Sileſia, et Moravia, a meridie Auſtria, & Bavaria, ab occidente verò Palatinatu ſuperiori, ſive Norgovia, et minuta parte Franconiæ, diviſa fuit à Carolo IV Rege in duodecim circulos, nunc verò in 15. diſtribuitur, quibus adduntur Comitatus Glacienſis ex Sileſia exceptus, et territoria Egranum, et Loctenſe, olim partes Palatinatus ſuperioris, ejus primaria urbs eſt Praga *Prague* ad Multam flu. hinc Bohemi populi *Czechi* Polonis, et Slavis, *Bohaimen* Ger. *los Bohemes* Gallis et *li Bohemi* Italis.

BRABANTIA, *le Brabant* incolis, *el Bravante* Hiſpanis, *il Brabante* Italis, provincia eſt perampla Belgii, Ducatus titulo inſignita, in qua olim Menapii populi, terminatur a ſeptentrione Hollandia, et Gueldria inferiori, ab ortu Gueldria ſuperiori, et Epiſcopatus Leodienſi, a meridie Hannonia, et Comitatu Namurcenſi, et ab Occ. Flandria, et Zelandia, alias multo minor erat, tuncque Comitatus Lovanienſis vocabatur, ſed lapſu temporis aucta fuit unione Marchionatus S. Imperii, dominio Mechlinienſi, ditione Ultramoſana, et parte Brachbantii, unde nomen Brabantiæ ei inditum fuit à tractu adiacente, tuncque Duces habuit proprios, quibus deficientibus, obvenit Ducibus Burgundiæ, ſicque ex eorum hæreditate ad Reges Hiſpaniæ, quibus etiamnum ſubeſt ex maiori parte. Dividitur in quatuor partes ſeu Tetrarchias, quarum nomina ſunt Tetrarchia Lovanienſis, *le quartier de Louvain*, Tetrarchia Bruxellenſis, *le quartier de Buxelles*, Tetrarchia Antuerpienſis *le quartier d' Anvers*, ſub qua antiquus Marchionatus S. Imperii, et Mechliniæ dominum, et Tetrarchia ſive Maioratus Boſcoducenſis, *la Mairie de Bolduc*, ſed nunc eius pars ſeptentrionalior ſubeſt Dominio Belgarum unitorum. Traiectum ad Moſam, et ditio Ultro-Moſana ſeu Ducatus Limburg. Comitatus Falcanis montis Dalemenſis et Rhodiæ Ducis ſunt etiam partes Brabantiæ, ſed ab ipſa diſtant, ſuntque inter Duc. Juliacenſem, et Ditionem Leod. totius verò Brabantiæ caput eſt Bruxella olim ſedes Ducum; hinc Brabantii populi, *les Brabancons* vulgò.

BRESSIA, *la Breſse*, provincia Galliæ, Comitatus titulo clara, alias ſub Duce Sabaudiæ, ab anno 1272. ſed anno 1601. Francici iuris effecta eſt ab Henrico Magno. Habet ab oriente Beugeſiam, a ſeptentrione Comitatus Burgundiæ, ab occidente Duc. Burgundiæ, cum Lugdunenſi præfectura, et ad meridiem Delphinatum. Eius primaria urbs Burgus dicitur, cum antea eſſet Balgium, à qua dicta fuerat alias terra Belgii, teſte Guichenono, et dividitur in tres partes, nempè in Breſſiam propriam, quæ totam planitiem continet, extenditurque a montibus ad Ararim fluvium, in terram Riverſimontis, *le Revermont*, quæ intra montes a Colineo ad pontem Idani, et in Vallem bonam *la Valbonne*, quæ ad meridiem extat inter Idanum fluvium, et Lugdunenſem tractum, Idano fluvio ſeparatur a Beugeſia, quæ ſub ipſa ſæpè continentur, quamquam provinciam ſeparatam faciat, uti Vallis Romana, et Geſia tractus; hinc Breſſiani populi, *les Breſsans* vulgù.

BRIA, *la Brie*, provincia Galliæ, fertilis admodum et probè culta, cujus termini ſunt ad ortum Campania, ad meridiem et occaſum Sequana fluvius, quo a reliqua Campania, a Vaſtinio tractu, et ab Hurepeſio diſcernitur, et ad ſeptent. Francia propria, et Sveſſionenſis ager, verſùs Matronam, alias minor fuit, et Campaniæ iuncta per longos annos, nunc etiam ſub ipſa cenſetur, excepta munita eius parte Pariſiis viciniori, quæ ſub prefectura generali inſulæ Franciæ comprehenditur. Eius partes ſunt tres, nempe Bria ſuperior, *la Haute Brie*, verſùs Matronam fluvium, cuius caput Meldæ; Bria inferior, *la Baſse Brie*, verſùs Sequanam flu. cuius caput Provinum; et Bria pediculoſa, *la Brie Povilleuſe* verſùs matronam flu. etiam, cuius caput eſt Caſtrum Theodorici, ſed de eorum limitibus non eſt facile ſtatuere, ejus verò præcipua urbs eſt Melda, quamquam alias Provinum ſedes fuerit Comitum hujus prov. quę extenditur ab ortu in occa. ad 22. leucas, nempe à Seſana ad confluentes Matronæ in Sequanam, ſed à ſeptent. in merid. magis reſtringitur, & Braia dicta fuit ſeu Braya, vulgò *Bray* in media ætate, hinc etiam Braii populi, nunc Briacenſes, & Brienſes *les Briards*, dicti.

BRITTANNIA, ſeu & Britannia Major, Cæſari, & Plinio quæ Ptol. Albion, inſula eſt maxima, & notiſſima Europæ, interfuſo Oc. à continenti Europæ diſcreta, Germ. & Galliæ figura triquetra obiecta, ab occaſu qua Hibernia ſita eſt Virgivius Oceanus irrumpit, a ſeptentrione vaſtiſſimo Hiperboreo mari pulſatur, ab ortu quà Germ prætenditur Germ. a meridie qua Galliæ opponitur, Britannico urgetur & a Gallia freto ſex leuc. tantum ſeparatur in duas à veteribus diviſa fuit, in citeriorem nempe, quæ & merid. ubi nunc Anglia, & in ulteriorem, ſeu ſeptent. quæ nunc Scotia, ſicque Anglia in Auſtrum, Scotia in Boream vergit; Britanniæ ſeu Albionis longitudo maior ab ora ſeptentr. Scotiæ ad Antonam opp. in ora Auſtrali Angliæ, contra Vectim inſulam eſt 530. mill. paſſ. eius vero maior latitudo inter Cantium promontorium ad ortum & Bolerium ad occ. eſt 320. m. p. Brittanniæ citerioris partes fuere Britannia prima, Britannia ſecunda, Flavia Cæſar. Maxima Cæſar. & Valentia. Britanniæ ulterioris populi fuere Vetturiones, & Picti; alias utraq; in plura regna diviſa fuit, quæ nunc ad duo reducuntur, nempe ad Anglicum, & Scoticum, quæ etiam unita ſunt a princio huius ſæculis, de his vide Anglia & Scotia, ubi fuſius, Humfredus Luyduse Sigeberco litteris prodit hanc inſulam, antequam a Romanis ſeu exteris cognita eſſet, in tres regiones diſtinctam eſſe, duas indigenarum lingua, quæ hactenus in Cambria ejus patria in uſu eſt, Lhoegriam, Cambriam, & Albaniam vocitarunt, & etiam num vocitant, de quibus vide ſui locis, idem ex vetuſtiſſimis ejus regionis monumentis docet, generali vocabulo hanc inſulam *Pridain* dictam, ex qua Græ. & Lat. ſuam Britanniam feciſſe veriſimile eſt. Britanniæ primæ populi fuere Cantii, Regni, Belgæ, Atrebatii, Durotriges, & Damnonii; Britanniæ vero ſecundæ populi Silures, Dimetæ, & Ordovices; Flaviæ Cæſar. populi fuere Trinobantes, Iceni, Cattieuchlani, Dobuni, Cornavii, & Coritaui; in maxima Cæſarienſi fuere Brigantes, & Pariſii & in Valentia Ottadini.

BURGUNDIA, *la Bourgogne* incolis, *la Borgogna* Italis, *la Borgonna* Hiſpanis, & *das Burgund* Germanis, provincia Galliæ percelebris, duplex eſt nempè Ducatus, & Comitatus.

BURGUNDIÆ DUCATUS, qui aliquando Burgundia inferior, *le Duchè de Bourgogne* incolis, *Nider Burgund* Germanis, verſùs occidentem extenditur, ubi olim Ædui populi, terminatur ab oriente Burgudiæ Comitatu, a ſe-

à ſeptentrione Campania provincia, ab occaſu Nivernenſi, & Borbonenſi provinciis, uti à meridie Baſſiovienſi, & Breſſia, eſtque ampla & fertilis admodum. Eius partes ſunt octo nempè tractus Alexienſis, *l'Auxois*, Altiſſiodorenſis, *l'Auxerrois*, Auguſtodunenſis, *l'Autunois*; Burgundia propria, ſive Divionenſis ager, *la Bourgogne propre*; Cabillonenſis, *le Challonois*; Carolenſis, ſeu Caroloſium, *le Charollois*; Maticonenſis, *le Maſconois*; & Montanus tractus, *le Caillage de la Montagne*: totius autem proviciæ caput eſt Divio, aliaſque Duces habuit proprios magni nominis, ſed ſub Ludovico XI. Rege facta fuit Francici iuris, anno 1477. per obitum Caroli Burgundiæ Ducis ultimi, à quo tempore Franciæ regni pars exiſtit, de eius urbibus vide infra, hinc Burgundi & Burgundiones populi, *les Bourguignons* vulgò, *li Borgognoni* Italis, *los Borgognones* Hiſpanis, & *Burgunder* Germanis.

BURGUNDIÆ COMITATUS, *le Comtè de Bourgogne*, ſive & ſæpius *la Franche Comtè* indigenis, ab eius immunitatibus, *la Fran-Contea* Italis, & *das ober Burgund* Germanis, quaſi Burgundia ſuperior, provincia eſt Galliæ regni, & pars orientalis Burgundiæ latè ſumptæ, ubi olim Sequani populi; terminaaur ab ortu Helvetia, ditione Epiſcopi Baſileenſis, & Comitatu Neocaſtrenſi, à ſeptentrione Lotharingia, & parte Campaniæ, ab occaſu Burgundiæ Ducatu, & à meridie Breſſia, & Beugeſia; dividitur autem in tres partes, ſuntque præfectura ſuperior, *le Baillage d'Amont*, quæ versùs ſept. cuius caput Veſulum; præfectura media ſive Dolana, *le Baillage du Millieu*, ſive etiam *le Baillage de Dole*, quod inter ali s duas exiſtat, cuius caput Dola, & præfectura inferior, *le Baillage d'Aval*, quæ versùs meridiem protenditur, cuius præcipua Salinæ; totius verò provinciæ caput eſt Dola, ſed ex quo Veſuntio facta fuit Hiſp. iuris anno 1651. à multis cenſetur primaria huius provinciæ, quæ aliàs paruit Ducibus Burgundiæ, deinde Hiſpanis, donec tandem anno 1674. facta eſt Francici iuris à Ludov. magno Rege; ſicque etiamnum ipſi ſubeſt pace ad Noviomagum ſancita; hinc etiam Burgundi dicti, ſed qui eam inhabitant perſæpe *les Cumtois* vocantur à Gallis, quod ſint in eo Comitatu, & ad diſtinctionem tantùm cum ſe ipſos *Bourguignons* vocent.

BURGUNODICUS CIRCULUS, dicitur aliquando unus ex Imperii Germanici circulis, *le Cercle de Bourgogne* Gallis, *das Burgandiſche Kraiſſ* Germanis, cum erectus fuerit à Maximiliano primo Imperatore anno 1512. complectiturque, ut narrant, Comitatum Burgundiæ, & omnes Belgii provincias, ſed tamen eſt extra Germaniam, & inſtitutum tantùm fuit à Maximiliano, ut ſic ditiones has, ſibi ex hæreditate Burgundia obvenientes, ſervare poſſet auxilio Germanorum, ſed Ducatus Gueldriæ, uti Friſia, & dominium Vltraiectinum, atque Trans-Iſalania provincia erant antea partes circuli Weſtphalici, nec tunc principibus Belgii parebant; & notandum eſt, quod tranſactione concluſa Auguſtæ Vindelicorum die 26. Junii anno 1548. inter Imperium, & Carolum V. Imperatorem tamquam Belgii principem, membra huius prætenſi circuli Burgundici exempta ſunt ab omni iuriſdictione Imperii, illius conſtitutionibus & appellationibus ſalvis, & eius provinciæ ſunt liberæ ab omni Imperii Germanici oneribus, & Imperatoris ſuperioritate, ita ut planè cenſeantur exemptæ, ſolaque gaudeant Imperii protectione, eadem forma, qua reliqui ſtatus Imperii fruuntur, teſte etiam Chiffletio, cum aliis, ſicque non poteſt dici unus ex circulis Imperii Germanici, cum ſit extra Germaniam, nec habeat votum in Diætis Imperii, nec ulla eius pars ſub Imperio cenſeatur, cum etiam ſolæ duæ Imperiales, ſive liberæ intra eius ditiones inſertæ, ſub aliis circulis comprehenſæ fuerint, nempe Cameracum ſub circulo weſtphaliæ, & Veſontio ſub circulo Rheni ſuperioris, antequam ab Imperii matricula exempta fuit anno 1651.

CADUBRIUM, *il Cadorino*, ſive etiam *il Cadoreſe*, aliquando incolis, *le Cadorin* Gallis, tractus Italiæ in provincia ſive Ducatu Fori-Julii, in montibus poſitus, ubi olim Carnorum pars occidentalis, dictus fuit etiam contracta Cadubrii, & Capitaneatus Cadubrii in media ætate, terminatur à ſeptentrione, & Occidente Comitatu Tiroli, à meridie Bellunenſi agro, & Carnea parte Fori-Julii, ab oriente verò eadem Carnea, ſuberat aliàs Dominis de Camino, poſtea Patriarchæ Aquileienſi paruit, ſed ab anno 1420. ſubeſt Reipublicæ Venetæ, & eius circuitus eſt 75. milliarium circiter; continet autem novem centurias, ſive centenaria, ut vocant; quarum nomina ſunt Plebs, Domegis Vallis, Comelicum ſuperius, Comelicum inferius, S. Vitus, Abruntium ſive Auroutium, Ultra Plavis, & Venantium, & totius tractus caput eſt Plebs, ſive Caſtrum Plebis, *la Pieve* vulgò, prope Planim fluvium, ſed indigenæ propter fidem erga Venetam Rempublicam, legibus ſuis vivere permiſſi, & tributorum, oneruimque omnium perpetua immunitate donati fuere à Senatu Veneto, quod etiamnum ſervatur; huius tractus pars erat antea Centuria Ampitium dicta, cum caſtro Botiſtagni, ſed ab anno 1505. ſubeſt dominio Archiducis Auſtriæ, eſtque pars Comitatus Tiroliſ, ex pacto inter Maximilianum Imperatorem, & Venetos inito, teſtibus Guidotto, & Leonardo Cethereo Plebano S. Juſtinæ Abruntii, Viro clariſſimo, qui multa nobis de his partibus communicavit; Patria fuit Titiani Vecellii pictoris celeberrimi.

CAFRERIA, ſive Cafrorum regio, *le Pais des Cafres*, ſive *la Cafrerie* Gallis, *à coſta dos Cafres* Luſitanis, *Kafrarie*, & *Landt der Kaffers* Anglis, & Belgis, regio ampla Africæ magis ad meridiem extenſa, ubi olim Æthiopes Antropophagi in Æthiopia inferiori, terminatur à ſeptrione Regnis Monemugi, Angolæ, & Benguelæ, atque Zanguebaria regione, ſed ab oriente, meridie, & occidente cingitur undiq; Oceano meridionali, ſive Æthiopico; pars eius ad ortum æſtivum extenſa comprehendit aliquot regna Europæis nota, nempè Quitevæ, Sedandæ, Chicangæ, Sofalæ, Mocalapatæ, & Vambæ, cum aliis minoris notæ, ſicque ex hac parte regio eſt fertilis, & culta, etiam cum aliquot fodinis, ſed pars occidentalis regionis eſt aſpera, inculta, & ſterilis, nempe à promontorio nigro uſque ad caput Bonæ ſpei, uti & meridionalis etiam, cum in his nullæ ſint urbes, neq; regna, ſed incolæ illarum regionum pro maiori parte undequaque vagantur in mediterraneis, ſuntque Antropophagi, & ferè ſine legibus, ſparſim per montes, & ſylvas belluarum ferè more viventes, & barbari admodum omniumque nationum inimicis crudeles, ſub propriis tamen Capitaneis, aut Ducibus. Dicuntur Cafri ab Europæis, quaſi ſine lege, cum ſe ipſos *Hottentots* vocent, ſicque de eorum mediterranei locis, aut provinciis non habetur diſtincta cognitio, ſed ii qui partem meridionalem huius regionis inhabitant versùs Caput Bonæ ſpei, & oram littoralem, *Hottentots* etiam dicti, diſtinguuntur inter ſe in tredecim populos, ſive gentes, quorum nomina ſunt *Geringhaiconas* dicti à Belgis *Watermen*, ideſt homines aquatici; *Gorachouquas*, qui itinere quinque dierum diſtant à promontorio Bonæ ſpei, *Gorinhaiquas*, qui & *Cape-Mans* dicti à Belgis, quod inhabitant prope Caput Bonæ ſpei; *Cechoquas*, qui et *Saldanhars* vocantur ab exteris, quod ſint prope ſinum Saldanæ; *Cariguriquas* magni, et parvi; Hoſaas; *Chainouquas* ſub proprio principe *Souſoa* dicto; *Cabonas* valde crudeles; *Sonquas*, qui montibus degunt; *Namaquas* ad ortum Capitis Bonæ ſpei; *Brigoudas*; *Heuſaquas*, atque *HamKunquas*, ut conſtat ex relationibus illarum partium; tota autem pars meridional, montibus altiſſimis referta eſt, qui à Luſitanis *Os Picos Fragoſos* dicuntur, et *les Pointes aigues* à Gallis, et Belgii uniti ab aliquot annis Caſtrum Bonæ ſpei erexerunt ad ſinum Tabulæ, cum vico ſatis culto, et nautis peropportuno, ad radices montis Tabulæ in ora Capitis Bonæ ſpei: ſed de aliis locis hujus regionis nulla fit mentio inter recentes, et notantur tantùm aliquot portus, et ſinus, uti etiam tractus dicti, Terra Natalis, *à tierra do Natal*, Tractus Fumorum, *à tierra dos Fumos*, *à tierra dos Naonetas*, et ora deſerta, *à Coſta deſerta* vulgò cum aliquot aliis.

CAMPANIA ROMANA, *la Campagna di Roma* incolis, *la Campagne de Rome* Gallis, provincia Italiæ ſub dominio Summi Pontificis, terminatur ab occidente provincia patrimonii, mediante Tiberi fluvio, à meridie mari mediterraneo, ſeu Tyrrheno, et ab oriente Aprutio ulteriori et Terra laboris provinciis Regni Neapolitani. Ejus verò præcipua urbs eſt Roma, *Roma*, totius Italiæ caput; complectitur hæc provincia maiorem partem antiqui Latii, in quo erant Latini, Æqui, Henrici, Rutuli, et Volſci pro maiori parte; dividitur autem Campania Romana in duas partes, nempè in Campaniam propriè dictam, *la Campagna*; quæ ad arctos extenditur, inter Anienem fluvium, et montem Lepinum; eſtq; ſatis montuoſa, & in agrum maritimam, *la marina* vulgò, qui etiam ab ortum in occaſum extenditur, inter montem Lepinum, & Siniam mare Tyrrhenum uſque, quæ tota malè culta, quamquam plana propter aeris pravitatem & adjacentes paludes Pontinas.

CANAPICIUM, *il Canaveſe* incolis, *Canavois* Gallis, tractus Italiæ, in Pedemontio latè ſumpto inferius, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, terminatur à ſeptentrione Alpibus, & Duguſtino, ab ortu Buggellenſi & Vercellenſi agris, versùs Doram Balteam, à meridie ſeparatur à Ducatus Montis ferrati Pado fluvio, uti a Pedemotio

Pro-

proprio, à quo etiam terminatur ad occaſum, mediante Doria minori, & malè in tabulis recentibus vocatur Marchionatus Eporediæ, teſte etiam Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutiarum; antea diviſus fuerat in duas partes quarum major, quæ ad ſeptentrionem & occaſum extenditur à tribus ſæculis ſubeſt dominio Ducis Sabaudiæ & pars minor, quæ ad ortum versùs Padum ſub Ducatu Montisferrati cenſebatur, donec anno 1631. conceſſa fuit Duci Sabaudiæ pace Claracenſi à Duce Mantuæ cui parebat ſicque hodie utraque pars Sabaudiæ Duci ſubeſt, & hujus tractus primaria urbs eſt Eporedia.

CANARIÆ INSULÆ, *las Islas Canarias* Hiſpanis, *les Isles Canarie s* Gallis, & *kanariche Eylanden* Belgis, inſulæ ſunt Africæ in Oceano Atlantico olim Fortunatæ dictæ, ut exiſtimant doctiores, ſeptem ſunt majores numerò, quarum præcipua etiam Canaria dicta, *la Canaria*, uti antiquitus, aliæ ſunt Therenifa, *Therenif*, quæ alias Nivaria, omnium major; Forteventura, *Fuerteventura*, olim Erbania, Junonia, & Caſperia, Lancerrota, *Lancarote*, antiquitus Centuria, Gomera, *la Gomera*, alias Theode credita, inſula Ferri, *la Isla del Hierro*, olim Pluvialia; & Palma, *la Palma*, quæ Capraria etiam vocabatur, ut credunt recentiores. Detectę fuerunt à Joanne *de Betancourt* nobili Gallo, qui duas ex his ſubjugavit nempè Forteventuram & Lancerotam, anno 1417. Ferdinandus Peraza ſubjugavit etiam inſulas Gomeram, & Ferri anno 1445. Canaria facta fuit Hiſpanici juris à Petro de Vera anno 1483. uti Palma anno 1493. ab Alphonſo Ferdinando de Lugo, qui etiam Thenerifam ſubjugavit anno 1496. ſuntque omnes fertiles admodum & probè cultæ, ſub dominio Regis Hiſpaniæ ipſa Canaria inſula diſtat 90. milliaribus ab ora proximiori Africæ, & Biledulgeridiæ. Forteventura verò 60. tantum; his autem ſeptem inſulis majoribus adjacent aliæ quinque ~~multò~~ minores versùs ſeptentrionem nempe Gratioſa, *la Graciosa*, Rupes *la Rocha*, inſula Sanctæ Claræ, *la Isla de Santa Clara*, inſula Luporum, *la Isla de los Lobos*; & Alacritas, *Alegranca*, ſed incultæ, & deſertæ jacent, harum verò inſul. omnium præcipuæ urbes ſunt Civitas Palmarum, *la Cuidad de las Palmas* in Canaria inſula; & Lacus, *la Laguna* in Thenerifa, & diſtant circiter 200. leucis Hiſpanicis à Gadibus & ab ora proximiori Hiſpaniæ; hinc Canarii populi, *los Canarios* vulgò.

CARNIOLA, *Krain* incolis, *il Cragno* Italis, *la Carniole* Gallis, provincia Germaniæ maximè in meridiem extenſa, versùs Italiam & Croatiam ubi olim pars occidentalis Pannoniæ Saviæ, & minuta pars Norici mediterranei, uti etiam Japodum; terminatur ab oriente Croatia, à ſeptentrione Stiria, & Carinthia, a meridie verò provincia Foro-Julii; Iſtria, & Croatiæ parte ſubeſtque toto dominio Imperatoris uti Archiducis Auſtriæ, ejus partes ſunt quatuor nempe, Carniola ſuperior *in obern Viertl* incolis, *la haute Carniole* Gallis, quæ magis ad occaſum extenditur, Carniola media *in mittern Viertl* incolis, *la Moyenne Carniole* Gallis, quæ aliter Vindorum marchiâ *Vvindischmarck* ad ortum versùs Croatiam porrecta; Carniola inferior *in Unter Viertl* incolis, *la baſſe Carniole* Gallis, versùs Stiriam, & Savum fluvium extenſa & Carſtia ſive Carniola Iſtriana, & ſicca, *In Karſtpoik*, ſive *Iſterreicher Viert* incolis, *la Carniol Seiche* Gallis, quæ versùs meridiem, & ſinum Carnarium extenditur, quibus additur tractus ſupra Carſtiam dictus, ſive pars Foro-Julienſis provinciæ *Uſſm karſt und theil in Friault* incolis, quæ propriè Italiæ tractus eſt ſub Auſtriacis, ubi Tergeſte, Profecum Goritienſis Comitatus, Gradiſca, & Aquileja, teſte Zeilero.

CASPIUM MARE, quod ab aliis maribus omnino ſeparatum, adinſtar ingentis lacus, eſt in Aſia, Plinio, Straboni & aliis, nomen habens à Caſpiis populis, atque inter Sarmatiam Aſiaticam, Perſarum regnum, & Scythiam intra Imaum extenſum; dictum fuit etiam Hyrcanum mare ab Hyrcania regione in ejus ora meridionali, teſte Ptolemæo; olimque in quatuor ſinus diſtributum erat nempe in Scythicum, Sarmaticum, Caſpium, & Hyrcanum, nunc vulgò dicitur *la mer Caſpie* Gallis, ſeu etiam *la mer de Bachu*, ab urbe cognomine, & *la mer de Sala* ab urbe *Salacinit* in ejus ora *Gualenskoi More* Ruſſis, Georgianum mare, *la mer de Georgie* Armenis, *Diaro Gilan* Perſis, ſive etiam *la mer de Gilan*, *de Teberiſtan*, *de Chovarozan*, & *de Mazenderan* a prov. Perſiæ in eius ora littoroli, *Culzum deghiz*, & *Chilan deghiz* Turcis, *il mare Caſpium* Italis, *the Caſpiam ſea* Anglis, *het Caſpite zee* Belgis *Bahar Curzum* Arabibus; quod nomen habet commune cum ſinu Arabico, & mare clauſum ſignificat. Varia ejus nomina lege apud Texeiram libro primo. Circumcingitur hodie à ſeptentrione regno Aſtracano ditionis Moſcoviticæ, Calmuchiis populis, & Bucharia regione, ab oriente Trans-Oxiana regione, ab Occidente Circaſſis populis & Tartaris Dagheſtaniæ dictis, uti Sirvania provincia Perſiæ, à meridie autem Gilania, Taberiſtania, & Choraſania provinciis Perſiæ, extenditur a ſeptentrione in meridiem ad 600. millia paſſuum, nempe ab ora Buchariæ, ad oram Gilaniæ, ſed de ejus extenſione ab ortu in occaſum magna eſt contentio, cum antiqui omnes ſcripſerint hoc mare Caſpium magis extenſum eſſe ab ortu in occaſum, quam à ſeptentrione in meridiem, quod etiam confirmatur ab Abulfeda, dum ait ejus longitudinem porrigi ab occidente in orientem aliquando cum flexu ad ſeptentrionem, ſpatio 800. milliarium, latitudinem verò 600. milliarium, idem ſentiunt Geographus Nabienſis, JenKinſonius, & alii recentiores; ſed Adam Olearius, qui illud mare navigavit anno 1636. ſcribit extenſum eſſe tantum ad 450. milliaria ab ortu in occaſum, & id pluribus probare nititur, quod etiam dignoſcitur ex aurata tabula nautica, huius maris à Moſcis facta, ubi notatur magis porrectum eſſe ab ortu æſtivo in occaſum hybernum, & uſque ad 700. milliaria; in eo raræ ſunt inſulæ alicuius momenti ſed ſinubus undique refertum eſt, quorum nomina pro maiori parte ignorantur & in illud ſe exonerant plurimi fluvii quorum pręcipui ſunt Abitorva, Araxes, Jaicus, Jaicubius, Jaxartes, Ienis, Kaſarius, Nios, Oxus, Rha, & Thenus, cum innumeris aliis minoris notæ, & ejus partes ſunt ſinus Gilanius *la Golfo de Gilan*, ſeu *de Kilan*, in ora ad occ. hybernum, & ſinus dictus mare Cerulum, *la mer bleve* in ejus ora ad ſeptentrionem.

CONGUM REGNUM, *le Royaume de Congo*, ſive *le Congos*, regio Africæ in Æthiopia inferiori, ubi exiſtimant olim fuiſſe Æthiopes Heſperios extenditur versùs occ. & oceanum Æthiopicum, & à Luſitanis comprehenditur ſub Guinea inferiori aliaſque peramplum fuit, cum ſub ipſo eſſent regna Congi, Angolę, Matambæ, Cundæ, & Lullæ provinciæ Abundorum, & regnum Loanghum fiduciario jure, quæ omnia etiamnum comprehenduntur in quamplurimis tabulis ſub regno Congi, ſed rev era continet tantum Congum regnum propriè dictum, cum alia omnia ab ipſo defecerint à centum & quinquaginta annis.

CONGUM REGNUM PROPRIUM, ſive ſtrictè ſumptum, *le Royaume de Congo*, regio eſt Africæ, ſatis anguſtis reſtricta limitibus, ſed fertilis, & valde culta, præſertim in mediterraneis; eius termini ſunt ad occidentem Oceanus Æthiopicus, ad meridiem regna Angolæ, & Benguelæ, ad ſeptentrionem regnum Loanghum, quod versùs Oceanum extenditur & regnum Mucocum quod eſt in mediterraneis, versùs Zairum fluvium, ad orientem verò terminatur regnis Cangelæ, & Matambæ, nuncque multò magis extenditur ab ortu in occaſum quam à ſeptentrione in meridiem, irrigatur plurimis flu. ex quibus præcipui ſunt Zairus, *le Zaire* aliis. longe major, *Lelunda*, *Ambriſi*, *Loze*, *Onzn*, *Lombra*, *Dande*, & *Benga*, dividiturque hoc regnum in ſex provincias, ſunt autem hæ, Comitatus Sonii, *le Comtè de Sogno*, Ducatus Bambæ, *le Duchè de Bamba*, quæ duo extenduntur versùs oram oceani; aliæ verè ſunt in mediterraneis, nempè Marchionatus Pempæ, *la Marquiſat de Pemba*, quæ provincia cæteris maior, Ducatus Sundi, *le Duchè de Sundi*, versùs Zairum flu. Marchionatus Pangi, *la Marquiſat de Pango* etiam versùs Zairum, & Pava Battę, *le Duchè de Batta*, ſunt etiam aliquot tractus minoris notæ uti *Chiova*, *Matari*, *Neuſſa*, *Eſſevo*, & *Mucatu*, ſed perſæpe ſub aliis provinciis cenſentur & totius regni primaria urbs eſt Fanum S. Salvatoris, *S. Salvador*, ubi commoratur Rex Chriſtianus, uti & Epiſc. totius regni, cujus incolæ pro maiori parte ſunt Chriſtiani, & Congenſes dicuntur, vulgò, *los Congeſes* Luſitanis, ſed à paucis annis peſſimè habiti ſunt tum ex ingenti peſtilentia, tum etiam propter plurima bella, præſertim cum Luſitanis, qui in illis partibus degunt, in Civitate S. Pauli de Loanda, & in aliquot locis regnorum Angolæ, & Benguelæ, & Regnum ex electivo in ſucceſſivum mutatum fuit a moderno Rege Garcia dicto, ut didici pluribus ex ſcriptis Iacinthi à Vetralla Capuccini præfecti Miſſionum, qui in hoc regno per aliquot annos eſt commoratus, & ex aliis relationibus.

CONSTANTINOPOLIS, *Samboul* Turcis, *Conſtantinople* Gallis & Hiſpanis, *Conſtantinopoli* Italis, *Conſtantinopel* Germanis, *Conſtantinopole* Polonis, & *Iſtambouls* Georgis, urbs Romaniæ caput, & Turcici Imperii præcipua, atque ſedes regia, à Conſtantino magno Imperatore ſic dicta, & nova Roma, Imperiique ſedes conſtituta, Patriarchali etiam dignitate inſignis, olim Byzantium vocata fuit,

fuit, & Thraciæ regionis caput erat, ſed cum à Severo Imperatore direpta fuiſſet, à Conſtantino magno reſtaurata, ampliata, & abſoluta fuit mirabili murorum artificio, & ſumptuoſiſſimorum ædificiorum ſtructura anno 362. ab imperio Auguſti, & Conſtantinus eam in omni ornatu ſimilem, æqualemque Romæ efficere ſtudens, in hanc magnitudinem perduxit, ut Sozomenus tradat hominum multitudine & divitiis majorem Conſtantinopolim fuiſſe quam Romam, ſuo tempore, ita fuit ſedes Romanorum Imperatorum, à quibus multùm aucta fuit, mox Græcorum, poſt Imperii diviſionem, poſtremò poſt captam ipſam urbem à Mahumete II. Turcarum Imperatores eam ſibi regiam conſtituerunt, unde nunc opulentiſſima, frequentiſſima, & numeroſiſſima eſt, ita ut ſit omnium Europæarum urbium maxima, poſt Luteſiam Pariſiorum, ipſa ſitu, & aſpectu pulcherrima, eſt figuræ triangularis ferè in modum peninſulę, & ex tribus partibus alluitur mari, à ſeptentrione ſinu Cornu nuncupato, quem in Europam inſinuat Boſphorus & qui ſic portum efficit ampliſſimum, & tutiſſimum; ab oriente cingitur Boſphori Thracii extremis faucibus; à meridie Propontide; ab occidente verò Terra Tracia; amplitudo urbis 14. millia paſſuum complectitur, & utriuſque ſexus 500. hominum millia in ea ferè numerantur, ſeptem colles includit, & olim in quatuordecim regiones diviſa fuit, ſed hodie ejus viæ anguſtæ ſunt, & inæquales, ubi ædibus depreſſis nihil ſplendoris antiqui retinent, exceptis Palatio regio, aliquot Purpuratorum domibus Templis, Thermis, & Xenodochiis, quæ magnificè extructa viſuntur, ſuntque ſequentia, Palatium regium, vulgò dictum *le Serrail*, in ora Boſphori Thracii, ubi olim propriè Byzantium, & ſic vocatum à voce Turcica *Sarai*, quod Palatium ſignificat, Thermæ publicæ 120. circiter, quarum 50. magnæ; Xenodochia publica 100. Templa verò nunc Moſchæ dicta, marmorea omnia, plumbo tecta, & columnis, ſplendentibuſque marmoribus exornata ultra trecenta, ex his maximè conſpicua ſunt illa Solimani, Amuratis, Muhammedis, & Achemetis, ſed præcipua urbis Eccleſia S. Sophię dicata, ideſt Sapientiæ divinæ, primùm à Conſtantino magno conſtructa fuit, ſed cum incendio conſumpta eſſet anno 530. paulò poſt novam, & longè ampliorem Eccleſiam S. Sophiæ, eam quam nunc videmus extruxit Juſtinianus Imperator, & integram abſolvit intra ſexennium, teſtibus Theophane, & Cedreno, & ut pluribus probat Vir Clar. Carolus *du Freſne du Cange* Franciæ Quæſtor; & hæc Eccleſia nunc etiam pulcherrima, & ſuperbiſſima à Turcis in Moſchæam verſa eſt. Urbs ipſa habet aliquot ſuburbia. Quorum præcipua Galata, & Pera, quaſi ultra æſtuarium, ubi commorantur ferè omnes Latini, Franci dicti, trans portum, & ei obverſa eſt a parte Aſiæ minoris *Scutaret*, olim Chryſopolis, ſive Chalcedon nova, à qua milliario tantùm diſtat in occaſum Boſphoro intercedente, uti 18. mill. tantùm à Ponto Euxino in meridiem, Conſtantinopoli habita ſunt quatuor Concilia Generalia. Primum nempè ſub Damaſo Papa primo anno 381. Secundum ſub Virgilio Papa anno 553. Tertium ſub Agathone Papa anno 680. Quartum ſub Hadriano II. Papa anno 869. Hæc urbs capta fuit à Francis anno 1204. ſed poſt recepta à Græcis anno 1254. & tandem anno 1453. die Martis 27. Maji expugnata fuit à Turcis quibus etiamnum ſubeſt, & eam accuratè deſcripſit Bellonius; uti etiam eruditè libris IV. Petrus Gyllius Gallus qui anno 1555. Romæ obiit; hunc Conſtantinopolitanus nomen gentis, *Stamboullu* Græcis, *Conſtantinopolitain* Gallis, *Conſtantinopolitano* Italis.

CORSICA, inſula Italiæ, Straboni, & Plinio, nunc *la Corſica* indigenis, *la Corſe* Gallis, *la Corſega* Hiſpanis, quæ Cyrnus olim dicta fuit à Ptolemæo, & Strabone, terminatur a ſeptentrione, & occidente mari Liguſtico; ab oriente mari Tyrrheno, à Meridie verò ſeparatur à Sardinia freto Taphros dicto, vulgò *le bocche de Bonifacio* latè 8. mill. paſſ. extenditur à ſeptentrione in meridiem ad 110. mill. paſſ. ejus verò latitudo ab ortu in occaſum eſt 50. & ejus ambitus eſt 280. mill. diſtat autem à Genua 100. mill. in Auſtrum, 60. à Liburno in occaſum hybernum, & 65. à Plumbino in occaſum. Diviſa fuit alias hæc inſula in duas partes, nempè in Septentrionalem partem Marianam dictam, & in meridionalem Caſineam vocatam, teſte Salvatore Vitali, nunc autem partitur inſula in quatuor partes, quorum nomina ſunt, pars Ciſmontana, quæ ad ſeptentrionem, *di qua da monti*; latus interiùs, *il lato di drento*, ad ortum, pars ultramontana, quæ ad meridiem, *di là da monti*, & latus exteriùs *il lato di fuori* ad occaſum; ſed hæc quatuor ſæpius reducuntur ab incolis ad duas partes, Ciſmontanam nempè, ſub qua cenſentur quadraginta quinque tractus parvi Plebaniæ dicti, *le Pieve* vulgò, in quibus ſunt Baſtia, Aleria, Balagina, Calvium, Curia, & promontorium Sacrum cum eorum territoriis ſeu juriſdictionibus: & Ultramontanam ſub qua comprehenduntur viginti & unus tractus parvi ſive Plebaniæ, ſub quibus ſunt Adjacium, Bonifacium, Portus vetus, & Sarna, & eorum agri ſeu juriſdictiones; urbes in ea quondam claræ fuerunt Mariana, & Aleria nunc exciſæ, hodiè verò Baſtia primaria eſt totius Inſulæ, quæ ſubeſt dominio Reipublicæ Genuenſis ab anno 1144. quo primum ei libera ceſſit, ejectis inde Saracenis, quamquam poſteà pluries tentata à Piſanis fuerit, uti etiam a Regibus Aragoniæ annis 1320. & 1453. tota montuoſa eſt, & parum culta, ejus populi Corſi dicti, *li Corſi* vulgò Italis, *les Corſes* Gallis, & *los Corcos* Hiſpanis.

CRETA, inſula Europæ perampla in mari mediterraneo, inter Creticum mare ab ea dictum ad ſeptentrionem, & Libycum mare ad meridiem, Straboni, Plinio, & Ptolemæo multis olim nominibus appellata, teſte Solino, Aeria, Curetis, Macaros, & Mazaroneſos, ab aeris temperie, uti Hecatompolis à centum urbibus, nunc Candia dicitur vulgò, *la Candia* Italis, *la Candie* Gallis, & *Criti* Græcis, extenditur ab ortu in occaſum ad 250. mill. paſſ. ejus vero major latitudo à ſeptentrione in meridiem eſt 60 mill. minor autem aliquando ad 15. & etiam ad 10. propè Hierapetram, & ejus circuitus eſt milliarium 540. circiter. Ejus urbes olim claræ fuerunt Gnoſſus, & Gortyna, inde Cydon, Lyctos, Lycaſtos, Phæſtos, & Dictymna, urbes 12. habuit Epiſcopales, ex quibus manent Matium nunc Candia inſulæ primaria, Cydon, Rhitymna, & Cyteum, ſed incolæ ferè omnes ſunt Græci ritus, paruit olim hæc inſula Imperatoribus Conſtantinopolitanis, ex quibus Balduinus Flandriæ Comes eam dedit Marchioni Montisferrati, ab iſto vendita fuit Venetis magno auri pretio anno 1194. ſed ab anno 1645 bello tentata à Turcis, tandem ipſis tota ceſſit anno 1669. Venetis ægiè tria fortalitia littoralia ſervantibus, nempè Sudam, Garabuſam, & Spinamlongam; dividitur autem in quatuor provincias, ſeu territoria, quæ ſunt Territorium Candiæ, *le territoire de Candie*, ſic dictum ab urbe primaria, quæ in ipſo continetur, uti 5. oppida, & 465. vici ſive Caſalia; Territorium Cydoniæ *le territoire de la Canee*, in quo Cydonia urbs 3. oppida munita, & 244. vici ſeu Caſalia; Territorium Rhitymni, *le territoire de Retimo* in quo Rhitymnum urbs, Milopotamos oppidum, & 265. vici aut Caſalia; & Territorium Cytei *le territoire de Setia*, quod montuoſum admodum, in quo Cyteum urbs, Hierapetra urbecula & 74. vici ſeu Caſalia, ſicque vocantur a quatuor urbibus inſulæ, cujus primaria eſt Candia vulgò Candia dicta, caret Cervis, Apris, & Erinaceis, teſte Plinio, diſtatque à Sicilia inſula 570. mill. paſſ. in ortum, Cyprum verſus 360. à Malea promontorio Peloponneſi 60. in ortum hybernum, & 140. ab ora proximiori Cyrenes in ſeptentrionem, eſtque tota valdè montuoſa in mediterraneis, ſed præſertim in ejus parte orientali, ubi etiam magis reſtringitur; hinc Cretæus, & Cretenſis nomen gentis, & Creticus, populi Cretes apud Poetas. Hanc inſulam nuper exactiſſimè deſcripſit tabulis Geographicis Marcus Boſchinus Venetus, Cretenſes populi hodie, *li Candioti* Italis, *les Candiots* Gallis, qui malè audiebant apud antiquos.

CYPRUS, inſula notiſſima Aſiæ, in mari mediterraneo, Veneri quondam ſacra, Straboni et aliis, multis olim nominibus appellata, teſte Plinio, Acamantis, Amathuſa, Aſpelia, Ceraſtis, Colinia, Cryptus, et Macaria; extenditur ab ortu in occaſum inter mare Cilicium ad ſeptentrionem, Syriacum ad ortum, Ægyptiacum ad meridiem, et Pamphylium ad occaſum; ejus longitudo eſt 220. mill. paſſ. inter Acamantem promontorium occidentale, et Clides promontorium orientale, latitudo verò 60. mill. et ejus circuitus 540. mill. dicta fuit etiam Chitim, et terra Citim, ut Ziegleнus ſcribit, et Chetima à Joſepho, nunc vulgò *Cypre* et *l' Isle de Cypre* Gallis et Hiſpanis, *Cipro* Italis, *Cipern* Germanis, *Kubros* Turcis, *Kubrus* Arabibus 75. mill. diſtat ab ora Syriæ in occaſum, et vix 50. ab ora Ciliciæ, et Anemurio promontorio; Diviſa fuit olim in quatuor partes, nempè in Salaminam ad ortum, Paphiam ad occaſum, Lapithiam ad Boream, et Amathuſiam ad Auſtrum. Inſula poſt diviſum Imperium Romanum Græcis paruit, quamquam bis capta fuerit ab Arabibus, ſed recuperata ſemper fuit, donec poſt captam à Saladino Hieroſolymam Richardus Angliæ Rex exercitum in terram ſanctam ducens, tempeſtate ad inſulam cum dejiceretur, et inſulani non admitterent, ob acceptam ab Iſaaco Commeno Cypri Duce injuriam, anno 1180. inſulam vi, et armis occupavit, is poſt captam Ptolemaidem Cypri regnum Templariis ven-

vendidit, & ob eorum vitia retractum Guidoni Luſignano Gallo Regi Hieroſolymorum conceſſit, huic Reges ſucceſſerunt continua ſerie uſque dum in Genuenſium clientelam pervenit, & tandem ex hujus Guidonis familia per affinitatem contractam cum Catharina Cornelia, Marci Cornelii patricii Veneti filia in Reipublicæ Venetæ poteſtatem venit anno 1472. ſicque paruit Venetis uſque ad annum 1570. quo Turca Selimus ipſos bello aggreſſus, Cyprum eis eripuit anno ſequenti, Duce Carà Muſtapha Veziro, & ab illo tempore ſubeſt dominio Turcarum; dividitur nunc hæc inſula in undecim partes ſeu tractus, quorum nomina ſunt, *di Baffò*, *Audimo*, *Limiſſo*, *Maſoto*, *Saline*, *Meſarea*, qui ad meridiem extenduntur, & *Cruſoco*, *Pendaja*, *Cerines*, *Carpaſſo & del Viſcontado*, qui ſunt versùs ſeptentrionem; ejus olim urbes claræ fuere Amathus, Salamis, & Paphos, nunc totius inſulæ caput eſt Nicoſia olim Leucoſia. *Nicoſia*, aliæ ſunt Famaguſta, Ceraunia, & Paphos, reliquæ ſunt pauci momenti. Hæc inſula habet duas urbes Metropoles, ſive Archiepiſcopales ſecundùm alios, unam Græcorum, quæ olim Salamis, poſteà Conſtantia dicta eſt, cui Epiſcopi ſuffragabantur 14. Leucoſia, Citium, Tremithus, ſive Trimithus, Tamaſſus, Paphos, Amathus, Carpaſium, Ceraunia, ſeu Cyrenea, Solea ſive Soloe, Arſinoe, Neapolis, Nemeſi, Curias, ſive Curæum, Cythera, Lapithus; Alteram Latinorum, quæ Leucoſia ſive Nicoſia nominatur, cui ſuffragantur Hamacoſtos, Paphos, & Neapolis, epiſcopatus Latini; quamquàm exceptis Leucoſia, Hamacoſto, Ceraunia; & Carpaſio omnes pagi ſpeciem præſeferant. De Cypro, vide pluribus Porcaccium, & Maginum; hinc Cyprius nomen gentis, *Cypriot* Gallis, *Cipriotto* Italis, *Cypriota* Hiſpanis.

DANIA, *Danemarck* indigenis & Gallis, *die Denemarck* Germanis & Belgis, *Denmark* Anglis, *la Dania*, & *la Danimarca* etiam Italis, & Hiſp. & *Dunska* Polonis, regnum eſt Europę perantiquum, ſed nimis reſtrictum, & versùs ſeptentrionem extenſum, in Cherſoneſo Cimbrica & in inſulis ſinus Codani, & maris Orientalis, aliquando pars fuit regni Gothorum, nunc autem regnum ſeparatum facit, dividiturque hodiè in duas partes, nempè Jutiam ſive continentem, & in inſulas, ex quibus Jutia, quæ ad occaſum, & olim Cherſoneſus Cimbrica dicta, vulgò *Jutlandt*, in duas etiam partes diſtincta eſt, nempè Jutiam ſeptentrionalem, *Nort Jutlandt*, in qua Diœceſes ſive agri Alburgenſis, Arguſienſis, Ripenſis, & Vviburgenſis; & in Jutiam meridionalem *Suder-Jutlannt*, ſeu Ducatum Slevicenſem, cujus pars tantùm agnoſcit Regem Daniæ, nempè pars borealis, uti ager Flensburgenſis; & aliquot alia loca. Inſulæ autem regni Daniæ inter ſinum Codanum, & mare orientale extenſæ, & quæ alteram partem regni conſtituunt ad ortum ſunt Selandia *Seelandt*, cæteris major, Fionia *Fuynen*, Lalandia *Lalandt*, Falſtria *Falſter*, Langelandia ſive inſula longa, *Langelandt*, Boringia *Bornhoim*, & minores aliquot uti Mona, *Mona*, Fimbria, *Femeren*, Alſa, *Alſen*, Arroa, *Arroe*, Anholta, *Anout*, Leſſo, *Leſſoe*, Samſoa, *Samſoe*, Taſinga, *Taaſing*; & aliæ parvi momenti. Totius regni caput eſt Haphnia, vulgò *Koppenhagen* in Selandia inſula, ad Ore-Sundicum fretum; dividitur autem perſæpè Dania ab indigenis, in 147. præfecturas minores ſive Harrias tractus parvos admodum, *Herret* Danis dictos; & ſub principium hujus ſæculi diviſa erat in 184. tractus *Herret* vocatos, cum Regi Daniæ parerent etiam tres aliæ provinciæ, nempè Scania, Hallandia, & Blekingia, quæ tertiam regni partem conſtituebant, una cum inſulis Gotlandia, & Oſilia, ſed anno 1645. pace ad Bromsbroam ſancita, Oſilia, & Gotlandia inſulæ conceſſæ fuere Svecis à Rege Chriſtiano IV. in perpetuum, uti Hallandia provincia ad annos triginta, & tandem anno 1658. pace ad Roſchildiam facta, Hallandia in perpetuum unita fuit Sveciæ regno; una cum Scania, & Blekingia, quod poſteà confirmatum fuit tractatu pacis Haphniæ inito anno 1660. Dania autem fertilis eſt admodum, & rigua, ſed anno 1537. Lutheri dogma recepit, & hucuſque retinet, & anno 1660. hoc regnum factum eſt hæreditarium à Friderico III. Rege, cum anteà eſſet tantùm electivum. Daniæ regi ſubſunt etiam Norvegiæ regnum ab anno 1387. una cum Iſlandia inſula, & Schetlandiæ inſulis in Oceano ſeptentrionali, uti etiam media pars Ducatus Holſatiæ in Germania, & in confinio Daniæ, atque Comitatus Oldenburgicus, & Delmenhorſtenſis, qui ei nuper obvenerunt ex hæreditate ultimi Comitis Oldenburgici.

DANUBIUS, fluvius Germaniæ notiſſimus, & maximus omnium Europæ Straboni, Plinio, & aliis, & olim Germaniæ limes ad meridiem, inter ipſam Vindeliciam, & Noricum fluens, nunc *die Donavv* dictus Germanis, *le Danube* Gallis, *il Danubio* Italis, & Hiſpanis, *Dunay* Polani, & *Tuna* Turcis, oritur in Svevia provincia propè Eſchingiacum vicum *Doneschingen* in Principatu Furſtenbergico, & in Barienſi tractu ad radices montis Abnobæ, versùs Sylvam Nigram, deinde in ortum tendens rigat oppida Dutlingam, Fridingam, Ehingam, & Ulmam urbem Sveviæ primariam, ubi primum lintrium capax eſt, & ad dexteram recipit Ileram fluvium *Iler*, uti poſteà Guntiam *Guntz*, & Mindelam *Mindel* paulò ſupra Dilingam, atque Bernicum *Wernitz* ad lævam, juxta Donavertiam, hinc relicta Svevia per Bavariæ Ducatum labitur, ubi primùm Lycus fluvius, *Lech*, in eum ſe exonerat ad Lichoſtoma, *Lechmund* dictum, inde rigatis Neoburgo, & Ingolſtadio, & auctus fluviis Almono, ſeu Alemanno *Altmul* juxta vicum *Kelhaim*, Nabo *Nab*, & Regno *Regen* ad Ratiſbonam, aliique parvi nominis Straubingam rigat, & ad dexteram recipit Iſaram *Iſer*, fluvium rapidum ad caſtrum *Dee Kendorff* dictum, uti etiam Oenum *Inn* fluvium magnum ad Patavium. Eo relicta Bavaria per Auſtriam labitur, eamque bifariam ſecans, & rigata Lentio urbe, auctus fluviis Trauna, *Traun*, Aniſo, *Ens* aliiſque minoribus juxta Viennam urbem Auſtriæ primariam fluit, deinde recepto ad lævam Morava *Moravv* fluvio in Hungariam tendit ad Poſonium, ubi in ortum hybernum fluens, & Schutiam inſulam majorem, & minorem efficiens in tria bracchia ſcinditur, quorum dextrum auctus Leitha *la Leitha*, Arrabonem recipit *Raab* ad Javarinum, ſiniſtrum verò auctus Vago *le Vag*, & Nitria *le Neitrach* iterùm in unum rediit cum duobus aliis ad Comariam & hinc versùs meridiem tendens, Granum fluvium *le Gran* recipit ad Strigonium, deinde Vicegradiam, Vacciam, Budam, Hungariæ regiam, & Colociam rigans recipit Sarvitium, uti Dravum fluvium *Trab*, atque Tibiſcum *la Teiſsa*, hinc relicta Hungaria, & auctus Savo *Savv*, qui juxta Albam Græcam ipſi miſcetur, & in ortum tendens, Danubii nomen relinquit, & jam Iſter dictus Serviam ab Hungaria dividens fluvium Moraviam Serviæ, *le Morave* recipit, & Alutam *Alt*, tandem Bulgariam, quam in duas partes ſecat rigans, & inter ipſam, et Moldaviam fluens, receptis Ciabro *Iſchar*, Ogoſa, Jantra, Lomoalbo, *Lombianco*, Jaloniſa, Geraſto, *Serret*, aliiſq; minoris nominis, demùm versùs Beſſarabiam, et Budiacenſem tractum in quatuor ramos diviſus ad *Smaillo* oppidum, paulò poſt ad duo reducitur, inter Kiliam veterem et Kiliam novam, ibique in Pontum Euxinum, ſeu mare nigrum ſe exonerat duplici oſtio, quorum minus eſt ad meridiem juxta Savoream portum, eique adjacet inſula parva, *Gratiæ* dicta, oſtium verò majus ad ſeptentrionem propè Lycoſtomum urbem, et ante inſulas Serpentum ſatis eſt latum, et per illud onerariæ naves aſcendere poſſunt ultra 100. mill. Italica, ut certo reſcivi à nautis, qui illas partes pluries luſtrarunt, olim per ſex oſtia in Pontum Euxinum ſe exonerabat, quorum nomina ſunt Thiagola, Boream, Falſum, Pulchrum, Narecium, et Sacrum, uti ab antiquis dicti fuerunt, ſed ex his quatuor ſenſim oblimata ſunt, aut arena oppleta. De fonte Danubii vide pluribus infra in voce Eſchingiacus vicus; eſt notandum quod hic fluvius infra Taurunum ſemper in ortum tendit, et aliquando etiam versùs ortum æſtivum, non autem versùs ortum hybernum, et meridiem, ut malè notatur in plurimis tabulis recentioribus, et de his habeo teſtes Wolfangum Lezium, Joannem Sambucum, et Antonium Verancium Sibenſanum cum aliis plurimis.

ECCLESIÆ DITIO, ſive Eccleſiaſtica ditio, et Sanctæ ſedis dominium; *lo ſtato della Chieſa* indigenis, *l'Eſtat de l'Egliſe* ſive etiam aliquando, *l'Eſtat du Pape* Gallis, *el eſtado de la Igleſia* Hiſpanis, pars eſt ampla Italiæ, et in ejus meditullio, ſub dominio Pontificis Maximi, cui ſubeſt à pluribus ſæculis, complectiturque illam partem Italiæ, in quo olim fuere Latium pro majori parte, Sabina, Hetruriæ pars occidentalis, Umbria, Piceni major pars, et Flaminia pars Galliæ Ciſpadanæ, et poſteà Ducatus Romanus, Ipoletanus, et Tuſciæ, Pentapolis, et Exarchatus Ravennæ, ſicque extenditur à ſeptentrione in meridiem per 240. mill. nempè à Caſtro Francolino in Ducatu Ferrarienſi Ferracinam uſque, ejus autem major latitudo ab oriente in occidentem, nempè ab Ancona Centumcellas uſque eſt 120. mill. ſed multò minor eſt in aliis locis, præſertim in Romandiola, ubi valdè reſtringitur inter Hetruriam, agrumque Florentinum, et mare Adriaticum. Terminatur hæc ditio à ſeptentrione dominio Venetæ Reipublicæ, ex mari Adriatico, ab ortu regno Neapolitano; à meridie mari Tyrrheno, et ab occaſu Magno Ducatu Hetruriæ, et Ducatu Mutinenſi. Ejus partes ſeu provinciæ ſunt Campania Romana, quæ duplex eſt nempè Campania Roma-

Romana propria, *la Campagna di* i *Roma*, & maritimus ager, *la Marina*; Provincia Patrimoni S. Petri, *la Provincia del Patrimonio*; Cujus partes ſunt Ducatus Caſtrenſis, *il Ducato di caſtro*; & ager Urbetanus, *il territorio d' Orvieto*; Sabina, *la Sabina*, Umbria, quæ antea Ducatus Spoletanus; *l'Ombria*; Cujus partes Peruſinus ager, *il territorio di Perugia*, & territorium Civitatis Caſtelli, *il Contado di Città di Caſtello*, Marchia Anconitana, *la Marca d'Ancona*; Ducatus Urbinas, *il Ducato d' Urbino*; Romandiolæ major pars, in qua Romandiola propria, *la Romagna*; ager Bononienſis *il Bologneſe*; & Ducatus Ferrarienſis, *il Ducato di Ferrara*. Totius autem ditionis præcipua urbs eſt Roma, *Roma*, quæ Italiæ primaria. Subſunt etiam dominio Summi Pontificis Avenio, *Avignon*, & Comitatus Vindaſcinus in Gallia, uti Beneventum in regno Neapolitano cum ejus territorio aliàs peramplo, ut liquet ex diplomate Clementis VI. Pontificis Maximi anno 1350. ſed nunc ab Hiſpanis valdè reſtricto. Et ſub Clemente VIII. Pontifice Maximo Ducatus Ferrarienſis rediit ad ditionem Eccleſiæ anno 1598. uti etiam Ducatus Urbinas, ſub Urbano VIII. Barberino Pontifice Maximo anno 1626. Pendet etiam à Pontifice Maximo extra tamen fines ejus ditionis, & jure feudi tantùm Ducatus Parmenſis, & Placentinus in Longobardia; uti & regnum utriuſque Siciliæ ſive Regna Siciliæ & Neapolitanum, atque etiam Radicofanum in Hetruria, Principatus Maſſerani in agro Vercellenſi, cum Montealto & aliquot aliis locis inter Pedemontium, & Ducatum montisferrati, & intra ejus ditionem inſerta eſt Reſpublica S. Marini in Ducatu Urbinate, parvi admodum momenti, & ſub ſanctæ ſedis patrocinio. Crevit autem maximè hæc Eccleſiæ ditio ex donatione Pipini Francorum Regis, & liberalitate ejus filii Caroli Magni Francorum etiam Regis & Imperatoris, qui poſt captum Deſiderium Longobardorum Regem, Romæ ab Hadriano Papa exceptus anno 773. confirmavit donationem, quam Rex Pipinus Pater ejus fecerat Stephano Papæ, Exarchatum Ravennæ, & Pentapolim complectentem, addiditque Corſicam, Sardiniam, Siciliam, Territorium Sabinenſe, Ducatum Spoletanum, Tuſcumque Longobardorum, ut Sigonius ait cum plurimis aliis, & Ludovicus Pius Rex Francorum, & Imperator confirmavit anno 817. Paſchali Papæ ea omnia, quæ Carolus Magnus ejus Pater, & Pipinus ejus avus ſanctæ ſedi conceſſerant, & inſuper liberaliter addidit Civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & cuncta caſtella, atque oppida in Tuſciæ partibus & in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Theanum, Capuam Patrimonium Beneventanum, & Salernitanum, Patrimonium Calabriæ ſuperioris, & inferioris, & Patrimonium Neapolitanum, prout tabulis publicis conſtare ſcribunt Sigonius, Ciacconius, & Cardinalis Baronius in Annalibus ad annum ſupradictum & alii.

EUROPA, una ex tribus Orbis terræ partibus veteribus cognitis, & olim etiam Celtica perſæpè dicta, minor eſt omnium, ſed tamen præcipua, & longè terrarum celebratiſſima, vel ob ſoli nobilitatem, frequentiamque incolarum, & urbium, vel ob litterarum gloriam, quibus omni ævo reliquis Orbis partibus antecelluit,, & armorum virtutem, atque præclara facinora eorum, qui eam hactenus tenuere; nunc etiam nomen retinet antiquum, & *l' Europe* dicitur à Gallis, *l' Europa* ab Hiſpanis & Italis, *the Europe* ab Anglis, R*umeli* & aliquando etiam *Al-Franck* à Turcis, *Trakoba* à Georgis, & *Franckiſtan* ab Aſiaticis omnibus & ejus populi Æuropæi vocantur. Ejus longitudo ſumitur à promontorio ſacro, nunc *el cabo de San Vicente* in Hiſpania, & in ora Oceani Atlantici ad oſtium Caramoyces fluvii, vulgò *l' Oby* in Oceanum Septentrionalem, in parte orientali Moſcoviæ, eſtque 1300. leucarum Francicarum, ſed 900. milliarium Germanicorum, & ejus major latitudo à Tænaro Peloponneſi promontorio meridionali, hodiè *le cape Matapan*, ad Scriſtofiniæ promontorium nunc boreale dictum, *NoortKim* in Norvegiæ parte ſeptentrionaliori, eſt leucarum circiter 850. Francicarum, ſeu 550. mill. Germanicorum.

FERRARIENSIS DUCATUS, *il Ducato di Ferrara*, ſeu *il Ferrareſe* incolis, *le Ferrarois* Callis, pars ampla Romandiolæ versùs oſtia fluvii Padi, olim ſub dominio proprii Ducis, è gente Eſtenſi ab anno 1336. cui ſuberant etiam Ducatus Mutinenſis, & Rheginus; dividitur in duas partes, nempè in Ferrarienſem Ducatum proprium, & in Peninſulam Rhodiginam, ex quibus Peninſula illa Rhodigina occupata fuit à Venetis, anno 1500. circiter, & ab eo tempore ipſis ſubeſt; Ducatus vero Ferrarienſis propriè dictus poſt obitum Alphonſi II. factus eſt Eccleſiaſticæ ditionis pars anno 1598. à Clemente VIII. nuncque etiam Summo Pontifici ſubeſt. Terminatur à Septentrione Peninſula Rhodigina, ab occidente Mantuano Ducatu, a meridie Bononienſi agro, & Romandiola propria, ab oriente verò mari Adriatico rigatur: ejus partes ſunt Peninſula Ariani, *il Poleſine d' Ariano*, Peninſula Ferrarienſis, *il Poleſine di Ferrara*, Peninſula S. Georgii, *il Poleſine di S. Giòrgio*, Vallis Comaclana, *le Valli di Comachio*, Vallis Mararæ, *le Valli di Marara*, & Vallis Maremortæ, *la Valle di Maremorta*, ejus autem urbes ſunt Ferraria provinciæ caput, & Comaclum; hinc Ferrarienſes populi, *li Ferrareſi* Italis, *les Ferrarois* Gallis.

FLANDRIA, *t' Vlaenderen* incolis Belgii, *la Flandre* Gallis, *Flandern* Germanis, T*he Flanders* Anglis, *Flandes* Hiſpanis, & *la Fiandra* Italis: provincia Belgii maxima, & cultiſſima, Comitatus titulo inſignita, mirèque fertilis, & rigua, ubi olim erant Morini, Gentrones, Nencii ex parte, Grudii, Corduni, & Pleumoſii populi Galliæ Belgicæ. Primum parvis admodum limitibus erat incluſa, & tempore Caroli Magni, atque Ludovici Pii Regum Franciæ, & Imperatorum complectebatur ſolùm eam ditionem, in qua nunc ſunt Brugæ urbs celebris, et oppida Clauſulæ, Damum, Ardemburgum, Midelburgum, et Iſendicum, qua hæc provincia Zelandicis inſulis proxima, Oceano Germanico, oſtioque Scaldis occidentali adiacet, teſte Godefrido Henſchenio, ſed poſteà multùm extenſa fuit, cum ejus pars eſſet comitatus Arteſiæ, et tunc temporis Flandriæ urbs primaria erat Atrebatum, donec anno 1191. Arteſia ab ea revulſa fuit, ſicque tunc iisdem limitibus incluſa fuit, quibus etiamnum terminatur, nempè à ſeptentrione Oceano German. ſive mari occidentali, ut vocant, et Zelandia, ab occaſu Arteſia provincia, et munita parte Picardiæ, à meridie Hannonia, et ab ortu Brabantia. Ejuſque præcipua urbs eſt Gandavum, et ejus longitudo major ab Antuerpia, et Scaldi fluvio ad Gravelinam, et oſtia Agnionis, eſt 33. leucarum ab oriente in occidentem; ejus verò latitudo a Duoco ad Breſckinam pagum Uliſſingæ oppoſitum in ora Oceani, et ſic à meridie ad ſeptentrionem eſt 24. leucarum; hinc dicti Flandri populi *Ulaenders* ſibi, les *Fimands* Gallis, *los Fiamengos* ab Hiſpanis, et *li* F*iamenghi* Italis.

FLANDRIA ab antiquo dividebatur in tres partes, nempè in Flandriam veram, ſeu Comitatum Flandriæ, in Flandriam Imperialem, et in Flandriam proprietariam; ex his.

FLANDRIA VERA, ſive Comitatus Flandriæ, *le Comtè de* F*landre*, pars multò maxima totius provinciæ. versùs ſeptentrionem, occaſum, et meridiem, inter Oceanum, Arteſiam, et Hannoniam extenſa, quæ Franciæ Regibus fidelitatis jusjurandum dabat, et hæc etiam dividebatur in Flandriam Teutonicam, quam abſolutè Flandriam dicimus, et in Flandriam Gallicam.

FLANDRIA STRICTE SUMPTA, ſive Flandria Teutonica, *la Flandre*, pars erat major, et præcipua Flandriæ veræ, et totius provinciæ, versùs ſeptentrionem, et in longum protenſa à confinio Arteſiæ, uſque ad æſtuarium Scaldis, et à Flandria Gallica ſeparatur mediante Liza fluvio, et ſub ea cenſebantur tres Tetrarchiæ Flandriæ, nempè Brugenſis, Iprenſis, et Terræ Francæ, cum parte Gandavenſis Tetrarchiæ, ſive tractus ubi agri Aldenardenſis, Audemburgi, et Cortraci. Ejus verò præcipua urbs erat Gandavum, quæ totius provinciæ facilè primaria eſt, aliæ urbes ſunt Brugæ, Ipræ, Dunquerca, Oſtenda, & Aldenarda.

FLANDRIA FRANCICA, *la Flandre Francoiſe*, pars eſt media totius Flandriæ, inter Arteſiam, Hannoniam, Oceanum, et Flandriam Hiſpanam protenſa, in qua ſunt Flandria Gallica tota, ſive Gallo-Flandria, et media pars Flandriæ ſtrictè ſumptæ ad occaſum, ubi tractus ſive Tetrarchiæ Iprenſis, atque Terræ Francæ, ejus præcipuæ urbes ſunt Inſulæ, quæ facilè primaria illius partis Tornacum, Duacum, Ipræ, Dunquerqua, et Vinociberga, et hæc pars Flandriæ remanſit Francici juris pace ad Pyræneos Sancita, uti etiam poſteà ad Aquiſgranum, & ad Noviomagum facta.

FLANDRIA HISPANA, *la Flandre Eſpagnole*, pars media Flandriæ ad ortum extenſa inter Oceanum, Flandriam Francicam, Brabantiam, & Flandriam Hollandicam, ſic dicitur, quod etiamnum ſubſit dominio Regis Hiſpaniæ, et in ea ſunt Tetrarchia Gandavenſis ferè tota, uti et major pars Tetrarchiæ ſive tractus Brugenſis hujus partis præcipuæ urbes ſunt Gandavum provinciæ caput, Brugæ, Aloſtum, Teneramumda, Aldenarda, Oſtenda, et Novoportus.

FLAN-

FLANDRIA HOLLANDICA, quæ & Belgarum unitarum, *la Flandre Hollandoiſe*, pars eſt minor Flandriæ versùs ſeptentrionem extenſa, è regione Zelandiæ, in qua ſunt quatuor officia, quæ anteà ſub Tetrarchia Gandavenſi cenſebantur, & pars minor Tetrarchiæ Brugenſis, uti Caſsanda inſula, Clauſulæ, Ardeburgum, & Iſendicum, cum eorum territoriis parvis admodum, & ferè intra paludes, & ejus urbes ſunt Hulſtum, Axella, & Clauſulæ, ſic vocatur, quod à Belgiis unitis in eorum poteſtatem redacta, ipſis poſteà conceſſa fuit pace ad Monaſterium Weſtphalorum ſancita.

FLORENTIA, urbs Thuſciæ primaria in Italia Ptolemæo, & Antonino, priùs Fluentia dicta Plinio, & à Syllæ militibus anno ab urbe condita 645. ædificata, colonia deinde à Triumviris Cæſare Auguſto, Marco Antonio, & Marco Lepido deducta, poſteà à Totila exciſa, & à Carolo Magno reſtaurata, atque ex Feſulanis ruinis aucta, nunc vulgò *Fiorenza* Italis, & *Firenze*, ut ipſi Florentini ſcribunt, Gallis, & Anglis, *Florence*, Hiſpanis *Florencia*, Germanis *Florens*, urbs eſt præcipua Hetruriæ, quæ magno Duci paret, ampla, & Italiæ elegantia, collibus cincta ab oriente & ſeptentrione, ſed qua occidens eſt pulchram habet planitiem, ejus circuitus eſt 7. mill. & ſupra ſeptuaginta millia animarum continet, ſilice quadrato ſtrata, latis ornata platæis, ædificiiſque ſuperba, & quatuor pontibus pulcherrimis ad Arnum fluvium, ita ut dicatur ab Italis Florentia pulchra à Martino V. Pontifice Maximo Archiepiſcopalis effecta anno 1420. & Arno fluvio bifariam diviſa; fuit aliàs libera, & Reipublicæ caput, ſub qua maxima pars Hetruriæ, agri nempè Florentinus, & Piſanus, ſed tandem Medicæis urbis, & totius ditionis dominium ceſſit, auctoritate Caroli V. Imperatoris, qui anno 1530. Alexandrum Medicæum generum ſuum primum Florenciæ Ducem creavit, ſicque nunc ſubeſt Magno Duci Hetruriæ, qui in ea perſæpe commoratur in palatio ſuperbiſſimo, duplici arce munita eſt, & Accademia nota. In eam celebratum fuit Concilium OEcumenicum ſive Univerſale, anno 1439. ab Eugenio IV. Papa in quo Græci Latinis circa fidem conſenſerunt, præſente Joanne Paleologo Imperatore Conſtantinopolitano; populi Florentini Tacito, nunc vulgò *li Fiorentini* dicti Italis, & *les Florentins* Gallis, *los Florentinos* Hiſpanis. Florentia patria fuit Leonis X. Clementis VII. Leonis XI. & Urbani VIII. Summorum Pontificum, & in ea obiere Summi Pontifices Victus II. anno 1057. & Stephanus X. anno 1058. & ex ea oriundus fuit etiam Clemens VIII.

FLUVIUS S. LAURENTII, *le fleuve de Saint Laurent*, fluvius maximus Americæ ſeptentrionalis, qui aliter dicitur Canadæ fluvius à regione adjacente, extenditur per novam Franciam, oriturque versùs lacum Huronum, & confinia Floridæ regionis, deinde per lacus Ericum, & Ontarium ſive Frontenaci fluens, hinc in ortum æſtivum tendit, ſicque novam Franciam bifariam ſecans per lacus S. Franciſci, & S. Ludovici labitur, poſteà auctus versùs Arctos fluviis Francorum, Pratorum, & Montium, uti Trifluvio, & æſtuarium efficiens, Quibecum urbem primariam regionis rigat, receptoque Sanguenæo, & aliis, centum circiter leucis infra, latiſſimo æſtuario in ſinum S. Laurentii ſe exonerat propè Antiſcoſtam inſulam, ſicque ejus curſus eſt 800. leucarum ad minus; & de eo pluribus ſcripſit Abbas Galinæus qui illas oras exactè luſtravit à paucis annis; & notandum quod in hoc fluvio ſunt aliquot ſaltus ſeu Cataractæ à quibus ejus Navigatio ſupra Montis Regalis inſulam lintribus omninò impoſſibilis efficitur, naves verò Europeæ Quebecum uſque perveniunt, ſed navigia bellica ad Taduſſacum ſiſtunt perſæpe.

FRANCI populi fuere Germaniæ Procopio, Ammiano, Eutropio, Vopiſco, & aliis, omnium quot Germania tulit nobiliſſimi, longè latèque in exteras regiones trans Rhenum, et Danubium extenſi, ſub ipſis comprehendebantur Angrivarii, Anſivarii, Bructeri, Chamavi, Chaſſuarii ſive Attuarii, Chatti ſeu Catti, Chauci, Cheruſci, Dulgibini, Salii, Sicambri, ideſt Tencteri; et Uſipetes ſeu Uſipii, et Friſii atque Tubantes populi Germaniæ, teſte Philippo Cluverio libro 3. cap. 20. qui omnes cum continua cum Romanis bella geſſiſſent, nunc victores, nunc victi, veritique ne toti in Romanorum ſervitutem venirent, facta conſpiratione, in unum fœdus, et belli ſocietatem pro inſita gentis libertate convenerunt, novumque ſibi conſtituere nomen, quo in poſterum dicti ſunt Franci, haud dubiè à libertatis ſigno (quod *FranKon* liberum gentis lingua hominem ſonat) qui ſub hoc nomine acerrima bella adverſus Romanos geſſere, et primum innoteſcere cæperunt Valeriano, et Galieno Imperatore, circa annum Chriſti 223. ideò nec eorum ſit mentio apud Tacitum, Plinium, Strabonem, et Ptolemæum: ſed ex his, quos diximus populis conflatam eſſe hanc belli ſocietatem, evincunt priſci authores, nam Sicambros Claudianus, et Sidonius Apollinaris, aliique Francos toties compellant, Bructeros Sulpitius, Alexander Nazarius, et Eumenius in Panegyricis, Chaucos, et Cheruſcos, Claudianus, Chamavos Auſonius, Cottos Sulpitius, Alexander, Attuarios Marcellinus, Friſios Panegyricus Conſtantino magno dictus, Salios Marcellinus denuò, et Zoſimus aliique Scriptores inter Scriptores numerant.

Hinc ipſorum regio dicta fuit Francia versùs tempus Conſtantini magni, Imperio Romano jam cadente, et ejus fidem faciunt cum tabula itineraria circa annum 430. conſcripta, cujus meminit Cluverius, in qua ad Rheni ripam leguntur hi populi Chauci, Ampſivarii, Cheruſcii, Chamavi, qui et Franci, et ſequitur in eadem ripa magnis literis ſcriptum.

FRANCIA, tum numus aureus Conſtantini magni, cum hac inſcriptione, Gaudium Romanorum, et infra Francia, atque etiam vetus inſcriptio à Ruperto detecta, quæ Divitenſe munimentum ex adverſa Coloniæ Agrippinæ ripa à Conſtantino magno in terra Francorum ſtructum exhibet, ubi verò hæc Francia requirenda ſit, docent nos res geſtæ ejuſdem Conſtantini magni, et pons ab eo Cæſare apud Ubios Rheno inſtratus, per quem exercitus traductus in Francos, quorum ſedes erant inter Rhenum fluvium ad occaſum, Viſurgium, et Albim ad ortum, Oceanum Germanicum ad ſeptentrionem, et ad meridiem Loganum fluvium verſus Almeannos, quibus fuere contermini, ut pluribus ſcribit Cluverius, cum Marquardo Frehero, qua propter Sidonius Apollinaris Franciæ regionis flumina perſcribens Vahalim, Vidrum, Viſurgim, atque Albim introducit, ac Vahaliam quidem, quod ea tempeſtate Franci Salii Rhenum tranſgreſſi illas Bataviæ, Belgicæque oras invaſerint, ſicque nihil certiùs fuiſſe Germaniæ inferioris populos, in ea potiſſimum regione quæ Weſtphaliæ nomen obtinet, atque ii Franci rurſum duplices, alii abſoluta voce Tranſrhenani, alii cum additamento vocis ſalii, iidemque Tranſrhenanis, quibus ſaliorum nomen adhæſit inditum quod Salæ ſeu Iſalæ fluminis in Weſtphalia orti incolæ fuerint, qui deinde diviſi etiam fuere in Ciſrhenanos, et Tranſrhenano, et hæc igitur antiqua, et vera Francia, hæc Francorum gens omnium totius Germaniæ nationum florentiſſima, quæ cum diu, multùmque, ac variis modis Galliam depopulata eſſet, tandem maxima ſui parte in ea conſedit, unde ea primum Galliæ pars Francia dicta, quæ hodie vulgò vocatur, *la France*, versùs ſequanam, mox verò aliis Galliæ gentibus tam priſcis indigenis, quàm nuper ingreſſis Burgundioribus, ac Gothis debellatis, tota illa pars Europæ omnium nobiliſſima in idem Franciæ nomen tranſivit, et de his pluribus Philippus Cluverius in Germania àntiqua.

FRANCIA, omnis hinc olim quadripartito traditur, prima Francia Tranſrhenana, eaque antiquiſſima inter Rhenum, Viſurgim, et Albim fluvios, de qua ſupra. Secunda Francia Gallica minor, complexam totam ferè Germaniam ſecundam, maximamque utriuſque Galliæ Belgicæ partem, quæ primis Francorum regum armis ſuperato Rheni limite, parta Regni ſedes, ex quo Regni Francici ſedes Diſpargo Cameracum provecta eſt. Tertia Francia Gallica major, poſtquam feliciore armorum ſucceſſu, interior quoque Gallia à Clodoveo Rege adiecta, Regnique ſedes à Francis Pariſiis collocata fuit, cæptumque regnum Francicum in Neuſtriam, et Auſtraſiam, in occiduam videlicet, et orientalem Franciam dividi. Quarta Francia nova, ſeu orientalis Germania quæ novo armorum, et fortunæ curſu, debellatis Alemannis, acceſſit ad Auſtraſiæ regnum, in eaque Franconia, quæ ab his victoribus Francis nomen retinet, tantùm abeſt, ut Franconia prima Francorum ſedes fingi poſſit, et de his, uti et de Francis populis, pluribus et doctiſſimè diſſeruit Celſiſſimus Princeps Ferdinandus Furſtembergius Epiſcopus Paderbornenſis et Monaſterienſis, de re literaria optimè meritus, in ſuis monumentis Paderbornenſibus ex hiſtoria Romana, Francica, et Saxonica erutis.

FRANCIA, olim Gallia, vulgò *la France* incolis, *the France* Anglis, *la Francia* Hiſpanis, et Italis, *la Franza* Siculis, *Francam* Luſitanis, *Franckreich* Germanis, *Urancryck* Belgis, *Francia*, et *Francuskaziemia*

Po-

Polonis, *Frankiſtan* Aſiaticis dicta, cujus incolæ Franci, Regnum eſt Europæ potentiſſimum ſub propriis regibus ab anno 425. & ita celebre, etiam tempore Regum primę ſtirpis, ut cum S. Gregorius Magnus Pontifex Maximus ſcripſit ad Childebertum Francorum Regem his uſus eſt verbis; *Quanto cæteros homines regia dignitas antecellit, tanto exterarum gentium regna regni veſtri profectò culmen excellit &c.* ut videre eſt lib. 5. ejus operum; & ſub hac prima ſtirpe complectebatur Francia etiam magnam partem Germaniæ, tuncque in ipſa erant Regna Pariſienſie, Sveſſionenſe, Aurelanenſe, & Metenſe, ſive Auſtraſiæ, itemque Regna Burgundiæ, Aquitaniæ, & Britanniæ minoris, quæ omnia poſteà in unum coaluerunt; & ſub ſecunda ſtirpe Regum Francicum Imperium continebat Germaniam totam cum Belgio, Helvetia, Pannonia tota, Moeſia ſuperiori, maxima parte Italiæ, ubi Regnum Longobardorum, & parte Hiſpaniæ Tarraconenſis; ſed lapſu temporis hæ regiones à Francia receſſerunt.

FRANCIA, extenditur in longum, ad 260. leucas Francicas ab extrema Armorica ad occaſum, uſque ad oſtium fluvii ad ortum; Ejus verò latitudo eſt 230. leucarum ſimilium à ſeptentrione in meridiem, nempè ad ora oceani Germanici propè Dunquercam, uſque ad montes Pyrenæos in ipſo limite Hiſpaniæ, & Cataloniæ Principatus, & hujus regni termini ſunt ab occidente Oceanus Aquitanicus & ſinus magnus Francicus, à meridie montes Pyrenæi, quibus ab Hiſpania ſeparatur per 80. leucas, & mare mediterraneum; à ſeptentrione mare Britannicum, fretum Gallicum, minuta pars Oceani Germanici, & Belgium Hiſpanum; ab oriente verò Germania, Helvetia, & Italia, à qua Alpibus dividitur; ſicque complectitur in ſe maximam partem Galliæ antiquæ, nempè Galliam Aquitanicam totam, uti omnem Galliam celticam, exceptis Helvetiis, Galliam Narbonenſem, excepta Sabaudia tantùm, & maximam partem Galliæ Belgicæ.

FRANCIA, dividitur etiam à quibuſdam in duodecim parlamenta, nempè Pariſienſe ſub quo media ferè Regni pars ſcilicet provinciæ Inſulæ Franciæ, Picardiæ, Arteſiæ, Briæ, Barrenſis Ducatus, Belſiæ, Sicaloniæ, Perticenſis, Aurelianenſis, Cenomanenſis, Bleſenſis, Turoniæ, Andegavenſis, Pictavenſis, Santoniæ, Engolimenſis, Marchiæ, Bituricenſis, Niverenſis, Borbonenſis, Alverniæ, Lugdunenſis, Foriſienſis, & Bellojovienſis. Toloſanum, ſub quo Occitania: Gratianopolitanum, ſub quo Delphinatus: Divionenſe, ſub quo Burgundia cum annexis: Burdegalenſe, ſub quo Aquitania: Rothomagenſe, ſub quo Normannia: Aquenſe, ſub quo Proviacia: Britannicum, ſub quo Britannia: Palenſe, ſub quo Benearnia, & Navarra inferior: Metenſe, ſub quo tres Epiſcopatus Metenſis, Tullenſis, & Virdunenſis cum Lotharingia: Veſontinum, ſub quo Comitatus Burgundiæ: & Tornacenſe recens erectum, ſub quo Flandria Francica, & Hannonia Francica. Sed alia ineſt diviſio Regni Franciæ in viginti tres partes magnas, quas Generalitates vocant, *les Generalitez* vulgò, ſub quibus tractus, ſeu regiunculæ, quas Electiones nuncupant, *les Elections*, in quibus tamen non comprehenduntur provinciæ, quæ à quadraginta annis Coronæ Franciæ adjunctæ ſunt.

Franciæ Regni Provinciæ, & Partes:

Aginnenſis provincia, *l'Agenois*
Albigenſis provincia, *l'Albigeois*
Alnienſis tractus, *le pays d'Aunis*
Alſatia, *l'Alſace*
Alvernia, *l'Avvergne*
Andegavenſis Ducatus, *l'Anioìs*
Armeniacenſis Comitatus, *l'Armagnac*
Arteſia, *l'Artois*
Aurelianenſis Ducatus, *l'Orleannois*
Auſtrebantium, *l'Oſtervant*
Barrenſis Ducatus, *le Barrois*
Baſſiniacus Ager, *le Baſſigny*
Bavioviensſis provincia, *le Baviolois*
Bellovacenſis tractus, *le Beauvais*
Belſia, *la Beauſſe*
Beugeſia, *le Beugey*
Beneharnia, *le Bearn*
Bigerrenſis Comitatus, *le Bigorre*
Bituricenſis Ducatus, *le Berry*
Bleſenſis Ager, *le B'aiſois*
Bolonienſis Comitatus, *le Boulonois*
Borbonenſis provincia, *le Bourbonois.*
Breſſia, *la Breſſe*
Bria, *la Brie*
Britannia minor, *le Bretagne*
Burgundiæ Comitatus, *le Comtè, de Burgogne*
Burgundiæ Ducatus, *la Bourgogne*
Cadurcenſis provincia, *le Querey*
Calctenſis tractus, *le pays de Caux*
Cameracenſis ager, *le Cambreſis*
Campania, *la Champagne*
Cenomanenſis provincia, *le Maine*
Condomenſis tractus, *le Condomois*
Conſorani, *le Couſerans*
Convençnſis Comitatus, *le Comtè de Cominges*
Delphinatus, *le Dauphinè*
Engoliſmenſis provincia, *l'Angoumois*
Flandria Francica, *la Flandre Francoiſe*
Foriſium ſeu Forenſis provincia, *le Forez*
Fuxenſis Comitatus, *le Comtè de Foix*
Gabalenſis tractus, *le Givaudan*
Guienna, *la Guienne*
Hannonia Francica, *le Haynaut Francois*
Inſula Franciæ, *l'Isle de France*
Laudunenſis ager, *le Laonnois*
Lemovicenſis provincia, *le Limoſin*
Lotharingia, *la Loraine*
Lugdunenſis provincia, *le Lyonnois*
Marchia, *la Marche*
Metenſis tractus, *le pais Meſſuì*
Navarra inferior, *la baſſe Navarre*
Nivernenſis provincia, *le Nivernois*
Normannia, *le Nomandie*
Occitania inferior, *le bas Languedoc*
Occitania ſuperior, *le haut Languedoc*
Perticenſis provincia, *le Perche*
Petrocoricenſis provincia, *le Perigort*
Picardia, *la Picardie*
Pictavenſis provincia, *lo Poictou*
Provincia, *la Provence*
Ruſcinonenſis Comitatus, *le Rouſſillon*
Rutenenſis provincia, *le Rovergue*
Santonia, *la Saintonge*
Senonenſis ager, *le Senonois*
Sicalonia, *la Sologne*
Sveſſionenſis ager, *le Soiſsonois*
Suntgovia, *le Suntgau*
Turonia, *la Touraine*
Vaſatenſis ager, *le Bazadois*
Vaſcitania, *les Baſques*
Vaſconia, *la Gaſcogne*
Vaſtinium, *le Gaſtinois*
Velauniorum tractus, *le Velay*
Veromanduenſis ager, *le Vermandois*
Vexinum, *le Vexin*
Vindocinenſis ager, *le Vendoſmois*
Vivarienſis provincia, *le Vivarais*
Virdunenſis ager, *le Verdunois*

FRISIA, *Urieslandt* Belgiis, *Frieſsland* Germanis, *la Friſe* Gallis, & *la Friſia* Italis; Regio eſt triplex, nempè Friſia propriè dicta, provincia Belgii fœderati; Friſia orientalis provincia Germaniæ, Principatus titulo inſignis; & Friſia Occidentalis, quæ propriè pars eſt ſeptentrionalis Comitatus Hollandiæ in Belgio fæderato; in his tribus partibus erant olim Friſii populi Germaniæ & additur etiam aliquando quarta, nempè Friſia ſeptentrionalis, ſive Cimbrica.

FRISIA, quæ & Friſia propria dicta, *Urieslandt* incolis, *Frieslandt* Germanis, *la Friſe* Gallis, provincia Belgii uniti, aliàs major extitit, quàm hodie, extendebatur enim à ſinu Auſtrino ad occaſum ad Dullartium ſinum ad ortum, tuncque diviſa erat à Lavica fluvio, *Lavvers*, in duas partes, nempè in Friſia cis Lavicanam quæ ad ortum, ubi nunc Groningenſe dominium, et in Friſiam Trans-Lavicanam, quæ ad occaſum, ubi nunc Friſia et provinciæ caput erat Groninga; ſed ex quo Groninga cum ſuo dominio, & Omlandia ab ea revulſa eſt, multò minor eſt, & terminatur à ſeptentrione, et occaſu Oceano Germanico, ab ortu Groningenſi dominio, & à meridie ſinu Auſtrino; & Tranſiſalania provincia, ubi anteà Friſia Trans-Lavicana, & olim Friſii majores ea parte, eſtque provincia Belgii fœderati in tres partes nunc diviſa, nempè in O-

ſtergoam ſeu tractum ad ortum, *Ooſtergoe*, ubi 12.Ju-
riſdictiones: in Weſtergoam ſive tractum ad Occaſum
ubi 10. Juriſdictiones; & tractum ſylveſtrem, ſive ſep-
tem ſylvas dictum, *Seven-Wolden*, ubi 8. agri, & to-
tius provinciæ caput eſt Leovardia *Lecuvarden*, unita-
que fuit Friſia aliis Belgii provinciis anno 1528. ſed an-
no 1580. ejectis Hiſpanis fœdus init cum aliis Belgii
uniti provinciis, cujus pars etiam exiſtit; & notandum
eſt, quod hæc provincia malè in omnibus ferè tabulis
Geographicis dicitur Friſia occidentalis, cum ab ea dif-
ferat, & ſinu Auſtrino ab ea ſeparatur; hinc Friſii po-
populi dicti U*rieslanders* ſibi, *les Friſons* Gallis, *li Fri-
gioni* Italis.

Germania Provincia & partes;

Advocatorum tractus, *Voigtland*
Aichſtenſis ditio, *Biſthumb Aichſtet*
Algovia, *Algovv*
Alſatia, *Elſaſſ*, ſub dominio Francorum
Anhaltinus Principatus, *Furſtenthumb Anhalt*
Auſtria, *Oeſterreich*
Bambergenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Bamberg*
Bavaria, *Bayern*
Bremenſis Ducatus, *Hertzogthumb Bremen*
Briſigavia, *Briſgavv*
Brunſvicenſis Ducatus, *Hertzogthumb Brauoſchuveig*
Bucovia tractus, *Buchavv*
Burgovia, *Burgavv*
Carinthia, *Carnten*
Carniola, K*rain*
Caſſubia, *Caſſuben*
Cliviæ Ducatus, *Hertzogthumb Cleef*
Colonienſis Electoratus, *Churfurſtenthumb Coln*
Chreichgovia tractus, C*hreichgavv*
Eichsfeldia, *Eichsfeldt*
Eiffalia tractus, *Eiffel*
Elſgovia, *Elsgavv*
Ferdenſis Principatus, *Furſtenthum Ferden*
Franconia, F*rancKen*
Friſia Orientalis, *Oooſt Frieſen*
Geravia, *Geravver*
Halberſtadienſis Principatus, *Furſtenthumb Halberſtad*
Haſſia inferior, *Nider Heſſen*
Haſſia ſuperior, *Ober Heſſen*
Hannebergenſis Comitatus, *Graffſchaſt Henneberg*
Hoyenſis Comitatus, *Graffschaſt Noja*
Holſatia, *Holſtein*
Hunnorum tractus, *Hundſruck*
Juliacenſis Ducatus, *Hertzogthumb* Lauvvemburg
Leodienſis Epiſcopatus, *Biſthumb* LuicK
Luneburgenſis Ducatus, *Hertzgthumb Lann̄nburg*
Luſſatia, *Lauſſnitz*
Magdeburgenſis Ducatus, *Hergtohumb Meydburg*
Marchiæ Comitatus, *Graffchaft* MarcK
Marchia media Brandeburgica, M*ittel Marck*
Marchia nova Brandeburgica, *Nevv MarcK*
Marchia Vetus Brandeburgica, *Alte* MarcK
Marchia UcKerana, U*cker MarcK*
Megalopolitanus Ducatus, *Hertzogthumb Meckelen-
burg*
Mindenſis Principatus, *Furſtenthumb Minden*.
Miſnia, *Meiſſen*
Moguntinus Electoratus, *Churfurſtenthumb Mayntz*
Monaſterienſis Epiſcopatus, *Biſthumb Munſter*
Montenſis Ducatus, *Hertzogthumb Berg*
Nortgovia, ſive Palatinatus Bavariæ, *Nortogovv* & *Ober
Pfaltz*
Oldenburgenſis Comitatus, *Graffehaft Oldenburg*
Ortnavia, *Ortnavv*
Oſitia, *Oſterland*
Oſnabrugenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Oſnabruch*
Paderbonenſis Epiſcopatus, *Biſthumb* P*aderborn*
Palatinatus Rheni, ſive inferior, *Nider Pfaltz*
Pomerania citerior, *Vor Pommern*
Pomerania ulterior, *Hinder Pommern*
Ravensbergenſis Comitatus, *Graffchaft Ravensberg*
Rugia inſula, *Rugen*
Salisburgenſis Archiepiſcopatus, *Erhiſthumb* S*altzburg*
ſive S*altzburgerland*
Saxoniæ Ducatus, *Churfurſtenthumb* S*achſen*
Sauria, *Saurland*
Stellomontanus tractus; *Sternbergiſche*
Stiria, *Steyer*
Svevia, *Schuvaben*
Sundgovia, *Sundgau* ſub dominio Francorum
Thuringia, *Thuringen*
Tirolis Comitatus, *Graffchaft Tirol*
Trevirenſis Electoratus, *Churfurſtenthumb Trier*
Vaſgovia, *wasgovv*
Vveſtphalia, *Vveſtphalen*.
Vveſtervaldia, *Vveſtervvald*
Vvetteravia, *Vvetteravv*

GOTHIA, *Gutlandt* incolis & Danis, *Gota* Svecis,
das Gotlandt Germanis, *la Gotie* Gallis, & *la Gotia* Hiſ-
panis, atque Italis, pars meridionalis Regni Sveciæ,
inter Sveciam propriam, Norvegiam, & mare Balticum
ſive orientale, ubi olim Gutæ populi, ut exiſtimat Clu-
verius; dividitur in tres partes, in Occidentalem Gothiam
Vveſt-Gota, quæ ad occaſum versùs Norvegiam extendi-
tur; in orientalem Gothiam *Oſt-Gota*, quæ ad ortum
versùs mare Balticum, & Sveciam propriam protenſa,
& in meridionalem Gothiam, *Sod-Gota*, quæ etiam
Scania latè ſumpta dicitur, & ad meridiem excurrit ver-
sùs Germaniam, & Daniam, à qua tantùm freto Ore-
ſunda ſeparatur; Gothiæ occidentalis provinciæ ſunt
Vveſtrogothia, *Vveſt-Gota*, *Dalia*, *Daal*, & Vèrmelan-
dia *Vvermeland*. Gothiæ orientalis provinciæ ſunt O-
ſtrogothia, *Oſt-Gota*, Smalandia, *Smaland*, Olandia in-
ſula, *Oelandt*, & Gotlandia inſula, *Gutland* in mari
Baltico; Gothiæ autem meridionalis provinciæ ſunt Sca-
nia Sk*one*, Hallandia, *Halland*, & Blekingia, *Bleking*;
& hæ tres ultimæ provinciæ priùs erant Danici juris,
nunc ſubſunt dominio Regis Sveciæ, ab anno 1658. pa-
ce ad Roſchildam ſancita; Gothiæ verò urbes præcipuæ
ſunt Calmaria, Gotheburgum, hinc Gothi populi *The
Gudſke* dicti ſibi.

GRÆCIA, Regio Europæ perampla, & notiſſima,
quæ Hellas Plinio, cum latè ſumebatur, continebat Græ-
ciam propriam, & Regnum Macedonicum, ſub quo etiam
Epirus, Thracia, & Theſſalia, ſicque ejus termini erant
ab Oriente Propontis, & mare Ægæum, à meridie mare
Creticum, ab occidente mare Jonium, & pars Adriati-
ci, à ſeptentrione Illiricum, Moeſia, & Pontus Euxinus
iiſdem nunc definitur limitibus, ſub dominio Imperatoris
Turcarum, cui tota ſubeſt à duobus ſæculis, cum antea
Principes haberet proprios, hodie dicitur *la Grecia* Ita-
lis, & Hiſpanis, *la Grece* Gallis, *das Griechenland* Ger-
manis, *the Greece* Anglis, & R*omili* Turcis, teſte Leun-
clavio, cum aliis; amplectitur Thraciam, nunc *la Ro-
manie*, Macedoniam *la Macedonie*, Livadiam olim Acha-
jam, *la Livadie*, Moream olim Peloponneſum, *la Moree*
& inſulas maris Ægæi pro maxima parte, & ad occaſum.
Totius verò regionis caput eſt Conſtantinopolis, quæ re-
gia ſedes Turcarum exiſtit; de aliis ejus urbibus. Vide
infra.

GRÆCIA PROPRIA, ſive vera, & ſtrictè ſumpta
Regio Europæ, pars erat maxima, meridionaliſque Græ-
ciæ latè ſumptæ, cujus termini ad ortum mare Ægæum,
ad meridiem Creticum, ad occaſum Jonium mare, & Theſ-
ſalia, Epiruſque ad ſeptentrionem, ejus partes erant tres,
nempè Achaja, ſive Hellas, Peloponneſus, & inſulæ ma-
ris Ægæi pro majori parte, & quæ versùs occaſum exten-
ſæ erant. Provinciæ Achajæ fuere Ætolia, Attica, Bœotia;
Doris, Locri, Megari, & Phocis. Provinciæ Peloponneſi
fuere Achaja propria, Arcadia, Argia, Corinthia, Elis,
Laconia, Meſſenia, & Sicyonia. Inſulæ Græciæ ſunt Ce-
phalenia, Corcyrus, Creta, Cyclades, Celos, Eubæa,
Zacynthus, & aliæ minores, & hæc de Græcia antiqua.

GRÆCIA VERA, ſive ſtrictè ſumpta, nunc pars
eſt meridionalis Græciæ latè ſumptæ ſeu Romaniæ regio-
nis ſub Turcis, ubi olim Græcia propria; dividiturque
in tres partes, nempè in Livadiam, in Moream, & in
inſulas maris Ægæi; ex his prima Livadia *la Livadie*, quæ
magis ad ſeptentrionalem, ubi olim Achaja, ſive Hel-
las, ſub qua nunc ſunt quatuor provinciæ, nempe Athe-
narum Ducatus *le Duchè d' Athenes*, Deſporatus ſive par-
va Græcia *le Deſpotat*, Livadia propria *la Livadie*, & Stra-
mulia olim Bœtia *la Stramulipa*. Secunda eſt Morea
olim Peloponneſus *la Moree*, quæ versùs Meridiem pro-
tenditur undique ferè mari circumdata, & tantùm tenui
Iſthmo continenti juncta, in qua ſunt Clarentiæ Ducatus
le Duchè de Clarence, tractus Belliviſus *Belvedere*, Sacca-
nia, quæ & Romania minor quibuſdam, *Saccania*, & Tza-
conia *la Tzaconia*, *ou pais des* M*ainotes*, & ſub tertia
cenſentur inſulæ maris Ægæi, nempè Eubœa *Negreponi*,
inter

inter alias facilè nobilior, & major, Cyclades, Andros, Melos, Scyros, Naxia, Cythera, Ægina, Cephalonia, Zacynthus, Leucas, & aliæ minores; hujus autem regionis præcipuæ urbes ſunt in Livadia Athenæ, in Morea Nauplia, in inſulis Chalcis.

GRONELANDIA, ſeu Gronia, & Regio Viridis, *Gronelandt* Danis, & Germanis, quamquam *Grenelandt*, pronuntient, *Groen-Land* Anglis & Belgis, *le Groenland* Gallis, & *la Terre-verte* Nautis Gallis, quod idem ubiq; ſonat, pars ampliſſima terræ Arcticæ, ad ſeptentrionem ſupra Islandiam inſulam extenſa, ab Erico Rufo Islando detecta anno 982, primumque habitata, & poſteà à Norvegis & Danis perſæpe luſtrata versùs oram littoralem, unde & Regibus Norvegiæ tributaria fuit, Epiſcopos etiam habuit aliquot per aliquot ſæcula in urbe Garda, ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, ſed poſteà à Norvegis intermiſſa fuit navigatio & anno 1379. nobis poſtremùm de incolis terræ iſtius aliquid conſtitit; ſed ejus pars auſtralis detecta fuit ſub finem ſæculi elapſi, & initio hujus ſæculi, versùs oram tantum, à quibuſdam peritis Nautis Baſſinio, & Martino Forbishero Anglis, Georgio Munchio, Dano et aliis; pauca verò de ea dici poſſunt, cum nulla ſit urbs in illa regione, ſed tantùm aliquot portus, & ſinus à Nautis & piſcatoribus Gallis, Anglis, Danis, & Belgis, frequentati, in ora Islandiæ obverſa, & ab ea 120. mill. Anglis ad minus diſtante in occaſum, uti *Beeren fioerd* ideſt Urſorum ſinus, *Schage-fioerd Erichs-haven* ideſt Ericis portus, ſinus *Kodeſfioerd Breida-fioerd & Nyding-fioerd*, & in parte occidentali freto Daviſio obverſa, ſunt Caput Farvelum ſive Vale, Fretum Forbisherii, caput Deſolationis; Brilæ portus *Delfsche haven* Delphorum portus, *Delesche haven*, fluvius Balsdictus, cum aliquot aliis locis, & hæc pars meridionalis Gronelandiæ vocatur ſæpè Gronelandia vetus, & in ejus ora ferè nihil ſit, niſi glacies continua, & quamplurimi montes glaciales, *Isbergen* dicti, ſed tamen à paucis annis Belgæ uniti detexerunt partem Gronelandiæ magis ad Boream extenſam. ubi terra *Landt van Broer Ruys*, ſive tractus à fratre *Ruys* detectus anno 1655. ſub altitudine 74. graduum latitudinis, terra *Baey Landt*. ſive tractus *Baey* per *Gael HamKes* inventa anno 1654. ſub altitudine 75. graduum latitudinis; Terra ſive tractus Edami *het Kandt van Edam* detectus anno 1655. ſub altitudine 76. graduum latitudinis, & tractus ſive Regio Lamberti, *het Landt van Lambert* detecta anno 1670. ſub altitudine graduum 78. latitudinis; hinc Gronelandii populi *les Groenlandois* Gallis, *Gloenlander* Anglis.

GUELDRIA, & Geldria etiam aliquando, *Gelder*, & *Gelderlandt* incolis, *la Gueldre*, ſive *le Duchè de Gueldre* Gallis, *la Gueldria* Italis & Hiſpanis, una ex provinciis Belgii, Ducatus titulo inſignita, cujus termini ſunt à ſeptentrione Tranſiſalania provincia, & mare Auſtrinum; ab occidente Ultrajectinum dominium, & Hollandia; à meridie Brabantia, et Ducatus Juliacenſis; ab oriente verò Cliviæ Ducatus & ditio Monaſterienſis Epiſcopi. Olim multo minor fuit ſed ei perpetuò unitus fuit Comitatus Zutphanienſis, anno 1079. qui antea fuberat proprio Comiti, & anno 1270. ei etiam unita fuit Noviomagum cum ſua Tetrarchia ſive Betuvia, quæ antea pars erat Hollandiæ, ſicque hodie dividitur in quatuor partes ſive Tetrarchias, nempè in Tetrarchiam Ruremondanam ſeu Gueldriam ſuperiorem, *le quartier de Ruremonde* ſive *le haut quartier de Gueldres* ad meridiem, quæ etiam num ſubeſt Hiſpanis; & in Tetrarchiam Noviomagenſem ſeu Betuviam, *la Betuve, ou le quartier de* Nimegue; Tetrarchiam Arenacenſem, ſeu Veluviam *la Veluve, ou le quartier de Arnheim*; et Tertarchiam Zutphanienſem, *le quartier de Zutphen* quæ tres poſteriores magis ad ſeptentrionem protenſæ ſubſunt dominio provinciarum unitarum Belgii, & inter ipſas primarium locum obtinent ſub nomine Ducatus Gueldriæ, cujus caput, & præcipua urbs eſt Noviomagum, uti & totius provinciæ, quæ alias Duces habuit proprios, quibus deficientibus anno 1543. in Carolo ab *Egmont*, Belgio unita fuit à Carolo V. Imperatore, ſicque Hiſpanis paruit uſque ad finem ſæculi elapſi, quo à Belgis unitis occupata ipſis poſteà remanſit; hinc Gueldrenſis nomen gentis, *Geldriſche* ſibi, *Gueldrois* Gallis; et notandum quod in plurimis tabulis recentibus malè ſeparatur Tetrarchia Zutphanienſis à Gueldria provincia, cujus pars exiſtit à ſex ſæculis, & ſub ipſa ſemper cenſetur ab indigenis & aliis.

HADRIATICUM MARE, quod et Adriaticum, et Superum Plinio, Adriaticum Straboni, Tacito, et Melæ Hadriaticus ſinus Plinio, Hadrianum Lucano, Hadria quoque Poetis, et Adria, mare inter Italiam, et Illiricum extenſum ab occaſu in ortum, æſtivum, nunc ſinus Venetus, vulgò *il Golfo di Venetia* Italis, et etiam aliquando *Mare Adriatico*, Gallis verò *le Golfe de Veniſe*, et Germanis *das Venediger Meer*, pars ampla maris mediterranei, ſic dicitur nunc à Venetiis urbe illius oræ præcipua, et quod Reſpublica Veneta ſe dominam maris Hadriatici vocat, quare et quotannis Dux cum Senatu conſcendens Bucentaurum die Aſcenſionis Domini in mare jacit anulum quod ſibi ſponſam accipiat, et hoc mare tutum reddunt Veneti, pluribus Navibus bellicis & triremibus in ipſius cuſtodiam illud ſemper excurrentibus contra piratas, et ideò in eo nulla ſinunt navigia bellica præter ſua. Ejus partes ſunt, ſinus Illiricus *le Golfe de Drin* ſinus Klizonicus *le Golfe de Cattaro*, ſinus Carnarius ſeu Flanaticus *le Golfe Carnario*, ſinus Tergeſtinus *le Golfe de Trieſte*, ſinus Naronenſis *le Golfe de Narenta*, ſinus S. Crucis *le Golfe de Saint Croux*, ſinus Urias *le Golfe de Rhodi*, et ſinus Sipontinus *le Golfe de Siponto*; eſtque plurimis inſulis refertum versùs oram littoralem Illirici. Illud circumſtat Albania, Dalmatia, Morlachia ſeu Croatia Auſtralis, pars Carniolæ, uti Iſtria provincia Foro Julii, Marchia Tarviſina, Ducatus Venetus, Peninſula Rhodi gina ditionis Venetæ, Ducatus Ferrarienſis, Romandiola, Ducatus Urbinas, et Marchia Anconitana ditionis Eccleſiæ, Aprutium, Capitanata, provincia Bariana, & provincia Hydruntina, quæ ſunt provinciæ Regni Neapolitani, atque inter Aulonem Albaniæ ad ortum et Hydruntum ad occaſum mari mediterraneo, ſive potiùs Jonio miſcetur: ibique dicitur *la bocca de Golfo di Venetia* ideſt os ſinus Veneti, ubi ejus latitudo eſt tantùm 60. mill. ſed extenditur in longum ferè ad 570. milliaria.

HELVETIA, Regio Europæ, olim Galliæ pars, poſteà Germaniæ attributa, per tria ferè ſæcula, nunc verò ſui omnino juris, et Suitia aliquando dicta à recentioribus pago cognomine, vulgò *la Suiſſe* indigenis Gallicè loquentibus, et *Schaavvitzerland* incolis Germanicè loquentibus, et ſæpè etiam *die Eydtgnoſchafft* quaſi confæderatorum terra Germanicis, *l'Elvetia* Italis, *la Helvecia* Hiſpanis, et *Szuvay*, *zarska* Polonis, ubi olim Helvetii populi, ejus termini ſunt à ſeptentrione Rhenus fluvius, quo à Germania ſeparatur, ab ortu lacus Brigantinus, et Rhenus quibus à Germania etiam dividitur, et à Rhætia ab occaſu Comitatus Burgundiæ provincia Regni Galliæ à meridie verò Lamanus lacus, Valleſia, et Ducatus Mediolanenſis, ſicque nunc magis extenditur quam olim, cum ſub ipſa cenſeantur Baſileenſis ager, et Præfecturæ Italicæ, eſtque pro majori parte montibus, et lacubus referta, ex quibus præcipui ſunt lacus Lemanus, Brigantinus, Cellenſis, Tigurinus, Neocomenſis, quatuor urbium Sylvaticarum, ſive Lucerinus, Thunenſis, et Biennenſis. Ejus verò populi Helvetii etiam dicti; vulgò *les Suiſſes* Gallico ſermone, et Gallis *Schuvzer* Germanico ſermone, *li Svizeri* Italis ſeu etiam *li Sguizzari* quibuſdam, et *los Eguicaros* Hiſpanis, partimque Gallicè, et partim Germanicè loquuntur, et eorum præcipua urbs eſt Baſilea.

HIBERNIA inſula perampla Europæ, Cæſari, quæ Juverna Melæ, Juverna Ptolemæo, Jerna Straboni, et Stephano et Iris Diodoro, una eſt ex inſulis Britannicis in Oceano Occidentali, ſive Britannico, unde et etiam dicta fuit à Ptolemæo Britannia minor, vulgò nunc *Erin* incolis, Yuerdon Britannis, et Walliæ populis, teſte Camdeno, *Ireland* Anglis *l Irlande* Gallis, *Irlandt* Germanis, *Yerlandt* Belgis, et *l Irlanda* Italis et Hiſpanis. Iſidorus, atque Beda Scotiam eam appellarunt à Scotis illius incolis, unde et Scotiæ nomen cum Scotis ipſis in Britanniam penetraſſe volunt. Protenditur Hibernia à ſeptentrione in meridiem propè Angliam, et ad ejus occaſum, ſed multò minor ipſa, vix 30. mill. Anglis ab ea ſeparata, ſeu à Wallia ad ortum mari Virginio, à quo etiam alluitur à meridie, uti ab occidente mari occiduo et à ſeptentrione mari Deucaledonio, vix 13. mill. Anglis diſtans à Scotia Auſtrali, extendi turq; à ſeptentrione in meridiem per 200. mill. paſſ. ſed ab ortu in occaſum non excedit 110. mill. paſſ. ubi magis lata ejus incolæ Hiberni dicti, et peſſimè habiti ſunt hiſce ultimis temporibus ab Anglis, qui totam inſulam ferro flamma q; vaſtarunt, tempore Olivarii Cromuvelli, et majorem incolarum partem in Virginiam Americæ ſeptentrionalis regionem tranſportarunt. Subeſt Hibernia ab aliquot ſæculis Regibus Angliæ, qui dicti fuerunt Hiberniæ Domini, jam inde ab Henrico II. uſque ad Henricum VIII. qui primus Rex Hiberniæ dictus eſt. Dividitur inſula in 4. partes ſeu provincias, *Cugie* dicta indigenis, nempè in Lagenim ad ortum, *Cugie* Lein incolis, *Leinſter* Anglis, in qua Dublinum urbs primaria, Momoniam ad meridiem, *Cu-*

gie Meum incolis, *Mouſter* Anglis; Ultoniam ad Septentrionem *Cugie Ully* incolis, *Ulter* Anglis, & Connaciam ad occaſum *Cugie Canagi* incolis, *Connaught* Anglis; ſub quibus ſunt 32. Comitatus ſeu regiunculæ. In Momonia provincia ſunt ſex Comitatus, Limiricenſis, Kernenſis, Corcagienſis, Waterfordienſis, Clarienſis, & Typerarienſis, ſeu Sanctæ Crucis. In Lagenia provincia ſunt Comitatus 12. Midia orientalis, Midia occidentalis, Kilkenienſis, Catherloghenſis, Comitatus Regis, Comitatus Reginæ, Kildarienſis, Vexfordienſis, Dublinienſis, Louthenſis, Lonfordienſis, Wickloenſis. In Connacia provincia ſunt Comitatus quinque Gallivenſis, Mayenſis, Ilegi, Letrimenſis, & Roſcomenſis; & in ultonia provincia ſunt novem Comitatus Dungalliæ, ſive Tyrconellenſis, Tyronenſis, Londino, Derienſis, Fermanaghenſis, Cavanenſis, Monaghenus, Antrimenſis, Dunenſis, & Armachanus. Totius verò inſulæ præcipua urbs eſt Dublinum, *Dublin*, in ejus ora orientali, & in ea ſunt quatuor Archiepiſcopatus, & 35. epiſcopatus, cum olim eſſent 50. & dividitur etiam aliquando Hibernia ab Anglis in duas partes, nempè in provinciam Anglicam *the Engliſhpale* vulgò ipſis, ideſt Anglica Clauſura, ſub qua ſunt Comitatus Luthenſis, Dublinenſis, Kildarienſis, & mediæ in Lageniam, & in provinciam Hibernicam *the Iriſh rie* vulgò ſub qua reliqua inſula cenſetur.

HIEROSOLYNA, & Jeruſalem, urbs Palæſtinæ notiſſima & Judæ Caput Plinio, Straboni & aliis cujus ſæpiſſimè fit mentio in ſacris litteris, Jebus urbi nomen fuit à Jebuſæis, cum Iſraelitæ terram promiſſam ingrederentur; eamque in tribuum deſcriptione ponit *Joſuè* in tribu Beniamin, obſoleto Jebus nomine, poſteà Hieruſalem ab Iſraelitis dicta fuit & à Græcis Jeroſolyma quæ totius Judææ metropolis munitiſſima Straboni, olim Davidici Regni, omniumque Regum Juda ſedes fuit, ideò civitas David dicta, longè clariſſima urbium orientis, non Judææ modo, dicta etiam civitas ſancta, in qua redemptionis noſtræ myſteria Dominus corporaliter exhibiut, à Tito Imperatore Romano everſa fuit, deinde ab Ælio Adriano Imperatore reſtaurata, Ælia etiam vocata à quibuſdam, nunc *Jeruſalem* Gallis & Anglis, *Gieruſalem* Italis, & *Elkods* Turcis, ideſt urbs ſancta, teſte Michaele *Nau*, eſtque nunc Terræ Sanctæ præcipua in monte & loco eminenti ſita, & in ea ſunt etiam mons Sion à meridie, & mons Calvariæ, ubi Crucifixus eſt Dominus noſter, urbs fontes non habet excepto fonte Siloe per vallem Joſaphat fluente, ſed in ea ſunt ciſternæ plurimæ, & olim fuit Archiepiſcopalis, poſteà procurante Juſtiniano Imperatore, Patriarchalis effecta, quique Archiepiſcopis ſibi attributis Tyrenſi, Cæſarienſi, Nazareno, Boſtrenſi, & Petrenſi. Eam ſacro Dei cultui reſtituit Conſtantinus magnus, & præclaris multis operibus ornavit, inter quæ maximè eluxit Templum Sepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod olim extra urbem erat; hujus Imperatoris exemplo Omar Saracenorum Imperator, urbe ſui juris facta novum templum in monte, Moriah, ubi quondam extitiſſet Salomonis, extruxit ſuis, quod uti novum templum extremum Arabes dixerunt, teſte Gollio. Subeſt autem dominio Turcarum ab anno 1515. circiter cum anteà pareret Soldano Ægypti, ſed parui eſt circuitus, & vix decem millia incolarum continet, à Turcis ad arcendos Arabes mænibus cincta, deficit in dies & à Poetis Solyma nominatur. Vi capta fuerat à Chriſtianis die Veneris 15. Julii anno 1099. ſub Urbano IV. Pontifice Maximo, & Philippo I. Francorum Rege, ipſiſque poſteà paruit ferè per ſæculum ſub propriis regibus, diſtat verò 25. mill. à Joppe, & à littore maris Syrii in ortum, mare mortuum verſùs 30. eſtque in Damaſcum, & Cayrum. De hac urbe plurimi ſcripſere, ſed ejus loca ſacra fusè deſcripſit, & delineavit Bernardinus Amicus à Gallipoli Ordinis S. Franciſci; & notandum quod Religioſi hujus ordinis habent loca Sacra urbis Hieroſolymitanæ cum aliquot aliis in terra Sancta, ex liberalitate Roberti Regis Neapolitani ex familia Andegavenſi ab anno 1325. & etiamnum ſervant ſub Clientela Regum Francorum, ut dignoſcitur ex Pontificiis diplomatibus.

HIEROSOLYMITANUM REGNUM, *le Royaume de Jeruſalem* Gallis, Regnum Aſiæ in Syria propria, ubi aliàs Judæa, & poſteà Terra Sancta; primùm regio titulo inſignitum fuit, ſub Godefrido Bullionæo anno 1099. quo à Chriſtianis recuperatum fuit ejectis inde Saracenis, qui illud iterùm ſui juris fecerunt, anno 1188. ſic devenit ad Soldanos Æpypti, & deinde lapſu temporis ad Turcas, quibus etiam ſubeſt. Diviſum autem erat hoc Regnum in quatuor partes, ex quibus prima & præcipua erat Regnum Hieroſolymitanum propriè dictum, verſùs meridiem nit ium habens a rivo qui eſt inter Byblum, & Berithum urbes maritimas Phœnicis, et finem in ſolitudine, quę eſt ultra Darum quæ reſpicit Ægyptum; Secunda Comitatus Tripolitanus, Tertia Principatus Antiochenus; et quarta Comitatus Edeſſanus verſùs Euphratem fluvium, teſte Guilelmo Tyrenſi Archiepiſcopo, & tres hi Principatus, ſive partes à Rege Hieroſolymitano pendebant fiduciario jure, ſed & in Regno proprio Hieroſolymitano erant etiam ſub ipſo Rege Princeps Galilææ, qui & Dominus Tyberiadis, Comes Joppenſis, & Aſcalone, & dominus Berythi, dominus Sidonis, dominus Cayphæ, dominus Ceſaræææ, dominus Montis Regalis, et totius terræ trans Jordanem, dominus Arſur, & dominus Ibelyn, teſtibus Willelmo Tyrenſi Archiepiſcopo, & Marino Sanuto.

Hiſpaniæ partes, & Provinciæ;

Alava, *el Alava*
Algarbia, *el Algarve*
Algarria, *el Algarria*
Alpuxara, *las Alpuxaras*
Aragonia, *el Aragon*
Aſturia Ovetenſis, *Aſturia d'Oviedo*
Aſturia S. Julianæ, *Aſturia de Santillana*
Beira, *la Beira*
Biſcaja, *la Biſcaja*
Bureva, *la Bureva*
Camporum tractus, & Campenſis ager, *la Tierra de Campos*
Campus Calatravæ, *el Campo de Calatrava*
Caſtella Nova, *Caſtella la Nueva*
Caſtella Vetus, *Caſtella la vieja*
Catalonia, *la Catalauna*
Cerretania, *la Cerdena*
Ebuſus, *la Isla de Juica*
Empuritanus tractus, *el Ampurdan*
Extremadura legionis, *la extremadura de Leon*
Extremadura Portugalliæ, *la extremadura de Portugal*
Gallæcia, *la Galizia*
Granatæ regnum, *el Reyno de Granada*
Interamnenſis provincia, *el Entre Douro, e Minho*
Ipuſcoa, *la Guipuzcoa*
Laminitanus ager, *el Campo de Montiel*
Legionenſe Regnum, *el Reyno de Leon*
Liebana provincia, *la Lievana*
Majorica, inſula, *Mallorca*
Mancia, *la Mancha*
Minorica inſula, *Menorca*
Montanus tractus, *la Sierra*
Montes Mariani, *la Sierra Morrena*
Murciæ Regnum, *el Reyno de Murcia*
Navarra, *la Navarra*
Portugallia, *el Portugal*
Ripacurtia, *la Ribagorca*
Rivonia, *la Rioia*
Sajagus ager, *el Sayago*
Serena, *la Serena*
Tractus Caprarius, *la Tierra Cabrera*
Tranſmontana provincia, *el Tra los Montes*
Tranſtagana provincia, *el Alenteio*
Valentiæ Regnum, *el Reyno de Valencia*
Vallis Placentiæ, *la Vera de Placentia*
Vandalitia, *la Andaluzia.*

HOLLANDIA, *Holland* incolis, Anglis, & Germanis, ideſt terra concava, *le Hollande* Gallis, *la Olanda* Hiſpanis, & Italis, et *Hollanderska Ziemia* Polonis, provincia præcipua Belgii fœderati, Comitatus titulo inſignita, ſub dominio Ordinum Generalium Provinciarum fœderato, qui ab ea ſæpè dicuntur ab exteris ordines Hollandiæ, *le Eſtats de Hollande* ampla eſt admodum & mirè rigua, atq; fertilis. Terminatur autem à ſeptentrione mari Auſtrino, ab occidente mari Hermanico, à meridie Lelandia, et Brabantia, et ab oriente dominio Ultrajectino, Gueldria, & partim etiam mari Auſtrino: Et notandum quod aliàs magis extenſa fuit ad ortum, cum in ipſa fuerit Noviomagenſis tractus, qui nunc Gueldriæ pars; erantque olim in hac provincia Batavi populi pro majori parte, uti Friſii minores in ejus parte ſeptentrionali.

HUDSONIUS SINUS, *la Baye de Hudſon*, ſive etiam *la Baye du Nord* Gallis, *the Bhy of Hudſon* Anglis ſinus peramplus Americæ ſeptentrionalis, & pars maris Borealis, verſùs terras Arcticas ab Henrico Gudſonio Anglo luſtratus anno 1612. et ab ipſo nomen ſortitus, extenditur à ſeptentrione in meridiem, & maximè percurrit verſùs novæ Franciæ confinia, 200. leucis tantùm diſtans à Quebeco in Bo-

Boream, uti paulò minus à lacu Huronum, ejus pars ad occaſum æſtivum eſt ſinus Ruttonius, & in eum ſe exonerant plurimi fluvii, in ejus parte meridionali, quorum præcipui ſunt Nemiſcus, *la riviere de Nemiſco*, ubi colonia Anglorum; Outabittibius, *la riviere de Outabittibi*, ubi colonia Anglorum: Monſonius, *la riviere de Monſoni*; Kiriſtinoni, *la riviere des Kiriſtinous*; Aſſinibolarum, *la riviere des Aſſinibovols*; *la riviere Fenachiſchioven*, ubi colonia Anglorum; *la riviere* Kechiſchiaven, ubi colonia Anglorum; & *la riviere des Pechicourouniou* dicti; æſtus verò maris perſæpe ad tres, aut quatuor leucas recedit ab ejus ora auſtrali, in qua ſunt coloniæ Anglorum ad oſtia fluviorum, ſed parvæ admodum & à pauciſſimis tantùm inhabitatæ, teſtibus Ludovico *Jolliet* & Radiſſone Gallo Pariſino, qui illas partes pluries luſtrarunt à paucis annis.

JAMAICA, *la Jamaica* Hiſpanis & Anglis, *la Jamaique* Gallis, inſula ampla Americæ ſeptentrionalis in mari Boreali, quæ primùm à Chriſtophoro Columbo detecta fuit, & dicta S. Jacobi inſula, inde ſemper Hiſpanis paruit uſque ad annum 1654. quo Angli tempore Olivarii *Cromuvel* eam ſui juris fecerunt pro maxima parte, unde etiamnum ipſis tota ſubeſt; dividitur in 13. partes, ſive tractus, nempè S. Andreæ, S. Annæ, S. Catharinæ, S. Davidis, S. Elizabeth, S. Georgii, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thomæ, Clarendonii, & Portus Regii, cum duobus aliis, quorum nomina ignorantur, fertilis eſt inſula admodum, atque à paucis annis probè culta ratione magnitudinis, 20 leucis Hiſpanicis diſtans à Cuba inſula in meridiem Carthaginem novam versùs 150. & 35. ab Hiſpaniola inſula in occaſum, extenditur ab ortu in occaſum in longitudinem ad 170. mill. Anglica; à ſeptentrione verò in meridiem lata eſt 70. mill. ſimilium; ejus verò circuitus eſt 350. mill. paſſ. ejus præcipuus circuitus *Port Royal* dicitur in parte meridionali, cum arce, & oppidulo, ſed fanum S. Jacobi, *Santiago*, eſt totius inſulæ primaria urbs etiamnum, Melila verò, Hiſpalis, & Oriſtanium urbes hodie ferè dirutæ jacent.

ICCIUS PORTUS, Morinorum portus in Gallia Belgica Cæſari, qui Itius Straboni, & Icius portus etiam aliis, unde breviſſimus in Britanniam trajectus, ubi fuerit, magnam litem concitavit, multi cum Geſſoriaco confundunt, autumant alii eſſe Audomaropolim, quæ anteà dicta fuit *Sitiu*, plurimi credunt eſſe Caletum, nulla tamen auctoritate freti; ſed ego viſis illis partibus anno 1673. & attentè obſervatis loci ſitu, & aliis omnibus, exiſtimo cum Camdeno, Brietio, & indigenis illius tractus, Iccium portum eſſe locum Galliæ Caleno vicinum, in Comitatu Bononienſi, & in Picardia provincia, quem indigenæ *Wiſſan* vocant, Angli *Wiiſant*, Flandri *Iſten*, & nautæ *Eſſeu*, nomine parum mutato, qui nunc vicus ad fretum Gallicum, ubi anteà oppidum, & portus brevis oppletus, ſed quem ſperant brevi debere priſtinæ commoditati reſtitui, 3. leucis cum dimidia diſtat à Caleto in occaſum, totidem à Bolonia in ſeptentrionem, & 6. tantùm à proximiori ora Angliæ in ortum hybernum, eſtque propè Iccium promontorium, de quo infra, & propè Stationem navalem, *la rade de Saint Jean* dictam, & de hoc portu Iccio quod ſit *Wiſſam* vicus Bononienſis Comitatus, nuper pluribus & doctiſſimè ſcripſit Carolus *du Freſne* Ambianus Dominus *de Cange* Franciæ Quæſtor vir clariſſimus, in ejus diſſertatione 28. in notis ad vitam S. Ludovici Regis Franciæ, ubi hanc opinionem ita probat, ut nullum poſteà reliquerit ambigendi locum, teſte etiam Franciſco *de la Poterie* viro clariſſimo, & indigena.

ISLANDIA, *l' Islande* Gallis, *het Islandt* Belgis, *l' Islandia* Italis, *Ynsland* Germanis, & Polonis, inſula ampliſſima maris ſeptentrionalis, ad Regem Daniæ ſpectans, inter Norvegiam, ex qua pendet, & Gronelandiam ſeu Terram Viridem, & ab ortu in occaſum extenſa, quæ ab Antiquis Thule dicta fuit, ut exiſtimant plurimi. Ejus longitudo eſt 200. leucarum Gallicarum, latitudo verò 100. circiter. Satis culta eſt, & fertilis versùs oram littoralem ſed in mediterraneis valdè montuoſa, & ferè inculta. Naddochus natione Norvegus primus hanc inſulam invenit anno 860. & ipſam Snælandiam tunc dixit, ideſt terram nivoſam, eamque poſteà Floco pirata Norvegus Islandiam vocavit, ideſt terram glacialem, à glacie totius inſulæ. Theodorus Thorlacius Hola Islandus in ſua diſſertatione dividit Islandiam trifariam nempè 1. juxta quatuor mundi cardines, in 4. partes ſeptentrionalem, orientalem, Meridionalem, & occidentalem; 2. ratione regiminis Eccleſiaſtici in duas Diœceſes Holenſem, & Scalboltenſem; 3. ratione regiminis Politici, in 12. provincias; Prima diviſio eſt in quatuor partes, ſeu Quadrantes, quorum maxima, & magis culta ſeptentrionalis dicitur *Nordlendinga*, *Fiordungur*, ideſt ſeptentrionalis Quadrans, hujus termini ſunt versùs occidentem ſinus Rutaliordur, ad orientem promontorium *Langa Neſſ*, Meridiem versùs Teſquorum vaſta deſerta ſecundum longitudinem inſulæ porrecta; Altera deinde pars Orientalis vulgò *Auſtfirdinga Fiordungur*, compiè apud Mercatorem *Auſtlendinga Fiordungur*, non admodum ſed valdè extenſa, terminatur versùs ſeptentrionem promontorium *Langa Neſs*, versùs meridiem fluvio *JoKulsaa a Soleymaſandi*, versùs occidentem Teſquorum deſertis. Meridionalis pars vulgò *Junnlendinga Fiordungur*, terminos habet versùs ortum *Jokulsaa* in deſertis *Soleymaſandi*, versùs ſeptentrionem Teſqua per mediam inſulam interjecta, ad occidentem fluvium Albis nomine, qui in ſinum *Bogarſiord* ſe exonerat; Occidentalis denique Islandiæ pars vulgò *Weſtſirdinga Fiordungur*, non Weſtlendinga, ab Auſtrali fluvio Albi à ſeptentrionali ſinu *Rurafiord* ſeparatur. Ratione regiminis Eccleſiaſtici Islandia dividitur in duos Epiſcopatus, ſeu Diœceſes, quarum altera Schalholtenſis; vulgò *Schalholts Itigte*, tres Quadrantes orientalem, Auſtralem, & occidentalem complectitur; Holenſis autem *Hola Stigte* Islandicè, quadrante ſeptentrionali contenta eſt, quod ſit ampliſſimus & populoſiſſimus; unde etiam hæc pars quatuor provincias complectitur, cum Orientalis tantùm duas, & reliquarum quælibet tres habeat; atq; ita tota inſula in duodecim provincias ſeu præfecturas, quas *Thing*, vel *Syslur* appellant, dividitur: Nomina eorum hæc ſunt, in orientali Islandia *Mula Thing*, *SKaptafels Thing*; in meridionali Islandia *Rangaar Thing*, *Arnes Thing*, *Kialarnes Thing*; in occidentali Islandia *Thueraar Thing*, *Thornes Thing*, *Thoſchafiardas Thing*; in Boreali Islandia *Hunauvatz Thing*, *Hegranes Thing*, *Wodlu Thing*, & *Thing Eyar Thing*; ſolet etiam quælibet provincia ſubdividi in aliquot tractus, ſeu provincias minores quas *Rappa* vocant, ſed de his fuſiùs Arngrimus Jonas. In Islandia ſunt 330. circiter Parochiæ. Ejus verò urbes præcipuæ ſunt Hola in Septentrionali Islandia, & Schaloſum in meridionali uti arx Beſeſtadium in qua Prorex inſulæ commoratur; hinc Islandi populi, *Islander* Germanis, *les Islandois* Gallis *gli Islandeſi* Italis.

ITALIA, *l' Italia*, hodie ferè iiſdem limitibus continetur, atque antiqua, ſed variis ſubeſt nunc Principibus, de quibus inferiùs dicemus, dividi autem poteſt in tres partes nempè in Italiam ſeptentrionalem, quæ aliàs Gallia Siſalpina, in Italiam meridionalem, quæ aliàs propriè Italia, & in inſula Italiæ. In ſeptentrionali parte Italiæ ſunt dominium Reipublicæ Venetæ, *il dominio Veneto*; Pedemontium cum annexis ſub Duce Sabaudiæ, *il Piemonte*; Dominium Reipulicæ Genuenſis, ſeu Liguria, *il Genoveſato*, ſeu *la riviera de Genova*, Ducatus Mediolanenſis, *lo ſtato di Milano*, & ditiones Principum Lombardiæ, nempè Ducatus Mutinenſis, *lo Stato del Duca di Modena*, Ducatus Parmenſis *lo Stato del Duca di Parma*, Ducatus Mantuanus, & Montis Ferrati, *lo Stato del Duca di Mantova* cum regiuncula Ducis Mirandulæ, & aliquot aliis minoribus. In parte meridionali Italiæ ſunt Ditio Summi Pontificis, ſeu ditio Eccleſiæ, *lo Stato della Chieſa*, Regnum Neapolitanum, *il Regno di Napoli*, Ditio magni Ducis Hetruriæ, ſeu Tuſcia, *lo Stato del Gran Duca di Toſcana*, dominium Reipublicæ Lucenſis, *il Lucheſe*, Ducatus Maſſæ, *il Ducato di Maſsa*, Principatus Plumbini, *il Principato di Piombino*, & ditiuncula Reipublicæ S. Marini, *il territorio di S. Marino*; inſulæ verò Italiæ ſunt Sicilia, *la Sicilia*, Sardinia, *la Sardegna*; & Corſica, *la Corſica*, cum aliquot aliis minoribus; Ejus urbes hac tempeſtate clariſſimæ ſunt Roma totius Italiæ primaria, Neapolis, Venetiæ, Mediolanum, Genua, Panormus, Meſſana, Bononia, & Florentia; Sed de urbibus infra. Et notandum quod Tridentinus ager pars eſt Comitatus Tirolis, & ideò eſt in Germ., & ſub ipſa cenſetur, quamquam in plurimis tabulis Geograph. in Italia deſcribitur, uti & Ducatus Auguſtanus, qui pars eſt Sabaudiæ, & Comitatus Niceenſis, qui extra Italiam eſt, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ideoque malè à quibuſdam Varus fluvius dicitur terminus Galliæ, & Italiæ, cum revera ſit in Gallia & cis Comitatum Niceenſem; quicquid dicant aliqui recentiores, qui alios ſecuti ſunt, & ex hac parte Alpes dividunt Galliam ab Italia.

Italiæ Provinciæ, & Partes:

Alexandrinus ager, *l' Aleſſandrino*
Aprutium citerius, *l' Abruzzo citra*
Aprutium ulterius, *l' Abruzzo oltra*
Apulia, *la Puglia*
Aſtenſis Comitatus, *l' Aſteglano*
Barianus ager, *la terra di Bari*
Baſilicata, *la Baſilicata*
Bellunenſe territorium, *il Bellunese*

Bononienſis ager, *il Bologneſe*
Brixianus ager, *il Brixiano*
Buxellenſis ager, *il Bielleſe*
Buſſeti ditio, *lo Stato di Buſſeto*
Cadubrium, *il Cadorino*
Calabria citerior, *la Galabria citra*
Calabria ulterior, *la Calabria oltra*
Campania Romana, *la Campagna di Roma*
Canapicium, *il Canaveſe*
Capitanata, ſeu Capitaniatus, *la Capitanata*
Caput Calaritanum, *il Capo Cagliari*
Caput Loci Aurei, *il Capo Logudori*
Carferoniana, *la Graſignana*
Carnea, *la Carnia*
Caſtrenſis Ducatus, *il Ducato di Caſtro*
Comenſis tractus, *il Camaſco*
Corſica inſula, *la Corſica*
Cremenſis ager, *il Cremaſco*
Cremonenſis ager, *il Cremoneſe*
Dertonenſis ager, *il Tortoneſe*
Eccleſiæ ditio, *lo Stato della Chieſa*
Feltrenſe territorium, *il Feltrino*
Ferrarienſis Ducatus, *il Ferrareſe, ò il Ducato di Ferrara*
Florentina ditio, *il Fiorentino*
Foro-Julium, *il Friuli*
Friniana, *la Frigniana*
Genuenſis ora Occidentalis, *la Riviera di Genova da Ponente*
Genuenſis ora Orientalis, *la Riviera dl Genova da Levante*
Hetruria, *la Toſcana*
Hydruntina provincia, *la terra di Otranto*
Ilva inſula, *l' Iſola d' Elba*
Iſchia inſula, *l' Iſola d' Iſchia*
Iſtria, *l' Iſtria*
Langæ, *le Langhe*
Laudenſis ager, *il Lodegiano*
Laumellina, *la Laumellina*
Lipareæ inſulæ, *l' Iſola di Lipari*
Lucenſis ager, *la Lunegiana*
Mantuanus Ducatus, *il Mantovano*
Marchia Anconitana, *la Marca d' Ancona*
Marchia Tarviſina, *la Marca Trivigiana*, ſeu *il Trivigiano*.
Maritimus ager Campaniæ Romanæ, *la Marina*
Maritimus ager Senenſis, *la Maremma*
Mediolanenſis Ducatus, *il Milaneſe*
Mirandulana ditiuncula, *il Mirandolano*
Moliſinus Comitatus, *il Contado di Moliſi*
Montisferrati Ducatus, *ii Monferrato*
Mutinenſis Ducatus, *il Modoneſe*
Neapolitanum Regnum, *il Regno di Napoli*
Novarienſis ager, *il Novareſe*
Papienſis ager, *il Paveſe*
Parmenſis Ducatus, *il Parmegiano*
Patavinus ager, *il Padovano*
Patrimonium S. Petri, *la Provincia del Patrimonio*
Pedemontium, *il Piemonte*
Peruſinus ager, *il Perugino*
Piſanus ager, *il Piſano*
Placentinus ager, *il Piacentino*
Principatus Citerior, *il Prencipato Citra*
Principatus Ulterior, *il Prencipato oltra*
Rhegienſis Ducatus, *il Reggiano*
Rhodigina Peninſula, *il Poleſine di Rovigo*
Romandiola, *la Romagna*
Romandiola Florentina, *la Romagna Fiorentina*
Sabina, *la Sabina*
Salutiarum Marchionatus, *il Marcheſato di Saluzzo*
Sardinia inſula, *la Sardegna*
Senenſis ager, *il Seneſe*
Sicilia inſula, *la Sicilia*
Terra Laboris, *la Terra di Lavoro*
Vallis Demonæ, *il Valle di Demona*
Vallis Netina, *il Valle di Noto*
Vallis Mazaræ, *il Valle di Mazara*
Vallis Tari, *il Prencipato di Val di Tare*
Veneta ditio, *il Dominio Veneto*
Venetus Ducatus, *il Dogado*
Varcelenſis ager, *il Vercelleſe*
Veronenſis ager, *il Veroneſe*
Vicentinus ager, *il Vicentino*
Umbria, *l' Ombria*
Urbinas Ducatus, *il Ducato d' Urbino*
Urbevetanus ager, *l' Orvietano*

Lacus Novæ Franciæ.

LACUS AMBIGUS, *le lac Alimibig* qui & *Alimibecong*, lacus Novæ Franciæ, in ejus parte occidentali, in Kiliſtinorum tractu, & versùs partem ſeptentrinalem lacus Tracii ſeu in quem ſe exonerat mediante fluvio cognomine.

LACUS AQUARUM SALSARUM, *le lac de Eaux Calcis* Gallis, *TſiKeto* indigenis, lacus Americæ ſeptentrionalis in Nova Francia, à fluvio S. Laurentii effectus, figuræ eſt rotundæ, ad 12. leucas extenſus, eſtque inter lacum Erieum ad meridiem à quo diſtat 15. leucis, & lacum magnum Huronum ad ſeptentrionem, à quo 12. leucis diſtat, ut pluribus narrat Abbas Galinæus, qui illas oras exactè luſtravit, & malè dicitur lacus aquarum maris in quibuſdam tabulis recentibus.

LACUS ASSINIBOLARUM, *le lac de Aſſiniboul*, lacus Novæ Franciæ in ejus parte occidentali, & 60. leucis ab ora lacus ſuperioris in ſeptentrionem, ex eo oritur fluvius Aſſinibolarum, qui in ſinum Gudſonium ſe exonerat, ut Marquettus narrat cum Jolietto.

LACUS BUBALORUM, *le lac de Bufles*, lacus amplus Americæ ſeptentrionalis in parte occidentali Novæ Franciæ, & ad occaſum valdè extenſus, teſte Rodiſſone Gallo, qui ejus oram luſtravit.

LACUS CASTORUM, *le lac des Caſtors*, lacus Novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali qui aliter & ſæpius dicitur, *le lac Nipiſſing* ſive *le lac des Nipiſſiriniens* lacus Nipiſſiriniorum. Vide ibid.

LACUS CHAMPLENI, *le lac de Champlain*, lacus Americæ in Nova Francia, ad 30. leuca extenſus & à fluvio Richeleo effectus, 28. leucis ſupra ejus confluentes in fluvium S. Laurentii, ſunt in eo plures inſulæ, & protenditur in meridiem versùs confinia novæ Angliæ, nomen habens à Samuele Champleno Gallo de his partibus optime merito, eſtque propè montes S. Mariæ.

LACUS CRUCIS, *le lac de la Croix*, lacus Americæ in parte ſeptentrionali Novæ Frandriæ, & ad ſeptentrionem tractus Saguenaii, teſte Albanello.

LACUS DUORUM MONTIUM, *le lac des deux Montagnes*, lacus parvus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia, à fluvio Otavacorum, ſeu Pratorum effectus, ad ejus confluentes in fluvium S. Laurentii juxta & ſupra inſulas Montis Regalis & Jeſus ad ejus ortum extenſas, longitudinis eſt 12. leucarum, latitudinis verò 4. circiter.

LACUS ERIEUS, *le lac Erie*, lacus peramplus novæ Franciæ, in ejus parte Meridionali, dicitur etiam *le lac Tejocharontiong* ab indigenis illarum partium, extenditurque ab ortu in occaſum per 140. leucas, & in lacum Frontenacum ſeu Ontarium ſe exonerat. Vide Erieus lacus.

LACUS FRONTENACUS, *le lac de Frontenac*, lacus novæ Franciæ, nuper ſic dictus à Gubernatore regionis, qui antea Ontarius lacus, *le lac de Ontario*, & ab Iroquiis *SKaniadorio*, ideſt pulcher lacus, figuræ eſt ovatæ, extenditurque ab ortu in occaſum ad 80. leucas ad minus, eſt omnium navigionum capax, & ex eo effluit fluvius S. Laurentii. Vide Frontenacus lacus.

LACUS ILINORUM, *le lac de Ilinois* ideſt lacus hominum, lacus peramplus Americæ in nova Francia, ad occaſum maris dulcis Huronum, in quod ſe exonerat; ejus circuitus eſt 400. leucarum, ut narrant incolę harum partium; dicitur aliter *Mitchiganong*, ideſt magnus lacus ab indigenis illarum partium, & *le grand Lac* Gallis; extenditur magis à ſeptentrione in meridiem, & mediante freto *Niſſilinima Kinac*, lacu Huronum ſive mari Dulci conjungitur versùs ortum æſtivum, vix 15. leucis diſtat, a lacu Tracio in meridiem, & dicitur lacus Ilinorum ab Ilinis populis in ejus ora Auſtrali, & versùs fluvium Ohium degentibus, teſte Marqueto, eſtq; naccigiorum omnium capax, & ejus pars ad occaſum eſt ſinus Putidorum, ferè 450. leucis à Quebeco in occidentem.

LACUS IROQUIORUM, *le lac des Iroquois*, in nova Francia ſic dictus ab Incolis harum partium, qui in ejus ora meridionali degunt, vocatur ſæpius Frontenacus, & Outorius lacus. Vide ibid.

LACUS KINONGAMICHIUS, *le lac Kinongamichius*, lacus parvus Americæ in nova Francia in ejus parte ſeptentrionali à fluvio Saguenajo effectus inter lacus S. Joannis, & Kinongamum circiter 40. leucis à fluvio S. Laurentii diſtans, & à Taduſſaco.

LACUS KINONGAMUS, *le lac de Kinongami*, lacus novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, 30. leucis diſtat à fluvio S. Laurentii, & à Taduſſaco portu, efficiturque à Saguenajo fluvio, teſte Albanello.

LA-

LACUS LABORATORIS, *le lac de Labrador*, lacus novę Franciæ in inſula Promontorii Britonum, & in ejus meditullio.

LACUS MAGNUS HURONUM, *le grand lac des Hurons*, qui ab incolis harum partium dicitur *Karegnondi*, & mare Dulce Huronum, *la mer douce des Hurons* ab Huronibus populis, qui anteà in ejus viciniis conſederant, eſtque lacus Americæ ſeptentrionalis maximus in nova Francia; ejus circuitus creditur pluſquam 700. leucarum, & protenditur in longum ad 200. leucas, ſed ejus latitudo eſt inæqualis, & ſeparatur tantùm à lacu ſuperiori, ſeu Tracio ad occaſum, Freto ſeu alveo, *le Sault de Seinte Marie* dicto, unius leucæ lato, & ad 3. leucas extenſo, uti etiam à lacu Ilinorum, Freto *Miſſilinimakinac* ad occaſum, quã plurimis inſulis refertus eſt, præſertim in ejus parte ſeptentrionali, & in eum ſe exonerant Lacus ſuperior, lacus magnus ſive Ilinorum, & fluvius Francorum, ipſe viciſſim in lacum Erieum ſe exonerat mediante lacu aquarum ſalſarum, eſtq; Navigiorum capax. Vide Huronum mare Dulce.

LACUS MISTASSIRINONUM, *le lac des Miſtaſſirinins* lacus novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, & in mediterraneis, inter lacum S Joannis, & ſinum Hudſonium, ſic dicitur à multitudine rupium, quæ in eo ſunt, & ejus circuitus eſt 20. dierum.

LACUS NEMISCHUS, *el lac de Nemiſkau*, lacus novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, versùs Hudſonium ſinum, circuitus eſt 10. dierum, undique montibus cinctus, cum plurimis inſulis, in eum ſe exonerant 5. fluvii & ex eo exiit tantùm fluvius *NemiſKauſipi* dictus, qui poſt curſum duorum dierum in Hudſonium ſinum ſe exonerat.

LACVS NIPISSIRINIORVM, *le lac des Nipiſſiriniens*, ſeu le *lac de Nipiſing*, lacus Novæ Franciæ in America ſeptentrionali, cujus longitudo eſt 15. leucarum, latitudo verò 6. teſte Galinæo; ex eo effluit ad occaſum fluvius Francorum, & dicitur etiam *SkeKoven* ab incolis harum partium.

LACVS ONIASONTVS, *le lac Oniaſont*, lacus parvus novæ Franciæ in ejus parte meridionali, inter Erium lacum ad ſeptentrionem, & confinia Virginiæ ad meridiem propè gentem *Oniaſontke* dictam & ex eo labitur fluvius parvus, qui in Ohium fluvium celebrem ſe exonerat aliquot leucis infra.

LACVS ONTARIVS, *le lac Ontario* qui & *Skaniadanio* dicitur, ideſt pulcher lacus, in nova Francia regione Americæ ſeptentrionalis. Vide Ontarius lacus, & Frontenacus lacus.

LACUS PUTEOTAMITARUM, *le lac de Puteotamis* pars occidentalis lacus Ilinorum, quæ aliter ſinus Putidorum, *la Baye de Puants* dicitur, in nova Francia & extenditur ad 50. leucas, teſte Galinæo viro clariſſimo.

LACVS S. FRANCISCI, *le lac de Saint Francois*, lacus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia à fluvio S. Laurentii effectus; ejus longitudo eſt 12. leucarum, latitudo verò 4. & leucis 70. diſtat à Quebeco in occaſum, Ontarium lacum versùs 40. & propè monte S. Mariæ.

LACUS S. JOANNIS, *le lac de Saint Iean*, lacus novæ Franciæ in ejus parte ſeptentrionali, & in Saguenajo tractu, vocatur *Pingagami* ab incolis harum partium, extenditurque in longum ad 30. leucas, in latum verò ad 10. in eum ſe exonerant 12. flu. & ex eo tantùm labitur Saguenajus fluvius, qui 50. leucis infra flu. S. Laurentii miſcetur.

LACVS S. LVDOVICI, *le Lac de Saint Lovis*, lacus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia, in longum extenſus ad 6. leucas, efficitur à fluvio S. Laurentii & diſtat 60. leucis à Quebeco in occaſum uti 24. à lacus S. Petri versùs lacum S. Franciſci quinque, eſtque propè & ſupra inſulam montis Regalis.

LACUS S. PETRI, *el lac Saint Pierre*, lacus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia, & à fluvio S. Laurentii effectus extenditur in longum ad 7. leucas, ejus verò latitudo eſt 4. & diſtat 33. leucis à Quebeco in occaſum.

LACUS SANCTISSIMI SACRAMENTI, *le lac de S. Sacrement*, lacus novæ Franciæ in ejus parte meridionali à flu. Richeleo effectus vix diſtat 4. leucis à lacu Champleni in meridiem, & extenditur ad 5. leucas circiter.

LACVS SOEGARSIVS, *le lac de Soegarſi*, lacus parvus novæ Franciæ, à fluvio cognomine effectus propè fluvium S. Laurentii, inter lacus Champleni ad ortum, & Frontenacum ad occaſum.

LACVS SVPERIOR, *le lac Superieur*, lacus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia, *le lac de Tracy* etiam vocatur extenditur in longum ad 150. leucas, ejus verò latitudo eſt 4. leucarum eſtque versùs occaſum æſtivum regionis, vix itinere 12. dierum à ſinu Hudſonis in meridiem diſtans, & 4. leucis à mari Dulci Huronum, cui conjungitur mediante freto ſeu ſaltu S. Mariæ, in eum ſe exonerant decem fluvii navigiorum capaces maximè versùs ſeptentrionem, in eo ſunt plurimæ inſulæ ſatis extenſæ, quarum major *Minong* dicitur in ejus parte occidentali, & juxta ipſum inhabitant Otavaci, Kiliſtinones & aliæ gentes vix nomine notæ. Lacus autem eſt quorumcumq, navigiorum capax & in lacum Huronum ſe exonerat ejus verò ora occidentalis diſtat ad minus 500. leucis à Quebeco urbe in occaſum.

LACVS TARONTVS, *le lac de Taronto*, lacus Americæ in nova Francia inter lacum Frontenacum ad meridiem, & lacum Nipiſſiniorum ad ſeptentrionem, extenditur ad 12. leucas ab ortu in occaſum & mediante fluvio qui ex eo effluit, in lacum Huronum ſe exonerat.

LACVS TIMAGAMINVS, *le lac Timagaming* lacus amplus novæ Franciæ in mediterraneis, & ab ortu in occaſum extenſus, inter ſinum Borealem & Saguenajum tractum, cum plurimis inſulis, teſte Jolietto.

LACVS THIOERA, *le lac Thiohera*, lacus parvus novæ Franciæ, in tractu Irocoſiorum Gojoguenorum, ejus longitudo eſt 14. laucarum, latitudo verò 2. circiter, & ex eo effluit fluvius *Ochoveguen*, qui poſteà in lacum Frontenaci labitur.

LACVS TONTIARENHA *le lac Tontiarenha*, lacus parvus novæ Franciæ, versùs oram ſeptentrionalem lacus Frontenaci, in quem ſe exonerat, propè Kenta inſulam, mediante Ohaota fluviolo.

LACVS TRACIVS, *le lac Tracy*, lacus peramplus Americæ in nova Francia, nuper ſic dictus cum anteà vocaretur lacus ſuperior. Vide ibid.

LIVONIA, Liefland *incolis*, Inflanty *Polonis*, Lifland Svecis, *Lyflandt* Germinis, *la Livonie* Gallis, & *la Livonia* Italis. Regio ampla, & probè culta, aliàs Poloniæ Regni provincia ex quo erepta fuerat Fratribus Enſigenis nunc autem pro majori parte Sveciæ Regi parens, terminatur à ſeptentrione ſinu Finico, ab occaſu ſinu Rigenſi, ſeu Livonico ab ea dicto, & à meridie Samogitia, & Lithuania ab ortu Ingria atque Pleſcovia provincia Moſcoviç. Ejus partes ſunt tres, nempè Eſthouia, *Eſten*, quæ ad ſeptentrionem, Curia ſeu Curlandia, & Semiga llia, *Curland*, & *Semigallen*, quæ ad meridiem, & *Litland in Letten*, quæ inter utramque; Ethonia autem dividitur etiam in plures tractus, ſive Circulos, nempè in AlentaKiam, Eſthoniam propriam, Harriam, Jerviam, Oldenpoam, Viriam, et Vichiam, ſeu Vvicheslandiam; nuncque tota ſubeſt Svecis uti Litlandia excepta ejus minuta parte orientali, quæ Moſcoviæ Ducis nunc agnoſcit Imperium, ubi Dunenburgum; Curia autem ſive Curlandia, & Semigallia nunc ſubſunt proprio Duci è gente ketlera, ſub clientela Regis Poloniæ. Partes etiam ſunt Livoniæ inſulæ Oſilia, *Oeſel*, & Daghoa *Dagho*, in mari Baltico; ſive Orientali, ante ſinum Rigenſem, quę anteà Regi Daniæ ſuberant, nunc autem Sveciæ Juris ſunt ab anno 1645. pace ad Bromsbroam ſancita; dividitur etiam ab aliis hæc provincia in octo partes ſive Circulos, Leitlandiã videlicet, Vicheslandiam, Curlandiam, Semigaliam, Eſtlandiam, Virlandiam, Hariam, Gervandiamque & ſub Polonis diſtincta fuit etiam in tres Pręfecturas, ſive Palatinatus Vendenſem, Parnavienſem, & Derpatenſem, teſte Starogolſcio: dividitur adhuc aliquando in duas partes inequales, nempè in Livoniam Cis-Dunam, quod ſit cis, Duntm fluvium, ubi Curlandia & Semigallia & in Livoniam trans Dunanam, quod ſit trans eumdem flu. ubi Eſthonia & Litlandia. Notandum quod Eſthonia ab ea ſæpè diſtinguitur, & provinciam ſeparatam conſtituit, totius autem Livoniæ pręcipua urbs eſt Riga in Litlandia, & Revalia primaria eſt Eſthoniæ, hinc Livones populi, Lieflander vulgò ſibi.

LOTHARINGIA, Regio Galliæ ampla, & inſignis, à Lothario Rege Francorum ſic dicta fuit, quaſi Lotharii Regnum, in qua olim major pars Auſtraſię, diviſa primum fuit in ſuperiorem ſeu Moſellanicam, cujus major pars nunc propriè dicitur Lotharingia, in inferiorem Lotharingiam ſeu Ducatum Ripuariorum, cujus partes nunc ſunt Brabantia, ditio Leodienſis cis Moſam & Gueldriam, teſte Ludovico Canterello Fabro, cum aliis.

LOTHARINGIÆ DITIO, ſive Lotharingia recens *la Lorame* incolis *Lothringen* Germanis, *la Lorena* Italis, provincia ampla Galliæ, quæ aliàs dicta Lotharingia ſuperior, Ducatus titulo inſignis, terminatur à ſeptentrione Luxemburgenſi Ducatu, tractu Metenſi, Virdunenſi tractu, & ditione Trevirenſi; ab ortu Alſatia, & Ducatu Bipon-

ti-

tino in Germania, ab occaſu Campania provincia, & à meridie Comitatu Burgundiæ, dividiturque in duas partes, nempè in Lotharingiæ Ducatum ſtrictè ſumptum, qui ad ortum, & in Barrenſem Ducatum ad occaſum,anteaq; Duces habuit proprios valdè celebres, nunc autem ſubeſt dominio Regis Francorum ab aliquot annis; & notandum eſt urbes Divodurum, Tullum, & Virdunum cum earum territoriis non eſſe in Lotharingia, quamquam ſint intra ipſius fines, & in his partibus erant olim Leuci, Virduni, & Mediomatrices populi Galliæ Belgicæ hinc Lotharingi, *les Lorrains* vulgò, qui *li Lorenſi* ab Italis vocantur.

LOTHARINGIÆ DUCATUS STRICTE SUMPTUS, *le Duchè de Lorraine*, extenditur à ſeptentrione in meridiem, inter Barrenſem Ducatum, tractumq;Metenſem, Virdunenſem, & Tullenſem ad occaſum, & Alſatiam, Ducatumque Bipontinum ad ortum:& dividitur in tres partes ſive agros, nempè in Præfecturam ſive Balliviatum Germanicum, *le Baillage Allemand*, versùs ſeptentrionem, in Balliviatum Vogeſanum, *le Baillage de Vauge*, qui ad meridiem, & in Balliviatum Gallicum,ſeu Nancejanum *le Baillage Francois ou de Nancy* qui inter utrumq; extenditur & ejus caput eſt Nanceium.

LUGDUNUM, urbs Seguſianorum in Gallia Celtica quæ ab ipſa Lugdunenſis dicta fuit Straboni, Plinio, Antonino, & aliis,à Munatio Planco condita, ſub Auguſto & ſic vocata veteri Gallorum lingua, quaſi montis corvus, ut exiſtimant; Lugdunum Celtarum dicta fuit etiam, & Lugdunum Seguſianorum ad aliarum urbium hujus nominis differentiam, nunc vulgò *Lyon* incolis, *Leon* Germanis, *Lione* Italis, *Leon* ſive etiam *Leon de Francia* Hiſpanis, *Lyon* Anglis, *Lugdun* Polonis, urbs Galliæ celeberrima, & ampliſſima, Archiepiſcopalis, & permunita, Lugdunenſis provinciæ ab ea dictæ caput, emporiumque clariſſimum ad montium radices, in ipſo limite provinciarum Breſſiæ, & Delphinatus, à qua ultima ſeparatur tantùm Rhodano fluvio, qui ad ipſam ponte traiicitur lapideo oblongo, & juxta, et infra recipit Ararium fluvium, qui per hanc urbem labitur, et in ea jungitur tribus pontibus; dividitur autem ab eodem Arari fluvio in duas partes, ex quibus major eſt pars S. Nicetii, *la partie de Saint Nizier*, inter Rhodanum, et Ararim, minor verò eſt pars S. Joannis, *la partie de Saint Jean*, quæ ſatis montuoſa,et ad radices montis Fori Veteris, et in his duabus partibus ſunt 32. partes minores, *les Penonages* dictæ, habet quatuor ſuburbia perampla,et Caſtrum antiquum in rupe adjacenti Petra Sciſſa, vulgò *Pierre Scize* dictum, populo numeroſiſſima eſt, crevitque in dies incolarum frequentia, et ædificiorum elegantia. Patria fuit Claudii Imperatoris, et in ea occiſus fuit Gratianus Imperator anno 383. In ea etiam habita ſunt duo Concilia Generalia, nempè Lugdunenſe primum ſub Innocentio IV. Pontifice Maximo anno 1245. et Lugdunenſe II. ſub Gregorio X. Papa anno 1274. Diſtat autem hæc urbs 100. leucis à Lutetia Pariſiorum in meridiem, uti 50. à Nivernis, 36. à Divione, 22. à Cabillone, et 11. à Matiſcone, Viennam versùs 5. et Avenionem 36. ab Auguſta Taurinorum 60. circiter in occaſum æſtivum, Rodumnam versùs 12. et Claromontem 25. hinc Lugdunenſes populi, *les Lyonnois* vulgò ſibi, et Gallis, *li Lioneſi* Italis, et *los Leoneſes* Hiſpanis. De hac urbe ita ſcribit Joannes Comite S.J. vir ſcriptis, et præſertim Poeſi clariſſimus:

Montis amans corvus fauſto dedit omine nomen:
Sunt ſtructa auſpiciis mœnia, Plance, tuis.
Junctus Arar Rhodano famulari gurgite ſervit;
Auget uterque meas, aut petit orbis opes.
Religionis honor, morum conſtantia, Regi
Prompta fides, nulla ſe magis urbe probant.

LUTETIA, urbs Galliæ Celticæ, Pariſiorum caput Cæſari, quæ aliis et ſæpiſſimè Lutetia Pariſiorum dicta:Lucotetia Ptolemæo, Lutetia atque Caſtellum Pariſiorum Ammiano, et Pariſii etiam aliis,ſic dicta fuit, quaſi Turris pulchra, ea enim erat verborum vis in lingua Britannica, ut pluribus innuit Camdenus, quod rectiùs quam quod plurimi fingunt, illam dictam fuiſſe à luto voce latina; cum Galli, tempore, quo Lutetia condita fuit, aliquot ſæculis ante adventum Romanorum, nullum haberent uſum linguæ latinæ; ipſis ne nomine quidem notæ;nec divinare poſſent, quod Gallia aliquando Romanis ſubjaceret,tum etiam quia Lutetia in inſula Sequanæ fluvii poſita erat, ſicque à luto rectè dici non poterat. Lutetia Pariſiorum, nunc Pariſii, *Paris* vulgò, *Pariſſ* Germanis atque Polonis, et *Parigi* Italis, ita urbs celebris fuit tempore Romanorum cum Julianus Imperator in eam ſedem fixerit, et thermas etiam Palatiumque ſtruxerit, et à Clodoveo primo Francorum Rege Chriſtiano facta eſt ſedes Regia, unde ſucceſſu temporis crevit in immenſum, pluries productis pomeriis citra, & ultra Sequanam .Sicque nunc Franciæ Regni primaria,& caput exiſtit,RegumqueChriſtianiſſimorum ſedes Regia,in provincia Inſulæ Franciæ,cujus præcipua eſt,Archiepiſcopali dignitate inſignita fuit à Gregorio XV. Pontifice Maximo die 20. Octobris 1622. eſtque hodie totius Europæ facilè ampliſſima, populoſiſſima, & ditiſſima, emporiumque celeberrimum, quotidie ſupra modum excreſcens, nec jam urbs, ſed provinciæ inſtar, ejus ſuburbia magnæ urbes. Ipſa nunc in 4. partes ſecatur à Sequana fluvio, quarum major, & humilior ad ſeptentrionem tendens, Urbs dicitur, vulgò *la Ville*, in qua Palatium Regium Lupara vocatum *le Lovvre*, totius Europæ ſuperbiſſimum, & pro maxima parte à Ludovico Magno Rege excitatum, Palatium Regium ad Laterarias, *les Thuileries*, ab eodem Rege extructum, aliud Palatium Regium nuncupatum *le Palais Royal*, à Cardinale Richeleo extructum; Domus Urbana, *Hoſtel de Ville*, anno 1533. cœpta à fundamentis ſub Franciſco I. architectante Dominico Cortonenſi, & perfecta, ſub Henrico IV. Caſtrum Baſtilia, Armamentarium, & Platea Regalis pulcherrima ſub Henrico IV. effecta, & Palatiis undique cincta. Pars minor urbis versùs meridiem extenſa, loco altiore, & quæ per colliculos nonnihil aſſurgit, Univerſitas dicta, *l' Univerſitè*;quod in ea ſit Accademia ſeu Univerſitas Studiorum celeberrima, à Carolo Magno Rege Francorum, & Imperatore, ut volunt, inſtituta,in qua ſunt 64. Collegia, quorum præcipuum Sorbona. Tertia pars urbis eſt inſula fluvio undique cincta, quam civitatem vocant, vulgò *la Citè*, in qua tantùm antiquitùs urbs reſtricta fuit; in qua ſunt Metropolitana Eccleſia auguſtiſſima, & perampla, B. M. Virginis nuncupata, *Noſtre Dame*, aucta à Childeberto primo Rege, & à Mauritio de Soliaco Epiſcopo de novo ædificari cæpta, ſub Philippo Auguſto anno 1191. & perfecta ſub Odone de Soliaco etiepiſcopo anno 1208. & Palatium antiquum Regum per amplum, *le Palais*, ubi ſedes parlamenti ampliſſimi, qui primarius, & præcipuus totius regni ſenatus, unde hæc inſula ſæpe dicitur inſula Palatii, *l'Isle du Palais*. Quarta pars urbis, eſt alia inſula minor vocata B. M. V. Inſula, *l' Isle Noſtra Dame*, initio hujus ſæculi ædificata, & hæc quatuor partes inter ſe juguntur novem pontibus lapideis & duobus ligneis, ex quibus præcipui ſunr Pons-novus; *le Pont-Neuf*, totius Europæ ſuperbiſſimus; Pons B.M. *le Pont Noſtre Dame*; & Pons Cabii, *le Pont au Change*; in urbe,& ſuburbiis ſunt quatuor Abbatiæ Virorum,& plures Monialium decem Collegiatæ Eccleſiæ, 43. Parochiales, & quamplurima utriuſque ſexus Monaſteria, plateæ multæ, & innumera Palatia,& ædificia ſplendidiſſima, ejus viæ latæ, et optimè ſtratæ, pro majori parte æquales ſunt, et mundæ; ipſa verò urbs ſine ſuburbiis, dividitur in ſexdecim partes, *les Seiz Quartiers* vulgò dictas. Urbis mænia diverſis temporibus protracta fuere, nuncque etiam protrahuntur magnificè, et portas habent 20. quarum ornatiores ſunt portæ S. Antonii, S. Bernardi,S. Dionyſii, et S. Martini. Suburbia verò ſunt tredecim, ex quibus præcipua ſunt ſuburbium S. Germani, maximas urbes adæquans, nuncque partem ipſius conſtituens, ubi Abbatia S. Germani, et Palatium Aurelianenſe *le Palais d' Orleans*, ſuburbium S. Antonii, ſuburbium S. Marcelli, ſuburbium S. Martini, et ſuburbium S. Jacobi; et notandum eſt, quod in parte ſeptentrionali urbis ſunt 7. ſuburbia ampla, quamquam ſæpiſsimè omittantur in Topographiis urbis etiam recentioribus, et in ipſa Lutetia Pariſiorum inciſis. Longum eſſet alia enumerare quæ de tanta urbe dici poſſunt; qui plura deſiderat legat *Jacobum du* Brueil ordinis S. Benedicti, in antiquitatibus Pariſienſibus,Belleforeſtium, Corozetum, alioſque qui fuſius ſcripſerunt de hac nobiliſſima urbe, in qua nati ſunt Francorum Reges Ludovicus V. Ludovicus VIII. Carolus V. et Carolus VI. Diſtat verò hæc urbs 10. leucis à Sylvanecto in meridiem, uti 17. a Compendio. 36. a Cameraco 16. a Bellovaco,ab Albavilla 34. et 60. a Caleto etiam in meridiem,Melodunum versùs 10. Senonas 24. Aurelinum 34. Antiſsiodorum 40. Nivernas 50. et Lugdunum 100. circiter; a Rothomago verò 28. in ortum hybernum, Trecas versùs 34. Populi dicti *les Pariſiens* vulgò. De Lutetia Pariſiorum ita Julius Cæſar Scaliger ſcribit:

Francigena princeps populoſa Lutetia gentis
Erigit immenſum clara ſub aſtra caput;
Hic civis numerum, ars pretium, ſapientia finem
Exuperant, ſuperant thura preceſque Deos.
Audiit, obſtupuitque hoſtes, factuſque viator
Vidit, & haud oculis credidit ipſe ſuis.

MAGEL-

MAGELLANICA REGIO, *las Provincias del Eſtrecho de Magallanes* Hiſpanis, *la Magellanique* Gallis, *Magellanica* Anglis, & Belgis, Regio Americæ Meridionalis, & ejus pars perampla maximè versùs Auſtrum porrecta, cujus termini ſunt ad ſeptentrionem regiones Ciles, Tucumaniæ, & Paraguajæ, ad ortum mare Braſilium, ad occaſum mare Pacificum, & ad meridiem freta Magellanicum, & Mærcum. Sic denominata fuit à Ferdinando Magellano Luſitano, vulgò *Magalhaens* dicto, qui hanc regionem primus detexit, anno 1520. nomine Regis Hiſpaniæ, & poſteà pluries luſtrata versùs ejus oras littorales tantùm ab Hiſpanis, Anglis, & Belgis, qui in interiora non penetrarunt; ideò pauca admodum de hac regione dicenda ſunt, quanquam ſit valdè culta, cum nulla ſit urbs in illa, neq; colonia Europæorum. Ejus verò partes ſunt Magellanica Regio propria dicta, *la Magellanique*, inter fretum cognomine, & fluvium Argenteum; Patagonum Regio, *le Pais de Patagons*; Terra Ignis *la Terre de Feu*, Regio Ordinum, *le Pais des Eſtats*; Regio Mauricii, *het Maurice Landt*; Vltonia Meridionalis, *Sauth Ulſter*; Regio Auſtralis Regis Caroli, *King Charlec Sauth Land*, Ora deſerta, *la Coſta deſierta*, & aliæ minoris nominis, in quibus ſunt plurimi portus & ſinus, præſertim in freto Magellanico, ad quod Hiſpani conſtruxerant urbem quamdam Philippolim dictam in ora ſeptentrionali freti, & in ejus ferè Meditullio, ubi maximè tendit ad meridiem propè promontorium extenſum, vulgò *Cap. Frouvard*, atque coloniam duntaxat anno 1582. maximis ſumptibus, ut ſic Anglorum, & Belgarum unitorum navibus tranſitum prohiberent, quamquam inibi fretum latum ſit 15. mill. paſſ. ſed id fruſtra tentarunt & paulò poſt illa colonia omnino excidit, fame, aliiſque miſeriis necata; unde poſteà Angli qui per hoc fretum tranſierunt biennio poſt, illius Philoppolis rudera portum famis, *Porto fame* vocarunt, vixque ejus apparent veſtigia.

MARE, dicitur magna illa congregatio multarum aquarum, quæ terram interluit, ſumitque diverſa nomina à diverſis orbis terræ partibus ipſi contiguis, & vulgò vocatur *la Mer* à Gallis, *la Mar* ab Hiſpanis, *il Mare* ab Italis, *das Meere* à Germanis, *Theſea* ab Anglis, *die Zee* à Belgis, *Morze* à Polonis, *Moore* à Ruſſis, *Faragie* ab Hibernis, *Haaf* à Svecis, *Bahr* ab Arabibus, *Deria* à Perſis, & *Dengbiz* à Turcis, quod ſæpè *Deniz*, & *Degniz* pronunciatur ab ipſis.

MEDIOLANUM, urbs Inſubrum caput in Gallia Ciſalpina Straboni, Plinio, & aliis, à Gallis condita poſt Romam anno 395. nunc urbs Italiæ perampla, *Milano* vulgò, *Milan* Gallis, & Hiſpanis, *Meylandt* Germanis, & *Mediolan* Polonis, Archiepiſcopalis & Ducatus Mediolanenſis ab ea dicti primaria, populi multitudine refertiſſima, agriq; bonitate feliciſſima, et ex maximis Italiæ urbibus, cum in ea ferè ad 250000. capita hodie cenſeri putantur, ſicque cæteras Italiæ urbes incolarum multitudine una excepta Neapoli ſuperat. Eccleſiam metropolitanam habet auguſtiſſimam, dividiturque in 6 regiones ſeu partes quæ à totidem portis nominantur, nempè regiones Portæ orientalis, Portæ Romanæ, Portæ Vercellinæ, Portæ Novæ, Portæ Ticinenſis, & Portæ Cumanæ, arcem habens firmiſſimam, *il Caſtello* dictam, & in ea ineſt artificum cujuſque generis multitudo, itaut omnibus Italiæ urbibus ſufficere queat, urbem rigat fluvius parvus *Olona* dictus, & ad eam ducta ſunt duo incilia, nempè incile Marteſanum, *il Navilio Marteſana* ad ortum, quo merces ex Addua fluvio, ſicque ex Lario lacu deducuntur; & incile Ticinellum, *il Navilio Teſinello*, quo copia fit omnium rerum ex Ticinio fluvio, & eo mediante ex Verbano lacu, ut pluries vidi, ſplendore ſuperbit ædificiorum, templorum magnitudine, & pulchritudine vicorum, cum Accademia Studiorum; Suburbia habens longa, lataque, altis foſſis non ſecus, ac urbs ipſa undique cincta, 325. mill. diſtat ab urbe Roma in occaſum æſtivum, & 165. à Venetiis in occaſum, Lugdunum versùs 230. & Taurinum 80. circiter. Patria fuit Vrbani III. Celeſtini IV. Pii IV. & Gregorii XIV. Summorum Pontificum, & in ea obiit Gallienus Imperator: hinc Mediolanenſes populi li Milaneſi vulgò, *les Milanois* Gallis, *los Milaneſe* Hiſpanis.

MELITA, inſula Africæ in mari Africo, inter Siciliam & Africam propriam Plinio, & aliis, quæ Melite Ciceroni, D. Pauli Apoſtoli naufragio celebris, *Malta* Italis *Malte* Gallis, *Malte adaſi* Turcis, ejus longitudo eſt 20. mill. latitudo 12. circuitus verò 60. circiter, diſtat 60. mill. à Pachyno promontorio Siciliæ in meridiem, 190. ab ora proximiori Africæ in ſeptentrionem, & ferè 500. leucis Gallicis à freto Herculeo in ortum, Syriam versùs 600. circiter, anteà ſuberat Regi Tunetano, ſed capta fuit à Rogerio Normanno Siciliæ Comite anno 1089. ejectis inde Saracenis, & poſteà ſemper paruit Siciliæ Regibus, uſq; dum conceſſa fuit Equitibus S. Joannis Hieroſolymitani, poſt omiſſam Rhodum, à Carolo V. Imperatore, anno 1530. eo intuitu, ut ſic Siciliam faciliùs contra Turcarum irruptiones tueretur, cum tantùm reciperet 41. Scutos annuos ex reditibus hujus inſulæ, teſte Sagredo, in ea erant tantùm urbs antiqua Melita, nunc *Melina* Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Panormitano, & Junonis Fanum, *Caſtello di S. Angelo*, nunc præterea ſunt Valletta, *la Valette*, urbs munitiſſima primum ædificari cæpta anno 1566. Burgus, *le Bourg*, & urbs S. Michaelis *Saint Michel*, ſeu *l'Iſle de la Sangle*, ſic dicta à Magno Magiſtro, qui eam inſulam fecit, foſſa manu ducta; fruſtra obſeſſa fuit à Turcis anno 1565. & ab ea trajectus inter ipſam ad meridiem, & Siciliam inſulam, & Pachynum promontorium dicitur, *il Canale di Malta*, vulgò, Populi Melitenſes, *gli Malteſi* Italis, & *les Maltois* Gallis vulgò dictis, & *Maltali* Turcis, hujus inſulę meminit Ovidius lib. 3. Faſtorum.

MESSANA, urbs Siciliæ inſulæ in Italia Plinio, Ciceroni, Livio, & aliis, quæ Meſſene Straboni, & Meſſena Ptolemæo, anteà Zancle dicta fuerat à falce Saturini, ut narrant, poſteà vocata Meſſana, à Meſſeniis populis Peloponneſi, ab Anaxilao Rheginorum Tyrranno Meſſenio evocatis, teſte Macrobio, nunc *Meſſina* vulgò incolis, *Meſſine* Gallis *Mecina* Hiſpanis, urbs eſt Archiepiſcopalis Siciliæ ampla, & altera præcipua, circuitus 5. mill. in valle, ſive provincia Demonæ, & in ora orientali inſulæ, portu gaudens valdè tuto, & circuitus 4. mill. ad fretum Mamertinum, eſtque emporium totius maris mediterranei celeberrimum propè Pelorum promontorium, & Carybdim, urbs ipſa eſt pulcherrima, publicis, privatiſque ædibus egregè cultis, cum Palatio Regio, & armamentario inſtructiſſimo, ſericarum veſtium textrinis valdè nobilitatur, quod in illius agro maxima ſit mororum copia, & hinc probatiſſima lana ſerica in multas Europæ partes mittitur; figuræ eſt oblongæ propter montes quibus premitur, ſuburbia quatuor habens ampla admodum & versùs oram valdè extenſa pagorum in morem, nempè *Zacra*, *S. Filippo*, *San Deo*, & *Porta Imperiale*, munita eſt 14. aggeribus à Carolo V. Imperatore excitatis anno 1535. et 4. caſtris, nempè *Mata-Grifoni* intra urbem, *il Caſtel Gonzaga*, et *il Caſtellazzo*, quæ ſunt extra urbem, et *San Salvatore* etiam extra urbem, ad eodem Carolo V. Imperatore munitum ad tutelam portus, et in lingua portus, quæ urbi conjungitur per brachium S. Raynerii, quod aliàs pratum S. Hiacynthi in lingua Phari dictum fuit quo clauditur portus; urbs verò ipſa vix 6. mill. diſtat ab ora Calabriæ ulterioris in occaſum, uti 12. à Rhegio Panormum versùs 150. circiter, et 12. à Peloro promontorio in meridiem, Catanam versùs 60. et in ea obiere Henricus VI. Imperator anno 1198. et Fridericus III. Siciliæ Rex anno 1377. Hæc urbs primaria à Rogerio Normanno, victis Saracenis recuperata anno 1060. Regibus poſteà Siciliæ paruit; maximis ſemper gaudens privilegiis, et regitur per Præfectum Strategum dictum, *il Stradigo* vulgò, ſed cum duris vexaretur ab Hiſpanis, hinc ultimis temporibus, ipſorum jugum excuſſit die 7. Julii 1674. et deinde pluries eorum impetus fortiter repulſit auxilio Francorum, tandem ſponte rediit ad Hiſpanos die 16. Martii 1678. et ipſis etiamnum ſubeſt; ab ea pendet tractus adjacens dictus Meſſanenſis diſtrictus; in quo ſunt 10. oppida et plurimi vici. Hinc populi Meſſanenſes dicti, olim etiam Mamertini, *li Meſſineſi*, vulgò ſibi et Italis, *les Meſſinois* Gallis, *los Mecineſes* Hiſpanis. Dicunt Meſſanenſes habere Epiſtolam B. M. Virginis ad ſe ſcriptam, et Antonellus Mamertinus primus fuit, qui colores oleo diluere docuit. Meſſanæ meminit inter alios Ovidius lib. 4. Metamorph.

METINA, et METHYMNA ALNABIA, quæ et Medina *Medina-t'Alnabi* ideſt civitas Prophetæ, urbs Arabiæ Petreæ ad fluvium *Laakir*, anteà Jatrib, ſeu Jatreb dicta, Jatrippa Stephano, et Latrippa Ptolemæo ſita, eſt in planitie, 30. mill. à mari rubro in ortum vicinos habens duos montes ad duas leucas, nempè *Ohod* ad ſeptentrionem, et *Air* ad meridiem, hic profugus à Mecenſis Mahumetes Pſeudo-Propheta amice receptus fuit, et per aliquot annos ſubſtitit, quibus falſæ religionis ſuæ doctrinam publicavit, et tandem cum aſſeclis arma cæpit; inclareſcente autem Mahumetis nomine, hæc urbs Civitas Prophetæ, et ſimpliciter *Medina* tamquam nomine proprio nuncupata fuit, vel quod hic primum Mahumetes, obtinuit Principatum, vel quod ibidem vita functus anno ſalutis 637. et tumulatus ad templi, quod urbis umbilicus eſt, orientale latus, teſte etiam Jacobo Gallio, cum aliis. Suburbium habet ſatis amplum, itinere 10. dierum, ſeu 200. mill. diſtans à Mecca in ſeptentrionem, et ejus portus ad mare rubrum *Jambi* dicitur.

MEXICUM, *Mexico* Hiſpanis, quaſi fons, *Tenuchtitlan* incolis ideſt fructus Petræ, *Mexique* Gallis, & *Meſſico* Italis urbs totius Americæ ampliſſima, cultiſſima, & præcipua, in America ſeptentrionali, regionis cognominis, & novæ Hiſpanię caput, ſedeſq; Proregis Hiſpani, cum ſupremo tribunali, vulgò *la Audiencia Real*, & Accademia erecta anno 1551. à Carolo V. & ſtabilita 1553. Archiepiſcopali etiam dignitate fulget, cui ſuffragantur Epiſcopi Angelopolis, Guaxacæ, Mechoacani, novæ Galliciæ, Chiapæ Nicaraguæ, Yucataniæ, Guatimalæ, Veræpacis, & Durangi ſive Novæ Biſcajæ uti & novi Mexici ab anno 1635. ſedet hæc urbs in ora lacus cognominis, eſtq; tota in planitie ampliſſima, & pro parte à lacu circundata. Extructa fuit anno 1322. ut narrant incolæ, ſive anno 902. ut credunt Hiſpani ex eorum Hiſtoriis, fuitque ſedes Regum Mexicanorum, & habebat Palatium Regium peramplum, atq; ſplendidum, *Tepac* vulgò dictum, cum plurimis templis, in quibus eminebat primarium, ſed incenſum fuit ab Hiſpanis cum maxima parte urbis, quando expugnata, & ferè deleta fuit ab ipſis poſt longam obſidionem, die Martis 13. Auguſti anno 1521. ſub Ferdinando *Cortz* eorum Duce, à quo poſteà de novo reſtaurata fuit, ſicque ab eo tempore ſubeſt dominio Regis Hiſpaniæ, cum tota regione, ejus Eccleſiæ ſunt pulcherrimæ, viæ latiſſimę, & omnes ęquales, ædificia publica ſuperbiſſima, cum aquæ ductu 3. mill. paſſ. nempè à *Chapultepeç* deducto, ſed pulcherrimo, & inter ædificia publica eminet Eccleſia Metropolina, Palatium regium, & Palatium Marchionis de Valle è Corteſia gente, habetque tres Parochias, ſed plurima utriuſq; ſexus Monaſteria, & de his omnibus pluribus ſcripſit Joannes de Turre Cremata in ſuo opere de Monarchia Indica, ſed urbs ipſa muris caret portis, et vallis nulla etiam habens tormenta bellica, & primùm ſede epiſcopali inſignita fuit anno 1527. à Clemente VII. & poſteà Archiepiſcopalis effecta anno 1547. à Paulo III. Pont. Max. eratque antea in loco humili, ita ut ſæpe aquis lacum malè haberetur, ſed nunc aggeribus contra ejus impetus ſatis tuta eſt, & aqua lacus tantiſper minuit, ex quo immenſo labore, & ſumptu alio deducta, intra montes ſe exonerat & ad hanc urbem aditus patet tantùm tribus viis ſive aggeribus oblongis, uno ad occaſum, ſecundo ad ſeptentrionem, & tertio oblongiori ad meridiem, ut pluribus ſcribit Thomas *Gage* Anglus, qui illas partes luſtravit, ſed peſſimè habita fuit hęc urbs aquarum lacus innundatione die 21, Septembris 1629. ex qua periere 40000. incolarum; nunc verò in dies reparatur, et in ea obiit die 2. Decembris 1547. Ferdinandus Corteſius anno ætatis 63, qui eam expugnarat, et omnem novam Hiſpaniam Hiſpanici juris fecerat; diſtat verò 80. leucis Hiſpanicis à Portu Veræ Crucis, et ab ora maris Borealis in occaſum, Guadalajaram versùs totidem, uti ab Accapulco ad mare Pacificum ſive Auſtrinum in ſeptentrionem, versùs Fanum S. Fidei novi Mexici 500. circiter, à Guatimala verò 300. leucis in occaſum æſtivum; hinc Mexicani populi *los Mexicanos* ſive etiam *los Mixicicos* Hiſpanis, *les Mexicains* Gallis, *li Meſſicani* Italis, et *The Meſsicans* Angl.

MOGOLIS IMPERIUM, *l' Empire du Grand Mogol*, Regio Aſiæ vaſtiſſima, ſeu potiùs Imperium peramplum, quod aliter India vera, ſeu ſuperior dicitur, *Indouſtan* incolis, et *l' Inde* aliis, in quo ſunt 35. Regna, ſive provinciæ amplæ ſub dominio Magni Mogolis; cujus termini ſunt ad occaſum Perſarum Regnum, à ſeptentrione Tartaria magna et Regnum Thibeti, ad ortum Coſminus fluvius quo ab India extra Gangem ſeparatur, et à meridie ſinus Gangeticus, et peninſula Indiæ intra Gangem. Ab Indo et Gange fluviis irrigatur; eſtq; regio fertilis admodum et perculta, opibus et divitiis maximis pollens cum plurimis emporiis, et in dies valdè extenditur, cum etiam à paucis annis major pars Regni Decani ſub ipſo cenſeatur, uti et pars Regni Solcondæ; ſed intra ipſius Imperii fines ſunt etiamnum multi Principes valdè potentes, *Raja* vulgò dicti, qui vix quicquam ab Imperatore pendent, ſeu tantùm fiduciario jure, ex quibus præcipui ſunt *Raja Rana*, *Raja Jeſsingue*, et *Raja Jeſſonſingue*, et ipſi ſperſępe magno Mogoli magnum negocium faceſcunt. Dividitur autem hoc Imperium ab exteris in plura regna, de quibus ſicut de ipſius urbibus vide fuſiùs in voce India orientales: ſed ab indigenis partitur in 20. Præfecturas generales, Soubac dictas, ſub quibus comprehenduntur quamplurimæ prẹfecturæ minores, vulgò *Serkars* vocatę ideſt Quæſturæ, ut pluribus narrat Franciſcus *Bernier* Gallus vir clariſſimus, qui in his partibus perplures annos eſt commoratus, et illam regionem exactè deſcripſit. Eius verò præcipuæ urbes ſunt Agra, *Agra* Imperii caput et ſedes regia, Dellium, *Decli* ſeu & meliùs *Jehan-Abad* ideſt Colonia Regis mundi, Lahorium *Lahor*, Amedebatum, *Amedebat*, Cambaja *Cambaja*, & Surata *Surate*; hinc Mogolus nomen gentis *Mogol* vulgò, qui & Indus *Indous* & *Indouſtani* etiam; ſed notandum quod hodiè in illis partibus vocantur Mogoli ii tantùm Aſiatici & incolæ qui albi ſunt coloris, & Indi qui ſunt aduſti coloris.

MONOMOTAPÆ IMPERIUM, *l'Empire de Monomotapa* ſive *le Monomotapa* Gallis, *Mana-Motapa* Luſitanis, regio ampla Africæ, & pars meridionalis Æthiopiæ, cujus termini ſunt ad ſeptentrionē Imperium Monumegium, ad occaſum & meridiem Cafreria, ſive ora Hottentotarum, & Inhambanum Regnum, ad ortum verò porrigitur uſque ad Oceanum Æthiopicum, ubi ejus pars versùs oram littoralem perſæpe ſub Cafreria orientali cenſetur, ab Europęis; ſed revera ab ea differt, & aliàs diviſum fuit hoc Imperium in tres partes, *Quiteve*, *Sabanda*, & *Chicanga* dicta, nunc autem magis protenditur, & ſub eo cenſentur 25. alia regna, quorum nomina ſunt *Mongas*, *Baroe*, *Manica*, *Boeſa*, *Macingo*, *Remo*, *Chique*, *Chiria*, *Chidima*, *Boquiza*, *Inahanzo*, *Ghiruvia*, *Condeſaca*, *Daburia*, *Maucrumbe*, *Munguſſi*, *Antuvaza*, *Ghove*, *Ch nque*, *Diza*, *Romba*, *Raſſini*, *Chirao*, *Mocaranga*, & *Remo de Beza*, ex quibus præcipua ſunt Regna *Mongas*, & *Mocaranga*, & ex hoc ultimo oriundus eſt præſens Imperator Monomotapæ, teſte Emanuele de Faria in tractu de Aſia Luſitanica ſed ex ſupradictis Regnis plura pendent ab ipſo jure feudi tantùm. Totius regionis præcipua urbs eſt Monomotapa *Monomotapa*, aliæ verò urbes ſeu oppida ſunt *Mougas*, *Zimbaos*, *Butua*, *Sena*, & *Tete*, quarum tantùm fit mentio in relationibus recentiorum, cùm raræ ſint urbes in illis partibus, & pauci admodum Europæi luſtrarint hanc regionem, quæ fertilis eſt valdè, et abundans, maximè in ejus parte ad ortum; ubi etiam plurimi ſunt auri, & argenti fodinæ, ideoque Luſitani hiſce ultimis temporibus colonias duxerunt versùs oram ejus littoralem ad fauces fluviorum Duamæ, & Zambezi ubi ora littoralis Imperii Monomotapæ extenditur ad 250. leucas; & in locis interioribus etiam aliquot arces extruxerunt versùs Aurifodinas.

MONS-FERRATUS, *ſive* Montisferrati Ducatus, *il Monferrato* incolis, *le Monferrat* Gallis provincia Italiæ, Ducatus titulo clara ab anno 1575. cujus termini ſunt ad ortum Ducatus Mediolanenſis, & ditio Genuenſis ex parte; ad ſeptentrionem agri Vercellenſis, & Bugellenſis, & Canapicium; ad occaſum Pedemontium ſtrictè ſumptum, & Comitatus Aſtenſis, ad meridiem verò Genuenſis ditio occidentalis, à qua ſeparatus Apennino monte; ſicque extenditur à ſeptentrione in Auſtrum, ubi olim pars Liguriæ mediterraneæ, ſed ab oriente in occidentem multùm reſtringitur plurimis in locis. Sic dicitur quaſi Mons ferax à modicorum ſcilicet quos habet collium feracitate, cum ſit provincia fertilis admodum & culta, ſub dominio Ducis Mantuæ cui obvenit anno 1535. ex Matrimonio Margaritæ uxoris Frederici I. Mantuæ Ducis, poſt obitum Bonifacii fratris Marchionis ultimi ex familia Peleologorum. Anteà magis extendebatur, cum ſub ipſa cenſerentur etiam pars Canapicii, & Langarum ſuperiorum tractus pars; ſed pace ad Claraſcum ſancita anno 1631. conceſſæ fuere Duci Sabaudiæ, una cum parte Montis Ferrati trans Padum; ſicque nunc dividitur bifariam; nempè in Montem-Ferratum propriè dictum, in quo maxima pars provinciæ ad ortum & meridiem, ſub Duce Mantuæ, in qua ſunt urbes Caſale, *Caſale*, quæ ejus primaria, Aquæ Staſeliæ, *Aequi*, & Nicea Palea, *Nizza* cognomento *de la Paglia*; & in Montem ferratum Pedemontanum, in qua minima pars provinciæ ad occaſum, & ſeptentrionem, ſub Duce Sabaudiæ, & in ea ſunt pars Canapicii, & tractus ad Padum, inter Auguſtam Taurinorum, & Verrucolam; pars minuta Montis-Ferrati trans-Padum, cujus caput Tridinum, & Albenſis ager, ſive pars tractus Langarum Superiorum in quo Alba, et ſub Monte-Ferrato comprehendebantur aliàs Valentia, et Baſſiniana ad Padum, quæ nunc ſunt in Ducatu Mediolanenſi uti mons Regalis in Pedemontio: hinc Mons-ferratenſis nomen gentis, *Monferrino* vulgò indigenis, *Monferrin* Gallis.

MONTES IGNOVOMII, plures ſunt in toto orbe præſertim, in America, ubi etiam Vulcani ab Hiſpanis, *los Volcanes* vulgò vocantur, quod ſint quaſi totidem officinæ Vulcani, ſive quod ad inſtar Vulcani Inſulæ quotidie ignes emittant, horum præcipui hactenus noti ſunt.

MONS ÆTNA, *il Mongibello*, in Sicilia inſula percelebris.

MONS ANONYMUS, *el Volcan ſin nombre*, etiam-

num

num ab Hiſpanis ſic dictus in parte meridionali Ciles intra montes, & ei adjacent duo alii montes ignivomi, quorum nomina hucuſque deſiderantur.

MONS ANTOCUS, *el Volcan d'Antoco*, in regno Ciles, & in limite Cujæ provinciæ.

MONS AREQUIPÆ, *el Volcan d'Arequipa*, in parte meridionali Peruæ Regni, propè Arequipam urbem.

MONS AUTONUS, *el Volcan d'Auton*, in Ciles Regno, & in provincia Chuchuita, intra montes Andes.

MONS BALALUANUS, *el monte Balalvano*, in Sumatra Inſula Indiæ.

MONS BENIGUAZEVALUS, *el monte Beniguazeval*, in Regno Fezzæ.

MONS CACUÆ, *el Volcan de Coca*, in Peruæ regno & in Valle cognomine.

MONS CHILLANUS, *el Volcan de Chillan*, in regno Ciles inter Cujam provinciam & Chillanum tractum.

MONS CHIMERA, *il monte di Gerante*, in Lycia provincia Aſiæ minoris.

MONS CHUANAUCUS, *el Volcan de Chuanauca*, in parte meridionali Ciles verſùs Ancudiam provinciam.

MONS COATANUS, *el Volcan de Coatan*, in nova Hiſpania, & Guatimala Præfectura, in tractu Yzalcorum.

MONS COCONUCORUM, *el Volcan de los Coconucos*, in regno Popajani, & ad fontes fluvii Magdalenæ.

MONS COPIAPUS, *el Volcan de Copiapo*, ad fontes fluvii cognominis in parte ſeptentrionali Regni Ciles, verſùs Peruam.

MONS COQUIMBUS, *el Volcan de Coquimbo*, in regno Ciles, & in tractu cognomine in limite Cujæ provinciæ.

MONS FAJALIS, *el Volcan de Ilha do Fayal*, in inſula cognomine una ex Accipitrum inſulis.

MONS GUATIMALÆ, *el Volcan de Guatimala*, in provincia cognomine novæ Hiſpaniæ & propè urbem S. Jacobi.

MONS GUMANAPUS, *el monte de Gumanapi*, in inſula Indiæ orientalis, propè Bendam inſulam in Molucis, unde ſæpe vocatur, *la Grenade de Banda* à Gallis.

MONS HECLA, *le mont Hecla*, in Iſlandia inſula.

MONS HUAPEUS, *el Volcan de Huape*, in Ciles regno, & in limite Quillatæ tractus verſùs Fanum S. Joannis de Confinio.

MONS JENISCEÆ, *le mont de Jeniſcey*, verſùs ortum fluvii cognominis in Tartaria Moſcovitica cum tribus aliis in ejus viciniis.

MONS JETCHUS, *el monte Jetchu*, in Niphonia regione Japoniæ, & in inſula cognomine.

MONS IGNIUM, *el Monte do Fuego*, in inſula parva cognomine, una ex Capitis Viridis inſulis.

MONS INSULÆ IGNIS, *el Volcan da Ilha da Fogo*, in ora Japoniæ & Xicocæ, ad ortum æſtivum propè Xaxumam.

MONS LIGUÆ, *el Volcan de Ligua*, propè fontes fluvii cognominis in regno Ciles, verſùs Fanum S. Joannis de Confinio.

MONS MAJONGUS, *el monte Majongo*, in Luzonia inſula Aſiæ in Philippinis.

NONS MASPA, *el Volcan de Maſpa*, in Peruæ regno & in provincia Quixorum.

MONS MONBACHIUS, *el Volcan de Monbacho*, in nova Hiſpania, & in Nicaragua provincia propè emiſſarium.

MONS NICARAGUÆ, *el Volcan de Nicaragua*, in provincia cognomine novæ Hiſpaniæ, & in Maſaya provincia, propè Legionem urbem, unde etiam vocatur, *el Volcan de Maſayatan* perſæpe.

MONS NOTUCUS, *el Volcan de Notuco*, in regno Ciles inter Purenam Vallem, & Pulcas populos.

MONS OSORNI, *el Volcan de Oſorno*, in Regno Ciles, inter tractus Oſorni, & Villæ divitis.

MONS PALMÆ INSULÆ, *el monte de la Palma*, in Canariis inſulis, atque in Oceano Atlantico.

MONS PASTORUM, *el Volcan de los Paſtos*, regno in Popajani, & in Paſtorum provincia.

MONS PETEROÆ, *el Volcan de Peteroa*, in Ciles regno ad fontes fluvii cognominis inter Cujam provinciam, & Vallem S. Jacobi.

MONS PINTÆ, *el Volcan de Pinta*, in Peruæ regno & in Quintoa provincia, propè Fanum S. Franciſci de Quito.

MONS POPOCATEPECUS, *el Volcan de Popocatepeque*, in nova Hiſpania & Mexicana provincia.

MONS POPOCHAMPEUS, *el Volcan de Popochampeque*, in Mexicana provincia novæ Hiſpaniæ.

MONS QUECHUCABUS, *el Volcan de Quechucabi*, in parte meridionali Regni Ciles propè Ancudiam tractum.

MONS QUIMBAJÆ, *el Volcan de Quimbaja*, unus ex Andibus, in Regno Popajani.

MONS RUBEUS, *le Montagne Rouge*, in Borbonia inſula Oceani Æthiopici.

MONS S. CRUCIS, *el Volcan de S. Cruz*, propè inſulam S. Crucis in mari pacifico, verſùs Terram Auſtralem S. Spiritus.

MONS S. CLEMENTIS, *el Volcan de San Clemente*, in parte meridionali Ciles, verſùs Magellanicam regionem.

MONS S. SALVATORIS, *el Volcan de S. Salvador*, in tractu cognomine novæ Hiſpaniæ, & in Guatimala provincia.

MONS SESARGA, *el Volcan de Seſarga* in Seſarga inſula una ex Salomonis inſulis.

MONS SINEPARAMA, *el monte de Sineparama*, in Japonia regione, & in Niphonia, propè Meacum.

MONS STRONGYLE, *il monte di Stomboli*, in inſula cognomine, una ex Liparæis, in mari Tyrrheno, propè Siciliam.

MONS TANDAJUS, *el Volcan de Tandaja*, in Tandaja inſula Philippinarum una, propè promontorium S. Spiritus.

MONS TERNATENSIS, *el Monte de Ternate*, in inſulam cognomine Molucarum una.

MONS THENERIFÆ, *el Pico de Thenerife*, in inſula cognomine, ex Canagiis, verſùs oram Africæ.

MONS TOCAYMA, *el Volcan de Tocayma*, propè urbem cognominem, in novo regno Granatenſi.

MONS TOLA, *el Monte Tola*, in Mauriciis inſulis Oceani indici, & in Archiepiſcopo Molucarum.

MONS VELIUS, *el Volcan de Velez*, in America meridionali, & in novo regno Granatenſi verſùs Veliam & Tuniam.

MONS VILLÆ DIVITIS, *el Volcan de Villaricca*, in Regno Ciles inter Vallem cognominem & Pulcas populos, & juxta lacum *Mallabaulquen* dictu.

MONS VULCANI INSULÆ, *il monte dell'Iſola Volcano*, in Liparæis inſulis, propè oram ſeptentrionalem Siciliæ, & in mari Tyrrheno.

MONS VULCANIÆ INSULÆ, *el Monte del Volcan* in inſula parva inter inſulas Tanaximam & Ycoum in ora meridionali Japoniæ, & Saicocæ Regionis.

MONS VULCANIÆ INSULÆ, *le mont de l'Isle de Vulcain* Gallis, Braudendenberg Belgis, ideſt mons ignis, in indico Oceano verſùs oram novæ Guineæ, cum tribus aliis montibus ignivomis in viciniis.

MONTES QUINQUE INSULARUM VULCANIARUM, *los montes de las cinco islas de los Volcanes*, in parte ſeptentrionali Latronum.

NAVARRA, & Navarræ Regnum, *la Navarra*, ſive *el Reyno de Navarra* Hiſpanis, *la Navarre* Gallis, Regnum Hiſpaniæ in ejus parte ſeptentrionali, ubi olim Vaſcones populi pro parte, terminatur ad ſeptentrionem Gallia, ad ortum & Meridiem Aragonia, & ad occaſum Caſtella Veteri; & dividitur in duas partes montibus Pyrenæis, nempè in ſuperiorem Navarram, quæ multo major, & trans montes, vulgò *la Navarra alta* incolis, *la haut Navarra* Gallis in ipſa Hiſpania; & in Navarram inferiorem, quæ minor, & cis montes, *la baſſe Navarre*, Gallis, *la Merindada de ultrapuertos* Hiſpanis, quæ Galliæ pars eſt, ſubeſtque Regi Francorum ut ejus legitimo Regi. Navarra autem ſuperior dividitur etiam in quinque diſtrictus, quos Majorinatus vocant, *Merindada* vulgò, ſuntque Majorinatus Pompelonenſis, *la Merindada de Pomplona*, Majorinatus Olitenſis, *la Merindada de Olite*, Majorinatus Sangoſſenſis, *la Merindada de Sangueſa*, Majorinatus Stellenſis, *la Merindada de Eſtella*, & Majorinatus Tutelenſis, *la Merendada de Tudella*, & Regni caput eſt Pompelon, *Pamplona*, ad Argam fluvium. Aliàs Navarra Reges habuit proprios per aliquot ſæcula, & uſque ad annum 1512. quo Ferdinandus V. Rex Aragoniæ Navarram ſuperiorem occupavit ſine cauſa, pulſo inde legitimo Rege Joanne Alebretio ipſius pronepote, nulla fretus Romani Pontificis auctoritate; quicquid dicant Hiſpani, teſte etiam Spondano

Viro

Viro doctiſſimo quod enim ſcribunt de quodam diplomate Julii II. fuit tantùm poſt illam uſurpationem, & ad ipſorum inſtantiam, ut videre eſt ex temporibus utriuſq; & ut pluribus probat Mezeræus Vir clariſſimus cum aliis, ſicque ab eo tempore Navarra ſuperior ſubeſt Regi Hiſpaniæ; inferior verò Franciæ pars eſt, ex quo Francico Sceptro conjuncta fuit per Henricum Magnum. Navarra Hiſpana tota ſiccior eſt, & in dies ſterilior evadit, & inculta; cum Navarra inferior ſive Francica ſatis rigua ſit, valdè populoſa, & culta. Navarræ regni partes erant etiam aliàs provinciæ adjacentes nempè Ipuſcoa, *la Guipuſcoa*, Alalta *el Alava*, Ruſconia, *la Rioja*, & Bureba *la Bureva*, ſed jam à multo tempore fuerant à Caſtellanis occupatæ; hinc dicti Navarræi populi, *les Navarrois* Gallis, *los Navarros* Hiſpanis, & *li Navarreſi* Italis.

NEAPOLIS, urbs Italiæ in Campania felicis Ciceroni, Plinio, Straboni, & aliis, ſic ab Auguſto dicta, cum prius Parthenope vocaretur, nunc vulgò *Napoli* incoli, *Naples* Gallis, & Anglis, *Napoles* Hiſpanis, *Anabolu* Turcis, & *Neapels* Germanis, urbs eſt ampliſſima, Regni Neapolitani, ab ea dicti caput, & provinciæ Terræ-Laboris vocatæ primaria, emporium celeberrimum, totiuſque Italiæ clariſſima, civium multitudine facilè omnes ſuperans, Archiepiſcopalis eſt, & ejus ager mirè riguus & fertilis, in planitie amœniſſima, portum habens percapacem, & ſatis tutum. Ejus Eccleſiæ ſuperbiſſimæ 110. numero, ex quibus 40. ſunt Parochiales ædificia publica ſunt pulcherrima, uti Palatium Regium, ubi nunc commoratur Prorex, viæ latæ, & æquales, plateæ verò plurimæ. Civitas dividitur in 29. partes *Ottine* dictas, habetque 7. ſuburbia perampla, & munitur quatuor arcibus, nempè Caſtro novo, *il Caſtello Novo*, à Rege Carolo I. Andegavenſi excitato, Caſtro Ovi, *il Caſtello dell' Ovo*, olim Caſtro Luculli, à Normanis munito, Caſtro S. Eraſmi, *il Caſtello S. Elmo*, à Carolo II. Rege munito, in monte arduo, ut pluries vidi, & Turri Carmelitarum, *il Torrione del Carmine* loco recens munito hiſce ultimis motibus anni 1648. propè plateam mercati, & his quatuor adjungitur in præſenti locus, *Pizzo Falcone* dictus, cum valido Hiſpanorum præſidio, & 125. mill. diſtat ab urbe Roma in ortum hybernum. Patria fuit Summorum Pontificum Bonifacii V. Urbani VI. Bonifacii IX. Joannis XXIII. & Pauli IV. Accademiam habens à Federico II. Imperatore erectam, & in ea nobiles Regni ſuas ſeſſiones habent 5. *i Seggi di Napoli* dictas; ab hac urbe ſinus adjacens olim Crater, dicitur nunc ſinus Neapolitanus, *il Golfo di Napoli*, eſtq; pars maris Thyrrheni. Populi autem Neapolitani, Plinio & aliis, nunc *li Napolitani* Italis, *les Napolitains* Gallis, *los Napolitanos* Hiſpanis, & *Anaboluli* Turcis.

NORMANNIA, *la Normande* incolis, *Normandy* Anglis, *Normandey* Germanis, *la Normandia* Hiſpanis, & Italis, provincia eſt ampla admodum Galliæ regni, & valdè fertilis, Ducatûs titulo inſignita, in qua aliàs pars Neuſtriæ comprehendebatur, & ubi olim Caletes, Velocaſſes, Aulerci, Eburovices, Lexovii, Seſſui, Biducaſſes, Unelli, & Abrincatui populi Galliæ Celticæ, ſic dicitur à Normannis populis ſeptentrionalibus, qui in ea conſedere, ſub Rollone Duce, tempore Caroli Simplicis Galliæ Regis, & terminatur à ſeptentrione mari Britannico, uti ab occidente, ab oriente autem Picardia, & Provincia inſula Franciæ dicta, & à meridie Pertico, et Genomanenſi provinciis, uti et tantiſper à Britannia minori. Extenditur ferè ad 66. leucas ab ortu in occaſum, nempè à limite Picardiæ ad oram Oceani versùs Cæſaream inſulam. Ejus autem latitudo à ſeptentrione in meridiem eſt 30. leucarum circiter; ſubeſtq; tota dominio Regis Francorum, et ejus præcipua urbs eſt Rothomagus, *Roven*; dividitur autem in 12. provincias parvas, ſeu tractus, ſed perſæpè reducuntur ad duo, nempè ad Normanniam ſuperiorem, *la haute Normandie*, quæ ad ortum, cujus caput Rothomagus, quæ et provinciæ primaria, et ad Normanniam inferiorem, *la baſſe Normandie* quæ ad occaſum extenditur, cujus caput eſt Cadomum, ex hac provincia pendent etiam inſulæ Cæſarea *Jerſey*, Sarnia *Garnſey*, Sarchia *Sarke*, Orignyacum *Origny*, Anglis *Aldernay*, et Ecreothia *Ecrehot*; ſed ſubſunt Regi Angliç ab aliquot ſæculis, hinc etiamnum Normanni populi *le Normans* vulgò Gallis, *li Normanni* Italis, *los Normannos* Hiſpanis; *the Normans* Ang.

NOVA FRANCIA, *la Nouvelle France* Regio ampliſſima Americæ ſeptentrionalis, quæ aliquandò etiam Canada vocatur, juxta fluvium magnum S. Laurentii longè latèque extenſa, inter ſinum Borealem, terras Arcticas & Laboratoris Terram ad ſeptentrionem & mare Boreale ad meridiem, & ortum, terminatur etiam à meridie Virginia, nova Eboracenſi provincia, & nova Anglia, quæ aliàs ipſius pars etiam erat, ſed ad occaſum nondum ejus limites benè noti ſunt, cum ex hac parte longiſſimè protendatur, ut in dies dignoſcitur, & dividitur in 2. partes fluvio S. Laurentii, nempè in ſeptentrionalem & meridionalem, ſubeſt verò dominio Francorum Regis à centum quinquanginta annis: Ejus partes ſunt Acadia provincia, Canada ſtrictè ſumpta; Saguenaja, Iroquiorum, Aglonquiorum, Huronum, & Ilinorum tractus, & plurimi populi in mediterraneis, uti etiam Terranova inſula ampliſſima ad ortum, inſula capitis Britonum, inſula Aſſumptionis atq; S. Joannis inſula, ut pluribus ſcribunt Abbas Galinæus Jolietus, & Radiſſonius Galli, qui illas partes perſæpe luſtrarunt diligenter. Ora autem novæ Franciæ maximè in ortum protenſa diſtat tantùm 830. leucis Gallicis à Portu Gratiæ in Normannia recto itinere, & totius regionis caput, & urbs primaria eſt Quebecum *Quebec* recens epiſcopalis facta; aliæ verò coloniæ præcipua & oppida ſunt Mons-Regalis *Mont-Royal*; Trifluvium, *les Trois Rivieres*; Arx Frontenaci, *le fort Frotenac*; Portus Regius *Port Royal*; Richeleum, *Richelieu* ſive *Saurel*, Caput, *le Cap.* & Chamiliacum *Cambly* cum Regio in dies cultior evadat, & à Francis magis inhabitetur; eſt autem tota valdè rigua cum plurimis fluviis, & lacubus maximis, ex quibus præcipui ſunt lacus ſuperior, *le lac ſuperieur*: lacus magnus Huronum, *le grande lac de Huron*: lacus Eriens, *le lac Eriè* lacus Ilinorum *le lae de Ilinois*; et lacus Frontenacus *le lac de Frontenac* de quibus fuſius ſupra: fluvii autem majores hujus regionis ſunt fluvius magnus S. Laurentii, *le fleuve de Saint Laurent* alios longè ſuperans: fluvius Huronum ſive Ottavacorum *la Riviere de Hurens*: fluvius Ohius, *la Riviere Ohic*; fluvius Meſſiſipius, *la Riviere de Meſsiſipi*; fluvius Francorum *la Riviere de Francois*; & fluvius divinæ, *la Riviere dicta Divine*, & de his pluribus ſuis in locis.

NOVA HISPANIA, *la Nueva Eſpanna* Hiſpanis, *la Novelle Eſpagne* Gallis, Regio ampla Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter Regnum Mexicanum dicitur à multis *el Mexico* Hiſpanis, ab ejus primaria urbe; ſed nova Hiſpania magis patet. Continet enim totum terræ ſpatium inter mare Boreale, & mare Auſtrinum comprehenſum à Terrafirma ſeu Iſthmo Panamæ ad ortum uſque ad novum Regnum Mexicanum, et Floridam ad occaſum; et ab indigenis vocatur *Anauhac*, ideſt propè Aquam. Dividitur ab Hiſpanis in 3. partes, quas vocant Juriſdictioues ſeu Præfectnras, *las Governaciones*. Quà media eſt, dicitur la Governacion de Mexico, ſub qua Hiſpania nova propriè ſumpta, in qua ſunt provinciæ Mexicana, Mechoacana, Tlaſcala, ſeu Guaſtacania, Guaxaca, Tabaſci, et Yucatania: ejuſque primaria urbs eſt Mexicum, *Mexico*, totius Americæ facilè caput. Præfectura novæ Hiſpaniæ in occaſum extenſa dicitur *la Governacion de Guadalajara*, cui ſubſunt hæ provinciæ nova Biſcaja, Culiacana, Zacatecæ, Chametlana, & Xaliſca, ſeu nova Galitia; ejuſque præcipua urbs Guadalaxara, *Guadalaiara*. Præfectura autem novæ Hiſpaniæ ſeu Juriſdictio versùs ortum dicitur, *la Governacion de Guatimala*, et ei ſubſunt provinciæ Soconuſca, Vera pax, Guatimala, Hondura, Nicaragua, Ora dives, et Veragua; totius verò juriſdictionis primaria urbs eſt Fanum S. Jacobi de Guatimala, *Guatimala*. Tota autum Nova Hiſpania cum tribus ejus præfecturis ſeu Juriſdictionibus ſubeſt Regi Hiſpaniæ à 160. annis circiter, ex quo ſubiugata fuit à Ferdinando Corteſio.

FINIS TOMI PRIMI.

NOVUM

LEXICON

GEOGRAPHICUM,

IN QUO

UNIVERSI ORBIS

OPPIDA, URBES, REGIONES, PROVINCIÆ, REGNA, EMPORIA, ACADEMIÆ, METROPOLES, FLUMINA, & MARIA antiquis & recentibus Nominibus appellata, ſuiſque diſtantiis deſcripta, recenſentur.

ILLUD PRIMUM IN LUCEM EDIDIT

PHILIPPUS FERRARIUS

Alexandrinus, totius Servorum Cœtus ſupremus Præſul, S. T. D. atque in Ticinenſi Academia Publicus Metaphyſices & Mathematices Profeſſor.

NUNC VERO

MICHAEL ANTONIUS BAUDRAND

Pariſinus, Prior Commendatarius de Roboribus, de Novo Mercato, & de Geſſenis,

hanc ultimam Editionem ita emendavit, illuſtravit, dimidiaque parte auctiorem fecit, ut NOVUM LEXICON jure optimo dicatur.

Acceſſerunt ſub finem DOMINICI MAGRI Melitenſis, Theologi Cathedr. Viterb. *&c.* APPENDICES *&* CORRECTIONES; *atque in has* M. A. BAUDRAND NOTÆ,

TOMUS SECUNDUS.

VENETIIS, MDCCXXXVIII.

Apud Homobonum Bettaninum.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

O

OÆNEUM, Onæum Ptolemæo, *Cideriſo*, teſte Nardo, oppidum Dalmatiæ maritimum apud Onæum promontorium, *Capo Sabioncello*, inter Peguntium & Chiſinum, ad Artatum fluvium, Labeatibus populis finitimum.

Oanus, *Fraſcolari* Fazello, & aliis, fluvius Siciliæ, per oram Auſtralem apud Camarinam urbem fluens, ab ea 10. mill. paſſ. diſtans in ortum. Eſt & oppidum Lydiæ, auctore Stephano, quod hodie non exſtat.

Oarus, fluvius Scythiæ Europææ in Mæoticam paludem influens.

Oaſis, urbs gemina Marmaricæ, in Ægypti confinio, magna, & parva, Avaſis nonnullis, Anaſis Straboni in medio ferè Libyæ interioris. Minor *Azagar*, teſte Barrio, major *Gademez*, teſte Zieglero. Oaſis magna abeſt à Thebis Ægypti itinere 7. dierum in occidentem, teſte Herodoto, qui ſcribit Samios eam urbem tenuiſſe. Populi Oeaſitę licèt alii codices aliter habeant. Oaſſis gemino *ſſ* ſcribitur libro Conciliorum. In has urbes ſontes potentiores deportari ſolebant.

¶ Oaſis magna, & quæ magis ad meridiem, nunc à quibuſdam *Alguechet* dicitur; Oaſis autem parva *Eleocath* ſeu *Eleochet*, quæ magis ad ſeptentrionem tendit, 90. mill. paſſ. à magna diſtans, et utraque in Barca regione, ſed hæc tantùm ex conjectura, teſte Nicolao Sanſone; ſuntq; loca in mediis Libyæ arenis tanquam in pelago inſulæ, quę aqua, et vino abundant, illicque habitantibus apta, quorum deſcriptionem apud Zozimum V. & ex Olympiodori excerptis pete.

Oaxes, fluvius Cretæ frigidiſſimus, Oaxum oppidum, teſte Herodoto, alluens, quod oppidum Oaxis, et Oaxia apud Varronem appellatur, ſicuti apud Vibium Sequeſtrum. Cujus nullum exſtat in Creta indicium Varro:

Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.

De Oaxe flumine Virgilius Egloga 1.

Pars Scythiam, aut Creta rapidum veniemus Oaxem.

¶ Obana, Aſſyriæ oppidulum, teſte Ptolemæo.

Obareni, populi Armeniæ majoris, ad Cyrum fluvium incolentes.

¶ Obdora, *Obdora*, regio Moſcoviæ ſeptentrionalis, juxta Oceanum Glacialem, inter Obium fluvium ad ortum & Petzoram tractum ad occa. Nullæ ſunt urbes in illo tractu, ſed tantùm aliquot arces parvi momenti, recenter à Moſchis extructæ in mediterraneis; ubi etiam populi Hugritshi, & Vogulici; et ejus pars Borealis versùs oram Oceani dicitur nova Friſia occidentalis, *nievv Vveſt Friſe* à Batavis.

Obeliſcus ſtructura eſt minor pyramide ex marmore, deorſum ſpecie quadrata, ſurſum verò in anguſtum verticem deſinens. Etſi is minùs ad Geographicum ſcopum ſpectat, libet tamen aliquos hic obeliſcos memorare. Quatuor legimus Aegypti Reges obeliſcos 480. cubitorum longitudine excitaſſe. Ramiſem verò Regem (qui, quo tempore Troja capta eſt, vixit) obeliſcum 40. cubitorum feciſſe ferunt, adhibitis in eo opere 2000. hominum, quem Cambyſes Rex Perſarum, cum ad Syenen urbem expugnandam proficiſceretur, admitatus, ignem, qui à militibus ad comburendum appoſitus erat, amoveri juſſit, teſte Herodoto. Phius Rex alterum 45. cubitorum excitavit. Neucoreus, filius Seſoſtris alium erexit cubitorum 50. Ptole. autem Rex Alexandriæ unum 88. cubitorum fieri curavit. Romæ plures erant aliundè advecti. Ex quibus adhuc manent duo erecti, unus in Vaticano, alter apud Lateranum, integri; alii fracti alibi conſpiciuntur.

¶ Oberbartavia, *Oberbartavv*, oppidum Curlandiæ, in Poloniæ regno, inter Dublinum, & Heligonam, oppida Curlandiæ Ducatus.

¶ Obiui, *Oby*, aliàs Carambucis, fluvius eſt Moſcoviæ ampliſſimus, qui è *Kitaysko* lacu exiens & à meridie in ſeptentrionem tendens, Europam ab Aſia ſeparat; et per Tartariam Moſcoviticam fluens, receptis Protaca, Sala, et Tobolia fluviis cum plurimis aliis ſex oſtiis in Oceanum Glacialem *Plin.*
ſe exonerat inter Obdoram, & Samoiedam provincias.

Oblogenes populi Cypri fuere, qui Romam Exagonum legatum miſerunt: ubi cum multa de herbarum viribus contra ſerpentes diſſeruiſſet; à Conſulibus volens in dolium ſerpentibus plenum miſſus eſt experiendi gratia, quem ſerpentes haud mordebant, atqui illum lingua demulcebant, teſte Plinio lib. 28. cap. 3. (* Alii codices legunt Ophiogenes.) *Ptol.*

Oboca, * *Liphey*, teſte Jovo, fluvius Hiberniæ, inter Manapiam & Eblanam, in mare contra Monam inſulam (ab oſtio ejus 40. milliaribus in ortum diſtantem) influens, apud Dublinum urbem, *Arcely* Moletio. (* *Liffy* Camdeno fluvius eſt, qui Dublinum alluit: Obocam verò magis ad Auſtrum ponit, apud *Arcklo*.)

¶ Oboca, fluvius Hiberniæ. Nunc *Doro* dicitur, eſtque in Lagenia regione. Oritur in Comitatu Dublinenſi, & deinde per Caterloghenſem labitur, ubi juxta Arcloam portum, et oppidum in mare Hibernicum ſe exonerat, *App.*
35. mill. paſſ. infra Dublinum in meridiem.

Obolcola, Obucola Ptolemæo, oppidum Hiſpaniæ Bęticæ, in Turdetanis, quod *Lora* nonnullis eſſe videtur, inter Hiſpalim 9. & Cordubam 13. leucis. Sed Obolcola apud Appianum oppidum eſt Luſitaniæ.

¶ Obolcola, ſeu Obulcula, oppidum Hiſpanię. Nunc quibuſdam eſt *Lora*, ad Bœtim fluvium, in Vandalitia provincia. Aliis autem eſt *Marchena*, oppidulum ejuſdem re- *Helm.*
gionis 5. leucis ab Aſtigi in occaſum, & 9. ab Hiſpali *& al.*
in ortum Urſonam versùs.

Obotritæ, ſive Obotriti, (utrumque enim legitur) populi Germaniæ, qui, teſte Krantzio, *Meckelburger* hodie dicuntur inter Holſatios ad occidentem. & Pomeranos ad ortum, (*propè Roſtochium*.)

¶ Obracum, *Obrach*, oppidum amplum Illyrici, in Servia regione, ad Drinum fluvium, ubi Saniaci ſedes. Subeſt dominio Turcarum, teſte Philippo à Via.

¶ Obrapa, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo. *Plin.*

Obrima, fluvius Phrygiæ magnæ, per Apameam urbem in Mæandrum influens.

Obrincus, Moſella Tacito, & Auſonio, fluvius ingens *Ptol.*
Galliæ Belgicæ, per Lotharingiam, & Trevirenſes in Rhenum ad Confluentes urbem influens. Vide Moſella.

Obris, Orobis Ptolemæo, *l'Orbe* Cluſio, et aliis, fluvius Galliæ Narbonenſis, ex agro Gavalitano per Biterenſem urbem, inter Narbonem & Agatham, in mare delabens:

Quicumque rapaces
Illiberimque Obrmique bibunt. *Strab.*

Bargæas libro 2. Syriados. *Plin.*

¶ Obris, fuvius Galliæ Narbonenſis, in Occitania pro- *Mel.*
vincia. Oritur ex ultimis Cemeniis montibus, vix 3. leucis à Luteva in occaſum & 10. ferè ab agro Cabalitano in au- *Ptol.*
ſtrum; deinde auctus aliquot aliis fluviis minoribus, per Occitaniam inferiorem fluens, ibi 2. leucis infra Bliterras in mare Mediterraneum ſe exonerat.

Obroatis Orabatis Ammiano, *Omara* Moletio, urbs Perſidis, mediterranea, proxima Taocæ, ac Corodnæ finitima,

nitima, quondam clara. Obroatis, in codicibus Græcis legitur, in latinis verò Orebatis Taocæ, ut priùs, *Amm.* nitima.

Obtricum, ſive Obtricenſe, oppidum ad Moſam, idem quod aliis Trajectum ſuperiùs, ſive ad Moſam, vulgò *Optryck*, ſive *Obtryck*. *Ob* enim & *Ober* vox apud Germanos ſuperiùs ſignificat. Vide Trajectum.

Obtricum, aliàs oppidum Eburonum, ad Moſam fluvium. Nunc vulgò *Maeſtricht* dicitur; eſtque urbs permunita, jam in ditione Hollandorum ab anno 1632. quo ab ipſis fortiter expugnata fuit; cum antea pareret Hiſpanis. Aliàs erat ditionis Leodienſis; ſed ab Epiſcopo conceſſa fuerat Carolo V. ut eam muniret. Vide Trajectum ad Moſam.

Obulco, quod & Pontificenſe Plinio dicitur, *Porcuna* ex veteri inſcriptione, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ *Ptol.* Bæticæ, in regno Granatenſi, ab Almeria urbe, 7. leucis *Plin.* Granatum versùs. Licèt Strabo illud 30. ſtadiis à Corduba diſtare ſcribat. Joannes Mariana etiam ſcribit Porcunam ſitam eſſe inter Cordubam, & Giennium. Quod ſi eſt ita, duo hujus nominis oppida ſint neceſse eſt.

¶ Obulco, urbs Hiſpaniæ Bæticæ. Nunc *Porcuna* dicitur; eſtque in Vandalitia provincia, inter Cordubam ad occaſum, & Giennium ad ortum; quanquam aliqui credant fuiſſe ad radices montium Marianorum. *Porcena* autem caſtrum regni Granatenſis. 7. leucis diſtat ab Almeria in Boream, Ilorcam versùs, & 30. ferè ab Obulcone in Eurum.

Ocalea oppidum fuit Bœotiæ mediterraneum, inter Haliartum, & Alalcomenas 30. ſtadiis, teſte Strabone, *Strab.* ab Homero memoratum.

¶ Occa, *Occa*, fluvius Moſcoviæ haud longè à finibus Tartarorum Precopenſium exoriens, & Vorotiniam, Collugam, Cerpachum, Corſiram, Columam, Rhezaniam, Cazigorodiam, & Murinam præterlapſus, curſu in arctum reflexo, auctuſque Moſcua, Cleſma aliiſque fluviis, in Volgam ſe exonerat propè & ſupra Novogardiam inferiorem.

¶ Oceani oſtium. Vide fretum Herculeum.

Oceanus, mare quod terras, hoc eſt, Aſiam, Europam & Africam extrinſecus alluit, à velocitate fluxus, teſte Solino, dictus, mare exterius Ptolemæo, mare externum Floro: variè nominatus pro locorum, ſeu regionum diverſitate.

¶ Oceanus, *l'Ocean*, ſeu etiam *la mer Oceane* Gallis, *el mar Oceano* Hiſpanis, *il mare Oceano* Italis, non ſolùm Europam, Aſiam, & Africam alluit, ſed etiam Americam utramque, ſeptentrionalem, & meridionalem, uti terras Arcticas, Antarcticas. Duplex eſt in America, nempè Borealis, vulgò *mer de Nort*, qui totius Americæ orientalem partem lavat; & Auſtralis, ſeu mare Auſtrinum, *mer du Sud*, quod aliter Pacificum, *mer* *Plin.* *Pacifique*, & Americæ occidentalem partem lavat; & *& al.* ſic dictum, quia primum ad auſtrum detectum fuit reſpectu maris Borealis. His duabus partibus Oceani novi Orbis addita fuit tertia, nempè mare Magellanicum, *mer Magellanique*, versùs fretum Magellanicum, & regionem cognominem. In Europa autem, Aſia, & Africa multiplex eſt, ſed præcipuè reducitur ad quatuor partes ampliſſimas, nempè ad Oceanum Septentrionalem, ſeu Glacialem, et Scythicum versùs Boream, ad Oceanum Eoum ſeu Indicum ad ortum, ad Oceanum Atlanticum in occaſum et tandem ad Oceanum Æthiopicum versùs meridiem. Sed de ejus partibus. Vide infra.

Æthiopicus. Vide mare Æthiopicum.

¶ Oceanus Æthiopicus, vulgò *Ocean Ethiopien* dictus, eſt versùs oram meridionalem Africæ.

Aquitanicus, inter oſtia Ligeris, & Pirenen, *mare de Guaſcogna*.

¶ Oceanus Aquitanicus, *Ocean Aquitanique*, dicitur etiam *mer de Gaſcogne*, extenditurq; versùs oram Aquitaniæ.

Arabicus (Vide mare Rubrum) *mare di Arabia*.

Atlanticus, (Vide mare Atlanticum) *mare d'Africa Occidentale*.

Oceanus Atlanticus vulgò dicitur *Ocean Occidental*, ſeu *Ocean Atlantique* Gallis, *mar Atlantico* Hiſpanis.

¶ Oceanus Auſtrinus, ſeu mare Auſtrinum, *mer du Sud*, dicitur aliter mare Pacificum, versùs partem occidentalem Americæ. Vide Auſtrinum & mare Pacificum.

Azanius. Vide mare Azanium.

Barbaricus, pars maris Æthiopici.

¶ Oceans Barbaricus, *mer de Zanguebar* pars eſt Æthiopici, versùs oram orientalem Africæ.

¶ Oceanus Borealis, ſeu mare Boreale, *mer de Nort*, versùs orientalem partem Americæ. Vide mare Boreali.

¶ Oceanus Braſilicus *mer de Breſil*, juxta Braſiliam regionem Americæ meridionalis. Vide mare Braſilicum.

Britannicus (Vide mare Britannicum) inter oſtia Rheni, et Sequanæ.

¶ Oceanus Britannicus, *le Manch* Gallis, *The British ſea* Anglis, *het Canael* Belgis, eſt inter fretum Gallicum & Gobeum promontorium, ſeu inter Galliam, & Angliam.

Caledonius (Vide mare Caledonium) quod Scotiam alluit.

Oceanus Caledonius, *The Deucalidon ſea* Anglis, *mer d'Eſcoſſe* Gallis, ſeu *Ocean Caledonien*, inter Scotiam et Islandiam.

¶ Oceanus Canadenſis, *mer de Canada* ſeu *de la nouvelle Francie*, juxta Canadam ſeu novam Franciam regionem Americæ ſeptentrionalis. Pars eſt maris Borealis.

Cantabricus, à Pyrene ad Nerium promontorium, *mare di Biſcaya*.

¶ Oceanus Cantabricus, *mer de Biſcaye* Gallis, partem Borealem Hiſpaniæ rigat.

Cronius, pars maris ſeptentrionalis.

Oceanus Cronius nunc *mer de Petzora* dicitur, ſeu *mer Glaciale* Gallis, *MourmansKoy more* Ruſſis.

Deucaledonius. Vide Caledonius; nam idem eſt.

Eous (Vide mare Eoum) *mare de la China*.

Oceanus Eous vulgò, *Ocean Oriental*, ſeu *mer de la Chine* dicitur, & Sinas alluit.

Gaditanus inter fretum Herculeum, & mare Atlanticum, *mare di Cadiz*.

¶ Oceanus Gaditanus veriùs eſt ſinus; diciturque ſinus Equarum, *Golfo de las Yeguas* Hiſpanis.

Gallicus. Vide Aquitanicus, quo paulò plùs patet, Aremoricos alluens.

¶ Oceanus Gallicus Galliam alluit ad occaſum, & *mer de France* dicitur.

Germanicus, inter oſtia Rheni, & promontorium Cimbrorum.

¶ Oceanus Germanicus, *Ocean Germanique* Gallis, *die Noort-zèe* Belgis, extenditur inter fretum Gallicum, et Rubeam promontorium.

Glacialis, pars maris Septentrionalis, Scandinaviam alluens, (*mer Glaciale* vulgò)

Heſperius, poſt Atlanticum, uſque ad frontem Africæ.

¶ Oceanus Heſperius, *mer de Guinèe*, eſt inter Atlanticum et partem occidentalem Oceani Aethiopici, cujus pars eſt.

Hybernicus, inter Hiberniam, et Britanniam, *mare d'Irlanda* Anglis.

¶ Oceanus Hibernicus *mer d'Irlande* Gallis, *The Irish ſea* Anglis dicitur, ſub quo Verginius Oceanus.

Hyperboreus, pars ſeptentrionalis inter Cronium et Scythicum.

¶ Oceanus Hyperboreus *mer de Petzora* et *de Moſcovie* dicitur, qui Sarmaticus aliis.

Indicus (vide mare Indicum) inter Rubrum, et Eoum.

¶ Oceanus Indicus *Ocean Indien*, ſeu *mer des Indes* Gallis, *Oceano de las Indias* Luſitanis. Indiam alluit, eſt, que pars Oceani Orientalis.

Libycus, idem Atlantico, et Heſperio, (*mer du Cap Verd* Gallis.)

¶ Oceanus Magellanicus, ſeu mare Magellanicum, *mer Magellanique*, versùs regionem cognominem et partem auſtralem Americæ meridionalis. Vide mare Magellanicum.

¶ Oceanus Mexicanus, ſeu mare Mexicanum, *Mer de Mexique*, versùs novam Hiſpaniam, regionem Americæ ſeptentrionalis. Vide Mexicanum mare.

Occiduus, *mare di Portugallo*, Hiſpaniam ad occaſum alluens.

¶ Oceanus Occiduus, ſeu Atlanticus *Ocean Occidental* dicitur, ſeu *Ocean Atlantique*, versùs oram occiduam, Africæ, et Europę. Ejus pars etiam *mer dr Portugal* vocatur.

¶ Oceanus Pacificus, ſeu mare Pacificum, *la mer pacifique*, ſeu *la mer de Sud* in America. Vide Oceanus Auſtrinus et mare Pacificum.

Perſicus. Vide Sinus Perſicus.

¶ Oceanus Perſicus, *mer de Perſe*, Perſiam alluit inter ſinum Perſicum et oſtia Indi fluvii.

¶ Oceanus Peruvianus, *mer du Perou*, juxta Peruviam regio-

regionem Americæ meridionalis. Pars eſt maris Auſtrini ſeu Pacifici.

Rubrum mare. Vide Oceanus Arabicus. (*mer d'Arabie.*)

Scythicus, pars ſeptentrionalis inter Hyperboreum, & Sericum.

¶ Oceanus Scythicus, *mer de Tartarie*, ſeu *des Kaimachites* nunc dicitur.

Septentrionalis, Scandinaviam, Sarmatiam, & Scythiam alluens.

¶ Oceanus Septentrionalis, *Ocean Septentrional*, in Boream extenditur ſupra Norvegiam, Moſcoviam, Tartariam, & novam Zemlam.

Sericus, inter Scythicum & Eoum, *mare del Catay*, (ſeu *de Jedzo.*)

Virginius, ſeu Verginius (vide mare Virginium) *mare d'Irlanda*, (Gallis *mer d'Irlande*. Pars eſt maris Hibernici.)

Oceani nomina alio ordine per circuitum:

Gaditanus, (*Golfo de las Yeguas.*)

Atlanticus, (*mer Atlantique.*)

Heſperius, (*mer de Guinèe.*)

Æthiopicus, (*mer d' Etiopie.*)

Barbaricus, (*mer de Zanguebar.*)

Arabicus, (*mer d' Arabie.*)

Perſicus, (*mer de Perſe.*)

Indicus, (*mer des Indes.*)

Eous, (*Ocean Oriental.*)

Sericus, (*mer de Jedzo.*)

Scythicus, (*mer de Tartarie.*)

Sarmaticus, (*mer de Moſcovie.*)

Hyperboreus, (*mer de Petzora.*)

Septentrionalis, (*Ocean Septentrional.*)

Glacialis, (*mer Glaciale.*)

Cronius, (idem Glaciali.)

Germanicus, (*mer d' Allemagne.*)

Caledonius, (*mer d' Eſcoſſe.*)

Virginius, (Vide Hibernicus,)

Hibernicus, (*mer d' Irlande.*)

Britannicus, (*le Manche.*)

Gallicus, (*mer de France.*)

Aquitanicus, (*mer de Gaſcogne.*)

Cantabricus, (*mer de Biſcaye.*)

Occiduus, (*Ocean Occidental*,) inde Gaditanus, unde inchoatum eſt.

Ocelenſes, qui & Lancienſes, populi Hiſpaniæ Luſitanicæ, quorum urbs Lancia. Vide ibi.

Ocelis, Ocila Plinio, Acila Straboni, *Xidem*, teſte Nigro, urbs & emporium Arabiæ felicis, ad ſinum Arabicum, à Mochura, ſive Meccha (ut hodie dicitur) 40. mill. paſſ. inter intimum ſinus Arabici receſſum 160. & Arſinoen, ſeu Poſidium ad fauces ejuſdem ſinus 195. leucis Hiſpanicis. Sed Rhamuſio eſt *Capo de Celi*, cui interpretationi nomen alludere videtur.

¶ Ocelis, urbs Arabiæ, ad fauces ſinus Arabici. Quibuſdam eſt *Zibit*, oppidum amplum in illo tractu. Aliis eſt Caſtellum Alherda dictum, 130. mill. paſſ. à *Zibit* in meridiem & 180. ab Adeno in occaſum, ſed longè à Meccha & à *Ziden* diſtat in occaſum.

Ocelli promontorium, *Kellnſey*, teſte Camdeno, promontorium Albionis, in ora Angliæ orientali, apud Abi fluvii oſtia, ubi Hulla portus, & emporium præcipuum. Sed aliis eſt *Capo Spronì*, Anglicè *Spurnhead*. (* Camdenus promontorium vocat *Holderneſs*, extremitatem ejus *Spurnhead*, *Kellnſey* verò viculum proximum.)

Ocellum, *Eſilles*, teſte Vigenereo, oppidum Alpinum Galliæ Narbonenſis, in confinio Taurinorum, apud montem Cineſium, ſeu Alpes Cottias, à Segiſio urbe Pedemontana 4. leucis. Aliis eſt *Oulx*, Italis *Ours*, pagus paulò remotior. Sed mihi videtur *Ocey*, pagus in finibus Sabaudiæ, inter Seguſium 22. & Maurianam urbem Sabaudiæ 8. mill. paſſ. à Scingomago 26.

¶ Ocelum, oppidum Brigantiorum, omnibus eſt *Exilles*, caſtrum probè munitum Galliæ, in Delphinatu, ad Alpes Cottias, ad Doriam fluvium, in ipſo limite Pedemontii, vix 6. mill. paſſ. à Seguſio in occaſum, uti 5. à Brigantio in ortum.

Ocelum, Ocellum Durii Antonino, Ocelis Appiano, *Fermoſel*, teſte Zurita, oppidum ſeu pagus hodie Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Arevacorum, ad Durium fluvium, inter Arandam ad ortum & Taurum ad occaſum, in Caſtella veteri. Non *Otero de Rey*, ut in Theſauro Ling. Lat. niſi de ſequenti intelligatur.

¶ Ocelum aliis eſt *Fermoſello*, caſtrum munitum, ad Durium fluvium, ubi recipit *Tormes* fluvium, in regno Legionis, *&* in ipſo limite Portugalliæ, 6. leucis infra Mirandam in Africum. *Ptol.*

Ocelum item (vel Ocellum) oppidum Hiſpaniæ, in Callaicis, mediterraneum, quod Moletius *Otero de Rey* indigitat, haud obſcurum, inter oppida Gallæciæ.

¶ Ocelum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis. Aliis eſt *Mondonedo*, urbs epiſcopalis Gallęciæ, quæ aliter Mindonia dicitur, 4. leucis ſupra caſtrum *Otero del Rey* in Boream diſtans.

Ocetis, inſula maris Caledonii, Scotiæ adjacens, apud Orcada promontorium, quæ *Hethy* Camdeno videtur, *Sandes* aliis, *Ranalſda* Ortelio ex Lhuydo. *Ptol.*

¶ Ocetis inſula eſt ad Boream Scotiæ, & inter Scotiam & Orcades inſulas, quarum pars eſt, nunc *Hoy*, ſeu *Hethy* quibuſdam, aliis autem *South Ranals*, propè Pictĭcum fretum.

¶ Ochamum, *Oukham*, oppidulum eſt Angliæ, Rutlandiæ Comit. caput, ad amnem *Guvash* dictum, 12. milliaribus Anglicis à Liceſtria in ortum Petroburgum versùs.

Oche, mons Eubœæ maximus, cum oppido cognomine, teſte Plinio, apud Caryſtum urbem. *Strab. Steph.*

¶ Ochia, *Ochio*, una ex quinque partibus Niphoniæ inſ. in Japonia, maximè ad ſeptentrionem, & orientem extenſa, in qua ſunt undecim provinciæ, Brietio teſte. Ejus primaria urbs eſt Jendum, *Jendo*, Japoniæ ſedes regia.

¶ Ochſenturtum, *Ochſenfurt*, oppidum Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum fluvium, in ditione Epiſcopi Herbipolitani, & 3. leucis ab Herbipoli in meridiem Rotenburgum versùs.

Ochus, *Obengir*, Caſtaldo & aliis, fluvius magnus Bactrianæ, ex Paropamiſo monte oriens, Oxoque fluvio congrediens, cum quo in Magiana regione Caſpium mare petit. De quo Pontanus lib. 5. Stell. *Strab. Plin. Ptol.*

Alluit, & ripis Ochus inſignitus opacis.

¶ Ochus, *Obengir*, fluvius, oritur in confinio Imperii magni Mogolis, deinde per provinc. Perſiæ, *Balch & Tochareſtan*, fluens, & rigatis Balchia, *&* Badhaſciano urbibus, uti & aliquot aliis in confinio Zagatajæ, *&* auctus Balcano fluvio, in Oxum ſe exonerat.

Ocinarus, *Savuto*, fluvius Brutiorum, in Calabria citeriori, in ſinum Terinæum influens. Vide Sabbatus. Aliis *Calibaco*, & *Calinico*, à Sabbato diverſus. *Lycop.*

Ocite, inſula parva Hiberniæ ad occaſum, quæ *Baz* incolis dici fertur. *Script. Brit.*

¶ Ocka, *Ocka*, fluvius Moſcoviæ. Vide Occa.

Ocra, mons Carnorum, pars Alpium Juliarum humillima, Carnos attingens. Fuit & oppidum Carnorum, ſeu Venetiæ; cujus meminit Plinius. *Strab. Ptol.*

Ocrea, *Ocre*, oppidum Umbriæ exciſum, cujus magna adhuc manent rudera apud Tiberim ex adverſo Galeſii, Ocriculo vicinum, minùs 2. mill. paſs. diſtans in auſtrum. *Ant.*

Ocriculum, Otriculum Livio, Tacito Ocriculi, Straboni *Otricoli*, oppidum Umbriæ, in Sabinorum confinio, in monte apud Tiberim, à Narnia 8. mill. paſſ. in auſtrum Romam versùs 34. diſtans, à Manliana urbe Sabinorum 4. olim urbs epiſcopalis. Populi Otriculani Plinio. De eo lib. 4. Itinerarii: *Ptol.*

Flaminia ergo via, & tumidis nos Milvius undis.
Pons capit, Ocriculum dum tendimus, & Spoletum,

¶ Ocriculum, *Otricoli*, oppidum ditionis Pontificiæ, inter Narniam ad Boream, & Civitatem Caſtellanam ad meridiem. Diſtat 28. milliar. à Roma in Boream, 3. mill. infra confluentes Naris in Tiberim fluvium. Sed Ocriculum antiquum erat in planitie juxta Tiberis ripam, ubi etiamnum teſtudines, *&* columnæ multaque alia antiquitatis veſtigia.

Ocrinum, quod & Damnonium Ptolemæo, *the Lands end* incolis, teſte * Camdeno, & noſtratibus *Capo di S. Juſtin*, promontorium Albionis in Cornubia regione, occidentaliſſimum. Antiveſtæo proximum, ubi oppidum S. Michaelis, ex quo *Capo di S. Michel* etiam nominatur, ab Exonia urbe 79. mill. in occaſum recedens (* Vide Damnonium.) *Ptol.*

¶ Ocrinum promontorium, ſeu Damnonium, teſtibus Camdeno, Speedo, & aliis, eſt *Lezard point*, promontorium Cornubiæ magis ad auſtrum porrectum, 8. mill. Anglicis ab Antiveſtæo ſeu Bolerio in Eurum, & 12. ab oppido, ſeu Monte S. Michaelis in meridiem.

Octapitarum, *S. Davids head* Camdeno, promonto- *Ptol.*

rium Albionis, in Wallia regione, maximè occiduum, ubi Menevia urbs epiſcopalis, quæ S. *Davids* dicitur à Londino 192. mill. in occaſum, à Mariduno regionis primaria 36.

Octapodes populi ſunt Scythiæ pauperrimi, qui cum nihil præterquam duos boves, & carpentum, ſive currum poſſiderent, rectè Octapodes dicti ſunt, quaſi octo pedum poſſeſſores.

¶ Octavianum, *Octaviano*, teſte Petro Ligorio, villa fuit Octavii Imper. ſub Veſuvio monte, 5. mill. paſſ. à Neapoli 7. ab urbe Nola, ubi etiam mortuus eſt,

Ptol. * Octaviolca, *Horduma* Moletio, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Cantabris, inter Flaviobrigam 6. & Viroveſcam 14. leucis in auſtrum Burgos versùs. Sed Hordunia urbs ab Horduno Rege ædificata traditur (* manuſcripto Seld. Oπςιxλα.)

¶ Octaviolca, ſeu, & meliùs, Ottaviolca, urbs Cantabrorum, versùs oram littoralem maris Cantabrici. Aliis eſt *Eſpinnoſa*, oppidulum Biſcaciæ in ipſo limite Aſturiæ, vix 2. leucis ab ora, & ferè 3. à Fano S. Andreæ in Africum, 9. à Loredo in occaſum, uti 12. ab Ordunia, et 9. circiter à fontibus Iberi in Boream.

¶ Octavum, Africæ propriæ urbs teſte D. Auguſtino.

Octodoram, ſeu Octodorus, *Martenach*, teſte Simlero, oppidum olim, nunc pagus Veragrorum, in Gallia Narbonenſi, apud Rhodanum fluvium, inter Allobroges, et Sedunos ad ortum, Agauno oppido finitimus, inde 12. mill. in ortum Sedunos versùs, ab Auguſta Prætoria 50. mill. paſſ. in Boream. In Theſauro Ling. Latinæ apud Alpes Cortias collocatur, cum potiùs apud Graias, et Pœninas ſit.

Cæſ. ¶ Octodurum, ſeu, & meliùs, Octodurus, *Martinach* incolis, *Martigny* Gallis, oppidum eſt Valleſiæ, in Helvetiis, cum arce, ad Rhodanum, 12. mill. paſſ. à Soduno in occaſum, & 8. ab Agauno in Eurum, uti 32. ab Auguſta Prætoria in Boream Bernam versùs.

Ptol. Octodurum, *Toro*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Durium fluvium, in Vaccæis, & regno Legionenſi, inter Valliſoletum 11. & Salmanticam in meridiem 13. leucis, à Zamora 5. in ortum. Aliis Sarabris eſſe putatur: (*quod rectius.*)

Plin. Octogeſa, *Mequinenza*, teſte Morali cum Mariana, & aliis, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Iberum fluvium, in regno Aragonio, ab Ilerda 5. leucis, ſeu 20. mill. paſs. à Cæſarauguſta 20. leucis in ortum, apud Sicoris cum Ibero confluentiam, Etoviſa Plinio, Etoviſſa Livio.

Ocula, *Aqula & Ochula*; oppidum Siciliæ apud Magellam, mill. paſſ. diſtans, à Catala Ieronis 6.

¶ Odagana, Arabiæ deſertæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Vet. Trad. Odera, *Oder*, flumen Germaniæ, ex Moravia oriens, et per Sileſiam, ac Marchiam, & Mechelburgiam, in mare Balticum fluens; olim Suevus, ut lib. 5. Itinerarii:

Hic Odera, à priſcis, qui nomina Suevus habebat,
Naſcitur, & *Codani præcipitatur aquis.*

Script. Germ. ¶ Odera, *l'Oder*, fluvius maximus Germaniæ. Oritur in Sileſia provincia juxta Oderam oppidulum, in ipſo confinio Moraviæ, deinde recipit Oppam fluvium, & rigat Ratiboriam, Vratiſlaviam, Glogaviam majorem, & Croſſam in Sileſia: hinc per Marchiam Brandeburgicam fluens, Francofurtum ad Oderam dictum rigat, uti Lebuſium, & Cuſtrinum, ubi Vvartam recipit; & tandem in Pomeraniam tendens, inibi infra Stetinum lacum efficit, *Das Groſſ Haff* dictum, ſeu lacum magnum, et duas inſulas Vſedomii & Vollini, et in mare Balticum ſe exonerat tribus oſtiis, *Pſin*, *Svvine*, & *Divvenovv* dictis. Dictus fuit ab antiquis Viadrus, ſeu Viader, et a quibuſdam Guttalus.

¶ Odera, *Oder*, oppidulum Germaniæ, in Sileſia provincia, & Ducatu Oppavienſi, in limite Moraviæ, ad fontes Oderæ fluvii, 4. mill. Germanicis ab Olomucio in ortum.

¶ Odera, *Oder*, amnis Galliæ in Britannia minori. Coriſopitum rigat, & deinde in Oceanum Aquitanicum labitur.

Strab. Plin. Steph. Odeſſus, urbs Myſiæ inferioris cum monte cognomine, ad Euxinum mare, inter Meſembriam, et Dionyſiopolim, ab ea 24. mill. paſſ. in meridiem, Marcianopolim versùs totidem, quæ *Varna* urbs epiſcopalis nonnullis eſſe putatur. Sed aliis *Varna* Dionyſiopolis eſt, aliis *Lemano*. Stephanus illam Almydeſſo proximam facit. Ejus meminit Ovid. lib. 1. Triſtium elegia 9.

Inde Miſembriacos portus, & Odeſſon, & arces.

Incolæ Odeſſitæ, & adiect. Odeſseus, a um.

¶ Odiaa, *Odiaa*, ſeu et *Siam*, urbs ampla Indiæ ulterioris, et emporium celebre regni Siami caput, & ſedes regia, quæ etiam à nonnullis dicitur Judia. Sedet juxta Menanum fluvium, & 30. leucis Gallicis circiter diſtat ab ora littorali maris Indici in Boream. Vide Judia.

¶ Odia, maris Ægæi inſula, teſte Plinio.

¶ Odmana, Palmyrenæ urbs, Ptolemæo teſte.

Odomanti populi fuerunt Thraciæ, quorum meminit Thucydides lib. 2. A quibus nomen gentis Odomanticus.

Odryſa, & Odryſia urbs fuit Odryſarum, de quibus Strabo lib. 17. Odryſios eos vocans. Nomen gentis Odryſites ab urbe. *Stepe.*

Odryſæ, populi Thraciæ, circa Hebrum fluvium, teſte Solino, incolentes, et, teſte Metaphraſte, juxta Hebrum, & Hadrianopolim urbem. Thucydides verò illos locat inter Abderam & Iſtrum, ab eo itinere 11. dierum diſtantes Laonicus eos Moldavienſes eſse putat. Odryſa urbs. Odryſus, a, um. Claudianus gigantomach.

Odryſios impellit equos, quibus ille Gelonos, *Vet. Inſ.*
Sive Getas turbare ſolet.

Oducia, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalitia quod morali *Lora* eſt ex veteri inſcriptione, vel juxta illam erat.

Odyſſia, Ediſſa Ciceroni, Vlyſſis portus Plinio, *Capo Marzo*, teſte Fazello, portus & promontorium Siciliæ, in Auſtrali ora, apud Pachynum, ultra Motyam urbem deletam, inter Pachynum ad ortum 16. & Camerinam ad occaſum 22. mill. paſſ.

¶ Odyſſia, ſeu Odiſſea, portus Siciliæ. Nunc dicitur *porto di Palo*, cum promontorio cognomine, teſte Magino; eſtque in valle Neetina, & 8. milliaribus à Pachyno promontorio in occaſum Camarinam versùs. *Ptol.*

* Odyſſus, Odeſſus Straboni. Vide Odeſsus.

(* Oδιϭο; in Seldeni manuſcripto.)

Oea oppidum ſeu pagus Theræ inſulæ. Fuit & urbs Africæ, una ex illis quæ, teſte Solino, favebant Romanis.

¶ Oea, urbs Africæ, in Tripolitana regione. Nunc *Tripoli* dicitur; eſtque urbs ampla & munita, regni Tripolitani cuput, cum portu in ora maris Mediterranei, teſte Sanſone. Vide Tripolis.

Oeagrius, (Vide Hebrus) fluvius Thraciæ. Virgilius libro 4. Georgicorum: *Diod. Ptol.*

Gurgite cum medio portans Oegrius Hebrus.

Sic cognominatur Hebrus ab Oeagro Orphæi patre, vel ab Oeagro fluviolo Thraciæ, à quo initum ſumit Hebrus.

Oeanthe, Oeanthia Pauſaniæ & Melæ, oppidum Achajæ in finibus Locrorum Ozolorum, in ora ſinus Corinthiaci ex adverſo AEgiræ oppidi Peloponneſi. Oeanthia apud Ellanicum, teſte Stephano. Nomen gentis Oeantheus, & Oeanthius. *Virg.*

* Oeaſo, Eaſon Melæ, Olarſo Plinio, Iaſon Martiano, Orſona Appiano, Idanus Straboni, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Oceani Cantabrici, in Guipuſcua regione cum oppido exciſo, *Aiſo*, teſtibus Stephano, Garibæo, Cluſio, & Aria Montano, à Fonte Rapido oppido 2. leucis in occaſum. Olarſo verò *Oiarzo*, nunc. Vide ibi (* *Ojaſsa* in manuſcripto Seldeni.)

¶ Oeaſo, promontorium Vaſconum, in ora maris Cantabrici, et in ipſo limite Aquitaniæ. Nunc a multis *Cap de Fontarabie* dicitur, ſeu, & meliùs, *le Figuer*, iuxta oſtia Bidaſoæ fluvii, in Guipuſcoa provincia, & propè Fontem-Rapidum. Oeaſo autem urbs, ſeu Oeaſopolis, nunc diruta, *Oiarcon* dicitur; eſtq; tantùm pagus ad amnem *Leco*, in valle, 2. leucis à Fonte-Rapido in Africum, & totidem à Fano S. Sebaſtiani in ortum, ad radice Pyrenæorum. Sunt tamen multi qui credant Oeaſonem eſſe Fontem Rapidum, & Olarſonem nunc *Oiarcon* dici, quod pluribus probant.

Oeaſapolis, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Eaſonem promontorium, Ortelio eſt *Fuenterabia*, oppidum & arx apud Pyrenen, in Galliæ Aquitanicæ confinio à Bajona urbe Aquitanica 6. leucis in occaſum recedens. Aliis eſt *S. Sebaſtian*, oppidum ejuſdem oræ, à Fonte Rapido 5. leucis in occaſum. Sed apud Ptolemæum Oeaſo, non Oeaſpolis; legitur, ut ab Ortelio Moletium ſecuto citatur.

¶ Oeaſopolis ſeu Oeaſo nova, nunc Fons-Rapidus, *Fuenteravia* incolis, *Fontarabie* Gallis urbs eſt parva ſed permunita, cum arce in ora maris Cantabrici juxta Oeaſonem promontorium & oſtia Bidaſſoæ fluvii, in ipſo con-

conſinio Galliæ. Crevit ex ruinis Oeaſonis urbis antiquæ. Vide Fons Rapidus.

Oebalia, arx Tarentina, & ipſum Tarentum nominatur à Poetis, ab Oebalo conditore, de quo Virgilius libro 7. Æneidos:

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis,
Oebale.

Hinc Oebalius, nomen gentis. Virgilius libro 4. Georgicorum:

Namque ſub Oebaliæ memini me turribus altis.

¶ Oecalicæ, Æthiopiæ populi, circa quos Nili fons eſt, teſte Plinio.

Oechalia, oppidum multiplex: in Theſſalia Straboni, quod & Trachinia; in Meſſenia, teſte Pauſania, in Arcadia & Eubœa, teſte Strabone, Plinio, & Mela; & in Æolia, teſte Strabone. Quorum hodie nullum exſtat indicium. Ovidius libro 9. Metamorphoſeon:

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Iovi.

Oechalia tamen Eubœæ eadem eſt Chalcidi, teſte Plinio. Oechalia item urbs fuit Laconiæ, ab Oechaleo flumine eam præterfluente, apud Pauſaniam & Stephanum.

¶ Ochardus, Sericæ regionis fluvius eſt, teſte Ptolemæo. Marius Niger eum *Tartar* nomen habere ſcribit. Oechardę etiam gens ibidem eidem Ptolemæo, quos Chardos vocat Ammianus.

Oecus urbs fuit Cariæ, cujus nomen gentis eſt Oecuſius; ut urbs Oecuſia; & incolæ Oecuſii dicti ſunt.

¶ Oedana, unus ex fluviis qui in Gangem influunt, teſte Strabone.

¶ Oedantium, Illyridis oppidum, teſte Stephano.

Oedimus, ſinus maris AEgæi circa Doridem, inter Gnidum & Lorymam, teſte Conſtantino Porphyrogenneta.

Oedipodia, fons Thebarum, in Bœotia, mirabilis. De quo vide Plutarchum in opuſculis.

Oelandia, *Oeland*, inſula Sveciæ, in mari Baltico, Smalandiæ provinciæ adiacens è regione Calmariæ. Ibi oppida præcipua BorKolmia, *BorKholm*, & Oſtenbua, *Ooſtenby*, in ora occidentali inſulæ. Extenditur autem ad 70. mil. à ſeptentrione in meridiem, & à Smalandia ſeparatur freto Calmariæ, *Calmarſund* dicto.

Oemphyle, mons Dyrrachio in Macedonia imminens: de quo apud ſcriptores veteres nil legimus; ſolus Vibius Sequeſter meminit.

Oena urbs fuit Etruriæ, in cujus medio altiſſimus erat collis ad 3. ſtadia, ubi aquæ in ſuprema parte, & ſylva; de qua Ariſtoteles in lib. de admirand. auſcultat. Incolæ Oenatæ. Oene verò urbs erat Argiæ, de qua Hecatæus libro 1. hiſtoriæ, Oenoe apud Oeum.

¶ Oena, fluvii nomen in Aſſyria, inter quem & Tigrim Adiabenam regionem eſſe comprehenſam, Ammianus ſcribit.

¶ Oenæum, oppidum Aſiæ minoris circa Paphlagoniam, Nicetæ & Glyca.

Oenanthia, *S. Sofia* Mercatori, Moletio, & aliis oppidum Sarmatiæ Aſianæ, in ora maris Euxini, inter Ampſalim ad occaſum & Fortia Mœnia ad ort.

¶ Oenanthia, AEtoliæ urbs maritima, teſte Polybio, inter Acarnaniorum, & AEtoliorum fines.

¶ Oene, Argiæ urbs, in Peloponneſo, teſte Stephano.

Oeneus, (diſſyllabum) *Tarſia* Nigro & Moletio flumen Liburniæ, inter Tarſaticam & Velcetam in mare Hadriaticum labens. Populi Oenei Plinio, qui juxtà incolunt.

¶ Oeneus, ſeu Oenus, fluvius eſt parvus Illyrici nunc *Fiume di Carnero* dictus. Oritur ex montibus *della vena* dictis in Carniola deinde Croatiam ab Iſtria ſeparans, in mare Adriaticum, ſeu meliùs in ſinum Carnarium ſe exonerat juxta Vitopolim.

Oeniadæ, quod et Eruſiche, Oeneas verò ejus territ. AEniadæ Livio, *Dragameſto* Sophiano, oppidum Epiri, in finibus Acarnanum, apud oram, et oſtia Acheloi fluminis. De quo Silius libro 15.

Oeneaſque domos, Curetica tecta ſubibat.

Altera fuit Theſſaliæ apud Oetam montem ejuſdem nominis urbs, teſte Stephano.

Oeniochi, populi Sarmatiæ Aſianæ. Vide Heniochi.

¶ Oenion, Locridis in Ozoliis portus, teſte Stephano.

Oenipons, *Oetingen*, teſte Simlero, cum Lazio, oppidum Norici ad Oenum fluvium, in Bavaria, medium ferè inter Salisburgum et Landshutum 8. leucis. Dicitur et Pontes Oeni Antonino.

¶ Oenipons, oppidum eſt Vindeliciæ aliis, quod Sanſo & Cluverius putant eſſe vicum *Altem Hohenauv* dictum, in Bavaria ſuperiori, vix una leuca à Vaſſerburgo 5. ſupra Oetingam diſtans, & 6. à Monachio in ortum Salisburgum versùs.

Oenipons alter, ſive Æni pons, *Inſpruck*, urbs Rhætiæ In Norici & Vindeliciæ conſinio, ad Oenum flumen, Comitatus Tyrolenſis caput, & Principis ſedes, inter Tridentum ad auſtrum 23. & Monachium in Boream 16. leucis quot à Salisburgo in Africum. De eo in libro 4. Itinerarii Germanici: *Ant.*

Atque Tirolenſis fulgentes præſulis arces
Oenipontis habet, qua non ignobile nomen,
Vrbs ſemper nebulis, & iniquis horrida nimbis.

¶ Oenipons, *Inſpruck*, urbs eſt Germaniæ ſatis culta, ad Oenum, cum arce ſplendida, ubi aliàs Principis ſedes. Nunc autem ſubeſt dominio Imperatoris è gente Auſtriaca. 20. milliar. Germanicis diſtat à Salisburgo, & 18. à Tridento; eſtque ad radices Alpium Tridentinarum. Sunt qui credunt Veldidenam dictam fuiſſe antiquitus. *Liv.*

Oenoanda, Oeneanda Ptolemæo, urbs Lyciæ mediterranea, quæ Oenoandros Straboni dicitur, inter Myram metropolim & Balburam, una ex tribus Cabaliæ regionis, quæ ſunt Oenoanda, Balbura, & Bubon; quibus Plinius addit Telmeſsum. *Plin. & al.*

¶ Oenoanda aliis urbs Carbaliæ, in Lycia, ad radices montis Tauri. 70. mill. paſſ. diſtat à Myra in Boream, uti 15. à Balbura, 30. à Bubone in ortum, & paulò ampliùs à Cobyra.

Oenoe, quæ & Ephira, teſte Strabone, oppidum Elidis, in Peloponneſo, ad Selleentem fluvium. Eſt & oppidum Icariæ inſulæ, teſte Strabone, & oppidum Atticæ Thucydidi & Ptolemæo, in Bœotiæ confinio, apud Iſthmum, *Oenoa* adhuc vulgò. Eſt & Oenoe Ptolemæo oppidum Laconicæ inter Bitylam & Gereniam, vulgò *Cidariſo*. Oenoe Atticæ apud torrentem ſita eſt, qui pluviis intumeſcens, magna vi aquarum campos ita vaſtat fiſſuris, ut agricolationem omnem perdat terræmotibus. Vnde natum eſt adagium, *Oenoe Charadram*, in eos qui ſibi malum creant, ſicut Oenoe, cum charadram, hoc eſt, fiſſuram efficit. *Strab.*

Oenoe, oppidum fuit Atticæ, in confinio Bæotiæ, inter Thebas ad Boream, & Athenas ad meridiem, ferè medium, ſed 35. mill. paſſ. ab Iſthmo Peloponneſiaco diſtans in ſeptentrionem. Nunc ferè in ruinis jacet.

¶ Oenoe, oppidum in Icaria inſula maris Ægæi, teſte Strabone, uti & Stephano, qui tunc duarum Icariæ inſulæ urbium unam fecit.

Oenoeus, fluvius Ætoliæ, contra Echinadas inſulas influens: idem, ut videtur, cum Eveno. *Ovid.*

Oenon, portus Locridis ad ſinum Corinthiacum: cujus meminit Thucydides libro 3. *Liv.*

¶ Oenoparas, fluvius Syriæ, versùs Antiochiam, teſte Strabone.

¶ Oenophyta, Bœtiæ urbs Thucydidi. Myronidem Bæotes hic ſuperaſſe ſcribit Plutarchus.

Oenopia, inſula, ſic ab Oenope dicta, poſteà Ægina, à matre Æaci. Vide Ægina. *Ovid.*

¶ Oenoſtadium, *Inſtat*, urbs Germaniæ, ſeu potiùs pars urbis Paſſaviæ, juxta, & infra confluentes Oeni fluvii in Danubium, ex adverſo Paſſaviæ.

Oenotri, populi Italiæ, tractum illius inter Peſtum & Tarentum incolentes, quorum regio Oenotria, partem Lucaniæ, Brutiorum, & magnæ Græciæ complectens, apud Strabonem minùs patens. Nomen habet à vino, quod ibi generoſum provenit; vel ab Oenotro Sabinorum Rege. Hinc Oenotrius nomen gentis. Virgilius libro 7. Æneidos: *Ovid. & al.*

Hinc Itala gentes, omniſque Oenotria tellus.

Pro Italia quandoque accepta. Virgilius libro 1. Æneidos:

Oenotrii coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixiſſe Ducis de nomine gentem.

Oenotrides, quæ & Oenotriæ Plinio, inſulæ maris Tyrrheni, ante Veliam urbem Lucaniæ in ora exciſam: quarum una Pontia, *Ponza*, altera Legia, quæ & Iſcia Plinio, *Iſchia* vulgò. *Strab.*

Oenus, flumen Laconicæ, juxta Spartam urbem fluens.

Oenus, Ænus Ptolemæo, *Ins* vel *Inne*, fluvius Germaniæ, Rhætos, in quibus oritur, Vindelicos, & Noricos, quos à Vindelicis ſeparat, alluens, ac inter Bavariam, & Comitatum Tyrolenſem, ac inter eundem Bavariæ Ducatum & tractum Salisburgenſem fluens, Danubio ad Pataviam urbem exceptus. *Liv. Tacit.*

¶ Oenus fluvius, *Inn*, oritur ex monte *Bernina*, uno ex Alpibus, ex duplici fonte, in Rhætia propria & in confinio vallis Tellinæ;deinde in ſeptentrionem tendens,per Comitatum Tyrolenſem labitur ad Oenipontem Hallam,& oppida *Schvvatz & Kuffſtain*: hinc per Bavariam fluens, Roſenhæmum, Hagam, & Braunam rigat, tandemque auctus Achſa, Saltza, Rota, aliiſque fluviis minoribus Danubio miſcetur.

Plin. Oenuſſa, inſula duplex maris Ægæi; una inter Tenedum & Samum; alia minor apud Chium.

Plin. Oenuſſæ,Oenuſæ Pauſaniæ, inſulæ parvæ tres Peloponneſi, ante Acritam promontorium, teſte Pauſania, ſed, teſte Plinio, ante Meſſenen, Oenuſa Melæ, & Theganuſa, contra Acritam, *Sapienza* Sophiano. Sed hæc Sphargia aliis dicitur. Hinc Oenuſius, ſive Oenuſſius nomen gentis Oenuſa inſula Chio proxima.

Pauſ. Oerya, inſula Bæotiæ, in agro Plateenſi, quam Aſopus fluvius efficit, unà cum Gargaphia fonte.

Oeſcus, *Budini*, ſeu *Bydini*, Lazio, oppidum Myſiæ inferioris, in Triballis, cum fluvio cognomine, ex Rhodope monte, ſeu veriùs ex Hæmo, qui Cius videtur Plin. & al. Herodoto. Sed Nigro eſt *Blida*, oppidum ultra Rhætiariam 7. mill. paſſ.

¶ Oeſia, *l'Oiſe*, fluvius Galliæ. Oritur in Picardia provincia, in ipſo confinio Hannoniæ & Campaniæ; deinde Guiſiam, Faram, & Calniacum rigat; hinc propè Noviodunum fluens, Axonam recipit ſupra Compendium urbem provinciæ Inſulæ Franciæ. Tandem rigatis Ponte S. Maxentiæ, Bellomontio, & Ponte ad Oeſiam dicto, paulò infra in Sequanam fluvium ſe exonerat, 6. leucis infra Lutetiam Rothomagum versùs.

Ptol. Oeſporis, oppidum Africæ mediterraneum, *Sibaca*, hodie, teſte Marmolio.

¶ Oeſtrymnis promontorium, Oeſtrymnis ſinus, & in eo Oeſtrymnides inſulæ, circa Hiſpaniam, in mari Atlantico, forſan nunc Artabrum promontorium Gallæciæ, teſte Ortelio.

Thucy. Ptol. Oeſyma, *Cavalla*, ex tabulis recentibus, urbs Macedoniæ, inter Arethuſam ad occaſum & Neapolim ad ortum proximas urbes, non longè ab oſtio Strymonis fluvii.

Plin. Pauſ. & al. Oeta, *Monte Bunina* Sophiano, mons Theſſaliæ, in Doridis confinio, in ſinum Maliacum, qui & Oetæus,deſinens: ubi oppidum Oetæa, teſte Stephano. Populi Oetæi Thucydidi, in Trachinia regione. Oppidum verò Oetes Diodoro, & Trachis Straboni. In eo Hercules ſeipſum vivum combuſſit. Hinc Oetæus nomen gentis. Hic helleborum optimum, teſte Plinio, provenit, quod & in Helicone monte Bœotiæ. De eo Ovidius libro 9. Metamorphoſeon:

Implevitque ſuis nemoroſam vocibus Oetam.

Oeta mons longitudine maximè patet, incipit enim à Leucade in Epiro, & deſinit in ſinum Maliacum ad Thermopylas, inter Parnaſum & Pindum extenſus. Adeò mons hic excelſus eſt, ut ſtellæ occidere ſicuti naſci in Ida videantur. Vnde Virgilius ait ecloga 8.

-tibi deſerit Hiſperus Oetam

Oetæus genius, apud Diogenem proverbialiter uſurpatur contra feroces, & arrogantes, contra quos dæmon Oetæus inſurgens eos miris malis afficiebat: ſenſu profertur, quo *Temeſæus genius*, cum ferocibus & arrogantibus minari volumus.

¶ Oeta, nunc *Banina*, mons Theſſaliæ aſperrimus, in limite Phocidis, cuius extrema ad ortum Thermopylæ nominantur. In eo locus Pyra dictus, in quo ſe combuſſit Hercules. Ei connectuntur ab auctoribus Corax, Othris & Calidromus, eſtque inter Pindum ad Boream, & Parnaſſum ad meridiem: ſed longè incipit à Leucade in ortum.

Ptol. Oetius ſinus, aliis * Oetæus, & Maliacus, Euboicum mare, & Euboicus ſinus Livio, Opuntius Melæ, *Golfo di Ziton*, *& Golfo di Negroponte*, teſte Nigro ſinus inter Bœotiam & Theſſaliam. (* Sicuti in manuſcripto Seldeni.)

¶ Oeteus ſinus eſt parvus Macedoniæ, in Theſſalia provincia, cuius meminit unus Ptolemæus, ab Oeta monte, qui in eum procurrit. Videtur confundendus cum Maliaco, cujus Ptolemæus non meminit; at in Maliacum, *Golfe di Zeiton*, Oeta deſinit. Vide Maliacus.

Steph. Oetylos urbs eſt Laconicæ, quæ Ptolemæo Vityla vel Bityla, ab Oetylo heroe nominata. Hanc Tylon alii, teſte Strabone, appellant.

Oetylos, ſeu Oetylus, urbs fuit Laconiæ, in ora ſinus Meſſeniaci, & ad radices Taygeti montis, 30. mill. paſſ. à Corone in ortum, & paulò minùs à Tænario promontorio in occaſum.

¶ Offemburgum, urbs Germaniæ munita, Ortnaviæ tractus caput, in Svevia, *Offembourg*, vulgò. Una leuca diſtat à Rheno fluvio, & vix duabus ab Argentorato in ortum; ſubeſtque dominio Auſtriacorum.

Offidius mons, *Monte Offidio*, teſte Mazzella, mons Veſtinorum, in agro Aquilano: cujus in vita ſanctæ Juſtinæ virginis fit mentio.

¶ Ofica, *Offica*, oppidum Japoniæ,in inſula parva cognomine inter Firandum ad ortum & Gotum ad auſtrum, versùs oram Ximoæ inſulæ, teſte Brietio.

Ogdolapis, fluvius Norici,qui aliis Colapis dicitur. Strab. Vide ibi. Hunc malè auctor Theſauri Linguæ Latinæ deſcribit nomine tacito regionis.

Ogla, inſula Oceani Aquitanici, à littore Aquitanico 40. mill. paſſ. in occaſum diſtans: de qua in vitis Sanctorum Galliæ. Script. Aquit.

Oglaſa,quæ & Dianium, inſula maris Tyrrheni. Vide ibi. Sunt qui Oglaſam Montem Chriſti, inſulam parvam à Planaſia 30. mill. paſſ. in Euronotum, inter Corſicam, & Ægilium 60. indigitent. De Ogloſa ſic in lib. 3. Itinerarii, inter Ilvam & Corſicam:

Oglaſa præterea, conſuetaque vivere rapto
Corſica.

¶ Oglaſa, ſeu Iglaſa inſula maris Tyrrheni, eſt *Monte Chriſto*, inſula parva ſeu meliùs mons excelſus inter Planaſiam ad occaſum, & Igilium ad ortum. 15. mill. paſſ. diſtat ab Ilva inſula in ortum. Pendet ex agro Senenſi, & ſubeſt nunc dominio magni Ducis Hetruriæ.

Oglonium & Vglonium, quaſi Oculonium, *Oggion*, pagus agri Mediolanenſis frequens, & minimè obſcurus, Vet. monum. apud Adduam fluvium, Anonio proximus à Mediolano 26. mill. paſſ. Leucum versùs, à Foro Licinii ſupra 4. mill. paſſ. in ortum recedens. Sunt qui Eugeon Græca voce à fertilitate dictum velint, ſed ex veteribus loci monumentis Vglonium appellatur.

Ogygia, quæ & Calypſus Homero, inſula parva maris Auſonii, magnæ Græciæ ante Lacinium promontorium Hom. adiacens, à littore 10. aut 12. mill. paſſ. recedens, ſic ab Ogyge Thebanorum Rege nominata: ubi Vlyſſes à Calypſo nympha hoſpitio exceptus eſt, teſte Homero. Hanc malè Theſaurus Linguæ Latinæ inſulam maris Syrii facit. Populi Ogygii, ſicuti etiam Licii appellati ſunt Stephano.

Ogygia apud Stephanum non ſolùm Bœotia, aut Thebana regio dicta eſt, ſed etiam Attica; quod nomen ab Ogyge Rege antiquiſſimo Thebanorum: propterea Ogygia vocantur vetera, ut *Ogygia mala* accipuntur pro malis vetuſtis, quod potiùs aliis videtur fluxiſſe ab Ogygia inſula, ad quam Vlyſſes naufragus venit. Statius libro 11. Thebaidos:

-Ogygii faſtigia muri.
Exſuperare furens.

Ogygia item, urbs maxima Myſiæ inferioris, in confinio Thraciæ, ad Hæmum montem, quæ & Priſthlaba, ſeu Preſtlaba, vel Paraſtlaba Cedreno. Vide ibi. Nicet.

¶ Ogygianum, Tuſciæ colonia, ut habent fragmenta quæ Catoni adſcribuntur.

Ogylos, inſula inter Peloponneſum & Cretam Stephano.

Ogvris, *Geru*, teſte Maphæo, inſula maris Indici, ex adverſo oræ Arabiæ felicis ad ortum, inde 125. mill. circuitu 122. patens; in qua Etythræi Regis ſepulcrum, teſte Plinio. Aliis videtur *Zocotora*, inſula maris Rubri ampla; inter Aromata AEthiopiæ promontorium, & Canen emporium & promontorium Arabiæ felicis ad 30. leucas Hiſpanicas. De ea Plinius libro 6. & Quintus Curtius libro 9. Illam memorat Dionyſius de ſitu orbis: Plin. Mel.

Vlterius pergas ſi poſt Cormanida ſummam,
Ogyris occurrit, quæ dicitur eſſe ſepulchrum
Regis Erythræi.

Ojum caſtellum erat Bœotiæ apud Opuntem urbem. Strab.

¶ Olabi, AEthiopiæ ſub AEgypto populi, teſte Plinio.

Olachas fluvius eſt Bithyniæ, cujus aquis periuri arguntur; nam illa aſperſi uti flamma urente patiuntur, teſte Plinio. Plin.

Olane, Olone Polybio, *Volana*, unum ex 7. Padi oſtiis cum pago, inter Ravennam; in meridiem 34. & Foſſam Clodiam in Boream 45. mill. paſſ. quod & Volane Plinio dicitur.

¶ Olane, Armeniæ majoris urbs, teſte Strabone. Plin.

Olarſo, *Oiarzo*, oppidum olim, nunc pagus Hiſpaniæ Tarraconenſis; in Vardulis apud Oeaſonem, ſive Eaſonem oppidum & promontorium, & oppidum Fontem Rapidi. Idem quod Oeaſo à nonnullis putatur; ſed Oeaſo ſeu Eaſo *Aiſo*, & Olarſo *Oiarzo* nunc dicitur.

Ola-

¶ Olapia, urbs Arabiæ felicis, teſte Ptolemæo.

Olbaſa, Olbus Straboni, *Albiſtaverati* Moletio & aliis urbs Ciliciæ, Antiochiæ ſupra * Trago proxima. Olbaſa altera in Cappadocia apud Laraudam urbem, ad Tauri radices montis. (* Κρα'γο in manuſc. Seldeni.)

¶ Olbi, Ægypti urbs juxta Libyam, teſte Stephano.

Olbia, *Stapenor* vel *Strapenor* teſte Nigro, urbs Sarmatiæ Europææ, ad oſtium Boryſthenis fluvii, teſte Strabone, Olbiopolis Plinio, & Miletopolis Melæ. Populi Olbiopolitæ Herodoto, & Boriſthenii. Sed Mela Olbiam à Boryſthenide diverſam facit, licèt Ptolemæo eadem urbs Olbia & Boryſthenis ſit in mediterraneis.

Olbia item multiplex; in Bithynia ad Propontidem, oppidum Nicææ & Apamiæ proximum, *Verlia*, teſte Sophiano, ubi ſinus Olbianus, Mela teſte. In Pamphylia, urbs maritima epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pergenſi, in Lyciæ confinio, inter Phaſelidem ad occaſum & Attaliam ad ortum, *Acopende* Moletio, nunc jacens. In Gallia Narbonenſi, in ora Pròvinciæ inter Forum Julii 5. & Telonem 8. leucis, cujus meminit Cicero & Mela, nunc *Eres*, teſte Poldo, vel, ut alii ſcribunt, *Hieres*. In Sardinia, Ulbia Antonino, Ulbienſis urbs Oroſio, oppidum maritimum in ora orientali, ex adverſo Corſicæ, à Tibulis * 16. mill. paſſ. à Carali 172. per oram, oppidum excifum, manent nomen & rudera; ab Jolao conditum, teſte Solino, cujus etiam meminit Livius. Stephanus 9. Olbias recenſet. Hinc nomen gentis Olbiacus, a um. (* Forſan pro 86. lapſu typographico.)

¶ Olbia, oppidum Camatulicorum, in Gallia Narbonenſi, nunc *Hyeres*, oppidulum Provinciæ, in ora littorali Maris Mediterranei. Vix 3. leucis diſtat à Telone in ortum, 11. à Foro julii in occaſum. Hinc Stœchades inſulæ *les isle d'Hyeres* dicitur.

¶ Olbia, ſeu etiam Ulbia, urbs fuit ampla Sardiniæ, in parte Boreali, & in ora orientali inſulæ. Ejus ruinæ nunc dicuntur *Olbia rovinata*; & ejus portus vocatur *Golfo di Siniſcola*, 85. mill. paſſ. à Calari in Boream, & 52. à Tibula in ortum.

Olchachites Ptolemæo ſinus Zeugitanæ regionis, ubi *Alcon*.

Oleades, populi multiplices in Hiſpania, alii in Tarraconenſi, quorum oppidum Althæa erat, intra Iberum fluvium, teſte Polybio, alii circa Carthaginem novam, teſte Suida; & alii in Bætica, quorum caput Cartheja, apud Calpen, teſte Mela. Ex quo error patet Antonii Nebriſſenſis, qui Olcades *Ocanna* indigitat, oppidum præclarum, à Toleto 8. leucis in ortum, Concham versùs. Crediderim ego Olcades tantùm in Bætica eſſe in qua etiam Iberus fluvius reperitur.

Olchinium, Olcinium Livio, quod & Colchinium ante, teſte Plinio, dictum eſt, Ulcinum Ptolemæo, *Dolcigno*, vel *Dulcigno* Volaterrano, & aliis, urbs Dalmatiæ maritima, cis oſtia Drilonis, & fines Macedoniæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antibarenſi, inde 12. mill. paſſ. in ortum, Liſſum urbem Macedoniam versùs 40. à Scodra 18. in meridiem. De eo in libro 2. Itinerarii Poeta quidam ſic.

-- Aſcriviumque ſuperbum,
Nobile & Olchinium, Romana hæc oppida quondam.

¶ Olchinium, ſeu, & meliùs, Olcinium, *Dolcigno*, urbs aliàs Illyrici, nunc Albaniæ regionis, cum portu capaci, & arce in ora maris Adriatici, & ſub dominio Turcarum. 24. mill. paſſ. circiter diſtat à Scodra in Cæciam, 45. à Liſſo in occaſum, & 70. ab Epidauro in Eurum; eſtque propè Illyricum ſinum, *Golfe du Drin* dictum.

Olcimus, mons, & fluvius Macedoniæ, ubi ruta multa naſcitur.

Olcinium. Vide Olchinium. Populi Olciniatæ.

Olda, *Loda*, teſte Scaligero, *Lot* aliis, fluvius Aquitaniæ, in Garumnam juxta Agennum influens.

¶ Olda, ſeu Oldus, *le Lot*, fluvius Galliæ in Aquitania. Oritur in Gabalis; deinde vix uno milliari à Mimate fluens, paulò poſt auctus aliis fluviis per Ruthenos fluit, uti, & per Cadurcos & Agennenſes, ubi in Garumnam labitur juxta Aguillonium oppidum, & 4. leucis infra Aginnum.

¶ Oldemburgenſis Comitatus, *le Comte d'Oldembourg*, provincia eſt Germaniæ, in Weſtphalia inter Friſiam orientalem ad occaſum, Ducatum Bremenſem ad ortum, Diœceſim Monaſterienſem ad auſtrum, & mare Germanicum ad Boream. Antea Comites habuit proprios: ſed a paucis annis, deficiente ſtirpe, ſubeſt dominio Regis Daniæ. Ei etiam conjungitur Comitatus Delmenhorſtenſis; & ejus præcipua urbs eſt Oldemburgum.

¶ Oldemburgum, *Oldemburg*, urbs Germaniæ, ad Hontam fluvium, in Weſtphalia, ſub dominio Regis Daniæ à paucis annis ex quod fecit ſtirps Comitum, quibus ſuberat. 25. mill. paſſ. diſtat à Brema in occaſum, & 40. ab Embda in ortum.

¶ Oldeſalia, ſeu vetus Salia, *Oldenzeel*, oppidum Belgii uniti, in Tranſiſalania provincia, aliàs munitum: ſed captum fuit anno 1626. ab Hollandis, quibus etiamnum ſubeſt & nunc ejus munitiones diſiectæ fuere.

Oldeslovia, *Oldesiò*, oppidum Daniæ, in Holſatiæ Ducatu, & in Wagria regiuncula, ad Travam fluvium in confinio Germaniæ, 3. milliaribus Germanicis à Lubeca in occaſum Glucſtadium versùs, & ferè 5. ab Hamburgo in Cæciam diſtans.

¶ Oldus *le Lot*, fluvius Galliæ, in Aquitania. Dicitur aliter Olindus & Lotius. Vide Olda.

¶ Olea & Palma, duo fontes in Bœotia, ad Delum montem, ubi Apollinem natum fabulantur. *Plut.*

Olearus, inſula. Vide Oliarus, ut apud Plinium licèt Olearus ex Plinio in Theſauro Linguæ Latinæ legatur. *Mel.*

Oleaſtrum, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ cis Columnas, inter Jagath & Achrah oppida, *Capo di Gebba*, (ab oppido diruto) teſte Marmolio. Aliis ubi *Tagaſſa* urbs. *Ptol.*

Oleatrum, oppidum multiplex: unum in Hiſpania Bætica, ad ſinum Gaditanum Melæ. Sed Ptolemæo in mediterraneis, & apud Melam Oleaſtrum legitur, eſtque nomen luci, non oppidi, apud Eboram oppidum, ſimiliter apud Ptolemæum Oleaſtrum, contra quam ab Ortelio citatur, legitur, oppidum inter Caliculam & Urbonam. Alterum in Hiſpania Tarraconenſi, apud Seguntum, teſte Strabone. Aliud apud Antoninum in ora Catalauniæ, inter Tarraconem 3. & Dertuſam 8. leucis occurrens, *Miramar*, teſte Zurita. *Ptol.*

Olegium, *Olezo*, oppidum ſeu pagus amplus agri Novarienſis, frequentia populi cæteris ejus agri præſtans, inter Novariam 10. & Sextum; ſive egreſſum Ticini amnis ex lacu Verbano ad 7. mill. paſſ. plùs minùs diſtans. In litteris Summorum Pontificum memoratur. *Liv.* *Ponti*

Olenacum, * *Elenborrough*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, in ora Cumbriæ ad occaſum. (* Cadeno videtur eſſe ubi caſtrum *Linſtock*, ad Vallum, in eodem Comitatu.) *Li No.*

¶ Olenus Galatiæ urbs, in Aſia minori teſte Ptolemæo.

Olenus, Olenum Plinio, urbs gemina: una Achajæ, in Peloponneſo inter Patras ad ortum & Cyllenen ad occaſum, à Patris 10. mill. paſſ. à Dyma 5. epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Patrenſi, * adhuc *Oleno* dicta, ab Oleno filio Vulcani condita & nominata. Altera in Ætolia inter Calydonem & Chalcidem, ad Evenum fluvium, *Canigriza* Moletio, & aliis. Hinc Olenius nomen gentis, ut capella Olenia, quam Jovi lac præbuiſſe fabulantur, & inter aſtra locatam. Ovidius libro 5. faſtorum: *Strab.* *Pauſ.* *Ptol.*

Naſcitur Olenia ſidus pluviale capella.

Statius Thebaidos 4.

Et Praceps Calydon, & quæ Jove provocat Idam
Olenos.

(* Videtur potiùs priorem locum dici *Canigriza*, poſteriorem *Oleno*.)

¶ Olenus, urbs Achajæ. Nunc *Canigriza* dicitur Pineto, *Chaminiza* Nigro, eſtque in ora maris Jonii, & media inter Patras in Cæciam, & Araxum promontorium in Africum. Altera autem in Ætolia, *Oleno* etiam dicitur: eſtque tantùm pagus.

Olerus, oppidum Cretæ, olim apud Hierapytnam, in edito loco ſitum. *Steph.*

¶ Oleum, Hiſpaniæ Tarraconenſis flumen Sexto Avieno.

¶ Olgaria, *Olgar*, ſeu *Buchar*, & *Kalmuki*, regio Tartariæ magnæ, in Aſia, versùs mare Caſpium.

Olgaſys, mons Galatiæ, (qui * Oliſſa Ptolemæo dicitur) ex quo Halys & Parthenius flumina fluunt. Hic mons altiſſimus, aditque difficilis: cujus partem Sandaracurgium

Strabo appellat, intus ob aſſiduam metallorum effoſſionem concavam. (* *Oliga* in Seld. man.)

¶ Olia, Meſopotamiæ urbs Ptolemæo, *Elita*, legunt Interpretes.

Oliarus, Olearus Melæ, *Quinimio*, teſte Nigro, inſula
Strab. maris Ægei, una Cycladum, inter Paron, & Jon, à De-
Plin. lo 50. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, ambitu 40. Ovidius li-
Ptol. bro 7. Metamorphoſeon:

At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

Liv. Oliba, *Olit*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Va-
Ptol. ſconibus & regno Navarræo, amplum, inter Pompelonem ad Boream 7. & Tutelam ad meridiem 9. leuc. Aliis potiùs *Oliva*, oppidulum ejuſdem regni, à Pompelone 12. leucis, à Tutela 10. versùs ortum, quod magis probatur.

Plin. Olibanus, mons magnæ Græciæ. Vide Clibanus: ſic enim etiam legitur. Eſt & Olibanus mons Campaniæ, inter Neapolim, & Puteolos, contra Neſitam inſulam, Pauſilypo vicinus, *Monte di Pozuoli*, teſte Mazella, Olibanum verò, oppidum Lucaniæ inter montem Corvinum & Ebolum 7. mill. diſſitum.

¶ Olica, *Olika*, urbs Poloniæ, in Volhinia ſuperiori, juxta paludem, & Ducatus titulo inſignita Radzivillorum, in qua Dux Stanislaus Radzivillus Lithuaniæ Cancellarius arcem munitiſſimam, Eccleſiam Collegiatam elegantiſſimam, & Accademiam conſtruxit. Sedet propè oppidum *Klevan*, & 5. milliar. Germanicis à Luceoria in Cæciam diſtat: & anno 1651. Coſacci hanc urbem irrita obſidione tentarunt.

Olicana, * *Oteley* Camdeno, oppidum Albionis me-
Ptol. diterraneum, in Anglia. Sed Lhuydo eſt *Halegſex*, nunc *Halifax*: aliis *Kirkby*, ut in Theſauro Ling. Lat. Sed Candeno magis fido, eſtque in Eboracenſi Comitatu (* *Ilkeley* Camdeno, paulò ſupra *Otley*, ad eundem fluvium Wherſum.)

¶ Oligyritis, Peloponneſi urbs, teſte Polybio. Dicitur ab aliis Ologuntum.

Ptol. Olimacum *Lymbach*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Hungariæ Stiriæque confiniis, geminum, unum ad Muram fluvium: alterum ad Arrabonem, 3. leucis inter ſe diſtantia, utrumque à Bolentio 5. in ortum.

¶ Olimacum, urbs Pannoniæ ſuperioris. Nunc *Lymbach* ſeu *Nider Lymbach* dicitur, indigenis *Aſolindua*, in regno Hungariæ, in colle, & in confinio Stiriæ, vix una leuca à Mura fluvio diſtans, & 6. à Volca palude in occaſum, 4. à Caniſa in Circium, totidem in meridiem ab altero *Lymbach*, vulgò *Ober Lymbach* dicto, & 7. ab Arrabone fluvio teſte Petro du Val.

Ptol. Olina, fluvius * geminus: unus Galliæ Lugdunenſis, per Normanniam fluens, *Orne*, teſte Cœnali, alter Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Gallæciam fluens, *Molina*, teſte Gometio. (* Secunda Olina urbis potiùs nomen apud Ptolemæum.)

¶ Olina, *Orne* fluvius Normanniæ. Sagium urbem rigat deinde Argentanum & Cadomum; & poſtea aliquot auctus fluviis, propè; & infra Strehamum oppidum in mare Britannicum ſe exonerat.

¶ Olinda, *Olinde*, urbs Americæ meridionalis, in Braſilia, & in ora Præfecturæ Pernambuci, cujus caput eſt. Expugnata fuit anno 1629. à Batavis, & munita; ſed poſtea ab ipſis derelicta, nunc ſubeſt Regi Portugalliæ cum toto tractu. Sedet in colle, cum portu capaci, propè oſtia fluvii *Bibiribe*, cum arce S. Georgii dicta.

Li. No. Olino, *Hole*, teſte Rhenano, vicus ſeu pagus Sequanorum, in Helvetiorum confinio, in agro Baſileenſi, cum nemore, haud longè à Baſilea diſtans in occaſum.

Thucy. Olinthus urbs fuit maxima Macedoniæ, in iſthmo Patalenes, proxima Apolloniæ, à Potidæa ſtadiis 60. Apud Olinthum à Baccho conditam, & Strymonem fluvium Rhœſum à Diomede interfectum Apollodorus, & Conon cum aliis tradunt.

¶ Olinthus urbs fuit Macedoniæ in colle, in Paraxia provincia inter ſinus Toronaicum & Thermaicum.

¶ Olitingi, Hiſpaniæ oppidum Pomponio, in Luſitania, intra oſtia Bœtis, & Anæ fluminum, videtur.

¶ Oliva, *Olven Kloſter* Germanis, monaſterium uno tantùm milliari Pruſſico diſſitum à Gedano urbe primaria Pruſſiæ, in Polonia, ubi pax inita anno 1660. inter Imperatorem, & Reges Poloniæ, Sveciæ, & Daniæ. Conditum fuit anno 1180. à Ladislao Caſſubiæ, & Pomerelliæ Principe, teſte Gaſparo Scutzio; & in eo aliquot Pomeraniæ Duces tumulis ſuis reconditi jacent. Gedanenſes autem anno 1577. cum Polonis bellum gerentes, illud ſpoliarunt, incenderunt, & ſolo æquarunt, coacti deinde ducenta florenorum millia ad ejus reſtaurationem ſolvere.

Olivarum mons, & Olivetus, *Monte Oliveto*, in Judæa, apud Hieroſolymam inde 5. ſtadiis in ortum diſtans. Juven- Joſeph.
cus, libro 4. (à Gallis *le Mont des Olives* dicitur.)

Montis Oliveti conſcendunt culmina cuncti.

¶ Oliventia, *Olivenca*, urbs munita Hiſpaniæ, in Portugallia, ad Anam fluvium, à Caſtellanis capta anno 1658. ſed poſtea Luſitanis reſtituta pace Olyſiponenſi anno 1668. gallicis ab Ebora in ortum.

Olivula, *Caſtello*, ea pars urbis Venetæ, in qua epi- Anna
ſcopatus, & baſilica cathedralis eſt: unde Epiſcopus Venetus antequam Patriarcha declaratus eſt, Caſtellanus dicebatur.

¶ Olivula, *Caſtello*, pars eſt Venetiarum, in inſula parva & ab ea Eccleſia Patriarchalis S. Petri dicata, vulgò *S. Pietro in Caſtello* dicitur, quia in ea parte ſedet. Vide Venetiæ.

Olizon oppidum fuit Theſſaliæ, apud Mæliboeam op- Plut.
pidum, ac Oetæ montis radices, & Peneum flumen, Olizon ſic dictum ob parvitatem; Theſſali enim parvum vel minus, O *ixov* dicunt.

¶ Olizon oppidum fuit Magneſiæ, in Theſſalia, ad radices Pelii montis, ſed longè ab Oeta monte in Cæciam. Erat inter Magneſiam ad ortum, & Melibæam ad occaſum, 40. mill. paſſ. ab oſtio Penei fluvii in ortum.

¶ Olka, *Olka*, lacus Poloniæ, in Lithuania, in limite Palatinatus Minſcenſis.

Ollius, *l'Oglio*, fluvius Venetiæ maximæ perſpicuita- Plin.
tis è Sebino lacu in agro Brixienſi omiſſus, ac per Cenomanos fluens, quaſi agros Bergomenſem, Cremenſem, & Cremonenſem à Brixienſi ſeparans, ac in Padum apud Burgum fortem, medio ferè intervallo inter Mantuam, & Vaſtallam, influens.

¶ Olligus, *l'Oglio*, fluvius Italiæ. Oritur ex montibus ſupra Edulum, in ipſo limite Rhætorum, & vallis Tellinæ, deinde per agrum Brixianum fluens in lacum Sebinum, ex eo miſſus ad Calepium, paulò infrà territorium Brixianum à Cremonenſi, ſeu dominium Venetum à Mediolanenſi Ducatu ſeparat. Tandem Ducatum Mantuanum ex aliqua parte rigans, ibi in Padum labitur.

Olmiæ, promontorium Megaridis apud ſinum Saroni- Strab.
cum, non Corinthiacum, ut ſcribit Ortelius, in quo Pagæ oppidum erat apud iſthmum.

Olmius, Holmius Orpheo, fluvius Bœotiæ, juxta Strab.
Heliconem montem fluens. Cujus meminit Statius lib. 7. Thebaidos:

Et felix Olmie vadis.

Olmoe, urbs Ciliciæ aſperæ, quæ poſtea, teſte Ste- Steph.
phano, Seleucia dicta fuit. Vide Seleucia aſpera.

¶ Olobagra, urbs Macedoniæ; teſte Stephano.

¶ Olachara, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptol.

¶ Oloeſſa, inſula circa Rhodum, teſte Plinio.

Olomucum, *Olmutz*, urbs Germaniæ epiſcop. ſub Prov.
Archiepiſc. Pragenſi, Moraviæ caput, ad Moram fluvium Rom.
à Vienna 18. leucis in Boream, & Cracoviam versùs, à Praga 28. in ortum, olim Eburum, ut Appiano videatur, ſed Eburum jacet, *Borovva* adhuc dictum.

¶ Olemutium, *Olmutz*, urbs ampla & munita. Moraviæ provinciæ caput, in regno Bohemiæ, ad Moravam fluvium. Antea capta fuit à Svecis, & fortiter propugnata contra Auſtriacorum impetus per aliquot annos, poſtea autem reſtituta pace Monaſterienſi. 26. milliaribus Germanicis diſtat à Cracovia in occaſum. Multi credunt eſſe Eburum antiquum. Sed Lazius exiſtimat Eburum eſſe vicum *Borovva* dictum in illo tractu.

¶ Olonium, *Olone*, oppidulum Galliæ, in Pictavienſi provincia, & in ora Oceani Aquitanici, cui adjacet burgus amplus, dictus Arenæ Olonenſes, *les Sables d'Olone*, cum portu capaci, unde periti nautæ petuntur. 9. leucis diſtat à Rupella in Circium, & 7. à Lucione in occaſum.

Orophyzos, vel Olophyxos urbs erat Macedoniæ, in Herod.
monte Atho: nomen gentis Olophyzius. Cujus hodiè veſtigium non exſtat.

Olorenſis urbs, (Vide Eloronenſium urbs, ſive Elorona) Sidon.
urbs epiſcopalis Aquitaniæ, ſub Archiepiſcopo Auſcenſi *Oleron*, ab Auſcis 12. leucis in auſtrum, à Tarba 4.

¶ Oloronenſis urbs, ſeu Iluro in Benearnis, *Oleron*, urbs Galliæ, in Aquitania, ad Gabarum Oloronenſem fluvium, in Benearnia provincia, ad radices Pyrenæorum montium, 4. leucis diſtat à Palo in occaſum, 10. à Tarba etiam in occaſum, uti & 20. ab Auſciis. Vide Illuro, & Elorona.

Olo-

Olores, (Vide Alorus) urbs Macedoniæ.

Olpæ, oppidum olim Epiri, in ſinibus Acarnanum, in mediterraneis ab urbe Argivorum maritima 20. ſtadiis diſtans: quæ loca hodie non exſtant. Erat Ampuilochio proximum, hinc nomen gentis Olphæus, a, um Thucydidi libro 2.

¶ Olſſa, *Olſs*, ſeu *Olſse*, oppidum Germaniæ, in Sileſia provincia, Ducatus titulo inſignitum. 2. leucis diſtat ab Uratislavia in ortum versùs Poloniam. Ab eo tractus adjacens dicitur Olſenſis Ducatus.

Olulis, *Olo* & *Ololo*, teſte Pineto, oppidum Cretæ, nunc pagus, in ora littorali ad ortum, inter Cherſoneſum & Camaram, ſive inter Cytæum, & Minoam 10. mill. paſſ. Alterum Ptolemæo, in Sicilia, in ora occidua, exciſum, *Olulo* adhuc dictum, inter Soluntem, & Thermas Himeræ. Licèt Niger malè illud *Solanto* indigitet: cum apud Ptolemæum, Olulis à Solunte, diverſum oppidum ſit, utrumque jacens hoc tempore.

¶ Olyca, Macedoniæ urbs, teſte Stephano, ex Theopompo.

Oycræ, urbs Ætoliæ apud Naupactum. Nomen gentis Olycıæus. Hodie non extat.

¶ Olympena, urbs circa Olympum Myſiæ, teſte Plinio.

Olympia, quæ & Piſa, Stephano teſte, dicta eſt, urbs Elidis, in Peloponneſo, ad Alpheum fluvium, ab ejus oſtio 10. mill. paſſ. recedens, inter Elidem urbem 37. & Spartam 82. ab Argo 62. in occaſum, ubi ludi Olympici, ſive Olympiaci. Non procul Olympicum templum Jovis, ab urbe ſeſqui milliario, teſte Livio, diſtans. Hinc Olympias, quinque annorum ſpatio conſtans, quæ à capta Troja anno 408. & ante Chriſtum natum 765. cœpit: ita ut Roma anno 1. Olympiadis 7. condita fuerit. Hinc Olympiacus nomen gentis. Lucanus lib. 4.

Hoſpes, Olympiaca ſervato more paleſtre.

Olympia, orum, ludi vocabantur, in quibus victor, uti Conſul Romæ, honore afficiebatur.

Olympia, ſeu Olympia Piſa, urbs Elidis, in Peloponneſo. Nunc *Langanico* dicitur, in provincia *Belvedere* dicta, inter Elidem in Circium, & Spartam in Eurum.

Olympus, urbs triplex: una Lyciæ mediterranea, olim maxima, epiſc. ſub Archiep. Myrenſi, quam Solinus ſcribit interiiſſe, cùm ſub Principibus, & Imperatoribus Chriſtianis extiterit: altera in Pamphilia, teſte Stephano, tertia in Cilicia, in ora, inter Phaſelidem, & Corieum, quæ etiam interiere.

¶ Olympus, Lyciæ urbs, in Aſia minori. Nunc *Leville* dicitur à nonnullis, & aliis Aratia dici videtur.

Olympus, mons quadruplex: unus in Theſſalia, altiſſimus, Oſſæ, & Pelio attiguus, Pieriam regionem Macedoniæ attingens, adhuc *Olympo*, teſte Sophiano, dictus, & *Lacha*, teſte Nigro, & Caſtaldo, in quo lupi non ſunt. Is plurimam laurum gignit, teſte Plinio, Theſſaliam à Macedonia dirimens, & nubes tranſgrediens; adeo excelſus, ut paſſim apud Poetas pro cœlo accipiatur, 2. Myſiæ, in Aſia, juxta quem Pruſa urbs epiſcop. Bithyniæ, clariſſima, *Anaitolaidag*, alibi *Emerdag*, vel *Emiodag*, & alibi *Keſchiſdag* à Turcis, teſte Leunclavio dictus, Idæ vicinus, 3. in Lycia, ingens, & ignes emittens, teſte Maximo Tyrio, juxta quem Olympus urbs, 4. in Cypro, circa medium illius, *Troode*, teſte Stephano Luſignano, alter à Strabone inter Curium & Amathuntem. Sunt præterea alii montes hujus nominis, licèt non tam ingengentes: unus in Lydia, teſte Athenæo; alter in Æolide; alius in Lesbo inſula, teſte Plinio, & alius in Arcadia, teſte Polybio, & Strabone.

¶ Olympus, *Mont Olympe*, mons Galliæ, cum arce probè munita in Campania provincia, ad Moſam fluvium, & è regione Carolopolis, ante paucos annos exſtructa. Dicitur & mons Olympus. Vide ibi.

¶ Olyntha, inſula Illyrici Scyllacio, Solentia Peuting. Bolentia Antonino, nunc *Selta* Italis, *Sulet* Slavis, teſte Joanne Lucio.

Olynthos, quæ & Olinthos ſcribitur, urbs fuit Macedoniæ, ſeu Thraciæ, cui à Xenophonte attribuitur, (non Atticæ, ut in Theſauro Ling. Lat.) quondam maxima, inter Athon montem, & Pallenen urbem, à Mecyberna, oppido 20. ſtadiis, teſte Suida, in Sithonia regione. Alii illam Philippis propinquam fuiſſe tradunt. Pa nunc jacet, locuſque adhuc *Olintho* nominatur. A Cicerone actione 3. in Verrem memoratur. De qua inter Spartanos, & Athenienſes certatum eſt. De illa Statius libr. 12. Thebaidos:

Vicit & Oedipodæ furias, & funus Olynthi
Texit.

Olyras, fluvius Phthiotidis, apud Thermopylas, in ſinum Maliacum delabens. *Strab.*

¶ Olyſſa, Cretæ inſulæ urbs, ſub Phæſtiis, teſte Strabone.

Olyſipo, & Oliſſipo, ut alii codices habent, Ulyſſippo Melæ, Olios Hippon Ptolemæo, *Lisbona*, & Hiſpanis *Lisboa*, urbs maxima Hiſpaniæ, Luſitaniæ regia, emporium, & archiepiſcopalis, ſeptem collibus, ut Roma conſtans, ad Tagum fluvium, oſtiis ipſius vicina, à Toleto Hiſpaniæ, umbilico 83. leucis in occaſum, ab Hiſpali, altero Hiſpaniæ emporio 63. in Circium, (ſcribitur etiam Olyſſipo, & Ulyſſippo) olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, poſteà à Bonifacio IX. metropolis effecta. Ab ea Oliſſipponenſe promontorium, *Capo de Spichel*, ad oſtia Tagi. Vide Magnum promontorium. *Plin.*

Olyſſipo, ſeu, & meliùs, Oliſippo, *Lisbone* Gallis, urbs eſt regni Portugalliæ caput, & Regum ſedes, una leuca ab oſtio Tagi diſtans, & 6. in ortum ab Oliſipponenſi promontorio, ſeu Magno, nunc *Cabo de Roca Sintra*, & totidem à Barbarico promontorio, *Cabo de Spichel*, in ſeptentrionem, 20. ab Ebora in occaſum, 55. ab Hiſpali in Circium, et 45. à Portu Cale in meridiem. Palatium regium habet ſuperbiſsimum, et duas arces permunitas.

Olyzon oppidum fuit Theſſaliæ, cujus hodie veſtigia non apparent. *Hom.*

¶ Omalis, Indiæ fluvius, in Gangem ſe exonerans, teſte Arriano in Indicis.

Omana, Omanum Ptolemæo, *Omanagda* Moletio, urbs, et emporium Arabiæ felicis, in mediterraneis; Mariabæ, et Nagaræ finitima. Populi Omani Plinio, Omanita Ptolemæo. *Plin.* *Steph.*

¶ Omarinum, Theſſaliæ oppidum, teſte Stephano ex Polybio.

¶ Ombrea, Meſopotamiæ urbs, teſte Ptolemæo.

Ombri, Ombos Juvenali, et Combos, Ombites nomus Plinio, urbs Ægypti ad Nilum, proxima Copto, quæ *Chana*, teſte Ortelio, dicitur. Sed aliis pleriſque Coptos nunc *Chana* nominatur. Ombitæ populi, qui Crocodilum colebant, et liberos ab eo devorari non ſolùm ferebant, ſed lætabantur. *Ptol.*

Ombrici, populi Illyrici, quos Peucerus *Crabateu* indigitat, qui potiùs ſunt in ea regione, quæ *Crabaten* appellatur, & multos alios populos complectitur. Ex qua regione, Capris & Alpis, fluvii in Iſtrum fluunt, teſte Herodoto. *Herod.*

Ombrici, teſte Stephano, populi Italiæ fuere, ad ſinum Adriaticum incolentes, ubi Padus ſubit mare; qui & Ombri Italis: apud quos etiam fluvius quidam Ombros nominatur, diverſus ab Ombrone.

Ombrios, inſula una ex Fortunatis, Aproſitos Ptolemæo, ut videtur, *Iſola del Ferro* nunc ab Hiſpanis dicta, à Canaria 42. leucis diſtans. A Nigro *Porto Santo* dici putatur, inter Sacrum promontorium Luſitaniæ 164. & Canariam in occaſum 70. leucis, à Madera 10. In inſula Ferri ſtagnum à guttis aquæ ex foliis arborum quotidie, noctu præſertim, decidentibus procreatum, jumentis, & incolis potum præbet. *Herod.*

¶ Ombrios, una ex inſulis Fortunatis in mari Atlantico quæ etiam dicitur Aproſitos, ſeu inacceſsibilis, nunc *l'Isle de ſaint Borondon*, teſte Nicolao Sanſone; diſtatque 100. milliaribus à ceteris Fortunatis inſulis in occaſum.

Ombrones, populi Sarmatiæ Europææ, teſte Ptolemæo.

Ombrus, mons Cariæ, juxta Caunum urbem, apud Tarbeli montis radicem, ſemper nive, ob ejus celſitudinem conſperſus. *Calab.*

¶ Omenogara, urbs Indiæ intra Gangem, nunc *Hamedanager*, urbs regni Decani, in mediterraneis, versùs fontes fluvii Mandovæ, 17. leucis Hiſpanicis ſupra Viſaporam in Boream, & 60. à Goa in Cæciam.

¶ Ommirabibus, *Omirabi*, fluvius Africæ, in Barbaria regione. Regna Fezzæ & Marochi ſeparat, & deinde in Oceanum Atlantincum ſe exonerat, infra Azamurum; fuitque Aſana ſeu Aſama fluvius antiquis dictus.

¶ Omnæ, oppidum Omanorum, in Arabia felici, teſte Plinio.

¶ Omœ-

¶ Omœnus inſula Arabiæ felicis, in ſinu Perſico, uti videtur ex Plinio.

Thec. Strab. & al. Omole, Homolus Stephano, Homole Virgilio, mons Theſſaliæ, cæterorum altiſſimus, teſte Pauſania, Homolium Livio. Vide Homole.

¶ Omphace, Siciliæ urbs Stephano, & Pauſania teſtibus.

Ptol. Onæum, Oæneum Livio, *Capo Cumano*, teſte Sophiano, promontorium & oppidum, non Liburniæ, ut ſcribit Ortelius, ſed Dalmatiæ, inter Epetium ad occidentem & Epidaurum ad ortum, apud oſtium Naronis fluvii, quod promontorium *Capo Loſvica* etiam nominatur, apud Daorizos & Vardeos populos.

Ptol. Oncheſmus, Onchimus Straboni, Echinus fortaſſis Plinio, *Santi Quaranta*, teſte Sophiano, portus Epiri inter Panormum & Caſſiopen, portus ejuſdem oræ.

¶ Oncheſmus, portus Epiri nunc *Orchino* dicitur, teſte Laurembergio, & 12. mil. paſſ. diſtat à Corcyra urbe in Boream.

Strab. Pauſ. & al. Oncheſtus oppidum fuit Bœotiæ, apud Copaidem lacum inter Haliartum & Acræphium. Eſt & palus juxta Thebas teſte Æliano, & fluvius Theſſaliæ apud Mycaeſſum: teſte Polybio. Ejus meminit Statius libro 7. Thebaidos:

- *Neptunia proles*
Oncheſti, quos pinigeris Mycaleſsus in agris.

Oncheſti templum erat Neptuno ſacrum.

Ptol. ¶ Onchobrice, Arabiæ felicis inſula versùs ortum, teſte Plinio.

Onchoe, Phocidis urbs, teſte Stephano.

Ondicæovæ, populi Galliæ Celticæ. Vide Andes Cæri, & Andegavi Plinio.

¶ Onega, *lac d'Onega*, lacus Moſcoviæ peramplus, *Onega* Ozero dictus Moſcis, cujus pars Borealis eſt regni Sveciæ, pars autem meridionalis eſt Ruſſorum, eſtque medius inter mare Album ad ſeptentrionem, & Ladogam lacum ad occaſum, versùs Novogardienſem & Vvologdam provincias, & in Ladogam lacum ſe exonerat mediante Suerio fluvio.

Plin. ¶ Onelia, *Oneglia*, oppidum Italiæ in ora Liguriæ, Principatus titulo clarum, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, 10. mill. paſſ. diſtat ab Albingauno in occaſum Albium Intemelium versùs, à quo 20. mil. paſſ. diſtat, 28. autem à Monte Regali in meridiem.

Onenſes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum oppidum Ona, vulgò *Ona*, cum cœnobio præclaro in veteri Caſtella. Vel *Onate* oppidum amplum, & accademia in Alava regione, inter Victoriam urbem & oram Oceani Cantabrici 12. leucis.

Oneſiæ aquæ, thermæ & oppidum Aquitaniæ, apud Pyrenæorum montium radices *Bagneres* ex tabulis recentibus, apud Eloronam urbem 4. leucis diſtans inter Tarbam, & Palum ad occaſum 3.

¶ Onæſiæ aquæ, quibuſdam ſunt *Bagneres*, oppidum Aquitaniæ, in Bigerrenſi tractu, ad Aturum fluv. 4. leucis ſupra Tarbam in Boream, 7. autem à Palo in Eurum.

¶ Onevatha, Phœniciæ urbs in libro Notitiarum.

¶ Oniabates urbs in Ægypto, teſte Stephano.

Thucy. Polib. Onii montes Achajæ, ab Iſthmo Corinthiaco in Bœotiam, inter Phocidem & Megaridem, extenſi: ubi Onium nel Oneum oppidum erat, Cenchreis proximum, ad quod inter Thebanos, & Lacedemonios pugnatum eſt, teſte Xenophonte.

Plin. Oniagis, Oringis Livio, *Jaen*, ut Morali videtur, urbs epiſcopalis ſub Archiep. Hiſpalenſi Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, inter Cordubam ad occaſum & Acci ad ortum 14. leucis, quot à Granato in Boream, Giennium & Giena Latino recenti, à Scipione Africano expugnata, & exciſa, teſte Livio, nunc inter præclaras urbes habita.

Plin. Oniſa, inſula parva Cretæ, contra Itanum promontorium & oppidum.

Plin. Ptol. Onnæ Arabiæ felicis urbs Ptolemæo & Stephano teſtibus.

Onoba, Onova Antonino, *Gibraleon*, ut nonnullis videtur, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, inter Ilipam 30. & oſtia Anæ ad occaſum 78. mill. paſſ. ex Antonino. Sed apud Plinium Gadibus finitimum erat Calpen versùs. Non longè Olitingi oppidum erat, teſte Mela.

Onobaliſturia Ptolemæo, ſive Onobaluſtria, ut alii codices habent, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in Turdetanis.

¶ Onobriſates, populi Galliæ Aquitanicæ, teſte Plinio.

Onochonus, fluvius Theſſaliæ, in Peneum influens ab exercitu Xerxis bibendo exſiccatus.

Herod. Plin. Onochrium *Kevv*, teſte Lazio, oppidum ſeu pagus nunc Pannoniæ inferioris, ad Danubium, è regione Bononiæ.

Onogori, qui nunc Hungari dicuntur.

¶ Onoldium, ſeu Onſpachium & Anſpachium, *Onſpach* ſeu *Anſpach*, oppidum Germaniæ cum caſtro in Franconia, ſub proprio Marchione è familia Brandeburgica, ad amnem cognominem. Ab eo regio adjacens dicitur *le Marquiſat d'Onſpach*, Marchionatus Onoldinus 6. milliaribus Germanicis diſtat à Norimberga in ortum, & 10. à Bamberga in merid.

¶ Onomatheopolis, *Nombre de Dios* Hiſpanis, *Nom de Dieu* Gallis, oppidum fuit recens Americæ in Iſthmo, 25. leucis à Panama urbe in Boream. Sed à paucis annis ſemidirutum jacet, in collis Portum Bellum ad occaſum translatis.

Onorium, *Onor*, urbs Indiæ intra Gangem regni cognominis caput, in Canara regione & in ora Oceani Malabarici. Dicitur à Malabaris *Ponaran*; habetque portum capacem & arcem ſatis validam, ſub dominio Luſitanorum, 18. leucis Hiſpanicis diſtat à Goa in meridiem Regnum autem Onorium ſubeſt dominio Regis Baticalæ; eſtque parvum, & versùs oram littoralem extenſum.

¶ Onoſartha, Syrlæ primæ urbs ex Concilio, Chalcedonenſi.

¶ Ontarius, *Ontario* ſeu *lac de S. Lovis*, lacus Americæ ſeptentrionalis in nova Francia versùs occaſum.

Onugnatos, id eſt Aſini maxilla, *Capo Xili*, ~~teſte~~ Nigro, promontorium Laconiæ, in Peloponneſo, inter oſtia Eurotæ fluvii & Maleam promontorium. Ptol.

Onuphis, (Onuphites nomus Herodoto) urbs Ægypti intra Deltam; inter Athribiticam & Buſiriticam foſſam. Ibi S. Onuphrius Abbas.

Oonæ, inſulæ Boreales, *Alandt*, teſte Mercatore, in fronte Finlandiæ, in mari Baltico: Quarum populus ovis avium & avena vitam tranſigunt, teſte Mela, & Plinio. Plin.

¶ Oonæ, inſula maris Baltici, aliàs ſub dominio Regis Daniæ, nunc in ditione Svecorum. Ibi eſt caſtrum præcipuum *kaſtelholm*; eſtque propè ſinum Bothnicum, & ferè media inter Sveciam & Finnoniam. Vide Alandia inſula.

Oopellum, urbs Albionis maritima, quæ nunc Ceſtria dici putatur. Sed apud Ptolemæum minimè legitur. Alii Oxolum legunt: ſed hoc oppidum eſt in Scotia. Vide Uxellum. Unde error in Theſauro Linguæ Latinæ corrigendus eſt.

Opane vel potiùs Opone, *Opin*, Mercatorii & aliis, urbs, & emporium Æthiopiæ, ſub Ægypto, in ora ſinu Barbarici ad ortum inter Praſſum, & Aromata promontoria.

Ophiritæ, populi Sarmatiæ Aſianæ, juxta Opharium fluvium (qui in Lagoum influit) incolentes, teſte Plinio. Ubi Opharus lacus.

Ophiodes, inſula ſinus Arabici, oræ Ægypti ante Berenicem urbem adjacens, in qua topazius lapis teſte Strabone, provenit; quæ Agathonis inſula Ptolemæo dici videtur, *Angotina* vulgò ex tabulis Geographicis recentibus. Bibl. Strab.

Ophiogenes populi ſunt Aſiæ, ad Helleſpontum, ictus ſerpentum ſolo tactu levantes, & impoſita manu venena è corporibus extrahentes, teſte Plinio ex Crate Pergameno. Plin.

* Ophiomagi populi Indiæ orientalis ſerpentibus degentes ſunt; licèt ejus magnitudinis ſint, ut tauros vivos hauriant, teſte eodem (* Forſan Ophiophagi.)

Ophir, regio aurifera, ad quam ſub Salomone Rege ad aurum accipiendum navigabatur, teſte Joſepho, erat in India; & Nigro Aurea Cherſoneſus, vel Taprobanæ inſula, utraque enim auri gemmarumque ferax eſt. Aliis *Cephala*, regio Africæ, in ora orientali Agiſymbe, inter Frontem Africæ, ſeu (ut vocant) Bonæ Spei, & Praſſum promontorium, & ipſa aurifera; ad hanc enim mari Rubro quoque navigatur. Sed Joſephi teſtimonium cęteris præferendum, ut vel Taprobana, (quæ *Zeilan* dicitur) vel Aurea Cherſoneſus (quæ *Samorra* nominatur) ſit. Sed mihi Ophir locus novi orbis, vel inſula maris Atlantici eſſe videtur, cum eò ex Tarſi, hoc eſt, ex Teſſarro urbe & portu Hiſpaniæ Bæticę navigaretur. Vide Tarſis.

¶ Ophir regio fuit aurifera; quæ ubi fuerit non conſtat. Sunt qui credant fuiſſe in Arabia felici in ora maris Rubri, alii in Taprobana inſula, ſeu in aurea Cherſoneſo. Sed Ortelius, Barroſius, & alii credunt fuiſſe ubi nunc Sofala urbs Africæ, in ora orientalis quod forſan meliùs. De ea regione fuſiùs apud Ortelium.

Ophis, fluvius Arcadiæ, juxta Mantineam urb. influens, ac in Alpheum labens, cum aliis fluviis regionis.

¶ Ophis, fluvius Cappadociæ, in Pontum Euxinum defluens, teſte Arriano.

Ophiuſa, inſula tergemina; una maris Balearici, *Formentera*, teſte Zurita, Ebuſo proxima. Vide Colubraria; Altera Plinio ad Propontidem, apud Besbicum inſulam majorem. Tertia Cretæ, circa Hierapytnam, teſte Plinio. Hoc nomine etiam Rhodus dicta fuit.

¶ Ophiuſa, nunc *Formentera*, inſula eſt parva Hiſpaniæ, in mari Balearico, & una ex Pityuſis inſulis. Vix 4. mill. paſſ. diſtat ab Ebuſo in meridiem.

Ophiuſa, *Ophiſa* ex tabulis neotericis & Moletio, urbs Myſiæ inferioris, apud oſtia Tyræ fluvii, inde 140. ſtadiis, quæ & Tyras Plinio, in ora Moldaviæ, ad Euxinum mare. Licèt apud Ptolemæum Tyras & Ophiuſa diverſæ urbes ſint. Hinc Ophiuſius nomen gentis. Ovidius libro 10. Metamorphoſeon:

Ipſa ſuas urbes, Ophiuſiaque arva parabat.

Ophiuſa veneris celebris apud veteres. Valerius Flaccus libro 7. Argonaut.

& gellidis pollens Ophiuſa venenis.

¶ Ophiuſa aliis urbs eſt Germano Sarmatiæ, in Baſtarnis in limite Daciæ, ad Tyram fluvium; deſcribiturque eo in loco ubi nunc *Czarne*, caſtrum Podoliæ inferioris, in Polonia, & in limite Moldaviæ, 45. mill. paſſ. ſupra oſtium Tyræ in occaſum diſtans.

¶ Ophlones populi Sarmatiæ Europææ, teſte Ptolemæo.

¶ Ophradus fluvius circa Indum teſte Plinio.

¶ Ophthis, Libyæ urbs, vicina Ægypto, teſte Stephano.

Opici, populi Campaniæ, qui poſteà Auſonii, teſte Ariſtotele, dicti ſunt, juxta Tyrrhenum mare incolentes & in Latium novum etiam extenſi. Sic dicti ſunt quaſi Ophici, a copia ſerpentum teſte Stephano.

Opinum, *Pino*, oppidum Corſicæ mediterraneum Ptolemæo, ſed non procul à littore, apud Lurinum, inde 3. mill. paſſ. diſtans inter Sacrum promontorium 9. & Baſtiam 22. à Centurino 9. in Auſtrum.

¶ Opinum nunc *Opino* dicitur; eſt tantùm mons Corſicæ 8. milliaribus à littore orientali diſtans, & 4. ab Aleriæ ruinis in occaſum, Curiam versùs 13. milliar. uti ab Acciæ ruderibus in meridiem, & 34. a Baſtia.

¶ Opiſina, Thraciæ urbs mediterranea apud Ptolemæum, forſan eadem quæ Opizum Antonino.

Opitergium, Epiterpum Straboni, *Oderzo* & *Vderzo*, & oppidum Venetiæ clarum, olim urbs epiſcopalis, (cui Ceneta ſub Patriarcha Aquileienſi ſucceſſit, ab eo 20. mill. paſſ. in occaſum recedens) inter Tarviſium 15. & Vtinum 40. mill. paſſ. Populi & montes Opitergini, Plinio Lucanus lib. 4.

Hic Opiterginis moles onerata colonis.

¶ Opitergium, *Oderzo*, oppidum eſt Marchiæ Tarviſinæ in ditione Veneta, ad amnem Monteganum, 12. milliar. a Tarviſio in Cæciam Vtinum versùs, 12. etiam à Ceneta in Eurum, ab Aquileio autem 45. in occaſum, & 35. ab Vtino diſtans.

Oppavia, *Opavv* Sileſiis, *Troppavv* Germanis, urbs Sileſiæ, in Germania, ad Oppam amnem, Ducatus cognominis caput cum arce antiqua. 3. leucis diſtat a Rariboria in occaſum, uti à Carnonia in Eurum, & 9. ab Oppolio in meridiem.

¶ Oppenheimum, *Oppenheim* urbs Palatinatus inferiorioris, in Germania, ad Rhenum fluvium, inter Moguntiacum ad Boream & Vvormatiam ad auſtrum; eſtque urbs Imperialis, ſed Palatino Electori oppignerata. Sedet in colle & a paucis inhabitatata.

Opoton, Paleſtinæ oppidum Plinio, quod Chryſorrhoa amne irrigatur. Opotane urbis memoria eſt in Chalcedonenſi Concilio.

Oppidum novum, *Rabach*, teſte Nigro, urbs Mauritaniæ Tingitanæ mediterranea, inter Tingi 62. & Volubilim coloniam 74. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. Oppinum Ptolemæo dici videtur.

Oppidum novum alterum, ſed apud Ptolemæum Oppidon tertiæ inflexionis *Mezuna*, teſte Marmolio, colonia & urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, mediterranea, à Ruſuccurro 86. mill. paſſ. introrſum à Tigauda 32. à Vagis 72. olim ex primis. Eſt & Oppidùm urbs epiſcop. Brutiorum, in Calabria ulteriore, ſub Archiep. Rhegino, inde ſupra 30. mill. paſſ. Miletum versùs ſupra 24. *Oppido* etiam vulgò.

¶ Oppolium, *Opelen*, urbs Germaniæ, in Sileſia provincia, ad Oderam fluvium, Ducatus cognominis caput, aliàs oppignerata Regi Poloniæ cum tractu adiacente. Vrbs eſt munita: ſed capta fuit à Svecis ultimo bello Germanico, & poſteà reddita pace Monaſterienſi 7. leucis diſtat à Ratiboria in ſeptentrionem, 9. ferè ab Vratislavia in meridiem, & vix 6. à confinio Poloniæ. Ab ea tractus adiacens ſatis extenſus dicitur Ducatus Oppolienſis, *le Duchè d'Oppelen*.

Opta, *Guete*, *&* *Huete*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella nova, à Concha 22. leucis Toletum versùs 7. inter urbes, quæ ſedem non habent epiſcopalem haud obſcura. *Hiſp. Scrip.*

Opus, Opuns Livio, urbs Bœotiæ, proxima littori & ſinui Opuntio, milliario diſtans, olim clara, & epiſcop. ſub Archiepiſcopo Athenienſi, a Chalcide 48. mill. paſſ. in Boream. Thebas Pththiotidis & Demetriadem versùs. Ab ea ſinus Opuntius, qui Euboicus Livio dicitur *Golfo di Negroponte*, inter Eubæam & Theſſaliam. Ovidius libro 1. de Ponto, elegia 4. *Strab. Plin. Ptol. & al.*

Cede puer facta Patroclus Opunta reliquit.

¶ Opus urbs fuit Opuntiorum, in Bæotia, 55. mill. paſſ. a Chalcide in Circium, uti 15. ab oſtiis Cephiſſi fluvii & totidem ab ora proximiori Eubææ inſulæ diſtans.

¶ Oquia, *Oqui*, inſula parva Iaponiæ; in ora Boreali Niphaniæ inſulæ, cum oppido cognomine, Brietio teſte.

Or, (Vide Horeb) mons Arabiæ petrææ, Petræ urbi proximus, in finibus Sodomorum. *Bibl.*

¶ Ora Aurea, *la Coſte d'or* Gallis, *Roud Cuſt* Batavis, ora littoralis Guineæ regionis in Africa. Extenditur ad 120. leucas inter oram dentium ad occaſum, & fluvium *de la Volta* dictum. Sed per terras longè latèque extenditur; eſtque Guineæ p. præcipua. In ea ſunt regna Asbinum *Asbin*, Aximum, *Axime*, Commendum, *Commendo*, Fetum, *Fetu*, Acaneum parvum, *Acanes petit*, Sabum, *Sabou*, Fantinum, *Fantin*, & AKara, *AKara*, quæ omnia jure clientelari pendent à Rege Acanao majori, qui *AKim* dictus, valdè potens eſt; & ejus urbs præcipua 60. leucis Gallicis diſtat ab arce S. Georgi de Mina in Bor. In ora autem littorali ſunt plurimæ arces Europæorum.

Arces Europæorum in ora Aurea Guineæ:

Arx S. Georgii de Mina, *la Mine*, in ditione Hollandorum.
Aximum, Axime, *Hollandorum*.
Botrum, Botru, *Hollandorum*.
Caput Corſum, Capo Corſo, *Anglorum*.
Briſtianoburgum, Chriſtiansbourg, *Danorum*.
Cormentinum, Cormentin, *Hollandorum*.
Eniachamum, Eniacham, *Anglorum*.
Fridericoburgum, Friderichsbourg, *Danorum*.
Moura ſeu Naſſovia, la Moure, *Hollandorum*.

¶ Ora dentium, *Coſtes des dents* Gallis, *Quaqua cuſt* Holandis, ora Guineæ regionis, in Africa, ſic dicta, quod in ea reperiantur innumeri dentes Elephantium. Per 80. leucas Gallicas extenditur ab occaſu in ortum, nempè a promontorio Palmarum, ubi definit ora Malaguettæ, ad fluvium Aſenum, ubi incipit ora Aurea. In ea nulla urbs alicuius momenti, ſed tantùm aliquot portus & pagi multi.

¶ Ora dives *Coſta ricca*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & in Præfectura generali Guatimalæ, inter utrumque mare Boreale & Auſtrinum, atque inter Verguam provinciam ad ortum & Nicaraguam ad occaſum; ſubeſtque dominio Hiſpanorum, qui in ea habent urbes Carthaginem, *Cartago*, Caſtrum Auſtriacum, *Caſto d'Auſtria*, & Nicoiam, *Nicoia*.

¶ Ora Piſcaria, *la Coſte de la Peſchiere*, tractus Indiæ intra Gangem, in ora ſinus Gangetici, inter promontorium Comorinum ad auſtrum, & Negapatanum ad Boream, in ditione Principis Maduræ, è regione Cæylani inſulæ. Vide Piſcariæ ora. *Pauſ.*

Oræa regiuncula Peloponneſi, circa Træzen urbem Argiæ in ora ad ortum vergens. Cujus meminit Stephanus. *Ptol.*

Oraculum Dianæ fuit in ora Arabiæ felicis ad ortum, inter ſinum Sachalitem & Perſicum, haud procul a Didymis montibus, & Corodamo promontorio.

Oracula alia olim memorata: de quibus Plutarchus, & Lucianus in Pſeudomante:

Ammonis. Vide Hammonis.
Branchidarum, quod & Mileſium. Vide ibi.
Chryſopolitanum, in Bithya apud Chalcedonem.
Clarium, in Ionia apud Colophonem, ex quo Apollo Clarius dictus eſt.
Delium, in Delo inſula, ubi Apollo reſponſa dabat.

Del-

Delphicum, apud Delphos urbem Phocidis, omnium Apollinis celeberrimum.

Dindymæum, in Phrigia, ubi Cybele conſulebatur.

Dodonæum, apud Dodonam urbem & ſylvam Epiri, ubi Iovis Vates dabant reſponſa.

Hammonis; in Marmarica, ubi Iupiter forma hirci colebatur, & reſponſa dabat.

Mileſium, in Ioniæ & Cariæ confinio, apud Miletum urbem, quod & Branchidarum.

Malli, in Cilicia. Vide Mallus.

Patareum, apud Pataram urbem Liciæ, ſeu in ora Pamphyliæ.

Pællum, apud Pellam urbem Macedoniæ, teſte Luciano, ſive apud alios in Pelethronia regione, ad Pelii montis radices, ubi in dracone Æſculapius dabat reſponſa.

Phaſelidis, urbis littoralis Ciliciæ, ubi conſulebatur Apollo.

Sinopeum, apud Sinopen urbem Paphlagoniæ.

Urii Iovis in Bithynia, idem quod Chryſopolitanum, ut videtur.

Fuere & alia: ſed prædicta clariora.

¶ Oranum, *Orano* Hiſpanis, *Oran* Gallis, urbs parva Barbariæ, cum arce probè munita, in ora maris Mediterranei & in regno Algerii, ſub dominio Hiſpanorum ab anno 1509. quo capta fuit à Cardinali Ximenio; eſtque in colle aſpero, portum habens ſatis capacem & tutum. Dicta fuit aliàs Quiſa, & nunc *Guharan* incolis illius tractus, eſtque ſub Diœceſi Toletana, quanquam longè à Toleto diſſita in meridiem.

Ovid. Orates, fluvius Scythiæ Europææ, in Pontum Euxinum influens.

Oratha urbs fuit Meſopotamiæ, teſte Stephano. Cujus tamen hodie nulla fit in tabulis Geographicis mentio.

¶ Oratorium, *le Dorat*, urbs Galliæ, in Marchia provincia ad Sevam amnem, 9. leucis à Lemovico in Boream Pictavium versùs, a quo 13. leucis diſtat, & 2. tantùm à Belaco.

Plin. Oraxus, *Aſtruno*, teſte Ortelio, fons Campaniæ, ad Leucogæum collem, inter Neapolim & Puteolos oculis, dentibus, & ulceribus, teſte Plinio libro 18. capite 11. ſalutaris.

¶ Orbanaſſa, Pamphiliæ urbs, in Aſia minori, teſte Ptolemæo.

¶ Orbas, fluvius Aſiæ minoris, in Phrygia, circa Celænas.

Hered. Strab. Ptol. Orbelus, *Monte aropnitze*, teſte Lazio, mons Macedoniæ, (non Thraciæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) illam a Myſia ſuperiori ſeparans, à quo Orbelia regio Ptolemæo dicitur. A Ptolemæo in Myſia ſuperiore deſcribitur: iuxta illum Vellanis, Vlpianum, & Scupi urbes Nivibus riget, ut in libro 2. Itinerarii:

- faſtigia celſa nivoſi
Venimus Orbeli, rapidis hinc volvitur undis
Strymon.

Orbelus, mons Macedoniæ. Illam à Mæſia dirimit, & cum Hæmo connectitur in limite Thraciæ.

¶ Orbetellum, *Orbitello*, oppidum munitum Italiæ, in Hetruria & in territorio Senenſi, intra ſtagnum cognom. propè oram maris Tyrrheni, & ad radices montis Argentarii; ſubeſtque dominio Hiſp. cum ditiuncula adiacente. Diſtat 35. mill. paſſ. à Centumcellis in occaſum, & 50. ab Ilva inſula in ortum, pendetque in ſpiritualibus ab Abbate Trium Fontium, ad Aquas Salvias, propè & extra Romam. Notandum eſt Orbetellum fuiſſe aliàs ſub dominio Reip. Senenſis; ſed ex quo Sena ceſſit magno Duci Hetruriæ, Hiſp. retinuit Orbetellum cum oppidis Telamonc, Portu Herculis, Portu S. Stephani & Monte Argentario; eaq; præſidiis & arcibus munivit: unde tractus adiacens in ora maris Tyrrh. dicitur *Stato delli preſidii* ab incolis.

¶ Orbis Terræ, ſeu Mundus, *le Monde, ou la Terre univerſelle*, dividitur in antiquum orbem, ſeu ab antiquis cognitum, & novum, ſeu recens detectum. In orbe antiquo ſunt tres partes, nempè Europa, *l'Europe* quæ minor eſt, ſed magis populoſa & culta, Africa, *l'Afrique*, quæ Europæ ſubjacet, & ab ea Mediterraneo mari dirimitur, per Æquatorem ſecta, & Aſia, *l'Aſie*, nobis aliquando *le Levant*, Europæ & Africæ ſubtenditur. In orbe novo ſeu recens detecta eſt America, *l'Amerique*, quæ duplex eſt, nempè America ſeptentrionalis, quæ aliquando Mexicana dicitur ab ejus urbe præcipua, & America meridionalis, quæ etiam Peruviana dicitur. Præter has quatuor orbis partes ſunt etiam duæ aliæ nempè terra Arctica ſeu Borealis incognita, *la Terre Artique*, in qua nova Zemla, Gronelandia ſeu Terra Viridis, & Spitzberga ſeu regio Montium Acuterum, cum aliis multis ſinubus & fretis; & terra Antartica ſeu Auſtralis, incognita, *la terre Auſtrale*, in qua nova Holandia, nova Zelandia, terra Concordiæ & Magellanica, cum multis inſulis & regionibus ad auſtrum extenſis; de quibus ſicuti de Arcticis, pauca aut nulla ſunt dicenda, & de his ultimis partibus nondum conſtat quæ ſint orbis antiqui, & quæ partes orbis novi; ſed tantùm dignoſcitur orbis partes eſſe ſex, nempè Europam, Aſiam, Africam, Americam, terras Arcticas, et terras Antarcticas.

¶ Orbis novus, *le nouveau monde*, pars orbis ampliſſ. recens detecta, nempè anno 1491. a Chriſtophoro Columbo Genuenſi. Dicitur aliter Indiæ occidentales, *les Indes occidentales*, ſeu maliùs America, *l'Amerique*. Vide America.

Orbitum. Vide Oropitum, & Herbanum; idem enim putatur. Strab.

Orcades, *Orkynai*, & *Orcane* Mercatori, *OrKnay* Camdeno, inſulæ mari Germanici, Scotiæ adiacentes, & proximæ, inter illam & Norvegiam, numero 40. Plinio, 30. Melæ, ab Hebudibus 5. dierum navigatione in ortum diſtantes. Scotorum Regi parent. Quarum Pomonia cæteris præſtat, in ea enim Carcoviana urbs epiſcopalis, *Kirkvval*, vel *KirKvvale* vulgò, cuius epiſcopus cæteris omnibus ſacra officia peragit. Quarum Virg. libro 2. Georgicorum meminit: Plin. ptol. Mel.

Orcades, & radii & amara pauſia bacca.

(* Niſi potiùs *Orcades*, eſſet appellativum nomen, ſignificans hoc loco ſpeciem oleæ grandiuſculam.) Claudianus de 4. Conſulatu Honorii:

Orcades: incaluit Pictorum ſanguine Thule.

Orcades, *les Orcades* Gallis, *OrKney* Scotis, inſulæ ſunt Scotiæ ad Boream, in mari Caledonio, ab ea tantùm Pictico freto diviſæ. Extenduntur a ſeptentrione in meridiem. Aliàs ſuberant Regi Daniæ, ſed ab eo oppigneratæ fuerunt Regi Scotiæ, nec hucuſque redemptæ. Sunt undecim majores inſulæ nempè Pomonia, *Mainland*; omnium præcipua, Hoya, *Hoz*, Ranalſa meridionalis, *South Ranal*, Siapinſa, *Siapins*, Raſa, *Roons*, Flotta, *Flot*, Weſtria, *Weſter*, Eda, *Heth*, Sandia, *Sand*, Stromonza, *Streoms*, & Ranalza Borealis, *Nort Ranals*, cum aliquot aliis minoribus; ſuntque a paucis annis Ducali titulo inſignitæ. Et in his ſunt tantùm aliquot caſtra, cum oppido *Kirkual* in Pomonia inſula. Ptol.

Orcelis, *Horiguella*, teſtibus Cluſio & Tarapha, *Orihuela* aliis, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Taderum fluvium, in regno Valentiæ, apud fines Murcienſis, a Murcia 4. leucis, Alonas versùs 9. epiſc. ſub Archiep. Valentino, inde 30. leucis in meridiem, quæ & Oriola Latino recenti.

¶ Orcelis, urbs Baſtitanorum, in Hiſpania Tarraconenſi. Nunc omnibus eſt *Orihuella*, in regno Valentiæ 4. leucis infra Murciam in ortum & 9. ab Alonis in occaſ. uti 5. ab ora ſinus Illicitani diſtans, & 24. a Valentia. Eſt ſatis parva, & a paucis habitata.

¶ Orcheni Arabiæ deſertæ populi, teſte Ptolemæo.

¶ Orcheſtena, Armeniæ majoris provincia, teſte Strabone.

Orchianum, *Vitorchiano*, oppidum ſeu caſtrum Hetruriæ mediterraneum, inter Viterbium 10. & Polymartium 4. mill. paſſ. Cujus fit mentio in tabula ænea Viterbii. Vet. Inſ.

¶ Orchianum, ſeu Vitorchianum, caſtrum eſt Hetrurię, in ditione Pontificia & in provincia patrimonii, 6. milliaribus a Viterbio diſtans in Cæciam Polymartium versùs.

Orchoe, urbs Babyloniæ, inter paludes & Arabiæ deſertæ confinia, quæ et Vrchoe, Hur Chaldæorum in ſacris litteris, patria Abrahæ. Ptol.

Orchomenus, oppidum geminum: unum Bœtiæ, inter Theſpiam et Coroneam proximas urbes, adhuc *Orchomeno* dictum: ubi templum Charitibus, hoc eſt, Gratiis dicatum erat: olim ditiſſimum, ac potentiſſimum, cui Thebani tributa pendebant. Hujus ſolùm à talpis totum fermè evertitur, auctore Plinio. Alterum in Arcadia, inter paluſtria & paludoſa loca, teſte Halicarnaſſeo Mantineæ urbi proximum: quas urbes Strabo evanuiſſe ſcribit. Populi orchomenii Pauſaniæ et aliis. Eſt et Orchomenus Straboni et Plinio fluvius (non mons, ut in Theſauro Ling. Lat.) Theſſaliæ, Minyeus antea, et poſtea Minterius, teſte Strabone, cum oppido cognomine. De Orchomeno oppido Ovid. lib. 6. Metamorph. Xenop. Scrip. Pauſ. & al.

Orchomenoſque ferax, & nobilis ære Corinthos.

¶ Or-

Orchomenus, oppidum inter Coroneam ad meridiem & Elateam ad ſeptentrionem. Nunc tantùm caſtrum eſt, *Orcomeno* dictum, in Stramulipa prov. Livadiæ, ſub Turcis.

Orcos, fluvius inferorum apud Poetas, & fluv. Theſſaliæ, in Peneum influens: de quo Homerus.

¶ Orcynia, locus Cappadociæ, ubi Eumenes ab Antigono victus fuit, teſte Plutarcho.

Orcynium, Ordymnus Plinio, mons Lesbi inſulæ, qui & Ordunum, ſive Ordunus, vel Ordunnus appellatur.

¶ Ordæa, Macædoniæ urbs apud Stephanum.

Ordeſſus, Odeſſus Arriano, urbs Sarmatiæ Europææ, ad Axiacen fluvium. (Sed Ordeſus apud Ptolemæum in codice Græco legitur) Olbiæ finitima. An extet, incertum. Eſt & fluvius ingens, qui teſte Herodoto, Iſtro miſcetur. Vide apud eum lib. 3.

Ordovicæ, populi Albionis, in ora ad ortum, quorum urbs Bervicium, *Bervvick* vel *Barvvick*, in Scotiæ Angliæque confinio, teſte Boetho. In Theſ. Ling. Latinæ Ordolucæ legitur.

Ordovices, populi Albionis, quos Lhuydus Ceſtrienſes & Salopienſes, in Angliæ Valliæque confinio, ac Lancaſtrenſes, in * Cumbria * latè nimirum ſumpta eſſe putat. Aliis ſunt in Comitatu Montis Gomerici, in Mervinia & Arvonia, in agro Denbighenſi & Flintenſi. (Quibus addit Camdenus Monam inſulam.)

¶ Ordnvices populi fuere Angliæ, ubi nunc Vvallia Borealis; Camdeno *&* aliis teſtibus. Terminabantur ab oriente Cornaviis, à meridie Demetis, ab occaſu autem & Borea mari Hiberico. Sed longè diſtat à Cumbria in meridiem.

Ordovicum, (Vide Nordovicum) *Norvvich*, urbs epiſc. Albionis in ora angliæ, apud oſtia Garyenni fluvii. Hanc quidam urbem populorum Ordovicum faciunt. Sed Ordovices Ptolemæo ad oram occiduam ſpectant; Ordovicæ verò Tacito, ad oram quidem morientem, at in Angliæ & Scotiæ, uti ſupra dictum eſt, confinio.

¶ Ordovicum aliis, & meliùs, eſt Nordovicum ſeu Norvicum, *Novviche*, urbs Norfolciæ provinciæ caput. Vide Nordovicum.

¶ Ordunia, *Orduna*, oppidum Hiſpaniæ, in Biſcaja provincia, versùs montes, 9. leucis à Flaviobriga in meridiem, uti 5. ab ora Oceani Cantabrici.

Oreb mons qui & Horeb ſcribitur, mons Arabiæ Petrææ, Sinæ monti attiguus, eoque celſior, adeò ut mare Mediterraneum ſupra 120. mill. paſſ. diſtans exinde conſpiciatur: ab Ælana oppido & monte, qui & Taurus ad 60. mill. paſſ. diſtans. (*in deſerto Madian.*)

Orebatis. Vide Obroatis.

¶ Orebroa ſeu Orebrogia, *Orebro*, urbs parva Sveciæ, & unica in tota Nericia provincia, propè Melerum lacum 4. leucis Svecicis ab Arboga in occ.

¶ Oregrunda, *Oregrund*, oppidum Sveciæ, in Uplandia provincia, cum portu in ora ſinus Bothnici, è regione *Ginſon* inſulæ, 7. leucis Svecicis diſtat ab Upſala in ortum.

¶ Oreliacum, ſeu Aureliacum, urbs eſt Galliæ, in Alvernia ſuperiori, ad Jordanum amnem. Vide Aureliacum.

¶ Orenocus, *Orenoque*, fluvius ingens Americæ meridionalis aliter *Paria* dictus ſeu *Yuyapari* incolis. Recipit plures fluvios; & regionem Pariam à Guiana ſeparans, in mare Boreale ſe exonerat latiſſimo oſtio, ubi plurimæ inſulæ, & propè Trinitatis inſulam.

¶ Oreophanta, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptol.

¶ Oreſa, Syriæ aut Euphratenſis urbs libro Notitiarum.

Oreſta Hadrianopolis urbs dicta priùs, ab Oreſte condita, ut libro 2. Itinerarii:

Matricidia ſuo de nomine dixit Oreſtam.

Oreſtæ, populi Epiri, Moloſſis finitimi, ſic ab Oreſte, qui ad ea loca confugit, dicti, quorum urbs Argos Oreſticum, & Amphilochium cognominatum: & in Macedonia inter Elymiotas & Pelagones, teſte Strabone & Plinio, quorum regio Oreſtis dicitur Ptolemæo. Sunt & populi Aſiæ in Gedroſia, ultra Carmaniam, Oritæ Straboni: quorum meminit Lucanus lib. 3.

*Tunc furor extremos Romanus movit * Oreſtas.*

Sed hi populi à Lucano memorati, non Epiri, ſed Indiæ fuiſſe feruntur. (* Alii libri legunt *Oloſtras*.)

¶ Oreſtæ, populi fuere Macedoniæ, versùs mare Adriaticum, inter Elymiotas ad Boream, & Epirum ad meridiem, à qua dirimitur Acrocerauniis montibus. Eorum urbes fuere, Oreſtia, quæ fortè eadem quæ Argos Oreſticum, ſed ejus ſitus ignoratur, *&* Amantiæ duæ urbes ejuſdem nominis, una ad mare, altera in mediterraneis.

¶ Oreſthaſium, Arcadiæ urbs, teſte Stephano, quam Pauſanias poſteà Oreſtium appellatam ſcribit.

Oreſton, locus Arcadiæ, ad quem Oreſtes veniens, ab echidna ſerpente morſus interiit, ut Stephanus refert; qui Oreſtiam etiam urbem in Macedonia deſcribit, (ubi Ptolemæus Lagi primus Ægypti Rex ortus eſt) in monte ſitam, & aliam in Arcadia. Sed hæc eadem, ac Oreſtion eſt.

Oreſti, populi; & Oreſtia, regio Scotiæ. Vide Horeſti.

Oreſtis portus, *Porto Ravaglioſo*, teſte Barrio, portus Brutiorum, (non magnæ Græciæ, ut ſcribit Ortelius) in ora Calabriæ ulterioris, apud Tauranium & Palmam oppida ad 2. vel 3. mill. paſſ. Eſt & regio Macedoniæ Ptolemæo, (& oppidum ejuſdem regionis Livio) quæ Oreſtias Straboni, in qua Amantia oppidum Ptolemæo, (Vide ibi) quod Oreſtia Stephano, & Oreſtis Livio. Cujus populi Oreſtæ Plinio. *Plin.*

¶ Oreſundicum fretum, *Oreſund*, ſeu vulgò *le Sund*, fretum maris Baltici, inter Scaniam provinciam Sveciæ ad ortum, *&* Selandiam Daniæ inſulam ad occaſum, ubi naves tenentur tributum ſolvere Regi Daniæ in ſingulos malos. Eſt valdè reſtrictum inter Coronæburgum, & Elſingoburgum. Ei adjacent etiam Haphnia, Malmoa, & aliæ urbes; diciturque communiùs ab exteris, *le Sund*, ideſt, fretum per excellentiam, quia præcipuum eſt fretum per quod naves è mari Germanico in Balticum tranſire poſſunt, vel viceverſa. Vide Sundicum fretum.

Oretæ populi ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ, ad mare Euxinum, inter Cercetios & Achæos, incolentes, teſte Dionyſio Afro: *Dionyſ.*

Poſt hos Cercetis, juxta quos Axenus altis
Fluctuat æquoribus, nec non Oretaque feroces.

Oretani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum regio *la Mancha*, in regno Caſtellæ novæ, in qua Fanum *S.* Clementis, oppidum amplum, à Toleto 24. leucis Murciam versùs diſtans: per quam regionem Anas fluvius oriens decurrit. Horum urbs Oretum, vulgò S. *Maria de Oreto*. *Strab. Plin.*

¶ Oretani populi Hiſpaniæ fuere, ubi nunc provincia *la Mancha* dicta, & pars occidentalis provinciæ *la Sierra* dictæ.

Orethus fluvius, *Fiume della Muraglia*, teſte Leandro, fluvius Siciliæ, Panormi mœnia lambens, ex monte ſupra Montem Regalem urbem oriens ad 4. mill. paſſ. victoria Metelli adversùs Haſdrnbalem Carthaginenſem memorabilis. *Vib. Seq.*

¶ Orethus, fluvius Siciliæ in ora Boreali, *Oreto* dicitur etiamnum. Oritur ex montibus, & poſt curſum 8. mill. paſſ. uno milliari à Panormo ad ortum in mare Tyrrhenum ſe exonerat. *Ptol.*

Oretum, Germanorum cognomine, *Oreto*, teſte Morali, urbs olim epiſcopali, ſub Archiepiſcopo Toletano, inde 22. leucis in auſtrum recedens, nunc iacens & exciſa apud Almagrum oppidum amplum, & Calatravam Equitum Calatravenſium ſedem & cœnobia; quæ duo oppida 4. leucis inter ſe diſtant. Porrò Oretum ab Almagro (ex ruinis Oreti extructo, vel aucto, ut vetus inſcriptio indicat) 4. leucis recedit, apud Anam flumen.

Oreum, * Horæus Ptolemæo, Iſtiæa priùs, teſte Pauſania, Heſtiæa, Thucydidi & Melæ, Oropus Stephano, *l'Oreo* Sophiano, urbs Eubœæ, in ora ad ortum vergente, apud Fanum Dianæ, a Chalcide urbe primaria 40. mill. paſſ. in ortum, epiſc. ſub Archiepiſcopo Athenienſi. Fuit & oppidum Bœotiæ, teſte Livio. (* eſt in Seld. manuſcr. *Oreos*.) *Plin. Pauſ. Plut.*

¶ Oreum oppidum eſt tenue Eubœæ inſulæ, in ora maris Ægæi 50. mill. paſſ. a Chalcide in Boream diſtans.

Orga, Orgas Straboni, fluvius Phrygiæ magnæ, in Meandrum apud Apameam urbem influens; qui variè, ab urbibus quas irrigat, hodie nominatur. *Plin.*

Organa, inſula Arabiæ felicis, ad traiectum ex ea in Carmaniam, non longè ab ora ſinus Perſici, Tyrrhina Straboni. Sed apud Arrianum Organa inſula eſt in ſinu perſico, non in mari Indico, ut ſcribit Ptolemæus. Arriano autem major fides habenda eſt, cum loca ea navigando exploraverit. Fortè ea *Ormus* nunc appellatur, vel alia inſula non longa diſtans. *Ptol.*

¶ Organa inſula Arabiæ felicis, in ora, & in mari Arabico,

bico, extra fauces ſinus Perſici, & extra trajectum ex ea in Carmaniam. Nunc *Mazira* dicitur; eſtque oblonga. Vix 30. mill. paſſ. diſtat ab ora Arabiæ, 140. à Corodamo promontorio in Africum, & 300. ab Armuzia in meridiem.

Ptol. Orgaſi, *Organzi*, teſte Nigro, populi Scythiæ citerioris ſeu intra Imaum montem, * Coraxis (quorum regio Citracanum habet emporium Armenis; Medis, & Perſis commune, apud Rhe fluvium, teſte Jovio) proximi, in ortum vergentes. (*Ita in manuſcripto Seldeni, in impreſſis verò Coraſphi.)

Plin. Orge, Sulgas Straboni, *la Sorgue*, teſte Joanne Poldo, fons, & fluviolus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, in Druentiam apud Caballionem urbem influens. Sorge legendum apud Plinium videtur. De quo vide mirum apud illum libro 18. capite 22. nam in eo herbæ quædam naſcuntur, quas boves avidè capite in aquam merſo decerpunt, & edunt.

¶ Orge meliùs Sulga dicitur, *la Sorgue*, fluvius Provinciæ, in Comitatu Vindaxino. Oritur è fonte Vallıſcluſæ. *Vancluſe*, & in Rhodanum ſe exonerat ſupra Avenionem. Vide Sulga.

Orgelium, Orgia Ptolemæo, Orgella libro Conciliorum, & Urgella, *Vrgel*, ſeu *la Xea Vrgel*, urbs Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, ad montium Pyrenæorum radices, epiſc. ſub Archiepiſc. Tarraconenſi, à Barcinone 24. leucis, quot ferè à Tarracone, inter Perpinianum, & Oſcam ad 20. Miror Ortelium, illam in Aragonia collocare cum apud omnes ſit in Catalaunia. Populi Orgelitani, & Vrgellenſes. Eſt & Orgia urbs Hiſp. Tarraconenſis in finibus Oretanorum, quæ Wernero *Alcaraz* à Toleto 28. leucis Marciam versùs, aliis *Orgaz* oppidum amplum, Toleto finitimum, ab eo 5. leucis Oretum versùs: quod veriſimilius videtur.

¶ Orgelum ſeu Urgela, *Vrgel* incolis, *la Seu de Urgel*, id eſt Eccleſia Urgelenſis, urbs eſt Cataloniæ, ad Secorim fluvium, & in Comitatu Ceretaniæ 5. tantùm leucis Hiſpanicis diſtat à confinio Galliæ in meridiem, 20. à Perpiniano in occaſum. 28. à Barcinone in ſeptentrionem, uti 9. à Solſona.

¶ Orgeſſum, Macedoniæ urbs, teſte Livio, forſan Orgyſus polybio.

¶ Orgomenæ, Illyrici urbs, teſte Stephano, eadem fortè ac ejuſdem Orgalema.

Mel. & al. Liv. Oricum, Oricus Stephano. Oreum Straboni, Horicum Ptolemæo, *Orco*, teſte Nigro, oppidum Epiri maritimum inter Acroceauniam ad auſtrum Aulonam urbem Macedoniæ ad Boream, à Brundiſio urbe 85. mill. paſſ. quot ab Japygio promontorio Salentinorum ex Plinio. Ibi Oricus mons Polybio, ubi Oricia terebinthus. Virg. libro 10. Æneidos:

Incluſum buxo, aut Oricia terebintho.

Propertius libro 1. elegia 8.

Accipiat placidis Oricos æquoribus.

¶ Oricum urbs fuit Chaoniæ, in Epiro, in ora maris Jonii, & propè Aulonæ portum, de qua multa Livius; eſtque ad radices montis Acroceraunii, cum portu capaci 60. milliar. diſtat ab Hydrunto in ortum, & à Nigro *Orcha*, dicitur.

¶ Oriens, I, *Orient.* Orientis vox valdè frequens in veteri hiſtoria pro Aſiæ parte, quæ nobis nimirum versùs Orientem eſt, quam autem peculiariter ſic nominet nonnihil obſcurum forſan vesùs Parthiam, Aſsyriam, & Armeniam maiorem.

Anna Rave. Origanum vel Origarium, *Lago di Comacchio*, teſte Ortelio, Comaclenſis lacus piſcoſiſſimus eſt, (cujus fit mentio in vita S. Romualdi Abbatis) inde enim piſces Bononienſibus, & finitimis Æmiliæ civitatibus ſuppeditantur abundè.

¶ Origarium, ſeu & meliùs, Origaxium, palus Comalenclenſis eſt, in Ducatu Ferrarien. ſub ditione Pontificia; & vulgò *le Valli de Comacchio* dicitur, eſtque inter oſtia Padi fluvii ad Boream, & Ravennam ad meridiem. Vide Comaclum.

Plin. Origeni, Origeviones Melæ, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Cantabrorum, per quos Neſua flumen decurrit: quorum urbs primaria Flaviobriga, deinde Flavionavia.

Ptol. Origiacum, *Arras*, urbs Atrebatum, epiſc. ſub Archiepiſcopo Cameracenſi, Arteſiæ regionis in Belgio caput. Vide Atrebates. Malè in Theſauro Linguæ Lat. Rigiacum, pro Origiacum poſitum eſt; ſicuti & in Latino codice Ptolemæi.

¶ Origiacum, urbs pleumoſiorum, in Gallia Belgica, teſte Cluverio, & aliis eſt *Orchies*, oppidum Flandriæ Comitatus; & in Flandria Gallicana, medium inter Ducatum in Africum, & Tornacum in Cæciam, 4. leucis ab Inſulis in meridiem; ſubeſtque Regi Franciæ ab anno 1667.

Orine, *Maczua*, teſte Ramuſio, inſula ſinus Arabici, Æthiopiæ contra Adulim urbem adiacens, quæ inſula Orneon ptolemæo dici videtur, hoc eſt. Orneorum populi. *Ai a*

Oringis, Vide Oningis ut alii legunt. Hanc Livius lib. 8. decade 3. à Scipione captam, & ſolo æquatam ſcribit, cum Hannonem Carthaginenſem cepiſset. *Li*

Orinus, fluvius Illyrici in Myſiæ confinio, in quem, teſte Caliſto Nicephoro, Drinus influit; ſed potiùs qui in Drinum excipitur; Drinus enim maior eſt. *Ca*

Orinus quoque, Erineus Thucydidi, fluvius Siciliæ, per agrum, Neetenſem inter Aſſinarium & Cacyparim fluens, marique inter Syracuſas & Elorum exceptus, *Miranda*, & intus *Fiume di Noto*, Fazello teſte, dicitur. *Pt*

Oriola, *Horiguela*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in confinio regni Murcenſis & Valentini, epiſc. ſub Archiep. Valentino, proximam Murciæ, inde 4. leucis, a Valentia 30. in meridiem. Sunt qui hanc urbem Orcelim dictam veteribus ſcribant. *Pr Ro*

Oriola, *Oribuella*, urbs regni Valentiæ, in Hiſpania, aliàs Orcelis dicta. Vide ibi.

Orippo oppidum fuit Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, ab Hiſpali 9. mill. apud Italicam, Gades versùs, ab aliis veteribus haud memoratum. *Ar*

Oritæ, populi Carmaniæ, ad Arbim fluvium incolentes. Oritæ etiam polybio, Oritani Livio, populi Achajæ Opuntiis finitimi. *Pli*

Oritanum, Eubœæ inſulæ urbs, teſte Plinio.

Orium, oppidum Epiri. Vide Oreum, & Oricum. Orithon Lucano lib. 3. *Lin*

Tunc qui Dardaniam tenet Orithon & vagus altis.

Oricum legitur apud Livium lib. 4. decade 3. (ubi ſcribit illam in planitie ad mare ſitam eſse ab Apollonia itinere diei diſtantem, à Marco Valerio Conſule captam) non Oreum, ut Ortelius ait.

¶ Oriundus, fluvius Illyrici, propè urbem Scodram in Barbanam flumen influere ait Livius.

¶ Orixa, *Orixa*, urbs Indiæ citerioris, provinciæ cognominis caput, in regno Golcondæ. In monte ſedet: eſtque in mediterraneis, & 100. mill. paſſ. ab ora ſinus Gangetici, ab ea regnum Golcondæ dictum fuit etiam antea regnum Orixæ.

¶ Oriza, palmirenæ urbs, teſte ptolemæo.

Ormenus, fluvius Arabiæ felicis, per oram ad ortum in mare Rubrum apud Didymos montes decurrens. Nomen vulgare à nemine ponitur. *Pt*

* Ormenius mons, *Ermenidag* Turcis, teſte Leunclavio, mons Bithyniæ, apud Claudiopolim urbem, Ormenium quoque Straboni oppidum fuit Theſſaliæ, ad ſinum pegaſeum, a Demetriade 27. ſtadiis in meridiem. (* in manuſcripto Seldeni *Orminios.*) *Pt*

¶ Ormion, Epiſcopatus ſub ſede Hierapolitana, in Syria, teſte Guillelmo Tyrio.

¶ Ormuzium, *Ormus*, fuit urbs Aſiæ, et emporium celebre ad ſinum perſicum, in regno & inſula cognomine, cujus nunc arx diruta, ex quo capta fuit a perſis auxilio Anglorum anno 1621. Vrbs autem a paucis habitatur, & in pagum ferè reducta eſt, ex quo ſubeſt perſis, cum antea Reges haberet proprios ſub clintela Luſitanorum. Ex eius ruinis crevit emporium in viciniis, *Bandar Abaſſi* dictum. Vide Armuzia.

Orna, Olina ptolemæo, fluvius Galliæ Celticæ, per Normanniam ex agro Sagienſi, per Argentanum, Falleſiam & Cadomum, in Oceanum Britannicum fluens, *Orne* vulgò. De quo in lib. Itinerarii ſic: *Gal Scr*

Gurgite ſuſcipior ſubter quoque fluminis Orna.

¶ Orna, *Orne*, aliàs Olina, fluvius Galliæ, in Normannia Argentanum & Cadomum rigat, ſed non Falleſiam; & ad Strehamum oppido a mari Britannico excipitur. Vide Olina.

¶ Ornea, Argiæ urbs in peloponneſo, ubi commiſſum fuit prælium inter Lacedæmones & Argivos, teſte Diodoro. Alia fuit Ornea urbs inter Corinthum & Sicyonem ſita.

Ornithon oppidum fuit phænicis in ora, inter Tyrum & Sidonem. *Str Pli*

¶ Oroarda, piſidiæ urbs, in Aſia minori, teſte plinio.

Oran-

Orandes, montes Aſiæ Tauri pars, de quo Plinius libro 5.cap.27. Choatræ, Oregi, & Nyphati finitimus. Sunt qui partem Imai illum faciant; ſed falsò. (* Orates forſan in aliis libris.)

Oroates, Oroatis Ptolemæo, *Tritiri* Caſtaldo ex tabulis recentibus, fluvius Suſianæ maximus illam à Perſide diſterminans, et in ſinum Perſicum ſeſe exonerans. Cujus oſtia ab oſtiis Tigridis bis mille ſtadiis, teſte Strabone in ortum diſtant.

Oroba, Ptolemæo urbs fuit Aſſyriæ duplex.

Orobatis, Ptolemæo fuit urbs Perſidis mediterranea. Vide Obroatis.

Orobii, populi Galliæ Tranſpadanæ, Alpini, in Cenomanis, quorum caput eſt Bergomum urbs, ſic dicti quaſi in montibus vitam ducentes.

¶ Orobii, populi fuere Galliæ Tranſpadanæ, ubi nunc pars Borealis Ducatus Mediolanenſis, versùs Comum. Eorum urbes fuere Bergomum, Comum, & Forum Licinii, teſte Brietio. A ſeptentrione Euganeis erant contermini, uti ab oriente, ab occidente Lepontiis, & à meridie Inſubribus.

Orobis, (non Orobris, ut ſcribit Ortelius ex Ptol. cum codex Græcus Orobis habeat, *l'Orbe* flumen Galliæ Narbonenſis. Vide Obris; variè enim ſcribitur.)

¶ Orocana, Mediæ urbs, teſte Prolemæo.

Orodienſis Comitatus *Czongrad*, provincia eſt parva Hungariæ inferioris, versùs Tibiſcum fluvium & confinia Tranſylvaniæ, ſub dominio Turcarum, inter Comitatus Torantalienſem ad Boream, & Conadienſem ad meridiem.

Orodopes, inſula parva Phœnicis, Tyro urbi adiacens, quaſi ſcopulus à recentibus ob parvitatem prætermiſſa, ac ſine nomine hujus temporis.

Orolaunum, *Arlun* quaſi Ara lunæ, urbs Galliæ Belgicæ, in Ducatu Lucemburgenſi, inter Lucemburgum 4. & Neocaſtrum 5. leucis diſſita.

¶ Orolaunum, *Arlon*, urbs eſt parva, ſed munita Ducatus Lucemburgenſis, in colle, ſub dominio Hiſpanorum; eratque aliàs in Cæreſiis. Vix. 2. leucis diſtat à limite Lotharingiæ, & Barrenſis tractus in Boream, 6. à Monmedio in Cæciam; eſtque media inter Lucemburgum ad ortum, & Neocaſtrum ad occaſum.

¶ Oromandrus, Armeniæ minoris urbs apud Ptolemæum.

Oromanſaci, populi Belgii, inter Morinos, Geſſoriaco proximi, in Picardiæ, Arteſiæ, Flandiæque confinio, ubi Audomarum urbs, *Guines & Ardres* oppida ſunt.

¶ Oromanſaci populi fuere ſub Morinis, juxta fretum Gallicum, ubi nunc tractus Picardiæ Borealis, in quo Ardrenſis Præfectura, *le gouvernement d'Ardres*, & recuperata ditio, vulgò *le pais reconquis*, ubi Comitatus Oſienſis & Guinenſis, *les Comtez d'Oye & de Guines*, ubi Caletum Ardra, & Guinea, urbes Galliæ in limite Arteſiæ & Flandriæ.

Oromedon, mons Co inſulæ altiſſimus. Oromedontis meminit præſertim Theocritus in bucolicis.

Oronda, *Onda*, teſte Beuthero, oppidum Hiſp. Tarraconenſis, in regno Valentiæ, inter Seguntum, & Incibili Dertuſam versùs, ab Oro Rege conditum, ut idem Beutherus ſcribit.

¶ Orondici populi fuere Galatiæ, in Aſia minori, teſte Ptolemæo.

Orontes Typhon priùs, teſte Strabone, Ophites Pomponio, Læto Ladon Philoſtrato, fluvius maximus Syriæ, ex monte Libano profluens, multiſque urbibus irrigatis, in quibus Antiochia, quam interluit, ad Seleuciam Pieriam in Syrium pelagus prolabens, myrrha nobilis. Variè legitur, *Oronz* intus, teſte Theveto, *Soldino* apud oſtia: interius *Fer*, teſte Guillelmo Tyrio, *& Farfar* vel *Tarfar* Guſtellio. Ejus oſtia ab Antiochia 120. ſtadiis abſunt in occaſum à Seleucia 40. in auſtrum. Ovidius libro 2. Metamorphoſeon:

Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes.

¶ Orontis fluvii oſtium nunc *porto Simone* dicitur à Guillelmo Tyrio, & à recentioribus, etiam à monaſterio ſic dicto, in arduo monte, ad ejus oram ſito.

Orontes item Ptolemæo mons Mediæ Ecbatanis imminens. Hic modò à noſtratibus *Montagne de Tauris* appellatur. Juxta Orontem fluvium laudatiſſima bombyx provenit, teſte Salmonio, ubi ſic ait:

Alter Orontæo radiat cervice decorus, &c.

¶ Oropi Epiſcopatus ſub Anarbaza ſede, teſte Guillelmo Tyrio.

Oropitum, Oropite Catoni, Orobitum ſive Orbitum Plinio, Herbanum Plinio, Vrbs vetus Paulo Diacono, Vrbſuetana & Vrbevetanum Procopio, *Orvieto*, urbs Hetruriæ epiſcopalis, in monte, ad Peliam flumen, non longè in Tiberim cum Glani influentem, inter Viterbium 20. & Peruſiam 30. mill. paſſ. ab urbe Roma ad 50. *Ant.*

¶ Oropitum, ſeu Vrbiventum, *Orvieto*, aliàs Herbanum, urbs Hetruriæ, in ditione Pontificia, ad Peliam fluvium, qui paulò infrà recipit Glanim & 3. milliaribus infra cadit in Tiberim. Vrbs eſt in colle & ſitu permunita, quia undique rupibus & præcipitiis vallata; eſtque caput agri adiacentis vulgò, *Territorio d'Orvieto* incolis. Diſtat 20. mill. à Viterbio in Boream, uti 50. a Roma, & 30. a Peruſia in meridiem, & vix 15. a confinio territorii Senenſis ſeu ditionis magni Ducis Hetruriæ in ortum.

Oropus, *Zucamini*, teſte Alexandro Sardo, *Suſamino* Nardo, oppidum Bœotiæ, in Atticæ confinio, in ora, inter Chalcidem 20. & Tanagram 18. mill. a Thebis 36. ab Athenis 44. Quod cum Athenienſes vaſtaſſent, a Romanis 500. talentis multati ſunt, teſte Aulo Gellio. Fuit etiam Oropus urbs Macedoniæ, ubi Seleucus Nicator natus, ſic ab Oropo filio Lycaonis dicta. Item oppidum Eubœæ quod Ariſtoteli Græa dicitur, teſte Stephano. *Thuc. Steph. Ptol.*

¶ Oropus, Syriæ urbs, teſte Stephano, qui eam Telmiſſum, etiam vocat.

Oroſa, quæ & Alinza, *Arehiech*, teſte Caſtaldo ex coniectura, urbs Mediæ mediterranea, inter Nazadam, & Arſiſacam ad ortum. *Ptol.*

¶ Oroſcopa, Africæ urbs, de qualis inter Maſſiniſſam & Carthaginenſes, teſte Appiano in Punicis.

¶ Oroſines, Thraciæ fluvius, teſte Plinio.

Oroſpeda, Ortoſpeda Ptolemæo, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, poſt pyrenæum maximus, latèque diffuſus, varia habens nomina à locis quæ attingit. In Celtiberis enim *Siera di Mollina* dicitur, teſte Floriano, in Arevacis & Carpetanis, *Palomera d'Avila*, *Porto di Sommo Sierra*, *del Pico*, *& della Tablada*, in regno Caſtellæ veteris, in regno autem Legionenſi apud Callaicos *Sierra di Ponfria*.

¶ Oroſpeda mons eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis valdè extenſus per Carpetanos & Baſtitanos, a Tago fluvio nempè ad oram maris Mediterranei per Caſtellam novam, regnum Murciæ & partem orientalem regni Granatæ; & ejus partes ſunt *Sierra de Segura*, *Sierra d'Alcaraz*, *montes de los Alpuiaras*, in regno Granatæ, & alibi aliter pro locorum diverſitate. Sed non extenditur versùs regnum Legionenſe neque per Caſtellam veterem. *Strab. Amm.*

Orrea oppidum fuit Africæ, inter Sitifim 18. & Saldas coloniam 59. mill. paſſ. Nomen vulgatum ignoratur. *Ptol.*

Orrhea, *Forfair* vel *forfar*, teſte Camdeno, oppidum Albionis in Scotia & Anguſia regione, inter Brechinum ad ortum & Duncaledinum ad occaſum 12. mill. ubi maxima carbonum copia. Aliis eſt *Nevvcaſtle*, oppidum Northumbriæ, apud Tinam fluvium, a Dunelmo urbe 12. in Boream Bervicium versùs. Orrhea item ptolemæo, horreum margi Antonino, oppidum Myſiæ ſuperioris, ad Margum fluvium, in danubium influentem, ultra Viminacium 64. mill. paſſ.

¶ Orrhea urbs Mœſiæ ſuperioris, ad Moravam fluvium. Nunc eſt oppidum regni Serviæ *la Guardia* dictu, 60. mill. paſſ. a Viminacio in meridiem versùs Scardum montem.

¶ Orſa oppidum Indiæ intra Gangem, teſte ptolemæo.

¶ Orſa, *Orſſa*, oppidum munitum poloniæ, in Lithuania, ad Boriſthenem fluvium, ubi Orſcamamnem recipit. A Moſchis captum fuit hiſce ultimis temporibus. Diſtat 18. leucis polonicis a Smolenco in occaſum, & 12. à Mohilovia in Boream, Vitebiſcum versùs, arcem habens validam.

¶ Orſara, Armeniæ minoris urbs, teſte ptolemæo forſan eadem quæ Tonaſa Antonino.

¶ Orſima, oppidum Æthiopiæ, ſub Ægypto, teſte plinio.

¶ Orſojum, ſeu Orſovium, *Orſoy*, oppidum probè munitum Germaniæ, in Ducatu Clivenſi, ad Rhenum fluvium. Iuris eſt Brandeburgici, ſub clientela tamen Hollandorum, 3. leucis ſupra Veſaliam in meridiem, & 4. a Gueldria in ortum, paulò ſupra Rhenobergam.

¶ Orſologiacum, Galatiæ urbs, in Aſia minori inter Ancyram & Niſam teſte Antonino: forſan eadem Oroſologia vocatur a ptolemæo.

App. Alex. Orſona, Urſo colonia Straboni & Plinio, quæ & Genua Urbanorum Plinio, Urſao Aulo Hirtio, Urſon in veteri inſcriptione, *Oſſuna*, teſte Ambroſio Morali oppidum amplum Hiſpaniæ Bæticæ, Ducatus, & Academia, in Vandalitia, inter Hiſpalum 8. & Malacam 16. ab Aſtigi 5. leucis in meridiem.

¶ Orſona nunc *Oſsuna* & *Oſsona*, urbs eſt parva ſed culta Vandalitiæ, 13. leucis ab Hiſpali in ortum & 16. à Malaca diſtans in Circium. Vide Urſo.

¶ Orſura Italiæ urbs circa Samnium, aut Campaniam, videtur apud Paulum Diaconum, in Longobardicis. Sura autem legit manuſcriptus codex. Quid ſit nunc non conſtat, niſi forſan Sora.

Ortana, *Artana*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Navarræ, à Pompelone 5. leucis, *Artato* aliis, locus exciſus.

¶ Ortenburgum, *Ortenbourg*, oppidum Germaniæ, in Carinthia ſuperiori, ad Dravum fluvium, & in confinio ditionis Salisburgenſis, vix 5. milliaribus Germanicis ſupra Villacum in occaſum, & 6. à Ponte ad Fellam ſeu à confinio Foro-julii & ditionis Venetæ in Boream.

¶ Orteſium, *Ourtes*, urbs parva Galliæ, in Aquitania & in Beneharnia, ad Gabarum Palonſem fluvium. 7. leucis diſtat ab Elorona in Boream, uti à Palo in Circium, & 10. à Bajona in ortum.

Hom. Plin. Strab. Orthe oppidum fuit Magneſiæ, in Theſſaliæ & Macedoniæ confinio, apud Peneum fluvium & Tempe, Hamolio finitimum: quod hodie non exſtat.

¶ Ortheaga, Meſopotamiæ urbs, teſte Ptol.

Plin. Ptol. Ortoſia, Antaradus priùs, teſte Plinio, Orthoſias Straboni, Orthoſis Dionyſio Afro, *Tortoſa* Moletio & aliis, urbs Phœnicis, epiſcop. ſub Archiep. Tyrio, in ora, inter Balaneas ad Arctos 24. & Tripolim ad auſtrum 50. mill. paſſ.

Strab. Liv. Ptol. Leoph. Orthoſias, urbs Cariæ mediterranea, in Piſidię confinio, epiſcop. ſub Archiep. Stauropolitano. De priore Dionyſius de ſitu orbis:

Et pinguem Tripolim, necnon Orthoſida ſarram.

Ptol. Orthoſius, mons in Laconica regione Peloponneſi, ubi Minerva colebatur, Orthoſia cognominata.

Orthura, *Oriſsa*, ut Caſtaldo videtur, urbs Indiæ citerioris, ampla & regia, in mediterraneis, apud oram ad ortum, inter Narſingam & Bengalam, à qua in occaſum ad 200. leucas abeſt.

¶ Orthura ab aliis creditur nunc *Gingi*, urbs ampla Indiæ citerioris, aliàs regni Biſnagaris nunc proprii regni caput, cum arce permunita & ampla, in colle, 70. mill. paſſ. circiter ab ora ſinus Gangetici diſtans in occaſ. & 260. à promontorio Comorino in Boream.

Ptol. Orton, Ortona Plinio, Ortium Straboni, *Ortona*, urbs epiſcopalis Pelignorum, maritima, ſub Archiepiſcopo Teatino, à Teate 10. mill. paſſ. in Boream, quot ferè ab Anzano in ortum, ab Aterno 11. in ortum, Hiſtonium versùs ſupra 20. Meminit Ortonæ Poeta quidam libro 2. Itinerarii:

Mox ſubſidit aquis colles Ortona ſupinos,
Cominus.

¶ Orton, ſeu, & meliùs, Ortona, urbs Frentanorum, in ora maris Adriatici, nunc etiam, *Ortona* cognomento à mari, eſtque urbs Aprutii citerioris, 12. mill. à Theate in ortum 8. ab Anxano in Boream. Ejus epiſcopatui unitus eſt Camplenſis; ibique aliàs portus ſatis tutus.

Plin. Ortopula, Ortopla Ptolemæo, *Ortopola* Moletio, oppidum Liburniæ littoralis inter Seniam ad occaſum, & Vegiam ad ortum. In Theſ. Linguæ Latinæ pro Liburnia Dalmatia legitur.

Strab. Ptol. Ortoſpana, Ortoſpanum Plinio, quæ & Carura Ptolemæo, *Candahar* Caſtaldo, urbs Paropaniſadum. Sed Ortoſpanum Plinio inter Arachoſiorum urbem 250. & Indum fluvium 337. mill. paſſ. diſtabat.

Ptol. Ortoſpeda mons Hiſpaniæ Tarraconenſis. (Vide Oroſpeda) variè nominatur, cùm magnam Hiſpaniæ partem teneat ac percurrat.

Plin. Ortygia, ſic Delos à copia conturnicum dicta. Eſt & lucus Epheſiorum, teſte Tacito, & lucus apud Panormum Mileſiorum Straboni. Inſula quoque Siciliæ apud Syracuſas. Virg. lib. 3. Æneidos:

Linquimus Ortygiæ portus, pelagòque volamus.

Halic. Orvinium, oppidum Aboriginum Italiæ populorum à Mephila 40. ſtadiis diſtans; ubi Minerva colebatur. Ortelio *Urbino* eſſe videtur; ſed Aborigines in Latio fuere, non in Umbria.

¶ Orvium, promontorium Hiſp. Tarraconenſis, teſte Ptol. Orubium habent Latina exemplaria. *Plin.*

Oruros, locus Aſiæ, in Meſopotamia, terminus Imperii Romani, à Zeugmate 250. mill. paſſ. in ortum diſtans, Tigrim fluvium versùs.

¶ Oruza, Palæſtinæ urbs ex Concilio Chalcedonenſi.

Orychion locus erat Atticæ; cujus incolæ Orychii dicebantur, teſte Stephano; *Steph.*

Oryx, locus Arcadiæ, ad Ladonem fluvium. *Pauſ.*

Os Mæotidis, Fretum Cimmerium Herodoto, *Stretto di Caffa*: (Vide Boſporus Cimmerius) inde enim in Mæotidem ingreſſus eſt.

Os Ponti, Os Ponticum Tacito, Os Byzantiacum Straboni, *Stretto di Conſtantinopoli*, & *Bocca del mar maggiore*. Vide Boſporus Thracius. Tametſi mare Euxinum à Byzantio 12. mill. paſſ. abeſt. *Plin. Ptol.*

Oſæa, *l' Oſeo* adhuc dicta, (licèt Nigro ſit *Salino*) olim urbs, nunc pagus, ſeu viculus Sardiniæ, in ora occidua, inter Uſellim ad Boream & Neapolim ad auſtrum.

Oſea, (non Iſca, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, ubi utrumque nomen ponitur) *Hueſca*, urbs Hiſpaniæ citerioris, epiſcopalis olim ſub Archiep. Tarraconenſis, nunc verò ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, in regno Aragonio, Academia à Sertorio inſtituta, (qui ibidem à conjuratis interfectus, Liaoræ ſepultus eſt) ab urbe condita anno 681. à Cæſarauguſta 14. leucis, à Jacca 8. in ortum. Hæc anno ſalutis 1094. à Chriſtianis, victis Mauris, recuperatur. Populi Oſcenſes Plinio. *Plin. Liv. Pluta.*

¶ Oſca, urbs Illergetum, in Vaſcitania tractu, nunc *Hueſca*, urbs Aragoniæ, ad Iſvelam fluvium, 9. leucis diſtat à Cæſarauguſta in Cæciam, 8. à Jacca in meridiem, & 7. à Barbaſtro in occaſum; eſtque ſatis parva, ſed culta. Ex nummis antiquis legit Antonius Auguſtinus V.V. Oſca, interpretaturque, urbs victrix Oſca.

Oſca altera in Bætica, in Tarracon. confinio, *Hueſcar*, ſeu *Gueſcar*, in Baſti 7. & Caravaccam in Boream 14. leucis, quæ Eſcua Plinio. Vide ibi. *Ptol.*

¶ Oſca altera, oppidum Hiſp. Tarraconenſis, in Baſtitanis, nunc *Hueſcar*, in regno Granatæ, & in confinio Murciæ versùs montes, 7. leucis diſtat à Baſti in ortum, & 10. à Caravacca in occaſum.

¶ Oſcana, urbs Gedroſiæ, teſte Ptolemæo.

Oſcarus, *Ouſche*, teſte Cœnali, fluvius Galliæ Celticæ, per Burgundiam (Divionem urbem interluens) in Ararim fluvium inter Auxonam & Suram fluens. *Greg. Tur.*

Oſcella *Domo d' Oſceja* Italis, *im Thum* Germanis, oppidum Inſubriæ, in Leponriorum confinio, apud montem Sempronium, in via quæ à Mediolano in Sedunos ducit occurrens, inde 65. hinc 75. mill. paſſ. diſtans, à Voconia oppido 7. cujus Vallis *Eſchenthal* à Germanis nominatur. *Ptol.*

Oſci, populi Campaniæ, in Latii & Samnii confinio, Sidicini poſtea dicti, teſte Strabone. Quorum urbs Teanum. Hos memorat Virg. lib. 7. Æneidos: *Strab.*

Oſcorumque manus.

Sic ab oris fœditate dicti Oſci apud veteres ſermonis notantur, auctore Feſto, ex Titinio. Unde *Oſoe & Volſce* fabulari dicuntur, qui Latinè neſciunt loqui. *Oſculana pugna* etiam proverbio dicitur, quoties qui victus, paulò poſt victor evadit, apud eoſdem.

Oſcius, mons & fluvius Thraciæ, ex eodem monte apud Rhodopem, non longè à Neſto & Hebro fluminibus, oriens. *Thucy.*

Oſcum locus erat augurum, in agro Vejenti. Ejus tantùm meminit Feſtus. Sed hodie haud nominatur.

¶ Oſdara, Armeniæ minoris urbs, Antonino teſte; forſan eadem quæ Aſdara.

Oſericta inſula eſt littoribus Germ. adjacens parva, ubi ſylva Cedrorum, teſte Plinio, conſpiciebatur, ex quibus electrum in petras defluebat. Sed ubi nunc, & qui vocetur nemo docet. *Plin.*

¶ Oſericta inſula non certò conſtat ubi ſit. Sed Cluverius credit eſſe *Oeſel*, inſulam maris Baltici, propè regionem Livoniam, quæ aliàs etiam Latris dicebatur, & recentioribus Oſilia, ad os ſinus Rigenſis.

Oſi, populi Germaniæ, quos Altamerus in Sileſia, ubi *Oppeln & Neiſſe* urbes ſunt, locat; Reyneckius verò in Weſtphalia, quorum urbs eſt *Oſenburg* ſeu *Oſnaburg*, quaſi Oſorum burgum, (quæ etiam *Oſenburg* ſeu *Oſnaburg* ſcribitur) à Monaſterio 6. leucis in Boream Bremam versùs; Rantzovius autem in inſula maris Baltici apud Suediam, quæ *Oeſel* nominatur. Sed hæc quaſi divinantes aſſerunt. *Tac.*

¶ Oſi populi fuere Germaniæ, versùs Viadrum fluvium. Cluverius & alii putant illos habitaſſe ubi nunc major pars, provinciæ Sileſiæ & urbes *Oppe.en*, *Ratibor*, *Troppa Neyſſe*, cum minuta parte Poloniæ ſuperioris.

¶ Oſiana, Cappadociæ urbs, teſte Antonino.

¶ Oſica, Albaniæ urbs, teſte Ptolemæo. Quibuſdam eadem videtur quæ Harmozica Straboni.

Oſicerda, *Oſsera*, teſte Varrerio, oppidum Hiſp. Tarraconenſis, in regno Aragonio, à Cæſaraugusta 7. leucis in ortum, Ilerdam versùs 16. Populi Oſigerdenſes Plinio. Aliis *Oſsera*, Aſcerri, Ptolemæo oppidum ejuſdem tractus eſſe videtur.

¶ Oſii & Oſili, Sarmatiæ Europææ gens apud Ptolemæum.

Oſilia, *Oeſel*, inſula, cum urbe epiſcop. ſub Archiep. Rigenſi, in ſinu Venedico, Livoniæ adjacens, à Riga 20. leucis in occaſum, à Vinda 14. à Parnavia 20.

¶ Oſilia inſula eſt maris Baltici ad os ſinus Venedici, & in ditione Suecorum ab an. 1646. cùm eſſet priùs Danorum Regis; eſtque pars Livoniæ. Vix 5. milliar. Germanicis diſtat ab ora Curlandiæ in Boream, & 5. ab Eſthonia in occaſum. Ejus circuitus eſt 100. mill. paſſ. & in ea ſunt arces Arensburgum & Sonneburgum. Vix una leuca diſtat in meridiem à Daghoa inſula, 16. milliaribus Germanicis à Riga in Circium, 11. à Pirnavia, & 10. à Vinda in Boream; aliaſque Latris dicta fuit.

Oſincum, *Omiſo*, oppidum olim, nunc pagus Corſicæ mediterraneus, ad Hieri fluminis ortum. Sed ſic indigitatur potiùs ex conjectura quam certo argumento.

¶ Oſintici, videtur apud Plinium urbs Hiſpaniæ Bæticæ.

Oſiſmi, (non Oſiſimi, ut in Theſ. Ling. Lat.) Oſiſmii Plinio & Melæ, populi Galliæ Celticæ, in ora Britanniæ minoris Boreali, quorum tractus adhuc *Oſiſmer*, teſte Bertrando Argentræo, dicitur, urbs verò Trecorium: *Triguier*, epiſcop. ſub Archiep. Turonenſi, inter Briocum ad ortum 6. & Leonam ad occaſum 7. leucis, à Rhedonibus 30. in Circium. Hos auctor Theſauri Ling. Lat. ad Ligerim fluvium collocat, cum ſint in ora littorali Britanniæ prædictæ.

¶ Oſiſma, ſeu Oſiſmii, populi fuere Galliæ Celticæ, in ultimo receſſu Britanniæ minoris ad Boream, ubi nunc Diœceſes, Trecorenſis, & Leonenſis. Eorum urbes fuere Vorganium, eorum caput, vulgò *le Quioudet* caſtrum, Staliocanus portus, *S. Paul de Leon*, & Brivates, *Broſt*.

¶ Oſmiana, *Oſsmiana*, oppidum Poloniæ; in Lithuania, & in Palatinatu Vilnenſi, 7. milliaribus à Vilna in ortum diſtans Minskum versùs, & juxta Oſſmianam amnem.

Oſmus, *Sladitza* Leunclavio, fluvius Thraciæ, in Myſiæ confinio, ſive potiùs Myſiæ, in Bulgaria, apud fines Thraciæ.

¶ Oſnabrucenſis ſeu Oſnabrugenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Oſenbrug* incolis, *l'Eveſchè de Oſnabruck* Gallis, tractus Germaniæ, in Vveſtphalia, ſub dominio proprii Epiſcopi. Extenditur ad 40. mill. paſſ. à ſeptentrione in meridiem, ſed vix ad 25. mill. paſſ. ab ortu in occaſum. Terminatur à ſeptentrione, occidente, & meridie ditione Epiſcopi Monaſterienſis, & ab oriente Principatu Mindenſi & Comitatu Ravensbergenſi. In eo unica tantùm urbs, nempè Oſnabrugum.

¶ Oſnabrugum ſeu Oſnabrucum, *Oſenburg*, ſeu *Oſnabruk* urbs Hanzeatica Germaniæ, in Vveſtphalia, epiſcopalis facta ſub Archiep. Colonienſi à Carolo magno anno 776. Sedet ad Haſam fluvium, ſub dominio proprii Epiſcopi cum tractu adjacente. Celebris facta eſt pace, inter Imperatorem & Regem Sveciæ anno 1648. Diſtat 8. milliaribus Germanicis à Monaſterio in Cæciam, & 15. ab Oldenburgo in meridiem.

Oſones, *Zanto*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus Pannoniæ ſuperioris, inter Strigonium & Albam Regalem, ab ea 3. leucis Hungaricis, à Buda 7. inter Sabariam ad occidentem 113. mill. paſſ. & Acincum 58. ex Antonini Itinerario, niſi in numeris ſit error, ut mihi videtur: non enim tanta diſtantia inter Sabariam & loca prædicta eſſe poteſt.

Oſopium, *Oſopo*, oppidum Carnorum, apud Tilaventum fluvium, intra montes, ab Utino 20. mill. paſſ. in Boream. De quo apud Venantium Fortunatum in vita S. Martini lib. 4.

Per rupes Oſope tuas qua labitur undis.

¶ Oſornum, *Oſorno*, oppidum Americæ meridionalis, in regno Chiles, ab Hiſpanis excitatum inter Andes montes & Chilvenſem Archipelagum.

Oſphagus, fluvius Macedoniæ, apud Erigonem, in quem excipitur, nomen amittens. *Liv.*

Oſquidates, populi Aquitaniæ, in ora occidua, oppidum *Caberton*, à Bajona 3. leucis in Boream Burdigalam versùs. Qui ſic indigitant, potiùs conjectura duci videntur, quam certo & indubitato auctore freti. *Plin.*

¶ Oſquidates populi fuere Campeſtres & Montani in Aquitania & Novempopulania; Campeſtres fuere ſub Datiis inter Aturum fluvium & Benchardos; Montani verò fuere pars Eluſatum, & inter Eluſam ad meridiem & Vazates ad Boream, ubi nunc tractus *les petites Landes* dictus. Sed non extendebantur versùs oram ſinus Tarbellici, ubi pagus *Cap. Breton* dictus. *Proc.*

Oſroene, Oſrhoene Dioni, Oſdroene Ammiano, regio Syriæ, in Meſopotamiæ confinio: in qua Edeſſa & Nicephorium urbes, juxta Euphratem flumen, Populi Oſroeni. *Pauſ.* *Steph.*

Oſſa, *Monte Coſsovo* Sophiano, *Olira* Pineto, mons Theſſaliæ, excelſus, Pelio & Olympo attiguus, ab oſtio Penei fluvii 80. ſtadiis. Oſſa item mons Peloponneſi, teſte Strabone. De priore Ovidius lib. 2. Metam. *Strab.* *Liv.* *Plin.* *& al.*

Oſſaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus.

Lucanus libro 6.

Attollit Titan, rupes Oſsæa coercet,

Et Statius libro 12.

Monſtra, nec Oſsæi bello cecidere bimembres.

¶ Oſſa, urbs Macedoniæ, in Biſaltia regione, teſte Ptol.

Oſſa, *Fiore*, fluvius Hetruriæ, ex Tuniato monte in Tyrrhenum mare inter Coſas & Telamonem fluens; non *Marta*, qui ex lacu Volſinio emiſſus, mare petit apud Cornuetum urbem; ut quidam contra Ptolemæi deſcriptionem indigitant. *Ptol.*

¶ Oſſa, fluvius Hetruriæ. Nunc *Albenga* dicitur; eſtque in territorio Senenſi, & 4. milliaribus ab Orbetello in Boream Telamonem versùs in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Oſſeria, *Oſſery*, * urbs Hiberniæ epiſcop. ſub Archiep. Dublinenſi, in Laginia regione, Fano S. Canici propinqua ad 3. mil. recedens, Comitatus. (* Camdeno & aliis non urbs eſt, ſed Comitatus, qui epiſcopatum habet conjunctum Kilkennienſi, cujus ſedes epiſcopalis Kilkennia eſt, ſeu Fanum S. Canici.) *prov. Rom.*

Oſſeriates, Oſeriates Plinio, populi Pannoniæ ſuperioris, in inferioris confinio, apud Draum fluvium incolentes, Jaſſiis & Coletianis finitimi. *Ptol.*

Oſſet, oppidum Hiſpaniæ Bœticæ, quod & Julia Conſtantia Plinio, Hiſpali finitimum, ſed exciſum, *Triana*, Pineto, *Sevilla la veja* Marinæo. Sed aliis *Sevila la veja* Italica eſt. Vide ibi. *Plin.*

¶ Oſſet, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, nunc in Vandalitia, multis eſt *Triana*, ſuburbium amplum Hiſpalis, ex adverſa parte Bœtis fluvii, ſeu veriùs urbs ab ea diviſa.

¶ Oſſigi, quod cognominatur Laconicum, Hiſpaniæ oppidum, conventus Cordubenſis, teſte Plinio.

¶ Oſſigitania, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, teſte Plinio.

Oſſonaba, quæ Luſturia, Plinio teſte, cognominata eſt, urbs Luſitaniæ olim epiſc. ſub Archiep. Emeritenſi, exciſa, *Excuba* à Mauris dicta, ab Hiſpan. *Eſtoy*, & *Eſtombar* aliis, apud Sylvam urbem, quæ illi ſucceſſit, Onoba Melæ, Sonoba Straboni. Aberat Oſſonaba à Salacia 29. leucis Hiſpanicis in auſtrum. *Ptol.* *& al.*

¶ Oſſonoba, urbs Luſitaniæ. Nunc *Silves* dicitur à quibuſdam; aliis autem eſt *Eſtombar*, pagus una leuca diſtans in meridiem, paulò ampliùs ab ora ſinus Gaditani, & 8. leucis Hiſpanicis à promontorio Sacro in ortum Farum versùs; eſtque in regno Algarbiæ, ſub dominio Regis Portugalliæ, & 23. leucis à Salacia diſtans.

Oſsoria, urbs epiſcopalis Laginiæ, cujus Epiſcopus cum Kildarienſi (eſt autem Kildaria idem quod cella Dariæ, quæ S. Urſulæ Virginis mater fuit, à Dublino 4. mill. diſtans) & Fernenſi Archiep. Dublinenſi ſubeſt. Vide Oſſeria, ſic enim etiam appellatur.

¶ Oſtama Arabiæ felicis urbs teſte Ptolemæo.

¶ Oſtenda, *Oſtende*, urbs Belgii, in Comitatu Flandriæ. Portu gaudet ſatis commodo in ora maris Germanici; eſtque munita, & celebris obſidione trium annorum. Sita eſt intra paludes, 3. leucis à Novoportu in Cæciam, & ferè 4. à Brugis in occaſum, uti à Dixmuda in Boream, ſub dominio Hiſpanorum.

Oſteodes *li Pozzelli* ſive *li Porcelli*, inſula Siciliæ, una Æoliarum, ab aliis in meridiem recedens, à Sojunte oppido Siciliæ in ora occidentali 75. mill. paſſ. in occaſum di- *Ptol.*

diſtans, teſte Plin. Nomen habet ab oſſibus defunctorum ibi fame à Carthaginenſibus interfectorum, teſte Diodoro nunc prorſus deſerta.

¶ Oſteodes inſula, aliter Uſtica, Æoliarum eſt occidentalior, 36. milliaribus ab Ericuſa in occaſum diſtans, & 70. à Soluntꝫ urbe Siciliæ in Boream, Vide Uſtica.

¶ Oſterlandia, *Oſterland*, tractus Germaniæ, in Miſnia provincia, ſub dominio Ducis Saxoniæ Altemburgenſis pro majori parte; eſtque inter Thuringiam ad occaſum, Voitlandiam ad meridiem, Naumburgenſem Diœceſim & Lipſienſem tractum ad Boream, cum reliqua Miſnia ad ortum: & ejus urbs præcipua eſt Altemburgum.

¶ Oſtervicum, *Oſteruvick*, oppidum eſt Germaniæ, aliis Oſtrovicum dictum in Saxonia inferiori & in Halberſtadienſi Principatu, ad amnem Olſam, ubi aliàs ſedes epiſcopalis Halberſtadienſis. Subeſt dominio Electoris Brandeburgici 3. milliaribus German. diſtat ab Halberſtadio in occaſum, & ferè 5. à Brunſvico in meridiem.

¶ Oſtha, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

Strab. Plin. & al. Oſtia, *Oſtia* etiam vulgò, colonia & urbs Latii, epiſcopalis, ad oſtia Tiberis, e regione Portus urbis, prorſus à Saracenis everſa, ab urbe Roma 16. mill. paſſ. diſtans. Manet epiſcopatus, qui Cardinali ſeniori, à quo Pontifex Maximus coronatur, tribuitur. Urbs antiquiſſima, ab Anco Martio anno poſt Trojæ excidium 133. condita. Epiſcopatus Oſtienſis Veliterno junctus eſt. Oſtiæ Fauſta mulier uno partu duos mares & duas fœminas peperiſſe traditur.

¶ Oſtia, *Oſtie* Gallis, dicitur aliter Oſtia Tyberina, urbs aliàs Latii, nunc Campaniæ Romanæ, 12. milliaribus ab urbe Roma in meridiem diſtans in ora maris Tyrrheni, & ad oſtia Tiberis, vix uno aut altero à Portu in ortum. Ejus Epiſcopus eſt ſemper Decanus S Collegii Cardinalium. Ab eo autem Pontifex Maximus non coronatur, ſed à primo Cardinali Diacono. Urbs ipſa Oſtienſis in ruinis jacet, vix ab uno aut altero habitata propter cœli gravitatem; ibique obiit ſancta Monica divi Auguſtini mater.

Liv. Amm. Oſtienſis lacus, *Pantano & Stagno*, lacus hodiè penè apud Oſtiam exſiccatus, ut quaſi cum urbe deſiiſſe videatur.

Oſtienſis porta, *porta di S. Paulo*, una ex portis Romæ quæ Tergemina ſeu Trigemina: unde via Oſtienſis Oſtiam deducens. Cujus meminit Prudentius in Periſteph. hymno 12.

Parte alia titulum Pauli via ſervat Oſtienſis.

Plin. Ptol. Oſtippo, *Eſtapona & Eſtepona*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in ora littorali, à Calpe 6. leucis Malacam versùs, olim ſub Hiſpalenſi conventu, una cum finitimis urbibus.

¶ Oſtobara, Bactrianæ urbs, teſte Ptolemæo.

Oſtra oppidum fuit Umbriæ, cujus populi Oſtrani à Plinio memorantur in Piceni confinio & in Semnonibus Suaſæ oppido etiam excisa in Senogallienſi territorio finitimi.

¶ Oſtrache, pagus Friſiæ, ubi S. Bonifacius martyrio coronatus fuit, uti in S. Lugderi vita habetur.

Oſtracine, *Oſtpagioni* ſive *Stragioni*, urbs Palæſtinæ olim epiſcopalis ſub Patriarcha Alexandrino, in Ægypti confinio, cui à Ptolemæo attribuitur, in ora inter Caſium ad meridiem & Rhinocoruram ad Boream 26. mill. paſſ. apud Sirbonidem paludem, à Peluſio 65. mill. paſſ. in ſeptentrionem, Gazam versùs 68.

Roven. Hiſt. Oſtrianum cœmeterium, ab urbe Roma 3. mill. paſſ. via Salaria diſtans, ubi ſanctus Petrus baptizabat.

Lycop. Oſtrini montes, *Mapalia*, teſte Scaligero & aliis *Stabula*, montes Trojæ; fortè alterius Trojæ, non Ilii in Phrygia, cum ille mons Ida vocetur.

¶ Oſtrogium, *Oſtrog*, oppidum munitum Poloniæ cum arce, Ducatus titulo inſignitum, in Volhinia ſuperiori, ad Horinum fluvium, 3. mill. Germanicis diſtat à Zaſlavia in occaſum, & vix uno à Miedireczo.

Oſtrogothi, populi Sarmatiæ Europææ, qui in Pannonias Gallias, & Italiam egreſſi ſunt. De quibus Claudianus libro 2. in Eutropium:

Eſt opus: Oſtrogothis colitur mixtiſque Gothunnis.

¶ Oſtrogothia, *Oſtrogothland*, regio eſt Sveciæ in Gothia, ſub qua provinciæ Oſtrogothia propria, & Smalandia cum Oelandia & Gothlandia inſulis in mari Baltico. Limites habet à ſeptentrione Sveoniam, ab oriente mare Balticum, à meridie Blekingiam & Scaniam, & ab occidente Vveſtrogothiam. Oſtrogothia autem propria etiam *Oſtrogothland* dicta, eſt inter Sveoniam ad Boream, Vveſtrogothiam ad occaſum, mare Balticum ad ortum, & Smalandiam ad meridiem. Et ejus urbes ſunt Norcopia, *Norkoping*, Nordholmia, *Norsholm*, Sudcopia, *SoderKoping*, Kelmum *Kelmo*, & Stegeburgum, *Stegeborg*.

¶ Oſtunum, *Oſtuni*, urbs regni Neapolitani, in prov. Hydruntina, epiſcopalis ſub Archiep. Brundusino, versùs oram maris Adriatici, & limites agri Bariani 16. mill. diſtat à Brunduſio in occaſum, & 22. à Tarento in Cæciam.

Otadini populi Albionis, in ora Angliæ orientali, quorum regio Northumbria eſt, teſtibus ſcriptoribus Britanicis. Ottadini duplices etiam, teſte Camdeno, putantur in Northumbria, *Northumberland*, contineri. Nam ultra Tinam amnem à Ptolemæo deſcribuntur. Ottadini etiam, & Otadeni apud alios leguntur. Horum urbes Lindisfarna, & Dunelmum. Ptol.

¶ Otadini, ſeu Otadeni, populi fuere Albionis, in ora oceani Germanici, ubi nunc Northumbria, provincia Angliæ Borealior, in limite Scotiæ, & inter oſtia Tuvædæ fluvii ad ſeptentrionem, & oſtia Tinæ ad meridiem, cujus primaria eſt Neoſtrum.

Otene. Vide Motene.

Oteſini, populi Italiæ prorſus extincti, ut neque locus fieri poſſit, niſi quod à Plinio in Gallia Togata memorantur.

Othoca, Othana ſcriptoribus Sardis, urbs Sardiniæ olim epiſcop. ſub Archiepiſc. Turritano, Othanenſis urbs in provinciali Romano prorſus exciſa: manet adhuc ſacra ædes campeſtris, ab Ampurienſi urbe 13. mil. paſſ. diſtans. Ant.

Otholina, *Fiſe*, regio Scotiæ ad ortum vergens: in qua Andreapolis, urbs Archiep. & Accademia.

Othona, * *Haſtings*, teſte Camdeno, arx in Eſſexia regione, olim oppidum Albionis, in ora Saxonica (* Camdeno *Ithanceſter* videtur, locus non procul à Camaloduno in ora.) Scot. Script.

Othonia & Othonica ſylva, *Ottenvvaldt*, ſylva Germaniæ, in Sveviæ & Franconiæ confinio, apud Rhenum, inter Nicrum & Mœnum flumina, in qua Aſciburgium Bucha, Erpachium, & alia oppida. De ea lib. 6. Itinerarii.

Luſtraque contigimus dumoſis horrida ſylvis,
Nobile quæ magni nomen Othonis habent.

¶ Othrioneos Macedoniæ populos nominat Plinius inter Amantinos & Lynceſtos. Scrip. Germ.

Othriſii, vide Otriſii.

Othronienſes populi ſunt circa Mæoniam Aſiæ minoris regionem, teſte Plinio.

Othronus, *Othroni*, teſte Galatæo, & *Othoni*, inſula maris Jonii, inter Italiam, & Epirum, Thoronus plinio, inter Hydruntum 60. & Corcyram 40. mill. paſſ. Aliis *Merlere* dicitur. Stephanus Siciliæ ad auſtrum adjacentem facit, & Othronios populos vocat. Alii Melitæ proximam eſſe putant. Sed plinio magis fidendum, quam Stephano & aliis.

Othrys, *Delacha* incolis, mons Theſſaliæ ingens contra Oſſam in meridiem vergens; inter pindum ad occaſum & Thebas phthioticas ad ortum, ad Thermopylas definens. De quo Ovid. lib. 2. Metamorph. Plin. Strab. & al.

Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.

¶ Otinum, *Outin*, oppidulum Holſatiæ Ducatus, in Vvagria tractu, cum caſtro, ubi commoratur Adminiſtrator Epiſcopatus Lubecenſis è Ducibus Holſatiæ. Dicitur etiam *Eutyn* à quibuſdam; eſtq, ferè medium inter Lubecam, & Chilonium, 5. milliar. Germanicis utrinque diſtans.

Otriculum, *Otricoli*. Vide Ocriculum. Ibi enim plura de hac urbe dicuntur, variè nominata. Tac. Liv.

Otriſii, populi Thraciæ. Vide Odriſii. Claudianus de 3. Conſulatu Honorii:

Otriſium pariter Getico fœdavimus Hebrum.
Sanguine.

¶ Otrœa, oppidulum in finibus Bithyniæ, paululùm ſupra Aſcanium lacum, teſte Strabone.

Otrye oppidum fuit Phrygiæ magnæ, in Lydiæ confinio. Cujus populi Othronienſes à plinio memorantur. Plut.

¶ Otthora, phœniciæ urbs libro Notitiarum.

¶ Ottinga, *Otting*, ſeu *Ottingen*, oppidum Germaniæ, in Svevia, ad Vernitium fluvium, ſub proprio Comite 2. milliar. Germanicis à Nerolinga in Cæciam Norimbergam versùs & 6. ab Eiſtato in occaſum diſtat.

Ottonia, *Tirhlm*, teſte Alberto Crantzio, inſula maris Baltici, Cimbricæ Cherſoneſo adiacens, & in regno Daniæ contenta. Cay. Gra.

Ottonium, *Otthen* vel *Odensée*, urbs inſulæ Fioniæ Cimbricæ adiacentis, epiſcopalis ſub Archiep. Lundenſi, in

in umbilico regni Danici, à Slevifco 27. leuc. ab Haphnia verò Daniæ regia 28. in occaſum diſtans.

¶ Ottonium, *Odensèe*, urbs eſt Daniæ, Fioniæ inſulæ caput & ferè in ejus umbilico, media inter Neoburgum ad ortum & Mildeſariam ad occaſum 2. leucis Danicis ab ora ſinus Codani in auſtrum, uti 9. ab Arhuſia, 14. à Slevico in Boream, & 18. ab Haſnia in occaſum. Condita fuit ab Haraldo Rege, & ſic dicta, in honorem Ottonis I. Imperatoris.

Ottorocorra, *Salgora* Mercatori, urbs Sericæ. Populi * Ottorocorræ Ptolemæo, Attacori Plinio, ubi Attacorus fluvius, ſinus Capellæ, in ora Sericæ orientali. (* in Seldeni manuſcripto *Ottorocirai*.)

Ovetum, *Oviedo*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Aſturum, epiſcop. ab Alphonſo V. Rege; quo tempore Arabes Hiſpaniam occuparant, condita, & metropolis effecta, apud Lucum Aſturum urbem exciſam, à Legione 22. leucis, Aſturum academia in hac tempeſtate. Templum Salvatori dicatum ibi conſpicitur clarum.

¶ Ovetum, *Oviedo*, urbs eſt regni Legionenſis, Aſturiæ Ovetenſis dictæ caput, ad Aſtam fluvium, quò confugere reliquiæ Gothorum 16. leucis Hiſpanicis diſtat a Legione in Circium, 6. ab ora maris Cantabrici in meridiem, & 18. ab Aſturica in Boream; eſtque epiſcop. ſub Archiepiſcopo Compoſtellano. Fuit aliàs caput regni Ovetani dicti & ſedes regia, quando poſt obitum Roderici Gothorum Regis ultimi, Chriſtiani a Mauris expulſi, & in Aſturias compacti; Principem Pelagium elegerunt, qui Ovetanum regnum inſtituit, quod Legionenſis fermentum fuit.

Ovilabis *Lambach*, teſte Lazio, urbs olim epiſcop. Norici, ſub Archiep. Laureacenſi, nunc pagus cum cœnobio Auſtriæ, ad Drachonum fluvium, inter Salisburgum 10. & Lentiam 6. leucis, Welſio oppido propinquus, 2. leucis diſtans, in via quæ Lentia Salisburgum ducit, occurrens.

¶ Ovilabis urbs fuit Norici Ripenſis in eo tractu ubi nunc eſt oppidum *Wels* dictum, in Auſtria inferiori, ad Traunam fluvium, & 7. mill. paſſ. infra *Lampach*, cœnobium Lentiam versùs, a qua 12. mill. paſſ. diſtat in meridiem, teſte Cluverio.

Ovis, *Oby*, teſte Ortelio, fluvius maximus Scythiæ, in Oceanum Scythicum influens, terminus Imperii Moſchorum ad ortum. Non longè mons excelſus, qui cingulum ſeu catena mundi nominatur.

¶ Ovis, locus in Scythia, teſte Jornande, videturque fuiſſe circa fluvium Obium, *Oby*, qui ab antiquis Carambucis dictus fuit. Vide ibi.

Ouporum, *Obrovazo* Moletio, oppidum Illyrici, in Liburnia mediterranea, inter Blanonam & Nedinum, ab eo 3. leucis, a Jadera veteri 6. in Boream in medio Nedinum.

¶ Ouſta, ſeu Auſta *Ouſte*, fluvius parvus Galliæ, in Britannia minori. Oritur propè Quintinum oppidum, & deinde aliquot auctus amnibus, in Vidanam cadit propè Redonum oppidum.

Oxama, *Oſma*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Caſtellæ veteris, ad Durium fluvium, exciſa, epiſc. ſub Archiep. Burgenſi, inde 14. leucis. Vide Uxama. Non longè Burgum Oxamæ urbs recens.

¶ Oxama, ſeu Oxoma, *Oſma*, urbs eſt exciſa Caſtellæ veteris, 18. leucis a Burgis in meridiem. Ex ejus ruinis crevit oppidum vicinum, *Borgo d'Oſma* dictum, ubi perſæpe commoratur Epiſcopus Oxomenſis, 9. leucis diſtat a Seguntia in Circium; eſtque media inter Bilbilim ad ortum & Pintiam ad occaſum. Vide Uxama.

¶ Oxea ſeu Oxia, inſula Propontidis apud Nicetam, & Cedrenum.

Oxei, populi Epiri, in ora, inter Nicopelim 700. & Naupactum 400. ſtadiis ex Itinerario Antonini. Qui hodie nominetur, nemo docet.

Oxiane, *Choraſmuni*, teſte Nigro, palus ſive ſtagnum Sogdianæ, quod Oxus fluvius efficit. Populi qui paludem circumſtant & accolunt, Oxiani a Ptolemæo dicuntur.

Oximum, *Hyeſmes*, oppidum Galliæ Celticæ, in Normannia, clarum, apud Sagium urbem, 5. leucis diſtans, ubi ſedes eſt Sagienſis Epiſcopi, inter Aquilam, & Cadonum ad Boream 16. a Falleſia 9.

¶ Oximum, *Hieſmes*, oppidum eſt Normanniæ, in colle, 4. leucis a Sagio in Boream, 8. ab Aquila in occaſum Argentanum versùs, 9. a Faleſia etiam in occaſum, & 16. a Cadomo in Eurum.

¶ Oxiopium, urbs Myſiæ Aſiaticæ, teſte Plinio.

¶ Oxonienſis Comitatus, *Oxfordshire*, provincia Angliæ versùs Thameſim fluvium, & aliàs antiqui regni Merciorum pars. Terminatur ab oriente Nottinghamia provincia ab occidente Gloceſtria, a meridie Bercheria, & a ſeptentrione Vvarvvicenſi Comitatu; ejuſque caput eſt Oxonium.

Oxonium, Calleva Antonino, *Oxenford* Saxonicè, vulgò *Oxford*, & Britannicè *Rhidychin*, vel ut Camdenus, *Rhidychen*, urbs Albionis in Anglia, apud Thameſim fluvium Epiſc. & Academia præclara, a Londino 50. mil. in occaſum, Briſtolium versùs totidem. Dicitur & Oxonia, ut in lib. 4. Itinerarii:

Nos ſero Oxoniam ſtellis devenimus ortis:
Cum doctis habuiſse viris collegia multa.

¶ Oxonium, *Oxford*, urbs aliàs Atrebatam, in Anglia, nunc Oxonienſis Comitatus caput. Ampla eſt & culta, 60. mill. paſſ. diſtat a Briſtolio in ortum, uti 40. a Gloceſtria; eſtque in limite Bercheriæ Comitatus.

Oxus, fluvius maximus Sogdianæ, per Margianam in Hyrcanum mare decurrens, (non per deſerta Scythiæ, ut in Theſ. linguæ Lat.) variè hodie indigitatus; a Rhamuſio *Geichon*, a Nigro *Deiſtan*, aliis *Za*, a Theveto *Cappanach*, ab Ortelio *Abiam*, a Jacobo Caſtaldo *Abiamu*. Populi Oxii & Oxiani ptolemæo & plinio. Apud plinium etiam Oxus appellatur palus, ex qua Oxus fluvius egreditur. Pontanus lib. 5. de Stell. *Strab. Plin. & al.*

Percurrit varias miſcens ſecum Oxus arenas.

Illam etiam auctor Theſauri Linguæ Latinæ Bactrianæ fluvium facit.

¶ Oxus fluvius eſt Sogdianæ, quem Arabes Gichonem vocant: cujus meminit Achamed Guerapſi filius in Themiris hiſtoria; eumque *Ghajon*, *Gihon*, & *Jihun* vocat, qui Choraſanam regionem a Mauranharia diſtinguit.

Oxybii, *Oberrois*, teſte Dalechampio, populi Liguriæ, in Galliæ Narbonenſis confinio, quos Pingonius in Oneliæ Comitatu in ora Liguſtica collocat: cùm potiùs ſint in Gallia Narbonenſi quàm in Liguria, ubi Onelia eſt. *Strab. Plin. Steph.*

¶ Oxibii populi Galliæ Narbonenſis fuere in provincia, inter Deceates ad ortum & Argenteum fluvium ad occaſum, in ora maris Mediterranei, ubi Forum Julii & Forum Voconii.

Oxydracæ populi ſunt Indiæ citerioris, a quibus ptolemæus Alexandrum magnum ſalvans Soter appellatus eſt, ut apud Quintum Curtium legitur. *Steph.*

Oxylithum, *Aurichyſar*, vel *Siurichiſar*, Leunclavio, caſtrũ Saracenum, in Myſiæ, Thraciæ & Macedoniæ confinio. *Cedr.*

¶ Oxymagis, Indiæ fluvius, in Gangem erumpens, teſte Arriano in Indicis.

¶ Oxynia, Græciæ urbs, ad Jonem fluvium, qui ſe cum Peneo jungit, teſte Strabone. *Ptol.*

* Oxyryochus urbs fuit Ægypti ad Nilum, ſic ob oxyryncho piſce, quem colebat, appellata. Situs hodie ignoratur. (in Seld. man. *Oxyrichos.*)

Ozaca, *Ozaca*, urbs ampla Japoniæ, in inſula Niphonia, cum ſplendidiſſima arce Imperatoris, ac paucis annis extructa, in regione Jetſena, in ora ſinus ampliſſimi, in meditullio inſulæ, & 50. mill. paſſ. a Meaco diſtans in Eurum.

Ozecarus, *Zeearo*, fluvius Luſitaniæ, qui Nabane accepto in Tagum influit apud Scalabim oppidum. Cujus fit mentio in vita ſanctæ Irenes Virg. *Scriptt. Luſit.*

¶ Ozecarus fluvius nunc *Zezare* dicitur. Oritur propè Guardam urbem, in provincia *Beira*; deinde auctus Nabane, Beſelga, & aliis minoribus fluminibus, in Tagum ſe exonerat 7. leucis ſupra Scalabim in Cæciam.

Ozene, *Palo* Caſtaldo, urbs Indiæ citerioris ex conjectura, ſumpta ex ſitu apud ptolemæum. *Ptol.*

Ozolæ, Ozoli plinio, populi Achajæ, Ætolis finitimi, ad ſinum Corinthiacum. Vide Locri; quorum alii ad ſinum Corinthiacum, alii ad ſinum Euboicum ſunt. *Ptol.*

¶ Ozviecinum, *Ozuvieczin*, oppidum Poloniæ ſuperioris, in palatinatu Cracoviæ ad Viſtulam fluvium, ubi recipit Salam; eſtque titulo Ducali inſigne, vix 3. mill. German. à confinio Sileſię in ortum, Cracoviam versùs 7. Arcem habet ligneam & paludibus cinctum eſt. A Germ. *Auſchwvits* dicitur, & an. 1454. in Regis Polon. poſſeſſionem rediit.

¶ Ozzala, Galatiæ urbs, in Aſia minori, teſte Antonino.

P

PAcamores, *Pacamores*, populi Americæ Meridionalis, in Peruviæ regno, & ad confluentes Maranionis in fluvium Amazonum.

Pacenſis Colonia, & urbs. Vide Pax Auguſti.

¶ Pachia, Sardiniæ promontorium, teſte Ptolemæo.

Pachynus, Pachynum Straboni & Melæ, *Capo Paſsero*, vel *Paſsaro* Fazello & aliis, promontorium Siciliæ, unum ex tribus quæ illam Trinacriam faciunt, in ortum vergens

verſus Peloponneſum, inde 450. mill. paſſ. diſtantem, a Peloro 162. a Lilybæo 165. in ortum, a Syracuſis 40. in meridiem, Melitam verſus 106. Circa quod Thynnorum & echinorum mira copia. De eo & reliquis duobus. Ovidius libro 13. Metamorphoſeon:

E quibus imbriferos verſa eſt Pachynus ad Auſtros;
Mollibus expoſitum Zephyris Lilybæon; ad Arctos
Æquoris expertes ſpectat Boreamque Peloros.]

¶ Pachynus, ſeu, & meliùs, Pachynum promontorium, vulgò *Capo Paſſaro*, eſt in ora orientali Siciliæ, ubi ad auſtrum vergit, diſtatque 60. milliaribus à Melitia inſula in Boream, & 140. à peloro promontorio in meridiem.

Cic. pachynus portus, *Porto Longobardo*, teſte Fazello portus Siciliæ, inter pachynum promontorium, & Motyam urbem exciſam & propinquam, pachyno promontorio propior.

Ptol. paconia, inſula Siciliæ, inter Lilybæum & Africam quam variè indigitant, Nicolaus Nicolajus *Pantalarea*, Niger *Levica*, Ortelius *li Porcelli*, ante Drepanum. Sed ſitus apud ptolemæum (qui eam Borealiorem facit, & Æoliis finitimam) haud congruit.

¶ pacoria, Meſopotamiæ urbs, teſte ptolemæo.

Plut. Rom. pacta ſeu pactæ, *Patti* urbs Siciliæ maritima, in ora occidua, epiſcop. ſub Archiep. Meſſanenſi, apud Tyndaridem urbem exciſam, ab ea 6. mill. paſſ. in meridiem recedens à Rogerio Comite poſt Saracenos exactos condita, ac ſede epiſcopali à Bonifacio VIII. Pontifice Maximo ornata, a Meſſana metropoli 48. mill. paſſ.

pactia, apud Stephanum eſt inſula, una Cycladum. Pactya, vel, ut ſcribitur apud plinium, pactyæ, urbs eſt Thraciæ, ad propontidem (plinio libro 4. capite 11.) Plin. epiſcopalis, vulgò *pazzi*. Vide pactya.

pactius, *Cava*, fluvius Apuliæ peucetiæ, per oram inter Barium ad occidentem & Brundiſium in ortum fluens, in mare apud Monopolim urbem labens, non admodum ingens, ut ferè omnes ejus regionis, excepto Aufido.

Strab. Plin. Ptol. & al. pactolus, qui & Chryſorhoas, teſte Solino, eò quod aurum deferat, *Sarabat* ex tabulis recentibus, fluvius Lydiæ notiſſimus, ex Tmolo monte in Hermum flumen influens, Sardeſque & Thyatiram urbes alluens. Ovidius libro 11. Metam.

Pactolumque petit, quamvis non aureus illo
Tempore.

P*actolus* ex eo quod arenas aureas defert, proverbialiter de ſummmis opibus dicitur apud philoſtratum, quemadmodum & *Tagus* in Hiſpania; unde quis dicitur ſibi pactolos aut Tagos polliceri, qui ſibi ingentes divitias promittit.

Strab. pactorum portus, *Calamita*, teſte Nigro, portus Tauricæ Cherſoneſi, inter Ctenuntem & Cherroneſum oppida in ora Auſtrali. Ortelius eundem putat, cum portu Symbolorum; ſed hic magis in occidentem recedit apud Eupatoriam urbem ad Iſthmum.

Ptol. Sol. pactya, pactyæ, (non pactiæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) *Pazzi* & *Panido* Sophiano, urbs Thraciæ, ad propontidem ex adverſo Caridiæ, apud Lyſimachiam inter illam & Muros longos 5. mill. paſſ. diſtans, epiſc. ſub Archiep. Traianopolitano priùs, poſteà metropolis facta.

Plin. pactya, inſula. Vide paros. Pactyæ etiam plinio, inſulæ parvæ Lyciæ contra Taurum montem non longè incipientem, apud Chelidonias inſulas.

Strab. pactyes, mons Ioniæ, apud Epheſum, ei penè imminens *Monte di Figena* hodie nominatur.

¶ pacura, Mæſoliæ regionis urbs, in India intra Gangem, teſte ptolemæo.

Theop. pacus, locus Syriæ in monte Amano, ubi Galbanus provenit.

plin. pacyris, Hypacyris Herodoto, *Deſna*, ſeu *Diſna*, teſte peucero, fluvius Scythiæ Europææ, in ſinum Carcinitem apud Tauricam & Mæoticam paludem influens.

¶ pacyris fluvius Scythiæ Europææ. Dicitur meliùs Hypacyris ſeu etiam Carcinites. Oritur in limite Moſcoviæ, deinde per Tartariam precopenſem fluens ad Carcinem, ibi in ſinum Carcinitem ſe exonerat, longè à palude Mæotica in occaſum. De ejus nomine recenti nullus docet, quod ſciam. Sed non eſt *Deſna* fluvius, qui per Volhiniam inferiorem provinciam Poloniæ labens, ibi in Boriſthenem ſe exonerat propè kiovam,

Herod. padæi, populi Indiæ extremi ad ortum, quos ægrotos, antequam moriantur vorare Herodotus teſtatur. Per eos Padeus flumen decurrit, à Tibulo lib. 4. memoratum panegyrico ad Meſſal.

Vltima vicinus Phœbo tenet arva Padæus.

¶ padaſia, urbs Galatiæ, in Aſia minori, teſte Cedreno. Phadaſia eſt Curopalati.

padeborna, ſeu padeburna, *Padeborn* & *Paderborn*, urbs Germaniæ epiſc. ſub Archiep. Moguntino, in Weſtphalia, à Carolo magno inſtituta, inter Monaſterium & Caſellam, ferè 10. leucis diſſita, Lupiæ finítima. prov Rom

¶ paderborna, *Paderborn* incolis, urbs eſt Hanzeatica Germaniæ, ſatis culta, propè fontes Luppiæ fluvii, in Vveſtphalia, ſub dominio proprii Epiſcopi cum tractu, ſeu Diœceſi paderbornenſi, 13. mill. Germanicis diſtat a Monaſterio in orrum, uti 5. à Luppia oppido, 10. autem à Caſſella in Circium.

¶ paderbornenſi Epiſcopatus, *Biſthumb Paderborn* incocolis *Eveſché de Paderborn* Gallis, tractus eſt Germaniæ, in Vveſtphalia, proprio parens Epiſcopo, inter Ducatum Brunſvicenſem ad ortum, ditionem Monaſterienſem & Ducatum Vveſtphaliæ ad occaſum, Comitatum Lemgoviæ ad Boream, & ditionem Haſſo-Caſſellanam ad meridiem. Vix extenditur ad 40. mill. paſſ. a ſeptentrione in meridiem: & ejus urbes ſunt paderborna, *Paderborn*, tractus caput, Brachelia, *BraKel*, & Vvarburgum, *Warburg*. plin.

padinates, populi Galliæ Ciſpadanæ, juxta padum incolentes, Regiatibus finitimi: quo nomine Guaſtallenſes appellari poſſent.

padua, urbs in Theſauro Linguæ Latinæ ſic dicta malè à padi fluvii vicinitate, cùm longè diſtet ab eo fluvio. Vide patavium.

padura, *Arrya Gorriaga*, teſte Ioanne Maldonato, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in finibus Cantabrorum. Script. Hiſp

padus Eridanus apud poetas, *Po*, fluvius maximus Italiæ, ex Veſulo monte in Gallia Subalpina oriens, qui non longè ab Auguſta Taurinorum decurrens, & iuxta Caſalenſem urbem Liguriam ab Inſubria dividens, Galliam Ciſalpinam in Ciſpadanam & Tranſpadanam ſecans, apud Placentiam, Cremonam, Ferrariamque fluens in mare Hadriaticum multis oſtiis effunditur, multis amnibus auctus. Cuius meminit Virgilius libro nono Æneidos: & al. plut.

Sive Padi ripis, Atheſin ſeu propter amænum,
Conſurgunt geminæ quercus.

padus phaethonteus cognominatur, quod in eum lapſus phaethon ſubmerſus à poetis fingatur. Martialis lib. 10. epigrammate 12.

Et Phaethontei, qui petis arva Padi.

¶ padus, *le Po*, Germanis *Pavv*, oritur ex Alpibus, & Veſulo monte, in ipſo limite Galliæ & Delphinatus, in Marchionatu Salutiarum, ex triplici fonte. Hinc propè Salutias fluens, paulò infra recipit fluvios peleum, Varætam, Mairam, & Maleam, poſteà verſus Carmaniolam labitur, & Carinianum, uti in ſuburbiis Auguſtæ Taurinorum, ubi recipit Doriam minorem, uti infra Sturam & Doriam Balteam fluvios. Inde in occaſum tendens, Verrucam rigat, Creſcentinum, & Tridinum; ubi ex ditione Ducis Sabaudiæ exiens, Caſalem Montisferati primariam rigat; poſteà recepto Seſſite fluvio, per Mediolanenſem Ducatum fluens paulò infrà Valentiam, Tanarum fluvium recipit, uti & Scalviam, Stafforam, & Ticinum flumen paulò infrà papiam, ſeu Ticinum; quibus auctus atque Trebia, propè placentiam urbem Ducatus cognominis caput labitur, receptoque Addua, Cremonam rigat. Hinc auctus Taro parma, & Nicia fluviis Ducatus parmenſis, per Mantuanam ditionem fluit; ubi auctus Ollio, Gabello, Mincio, aliiſque minoribus, tandem in ditione Pontificia & Ducatu Ferrarienſi in duo brachia ſcinditur ad caſtrum Stellatam, quorum maximum, *Po grande* dictum, 20. milliaribus ſupra ejus oſtia iterùm in duas partes dividitur, ex quibus maior etiam *Po Grande* ſeu *di Venetia* dicitur; & paulò infrà in ſinum Venetum ſe exonerat, & ejus oſtium dicitur *Porto Viero*; minor autem dicitur *Po di Ariano* ab oppidulo cognomine, & per oſtium *Porto di Goro* dictum etiam in ſinum Venetum ſe exonerat vix 10. mill. à præcendenti in meridiem. Ex duabus autem primis partibus, ſeu brachiis padi ad Stellatam, minor alveus, diſcus *Po di Ferrara*, ſeu *Po morto*, ſenſim oblimatur, itaut æſtate ferè careat aquis, ut ego aliquoties vidi: ſed paulò poſt auctus Scultenna, Rheno Bononieſi, & aliquot aliis amnibus paulò infrà Ferrariam urbem in duo brachia ſcinditur, quorum unum, quod ad Boream eſt vulgò *Po di Volana*, dici,

dicitur & in mare Adriat'labitur per oſtium *Porto di Volana* dictum: aliud autem,quod meridionale eſt, *Porto de Argenta* ſeu *Po di primaro* dicitur, & per oſtium *Porto di Primaro* dictum in Mare Adriaticum ſe exonerat : itaut hodie ſint tantùm quatuor oſtia Padi à quatuor ejus brachiis dicta, nempè Foſſa Philiſtina, *il Pogrande*, Foſſa Carbonaria, *il Po di Ariano*, Volane, *il Po di Volana*, & Paduſa, *il Po di Argenta*. Capraſia autem, & Sagis non ſunt alvei Padi, ſed tantùm incilia, quibus ſe exonerat ſtagnum Comaclenum in ſinum Venetum.

paduſa, padoa polybio, *Canal di S. Alberto*, foſſa padi, quæ & Meſſanicus fluvius & Foſſa anguſta, teſte plinio, vocatur, qua à Ferraria Ravennam uſque navigatur, ubi etiam palus magna ex parte nunc exſiccata, inter Padum & Ravennam. Ejus meminit Virg. lib. 11. Æneid.

-cum fortè caterva
Conſedere avium, piſcoſoque amne Paduſa.

¶ paduſa foſſa, aliter Meſanicum oſtium & Spineticum, itemque Vatreni portus, dictus fuit etiam padus magnus, quia præcipuum erat oſtiorum padi: Spinetum autem à fluvio Spinæ, ad quem urbs Spina condita erat: Vatreni autem portus à Vatreno fluv. qui Forum Cornelli alluit, cur Meſſanicus neſcio. Hodie padus Argentanus, *le Po d' Argenta*, ſuperiùs, padus primari, *Po di Primaro*, à caſtris cognom. & alicubi etiam *Canale di S. Alberto*, ab incile manu ducto, aliquot milliaribus ſupra ejus oſtium, quod nunc *Porto di Primaro* dicitur. Sed ſenſim oblimatur, ut ego pluries vidi.

¶ pæanium, Acarnaniæ oppidum, in Græcia, teſte polybio.

pæmani, *pemont*, populi & pagus Galliæ Belgicæ, in territorio Leodienſi, intra ſylvam Arduennam, teſte Huberto Leodio. Tametſi petrus Divæus *peelanders* populos Brabantiæ indigitat.

¶ pæmani populi fuere Galliæ Belgicæ, in Eburonibus, verſùs Moſam fluvium, ubi nunc pars occidentalis Ducatus Luxemburgenſis, & minuta pars ditionis Leodienſis verſùs Fanum S. Huberti. Hujus nominis veſtigia ſervat *pemont* vicus in illo tractu.

¶ pæna, Atlantici maris inſula, teſte Ptolemæo. Sed quid ſit nunc non conſtat.

pæones, populi Macedoniæ, in Myſiæ ſuperioris confinio; quos Herodotus ad Strymonem fluvium deſcribit, Dion ad Rhodopem montem, ptolemæus ad ortum Haliacmonis fluvii. Quorum regio pæonia Straboni, plinio, & ptolemæo, intra montes. Urbes Deborus, Alorus, & Jorum. Hos memorat Ovidius lib. 2. de ponto elegia 2.

Adde triumphatos modò pæones, adde quieti.
Subdita montanæ brachia Dalmatiæ

Hinc pæonius Virg. lib. 7. Æneidos:

Pæoniis revocatum herbis, & amore Dianæ.

Alii pæoniam circa Axium fluvium deſcribunt Emathiæ finitimam.

¶ pæpia, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum ptol.

pæſtum, quod & poſidonia, teſte plinio, & Strabone, *peſto*, vel *peſti*, colonia & urbs Lucaniæ littoralis, exciſa, ad ſinum poſidoniatem, qui & pæſtanus plinio & Melæ, vulgò *Golfo di Agropoli*, ac etiam *Golfo di Salerno*, olim epiſcopalis, apud caput aqueum urbem recentem, quæ illi ſucceſſit, inter Salernum ad occaſum, & Veliam ad ortum 25. mill. paſſ. à Dorienſibus à Sybaritis ejectis condita, & à Saracenis everſa. Hinc Pæſtanus nomen gentile. Roſæ pæſtanæ bis in anno florentes commendantur. Ovidius lib. 2. de ponto elegia 4.

Calthaque pæſtanas vincet odore roſas.

¶ peſtum, *peſti*, urbs fuit Lucaniæ, nunc vicus tantùm ſemidirutus, in ora principatus ulterioris, in regno Neapolitano, & hinc ſinus adjacens dictus fuit ſinus peſtanus, hodie *Golfo di Salerno*. Diſtans 6. milliaribus ab oſtiis Silari fluvii in meridiem, uti 22. à Salerno, & 18. à Velia in Boream.

pæſula, *S. Domingo de Silos*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalitia & conventu Hiſpalenſi. Quod aliquibus non probatur, cum *S. Domingo de Silos* ſit in finibus Vectonum: niſi ſit geminum.

pæſuri, *la Comarca de Covilhan*, teſte Jacobo Vaſconcello, qui & peſures, populi Luſitaniæ, circa Tagum fluvium, ubi Cudam excipit, juxta Herminium montem, quorum oppidum Covillanum, à Guardenſi urbe 7. leucis Ulyſipponem verſùs dicitur.

pæſus, fluvius Myſiæ, in Helleſponto, cum oppido quondam cognomine, inter parium & Lampſacum urbes. Qui vocetur nunc nullus docet, quod ſciam.

¶ pætalia, Thraciæ regio apud Stephanum.

pæti, populi Thraciæ, inter Hebrum & Melam fluvios: quorum regio Pætica Arriano dicitur. Æno urbi proximi fuere. *Herod.*

Pagæ, *pago*, urbs Bœotiæ, apud Iſthmum Corinthiacum, antea epiſcopalis, nunc inter metropoles, quæ & pege Græcis. Hæc in ora inter Megaridem & phocidem ſita eſt. *Plin.*

¶ pagæ, ſeu pegæ, urbs Achajæ in Megaride. Hodie *Livadoſta* dicitur; eſtque in ora ſinus Corinthiaci, verſùs Iſthmum, & 20. mill. paſſ. à Megara in occaſum diſtat.

paganorum inſula, *pago* Ortelio, videtur inſula Illyrici, apud ora Liburniæ. Vide Curicta. Alio enim nomine Curicta dici videtur.

pagaſæ, pagaſa plinio, oppidum Theſſaliæ, in ora ad pagaſicum ſinum, Jolco proximum, inde 20. ſtadiis, teſte Strabone, in meridiem, à Demetriade 33. (licèt apud plinium eadem ſit Demetriadi) à pheris 90. in ort. *Vollo* nunc dicitur, aliis *Armiro*. Hinc pagaſeus nomen gentis, ut pagaſeus ſinus Melæ, pagaſicus plinio, pagaſiticus Straboni, Demetriacus Livio, inter oſtia penei, & Demetriadem 1000. ſtadiis, teſte Strabone patens, *Golfo d' Armiro*, & *Golfo di Vollo*. Propertius lib. 1. elegia 20. *Strab.*

Namque ferunt olim Pagaſæ navalibus Argon
Egreſſam longè Phaſidos eſſe viam.

Lucanus libro 2

Vt Pagaſæa ratis peteret cum Phaſidos undas.

Hic Tyro mulier mortuum virum morte ſibi illata ſponte ſequuta eſt; ut pius lib. 2. elegiarum teſtatur.

¶ pagaſæ urbs Theſſaliæ, in Magneſia provincia, 9. mill. paſſ. diſtat à Demetriade in occaſum, eratque pherarum navale, & ab ea ſinus pelaſgicus dictus fuit pagaſicus, nunc *Golfo d'Armiro*. Urbs autem creditur ubi nunc *Vollo*, portus commodus, & munitus.

pagos, mons Æolidis, apud Meletem fluvium. Sed Meles fluvius apud Strabonem fluvius eſt Joniæ Smyrnam circumfluens. Fortè per utramque regionem decurrit, in Æolide oriens, & in Jonia deſinens. *Pauſ.* *Strab.*

* pagræ, *Regras* ex tabulis recentibus, urbs Syriæ in pieria regione & Ciliciæ confinio, ad montem Amanum, pacræ Antonino, inter Alexandriam in ora 16. & Antiochiam intus 25. mill. paſſ. (* manuſcripto Seldeni *patrai*.) *Plin.* *Ptol.*

pagraſa, *Perperi* Caſtaldo ex levi conjectura, urbs Indiæ ulterioris: ſæpè enim Caſtaldus indigitat loca opinando. *Ptol.*

pala, *Pola* ſeu *Pila*, oppidum olim, nunc vicus Corſicæ, in ora Auſtr. apud portum Syracuſanum. Vide palla. *Ptol.*

pala, ſeu, & meliùs palla, oppidum Corſicæ, in parte Auſtrali. Nunc eſt *Bonifacio*, urbs munita propè fretum Thapros; ab adverſo Sardiniæ inſulæ. Vide palla.

palacia, *palacios* Morali & aliis oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in Vandalia, inter Marcianam 10. & Nebriſſam 6. mill. *Plin.*

¶ palacia, *palacios*, caſtrum eſt Vandalitiæ, 5. leucis Hiſpanicis ab Hiſpali in meridiem, Nebriſſam verſùs totidem, & 2. à Bœti fluvio diſtans.

¶ palacium, urbs Thraciæ Cherſoneſi, teſte Strabone.

palæa, *pelandre*, teſte Luſignano, oppidum olim, nunc pagus Cypri mediterraneus. Fuit & oppidum Cephaleniæ inſulæ, teſte polybio, quod hodie haud nominatur. *Strab.*

¶ palæalazica ſtatio ad Euxinum mare, in Sarmatia Aſiatica, ex Arriani Periplo.

palæapolis, inſula parva Hiſpaniæ citerioris, apud Emporias urbem olim præclaram, in ora Catalauniæ, in qua Emporienſis priùs habitarunt, teſte Strabone.

¶ palæapolis, inſula forſan ea nunc eſt quæ *les Medes* dicitur cum altera inſulula adjacente; eſtque in ora Cataloniæ propè Emporias oppidum & oſtia Sambrocæ fluvii, *le Ter*, cum caſtro & vico.

* palæbeudos, Beudos Livio, oppidum phrygiæ magnæ, in piſidiæ confinio, exciſum ita, ut illius hodie nullum veſtigium cernatur. (* *Palaion beydos* in Græcis cod. *Ptol.*

Palæbyblos, urbs phœnicis. Vide Byblos. Urbs eſt apud Adonidem fluvium, ſub monte Libano, gemina, nova & vetus. *Plin.*

palæmyndus, urbs Cariæ. Vide Myndus; quæ non longè conſtructa fuit. *Plin.*

palæocaſtrum, *Balikeſre* nunc, teſte Leunclavio, oppidum Troadis, in Aſia, apud Alexandriam. Et palæocaſtrum, *Policaſtro*, urbs Lucaniæ maritima, in confinio Brutiorum, epiſc. ſub Archiep. Salernitano, inde 60. mill. paſſ. in ortum.

palæocaſtrum, ſeu & meliùs policaſtrum, *policaſtro* aliàs Buxentum, urbs parva & penè deſerta Lucaniæ, in ora

maris Tyrrheni, nunc in regno Neapolitano, & in provincia Principatus citerioris, in limite Baſilicatæ; & ab ea ſinus Laus dicitur *Golfo di Policaſtro*, Diſtat 55. milliar. à Salerno in Eurum, vix 10. à monte Apennino in occaſum, & 20. à Marſico novo in meridiem. Dicitur etiam Policaſtrum.

¶ Palæocaſtrum, *Paleocaſtro*, oppidum Cretæ inſulæ cum arce aliàs munita, & portu in ora Boreali inſulæ, in territorio Candiæ, à qua 8. tantùm milliar. diſtat in occaſum Rithymnum versùs, ad radices collis; ſubeſtque dominio Turcarum à paucis annis.

¶ Palæpatma, emporium Indiæ intra Gangem, teſte Arriano in Periplo.

Palæpharſalus, urbs Theſſaliæ. Vide Farſalus, & Pharſalus.

Ptol. Plin. Palæpaphos, urbs Cypri, ubi templum Veneris erat inſigne, haud procul à qua nova Paphos conſtructa fuit. Nunc ut raque jacet, in ora occidua. Vide Paphos.

Liv. Palæpolis, *Poggio reale*, urbs vetus Campaniæ, apud Neapolim, quæ illi ſucceſſit, teſte Ambroſio Leone. Aliis eſt *Torre di Giuparelli*, locus quoque Neapoli vicinus. Eſt & Palæapolis apud Strabonem urbs Emporienſium. Vide Palæapolis.

Plin. ¶ Palærus, Acarnaniæ urbs apud Strabonem.

Palæſcamandrus, *Paleſcamandro* adhuc vulgò, fluvius Phrygiæ, ſeu Myſiæ. Vide Scamander. Hic in Achæorum portum influit.

Plin. Palæſcepſis, *Elmachani* Moletio, urbs Troadis maritima, olim epiſcop. ſub Archiep. Cyziceno, Scepſi novæ mediterraneæ vicina, inter Aſſum, & Antandrum proximas urbes, ab Ida monte 120. ſtadiis, in convalle Æſapi fluvii.

¶ Palæſcepſis, urbs parva Myſiæ majoris, in ora ſinus Adramiteni, inter Antandrum ad ortum & Aſſum ad occaſum 20. mill. paſſ. diſtat à Scepſi in Eurum.

Luc. Palæſte, vicus Epiri, apud Oricum urbem; à quo Palæſtini, quorum meminit Lucanus lib. 5.

Lapſa Palæſtinas uncis confixit arenas,

Plin. Mol. Ptol. * Palæſtina, *Terra Santa*, & adhuc *Paleſtina*, regio Aſiæ, inter Syriam ad ſeptentrionem & Ægyptum ad auſtrum, Arabiæ petrææ ad auſtrum confinis & ad occidentem pelago Syrio terminata, in Galilæam ad Boræam Judæam cum Idumæa ad auſtrum, & Samariam in medio diviſam. Urbes quondam claræ Hieroſolyma, Cæſarea, Aſcalo, Tiberias, & Neapolis. Hinc Palæſtinus nomen gentis, & populi Palæſtini. Ovid. lib. 5. Metamorph.

Matre Palæſtina, dubio genitore creatus.

Palæſtina aqua pro Tigride apud Ovidium libro 2. Faſtorum:

Inque Palæſtinę margine ſedit aquę.

Sittacene enim regio Aſſyriæ à Tigride fluvio irrigata Palæſtina, teſte Plinio, nominatur. (* Habet Seldeni manuſcriptum *n* in penultima.)

Plin. ¶ Palæſtina, *la Terre Saint*, pars Aſiæ, quæ antiquiſſimè Terra Chanaam dicta fuit; uti poſtea Judæa ab exteris. Diviſa fuit aliàs in duodecim Tribus, extenditurque à Borea in meridiem. Terminatur à ſeptentrione Syria, ab occidente mari Mediteraneo, ab oriente Arabia deſerta, & à meridie Arabia petræa. Ejus partes fuere Galilæa, Samaria, Judæa, Idumæa, & Decapolis trans Jordanem: Et ejus urbes præcipuæ Hieroſolyma, totius regionis caput & primaria, Cæſarea, Aſcalon, Gaza, Joppe, Boſtra, Idumæa, Sebaſte, Accon ſeu Ptolemais, & Tyberias. Nunc hæc regio, Terra Sancta

Ptol. dicta, pars eſt Syriæ ſubeſtque dominio Turcarum à 150. annis. Vide Judæa & Terra Sancta.

Palæſtinus quoque priùs, appellatus eſt Strymon, fluvius Macedoniæ teſte Plutarcho.

¶ Palamus, *Palamos*, oppidum munitum Hiſpaniæ, in Catalonia, cum portu in ora maris Mediterranei, 7. leucis diſtat à Gerunda in ortum, & totidem ab Emporiis in meridiem, 22. autem à Barcinone in Cæciam.

Palamedium oppidum fuit Troadis, in Aſia minori, teſte Plinio.

Ptol. Palanda, urbs aureæ Cherſoneſi, quæ nunc *Pari* Caſtaldo eſſe videtur, cum fluvio cognomine: ſed eſt ejus conjectura.

¶ Palanda aliis fuit ubi nunc palimbanum, *Palimban*, urbs ampla Sumatræ inſulæ, in parte Auſtrali, & in ora contra Bancam inſulam, in mari Indico. Sed hæc ex conjectura tantùm.

Palanta, *Palaſta* nunc ex tabulis recentibus, oppidum (ſeu pagus) Corſicæ mediterraneum, Ropico, Cerſuno, & Lurino finitimum.

¶ Palanta, aliis eſt *Balagna*, oppidum Corſicæ in ora occidentali inſulæ, 10. milliaribus à Calvio, in Boream diſtans.

palanteum, palantium Xenophonti & pauſaniæ cum Trogo & Stephano, oppidum Arcadiæ ex vico urbs effectum ab Antonino Auguſto, teſte pauſania, Tegeæ & Mantineæ urbibus proximum. Eſt & vicus in urbe Roma in monte palatino, à pallante dictus pallanteum, quod & palatium dicitur; ubi unuc *palazzo*. De quo Virgil. lib. 9. Æneidos: Liv.

Quæſitum Æneam ad menia pallantea.

Et libro 8.

-& poſuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine pallanteum.

* palantia, pallantia Straboni, palentia Livio & Libro Conciliorum. *palencia*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vacceis, & regno Legionenſi, ad piſoracam fluvium, epiſcopalis olim, ſub Archiepiſcopo Toletano, nunc ſub Archiepiſcopo Burgenſi, inde 18. leucis in occaſum, à Valiſolleto 8. in Boream, à Legione 20. Accademia olim ante Salmaticenſem clara. Populi palentini Livio, pallantia inter primas Hiſpaniæ Tarraconenſis urbes, auctore pomponio Mela, habita, nunc longè minor eſt; templum tamen habet auguſtum, ab amnis præterfluentis irrigata rivulo, (* in Seldeni manuſcripto. *Pallantia.*) App. Ptol.

palancia, *palencia*, urbs eſt regni Legionenſis ad Arrionem fluvium, qui paulò infra cadit in Piſoracam in limite Caſtellæ veteris 12. leucis Hiſpanicis diſtat à Burgiis in occaſum & 15. à Legione in Eurum.

Palantia item, ſive Pallantia, à Palante liberto Claudii Imperatoris conditore dicta, oppidum Inſubriæ non incelebre, in ora lacus Verbani, inter Aronam & Canobium, ab Arona 12. mill. paſſ. ubi antiquæ inſcriptiones marmoreæ viſuntur, quæ locum pervetuſtum eſſe teſtantur. Non longè inſula viſitur malis aureis conſita, mira amœnitate, quaſi horti Halcyonii, familiæ Borrhomeorum.

Palas. Vide Cappellatium. Hinc palatina regio, quæ & pallatinatus appellatur, Germaniæ ſuperioris pars: cui Palatinus Comes dominatur. Palas, ut ſcribit beatus Rhenanus, derivatur inter Alſatiam ad meridiem & tractum Trevirenſium ad ſeptentrionem, Lotharingia ad occaſum & Haſſia Franconiaque ad ortum incumbentibus. Cujus regionis caput eſt Heydelbarga, urbs & Accademia, Spiræ finitima, Comitis palatini, unius ex Electoribus Imperii ſedes: quo his temporibus exauctorato & proſcripto, regio ipſa magna ex parte à Duce Bavariæ, illi in dignitate ſubrogato capta poſſidetur; pars altera inferior ab Hiſpanis capta adhuc detinetur.

¶ palas ſeu palatium, *pfaltz*, caſtrum Germanię, in inſula Rheni; unde palatinatui inferiori nomen, 2. leucis infrà Bingium, & medium fermè inter Moguntiacum & Confluentes, 5. milliaribus Germanicis utrinque.

palatia. Vide palacia.

¶ palatinatus inferior ſeu Rheni *pfaltz of Rhein*, ſeu *Nider pfaltz* Germanis, *palatinat du Rhin* Gallis, provincia eſt Germaniæ, à Rheno fluvio bipartita, ſub dominio Electoris palatini. Antea poſt motus Bohemiæ princeps palatinus ejectus fuerat è ſua ditione; ſed pace Monaſterienſi recepit palatinatum inferiorem, & octavus Elector conſtitutus fuit, Bavaro Duce retinente dignitatem ſuam. Palatinatus inferioris urbes ſunt Heydelberga, *Heidelberg*, provinciæ caput, Birkenfeldia, *BirKenfeldt*, Cæſaropolis, *Kaiſerluter*, Cruciniacum, *Creutznack*, Franchentalium, *FrancKenthall*, & ſimmera, *Simmeren*. Peſſimè accepta fuit, & pluries vaſtata ultimo bello Germanico. Nunc autem in dies reparatur. Terminatur à ſeptentrione ditione Moguntina, uti etiam partim ab oriente, et Ducatu Virtembergico, ab occaſu ditione Trevirenſi & Ducatu Bipontino, à meridie autem Alſatia, & Marchionatu Badenſi: & in ea provincia inſertæ ſunt ditiones Spirenſis, & Vormatienſis, ſatis anguſtæ; & ejus pars erat antea Ducatus Bipontinus.

¶ palatinatus ſuperior ſeu Bavariæ, *Ober pfaltz* incolis *le haut palatinat*, ſeu *la palatinat de Baviere* Gallis, provincia eſt Germaniæ, in circulo Bavariæ, inter Bohemiam ad ortum, Franconiam ad occaſum, & Bavariam ad meridiem; ejuſque primaria urbs eſt Amberga, *Amberg*. Antea ſuberat Electori pelatino; ſed poſt bellum Bohemicum confectum, hæc provincia data fuit ab Impe-

Imperatore Duci Bavariæ, quod etiam ipſi confirmatum fuit pace Monaſterienſi.

palatinus mons, *palazzo maggiore*, teſte Andrea Fulvio, unus ex 7. collibus urbis Romæ, ſuper quo urbs primùm cæpta eſt, ſic à palantia Evandri filia, & Evandrius dictus, teſte Dionyſio Halycarnaſſeo. De quo Virgilius libro 9. Æneidos:

Sceptra palatini, ſedemque petivit Evandri.

palatium Ovidio libro 4. Metamoph.

Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati.

¶ palatinus mons Romæ etiamnum *Monte palatino* dicitur; & ejus pars Foro Boario obverſa, dicitur *palazzo maggiore* a palatio Cæſarum ibidem aliàs excitato.

palatium, *palazzolo*, pagus Cenomanorum, inter Veronam 35. & Tridentum 24. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, apud Atheſim fluvium, cum nunc diſtantia deprehendatur minor, a Roboreto oppido 8. mill. in Boream.

¶ palatium, oppidum inter Tridentum & Veronam, ad Atheſim fluvium, quid ſit non mihi conſtat. Nullum enim caſtrum eſt in toto illo tractu, neque vicus *palazzolo* dictus Forſan caſtrum eſt agri Brixiani, palatiolum dictum, *palazzolo*, cum ponte ad Olliumfluvium, in limite agri Bergomenſis, & medium inter Brixiam ad ortum & Bergomum ad occaſum, in regiuncula *Franzacurta* dicta, 4. milliaribus a Sebino lacu in meridiem diſtans.

palatium item Diocletiani, Salonis proximum, in Dalmatia, nunc *Spalatro*, urbs Archiepiſcopalis. (*Vide Spalatum.*)

palatium Luculli, quod & Villa Luculli *piſcina mirabile*, locus Campaniæ, inter Miſenum & Bajas, mirabilis ſtructuræ.

paleis, palæa polybio, *palichi* Sophiano, oppidum ſeu pagus hodiè Cephaleniæ inſulæ. Populi palenſes pauſaniæ, qui & Dulichii.

paleſcamander pro palæſcamander in Theſauro Linguæ Latinæ.

paleſimundus, *patzin*, teſte Vineto, urbs & fluvius Taprobanæ inſulæ. Paliſimundum in Theſauro Linguæ Latinæ.

¶ palſuriana, *Bruſagana*, oppidum Hiſpaniæ, in Catalonia, 18. mill. paſſ. a Tarracone diſtans, teſte Auguſtino Lubino.

* paliana, *panconia* Caſtaldo, urbs Sericæ. Sed levis valdè conjectura eſt Caſtaldi. (* In Seldeni manuſcr. ſcribitur duplici *n*.)

¶ palianum, *paliano*, oppidum munitum Italiæ, in ditione pontificia, & Camp. Romana, Ducali titulo inſignitum Columnarum 25. milliaribus diſtat ab urbe Roma in ortum Soram versùs.

* palibothra, *Ava* Mercatori, *Vothara* Nigro, urbs Indiæ citerioris. Palibotri populi Melæ, oram Indiæ citerioris inter Indum & Gangem incolentes. Urbs eſt praſiorum ampliſſima & ditiſſima; poſt quos Dardæ auro, & Setæ argento abundat, teſte plinio lib. 6. Sicuti Chryſæ & Argyræ populi Indiæ. (* in Seldeni manuſcripto *palimdora*.)

¶ palibothra quibuſdam eſt *Holobaſſ*, urbs ampla in Imperio Magni Mogolis ad Gangem fluvium, ubi recipit Semenam. 300. mill. paſſ. ab Agra in ortum diſtans.

palica, *paliconia*, oppidulum nunc Siciliæ, teſte Aretio, olim urbs ad lacum, qui lacus palicorum dicitur, *Lago Naffia* vel *Naphtia*, teſte Fazello, inter Leontinos & Menas; ſed urbs, teſte Fazello, extincta eſt. Palici verò Dii habiti ſunt, per quos jurare religio erat. Vide Hiſtoriam apud Macrobium lib. 5. Saturnalium cap. 19. de jurantibus, & apud Stephanum. De palicorum lacu Ovid. libro 2. de ponto elegia 10.

Ætnæoſque lacus, & olentia ſtagna palici,

Idem libro 5. Metamorph.

Stagna palicorum rupta ferventia terra.

palici, etiam paliſci ſcribuntur.

¶ palimbanum, *palimban*, urbs Indiæ, in Sumatra inſula, forſan aliàs palanda dicta, in parte Auſtrali inſulæ, ubi tendit ad ortum contra Bancam inſulam, & vix 200. milliaribus a freto Sundæ in Boream diſtans Malacam versùs, ſub dominio proprii Regis. Portum habet capacem.

¶ palimbon, epiſcopatus ſub Archiepiſcopo Damaſceno, teſte Guillelmo Tyrio.

¶ palindromos, Arabiæ felicis promontorium, teſte ptolemæo. Acila Plinii eſt, auctore Villanovano.

Palinurum, *palinro* Nigro, & Nautis *Capo palemudo*, promontorium Lucaniæ, ſinum Pæſtanum ad ortum terminans, apud Veliam, inter pæſtum 200. & Talaum in ortum 400. ſtadiis, teſte Strabone. De quo Virgilius lib. 6. Æneidos: *Strab.* *Plin.*

Æternumque locus palinuri nomen habebit.

Sic enim a palinuro Æneæ nauclero ibi ſubmerſo nominatur.

¶ palinurum promontorium vulgò *Capo di palinuro* dicitur; eſtque in provincia principatus citerioris, in ora maris Tyrrheni. 17. milliaribus a policaſtro in occaſum diſtat, uti 26. à pæſti in meridiem.

paliſci. Vide palici in palica, ubi ſtagnum palicorum; qui & lacus palicorum.

¶ paliura urbs fuit Macedoniæ, ex qua oriundus Antipater Jolai filius, teſte Suida.

palla, palma Antonino, *pola*, oppidum olim nunc pagus Corſicæ, in ora auſtrali, à Bonifacio oppido, 6. mill. paſſ. in occaſum. Aliis eſt *pila*, ab eodem Bonifacio tantundem in Boream recedens. Sed palla apud ptolemæum à Bonifacio, ſeu portu Syracuſano in ortum, ſeu Cæciam, non in occidentem diſtat. *Ptol.*

¶ palla nunc eſt *Bonifacio*, urbs munita Corſicæ, in parte Auſtrali, juxta fretum Taphros dictum, & ex adverſo Sardiniæ inſulæ Cluverio & Brietio teſtibus. Vide Bonifacium.

pallantia Straboni, palentia Livio. Vide palantia.

pallena; quæ & phlegra Herodoto, patalene ptolemæo *patalenes* vulgò, teſte Moletio, peninſula Macedoniæ, ad ſinum Thermaicum, cujus iſthmus pallenſis à plinio dicitur, quæ & peninſula Caſſandriæ ab Euſtathio nominatur, pallenea à Valerio Flacco. Apud illius iſthmum Olinthus urbs erat, teſte Thucydide, de qua Demoſthenes plures habuit orationes. Virgilius libro 4. Georgicorum: *Herod.* *Plin.* *Steph.*

Hic nunc Emathiæ portus, patriamque reviſit.
pallenen.

Hic pallene oppidum, teſte plinio & Stephano, *Caniſtro*, teſte Sophiano, hodiè, & Nardo *Tarcho*, ſeu *Tarſo* dictum, Caſſandriæ finitimum. Hinc pallenæus. Statius lib. 4. ſylv. carm. 2.

Et pallenæos phœbum laudare triumphos.

pallenen Stephanus Traciæ attribuit, à pallene Sithonis filia dictam. Pallenis apud Dionyſium de ſitu orbis:

Et pharos Idothees ſcopuli pallenidis alti.

Vide Stephanum plura de pallene peninſula ſcribentem.

¶ pallon, Arabiæ felicis oppidum teſte plinio.

¶ pallura, urbs Indiæ intra Gangem, Limyricæ regionis, teſte ptolemæo.

palma, *palma* Morali, & *Mallorca* ſeu *Majorica* Italis, de inſulæ nomine, colonia & urbs Balearis majoris, epiſcop. ſub Archiep. Tarraconenſi, inde 30. leucis in ortum diſtans mari, à Julia Cæſarea urbe Mauritaniæ Cæſarienſis 55. à Valentia 40. Accademia. In Theſauro Linguæ Latinæ palma etiam oppidum Hiſpaniæ ponitur: quod non reperitur. *Ptol.* *plin.*

¶ palma, ſeu palma Balearium, nunc *Mallorca* incolis, *Majorque* Gallis, urbs eſt ampla Hiſpaniæ, Majoris Balearidis caput, Majorica Latino recenti dicta. Eſt in parte occidentali inſulæ, & probè munita, 24. leucis à Magone in occaſum diſtat, 34. à Tarracone in meridiem, & 40. à Valentia in ortum, eſtque caput regni Majoricæ, & ſub dominio Hiſpanorum.

¶ palma, *palma*, oppidum Hiſpaniæ in Vandalitia, ad confluentes Singilis fluvii in Bœtim, vix 2. leucis infrà Aſtigim, & 12. ab Hiſpali in ortum Cordubam versùs.

¶ palma, *palma*, arx munitiſſima Italiæ, in Foro-Julio, & in ditione Venetorum, recens ab ipſis excitata in tutelam regionis, propè Natiſonem fluvium & versùs limites Comitatus Goritiæ. Media eſt inter Utinum in Circium, & Aquilejam in Eurum 10. mill. paſſ. utrinque, 13. ab ora ſinus Veneti in Boream diſtans, & 15. à Goritia in occaſum.

palmaria, *palmarola* Nigro & aliis, inſula maris Tyrrheni, contra Tarracinam, inde 37. mill. paſſ. diſtans, proxima Fontiæ. Sunt qui hanc cum pandaria ſeu pandataria inſula ſinus Formiani manifeſto errore confundunt. Ortelius quoque palmariam inſulam facit maris Liguſtici; ſed illa à veteribus non memorata, parva eſt in ore portus Lunenſis, apud portum Venetis, ab eo freto anguſtiſſimo diviſa. In Theſ. Ling. Latinæ ſcribitur pro- *plin.*

xima

xima oſtiis Tiberinis, a quibus longè diſtat, ſupra 60. mill. paſſ.

Plin. Ptol. & al. Palmira, *Amegara*, teſte Ortelio, urbs Syriæ archiepiſcopalis, in Arabiæ deſertæ confinio, inter Damaſcum 225. & Seleuciam magnam ad Tigrim 533.mill. paſſ. ab Antiochia magna 240. in ortum, palmirenes regionis, quæ *Arden*, teſte Caſtaldo, dicitur, caput. Scribitur & Palmyra. Populi palmyreni, qui & Adriano politæ dicti, urbe ab Adriano Imperatore reædificata, teſte Stephano. Palmiræenorum Regina, Zenobia nomine, Græci & Ægyptii ſermonis peritiſſima, ac Latini non ignara, multa ſcripſit in iis epitomen hiſtoriarum; Filios ſuos erudivit, orationes elegantiſſimas ad lites habuit, & galeata recitavit. Quæ poſteà Romam in triumphum ducta fuit ab Aureliano.

Ptol. ¶ palmira, urbs Syriæ. Nunc *Fayd* dicitur, teſte Sanſone.

paloda, *Blechisfeld*, ut Latio videtur, oppidum Daciæ, cujus ager ſic in Tranſylvania appellatur. Eſt & paloda oppidum pannoniæ ſuperioris, in Hungaria, nunc *palotta*, inter Taurinum urbem & Datam oppid. 2. leucis.

¶ palſicium, Italiæ Tranſpadanæ urbs fuit, teſte plinio. Nunc in ruinis jacet.

Mel. Strab. paltos, *Boldo* nunc, oppidum phœnicis, in ora apud Byblum urbem, quod Niger *Gibel* indigitat; cum *Gibel* ſit ipſa Byblos. Hic Memnon filius Auroræ, ut fabulantur, ſepultus eſt. Populi palteni. De palto Artemidorus in epitome.

Scip. Gul. palum, *pau*, oppidum Aquitaniæ præclarum, Bearnenſis principatus conventus juridicus, Oloronæ urbi proximum, & Laſcuræ, inde 4. hinc 3. leucis à Tarba 6.

¶ palum, *pau*, urbs eſt Galliæ, in Aquitania, ad Gabarum palenſem fluvium, & Beneharniæ caput; ſedeſq; parlamenti, cum caſtro, ubi natus eſt Henricus IV. Francorum & Navarræ Rex, una leuca ſupra Laſcuram in Eurum, 4. ab Olorone in ortum, & ferè 9. à confinio Aragoniæ in Boream.

¶ palum, *palo*, caſtrum Ducatus Braciani & gentis Urſinæ, in provincia patrimonii & in ditione pontificia, tantiſper munitum, in ora maris Tyrrheni, 18. milliaribus à Roma in occaſum Centumcellas versùs, vulgò Alſium antiquorum creditum. Exiſtimat tamen Virginius Card. Urſinus ibi fuiſſe aliàs villam Virginii Rufi prope Alſium, quod multis argumentis & variis inſcriptionibus antiquis ibi repertis probare nititur.

¶ palus, *palos de Moguer*, oppidum Hiſpaniæ, in Andaluzia provincia, in ora Oceani, unde primum ſolvit Chriſtophorus Columbus in Americam tendens die 3. Auguſti anno 1492. Sedet ad oſtia fluvii Luxiæ, *Tinto*, in Oceanum, & ſinum Gaditanum, 15. leucis ab Hiſpali in occaſum, & 9. ab oſtio Anæ fluvii in ortum diſtans.

palus à lacu eo tantùm differt, quòd aliquando exſiccatur, ſicuti pontinæ in Latio contigit; lacus verò nunquam. (*Sed paludes pontinæ non ſunt exſiccatæ.*)

Nomina paludum apud veteres famoſiorum:

Acheruſia, *Lago di Ianna*, Epiri. Altera Campaniæ, *Lago della Collucia*.
Amadoca, Sarmatiæ Europææ.
Ambracia, *dell' Arta*, Epiri.
(palus Ambracia meliùs dicitur Ambracius ſinus, *Golfo dell' Arta* vulgò.)
Argita, *di Dor*, Hiberniæ.
Aria, *Lago di Burgian*, Ariæ.
Arſiſſa *Lago di Giocho*, Armeniæ maioris.
(*palus Arſiſſa quibusdam eſt* lac de Vaſtan, *aliis* la mer d' Armenie.)
Artynia, *Lago di Iubat*, Myſiæ in Aſia.
Aſcania, *Lago d' Iniſch*, Bithyniæ.
Byce, *Sechan*, apud Tauricam.
(*palus Byce ſeu Buges in Taurica Cherſoneſo nunc* Suza Morſi *dicitur ab incolis illius tractus.*)
Camerina, *di Camarana*, Siciliæ.
Chelonidæ ſeu Chelonides, *di Gaoga*, Libyæ interioris.
Coloe, *Barcena*, Æthiopię.
Gallicæ paludes, *Lagune di Venetia*.
Glanis *la Chiana*, Hetruriæ.
Hulca, *palina*, pannoniæ inferioris.
Laterra, *Eſtang* Galliæ Narbonenſis.
(*palus Latera ſeu Latara dicitur* l' eſtang de latte, *ſeu etiam* l' eſtang de Maguelone *a quibuſdam.*)

Lerna peloponneſi, *Lerna*.
Linterna, *Lago di patria*, Campaniæ.
Lugea, *Zirknitzersee*, Iapodum.
Lychnites, *Lago di Exſechia*, Armeniæ maioris.
Lycomedis, *di Serta*, Libyæ interioris.
Mæotis, *Mare delle Zabacche*, Sarmatiæ.
(*palus Mæotis ſinus eſt ampliſſimus, ſeu potiùs mare Sarmatiæ, vulgò* Mer de Zabacche *ſeu* de la Tana, *dictum* Limen *accolis.*)
Mantiana, *di Van*, aliis *di Actamar*, Mediæ.
Maria, *d. Aleſſandria*, Ægypti.
(*palus Maria ſeu Mareotis nunc* Lago di Buchiara *dicitur.*)
Nigritis, *di Guber*, Libyæ inrerioris.
(*palus Nigritis nunc* Lago di Guarda *dicitur.*)
Nuba, Libyæ interioris.
Oxa & Oxiana, *Lago d' Amu*, Sogdianæ.
paduſa, *Canal di San Alberto*, AEmiliæ (fluvius eſt.)
palica, *Naphtia*, Siciliæ.
pontina, *di Taracina*, Latii.
(*palus pontina, ſeu, & veriùs, paludes pontinæ vulgò dicuntur* le paludi pontine, *in parte auſtrali ſeu maritima Campaniæ Romanæ.*)
Reatina, *di Rieti*, in Sabinis.
Salapina, *di Salpe*, Apuliæ.
(*palus Salapina vulgò* Lago Salſo *dicitur.*)
Sirbonis, *Stagnone*, palæſtinæ & AEypti.
(*palus Sirbonis nunc* le Baranguerlis *vulgò dicitur ab incolis illius tractus & ſenſim deficit.*)
Stymphalis, *Lago di Vulſi*, Arcadiæ.
Styx inferior, & Arcadiæ, eadem ſuperiori.
Thoſpites, *Gabacu*, Armeniæ majoris.
Tritonis ſeu Tritonias, *di Caps*, Africæ.
Voicææ, *Balaton*, pannoniæ ſuperioris.

pamberga, *Bamberg*, urbs Germaniæ, in Franconiæ confinio, epiſcop. ſub Archiep. Moguntino, præclara, quæ & Bamberga. Vide Gravionarium. Scipi. Germ. Mart.

pamiæ, *pamiers*, urbs Aquitaniæ, apud Garumnam fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, inde 7. leucis in meridiem, Conſorannos versùs 8. apud Fuxum oppidum, 2. leucis recedens.

¶ pamiæ, ſeu Apamiæ urbs eſt Galliæ Narbonenſis, in Occitania, & in Comitatu Fuxenſi, ad fluvium Alburacim a Bonif. VIII. epiſ. ſede donata 3. leucis diſtat a Fuxio in Bor. & 9. à Toloſa in merid. uti 6. à Rivis in Eurum. Strab.

pamiſus, panyſus ptolemæo, qui & Amathus, Mamaus, & Arcadiacus à Strabone nominatur, & pamiſſus, *Stromio* Nigro, aliis *Tiſeo*, & alii *Spirnazza*, fluvius Meſſeniæ, in peloponneſo, cujus oſtia à Meſſone 30. mill. abſunt. Eſt & pamiſus plinio flu. Theſſaliæ, in peneum influens; & Myſiæ inferioris, inter Odyſſum & Meſembriam in mare Euxinum influens. Vide panyſus. Plin. & al. Plin. Sol.

pamphagi, populi AEthiopię, ſic dicti, quod omnia comedant. Hos plinius libro 6. capite 30. in AEthiopia ad occaſum deſcribit, eoſque Nigris proximos facit, & Agrioph. qui pantherarum & leonum carnibus veſcuntur. Cic.

¶ pamphium, AEtoliæ urbs, teſte polybio. Strab.

pamphylia, quæ & Mopſopia, teſte plinio, regio Aſiæ, mari quod pamphylium appellatur ad auſtrum objecta, inter Lyciam ad occidentem & Ciliciam ad ortum, à phrygia magna Tauro monte diviſa, *Settalia*, teſte Giravа, *Zina* Theveto, *Caraman* Nigro, *Scandalor* eidem Nigro, eſt pars occidua, & ad mare terminata: pars verò ad ortum cum parte Ciliciæ *Caraman*. Pamphyliæ inter poetas meminit Statius libro 1. ſylv. carm. 4. Plin. Ptol. & al.

Hunc quoque perque novem timuit pamphylia meſſes.

In Theſauro Linguæ Latinæ ponitur, inſigni errore inter Ciliciam & Syriam. Fuit & pamphylia urbs Macedoniæ, teſte Stephano. Prima etiam dicitur pamphylis à Dionyſio Afro. Urbes olim pamphylię claræ Sida, perge, Aſpendus, Termeſſus, Attalia caput regionis, nunc omnibus pręſtat.

¶ pamphylia regio eſt Aſiæ minoris ad auſtrum, & versùs oram littoralem maris Mediterranei ſeu pamphylii ab ea dicti. Terminatur à ſeptentrione piſidia & Lycaonia provinciis, uti etiam tantiſper phrygia magna. Nunc pars eſt occidentali Caramaniæ provinciæ, & ſubeſt dominio Turcarum.

pamphylium mare eſt quod pamphyliam alluit. Lucanus libro 8.

Compenſat medis pelago. Pamphylia puppi
Occurrit.

panachaicus mons etiam peloponneſi, patris urbi immi-

minens, vulgò *Monte di patras*, cujus ſolus polybius meminit.

Panacra, mons Cretæ apud Idam montem maiorem, & panacrum oppidum ad * eundem montem, teſte Stephano. Quod an extlet hodie incertum. (* Cypri urbs eſt Stephano.)

Panæi, populi Thraciæ circa Amphipolim urbem. Sed cum Amphipolis ſit urbs Macedoniæ, uti apud Ptolemæum videre eſt, etiam hi populi Macedoniæ dici poſſunt.

¶ Panagra, Libyæ interioris urbs apud Ptolemæum.

¶ Panama, *panama*, urbs & emporium celeberrimum Americæ meridionalis, in provincia Terra firma dicta, cum portu in ora maris Auſtrini, & arce munita, ſub Hiſpanis in loco parum ſalubri. Vrbs ipſa eſt tota lignea & 17. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora maris Borealis in meridiem.

¶ Panamæ Iſthmus, *Iſthme de panama*, tractus parvus Americæ 17. leucarum, quo America ſeptentrion. conjungitur meridionali in provincia Terræ firmæ, inter panamam & mare Auſtrinum ad meridiem, & portum Belam ad mare Boreale in Septentrionem.

¶ Panamæ ſinus, *Golfo de panama*, pars maris Auſtrini, in provincia Terræ firmæ, in America meridionali, propè panamam urbem.

¶ Panarucanum, *panarucan*, urbs Indiæ in parte orientali Iavæ inſulæ, juxta Fretum Balambuanum, cum portu capaci. Vix 30. mill. paſſ. ab urbe paſſarvano in ortum diſtat, & 60. a Balambuano in ſeptentrionem.

Panaſſa, urbs Indiæ citerioris, *pandaſgu* Mercatori ex ipſius nominis alluſione.

Pancalerum, *pancalieri*, urbs Italiæ, in pedemontio, ad padum fluvium, 9. milliar. ſupra Auguſtam Taurinorum in meridiem, Savillanum verſùs totidem, ſub dominio Ducis Sabaudiæ.

Panchæa, inſula Arabiæ felicis, in Oceano, in qua fanum Iovis Triphylii, teſte Diodoro; licèt Triphylia regio ſit peloponneſi.

Panchaia, regio Arabiæ felicis, in qua apud urbem Solis phœnix reperitur, & nidum ſuum reponit, teſte plinio. Vnde panchæus nomen gentis. Virgilius libro 2. Georgicorum:

Totaque thuriferis panchaia pinguis arenis.]

Idem libro 4. Georgicorum:

pocula, panchæis adoleſcunt ignibus ara.

Quæ regio apud omnes, præſertim poetas, ob eius fertilitatem & opes memoratur. Panchaia poſt Sabæos thus optimum producit, quod & Libanus mons phœniciæ dat, & tota fermè Arabia felix:

Araque panchæos exhalat propter odores.

Panda. Vide Drepſa.

pandæ, pandani Ptolemæo, populi Indiæ citerioris, quorum regio pandaia a ſolis fœminis poſſeſſa, teſte Solino & Martiali, in qua Myſa urbs apud Indum fluvium, fortè quæ nunc *Cambaia* dicitur.

Pandana porta, una ex portis urbis Romæ, ſic dicta apud Feſtum, quod ſemper penderet. Vide porta. Olim Saturnia: quæ non extat.

¶ Pandanorum regio in India intra Gangem eſt, Ptolemæo teſte. Hanc Niger putat Oxydracarum eſſe.

Pandaria, & pandataria plinio, Solino, pandateria Tacito, *palmaia*, teſte Celſo Cittadino, inſula maris Tyrrheni, in ſinu puteolano, palmariæ, & pontinæ finitima, ab eis in ortum ante Caietam recedens, inde 250. ſtadiis diſtans * Palateria Stephano, in qua Agrippina mater Neronis exulavit, teſte eodem. (* Quid ſit, ignoratur; non enim reperitur apud Stephanum.)

¶ Pandaria, ſeu, & meliùs, pandataria, nunc *S. Maria*, inſula eſt parva Italiæ, verſùs oram Latii 8. milliaribus a pontia inſula diſtat in ortum, & 18. a Tarracina in meridiem ſed 30. circiter a ſinu puteolano in occaſum; pendetque ex regno Neapolitano & provincia Terræ Laboris. Palmaria autem, quæ omnium occidentalior eſt, & propè pontiam inſulam, *palmaruola* hodie dicitur; erantq; olim omnes illæ inſulæ ſeu ſcopuli Monachis repleti.

Pandoſia, urbs gemina: una Brutiorum (licèt Strabo illam in Lucania reponat) in monte, apud præterfluentem Acheruntem fluvium, excisa, apud oppidulum vulgò *Caſtel Franco*, quod, teſte Barrio, locum tenet pandoſiæ, in territorio Conſentino, inter Conſentiam, & Montem Altum 6. mill. paſſ. circiter. Hic Alexander Rex Epiri ab oraculo deluſus, (cum, quæ pandoſia ſibi fatalis eſſet, haud præmonitus fuiſſet) Tarentinis opem, ferens, a Brutiis obtruncatus eſt. Altera in Epiro, ad fluvium Acheruntem quoq; ubi pandoſia lacus, teſte plinio in caſſiopææ & Theſprotiæ confinio, in ipſa Theſprotia. De pandoſia in Brutiis Livius lib. 10. decadis 5. ubi illam a Romanis captam unà cum Conſentia ſcribit.

Paneas, fons palæſtinæ, in Cœleſyria, unde Iordanis fluvius effluit, apud Cæſaream philippi urbem nunc everſam, quæ etiam paneas dicta eſt, a Sidone urbe phœniciæ 30. mill. paſſ. in ortum recedens. Vide Cæſarea philippi. *Plin.*

¶ Panellenes, ſic omnes Græci vocantur, teſtibus pauſania & Stephano. Item panachæi.

¶ Panephyſiis, Ægypti oppidum, teſte Ptolemæo.

¶ Paneura, Indiæ urbs intra Gangem & juxta Indum fluvium, teſte Stephano.

Paneus fluvius ex Libano monte, in quo proiecta in lacu phiala reperiuntur, ut in Theſauro linguæ Latinæ.

Pangæus, *Malaca*, & *Caſtagna*, teſte Bellonio, mons Thraciæ, in Macedoniæ confinio, philippis urbi imminens. Pangæa Virgilio libro 4. Georgicorum numero plurali: *Plin. Diony.*

Altaque pangæa, & Rheſi Mavortia tellus.

Hic auri & argenti fodinæ & ad ejus radices Neſſus fluvius decurrit. Abundat cynnamis, ut apud Claudianum de nuptiis Honorii & Mariæ. Pangæus quoq; inter alia roſarum ferax eſt, quæ & alibi laudatæ proveniunt, Rhodi, Mileti, pæſti, præneſte, Cyrenis, in Campania, & alibi, teſte Plinio.

Panhellenius, mons Æginæ inſulæ, in ſinu Saronico, qui nunc vulgò *Monte di Engina* nominatur.

¶ Paniardis, Sarmatiæ Aſiaticæ urbs apud Ptolemæum.

¶ Panigena urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo: Nanigæna Interpretibus.

Panionia regio Aſiæ, eadem Ioniæ. Vide ibi.

Panionium, panium Maximo Tyrio, oppidum erat, cum luco in ora Ioniæ, contra Samum inſulam, ad Mycalen montem, ubi Iones ſacra Neptuno faciebant. Panionium Concilium appellabatur, ad quod 12. Ioniæ civitates conveniebant, & ubi ſuffragia paria eſſent, Colophonii advocabantur, litemque decernebant, auctore Iaboleno. *Plin. Herod. Diod.*

¶ Panis, urbs Thraciæ, in Europa provincia, ex Synodo ſexta Conſtantinopolitana. Panis etiam inſula in ſinu Arabico apud Ptolemæum; quæ forſan eadem eſt cum Orine Arriani in periplo.

Paniſſa, *panizza*, ex Moletio & aliis, fluvius Thraciæ, in ora maris Euxini, inter Apolloniam & Anchialum, a panyſo ptolemæi diverſus, cum ille ſit in Myſia inferiori.

Panium, *phanarion*, teſte Gyllio, promontorium Thraciæ ad Boſporum, contra Cyaneas inſulas porrectum. Panium item apud Stephanum ſpecus eſt palæſtinæ, ex quo Iordanis effluit, ut mox dicetur.

panius, panion Ioſepho, mons & locus Cœleſyriæ, apud ortum Iordanis, & paneadem ſeu Cæſaream philippi, nunc *pelin*, teſte Maſio.

¶ Pannona Cretæ urbs fuit, teſte Ptolemæo.

Pannones, pæones Appiano & Ariſtoteli, pannonii Plinio, et Straboni *Ongari*, populi pannoniæ. Ovidius ad Liviam: *Diony*

Summaque diſperſi per juga pannonii.

Hinc pannonicus nomen gentis. Martialis libro 8. Epigrammate 14.

Dum nova pannonici narratur gloria belli.

Pannonia regio Europæ maxima, inter Danubium ad Boream à Metanaſtis Jazygibus ſeparantem, et Saum flumen ad meridiem ab Illyrico dividentem, ac inter Noricum ad occaſum et Myſiam ad ortum contenta; in ſuperiorem (quæ prima Rufo, Marcellino, et libro Notitiarum dicitur) in qua Ala Flaviana, ſeu Vienna, ut nunc vocant, Flexum ſeu poſonium, Arrabo ſive Iaurinum, Sabaria, Savaria ſeu Græcium, et pætovio urbes continentur; et inferiorem ad ortum, in qua Buda, Strigonium Alba Regalis, Colocia, Quinque Eccleſiæ, Sirmium, et Taurunum urbes ſunt, diviſa. Vtraque Hungaria nominatur, non tamen, ex æquo: nam Hungaria trans Danubium uſque ad Carpatem montem extenſa Jazyges Metanaſtas complectitur, et pannonia partem Auſtriæ, et Stiriæ, Carniolæque comprehendit. Ex quo error Ortelii patet, pannoniam ſuperiorem Auſtriam appellantis, cum modicam partem Auſtriæ (in qua Vienna et Sopronium) tantùm contineat, maximaque Auſtriæ et Stiriæ pars, cum Carinthia, et Carniola, ſit in Norico. Idem error in Theſ. *Tac. Liv. & al.*

Ling.

Ling. Lat. Auſtriam & Stiriam in pannonia locantis. De ea Claud. in Rufinum lib. 2.

Jam plaga pannonia, miſerandaque menia Thracum.

¶ Pannonia, regio Europæ perampla, inter Danubium ad ſeptentrionem & ortum, quo Iazyges Metanaſtæ ab ea ſeparantur, & inter Noricum ad occaſum, & Illyricum ad meridiem; fuitque etiam aliquando pars Illyrici Occidentialis latè ſumpti. Duplex fuit, nempè prima ſeu ſuperior, quæ magis ad occaſum, ubi nunc pars orientalis Auſtriæ, maxima pars Stiriæ, Carniola, Celleienſis Comitatus, pars Vindorum Marchiæ & Sclavoniæ, & ſecunda ſeu inferior, quæ ad ortum ſpectat, ubi nunc magna pars Hungariæ inferioris cum parte Sclavoniæ. Nunc ſæpè pannonia pro Hungaria ſumitur, *la Hongrie*, & viceverſa. Sed Hungaria Iazyges Metanaſtas comprehendit etiam cum pannonia inferiori, & minuta parte ſeu orientali pannoniæ ſuperioris. Sic igitur Hungaria vix hodiè tertiam ſui partem in veteri pannonia habet, & de ejus partibus vide in voce Hungaria. Pannoniæ autem antiquæ urbes præcipuæ fuere Segeſta ſeu Siſcia, Petovio, Emona, Nauportum, Vindobona, Scarabantia, Sirmium, & Taurunum.

Lib. Nor. Pannonia Savia, quæ & Riparia, ſeu Ripenſis, Bubalia Aurelio Victori, Sirmienſis Caſſiodoro, Cibalienſis Paulo Diacono, pars pannoniæ inferioris, circa Saum fluvium, ubi Amantini populi Plinio, quæ partim Hungaria, partim Boſſina, & partim Sclavonia nunc dicitur.

Lib. Nor. Pannonia Valeria, quæ & Valeria ſimpliciter; pars Pannoniæ ſuperioris, in qua pars Stiriæ ad ortum continetur. De pannonia Ovid. lib. 2. Triſtium:

Nunc tibi pannonia eſt, nunc Illyris ora domanda.

Vrbes Pannoniæ & Iazygum ſive Hungariæ hujus temporis, ſub Auſtriacis:

Altemburgum, Altemburg, *ſeu* Ovvar.
Arrabo, Rab *ſeu* Javarin.
Briſticia, Biſtricz *ſeu* Nevvſol.
Caſſovia, Calchavv.
Crumerum ſeu Comaria, Komara.
Eperia, Eperies.
Filecum, Filek.
Nitria, Neytracht.
Papa, Papa.
P*oſonium*, Presbourg.
Sopronium, Edemburg.
Thata, Dotes.
Tirnavia, Tyrna.
ToKaum, Tokay.
Varaſdinum, Varaſdin.
Veſprimium, Veſprim.
Vnguaria, Vnghvvar.
Zagrabia, Zagrab.
Zatmaria, Zatmar.

Vrbes Pannoniæ & Iazygum ſive Hungariæ hujus temporis, ſub Turcis:

Agria, Erlavv.
Alba Regalis, Stulvveiſſemburg.
Bodroga, Bodrock.
Boſna vel Beſiana, poſega.
Buda Oſſen.
Caniſia, Caniſcha.
Cenadium, Chonad.
Centum colles, Zashalon.
Colocia, Colotz.
Copanum, Kopan.
Debrecinum, Debrecyn.
Hatuanum, Hatuan.
Lippa, Lippa.
Murſa & Murſia, Ezeck.
Novigradum, Novigrad.
Novoſelium, Ovvar, *ſeu* Nevvhauſel.
Peſtum, Peſt.
Petrovvaradinum Petervvarden.
Quinque Eccleſiæ, Funfkirken.
Segedinum, Seged.
Sigetum, Zygeth.
Sirmium, Sirmiſch.
Solnocum, Zolnock.
Strigonium, Gran *ſeu* Strigonie.
Taurunum, Belgrade.
Temeſvaria, Temeſvar.
Vacia, Vaitzen.
Valponum, Valpon.

Herod. Panope, Callichoros Homero, oppidum fuit phocidis mediterraneum, & fons Athenis cujus meminit plato & Ovidius libro 3. Metamorphoſeon:

Jam vada Cephiſi: panopeſque evaſerat arva.

Sic dicta à panopeo phoci filio.

panopolis urbs erat Æpypti, in Thebaide, ad orientalem Nili ripam, inter urbem Apollinis magnam ad Boream, et Copton ad auſtrum, ab eo in Boream 94. mil. paſſ. diſtans. * Fuit & oppidum phocidis, à panopeo phocidis filio ſic dictum, teſte Stephano; & * aliud apud ptolemaidem, teſte plinio lib. 5. cap. 10. (* Videtur tantùm repetitio eorum, quæ de panope dicta ſunt; plinii verò idem eſſe cum ptolemæi) panopoli Nonnus ortus eſt, qui Evangelium Divi Joannis Græcè verſu hexametro deſcripſit.

Panormus panhormum plinio, Littus pulchrum apud veteres, teſte Herodoto, *palermo*, urbs Siciliæ archiep. & regia, in ora occidua, inter pelorum ad Boream 162. & Lilybæum in meridiem 95. mill. paſſ. urbs ampliſſima & amœniſſima, a phœnicibus condita circa Græcorum in Siciliam adventum, ſub Rogerio Comite metropolis effecta, à Meſſana altera metropoli 174. mill. panormitani populi Ciceroni & aliis. Ejus meminit Silius lib. 14.

Ter gemino venit n umero fœcunda panormus.

Panormi Fridericus II. Imperator, cum eò ſe recepiſſet, (erat enim utriuſque Siciliæ Rex) à Manfredò filio dolo necatus eſt, ut regnum arriperet, teſte Baptiſta Egnatio: quod alii in Apulia Daunia contigiſſe ſcribunt. Sic Vlyſſem à Troja in patriam revertentem à Thelegono filio interfectum tradunt. Horatius lib. carminum 3. ode 29.

Declive contempleris arvum &
Thelegoni juga parricidæ.

Sic Clytemneſtram ab Oreſte filio interfectam, et Semiramidem à Nino filio, alioſque parentes à liberis interemptos ferunt.

panormus, *palerme* Gallis, urbs eſt Siciliæ caput, in ora Boreali, propè oſtia Orethi fluvii 4. mil. paſſ. diſtat a Monte Regali in Boream, 60. à Lilybæo in Cæciam, 140. à Meſſana in occaſum, uti ferè 150. à peloro promontorio; & in ea reſidet prorex inſulæ. Palatium habet Regium & caſtrum munitum cum Hiſpanorum præſidio; eſtque in provincia ſeu valle Mazaræ. *Ptol. Plin. &*

panormus, oppidum multiplex. Vnum Cretæ * ptolemæo, cujus meminit plinius, *Mirabello* nunc Nigro, *Voliſmeni*, pagus Bellonio in ora Boreali. Alterum Ptolemæo Macedoniæ in ora, apud Athon montem, *Yeriſco* Ortelio, *Macri* Moletio. Tertium Livio in Samo inſula, *Macri*, teſte Nardo 4. Achaiæ polybio, plinio, pauſaniæ, Thucydidi, in peloponneſo, juxta Rhium promontorium, contra Naupactum 5. Cherſoneſi Thraciæ plinio, inter Elæum & Caridiam 6. in phrygia, ad Helleſpontum, apud Cyzicum, *palermo*, teſte Leunclavio. (*in Seld. man. *Panormos*.)

panormus, portus multiplex: unus Epiri, *palermo* Moletio, *panormo* Sophiano, apud Oricum Straboni inter Acroceraunia & Oncheſmum. Alter Atticæ ptolemæo, pauſaniæ; *Raphei* Sophiano, inter Sunium & Cynoſuram promontoria. Alius Cephaleniæ inſulæ, teſte porphyrio. *Strab. Ptol.*

¶ panta, palæſtinæ urbs, inter Balanæas & Laodiceam, ut videtur apud Metaphraſten in commentario peregrinationum ſanctorum Petri & Pauli.

pantagia, pantachus Ptolemæo, pantagies plinio, pantacius Thucydidi, *porcari, & Bruca*, in ora, teſte Fazello fluvius Siciliæ, in ora Leontinorum, apud Taurum promontorium mari exceptus. Virgilius libro 3. Æneid.

-prætervehor oſtia ſaxo.
pantagiæ, Megaroſque ſinus, Thapſumque jacentem.

Sunt qui patta giam & apud Claudianum legunt, *Apotu pattagu*, id eſt à ſonitu; nam hic amnis per ſaxa volutus ſonitum ingentem edit.

¶ pantalia, Thraciæ urbs, teſte procopio.

Plin. pantanus, *Lago di Leſina*, lacus Apuliæ Dauniæ ad montis Gargani radices, ad occaſum apud Leſinam urbem, teſte Leone, & Mazzella.

pantheium, locus Atticæ, apud Illiſſum fluvium, ab eo 60. ſtadiis diſtans, ubi oliva coronabantur victores in ludo Olympiaco, teſte Suida. *Ariſt.*

Pantheon *S. Maria rotonda*, templum Romæ omnium Deorum nomini dicatum; poſteà Divæ Mariæ Virgini & omnibus Sanctis conſecratum.

¶ pantheon, ut nomen indicat, in cultum Deorum omnium fuit extructum à M. Agrip. Auguſti genero, ædificiorum

Ro-

Romæ, præſertim templorum, facilè pulcherrimum, opere Corinthio forma rotunda, & ideò nunc *la Rotonda* appellatum. Muro continuo 30. palmarum lato circumducitur unica tantùm janua, unico quoque foramine in ſupremo culmine lumen admittit. Altitudo ejus tanta eſt quanta latitudo 144. pedum in circuitu; habetque porticum 16. columnarum. Reſtauratum fuit ab Hadriano, Septimio Severo, et Aureliano. Bonifacius autem IV. Pontifex Maximus illud in honorem beatæ Mariæ Virginis & omnium Sanctorum conſecravit, Imperatore phoca.

pantia in Theſauro Linguæ Latinæ pro pontia legitur inſigni errore.

Panticapæa, pan. plinio et Stephano, *Voſporo*, teſte Nigro urbs Tauricæ maxima, ad Boſphorum Cimmerium, etiam Boſphorum, teſte plin. dicta, à Theodoſia urbe 630. ſtadiis in Cæciam. Nomen habet à panticape flumine juxta fluente, teſte Stephano. *Ptol. Strab.*

Panticapæa, ſeu, & meliùs, panticapæum, urbs Tauricæ. Nunc *pantico* dicitur; eſtque in Tartaria precopenſi, 90. mill. paſſ. à Theodoſia diſtans, teſte Sanſone.

panticapes, *przepetz* vel *przyoicz*, teſte peucero, *Conſcavoda* Mercatori, fluvius Scythiæ Europææ, per Lithuaniam fluens in Euxinum mare, Nomadas à Georgis ſeparans, teſte plinio. Vide Hypanis, qui idem videtur Ortelio. Dionyſius Afer; *Herod.*

Hic ſunt Aldeſci panticapiſque fluenta.

Quintus fluvius eſt ab Iſtro inter celebres apud Herodotum libro 4. panticapæum verò urbs apud eundem, quę & panticapœi, in Taurica.

¶ panticapes, fluvius nunc, teſte Sanſone, eſt *Vorsklo*, fluvius poloniæ, in Lithuania regione, & in Volhinia inferiori. Oritur ex Moſcovia; & auctus aliquot fluviis, in Boriſthenem ſe exonerat 150. mill. paſſ. infra Kioviam in Eurum.

panticum, locus Bithyniæ, apud Chalcedonem, pantichium Calliſto, inter Chalcedonem, & Nicomediam, Chalcedoni propior.

¶ pantipolis, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

pantomatrium, *Milopotamo*, teſte Nigro, urbs Cretæ in ora Boreali, epiſcopalis; inter Cytæum ad ortum et Rithymnam ad occaſum, à qua 6. mill. paſſ. abeſt, à Matio 30. Nomen gentis pantomatrius.

¶ panuca, *panuco*, regio Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, ſub præfectura Mexicana, inter ſinum Mexicanum ad ortum & novam Biſcajam ad occaſum, ubi aliquot coloniæ Hiſpanorum, nempè Panucum, *panuco*, Fanum S. Jacobi de Vallibus, *Sant Jago de los Valles*, & Fanum S. Ludovici, *San Luis de Tampico*, cum aliquot aliis parvi momenti; extenditurque hæc provincia ad centum leucas ab ortu in occaſum, & paulò minùs à ſeptentrione in meridiem.

panucum, *panuco*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & panuca regione, ad fluvium cognominem. Vix 12. leucis Hiſpanicis diſtat ab ora ſinus Mexicani in occaſum, 80. autem à Mexico urbe in Cæciam, ſub dominio Hiſpanorum. Dicitur etiam à quibuſdam Fanum S. Stephani de portu, *S. Eſtevan del puerto*, & parvi eſt circuitus.

* panyaſus, *Spirnazza* Moletio, *Spirnaſſa* Theveto, fluvius Macedoniæ, in ora occidentali, inter Dyrrachium urbem & Apſum fluvium. Ortelius eundem putat paniſſæ Plinii, cum Paniſſa ſit fluvius Thraciæ, non Macedoniæ. (* in manuſcripto Seldeni P*anyabbos*.)

Panyſus, *paniza*, teſte Nigro, vel *Laniza*, fluvius Myſiæ inferioris, in Euxinum mare inter Meſſembriam & Odeſſum influens. Videtur idem Pamiſo, licèt plinius in Thracia illum deſcribat, apud fines tamen Myſiæ.

¶ Paochinga, *PaoKing*, urbs eſt Imperii Sinarum, & ex præcipuis Huquamenſis provinciæ, intra colles et ad radices montis Lungi. Ei ſubſunt quatuor aliæ urbes, teſte Martinio.

¶ Paoganum, P*aogan*, urbs eſt Imperii Sinarum, parva, ſed munita aliàs contra Tartaros, in provincia pechinenſi, juxta fluvium Sancanum, teſte Martinio.

¶ Paoninga, P*aoning*, urbs ampla Imperii Sinarum, & Suchuenſis provinciæ ſecunda, juxta fluvium K*ialing*; & ab ea pendent novem urbes, teſte Martinio.

¶ Paotinga, *paoting*, urbs eſt ampla Imperii Sinarum, & pechinenſis provinciæ ſecunda, ſub qua ſunt 19. urbes, teſte Martinio; eſtque in mediterraneis, ad radices montium.

¶ Papa, P*apa*, urbs Hungariæ parva, ſed munita, cum arce, ad amnem *Marchaltz*, ſub dominio Auſtriacorum, media inter Arrabonem ad Boream, & Veſprimium ad meridiem, & vix 3. leucis Hungaricis diſtat a confinio ditionis Turcicæ.

papeberga, & Babenberga, *Bamberg*, quaſi mons papæ ſeu Babæ, urbs clara Franconiæ, epiſcopalis, ſub Archiepiſcop. Moguntino inter Noribergam 9. & Coburgum 7. leucis. De qua libro 5. Itinerarii; patria Ioachimi Camerarii. *Scrip. Germ.*

papeberga, *Bamberg*, dicitur ab omnibus Bamberga. Vide ibi.

¶ paphara, Cyrrheſticæ regionis urbs, in Syria, teſte Ptolemæo.

paphlagonia, *Roni* Caſtaldo, *Flagania* cuidam anonymo, *Bolli* aliis, regio Aſiæ, ad pontum Euxinum, Galatiæ pars Borealis apud ptolemæum, inter Bithyniam ad occaſum & Cappadociam ad ortum, Galatia ad auſtrum cohærente. Nomen habet à paphlagone phinei filio, auctore Stephano. Populi paphlagones Straboni, cui & Heneti, à quibus Veneti in Italia plinio. Urbes in ora claræ Amaſtris & Amiſus: intus Gangra, Germanopolis, & Cimolis. Hos memorat Dionyſius Afer: *Strab. Ptol. & al.*

Paphlagones poſt hos, Mariandinique ſequuntur.

paphlagones circa Abonitichos incolentes ſuperſtitioſos & ſtolidos eſſe affirmat Lucianus in dialogo cui pſeudomantis titulus eſt.

¶ paphlagonia, regio Aſiæ minoris, nunc B*olli* dicta. Eſt inter pontum Euxinum ad Boream & Galatiam ad meridiem; extenditurque versùs oram littoralem ad 160. mill. paſſ. ubi eius urbes præcipuæ Sinope, Teuthrania, & Amiſus. Sed Gangre eſt in Galatia, teſte Petro de Via.

paphos nova, Neapaphos plinio, *Baffo* vel *Bapho*, urbs Cypri epiſcopalis, exciſa, in ora occidua, apud Acamantem promontorium, a veteri papho & ipſa everſa, ac *Baffo* adhuc dicta, 7. mill. paſſ. diſtans, quæ palæpaphos Straboni, plinio, & Melæ, in ora pariter occidua, apud Drepanum promontorium, a nova diſtans in meridiem. Paphium polybio, Veneri quondam ſacra, quæ paphia cognominata eſt. Ovidius libro 10. Metamorphoſeon: *Ptol.*

Illa paphum genuit: de quo tenet inſula nomen.

papia, quæ & Flavia aliquando in antiquis nummis, olim Ticinum, *pavia*, urbs Inſubriæ poſt Mediolanum clariſſima, epiſcopalis nulli Archiepiſcopo ſubiecta, & Academia, ſic poſt illius inſtaurationem ſub S. Epiphanio Epiſcopo illius dicta. Vide Ticinum. Papiæ meminit Luitprandus: *P. Dia.*

Vritur infelix, olim famoſa papia.

Hic Galeatius Mantuanus hybernans, cum puellam papienſem unicè amaret, ab illa juſſus ſe in fluvium miſer præcipitem dedit, ut pontanus auctor eſt. O hominum inſaniam! ſi tamen vera res eſt.

papianilla, *Sorlivia*, teſte Maſſono, lacus Galliæ, in finibus Arvernorum.

¶ papienſe territorium, *il paveſe*, ſeu etiam *il territorio di pavia*, pars eſt Ducatus Mediolanenſis, in Italia, versùs Ticinum urbem. In duas partes ſcinditur a pado fluvio; habetque ad Boream Mediolanenſem agrum, ad ortum Laudenſem agrum & Ducatum placentinum, ad meridiem ditionem Genuenſem, et ad occaſum agros Dertonenſem et Alexandrinum: Et eius etiam pars eſt Laumellina tractus. Eius urbes ſunt Ticinum, Mortaria, Vogheria, et Bobbium.

papinogroda, P*apinovvgorod*, urbs recens Moſcoviæ Borealis, in petzora provincia, et ad ptzoram fluvium, in ipſo limite Siberiæ.

papirianæ Foſſæ. Vide Foſſæ.

papirianum Iovio, quod aliis pyrenianum, *parpignano*, *perpignan*, oppidum amplum Hiſpanorum, in finibus Galliæ Narbonenſis, Comitatus Ruſcinonenſis caput. Vide Ruſcino. *Ptol.*

papirianum, ſeu perpinianum, *perpignan*, urbs Galliæ Narbonenſis, Comitatus Ruſcinonenſis caput. Excitata fuit è ruinis Ruſcinonis, a qua dimidia leuca Gallica diſtat. Jacet ad Thetim fluvium, vix tribus leucis ab ora maris Mediterranei, in occaſum, et 9. a Narbone in meridiem. Antea iuris erat Hiſpanici; ſed anno 1642. fortiter expugnata fuit à Rege Franciæ, et ab eo tempore ipſi ſubeſt, arcem habens permunitam; eſtque ſedes Epiſ. Elnenſis ab annò 1604.

¶ papirius lacus, *Lago di Stracciacappa*, lacus parvus Italiæ, in Hetruria, et in provincia patrimonii, 3. tantùm milliaribus a lacu Sabatino in ortum Campanianum versùs di-

diſtans, in Sabatia tractu, teſtibus Luca Holſtenio & aliis. Dicitur etiam Papirianus lacus a quibuſdam.

Papirius ager, in Latio circa Tuſculum.

¶ Pappenhaimum, *pappenhaim*, oppidum Germaniæ, in Svevia provincia, ad Alemannum fluvium, proprio parens Comiti. Vix 3. leucis ab Aichſtato in occaſum diſtat, Nerolingam versùs 5.

¶ Papitium, paphlagoniæ urbs, teſte Stephano.

¶ Pappa Orondicorum urbs, in Galatia, apud Ptolemæum.

Eſt. Script. Gall. Papuli Fanum, *S. Papoul*, urbs Galliæ Narbonenſis, in lingua Occitana, epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo Toloſano, à Ioanne XXII. Pontifice Maximo cathedrali ſede inſignita, a Toloſa 7. leucis in ortum diſtans.

¶ Papuli Fanum, ſeu Fanum S. Papuli, urbs eſt parva Occitaniæ versùs montes, & iuxta amnem *Lampi* dictum. Diſtat 9. leucis a Toloſa in Eurum, Carcaſſonem versùs 5. in tractu Auraicenſi dicto, *Lauraguais*, & propè Caſtellum Arianorum.

¶ Papuorum Regio, *Terre des papous*, id eſt, Nigrorum Terra, regio ampla in parte meridionali maris Indici, ſeu potiùs pars Terræ Auſtralis, quæ a quibuſdam creditur pars occidentalis novæ Guineæ. Ab aliis autem ſeparatur ab ipſa anguſto freto; & vix nota eſt Europæis versùs oram littoralem.

¶ para, *Para*, urbs Americæ meridionalis, in parte Boreali Braſiliæ, versùs oſtia fluvii Amazonum, ſub Luſitanis. Ab ea provincia adiacens dicitur *Capitania de para*, præfectura paræ; ſuntque tantùm in illo tractu aliquot coloniæ Luſitanorum.

¶ Parachana, Mediæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Paracheloitæ, populi Ætoliæ, ad Acheloum fluvium, in Theſſaliæ & Athamaniæ confinio, ubi Parachelois oppidum Livio, apud Maliam oppidum, Stephano verò paracheolitæ populi ſunt gemini, Ætholiæ & phthiotidis ſic dicti, quod iuxta Acheloum fluvium habitent: Achelous enim fluvius geminus eſt, unus Ætoliæ, alter phthiotidis.

paradiſus oppidum fuit Syriæ, ſeu phœnicis, ſupra Antaradum, cum fluvio cognomine, &, teſte Stephano, pagus Siciliæ.

¶ paradiſus terreſtris ubi aliàs fuerit certò non conſtat. Exiſtimant enim multi fuiſſe in Armenia maiori versùs montem Ararath, idque probant argumentis & eo quod ex illa regione profluant quatuor fluvii de quibus fit mentio in ſacra Scriptura, nempè Euphrates Tigris, phiſon, poſteà phaſis, nomine leviter mutato, & Gehon, qui poſteà Araxes quod idem ſonat; Gehon enim ſignificat fluvium lingua Chaldæa, uti Araxes lingua perſica: Et in his partibus ponuntur etiam populi Etopes à quibuſdam. Alii tamen aliter ſentiunt.

Ptol. Diod. parætaca, urbs Mediæ: populi parætaceni Straboni, plinio, ac paretacæni alibi Straboni & Herodoto, in perſide; ubi * parætacene regio ptolemæo, paritaca Arriano, parætacene Straboni, inter perſidem & parthim. Ita variè de locis remotis ab auctoribus ſcribitur. (* in manuſcr. Seld. *Paraitacinis*.)

Strab. Ptol. Pauſ. & al. parætonium, *Berton* Mercatori & aliis, urbs Marmaricæ olim epiſcopalis & præcipua, in ora Boreali, ac maritima, inter Apolloniam urbem Cyrenaicæ ad occaſum 390. & Alexandriam Ægypti in ortum 144. mill. paſſ. a Catabathmo 900. ſtadiis in ortum. De ea Ovidius lib. 9. Metamorph.

Ipſi, Paratonium, Mareoticaque arva, Pharumque.

Hinc parætonius nomen gentis. Lucanus lib. 3.

Vſque paratonias Eoa ad littora Syrtes.

portum ampliſſimum habet, 40. ſtadiis patentem. Dicta eſt & Ammonia, teſte Stephano, qui illam proximam facit Alexandriæ: à qua tamen ferè 150. mill. paſſ. diſtat.

parætonium nunc *Alberton* dicitur, eſtque urbecula & emporium in regno Barcæ & in ora maris Mediterranei, 180. mill. paſſ. ab Alexandria in occaſum diſtans, ſub Turcis.

¶ paragoia, *paragoia*, ſeu *Calamianes*, inſula Oceani Indici, per centum leucas in longum porrecta, inter Bornei inſulam in Circium & Manillam in Eurum. Diſtat 17. leucis Hiſpanicis à Bornei inſula, à qua pendet. Dicitur aliter puloamum; eſtque una ex philippinis inſulis latè ſumptis.

paragonticus ſinus, *Golfo de Gugerath* nunc, teſte Nigro, ſinus Carmaniæ, ultra Armozum, & Carpellam promontorium, paragon, paragontis apud ptol.

¶ paraguaia, ſeu paraguaria, *le paraguay*, regio ampla Americæ meridionalis, quæ pro majori parte ſubeſt dominio Hiſpanorum. Terminatur ab oriente Braſilia regione, à meridie Magellanica, & ab occidente peruvia & regno Chiles. In ea ſunt aliquot provinciæ, nempè paraguaja propria, *le Paraguay*, Tucumania, *le Tucuman*, Vrvagia, *Vrvaig*, parana, *Parana*; Guaira, *Guaira*, Chaca, *Chaco* & provincia fluvii Argentei, *Rio de la Plata*: Et in his provinciis ſunt multæ coloniæ Hiſpanorum. Paraguaia autem propria provincia eſt inter Braſiliam ad ortum & paraguaium fluvium ad occaſum, versùs lacum *de los Xaraies* extenſa. Sed urbibus caret, & coloniis.

Paraguaia latè ſumpta urbes:

Acaraiga, Acaraig.
Aſſumptio, l' Aſſomption,
Bonus Aer, Buenos Ayres.
Civitas regia ſeu Guaira, Ciudad Real.
Conceptio, la Conception.
Fanum S. Fidei, Santa Fè.
Fanum S. Iacobi, Sant Iago del Eſtero.
Fanum S. Michaelis, San Miguel de Tucuman.
Itapoa, Itapoa.
Nova Corduba, Nueva Cordova.

paraguaius *paraguay*, fluvius ingens Americæ meridionalis, in paraguaia regione. Oriter ex lacu *de los Xaraies* dicto, deinde in auſtrum tendens, auctuſque jam plurimis amnibus, recipit fluvios Argenteum, paranam, purpureum, Album, Salſum, Tertium, Carcarannam, Vrvagium, ſeu Vraguajum, & alios; quibus auctus, per latiſſimum oſtium in mare Magellanicum ſe exonerat inter promontoria ſanctæ Mariæ & S. Antonii.

¶ paraiba, *paraiba*, urbs munita Americæ meridionalis, in Braſilia regione, cum portu capaci, ſub Luſitanis. Ab ea provincia adiacens dicitur *Capitana de paraiba*, præfectura Paraibæ. Vrbs ipſa ſedet ad fluvium cognominem vix 8. milliaribus diſtans ab ora maris Borealis. Dicta fuit etiam *Frederic*K*ſtadt*, Frederica a Batavis, qui eam expugnaverant an. 1634. Sed inde ejecti fuere fortiter à Luſitanis, a quibus urbs ipſa dicitur perſæpe *noſſa Senora das Nieves*, ſeu Sancta Maria ad Nives. Ei adiacent arx Sanctæ Catharinæ, & arx S. Antonii.

¶ paralais, Cappadociæ oppidum, in Lycaonia, teſte ptolemæo.

¶ parana, *Parana*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur ex Guayra provincia; & deinde auctus fluviis Tibagiva, Yguaſia, & aliis, per paranam provinciam labitur; & rigatis aliquot coloniis Hiſpanorum, in Argenteum fluvium ſe exonerat.

¶ parana, *Parana* provincia Americæ meridionalis, in paraguaria regione. Habet a ſeptentrione Guairam provinciam, à meridie Urvagiam, & ab occidente provinciam fluvii Argentei; ſuntque in ea quatuor coloniæ Hiſpanorum, nempè Fanum S. Ignatii, *S. Ignatio*, Itapoa, *Itapoa* ſeu *l' Incarnatione*, Acaraiga, *Acaraig*, ſeu la *Natividad* & Fanum Sanctæ Mariæ de Iguazu, *S. Maria de Iguazu*.

¶ paranaiba, *Paranayba*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur in confinio Braſiliæ & in Amazonum fluvium cadit versùs ejus oſtia, teſte Petro Texeira.

¶ paranaiba, *Paranabia*, provincia Americæ meridionalis, paulò ſupra oſtia Amazonum fluvii, ubi in eum influit paranaiba fluvius, & versùs limites Braſiliæ, teſte Petro Texeira.

parapotamia oppidum fuit phocidis, ad Cephiſſum fluvium apud phanotheum oppidum etiam exiſum. Populi parapotamii Straboni & plutarcho in phocidis, & Bœotiæ confinio, per quos Cephiſſus decurrit. Parapotamia quoque regio proxima Tigri, hoc eſt, regio juxta flumen pars Meſopotamiæ. Nomen gentis parapotamius. *Strab. Steph. Pauſ.*

paraſia, regio Mediæ ad ortum vergens: ubi parrhaſii populi Straboni. *Polib.*

paraſinum, oppidum Tauricæ: cujus terra, teſte plinio vulnera ſanat.

paraſium, *paraſio* adhuc, urbs olim epiſcopalis in Cenomanis Italiæ apud Forum Iutuntorum, inter illud & Cremam urbem recentem, ob religionem ab Henrico IV. Imperatore exciſa, epiſcopatu inter Laudenſem, & Cremonenſem diviſo. Rudera illius adhuc exſtant. *Plin.*

paraſtlaba, *paretalavv*, aliis *peretaslavv*, urbs Myſiæ inferioris, in Bulgaria, epiſcopalis ſub Archiep. Ternobiano, quæ & Ioannipolis dicta eſt. Doroſtoro finitima, teſte Cedreno ac Curopalatæ, vulgò etiam *prislavv*, ad *Lib. Conc.*

Hæ-

Hæmum montem, ex Ogygiæ urbis exciſæ ruinis.

¶ Paratianæ, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs apud Antoninum.

paravæi, populi Theſprotiæ, in Epiro, ſic appellati, quod juxta Avon fluvium, hoc eſt, Παραίον, incolant.

¶ parca, Jazygum Metanaſtarum urbs, teſte Ptolemæo.

¶ parejum Monachium, *Paray le Monian*, oppidum Galliæ, in Burgundiæ Ducatu, & in Carolenſi agro, ad amnem *le Brebinche*, vix 2. leucis diſtans à Ligeri fluvio, & 11. ab Auguſtoduno in meridiem Rodumnam versùs.

¶ paremphis, Ægypti urbs, teſte Stephano. Hujus meminit quoque nummus Tiberii Imperatoris, in Goltzii Theſauro.

parentium, *Parenzo*, urbs Iſtriæ maritima & epiſcop. ſub Patriarcha Aquilejenſi, inter Æmoniam, ſeu Urbem novam ad occaſum 7. & Polam ad ortum 28. mill. paſſ. à Venetiis 100. Parentii littora ſcopulis abundant. Unde Poeta quidam lib. 2. Itinerarii:

-mœniaque & veteris ſcopuloſa Parenti
Scandimus.

Nomen gentis Parentinus.

¶ parentium, *Parenzo*, urbs eſt parva Iſtriæ, ſub dominio Venetorum 7. milliaribus diſtat ab Æmonia in meridiem; eſtque ferè media inter Juſtinopolim ad Boream, & Polam ad auſtrum 28. mill.

pareſitaceni, populi ultimi Mediæ, & Montani, latrociniis dediti, Perſis finitimi: Paretaceni Herodoto lib. 1.

paria, *Arſuffo* ex tabulis recentibus, inſula parva maris Syrii, ante Joppen urbem Palæſtinæ, non longè ab ea diſtans in occaſum.

¶ paria, *Paria*, provincia Terræ firmæ, in America meridionali, propè oram maris Borealis, inter fluvium Orenocum ad ortum, & Venezuelam ad occaſum; eſtque pars præcipua novæ Vandalitiæ, quæ ab ea perſæpe dicitur etiam Paria: Et in ea eſt una aut altera colonia Hiſpanorum. Vide Nova Vandalitia.

¶ pariæ ſinus, *Golfo di Paria*, ſinus maris Borealis in Pariam provinciam excurrens, in America meridionali, inter ipſam ad occaſum, & Trinitatis inſulam ad ortum.

pariedrus, & Pariedri numero plurali, Paryadris Ptolemæo, *Leprus*, teſte Iovio, *Chielder* Thomæ Minadoio, mons Armeniæ maioris altiſſimus, ex quo Euphrates, & Araxes flumina profluunt, una cum Abſaro, Capotes etiam Solino, & Plinio dictus, Garamas Vibio Sequeſtri.

parienna, *FridecK*, teſte Villanovano, oppidum Germaniæ, in Sleſia.

¶ Parienna, oppidum Gothinorum. Nunc quibuſdam eſt *FrideK*, oppidulum Sileſiæ, ad radices montium, in ipſo limitæ Moraviæ, & vix 8. mill. paſſ. ab Odera luvio. Brietio autem eſt *Parn*, Moraviæ oppidulum.

¶ parimeus lacus, *lac de Parimè*, lacus ingens Americę meridionalis, qui à Iaois populis *Ropponovvini* dicitur, eſtque in Guaiana regione, longè ab ora maritima remotus, ampliſſimuſque inſtar maris, ſed Europæis tantùm nomine, & fama notus, cum ad hæc tempora nullus ex eis huc uſque pervenerit.

¶ parinacoca, *Parinacocha*, provincia regni peruvię, in America meridionali, versùs montes Andes, & inter urbem Regum ad Circium, & Lacum Titiacam ad Eurum, ſub Hiſpanis.

pariſii, parſiſii Plinio, (ſi non eſt error codicis) populi Galliæ Celticæ, et urbs Epiſcop. & regia, poſt Byzantium maxima totius Europæ, ad Sequanam fluvium interluentem. Urbs Pariſium à Zoſimo, Pariſius, à Venantio Fortunato, ab aliis Lutetia Pariſiorum. Vide ibi. Regio *l'Isle de France* nominatur. De urbe Venantius Fortunatus libro 6.

Dilige regnantem celſa Pariſius arce.

Hinc Pariſiacus nomen gentis. Idem libro 2.

Celſa Pariſiaci cleri reverentia pollens.

Sunt & Pariſii, qui & Pariſi, populi Albionis, in Anglia; quorum locus *Holderneſſe* in Comitatu Eboracenſi, teſte Camdeno, dicitur.

¶ Pariſii populi fuere Galliæ Celticæ, quorum urbs Pariſii ſeu Lutetia Pariſiorum dicitur, vulgò *Paris*; ad Sequanam fluvium, Archiepiſcopalis facta à Gregorio XV. anno 1622. Galliæ caput, ſedeſque regia, & totius Europę maxima, nemine reclamante, Byzantio etiam major. Tractus adiacens dicitur *le Pariſis*, cujus periere limites; eſtque in provincia Inſulæ Franciæ, *l'Isle de France* dicta. Vide Lutetia.

pariſus, fluvius Pannoniæ, per Scordiſcos in Danubium fluens; quem Ortelius eundem Mariſo eſſe putat: ſed Mariſus non per Scordiſcos in Danubium, at per Daciam in Tibiſcum extra Pannoniam labitur.

¶ parita, *Parita*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in provincia Veragua, cum portu in ora maris Auſtrini. Hinc ſinus adiacens dictus eſt ſinus Paritæ.

Parium, Parion Melę, Adraſtia Homero, Pariana co- *Xenop.*]
lonia Plinio, urbs olim epiſcopalis Myſiæ ad Helleſpon- *Strab.*
tum, ſub Archiepiſcopo Cyziceno, nunc metropolis, *Pa-* *Plin.*
rio adhuc, teſte Sophiano, *Pariſo* Nigro et aliis, in ora, *Ptol.*
inter Cyzicum ad Boream, & Lampſacum ad meridiem 22. mill. paſſ. A Pario Iaſonis filio dicta. Cujus meminit Valerius Flaccus libro 2.

Iam iuga Percotes, Pariumque infame fragoſis
Exſuperant.

¶ parium, urbs Myſiæ minoris, ad Propontidem. 20. mil. paſſ. à Lampſaco in ortum, Cyzicum versùs. 35. circiter:

Parii, & Theſpiis in Bœotia, Amor ſumma veneratione colebatur: cujus ſacra Erotidia vocabant. Idem apud Cholcos & Idalium, teſte Catullo; & apud Ægyram urbem peloponneſi, teſte Pauſania, & apud Samios (qui ſacra illius, Eleutheria appellabant) cultus fuit. Hinc Parianus, a, um adiect., ut pariana colonia apud Plinium idem quod Parium urbs, quæ à Reſiſto urbe Thracię 32. mill. paſſ. abeſt in ortum. Parii ortus eſt Ariſtolochus Poeta, qui repudium nuptiarum paſſus filiæ Lycambis ſibi promiſſæ, adeò ſatyricè iambis à ſe inventis Lycambem & filiam inſectatus eſt, ut eos ad ſuſpendium impulerit. Vnde Horatius in arte poetica ſic:

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

Hic vixit Romuli tempeſtate, teſte Quintiliano.

¶ parma, *Parma*, fluvius eſt Italiæ in Longobardia Ciſpadana. Oritur ex Appenino monte, in confinio ditionis Genuenſis, versùs Apuam, deinde in Boream tendens per Ducatum parmenſem, parmam urbem ipſius primariam rigat & 10. milliaribus infra in padum fluvium ſe exonerat.

parma, colonia & urbs Galliæ Togatæ, in Æmilia, *Strab.*
ſeu Gallia Ciſpadana, epiſcop. olim ſub Archiep. Raven- *Plin.*
nate, nunc ſub Arciep. Bononienſi, unde 50. mill. paſſ. *& al.*
in occaſum, Placentiam versùs 35. ad fluvium cognominem illam interluentem. Academiæ & Ducatus parmenſis ſedes; qui illi à Paulo III. Pontifice Max. datus eſt anno ſalutis 1546. De qua Martialis lib. 14. epigr. 153.

Velleribus primis Apulia, Parma ſecundis
Nobilis; Altinum tertia laudat ovis.

In Theſauro Linguæ Latinæ ſcribitur proxima Ravenæ, ad 100. mill. paſſ. ab ea diſtans. Parmæ ortus eſt Caſſius Severus, qui elegias & epigramm. conſcripſit.

¶ parma, *Parma* incolis, *Parme* Gallis, urbs Italiæ, Ducatus cognominis caput, & à fluvio Parma in duas partes ſecta. Ampla eſt, & probè culta, picturiſq; elegantiſſimis ornata, cum arce valida & palatio ſuperbiſſimo Ducum Sedeſ in via Flaminia, vix. 10. milliaribus à pado fluvio in meridiem diſtans. Media ferè eſt inter Mutinam ad ortum & Placentiam ad occaſum, 7. milliaribus à confinio Mutinenſis ditionis in occaſum. Ab ea provincia adiacens dicta eſt parmenſis Ducatus, *il Parmegiano*, ſeu *il Ducato di Parma* Italis.

¶ parmenſis ditio, *lo Stato del Duca di Parma* incolis, *l'Eſtat de Parme* Gallis, pars eſt Italiæ, in Longobardia Ciſpadana, inter Ducatum Mediolanenſem ad Boream & occaſum, Ducatum Mutinenſem ad ortum, & ditionem Genuenſem & partem vallis Macræ ad meridiem. Ejus partes ſunt Ducatus parmenſis, *il Ducato di Parma*, Ducatus placentinus, *il Ducato di Piacenza*, Status Buxeti, *lo ſtato di Buſſeto*, & Principatus Vallis Tari pro maiori parte, *lo ſtato di Val di Taro*, quibus annumerabantur antea Ducatus Caſtrenſis, *il Ducato di Caſtro*, & ditio Roncilionis *lo ſtato di Ronciglione*, in provincia patrimonii. Dux parmenſis eſt è gente Farneſia, & ditionem ſuam habet fiduciariam à Summo Pontifice. Parmenſis verò Ducatus ſtrictè ſumptus eſt inter Mutinenſem ad ortum, & Placentinum ad occaſum.

(*Parmenſis ditionis urbes:*

Burgus S. Domnini, Borgo S. Donino.
Burgus Vallis Tari, Borgo di Val di Taro.
Buxetum, Buſſeto.
Florentiola Fiorenzuola.
Parma, Parma.
Placentia Piacenza.)

Par-

Mel. Strab. Plin. Parnaſus, vel parnaſſus, olim Larnaſſus Stephano, *Parnaſo*, & Barbaris *Liacura*, teſte Sophiano, mons Phocidis (Muſis ſacer apud Poetas) memoratiſſimus, Cithæroni & Heliconi attiguus. Cujus duo ſunt iuga Cyrrha & Niſa, apud Iuvenalem & Lactaotium. De quo Virg. lib. 3. Georgic.

Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor.

Hinc Parnaſſius nomen gentis. Idem lib. 2.

Vt ceraſis, ulmiſque: etiam Parnaſſia laurus.

Laurus enim in ea laudatiſſima, & plurima provenit. Parneſſus etiam à Dionyſio Afro appellatur mons, quem Bactri incolunt: idem ut videtur Paropamiſo.

Sed Bactri mediis habitant telluris in arvis,
Parneſſum latè propè montem rura tenentes.

Ant. Lib. Conc. parnaſus, ſeu ex alio codice paranaſus, urbs Galatiæ, in Cappadociæ confinio, epiſ. ſub Archiep. Mociſſio, ultra Ancyram metropolim Galatiæ 84. mill. paſſ. in ortum Cæſaream verſùs.

¶ parnaſſus aliis urbs fuit Aſiæ minoris, in Cappadocia, & in Galatiæ confinio, ad fontes Melæ fluvii; diſtanſq; 140. mill. paſſ. ab Ancyra in Eurum, & 80. ab Amaſia in meridiem, ad radices montium. Sed quid ſit nunc non conſtat.

Strab. Pauſ. parnes, parnetha Athenæo, mons Atticæ vitifer. De quo Statius libro 12. Thebaidos:

Dives & Hegaleos nemorum, Parneſque benignus
Vitibus.

parnethos caſus genitivi apud Ariſtophanem in Nubibus.

Diony. parneſſus, mons Mediæ, ad cujus radices Bactri incolunt. Sed hic paropamiſus legendum puto: ſub eo enim Bactri ſunt, teſte plinio, non in Media.

¶ parni, Margianæ populi, Ptolemæo, & Strabone teſtibus.

¶ parodana, perſidis urbs, teſte ptolemæo.

Ptol. parecopelis, urbs Macedoniæ, intra montes, in Myſiæ confinio, Scupi finitima. Sunt qui illam *Scopiam* ſeu *Scopam* indigitent; ſed *Scopia* veteribus Scupi dicitur, non parœcopolis.

Plin. paropamiſſadæ, paropaniſſadæ ptolemæo, populi Aſiæ, inter Bactrianam ad occaſum, Indiam ad ortum, Arachoſiam ad auſtrum, & Sogdianam ad Boream. Quorum regio nunc *Sableſtan* Caſtaldo & aliis dicitur, & regia Carura, ſeu Ortoſpana vel Ortoſpanum. Vide ibi.

¶ paropamiſſadæ populi fuere Aſiæ, quorum regio paropaniſſus dicta fuit; eratque pars Aſiæ, in Imperio Perſarum inter Bactrianam ad occaſum, Arachoſiam ad meridiem, Caucaſum montem ad Boream & Indiam ad ortum; ubi nunc *Cabul*, provincia in ditione Magni Mogolis, cum maxima parte Caudahariæ provinciæ, teſte Guillelmo Sanſone.

Sol. paropamiſus, paropamiſſus Plinio, paropaniſus Ptolemæo, Parnaſus Ariſtoteli, *Calchiſtan* Caſtaldo & Moletio, mons excelſus paropamiſsadarum, Tauri pars, ex quo Bactrus, fluvius Bactrianæ ingens. Ex eo etiam Indus fluvius, Indiæ Maximus, teſte Plinio & Arriano, profluit, cujus oſtia à fontibus 13000. ſtadiis, ut ſcribit Strabo, diſtant. Hujus montis jugum altiſſimum *Navagrot* à Marco Paulo Veneto appellatur, (ſi qua fides illi habenda) *Pamer* à Mercatore.

Polyb. paropus oppidum fuit Siciliæ, in ora occidua, contra Uſticam inſulam. Populi paropini plinio. Hujus loci nullum dicitur veſtigium exſtare.

¶ parorea Arcadiæ urbs, teſte pauſania, paroreja Thraciæ urbs eſt, vicina Macedonibus, apud Livium, & parorei populi, teſte plinio.

Plin. Strab. & al. paros, *Pario* Sophiano, inſula maris Ægæi, una Cycladum, priùs Pactya, & Minoa, teſte plinio, dicta, Demetrias, Zacynthus, Hyria, Hilyeſſa, & Cabarnis Stephano, Pario marmore clara, & lapide, quo veluti Lydio, aurum probatur, à Delo 38. mill. paſſ. in meridiem, ſed apud recentes 20. tantùm, Ion verſùs 40. circuitu 80. cum urbe Epiſcopali, ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, nunc metropolis, quæ à Græcis paronaxia dicitur. De ea Ovidius lib. 7. Metamorph.

Marmoreamque Paron, quaque impia prodidit arce.

Hinc parius nomen gentis. Virg. lib. 10. Æneidos:

Argentum, Pariuſque lapis circumdatur auro.

paros frigidam habet aquam, & mulieres formoſas apud Ariſtophanem, quod adagii ſpeciem habet, quo ſignificamus non eſſe commodum abſque incommodo, ſeu bonum malo compenſari, miſcerive. Hic mures non reperiri feruntur. Marmor Parium candidum & lucidum maximè commendatur: ſic Caryſtium, Chium, Cyzicenium, Docimæum, Laconicum viride, Lunenſe, Numidicum purpureum, Sicyonium, Synnadicum maculoſum, Syenenſe, Thaſium maculoſum & Tænarium. Patria fuit Archilochi Poetæ iambographi, teſte Horatio; quæ aliis Parium, aliis Sparta.

Ste. Paros vel Pharos, inſula altera Liburniæ apud Stephanum. Vide Pharia, ſic enim ab aliis dicitur.

¶ Paroſpus, fluvius Indiæ, in Cophen influens, teſte Plin.

¶ paroſta, Tauricæ Cherſoneſi urbs, teſte Ptol.

¶ parpodizum, Thraciæ urbs, teſte Antonino, Tarpodizum legit Simlerus.

Pa. Ho. Parraſia, Parrhaſiæ Plinio, Parrhaſii Straboni & Vibio oppidum, regio & populi Arcadiæ, in Peloponneſo, ubi Parrhaſium nemus Statio parrhaſius mons Heſychio. Virgilius lib. 8. Æneidos.

Parrhaſio dictus Panos de more Lycæi.

Ovidius libro 2. Faſtorum:

Altaque Troezene, Parrhaſiaque nives.

Eſt autem parrhaſia Stymphalo finitima. Parrhaſis etiam nomen gentile dicitur. Ovid. lib. 1. triſtium elegia 3.

Verſaque ab axe ſuo Parrhaſis Arctos erat.

Oppidum à parrhaſo filio Lycaonis nomen habet, teſte Stephano.

Plin. parraſini, populi Aſiæ circa Sogdianam, & apud Quintum Curtium Indiæ ulterioris populi deſcribuntur: qui nunc dicantur, ignoratur.

parraſium, urbs Galliæ Tranſpadanæ, exciſa, inter Cremam, & Forum Jutuntorum: Vide Paraſium, utroque enim modo ſcribitur.

Lib. Not. parrodunum, oppidum Rhætiæ, quod, teſte Lazio, idem eſt ac parthano; etiam ratio diſtantiæ perſuadere videtur.

¶ parſia; & parſiana, paropaniſi urbes apud ptolem.

* parſueti, parſenti Straboni, *Nochdariaſari*, teſte Caſtaldo, montes Aſiæ, circa fontes Indi fluvii, pars Tauri & paropamiſi, vel illi attigui. (*man. Seld. *Paronitoi.*)

¶ parta, perſidis urbs, teſte Ptolemæo.

An. parthanum, *ParthenKirch*, olim oppidum nunc pagus Vindeliciæ, in Bavaria ad Loyſam fluvium; teſte Simlero, inter Inutrium 2. & Scongam oppidum Sveviæ 5. leucis, ab Oeniponte 7. Auguſtam verſùs 16. De eo libro 4. Itinerarii ſic:

Quid memorem parvam, ſed priſci nominis urbem.
Parthanum?

Ibi Fridericus ab Henrico Imperatore victus.

¶ parthenæum, *Partenay*, urbs Galliæ in provincia, pictavenſi, ad Tovam amnem. Media eſt inter Tovarcium ad Boream & Fanum S. Maxentii ad meridiem, 6. leucis utrinque diſtans, uti 12. à Salmurio in auſtrum, & 10. à pictavio in occaſum.

partheni, parthini Polybio, populi Illyrici, circa Epidaurum, ut Ortelio videtur: ſed errat; nam longè diſtantes ab Epidauro in ortum recedunt, juxta fines Macedonæ. Ibi parthenia polybio oppidum parthinorum Cæſari, *Preſa*, teſte Barletio, oppidum Croiæ, urbi Macedoniæ finitimum. Ex quo malè Ortelius parthinos *Raguſei* indigitat; cum Cæſar parthinorum oppidum in finibus Macedoniæ deſcribat.

Stra. parthenias, fluvius peloponneſi, per Elidem fluens, ac Epinam oppidum illius regionis interluens. Aliis parthenius nominatur.

¶ parthenicum pelagus; *Parthenicon pelagos* apud Stephanum Diaconum in vita Stephani Iunioris, videtur eſſe illud mare quod protenditur à Coſtantinopoli ad fluvium Boriſthenem, nempè pars occidentalis maris Euxini.

Ant. parthenicum, *Partanna*, teſte Fazello, locus Siciliæ, inter panormum 24. & * Hyccaram 35. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. Nunc inter Hyccaram 12. & Drepanum 35. (* Diſtat ab Hyccara in uno itinere Antonini 8. in alio 12. mill.)

¶ Parthenicum, caſtrum Siciliæ, in ora occidentali, vulgò *Sala di Partenico* etiamnum, teſte Ludovico Rondanino. In colle ſedet, in Valle ſeu provincia Mazaræ, 4. mill. ab ora maris Tyrrheni, & medium inter Panormum in Cæcium, & Caſtrum ad mare in Africum, 15. milliar. utrinque diſtans.

Parthenium, *Capo Roſaphar*, teſte Nigro, promontorium Tauricæ apud Boſphorum Cimmerium, à panticapæo 60. ſtadiis, à Myrmecio 20. parthenium etiam plinio fuit oppidum Myſiæ, in Aſia, apud Troadem urbem. Fuit & urbs Eubææ ac Thraciæ, teſte Stephano. Nomen gentis parthenius.

par-

¶ parthenicum promontorium aliis eſt *Kiderleri*, teſte Guillelmo Sanſone, in ora Boſphori Cimmerii, ubi exit è palude Mœotide.

parthenium mare, pars maris Mediterranei, inter Aſiam & Africam, teſte Macrobio libro de ſomnio Scipionis.

Plin. Ptol. parthenius fluvius tergeminus: unus Bithyniæ, in paphlagoniæ confinio, inter Tium & Amaſtrim urbes in mare Euxinum exiens, apud Amaſtrim, *Parteni* Moletio, *Dolap* Nigro & aliis, Amaſtrim urbem alluens & interluens, teſte Stephano, ſic à Diana, quæ juxta illum venata dicitur, vel à filia palætinis Regis, quæ in eo ſuffocata eſt, dictus. Alter Arcadiæ, in peloponneſo, ex montibus illius, (de quibus plinius, Livius, ac Mela) profluens. Tertius Sami inſulæ, ex quo illa parthenia dicta eſt, qui & Imbraſus. Vide ibi. Additur quartus fluvius Sarmatiæ Europææ. De quo Ovid. lib. 4. de ponto, elegia 10.

Partheniuſque rapax, & volvens ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Plin. parthenius item plinio mons Arcadiæ, in quo Virgines Veneri ſacra faciebant.

parthenope Neapolis, urbs Campaniæ clariſſima, à Sirene ibi ſepulta, teſte plinio, dicta eſt. A Rhodiis condita, teſte Stephano. De qua Virg. lib. 4. Georgic.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat.
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oci.

Hinc parthenopæus nomen gentis. Virgilius libro 6. Æneidos:

-hic inclytus armis
Parthenopæus, & Adraſti pallentis imago.

¶ parthenope ſeu Neapolis, *Napoli* incolis, *Naples* Galli, *Napoles* Hiſpanis, urbs eſt Italiæ ampliſſima & populoſiſſima, regni Neapolitani caput, emporiumque celeberrimum in ora maris Tyrrheni, & Campaniæ provinciæ etiam primaria. Vide Neapolis.

tol. parthenope item, inſula maris Tyrrheni, in ſinu puteolano, *Ventotiene*, Mazzello, & Collenutio teſtibus, ſeu in ſinu Formiano apud Cajetam.

¶ parthenope inſula quibusdam eſt *Ventotiene*, inſula parva cum alia minori adjacente, versùs ſinum Formianum. 20. milliar. à Cajeta in meridiem diſtat, & 12. tantùm ab Ænaria inſula in ortum.

lin. parthenopolis oppidum fuit Myſiæ, in Aſia, ad Helleſpontum; & parthenopolis urbs Macedoniæ, à Geraſto Migdonis filio condita, & ſic à filiabus ſuis nominata.

parthenopolis item (ex antiquis urbis Magdeburgenſis monumentis, teſte Munſtero) Magdeburgum, urbs præclara Germaniæ, in Saxonia, ad Albim fluvium, libera, & Archiepiſcopalis anno ſalutis 941. effecta, inter Brunopolim ad occaſum 11. & Berlinum ad ortum 16. leucis. Dicta eſt quòd ibi Diana virgo culta fuerit. Eadem poetis Germanis parthenope, & Magdeburga dicitur.

parthi, populi notiſſimi Aſiæ, ex Scythia profecti, qui Orientis Imperio diù potiti ſunt: quorum regio parthia de qua mox. De quibus Virgilius libro 4. Georgicorum:

Prima leves ineunt ſi quando prælia Parthi.

parthia, provincia Aſiæ maximè nota, inter Mediam ad occaſum & Ariam ad ortum, ac inter perſidem ad meridiem & Hyrcaniam ad ſeptentrionem. Variè hodie nominatur; *Arach* Mercatori, *Jexdi* Alphonſo Hadriano, *Coraſan* Nigro: cùm enim diverſis conſtet regionibus, diverſa quoque habet nomina. Cujus urbes olim clariores, Hecatompylos, Ambrodax, & Artacana. De qua Claudianus de Bello Gildonico:

Hauſimus: ipſa meos horreret Parthia caſus.

Hinc parthicus nomen gentis. Claudianus libro 1. in Eutropium:

-ſeu Parthica ferro
Luxuries vetuit naſci lanuginis umbram.

parthi temulentiæ bibacitatiſque notantur: ab eis enim adagium ortum eſt, *Parthi quò plus biberint, eò plus ſitiunt*; quod non tam de avaris quàm de ſtudioſis uſitari ſolet. Parthi & perſæ unguentis maximè utuntur, vinum conficiunt ex palmis, gloriam in potu ponunt, crapulæ dediti, cicadis veſcentes, & aliis cibis, ex quibus, & nimio hauſtu, vini graveolentia laborant. In venerem ita proclives ſunt, ut ſororibus & matribus commiſceantur, teſte Tertuliano. Furta apud illos impunita ſunt. Nec ſtatuas neque templa olim irigebant Diis, Regem pro Numine habentes: Jovi tamen in montibus hoſtias immolabant; Soli, Lunæ, & Telluri quoque rem divinam facientes. Mentiri turpiſſimum putabant. Ab infantia pileis & tyaris utuntur: ex quo capita illis ſunt fragilia. De his plura Cœlius libro 5. ex Herodoto parthi & parthyæi, teſte Stephano, dicti ſunt à fuga, quòd ex Scythia hi populi ad Medos fugientes, nomen parthiæ dederint; parthi enim fugaces dicuntur à Medis.

¶ parthia aliquando dicta fuit totum perſarum Imperium, nempè tempore Romanorum, quòd parthi eo potirentur. Parthia etiam fuit regio perampla Imperii perſarum ſub qua parthia propria, Hyrcania & Margiana. Parthia autem propria inter Mediam & Ariam nunc provincia *khœmus* dicta, & provincia *Choraſan* ex parte tantùm occidentali.

parthini, populi in Macedonia, à plinio libro 3. capite 23. memorantur.

¶ parthini, populi Illyrici, circa Epidamnum, polybio teſte. Ob id falsò pro Epidauriis ſive Raguſinis ſumuntur. Vide Raguſium.

parthyene, regio parthiæ, inter Cominſinem ad Boream, apud Hyrcaniam, & Choroanam ad auſtrum, variè indigitata, a Caſtaldo *Delin*, a Nigro *Tarpaſtan*, a pineto *Naiſtan*.

partiſcum, *paroczlo*, teſte Lazio, oppidum Jazygum, in Hungaria Traſdanubiana, Agriæ urbi finitimum ab ea in ortum & meridiem recedens.

¶ parva Deppa, *petit Dieppe*, locus Africæ, in Guinea regione, & in ora Maleguettæ, cum fluvio cognomine, ubi aliàs Francorum colonia a Deppenſibus extructa anno 1365. & poſteà ab ipſis derelicta.

paryadris, mons Armeniæ majoris. Vide pariedrus; variè enim à ſcriptoribus ſcribitur.

paſagarda, & paſargada, paſſagarda Solino, ubi Cyri ſepulchrum, *Chilquera*, teſte Theveto, urbs perſidis quondam clara & regia, in mediterraneis, non Mediæ, ut in Theſ. Ling. Lat. Sunt & paſagardæ populi perſidis apud Dionem. Fortè, quia ſunt in confinio, utrique regioni attribuuntur. Illos Sabis ſive Sabæis finitimos facit Dionyſius, cùm ait:

Prima parte Sabæ, mediſque paſargadæ; poſt hanc
Taſcorum tilis habitat gens fortis & arcu.

Hæc urbs à Cyro, cùm Aſtyagen viciſſet, condita fuit, teſte Stephano.

¶ paſagarda, urbs aliàs perſidis regia, nunc *Darabegerd* incolis, *Valaſegerd* Arabibus; eſtque etiamnum ſatis culta, in perſia regione, & in tractu *Darabegerd* dicto.

paſargadæ etiam populi Carmaniæ apud ptolemæum.

¶ paſarna, Lavinianenſis præfecturæ urbs, in Armenia minori, teſte ptolemæo.

¶ paſicana, urbs Indiæ, intra Gangem, teſte ptolemæo.

¶ paſipeda Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptolemæo.

¶ paſiris, Sarmatiæ Europææ urbs apud ptolemæum. Plin.

paſitigiris. Vide Tigris. Paſitigris plinio, Tigris fluvius vocatur, ubi omnes illius alvei in unum coeunt, antequam Choaſpen fluvium excipiat ex Media ſeu Suſiana.

paſſala, inſula parva Cariæ, Doridi regioni adjacens in ſinu Ceramico. Eſt & navale Mylaſſorum, teſte Stephano. Plin.

¶ paſſalon, ptolemæo Ægypti urbs, pesla Antonini eſt, uti æſtimat Villanovanus.

paſſanda, locus apud Adramyttium urbem.

¶ paſſarvanum, *Paſſarvan*, urbs Indiæ, in parte orientali Javæ inſulæ, versùs fretum Balambuanum, cum portu, media inter panarucanum ad ortum & Jortanum ad occaſum.

paſtona oppidum Armeniæ minoris, ad Euphratem, inter Simyram 50. & Melitenen 74. mill. paſſ.

paſtos, oppidum Ægæi maris, non procul à Neapoli Thraciæ, ex libro 4. capite 11. plinio, ubi nihil hodiè. Plin.

Paſtovia, *Padſtovv*, oppidulum Angliæ, cum portu, in provincia Cornubia, & in ora littorali maris Verginii, ad oſtia Alani fluvii. 50. mill. paſſ. diſtat ab Antiveſtæo promontorio in Cæciam.

¶ paſtrana, *Paſtrana*, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella nova, Ducali titulo inſignitum, ad Tagum fluvium quibuſdam paterniana. 13. leucis diſtat à Madrito in ortum uti 18. à Toleto.

paſumena terra, *il Caſentino*, teſte Volaterrano, ager Hetruriæ, in territorio Aretino, ab ipſa urbe in Boream diſtans. Strab.

¶ patagones, *les Patagons*, populi Americæ meridionalis, in Magellanica regione, & propè oram Borealem freti

Magellanici & maris Braſilici. Eorum regio primùm detecta fuit à Ferdinando Magellane; ſed nulla urbs eſt in ea : & de ipſis pauca admodùm dici poſſunt.

Ptol. Patala, *Diu* Nigro & Pineto, *petacal* Caſtaldo (quod veriſimilius videtur) urbs Patalenes inſulæ, in Indi fluvii oſtio, inter illud & Baracen inſulam. Patalenes inſulæ meminit Dionyſius Afer:

Dividua cujus patalene cingitur unda.

¶ Patala aliis eſt *Cambaia*, urbs ampla Indiæ citerioris, regni cognominis caput, in intimo receſſu ſinus Barigazeni, ſub dominio magni Mogolis, & 300. mill. paſſ. ab oſtio Indi fluvii in ortum diſtans.

patalos, inſula Cariæ, teſte Stephano.

Strab. Plin. & al. Patara, *patera* Sophiano, urbs Lyciæ apud oram littoream, olim Arſinoe, teſte Strabone, & Sataros Plinio, templo & oraculo Apollinis, ut Delphi, quondam clara, Xantho urbi mediterraneæ proxima, in colle, epiſcopalis ſub Archiep. Myrenſi, inde 20. tantùm ſtadiis diſtans. Nomen habet à pataro Apollinis filio, teſte Stephano. Hinc pataræus nomen gentis. Ovidius libro 1. Metamorphoſeon:

Et Claros & Tenedos, patareaque regia ſervit.

Hic Apollo ſex menſibus hyemalibus reſponſa dabat, unde patareus dictus eſt; reliquis ſex menſibus Deli, ut auctor eſt Servius. Pataræ Aceſeus ortus & Helicon Cariſtius peplum palladis Athenis contexuere, adeoque in arte excelluerunt, ut *Aceſei & Heliconis opera* adagium eſſet de re exquiſitiſſimè facta. Hic Appollo dabat reſponſa ſex menſibus anni, erat enim ibi oraculum, teſte Luciano, nulla facta mentione hyemis.

¶ patara, *patera* hodie, ſeu *paterea*, Caſtaldo teſte, urbs Lyciæ, in ora maris pamphilii, propè oſtia Xanthi fluvii epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myræ, à qua 20. mill. paſſ. diſtat in meridiem, & 9. circiter à Rhodo in ortum.

¶ patarve, Sarmatiæ Aſiaticæ urbs, teſte ptolemæo.

Prov. Rom. patavia, Batavæ libro Notitiarum, *paſſavv*, urbs Norici, in Vindeliciæ confinio, ad Oeni cum Danubio confluentiam, in Bavaria, non obſcura, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi inde 12. leucis in Boream, inter Ratisponam ad occaſum 16. & Lintium in ortum 9. Viennam versùs.

¶ patavia, ſeu Batava caſtra, urbs aliàs Vindelicæ, in confinio Norici, nunc in Bavaria inferiori, ad confluentes, Oeni in Danubium, à quo triplex efficitur, *paſſavv* nempè dicitur præcipua urbs quæ in Vindelicia cis Oenum ubi aliàs Batava caſtra, *Inſtat*, ea pars urbis quæ in Norico juxta & infra confluentes Oeni, ubi aliàs Bojodurum: *Ilſtat* autem eſt pars quæ trans Danubium fluvium ex adverſo patavii. Subeſt verò cum aliis duobus dominio proprii Epiſcopi cum tractu adiacente; eſtque inter Ducatum Bavariæ ad occaſum & Auſtriam ſuperiorem ad ortum. Fœdo conflagravit incendio hiſce ultimis temporibus; eique adiacet ex adverſo Oberhuſium arx, & ſedes Epiſcopi in monte, iuxta Ilſtadium.

Plin. Mel. & al. Patavium, *Padova*, urbs Venetiæ ampla, epiſcopalis ſub Archiep. Aquileienſi, & Academia præclara, ad Medoacum fluvium, a Friderico Imperatore & Celeſtino IV. Pontifice Maximo erecta, à Venetiis 24. mill. paſſ. in occaſum, Vicentiam versùs 18. à Ferraria 48. in Boream Titi Livii patria. Ejus ab Antenore Trojano conditæ meminit Virgilius libro 1. AEneidos:

Hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit.

Patavinus nomen gentis. Miror Ortelium hic patavium cum pœtovio urbe pannoniæ confundere. Patavium non ſolùm Tit. Liv. ſed etiam Valerium Setinum Aponi natum dedit, qui Argonautica, Apollonium Rhodium imitatus, ſub Domitiano Imperatore ſcripſit, teſte Crinito. Vrbs à Maximiliani militibus occupatur anno ſalutis 1509. Patavini poſt excidium Aquileiæ Venetias condiderunt. Vellera patavina commendat Martialis libro 14. epigrammate 141.

Vellera cum ſumant Patavinæ multa trilices.

¶ patavium, *Padove* Gallis, urbs eſt Italiæ ampla & munita, ſed non æquè culta, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquilejenſi, & agri patavini caput, ſub dominio Reipublicæ Venetæ. Ibi obiit magnus ille Thaumaturgus S. Antonius Ulyſipponenſis, ab ea dictus S. Antonius de Padua, & in ea etiam requieſcit in ſuperbiſſimo monumento.

Ptol. patavium alterum, oppidum Bithyniæ mediterraneum, *Polmen* Moletio, inter Nicomediam, & pruſiadem, ab ea in auſtrum recedens. (*Dicitur aliter Claudiopolis.*)

pateria, inſula parva, & deſerta apud Cherſoneſum Thraciæ, licèt in Theſauro Linguæ Latinæ non procul a Lemno legatur.

paterniana, *Paſtrana*, teſte Joanne Mariana, oppidum præclarum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella nova, inter Concham 7. & Arriacam 6. leucis, ab Opta 4. à Toleto ſupra 20. Ducatus. Aliis eſt *Paternoa*, oppidulum in regno Valentiæ, ab ea urbe 2. leucis recedens in occaſum. Sed ſitus apud ptolemæum non congruit.

¶ paternum, *paterno*, caſtrum Campaniæ Romanæ, Ant. in ditione Pontificia, atque in ora maris Tyrrheni, ubi aliàs villa Plinii junioris, teſte Luca Holſtenio.

paternum, Crimiſſa Lycophroni, lo *Ciro*, teſte Gabriele Barrio oppidum magnæ Græciæ, olim urbs epiſcopalis, in ora, ubi ſinus Tarentinus incipit, a Crotone urbe 24. mill. paſſ. in Boream, Roſcianum versùs ad 36. Cariato proxima. Eſt & paternum, ſive paternio, *Paterno*, oppidum Siciliæ non obſcurum, Hadrano propinquum, 4. mill. paſſ. diſtans, a Rogerio Comite adversùs Saracenos exſtructum.

pathiſſus, Tibiſcus ptolemæo, *Tyſſa* Lazio vel *Teiſſa*, Plin. fluvius ingens Jazygum Metanaſtarum, in Hungaria Tranſdanubiana, a Carpate monte profluens, longòque tractu in Danubium inter petrovaradinum oppidum & Taurunum urbem decurrens, Solnocum & Segedinum urbes alluens. Jazygaſque a Dacis ſeparans: qui Tibeſis Herodoto & parthiſcus Ammiano dicitur, in Theſauro Ling. Lat. ponitur in Sarmatia.

pathmeticum, phatniticum plinio & Ammiano, phatnicum Straboni, phatmicum Diodoro, oſtium Nili, in- Ptol. ter pineptimum ad occaſum & Mendeſium ad ortum.

pathmos, *palmoſa* Sophiano, inſula maris Icarii, una Strab. Sporadum, proxima Io, 10. mill. paſſ. diſtans, ab Icaro Plin. 55. ambitu 36. Scribitur etiam Patmos ſine aſpiratione, exilio Divi Joannis Apoſtoli clara, cujus manum ibi adſervari ferunt, unguibus ſtatis temporibus excreſcentibus. Urbem habet epiſcopalem ſub Archiepiſcopo Rhodienſi. De ea quidam Poeta ſic:

Hinc poſt Carpathias hyemes, Pathmonque Samonque,
Vitiferam Lesbon, Vitiferumque Chium.

¶ pathmos, *Palmoſa*, inſula eſt Aſiæ, in mari Ægæo, ferè 40. mill. paſſ. diſtans ab Icaria inſula in meridiem, & totidem a Co in Boream. Credit tamen Philippus de Via pathmos nunc dici *Petina*, & inſulam Palmos ei adjacentem ad meridiem nunc *Palmoſa* vocari.

patinaria via in Sabinos ducebat, & ſicuti & Quintia. L. Nov.

Patiorus, *Palazzuolo* Aretio, oppidum Siciliæ me- Ptol. diterraneum, apud Acras oppidum exciſum, & Clarum montem, à Syracuſis 24. mill. paſſ. in occaſum, quot ferè a Camarina in Boream.

¶ patiſtama Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptol.

patræ, *Patras*, colonia & urbs Achajæ, in peloponneſo, archiepiſcopalis, apud Rhium promontorium & Cic. os ſinus Corinthiaci, a Corintho 87. mill. paſſ. in oc- Strab. caſum *Badra*, & *Balubathra*, id eſt, veteres patræ, Plin. a Turcis dicta, teſte Leunclavio, nunc quoque florens. & al. Patræ item in phthiotide Laonico, quæ patræ Theſſalicæ dicuntur a Divo Paulino, apud Thermophylas. De priore Silius lib. 15.

Tum luſtrata Ephyre, Patræque, & regia Pleuron.

patras à Patreo quodam dictas ſcribit Stephanus.

¶ patraſis, ponti Aſiatici urbs apud Stephanum ex Hecatæo.

patricii purgatorium, *Ellanu Frugadory*, teſte Guillelmo Camdeno, locus Hiberniæ, per quem olim in inferos erat deſcenſus, ex vita S. Patricii Epiſcopi, ubi mira narrantur. In Ultonia reperitur, Comitatu Donegalliæ.

¶ patricii purgatorium, *le Purgatorie de S. Patrice* Gallis, *S. Patrikes purgatory* Anglis, crypta eſt Ultoniæ ſive ſpecus anguſtior ſubterraneus, juxta lacum *Ernu Liffer*, de quo narrant S. Patricium Hiberniæ Apoſtolum, cum ſedulò navaſſet operam ut hujus provinciæ populum converteret, & in hunc finem multa de futura vita diſſerviſſet, & auditores ejus contemptim contra arguerent, niſi documenta ſive ſpecimina illorum & gaudiorum & dolorum, de quibus verba fecerat vidiſſent, ſe uſumfructumque præſentium voluptatum vel ſpe vel metu rerum neſcio quarum futurarum minimè amiſſuros: Ille, ut fertur, obnixè Deum precatus, hoc impetravit, ut ſupplicia, & cruciatus quæ impii poſt hanc vitam perpeſſuri ſunt ibidem oculis ſubjicerentur; ut hanc tandem ratione faciliùs & delicta & Ethnicos mores, qui adeò firmiter in Hibernicorum mentibus inſederant radicitus evelleret.

Pto!. patridava, *petterſdorff*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Vallacchia.

¶ patrimonium S. Petri, *Patrimonio di S. Pietro*, provincia ditionis pontificiæ, in Italia, quæ communiùs, et meliùs, dicitur provincia patrimonii, vulgò *la provincia del patrimonio* incolis, inter Tiberim fluvium ad ortum, et partim ad ſeptentrionem, Martam ad occaſum, et mare Tyrrhenum ad meridiem. Ejus caput eſt Viterbium, *Viterbo*, eſtque hæc provincia inter Campaniam ad ortum, et Ducatum Caſtrenſem ad occaſum. Sunt autem ipſius partes Comitatus Roncilionenſis, uti etiam Ducatus Caſtrenſis, ut multi exiſtimant; eratque aliàs pars Hetruriæ.

(*Patrimonii S. Petri urbes:*

Balneoregium, Bagnarea.
Bracianum, Braciano.
Centumcellæ, Civitavecchia.
Cornuetum, Corneto.
Mons Phiſco, Monte Fiaſcone.
Nepetum, Nepi.
Sutrium, Sutri.
Tuſcania, Toſcanella.
Viterbium, Viterbo, *provinciæ caput*.
Vlſinium, Bolſena.)

patrocli inſula, patrocli vallum Straboni, inſula parva
teph. Atticæ, inter piræum portum & Sunium promontorium.
auſ. Qui nunc appellatur apud neminem legi.

patroviſsa, *Broſſovv* vel *Braſſovva* Hungaricè, *Cronſtat*
to!. incolis, urbs epiſcopalis Daciæ, in Tranſylvaniæ & Moldaviæ confinio, apud Alutam fluvium, à Cibinio, & Alba Julia 18. leucis in Cæciam: quæ Corona, & Stephanopolis. Aliis prætoria Auguſta eſſe videtur. Vide ibi.

¶ patroviſſa, *Braſſavv*, urbs eſt Tranſylvaniæ, in limite Moldaviæ, & ad radices montium, vix 6. milliaribus ab Aluta fluvio, & 15. leucis Germanicis à Cibino in occaſum, uti 23. ab Alba Julia.

patycos, *paula*, & *paola*, oppidum Brutiorum apud oram littoralem Calabriæ citerioris, teſte Barrio, inter Blandam & Amantiam 16. mill. paſſ. quot à Conſentia, vino ſericoque clarum, Divi Franciſci Minimorum auctoris patria. Stephanus illud in mediterraneis Oenotriæ deſcribit.

patzinacæ, populi Scythiæ Europææ, qui & Baſilii di-
vid. cuntur: quorum regio *podolia* eſſe videtur Ortelio. Sed *podolia* regio Bodenorum aliis eſſe videtur. (*Aliis eſt Tyrangitarum.*)

pauca, *paconia* in tabulis recentibus, *pavonia* aliis, oppidum olim, nunc pagus Corſicæ, in ora occidua, inter Marianum promontorium & Urcinium urbem, apud Locræ fluvii oſtium. Sed *paconia* longè hinc abeſt, à Bonifacio ad 28. mill. paſſ. à littore 12. in Circium.

¶ pauca, quæ paula aliis, hodie eſt *porto polo*, Brietio teſte. Quibuſdam autem eſt in ſinu *Talabo* dicto, in ora occidentali inſulæ, ad oſtia Titiani fluvii, 30. milliaribus à Bonifacio in Circium.

¶ paula, *paola*, oppidum Calabriæ citerioris, quod quibuſdam eſt patycos. Diſtat 10. milliaribus à Coſentia in occaſum, & 13. ab Amantea in Boream, vixque 2. ab ora maris Tyrrheni. Vide patycos.

pauliacus, *pauliac* etiam hodie, teſte Vineto, pagus A-
'ſ. quitaniæ, ad Garumnam fluvium, in finibus Medulorum, in ora, inter Burdigalam, & Bajonam.

¶ pauliacus, nunc *povillac*, pagus eſt Aquitaniæ, ad Garumnam fluvium ex adverſo Blabiæ, & 6. leucis infra Burdegalam in Circium; ſed non inter ipſam, & Bajonam, neque in ora Oceani.

paulini prædia, *Villa di Ruvignas* teſte porcatio, villa, & locus Carnorum, apud forum Julii.

paulon, *palion* hodie, fluvius Liguriæ, in Galliæ Narbonenſis confinio, apud Nicæam urbem cis Varum fluens.

¶ pavoaſanum, *pavoaſan*, urbs Africæ, inſulæ S. Thomæ pimaria, in mari Guineæ, ſub Luſitanis, cum arce munita. Capta fuerat ab Holandis & vaſtata, ſed poſteà à Luſitanis recepta; eſtque in ora littorali, cum portu capaci, & gaudet ſede epiſcopali.

pauſilypum, *Capo di monte poſilipo*, promontorium Campaniæ, apud Mergellinen, non procul à Neapoli, ab ea ad 3. mill. paſſ. puteolos versùs diſtans. Mons quoque Neapoli imminens, qui *Antignano & la Conocchia* nominatur. Nomen habet ab amœnitate. In Theſauro Linguæ Latinæ pro promontorio villa malè ſcribitur.

¶ pauſinus, Liburniæ fluvius plinio, nunc *Buzanich* dictus, ut credit Ortelius.

¶ pauſula oppidum fuit piceni, in Comitatu Firmano, alias caſtrum *Pauſule* dictum; nuncque in ejus ruderibus extat pagus *Monte dell' Olmo* dictus, ut teſtatur Camillus Lilius in Camertia hiſtoria.

pauſulani, populi piceni, quorum ager pauſulenſis Plin.
in libro de limitibus appellatur, & pagus *Paſuli*, teſte Rubeo in agro Firmano.

¶ pautalia Daciæ mediterraneæ civitas fuit, Herocli, quàm ptolemæus & Stephanus Thraciæ tribuunt, quamvis malè apud hunc paetella ſcribatur. In excerptis Malchi malè ſcribitur *Pandalia*, ubi ejus ſitus egregiè deſcribitur ad fauces Thraciæ.

pautualia, *Pauzo*, teſte Leunclavio, oppidum Thra- Ptol.
ciæ mediterraneum, ubi pautaliotæ populi in nummo Ant. Pii.

¶ pax, *la Paz*, urbs Americæ meridionalis, in Peruvia, Ve.in.
inter montes ad ortum & lacum Titicacam ad occaſum, ab eo circiter 90. mill. paſſ. diſtans, ſub Hiſpanis.

pax Auguſta, paxi, & colonnia pacenſis plinio, pezauguſta, ſeu pazauguſta Straboni, *Badajoz* & *Baxagus* Mauris, urbs Luſitaniæ epiſcopalis, Extremaduræ olim, ſub Archiepiſcopo Emeritenſi, nunc ſub Compoſtellano, ad Anam fluvium, inter Emeritam 9. & Eboream 10. leucis, caput regionis.

¶ pax Auguſta, *Badajox*, urbs Hiſpaniæ, aliàs in Luſitania, nunc provinciæ Extremaduræ caput, in regno Legionenſi, & in ipſo confinio portugalliæ. Ampla eſt & permunita, in colle, cum arce; & fruſtra tentata fuit a Luſitanis anno 1658. Ei adjacet ex adverſo Anæ fluvii Arx S. Chriſtophori 3. leucis diſtat ab Elevis in ortum, uti etiam 15. ab Ebora, & 4. ab Oliventia, 25. autem ab Hiſpali in Boream, juxta confluentes Xevoræ fluvii in Anam.

pax Julia, *Beja* & *Pacca* Mauris, urbs Luſitaniæ, in Ptol.
regno Portugallico; teſte Andrea Reſendio, inter Ebo- Amm.
ram ad Boream 10. & Balſam ad meridiem 18. leucis, quot a pace Auguſta, ab Ulyſſipone 22. Hiſpalim in Cæciam versùs. Sunt qui hanc pacem Auguſtam eſſe velint, ſed antiquæ obſtant inſcriptiones. In Theſ. Ling. Lat. pro *Beja*, *Bajadox* legitur.

¶ pax Julia, urbs Luſitaniæ omnibus, & *Beja* dicta, eſt ſatis culta, & Ducatus titulo inſignita, probè munita hiſce ultimis temporibus, 2. leucis tantùm ab Ana fluvio diſtans, & 13. ab ora Oceani Atlantici.

paxæ, *Paxu*, teſte Nigro, inſulæ duæ Epiri, inter
Corcyram ad Boream & Leucadem ad auſtrum, a Cor- Plin.
cyra 5. mill. paſſ. diſtantes: quarum major *Paxu*, minor verò *Antipaxu* nominatur. Bordonius Ericuſam cum paxis confundit, cùm plinius Ericuſam diverſam faciat, eamque inter Corcyram & paxas locet: quas paxas recentiores a Corcyra duplo, hoc eſt, 10. mill. paſſ. diſtare ſcribunt.

¶ paxæ, inſulæ duæ maris Jonii, quarum major Ericuſa etiam dicta fuit, nunc *Paxu*, minor autem paxus etiam, hodie *Antipaxu* dicitur. Subſunt etiamnum Venetis, a quibus pargenſibus Epirotis conceſſæ, ut in iis armenta ſua nutrirent; pendentque à Corcyræo Prætore.

paxos, inſula parva maris Jonii, inter Ithacam & Echinades, potiùs ſcopulus, habitatoribus carens.

peapolis eadem urbs eſt, quæ Herbipolis, teſte Ire- Scrip.
nico, & Abbate Spanheymenſe, urbs epiſcop. Franco- Germ.
niæ. Vide Herbipolis.

¶ pebilium, ſeu pebliſium, *Pebils*, oppidum Scotiæ meridionalis, in Tuvedalia prov. & ad Tuvedam fluv. 15. mill. Scoticis diſtat ab Edimburgo in meridiem: Carleolum versùs 30. circiter.

¶ peccaja, *Pecais*, oppidum Galliæ, in Occitania, cum arce munita ad tutelam Salinarum, propè oſtia Rhodani fluvii. Una leuca diſtat ab Aquis mortuis in ortum, & totidem ab ora maris Mediterranei in Boream, Nemauſum versùs 6. leucis.

pecentinum, ſeu ex alio codice percentium, *Peka-*
ricz, teſte Lazio, oppidum pannoniæ ſuperioris, inter Ant.
Siſciam ad occaſum, & Cibalim ad ortum 82. mill. paſſ. ex Antonino.

¶ pechinenſis provincia, *Peking*, ſeu etiam *Pecheli*, una ex 15. partibus Imperii Sinarum, & inter ipſas primum locum obtinens propter pechinum urbem ejus præcipuam, *PeKing*, totius Imperii primariam. Terminatur hæc provincia ab oriente Leaotonia provincia, & Gange ſinu, ab occidente Xanſia, à meridie

Xantonia & Honania provinciis, à ſeptentrione autem ſeparatur à Tartaria montibus & muro illo Sinenſi celeberrimo. In ea ſunt octo urbes præcipuæ, nempè pechinum, *peking*, ſeu *Xuntien*, Imperii caput, paotinga, *paoting*, Hochienum, *Hokien*, Chintinga, *Chinting*, Xunta, *Xunta*, Quanpinga, *Quanping*, Taminga, *Taming*, & Junpinga, *Jungping*: ſub quibus ſunt centum & triginta urbes minores; & de his fuſiùs Martinus Martinius.

¶ pechinum, *peking*, ideſt, palatium regium ſeptentrionale, urbs eſt Imperii Sinarum, quæ ab aliis Xuntienum dicitur, *Xuntien*, ideſt, obediens Cœlo. Urbs eſt ampliſſima, & ex præcipuis orbis, pechinenſis provinciæ præcipua, & totius Imperii Sinarum caput ab anno 1404. quo ſedes regia eò translata fuit è Nanquino ab Imperatore Taiſungo. Ferè innumeris referta eſt incolis, quanquam pluries vaſtata & capta fuerit ultimo bello Tartarico. Sed nunc reſtauratur in dies, & pulchrior evadit, ſubeſtque dominio Tartarorum cum toto imperio. Ei ſubſunt viginti ſex urbes minores, ſed in planitie, ad radices montium, cum ſuperbiſſimo palatio Imperatorum. Diſtat 100. mil. paſſ. in meridiem ab illo muro Sinenſi, & 70. tantùm à ſinu Gange in occaſ. eſtq; in parte ſeptentrionali totius Imperii, teſte Martinio.

Steph. peda, (non pedana, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) pedum Livio, oppidum fuit Latii, cujus populi pedani plinio & plutarcho, & regio pedana Horatio, quæ adhuc nomen retinet, non longè ab urbe Roma, teſte porphyrio; licèt Cruquius illam inter Tybur & præneſte locet. Titus Livius ſcribit pedanos cum Aricinis, Lavinienſibus, & Veliternis civitate donatos. Horat. libro primo Epiſt. 4.

Ptol. *Quid nunc te dicam facere in regione pedana?*

* pedæus, *pedeo* etiam hodie, fluvius Cypri, in ora orientali, inter pedalium promontorium & Salaminam urbem exciſam. (* in Seldeni manuſcripto *Pedinas*.)

Ptol. pedalium, (quod tamen in Græco codice deſideratur) pedaſium Straboni, *Capo di Griego*, promontorium Cypri, in ora ad ortum, Ammochoſto urbi proximum, à Clidibus 680. ſtadiis, teſte Strabone, diſtans.

Strab. pedaſa, pedaſus plinio, quæ et pegaſa Stephano, oppidum Cariæ mediterraneum, à Cyro pytharcho Duci elargitum, teſte Athenæo.

Strab. pedaſium. Vide pedalium. Sic, ut videtur, errore ſcriptorum legitur.

pedaſus. Vide Methone.

¶ pedemontium, *piemonte*, Gallis *piemont*, pars Italiæ, aliàs Gallia Subalpina dicta. Nunc ſubeſt Duci Sabaudiæ, et principatus titulo inſignitur. Regio eſt ampla, inter Ducatus Mediolanenſem, et Montisferrati ad ortum, Valleſiam ad Boream, Genuenſem ditionem et Comitatum Niceæ ad auſtrum, et Sabaudiam & Delphinatum ad occaſum: à quibus ſeparatur Alpibus Cottiis, et Graiis. A pado fluvio bifariam ſcinditur; & ejus partes, ſeu tractus ſunt pedemontium proprium, ſeu ſtrictè ſumptum, *le piemont*, Ducatus Auguſtanus, *le Duchè de Aouſte*, Marchionatus Seguſinus, *le Marquiſat de Suſe*, Marchionatus Eporediæ, *le Marquiſat d'Jurèe*, Marchionatus Salutiarum, *le Marquiſat de Saluſſe*, Marchionatus Cevæ, *le Marquiſat de Ceva*, Comitatus Aſtenſis, *le Comtè d' Aſte*, et dominium Vercellenſe, *le Segneurie de Verceil*: quibus nunc additur à quibuſdam Canavenſis tractus, *le Canaveſe*, et pars Montisferrati, quæ conceſſa fuit Sabaudiæ, pace Claraſci. Totius regionis caput eſt Auguſta Taurinorum, *Turin*, ubi etiam ſedes Ducis Sabaudiæ. De urbibus autem pedemontii vide in voce Gallia Subalpina.

¶ pedemontium autem ſtrictè ſumptum continet tantùm territoria Taurini, Cariniani, Foſſani, Montis Regalis, Cunei, Saviliani, et Claraſci; extenditurque à ſeptentrione in meridiem.

Cic. * pedentiſſum oppidum erat Ciliciæ præmunitum, à Cicerone expugnatum. Populi pedentiſſæ. Horum meminit Cicero in epiſt. familiar. (* Idem forſan cum, et corruptè, pro pindeniſſus. Vide ibi.)

pediadis, regio Bactrianæ, per quam Oxus fluvius decurrit.

Plin. peduli, pedicli Straboni, populi Apuliæ, inter peucetios et Salentinos, circa Brundiſium, ubi Oſtunium, *Oſtuni*, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Brundiſino, inde 24. mill. paſſ. Monopolim versùs 20.

pedili plinio ſunt populi ad cavum Alpium incolentes.

¶ pedira, *pedir*, urbs Indiæ, in parte Boreali Sumatræ inſulæ, vix 50. mill. paſſ. ab Acemo in ortum pacemum versùs. Portu gaudet ſatis capaci, ſubeſtque Regi Acemi cum regno cognomine.

pedna, inſula parva maris Ægæi, circa Lesbum, Plin. veluti ſcopulus illam circumſtans.

pedneliſſus, petneliſſus Straboni, pindeniſſus Ciceroni, plantaniſtum plinio, urbs pamphyliæ mediterranea, Ptol. in piſidia, inter Selgam et Cremnam, epiſcopalis cum ſtaret ſub Archiepiſcopo pergenſi. Liv.

pedo, aliis pedum, & aliis peda, oppidum fuit Latii, in pedana regione, propè Romam, et Tybur. Populi pedani, Livio municipes. Stephanus pedanos reponit in Auſonia. Ptol.

pegæ, pagæ plinio, *Luig Oſtri*, teſte Moletio, urbs epiſcopalis Achajæ, in Megaride, apud Iſthmum, ſub Archiepiſcopo Athenienſi, nunc metropolis, *pago*. Vide pagæ, utroque enim modo legitur.

¶ pegæ ſeu pagæ, urbs Achajæ, in Megaride, nunc *Livadoſta* dicitur, teſte Brietio; eſtque in ora littorali ſinus Corinthiaci, 25. mill. paſſ. à Megara in occaſum diſtans.

pegaſa. Vide pagaſæ. Sic pegaſeus. Vide pagaſeus.

pegaſium ſtagnum, à pegaſi ungula, ut poetæ fingunt, Pli. circa Epheſum in Jonia procreatum, ſicuti et Hippocrene. Hinc pegaſis patronym. Ovidius in epiſtola 5.

pegaſis Oenone phrygiis celeberrima ſylvis.

¶ peguanum regnum, *le royaume de pegu*, regnum Aſiæ, in India extra Gangem. Aliàs fuit ampliſſimum, et ab eo pendebant viginti ſex regna, nempè Abdiara, Arracanum, Ava, Bacaium, Brama, Cablanum, Canaranum, Caorium, Caſſubum, Cacomæum, Comotæum, Jangoma, Largaræum, Mandranella, Manarium, Marſinum, Moantæum, Pronum, Tanguum, Tazatæum, Tavæum, Tincum, Tipoura, Totæum, Tranſiana, et Vilepum, cum peguano regno. Nunc valdè imminutum fuit, et pluries deſtructum à Regibus Arracani, Bramæ, et Tangui. Nunc continet tantùm peguanum regnum proprium cum uno aut altero adjacente; eſtque inter Tunchinum regnum ad ortum et Arracanum ad occaſum. Ejus primaria urbs eſt peguum.

* peguntium, piguntiæ plinio, *Almiſſa*, teſte Nigro, urbs Illyrici maritima, in ora Dalmatiæ, inter Salonas ad occaſum, & Epidaurum ad ortum, a Salonis 33. mill. paſſ. epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, cui nunc ſedes copulata eſt, inde 20. mill. in ortum. (* In manuſcripto Seldeni Pigountion.)

¶ Peguntium, *Almiſſa*, urbs eſt Dalmatiæ, in ora maris Adriatici, ex adverſo Bratiæ inſulæ, a qua vix 5. mill. paſſ. diſtat, & 20. a Salonis in ortum, Naronam versùs 55. circiter; ſubeſtque dominio Turcarum.

¶ peguum, *Pegu*, urbs Indiæ extra Gangem, ex præcipuis illarum partium, emporiumque celebre, aliàs Imperii magni nominis caput, nunc etiam regni Peguani primaria, & ſedes regia. Duplex eſt, nempè vetus & nova, cum palatio ſuperbiſſimo Regum ad fluvium cognominem, 80. mill. paſſ. diſtat ab ora ſinus Gangetici in Boream, & 160. ab Arracano in ortum. Dicitur etiam *Onxa* a quibuſdam.

¶ peibus lacus, qui aliter peibas dicitur, partim & ad ortum eſt in Moſcovia, partim autem ad occaſum eſt in Livonia, ſub Svecis. Sunt in eo aliquot inſulæ, & per fluvium *Puddes* in ſinum Finnicum ſe exonerat. Ejus autem circuitus eſt 120. mill. paſſ. circiter.

¶ peiſida fluvius, *Peiſida reca*, flu. amplus Tartariæ Moſcoviticæ, in Aſia, trans Obium. In Oceanum Tartaricum ſe exonerat, teſte Iſaaco Maſſa. Ejus fontes non bene noti ſunt, cùm tractus ille detectus ſit tantùm hiſce ultimis temporibus a Samojedis magno Duci Moſcoviæ ſubditis; eſtque pars Tartariæ deſertæ.

peiſo, *Neuſidler*, lacus pannoniæ ſuperioris, in Hungariæ & Auſtriæ confinio, inter Vienam & Sabariam Plin. apud Sopronium, *Ferteu* Hungaris, teſte Lazio.

¶ Pejum, Toliſtobogiorum in Galatia caſtellum, teſte Strabone.

pelagia apud Avienum inſula eſt Hiſpaniæ, in qua herbæ multæ naſcuntur: de qua dubitat Ortelius an ſit eadem cum Scombraria.

pelagiæ, *Conigliere*, teſte Nigro, inſulæ quinque inter Siciliam & Africam, Tarichiæ, vel Phœnicorum Pro inſulæ, teſte Strabone. Liv

pelagonia, quæ & Tripolitis, a tribus urbibus, teſte Pli Strabone, regio Macedoniæ, ubi pelagonia urbs Livio. Pro

Popu-

Populi Pelagones Plinio, Straboni, Livio, & Ptolemæo, qui & Pæones Straboni. Hic miror Stephanum Pelagoniam regionem Siciliæ facere, frequenter etiam in aliis errantem.

¶ pelamydium, ſuburbium Conſtantinopolitanum, teſte Cedreno.

Pelaſgi, populi Græciæ in genere per varias regiones
rab. diſperſi, qui Pelaſgi, quaſi vagabundi uti ciconiæ, teſte
in. Strabone, dicuntur, à pelaſgo Iovis & Lariſſæ filio di-
al. cti: qui primi Latium litteras docuiſſe feruntur. Ovidius lib. 2. de arte amandi:

Hac tibi non hominem, ſed quercus crede Pelaſgos.

Hinc pelaſgia regio, quæ & Pelaſgis. Pelaſgi quondam multarum terrarum poſſeſſores fuere, teſte Strabone; nam Ioniam ad mare, Chium, Lemnum, Imbrum, partem Theſsaliæ iuxta Lariſſam, & Cretæ, Achaiam, & Æoliam in Aſia incoluere. Tandem in parvam Græciæ partem ſe receperunt. Vnde adagium hoc emerſit *pelaſgi olim, poſtea Danaide*, in eos, qui ex magna in tenuem fortunam devenerunt. Pelaſgi quoque, cum in Attica prius habitarent, ab Athenienſibus ſedibus pulſi, Lemnum inſulam incoluere: ſed iniuriæ memores, in Atticam, quo tempore mulieres Athenienſes ſacra extra urbem Minervæ facerent, venientes, illas ex inſidiis exſilientes rapuerunt, navigiſque impoſitas in Lemnum deduxerunt, ac ex illis tanquam ex concubinis liberos plures ſuſceperunt; quos matres ita more Attico educarunt, ut adulti aliis Pelaſgorum liberis aut puellis non commiſcerentur; ſed & ſi ab aliquo pulſari eos contigiſſet, iniuriam concorditer propulſabant. Quod cum pelaſgi vidiſſent, illos cum matribus ex improviſo omnes ad unum interemerunt. Ex quo orbitate, ſterilitate, peſtilentia, aliiſque cladibus afflictis, adagio locus factus eſt *Lemnium malum* de quovis malo ingenti & miſerando, ut Herodotus in Eratone auctor eſt. Tot igitur malis perculſi Delphicum oraculum conſuluere, quonam modo ab his malis liberarentur; quibus reſponſum fuit ut Athenienſibus ſatisfacerent. Cumque Athenienſes ſibi ſatisfactum iri dicerent, ſi Lemno ſecederent; illi ſe tunc Lemnum relicturos reſpondebant, cum eo uno die vento Boreali Athenienſes adnavigaſſent. Quod cum nulla ratione fieri poſſet, Miltiades Athenienſium Dux colonia in Cherroneſum deducta, inde tanquam domo ſua uno die flante Borea Le-
in. mnum pervenit; ſicque artem arte deludens, pelaſgos Lemno decedere coegit.

pelaſgicum Argos, quæ & Æmonia, regio Theſſa-
al. liæ, pelaſgis Herodoto, pelaſgia Diodoro.

pelaſgicus ſinus, pagaſicus plinio, pagaſiticus Straboni, pagaſæus Melæ à pagaſa urbe, Iolciacus ab Iolco Ovidio, Demetriacus Livio a Demetriade urbe, Macedo-
il. nicus Oroſio, *Golfo dell' Armiro*, *& Golfo del Vollo* vulgò.
ab. pelaſgiotæ, populi Theſsaliæ, apud peneum fluvium, & Olympum montem incolentes, perrhæbis finitimi, inter oſtia penei & Magneſiam promontorium: quorum urbes Æantium, & Iolcos.

¶ pelaſgiotæ populi fuere Theſsaliæ, quorum provincia pelaſgiotis dicta fuit; eratque inter pieriam ab Boream, & Theſsaliotidem ad meridiem, uti & Magneſiam ad ortum, versùs peneum fluvium. Vrbes fuere Lariſsa, Scotuſa, Gonnus, & Atrax.

pele, oppidum geminum Theſsaliæ: unum ab Eurypylo, alterum ab Achille conditum. Sed neutrum exſtat.

¶ pelecus, Libyæ urbs, teſte Stephano.

n. pelendones, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtel-
l. la veteri, quorum regio ſeu tractus inter Burgos, Calagurim, & Turiaſonem, ubi *Sierra de Gogollas*, *& Sierra piguera*, teſte Floriano, et oppida *Salas Lara*, *S. Pedro d' Arlanza*, *Aguilar del Campo*, *&* Binoeſa.

¶ pelendones aliis fuere inter Calagurrim ad Boream, et Numantiam ad auſtrum, ſeu inter Vaſcones, et Arevacos. Eorum autem urbes fuere Auguſtobriga, Savia, et Numantia; quanquam hæc ultima aliis ſub Arevacis. Eorum tractus eſt nunc pars Caſtellæ veteris, versùs fontes Durii et limites Aragoniæ, propè montem Caunum.

peleſtini, populi Vmbriæ, inter Eugubium et Tifer-
n. num, quorum locus *pleſteia* adhuc nominatur, teſte Roberto Vitio: ubi publicum oppidum, *piobico*, intra montes, Comitatus, à Gaſtro Durantis 7. mill. paſs. à Tiferno Tiberino 12.

ab. pelethronium, mons Theſsaliæ, apud pelium montem,
h. cum oppido cognomine. Populi pelethronii, qui et Lapithæ. Ovidio lib. 12. Metamorphoſeon:

Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto.

Hi primùm equos domuiſſe feruntur. Virgilius libro 3. Georgicorum:

Frena pelethronii Lapithæ, gyroſque dedere.

Pelethronia vallis ad montis pelii radices ſita eſt. In ea Æſculapius draconem pellæum (de quo Lucianus in pſeudomante) educaſſe fertur, pauſania referente: ad quem draconem accedebant ad oraculum euntes, ut reſponſa haberent.

Pelia, *paglia*, fluvius Hetruriæ ex monte Tuniato Apud Aquulam oppidum fluens, & infra Oropitum urbem in Tiberim, Glani accepto, influens.

¶ peliala, Moſopotamiæ urbs, teſte ptolemæo.

¶ pelias inſula eſt circa Drepanum Siciliæ urbem, teſte Zonara, quam nunc *Bolonbana di Trapani* vocari tradit Wolſius.

peligni, populi Italiæ, in Aprutio, Veſtinis & Marrucinis Plin.
finitimi: quorum urbs Sulmo, & regio nunc *Valva*, & Strb.
populi Valvenſes; unde Epiſcopus Sulmonenſis etiam Val- & al.
venſis appellatur. De quibus Ovid. libro 4. de ponto, eleg. 14.

Gens mea peligni, regioque domeſtica Sulmo.

pelliuæum oppidum erat Macedoniæ, in finibus Athamanum, Limnææ oppido proximum, à Marco Acilio Liv.
Conſule ablatum Philippo Regi, teſte Livio lib. 6. Decadis 4.

Pelios, pelius, & pelion, mons Theſſaliæ, Oſſæ &
Olympo attiguus, ubi pelium nemus apud Quintilianum, Plin.
hodie *petras*, teſte Joanne Tzetza. Eius meminit Vir- Mel.
gil. lib. 1. Georgicorum: Sol.

Ter ſunt conati imponere pelion Oſſæ, & al.

Hinc peliacus nomen gentis. Ovidius libro 1. faſtor.

Summaque peliacus ſydera tangat apex.

pinis & quercubus ac ornis vertex abundat apud Vib. Sequeſtrem:

Quantùm peliacas in vertice vicerat ornos.

Pelion montem Dicearchus Siculus Ariſtotelis auditor cæteris Theſſaliæ montibus altiorem 1250. paſſibus ratione perpendiculi invenit, teſte plinio lib. 2. cap. 65. quam tamen ſententiam non probat.

pelium, oppidum Macedoniæ, in finibus Daſſaretum, à Romanis captum, teſte Livio lib. 1. Decadis 4.

pelius, mons Thuſciæ, apud montem Tuniatum, ex quo pelia fluvius.

pella, *Ieniza* Nicolao Sophiano, colonia, & urbs Macedoniæ, in Emathia, inter Berrhœam & Lariſſam, natalibus Philippi & Alexandri magni clara, inter Ædeſſam ad occaſum, & Theſſalonicam ad ortum, 28. mill. paſſ. à pydna 2. caſtris, ab Amphipoli 4. teſte Livio. De ea Lucanus lib. 10.

Exigue ſecura fuit provincia pella.

Hinc pellæus, a, um, apud Iuvenalem ſatyra 10.

Vnus pellæo juveni non ſufficit orbis.

pella Bunomos quondam, & Bunomea Herodoto di- Strab.
cta. Plin.

¶ pella, urbs Macedoniæ, in Bœotiæ tractu. Hodie Ptol.
Zuchria dicitur, Nigro teſte; eſtque etiamnum ampla, vix 12. mill. paſſ. ab ora Thermaici ſinus in occaſum, Ædeſſam versùs 28. uti à Theſſalonica in Africum, 35. a pydna in Boream; eſtque inter oſtia Erigonis & Ludiæ fluviorum. Nunc dicitur à Græcis *ſa Paratiſia*, hoc eſt, parva palaſia: & eſt locus ſub ditione Berenſium, ubi quotidie marmora & regiarum ædium fundamenta effodiuntur, ubi incolæ Regiam Philippi & Alexandri fuiſſe credunt. *Jenizza* autem, ſeu melius *Ianizza*, eſt novum oppidum, à Turcis primùm excitatum, diſtans octo horarum itinere a Beræa, & Turcarum lingua idem ſignificat quod civitas nova, teſte Critopulo.

Pella altera, urbs palæſtinæ, in Cœleſyria & regione
Decapolitana, trans Iordanem fluvium, adhuc nomen re- Plin.
tinens antiquum, olim epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, proxima Geraſæ. Pella item in Theſſalia, & quarta in Achaia, teſte Stephano, qui primam a pella conditore dictam ſcribit.

pellæus, pagus Babyloniæ, ſeu Chaldææ, apud Characem oppidum, & oſtia Tigridis, & Teredonem urbem.

pellana, pallena Diodoro, Pellene polybio, quæ & Tripolis oppidum Laconicæ, in peloponneſo, in Arcadiæ confinio à Plinio in ipſa Arcadia, ubi pellanius fons.

Pellena, fluviolus Galliæ Togatæ, in terriorio Ravennate, ubi olim Vivarienſe cænobium, teſte Hierony- Plin.
mo Rubeo. paus.

Steph. Plin. pellenæus, pellinæus Straboni, mons Chii inſulæ, in quo vinum provenit generoſum, inter alia vina non obſcurum.

pellene, pellina Stephano, *Taracha*, & *Tachara* aliis, Strab. incolis *Diacopton*, teſte Nigro, & aliis *Tarſo*, oppidum Plin. Achaiæ, in peloponneſo, à ſinu Corinthiaco 60. ſtadiis Ptol. in auſtrum recedens, inter phliuntem & Buram.Pellina quoque Livio, pelinna Stephano, oppidum fuit Theſſaliæ. Pellenicæ lanæ olim nobiles, ex quibus lacernæ fiebant, quæ in ludis, & certaminibus Iunoniis victoribus loco præmii dabantur, auctore Iulio polliodoro: unde proverbialiter *Tunica pellenica* ſeu *pellenæa* apud Suidam dicitur de ſplendida veſte.

¶ pellidi populi fuere Sardiniæ, teſte Livio.

Strab. Ptol. pelodes, *pagania*, teſte Moletio, portus Epiri, ſic, quod cænoſus ſit, appellatus, inter Buthrotum urbem & Thyamim portum.

¶ pelon, locus epiſcopalis Syriæ ſub Archiepiſcopo Scythopoli, teſte Guillelmo Tyrio.

pelope, teſte Stephano, pagus Lydiæ, in phrygiæ confinio.

Pauſ. pelopis, inſula parva, ſeu ſcopulus Argiæ regionis peloponneſi, ante Methanam oppidum.

Strab. Plin. & al. peloponneſus, quaſi pelopis inſula, ſic à pelope Rege nominata, *la Morea*, peninſula maxima Græciæ olim Apia, & pelaſgia, plinio teſte, dicta, & Argos Achaicum Straboni, longa lataque 175. mill. paſſ. ambitu 550. mill. à Sicilia 450. in ortum recedens, Iſthmo anguſto Achaiæ ſeu Græciæ iuncta, in plures diviſa regiones, quarum præcipuæ Achaia, Elis, Meſſenia, Laconica & Argia, & quæ porsùs mediterranea eſt Arcadia. Vrbes olim claræ Meſſene, Corinthus, Tegea, Lacedæmon, & Argos: nunc clarent Methone, patræ, Nauplia, & Lacedæmon. In Theſ. Ling. Lat. regio Achaiæ dicitur, cum apud ptolemæum & alios diverſæ ſint. In peloponneſo, apud Mantinæam urbem, Epaminondas Thebanus, cum Lacedæmonios viciſſet, ipſe haſta transfixus & moribundus, an clypeus ſuus ſalvus eſſet & hoſtes fuſi interrogavit; ac ubi hoſtes fuſos & clypeum ſalvatum accepiſſet, haſtam iuſſit è corpore extrahi, ſicque mortem lætabundus oppetiit, Pauſania teſte. Hæc unà cum ponto à Maumethe Turcarum Imperatore capta eſt.

¶ Peloponneſus, nunc *la Morèe* Gallis, regio & peninſula eſt Græciæ, ampla, cujus latitudo a ſeptentrione in meridiem eſt 150. mill. paſſ. nempè a Corintho ad Tenarium promontorium; latitudo autem eſt 175. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, ſeu a Scyllæo promontorio ad Chelo. niatem. Diſtat autem 380. mill.paſſ. a Sicilia inſ. in ortum; & 70. a parte occidenrali Cretæ inſulæ in Circium. Eius partes fuere aliàs octo, nempè Achaja propria, Arcadia, Argia, Corinthia, Elis, Laconia, Meſſenia, & Sicyonia: quæ omnes erant versùs oram littoralem, excepta Arcadia, quæ erat in mediterraneis. Nunc ejus partes ſunt quatuor, nempè Ducatus Clarenciæ, *le Duchè de Clarence*, ubi aliàs Achaia propria, Sicyon,& Corinthus Belvedera, *Belvedère*, olim Elis & Meſſenia, Saccania,*la Saccanie*, ſeu Romania minor, olim Argia, & Tzaconia, *la Tzaconia*, ubi Laconia & Arcadia; ſubeſtque tota dominio Turcarum jam a 200. annis, & tempore Mahumetis II. Tzaconia autem dicitur aliter Mainotarum tractus, *le bras de Maino*, ubi Mainotæ populi ſui ferè juris ſub clientela Turcarum.

(*Peloponneſi urbes præcipuæ*:

Argos, Argo.
Corinthus, Coranto, & Corto,
Corone, Coron,
Dyme, Clarence,
Elis, Belvedere.
Epidaurus Lymera, Malvaſia,
Leuctrum, Mayna.
Megalopolis, Leontari,
Meſſene, Moſſeniga.
Methone, Modon,
Nauplia, Napoli de Romanie,
Patræ, patras.
Pylus, Navarin.
Sicyon, Baſilica. *In ruinis jacet*.
Sparta, Miſitra.)

pelorus, pelorum Straboni, *Capo della torre del Faro* Caſtaldo & aliis, promontorium Siciliæ, Italiæ obverſum, unum ex tribus præcipuis promontoriis, a pachyno 162. & a Lilybæo 170. mill. paſſ. in Boream, a Meſſana urbe 12. Falacrium promontorium versùs 18, ſic ab Hannibalis Chartaginenſis gubernatore ibi ſepulto nominatum, teſte Mela. De eo Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon:

Evincitque fretum, Siculique anguſta Pelori.

Virgilius lib. 3. Æneidos:

Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.

¶ pelorus, ſeu & pelorum promontorium, nunc *Capo di Faro*, in ora orientali Siciliæ, ubi incipit ora Borealis, ex adverſo Calabriæ, à qua vix 6. mill. paſſ. diſtat in occaſum, uti 10. à Meſſana in Boream; eſtque in valle Nemorenſi. Et impoſita turris ſpeculatrix, ſeu pelori dicta. Diſtat à pachyno promontorio 140. mill. paſſ. in Boream.

peltæ, Pelti ſeu *Felti* nunc, teſte Joanne Leunclavio, Ptol. urbs phrygiæ magnæ, epiſcopalis ſub Archiep. Leodiceno, à Celænis 540. ſtadiis, teſte Xenophonte, inter Xen. Apamiam, ſeu Cibothum, & philomelium. Populi peltеni plinio, & ptolemæo, ſed in Lycaonia. (* in Seldeni manuſcripto *Zpltinoi*.) Strab.

pelus, (Vide pelius) mons, *Pelia*, teſte Ortelio, ſed fallitur; pelia enim fluvius eſt, non mons, qui vulgò *Paglia* dicitur. Vide ibi. Eſt & pelus Stephano inſula juxta Chium.

peluſium, *Belbais*, teſte Guillelmo Tyrio, ſeu *Belbes*, Strab. (non *Damiata*, ut plerique indigitant cum Theſ. Linguæ Plin. Latinæ, cùm *Damiata* ſit Thamiatis apud veteres) urbs Ptol. Ægypti Archiep. ſub patriarcha Alexandrino, apud peluſiacum oſtium Nili orientale, à monte Caſio 37. mill. paſſ. in auſtrum, Memphim versùs 250. ab Alexandria 209. in ortum. Hanc urbem locat Dionyſius Afer apud montem Caſium, ubi ait:

Poſt urbs ſub Caſio Peluſi vergit ad ortus.

populi peluſiotæ plinio & aliis.

¶ peluſium vulgò vicus *Belbais* nunc dicitur, teſtibus Tyrio, Nigro, & aliis; & ex ejus ruinis crevit Damiata urbs ei ferè adjacens, in adverſa ripa Nili peluſiaci; ſicque ſæpe Damiata pro peluſio ſumitur, & eſt prope oram littoralem maris mediterranei, centum quinquaginta milliaribus ab Alexandria in ortum, uti 120. à Memphi in Cæciam. Subeſt autem dominio Turcarum cum tota regione. Hanc olim quoque Æliopolim ab Ælio principe, qui eam triplici muro cinxerat, dictam ſcribit Sabellicus.

peluſiacum, oſtium Nili orientalius cæteris, *Carabes* teſte Tyrio, inter pharamiam & Taphium oppida excifa, ſic à peluſio urbe vicina, à qua peluſiacus nomen gentis. Virg. lib. 1. Georgic.

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Inde etiam peluſius nomen gentis. Lucanus lib. 8.

In vada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.

Martialis lib. 13. epigrammate 5.

Accipe Niliacam, peluſia munera, lentem.

¶ pelyſia, *pelyſz*, oppidum Hungariæ, Comitatus pelyſienſis caput, ſub dominio Turcarum, 15. mill. paſſ. diſtat à Vaccia in Africum, Albam Regalem versùs 26. & 20. à Buda in occaſum.

¶ pelyſienſis Comitatus, *Comtè de pelyſz*, provincia eſt regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum, inter Danubium fluvium ad ortum, Comitatum Albenſem ad occaſum, & Comitatum Strigonienſem ad Boream extenditurque versùs Budam.

¶ pempte urbs fuit Aegypti, teſte Stephano.

¶ penbrochienſis Comitatus, *penbrockshire*, provincia Angliæ, in Vvallia meridionali, cum urbe primaria cognomine versùs Octopitarum promontorium & oram maris Verginii, ubi aliàs Demetæ populi, & juxta Cardiganiam & Maridunenſem provincias, à quibus terminatur ad ortum.

¶ penbrochium, *penbrock*, urbs Angliæ, in Vvallia meridionali, Comitatus cognominis caput, cum caſtro, & portu. Paucis tantùm milliaribus diſtat à mari Hibernico, & vix 4. à portu *Milfordhaven* dicto. Vix 4. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Verginii, uti 22. ab Octopitarum promontorio in Eurum.

¶ penda, *penda*, inſula Africæ, in Oceano Aethiopico & in ora Zanguebaris regionis, contra Mombaciam urbem & Melindam, media ferè inter Magadoxam ad Boream & Quiloam ad meridiem.

¶ pendenium, *pendenis*, caſtrum munitum Angliæ, in Cornubia provincia, juxta Volemuthum portum, in ora maris Britannici, in colle; & vix 13. mill. paſſ. diſtat à Damnonio promontorio in Cæciam, 28. autem ab Antiveſtæo promontorio in ortum.

penejus, *Igliaco*, teſte Nigro, fluvius Elidis, in pelopon-

neſo, in mare Ionium labens inter Araxum & Chelonatem promontoria.

Peneus, *Salampria*, teſte Sophiano, *pezin* Theveto, & aliis *Aſababa*, fluvius Theſſaliæ, à Poetis maximè celebratus, omnia penè flumina regionis excipiens, in iis Salambriam, (à quo nunc amiſſo nomine nominatur) Enipeum, & Sperchium, ex Pindo monte oriens, & per Tempe in ſinum Pagaſicum influens. De quo Ovid. lib. 4. Metamorph.

Sylva: vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo.
Effuſus Pindo.

Hinc Peneius nomen gentis. Virgilius libro 4. Georgicorum:

Paſtor Ariſtæus fugiens peneia Tempe.

Apud Peneum Poetæ Daphnem in laurum converſam fabulantur: unde ipſa Peneia, tam Daphne, quàm laurus cognominatur.

¶ Peneus fluvius, hodie *Salampria*, recipit fluvios Ion, Pamiſſum, Phœnicem, Curalium, & Apidanum; deinde Lariſſam rigans, 40. mill. paſſ. infra ad ortum inter Olympum, & Oſſam montes propè Theſſalicam Tempe in ſinum Thermaicum ſe exonerat.

¶ Pengabum, *pengab*, id eſt, quinque aquæ regnum Indiæ propriæ, ſub dominio Magni Mogolis. Dicitur aliter Lahoria, & à quinque fluviis irrigatur. Terminatur à ſeptentrione Caſſimeriæ regno, à meridie Jenuparia, & ab occaſu Multano; & ejus præcipua urbs eſt Lahorium.

Penica, *Penigk*, urbs Miſniæ, ab Anneberga 3. leucis Lipſiam versùs, quot à Chemnitio diſtans. De ea in libro 6. Itinerarii:

-*& nobile textu*
Chemnicium, & notum penica pandit iter.

peninſula, *la baſſe Bretagne*, pars Galliæ Celticæ extrema ad occaſum & Boream; eſt & oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Cherſoneſus Straboni, in ora regni Valentini, in confinio Catalauniæ, vulgò *peniſcla*, inter Dertuſam urbem ad Boream, & Caſtellanorum oppidum in auſtrum 6. leucis Valentiam versùs.

Peninſulæ apud veteres clariores & maiores:

Aurea Cherſoneſus, *Sumatra*, Indiæ ulterioris effecta inſula.

Aurea Cherſoneſus à quibuſdam dicitur *Sumatra*, inſula Indiæ ultra Gangem, cum peninſula Indiæ ultra Gangem. Sed revera eſt tantùm ipſa peninſula Indiæ ulterioris, quæ aliter peninſula Malucenſis dicitur; extenditurque ab Odiaa, ſeu Judia urbe primaria regni Siami Malaccam uſque à ſeptentrione in meridiem.

Cimbrica, Holſatia & Jutia nunc, (*le Iutlandt*.)

peloponneſus, Græciæ, *la Morea*, omnium maxima.

Taurica, *Gazaria, & Tartaria minore* Sarmatiæ.

Thraciæ, in qua Callipolis & Seſtos.

penne, *Neufville* ſeu *Villeneuf*, teſte Simlero, oppidum Galliæ Narbonenſis, ad lacum Lemanum, in itinere inter Auguſtam prætoriam & Auguſtam Rauricorum occurrens. (20. *mill. paſſ. diſtat à Seduno in circium Lauſonium versùs*.)

penninus, *Mont Saint Bernard* Simlero, mons Alpium pœninarum, per quem Hannibal exercitum in Italiam trajecit.

¶ penninus mons pars eſt Alpium, quæ ab eo penninæ dictæ ſunt, vulgò *le grand S. Bernard* dicitur; eſtque inter Sedunum ad Boream, & Auguſtam prætoriam ad meridiem.

pennocrucium, *peneriche*, teſte Camdeno cum poldo oppidum Albionis, in Anglia, inter Viroconium 23. & Etocetum 12. mill. paſſ. in Staffordia regione, ubi nundinæ fiunt equorum, in itinere inter Rutupis portum, & Vallum occurrens. Licèt *peneriche* ſcribant aliqui appellari ex Guillelmo Camdeno, apud illum tamen non ſic, ſed *penckridge* legitur.

pentacomia fuit caſtellum Syriæ Euphratenſis apud procopium. Sed Guillelmo Tyrio eſt epiſcopalis locus ſub Rabba Moabitarum.

pentadactylus, mons Ægypti, ad ſinum Arabicum apud Berenicen urbem, pentadactylum ptolemæo, inter Berenicen, & Bazium promontorium.

Pentagramma, Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptolemæo.

pentapolis, Regio Cyrenaicæ, mari Libyco expoſita, ſic à numero urbium, quæ ſunt in illa appellata. Sunt autem ex ordine Berenice, Arſinoe, ptolemais, Cyrene, & Apollonia. Eſt & pentapolis Oroſio regio palæſtinæ, ad lacum Aſphaltiten, in qua Sodoma, Gomorra & aliæ urbes tactæ de cœlo. Fuit quoque pentapolis urbs Hetruriæ epiſcopalis, Nepitæ, & Sutrio proxima, nunc excisa: locus apud montem Roſulum *Stracca Cappe* nominatur.

¶ pentapolis, Aſiæ minoris regio erat, in qua 5. urbes Doridis, Camiros, Cnidus, Cos, Ialyſus, & Lindus. Vide Scholiaſt. Theocr. ad Idyll. Cæterùm alterius quoq; pentapolis regionis in Italia circa Anconam meminit Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in compendio Hiſtoriarum. Eius civitates ſunt Ariminum, piſaurum, Fanum, Auximum, & Ancona.

pente, fluvium Albionis, in Anglia, ad quem oppidum ſeu pagus *Ithanceſter*. *Beda.*

pentelenſis, mons Atticæ, pentelicus Straboni, & pauſaniæ, apud Hymettum montem, ſic à penthele tribu Athenarum dictus. *Plut.*

¶ penteleum, urbs peloponneſi, teſte plutarcho.

pentelia, mons Arcadiæ, ex quo Ladon fluvius manat.

penthile oppidum fuit Lesbi inſulæ, cuius meminit Stephanus.

pentri, populi Samnii, quorum urbs eſt Bovianum.

¶ pentuma, locus apud montem Soracte in Hetruria, cuius fit mentio apud Gregorium Magnum.

peparethus, inſula maris Ægæi, Macedoniæ adiacens *Liv.* ab Atho monte 9. mill. paſſ. in auſtrum diſtans ex plinio, variè indigitata; à Nigro *Lemene*, à Caſtaldo *Saraquino* ab aliis *Opula*: cùm nomen antiquum quaſi ſervans *peperi* dicatur. Olivifera. Ovidius lib. 7. Metamorphoſ. *Lycop.*

Et Gyaros, nitidæque ferax Peparethus olivæ.

Oppidum habet eiuſdem nominis; eſtque una Cycladum, teſte Stephano.

¶ peparethus inſula eſt parva Macedoniæ, in mari AEgæo 25. mill. paſſ. diſtans in occaſum ab ora Magneſiæ provinciæ inter Thermaicum ſinum ad Boream, & pelaſgicum ad meridiem, & 90. mill. paſſ. circiter ab Atho monte in auſtrum Eubœam versùs 45. In Tabulis nauticis *Piperi* dicitur.

Peperina, *Qualponea*, teſte Caſtaldo, inſula Indiæ citerioris, peperine quoque libro Conciliorum, urbs Joniæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Epheſino, quæ & Theodoſiopolis vocata fuit. Peperina item urbs Lesbi epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mitylenæo. *Ptol.*

¶ Pephnon, Laconiæ urbs, in peloponneſo, teſte Stephano.

¶ pepuza, phrygiæ urbs, in Aſia minori, teſte Caliſto. Nunc in ruinis jacet.

pepylychnus, Celydnus, ptolemæo alibi, *Salnich* Caſtaldo, *Solnich* aliis, fluvius Macedoniæ, in ora maris Ionii, apud Amantiam. Vide Celydnus.

¶ pequinenſis provincia, *pequin*, una ex 15. partibus Imperii Sinarum versùs Boream, & confinia Tartariæ, cujus caput eſt pequinum. Vide pechinenſis provincia.

¶ pequinum, *Pequin*, urbs Sinarum maxima, & ſedes Imperatoris, in provincia Pequinenſi. Dicitur aliter *Xuntien Fu*; & de ea multa narrat Martinus Martinius in ſuo Atlante Sinico. Vide pechinum.

pera oppidum fuit Theſſaliæ, cujus tractus pera, teſte Stephano, dictus eſt, & nomen gentis peræus.

pera, urbs Thraciæ, propè Conſtantinopolim, quæ Galata etiam dicitur, veriùs ſuburbium Conſtantinopoleos, ubi degunt Latini, & Catholici. *Polyb.* *Liv.*

peræa, regio parva Cariæ maritima, contra Rhodum inſulam. Eſt & tractus agri Corinthiaci, teſte Stephano. Fuit & oppidum AEolidis, Mitylenenſium colonia, inter Adramyttium & Sardes occurrens. Cuius meminit Livius libro 7. decadis 4.

peræbe & peræbus oppidum fuit Theſſaliæ.

¶ Perceiana, Hiſpaniæ urbs circa Emeritam Auguſtam, teſte Antonino.

percote oppidum fuit Troadis cum monte ad oſtia AEſapi fluvii, in ora Myſiæ, à Rege perſarum Themiſtocli Athenienſi in veſtes datum. Meminit Flaccus libro 2. Argonaut

Iam juga Percotis, Pariumque infame fragoſis
Exſuperant.

Hinc percoſius nomen gentis. Idem Flaccus libro 3.

Muneribus primas coniunx percoſia veſtes.

Apud Stephanum etiam percope nominatur.

Percuſa. Vide Pertuſa.

¶ pereaslavia, *pereaslavv*, oppidum amplum poloniæ, in Vcrania, & Volhinia inferiori, & palatinatu Kiovienſi, trans Boryſthenem, ad fluvium *Trubicz*, qui 2. milliaribus Germanicis infra cadit in Boryſthenem. Probè mu- *Ant.*

munitum eſt & cultum, 10. milliariibus Germanicis a Kiovia i· ·urum.

¶ Peregia, *pereczaz*, ſeu etiam *Beretzaz*, urbs eſt Hungariæ ſuperioris, Comitatus Peregenſis caput, vix 5. mill. paſſ. à Tibiſco fluvio diſtans in Boream, 45. a Caſſovia in ortum, uti totidem à Tokæo; & Auſtriacis ſubeſt.

¶ Peregienſis Comitatus *Comptè de pereczaz*, provincia eſt Hungariæ ſuperioris ſeu Borealis, versùs Tibiſcum fluvium, & inter Comitatus Moramaruſienſem ad ortum, Vngenſem ad Boream & Vgoghenſem ad auſtrum, ſub dominio Auſtriacorum.

¶ Pereslavia, *pereslavv*, urbs Moſcoviæ, in Roſtovia provincia, media ferè inter Jeroslaviam ad Boream, & Moſcuam ad auſtrum.

Pereta, inſula parva apud Ravennam urbem, ab ea 12. mill. paſſ. diſtans. Cuius mentio fit in vita S. Romualdi Abbatis, Pereum apud Sigonium.

Perge, & Perga, *pirgi* nunc Sophiano, urbs Pamphyliæ mediterranea, Archiepiſcopalis, apud oſtia Ceſtri fluvii ab eis intus 60. ſtadiis diſtans, ab Attalia urbe 8. mill. in occaſum recedens, penè iacens, ſede archiepiſcopali Attaliam translata, quæ anteà Pergæ cum aliis 14. urbibus ſuberat. Hic erat Dianæ templum, unde illa Pergæa denominata. Illam memorat Dionyſius Afer: Cic. & al.

Coryſcus, pergèque calens, & celſa phaſelis.

De Pergæ templo Dianæ præclariſſimo & antiquiſſimo, loquitur Cicero in 3. Verrem, unde Dianam pergæam cognominatam ſuprà diximus. Hinc nomen gentis Pergæus.

¶ pergæ, *pirgi* ſeu *perge*, hodie urbs Aſiæ minoris, in Pamphylia & in Piſidiæ tractu, 70. ferè mill. paſſ. ab Attalia, & ora maris pamphylii in Boream, versùs Antiochiam piſidiæ 35. iuxta Cataractem fluvium.

Plut. pergama (Vide pergamus) dicuntur mœnia urbis Troiæ, quæ altiſſima fuerunt.

pergamia, locus Cretæ, ubi Lycurgi ſepulchrum. Ptol Pergamum plinio.

pergamum, *Bergamo* in tabulis neotericis, urbs Thraciæ mediterranea, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Traianopolitano, inde in occaſum recedens.

pergamum, pergamus ptolemæo, *pergamo* adhuc, teſte Sophiano, dicta, urbs Troadis ſeu Myſiæ mediterranea, ad Caicum fluvium, patria Galeni, & ubi primus chartæ uſus, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcop. Epheſino poſteà metropolis, inter Adramyttium 55. & Thyatiram 58. mill. paſſ. à Sardibus 60. in Boream (Fuit & Pergamum urbs Lydiæ Xenophonti.) Ea fuit ſedes Regum Attalicorum. Cujus fit mentio in Apocalypſi Divi Ioannis.

pergamus, quæ & pergama numero plurali, arx fuit Ilii ſeu Troiæ urbis, in monte Ida. Virgilius libro 3. Æneidos:

pergama; reliquias Danaum, atque immitis Achel'ei.

pergamus Martiali libro 14. epigrammate 49.

pergamus has miſit, curvo diſtringere ferro.

Statius libro 3. ſylv. carm. 4.

pergame, pinifera multò felicior Ida.

In Theſauro Linguæ Latinæ pergamus patria Galeni cum Troia confunditur, magno errore: nam pergamus, quæ arx Troiæ dicitur, diverſa eſt. Pergami Æſculapium medicinam exercuiſſe, ibique medicinæ officinam poſuiſſe Lucianus in dialogo Icaromenippus tradit. Meminit, & Martialis libro 9. epigrammate 16.

pergameo poſuit dona ſacrata Deo.

pergami erat pavimentum opus Zenodoti præclarum, teſte Vitruvio. Pergamena hinc cartha (quæ ibi primùm inventa traditur) dicta eſt.

¶ pergantium, Liguſtica urbs Stephano, nunc *Bergancon*, ex adverſo Stæchadibus inſulis; huc uſque enim Liguria protendebatur. Hodie eſt oppidulum parvum Clau. cum arce munita in ora littorali provinciæ. Vide Bergantium.

pergus, pergusa Ovidio, percus Firmico, *Lago di Goridan*, teſte Laurentio Anania, lacus Siciliæ, apud Ennam urbem, ubi proſerpina rapta traditur. De quo Ovidius libro 5. Metamorphoſeon:

Haud procul Ætnæis lacus eſt à mænibus altus,
Nomine Perguſa: non illo plura Cayſter.

Vbi alii legunt Ennæis. Claudianus libro 2. de raptu proſerpinæ:

Haud procul inde lacus, pergum dixere Sicani,
panditur.

¶ Periada, urbs in Eubœa inſula, teſte Strabone.

Peribolus, *Rodacinion*, teſte Gyllio, vicus Rhodiorum apud Byzantium ſic appellatus, teſte Dionyſio Byzantino. Dionyſ. Ayza.

peridmetum, Thraciæ oppidum, teſte Laonico.

Perimele, inſula maris Ionii, una Echinadum, aſpectu iucunda, ut Ovidius, qui iuxta illam navigavit, teſtatur lib. 8. Metamorphoſeon, ubi Perimelem nympham Hippodamantis filiam in inſulam converſam deſcribit: Ovid.

Inſula grata mihi, perimelen navita dicit.

Perimula, *patane* Caſtaldo ex levi, ut ſolet, coniectura, urbs aureæ Cherſoneſi. Ex qua ſinus Perimulus Ptolemæo. Ptol.

¶ Perimulicus ſinus, pars Oceani Orientalis ſeu Indici. Nunc *Golfe de Siam* dicitur, teſte Sanſone; eſtque in India extra Gangem, iuxta Auream Cherſoneſum.

perincari, *pelagonga*, urbs Indiæ citerioris.

perinthus, quæ & Heraclea, *pantiro*, & etiam *Heraclea*, teſte Leunclavio, *Heraclia* Sophiano & Nigro, urbs archiepiſcopalis Thraciæ, ad propontidem, inter Byzantium ad Boream 60. & Apros in Notolibycum 48. mill. paſſ. (Vide Heraclea) anno ab urbe condita 153. ædificata. Auctor Theſauri Linguæ Latinæ malè ſcribit Heracleam ab Heraclio Imperatore dici cum ſic priùs diceretur. Hinc perinthius, a, um, adiectium. De ea quidam poeta libro 2. Itinerarii: Plin. Ptol.

Cui latere à dextro validis vallata perinthus
Mœnibus.

¶ perinthus, *Heraclea*, urbs eſt nunc parva, cum portu, in ora propontidis, 60. mill. paſſ. à Byzantio in Africum diſtans, 20. à Rhedeſto in Boream, & 48. ab Apris in ortum, aliàs in Corpialica provincia Thraciæ.

peripolis, peripolium Thucydidi, *Amendolia* vel *Mendolia*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, in finibus Locrenſium, ad Halecem fluvium, in ora Calabriæ ulterioris, mediam inter Leucopetram, & Herculeum promontoria 18. mill. paſſ. apud Bovam urbem, à Rhegio 30. mill. Aliis *pagliopoli* pagus vicinus, loco editiore, ultra Bovam ad 3. mill. paſſ. patria praxitelis. Plin.

¶ perirrheuſa inſula eſt maris Aegæi circa Ioniam, teſte plinio.

periſtacium, *Periſtaſi*, urbs Thraciæ, ad propontidem epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, inter Hexamilium ſeu Lyſimachiam ad auſtrum 10. & Myriophytum ad Arctos 12. mill. paſſ. Lib. Co.

periſterides, inſulæ parvæ maris Ægæi, Joniæ adjacentes, ante Smyrnam, ſic à circumſtando dictæ: ubi Alopece, Carteria, Elæuſa, Bachina, Crommionneſos, & Megale, inſulæ etiam parvæ. Plin.

¶ peritheorium, locus Epiſcopalis ſub ſede Conſtantinopolitana, teſte Curopalate.

permeſſus, Termeſsus Orpheo, fluvius Bœotiæ, ex Helicone monte profluens, & in lacum Copaidem apud Haliartum oppidum influens, Muſis ſacer, *permeſo* adhuc appellatus. De quo propertius libro 2. elegia 8. Str. Pau. &

Nondum etiam Aſcræos norunt mea crimina fontes:
Sed modò Permeſſi flumine lavit amor.

permi, populi Sarmatiæ Europææ; *Biarmi*, quorum regio permia, *Biarmia*, Finlandiæ finitima, inter Finnos & Moſchos, apud Scricfinnos, ad oram Oceani Borealis. La.

¶ permi, populi aliàs Sarmatiæ Europææ, nunc Moſcoviæ: quorum tractus permia hodie, *Permky*, dicitur, inter fluvios Duinam ad occaſum, & Obyum ad ortum, in mediterraneis, inter Condoram provinciam, & Czeremiſſos populos, ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ. Ejus primaria urbs eſt permia magna.

¶ permia, *Permski*, provincia Moſcoviæ. Vide permi.

¶ permia magna, *Permavueliki*, urbs Moſcoviæ, in permia provincia, ad Kamam fluvium, versùs Siberiam tractum, & Czeremiſsos. De ea pauca ſunt dicenda, cùm vix nomine nota ſit.

¶ pernambuci præfectura, *Capitania di Pernambuco* provincia Braſiliæ, in Americæ meridionali, inter præfecturas Tamaracæ ad Boream, et Seregippæ ad auſtrum, antea ſub dominio Holandorum, nunc Luſitaniæ Regi paret. Extenditur versùs oram per ſexaginta milliaria Germanica; ſuntque in ea undecim urbes ſeu oppida. Ejus primaria urbs eſt Olinda, *Olinde*, in ora maris Borealis; totaque antea juris erat Batavorum, ſed à paucis annis recuperata fuit à Luſitanis cum tota regione.

¶ pernambucum, *Pernambuco* Luſitanis, *Fernambourg* Belgis, urbs Americæ meridionalis, in Braſilia, quæ ali-

aliter, & melìus, dicitur Olinda, *Olinda de Pernambuco*. Vide Olinda.

¶ Pernavia, *Pernavv*, urbs munita Sveciæ, in Livonia, & in Eſtonia provincia, cum portu ad oſtium fluvii cognominis 55. mill. paſſ. diſtat à Revalia in meridiem, Rigam versùs 90. circiter, & in ora ſinus Rigenſis. Vrbs eſt Hanzeatica, arcemque habet capacem. Pluries capta & recepta fuit ultimo ſæculo; tandemque à Svecis expugnata anno 1617. ipſis etiamnum ſubeſt.

Perne, oppidum Thraciæ, in ora, contra Thaſum inſulam. Nomen gentile Pernæus. An exſtet hodie incertum eſt.

Perniciacum, ſeu ex aliis codicibus Perticiacum, ſeu etiam Perviacum, Pernacum in tabulis Peutingerianis, *Pervveis*, teſte Simlero, locus Brabantiæ.

¶ Perona, *Perone*, urbs munita Galliæ, in Picardia provincia, ad Somonam fluvium, & intra paludes, 8. leucis diſtat ab Ambiano in ortum, 5. à Cameraco in meridiem, uti 7. ab Atrebato; & fruſtra pluries tentata fuit ab Hiſpanis.

Perouticum, *Verdiſo* Mercatori, oppidum Thraciæ, in ora maris Euxini, inter Thiniam promontorium ad auſtrum, & Apolloniam urbem ad Boream.

Perorſi, Petorſi Stephano, populi Libyæ interioris, gens ingens & populoſa, quorum nomen hodie ignoratur.

Perperene, vicus Phrygiæ, in quo Deæ à Paride judicatæ feruntur.

¶ Perpinianum, *Perpignan*, urbs Galliæ Narbonenſis, aliàs Hiſpaniæ adiecta. Sed ab anno 1642. ab ea revulſa, Francico Imperio ſubeſt. Caput eſt Comitatus Ruſcinonenſis. Dicitur etiam Papirianum quibuſdam, & crevit ex ruinis Ruſcinonis veteris. Vide Papirianum.

Perranthes, mons vel tumulus Epiri, Ambraciæ urbi imminens. *Monte di Larta* nunc dicitur, licèt apud incolas proprium nomen habeat.

Perre, ſeu Perri, urbs erat Syriæ, inter Taurum montem, & Samoſata urbem, à qua 24. mill. paſſ. aberat in occidentem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hieropolitano, teſte Tyrio.

Perrhæbi, populi Macedoniæ, in confinio Theſſaliæ, juxta Peneum fluvium & Olympum montem, apud Pelaſgiotas, ubi perrhæbia oppidum erat Livio. Sunt & perrhæbi plinio populi Ætoliæ: unde pindus perrhæbus dicitur. Horum enim regio attingens pindum montem Aetoliæ, ex parte in Aetolia locatur. Propertius libro 3. elegia 3.

Aut cur Perrhæbi tremuere cacumina Pindi.

¶ Perſacra, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

perſæ, populi Aſiæ, in Perſide, olim Chorſori, teſte plinio, Artæi Herodoto, Achæmenii Stephano & poetis, Elymæi Suidæ, qui Aſiæ Imperium diù uſque ad Alexandrum Magnum poſt Medos tenuere; *Perſiani* noſtratibus, ſub quibus tamen etiam Medi, parthi, & alii populi, qui Regi perſarum parent comprehenduntur. A perſeo Rege nomen habent. De quibus Claudianus de laudibus Stiliconis libro 3.

-ſic Medus ademit
Aſſyrio, medoque tulit moderamina Perſes.

Et alibi:

Perculit, & perſas in regia vulnera miſit.

¶ perſæ, populi Aſiæ, Gallis *les perſes*, quorum regio. Perſia dicitur; eſtque regnum amplum inter mare Caſpium ad Boream, & mare Indicum ad meridiem, ubi aliàs fuit parthorum ſeu perſarum Imperium, cujus partes præcipuę fuęre quinque, nempè Aria ad ortum, Media ad occaſum, parthia ad Boream, perſis ad auſtrum, & Sogdiana, quę maximè ad ſeptentrionem extenſa erat inter Jaxartas & mare Caſpium. Vide perſia.

perſa, oppidum Syriæ, ad Euphratem fluvium, Samoſatis finitimum, teſte Stephano.

perſea, fons Mycenarum, in peloponneſo.

perſepolis, *Siras*, teſte Thoma Minadojo, cum aliis, urbs perſidis ampliſſima & regia, ad Rhogomanem fluvium, à perſeo Rege condita, à Suſis 500. mill. paſſ. in ortum diſtans. Ea ab Alexandro magno Thaidis meretricis perſuaſione deleta fuit. A perſeo, ut ſupra, nominata.

¶ perſepolis nunc *Chilminare* dicitur, id eſt, quadraginta columnæ, quia tot ſuperſunt in ruinis. Eſt inter Sciraſum & Haſpahamum. Pluribus deſcribitur à Thoma Herberto, eſtque in amœniſſima planitie, circiter leucæ intervallo a fluvio *Bradamir*, qui veteribus Araxis. Altitudo, pulchritudo, & firmitas harum columnarum apparent ex illis quæ hodie ſuperſunt, quæ cum reliquarum baſibus omnes in admirationem rapiunt, ita ut hoc opus omnem antiquitatem haud dubiè ſuperet. Idem confirmat inſcriptio in tabula Jaſpidea, cujus characteres neque Chaldæi ſunt, nec Hebræi, nec Arabici, nec cujuſquam gentis hodie notæ. Omnes ſunt triangulares, aut pyramidales, vel inſtar obeliſci: ita ut diſpoſitione tantùm differant. Meminerunt hujus Palatii Perſepoleos Arianus & Juſtinus, omnium autem exactiſſimè Diodorus. Arx univerſa triplici muro cincta fuit. Sepulchra quoque Regum viſuntur ad latus montis, ad cujus radices arx jacet.

perſeus, portus cum oppido cognomine Atticæ, ab Athenienſibus condito, teſte Stephano.

perſia, perſis ptolemæo, plinio, & Melæ, *Perſia* Europæis, *Farſi & Farſiſtan* incolis, Mercatori, Caſtaldo, & aliis teſtibus, provincia Aſiæ notiſſima atque clariſſima, inter Suſianam ad occaſum, & Carmaniam ad ortum, atque inter parthiam ad Boream, & ſinum perſicum ad meridiem contenta. Urbes illius quondam claræ, paſagarda, perſepolis, Axima, Marraſium, & Taocę. Ora perſidis inter oſtia Oroatidis fluvii & fines Carmaniæ 4300. ſtadiis patet ex Strabone. Perſæ deliciis operam olim dediſſe feruntur, non ſolùm unguentis pretioſis uſi, ſed etiam in conviviis & cænis lautitia. Unde apud Athenæum *deliciæ Perſicę, & Aſianæ*, ac *menſa Perſica* in proverbium tranſit, quemadmodum & *Aſiana*, & *Sicula*, ac *Syracuſana* apud platonem, *Italica* item, ut & *Sybaritica*. Perſæ, gens immanis, Solem, quem Mithram appellabant, colebant præ ceteris Diis: per quem ſolemne illis erat jurare, ut auctor eſt placidus.

¶ Perſia, *la Perſe* Gallis, pars eſt Aſiæ notiſſima, Imperium potentiſſimum, ſub quo comprehenditur Parthorum Imperium. Terminatur a ſeptentrione, mari Caſpio & Zagataria regione, ab oriente India propria ſeu Imperio Magni Mogolis, ab occidente ditione Turcarum & Arabia deſerta a meridie autem Oceano indico & ſinu perſico, ſicque extenditur ab ortu in occaſum ab Indo fluvio ad Tigridem; & tota ſubeſt dominio Sophorum. In ea comprehenduntur hæ provinciæ antiquorum, Media, Hyrcania, Margiana, Aſſyria ex parte, Suſiana, parthia, Aria, paropaniſius, Chaldæa, perſia, Caramania, Drangiana, Arachoſia, & Gedroſia. Nunc autem ſunt 18. præcipuę numero in toto illo Imperio, nempè *Servan*, *Gilan*, *Dilemen*, *Ayrack*, *Agemi*, ubi aliàs Media, *Tabareſtan & Gorgian*, ubi Hyrcania, *Khoemus*, aliàs Cargiana & parthia ex parte, *Churdiſtan*, antea pars Aſſyriæ, *Choroſan*, aliàs Parthia ex parte, *Yerack*, aliàs Babylonia, *Chuſiſtan*, Suſiana, *Farſi*, perſis olim, *Kherman & Siſiſtan* aliàs Carmania, *Macheran*, Gedroſia, *Candahar*, olim Arachoſia, & *Sableſtan*, aliàs Drangiana, aut circum circa. Totius regionis caput fuit antea Tabriſium poſteà Caſbium, hodie verò Aſpahamum, ubi etiam ſedes regia. Strab.

¶ perſia propria, aliàs perſis, *Farſi*, provincia eſt perſici Imperii versùs auſtrum & mare Indicum & os ſinus perſici, inter Aſpahamum ad Boream, & Armuziam ad auſtrum. Ejus primaria urbs *Schirar* dicitur.

(*Perſiæ urbes præcipuæ*:

Ardebilia, Ardevil.
Armuzia, Ormus. *Nunc ſemidiruta.*
Aſpahamum, Hiſpaham, *Perſiæ nunc Regia.*
Carmania, Cherman.
Caſbinum, Caſbin.
Caſſianum, Caſſian.
Comum, Com.
Derbentum, Derbent.
Gundela, Guadel.
Heratum ſeu urbs Roſarum, Herat.
Lara, Lar.
Mexatum, Mexat.
Paſagarda, Darabegerd.
Siciſtanum, Siciſtan.
Siraſium, Sciras.
Sumachia, Scamachie.
Suſa, Souſter.
Tabriſium, Tauris.)

¶ perſis pars fuit ampla & Auſtralis Imperii perſarum ubi provinciæ Carmania, quæ ad ortum, Suſiana, quæ ad occaſum, & perſis propria, quæ inter utramque versùs ſinum perſicum; cujus caput fuit perſepolis.

Per-

perſicum mare, idem quod Rubrum Herodoto & Straboni. (*Mer de Perſe* dicitur.)

Herod. *Ptol.* Perſicus ſinus, *Elcatif & Meſendin* Nicolajo, Caſtaldo, & aliis pars maris Rubri, (quod Arabiam felicem ad ortum alluit) inter Arabiam ad meridiem, & Carmaniam, Perſidem & Suſianam ab Boréam ingrediens, & alluens, in longitudinem 10000. ſtadiis patens ex Strabone, at ex recentioribus 225. leucis Hiſpanicis inter Teredonem ſeu oſtia Tigridis ad occaſum, & Armuziam ſeu Armuzam inſulam ad os illius in ortum.

¶ Perſicus ſinus nunc *mer d'Elcatif* dicitur ſeu etiam *Golfe de Perſe & de Baſſora*: eſtque inter Perſiam ad Boream & Arabiam ad auſtrum & occaſum. In eum influit Tigris fluvius; eſtque plurimis inſulis refertus in parte meridionali. Conjungitur autem Oceano Arabico ſeu Indico per fretum Moſandanum, quamvis à multis ſinus Armuzianus credatur etiam ipſius pars. Extenditur ad 500. mill. paſſ. ab Euro in circium. Sed ejus major latitudo à ſeptentrione in Boream vix eſt 160. mill. paſſ.

perſis, regio Aſiæ. Vide perſia. Virgilius libro 4. Georgicorum:

Quaque pharetratæ vicinia perſidis urget.

Aliquando pro urbe. Ovidius libro primo de arte amandi:

Hos fac Armenios, hæc eſt Daneja Perſis:
Ptol. *Vrbs in Achęmeniis vallibus iſta fuit.*

perta, *pert*, urbs Galatiæ, Iſauriæ, et Lyſtris in Lycaoniæ confinio finitima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iconienſi.

¶ perthia, *perth*, provincia eſt Scotiæ meridionalis, à flu. Tavo in duas partes ſecta: ibi oppidum præcipuum perthum. Habet ad ortum Anguiſiam, ad occaſum Straterniam, & ad meridiem Fifam provincias; eſtque ſatis parva, &
Script. Atholiæ adiacet ab Auſtro.

Scot. perthum, *Saint Iohnſton* vel *Saint Iohns towvn*, id eſt, fanum S. Ioannis, oppidum Scotiæ præclarum, ad Taum fluvium, Atholiæ regionis caput, à Dunkeldino urbe 5. mill. in ortum Andreapolim versùs, ubi olim Reges inaugurabantur.

¶ perthum, *perth*, ſeu, & communiùs, *S. Iohnſtowvn*, urbs eſt Scotiæ meridionalis, in perthia provincia, 12. mill. paſſ. à Dunkeledino in auſtrum, 23. à Strevelino in Cæciam, & 32. ab Edimburgo in Boream.

Ptol. Pertia, *la pergola*, oppidum amplum Vmbriæ, in Ducatu Vrbinate, inter Callium, & Senogalliam 20. mill. paſſ. à Foro Sempronii 6. ac inter Vrbinum ad occaſum 16. & Fabrianum ad ortum 14.

¶ Pertia, quibuſdam *la pergola*, caſtrum ditionis pontificiæ, in Dncatu Vrbinatenſi, 8. mill. paſſ. à Callio in ortum, ad amnem Ceſanam, & 13. mill. paſſ. diſtat à Foro Sempronii in meridiem.

perticus, *le perche*, regio & Comitatus Galliæ Celticæ, inter Carnutes & Normanniam: cujus oppida pręcipua, Mauritania, *Mortaigne*, Belliſmum, *Belleſme*, & Nonigentum, *Nogent le Retrov*.

¶ perticus, *le perche*, provincia Galliæ, inter Belſiam ad ortum, Normanniam ad Borcam, & Cenomanos ad occaſum, ubi aliàs Aulerci Diablintres. Ejus caput eſt Noviodunum ſeu Novigentum, *Nogent le Retrou* vulgò.

Ant. pertuſa urbs erat Africæ, Carthagini finitima, à qua 13. mill. paſſ. diſtabat. Cujus meminit Divus Auguſtinus. Pertuſa altera Antonino, ſeu percuſa, oppidum Hiſpaniæ citerioris, ad Canadrum fluvium, Oſcæ urbi proximum, *pertuſa* adhuc dictum, teſte Zurita, inter Oſcam & Montionem, ab Ilerda 50. mil. paſſ ex Antonini Itinerario.

¶ peruſa, *la perouſe*, oppidum Italiæ, cum arce munita, in pedemontio, unde Valli nomen, ad radices Alpium, juxta Cluſonem amnem. Antea ſuberat dominio Ducis Sabaudiæ, nunc autem paret Regi Franciæ ab anno 1631. Vix 3. milliaribus diſtat à pinarolio in Boream.

Strab. *Plin.* *Liv.* *& al.* peruſia, peruſium Eutropio, perræſium Stephano, Colonia Auguſta peruſia ex veteri inſcriptione, *perugia*, urbs Hetruriæ clara in monte, apud Tiberim, in Vmbriæ confinio, epiſcopalis, & Academia, antiqua, unaque ex 12. primis Tuſcorum coloniis, media ferè inter urbem Romam & Florentiam, ad 80. mill. paſſ. utrinque diſtans ſub Pontifice Maximo. Ortelius illam cum pertia oppido confundit, non ſine ingenti errore. Hinc perruſinus nomen gentis. Peruſinorum 4500. cæſos à Romanis, Publio Decio Conſule, ſcribit Livius lib. 10. decadis 1. Lucanus libro. 1.

His, Cæſar, peruſina fames, Mutinaque labores.
Accedant fatis.

Nam Marcus Antonius ab Auguſto obſeſſus, fame coactus eſt deditionem facere. Vnde *peruſina fames* eſt in proverbio, ſicuti *Fames Meliaa* à Melo oppido in Theſſalia.

¶ peruſia, *perouſe* Gallis, urbs eſt Italiæ, in ea parte Hetruriæ quæ ſubeſt Summo pontifici, et agri peruſini dicti caput. Arcem habet munitam, eſtque ampla & culta 12. milliaribus diſtat ab Aſſiſio in occaſum, 28. ab Oropito ſeu Vrbeveto in Boream, Vrbinum versùs 40. Ab ea lacus Traſimenus, 9. milliaribus inde diſtans, dicitur hodie lacus peruſinus, *Lago di perugia*, cujus circuitus eſt 22. milliarium; & in ea ſunt tres inſulæ.

¶ peruſinus ager, *il perugino* incolis, tractus eſt Hetruriæ, in ditione pontificia, inter Tiberim fluvium, & Vmbriam ad ortum, & Glanim paludem & agrum Florentinam ad occaſum: ſic dictus à peruſia ejus urbe primaria.

¶ peruvia *le perou* Gallis, *peru* Hiſpanis, regio perampla, plurimis auri & Argenti fodini nobilitata, & aliàs regnum potentiſſimum Americæ meridionalis, quæ inde etiam perſæpe dicitur peruviana. Peruviæ autem Reges anteà habuit proprios, Incas dictos, nunc autem ſubeſt dominio Hiſpanorum. Ejus longitudo à ſeptentrione in meridiem eſt circiter 600. leucarum versùs oram maris pacifici, latitudo autem 90. circiter ab ortu in occaſum, ſeu à montibus ad mare pacificum, quanquam in aliquot locis ſit ſtrictior ſeu major. Terminatur à ſeptentrione præfectura popajani, à meridie regno Ciles, ab occaſu mari pacifico ſeu Auſtrino, ad ortum verò habet regiones pro majori parte incognitas. Dividitur ab Hiſpanis in tres partes ſeu præfecturas, ſuntque Præfectura Regum, *Audienca de los Reyes*, quæ in medio, ubi urbs Regum, Cuſcum, & peruvia regio propria, quæ perampla, & à ſeptentrione in meridiem in duas partes ſecta Andibus montibus: præfectura Quiti ad Boream, *Audienca de Quito*, ubi provinciæ Quitoa, Quixorum, & pacamorum: & præfectura Charcarum, *Audienca de los Charcas*, quæ etiam *de la plata* dicitur; eſtque versùs meridiem porrecta, ubi provinciæ Chica, Charcarum & Montana. Totius regionis caput erat Cuſcum aliàs, nunc Civitas Regum ſeu Lima, ubi reſidet prorex. Primum detecta fuit anno 1529. à pizarro Hiſpano, & de ea mira narrantur apud omnes auctores, uti de ejus fertilitate, templis, viis publicis, & Imperio ante Hiſpanorum adventum. De his Garcilaſſus, Herrera, Acoſta, Laetius, & alii.

(*Peruviæ urbes præcipuæ*:

Arequipa, Arequipa.
Argentea, la Plata.
Arica, Arica.
Batia, Baeza.
Civitas Regum ſeu Lima, Los Reyes ò Lima.
Cuſcum, Cuſco.
Fanum Sanctæ Crucis de Monte, S. Cruz de la Sierra.
Fanum S. Michaelis, S. Miguel.
Guamanga, Guamanga.
Guancabilica, Guancabilica.
Guayaquilum, S. Jago de Guayaquil.
Pax, la Paz.
Portus Vetus, Puerto Vieio.
Potoſium, Potoſi.
Quitum, S. Franceſco de el Quito.
Trugillum, Truxilho.

Peſici, pæſici Ptolemæo, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora maris Cantabrici, ac inter Cantabros præcipui, quorum urbs Flavionavia, S. *Ander*, in ora inter Laredum ad ortum 8. & Santillanam ad occaſum 5. leuc. *Plin.*

peſclavium, *Puſclauff & Puſchlavv*, oppidum Rhætię, apud ortum Adduæ fluvii, inter Tiranum 15. & pontem Raſinum 20. mill. paſſ. Curiam versùs, *Puſchiavo* Italis, in valle Tellina, non obſcurum.

peſſinus, *Poſſene*, teſte Theveto urbs Galatię, in phrygiæ magnæ confinio, cui adſcribitur à Livio, ſub Agdiſti monte, in quo Atys tumulatus creditur, teſte pauſania, in Atticis, archiepiſcopalis & metropolis 2. (prima enim eſt Ancyra) Galatiæ; ſub qua Therma, ſeu Germa colonia, cum aliis 6. urbibus epiſcopalibus, ab Ancyra 99. mill. paſſ. in occaſum, Thermam versùs 16. Hic Cybele, cujus ſimulachrum auguſtum ibi habebatur, culta eſt; quæ idcircò peſinuntica dicta fuit, teſte Apulæio libr. 11. ubi ait: Inde primigenii phryges peſitinunticam nominant Deum matrem. Eadem Reate in Sabinis in honore habi-

ta

ta eſt Urbs nomen habet à conditore, teſte Stephano. Ibi Marſyas, teſte eodem, conditus eſt.

¶ Peſſimus urbes erat Galatiæ, ad confluentes Galli fluvii in Sangarium, vix 50. mill. paſs. ab Aucyra in meridiem diſtat, uti 30. à Therma, teſte Philippo *de la Rue*, hodie locus ignobilis in tractu *Chiangare* dicto, teſte Caſtaldo.

Peſſium, *Paſſer*, teſte Lazio ex tabulis, & *Petzer*, oppidum Jazygum, in Hungaria Tranſdanubiana, ad Tibiſcum fluvium, à Segedino 6. leucis in auſtrum, Taurunum versùs, à Temeſvvaria 7. in occaſum.

Peſtum. Vide Pæſtum. Peſti meminit Silius lib. 8.

-nunc quem Picentia Peſto.

Et Virgilius libro 4. Georgicorum:

Ornares, canerem, biferique roſaria Peſti.

¶ Peſtum, *Peſth*, urbs Hungariæ regni, ad Danubium fluvium, è regione Budæ urbis regiæ, in planitie, ſub dominio Turcarum; aliàſque munita.

¶ Peſtenſis Comitatus, *Comtè de Peſth*, provincia eſt Hungariæ inferioris, ad Danubium fluvium, inter Comitatus Zolnocenſem ad ortum, Pelyſieuſem ad occaſum, Novigradanſem ad Boream, & Tolnenſem ad meridiem: cujus caput eſt Peſtum.

Peſuri, Pæſuri in veteri inſcriptione, populi Luſitaniæ, ex iis qui ad pontis Trajani conſtructionem convenere; quorum tractus *la Comarca di Covilhan*, teſte Reſendio, apud Tagum & Cudam fluvios.

Petaliæ, inſulæ 4. parvæ, ſeu ſcopuli, in Euripo Euboico, apud Chalcidem urbem, in aditu ipſo Euripi, è regione Atalantis, ad egreſſum ejuſdem Euripi.

Petanium ſeu Petanius, inſula Luſitaniæ, *Perſeguero*, teſte Joanne Mariana, aliis *Peſegueiro*, in ora occidentali, inter Villam Formoſam & Sinim oppida.

Petavonium, ſeu Pætaonium libro Notitiarum, *Vanezza*, teſte Ambroſio Morali, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Legionenſi, ab Aſturica 29. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, in Gallæciæ confinio. Sed aliter hodie, nam inter Aſturicam 2. & Legionem 7. leucis occurrit *la Vanezza* vel *Vanenza*.

¶ Petavonium Superiorum dictum, oppidum erat Aſturum Ciſmontanorum, ubi nunc vicus *Vaneca*, in tractu *Tierra Cabrera de Leon* dicto, in regno Legionenſi, & in limite Gallæciæ.

Petelia, Petilia Virgilio & Silio, *Policaſtro*, urbs magnæ Græciæ, oppidum amplum in monte undique præcipiti, teſte Barrio cum aliis, proximum Choniæ & Reatio 4. ſeu 5. mill. paſs. à Crotone 20. in occaſum. Hic Celſus Cittadinus Barrium & alios ſic Petiliam indigitantes malè reprehendit, quod Policaſtrum ſit urbs Lucaniæ: quaſi aliud Policaſtrum non reperiatur. Petilia altera à nonnullis in Apulia Peucetia memoratur, vulgò *Altamura*, Gravinæ urbi proxima: fortè Altilia, non Petilia, quæ eo loci apud veteres non reperitur. Populi Petelini Livio. De Petilia Virgilius libro 3. Æneidos:

Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

¶ petelia, urbs Brutiorum, in magna Græcia, nunc eſt *Policaſtro*, caſtrum parvum in Calabria ulteriori, versùs montes & fontes Tacinæ amnis, inter Siberinam ad ortum 9. mill. paſs. & Tabarnam ad occaſum 10. Diſtat. 12. milliaribus ab ora ſinus Scyllacii in Boream, uti 6. ab urbe Belcaſtro, quæ crevit ex ejus ruinis, & 90. ferè in Cæciam à Policaſtro urbe Lucaniæ. Sed Lucas Holſtenius credit petiliam fuiſſe ubi nunc *Strongoli*, urbs epiſcopalis Calabriæ.

Petelinus lucus apud Romam erat extra portam Flumentanam. Illius hodie nullum apparet veſtigium.

Peteon oppidum erat Bœotiæ mediterraneum, ſeu vicus agri Thebani, in via quæ à Thebis Anthedonem ducebat, teſte Strabone.

¶ Petigores, populi Aſiæ, in ora Ponti Euxini, & Circaſſiorum pars. Sic dicuntur à Polonis, quaſi *Pienz Zeorſtki*, id eſt, incolæ quinque montium. Sunt ſui juris ſub Ducibus plurimis; ac etiamſi Chriſtianos ſe eſſe profiteantur, & liqueat Genuenſium tempore plurimos illorum Chriſtianos fuiſſe, attamen Presbyteris & templis deinceps deſtituti, opinionem ſolummodo Religionis Chriſtianæ illi nunc retinent. Eorum regio eſt inter Mæotidem paludem, Pontum Euxinum, & Colchidem, versùs Tanaim & Verdanum fluvios; totaque montibus & ſylvis maximis eſt obnoxia.

Petilia. Vide petelia.

¶ Petilianum, *Petigliano*, oppidum permunitum Hetruriæ, in confinio ditionis Pontificiæ. Antea Comites habuit proprios è familia Sfortia; ſed ab aliquot annis emptum fuit à magno Duce Hetruriæ. Vix. 5. milliaribus diſtat à Soana in ortum, & 12. ab Acula in Africum, Orbetellum versùs 30. circiter.

¶ petina, *Pedena*, urbs parva Italiæ, in Iſtria provincia, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquilejenſi. Sedet prope fontes Arſiæ fluvii, & ſubeſt dominio Imperatoris, 22. milliaribus diſtans à Pola in Boream, & 30. à Juſtinopoli in Eurum, uti 15. ab Alpibus & confinio Germaniæ.

Petineſca, pireneſtica in aliis codicibus, & alibi præneſtica, *Burren*, teſte Simlero, oppidum Sequanorum, inter Aventicum & Salodurum, à quo 3. mill. paſſ. diſtat Bielam versùs. *Anton.*

¶ petineſca, ſeu Petiniſca, eſt *Biel* ſeu *Bienne*, oppidum aliàs Sequanorum, nunc Helvetiorum, ad lacum Bielenſem, 6. millaribus Germanicis à Friburgo in Boream diſtans Baſileam versùs, & 4. à Soloduro in occaſum Novacaſtrum versùs.

¶ petirgala, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Petnelitius, (Vide Pedneliſſus) urbs Piſidiæ. *Strab.*

Petovio, Petavium Ptolemæo, Petobio Ammiano, Pœtovio Appiano & Antonino, *Pettavv*, colonia & urbs Pannoniæ ſuperioris, in Stiria, ad Draum fluvium, à Græcio 8. leucis in Eurum, à Celeia 9. in ortum, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lauracenſi, una cum Celeja. *Tac.*

¶ Petovio urbs eſt Styriæ inferioris, in ipſo limite Sclavoniæ, ſub dominio tamen Archiepiſcopi Salisburgenſis 9. leucis diſtat à Celeja in Cæciam, & totidem à confinio Hungariæ in occaſum. Volpia Petavio vocatur in veteri inſcriptione apud Cardinalem Barberinum C. Julio C. f. Petavione &c.

Petra, *Krach* & *Arach* Volaterranno & Zardo, urbs archiepiſcopalis, & caput Arabiæ petrææ, ultra Aſphaltitem lacum. Petra quoque deſerti in ſacris litteris, regia Moabitarum, quæ etiam Mons Regalis dicta eſt, teſte Guillelmo Tyrio, in ora lacus prædicti, inter Hiericuntem 9. & priorem petram 6. mill. paſſ. petra alia Plinio in Arabia deſerta, quæ & à ſinu Perſico 122. mill. paſſ. diſtabat, à Gaza Palæſtinæ 600. *Strab. Plin. Ptol.*

¶ petra, ſeu petra deſerti, urbs Archiepiſcopalis Arabiæ petrææ, ſuffecta in locum Rabbæ Moabitidis, ſub Patriarcha Hieroſolymitano, & antea ſub Alexandrino. Dicta fuit demum Cyriacopolis & Mons Regalis, unde hodie *Krach de Montreal* dicitur, teſte Philippo *de la Rue*.

¶ petra urbs Moabitarum quæ ſit non mihi conſtat, forſan Rabba Moabitidis. Vide ibi, niſi ſit eadem quæ ſupra.

Petra item oppidum multiplex: in Macedonia, in ora maris Jonii, apud Dyrrachium, à Cæſare & Lucano memorata, *Lachi*, teſte Nigro, mons apud Silium & Vibium. In Sicilia oppidum geminum, ſuperius & inferius, *Petralia*, apud Nebrodidem montem & ortum Galæ & Himeræ fluminum, inter politium ad occaſum 10. & Nicoſiam ad ortum 20. mill. paſſ. Populi petrini Ciceroni & Plinio, petrenſes Solino, quo teſte, ibi ſtagnum hominibus ſalutare, ſerpentibus noxium. Silius libro 14.

Romanos Petraa Duces, Romana petivit

Fœdera Caulipolis.

Petra Honorii, *Bertinoro*, urbs Æmiliæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ravennate, inde ſupra 24. mill. paſſ. apud Forum popilii, cui in epiſcopali ſede ſucceſſit, ad 2. mill. paſſ. in monte, apud Forum Truentinorum urbem exciſam. *Vet. trad.*

¶ petra Honorii, aliter Britinorium, *Bertinoro*, urbs eſt ditionis pontificiæ, in Romandiola, 8. milliaribus à confinio dominii magni Ducis Hetruriæ. 18. milliaribus diſtat à Ravenna, 8. à Cæſena in occaſum, uti 17. à Faventia, eſtque ſatis parva, in colle.

Petra inciſa, oppidum palæſtinæ, *Caſtel Pelegrino* hodie, in ora, inter Cæſaream ad meridiem 10. & montem Carmelum ad Boream 22. mill. paſſ. *Bibl.*

¶ petra inciſa, *Pierra enciſe*, caſtrum parvum Lugduni in rupe excelſa, ad Ararim fluvium, ſitu munitum.

Petra Maricorum, *Pietra di Marazzi*, teſte Merula, vel *di Marici*, oppidulum Liguriæ, apud Tanarum fluvium, ab Alexandria 3. mill. paſſ. Ticinum versùs ferè 30. *Trad. Antiq.*

Petrachus, petrochous plutarcho, mons ſeu crepido montis Bœotiæ Cheroneæ urbi imminentis. *Pauſ.*

Petræ magnæ portus, portus magnus Straboni, in ora *Ptol.*

ora Marmaricæ, inter Ardanim promontorium & Panormum portum, à Creta 500. mill. paſſ. in meridiem diſtans, haud procul à Catabathmo.

Ptol. Petræ parvæ portus, in eadem Marmaricæ ora in occaſum, inter Bathrachum portum & Antipyrgum.

Mel. Petræ Sirenum ſunt ſcopuli Lucaniæ. De quibus Virgilius libro 5. Æneidos:

Jamque adeo ſcopulos Sirenum.

Vide Sirenuſſæ.

¶ petra ſancta, *Pietra ſanta*, oppidulum Italiæ, ſub dominio Magni Ducis Hetruriæ; in ora maris Tyrrheni, intra fines ditionis Lucenſis, olim Fanum Feroniæ Brietio. 15. mill. paſſ. diſtat à Luca in occaſum Sarzanam versùs.

Lib. Not. Petriana, *Peteril*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, apud Carleolum urbem & Itunam fluvium, in Cumbria regione. Aliis eſt *Corby*, pagus. Sed fides Camdeno, à quo alibi ſic indigitatur, *ſome place near Peteril.* (Camdeno enim *Peteril* eſt nomen fluvioli, non procul à *Penrith* oppido Cumbriæ, à Carleolo 16. vel 18. mill. in auſtrum diſtante.)

¶ petricovio, *Peotrkovv* polonis, *Peterkavv* Germanis, oppidulum poloniæ inferioris, in palatinatu Siradienſi, ubi comitia ad lites Nobilium componendas hyberno tempore, Vix 2. leucis diſtat à Pilcza fluvio, & 4. à confinio Poloniæ ſuperioris, 12. autem à Siradia in ortum; eſtque ſatis elegans & cultum, in paludoſo loco ſitum. Sed anno 1640. ferè totum deflagravit; ibique aliàs fuit palatium regium, nunc vetuſtate collapſum.

¶ petrina, *Petrina*, urbs munita Croatiæ, in limite Turcico, ad Colapim fluvium, ſub dominio Auſtriacorum. Aliàs capta fuit à Turcis, ſed poſtea fortiter recepta.

Petrinum, *Roccha di Monte Dragone*, teſte Cruquio, oppidum cum arce Campaniæ, apud Sinueſſam urbem exciſam, in monte dictæ urbi imminente, Petrinum etiam, *S. Pietro in Galatina*, oppidum amplum Salentinorum, apud Neritum urbem 3. mill. paſſ. diſtans, Aletium versùs 13. Utrumque Ducatus titulo decoratum.

Prov. Rom. Petroburgum, *Peterborough*, urbs Albionis, in Anglia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, inter Bedfordiam 24. & Lincolniam 40. mill.

¶ Petroburgum, *Peterburg*, urbs Angliæ, ad Ninum fluvium, in Comitatu Northantoniæ 34. milliaribus Anglicis à Lincolnia diſtat in meridiem, Huntingdoniam versùs 13. & paulò plus ab ora Oceani Germanici in Africum.

¶ petrocoricenſis provincia, *le Perigord*, provincia Galliæ, in Aquitania, ſatis ampla, inter Lemovicenſem & Cadurcenſem provincias ad ortum, Inguliſmenſem ad Boream, Agennenſem ad meridiem, & Santonenſem ad occaſum. Sed longè diſtat à Toloſanis & à Tarne fluvio in Boream. Ejus urbes præcipuæ ſunt Petrocorium, provinciæ caput, Sarlatum, & Bergeracum; ibique aliàs fuere Petrocorii populi.

Caſ. Strab. Petrocorii, petrogori Plinio, populi, & urbs epiſcopalis Galliæ Aquitanicæ ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi, populi *les Perigourdins*, & regio *Perigord* appellatur, à Toloſanis Tarne fluvio diſcreta; urbs verò, quæ Aimoino & aliis poſterioribus Petrogoricum & Petrogorica, vulgo *Periguoux*, inter Burdigalam 20. & Lemovicos 12. leucis, quot ferme ab Engoliſma. Regio tantam caſtanearum & glandium copiam habet, ut earum arboribus & ſylvis plena ſit: unde & magna eſt ibi porcorum copia. Petrocorii, petragori quoque, & petragorici dicuntur apud Sidonium.

¶ Petrocorii, populi Galliæ, Aquitanicæ quorum tractus *le Perigord*: urbs verò etiam petrocorii dicta, ſeu, & meliùs, Veſunna, recentioribus petrocorium, *Perigueux*, ſatis ampla & culta, ad Illam fluvium, provinciæ cognominis caput. 2. leucis diſtat à Burdegala in Cæciam Lemovicum versùs, 13. leucis à Tutela in occaſum, & 10. ab Inculiſma in meridiem.

¶ petrodava, Daciæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Ant. Petromantalum, *Mante*, oppidum Galliæ Celticæ ad Sequanam fluvium, à Lutetia pariſiorum ad 12. leucas Rothomagum versùs, Meulano oppido propinquum, 4. leucis diſtans.

¶ Petromantalum quibuſdam eſt *Mante*, urbs Carnutum ad Sequanam, nunc in provincia Inſulæ Franciæ, quæ ab aliis Medunta dicitur, & meliùs. Vide ibi; ſuntque qui credant petromantalum oppidum fuiſſe Velocaſſium, ubi nunc *Magny*, oppidum Vulxini Francici, 14. leucis a Lutetia diſtans in Circium Rothomagum versùs, & 4. à Medunta in Boream Giſorium versùs.

Petronia, fluvius Latii, apud Romam fluens, in Tiberim, quem magiſtratus in campo aliquid acturi tranſibant.

Petroſaca, locus Arcadiæ, inter Megalopolim, & Mantineam, terminus communis harum urbium. Incolæ Petroſacæ, teſte Stephano.

Petroſſa apud Stephanum, inſula parva eſt Ciliciæ.

¶ Petrovaradinum, *Petervvardein*, oppidum Hungariæ inferioris, ad Danubium fluvium, in Sirmienſi Comitatu, inter Taurunum ad ortum, & Sirmium ad occaſum, 25. mill. paſſ. utrinque diſtans, ſub dominio Turcarum.

¶ Petzora, *Petzorcke* provincia Moſcoviæ ſeptentrionalis; versùs Vvaigatium fretum & mare Glaciale, ac inter Condoram, Siberiam, & Samojedam provincias. Ibi oppidum præcipuum Petzora versùs oram, & fluvius etiam Petzora dictus, qui ſex amplis oſtiis in mare Glaciale ſe exonerat juxta oppidum & arcem *Puſtejezero*. Ad utramque fluminis ripiam jacent montes, quos Ruſſi *Ziemnoipojas* vocant, ideſt, cingulum terræ.

Petuaria, *Peterborough*, teſte Lhuydo. Sed *Beverley* Camdeno oppidum Albionis in Anglia, quod recenti Latino Beverlacum dicitur, in ora ad ortum, apud Hullam portum, ab Eboraco 20. mill. *Peterborough* verò eſt inter Eliam ad meridiem 20. & Lincolniam ad Boream 40. mill. Ptol.

¶ Petuaria oppidum pariſiorum in Anglia, Camdeno teſte, & aliis eſt *Beverley*, oppidulum Eboracenſis provinciæ ad auſtrum, versùs Abi æſtuarium, & 4. tantùm milliaribus Anglicis ab Hullo in Boream, & 20. ab Eboraco in ortum, uti 8. ab ora Oceani Britannici in occaſum.

Peucalei populi ſunt Indiæ ulterioris, & Gangaridis finitimi. De his Dionyſius: Dionyſ. Ptol.

*Hinc Scodri, poſt hos ſunt * Peucaleique feroces,*
Gangaridæque truces.

(In aliis libris *Peucanei & Gargaridæ.*)

Peuce, *Barillana*, teſte Leone Gorecio, ſed Nigro *Pizina*, inſula Myſiæ inferioris, ad oſtia Iſtri fluminis. Populi peucini ptolomæo & Tacito. Ejus meminit Claudianus de 4. Conſulatu Honorii;

Corporibus premitur peuce per quinque recurrens
Oſtia.

Martialis libro 7. epigrammate 84.

I liber ad Geticam peucen, Iſtrumque tacentem.

Hæc oſtio Iſtri objecta eſt, ut Flaccus libro 8. Argonaut. teſtatur.

Danubii, viridemque vident ante oſtia Peucen.

¶ peuce, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus, eſt unum ex ſex oſtiis Iſtri fluvii, quod aliter Sacrum oſtium dicitur, eſtque ad meridiem magis extenſum.

¶ peuceleatis, Indiæ regio circa Indi fluminis originem, Arriano teſte. Idem Arrianus habet ibidem peucelio in urbem. Plinius peucolain vocat oppidum circa Indum fluvium.

Peucetia, *Terra di Bari*, Apulia, ſic ad alterius differentiam, quæ Daunia dicitur, nominata, regio Italiæ, in regno Neapolitano, ad oram maritimam, inter Apuliam Dauniam, à qua Auſido fluvio ſeparatur, ad occidentem & Japygiam ad ortum. In qua Barium metropolis populi peucetii plinio, Straboni, & aliis. Ovidius libro 14 Metamorphoſeon: Plin. Sol.

Peucetioſque ſinus Meſſapiaque arva reliquit.

In Theſauro Linguæ Latinæ, cum Meſſapia, & Calabria confunditur, & peniſula dicitur: cum peninſula ſit illa regio in qua ſunt Salentini, peucetia verò ſit Apulia, ab altera Apulia quæ Daunia dicitur, Auſido fluvio diſcreta. Sunt & peucetiantes populi, Oenotris finitimi, teſte Stephano.

¶ peucini populi fuere Germano-Sarmatiæ, inter Baſtarnas ad ortum, Venedos ad Boream, Lygios ad occaſum & Daciam ad meridiem, ubi etiam populi Bulanes, Avarini, Bieſſi, piengitæ, & peucini proprii; erantque in eo tractu ubi nunc Ruſſia nigra ſeu minor provincia, regni poloniæ, Sanſone, & aliis teſtibus.

Phabiranum, *Bremen*, urbs Germaniæ archiepiſcopalis in Saxonia, ad Viſurgim fluvium, in Friſiæ confinio, teſte Petro Appiano, olim, teſte Marco Adamo, Wigmodia, poſtea Brema inter Oſenburgum urbem Weſtphaliæ 12. & Hamburgum in Boream 15. leucis. Ptol.

¶ phabiranum, urbs aliàs Cauchorum, nunc Saxoniæ inferioris, in Germania, Brema recentioribus dicta. Urbs eſt munita, Hanzeatica & emporium celebre, ſui juris, ſub clientela tamen proprii Archiepiſcopi antea, ut nunc Regis Sveciæ pace Monaſterienſi. Vide Brema.

Phaccuſa, *Phacus*, teſte Guillelmo Tyrio, oppidum olim, nunc pagus Ægypti, inter Nilum & Ptol.

ſinum Arabicum. Phacuſa Ptolomæo, Phacuſſa Stephano.

¶ phacium, Macedoniæ oppidum circa Theſſaliam, ut videtur ex Livio.

¶ phadizana, Cappadociæ caſtellum, in Aſia minori, teſte Arriano.

Phæacia, inſula maris Jonii, Epiro adiacens. Vide Corcyra, eſt enim eadem. Populi phæaces Ovidio libro 13. Metamorphoſeon:

Proxima Phæacum felicibus obſita pomis
Rura petunt.

phæacum regio mira pomorum copia pollet, ita ut præmaturis nova ſtatim ſuccedant, ut Juvenalis 5. ſatyra dixerit:

-Illa jubebit
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat.

Et Statius libro 1. ſylv. carmin. 3.

Quid biferia Alcinoi laudem pomaria? voſque
Qui nunquam vacui prodiſtis in æthera rami.

Phæbiana, ſeu Phæniana, ut in codice Græco, oppidum Rhætiæ, Vianæ proximum. Vide Febiana.

¶ phæbiana, ſeu phænianæ, urbs fuit Rhætiæ latè ſumptæ, in Vindelicia. Nunc eſt *Babenhauſen*, oppidulum Sveviæ, ad Guntiam fluvium, 12. mill. paſſ. à Memminga in Boream, ut quidam exiſtimant: aliis autem, & meliùs eſt *Burgavv*, oppidum Germaniæ, in Svevia, ad Mindelam fluvium, Marchionatus ampli caput, ſub Auſtriacis, 18. mill. paſſ. diſtans ab Ulma in ortum, & 22. ab Auguſta Vindelicorum in occaſum.

Phæcaſia, inſula maris Ægæi, una Sporadum, inter Helenam ad occaſum & Pholecandrum ad ortum.

Phædri, rupes phocidis, apud Delphos. Montis Parnaſſi petræ phædriales plutarcho.

Phæno ſeu phenon, Fenon divo Hieronymo, caſtrum filiorum Iſrael in deſerto, olim urbs, ubi homines damnabantur ad fodienda metalla, unde Metallum Feneſe dictum, inter Zoaram & petram, in Edom, nunc vicus.

Phæſana oppidum erat Arcadiæ, ad Alpheum fluvium Olimpiæ, finitimum.

Phæſtum, *Feſto*, oppidum Cretæ mediterraneum, inter Gortynam 60. & littus Auſtrale 20. ſtadiis. Hinc Phæſtius, a, um. Phæſtum quoque Livio oppidum fuit Macedoniæ, in Eſtiotis. De priore Phæſto (quod & phæſtus Dionyſio) Ovidius libro 9. Metamorphoſeon:

Proxima Gnoſſæ, nam quondam Phæſtia regno
Progenuit tellus.

¶ phæſtum, *Feſte*, oppidum Cretæ, in territorio Matii. Nunc in ruinis jacet à multis annis.

Phæſulæ, urbs Hetruriæ, (Vidæ Feſulæ) epiſcopalis, excisa, in colle, apud Florentiam, inde 2. mill. paſſ. diſtans, ab Atlante condita, & de filii nomine dicta, ex primis Thuſcorum coloniis.

eq. Phætelinus, ſive, ut alii legunt, Facellinus, fluviolus Siciliæ, apud pelorum promontorium fluens; ubi templum erat Dianæ.

¶ Phæunta, urbs peloponneſi circa Argiam, teſte Diodoro

Phagres oppidum fuit Thraciæ, ad Strymonem flumen, ſub monte pangæo: Murus pierius Herodoto.

¶ phalachchtia, Theſſaliæ urbs, teſte ptolemæo.

Phalacra, & phalacræ, promontorium Idæ montis, in phrygia Aſiæ, ac vertex ejuſdem.

Phalacrina, *Falacrino*, teſte Marco Victorino, ſeu *San Silveſtro in Falacrino*, vicus Sabinorum in agro Reatino apud lacum Velinum, inter Reate, & collem Scipionis, 8. mill. paſſ. Interamnam versùs, apud Cutilias.

¶ phalacrina, vicus Sabinorum, patria Veſpaſiani & Titi Imperatorum, hodie etiam *Falacrino* dictus, in ipſo limite Umbriæ, 3. milliaribus diſtat à lacu Velino; eſtque ad radices montis, medius inter Reate ad ortum, & Interamnam ad occaſum, teſte Giubilio, longè a Cutiliis in meridiem.

Phalacrium, (Vide Falacrium) promontorium Siciliæ inter pelorum & Mylen, *Capo Raſocolmo.*

¶ phalæſia, Arcadiæ oppidum, in peloponneſo, teſtibus pauſania & Stephano.

¶ phalagni ptolomæo Arabiæ felicis oppidum, phalbini Interpretibus.

Phalanges, populi Æthiopiæ, in ora orientali, ad ſinum Barbaricum. Ubi phalangis mons ptolemæi.

f. Phalantus, mons Arcadiæ, cum oppido olim cognomine.

Phalara oppidum fuit Theſſaliæ, ad ſinum Maliacum, à Thucydide memoratum, proximum Ithomæ. Ubi & phalarus fluvius plinio lib. 4. cap. 7. ut inquit Carolus Stephanus.

Phalaris, phalerium Straboni, ptolemæo, urbs Hetruriæ, exciſa. Vide Faleria.

Phalarium, propugnaculum in ora Siciliæ ad auſtrum, apud Gelam urbem, *Poggio longo* Fazello, ubi & Ecnomus.

Phalarus, fluvius Bœotiæ, in Cephiſidem lacum influens. Pauſ.

* Phalaſarna, *Contarini* Pineto, oppidum Cretæ, in ora occidua, inter Corycum promontorium Boreale, & Criumetopon auſtrale 25. mill. paſſ. ab Epla inſula totidem. (* phalarna in aliis exemplaribus Straboni.) Plin.

* Phalaſia, promontorium Eubææ, inter Oræum urbem & Dionem promontorium (* in manuſcripto Seldeni *ſalaſſia.*)

Phalerium, urbs Hetruriæ Stephano. Vide Faleria.

Phalerum, phalore Lycophronti, phaleria Livio, oppidum Theſſaliæ, ad montis Cercerii radices, Metropoli, & pieriæ ac Gomphis finitimum, à Romanis deletum, teſte Livio, idem quod phalara, ſeu phalera. Phalera autem numero plurali portus erat Athenienſium celebris, ex quo Demetrius phalerus cognominatus eſt, plinio lib. 4. cap. 7.

¶ phalera, ſeu, & meliùs, Phalerus, portus Athenarum. Nunc *porto Leone* dicitur; eſtque urbi conjunctus. Credit tamen Ortelius pyræum portum eſſe nunc *porto Leone*, à Leone marmoreo qui jacet ad littus.

Phaliſci populi Hetruriæ, & phaliſca, urbs, Argivorum colonia, teſte Stephano. Vide Faliſca, & Faliſci. Strab. Ovidius lib. 5. Faſtorum:

Adde ſenem Tatium, Junonicolaſque Phaliſcos.

Horum urbem Theſaurus Linguæ Latinæ cum aliis *Monte Fiaſcone* eſſe falsò putat. Phaliſci pomiferi ob pomorum copiam, & Junonicolæ ob cultum Junonis ab Ovidio dicti, à Camillo obſeſſi, cum is ludimagiſtrum (qui pueros phaliſcorum extra urbem ductos ſibi tradidiſſet, inquiens ſic cives fore ut ſua imperata facerent) pueris flagellandum dediſſet, illumque manibus poſt terga vinctis in urbem remiſiſſet, eo exemplo permoti deditionem fecerunt Claudianus de bello Gildonico:

-ductoſque Camillus
Trans murum pueros obſeſſæ reddidit urbi.

Stephanus phaliſcos vocat ipſam phaliſcam urbem.

¶ phalleburgum, ſeu burgus palatinus, *Phaltzbourg*, urbs parva Lotharingiæ, & aliàs munitas, in confinio Alſatiæ, ad radices Vogeſi montis, principatus titulo clara, & ſub dominio Regis Francorum ab aliquot annis 7. leucis Lotharingicis diſtat ab Argentina in circium Divodurum versùs, & 16. à Nancejo in ortum.

Phanæ, phanæa ptolemæo, phaneus mons Vibio, *Panale*, teſte Favolio, aliis *Fanale*, *Capo Maſtico* Sophiano, & aliis promontorium Chii inſulæ, cui pſyria inſula parva adjacet. Cujus meminit Virgilius libro 2. Georgicorum.

Phanagoria, *Matriga* Theveto, *Mapotrinica* Moletio, Strab.
urbs olim epiſcopalis Sarmatiæ Aſianæ, ad Boſphorum, Liv.
contra Theodoſiam urbem Tauricæ. Phanagore Dionyſio Afro Hermonaſſæ finitima:

Poſtquam phanagorem Hermonaſſamque nepotes
Egregiæ quondam coluerunt gentis Jonum.

¶ Phanagoria urbs fuit Sarmatiæ Aſiaticæ, ad Corecondamum lacum, & prope Boſphorum Cimmerium, vix, 6. mill. paſſ. à Corocondama urbe in Boream, in eo tractu ubi aliàs Boſphorani populi, & nunc Circaſſi. Sed quid ſit hodie non conſtat. Corocondama enim eſt *Taman*, & panticapeum *Pantico*, à quo 15. mill. paſſ. diſtat in ortum, uti 70. à Theodoſia in Cæciam.

Phanarœa, urbs Cappadociæ, circa Thermodoontis Plin. fluvii fontem: quæ non exſtare creditur, ex quo non memoratur.

¶ phandana, Armeniæ majoris urbs, teſte ptolemæo, phandalia Interpretibus.

Phandoræ vel pandoræ plinio, populi Indiæ, in convalibus degentes, candido capillo in juventute, nigro in ſenecta.

¶ phanoteus, phocidis oppidum in Græcia, Stephano & polybio teſtibus. Panopeus antea dicebatur, ut ſcribit Strabo.

Phanuel, ſeu phanuela Joſepho, id eſt, facies Dei oppidum paleſtinæ, cujus hodie veſtigia non exſtant. Bibl.

Phanum. Vide Fanum.

¶ Phara, Africæ ptopriæ urbs, à Scipionis militibus incenſa, teſte Strabone.

Pharæ

Herod. *Polyb.* Pharæ oppidum peloponneſi geminum : unum in Achaja, alterum in Meſſenia . Vide pheræ , ſic enim à pleriſque ſcribitur .

¶ pharambara, Mediæ oppidum, teſte Ptolemæo.

¶ pharamia , Ægypti urbs , in littore maris , non longè ab oſtio Nili , quod *Carabeix* dicitur , teſte Guillelmo Tyrio, inter pharamiam & Taphium duas maritimas Ægypti urbes. Idem ſcribit primum Nili oſtium , quod verſùs Syriam eſt , in mare effundi.

Bibl. *Ptol.* Pharan , *Fara* adhuc in tabulis recentibus, urbs Arabiæ petrææ, & mons ad ſinum Arabicum , in Ægypti confinio, populi pharanitæ ptolemæo.

¶ pharaſtia , Mediæ urbs, teſte Ptolemæo.

Pharathus , pharaton Bibliæ , oppidum fuit Galileæ . Ejus meminit Joſephus de bello Judaico .

Ptol. Pharbæthus, urbs & nomus Ægypti intra Deltam , Tani urbi proxima , quæ hodie non videtur exſtare .

¶ pharcidon, Theſſaliæ oppidum, teſte Stephano .

Ptol. Pharia inſula Illyrici . Vide Pharos . *Leſina* hodie nominatur; habetque urbem cognominem epiſcopalem ſub Venetis .

¶ pharion , Armeniæ fluvius , in Tigrim effluens , teſte Plinio .

¶ pharium , Illyridis oppidum, teſte Stephano .

Pharmatiæ ſinus ad Boſphorum Thracium , *Terapia* , teſte Gyllio, inter Boſphorum & os ponti Euxini .

¶ pharmaciæ ſinus, ſeu meliùs pharmacias, ſinus eſt parvus Boſphori Thraciæ . Vix uno milliari diſtat ab ora Bithyniæ in occaſum , 3. ab ore Boſphori ſeu ab anguſtiis ad fanum, & 8. à Conſtantinopoli in Cæciam, teſte Petro Gyllio.

Stebh. *Plut.* Pharmacuſa , *Farmaco* , *Parmoſa* , teſte Bellonio, quæ & pharmacuſſa Stephano, inſula maris Aegæi, in qua Cæſar à piratis captus, & Attalus occiſus, Joniæ ſeu Cariæ ante Miletum adjacens.

Steph. *Strab.* Parmacuſæ, inſulæ duæ parvæ in ſinu Saronico, ante Salaminam ; in quarum una Circes ſepulchrum oſtenditur teſte Strabone, in altera Attalum Regem interfectum alii tradunt.

¶ pharmatenus, Cappadociæ fluvius, in Arriani Periplo.

¶ pharmicas, Bithyniæ urbs , in Aſia minori, teſte Plinio .

Pharnaces ſunt populi Ægypti, qui in oculis geminas pupillas habent , teſte plinio libro ſeptimo capite ſecundo .

Plin. *Ptol.* Pharnacia, ſeu pharnacea, *Farnace* adhuc dicta , teſte Theveto, ſeu pineto *Platina*, urbs Cappadociæ maritima, inter Ceraſuntem, & Trapezuntem, ab ea 100. mill. paſſ. in occaſum , jacens , & deſerta .

Svid. Pharnutis , fluvius Bithyniæ , Nicæam urbem præterfluens.

Ptol. Pharodini , *Mecklburger* , teſte Gemma Friſio, Suardones Tacito, teſte peucero, populi Germaniæ, inter Saxoniam ad occaſum & pomeraniam ad ortum, quorum regio Ducatus Magnopolitanus dicitur . Urbes Guſterovia ſedes principis , Sverinum epiſcopalis , Roſtochium academia, Viſmaria emporium. Appellantur & Megaloburgenſes à ſcriptoribus neotericis .

¶ pharodini , populi Germaniæ, qui ſint non conſtat. Sunt qui credant malè à Ptolemæo dici, & eſſe Svardones populos ubi nunc pomerania occidentalis . Vide Svardones.

Caſ. *& alii.* Pharos *Farion* , & *Magrab* incolis, colonia & oppidum Ægypti, apud Alexandriam , in inſula continenti penè juncta, quondam regia , ubi ex alta turri à ptolemæo Rege 800. talentis conſtructa, lumen per noctem navigantibus lucebat. Nomen à Menelai nauclero ibi ſepulto habet. Ex quo *Faro* etiam alibi hujuſmodi loca nominantur. Populi pharitæ Aulo Hirtio. In promontorio inſulæ Antipharos eſt ſpecula, teſte Euſtathio, vulgò *Garofalo*. De pharo Lucanus lib. 10.

-Cleopatra biremi,
Corrupto cuſtode Phari laxare catenas.

Hinc pharius nomen gentis. Lucanus in eodem lib.

Nobilitas, Pharii proles clariſſima Lagi.

Et in eodem:

Fama quidem generis Pharias me duxit ad urbes.

Pharos ſeu turris pharia inter ſeptem orbis miracula computatur , à * Soſtrato Rege ſecundùm alios 800. talentis ædificata. (* A ptolemæo Rege Soſtrati Gnidii opera .)

¶ pharos, *Farion* , inſula fuit parva Ægypti , in ora maris Mediterranei, propè Alexandriam . Nunc continens eſt cum turri ſeu ſpecula atque oppidulo tenui , ubi commorantur qui antea Alexandriæ degere conſueverant , nempè aliquot mercatores, & piſcatores à paucis annis, cùm Alexandria ferè deſerta & inculta jaceat.

Pharos item & pharia ptolemæo, olim paros , teſte Plinio, *Leſina*, inſula Illyrici , cum urbe epiſcopali cognomine , ſub Archiepiſcopo Spalatenſi , inter Liſſam ad occaſum 10. & Corcyram Melænam ad ortum 5. mill. paſſ. proxima Brattiæ, longa 60. Pharos item Melæ inſula parva in portu Brundiſino .

¶ Pharos inſula , *Leſina* , Italis & procopio , *Phara* Porphyrogenitæ , *Huar* Slavis , teſte Joanne Lucio , extenditur ad 60. mill. paſſ. ab oriente in occaſum, 10. mill. paſſ. diſtat à Corcyra Melana in Boream , Bratiam inſulam verſùs, à quo vix 3. diſtat . Habet urbem cognominem in parte occidentali inſulæ , 17. mill. paſſ. à Spalato in meridiem , & 60. à Narona in occaſum ; ſubeſtque dominio Reipublicæ Venetæ.

Pharphar , & Farfar , fluvius Damaſci , in Syria . Vide Chryſorrhoas. Non eſt idem . Quanquam Farfarus etiam Orontes dictus eſt .

Pharſalia , regio Theſſaliæ , in qua pharſalus urbs . Ovidius lib. 15. Metamorph.

Victa petent Mutina, Pharſalia ſentiet illum.

Pharſalus, (Vide Farſalus & Farſalum) *Farſa*, urbs Theſſaliæ, ad Enipeum fluvium, qui in peneum decidit, pugna inter Cæſarem & Pompejum memorabilis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, ſed poſtea metropolis facta . Lucanus lib. 6.

Emathis æquorei regnum Pharſalos Achillis.

Hinc pharſalius & pharſalicus nomen gentile . Catullus carmine 65.

Pharſaliam coeunt, Pharſalia tecta frequentant.

¶ pharus , fluvius Ciliciæ , in Aſia minori , teſte Svida .

¶ Pharus hodiernus, vulgò *Phanarion* , ad os Boſphori Thracii in pontum Euxinum , in ora Thraciæ, & propè Panium promontorium, teſte Petro Gyllio.

Pharuſii , populi Libyæ , qui quondam perſæ , teſte Plinio . Horum regio nunc *Aſenaga* ſive *Azenaga* dici putatur.

* Pharybus , Helicon pauſaniæ, Bephyrus Lycophroni; Baphyrus Livio, fluvius Macedoniæ , in mare Ægæum ad Dium urbem decurrens , *Faribo* vulgò , qui poſt 70. ſtadia ab ortu ſuo conditur , ac 20. rurſus emergit. (* In manuſcripto Seldeni . *Faribos* .)

Pharycadum oppidum fuit Eſtiotidis , in Macedoniæ & Theſſaliæ confinio , ubi peneus Curialium fluvium excipit .

¶ Pharygium, promontorium phocidis regionis Græciæ, teſte Strabone.

¶ Phaſca, Armeniæ majoris urbs, teſte Ptolemæo ; quanquam Jaſca legant ejus Interpretes , ſed malè.

Phaſelis, *Fionda* Moletio , urbs Pamphyliæ , in Lyciæ confinio, ſive è contra , olim pityuſſa Stephano , apud Cragum montem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, à Mopſo Argivorum Rege anno poſt Romam 62. quando Gela in Sicilia , condita, piratarum ſedes. Lucanus lib. 8.

-Te primum, parva Phaſelis,
Magnus adit.

Hic ſe piratæ tutabantur, quòd eſſet in monte difficilis expugnari. De ea Cicero 6. in Verrem . Phaſelitæ populi ; quos, ob eorum inopiam ſolitos Diis piſcibus ſalitis, ſeu ſalſamentis ſacrificare tradunt Zenodotus, & Eudemus, apud quos in adagio eſt *Sacrificium Phaſelitarum* de munere ſordido , & de tenui ſumptu ; quòd etiam *Sacrum ſine fumo* dici ſolet. Hinc phaſelis navigii genus , quo Phaſelitæ piratæ utebantur. Phaſelide oraculum, quondam fuit Apollinis: cujus meminit Lucanus in Pſeudomante.

Phaſelis item, vel Phaſaelis , oppidum fuit Palæſtinæ, in Judæa, ab Hierichunte in Boream recedens. Convallem Judææ Plinius appellat lib. 13. cap. 4.

Phaſga mons eſt Madianitarum trans Jordanem , ubi non procul à Nebo monte Moyſes defunctus eſt , ſibi Joſuè in regimine ſuccedente.

Phaſiana regio circa Phaſim fluvium apud Ariſtotelem appellatur , & Phaſiani populi quos Strabo ab Ægyptiis oriundos in Colchidem migraſſe ſcribit. Hinc phaſiani aves ad nos delati Columellæ lib. 8.

¶ Phaſianum mare pars eſt orientalis Ponti Euxini , verſùs oram Colchidis regionis & oſtia Phaſi fluvii, teſte Sanſone, Nunc *mer de Mingrelie* dicitur à provincia adjacente. *Plin*

Phaſis, *Faſſò*, & *Phazzeth*, teſte Theveto, urbs Colchidis *Ptol.*

chidis ad oſtia phaſidis fluvii, in ora maris Euxini, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Trapezuntio, poſteà metropolis effecta, & caput regionis, emporium, inter Abſarum urbem Cappadociæ extremam ad meridiem 95. & Dioſcuriadem ad Boream 190. mill. paſſ. a Boſporo Cimmerio 360. in ortum. Fluvius verò & ipſe *Faſſo* nominatur, ex Moſchicis montibus, teſte plinio, oriens, ſeu Caucaſiis, teſte ptolemæo, ubi populi Amaranti, teſte Stephano, ſæpe ſtagnans, & curſu tardiſſimus, teſte Theophraſto, in mare Euxinum influens. Juxta quem tragelaphus animal naſci duntaxat fertur. Cajus meminit Virgilius lib. 4. Georgicorum:

Spectabat diverſa locis, Phaſimque Lycumque.

Hinc phaſis patronym. Ovidius in epiſtola 16.

Phaſida puppe nova vexit pagaſæus Iaſon

Et phaſiacus nomen gentis. Ovidius lib. 2. de triſtibus:

Is quoque Phaſiacas Argon qui duxit in undas.

phaſis olim extrema navigationis meta in mari putabatur. Quapropter *phaſin uſque navigas* proverbio apud Græcos dicitur de eo qui longinquè navigat. Inter præcipuos amnes habetur, cùm 7. oſtiis in Euxinum exeat. Hinc adiagium *neque phaſis mala eluat* apud Sophoclem, quo ſignificatur malorum magnitudo, quibus occurri non poſſit. Phaſis fluvius juxta fontes Boas, teſte procopio, dicitur, oriturque ad Amaratium oppidum, ferturque curſu lentiſſimo, teſte Theophraſto. Juxta hunc amnem phaſis inſula parva eſt, ex qua pavo primùm, teſte Iſidoro, exportatus eſt, qui propterea phaſianus nominatur. Ibidem herbæ venenoſæ naſcuntur.

¶ phaſis, urbs Colchidis, in Aſia. *Faſo* Italis, *Faſe* Gallis, urbs eſt etiamnum ampla, in Mingrelia regione ad oſtium meridionale fluvii cognominis, inter Apſarum ad meridiem 60. mill. paſſ. & Dioſcuriadem ad Boream 110. circiter diſtans.

phaterunefus, inſula parva & deſerta maris Ægæi apud Cherroneſum Thraciæ; potiùs ſcopulus quàm inſula.

phatniticum oſtium Nili, (Vide pathmeticum) ſeu Phatneticum, ut alii legunt.

phatuſe, Anatha Marcellino, vicus Syriæ, ad Euphratem fluvium circumfluentem; ubi Gordiani Imperatoris ſepulchrum.

¶ phauda, Sidenæ regionis urbs, in Cappadocia, teſte Strabone.

¶ phavena, Armeniæ provinciæ, teſte Strabone.

phaura, inſula parva Atticæ, ante Zoſterem promontorium. Hæc ob ejus parvitatem apud ſcriptores recentes caret nomine.

phauſania, *Terra nova*, urbs Sardiniæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Turritano, in ora ad ortum: cuius ſedes hodie Emporienſi iuncta eſt, inde 60. mill. paſſ. in ortum recedens a Saſſari totidem.

¶ phauſya Armeniæ maioris urbs, teſte ptolemæo.

Phazemonitis, regio ponti, in Cappadocia, Megalopolis à Pompeio magno nominata, ubi ex phazemone vico Neapolim urbem condit, teſte Strabone, pharmizonium plinio, Phamizon Stephano, ad Amiſum fluvium.

phea, pheia Straboni & Thucydidi, oppidum Elidis in ora, ad promontorium ejuſdem nominis. Phea item Straboni oppidum peloponneſi, in * Laconicæ & Meſſeniæ confinio. Meminit ejus Homerus. Nomen gentis phætus. (* Elidis etiam Stephano, cui pheæus nomen gentis.)

¶ phea, urbs Elidis, in peloponneſo, etiamnum *phea* dicitur, teſte Brietio; eſtque in ora Chelonitis ſinus, 10. mill. paſſ. ab oſtiis Alphæi fluvii in occaſum, versùs Chelonitem promontorium 25.

phecadum oppidum erat Macedoniæ mediterraneum, circa Gomphos. Cujus meminit Titus Livius de bello pharſalico.

phegæa, pars Tribus Ægeidis, item pars pandionidis.

phegea apud Stephanum urbs Arcadiæ, quæ priùs Erymanthos, poſteà pſophis dicta eſt, à phegeo Rege condita.

¶ phegea urbs, poſteà pſophis dicta, in Azania regione Arcadiæ, hodie *Dimizana* Nigro, ad fluvium Erymanthum, in limite Elidis provinciæ, & 33. mill. paſſ. diſtat ab Elide urbe Argos versùs.

phelleus, mons Atticæ, phellas Stephano, petroſus valdè in cacumine. Incolæ phellates, & phelletes.

¶ phellia, Laconicæ fluvius, in peloponneſo, teſte pauſania.

phelloe pagus erat Achaiæ, in peloponneſo, apud Ægiram.

phellus, *Fellos*, teſte Sophiano, urbs Lyciæ maritima, apud Maſcytum montem, inter Caunum Cariæ ad occaſum & Antiphellum ad ortum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi. Fuit & oppidum Elidis apud Olympiam, teſte Strabone. *Strab. Plin. & al.*

¶ phellus, urbs Aſiæ minoris, in Lycia, & propè oram littoralem 10. mill. paſſ. diſtat a Myra in meridiem, pataram versùs 15. vix 6. ab Antiphello in occaſum, & 50. a Cauno in ortum, inter oſtia Xanthi & Lymiri fluviorum.

pheneum, oppidum, in quo moly herba contra veneficia omnia provenit. Plinius lib. 25. capite 4. (Idem forſan cum ſequenti.) *Strab. Herod. & al.*

pheneus, oppidum & lacus Arcadiæ, in peloponneſo, apud Cyllenen montem, *Feneo* adhuc ex tabulis recentibus, inter Clitorium & Ægiram occurrens. Cujus lacus aqua noctu pernicioſa, interdiù ſalutaris eſt, teſte Ovidio lib. 15. Metamorphoſeon:

Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto;
Nocte nocent pota, ſine noxa luce bibuntur.

phenneſia metalla, locus Palæſtinæ, ad quem Chriſtiani damnabantur. Vide Phæno.

¶ phenuſtus, urbes epiſcopalis ſub ſede Becerræ Arabiæ, teſte Guillelmo Tyrio.

pheræ, *Cheramidi* Sophiano & aliis, oppidum Meſſeniæ, in ora ſinus Meſſeniaci, inter Meſſenen ad Boream & Abæam ad auſtrum. Eſt etiam ptolemæo oppidum in Achaja Peloponneſiaca apud Helicen, *S. Giorgio* Nigro. *Ptol.*

¶ pheræ, oppidum peloponneſi, in Meſſenia, ad radices montis Taygeti, & inter confinia Laconiæ ad ortum & oſtia Pamiſi flu. ad occaſ. 15. mill. paſſ. a Meſſene in Cæciam, & vix 10. ab Abæa in Circium.

pheræ, *Fere* adhuc, teſte Leunclavio, & *Jenizar*, teſte Nardo, oppidum Theſſaliæ geminum, ad diſtantiam 8. ſtadiorum, in pelaſgia regione, a pelio monte 169. ſtadiis diſtans, teſte Strabone, a pagaſis 90. inter Demetriadem & Pharſalum, apud Bœbeidem lacum. Hinc Pheræus Alexander tyrannus quidam dictus apud Plutarchum in Pelopida. Fuit & pheræ oppidum Atticæ, inter Megara & Thebas. *Cic. Liv. Ptol. & al.*

¶ pheræ, urbs Theſſaliæ, in Magneſiæ tractu hodie *Jenizar* aut *Sidro*, teſte Brietio, 90. ſtadiis diſtat a pagaſis in Circium, & 160. a pelio monte in occaſum.

¶ pheræa, Arcadiæ urbs, teſte Strabone.

¶ pherendis, Armeniæ majoris oppidum, teſte Ptol.

pheretzæi, populi palæſtinæ, circa Samariam, de quibus Joſephus de antiquitatibus Judæorum: quorum nomen evanuit. *Bibl.*

¶ pherinum, oppidum Theſſaliæ, teſte Livio.

phermæ mons Ægypti, apud Scetim, ubi S. Paulus Eremita vitam duxit. Aliis pherme numero ſingulari dicitur.

¶ pheronia, oppidum Sardiniæ inſulæ, teſte ptolemæo. Ab aliis ſcribitur Feronia.

pheſcennium, urbs Thuſciæ, in Faliſcis. Vide Feſcennia, ſive Feſcennium; utrumque enim uſitatur. *Strab.*

pheſti, locus Latii, ab urbe 5. mill. paſſ. ubi Ambravalia feſta agebantur. *Liv.*

pheſtum, pheſtos ptolemæo, *Oiſta* Moletio, oppidum Theſſaliæ, in Eſtiotide regione, apud Gomphos. Sed phæſtos legitur apud ptolemæum in codice Græco.

pheugarum, *Halberſtadt*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ, in Saxonia, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, ſeu ſub Archiepiſcopo Moguntino, media ferè inter Magdeburgum ad ortum & Brunopolim ad occaſum 7. leucis, ad Halberam fluvium, a quo nomen habet, Halberſtadium Latino recenti, anno ſalutis 819. ſede epiſ. quæ Salingſtadii erat, exornata, a Mansfeldia 7. leucis Magdeburgum versùs. *Ptol.*

¶ pheugarum, urbs Cheruſcorum. Hodie, Appiano & Irenico teſtibus, eſt *Halberſtadt*, urbs epiſcopalis Saxoniæ inferioris, ad Hotheimum amnem, aliàs ſub dominio proprii Epiſcopi ſub Archiepiſcopo Moguntino, nunc autem ſubeſt Electori Brandeburgico cum tractu adjacente pace Monaſterienſi anno 1648. Diſtat 7. leucis a Brunſvico in Eurum, Mansfeldiam versùs totidem. Vide Halberſtadium.

phiala, *Medan*, teſte Brochardo, locus palæſtinæ parvus, in Cœleſyria, ex quo Jordanis fluvius oritur. Aliis *Dan* fons appellatur, non lacus. Eſt & fons Nili apud Plinium.

¶ Phia-

¶ Phiala, Jordanis fluvii fons alter, qui per ſubterraneos meatus primùm, deindeque emerſus, ſtatim alterum facit Iordanis alveum, & cum primo ad urbem Dan immiſcet ſe.

Phialia, phigalea pauſaniæ & Stephano, phigalia Athenæo, phygalæa polybio, *Davia* teſte Nigro, aliis *Neoſpiti*, oppidum Arcadiæ, in Peloponneſo, apud Mantineam & Tegeam proximas urbes, à Cotylio monte 40. ſtadiis.

¶ phiara, Sagarauſenæ in Cappadocia urbs, teſte Ptolemæo.

Plin. Phicari, populi Indiæ, ad Caucaſum montem, ubi topazius lapis reperitur.

Ptol. Phicaria, inſula Sardiniæ. Vide Ficaria, ut à Latinis ſcribitur.

Phiceum, Phicium Heſiodo, & Plutarcho, mons Bœotiæ, ubi Sphinx à Plutarcho deſcribitur. Phiceoa, & Phiceos dicitur aliis.

Phidaliæ ſinus, *Santa Copa* Petro Gyllio, vel *Sarantacopa*, ſinus apud Byzantium, ad Boſphorum Thracium.

¶ Phidaliæ ſinus ſeu Mulierum, hodie *Sarantacopa*, ſinus eſt parvus admodum Bosphori Thracii, in Thraciam excurrens ex adverſo Neocaſtri Aſiatici, & 7. mill. paſſ. à Conſtantinopoli diſtans in Boream teſte Gyllio.

Pauſ. phigalei, populi Peloponneſi, Meſſeniis proximi, vino adeo dediti, ut in cauponis aſſiduè verſentur, domos ſuas cum uxoribus hoſpitibus locantes. Vide pauſaniam.

¶ phigamus, Cappadociæ fluvius, teſte Arriano in periplo.

¶ phigia, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo.

Diod. phila, inſula parva Libyæ, inter Tritonem fluvium, in qua Niſa oppidum, ad quod unicus eſt aditus, Nyſiæ portæ dictus. Eſt & inſula parva Galliæ Narbonenſis, inter Leronem & phœnicen, teſte Plinio.

Liv. Phila item, *Fello* nunc, teſte Nardo, oppidum Macedoniæ, in Theſſaliæ confinio, ad peneum fluvium, in rupe fluvio imminente, inter Tempe & Dium, à Demetrio Antigoni filio conditum, teſte Stephano. Hinc philæus nomen gentis. De eo Herodotus lib. 4.

Strab. Plin. & al. philadelphia, urbs gemina: una Lydiæ, adhuc *Filadelfia* nominata, urbs olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano, nunc & ipſa metropolis, inter Sardes 28. & Tripolim ſupra 30. mill. paſſ. ac inter Epheſum ad occaſum & Tiberiopolim ad ortum 60. à Thyatira 64. in meridiem, ad Tmoli montis radices, terræ montibus vexata. Altera in Cœleſyria, Ammana & Aſtarte, teſte Stephano priùs dicta, Rabath Hebræis, teſte Divo Hieronymo, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Boſtrenſi, Gadaræ & Areopoli finitima, in Decapolitana regione, etiam vulgò *Rabath*, à philadelpho Rege condita. Eſt & philadelphia urbs Ciliciæ apud Ptolemæum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, ab ipſa Seleucia parum introrſum, & nomen antiquum ſervans.

¶ philadelphia, Ægypti urbs, teſte Stephano; altera item Arabiæ Calliſto, quæ eadem forſan cum Divi Hieronymi philadelphia.

Ptol. philæ, oppidum Ægypti, in Thebaide, apud Nili cataractem. Eſt & inſula Aegypti parva, aſpera, & undique prærupta. Cujus meminit Lucanus libro decimo.

Polyb. philæni vicus, & philænorum aræ, *Porto Sabia* Villanovano, *Licudia* Caſtaldo, *Hernich* Zardo, oppidum Africæ, in ora Sirtis magnæ, in Cyrenaicæ confinio, *Nain* nunc, teſte Marmolio, non *Hernich*, quæ potiùs eſt Berenice. Nomen habent à duobus fratribus Carthaginenſibus, qui pro Republica ſe vivos ibi ſepeliri paſſi ſunt. Vide apud Solinum capite 30.

Ptol. philæum, ſeu phleum, ut habet codex Græcus Ptolemæi, *Groeningen*, teſte petro Appiano cum Villanovano, urbs Germaniæ, in Friſia occidentali, præclara, & epiſc. ſub Archiep. Traiectenſi ſub philippo II. Hiſpaniæ Rege, & Belgii dominio effecta, inter Levardiam ad occaſum, alteram Friſiæ urbem epiſcopalem, 7. & Embdam urbem Friſiæ orientalis 4. leucis, à Brema 18. à Monaſterio 21.

¶ philæum, urbs Friſiorum, teſte Appiano, eſt hodie *Groeningen*, urbs ampla & munita Belgii ſeu Germaniæ inferioris, in provincia aut dominio Groningenſi, inter Friſiam orientalem & Friſiam occidentalem, ad Damſteram amnem. Ferè 3. leucis diſtat ab ora Oceani Germanici in meridiem, 6. ab Embda in occaſum, & 24. a Monaſterio in Boream: ſubeſtque nunc dominio provinciarum unitarum Belgii. Vide Groninga.

P H

¶ philecia, Germaniæ oppidum, teſte Ptolemæo, phelicia legunt Interpretes. Quid ſit nunc non conſtat.

philene, phyla Xenophonti, Diodoro, Stephano, oppidum Atticæ inter Athenas & Tanagram urbem Bæotiæ, ab Athenis centum ſtadiis. Cuius vel alterius meminit Statius lib. 4. Thebaidos:

*-ſenſit ſcopuloſa * Philene,*
Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron.

(* *Pylene* alii legunt oppidum Aetoliæ.)

¶ phileros Macedoniæ urbs plinio.

¶ phileta, Aſiæ minoris urbs, circa Cariam, teſte porphyrogenneta.

philia, *Filea* in tabulis recentibus, promontorium Thraciæ, in ora maris Euxini, apud os ponti: ubi phinopolis oppidum Ptolemæo, Melæ, ac plinio.

philippi, *Filippo* adhuc vulgò, colonia & urbs Macedoniæ (non Thraciæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) archiepiſcopalis in Thraciæ confinio, apud montis pangæi radices, olim Crenides, teſte Diodoro, apud oram maris Aegæi, ad 10. mill. paſſ. diſtans, ab Amphipoli 33. Neapolim versùs 12. à Dyrrachio 225. Byzantium versùs, olim clara, nunc penè iacens & deſerta. Populi philippenſes. Vrbis meminit Ovidius lib. 15. Metam.

Æmathiique iterum madeſient cæde Philippi.

Virgilius lib. 1. Georgicorum:

Romanas acies iterum videre Philippi.

Hic campi philippici, ubi inter Cæſarem & pompeium pugnatum. Nomen à philippo Alexandri magni patre inſtauratore habuit. Apud philippos Marcus Iunius Brutus, unus ex Cæſaris interfectoribus interfectus eſt. Quod cum portia Catonis filia, illius uxor, accepiſſet, nec ferrum quo ſibi mortem inferret, ab amicis impedita, habere poſſet, hauſtis carbonibus inuſitato mortis genere obiit. De qua Martialis lib. 1. epigrammate 42.

Coniugis audiſſet fatum cum portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari?
Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas:
I nunc, & ferrum, turba moleſta, nega.

¶ philippinæ, *les philippines*, inſulæ Aſiæ à philippo II. Rege Hiſpaniæ ſic dictæ, quia eius auſpiciis habitatę fuerunt anno 1564. Sunt in Oceano Eoo, inter Sinas ad Boream & Moluccas inſulas ad meridiem; quanquam inde longè diſtantes. Earum præcipua, & maxima eſt Manilla, *Manilha*, inſula longe cæteris maior, & versùs Boream. Aliæ inſulæ ſunt Mindanoa, *Mindanoa*, paragoia, *paragoia*, ſeu *Calamianes*, Mindora, *Mindora*, Tandaia, *Tandaya* ſeu *la philippine*, Cebua, *Cebu* ſeu *los pintados*, parraia, *parraia*, Masbata, *Masbat*, Sabunra, *Sabunra*, Matania, *Matan*, Lubana, *Luban*, Capula, *Capul*, Abvia, *Abuyo*, Bantonia, *Banton*, Baholia, *Bohol*, Viridis, *Verde*, Nigrorum, *dos Negoas*, & S. Ioannis, *de S. Ivan*, & aliæ minores; ſuberantque omnes dominio Hiſpanorum, qui inibi habebant multas arces: Sed a paucis annis Mindanoa inſula ab eis defecit, uti paragoia & minores ei adiacentes, & ægrè Manillam inſulam ſervant cum aliquot aliis in vicinis. Earum præcipua urbs eſt Manilla in inſula cognomine, ubi præfectus Hiſpanus commoratur. Iam detectæ fuerant anno 1520. a Ferdinando Magellane Luſitano, qui in inſula Cebua occiſus fuit; ſuntque 1200. ad minùs, & paucis tantùm milliar. inter ſe diſtant. Ipſarum autem urbes præcipuæ præter Manillam ſunt Mindanoa, *Mindanoa*, ſeu *Tabouc*, Caceria, *Caceres de Camarinha*, Nova Segovia, *Nueva Segobia* ſeu *Cagaion*, Villa Ieſu, *Villa Ieſu*, ſeu *Cebu*, & aliquot aliæ.

¶ philippoburgum, *philipsbourg*, arx muntiſſima Germaniæ, ad Rhenum fluvium, quæ antea *Vdenheim* dicta. Nomen ſortitur a philippo Criſtophoro *de Soeteren*, Spirenſi Epiſcopo, ſimulque Archiepiſcopo Trevirenſi; & ſubeſt Regi Franciæ ab anno 1644. Diſtat una leuca cum dimidia a Spira in meridiem, uti 4. ab Heidelberga; eſtque intra limites ditionis Epiſcopi Spirenſis, in palatinatu inferiori.

philippopolis, quæ & Trimontim, & Hadrianopolis ptolemæo, qui in re hac deceptus eſt, cum Hadrianopolis, teſte Sexto Rufo, ſit urbs diverſa, de qua ſuo loco: poneropolis, plinio, plutarco, & Suidæ, Calybe Straboni, urbs Thraciæ archiepiſcopalis, ad Hebrum fluvium, *Filippopoli* adhuc noſtratibus, *Filibe* Turcis, & *preſrem*, adhuc fulgens, ubi ſedes præfecti eſt inter Sardicam ad occaſum 100. & Hadrianopolim in ortum versùs

Byzan-

Byzantium 56. mill. paſſ. à philippis 90. in Boream, apud Rohodopen montem. De philippopoli ſic in libro 2. Itinerarii:

A Macedum Rege hæc nam cùm ſit ſtructa philippo
Jure Philippopolis, dicitur illa ſuis.

Philippopolis, antea Trimontium, plinio & Suidæ etiam poneropolis, Eumolpias Sexto Rufo, pulendena Jornandi, hodie *Filippopoli*, urbs etiamnum ampla ſub Turcis, quanquam ſine mœnibus, inter montes Hæmum ad Circium, & Rhodopen ad Eurum, 40. mill. paſſ. utrinque diſtans. Philippi Cæſaris opus eſt in Beſſica tractu Thraciæ.

¶ philippopolis, *philippeville*, oppidum permunitum Belgii, in Hannonia, à Maria Hungariæ Regina excitatum an. 1555. Subeſt dominio Regis Franciæ pace ad pyrenæos anno 1660. Diſtat 2. leucis Gallicis à Mariæburgo in Boream, uti 6. à Rupe Regia, & 8. à Namurco in Africum.

¶ philippopolis ſeu philippoſtadium, *philipſtadt*, urbs recens Sveciæ, in Vermelandia provincia Sveciæ, intra ſtagna, 25. mill. paſs. à Wenero lacu & à Caroloſtadia in Cæciam diſtans, 50. autem à Mariæſtadia in Boream.

¶ philippopolis, *Ciudad del Re phelippe*, urbs Americæ meridionalis, ab Hiſpanis excitata magnis impenſis in Magellanica regione, ut fretum Magellanicum obtruderent Anglis & Batavis, idque anno 1585. irrito tamen conatu, & paulò poſt illius urbis incolæ aut occiſi à Barbaris, aut fame necati, omnes malè periere: ita ut nunc ejus rudera dicta ſint ab Anglis & Batavis *Porto Famine*, ſeu portus famis.

Philiſtiim, populi. Vide Phyliſtiim.

Philiſtinæ foſſæ, *Foſſon & Foſſone* ex tabulis recentibus, unum ex oſtiis padi fluvii, quod & Tartarum Plinio, quamvis Tartarus apud Tacitum ſit flumen in padum influens: ibi Foſſonum vicus, ubi Tartarus & Atheſis in mare Hadriaticum fluunt, inter Carbonariam ad auſtrum, & Brundulum portum ad Boream 5. mill. paſſ.

¶ Philiſtinæ foſſæ, nunc *Po grande*, ramus præcipuus padi fluvii versùs ejus oſtium, in quem influit Tartarus fluvius in eo loco qui dicitur etiamnum *la Fuoſa*; & idcirco Tartarum oſtium padi dictum fuit etiam, quod antea *Porto delle Fornaci*: nunc autem *Porto Viero*, ex eo quòd Veneti foſſam perduxerint ad portum Vierum, aliquantò magis ad auſtrum; oſtium verò *Porto delle Fornaci* dictum obturarunt.

Phillis, regio Thraciæ, circa pangæum montem, ubi Philippi urbs non longè in principio Macedoniæ: Phyllis Stephano.

¶ Phillyra, peloponneſi fluvius, in Arcadia, teſte Callimacho.

Philocandros, Pholegrandros Plinio, Stephano, Straboni, *Politandro*, teſte Bordonio, inſula maris Ægæi, una Cycladum, proxima Melo, ab ea 8. mill. paſſ. in ortum, à Delo 7. in meridiem, Phlegandros Heſychio, & Arato, teſte Strabone, Ferrea.

¶ Philocandros, *Policandro*, inſula eſt parva maris Ægæi, 20. mill. paſſ. diſtans à Milo inſula in ortum, & 55. à Creta in Boream.

¶ Philocrene, oppidum maritimum Bithyniæ, teſte Laonico. Circa Niceam videtur.

Philomelium, *Aggiul Fellanos* à Turcis, teſte Leunclavio, urbs Phrygiæ magnæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi olim, nunc ſub Amorienſi, inter Apameam & Peltas. Populi Philomelienſes Ciceroni & Plinio.

¶ Philomelium urbs fuit parva Aſiæ minoris, in phrygia magna, versùs confinia Galatiæ Auſtrialis & fontes Mæandri fluvii, 40. mill. paſſ. ab Apamæa in Boream diſtans, & 25. à peltis in ortum.

Philonius portus, *porto Filon*, & *Faon* vel *Favone* in tabulis, *porto Vecchio* Pineto, portus Corſicæ in ora ad ortum, à portu Syracuſano ſeu Bonifacio 30. mill. paſſ. in Boream Aleriam versùs, apud pagum S. Cypriani.

¶ Philonius portus Corſicæ *porto Favone* ab aliis dicitur, Favonii portus. Vide ibi.

¶ Philos, inſula ſinus perſici, prope perſidem, teſte Plinio. Scribitur etiam phylos.

Philyra apud Germanos poetas pro Lindavia urbe Svevica ad lacum Acronium accipitur, ut lib. 6. Itinerarii, ubi ſic:

Ergo lacum ſuperans, philyra qui mœnia pulchra
Alluit.

Et alibi:

Ad pulchram Philyren, qua non præſtantior ulla

Accolit Acronii littora nympha lacus.

Philyres, philyræ Ovidio, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, ad pontum Euxinum, ubi philyris inſula Apollonio. Sunt qui eos in Cappadocia locent apud Byzeres. Hinc philyræus nomen gentis. Ovidius lib. 7. Metamorphoſeon: *Steph.*

Pelion umbroſum, philyræaque tecta, ſuperque
Othryn.

Valerius Flaccus lib. 5. Argonaut.

Byzereſque vagi, philyræque à nomine dicta.

Phinni, populi Germaniæ, in Scandia. Vide Fenni Tacito. Horum regio Finlandia Latino recenti nominatur. *Ptol.*

¶ Phinon, una manſionum Iſraelitarum in deſerto Numer. 33. Vide Phaeno.

Phinopolis, * philopolis ptolemæo, phileas Melæ, *phinopoli* adhuc Sophiano, ſeu *Filiopoli* aliis, urbs Thraciæ maritima, apud philiam promontorium, à phineo conditore nomen habens, teſte Stephano. Haud procul abeſt ab ore ponti, inde paulò ſupra 5. mill. paſſ. recedens, teſte Plinio. (* Phinopolis etiam eſt Ptolemæo & Melæ.) *Plin.*

Phintea, fons Siciliæ, in quo, teſte Plinio, nihil mergitur, ſed omnia fluitant; uti lib. 31. cap. 2. *Plin.*

Phintonis, phinton Capellæ, *Iſola roſſa* Ortelio, *Isle de Figo* pineto, inſula Sardiniæ, inter illam & Corſicam. *Ptol.*

¶ Phiræſi, Scandiæ populi, teſte ptolemæo: qui Firæſi dicti ſunt ab aliis.

Phirſtimus, fluvius perſidis, in ſinum perſicum influens inter Sitiogagum, quo Paſagardas 7. diebus navigatur, & Granium, qui per Suſianam fluit. Quæ flumina omnia ſunt, teſte plinio, navigabilia. *Plin.*

Phiſcon mons, *Monte Fiaſcone*, urbs Hetruriæ, in monte lacui Volſinio imminente, epiſcopalis, inter Volſinios 7. & Viterbium 8. mill. paſſ. vino celebris. *Gateni.*

¶ Phiſcon mons ſeu Mons Phiſcon, *Monte Fiaſcone*, urbs eſt parva & oblonga Hetruriæ, in ditione Pontificia, & in provincia patrimonii S. Petri: cujus epiſcopatus Cornetano unitus eſt, 10. mill. paſſ. diſtat ab Oriveto in meridiem, Romam versùs 50. circiter.

Phiſera, *Figari*, oppidum ſeu pagus nunc Corſicæ, in ora occidentali. Vide Fiſera. *Ptol.*

Phiſon, fluvius unus ex quatuor qui è terreſtri paradiſo egrediuntur, qui Euſebio, Joſepho, & divo Hieronymo eſt Ganges; aliis eſt Nilus; teſte Aria Montano. *Bibl.*

¶ Phiſon fluvius, in ſacra Biblia notus, è paradiſo terreſtri fluens, creditur qui Phaſis dicitur in Colchide, *Fazo* hodie, idque multis conjecturis probatur.

Phiternus, Tifernus Plinio & Melæ, *Fortoro*, teſte Collenutio, *Salino*, teſte Mazzella, *Piſar*, teſte Ligorio, fluvius Italiæ, inter Frentanos & Apulos, eos dividens, in mare Jonium fluens. Sed Tifernus adhuc nomen retinet, medius inter Frentonem, qui *Fortoro* dicitur, & Trinium, per Larinates decurrens, pelago apud Hiſtonium exceptus. *Ptol.*

¶ Phiternus aliis, & meliùs, eſt Tifernus fluvius, *Fortore* nunc dictus, teſte Magino; & in mare Adriaticum ſe exonerat. Vide Tifernus.

Phla, inſula parva in palude Tritonida: de qua vide Herodotum lib. 4. *Herod.*

Phladirtinga, *Vlaerdingen*, oppidum Germaniæ inferioris, in Batavis, ad oſtium Moſæ, à Delphis 2. leucis in occaſum. Cujus meminit Hermanus Contractus. *Script. Belg.*

¶ Phladirtinga, *Vlaerdingon*, oppidulum Comitatus Holandiæ, 2. leucis à Delphis in meridiem, & totidem à Roterodamo in occaſum Brilam versùs. Aliàs permunitum fuit, ſed nunc abſorptis ſimul cum arce mœnibus, voragine Moſæ fluvii, qui latè ripas & littora adedit, ſuccedaneam operam addente mari, tantùm tenuis pagus & piſcatorum ſedes eſt.

Phlanates, populi Illyrici, qui & Flanates: à quibus ſinus Flanaticus. Vide ibi. *Plin.*

Phlegethon, fluvius inferorum, ut Poetæ fabulantur. Cujus inter alios meminit Virgilius lib. 6. Æneidos: *Virgil.*

Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte ſilentia late.

Hinc phlegethontæus nomen gentis. Statius lib. 4. Thebaidos:

Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit.

Phlegethontem à verbo Græco *Flego*, quod eſt ardeo, quod ardeat, & flammis ſemper æſtuantibus rapidus decurrat, dicunt ut ex Virgilio in Culice.

Nec timuit Phlegetonta, furentem ardentibus undis.

Phlegra urbs Macedoniæ fuit, in qua Gigantes erant ab Hercule extincti. Quæ poſtea, ut Stephanus ſcribit, *Sol.*

pallene dicta eſt. Vide Plinium libro 4. capite 10. Hinc phlegræus a, um.

Plin. Sol. phlegræi campi. Vide Forum Vulcani. Claudianus libro 3. de raptu proſerpinæ:

Advexiſſe datur. Plegrais ſylva ſuperbit
Exuviis.

¶ phlegia Bœotiæ urbs apud Stephanum, ad Cephiſſum fluvium.

Xenop. Strab. Plin. & al. phlius, a phliante conditote, teſte pauſania, oppidum peloponneſi geminum; unum in Sicyonia regione, priùs Arantia & Aræthyræa, teſte Strabone & pauſania, *Iri* Sophiano, *Rupela* Laouico, *phoica* pineto, à Corintho 30. ſtadiis in occaſum, a littore 20. Alterum in Elide, teſte Plinio, à Cyllene 15. mill. paſſ. a littore 2. ab Olimpia 63. populi phliaſii Xenophonti; fide & fortitudine clari, Corinthis, Sicyoniis, pellenenſibus & Mantinæis finitimi. Hinc Axiothea pliaſia, cum Laſthenia Mantinæa diſcipula platonis, habitu virili induta in auditorium ingrediebatur, teſte Laertio.

¶ phlius oppidum peloponneſi, in Sicyonia provincia, ad fontes Aſopi fluvii. 12. mill. paſſ. diſtat ab ora ſinus Corinthiaci in meridiem, & 18. à Corintho in occaſum. Philus autem Elides quid ſit non conſtat, niſi forſan pylus Eliaca. Vide ibi. Phlius etiam oppidum Argiæ, in ora ſinus Argolici, 25. miil. paſſ. à Nauplia in ortum diſtans.

¶ phlorya, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte ptolemæo.

Strab. phlygadia, mons Illyrici, Hadriæ obverſus *Flicz*, teſte Lazio, in Liburnia. Inde, cum ſit altus, mare Hadriaticum conſpicitur.

Plin. phocæ, inſulæ parvæ Cretæ, ante Sammonium promontorium adiacentes, unà cùm aliis, hoc eſt platiis, Sirindibus, Naulocho, Armedone, & Zephyrsi: quæ potiùs ſcopuli quàm inſulæ videntur.

Strab. Liv. Ptol. phocęa, *Foia vecchia*, vel *Foglia vecchia* Sophiano, urbs Æolidis in ora inter Cumam ad Boream & Smyrnam ad meridiem, à qua 25. mill. paſs. recedit apud oſtia Hermi fluvii, epiſcop. ſub Archiepiſc. Smyrnenſi, phocis Melæ, Athenienſium colonia. Phocæa altera plinio oppidum Cariæ iuxta Mycalen montem. Meminit Lucanus libro tertio:

Et poſt tralatas exuſta phocidis arces.

phocenſes Ioniæ populi patrium ſolum communi conſilio relinquentes; ſe non reverſuros iureiurando, additis devotionibus & exſecrationibus, polliciti ſunt, & in Galliam profecti, Maſſiliam urbem condiderunt, ut auctores ſunt Herodotus lib. 1. & Strabo libro 4. Hinc ortum adagium eſt, *phocenſium exſecratio*, de iureiurando multis vinculis adſtricto, ut Horatius meminit epod. 16. à quo phocæi dicuntur. Phocenſes quoque phocidis in Græcia populi rem memoratu dignam feciſse narrat plutarchus. Hi enim in prælium contra Theſsalos exeuntes mulieres & liberos in unum locum congeſtos, ubi ipſi à Theſsalis victi eſsent & interfecti, comburendos illico mandarunt iis quos ad cuſtodiam reliquerant: quod conſilium & mandatum etiam mulieres ipſæ approbarunt; licèt non adimpletum fuerit, victoria adversùs Theſsalos reportata. Ex ea deliberatione natum eſt proverbium, *phocenſium deſperatio*, de ſtulto & inſano conſilio.

¶ phocæa, urbs Æolidis, in Aſia minori, & in ora maris Ægæi. Hodie *Fochia vecchia* dicitur, eſtq; etiamnum urbs munita, et emporium cum portu capaci et amplo, cui adiacet altera phocea, *Fochia nova* dicta. Media eſt inter Cumam et Smyrnam, et 10. mill. paſs. ab oſtiis Hermi fluvii diſtat.

phoce etiam phocenſes dicuntur, et phocaici populi Æolidis in Aſia, et phocidis in Græcia, qui et Cyrrhæi, et Caſtalii quoque apud poetas dicuntur.

Strab. phocarum inſula, Arabiæ petrææ inſula, ad intimum ſinus Arabici receſsum. Sunt et tres inſulæ in ſinu eodem Ieracum, phocarum et Chelonon, teſte Strabone.

Ant. phocenſes populi Hetruriæ, quorum oppidum *Foceſchio*, inter Florentiam, Lucam, et piſas ſitum, apud lacum cognominem, à Luca 20. mill. paſs. quod *Foſſechio* et *Fuſecchio* etiam ſcribitur. Phocenſes alios vide in phocæa et phocæi.

Plin. Ptol. & al phocis regio Achaiæ, inter Bęotiam et Ætoliam ad occaſum, in qua Delphis urbs, & pharnaſſi mons cum Helicone. De qua Ovidius libro 1. Matamorphoſeon:

Separat Aonios Actæis phocis ab arvis.

Hinc phocanus, a, um, apud Ovidium de ponto, et phocæus a, um, nomen gentis. Ovidius lib. 11. Metamorphoſeon:

Advolat armenti cuſtos Phocęus Anetor.

¶ phoclis, Arachoſiæ urbs, teſte prolemæo.

phocra, mons Mauritaniæ, Tingitanæ, *Gebelelhadich*, teſte Joanne Leone, id eſt mons ferreus. *Ptol.*

phocuſſa, inſula maris Ægæi, una Sporadum apud plinium libro 4. cap. 12. licèt paſſim phocuſa unico ſ ſcribatur. *Plin.*

¶ Phoda, oppidum Arabiæ felicis, teſte Plinio.

phœbæa, palus Argæi ad ſinum Saronicum, quæ et Saronis.

phœbe, inſula parva propontidis, potiùs ſcopulus quàm inſula, unde nec hodie nominatur. *Plin.*

phębi promontorium, *Capo della Gomiera* ex tabulis recentibus, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ intra columnas Herculis, apud Abylam.

¶ phœbi promontorium, *Cabo de Gomera*, eſt in Africa & in Mauritania Tingitana, juxta mare Ibericum; ſed 14. leucis Hiſpanicis in Eurum ab Abyla monte & a freto Herculeo diſtat: nunc in regno Fezzæ & in provincia Erriſis, juxta urbem Gomeram. *Ptol.*

Phębia pagus ſeu caſtrum Sicyoniæ, teſte Stephano.

Phęmos, (non phœmoja, ut in Theſauro Ling. Lat.) lacus Arcadiæ. De quo Ovidius libro 15. Metamorph.

*Eſt lacus Arcadiæ, * Phœmon dixere priores,*
Ambiguis ſuſpectus aquis: quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

(* Alii legunt *Phenum*. Vide Phenens.)

phęnebythis, vicus panopolis urbis, in ora Ægypti littorali, patria Valentini Hæretici, teſte Epiphanio.

phęnicæum, mons peloponneſi, Corintho urbi imminens. Cujus meminit Ephorus libro 19. Incolæ Phęnicæi.

phęnice, *la Fenice* noſtratibus, regio Syrię maritima, inter reliquam Syriam ad Boream, Eleuthero fluvio diſterminante, & palæſtinam ad meridiem, Chorſeo fluvio ab ea diviſa, Syrophęnix à Juvenali dicta. Ubi Tripolis Byblus, Tyrus, & Sidon, urbes quondam claræ, quarum Tripolis & Berytus adhuc fulgent. Populi Phęnices; qui à mari Rubro profecti, Tyrum, Sidonem, Thebas, Uticam, Hipponem, Leptim, Maſſiliam, Emporias, & aliàs urbes in diverſis provinciis condidere; litterarum inventores: artis navigandi etiam primi inventores, teſte Plinio. Lucanus libro 3. *Plin. Mel.*

Phœnices primi (famæ ſi creditur,) auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Phęnices, qui apud Poetas etiam Pygmalionæi & Agenoridæ dicuntur, inter alia de nimio cauponandi ſtudio apud Pindarum notantur. Unde adagium, *Phęnicum more* de compenſatione, quæ fieri ſolet de manu in manum; quod fit ubi res eſt cum homine incertæ fidei; ſic enim caupones faciunt, manu dantes ſimul & recipientes. Fuere & aſtuti ac inſidioſi, ut adagium ab illis prodierit apud Diogenem, & Suidam, *Phœnicum pacta*, in vafros, & aſtutos, quales fuere Phęnices, qui hoſpitio terræ per diem & noctem impetrato, juſſi abire, reſponderunt illum diem & noctem nondum præteriiſſe. Eſt & in proverbio *Phœnicum commutatio*, cùm contrahentes incertæ fidei rem præſentem dant & recipiunt. Phęnices primi mercaturam exercuiſſe feruntur, uti ex Sophocle legitur: qui etiam in negotiatione mendacii notantur hoc adagio *Phœnicum mendacium*. Quod tamen ab aliis dicitur de fabuloſo commento dentium draconis à Cadmo Phęnice ſeminatorum, ut apud Steſichorum: unde in adagium tranſiit de portentoſa & fabuloſa narratione. Hi Herculi coturnicem immolabant, quod nidore illius is ad vitam reſtitutus fabuloſè referatur apud Athenæum libro 9. unde adagium *Coturnix Herculem* ad Zenodotum de iis qui à periculo ſervati ſunt ab iis à quibus non ſperabant. Phęnicia inter alia murice, gypſo, gentiana abundat, & liliis, ac myrtis, & circa Orontem myrrha. Sed oſtro maximè Tyrio claret.

¶ Phęnicia aliàs pars erat Syriæ; eratque duplex, nempè Phęnicia propria, ubi Tripolis, Botrys, Biblus Berytus, & Sidon: & Phęnicia Libani ſeu Damaſcena, in qua urbes Damaſcus, Heliopolis, Abyla Lyſamæ, & Cæſarea Paneas.

Phęnice, inſula parva maris Aegæi, Sigæo promontorio objecta: & oppidum Epiri mediterraneum, inter Antigoniam & Hecatompedum, Polybio, Livio, & Ptolemæo.

¶ Phęnicium mare, *mer de Phenicie*, ſeu, & meliùs *mer de*

de Sourie. Dictum fuit in ſacris Scripturis mare Magnum; eſtque pars maris Mediterranei, ad ortum maximè extenſa verſùs oram Syriæ, & phœniciæ.

Phœnicum, ideſt, palmetum, locus Syriæ, à petra urbe Arabiæ felicis itinere 5. dierum diſtans; teſte Strabone, qui *Liombon* hodie dici fertur. Ptolemæo eſt Arabiæ felicis.

phœnicus, mons geminus; unus Bœotiæ, Thebis imminens, ſeu non longè diſtans; alter Lyciæ, qui & Olympus, cum oppido cognomine, teſte Livio. Eſt & phœnicus Ptolemæo portus Cretæ in ora Auſtrali, *Feſto* Moletio, inter Hermęam promontorium & phœnicen oppidum. Et Stephano inſula parva Lyciæ: & portus Siciliæ Ptolemæo. Vide Nauſtathmos.

¶ phœnicus, portus Cretæ inſulæ, in parte Auſtrali territorii Cydoniæ. Nunc *Fenichia* dicitur; & 25. mill. paſſ. diſtat in ortum a promontorio Arietis fronte, ſeu Criumetopon dicto.

phœnicuſa, phœnicodes Ptolemæo, *Felicur* vel *phelicure* Fazello, & *Fenicuſa*, inſula Siciliæ, una Æoliarum, à Lipara 10. mill. paſſ. in occaſum recedens, totidem circuitu patens, Ericuſam verſùs 5. mill. diſtantem. Strabo tamen ſcribit illam inter Ericuſam 10. & Didymen 30. mill. diſtare.

phænix, *S. Niqueta*, teſte Nigro, oppidum olim, nunc pagus Cretæ, in ora Auſtrali, inter pælicaſium ad occaſum & pſychium ad ortum.

¶ phœnix, hodie *Nichita*, oppidulum eſt Cretæ inſulæ, in ora Auſtrali, in territorio ſeu provincia Cydoniæ, vix 5. mill. paſſ. a Sfachia, oppido in ortum, & 30. a Cydonia in meridiem, ad radices montium: quanquam aliqui credant eſſe *penice* pagum eiuſdem tractus, 18. m. paſs. a Nichita in occaſum.

phœnix item, mons Cariæ, in ora, contra Rhodum, inter Gnidum ad occaſum & Caunum ad ortum, cum caſtro & fluvio cognomine, vulgò *Anconitan* Moletio, à Dædala oppido & monte 1500. ſtadiis. Phęnix quoque nomen gentis, & phęniſſa generis fęminini. Eſt & phænix fluvius Theſſaliæ, in Apidanum influens, teſte Herodoto et Plinio.

phænus, mons Galliæ Celticæ, in Normannia, apud Baiocenſem urbem, vulgò *Criſmato*. Dicitur et *Mont de Bayeux*.

phogor, quæ et Beelphegor, villa Judææ, apud Bethleem urbem, quæ poſteà phagora dicta eſt, teſte Divo Hieronymo.

pholegandros, inſula maris Ægæi. Vide philocandros.

pholoe, *Xiria*, teſte Nigro, mons peloponneſi, in Arcadia, ſylvoſus, nivoſus, et excelſus, piſæ Olympiæ proximus. Cuius meminit Ovidius libro 2. faſtorum:

Teſtis erit pholoe, teſtes Symphalides undæ.

pholoe item, teſte Quinto Calabro, mons Theſſaliæ, proximus Othry, ubi Hercules centaurum aggreſſus eſt. A pholoe pholoeticus nomen gentis, ut pholoetica monſtra, apud Sidonium in panegyrico Maioriano:

-non ſic pholoetica monſtra
Atque Pelethronios Lapithas Semelejus Evan;
Miſcuit.

pholon oppidum fuit Arcadiæ, à pholo centauro dictum, teſte Stephano.

¶ phon, Archiepiſcopalis urbs in Aſia, teſte Guillelmo Tyrio. Sed quid ſit nunc non conſtat.

¶ Phoraga, Ariæ urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Phorbæ, Achæorum oppidum in Theſſalia, teſte Stephano.

* phorbantia, *Levanſo*, teſte Fazello, vel *Lavenzo*, inſ. Siciliæ ante Dræpanum urbem, proxima Æguſæ & Hieræ, à Drepano 12. m. p. in occid. ab Æguſa 18. (*in Seld. man. *forſantia*.)

phorca, palus Latii, in Marſis, ab urbe Roma 500. ſtadiis, teſte Iſacio. Vide Fucinus lacus, nam illi eadem eſt.

Phorcynus, portus Ithacæ inſulæ, ubi nympharum antrum.

¶ phornacis, *Hornachos*, teſte Henrico Coquo, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Luſitaniæ confinio, in Extremadura regione, inter Emeritam 7. & Zephyram 6. leucis. Sed hoc oppidum in Luſitania eſt, longè diſtans à Bætica; Phornacis verò à Ptolemæo in Bætica locatur.

¶ phornacis, oppidum Bæticæ verſùs montes Marianos, eſt *Alhama*, oppidum Vandalitiæ, in Extremaduræ confinio, & 9. leucis a Corduba in Boream diſtat verſùs Aquas Lupias.

phoronicum appellatum eſt Argos urbs peloponneſi,

Tomus II.

¶ phortzemum, *phortzheim*, urbs Germaniæ, in Svevia & in Marchionatu Badenſi, Familiæ Durlacenſis ad Entium flu. ubi recipit Nagoltium 2. leucis diſtat à Durlaco in ortum, 7. ab Heydelberga in meridiem uti 6. à Spira, & 8. ab Haguenoa in ortum. Dicitur etiam phorca à quibuſdam. Steph. Pauſ.

phoſphorium, portus Byzantii, quaſi Boſphorium, ut Ortel. citat, ſed apud Stephanum id minimè legitur.

phoſtonia, una ex inſulis Halcyoniis, in mari Halcyonio, quod & ſinus Corinthiacus.

¶ photinæum, Theſſaliæ urbs apud Stephanum.

phrada, urbs Drangianæ, quæ plinio & ptolemæo prophthaſia, quam Alexander magnus poſteà prophthaſiam nominari voluit, teſte Stephano.

phricium mons cum oppido cognomine Locridis, in confinio Theſſaliæ, apud Thermopylas. Fricium Livio. Incolæ phriciani & phricinienſes dicti. Liv.

¶ phriconis, Æolidis urbs, teſte Stephano.

phrixa, oppidum fuit peloppone ſi, in Triphylia regione poſteà phæſtus, teſte Stephano, apud Olympiam, a qua 50. tantùm ſtadiis diſtat. Hinc nomen gentis phrixęus. Tuchy.

phrixus, portus Sarmatiæ Aſianæ, apud fauces Boſpori Cimmerii. Et pauſaniæ flumen Argię, inter Temenium & Lernam in mare fluens. Stephano etiam fuit oppidum Lyciæ. Ptol.

phrudis, *Somme* vel *Some*, fluvius Galliæ Belgicæ, teſte Becano, per Ambianos in occaſum in Oceanum Britannicum influens: non *Sambre*, ut ſcribit Cœnalis; hic enim in Moſam defertur, phrudis verò in Oceanum. Aliis eſt *l' iſere*, qui ad Neoportum oppidum Flandriæ, in Oceanum excipitur.

¶ phrudis, *Besle*, fluvius parvus Galliæ. Caletes ab Ambianis ſeparat, uti etiam hodie Normanniam a picardia dividit. Oritur ſupra Albamalam, et aliquot auctus rivulis, in Oceanum Britannicum ſe exonerat paulò infra Augum oppidum, 6. leucis ab Abbavilla in occaſum, uti et 12. ab Ambiano.

phrurium promontorium, *Capo Bianco*, teſte Luſignano, promontorium Cypri, in principio oræ Auſtralis, inter Zephyrium promontorium ad occaſum, et Curium urbem ad ortum. Ptol.

¶ phrurium urbs Indiæ intra Gangem, teſte ptolemæo, nunc *Golconda* quibuſdam. Plin. Ptol. & al.

phruſino apud plautum. Vide Fruſino.

phryges, fluvius Aſiæ, qui phrygiam magnam à Caria dividit. Et populi phrygiæ. Ovidius libro 13. Metamorphoſeon:

Vt cecidit fortuna Phrygum, capit impius enſem.
Rex Thracum.

phrygia, regio Aſiæ gemina; magna ptolemæo, ſeu maior Xepophonti, Livio, et aliis, quæ et pacatiana libro Notitiarum et Conciliorum dicitur, in qua Synnada et Laodicea metropoles, tota mediterranea, *Germian* Caſtaldo, et *Durgat* Turcis, teſte Leunclavio, Galatiæ, pamphyliæ, Lydiæ, Cariæque confiniis: minor altera, quæ Epictetus, teſte Strabone, dicta eſt, & Helleſpontiaca, ac ad Helleſpontum Livio, & Troas ptolemæo, Myſia eidem, & plinio *Sarcum* ſeu *Sacrum* Caſtaldo; in qua urbes Alexandria & Dardanum in ora & intus Ilium, ſeu Troia: quę parva phrygia dicitur à ptolemæo, & quæ ſequitur in ora inter parvam & Æolidem, magna, in qua urbes palæſcepſis, Antandrus; Adramyttium, & pitane. Populi phryges. Hinc phrygius nomen gentis. Virg. libro 9. Æneidos:

O veræ phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta.
Dindyma.

Ovidius libro 4. Faſtorum:

Cùm tantùm à phrygia Gallica diſtet humus.

phryia onagris abundat; quos et frequentes habet Lycaonia, & Arcadia, India, & Mauritania, ubi velociſſimi ſunt. Phryges barbari, ac ſervili ingenio eſſe feruntur, qui ſolis verberibus in officio continentur; à quibus ortum eſt adagium teſte Suida, *phryx verberatus melior*: quod & Cicero habet in oratione pro Lucio Flacco, ubi ait, phrygem plagis meliorem fieri ſolere. Quod proverbium in eos qui non montis, nec pudore, ſed verberibus tantùm emendantur. Illud quoque, *Serò ſapiunt phryges*, non ſolùm ab Andronico: ſed etiam à Cicerone in epiſtolis familliaribus uſurpatur in eos, quos ſerò pœnitet malè vel ſtultè factorum. Phrygum Cannacas Rex, qui & Cannacus & Annacus apud Stephanum legitur, cum ſupra 300. annos vixiſſet, conſultum oraculum quando moriturus

 eſt

eſſet, reſpondit mortuo Cannaca omnia peritura. Quapropter omnes flere, & orare ut tantùm malum Deus averteret. Ex quo ortum adagium de gravi & miſerando luctu, *Cannacæ more plorare*, ut Zenodotus refert.

. Phrygia, regio Aſiæ minoris. Duplex eſt, nempè magna, & parva phrygia, ſic dicta, quia revera minor, *Sacrum* nunc dicta, aliàs Helleſpontica, quia versùs Helleſpontum erat, & oram maris Ægæi magis ad occaſum. Phrygia verò magna, nunc *Germian* dicta, teſte Caſtaldo, aliàs pacatiana, ſeu Salutaris, eſt regio ampla in mediterraneis, inter Bithiniam ad Boream, Galatiam ad ortum, pamphylia & Lydiam ad meridiem, & Myſiam ad occaſum, & ab ea ſeparatur à phrygia parva: totaque nunc ſubeſt dominio Turcarum. Eius urbes metropoles ſunt Synnada, Laodicea & Hiera polis; extenditurque per 230. leucas a Circio in Eurum, nempè a Bithynia, ad confinia pamphyliæ; ſed non eſt æquè lata.

phryx, fluvius phrygiæ minoris, quæ ab eo nomen accepiſſe videtur, phrygius Straboni, & Hyllus.

phryxa, urbs Arcadiæ, poſteà phaſtus, ab Olympia 50. ſtadiis, teſte Stephano. Vide phrixa.

phryxæum mare, quod Eubæam ad meridiem circa Caphareum promontorium alluit.

phryxi templum in Colchide, apud phaſim urbem, ubi vellus aureum a Iaſone Argonauta, unà cum Medea Oetæ Regis filia, ſublatum, ut Val. Flaccus narrat.

phtheleon, *Fiteleo*, oppidum Theſſaliæ, ad ſinum pagaſicum, inter Demetriadem & Thebas phthiotidis.

phterigius, mons Syriæ, Rhoſo urbi imminens, in ora, ubi piapis fluvius exoneratur. Cuius meminit Metaphraſtes in vitis Sanctorum.

phthia, oppidum phthiotidis regionis, apud ſinum Maliacum & Apidanum fluvium, patria Achillis, teſte Ennio. Cuius meminit Ovid. lib. 13. Metamorph.

Quis locus Aiaci? phthiam hæc, Scyronve ferantur.

Eſt & phthia ptolemæo portus Marmaricæ, cuius etiam meminerunt Plinius & Strabo, *porto del patriarcha*, teſte Moletio. Meminit & phthiæ prioris Virgilius libro 1. Aeneidos:

Cum domus Aſsaraci phthiam, claraſque Mycenas
Servitio premeret.

Sex. phthinopolis, phinopolis Plinio. Vide ibi.

Ruph. Ptol. phthintia, *Drilo*, teſte Nigro, oppidum, ſeu pagus Siciliæ mediterraneus, in ora auſtrali, ad fluvium cognominem, inter Camarinam & Terram novam in mare influentem.

Ptol. phthiotis, pthtia Polybio, regio Helladis, pars Theſſaliæ auſtralis, in qua Thebæ urbs metropolis, vulgò *Ziton*, Nomen gentis phthius & phthieus.

phthirophagi, populi Sarmatiæ Aſianæ, in Corocondama peninſula, teſte Strabone, ad Euxinum mare.

Ptol. phthuth, phut Plinio, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, extra Herculis columnas, in Oceanum Atlanticum influens inter Solis montem & phut oppidum, *Tenſiſt* Caſtaldo, *Fez* Varrerio. Sed *Fez* Volubilis pleriſque dicta putatur, Feſſa, urbs ampliſſima et regia. At apud ptolemæum, Thuth, non phthuth legitur. (* in Seld. manuſcripto *fthyo*.)

¶ phthuth, fluvius Africæ, in Mauritania Tingitana. Hodie *Tenſiſt* dicitur. Oritur ex monte Atlante; deinde inter provincias Marochiam et Haſcoram fluens, uti et inter Duccalam et Heam in regno Marochio aliquot auctus fluviis, paulò infra Azafiam in Oceanum Atlanticum ſe exonerat, teſte Sanſone.

Ptol. * phunduſii, populi Germaniæ, quorum urbs *Ripen*, in Cimbrica Cherſoneſo, teſte Andrea Vellejo, a Sleſvico urbe 14. leucis in Circium. (* in Seldeni manuſcr. *foyndeſoi*.)

Ptol. phuſca, phyſcus Straboni, et Diodoro, *Fieſco* Moletio *Fiſchio* Theveto, urbs Cariæ maritima, inter Lorymam ad occaſum, et Caunum ad ortum propiorem.

Prov. Rom. phycocle, *Cervia*, urbs Æmiliæ maritima, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Ravennate, inde 15. mill. paſſ. Ariminum versùs 20. ubi ſal coquitur, ingenſque illius proventus eſt in tota Æmilia: urbs à paucis ob aeris inſalubritatem habitata.

Strab. Ptol. phycus promontorium, *Capo di Corena*, vel *Carena*, promontorium Cyrenaicæ, apud Cyrenen urbem, inde introrſum ad 12. mill. diſtantem: appellatur etiam *Capo Raxaſen* et *Araz Auſen*, teſte Marmolio, inter ptolemaidem ad occaſum 22. et Apolloniam ad ortum 25. mill. Abeſt à phycunte Creta 225. mill. paſſ. in Boream, teſte plinio, Tænarum verò promontorium Laconicæ 375. De eo Lucanus lib. 9.

Impulit, ac ſævas meritum Phycunta rapinas
Sparſit.

¶ phycus promontorium & portus nunc *Capo di Cairoam* dicitur. 12. mill. paſſ. diſtat a Cyrene in Boream, & 225. à Creta in meridiem versùs Syrtim majorem, 50. autem circiter ab Alexandria in occaſum.

phygadum inſula, id eſt, inſula exulum, Ægypto in ſinu Arabico adjacens. Hodie apud ſcriptores recentes nomen haud habet. Stra

phygela, oppidum Joniæ apud Epheſum *Figena*. Vide pygela. Sunt qui Epheſum *Figena* indigitent, non ſine inſigni errore. Plin

phyla, caſtellum Atticæ, apud fines Bæotiæ, ab Athenis 100. ſtadiis diſtans Tanagram versùs. Populi phylaſiii Xenophonti. Stra &

phylace, oppidum Theſſaliæ, in Epiri, ſeu Moloſſidis (quæ eſt regio Epiri) confinio, à phylaco Dejonis filio conditum. Phylace etiam pauſaniæ & Apollodoro locus eſt peloponneſi, in Arcadia, unde Alphæus fluvius ortum habet. Lucanus lib. 6. Stra Liv.

Quæ tetigit Phylace, Pteleuſque & Dorion ira.

phylace quoque Hermopolitano, *Beniſuaif*, teſte Leone Africano cum Zieglero, urbs Ægypti ad Nilum, hoc tempore non obſcura, ubi etiam phylace Thebaica urbs ſequens, *Munia* hodie, teſte Zieglero: è regione Antinoi, à nova Babylone, ſive, ut vocant, à Cayro 120. mill. paſſ. in auſtrum, à Munia verò 180. Eſt & phylace plinio & ptolemæo oppidum Macedoniæ, in pieria regione, inter Lariſſam & pellam. Stra Ptol.

phylace oppidum Macedoniæ quid ſit hodie non conſtat. Strabo & Euſtathius hanc perperam Thebis phthioticis admovent. Interpres Theocriti ait, non procul diſſidere à monte Othri. Sedet ad fontes Nili fluvii, 35. mill. paſſ. à Lariſſa in Circium, & 60. à pella in meridiem.

phyliſtiim, populi palæſtinæ, (quæ ab eis nomen habere videtur,) in Ægypti confinio, quorum urbes Gaza, Aſcalo, Azotus, Jamnia, & Anthedon in ora. Qui & philiſthim ſcribuntur. Bibl

phyllis apud Herodotum eſt regio Thraciæ, & apud Stephanum fluvius Bithyniæ.

phyllos, regio Arcadiæ, quæ à Statio pecoroſa nominatur: ſed apud Strabonem oppidum fuit Theſſaliæ, Lariſſæ proximum, ubi erat Fanum Apollinis, Mideæ oppido vicinum. Statius lib. 4. Thebaidos:

Aptior armentis Midea, pecoroſaque Phyllos.

Phyrites, fluvius Joniæ, juxta Epheſum labens. Plin

¶ phyſcæ, Migdonidis in Macedonia urbs, teſte Ptol.

Phyſcæ, *Coſabet*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris Arpi proximum, apud oſtia Tyræ fluvii.

Phyſcia Stephano oppidum Lyciæ fuit.

phyſcella, oppidum Macedoniæ apud Olinthum, in pallene peninſula, ad Mecybernæum, ſeu Thermaicum ſinum. Plin

phyſcus, oppidum Cariæ, in ora, contra Rhodum, (Vide phuſca) à Trallibus 970. ſtadiis in meridiem, teſte Strabone, recedens. Phyſcus quoque Stephano portus & fluvius Rhodi inſulæ, *Gadura* nunc, teſte Ortelio. Stra

phyſcus item Theocrito mons magnæ Græciæ apud Crotonem urbem. Fuit & oppidum Locridis, à phyſco Ætolo conditum, teſte Stephano.

phyteum, phytia quoque Thucydidi, phyteum polybio, oppidum Elidis, in peloponneſo, & in Ætolia: Sed apud Stephanum phytæum eſt oppidum Ætoliæ, phyteum verò Elidis, ſive Helidis. Tuch

phytonia, inſula maris Tyrrheni, apud ſinum Formianum, inter pandatariam & palmariam.

piada, urbs Sericæ, quæ Mercatori *peim* nunc dici videtur. Populi piaddæ ptolemæo. Ptol.

pialia, oppidum erat Theſſaliæ ſub Cercetio monte, cujus meminit & Stephanus. Nomen gentile pialeus. Liv.

¶ pica, *Ilha de pico*, inſula eſt Oceani Atlantici, & una ex Tertiariis, ſeu Aſloribus inſulis, propè Fayalis & S. Georgii inſulas. Extenditur ad 45. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, teſte petro du Val; ſuntque tantùm aliquot pagi & caſtra in ea ſub dominio Regis Luſitaniæ.

¶ picardia, *picardie*, provincia Galliæ Belgicæ in regno Franciæ, in confinio Belgii, inter Campaniam ad ortum, Hannoniam & Arteſiam ad Boream, mare Britannicum & Normanniam ad occaſum, & provinciam Inſulæ Franciæ ad meridiem. Nunc ejus partes ſunt ſeptem, nempè Bononienſis Comitatus, *le Boulenois*, ponticum,

le

le pontieu, Ambianenſis ager, *l'Amienois*, Sanguiterſa, *le Santerre*, Veromanduenſis ager, *le Vermandois*, Tiraſcia, *la Tieraſche*, & Recuperata ditio, *le pais reconquis*. Eius partes erant etiam antea tractus Bellovacenſis, *le Beauvaiſis*, Noviomenſis, *le Noyonnois*, Laudunenſis, *le Laonois*, & Valeſia, *le Vallois*; ſed nunc ſunt ſub præfectura Inſulæ Franciæ. Totius provinciæ caput eſt Ambianum, *Amiens*, ad Somonam fluvium. A paucis annis præfecturæ generali picardiæ adiuncta fuit Arteſia, quæ anteà pars erat Belgii; erantque aliàs in illa regione Ambiani, Sueſſiones ex parte, Geſſoriacus pagus, Oromanſaci, & Veromandui.

(*Picardiæ urbes præcipuæ:*
Abbavilla, Abbeville.
Ambianum, Amiens.
Ardra, Ardres.
Bononia, Boulogne.
Caletum, Calais.
Capella, la Capelle.
Caſtelletum, le Catelet.
Corbeia, Corbie.
Dulendium, Dourlens.
Fanum S. Quintini, S. Quentin.
Fara, la Fere.
Guiſia, Cuiſe.
Hamum, Ham.
Monſtrolium, Monſtrevil.
perona, Perone.
Roia ſeu Rodium, Roye.
Rua ſeu Fanum S. Spiritus, Rue.)

piceleo, *picighiton*, oppidum permunitum agri Cremonenſis, ad Adduam fluvium, a Cremona 12. mill. paſſ. Ticinum versùs: quod aliqui Forum Iuntuntorum eſſe putant, cum circa annum ſalutis 1120. ædificatum conſtet.

¶ piceleo, *picighitone* incolis, oppidum amplum Ducatus Mediolanenſis, in Cremonenſi territorio, & in limite Laudenſis tractus & Cremenſis, cum arce munita ad Adduam, medium inter Cremonam & Laudem pompeiam, 5. tantùm milliar. a confinio ditionis parmenſis; crevitque ex ruinis Fori Iutuntorum.

picentes populi piceni, (Vide picenum) & populi regni Neapolitani. Vide picentini.

piacentia, *Vicenza*, teſte Mazzella, urbs olim picentum, ſeu picentinorum metropolis, quæ illis nomen dedit, nunc vicus exiguus in agro Salernitano, à Salerno 10. mill.paſſ. apud Silarum flumen. Stephanus picentum a phlegonte appellari ſcribit.

¶ picentia oppidum picentinorum nunc *Bicenza* dictum; eſtque vicus tenuis, quem allabitur fluvius *il Bicentino*, inter Salernum & Ebolos, nempè 7. mil. paſſ. à Salerno, 13. a Silaro & tribus milliar. à mari Tyrrheno diſtat, teſte Luca Holſtenio.

Picentini, picentes Melæ, picentii Silio, populi Italiæ, in ora maris Tyrrheni, inter Campanos ad occaſum & Lucanos ad ortum, Hirpinis ad arctos hærentibus; quorum ager Picentinus, & ora picentinum litus plinio dicitur, vulgò *Coſta d'Amalfi & principato citra*, tametſi principatus etiam Lucaniæ oram complectitur. Caput regionis eſt Salernum. Hinc picentius nomen gentis. Prudentius in peristeph. hymn. 11.

Indigena & picens, plebs & Etruſca venit.

Alius:

Hinc Picentini populi lateque videntur.

Silius libro 8.

Leucoſia è ſcopulis, nunc quem picentia paſto.

¶ picentini populi diviſi fuere à Lucanis Silaro fluvio, fueruntque ubi nunc pars Borealis principatus citerioris, in regno Neapolitano, iuxta ſinum Salernitanum. Brietius autem credit Surrentum, Vicum Æquenſem, Maſſam, & Stabias non fuiſſe alias picentinorum urbes, ſed Campaniæ, uti etiam ſunt hodie.

Vrbes picentinorum hodie exſtantes:
Amalphis, *Amalfi*, archiepiſcop.
Capreæ, inſula cum urbe epiſcop. ſub. Archiepiſc. Amalphitano, *Capri*. (Vrbs parva.)
Cava. (*la Cava*) vulgò, epiſcopalis recens, ſub Archiepiſcopo Salernitano.
Lycteræ, *Lettere*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Amalphitano, (parva.)
Maſſa Lubrenſis, *Maſsa di Sorrento*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Surrentino.

Minor, *Minori*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Amalphitano, (parva)
Nucera, *Nocera de pagani*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salernitano.
Ravellum, quaſi Rebellum, *Ravello*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Amalphitano. Sedes iuncta Scalenſi (parva)
Salernum, *Salerno*, archiepiſcopalis, principatus citerioris caput, olim academia.
Sarnus, *Sarno*, epiſcopalis, ſub Archiep. Salernitano.
Scalæ, *Scala*, epiſcopalis ſub Archiepiſc. Amalphitano.
Stabiæ, *Caſtel a mar di Stabia*, quaſi Stabiæ novæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Surrentino.
Surrentum, *Sorrento*, archiepiſcopalis.
Vicus Aequenſis, *Vico di Sorrento*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Surrentino, (parva.)
Interiere pompeii, Stabiæ, & Aequa.

picenum, regio Italiæ, quæ hoc tempore *la Marca d'* *Caſ.*
Ancona nominatur, ab Eſi fluvio, qui ab Vmbria ad oc- *Cic.*
caſum ſeparat, à Truento fluvio ad ortum, qui illam *Plin.*
ab Aprutio dividit, (quanquam Picenum ultra Truentum *& al.*
apud Plinium & Ptolemæum extenditur) ad auſtrum Apennino Monte, qui ab Vmbris & Sabinis ſeparat, ad Boream mari Hadriatico terminata. Vrbes hac tempeſtate claræ, Ancon, Firmum, Macerata, & Aſculum. Populi piceni plinio, picentes Straboni, & Livio. Silius libro 8.

Et qui picena ſtimulat telluris alumnos.

picenum à pica, quæ vexillo Sabinorum cum Aſculum proficiſcerentur inſedit, dictum putat Feſtus.

¶ picenum vulgò creditur *la Marche d'Ancone*, provincia ditionis pontificiæ, in Italia; ſed revera complectitur etiam partem Aprutii ulterioris, cum maiori parte Marchiæ Anconitanæ, cuius pars occidentalis aliàs erat in umbria, ubi urbes Aeſium, Camerinum; & nunc eius præcipua urbs eſt Ancon in ora maris Adriatici.

Vrbes huius temporis piceni:
Aeſium, *Ieſi*, epiſcopalis (*aliàs in Vmbria.*)
* Ancon, *Ancona*, portus & emporium.
* Aſculum, *Aſcoli*, epiſcopalis, ſub Archiep. Firmano.
* Auxinum, *Oſino*, epiſcopalis.
* Camerinum, *Camerino*, epiſcopalis, in Umbriæ confinio, (*aliàs in Vmbria.*)
Cingulum, *Cingoli*, olim epiſcopalis.
Cupra Montana. Vide Ripa.
Fabrianum, *Fabriano*, oppidum ex maximis Italiæ, (*aliàs in Vmbria.*)
* Firmum, *Fermo*, epiſcopalis.
* Lauretum, *Loreto*, epiſcopalis recens.
* Macerata, ſic vulgò, epiſcopalis (& academia) ſub Archiepiſcopo Firmano.
Recinetum, *Recanati*, epiſcopalis. (*Sedes iuncta Lauretana.*)
Ripa Tranſona, epiſcopalis recens, ſub Archiepiſcopo Firmano.
Septempeda, *S. Severino*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Firmano.
Tollentinum, *Tollentino*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Firmano. (*Sedes iuncta Maceratenſi.*)
Interiere Helvia Ricina, potentia, & Numana.

picis mons, *Monte di Venzone*, (*non di Veſone*, ut ſcribit Ortelius) mons Carnorum, teſte Blondo, apud Ventionem oppidum & Tilaventum fluvium, ab Vtino urbe 16. mill. p. in via quæ ad Vacorium in Norico ducit.

picneſii, *Erſech*, teſte Caſtaldo, populi Myſiæ inferioris, qui picenſii Ammiano dicuntur.

¶ picolmaius, *picolmayo*, fluvius Americæ meridionalis, in paraguaria regione. Oritur in peruvia regione, propè urbem Argenteam, *de la plata*; & poſt longum curſum auctus aliis fluviis, in Argenteum flumen ſe exonerat.

¶ picquinium, *picquigny*, oppidum Galliæ in picardia provincia, ad Somonam fluvium, 2. leucis infra Ambianum in occaſum diſtans Abbavillam versùs.

picra, ſtagnum Africæ, in Marmarica, apud Hammonis oraculum, cis illud 100. ſtadiis, quà Alexandrum magnum, cum ad illud oraculum conſulendum pergeret, tranſiiſſe refert Diodorus Siculus.

pictæ diverſorium Latii, in via Latina, ab urbe 220. *Strab.*
ſtadiis, ſeu 30. mill. paſs. apud Antoninum in Itinerario. *Ant.*
pictavi, pictones Cæſari, plinio, Straboni, populi Gal- *Amm.*
liç Aquitanicæ, & urbs epiſcop. ſub Archiep. Bituricenſi, et Academia, Populi *poictevins*, et regio *poictou*, urbs

verò pictavæ, *Poictiers*, nominatur hodie, Auguſtorium ptolemæo, (quod nomen obſoletum eſt) pictava urbs Turonenſis, inter Turones ad Boream 20. & Santones in auſtrum 23. leucis, à Bituricis in occaſum ſupra 30, pictaviæ Fortunato lib. 2.

Si Hilarium quæris, quis ſit, cognoſcere, lector,
Allobroges referunt Pictaviis genitum.

Eidem etiam pictavæ, lib. 8.

Pictavis reſidens qua ſanctus Hilarius olim.

Et alibi libro 6.

-pictavas attigit arces.

¶ pictavienſis provincia, *le poictou*, provincia regni Galliæ ampla, & aliàs pars Aquitaniæ, ubi olim pictavi ſeu pictones. Extenditur, pro maiori parte ab ortu in occaſum, & terminatur ab oriente Turonenſi provincia & Marchia, à ſeptentrione Andegavenſi Ducatu & Britannia minori; ab occidente Oceano Aquitanico, & a meridie Santonenſi, & Engoliſmenſi provinciis. Eius primaria urbs eſt pictavium, *poictiers*.

(*Pictavienſis provincia urbes*;
Caſtrum Heraldi, Caſtelleraud.
Duracium, Thouras.
Fanum S. Maxentii, S. Maixent.
Fontenaum, Fontenay.
Ganachina, la Ganache.
Lodunum, Loudun.
Luſſonia, Lucon.
Malleacum, Maillezais.
Mirabellum, Mirebeau.
Mons Morillonis, Moumorillon.
Niortium, Niort.
parthenaum, parthenay.
pictavium, poictiers.
Ricolocus, Aichelieu.)

¶ pictavium, *poictiers*, urbs Galliæ, aliàs Limonum dicta, pictavienſis provinciæ caput. Sedet ad Clanim fluvium 30. leucis diſtans à Mediolano Santonum in Cæciam, & 35. à Biturico. Civitas eſt ampliſſimi circuitus, ſed non æquè culta. Gaudet Academia celebri; eſtque in provincia pictavienſi ſuperiori.

Picti, *phichtiaid* Lhuydo, populi Britanniæ 2. hoc eſt Scotiæ, quorum regio Deucaledonia Marcellino. Sed aliis Laudonia regio putatur. Horum meminit Claudianus de victoriis Stilliconis:

Perlegit exſangues picto moriente figuras.

pictos è Schthia in Britanniam Profectos, ac in Scotia con ſediſse, auctor eſt Beda, ſic a pictura, qua utebantur, dictos. Quibus Scoti ſucceſſere.

¶ picti populi fuere Albionis, ubi hodie Scotia cis Tavm fluvium, ſeu meridionalis, versùs Angliam.

pictiaca ſylva in Territorio Aurelianenſi. Vide pitiacus.

¶ picticum fretum, *pichtlandt Fyrth*, fretum interjacens inter Orcades inſulas, & partem ſeptentrionalem Scotiæ. Vide Fretum picticum.

¶ picticus murus, *Mur Sever*, in Anglia Boreali. Vide Murus picticus.

Plin. pictones, * pectones ptolemæo, populi Galliæ, qui a pictis Scotiæ derivaſſe feruntur. (* In manuſcr. Seldeni *Pectones*.)

Ptol. pictonium promontorim, *Vornoc* Mercatori, in ora occidua Galliæ Aquitanicæ, inter oſtia Garumnæ & Ligeris fluminum, apud Talum mundi oppidum, quod à Luxiona urbe 8. leucis in Boream recedit.

¶ Pictonum promontorium Aquitaniæ, hodiè *Talmond*, Cluſio & Brietio teſtibus, oppidum 8. leucis diſtans à Luciona in occaſum; eſtque in ora Oceani Aquitanici, & 18. leucis diſtat ob oſtio Ligeris fluvii in meridiem.

Ptol. picuentum, non pinquentum, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, *pinguento*, oppidum Hiſtriæ mediterraneum, in monte, apad ortum Nauporti fluvii, à Iuſtinopoli urbe 10. mill. paſſ. in ortum.

Plin. pidoſus, inſula parva Cariæ, apud Halycarnaſſum urbem. Ea nunc *Iſola di S. Pietro* dici videtur.

¶ pientia, *pienza*, olim Corſinianum, urbs Hetruriæ, in colle & in agro Senenſi, ſic dicta, & epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Senenſi, à Pio II. pontifice Maximo, qui anteà Æneas Sylvius dicebatur, quòd illic natus eſset patre exulante. Parva eſt, ſed culta 6. mill. paſſ. diſtat à Monte politiano in occaſ. uti 10. a confinio ditionis pontificiæ, & 13. à Cluſio, 25. autem a Sena in Eurum.

piera, fons Elidis regionis in peloponneſo, inter Eliadem & Olympiam.

pieres populi Macedoniæ, in illius & Dardaniæ confinio, inter Axium, Aliacmonem, & peneum amnes ſiti. Horum regio ſequens eſſe videtur, cum inter eadem flumina ponantur. Strab. Ptol.

pieria, regio gemina: una Macedoniæ, cum oppido cognomine, inter Axium & peneum flumina, *Veria* Nigro *Lacoſtchia* aliis, in qua urbes phylace & Valle: altera Syriæ, cum monte in Caſiotide regione, qui * *Monte Nero* dici videtur Ortelio ex Guillelmo Tyrio, regio autem Pieria in ora, inter Ciliciam et phœnicem ſita eſt, ubi Seleucia urbs præcipua cognomento pieria. Pieria Macedoniæ picem habet Indicæ Naricıæ, Idææ, & Illyricæ comparandam. (* *Mortana Nigra* eſt in Ortelio.)

piericus ſinus, mare Thraciæ, iuxta pangæum montem ubi Oeſyme et Chryſopolis urbes.

pierius, mons Theſſaliæ, Muſis ſacer, quæ ex eo pierides dicuntur, qui et pierus Feſto, et pauſaniæ, in Macedoniæ confinio, apud montem Olympum ubi oppidum eiuſdem nominis, phæris proximum, de quo plinius, cum lacu cognomine, teſte pauſania. Lucretius libro 4.

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante,
Trita ſolo.

De pietro Ovidius libro 5. Metamorphoſeon:

* *Pierius genuit pellais dives in arvis.*

(* Legendum potiùs *Pierus* et eſt nomen viri.)

pierius, fluvius Achaiæ, in peloponneſo, pheras oppidum alluens. Et plinio oppidum Theſſaliæ, cum monte & pauſaniæ mons Macedoniæ cum lacu, qui tamen, teſte Æliano, eſt in Theſſalia. Sicuti et pierus fluvius, juxta pheras decurrens, et montem cognominem in Macedoniam uſque extenſum, Muſis ſacrum.

¶ pigelaſus, Cariæ urbs, in Aſia minori, teſte Steph. Tac.

pigrum mare idem ac Balticum; ſic, quod minùs fluctuoſum ſit, ut videtur, dictum.

¶ pigrum mare, teſte Brietio, eſt pars maris Arctoi ſeu Caledonium mare, ſupra Scotiam in Boream extenſum, versùs Schetlandicas inſulas et Islandiam.

¶ pilavia, *pilau*, arx munita poloniæ, in pruſſia Ducali, ad tranſitum ex mari Baltico in Habum ſinum et konigsbergam, ubi portus commodus naves excipit; et 7. milliaribus Germanicis diſtat a konigsberga in occaſum, ſub Electore Brandeburgico. Captum fuerat à Svecis anno 1626. ſed poſteà redditum fuit.

¶ pilſenum, ſeu pilſna, *Pilſen*, urbs Germaniæ, in Bohemia ad fluvium Miſam, probè munita, et ampla 9. milliaribus Germanicis diſtat à praga in occaſum, 6. a limite palatinatus ſuperioris, et 11. ab Egra versùs ortum hybernum.

¶ pilſna, *pilſno*, urbs poloniæ ſuperioris in palatinatu Sandomirenſi, territorii adiacentis caput, propè Viſtulam fluvium, et aliquot milliaribus ſupra Sandomiriam.

¶ pilus Eliaca. Vide pylus Eliaca.

¶ pimoliſena Cappadociæ regio in Aſia minori, circa Halim fluvium, teſte Strabone. Forſam eadem cum pimolitis, quam idem Strabo alio in loco habet.

pimpla, mons Macedoniæ, (non Thraciæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) in Theſſaliæ confinio, Olympo vicinus, et Muſis ſacer, qui pimplæus à Catullo dicitur. Ibi et fons eiuſdem nominis. Vnde Muſæ pimplææ et antrum pimplæum, etiam Muſæ pimpleidis. Videtur idem ac pierius. Sunt qui in confinio Thraciæ illum locant. De Muſa pimplæa Horatius libro 1 carminum ode 26. Strab.

pimpla etiam locus eſt phocidis, apud parnaſum. Locus Muſis ſacer erat.

¶ pinamus, Ægypti urbs teſte Sephano.

pinaria, urbs Lyciæ mediterranea, valde amœna epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Myrenſi, adhuc *Pinara* vulgò. Populi pinaritiæ plinio ad montem Caſium. Strab. Plin. Ptol.

pinaria, inſula maris Jonii, non Ægæi, ut ſcribit Ortelius, apud Echinades. Cujus meminit Virgilius libro 8. Aeneidos: Plin.

*Et domus Herculei cuſtos * pinaria ſacri.*

(* Videtur potiùs nomen familiæ quam inſulæ.)

¶ pinarolium, *Pignerol*, urbs Italiæ, cum arce permunita, ad Chiſonem, et ad radices Alpium, in pedemontio. Anteà ſuberat Duci Sabaudiæ ſed ab anno 1631. effecta eſt Francici iuris. Ab Italis *pinarolo* dicitur; eſtque in ipſo limite Delphinatus, 12. milliaribus pedemontii ab Augu-

ſta

ſta Taurinorum diſtans in Africum, & 19. à Seguſio in meridiem, Saluтias verſùs 10.

pinarus, fluvius Ciliciæ, apud Solos urbem fluens: ex quo liquet fluvium nihil commune habere cum urbe, quæ pinara dicitur.

pinciana porta. Vide Collatina in Collatia.

pincianæ aquæ, quæ & Egeſtanæ, in Sicilia, apud Egeſtam urbem, quę hodie non exſtat.

pincius, mons, collis Romæ, inter portam Salariam & Flaminiam extenſus; olim extra urbem, ſic à pincio Senatore nominatus, apud quem ſacra ædes Trinitatis, Salluſtianus etiam dictus, & collis Hortulorum apud Svetonium. Vulgò adhuc *Monte Pincio*.

Pindaſus, mons Myſiæ, in Aſia, ex quo Cetius fluvius oritur, pergamum urbem prætерfluens.

Pindeniſſus, oppidum Ciliciæ, in Syriæ confinio, ad Amanum montem, à Cicerone oppugnatum.

pindus, *Mezzovo* Sophiano & Laonico, mons Macedoniæ (inter illam & Aetoliam, ac inter Epirum & Theſſaliam) ingens, Aetolos ab Acarnanibus dividens. Ex quo Inachus, & Aeas, teſte Strabone, & peneus, teſte Ovidio, flumina effluunt. Dicitur et perrhæbus apud propertium libro 3. elegia quinta. De eo Ovidius libro ſeptimo Metamorphoſeon:

Othryſque, & Pindus, & Pindo major Olympus.

¶ Pindus, mons Epiri, Theſſaliæ ab aliis tribuitur. Hinc autem ab Acrocerauniis jugis ad Termopylas excurrit, & ex medio ſui brachium emittit, quod parnaſſum facit, et deſinit in Heliconem. Hinc vides cur apud poetas tria hæc nomina, pindi, parnaſſi, et Heliconis, confundantur. Videtur à Livio Lincos appellari.

pindus item, fluvius Ciliciæ, circa Iſſum urbem fluens in ſinum Iſſicum.

¶ pinelum, *pinhel*, urbs parva, ſed munita Hiſpanię, in portugallia, & in confinio Legionenſis regni, ad amnem cognominem. Diſtat quatuor leucis à Durio fluvio in meridiem, Guardam verſùs 6.

pinetum, *la pineda*, ſylva pinorum, in Aemilia, apud Ravennam urbem, inter illam et Cerviam occurrens.

pinetus oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Callaicorum, inter Bracaram 110. et Aſturicam 141. m.p. ex Itiner. Antonini quod nonnullis *pinto* dici videtur: ſed Pintum oppidum in Carpetanis eſt, inter Madritum 2. et Toletum 10. leucis, longiſſimè à pineto Antonini & ptolemæi diſtans.

¶ pinetus, oppidum Callaicorum Braccariorum. Hodie *pineda* dicitur, teſte Ferdinando Alvaro Sicco; eſtq; vìcus portugallię iuxta fontes fluvii *Mourilho*, in provincia inter Durium, et Minium dicta, 12. leucis à Bracara in ortum diſtans, vix 2. à confinio Gallæciæ in meridem et 30. circiter ab Aſturica in occaſum.

¶ pingianum, *pingyang*, urbs Imperii Sinarum, & provinciæ Xamſiæ ſecunda, perampla et probè culta, juxta fluvium Fuenum, in planitie fertiliſſima; et ſub ipſa ſunt 33. urbes, teſte Martinio.

¶ pingiva, *pingyve*, urbs Imperii Sinarum, parva, ſed munita, in Queichea provincia, et in confinio Suchuenſis provinciæ, teſte Martinio.

¶ pingleanum, *pingleang*, urbs eſt Imperii Sinarum in provincia Xenſia, cujus quartum locum occupat. Sedet ad radices montium, propè fluvium *king*; et ei ſubſunt novem urbes minores, teſte Martinio.

¶ pinglum, *pinglo*, urbs eſt ampla Imperii Sinarum, in provincia Quanſia, cuius quartum locum obtinet. Sedet iuxta fluvium *Ly*, intra colles; et ei ſubſunt ſeptem urbes, teſte Martinio.

Pingus, fluvius Myſiæ ſuperioris non obſcurus, ex Dardanis unà cum Margi et Timacho fluviis eiuſdem regionis in Danubium ſe ſe exonerans. Vide plinium lib. 3. cap. 26.

pinna, *Città di penna*, urbs Veſtinorum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Teatino, inter Teate, et Atriam 12. mill. paſſ. Sed nunc ſedes Atrienſis et pinnenſis ſunt unitæ. Populi pennenſes plinio, pinnenſes Valerio Maximo. De pinna Silius libro 8.

Quæ Fiſcelle tuas arces, Pinnamque virentem.

Et alibi:

Et celſa toto ceciderunt aggere Pinna.

pinon, ſeu pinum, *Vunez*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Valacchia, Sorno finitimum. Nigro *Phiſtona* dici videtur.

¶ pinſcum, *pinsK*, urbs eſt poloniæ, in poleſia provincia, ampla & culta, ad amnem Pinnam, ubi in pripetium cadit 19. milliaribus Germanicis à Breſtia in ortum, diſtans. Sed à Coſaccis capta fuit, & poſteà igne vaſtata.

Pintia, oppidum geminum: unum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaccæis & regno Caſtellæ veteris, *pennafiel*, teſte Hieronymo Surita, apud Durium fluvium, inter Valliſoletum, & Arandam 9. leucis. Sed Cluſio & Joanni Marianæ ipſa urbs Valliſoletum eſſe videtur, vulgò *Valladolid* urbs præclara, & Caſtellæ veteris conventus iuridicus. Alterum in Sicilia exciſum in ora Auſtrali, inter Thermas & Selinuntem, ubi adhuc veſtigia durant, teſte Fazello. Populi pintienſes, ſeu pinthienſes. Sed apud ptolemæum phthinthia, non pintia legitur. (* ptol. habet pintiam & pinthinthiam duo diverſa oppida.) *Plin.*

¶ pintia Vaccæorum, hodie *Valladolid* omnibus, urbs eſt ampla & culta, ad piſoracam fluvium, qui paulò infra cadit in Durium; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano recens effecta, uti & Academia, & fuit perſæpe Regum Hiſpaniæ ſedes & domicilium. Eſt in ipſo limite regni Legionenſis, 7. leucis à palentia in meridiem, Abulam verſùs, & 15. ſupra Senticam in ortum. Ibi obiit anno 1506. die 20. Maii Chriſtophorus Columbus celeberrimus ille Argonauta, qui primus Indiam occidentalem ſeu Americam detexit anno 1492.

¶ pintia nova, *nueva Valladolid*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Jucatania provincia novæ Hiſpaniæ, verſùs oram ſinus Honduræ; eſtque ſatis culta, & ſub Hiſpanis.

¶ pintia nova ſeu Camayagua, *Valladolid nueva*; aliàs *Comayagua*, urbs Americæ ſeptentrionalis, & caput Hondurę provinciæ novę Hiſpaniæ, media ferè inter mare Boreale & mare Auſtrinum, in limite Guatimalæ provinciæ. Excitata fuit ab Hiſpanis hiſce ultimis temporibus; eſtq; urbs epiſcopalis ab anno 1588. ſub Archiepiſcopo mexicano.

¶ pintia nova altera, quæ etiam Fanum S. Joannis de Salisfodinis dicitur, *nueva Valladolid ò S. Ivan de Salinas*, urbs eſt parva Americæ meridionalis, in peruviæ regno, & in provincia pacamorum, ad radices Andium montium ſub Hiſpanis.

¶ pintia denique nova, *nueva Valladolid*, dicta fuit Guayangrum, urbs ampla Americæ ſeptentrionalis, quæ aliter, et communiùs vocatur Mechoacanum, *Mechoacan*, provinciæ cognominis caput, in nova Hiſpania. Vide Mechoacanum.

pion, mons Joniæ, apud Epheſum, in quo S. Timoth. Epiſcopus à populo lapidatus ſepultus fuit. *pauſ.* *Plin.*

pionia, pioniæ plinio, et pauſaniæ, oppidum Aeolidis ad Caicum fluvium. Populi pionitæ, plinio.

piplæ, ſeptem inſulę parvæ Galliæ Narbonenſis, apud Narbonem urbem, vulgò *les isles de Narbone*, veluti ſcopuli. *Steph.*

piræus, portus Athenienſium, pyreæus plauto, ab Athenis in auſtrum 40. ſtadiis diſtans, *porto Lion* Sophiano, et *porto di Sethines*, inter Schœnuntem portum ad occidentem apud Iſthmum 350. et Sunium promontorium in ortum 330. ſtadiis. De quo Ovidius libro 6. Metamorphoſeon: *Steph. & al*

Cecropios intrat, piræaque littora tangit.

Piræus non fert vaſa inania, ſpeciem habet adagii apud Julium pollucem libro 6. in eos qui aſymboli ad cœnam veniunt. Solebant enim iuvenes in pyræo convenire cum vaſis variis cibis refertis. Piræi conſpiciebatur armamentarium, opus philonis Athenienſis, celebre.

¶ piræus portus, ſeu meliùs pyræus, nunc *porto di Setine* à quibuſdam dicitur ab urbe ei adiacente, ab aliis autem *porto Leone* à leone Marmoreo, qui iacet ad littus; eſtque propriè portus Athenarum, et aliàs longis muris urbi coniunctus opera Themiſtoclis; eſtque ad oſtia Cæphiſi fluvii.

piraica, regio Oropiorum, in Attica. Athenienſibus olim ſubditorum. Quorum hodie nomen, et memoria extincta videntur. *Thucy*

pirene, Caballinus fons perſio et aliis poetis, fons Acrocorinthi arcis Corinthiæ, cuius aqua ſuaviſſima ad potandum eſt, teſte Strabone. De qua Statius lib. 1. ſylv. carm. 4. *Strab.* *Plin.* *& al.*

Excludat Pimplæa ſitim, nec conſcia detur.

pirene. Vide pirene.

pireus plauto in Trinummo, cui alibi pireæus. Vide pirȩus. *Steph.*

pireſia, oppidum Theſſaliç, quod & Aſterion, Stephano, cuius Orpheus meminit.

¶ pirna, *pirn*, oppidulum Germaniæ, in Miſnia provincia ad Albim fluvium, vix 3. milliaribus Germanicis ſupra Dreſdam in meridiem, ubi pax inita inter Ferdinandum II. Imperatorem, & Saxoniç Electorem, cujus dominio ſubeſt oppidulum, 3. leucis à limite Bohemiç diſtans.

Ptol. Piroboridava, *Brailano*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris, ad Danubium, in Moldaviæ confinio. Sed levi coniectura ſic indigitatur.

Pirum, *Megies*, ſeu *Megeſvvar*, urbs Daciæ, teſte Lazio, ad Cocholinum flumen, in Transylvania, ab Alba Iulia 8. leucis in Boream diſtans. Situs tamen apud ptolemæum non videtur congruere.

Ptol. ¶ pirum tortum, *pixendorf*, vicus Germaniæ, in Auſtria inferiori, ad Danubium fluvium, teſte philippo Cluverio, 6. leucis ſupra Viennam in occaſum.

Ptol. Lio piruſtæ, populi Illyrici, in Macedoniæ confinio, qui *Albaneſi*, teſte Vigenereo dicuntur, Lazio vero *Burſterſtaller*, ad Glanam fluvium.

Strab. pauſ. & al. piſa, urbs peloponneſi, ad Alpheum fluvium, & montem piſæum, de quo plutarchus. Vide Olympia. Regio piſatis Straboni. Mem. piſæ Virg. l. 3. Georg.

Aut Alphea rotis prælabi flumina Piſç.

Hinc piſæus nom. gent. apud Ovid. amor l. 3. eleg. 2.

Ad quam penè Pelops piſæo concidit axe.

piſæ Milo tyrannus, cum ſubditos variis affeciſſet tormentis & cruciatibus, ab eis in mare demerſus eſt. De eo Ovidius in Ibin ſic:

Vtque Milo, ſub quo cruciata eſt piſa Tyranno,
Vivus in occultas præcipiteris aquas.

piſę quouis luſtro ludi Olympici celebrabantur. Vnde apud Sineſium proverbium legitur, *In piſa animum confirma*, cum aliquem ad pugnam vel diſceptationem animamus.

Strab. Plin. Liv & al piſæ, *piſa*, urbs Hetruriæ Archiepiſcop. et Academia, ad Arnum fluvium interluentem, ab ejus oſtio 10. mill. paſſ. a Florentia 40. proxima Lucæ 10. mill. paſſ. diſtanti, inter Senas ad ortum 50. et Lunam ad occaſum 40. Ibi Academia anno ſalutis 1309. inſtituta, et anno 1400. coacto Concilio pſeudopapis depoſitis Alexander Quintus pontifex Maximus creatur. Nunc ſedes eſt Equitum Sancti Stephani, qui mare ab hoſtium incurſione defendunt. A piſanis Arcadiæ populis, teſte Strabone et Solino, condita. De ea Lucanus libro 2.

Hinc Tyrrhena vado frangentes æquora Piſæ.

populi piſani.

¶ piſa, *piſe* Gallis, urbs eſt ampla, cum arce permunita, aliàs ſui iuris, et Reſpublica potens, quæ Sardiniam è manibus Saracenorum vindicavit, Carthaginem domuit, et egregiam Chriſtianis Orientalibus navavit operam. Expugnata fuit a Florentinis, reſtituta libertati per Carolum VII. Franciæ Regem, demum ad magnum Hetruriæ Ducem devoluta eſt, cui nunc etiam ſubeſt. 6. milliaribus diſtat ab oſtiis Arni fluvii, & ab ea tractus dicitur *il Piſano*, Piſana ditio.

¶ piſanus tractus, *il piſano*, ſeu *il territorio di piſa*, Gallis *le Piſan*, pars eſt Hetruriæ, inter agros Florentinum et Senenſem ad ortum, ditionem Lucenſem ad Boream, et mare Tyrrhenum ad occaſum, aliàs ſui iuris, nunc ſub magno Duce Hetruriæ. Ejus urbes ſunt piſa, *piſa* tractus caput, Liburnus portus et emporium, *Livorno*, et Volaterræ, *Volterra*, in mediterraneis.

Steph. piſaon oppidum erat Macedoniæ, in Theſſaliæ confinio, in pelagonia regione, inter Iolcum et Sepiadem promontoria in ora maritima, ſeu non longè à littore.

Liv. & al piut. Plin. piſarum, *Peſaro* colonia et urbs Vmbriæ, epiſcopalis ſub Atchiepiſcopo Vrbinate, inde 20. mill. paſſ. in Boream, in ora Semnonum, ad Iſauri fluvii oſtium, inter Ariminum ad occaſum 25. et Fanum ad ortum 6. mill. ab Ancona 40. in occaſum, a Totila Rege exciſum, ſed à Belliſario inſtauratum, teſte Procopio. Ejus meminit Catullus ad Juvencum carmine 82.

præterquam iſte tuus moribunda ſede piſauri.

piſauri natus eſt Ætius, qui inter oratores veteres clarus habitus eſt. Piſaurum colonia deducta eſt, quo tempore pollentia in piceno, teſte Livio lib. 9. decadis 4.

¶ piſaurum, urbs aliàs Vmbriæ, nunc Ducatus Vrbini, in ditione pontificia, et in ora maris Adriatici. Ampla eſt ſed elegans, media inter Senogalliam ad ortum & Ariminum ad occaſum.

¶ piſcaria, *peſchiera*, urbecula Italiæ probè munita, in ditione Veneta, ad lacum Benacum, ubi ex eo effluit Mincius fluvius, in agro Veronenſi, & in ipſo limite agri Brixiani & Ducatus Mantuani. 15. milliaribus diſtat a Verona in occaſ. Brixiam verſùs 25. Vide Ardelica.

¶ Piſcariæ ora, *la Coſte de la Peſcherie*, tractus Indiæ intra Gangem, in ora ſinus Gangetici, inter Negapatanum ad Boream, & promontorium Comorinum ad auſtrum, è regione Ceylani inſulæ, ſub dominio principis Maduræ. Ibi maxima unionum piſcatio. Plin.

Piſcenæ, *peſenas* vel *pezenas*, oppidum haud obſcurum Galliæ Narbonenſis, in Occitania regione, teſte Ioanne poldo, apud Agatham, tribus leucis diſtans, inter Biteras quatuor, & montem peſſulum ſex.

¶ piſcenæ, *Pezenas*, urbs eſt lepida & probè culta in Occitania, ubi ſæpè comitia provinciæ. Sedet ad Araurarim fluvium, in colle 3. leucis ab Agatha in Boream diſtans, uti vix 4. eb ora maris Mediterranei, & 9. à Montepeſſulano in occaſum.

¶ piſciacum, *Poiſſy*, oppidum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, ad Sequanam fluvium, 5. leucis diſtat à Lutetia in Cæciam Rothomagum verſùs. Clarum eſt natalibus S. Ludovici Francorum Regis, una leuca infra confluentes Oeſiæ fluvii in Sequanam.

¶ piſida, *piſida* ſeu *Peiſida*, fluvius Tartariç deſertæ. Moſcoviæ ditionem à Tartaris dividit; & in mare Glaciale ſe exonerat.

piſidæ, populi Aſiæ, quorum regio piſidia, in pamphylia, pars illius Borealis, *Verſacgeli* ſeu *Verſacili* Turcis, teſte Leunclavio, à Verſaco urbe primaria, & ſede præfecti quæ veteribus Antiochia piſidiæ nominatur. Horum meminit Claudianus lib. 2. in Eutropium: Strab. Plin. & al

Pamphylios, piſidaſque: rapi metuendus ab omni
Targibilus.

piſidas Solymos à Solymo Iovis filio appellatos teſtatur Stephanus, deinde piſidas à piſida.

¶ piſidium Aſiæ minoris oppidum fuit maritimum haud procul à Seleucia, teſte Diodoro: Forſan poſidium legendum eſt, ut credit Holſtenius.

* piſidon, portus Africæ propriæ, ad Syrtim parvam, apud Girbam inſulam, inter Tacapam ad occaſum & Tripolim ad ortum, *Zuarat* hòdie, teſte Marmolio. (* *Pinſindo* in manuſcripto Seldeni.) Ptol.

¶ piſidon, ſeu & meliùs piſide, nunc *Zoara* dicitur, teſte Sanſone; eſtque urbs regni Tripolitani, in ora maris Mediterranei, permunita, ſed tamen expugnata & direpta fuit ab Equitibus Melitenſibus, ante paucos annos. Portum habet capacem, & 180. mill. paſſ. diſtat à Tripoli novo in occaſum, verſùs Syrtim minorem.

piſilis oppidum Cariæ meritimum, inter oſtia Calbis fluvii & Caunum urbem: extinctum putatur, à recentibus minimè memoratum. Strab.

piſinus. Vide peſſinus.

piſis apud Stephanum nomen eſt oppidi & montis Arminiæ, & Suſianæ. Sed de re hac nil apud alios legitur. plin.

piſiſtrati inſulæ, tres parvæ inſulæ Ioniæ, apud Epheſum; quarum nomina Anthinæ, Myonneſos, & Diareuſa: quarum oppida interiere. Nunc ex Epheſo nominantur.

piſona, *poſching*, pagus Vindeliciæ, in Bavaria, inter Straubingam et Decheldorpium in ortum, apud Danubium: qui aliis piſonium dicitur, et vulgò *Vveſchel*. Vet in

piſonis villa, *Truglio*, teſte Loffredo, locus Campaniç apud Baias, olim ob ejus delicias à Nerone frequentatus. Tac

piſonium, poſteà poſonium, & poſſonium, *Presburg*, urbs pannoniæ ſuperioris, ad Danubium, in Hungaria, apud Auſtriæ fines, ubi poſt amiſſam Budam comitia regni Hungarici habentur, inter Viennam ad occaſum 10. & Strigonium in ortum 12. leucis. Vide flexam. Vet in

¶ piſonium, urbs Hungariæ ſuperioris non autem pannoniæ antiquæ. Meliùs Poſonium dicitur. Vide ibi.

Piſoraca, *Piſverga*, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Vaccæos in Durium fluens apud Septimancam oppidum, Valliſoleto urbe et Edonia oppido irrigatis.

piſpiri, mons Ægypti, qui mons ſancti Antonii dicitur, teſte palladio, in territorio Alexandrino. Hiſt. Trip.

piſtas, *poiſſy*, oppidum Galliç Celticç, ad Sequanam fluvium, in Franciæ et Normaniç confinio, Latino recen-

centi piſſiacum, apud pontiſaram oppidum, ubi Eſia in Sequanam labitur, à Lutetia pariſiorum 7. leucis in Boream. (*Vide piſciacum.*)

Piſtoria, piſtorium Plinio, ad piſtores Antonino, *piſtoia*, urbs Hetruriæ epiſcopalis, ſub Arrchiepiſcopo Florentino, apud montis Apennini radices, inter Florentiam & Lucam 20. mill. paſſ. De qua in ſigillo urbis:

Quæ volo tantillo Piſtoria cælo ſigillo,

Et libro 3. Itinerarii:

-cum nos in plana valle tuemur
Piſtorium; dulci contraria monſtra quieti
Iſta tulit tellus,

¶ piſtoria, *piſtoia* incolis, *piſtoie* Gallis, urbs eſt Hetruriæ, in agro Florentino, ad amnem Stellam, ferè media inter Florentiam ad ortum & Lucam ad occaſum; vixque 12. mill. paſſ. diſtat in ortum ab agro Bononienſi & ditione pontificia. Clara eſt natalibus Clementis IX. Pontificis Maximi è gente Roſpiglioſia.

piſtrenſis villa, *Biſtricz*, teſte Lazio, pagus pannoniæ inferioris, ad Danubium, patria Sozomeni, à Sirmio urbe 26. mill. paſſ. teſte Ammiano, diſtans in ortum, contra petrovaradinum, quaſi medius inter Bononiam & Taurunum.

piſye, (piſvetæ populi Livio) oppidum olim Cariæ, in ora Rhodienſium. Quod Stephanus etiam Bitye legi teſtatur. Hodie], quod ſciam, non exſtat.

pitane, urbs Troadis maritima, in Æolidis confinio, inter Adramyttium ad Boream & oſtia Caici fluvii in auſtrum 3. mill. paſſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Epheſino. Pitane etiam oppidum Laconicæ mediterraneum, ad Eurotam fluvium; & oppidum Macedoniæ maritimum in ora orientali. Pitane urbs à pelaſgis capta, illis ſervire coacta fuit, donec ab Erythæis liberata, in priſtinam libertatem vindicata eſt. Hinc adagium *pitaneſum*, de iis qui redacti ad extremam calamitatem, rurſus ad priorem fortunam reſtituti ſunt, apud Zenodotum. Pitane quoque fluvius iuxta urbem decurrens, in quo lateres exſiccati non merguntur, ut & Maſſiæ in Bætica, ut ſcribit plinius. Populi pitanæ, & pitanæi. Ovidius libro 7. Metamorphoſeon:

Ætoliam Pitanen *à læva parte reliquit.*

Lucanus lib. 3.

Quique colunt Pitanen, *& quæ tua munera pallas.*

¶ pitane urbs Aſiæ minoris fuit, in Myſia maiori, versùs oram maris Ægæi, 60. mill. paſſ. circiter ab Aeolide diſtans, & longiùs à Troade.

pitanus, fluvius Corſicæ, unus ex tribus maioribus, in ora occidentali, inter Fiſeram oppidum & Marianum promontorium, *Talabo* Caſtaldo, ſeu *Talaro* aliis, apud Fiſeram, inter Adiacium & Bonifacium; aliis *Liamone*, in eundem ſinum cum Talabo influens.

¶ pitanus fluvius aliis eſt Titianus, in ora occidentali Corſicæ versùs merid. cum portu ſeu ſinu cognomine. Fluvius nunc *fiuminale d' Ornano* dicitur, portus verò *Golfo di Talabo*, Brietio & aliis teſtibus.

pithecuſa, inſula maris Tyrrheni, in Campania. Vide Inarime & Ænaria. Pithecuſæ numero plurali Stephano & Ovidio lib. 14. Metamorphoſeon:

Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Pithecuſſæ, inſulæ tres parvæ Africæ, ubi ſimiæ pro diis colebantur, nomen ab illis trahentes.

pithonis eſt locus Aſiæ in campis apertis, ubi ciconiæ primo adventus ſui tempore congregantur, teſte plinio libro 10. capite 23. Mira ſunt quæ ibi narrantur.

pithuerium, *pluviers*, oppidum amplum Galliæ Celticæ, in Vaſtinia regione, à Miliaco 7. leucis in auſtrum diſtans, à Lorris 6. in ortum, à Stampis verò 10.

¶ pithuerium, *pluviers*, urbs Galliæ, in Belſia provincia, à quibuſdam etiam *pithiviers* dicta, ad amnem *Oeuf*, in Aurelianenſi tractu, media inter Milliacum in Cæciam & Aurelias in Africum.

Pitiacus, & pictiaca ſylva, nunc Cella S. Aviti, locus Galliæ Celticæ in territorio Aurelianenſi, ubi eremus vaſta, & cœnobium S. Aviti. (*Forſan* patay *oppidulum.*)

pitinum, *petra Molina*, teſte Ortelio, oppidum Vmbriæ, populi pitinates, & ager pitinas plinio, trans Apenninum montem, ubi Novanus fluvius in ſolſtitio æſtivo torrens, ſiccatus in bruma, teſte Plinio; in piceno, ut videtur, non in Vmbria.

¶ pitinum urbs fuit epiſcopalis Valeriæ, non longè ab Amiterno. Nomen & veſtigia ſuperſunt. 2. mill. paſſ. & paulò plus à civitate Aquila diſtat, in Aprutio, in loco qui vulgò dicitur *Torre di* Pitino, teſte Luca Holſtenio.

pitornius, fluvius Latii, per lacum Fucinum impermixtus tranſiens; Iuvencus ſeu Iuvectus Plinio, ut quidam falsò ſcribunt, cum invectus ibi apud plinium participium ſit, non nomen fluvii. *Vib. ſe.*

pitthea, oppidum peloponneſi, apud Trœzena, vel ipſa Trœzen, in ora Argiæ. Hinc pittheis. Ovidius in epiſtola Ariadnæ Theſeo: Plut.

Nec pater eſt Aegeus, nec tu pittheidos Aethræ
Filius.

pittia, *Pittineo*, oppidum Siciliæ, in agro Cephalodienſi, apud Tuſam arcem, teſte Fazello. Sed Fazellus decipitur; nam apud plinium pittia non legitur, ſed pinthienſes tantùm populi. P*lin.*

pitulum oppidum fuit Latii: populi pitulani plinio, quorum hodie nulla exſtat memoria, uti nec aliorum ejuſdem regionis. P*lin.*

pityea, pitya Straboni, oppidum erat Myſiæ, ad Helleſpontum, in Bithyniæ confinio, in ora, inter parium, & priapum, uti Stephanus poſt Strabonem ſcribit. Nomen gentis pityeus. *Hom.*

¶ pityndra ſeu pytindra, urbs Indiæ intra Gangem, & in ora ſinus Gangetici, teſte ptolemæo, nunc forſan *Narſingapatan*, in regno Golcondæ; ſed id tantùm ex coniectura.

pityodes, pityuſa Straboni, pityuſſæ numero plurali Stephano, inſula parva propontidis, ad Hyrium promontorium, in Helleſponto. *Steph. Plin.*

pityoneſus, *Schilla* in Tabulis recentibus, inſula parva peloponneſi, in ſinu Saronico, contra Epidaurum, a littore 6. mill. paſs. ab Ægina inſula 17.

pityus, oppidum Sarmatiæ Aſianæ, apud fines Colchidis, ad Euxinum mare, in finibus Heniochorum, à Dioſcuriade urbe Colchorum extrema 360. ſtadiis in occaſum, Imperii Romani quondam terminus, ab Heniochis direptum, teſte plinio, cui etiam fluvius ejuſdem nominis *Strab.*

pityuſa, inſula parva ſinus Argolici, ante Hermionen, vulgò etiam *pitiuſa*. Sunt & pityuſæ plinio inſulæ duæ in mari Iberico, anguſto freto inter ſe diviſæ; quarum maior Ebuſus, minor Ophiuſa: vulgò *Formentiera*. Vide ibi. *Plin.*

¶ pityuſæ inſulæ duæ ſunt Hiſpaniæ in mari Meterraneo, inter Balearem maiorem inſulam ad ortum, & promontorium Dianium ſinumque Sucronenſem ad occaſum, vulgò *las islas de Yvica* dictæ ab incolis, *les Isles d' Evizze* a Gallis; pendentque è regno Maioricæ: earum major & quæ ad Boream Ebuſus, Y*vica*. Caſtrum habet cognomine, cum tribus villis tantùm & ſalis fodinis. Minor verò, quæ Ophiuſa, *la Formentera*, ad auſtrum extenſa, deſerta eſt propter ſerpentes, & parvi admodum eſt circuitus.

pixus in Theſauro Linguæ Latinæ. Vide pyxus, uti ſcribi debet.

placentia, *piacenza*, colonia, & urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bononienſi, in Gallia Togata, circa finem Æmiliæ, apud padum fluvium, non longè Trebiam fluvium excipientem, urbs ampla Farneſiorum, in Ducatu parmenſi, inter Mediolanum 40. & parmam in ortum 35. mill. paſs. à Cremona 18. à papia 27. 30. à Bardo oppido nobili arceque firmiſſima ac pulcherrima adornato, ac munito; cuius oppidani traduntur ſemper fuiſse, & in præſenti eſſe fideliſſimi ſuis dominis, ex familia Laudorum: de quibus vide Bardum. Populi placentini Liv. Eius meminit Silius lib. 8. *Plin. Liv. Po'ib. & al.*

Certavit Mutina quaſſata placentia bello.

placentiæ Cælius à Cinna & Mario obſeſsus, ne in illorum poteſtatem veniret, petronium amicum enixè rogabat ut ſe interficeret: quod cum importunitate victus feciſset, ſe illi comitem in morte dedit, teſte Livio. Hæc cum parma primum Ducem habuit petrum Aloyſium Farneſium anno ſalutis 1546. ibid. interfectum. Hæc à pœnis duce Amilcare direpta fuit & incenſa, paucis in ea relictis, teſte Livio lib. 1. decade 4.

¶ placentia, *plaiſance* Gallis, urbs aliàs Anamanorum in Gallia Ciſpadana, nunc Ducatus placentini caput, ſub dominio Ducis parmæ. Arcem habet probè munitam, & uno milliari diſtat à pado fluvio, & 18. milliaribus ſupra Cremonam in occaſum papiam versùs. Tractus autem adiacens placentinus dicitur.

placentia altera, *placentia*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Luſitaniæ confinio, ſeu in finibus Vettonum, in regno Caſtellæ veteris, ſive potiùs Extremaduræ, inter *Lib. Conſ.*

Salman-

Salmaticam ad Boream, & Emeritam ad auſtrum 22. leucis, epiſcopalis ſub Archiepiſco Toletano, inde 42. leucis in occaſum, Cauriam versùs 8. anno ſalutis 1178. condita, & ſede epiſcopali exornata traditur, ubi priùs Ambrocius pagus erat, teſte Mariana.

¶ placentia altera, urbs Vettonum, in Luſitania, nunc Extremaduræ provinciæ, in regno Legionenſi. Aliàs Deobriga dicta fuit, ſeu crevit ex ejus ruinis. Sedet in planitie fertiliſſima, vulgò *la Vera de placentia* dicta, 12. leucis a Cauria in ortum, Toletum versùs 25. circiter.

¶ placentia, *plaiſance*, arx Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, & in ora orientali inſulæ Terræ novæ, recens a Francis exſtructa cum portu adiacente & oppidulo.

¶ placentinus Ducatus, *il Ducato di piacenza*, ſeu *il piacentino*, tractus eſt Italiæ, in Longobardia, ſub dominio Ducis parmæ è gente Farneſia. Terminatur ab oriente Ducatu parmenſi, a ſeptentrione & occidente Ducatu Mediolanenſi, a meridie ſeparatur a ditione Genuenſi Appenino monte. Sed ab eo pendent etiam quatuor caſtra trans padum fluvium ad Boream Laudem pompeiam versùs; & eius præcipua urbs eſt placentia.

placentinus, *la Nura*, fluvius Galliæ Togatæ, in agro placentino, a placentia 4. mill. paſſ. parmam versùs fluens, ubi pons lapideus, & pagus cognomen. Sed aliis placentinus adiectivum nomen, eoque Trebiam fluvium placentinum deſignari videtur, cum plinius placentinum poſt Trebiam, diviſim, cum aliis fluviis numeret.

placia, palacum Straboni, oppidum fuit Myſiæ, in A-
Plin. ſia iuxta fines Bithyniæ. Populi placiani Halicarnaſſeo.

placus, mons Thebis proximus, cum pago placuente, à Thebis 6. tantùm ſtadiis diſtante, teſte Athenæo. In Cilicia, teſte Heſychio, ibi enim etiam Thebe ſeu The-
Strab. bæ urbs erat.

plagiaria, ſeu plagia in alio codice, oppidum erat Luſitaniæ, inter Emeritam 30. & Septem Aras 20. mill. paſſ. Vlyſſiponem versùs, cuius ruinæ adhuc exſtant, teſte, Iacobo Vaſconcello, apud Baduam oppidum exciſum (*Nueſtra Sennora de Betove* nunc, ad 2. leucas, circa fines Extremaduræ. Plagia item Antonino portus Liguriæ, à Vintimilio urbe 14. mill. paſſ. Nicæam versùs.)

Ant. planaria, inſula parva maris Liguſtici, inter Caprariam & Corſicam, à qua 60. mill. paſſ. abeſt, navigia ob eius ſpeciem decipiens, *planara* adhuc dicta.

Strab. ¶ planaria inſula eadem eſt quæ planaſia, *la pianoſa*.
Plin. Vide infra planaſia.

planaſia, *pianoſa*, inſula maris Tyrrheni, inter Iluam & Corſicam, ab Ilua 39. mill. paſſ. quæ ex Antonini Iti-
Strab. nerario 90. tantùm ſtadiis ab Ilua recedit.

¶ planaſia, ſeu planaria, inſula eſt parva maris Tyrrheni, versùs partem Auſtralem Ilvæ inſulæ, a qua vix 6. aut 7. milliaribus diſtat in meridiem; eſtque tota in planitie, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, & 30. mill. paſſ. à Corſica inſula in ortum.

planaſia altera, inſula Galliæ Narbonenſis poſt Stœ-
Strab. chades, quæ teſte Dalechampio, *S. Marguerite* nominatur. Et planaſia Straboni oppidum eiuſdem Galliæ, ad Rhodanum fluvium, *pont S. Eſprit*, teſte Ioanne poldo, inter Vivarium 4. & Avenionem ad auſtrum 8. leucis.

¶ planaſia, inſula Galliæ Narbonenſis, in ora provinciæ, aliter Lero dicta, hodie *Sainte Marguerite*, ubi Agrippa nepos Auguſti iuſſu Tiberii necatus fuit, teſte Tacito libro 1. Annalium. Vide Lero.

Strab. planeſia, inſula parva Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Ferrariam promontorium, & ante Dianium oppidum, *Isla de Denia*.

Plin. Hered. planetæ, planctæ Homero, inſulæ maris Euxini, apud os. Vide Cyaneæ, ſunt enim eædem. Sunt qui planctæ quoque apud plinium legendum velint.

¶ plata, ſeu Argentea, *la plata*, urbs Peruviæ, in America meridionali, quæ etiam *Chuquiſaca* dicta fuit antea. Vide Argentea.

plateæ, urbs Bœotiæ mediterranea, epiſcopalis cum
Strab. ſtaret ſub Archiepiſcopo Thebano, a Thebis 70. ſtadiis,
Thucy. Athenas versùs, inter Cithæronem montem & Thebas, à
& al. Tanagra 200. Theſpiis proxima, olim ex primis, apud Cithęronem montem. Cuius meminit Statius lib. 7. Thebaidos:

Aulida qui Græamque ſerunt, virideſque platæas.

Incolæ platæenſes. Apud platæas (ubi Iovi Eleutherio, hoc eſt, liberatori, templum à Græcis dicatum) 300000. peditum & 20000. equitum perſarum ſub Mardonio, à paucis copiis Græcorum duce pauſania Lacedæmonio cæſa ſunt (locus Eleutheriæ dicitur) teſte Herodoto libro 7. qui univerſum exercitum perſarum ſub Xerxe Rege ſcribit fuiſſe peditum & copiarum terreſtrium 170. myriadum, equitum octo, navium 3000. in quibus hominum 23. myriades erant. Platæenſes remos à Copenſibus inventos latitudine mira compoſuiſſe feruntur. Unde platææ à remi latitudine dictæ putantur.

platamodes, locus peloponneſi, à Coryphaſio 120. ſta- Strab.
diis diſtans.

¶ plataneus, fluvius Aſiæ minoris, in Bithynia, teſte plinio.

plataniſtus, promontorium Laconicæ cum inſula & op- Plin.
pido, apud Onugnathon, ab eo mari 40. ſtadiis diſtans. Pauſ.

platanus, oppidum phœniciæ mediterraneum, inter Antiochiam magnam 25. & Laodiceam 40. mill. paſſ. Ant.
ex Antonini Itinerario. Nomen gentis plataneus.

platea, inſula maris Ægæi, una Sporadum, ab Aſty- Plin.
palæa 60. mill. paſſ. *placeda* vulgò.

plateæ inſulæ tres parvæ ante Troadem urbem Myſię, Plin.
apud Aſcanias: & platea inſula Cyrenaicæ ante Cyrenen, teſte Herodoto.

¶ platiæ, inſulæ parvæ Creticæ, ante Samnonium promontorium, in ora orientali Cretæ, nunc forſan *Dielaſſa* et *Cardes* dictę.

platina, *piadena*, pagus agri Cremonenſis, in via inter Cremonam et Mantuam medio ferè itinere occurrens, Baptiſtæ platinæ vitarum Pontificum ſcriptoris patria.

plavia, *plaven* vel *plaun*, urbs Voitlandiæ, in Germa- Script.
nia, non obſcura, inter Curiam et Cygneam 4. leucis fe- Germ.
rè diſtans. Altera Ducatus Megalopolitani, media inter Domitium et Guſteroviam 4. leucis, quot ab Havelburgo, diſtans.

¶ plavia, *plavven*, urbs Germaniæ, in Voitlandia tractu Miſnię. Sedet ad Elſteram fluvium, media ferè inter Cygneam ad Cęciam et Curiam ad Africum, ſub dominio Ducis Electoris Saxonię, 4. milliaribus Germanicis à confinio Bohemię diſtans.

¶ plavia altera, *plavve*, oppidum eſt Ducatus Megalopolitani, in Saxonia inferiori, ad lacum cognominem, ubi ex eo effluit Elda fluvius 6. milliaribus Germanicis diſtat à Guſtrovia in meridiem, et 10. à Domitio in ortum, uti ab Havelberga in Boream.

plavis, fluvius Venetiæ, (Vide Anaſſus) *la Piave*. Hic ex altis montibus decurrit juxta Belunum urbem cœli inclementia laborantem, ut diſtichon hoc teſtatur:

Tu quoque Belunum nivibus vitabere candens,
Montibus excelſis aſperiore ſitu.

plemmyrium, *Maſſa Olivieri*, teſte Fazello, promontorium Siciliæ, in ora orientali, inter Syracuſas & Longum promontorium, apud Anapi fluvii oſtium: ubi Plemmyria inſula parva, *Iſola di S. Martiano*, à Syracuſis vix 3. mill. paſſ. ab oſtio Anapi 2. Meminit promontorii Virgilius lib. 3. Georgicorum:

-jacet inſula contra
Plemmyrium undoſum: nomen dixere priores
Ortygiam.

Ibi etiam Plemmyrium flumen. Stephanus plemyrium habet cum ſimplici *m*.

pleræi, *Peliesacz*, populi Dalmatiæ, contra Corcy- Strab.
ram nigram inſulam.

¶ pleſcovia, *PlesKovv*, urbs ampla Moſcoviæ versùs Livoniam, Ducatus cognominis caput. A Ruſſis *Pſkouvva* dicitur; eſtque juxta flu. *VeiiKi reca* dictum, 40. mill. paſſ. à confinio Livoniæ in ortum diſtans, & 60. à lacu peibo in Eurum. Obſeſsa fuit à Stephano Poloniæ Rege anno 1581. & muro cincta eſt, dividiturque in quatuor partes, quarum ſingulæ muro cinctæ ſunt.

¶ pleſcovienſis Ducatus, *Duchè de PlesKovv*, provincia eſt Moſcoviæ, maximè versùs occaſum extenſa, inter Ingram ad Boream, Livoniam ad occaſum, Lithuaniam ad meridiem, & Ducatum Novogardiæ magnæ ad ortum. Ampla eſt admodum, & ſui quondam juris, donec à Jo: Baſilide anno 1509. occuparetur. Ejus præcipua urbs eſt pleſcovia, ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ.

¶ pleſtina lacus Italiæ appellatur, qui aliis bonis auctoribus Traſumenus dicitur. Errat Titius, qui eum pro pontina palude habet. Vide Traſumenus.

¶ pleſtinia, Marſorum in Italia oppidum; teſte Livio.

pleumoſii, populi Belgii, Nerviis finitimi: quorum re- Cæſ.
gio magna ex parte *Flandria* eſt, teſte Becano; in qua Hy-

præ,

præ, Furnæ, & Dixmuda urbes; ſeu teſte Huberto Leodio, ubi *Cortryck* urbs ad Legiam flumen, à Tornaco 5. leucis, Gandavum versùs 8.

¶ pleumoſii populi fuere Galliæ Belgicæ in Morinis, inter Nervios, Atrebates, & Gordunos, ubi nunc urbes Tornacum, Inſulæ, & Origiacum, & major pars Diœceſis Tornacenſis, in Flandria Gallicana.

sb. pleuron, pleurone ptolemæo, pauſaniæ, oppidum Ætoliæ mediterraneum, ad Evenum fluvium, proximum Calydoni, Meleagria Statio cognominata, & pleuronia Straboni: Cujus meminit Ovidius lib. 7. Metamorphoſeon:

Adiacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis.

Nomen gentis pleuronius, & pleuroneus apud Stephanum.

¶ pleurone, oppidum Ætoliæ, *Bozichiſtran* nunc vocatur, teſte Sangallo in manuſcripto Bibliothecæ Barberinæ.

¶ plimuthum, *plymouth*, oppidum eſt munitum Angliæ, in Devonia Comitatu, cum portu capaci ad oſtia fluvio *Tamer*, in limite Cornubiæ. Fruſtra obſeſſum fuit hiſce ultimis temporibus, 30. milliaribus Anglicis diſtat ab Exonia in occaſum versùs Damnonium promontorium.

¶ plimuthum novum, *nievv plymouth*, oppidum Americæ ſeptentrionalis in nova Anglia, & in confinio novæ Holandiæ, cum portu in ora littorali maris Borealis.

plinthine, *Torre de gl' Ara i* Moletio, oppidum Marmaricæ, apud fines Ægypti, & Alexandriæ finitimum.

pliſtarchia, oppidum Cariæ, quod auctore Stephano & Heraclea dictum fuit. Vide ibi.

pliſtus, fluvius phocidis, parnaſſum montem circumfluens, ac in ſinum Corinthiacum apud Cirrham oppidum labens.

¶ plocum, *Ploczko*, urbs poloniæ inferioris, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Geſnenſi, ad Viſculam fluvium, cum arce 14. leucis diſtat à Varſavia in occaſum, Toruniam versùs 9. uti 10. à Lancicia in Cæciam; eſtque palatinatus cognominis caput, & aliàs pars fuit Maſoviæ Ducatus.

¶ plœna, Uvagriæ in Holſatia urbs, *ploen* vulgò, cum arce ſplendida inter geminum lacum: nec longè hinc arx Rantzoviana ſita eſt. 4. leuc. diſtat à Chilonio in merid. Lubecum versùs 6. ſubeſtque proprio principi è gente Ducum Holſatiæ.

plotæ, inſulæ duæ maris Jonii, quæ & Strophades plinio, Straboni, & Apollonio dicuntur, vulgò *Strivali*, inter Zacynthum inſulam & Cypariſſos oppidum peloponneſi, à Zacyntho 35. mill. paſſ. in Eurum. Vide Strophades: quæ à Virg. lib. 3. Æneidos memorantur.

plotinopolis, *ploudin*, teſte Nigro, urbs Thraciæ, inter Trajanopolim, & Hadrianopolim ſupra 20. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario diſtans.

plubium, *Saſſari*, teſte Nigro, urbs Archiepiſcopalis Sardiniæ mediterranea, poſt Calarim primaria, quæ Turritanæ urbi exciſæ in ora ad 12. mill. paſſ. diſtanti ſucceſſit. Sed fallitur Niger; nam Saſſaris in mediterraneis eſt; Plubium verò littorea urbs in ora Boreali, teſte ptolemæo. Præterea Saſſaris urbs eſt inter recentes, Turribus ſuffecta.

¶ plubium, urbs Sardiniæ inſulæ in ora Boreali contra Corſicam. Nunc eſt *S. Reparata*, vicus, 25. mill. paſſ. à Turritana urbe in ſeptentrionem.

pluitalia, pluvialia plinio, *Lanzarote*, vel *Lanzerota* Nigro; ſed Andreæ Bacchio *Iſola del ferro*, una ex inſulis Fortunatis, à Canaria 42. milliar. Hiſpanicis, prior verò 30. eſtque maxima omnium, in occidentem recedens.

¶ pluitalia, ſeu pluvialia, una ex inſulis Fortunatis, nunc *l'isle de Fer* Gallis, *isla de Hierro* Hiſpanis, eſtque occidentalior aliis Canariis. Diſtat 16. leucis à palma inſula in meridiem, & 6. tantùm à Gomera. Ejus autem circuitus eſt 7. leucarum Hiſpanicarum circiter.

plumbaria, inſula parva Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora orientali, apud Ferrariam promontorium.

plumbea, in codice Græco Molybodes, inſula Sardiniæ. Vide ibi.

¶ plumbinum, *piombino*, oppidum amplum Hetruriæ & munitum, in agro Senenſi, & in ora maris Tyrrheni, ſubeſt dominio proprii principis è gente Ludoviſia; ſed tamen præſidium habet Hiſpanum; eſtque medium ferè inter Orbetellum in Eurum, & Liburnum in Circium, 50. milliaribus utrinque, uti à Senis, & 10. ab Ilva inſula, eidem Principi Plumbino ſubeſt, plumbinum autem crevit ex ruinis populonii deſtructi in vicinus.

plurium, *plurs*, & *piur*, pagus ingens Rhætorum, apud Clavennam oppidum, in Inſubrum confinio, à Clavenna, 4. mill. paſſ. caſu montis imminentis ſuperiore anno, cum hæc ſcriberem, oppreſſus.

plutia, *Piazza*, ſeu *Plazza*, teſte Aretio, oppidum Siciliæ geminum, novum & vetus, optimè habitatum, ab Enna 12. mill. paſſ. in auſtrum. *Clc.*

Plutium oppidum fuit Etruriæ, auctore Stephano. *Strab.*

plutonium, locus phrygiæ magnæ, apud Hierapolim urbem, ubi ſpiracula Ditis, à plutone nomen habens.

plynus, urbs Libyæ, in qua Atlas natus traditur, teſte Herodoto, Monti Atlanti proxima fuit. *Herod.* *Lycop.*

¶ pocutia, *pocutie*, regiuncula poloniæ, in Ruſſia nigra, et in ejus parte auſtrali, inter fontes Tiræ fluvii, et Carpates montes. Ibi tantùm tria oppida, Halicia, Zidacovia, & Coloma; eſtq; in limite Tranſylvaniæ et Moldaviç regionum, et ibi etiam eſt Sniatinum oppidum amplum in pruthi ſiniſtro margine.

podalia, et podalea, podallia Myliados (vel Milyados, ut in Seldeni manuſcripto) ptolemæo, urbs * panphyliæ, in piſidiæ, Limyræ finitima, olim epiſcopalis cùm exſtaret. Miror Stephanum hanc urbem in Lydia, à qua longè diſtat, collocare. (* Lyciæ eſt ptolemæo et plinio.) *Plin.* *Ptol.* *Steph.*

¶ podalia oppidum erat Lyciæ, in Miliade tractu versùs confinia phrygiæ, et ad fontes Xanthi fluvii, et 70. mill. paſſ. diſtans à Lymira in Circium.

podandus, oppidum Ciliciæ erat apud Tarſum in mediterraneis, inter Fauſtinopolim 26. & Alexandriam ad Amanum Montem 108. mill. paſſ. ab Ægis 21. *Ant.*

podium, *le puy*, urbs epiſcopalis Galliæ Celticæ, in finibus Velaunorum. Vide Anicium; nam utrumque nomen habet. *Lib.* *Conc.*

¶ podium Andegavenſe, *le puy en Aniou*, oppidulum Galliæ ſic dictum, quòd ſit in Andegavenſi provincia, & ad differentiam alterius in Velaunis. Eſt in limite pictavenſis provinciæ. Dicitur aliter *le puy noſtre-Dame*; eſtque propè amnem *le Thove*, 3. leucis à Salmurio in meridiem, & 8. ab Andegavo in Eurum diſtans.

podoce, poduce Arriano, *podephetan*, teſte Nigro, urbs Indiæ citerioris, & emporium. *Ptol.*

¶ podolia, *podolie*, provincia poloniæ ampla, ſub Lithuania latè ſumpta perſæpe comprehenſa, cùm ipſius pars ſit. Terminatur à ſeptentrione Volhinia, à meridie Moldavia, & ab occaſu Ruſſia nigra. Duplex eſt ſuperior, quæ ad occaſum, ubi Camenecium, *Kamienieck*, & Barium, *Bar*; & inferior, quæ ad ortum, ubi braclavia urbs. *Braclavv*. Sunt etiam in ea arces plurimæ, & aliquot oppida minoris notæ. Sed hæc provincia peſſimè habita fuit, et pluries vaſtata à Tartaris et Coſaccis hiſce ultimis temporibus.

poduce apud ptolemæum eſt Taprobanæ. *Orph.*

pœanthe, inſula parva ad oſtia phaſidis fluvii, non Colchorum, ſed Cimmerii Boſphori, *Satabella*, teſte Sigiſmundo Erbenſtenio.

pœcilaſium, *pentalo*, ſeu *peutalo* Mercatori et Moletio, oppidum Cretæ, in ora auſtrali, inter Criumetopon ad occaſum et Hermæam ad ortum promontoria. *Ptol.*

pœcile petra, *paxoli*, teſte Mercatore, oppidum Ciliciæ maritimum. Erat et porticus Athenis, in qua Stoici philoſophabantur, à polygnoto Thaſio gratis dicta. De qua plinius lib. 35. cap. 9. *Strab.*

pœdicum, *peck felde* Lazio, oppidum Norici, in Carinthia, apud Vilacum, ab eo 2. leucis in Eurum. Aliis *pruck an der Muer*, oppidum Stiriæ, à Græcio 6. leucis diſtans. Aliis eſt *Saltzburg*. Sed Lazio viro locorum perito fidendum. *Ptol.*

pœmenion caſtrum erat territorii Cyziceni, teſte Stephano. *Steph.*

pœmen, mons ponti Galatici, unde parthenius fluvius oritur, apud Amaſtrim decurrens. Incolæ pœmenii apud eundem. *Liv.* *Polib.* *& al.*

pœni, populi Africæ, qui et Afri, et Africani, maximè qui circa Carthaginem, et Carthaginenſes ipſi. Virgilius lib. 1. Æneidos:

Et jam juſsa facit: ponuntque ferocia Pœni
Corda.

pœni apud Scriptores notantur plurium vitiorum, maximè

ximè apud Ciceronem calliditatis, & apud Titum Livium perfidiæ.

pœnina caſtra, *pintzgavv*, teſtè Lazio, & *pyntzgovv*, locus Norici, in territorio Salisburgenſi.

Strab. Plin. pœninæ Alpes, pœnæ, ptolemæo, pœnninus mons Livio, ſive pœninus in codice emendatiore, *Monte maggiore di S. Bernardo*, *Groſs S. Bernhartſberg* Germanis, vel etiam *Monte di Giove*, mons qui Allobroges, & Centrones à Salaſſis, hoc eſt, Galliam Narbonenſem, in qua Sabaudia, ab Italia ſeparat.

¶ pœninæ Alpes, ſeu pènninæ extenduntur inter ſummum penninum, *le grand S. Bernard*, & Adulam montem, *le mont S. Gothard*, ex quo Rhodanus, Rhenus, Ticinus & Arela fluvii exiſtunt, inter Lepontos & Sedunos populos.

Vet. in. pœnina vallis, *Val pellina*, teſte Ægidio Scudo, vallis Alpibus pœninis ſubjecta. Sic in veteri inſcriptione marmorea nominatur.

Script. Germ. pæonia, quæ & pea polis, urbs Germaniæ. Vide Herbipolis. Eſt & regionis Macedoniæ pars ſic à pœone Endymionis filio dicta. Populi pæones. Quæ regio poſteà Emathia dicta eſt. Vide pæonia. Statius Achill. lib. 2.

Præteriit, didici, quo Pœones arma rotatu.

Ant. pœtovio, *petavv*, urbs pannoniæ ſuperioris, in Stiria. Vide petovio & petavium.

Strab. pœus, mons Helladis, pars pindi, ex quo peneus fluvius ortum habet, ac etiam nomen traxiſſe videtur.

¶ poggium Bonitii, *poggibonzi* incolis, *pongibont* Gallis, oppidum Italiæ, in Hetruria & agro Florentino. 20. mill. diſtat à Florentia in meridiem, Senas versùs 12. circiter, ad amnem Elſam.

Strab. Herod. pogon, pagonus Melæ, portus Trœzeniorum, in Argiæ ora ad ortum, Trœzeni urbi proximus, unde hodie nominatur.

Strab. Plin. Mel. & al. pola, quæ & Julia pietas plinio, *pola*, colonia & urbs Hiſtriæ, (non Illyrici, ut Stephanus ſcribit) epiſcopalis ſub patriarcha Aquileienſi, in ora, inter parentium urbem ad occaſum 28. mill. paſſ. & ſinum Flanaticum ad ortum, Colchorum habitatio, ab eis condita, poſteà Romanorum colonia effecta, à Tergeſte per oram 100. mill. paſſ. diſtans in ortum, ab Ancona mari 120. teſte plinio. Scopulis abundans aſperatur; unde à poeta dicitur:

-ſcopuloſaque pola.

¶ pola, urbs munita Iſtriæ, ſub dominio Reipublicæ Venetæ. Portu gaudet percapaci. Diſtat 60. mill. paſſ. à Tergeſte in meridiem, Anconam versùs 96. circiter.

¶ polacchia, ſeu podlaſſia, *polaquie*, provincia parva regni poloniæ, inter Mazoviam ad occaſum, & Lithuaniam ac poleſiam ad ortum. A ſeptentrione in meridiem extenditur, & ejus primaria urbs eſt Bielka.

¶ polatæ, *pulati*, populi Albaniæ versùs montem Nigrum & lacum Scodræ, ubi aliàs urbs epiſcopalis, nunc in ruderibus jacens,

Steph. polaticum promontorium, *Capo di pola*, promontorium Hiſtriæ, unde ſinus Flanaticus incipit, à pola in ortum 10. mil. paſſ. ubi inſulæ aliquot, *le promontorie* appellatæ.

¶ polaricum promontotium in Iſtria hodie, *punta del promontore* dicitur, teſte Magino; & in mare Adriaticum maximè excurrit, 6. milliar. diſtans à pola in ortum.

polaticus ſinus, *il Quarnero*, ſeu *il Carnero*, quòd ibi nautæ periclitentur. Vide Flanaticus ſinus, nam eſt idem.

Ital. polemonium, *Vatiza* Nigro & Moletio, *Leon* aliis, urbs Cappadociæ, in ora Ponti, qui ex illa polemoniacus dicitur, epiſcopalis ſub Archiep. Neocæſarienſi, inter oſtia Thermodoontis ad occaſum, & Cotyorum ad ortum, ac inter Amiſum ad occaſum, & Trapezuntem ad ortum 66. mill. paſſ. quamquam magis diſtat à Trapezunte. Portum habet cognominem, teſte Stephano. Hinc nomen gentis polemonius, et polemonicus.

Plin. polendos inſula maris Ægæi parva et deſerta, apud Cherſoneſum Thraciæ.

Ptol. Plin. & al. polentia, pollentia plinio, ut ſcribit Ortelius, ſed polentia is habet, Silius etiam et Claudianus *polenzo*, (non *palenza*, ut in Theſauro Linguæ Latinę) urbs Liguriæ, apud Tanarum fluvium, exciſa, cujus rudera inter Tanarum et Braidam oppida latè ſparſa cernuntur: manet caſtrum exiguum ad ripam Tanari, ab Alba pompeja 7. mill. paſſ. à Claraſco, et Braida 2. Hic Stilico feliciter adversùs Viſigothos pugnavit. Claudianus libro de victoriis Stiliconis:

O celebranda mihi cunctis Pollentia ſeclis.

Hinc polentinus nomen gentile. Statius lib. 2. ſylvæ carmin. 6.

Seu Polentinos merſiſſent flumina ſaltus.

Strab. polentia altera in piceno, *Monte Melone*, oppidum amplum in colle, inter Maceratam & Septempedam 10. mill. paſſ. polentini plinio. Sed Franciſcus pamphilus ſcribit illam prorsùs interiiſſe.

polentia item, pollentia ptolemæo, oppidum Balearis maioris, quod adhuc *polencia* nominatur, non obſcurum, apud Alcudiam urbem: licèt Moletius ipſam Alcudiam eſſe putet.

¶ polentia, oppidum Hiſpaniæ, in Baleari maiori, ſeu in Majorica. Nunc *puglienza* dicitur; eſtque in parte orientali inſulæ versùs Minoricam, et 5. mill. paſſ. ab Alcudia in Boream.

Suet. polentina plebs, *polenta*, pagus AEmiliæ, inter Ravennam urbem 24. mill. paſſ. & Apennini montis radices, Bretinorio urbi finitimus, teſte Hieronymo Rubeo.

¶ poleſia, *poleſie*, provincia regni poloniæ, quæ aliter palatinatus Breſtienſis dicitur; eſtque pars magnis Ducatus Lithuaniæ ad auſtrum, versùs Ruſſiam nigram et Volhiniam ſuperiorem. Extenditur ab ortu in occaſum; eiuſque primaria urbs eſt Breſtia.

provv. Rom. policaſtrum, urbs Lucaniæ maritima, in ora, ultra Veliam, penè deſerta epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salernitano, inde ſupra 60. mill. paſſ. in ortum, apud Brutiorum confinia.

¶ policaſtrum, quæ palæocaſtrum quibuſdam, *policaſtro*, urbecula eſt regni Neapolitani, in provincia principatus citerioris, & in ora ſinus Lai, nunc *Golfo di policaſtro* ab ea dicti 55. mill. paſſ. diſtat a Salerno in Eurum, 17. à promontorio palinuri in ortum, versùs confinia Baſilicatæ 8. circiter.

Thuc. Herod. ¶ polichna, *Bilenos* apud Turcas, teſte Leunclauio, oppidum Troadis mediterraneum. Populi polichnæi plinio, polichna ſeu polichne, teſte Stephano, oppidum geminum, unum Troadis, alterum Cretæ.

Dion. Byza polichnion *Ieron Romelias*, teſte petro Gyllio, Fanum Europæ Byzantinorum Straboni et polybio, apud Byzantium urbem.

polinhnium, & polinium, *pouligny*, urbs Galliæ in Sequanis, et Comitatu Burgundiæ, inter Arboſium 3. et Caſtrum Caroli 4. leucis, à Dola 7.

¶ policnium, meliùs polinium, *poligny*, oppidulum eſt aliàs munitum Comitatus Burgundiæ, tribus leucis à Salinis in Africum, et 7. à Dola in meridiem diſtans Genevam versùs.

polimartium, *Bomarzo*, oppidum Italiæ, in ditione Summi pontificis. Vide polymartium.

poliniacenſis pagus, *S. Pol*, oppidum Belgii, in Arteſia Comitatu, Tarvannæ finitimum, ab Audomaro urbe 6. leucis, ab Atrebatenſi urbe 8. à Tarvana 3.

Scrip. Belg. ¶ poliniacenſis pagus quibuſdam eſt *S. paul*, oppidum Galliæ Belgicæ, in Comitu Arteſiæ, et Comitatus perampli caput, medium ferè inter Atrebates ad ortum; et Monaſteriolum ad occaſum 5. leucis, uti ab Aria in meridiem et à Tervanna, 8. autem a Fano S. Audomari. Dicitur meliùs Fanum Sancti pauli.

¶ polinianum, *polignano*, urbs parva regni Neapolitani, in provincia Bariana, in ora maris Adriatici, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi 18. milliaribus diſtat à Bario in ortum, Monopolim versùs 5. Dicitur etiam pulinianum.

Diod. politium, *polizzi*, oppidum Siciliæ amplum, apud montem Nebrodiem, à petra 6. mill. paſſ. à Nicoſia 24. panormum versùs 46. apud ortum Himeræ fluvii. Fuit et politium oppidum Marrucinorum in Aprutio.

Liv. Plin. & al. politorium oppidum Latii fuit, ubi nunc *polini* pagus teſte Volaterrano: plinius enim illud interiiſſe ſcribit, unà cum pitulo, Scaptia, et aliis oppidis, ab Anco Rege deletis, quod in ea loca ſe Latini adversus Romanos reciperent, ut Livius libro 1. decadis 1. ſcribit In iis etiam fuit Medullia.

Plin. polium, ſeu polieum Stephano, oppidum Italiæ, priùs Siris dictum. Vide ibi.

Ant. pollentia, (Vide poleotia; ſic enim emendatiores codices habent, ſic etiam Mela habet) oppidum Balearis majoris, colonia effecta, quando piſaurum, Mutina, et Parma.

pollupice, *Finale*, teſte Simlero oppidum pręclarum oræ Liguſticæ, medium inter Savonam et Albingaunum ad occaſum 15. mill. paſſ. quod Finarium Latino recenti dicitur.

¶ polocska, & polocium *poloczki*, urbs poloniæ, in

Lithuania, olim Ducatus cognominis caput, nunc Palatinatus. Ampla eſt & probè munita, cum duplici arce juxta fluvios Duvinam & Polottam. Capta fuerat à Moſchis anno 1563. ſed poſtea fortiter recuperata fuit à Rege Stephano anno 1579. & hiſce ultimis temporibus iterum expugnata à Moſchis, qui inde etiam ejecti fuere.

¶ Polonga, *Polangen*, locus Poloniæ ad mare Balticum, in Samogitia, inter Hecligaviam Curlandiæ, & Memelium Pruſſiæ, à quo 3. leucis diſtat in Boream.

Polonia, regio ampliſſima Sarmatiæ Europææ ad occaſum, partem Germaniæ complectens, Viſtula fluvio diviſa in majorem ad Boream, & minorem ad auſtrum. Caput majoris eſt Poſnania urbs, minoris Craccovia, regia totius regni, ſub quo plures provinciæ continentur; in quibus Pruſſia, Livonia, Lituania, Maſſovia, Volhinia, Ruſſia, & Podolia: in quo regno tres metropoles, Gneſna Poloniæ majoris archiepiſcop. ſub qua 12. urbes epiſcopales, Riga archiepiſcop. Livoniæ, ſub qua 7. epiſcopatus, & Leopolis Ruſſiæ archiepiſc. ſub qua 4. urbes epiſcopales.

¶ Polonia, *la Pologne* Gallis, *Polonia* Hiſpanis, & Italis, regnum eſt peramplum Europæ, ubi aliàs Germano-Sarmatia cum parte orientali Germaniæ, prope Viſtulam fluvium. Terminatur à ſeptentrione mari Baltico, Livonia & Moſcovia, ſeu Ruſſia Alba, à qua etiam terminatur ab ortu, ab occaſu Germania, & à meridie Hungaria, Tranſylvania & Moldavia. Dividitur autem in duas partes, nempe in Poloniæ Regnum proprium, *le Royaume de Pologne*, & magnum Ducatum Lithuaniæ, *le grand Duchè de Lithuanie*. Poloniæ regni partes ſunt polonia ſuperior ſeu parva, *la petit Pologne*, cujus caput Cracovia totius regni primaria; Polonia inferior, ſeu magna, *la grande Pologne*, cujus caput poſnania, Mazovia, *la Mazovie*, cujus caput Warſavia, regia ſedes, Cujavia, *la Cujavie*, ubi Uladislavia; pruſſia, *la pruſſie* cujus primaria Gedanum; & Ruſſia Nigra, *la Ruſſie Noire*, ubi Leopolis. Magni Ducatus Lithuaniæ partes ſunt Lithuania propria, *la Lithuanie*, cujus caput eſt Wilna; Wolhinia, *la Volhinie*, ubi Luceoria; podolia, *la podolie*, ubi Camonecium, poleſia *la poleſie*, ubi Breſtia, & Samogitia, *la Samogitie*, ubi Mednichia. Sed ab anno 1386. Lithuania cum ſuis partibus Poloniæ adjecta eſt per Jagellonem Ducem, qui poſtea Uladislaus dictus fuit. Dividitur etiam aliter polonia in triginta quatuor palatinatus, & in octoginta ſeptem Caſtellanias; ſed prior diviſio communior eſt.

(*Poloniæ urbes præcipuæ:*

Bielska, BielsK, *polachiæ*.

Braclavia, Braclavv, *podoliæ*.

Braslavia, Braslavv, *Lithuaniæ*.

Breſtia, Breſſici, *poleſiæ*.

Caliſia, Kaliſch, *poloniæ inferioris*.

Camenecium, KamienieK, *podoliæ*.

Chelma, Chelm, *Ruſſiæ nigræ*.

Cracovia, CraKovv, *poloniæ ſuperioris*.

Elbinga, Elbing, *pruſſiæ Regiæ*.

Gedanum, DantzicK, *pruſſiæ Regię*.

Gneſna, Gneſna, *poloniæ inferioris*.

Kiovia, Kiovv, *Volhinię*.

Lancicia, Lencici, *polonię inferioris*.

Leopolis, Lvvovv, *Ruſſiæ Nigrę*.

Lublinum, Lublin, *poloniæ inferioris*.

Luceoria, LucKo, *Volhiniæ*.

Marięburgum, Marienburg, *pruſſię Ducalis*.

Meslavia, Meislavv, *Lithuanię*.

Mednichia, Mednikr, *Samogitię*.

Minſcum, Minsk, *Lithuaniæ*.

Novogroda, NovogrodeK, *Lithuanię*.

Plocum, PloczKo, *Mazovię*.

Polocska, PloczK, *Lithuanię*.

Poſnania, Poſnan, *poloniæ inferioris*.

Premislia, Przemysl, *Ruſſię Nigrę*.

Regiomons, Konigsberg, *pruſſię*.

Sandomiria, Sandomirz, *poloniæ ſuperioris*.

Siradia, Sirad, *polonię inferioris*.

Tornnia, Thorn, *pruſsię Regię*.

Troca, Torki, *Lituanię*.

Varſavia, Warſavv, *Mazoviæ*.

Vilna, Wilna, *Lithuanię*.

Vitepſcia, Witepsk, *Lithuanię*.

Uladislavia, Wladislavv, *Cujavię*.)

¶ Polonia major ſeu inferior, *la grande Pologne*, pars eſt ampla regni Poloniæ, in ejus occidua parte, qua in Boream tendit, pomerellia & pomerania, quà in occaſum prona eſt, Electoratu Brandeburgico & Sileſia terminatur. Meridionales ejus fines Sileſiam & minorem Poloniam reſpiciunt, Orientaleſque Mazoviæ contigui ſunt: Sunt autem in ea ſeptem palatinatus.

¶ Polonia minor ſeu ſuperior, *la petite Pologne*, pars eſt regni poloniæ, ſic dicta, ut à majori diſcernatur. A meridie montibus Hungaricis, ab occaſu Sileſiæ, à ſeptentrione majori poloniæ, & ab ortu Podlachiæ & Ruſſiæ Rubræ finitima eſt, comprehenditque Palatinatus Cracovienſem, Sandomirienſem, & Lublinenſem.

Poluſca, Polus Halycarnaſſeo, oppidum fuit Latii, olim Volſcorum caput. Populi polluſtini plinio. Oppidum prorsùs interiit, ut neque ſitus indicari queat. *Liv.*

Polyægos, *Poliguſa*, ſed Sophiano *Policandro*, Nigro *Falconara*, aliis *Polaguſa*, (quod magis placet) inſula maris Ægæi, una Sporadum, à Delo 70. mill. paſſ. in meridiem, ſic à Caprarum multitudine dicta. *Plin.* *Ptol.* *Mol.*

¶ Polyandus, Armeniæ minoris urbs, in Cataonia, teſte ptolemæo. Sed ejus Interpretes habent padyandus.

Polyanus, mons Macedoniæ, in confinio Epiri, pindo monti majori finitimus. *Strab.*

Polybianum, *Leybnicz* Lazio, oppidum pannoniæ ſuperioris, in Stiria, ad Muram fluvium, medium inter Græcium & Pœtovionem 4. leucis.

Polybotus, urbs phrygiæ magnæ, epiſcop. ſub Archiep. Amorienſi, non longè inde diſtans. Hodie inter urbes haud computatur. *Lib. Conc.*

Polydora, inſula parva propontidis, juxta Cyzicum urbem. Cujus etiam meminit Stephanus. Incolæ Polydorenſes. *Plin.* *Diod.*

Polydori tumulus, locus Thraciæ, apud Ænon urbem, ubi is à Rege Thraciæ, cui à priamo patre commendatus fuerat, interfectus.

Polymartium, urbs olim Hetruriæ epiſcop. nunc parvum caſtrum, inter Hortam 5. & Viterbium 10. mil. paſſ. *Bomarzo* hodie.

Polymartium caſtrum eſt Hetruriæ, Ducatus titulo ornatum, in ditione Pontificia, 14. mill. paſſ. ſupra Civitatem Caſtellanam in Circium Orivetum versùs, medium inter Viterbium & Hortam, in provincia patrimonii S. Petri.

Polymedia, polymedium Straboni, vicus erat Troadis, contra Lesbium inſulam, inde 40. ſtadiis. *Plin.*

Polyrhen oppidum erat Cretæ, ſic dictum à copia ovium quas paſcebat, ut ſcribit Stephanus. *Steph.*

Polyſtephanos, urbs Latii. Vide præneſte, nam eadem eſt. *Strab.*

Polytimetos, *Amo*, teſte Nigro, fluvius Sogdianæ Quinto Curtio, vel Scythiæ citerioris Ptolemæo, in mare Hyrcanum influens. *Strab.* *Ptol.*

¶ Pomerania, *Pommern* incolis, *Pomeranie* Gallis, provincia Germaniæ, ad mare Balticum, Ducatus titulo nobilis ab anno 1182. Eſt in circulo Saxoniæ ſuperioris. Terminatur à ſeptentrione mari Baltico, ab oriente pruſſia, à meridie Marchia Brandeburgica, & ab occidente Ducatu Megalopolitano. Antea Duces habuit proprios; ſed mortuo Boguslao ultimo Duce, pomerania bipartita fuit pace Monaſtrienſi & Oſnabrucenſi; Pomerania enim citerior ſeu cis Oderam fluvium conceſſa fuit Svecis, cum tribus oſtiis Oderæ, & *Dam* & *Golnovv*, oppidis trans Oderam, & Rugia inſula in mari Baltico: Pomerania verò ulterior ſeu inter Oderam & pruſſiam conceſſa fuit Electori Brandeburgico. Pomerania autem dividitur in decem partes, ſuntque Ducatus Stetinenſis, *Hertzgothumb Stetin* principatus Rugiæ, *Furſtenthumb Rugen*, dominium Barthenſe, *Herrſchaft Bardt*, dominium Volgaſtenſe, *Herrſchaft Wolgaſt*, & Comitatus Gutzovienſis, *Grafſchafft Gutzkou*, in citeriori, & ſub dominio Svecorum Ducatus verò pomeraniæ, *Hertzogthumb Pommern*, Ducatus Caſſubiæ, *Hertzogthumb Caſſuben*, & Ducatus Vandaliæ, *Herzogthumb Venden*, in ulteriori ſub Electore Brandeburgico; uti etiam dominium Buthovoii, *Herſchaft Butovv*, & dominium Lavemburgi, *Herſchaft Lovvenborch*, quæ duo ipſi conceſſa fuere à Rege & regno poloniæ. Totius autem provinciæ caput eſt Stetinum, *Stetin*, ad Oderam.

(*Pomeranię urbes:*

Anclamum, Anclam, *Svecis ſubeſt*.

Bardum, Bardt, *Svecis ſubeſt*.

Butovium, Butovv, *Brandeburgico ſubeſt.*
Caminum, Camin, *Brandeburgico.*
Colberga, Colberg, *Brandeburgico.*
Golnovia, Golnovv, *Svecis.*
Griphiſvaldia, Gripſvvalde, *Svecis.*
Gutzovium, Gutzkovv, *Svecis.*
Lavemburgum Lovvenborch, *Brandeburgico.*
Stetinum, Stetin, *Svecis.*
Sunda, Stralzund, *Svecis.*
Treptovia, Treptovv, *Brandeburgico.*
Volgaſtia, Wolgaſt, *Svecis.*
Vollinum, Wollin, *Svecis.*
Uſedomia, Uſedom, *Svecis.*)

¶ pomerellia, *Pomerellen*, regiuncula pruſſiæ Regiæ, in polonia, inter Viſtulam fluvium ad ortum, & pomeraniam ad occaſum, ubi urbes Conitza & Slochova.

Pomeriola, *Pomereaulx*, pagus Galliæ Belgicæ, in agro Cameracenſi. Cujus mentio fit in vitis Sanctorum Belgii.

Script. Belg. Pomeriola etiam, *Manzanilla*, vel *Manzera*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Legionenſi, à Legione 3. leucis. Alterum in Hiſpania Bætica, inter Hiſpalim 7. & Eleplam 4. leucis.

Script. Hiſp. Pomerium, *Mancanera*, oppidum Hiſp. Tarrac. in regno Valentiæ.

¶ pomeſania, pruſſiæ Ducalis tractus, in poloniæ regno, aliquot tantùm leucis ab Elbinga diſtans in auſtrum, uti à Mariæburgo, & ſub dominio Electoris Brandeburgici, ubi oppida Salfelda, Lipſtadium, & Oſterodia.

plin. Pometia urbs fuit Volſcorum, in Latio, juxta Pontinam paludem, ubi Pometini campi Halycarnaſſæo, Pometinus ager Livio, Pometii populi. Virgilius lib. 6. Æneidos:

Pometios, Caſtrumque Inui, Bolamque, Caramque.

Alii pomerios legunt. A Romanis deleta fuit, quòd ab ipſis ad Auruncos defeciſſet, teſte Livio lib. 2. decadis 1.

ol. Pomona, inſula primaria Orcadum, cum urbe cognomine, vulgò *Kirkwal*, epiſcopalis ſub Archiepiſc. Andreapolitano Scotiæ, inſula verò *Mainland* dicitur: cujus Epiſcopus cæteris inſulis, quæ 30. ſunt, ſeu plures, ut alii teſtantur, præſidet, teſte Boetho.

¶ pomona, *Mainland*, inſula eſt Scotiæ, in mari Caledonio, Orcadum præcipua, ab ortu in occaſum extenſa ad 22. mill. paſſ. In ea ſunt octo caſtra, cum urbecula primaria Carcoviaca, *Kirkwal*, in parte Boreali inſulæ; & vix diſtat 15. mill. paſſ. ab ora Scotiæ in ſeptentrionem.

Feſt. Pomonal locus erat Latii, in agro Solonio, in via Oſtienſi, inter urbem Romam & Oſtiam medio itinere occurrens, utrinque ſupra 8. mill. paſſ. ſic à Pomona Dea pomorum. De qua Calphurnus elegia ſecunda:

Et matura mihi Pomona ſub arbore ludit.

Da ea & Ovidius lib. 14. Metamorphoſeon:

Rege ſub hoc Pomona fuit; qua nulla Latinas.

Strab. Pompeja trophæa locus erat Hiſpaniæ, in Galliæ Narbonenſis confinio; ad Pyrenæi montis radices, apud Templum Veneris, à Narbone 63. mill. paſſ. in auſtrum.

Cic. Sal. Pompejanum, villa Ciceronis, prope Nolam, à Neapoli 12. mill. paſſ. Locus adhuc *Pomigliano*, teſte Ambroſio Leone: Sed Blondo S. *Maria Nuntiata* vel *Anontiata*.

Cic. & al. Plin. Pompeii, (non Pompeja, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) pompejum Salluſtio, Senecæ, Tacito, colonia & oppidum fuit Campaniæ, in ora, apud Sarnum fluvium, Stabias urbem, & Veſuvium montem, ubi nunc *Caſtel à mare di Stabia*, teſte Collenutio, à Neapoli 18. mill. paſſ. Salernum verſùs, ab Hercule conditum, cum boves Geryonis abduceret, teſte Solino. Hinc pompejanus nomen gentis. Statius lib. 1. ſylvæ, carmine 2.

Nec Pompejani placeant magis ocia Sarni.

Abeſt à Nuceria 120. ſtadiis. Sub Nerone terræ motu concidit.

¶ pompeii, oppidum Campaniæ, hodie *Torre dell'Anunciata* dicitur, eſtque in ora ſinus Neapolitani, ad oſtia Sarni fluvii. Dicitur etiam Pompejanum, diſtatque à confinio Principatus citerioris 10. mill. paſſ. Credit tamen Lucas Holſtenius pompejos fuiſſe ubi nunc maxima viſuntur rudera loco qui *Civita* vulgò dicitur, ubi Ambroſius Nolanus Stabias olim fuiſſe exſtimavit.

Pompeii villa, *Magnarello*, teſte Loffredo, locus Campaniæ apud Avernum lacum, cujus hodie ruinæ tantùm exſtant. Locus antiquiſſimus, ab Hercule conditus, cùm boves Geryonis abduceret, poſtea Pompeii villa dictus: ſed hic locus pompeii eſt, de quo priùs.

Pompejopolis, urbs gemina: una Ciliciæ maritima, Plin.
priùs Soli, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucien- Ptol.
ſi, nunc exciſa, & in vicum redacta, *Paleſoli* dicta, inter Liv.
Sebaſten & Lamum ad occaſum, & Tarſum ad ortum. & alt.
Altera in paphlagonia, priùs Eupatoria, poſtea devicto Mithridate à pompejo magno ſic appellata, & ipſa everſa, metropolis cùm ſtaret. Prior etiam Trajanopolis dicta eſt, ibi enim Trajanum Imperatorem obiiſſe ferunt: & Soloe, teſte pomponio Mela:

* Pompelon, *Pamplona*, urbs Hiſpaniæ Terraconenſis, Strab.
Vaſconum ſeu Navarræ metropolis, & conventus juri- Ptol.
dicus regionis, epiſcop. ſub Archiep. Burgenſi, cùm priùs ſub Cæſarauguſtano eſſet, à pompeio magno condita, & pompejopolis dicta, teſte Strab. inter Cæſarauguſtam 30. & Bajonam urbem Aquitaniæ 20. leucis. Hæc ab Alphonſo Rege anno ſalutis 735. unà cum Jacca, Viroveſca & aliis oppidis, victis Mauris, recuperatur (* in manuſcripto Seldeni *Pompalon.*)

¶ pompelon, ſeu pompelo, & pompejopolis, *Pompelune* Gallis, urbs eſt Hiſpaniæ, aliàs Vaſconum caput, hodie verò regni Navarræ, ad Argam fluvium 20. leucis Gallicis diſtat à Bajona in meridiem, 16. à Calaguri in Cæciam, & 39. à Cæſarauguſta in Boream. Eſt permunita, cum arce valida à Philippo II. Rege extructa; & ſubeſt dominio Hiſpanorum ex quo Navarra occupata fuit à Ferdinando Rege Aragoniæ. Sunt qui credant Martuam etiam dictam fuiſſe.

¶ pompelon nova, *pamplona*, urbs recens Americæ meridionalis, in novo regno Granatenſi, verſùs montes, ab Hiſpanis exſtructa.

Pomponiana, inſula Galliæ Narbonenſis, una Stœcha- Strab
dum, ante Maſſiliam urbem. Vide Stœchades. Plin.

¶ pomponiana, inſula in ora provinciæ, una Stœchadum. Sanſoni & Brietio eſt *portecros*, Honorato *Bouche* autem eſt *porquerolles*, altera inſula ei adjacens ad occaſum, Telonem verſùs. Vide Stœchades.

Pomptina palus, (Vide pontina) ubi campi pom- Plin.
ptini: de quibus Silius lib. 8.

Et quos peſtifera pomptini uligine campi.

Poneropolis urbs fuit Thraciæ. Vide Philippopolis. Plin.
De qua poeta quidam lib. 2. Itinerarii:

Jamque Poneropolis ſumptu conſtructa tyranni
Emathii quondam, & ſucceſſu elata ſecundo.

Pons Ælii, *Pont eland* teſte Camdeno, oppidum Al- Li. N
bionis, in Anglia, in Comitatu Northumbriæ inter * Eboracum & Dunelmum. (* Inter Novum Caſtrum & Morpitum.)

¶ pons ad Icaunam; *Pont ſur Yonne*, oppidum Galliæ in Vaſtinienſi tractu, ad Icaunam, & in limite Campaniæ, 3. leucis infra Senones in Boream Lutetiam verſùs.

¶ Pons ad Sequanam, *Pont ſur Seyne*, oppidum eſt Galliæ, in Campania provincia, ad Sequanam flumen, decem leucis à Trecis diſtans in Circium Lutetiam verſùs.

Pons Ælius, *Ponte di S. Angelo*, unus ex pontibus P. Vi.
Romæ apud molem Hadriani, quo ex urbe in Vaticanum tranſitur.

Pons Æmilius, qui primùm ſublicius, poſtea lapideus, *Marmorato* nunc.

¶ pons Archiepiſcopi, *Puente del Arcobiſpo*, oppidum Hiſpaniæ, in Caſtella nova, cum ponte ad Tagum fluvium, 15. leucis Hiſpanicis infra Toletum in occaſum, Talaveram verſùs.

¶ pons Arcuenſis, ſeu pons Arcus, *le Pont de l'Arche*, urbs Galliæ, in Normannia provincia, ad Sequanam fluvium, cum arce munita, tribus leucis ſupra Rothomagum in auſtrum Ebroicum verſùs.

¶ pons Audomari, *Ponteau de mer*, urbs parva Galliæ in Normannia provincia, ad Rillam fluvium, 2. leucis ab ejus oſtiis; & 10. à Rothomago in occaſ. Cadomum verſùs.

Pons Aufidi, in Apulia, à Venuſia 18. mill. paſſ. ab Ant.
Equotutico 69. Hodie non extat.

Pons Aurelius, *Ponte Rotto*, pons Romæ disjectus, inter Ælium, & Sublicium ſeu Ceſtium.

¶ pons Aurelius Romæ dirutus eſt, cujus vix viſuntur veſtigia. Ideo caret nomine.

Pons Aureoli, *Pontirolo*, pagus Inſubriæ, ad Ad- Aur
duam fluvium, inter illum & Brembum, ubi Aureo- Sext
lus interfectus à Claudiano Imperatore, à Bergomo 13. mill. paſſ. à Mediolano 26.

¶ Pons

¶ pons Bellovicinus, *Pont Beauvoiſin*, oppidum Galliæ, in Delphinatu, ad Gieram fluvium, cujus oppidi minor pars, quæ trans pontem, eſt juris Sabaudici. Vix 2. leucis diſtat à Rhodano fluvio in meridiem, Gratianopolim versùs 6. circiter.

Pons Candidus, Condiniani Jornandi, pons erat Ravennæ proximus, ad 3. mill. paſſ. diſtans.

Pons Centeſimus, pons & oppidum Umbriæ, ad Tiniam fluvium, inter Fulginium 5. & Nuceriam 7. mill. paſſ.

¶ pons Centinus, *Ponte Centino*, locus Italiæ, ſeu potiùs diverſorium ſine ponte, in agro Orivetano, & in ditione pontificia, atque in confinio agri Senenſis 5. milliar. diſtat ab Acula in Boream Radicoſanum versùs.

Pons Ceſtius, *ponte di S. Bartolomeo*, Romæ, ad inſulam Lycaoniam, quo in regionem Tranſtyberinam tranſitur.

¶ pons Epiſcopi, *pont l'Eveſque*, oppidum Galliæ, in Normannia provincia, ad Tuccam fluvium, 3. leucis infra Lexovium in Boream versùs portum Gratiæ, & duabus leucis ab ora maris Britannici diſtans.

¶ pons Eræ, *ponte à Era*, oppidulum Hetruriæ, in agro piſano, ad Eram fluvium, qui paulò infrà in Arnum ſe exonerat 16. milliaribus diſtat à piſis in ortum Florentiam versùs.

Pons Fabricius, *ponte Guideo*, quòd Hebræi Romæ ibi habitent.

¶ pons Fabricius Romæ, *ponte de quattro capi* hodie dicitur ab omnibus.

¶ pons Fellæ, *Pontafella*, oppidulum Germaniæ, in Carinthia ſuperiori, intra Alpes, ad Fellam amnem, & in ipſo limite Italiæ, ſub dominio Epiſcopi Bambergenſis, 6. milliaribus Germanicis diſtat ab Utino in Boream. Ibi ordinarius tranſitus ex Italia in Germaniam, Viennam versùs.

Pons Ferri, in Syria, ſuper Oronte, ab Antiochia 7. mill. paſſ.

¶ pons Gardonis, *le pont du Gard*, pons Galliæ admirandi operis, à Romanis exſtructus, ad Gardonem fluvium, in Occitania, inter Avenionem ad ortum & Nemauſum in occaſum.

Pons Janiculenſis, *ponte Siſto*, & *ponte Rotto* Romæ. Vide Aurelius.

¶ pons Janiculenſis nunc *ponte Siſto* dicitur à Sixto IV. pontifice Maximo, qui eum reſtauravit.

Pons Longus, in Apulia, à Siponto 30. mill. paſſ.

Pons Lucanus, ſuper Aniene, apud Tibur urbem, opus Trajani Cæſaris. De quo carmen:

Pons ſuperabatur Lucanus, Plautius olim.

¶ pons Lucanus, hodie *ponte Lucano*, uno milliari diſtat à Tibure Romam versùs.

Pons Mammolus, *ponte Mamolo*, apud Romam in via Tiburtina, Mammæus potiùs, à Mammæa matre Alexandri Severi dictus. De quo lib. 3. Itinerarii.

Tandem pons alius dictus de matre Severi
Mammæus feſſos Romanam ducit in urbem.

¶ pons Mammolus ſeu Mammeæ diſtat ab urbe Roma 6. mill. paſſ. in ortum.

Pons Manſuetinus, *Babolza*, teſte Lazio, oppidum pannoniæ, inter poſſegam 9. & Zigetum in Cæciam 4. leucis, à Sopianis 25. mill. paſſ.

Pons Milvius, *ponte Molle*, urbis Romæ extra portam Flaminiam, ab urbis ingreſſu 2. ferme mill. paſſ. diſtans. (*Ibi Conſtantinus Magnus Magnetium devicit.*)

¶ pons Muræ, *Prusk amder Muer*, urbs Germaniæ, ad Muram fluvium, in Stiria ſuperiori, 5. leucis à Græcio in Circium Lintium versùs.

Pons Nevius, ſeu Neviæ, *Ponferrada*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callæcia, inter Aſturicam 14. & Villam Francam Gallæciæ in occaſum 5. leucis.

¶ pons Nevius, in Callaicis, hodie *puente de Neyra* dicitur; & 2. leucis diſtat à Luco Auguſti in meridiem, ad amnem Neyram; 17. leucis ab oppido *Ponferrada* in Circium.

Pons Nomentanus, *ponte Lamentano*, in via Nomentana ſuper Aniene in Sabinis: per quem in ipſos Sabinos ibatur.

¶ pons novus, *le pont neuf*, pons Lutetiæ, ad Sequanam fluvium, ab Heurico IV. Rege Galliæ extructus, & totius Europæ ſuperbiſſimus.

Pons palatinus, qui & Senatorius, in urbe Roma, *ponte S. Maria*, apud Montem palatinum.

¶ pons palatinus ſeu Senatorius, *ponte S. Maria*, dicitur etiam *ponte rotto*, quia ſemidirutus jacet.

¶ pons Reginæ, *puente la Reyna*, oppidum Hiſpaniæ, in Navarræ regno, ad Argam fluvium, 4. leucis à Pompelone Calagurim versùs.

¶ pons Remigii, *pont de Remy*, oppidum Galliæ in picardia provincia, ad Somonam fluvium, 2. leucis ſupra Abbavillam Ambianos versùs.

¶ pons Rivi alti ſeu Rialtinus, *ponte di Rialto*, pons magnificus Venetiarum, antea Sublicius; ſed anno 1591. ex lapide Iſtriano ductus majorem canalem jungit; eſtque unius arcus tantùm.

¶ pons S. Maxantiæ, *pont S. Maixence*, oppidum Galliæ, ad Oeſiam fluvium, 3. leucis à Sylvanecto in Boream diſtat, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Valeſia tractu.

¶ pons S. Nicolai, *le pont de S. Nicolas*, pons eſt Galliæ perantiquus & miræ ſtructuræ, à Romanis excitatus ſupra Gardonem fluvium, in Occitania, 2. leucis à Ponte Gardonis diſtans, totidem à Nemauſu, & una ab Ucetia.

¶ pons S. Spiritus, *pont S. Eſpirit*, urbs Galliæ, in Occitania regione, cum arce permunita & ponte ad Rhodanum fluvium, 7. leucis ſupra Avenionem in Boream, Vivarium versùs 3. circiter.

¶ pons Saravi, *Sarbruck*, ſeu *Sarbrick*, oppidum Lotharingiæ, ad Saravum, ſub proprio Comite, in limite palatinatus 4. leucis à Bipontio in occaſum Metas versùs, & 10. ab altero in Boream.

Pons Sarnix, *SarbrucK*, oppidum Germaniæ ſuperioris, ſic à ponte nominatum, inter Alſatiam & Lotharingiam, ad Sarram fluvium, inter Cæſaream Lutram, & Metas 8. leucis. *Ant.*

¶ pons Sarnix aliis eſt pons Saravi, *Kaufmans Sarbruck* Germanis, *Sarebourg* Gallis, urbs Lotharingiæ aliàs Imperialis & libera, nunc Gallici juris, ad Saravum fluvium, ad radices Vogeſi montis, 8. leucis ab Argentorato in occaſum diſtans Mediomatrices versùs, & 6. à Marſalio in ortum; eſtque ſatis parva.

Pons Scaldis, *Condet*, oppidum Belgii: ab ipſo ponte nominatur, ad Scaldem fluvium, in Hannonia, à Valencenis urbe 2. leucis Tornacum versùs. Aliis eſt ipſa urbs Valencenæ. *Ant.*

¶ pons Scaldis, locus Belgii, in Nerviis, hodie *Eſcaupont*, pagus Hannoniæ, ad Scaldim fluvium, una leuca ſupra Bondæum in meridiem, Valencenas versùs 2. teſte Sanſone.

Pons Sociorum, in pannonia, à Manſuetino 25. mill. paſſ. totidem à Sopianis, Aquincum versùs. *Ant.*

¶ pons Sorgiæ ſeu Sulcæ, *ponte de Sorgue*, oppidum Galliæ, in provincia & Comitatu Venuſsino, ad Sorgiam fluvium, medium ferè inter Aruſionem ad Boream & Avenionem ad meridiem.

¶ pons Sturæ, *ponte Stura*, oppidulum Italiæ, in Ducatu Montisferrati, aliàs munitum, ad Padum fluvium, ubi recipit Stura, 3. milliar. ſupra Caſalem, & uno à Tridino diſtans.

Pons Sublicius. Vide Sublicius pons, & pons Æmilius. *P. Vi.*

Pons Tiluri, in Dalmatia, à Salonis 16. mill. paſſ.

Pons Timavi, ſuper Timavo fluv. in Carnis, ab Aquileja 7. mill. paſſ. *Ant.*

Pons Tirenſis in Latio erat inter Arpinum & Minturnas, ſuper Liri. *Cic.*

Pons Trajani, in Myſia ſuperiori, ad Danubium, apud Severinum urbem. Ubi adhuc durant veſtigia. Alter in Hiſpania Luſitanica, *Alcantara*, oppidum ſuper Tago fluvio, non obſcurum, in Extremadura regione, à Placentia urbe 8. leucis in auſtrum, Emeritam versùs 9. *Dion.*

¶ Pons Trajani, aliter Norba Cæſarea, *Alcantara*, urbs aliàs Luſitaniæ, hodie Eſtremaduræ provinciæ; à qua ordo militaris nomen ſumpſit, 18. leucis diſtat à placentia in occaſum, & 12. ab Emerita in Boream; eſtque parva, ſed munita, in limite Portugalliæ. Vide Norba Cæſarea.

Pons Vaticanus ſuper Tiberi Romæ excifus: apparent veſtigia apud Xenodochium S. Spiritus, à quo denominabatur. *P. Vi.*

¶ Pons Velius, *pont de Veſle*, oppidum Galliæ, in Breſsia provincia, ad Velium amnem, una leuca à Matiſcone & ab Arari in ortum.

¶ Pons Vetus, *ponte Vedra*, oppidum Hiſpaniæ, in Gallæcia ad amnem *Loriz*, 4. leucis ab ora Oceani in ortum, & 8. à Compoſtella in meridiem.

¶ Pons Urſonis, *Pontorſon*, oppidum Galliæ, in Norman-

mannia ; & in confinio Britanniæ minoris, ad Lerram fluvium, *Coveſnon*, qui paulò infrà cadit in mare Britannicum, medium inter Abrincas ad ortum & Dolum ad occaſum, duabus leucis à Monte Sancti Michaelis.

¶ Pontarlum, *Pontarlier*, oppidum Comitatus Burgundiæ, in confinio Helvetiorum, & ad radices montis Juraſſi, prope fontes Dubis fluvii, 9. leucis à Veſontione in meridiem.

Ant. Pontes, & pontacum, *Pontieu*, teſte Divæo, oppidum Belgii, in picardia, ubi legio 24. Sed *Pontieu* regio eſt, non oppidum, ſic à pontium multitudine dicta. (*Vide Ponticum.*)

Proc. Pontes, caſtellum Daciæ, in Danubii ripa, contra Theodoram oppidum. Vide procopium de Juſtiniani ædificiis.

Ant. Pontes, * *Paunton* Camdeno, pagus Albionis, in Anglia, ad Thameſim fluvium, inter Londinium & Oxonium ; vel *Reading*, pagus vicinus, teſte Lhuydo. Aliis *Colbroke*, pagus apud *Buckingham* oppidum. (* Camdeno *Colbroke* indigitatur, oppidum agri Buckingamienſis, in confinio Middleſexiæ : *Paunton* verò eſt ad pontem in agro Lincolnienſi.)

¶ Pontes Cæſaris, *Pont de Cè*, quibuſdam Pons Cæſaris, oppidum Galliæ, ad Ligerim cum ponte prælongo. Fuit aliàs munitum ; vixque una leuca diſtat ab Andegavo in auſtrum.

Ant. Pontes Oeni, *Oeting*, oppidum Vindeliciæ, ad Oenum fluvium, in Bavaria, inter Landshutum 7. & Salisburgum 9. leucis.

Ant. Pontes Terſenini, *Schoeſtern*, pagus Vindelicie, in Bavaria, inter Ambram & parthanum, teſte Simlero cum Aventino, à Parthano 20. mill. paſſ. ſeu 5. leucis.

Ivoni. Ponteſium, *Pontoyſe*, oppidum Galliæ, pontiſara, ſive Æſiæ pons : utroque enim modo nominatur. (*Vide Pontiſara.*

Plin. Strab. Pontia, inſula gemina : una maris Tyrrheni, in ſinu Formiano, ſeu paulò ſupra illum, contra Tarracinam urbem Latii, cum urbe, olim colonia eodem anno quo Sveſſa, teſte Livio lib. 9. deducta, à littore & Tarracina 32. mill. paſſ. Palmariæ proxima : in quem cives Romani damnati deportabantur. Apud plinium Pontiæ numero plurali legitur. Altera in eodem mari ante Veliam urbem Lucaniæ, cum Iſacia vel Iſcia. Vide Oenotrides. Pontia prior etiam pontiæ numero plurali apud Livium ſcribitur, à Volſcis culta.

¶ Pontia, *Ponza* hodie, inſula eſt regni Neapolitani & provinciæ Terræ laboris, antea incolis vacua, ſed a paucis annis exculta, cum vico & turri, ſub dominio utili Ducis parmæ 12. mill. paſſ. diſtat à Circejo promontorio in meridiem, uti 20. à Terracina.

¶ Ponticum, *le Ponthieu*, Galliæ regiuncula, in Picardia provincia, quæ ab aliis pontivenſis Comitatus dicitur. Extenditur versùs oſtia Somonæ fluv. ubi Abbavilla, Pons Remigii, Monſtrolium, Rua, & Crotojum ; eſtque inter Quantiam fluvium & Bononiæ Comitatum ad Boream & Normanniam ad meridiem, uti Ambianenſem tractum ad ortum. Dicitur etiam Pontus ſeu Pontinia à quibuſdam.

Strab. Tac. Ponticum mare. Vide Euxinum. Hoc ceteris dulcius & natantia in propontidem eiicere ſcribit Macrobius lib. 7. Saturnalium cap. 29.

¶ Pontificia ditio, ſeu Status Eccleſiæ ; *Stato della Chieſa* Italis, *l'Eſtat de l'Egliſe* Gallis, pars eſt Italiæ, à ſeptentrione in meridiem protenſa per 240. milliara, nempè à caſtro *Francolino* in Ferrarienſi Ducatu Terracinam uſque. Ejus autem major latitudo, nempè à Centumcellis Anconam uſque eſt 120. milliarium. Sed multò minor eſt in aliis locis, præſertim in Romandiola ubi valde reſtringitur, inter Hetruriæ & mare Adriaticum ; ſubeſtque dominio Summi Pontificis. Terminatur hæc ditio à meridie mari Tyrrheno, ab ortu regno Neapolitano, ab occaſu Hetruria & Ducatu Mutinenſi, à ſeptentrione autem mari Adriatico & dominio Veneto. Ejus partes ſeu provinciæ ſunt Campania Romana, *la Campagna di Roma*, provincia Patrimonii S. Petri, *la provincia del patrimonio di S. Pietro*, Sabina, *la Sabina*, Ager Orivetanus, *il territorio d'Orvieto*, Ager Peruſinus, *il territorio di Perugia*, Umbria ſeu Ducatus Spoletanus, *l'Ombria*, Marchia Anconitana, *la Marca d'Ancona*, territorium Civitatis Caſtelli, *il territorio di Città di Caſtello*, Ducatus Urbinas, *il Ducato di Urbino*, Romandiola, *la Romagna*, Ager Bononienſis, *il Bologneſe*, & Ducatus Ferrarienſis, *il Ducato di Ferrara*. Subſunt etiam dominio Summi Pontificis Avenio & Comitatus Vindaſcinus in Gallia, *le Comtat Venaiſſin*, uti Beneventum in regno Neapolitano, cum ejus territorio aliàs peramplo, ut liquet ex diplomate Clementis VI. Pontificis Maximi anno 1350. ſed nunc ab Hiſpanis valde reſtringitur. Totius ditionis Pontificiæ urbs præcipua eſt Roma, *Roma*, quæ Italiæ caput. Crevit autem maximè hæc ditio liberalitate Francorum Regum Pipini & ejus filii Caroli magni, & donatione Ludovici Pii ejus nepotis. Sub Clemente VIII. Pontifice Maximo Ducatus Ferrarienſis rediit ad ditionem Pontificiam, uti etiam Ducatus Urbinas ſub Urbano VIII. Barberino Pontifice Maximo, deficiente maſcula prole.

(*Pontificiæ ditionis urbes præcipuæ;*

Ancona, Ancona.
Ariminum, Rimini.
Aſculum, Aſcoli.
Bononia, Bologna.
Camerinum, Camerino.
Faventia, Faenza.
Ferraria, Ferrara.
Firmum, Fermo.
Forum Livii, Forli.
Fulginium, Foligno.
Imola, Imola.
Macerata, Macerata.
Orivetum, Orvieto.
Peruſia, Perugia.
Piſaurum, Peſaro.
Ravenna, Ravenna.
Reate, Rieti.
Roma, Roma.
Spoletum, Spoleto.
Tifernum, Città di Caſtello.
Viterbium, Viterbo.
Urbinum, Urbino.)

Pontina palus Latii, in quam Ufens influit, inter Appii Forum, Tarracinam, & Circejos contenta, olim adeo patens, ut illam 23. urbes, teſte Plinio, circumſtarent, in quibus erat Pometia ; nunc verò ferè tota exſiccata, *l'Aufente palude* dicta. Ibi campi pometini Livio, & campus Pometinus Straboni. Pontinæ paludes numero plurali apud Lucanum lib. 3. Plin. Feſt. & al.

Et qua Pontinas via dividit uda paludes.

Martialis lib. 13. epigrammate 109.

Pendula Pontinos quæ ſpectat Setia campos.

¶ Pontina palus eſt Latii ſeu Campaniæ Romanæ, hodie *paludi Pontine*, quæ non exſiccata eſt, neque vix exſiccari poteſt, propter ejus amplitudinem & plurimos amnes in eam influentes, ut ego pluries vidi. Extenditur enim inter Neptunium, Norbam, Sermonetam, Setiam, Privernum, Terracinam, & oram maris Tyrrheni ; & in eam influunt fluvii Aſtura, Nymphæus, Ufens, Amaſenus, & aliquot alii minores ; per hanc tamen Trajanus viam Saxo ſtraxit ingenti ſumptu, & ejus etiamnum viſuntur reliquiæ. Dicitur melius Pomptina palus.

Pontiniacum ex Chronico Ciſtercienſi, *Pontigny*, pagus Galliæ cum cœnobio in Antiſiodorenſi Diœceſi : ac oppidum Britanniæ minoris, à Rhedonis 8. leucis in occaſum, à Joſſelino 4.

Pontinus, mons Argiæ regionis, in Peloponneſo, cum fluvio cognomine ex eo manante, & in Eraſinum labente. Pauſ.

¶ Pontiopolis, ſeu Fanum S. Pontii Tomeriarum, urbs Galliæ, in Occitania, *S. Pons de Tomieres*. Vide Fanum S. Pontii Tomeriarum.

¶ Pontiſara *Pontoiſe*, ſeu pons ad Oeſiam, urbs eſt Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, & in Vexino Francico in clivo, ad Oeſiam fluvium, 6. leucis diſtat à Lutetia in Circium Rotomagum versùs.

Pontus, regio Aſiæ, mari Euxino appoſita, inter Bithyniam ad occaſum, & Paphlagoniam ad ortum, in qua Heraclea ponti metropolis. Eſt etiam regio Europæ, pars Myſiæ inferioris, eidem mari expoſita. De quo Ovidius libro de Ponto. Ptol.

Pontus item * mare apud Ptolemæum multiplex ; Galaticus, qui Paphlagoniam alluit ; Polemoniacus, in partem Cappadociæ poſt Themiſcyram alluit, in qua Polemonium urbs ; Cappadocius, qui reliquam Cappadociæ oram, in qua Ceraſus & Trapezus urbes ſunt, alluit. Quæ

regio-

regiones à Iuſtiniano Hellenopontus appellantur. (*ptolemæo pontus Galaticus, pontus polemoniacus & pontus Cappadocius ſunt tres Cappadociæ partes, in quarum prima Themiſcyra, in ſecunda polemonium, in tertia Ceraſus & Trapezus

Pontus, fluvius Macedoniæ, Sintiam urbem alluens, haud longè ab Heraclea urbe, quæ Sintica dicitur, decurrens.

Pontus, & Pontinia, regio Galliæ Belgicæ, in picardia, (*Pontieu* vel *Ponthieu* Comitatus) in qua Monaſteriolum *Monſtreul*, oppidum ab Ambianis 14. leucis, Bononiam versùs. Eſt & pagus Geldriæ Ducatus, *Pont* vulgò, apud Geldriam urbem.

Pontus Euxinus, antè Axenus, id eſt, inhoſpitus, teſte Plinio, Amozonius Claudiano, Scythicus Flacco, Tauricus Feſto, mare Ponticum Straboni, Tacito, Plutarcho, Cimmerium Herodoto & Oroſio, Caucaſium Appollonio, Colchicum Straboni, Sarmaticum Ovidio, Phaſianum Ariſtidi. Cuius ambitus eſt 3150. milliarium, teſte Plinio. Abeſt à Caſpio mari 375. mill.paſſ. aliis 250. plinio referente. Cuius omnes Poetæ meminerunt. Virgilius libro 2. Georgicorum:

Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Vide Euxinum.

¶ Pontus Euxinus vulgò, *mer Noire* ſeu *mer Maieur* Gallis, *mare Maggiore* Italis, Germanis *Schuvartz zèe*, Græcis *Mauro Thalaſsa*, Turcis *Caradoniſi*, & Ruſſis *Zorno More*, eſt inter Mœſiam inferiorem, & Thraciam ad occaſum, Aſiam minorem ad meridiem, Colchidem ad ortum, & Sarmatiam Europęam & Sarmatiam Aſiaticam ad Boream. Ei iungitur palus Męotis per Boſphorum Cimmerium ad Boream, uti & Propontis per Boſphorum Thracium ad auſtrum. Eius autem partes ſunt mare Caucaſeum versùs Sarmatiam, & mare Phaſianum versùs Colchidem, uti etiam Carcinites ſinus: & eius maior longitudo ab ortu in occaſum eſt 900. mill. paſſ. latitudo autem à ſeptentrione in meridiem eſt 300. mill.paſſ. circiter; vixque 400. mill. paſſ. diſtat ab ora proximiori maris Caſpii in occaſum, teſte Guillelmo Sanſone.

¶ Popaiana, *le Popayan*, regio ampla Americæ merid. in Terra firma, versùs montes. Dicitur ab Hiſpanis *Covernacion de Popayan*; eſtque inter mare Auſtrinum ad occaſum, Peruviam ad auſtrum, regnum novum Granatæ ad ortum, & Gubernium Carthagenę novæ ad Boream; eſtque à ſeptentrione in meridiem extenſa. E. ius caput eſt Popaianum *Popaian*. Aliæ urbes ſunt Fanum ſanctæ Fidei de antiquaria, *Santa Fè d' Antequera*, Caramanta, *Caramanta*, Arma, *Arma*, Fanum ſanctæ Annæ de Anzerma, *Santa Anna de Anzerma*, Cartago, *Cartagena*, Calium, *Cali*, Amaguera, *Amaguer*, Timana, *Timana*, Paſtum, *Paſto*, & Agreda, *Agreda*, ſub Hiſpanis.

¶ Popaianum, *Popayan*, urbs Americæ meridionalis, provinciæ cognominis caput, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo ſanctæ Fidei, juxta fluvium ſanctæ Marthæ & versùs ejus fontes, in Mediterraneis, 140. mill. paſſ. ab ora maris Auſtrini in ortum.

¶ Poperinga, *Poperinghe*, urbecula Belgii, in Flandria, inter Hypras ad ortum & Casletum ad occaſum 2. leucis diſtans, ad amnem cognominem, ſub Hiſpanis.

¶ Populetum, *Poblet*, monaſterium Cataloniæ in Hiſpania, ubi ſepulchra Regum Aragoniæ. Vix una leuca diſtat à Monte Albo, & 6. à Tarracone in Boream Ilerdam versùs.

Populi plurimi à nobis deſcripti ſunt: in quibus aliquot ita ab aliorum conſuetudine recedunt, ut non inter homines, ſed inter feras cenſendi videantur. In iis nonnullos uti prodigioſos hic ſubiicere libuit:

Populi prodigioſi monſtruoſive, ex Plinio, libris 6. & 7. & aliis ſcriptoribus:

Abarimi, (Abarimon nomen eſt regionis montis Imai) populi Scythiæ, qui plantas adverſas habentes curſu velociſſimi ſunt, Plinio lib.7. cap.2. auctore.

Androgyni, populi Africæ, utroque ſexu prædicti, dextra parte viriles, læva fæminei.

Antropophagi, populi humana carne veſcentes, non ſolùm in Aſia & Africa multis in locis reperiuntur, ſed, quod mirum eſt, etiam in Italia fuere; veluti Læſtrigones apud Formias, & Cyclopes apud Ætnam montem Siciliæ.

Arimaſpi, populi Scythiæ uno oculo conſtantes in medio frontis: de quibus plura ab Herodoto, trans mare Hyrcanum inter Maſſagetas & Sacas incolentes, teſte Strabone.

Arimphæi, populi Scythiæ ſive Sarmatiæ Aſianæ, in montibus Riphæis, calui, & ſimas nares habentes.

Artabatitæ, populi Scythiæ vagi veluti quadrupedes: de quibus plinius lib. 6. capite 30.

Aſtomi, populi Indię apud Gangis fluvii ortum montes incolentes, qui ore carentes, ut nomine ipſo declaratur, foramen habent exiguum, per quod reſpirant & cibum leviſſimum capiunt, potiùs florum odore vitam degentes, Plinius lib. 7. capite 2. & Strabo lib. 15.

Bithiæ, populi Scythiæ, quorum fęminæ duas habent in oculo pupillas; de quibus Ælianus in ſua hiſtoria.

Blenæ Claudiano, Bleptæ Melæ, Blemmyes Straboni & Plinio, populi Æthiopiæ apud Nilum, qui oculos in pectore habuiſſe feruntur,

Budini, populi Sarmatiæ oculis cæſiis, pediculos edentes.

Cabri, populi Germaniæ, quos Tacitus corpore dutiſſimo fuiſſe & ſtrictis artubus ſcribit libro de moribus Germanorum.

Candei, populi Troglodyticæ, qui Ophiophagi dicuntur, quòd ſolùm ſerpentibus veſcantur, teſte Plinio libro 6. capite 29.

Centauri, populi Theſſaliæ ab omnibus ſcriptoribus, præſertim Poetis, memorati; quorum pars ſuperior hominem, inferior equum referebat.

Choromandæ, populi Indiæ, quos plinius libro ſeptimo capite ſecundo ſine voce ſtridentes eſſe, corpore hirtos, oculos glaucos habere denteſque caninos ſcribit.

Cimmerii, populi Sarmatiæ, quos in perpetua caligine verſari ferunt. Horum meminit Virgilius, & Ovid.

Cyclopes, populi Siciliæ in monte Ætna, Vulcani miniſtri, quos uno oculo tantùm præditos anthropophagos fuiſſe ferunt.

Cynamolgi plinio & Cynocephali, populi Aethiopię capita habentes canina. Vide plinium libro 6. capite 30.

Dardani, populi Myſiæ, quorum fęminæ in viros mutatæ leguntur, auctore Saxone Grammatico.

Enotocęti, populi Africæ, quibus aures ad pedes uſque demittuntur; de quibus Strabo libro 17. ſcribit.

Faneſii populi Oceani Septentrionalis, in inſula Baſiliæ qui aures tam patentes habent, ut tota iis corpora contegant. Plinius libro 4. capite 13.

Gigantes, multis in locis reperti, ab omnibus ſcriptoribus memorantur, immoderatæ ſeu monſtruoſæ magnitudinis, uti apud plinium libro 7. capite 16. ſed & noſtra tempeſtate in novo orbe inventi ſunt in ea regione, quæ in auſtrum vergit. Hos in Theſſalia ab Hercule extinctos refert Strabo libro ſeptimo.

Gymnites, populi Æthiopiæ, Troglodytis finitimi, in quavis corporis parte nudi vagantes, ſic à nuditate dicti. De quibus plinius libro ſexto capite trigeſimo.

Helluſii, populi Germaniæ ſeptentrionales, quos Tacitus ſolo vultu homines, reliqua parte corporis feris ſimiles eſſe refert.

Himantopodes, Indiæ populi, quos ſerpendo incedere plinius loco citato ſcribit.

Hippocentauri, populi Theſſaliæ, quorum meminit plinius, cum aliis. Vide Centauri.

Hippopodes, populi Baſiliſcæ inſulæ ſeptentrionalis, ſic dicti quòd pedes equinos habeant. Plin. lib.4. cap.13.

Monoculi, populi qui uno oculo præditi ſunt, memorantur; ſed ubi gentium ſint, haud docent.

Monomeri populi Septentrionales, qui uno crure velociter incedant, ab Aulo Gellio referuntur lib.9.cap.4.

Monoſceli verò populi Æthiopiæ, Troglodytis finitimi, qui uno crure ſaltuatim perniciſſimè moventur, plantam patentem habentes; unde & Sciopodes dicuntur, teſte Plinio libro ſeptimo capite ſecundo.

Nigræ, populi Æthiopiæ, Regem monoculum habere dicuntur ex plinio lib. 5. Cap. 8.

Niſicaſtes, & Niſitæ, populi Æthiopiæ apud oram maris, ternis aut quaternis oculis præditi, memorantur à plinio libro 6. capite 30.

Ocypodes, populi Africæ adeo veloces, ut curſu equos ſuperent, teſte Strabone libro 15.

Olabi & Syrbothæ, populi Libyæ, quos plinius loco citato octonum cubitorum altitudine conſtare ſcribit.

Orientis populos intimos, alios ſine ore, alios ſine naribus, foramen unum, quo reſpirent, potum calamis, & grana avenæ in cibum trahant, habentes, alios ſine labris, alios ſine lingua, & ſermone nutibus utentes, plinus loco eodem memorat.

Oxiones, populi Germaniæ, quos Tacitus facie tantùm hominibus, ceterùm feris ſimiles eſſe refert.

Pandoræ, populi Indiæ, quibus Plinius in iuventute caneſcere, in ſenecta vero nigreſcere capillos, libro 7. capite 2. teſtatur.

Paramedeſidæ, populi Aſiæ, Bactrianis proximi, prorsùs agreſtes, ab eodem memorantur.

Pharnaces, ſive Pharmaces, populi Æthiopiæ, quorum viri tabem ſudore adferunt, fæminæ vel ipſo viſu nocent, ut Plinius libro ſeptimo capite ſecundo ſcribit.

Ptœmbari populi ſunt Africæ qui canem pro Rege habent, ut idem Plinius libro ſexto capite trigeſimo tradit.

Pygmæi, populi Indiæ orientalis cubitales, cum gruibus bellum gerentes, teſte Plinio libro 7. capite 2. cum Strabone, Mela, & aliis: qui & alibi reperiri feruntur.

Satyri, multis in locis, ſed præcipuè in montibus Indiæ, qui non alio quàm forma hominem referant, corpore toto hirti, ac villoſi, perniciſſimi in Cartadulorum regione Plinio eodem loco.

Sciopodes, populi Æthiopiæ, Troglodytis finitimi, qui tam latas plantas habent, ut illarum umbra ſe ab æſtu & ſolis ardore tueantur; unde nomen aſſecuti ſunt. Plinius libro 7. capite 2.

Struthopodes, populi Indiæ, quorum viri cubitales, feminæ plantas habent minimas, quaſi ſtruthionum.

Syrbotæ, populi Æthiopiæ, octonum cubitorum magnitudine conſtantes, ut Plin. lib. 6. capite 30. refert.

Tentyritæ, populi Ægypti, ſolo olfactu & aſpectu crocodilos fugare feruntur.

Troglodite, populi Æthiopiæ, in ſpeluncis degunt, ab omni hominum commercio abhorrentes, ut Plinius loco citato refert, curſu velociſſimi.

Populonia, populonium plinio, Straboni, poplonium ptolemæo & Stephano, urbs Hetruriæ, olim epiſcopalis (cui Maſſa ad 20. mill. paſſ. diſtans in ortum ſucceſſit,) in ora maris Tyrrheni, contra Ilvam inſulam 10. mill. diſtantem, exciſa à Nicea Conſtantinopolitani Imperatoris Duce, quo tempore Bernardus Caroli magni nepos Italiæ dominabatur. Ea nunc *Porto Baratto*, (non *Porto Ferrato*, ut ſcribit Leander) dicitur, plombino oppido amplo vicina ad 3. mill. paſſ. media ferè inter piſas ad occidentem, & Coſas ad ortum 54. Hic Geinſericus Vandalorum Rex à Baſilio Leonis Imperatoris Duce prælio ſuperatus eſt. Meminit populoniæ Virgilius libro 10. Æneidos:

Sexcentos illi dederat Populonia mater.

¶ Populonium, promontorium nunc *Capo Campana* dicitur; eſtque propè populonii rudera, in ora maris Tyrrheni, contra Ilvam inſulam, à qua diſtat 12. mil. paſſ. in *B*oream, uti 5. à plumbino in occaſum.

Herod. Porata, *prut.*, fluvius Sarmatiæ Europeæ, teſte peucero per Moldaviam in Iſtrum influens: qui poritus à ptolemæo videtur appellari, nec ſitus repugnat.

¶ Porata, ſeu Sorata, fluvius Daciæ dicitur à Scythis, qui Græcis pyrethos & Romanis Hieraſſus dictus fuit, hodie *Peruth*. Oritur in Ruſſia Nigra provincia poloniæ, deinde per Moldaviam fluens, auctus aliquot fluminibus, & rigatis Iaſſio, aliiſque urbibus, inibi in Iſtrum ſe exonerat. Vide Hieraſſus.

Plin. Porcifera, *pocevera*, fluvius Liguriæ, ex Apennino monte in mare Liguſticum apud Genuam per Vallem 10. mill. paſſ. decurrens. Porcobera etiam in tabula ænea antiqua nominatur.

Steph. Pordoſelene, inſula parva apud Lesbum, cum oppido cognomine, ut ſcribit Stephanus.

Scrips. Gall. Poreus, pagus cum cœnobio Galliæ Belgicæ, in picardia, ad Somonam fluvium, inter Ambianos & oram.

Pauſ. Porina, fluvius peloponneſi, apud Cyllenen fluens, Achaiorum & pheneatum terminus, teſte pauſania. Nomen ab ipſa urbe etiam hodie recipit.

¶ Porolissum, Sarmatiæ Europææ fluvius, apud ptolemæum.

Plin. Poroſelene, pordoſelene Straboni & Stephano, à luna nomen habens, inſula maris Ægæi, cum oppido cognomine, apud Lesbum. Auctor Theſauri Linguæ Latinæ ex plinio lib. 5. cap. 31. ſcribit eſſe inſulam in ſinu Ceramico; ſed ibi plinius nihil de ea habet. Stephanus etiam Poroſelenem appellari ſcribit.

Polyb. Steph. Porphyreum, *Gayfa* Poſtello, *Hayphac* Ravvolfio, urbs phœnicis, apud oram littoralem & Carmeli montis radices epiſc. ſub Archiep. Tyrio, populi porphyreonii & porhyreonite Stephano.

Porphyrione, inſula parva propontidis, inter proconneſum & Halonem, ante Cyzicum: de qua plinius lib. 5. cap. ult. *Iſola di Chizico* hodie. Plin.

Porphyris inſula, (Vide Cythera: Niſyros, & Carpathus) quæ olim, teſte plinio, ſic appellata fuit à purpura. In ea Veneris templum inſigne fuit. Hinc porphyriacus, a, um, pro purpureus, apud Ovidium:

Et Porphyriacis figere labra genis.

¶ Porphyrite, Arabiæ oppidum iuxta Ægyptum, teſte Stephano, in Thebaide, eſt teſte Euſebio.

Porſica, perſa Stephano, oppidum fuit Meſopotamiæ, ad Euphratem, apud Samoſata, unà cum illis exciſum. Ptol.

Porta Auguſta, *Torquemada* Taraphæ & aliis, oppidum amplum Hiſp. Tarraconenſis, in Vaccæis & Caſtella veteri, inter Burgos ad ortum 12. & palentiam ad occaſum 6. leucis Latino recenti Turris cremata. Piol.

¶ Portacra, Tauricæ Cherſoneſi urbs, teſte ptolemæo.

Porta ferrea, ſeu portæ ferreæ, *Derbent* & *Demircapi*, urbs Albaniæ, in Aſia, ad Caſpium mare. Vide Caucaſiæ portæ. Per has enim portas in Scythas tranſitus eſt. P. Vi

Portæ Urbis Romæ:

Agonenſis quæ & Collina, & Quirinalis, poſtremò Solaria, *porta Salara*. Unde via Salaria incipit.

Aurelia, apud molem Hadriani: ſed hodie non exſtat. Inde via Aurelia per Hetruriam Centum cellas ducens.

Capena, *di S. Sebaſtiano*, unde via Appia. Eius meminit Ovidius in Faſtis lib. 6.

Lux eadem Marti feſta eſt, quem proſpicit extra
Appoſitum dextra porta Capena via.

Carmentalis porta à Carmenta, quam Romani uti Deam templo illi exſtructo coluere, nominata eſt. Eius meminit Virgilius lib. 8. Æneid.

- monſtrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam.

Quæ & Carmentis ab Ovidio in 2. Faſt. dicitur:

Carmentis porta dextra eſt via proxima Iano:
Ire per hanc noli, quiſquis es; omen habet.

¶ Porta Carmentalis erat ad radices montis Capitolini versùs Tiberim fluvium, teſte Nardino; & hodie non extat.

Cæliomontana, quæ & Aſinaria *di S. Giovanni*: unde via Valeria & Tuſculana, quæ & Campana Ciceroni.

Collatina, poſteà Pinciana, vulgò etiam pinciana: unde via Collatina. Meminit illius Ovidius libro 2. faſtorum:

Accipit ærata juvenem Collatia porta.

Hinc Collatinus nomen viri: De quo Ovid. ibid.

Hoſtis ut hoſpes init penetralia Collatini.

Collina. Vide Agonenſis. De ea Ovidius in Faſtorum libro 4.

Templa frequentari collinæ proxima portæ
Nunc decet.

Eſquilina, & Exquilina, *Maggiore*; unde via Præneſtina, & Gabina.

Feneſtralis porta in cæde Tarquinii nominari cæpit, ſic dicta quod Tanaquil uxor Tarquinii per feneſtram allocuta populum Romanum placarit: ubi tamen ea fuerit nemo docet. De illa Ovid. lib. 6. Faſt. Plut.

Nocte domum parva ſolita eſt intrare feneſtra:
Unde Feneſtralis nomina porta tenet.

Ferentina, quæ & Latina, vulgò *porta Latina*: unde via Latina.

Ficulnenſis, quæ & Viminalis, *di S. Agneſe*: unde via Nomentana, (*porta pia* nunc.)

Flumentana, *porta del popolo*: unde Flaminia via, & Caſſiana, & Claudia.

¶ Porta Flumentana erat propè Tiberim fluvium, versùs Carmentalem portam & pontem S. Mariæ, teſte Famiano Nardino.

Fontinalis, poſteà Septimiana, *Settimana*.

Gabiuſa, *di S. Lorenzo*, unde via præneſtina, & Gabina, & Tiburtina. Vide Eſquilina.

Ianiculenſis, *di S. Pancratio*: unde Via Vitellia.

Latina. Vide Ferentina.

Navalis, quæ & portuenſis, di Ripa: unde via Portuenſis. (*Porta porteſe* dicitur, prope Ripam, ad Tiberim.

Oſtienſis, (quæ & Trigemina, *di S. Paolo*: unde via Oſtienſis, & Laurentina.

Pandana, olim Saturnia, & ſemper aperta; quæ nunc non exſtat.

¶ Porta pandana, teſte Nardino, porta erat Capitolii, idque pluribus probare nititur.

Pinciana. Vide Collatina.

Portunenſis. Vide Navalis.
Quirinalis. Vide Eſquilina.
Ratumena à Ratumena auriga, qui per eam in Capitolium ingreſſus eſt, ut Plinius lib. 8. cap. 42. teſtatur.
Salaria. Vide Oſtienſis. Trigemina apud plautum in Captivis act. 1. ſcena 1.

Vel extra portam ire trigeminam ad ſaccum licet.

¶ porta Salaria, hodie *Porta Salara*, aliàs Agonenſis, & Collina dicta fuit. Vide ibi. Sed valdè diſtat ab Oſtienſi.

Triumphalis, *di S. Pietro nel Vaticano*; unde via Triumphalis, inter Aureliam, & Claudiam.

¶ Porta Triumphalis hodie non exſtat.

Viminalis. Vide Ficulnenſis, ſeu Figulnenſis.

Portæ Albaniæ. Vide Caucaſiæ portæ.

Portæ Amani, quæ Pylæ Amanicæ Ptolemæo, Pylæ Amanides Straboni, & Portæ Ciliciæ, *Bogras*, à Pagris urbe, vulgò dictæ, per quas ex Cilicia in Syriam tranſitur, ab Iſſo urbe 270. ſtadiis, teſte Xenophonte, diſtantes.

Portæ Caſpiæ, (Vide Caſpiæ) ab Ecbatanis 20. mill. paſſ. apud Plinium, ubi numerus depravatus videtur. A portis Caſpiis (quarum tranſitus anguſtus eſt & valdè difficilis ob magnam ſerpentum copiam & liquorem ſalis ex cautibus corrivatum, impedientemque tranſitum, niſi fiat hyeme) Cyrus fluvius (unde Caſpium mare incipit appellari) 700. mill. paſſ. abeſt: Indus verò 1960. ſtadiis, teſte Plinio lib. 6. cap. 15. ubi & Bactra 3700. ſtadiis, diſtare continetur.

Portæ Caucaſiæ. Vide Caucaſiæ.

Portæ Ciliciæ. Vide Portæ Amani.

Portæ Mediæ ad Zagrum montem, per quas ex Media in parthiam tranſitus eſt.

Porthmia, ſeu porthmion, pagus Mæotidis paludis, teſte Stephano.

Porthmus, *Portimo* vel *Portmo*, urbs Eubœæ in ora, apud Eretriam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, adhuc perſeverans.

Porticus Romæ plures fuere: in his Livia & Octavia ab Auguſto ædificatæ. Prior in via ſacra iuxta templum Pacis. Cuius meminit Ovidius in faſtorum lib. 6.

Diſce tamen veniens ætas, ubi Livia nunc eſt
Portus, immenſæ tecta fuere domus.

Eadem Claudia dicta fuit apud Martialem epigrammate 2. eorum quæ de ſpectaculis:

Claudia diffuſas ubi porticus explicat umbras,
Vltima pars aulæ deficientis erat.

Altera octavia gemina: una à Cneo Octavio in circo Flaminio; altera ab Auguſto in Octaviæ ſororis honorem apud theatrum Marcelli conſtructa. Tertia Pompeia a Cneio pompeio apud theatrum eiuſdem exædificata. De qua Ovidius in lib. 1. de arte amandi:

Tu modò Pompeia lentus ſpatiare ſub umbra,
Dum ſol Herculei terga leonis habet.

Durat porticus Septimii Severi apud fanum S.Angeli in piſcina, & porticus Metelli apud viam ſacram & forum: ubi nunc ſacra ædes Divi Laurentii in Miranda. Sic & porticus integra ante Pantheon, Protyrion veteribus dicta.

Protoſpana, urbs Carmaniæ. Vide Ortoſpana, prout ab aliis nominatur.

Portuenſis via, (& Porta) quæ ab urbe Roma ad Portum Romanum (non ad Oſtiam, ut ſcribit Ortelius) ducebat, & ducit, licèt urbs extincta ſit.

¶ Portugallia, *Portugal* Hiſpanis & Gallis, *Portogallo* Italis, regnum eſt Europæ in parte occidentali Hiſpaniæ, ubi aliàs maior pars Luſitaniæ, cum parte Callaicorum. Antea ſub Philippo ſecundo adiectum fuerat reliquæ Hiſpaniæ poſt obitum Henrici Regis. Sed iterum anno 1640. ab ea ſeparatum eſt, & Regem proprium, cui etiamnum ſubeſt, admiſit. Terminatur ab occidente Oceano Atlantico, uti etiam a meridie ex parte Algarbiæ, quæ ei annexa eſt, a ſeptentrione Gallæcia, & ab oriente regno Legionis, Extremadura, & Vandalitia. Portugalliæ partes ſeu provinciæ ſunt quinque, nempè provincia inter Durium & Minium, *Entre Douro è Minho*, Traſmontana, *Tra los montes*, Extremadura, *Eſtremadura portogheſa* Beira, *Beira*, & provincia inter Tagum & Anam, *Alenteio*, ſeu *Entre Teio è Guadiana*. Totius regni caput eſt Olyſippo, *Lisboa*, quæ etiam ſedes regia, ad Tagum fluvium. Subſunt etiam Regi portugalliæ, Algarbiæ regnum, *Reyno do Algarve*, in Hiſpania, Braſilia, *le Breſil*, regio ampla Americæ meridionalis, in quatuordecim præfecturas diviſa, z ores inſulæ, *les isles Azores*, in Oceano Atlantico, ubi Madera inſula, & inſulæ Capitis Viridis *les isles du Cap Verd*. Habet præterea Rex portugalliæ plurimas arces in ora regni Congi, in Æthopia inferiori, uti Fanum S. Pauli Loandæ in ora Angolæ, & inſulas S. Thomæ, Anniboni, Ferdinaudi pai, & principis, in mari Guineæ. Poſſidet etiam in ora orientali Africæ arces Soſalam, Mozambicum, Monbaziam, & aliàs Zanguebariæ regionis. In India verò orientali habet Goam urbem amplam cum annexis in ora Malabariæ, uti Baſemum, Damanum, Onorium, Mangaloram, & Barceloram, cum plurimis arcibus in illa ora, Dium arcem & inſulam parvam in ora regni Guzaratarum, atque Amacaum in ora provinciæ Cantoniæ, in Imperio Sinarum, cum aliquot locis in ora occidentali ſinus Gangetici.

(*Portugalliæ urbes præcipuæ*:

Beia, Beia.
Braccara, Braga.
Bragantia, Braganza.
Conimbrica, Coimbra.
Elua, Eluas.
Ebora, Euora.
Guardia, Guarda.
Miranda, Miranda de Douro.
Oliſippo, Lisboa.
portus, porto.
portus alacris, Portalegre.
Viſeum, Viſeu.

portunata, *Vegia*, teſte Merula, inſula Illyrici, ſeu Liburniæ iuxta illus continentem, inter Crepſam ad occaſum & Arbam ad ortum, à Crepſa 5. mill. paſſ. diſtans, cum urbe (quæ Vegium dicitur plinio) epiſcopali, circuitu 80. mill. paſſ. patens. Plin.

¶ portunata, inſula maris Illyrici quid ſit non bene conſtat, *Veia* etiam aliàs Curicta dicta fuit; eſtque circuitus 50. mill. paſſ. tantùm.

¶ portus, *porto*, urbs Hetruriæ, in provincia Patrimonii Sancti Petri, in ditione pontificia, 12. milliaribus, à Roma diſtat in meridiem, & uno ferè ab ora maris Tyrrheni. Portum habuit aliàs ſuperbiſſimum, a Claudio exſtructum, & à Traiano reparatum, cuius vix viſuntur veſtigia. Vrbs ipſa diruta iacet, ægrè a quatuor, aut ſex incolis habitata propter aeris inclementiam.

¶ Portus Acaxutla, *puerto de Acaxutlà*, portus eſt amplus Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & in Guatimala provincia, in ora maris Auſtrini, propè oppidum Trinitatis, ſub Hiſpanis.

¶ portus alacris, *portalegre*, urbs munita portugalliæ, aliàs Amæa, epiſc ſub Archiepiſcp. Bracarenſi, in provincia inter Tagum & Anam dicta, in confinio Eſtremaduræ Legionenſis, ad fontes fluvii Caiæ. 9. leucis Hiſpanicis diſtat ab Elvis in Boream, & 5. a Valentia Alcantaræ in occaſum.

portus Auguſti, qui et Romanus, *Porto*, urbs Hetruriæ prorsùs exciſa, apud oſtia Tiberis, contra Oſtiam urbem etiam extinctam 2. mill. paſſ. diſtantem, ab urbe Roma 16. millia paſſ. in meridiem. Manet epiſcopatus, unus è ſex qui Cardinalibus antiquioribus conferuntur. Erat et portus Auguſti in ora Galliæ Narbonenſis, ad oſtia Rhodani fluvii, ab Arelato 38. mill. paſſ. diſtans ex Itinerario Antonini. Ant. procco. Caſſio.

¶ portus Bajocenſis, *port en Beſſin*, portus Galliæ, in Normannia, & in ora maris Britannici, propè Bajocas urbem, à qua vix una leuca diſtat in Boream.

¶ portus Belus, *Porto Belo*, urbs novæ Americæ meridionalis, in ora maris Borealis, cum portu capaciſſimo, et duplici arce. 18. leucis diſtat à panama in ſeptentrionem; eſtque in provincia Terræ firmæ, et crevit ex ruinis Onomatheopolis. Subeſt Hiſpanis, et nuper capta et direpta fuit ab Anglis.

portus Calenſis, *Portugallo*, (unde nomen regno Luſitanorum) et *porto*, ac *C. puorto*, urbs Luſitaniæ, ad oſtia Durii fluvii, epiſc. ſub Archiep. Bracarenſi, inde 8. leucis, ab Ulyſſippone 47. in Boream, ſic à Cale pago proximo denominata.

¶ portus Cale, *Porto*, ſeu *Ciudad de puerto*, Belgis *port à port*, urbs eſt ampla & emporium celebre Hiſpaniæ, in regno Luſitaniæ, propè oſtia Duri fluvii, & vix una leuca diſtans ab ora Oceani Atlantici, in provincia inter Durium & Minium dicta. 7. leucis diſtat à Bracara in meridiem, & 12. à Lameca in occaſum.

¶ portus Corcagiæ, *Corck haven*, portus eſt Hiberniæ, in Mamonia provincia et Corcagienſi Comitatu, in ora maris Vergipii. Ampliſſimus eſt, et veriùs æſtuarium 12. mill. paſſ. diſtans à Corcagia urbe in meridiem.

¶ portus Corvi, *puerto del Cuervo*, portus eſt cum caſtro in parte orientali inſulæ Corvi, unius ex Tertiariis inſulis, et propè Florum inſulam, ſub Luſitanis.

¶ portus Crematus, *puerto Quemado*, portus Americæ meridionalis, in provincia Terræ firmæ, & in ora maris Auſtrini, in limite popayani, propè promontorium Currentium, cum caſtro recenti, ſub Hiſp.

¶ portus Delphini, *portofino*, oppidulum Italiæ, cum arce in ora orientali Liguriæ, & portu tantiſper capaci, ſub dominio Reipub. Genuenſis. 20. mill. diſtat à Genua in ortum, Rapallum versùs 3.

¶ portus deſideratus, *port deſirè*, portus Americæ meridionalis, in Magellanica regione, inter oſtium Argentei fluvii ad Boream, & terram Ignium ad meridiem.

¶ portus Dianæ, *Stagno di Diana*, portus eſt Italiæ, in ora orientaii Corſicæ inſulæ, cum ſtagno adjacente. Parvus eſt, & partim arena obductus, propè Aleriæ urbis rudera.

¶ portus dives, *puerto Ricco*, ſeu Fanum Sancti Joannis de portu divite, S. *Ivan de puerto Ricco*, urbs epiſc. Americæ ſeptentrionalis, munita, cum arce duplici, & portu capaciſſimo in parte Boreali inſulæ cognominis, in mari Boreali. Capta fuit & vaſtata ab Anglis anno 1595. & iterùm à Batavis anno 1615. Subeſt autem dominio Hiſpanorum; et dicitur etiam Fanum S. Joannis de portu divite. Vide ibi.

¶ portus divitis inſulæ, *Isla de puerto Ricco*, inſula ampla Americæ ſeptentrionalis in mari Boreali. Dicitur aliter *Isla de S. Ivan de puerto Ricco*, incolis *Boriquen*. Detecta fuit ab Hiſpanis anno 1493. et ab ipſis exculta anno 1510. Ejus longitudo ab ortu in occaſum eſt 30. leucarum Hiſpanicarum, latitudo verò 20. circiter.

¶ portus Equorum, *puerto de Cavallos*, portus eſt Americæ ſeptentrionalis, in Hondura provincia novæ Hiſpaniæ, et in ora maris Borealis ſinuſque Honduræ. Capax eſt admodum; ibique alàis fuit Fanum S. Joannis de portu Equorum dictum, nunc dirutum. 35. leucis Hiſpanicis diſtat à pintia nova, ſeu Comajagua in Boream.

Ant. portus Ericis, *Lerice*, oppidum in ora Liguriæ extrema, ad portum Lunæ, ultra portum Veneris 3. mill. paſſ.

¶ portus Famis, *porto Famine*, portus Americæ meridionalis, in ora Boreali freti Magellanici, ſic dictus, quia aliàs ibi excitata fuerat urbs philippopolis, cujus incolæ fame necati perierunt. Vide philippopolis.

¶ portus Formoſus, *Beauport* Gallis, *Bahia hermoſa* Luſitanis, *Moſsel bay* Belgis, portus eſt Africæ, in Cafreria regione maximè ad auſtrum, inter ſinum ſanctæ Catharinæ ad occaſum et ſinum ſancti Franciſci in ortum, 90. leucis Luſitanicis circiter diſtans à promontorio Bonæ Spei in ortum.

¶ portus Formoſus, *puerto hermoſo*, portus Americæ ſeptentrionalis, in parte meridionali Hiſpaniolæ inſulæ, ſeu S. Dominici, cùm caſtro. Extenditur ad aliquot milliaria, et 18. leucis Hiſpanicis diſtat à Dominicopoli in occaſum.

¶ portus Franciſci Draci, *puerto di Franceſco Drac* portus eſt maximus Americæ ſeptentrionalis, in parte occidentali Californiæ inſulæ, ubi ad Boream tendit versùs promontorium Mendocinum. Sic dicitur, quòd illuc appulerit celebris ille Argonauta Franciſcus Dracus Anglus, dum orbem terrarum circumnavigaret; eſtque forſan in illo tractu nova Albion regio, de qua tanta controverſia fuit inter ſcriptores, ut credere eſt ex plurimis argumentis.

¶ portus Gratiæ, *le Haure de Grace*, oppidum munitiſſimum Galliæ, cum arce inſtructiſſima & portu, in Normannia, & ad oſtium Sequanæ fluvii, 18. leucis infra Rothomagum in Circium, & 15. à Cadomo in Cæciam, 10. autem à Lexovio in Boream; eſtque in ora maris Britannici.

¶ portus Gori, *porto di Goro*, portus Italiæ, in Ducatu Ferrarienſi, ſeu meliùs unum ex quatuor oſtiis padi fluvii, ubi per foſſam Carbonariam, *po di Ariano* dictam, in mare Adriaticum cadit, & 10. mil. paſſ. diſtat ab oſtio rami præcipui padi, ſeu portus Vierii in meridiem, ſub dominio Summi Pontificis. Ei adjacet tantùm turris parva ad ejus tutelam.

Ptol. portus Hannibalis, *Villanova*, teſte Vaſconcello, (ſed Floriano & Taraphæ eſt *Albor*, oppidum vicinum, ubi plura ſunt vetuſtatis veſtigia) oppidum Luſitaniæ maritimum apud Sacrum promontorium, à Lacobrica 2. leucis.

portus Herculis, *Villa Franca*, portus cum arce Liguriæ, inter portum Monæci & Nicæam urbem; à qua 2. mill. paſſ. in ortum recedit.

Strab. ¶ portus Herculis nunc *Monaco* dicitur ab omnibus; eſtque oppidum munitum cum arce & portu capaci, 6. mill. à Niceа in ortum diſtans, versùs Albium Intemelium totidem. Vide Herculis Monœci portus, & portus Monœci.

Plin. portus Herculis alter, portus cum oppido, in ora Hetruriæ, ad montem Argentarium, apud Coſas urbem exciſam, à Centum cellis 40. mill. paſſ. diſtans, (in medio Graviſcæ) *porto Ercole*, ſub Hiſpanis.

portus Herculis item, *le Formicole*, portus Brutiorum in ora Calabriæ ulterioris, apud Tropeam urbem, ab ea 5. mill. paſſ. in ortum Nicoteram versùs. (*Aliis eſt Tropea.*)

¶ portus Leonum, *Puerto de los Leones*, portus eſt Americæ meridionalis, in parte orientali Magellanicæ regionis, propè oſtium fluvii *Deſaguardero* dicti, & 60. leucis Hiſpanicis a portu Deſiderato in Boream diſtans.

¶ portus Longus, *Porto Longone*, arx munita Italiæ, in Hetruria & Ilva inſula, paucis abhinc annis ab Hiſpanis exſtructa è regione plumbini, a quo 12. mill. paſſ. diſtat in meridiem, 54. ab Urbatello in occaſum, & totidem a Liburno in meridiem.

¶ portus Ludovici, *le Port Lovis*, oppidum munitum Galliæ, in Britannia minori, aliàs Blabia dictum, *Blavet*, ad oſtia fluvii Blabiæ. Portu gaudet capaci, 12. leucis diſtat a Dariorigo Venetorum in occaſum, & 15. a Coriſopito in ortum, in ora Oceani Aquitanici.

Strab. portus Lunæ, *Golfo della Spezzia*, portus Liguriæ maximus, in Hetruriæ confinio, apud oſtia Macræ.

¶ portus Magdalenæ, *Puerto de la Madalena*, portus eſt Americæ ſeptentrionalis, in ora meridionali Californiæ inſulæ; & ſatis frequentatur ab Hiſp. dum ex Acapulco in philippinas inſulas tendunt.

Plin. *Ptol.* portus Magnus, tergeminus: unus Hiſpaniæ Bæticæ, *Almeria*, urbs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Granatenſi, inde 19. leucis recedens, ſic ab Almarico Gothorum Rege conditore, ſeu inſtauratore, nominata, teſte Mariana. Sunt qui Almeriam Abdaram veterem dictam putant: ſed Abdara nunc *Adra* dicitur, ab Almeria (quæ illi in epiſcopali ſede ſubrogata eſt) 7. leucis in occaſum recedens. Hæc ab Hiſpanis anno ſalutis 1147. ejectis Mauris, recuperata eſt. Alter, in Mauritania Cæſarienſi, *Marzaquivir*, ſub Hiſpanis, apud Quizam, ſeu Auranum urbem ſub eiſdem, inter illam ad ortum & Sigam ad occidentem. Tertius, Albionis, in ora Angliæ auſtrali, contra Vectim inſulam, *Portſmouth*, teſte Lhuydo, apud Hamptonam, & portum Hammonis, vulgò *Port-Hammon*. Erat & Portus Magnus, teſte Strabone, in Bœotia, inter Aulidem & Oropum.

Ant. ¶ portus magnus Camdeno & aliis eſt *Porteſmouth*, oppidum Angliæ meridionalis, cum portu capaci in ora maris Britannici & Hantoniæ provinciæ, propè portum *Southampton* dictum, & contra Vectim inſulam.

portus Mauritius, *porto Moriſo*, oppidum oræ Liguſticæ, inter Albingaunum ad ortum 19. & Tabiam oppidum ad occaſum 22. mill. paſſ. Oneliæ oppido propinquum, 2. mil. diſtans.

Strab. *Ptol.* ¶ portus Mauritius, *Porto Moriſo* incolis, oppidum eſt Italiæ, in ora occidentali Liguriæ, ſatis cultum & lepidum, in colle, propè Oneliam, & medium inter Savonam ad Cæciam, & Nicæam ad occaſum, 36. mill. paſſ. utrinque diſtans; ſed portu caret, ſubeſtque dominio Reipublicæ Genuenſis.

portus Meneſthei, *Porto di S. Maria*, oppidum amplum Hiſpaniæ Bæticæ, in ora, inter Cæſarianam & Fanum Luciferi urbes proximas, a Cæſariana 2. leucis, contra Gades inſulam proximam, a Fano Luciferi 6. in ortum Cæſarianam versùs, ab Hiſpali 15.

¶ portus Milfordia, *Milford haven*, portus Angliæ,

in

in Vallia, & in Comitatu penbrochienſi, in ora maris Virginii. Extenditur ad aliquot milliaria, propè penbrochium.

¶ portus Monachi, *Muncken haven* Danis, *port de Munck* Gallis, portus eſt Americæ, ſeu meliùs Terræ Arcticæ, in nova Dania, ſic dictus à Monacho Damo, dum illas partes luſtraret hiſce ultimis temporibus.

portus Monœci Herclemannicus Antonino, *Monaco*, oppidum oræ Liguſticæ, cum arce in ſcopulo firmiſſima, inter Albintemelium ad ortum 10. & Nicæam ad occaſum 7. mill. paſſ. Vide Monœcus.

portus Navonius, *porto Navon*, Corſicæ, in ora, inter portum Syracuſanum & philonium. Vide Navonius, (ſeu Favonius.)

¶ portus novus, *port neuf*, portus eſt Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, & in parte Boreali fluvii *S.* Laurentii, propè eius oſtium.

¶ portus Olivula, ſeu etiam Oliva quibuſdam, *le port de Villefranche*, portus eſt Galliæ Narbonenſis, in Comitatu Niceenſi, propè Nicæam urbem, cuius propriè portus eſt, & Villam francam oppidum, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, in ora maris Mediterranei; eſtque admodum capax.

portus Oreſtis, *porto Ravaglioſo*, in ora Brutiorum, ad oſtia Metauri fluvii, a Tauriano 3. mill. paſſ.

¶ portus oſtium, *porteſmouth*, oppidum eſt Angliæ, in Hantonia provincia, & in inſula *portſey* dicta, cum arce & portu capaciſſimo in ora maris Britannici. Aliis autem eſt portus magnus, teſte Camdeno.

¶ portus pacis, *puerto de la paz*, portus Americæ ſeptentrionalis, in parte Boreali Hiſpaniolæ inſulæ, è regione Teſtudinis inſulæ, ubi aliquot coloniæ Francorum à paucis annis.

¶ portus paulæ, *porto di paula*, portus eſt ditionis pontificiæ, in Campania Romana, & in ora maris Tyrrheni, propè Circeium montem, cui lacus ſanctæ Mariæ iungitur. Portus ille duo millia navium recipere poteſt, & viſuntur circumquaque Romani portus veſtigia. Sed quotidie arena oppletur.

¶ portus primarius, *porto di primaro*, portus Italiæ in ditione pontificia & Ducatu Ferrarienſi, ubi ramus minor padi, dictus padus Argentanus ſeu padus primarius, *po di primaro*, in mare Adriaticum ſe exonerat. Ei adiacet turris Gregoriana ad eius tutelam, & caſtrum primarium dictum.

¶ portus Regius, *puerto Real*, portus eſt Hiſpaniæ, in Vandalicia provincia, & in ora contra Gades inſulam. Dictus fuit aliàs Gaditanus portus.

¶ portus Regius, *puerto Real*, portus Americæ ſeptentrionalis, in Tabaſca provincia novæ Hiſpaniæ, in ora ſinus Mexicani & in limite Iucataniæ, iuxta urbem beatæ Mariæ de Victoria.

¶ portus Regius, *port Royal*, portus Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, & in Acadia provincia, cum oppido Francorum aliàs capto ab Anglis, ſed poſtea Francis reſtituto pace Bredana anno 1667. eſtque in intimo receſſu ſinus Gallici, cum portu capaciſſimo.

¶ Portus Regius, *Port Royal*, portus Americæ in parte Boreali Floridæ, propè Virginiam, ubi aliàs Fortalitium fuit Francorum.

portus Romanus, (Vide Portus Auguſti) à Claudio Imperatore ædificatus, & à Traiano inſtauratus; ſed à Saracenis ſolo æquatus.

Portus Romatinus, *Porto Gruaro*, oppidum amplum Carnorum, ad Romatium fluvium, apud Concordiam urbem exciſam, ab ea 2. mill. paſſ. diſtans, ſedes Epiſcopi Concordienſis, à Venetiis 45. mill. Aquileiam verſùs ſupra 30. ab Vtino 28.

¶ Portus Sancti inſula, *ilha de Puerto Santo*, inſula eſt Oceani Atlantici, propè Maderam inſulam, a qua 8. mill. paſſ. tantùm diſtat in Cæciam. Circuitus eſt 8. leucarum; ſubeſtque dominio Luſitanorum, a quibus detecta fuit anno 1428. Sed nullam habet arcem.

¶ Portus S. Antonii; *Puerto de S. Antonio*, portus eſt Americæ ſeptentrionalis, in regione novæ Gallæciæ, in nova Hiſpania, & in Xaliſca provincia, in ora maris Pacifici ſeu Auſtrini.

¶ Portus S. Ioannis, *Puerto de S. Iuan*, portus Americæ ſeptentrionalis, in Nicaragua provincia novæ Hiſpaniæ, in ora maris Borealis, & ad oſtia fluvii *Deſaguadero*, dicti.

¶ Portus Sanctæ Mariæ, *Puerto de S. Maria*, oppidum Hiſp. in Vandalitia, in ora Oceani. Vide portus Meneſthei.

¶ portus Sanctæ Mariæ, *Port de Sainte Marie*, oppidum Galliæ, in Aquitania, & Aginnenſi tractu, ad Garumnam fluvium, 3. leucis infra Aginnum in Circium Burdegalam verſùs.

Portus Santonum, *la Rochelle*, urbs aliàs munitiſſima Aquitaniæ, in ora. Vide Rupella. *Ptol.*

¶ Portus S. Petri, *Puerto de San Pedro*, portus Americæ meridionalis, in Vruagia provincia paraguaiæ, ad oſtia fluvii Magni, in ora, inter Braſiliam & fluvium Argenteum.

¶ Portus S. Stephani, *Porto S. Stephano*, portus eſt Thuſciæ, in ora maris Tyrrheni, & in Senenſi agro, ad radices montis Argentarii, ſub dominio Hiſpanorum, cum caſtro munito 7. mill. diſtat ab Vrbatello in occaſum, & totidem a Telamone in meridiem.

¶ portus Securus, *Puerto Seguro*, urbs Americæ meridionalis, in Braſilia auſtrali, verſùs oram maris Braſilici, ſub Luſitanis. Ab ea provincia adiacens dicitur *Capitania de Puerto Seguro*, Præfectura portus Securi, inter Præfecturam inſularum ad Boream, & præfecturam Spiritus Sancti ad meridiem.

¶ portus Shepeus, *Shepe haven*, portus ampliſſimus Hiberniæ, ſeu veriùs æſtuarium in Hibernia, & in Comitatu Dungalenſi verſùs Boream.

¶ Portus Vaſci, *Puerto Guaſco*, portus Americæ meridionalis, cum oppido in parte Boreali regni Ciles verſùs Boream & Peruviam, atque in ora maris pacifici, ſub Hiſpanis.

Portus Velinus, *porto de Caſtell' à mare*, in Lucania, apud Veliam urbem extinctam. Cuius meminit Virgilius libro 6. Æneidos: *Virg.*

Iniice, (namque potes) portuſque require Velinos.

¶ Portus Veneris, *Port Vendres*, portus capaciſſimus Galliæ Narbonenſis, in Comitatu Ruſcinonenſi, & in ora maris Mediterranei, propè Caucoliberim & iuxta Aphrodiſium promontorium, ubi aliàs Veneris Fanum. Ei adiacet in clivo arx S. Elmi dicta; eſtque in ipſo limite Hiſpaniæ, & Cataloniæ provinciæ, 17. mill. paſſ. diſtat. a perpiniano in Eurum.

Portus Veneris, *Porto Venere*, oppidulum cum arce oræ Liguſticæ, contra palmariam inſulam parvam, apud os portus Lunenſis, ex adverſo Ericis in ortum 3. mill. paſſ. inde diſtantis, a Genua 60. in ortum Lunam ſeu Sarzanam verſùs. Hic Theſaurus Linguæ Latinæ habet; portum Veneris pro promontorio Veneris, *Capo de Creuz*. *Ant.* *Ptol.*

¶ Portus Vetus, *Puerto Vieio*, portus Americæ meridionalis, cum urbe cognomine in peruviæ regno & in Quitoa regione, iuxta oram maris Pacifici, 180. mill. paſſ. diſtat à Quitoa urbe in occaſum, & 220. a Fano S. Michaelis in Boream, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Portus vetus, *Porto Vecchio*, portus Italiæ cum oppido cognomine in ora orientali Corſicæ inſulæ, verſùs auſtrum, cum ſinu capaci; aliàſque oppidum Aliſta dictum fuit teſte Brietio 15. mill. paſſ. diſtat à Bonifacio in Boream.

¶ Portus Vierius, *Porto Viero*, portus eſt Italiæ, in ditione Veneta, & in limite ditionis Venetæ, ubi ramus padi fluvii præcipuus *po grande*, ſeu *po di Venetia*, dictus, in mare Adriaticum ſe exonerat, 10. mill. paſſ. à portu Gori diſtans, in Boream Venetias verſùs.

Portus Vlyſſis in Sicilia, *Lognina*, teſte Fazello cum Aretio, inter Acim oppidum & Catinam urbem, apud Engyum, nunc ſaxis ex Ætna monte iniectis oppletus. Vide Odyſſia. *Plin.*

¶ Portus Volane, antea Olana, *porto di Volana*, portus eſt ditionis pontificiæ, in Ducatu Ferrarienſi, cum caſtro cognomine, ubi Volane alter ramus minor Padi fluvii, vulgò *po di Volana* dictus, in mare Adriaticum ſe exonerat; eſtq; medius inter portum Vierium ad Boream & portum Primarium ad meridiem, 40. mill. a Ferraria diſtans in ortum, & 11. a Comaclo in Boream.

Portus a veteribus memorati præter iam dictos:

Argous, *porto Ferraro*, vel *Ferrajo*, Ilvæ inſulæ.

Bonus portus, *Porto Bo*, Sarmatiæ.

Brigantinus, *porto della Coruſia*, Gallæciæ.

Brivates, *Breſt*, Britanniæ, in Gallia, oppidum & portus.

Cenchreæ, *porto di Cenchres*, Peloponneſi.

Creſa, *porto Malfetan*, Cariæ.

Cyphanta, *porto delle Botte*, Peloponneſi.

(Cyphanta portus nunc *Stilo* dicitur, in ora ſinus Argolici.)

Delphini portus, *portu Fin*, Liguriæ.
Edron, *porto di Chioza*, Venetiæ.
Elææ, *porto parga*, Epiri adud Nicopolim.
Jamnetorum, *porto di Zania*, Palæſtinæ.
Icius portus, *Calais*, Galliæ Belgicæ oppidum.
¶ Icius portus nunc eſt *Viſſen*, caſtrum Comitatus Bononienſis, ad fretum Gallicum 3. leucis à Caleto in occaſum.
Illicitanus, *porto di Alicante*, Hiſp. Tarraconenſis.
Liburnus, & Ligurnus, & Labro, *Livorno*, Thuſciæ, oppidum & portus.
Libyſſonis, *porto di Torre*, Sardiniæ.
Manarmanis portus, *Marna*, Friſiæ oppidum.
Nedoacus, *porto di Malamoco*, Venetiæ.
Minoa, *Altamura*, Cretę, & Peloponneſi.
Moſcha, *porto di Meſchat*, Arabiæ felicis.
Myſocaras, *Aman*, Mauritaniæ Tingitanæ oppidum, & portus.
Nauſtathmus, *porto Bonandrea*, Cyrenaicæ.
Novus portus, *Nevv Haven*, Albionis.
Odyſſia, ſive Ulyſſis portus, *porto di pali*, Siciliæ.
Oncheſmus, *porto Santi quaranta*, Epiri.
(*Oncheſmus portus nunc*, Orchino *dicitur*.)
Panormus Epiri, *porto Raguſeo*, Macedoniæ *Marci*, Atticæ *porto Rafei*, & Marmaricæ *porto Salenef*.
Philonius, *porto Filon*, Corſicæ. Aliis *porto Vecchio*.
Phœnicus, *porto di Noti*, Siciliæ. (Aliis *Falconara*.)
Piſidon, *porto Zoara*, Africæ.
Rhizus, *Riſſo*, Cappadociæ oppidum & portus.
Ruſibis ſeu Rutubis, *Azamor*, Mauritaniæ Tingitanæ oppidum & portus.
Saliocanus, *Morlay*, Britanniæ in Gallia oppid. & portus.
¶ Saliocanus, ſeu meliùs Staliocanus, portus in Britannia minori nunc eſt *S. Paul de Leon*, ſeu *Leondoul*, urbs in ora Boreali.
Schœnus, *porto Scheno*, Peloponneſi.
Selinus, *porto Alberto*, Marmaricæ.
Seſippi portus, *porto Seriſo*, Arabiæ.
Siur, *porto Entigraſso*, Africæ.
Sybota, *porto Sivita*, Epiri.
Syracuſanus, *S. Bonifacio*, Corſicę oppidum.
(*Syracuſanus portus aliis eſt*, Golfo di S. Amanza.)
Traianus, *porto Frangoſo*, Thuſciæ. (Aliis *peſcara*.)
Tretos, *Lar*, Arabiæ felicis.
Trulla, *porto Sel*, Arabiæ felicis.
Ulyſſis portus. Vide Odyſſia.
¶ poſega, *poſega*, urbs Sclavoniæ, comitatus poſegienſis caput, ad Oriavvam fluvium, aliàs picentina dicta 8. mill. paſſ. diſtat a Savo fluvio, in Boream, & 30. à Gradiſchia in ortum, ſubeſtque dominio Turcarum.
¶ poſegienſis Comitatus, *Comtè de poſega*, provincia eſt Sclavoniæ, ſub dominio Turcarum, inter Dravum fluvium ad Boream, Savum fluvium ad auſtrum, Comitatum Valkonienſem ad ortum, et Zagrabienſem ad occaſum. Ibi aliàs Breuci populi.
Strab. poſidium, Arſinoe ptolemæo, *Suez*, oppidum Ægypti ad intimum ſinus Arabici receſſum, teſte Zieglero cum aliis, inter Babylonem ſive Cayrum 90. & montem Sina 60. mill. paſſ. Vide Arſinoe.
¶ poſidium, *Suez*, urbs eſt, et emporium celebre, in quo ſolebant merces Aſiaticas exponere, ut inde per Cayrum et Alexandriam Venetias perferri poſſent. Diſtat ab Arſinoe 15. mill. paſſ. in Boream et ab eo æſtus maris ad 4. mill. paſſ. recedit.
Mel. Ptol. & al. Poſidium promontorium, *Capo Fagona*, teſte Theveto, promontorium Bithynię, ad propontidem, in ſinu Olbiano. Fanum Neptuni Melæ.
Strab. Ptol. poſidium alterum, promont. phthiotidis, *Capo paſsara*, ad ſinum pagaſicum, inter Demetriadem, et Lariſſam ad meridiem, *Selaſſis* teſte Theveto.
Mel. Polyb. Plin. poſidium item, promontorium Carię, apud Miletum in Joniæ confinio, cum oppido cognomine, olim Apollinis oraculo clarum, *Capo di Melaxo*, Branchidarum priùs, poſteà Apollinis Didymæi, appellatum oraculum.
Strab. Ptol. Poſidium quoque, portus Epiri, Corcyrę inſulę obverſus, *Capo Riſotto* ex tabulis recentibus, apud Buthrotum urbem.
¶ poſidium, portus, ſeu meliùs poſidium promontorium, ad fauces Buthroti ſinus, nunc *Capo Strovili* dicitur; eſtque Buthroto obverſum.
Strab. Plin. poſidonia, (Vide pæſtum) urbs Lucanię. Populi poſidoniatæ.
poſidoniates ſinus. Vide pæſtanus.

poſidonium, poſidonia Stephano, promontorium Brutiorum, apud Columnam Rheginam, ex adverſo pelori promontorii Siciliæ, *Capo di Volpe*: ſed hoc Cænis aliis dicitur. Strab.
¶ poſnania, *poſnan* polonis, *poſen* Germanis, urbs eſt poloniæ inferioris, & palatinatus cognominis caput, ad Vvaram fluvium. Arcem habet elegantem; eſtque inter colles. 8. leucis polonicis diſtat à Gneſna in occaſum Francofurtum ad Oderam versùs. 20. milliaribus Germanicis ab Uratislavia in Boream, uti 50. à Cracovia eſtque probè culta, in planitie, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi.
¶ poſonienſis Comitatus, *Comtè de poſon*, ſeu *de Presbourg*, provincia eſt Hungariæ ſuperioris, inter Moraviam ad Boream, Auſtriam ad occaſum, Danubium fluvium ad meridiem, & Comitatus Tranſchinienſem, & Nitrienſem ad ortum; & ejus caput eſt poſonium.
poſonium, (Vide Flexum & piſonium) *presburg*, urbs Hungariæ. De eo lib. 5. Itinerari: Script. Ger.

Et jam pannonius Rex, & Rex Sarmata, fratres,
Poſonii coluere.

De poſonio item libro 5. Itinerarii ſic:

Hic ubi poſonium conſurgit turribus altis,
Limies Teutonici Hungaricisque viris.

¶ poſonium, *poſon* Hungaris, *presbourg* Germanis, urbs eſt Hungariæ ſuperioris caput, & totius Hungariæ Auſtriacæ primaria, ad Danubium fluvium, cum arce in colle, in Comitatu cognomine. 8. leucis diſtat à Vienna in ortum, Neoſelium versùs totidem, una à confinio Auſtriæ ſuperioris, et 8. à Comara in Circium, uti 7. ab Arrabone.
poſtoina, ſive piſtoina, *Adelſperg*, teſte Cornelio Sceppero, oppidum Japydum, in Carniola, in monte, inter Tergeſtum, et Labacum 30. mill. paſſ.
poſtropæa, Tropiana urbs libro Conciliorum, *Tropea*, teſte Barrio, urbs Brutiorum, in ora Calabriæ ulterioris, apud Vaticanum promontorium, in fine ſinus Hipponiatis, contra Amantiam, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Rhegino, à Nicotera 8. mill. paſſ. in occaſum, ab Hipponio 12. in auſtrum Steph.
poſtumia via, gemina, una Tacito circa Hoſtiliam oppidum ad padum, inter Ferrariam et Mantuam; altera ex tabula antiqua in Liguria, inter Genuam et Dertonam, *Via Coſtuma* nunc, teſte Auguſtino Iuſtiniano, per Runcum, Volam, Arquatam, Seravallem, & Novas ducens. Tac.
¶ poſtus Albus, Hiſpaniæ Bæticæ locus, 12. mill. paſſ. à Mellaria, Antonino. Portus Albus eſt Simlero, & forſan meliùs.
potamus, pagus Atticæ, circa Sunium promontorium qui non exſtat. Strab. Plin.
potamus item, fluvius Thraciæ, Marcianopolim urbem interluens, *Fiume di Marciopoli*.
potentia, urbs gemina: una Lucaniæ, in Baſilicata, *potenza*, colonia, & urbs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Mateolano, ſeu Acherontino, à Mateola ſupra 36. mill. paſſ. inter Tricaricum urbem, & polam oppidum principatus citerioris 18. Salernum versùs 50. à Compſa 24. populi potentini plinio. Altera in piceno, od oſtia potentiæ fluvii, exciſa, media inter Anconam & Firmum 20. mill. paſſ. à Numana 10. in ortum; licèt Ortelius illam per errorem à Mari Hadriatico 30. mil. paſſ. diſtare ſcribat. Fluvius verò *potenza*, adhuc dicitur, ex Apennino monte oriens, peneſque Septempedam urbem fluens. In Theſ. Ling. Lat. urbs *S. Maria di Loreto* malè indigitatur. De ea lib. 5. Itinerarii; Ant. Ptol. Strab.

Ricina unius poſt Ælia cognita noctis,
Hoſpitia, ac vario ſinuoſa potentia flexu.

¶ potentia urbs fuit piceni, exciſa, cujus veſtigia apparent ultra dextram fluminis cognominis ripam et nomen ſupereſt in proxima Abbatia, quæ S. Mariæ ad pedem potentiæ dicitur, ubi veteris pontis Arcus lapideus, et veteris ſepulturæ moles latericia conſpicitur, uti et pavimentum ſub terra Muſivi operis. Locus ille m. p. et paulò ampliùs à Recinetenſi portu diſtat, teſte Luca Holſtenio.
potentiana, *Theten* Germanis, *Adom* Hungaris, oppidum pannoniæ inferioris, ad Danubium, inter Budam urbem 2. mill. et Altinum oppidum 12. in Eurum. Attit. Hiſt.
pothereus fluvius Cretæ, inter Gnoſſon et Gortynam urbes fluens. Turnebus eundem putat cum Catarracto. Vitru.

Pto-

ptolemæi, ſed ſallitur: Catarractus enim per oram Auſtralem labitur, hic ad ortum fertur.

¶ poticara, perſiæ urbs, teſte ptolemæo.

nc. Potidæa, oppidum Macedonię. (Corinthiorum colonia) ad Iſthmum pallenes peninſulæ, ab Olintho 60. ſtadiis, de quo diù inter Athenienſes & Corinthios decertatum. Populi potidæatæ. Hodiè non extat. Sunt qui potidęam Caſſandram eſſe putent, ut Stèphanus, qui eandem facit.

Potidania, Urbs Ætoliæ à Livio & Stephano memorata.

¶ potipaſon, urbs epiſcopalis Africanæ provincię, cujus meminit non ſemel Synodus V. Conſtantinopolitana.

ph. potniæ, oppidum geminum: unum Bœotię, Thebis proximum, ubi potnius ſons, teſte Æliano. Ibi Glaucus ab equis dilaceratus traditur, potniæus dictus. Alterum in Magneſia, teſte plinio, in Macedoniæ & Theſſalię confinio. Neutrum perdurat. Apud potniam paſcua eſſe, in quibus aſini in rabiem vertantur, ſcribit plinius lib. 25. cap. 8. A potnia non ſolùm potnius, & potnięus adiect. ſed etiam potnias patron. eſt; ut Glaucus potnias, uti apud Virgilium lib. 3. Georg.

-quo tempore Glauci

Potniadis malis membra abſumpſere quadrigæ.

¶ potoſium, *potoſi*, urbs ampla Americę meridionalis, in peruviæ regno, ad radices potoſii montis. Eſt in parte Auſtrali peruviæ & in regione *de los Charcas* dicta 18. leucis Hiſpanicis diſtat ab Argentea urbe in occaſum, versùs Aulagam ſeu pariam lacum 8. & Aricam ad mare pacificum 80. circiter, a Cuſco urbe 160. in meridiem, & 360. leucis ab urbe Boni aeris in occaſum; eſtque urbs perculta, & creſcit in dies, quanquam in ſolo arido ſita. Ei adiacet mons potoſius. *la montagne de potoſi*, ubi argentifodinæ præſtantiſſimæ, detectæ anno 1544. ſub dominio Hiſpanorum; ſed a paucis annis ſenſim deficiunt.

ol. potulatenſii, populi Daciæ, quorum urbs *Lippa*, teſte Lazio, eſt a Cenadio urbe 8. leucis in ortum, à Temeſuaria totidem paulòve plus in Boream, urbs pulchra.

rip. povisia, *povvis*, & *povvesland*, regio Cambriæ ſeu
ir. Walliæ, teſte Lhuydo; in qua Sabrina fluvius ex plynlimone monte oritur.

¶ pouvatania, *povvhatan*, Regio Americę ſeptentrionalis, in Virginia versùs Boream, ubi aliquot coloniæ Anglorum & Hibernorum, a paucis annis versùs partem occidentalem ſinus Cheſapeaci.

¶ pouvatanus, *povvhatan*, fluvius Americæ ſeptentrionalis, in Virginia, quam bifariam ferè ſecat, & deindè in Oceanum ſe exonerat propè Cheſæpeacum ſinum. Ei adiacet Jacobipolis, Anglorum colonia; eſtque navigabilis per 200. mill. paſſ.

¶ pouviſia, *pouvis* incolis, *Povvisland* Anglis, regio fuit Angliæ, in Vallia, et antiquitus Reges habuit proprios, tempore Roderici magni anno 870. Sub ea erat regio *pouvis*, terraque omnis Vagæ Sabrinæque fluminibus interiecta. Ab auſtro & occaſu hyemali occaſu, Vvallia auſtrali, fluminibuſque Vaga & Tivio, ac aliis terminis incluſa fuit, ab Arcto Guinetia ſeu Venedotia, & ab ortu Angliæ confiniis à Ceſtria uſque ad Vagam paulò ſupra Herefordiam terminabatur; & poſteà in pouviſiam Vadociam, *Vadoc*, pouviſiam inter Vagam, & Sabrinam fluvios & pouviſiam, Venvidiam, *Wenvvinvvyn*, diviſa fuit; eiuſque primaria urbs erat *Mathrauval*, a qua etiam dicta fuit aliquando ipſa regio, teſte Joanne Speedo; ibique ſunt nunc Comitatus Radnoria, Herefordia, Montgomerienſis, & pars occidentalis Salopienſis, teſte Hunfredo Lhuydo.

teh. praaſpa, & praſpa, phraata Appiano Alexandrino,
ion. urbs erat Mediæ quondam regia, praaſpa Stephano in Atropathia, qui etiam phraaſpan habet.

trab. practium oppidum fuit Myſiæ, in Aſia, ad Helleſpontum, cum fluvio cognomine inter Abydum, et Lampſacum urbes fluente, teſte Strabone. Vnum ex iis quæ Troianis auxilia miſerunt, ut apud Homerum.

præfectura non tam officii, quàm urbis in qua præfectus morabatur, nomen eſt. Hinc præfecturæ(quas poſt municipia retulimus) urbes erant, ad quas præfecti, qui ius dicerent, ex urbe Roma mittebantur. Harum conditio mutabatur, nam ex municipio prefectura, vel è contra ex prefectura municipium fiebat, et ex utroque colonia, ſive ex colonia præfectura, aut municipium. Nonnunquam ex his civitates jure civitatis donatæ creabantur. Hic præfecturas, quæ & municipia et coloniæ factę leguntur, ſubiiciemus.

Præfecturæ, quæ & Municipia, vel etiam Colonię fuerunt, in Italia:

Acerræ, in Campania,
Alliphæ, in Samnio.
Anagnia, in Latio.
Aquinum, in Latio.
Aricia, in Latio.
Arpinum, in Latio.
Atella, in Campania.
Atina, in Latio.
Bononia, in Æmilia.
Cære, in Hetruria.
Calatia, in Campania.
Calenum in Campania.
Cales, in Campania.
Capua, in Campania.
Caſilinum, in Campania.
Caſinum, ſeu Caſſinum, in Latio.
Claudia, in Hetruria.
Cora, in Latio.
Coſa, ſeu Coſſa, in Hetruria.
Cumæ, in Campania.
Formiæ, in Latio novo.
Fundi, in Latio.
Gabii, in Latio.
Linternum, in Campania.
Neapolis, in Campania.
Nurſia, in Vmbria.
placentia, in Gallia Togata.
præneſte, in Latio.
privernum, in Latio.
puteoli, in Campania.
Reate, in Sabinis.
Saturnia, in Hetruria.
Sora, in Latio.
Sueſſa, in Campania.
Sueſſula, in Campania.
Tibur, in Latio.
Venafrum, in Samnio.
Vulturnum, in Campania.

Urbes quæ colonię, aut municipia, vel præfecturæ non erant, civitates fœderatę dicebantur, idque tam in Italia, quàm extra. Tametſi quæ in Italia iure civitatis donabantur, cùm priùs eſſent coloniæ, aut municipia, aut pręfecturæ, civitates quidem, at non fæderatæ, vocabantur.

præguttii, præguttiani Livio, cui et præcutini, prætutiani plinio, populi piceni trans Truentum fluvium, in Aprutio regione (quæ ab illis dicta videtur) prętutiana regio & prætutianus ager plinio et Livio, in qua Interamna, ſeu Interamnia, urbs (cuius Epiſcopus Aprutinus nominatur)& Beretra oppidum. Hinc pręcutinus nomen gentis. Pontanus libro 5.

Dum Præcutinas cautes, cavaque oſtia Aterni.

Præmiacum, *preugnac*, teſte Elia Vineto, vel *Pregnac*, pagus agri Burdigalenſis, in Aquitania, apud Garumnam fluvium, à Burdigala 6. leucis Agennum versùs. De quo Fortunatus libro 1. Ven. For.

Præmiacum pollens præmia nomen habes.

præmonſtratum, pagus geminus cum cęnobio: unus in Gallia Celtica, in Normannia, ac in territorio Baiocenſi, teſte Cęnali, alter in Belgio, in ſylva Arduenna, cuius fit mentio in vitis Sanctorum (hinc Ordo præmonſtratenſium monachorum) ſive apud Laudunum urbem picardiæ, *premonſtrè* vulgò dictus. Scrip. Gall.

¶ præmonſtratum, *premonſtrè*, burgus eſt Galliæ, in provincia picardiæ, cum cœnobio, unde dictus Ordo præmonſtratenſis, & ubi Ordinis Generalis commoratur. 3. leucis diſtat a Lauduno in occaſum, Noviodunum versùs 6. circiter. Sunt etiam aliquot cœnobia ejuſdem Ordinis in Arduenna ſylva & in Normannia. Sed nullus locus præmonſtratum dictus, quod ſciam.

præneſte, præneſton, Ptolemæo, olim polyſtephanos, teſte Strabone, *paleſtrina*, urbs Latii epiſcopalis, in monte, in finibus Æquorum, ab urbe Roma 24. mill. paſſ. versùs Fucinum lacum; ex colonia municipium fieri a Tiberio Auguſto obtinuit; teſte Aulo Gellio libro 16. cap. 13. Populi præneſtini, & via præneſtina ab urbe Roma eò ducens. Eius meminit inter alios Virg. lib. 7 Æneidos: Cic. Strab. Plin. Liv. & al.

Quique altum præneſte viri, quique arva Gabinæ Iunonis.

Hinc præneſtinus nomen gentis Virgilius ibidem:

Nec præneſtinæ fundator defuit urbis,

præneſtæ Marius & Caſprus adeò amici fuere, ut de eis ſic ſcripſerit Silius libro 9.

-ſacro juvenes praneſte creati
Miſcuerant ſtudia, & juncta tellure ſerebant.
Velle & nolle ambobus idem, ſociataque toto
Mens evo, ac parvis dives concordia rebus.
Occubuere ſimul, votiſque ex omnibus unum
Id fortuna dedit, junctam inter prelia mortem.

præneſte a Cæculo conditum fuit. Ibi Sors & Fortuna præcipuè colebantur. Præneſtos ſcribitur à Stephano, qui à præneſto filio Ulyſſis & Circes conditam refert,

¶ præneſte, *Paleſtrina* incolis, *Paleſtrine* Gallis, urbs Italiæ, in Latio, hodie in Campania Romana, & in ditione pontificia intra montes, à Roma diſtat 21. m. paſſ. in ortum æſtivum, ſeu 170. ſtadiis, in Tibur, a quo in Eurum 12. m. paſſ. abeſt, & Anagniam. Olim tum ſummo in iugo montis aſſurgebat, & ubi hodie arx incolitur, tum ad radices ipſius montis, ubi cryptarum, & parietinarum veterum ſuperſunt plurima monumenta ſub æde Fortunæ, quæ montis in clivo conſtructa, gradatim opere ambitioſiſſimo aſſurgebat. Sed antiqua illa civitas a Bonifacio VIII. diruta fuit, & in valle reædificata. Sita eſt propè Vereſim fluvium; eſtque epiſcopatus uni ex ſex antiquioribus Cardinalibus tribui ſolitus. Fulget titulo principatus Familiæ Barberinæ, & eius Epiſcopus nunc eſt Cardinalis Antonius Barberinus. Eam pluribus deſcripſit Joſephus Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis vir doctiſſimus, & de re litteraria & de antiquitate optimè meritus.

Strabo Plin. Præpeſinthus, *Arzenara*, vel *Arzentara* Nigro, *Argentara* Caſtaldo, & aliis *Antipario*; inſula maris Ægæi, una Sporadum, Melo finitima, parum ab ea diſtans in auſtrum.

¶ prepeſinthus nunc *Argentiera* dicitur; eſtque inſula parva maris Ægæi, Melo adiacens, propè oram ejus Borealem, & juxta Promontorium Album.

Li. Hiſt. præſidium, *VvarvvicK*, teſte Camdeno, oppidum Albionis in Anglia Comitatus cognominis, Conventriæ urbi finitimum, ab ea ad 12. mill. in meridiem diſtans. Sunt qui *VvarvvicK* in ora orientali in Scotiæ confinio indigitent; ſed illud *BervvicK*, & Latino recenti Bervicium nominatur.

Ptol. prætoria Auguſta, urbs Daciæ, quæ vulgò *Braſſovv*, Latinè Corona & Stephanopolis eſſe putatur. Vide ibi. Sic enim Hungaricè vulgò dicitur, & Germanicè *Cronſtat*; (*eſtque in Tranſylvania regione.*)

Am. Prætorium, *Conventrie*, teſte Talboto, urbs Albionis in Angliæ umblico, epiſcopalis, (vide Conventria) vel *Vueſtcheſter*, oppidum propinquum. Sed Camdeno eſt *Patrington*, oppidum territorii Eboracenſis.

¶ prætorium, oppidum pariſiorum in Anglia hodie, teſte Camdeno, eſt pagus *Paterington* dictus, in tractu *Holderneſſe*, in provincia Eboracenſi, ad Abi æſtuarium, vix 3. milliaribus Anglicis ab ora Oceani Anglici diſtans, atque inter Ocelum promontorium ad Eurum, & petuariam ad Circium.

prætorium, alterum Antonino & prolemæo, Latovicorum apud Antoninum, *Lazium*, teſte Lazio, aliis *Pridanich*, oppidum pannoniæ ſuperioris, in Hungariæ, Stiriæ, & Croatiæ confinio, à Varaſdino 5. leucis in ortum.

¶ prætorium maritimum Dalmatiæ in portu Hyllis, nunc S. *Arcangelo*. Rudera ejus cernuntur in territorio Traguriensi, vulgò *Traù vecchio*, teſte Joanne Lucio.

Plin. Liv. prætutiana regio, & prætutianus ager. Vide præguttii. Prætetia malè Stephano. Hinc prætutius nomen gentis. Silius libro 15.

Tum qua vitiferos domitat Prætutia pubes.

In Theſauro Linguę Latinæ prætutium oppidum ponitur, à nemine veterum memoratum.

Prævalis, & prevalitana regio pars fuit Illyrici, inter mare Adriaticum ad occaſum, Illyricum ſinum ad mediem & Scardum montem ac Epidaurum ad Boream, ubi nunc pars Albaniæ regionis.

Script. Germ. praga, *Prag*, urbs Germaniæ ampliſſima, Bohemiæ regia, & archiepiſcopalis à Clemente VI. Pontifice Maximo metropolis effecta. Vide Murobudum. Colles habet vicinos vitibus conſitos, ut in libro 5. Itinerarii:

Qui Praga vitiferis collibus alta micat.

Et alibi:

Molda praga pulchris qui ſecat altus aquis.

¶ praga, *prag* incolis, *Prague* Gallis, *Praga* Italis, urbs eſt regni Bohemię caput, & triplex, antiqua, nova, & parva, ad Muldavam fluvium, qui 3. leutis infra cadit in Albim. Academiam habet à Carolo IV. Imperatore erectam anno 1370. Pluries capta fuit hiſce poſterioribus temporibus & in ejus viciniis victi, & maxima clade affecti fuere Bohemi, & proteſtantes Germaniæ ab Auſtriacis anno 1621. Caſtrum habet probe munitum, 15, milliaribus Germanicis diſtat à Budoviſſa in Boream, Dreſdam versùs 18. circiter, & 20. ab Egra in ortum; ſubeſtque dominio Imperatoris cum tota Bohemia.

Praſia, municipium Atticæ, apud Sunium promontorium, praſiæ numero plurali Livio. Fuit et oppidum peloponneſi, in ora, apud oſtium Inachi fluvii, teſte Thucydide ac ptolemæo. Strab. Liv. Tac. & al.

Praſii, populi Indiæ: de quibus plinius libro 6. capite 19. Tigres habent miræ magnitudinis, leonibus duplo maiores, teſte plinio.

praſſum, ſeu praſum promontorium, *Mozambique* Barroſo, Sanuto, & aliis, promontorium Æthiopiæ interioris, cum urbe cognomine in orientali ora, inter promontorium Bonæ ſpei 510. & Aromata promontorium Æthiopiæ, ſub Ægypto ad Boream, & Cæciam 550. leucis Hiſpanicis. Praſon ſcribitur a Stephano, & circa mare Erythręum deſcribitur. Incolæ praſii, ſeu praſſii.

¶ praſſum, ſeu praſum, promontotium Africæ, in ora Æthiopiæ. Hodie eſt *Capo de Corrientes*, teſte Sanſone in ora Cafreriæ regionis; et 180. leucis Hiſp. diſtat a Moſambico in meridiem, versùs promontorium Bonæ ſpei, et è regione Madagaſcariæ inſulæ. Ptol.

¶ pratolinum, *pratolino*, caſtrum Hetruriæ, in valle, ubi magni Ducis deliciæ et horti amœniſſimi. 5. mill. à Florentia diſtat in Boream.

¶ pratum, *Prato*, oppidum amplum Italiæ, in Hetruria ad amnem Biſentium, et medium inter Florentiam ad ortum et piſtoriam ad occaſum, in territorio Florentino, & in ditione magni Ducis Hetruriæ.

Prauſi, populi Galliæ, ex quibus Brennus prodiit, qui in Aſiam cum copiis profectus, ibi ſedem fixit, preſertim in Galatia et phrygia. Horum locus *Broja* vel *Labroia* in Burgundiæ Comitatu, teſte Golluſio, nominatur. Strab.

preciani, *Precins*, teſte Vigenereo, populi & oppidum Galliæ Aquitanicæ, in finibus Bigerronum; ſeu in Bearniæ principatu. Cæſ.

¶ precopia, *Præcops*, urbs Tauricæ Cherſoneſi, quę aliàs Taphræ dicta; & ab ea nunc Taurica Cherſoneſus dicitur precopenſis Tartaria, ſeu etiam Tartaria minor. Sedet inter Bugem lacum ad ortum & Carcinitem ſinum ad occaſum, in ipſo Iſthmo. Vide Tartaria minor, ſeu precopenſis.

¶ premislia, *Przemysl*, urbs ampla poloniæ, in Roſſia Nigra, ad amnem *San*, epiſc. ſub Archiep. Leopolienſi. 10. leucis diſtat à limite poloniæ maioris in ortum, & 16. à Sandomiria in meridiem, Hungariam versùs 12. circiter. Arcem habet munitam, in colle ſitam; eſtq; elegans & probe culta.

* prendaviſii, populi Daciæ, quorum oppidum perennium Lazio interpretatur (* In manuſcripto Seld. *Predaninſios*.) Ptol.

prenicus, mons Liguriæ, in territorio Genuenſi, à Genua 5. m. paſſ. ubi vallis et pagus *preneco*, apud Vallem Sancti Urciſceni, teſte Auguſtino Juſtiniano.

preſpa, Apſalus ptolęmeo vulgò *preſpa*, oppidum Macedoniæ, & lacus apud Acridum urbem, teſte Cedreno cum Curopalate. Ced.

¶ pretioſi Joannis, ſeu presbyteti Ioannis Imperium. *l' Empire du prete Jean*, ubi fuerit non ſatis conſtat, Exiſtimant tamen doctiores plurimi fuiſſe in Aſia, versùs Tartariam; quanquam alii malè Abaſinorum Imperatorem presbyterum Joannem vocarint: De cuius erroris origine diſſerit Godignus capite quinto. In Tartaria circa Cathayam regnarunt ante multa ſæcula Imperatores Neſtorianorum, dicti *Jukanna* communi nomine, ab Europæis presbyteri Ioannes, quorum potentia a Zingi Tartaro deſtructa fuit. Eò tempore quo Luſitani Indiam detegebant, magna per Europam fama erat presbyteri Joannis, quo tamen loco eſſet ignorabatur. Quare cum petrus Coillanus audiviſſet in Æthiopia eſſe Imperatorem Chriſtianum potentiſſimum, credidit ipſum eſſe qui presbyter Ioannes diceretur. Hic ergo primus Abaſsinum Imper. eo nomine cępit appellare, quod mox communi conſenſu receptum, & approbatum eſt.

Pria-

Priaponneſus, inſula parva Cariæ, in ſinu Ceramico-Ejus meminit plinius lib. 5. cap. 31. Hoc tempore caret habitatoribus & nomine.

Priapus & priapum, *Laſpi*, teſte Nigro, urbs Myſiæ Aſianæ, ad Helleſpontum, maritima, (cum fluvio cognomine) pario & Lampſaco finitima; ſic à Priapo Deo hortorum, qui ibi colebatur, & qui illam condidit, dicta Virgilius lib. 4. Georgicorum.

Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Priapis regio ſeu tractus.

¶ Prienæ civitatis Bithyniæ meminit Synodus VI. Conſtantinopolitana.

Priene, *Palatia*, teſte Nigro, urbs Joniæ maritima, in Cariæ confinio, quæ & Cadme, Strabone teſte, dicta eſt proxima Heracleæ, quæ aliis *Palatia* putatur. De ea Auſonius de 7. ſapientibus.

Plures eſſe Bias pravos, quem clara Priene.

Hinc prienenſis, & prienæus nomen gentis. Priene patria Biantis proverbio locum fecit, ut *Prienenſis juſtitia* dicatur de integerrimo judicio apud Strabonem lib. 14. quòd Bias juſtiſſimus fuerit. Inter illam & Miletum Mæander fluvius in mare excurrit, ut Dionyſius Afer teſtatur:

Inter miletum currens, latamque Prienem.

Fanum, inter alia, Minervæ præclarum habuit. Cum capta urbe cives fugientes bona quæ poterant exportarent, dicerentque Bianti ut idem ipſe faceret; reſpondit. Idem facio, nam omnia bona mecum porto; per ea ſapientiam & eruditionem; quæ ſola bona ſua dicebat, intelligens.

Prillapum, *prileppo*, urbs Macedoniæ, in Albania regione, quæ Caſtaldo Albanopolis ptolemæi dici videtur. De ea in hiſtoria Scanderbegi Principis Albaniæ.

Prille, Aprilis Antonino, (ubi *A* præpoſitio, non pars nominis eſſe videtur) fluvius & lacus Hetruriæ apud oram littoream: fluvius *Bruno*, lacus verò *Lago di Caſtiglione*, ab oppidulo proximo, ex tabulis recentibus dicitur, à Roſeto urbe 6. mill. paſſ. in occaſum. Dicitur etiam *Lago di Buriano* ex caſtro parvo non longè diſtante.

Prima Juſtiniana, *l'Ochrida*, urbs archiepiſcopalis Macedoniæ. Vide Lychnidus, & Achridus; uti à Græcis ſcriptoribus appellatur.

* Primis, quæ & primmis legitur apud Plinium, premnis Straboni, urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, apud Meroen inſulam, gemina, magna, & parva, Ptolemæo. (* in Seld. man. *Primis.*)

¶ primis magna, ſeu premnis, nunc *Fremona* appellatur; eſtque in regno Abiſſiniæ, teſte Iſaaco Voſſio.

¶ Principatus citerior, *principato citra*, provincia regni Neapolitani, in Italia eo in tractu, ubi aliàs picentini, & pars occidentalis Lucaniæ. Terminatur à ſeptentrione principatu ulteriori & partim Campania felici, ab occaſu mari Tyrrheno, uti à meridie, & ab ortu Baſilicata provincia. Eſt ampla, & extenditur ad 70. milliaria à Circio in Eurum. Totius provinciæ caput eſt Salernum, *Salerno*, ſuntque præterea Amalphis; *Amalfi*, Nuceria, *Nocera*, Caput aqueum, *Capacio*, Marſicum novum, *Marſico novo* & Sarnum, *Sarno*, cum aliis minoribus; ſubeſtque dominio Hiſpanorum, uti & Principatus Ulterior.

¶ Principatus Vallis Tari, *il principato di Val di Taro* ditio eſt Italiæ, in Longobardia, ad radices Apennini montis atque inter Ducatum parmenſem ad Boream & ditionem Genuenſem ad meridiem. Aliàs principes habuit proprios è familia Landorum; nunc autem ſubeſt dominio Ducis parmenſis fruſtra reclamante principe Auria. Extenditur ad 18. milliaria versùs Tarum fluvium, & ejus præcipua oppida ſunt Burgus Vallis Tari, *Borgo di Val di Taro* & Campianum, *Campiano*, ubi arx permunita.

¶ Principatus ulterior, *principato oltra*, provincia regni Neapolitani, in Italia, ubi aliàs Hirpini populi. Eſt versùs Apenninum montem, inter Capitanatam ad ortum, Campaniam felicem ad occaſum, & principatum citeriorem ad meridiem. In ea ſunt Beneventum, *Benevento*, provinciæ caput, quæ tamen ſubeſt Summo Pontifici, Compſa, *Conza*, Avellinum, *Avellino*, Arianum, *Ariano*, & Alcedonia, *la Cedogna*. Antiquitus major pars principatus ulterioris erat in territorio Beneventano & in ditione Pontificia; cùm enim Summi Pontifices urbem Beneventanam ſibi ſemper reſervaſſent cum territorio adjacente, quod terminari deberet ad ipſorum beneplacitum, Clemens Papa VI. Legatum miſit Bertrandum Cardinalem Deucium, a quo habita omnium diligenti informatione & antiquorum limitum, terminos territorii Beneventani ſic definivit diplomate Pontificio, quòd ſervatur in Archivio civitatis; eſtque hujus tenoris: Urget nos Apoſtolicæ ſervitutis &c. ex certa ſcientia limitamus per modum & terminos infraſcriptos. In primis Caſtrum pontis inhabitatum & inde aſcendere Caſtrum Caſaldoni, Caſtrum Campi lattari, Caſtrum montis Leonis, Caſtrum S. Severi, Caſtrum Fragneti Monfortis, Caſtrum Fragneti Abbatis, Caſtrum S. Georgii Molendinaria, Caſtrum S. Andreæ de Molinaria, Caſtrum Petræ majoris, Caſtrum paduli cum ſuo ſuburbio, ſive Caſali S. Archangeli, Caſtrum montis Mali, Caſale Templani, Caſtrum Apicii cum Caſalibus, Caſtrum Moroni, Caſtrum Venticani, Caſtrum montis Militum, Caſtrum montis aperti, Caſtrum montis Fuſcoli cum caſalibus, Caſtrum Tufii, Caſtrum Altavillæ, Caſtrum Cepalloni, Caſtrum Petræ Strumieræ, Caſtrum S. Martini, Caſtrum Cervinariæ, Caſtrum montis Sarveli, Caſtrum Tocci cum caſalibus, Caſtrum Torregufii, cum caſali popiſii & aliis caſalibus. Volumus itaque &c. Datum Avenioni ſeptimo Kalendas Junii anno nono, ſalutis autem 1350. Sicque territorium Beneventanum erat amplum; nunc autem ab Hiſpanis valde fuit imminutum: complectiturque tantùm in præſentia Caſtra S. Angeli de Cupola, Mottam, panellam, Montem Orſi, Maccolum, Sciarram, Paſtenam, Balnearam, S. Marci à montibus, S. Lucii, S. Angeli, & Francavillam; quæ omnia vix 3. aut 4. milliaribus diſtant à Benevento.

¶ Principis inſula, *Iha do Principe*, inſula Africæ in ſinu Ætiopico, detecta à Luſitanis, quibus etiamnum ſubeſt & 120, mill. paſſ. diſtat ab inſula S. Thomæ versùs Boream & oram Guineæ, à qua 90. mill. paſſ. diſtat.

Prinoeſſa, inſula parva Epiri, ante Leucadiam, *Iſola di Santa Maura* nominatur; eſtque veluti ſcopulus. *Plin.*

Prion, *Prim*, fluvius Arabiæ felicis, ad montem Prionotum in mare Rubrum & ſinum Sachalitem influens. *Ptol.* Eſt & mons Coi inſulæ, teſte plinio.

Prionotus, *Sachalat*, teſte Moletio, mons Arabiæ felicis, in ora orientali, apud Syagrum promontorium. *Ptol.*

¶ Pripetus, *przipiecz*, fluvius poloniæ. Oritur in Ruſſia Nigra; & in palatinatu Belzienſi paulò ſuper Holounam arcem, deinde per poleſiam provinciam fluens, pinam & Jaſioldam fluvios recipit infra pinſcum, ubi poſtea Steram, Horinum, Stuckam, OlewasKam, & aliquot alios, quibus auctus, & per Ucraniam ac palatinatum Kyovienſem fluens, ibi in Boryſthenem fluvium cadit 2. milliaribus Germanicis infra Czernobolum, uti 7. ſupra Kioviam. Dicitur etiam pripetius.

Priſciniacum, pagus Galliæ, in territorio Lugdunenſi, ad Caloronam fluvium. *Adon.*

¶ Privatium, *Privas*, oppivum Galliæ, in Occitania, & in Vivarienſi tractu, vix 3. leucis à Rhodano fluvio diſtans. Aliàs munitum fuit ſed malè mulctatum, & ejus munitiones disjectæ anno 1629. propter rebellionem.

Privernum, *Piperno*, urbs Latii antiquior Roma, olim epiſcopalis, nunc oppidum, in monte, apud Ufentem fluvium & Forum Appii, inter Romam 44. & Tarracinam 16. mill. paſſ. vino celebris; quòd Setiam, & Norbam oppida finitima infeſtaſſet, à Plautio Conſule dirutum fuit, teſte Livio, libro 8. decadis 1. Populi privernates plinio. Meminit priverni Virgilius lib. 11. Æneidos: *Strab. Ptol. & alt.*

Priverno antiqua Metabus cùm excederet urbe.

Silius lib. 8.

Sylla Ferentinos, privernatumque maniplos
Ducebat.

Privernos apud Stephanum malè, ut frequenter facit. Hic ſolem toto die rubentem viſum teſtatur Livius libro 1. decadis 4.

¶ Privernum, urbs Volſcorum, in Latio. Nunc *piperno* oppidum. Sedet in monte, prope Auſentem fluvium & pomptinas paludes, vix 5. mill. paſſ. à Setia in Eurum; eſtque etiamnum ſatis amplum & cultum, in Campania Romana & ditione Pontificia, ut ego pluries vidi.

Prium Ortelio ex Ptolemæo & Plinio fluvius Arabiæ felicis, & mons Cei inſulæ; cùm prion apud illos legatur, ſitque mons Coi non Cei. *Ptol.*

Probatia, fluvius Bœotiæ, apud Lebadeam urbem fluens, ad quem optimus calamus provenit. *Theop.*

Probatopolis, *Schafhuſen*, urbs Helvetiæ, à Conſtantia 3.

tia 3. leucis in occidentem, ad Rhenum. Vide Scaphuſia.

Procavus, mons Liguriæ, apud Genuam urbem, ubi nunc arx, vulgò *Caſſello*: qui mons definit ad pharum.

Proceraſtis. Vide Chalcedon, quæ ſic priùs dicta fuit, ut ſcribit plinius.

* Prochyta, ſeu prochyte, *procida*, inſula Campaniæ in ſinu puteolano, Ænariæ proxima, anguſto freto diſcreta, cui olim juncta fuiſſe putatur, à Miſeno promontorio 4. mill. paſſ. ipſa circuitu 7. patens, à Neapoli 12. mill. diſtans. Cujus meminit Virgilius lib. 9. Æneidos:

Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubi'e.

Stephanus illam inſulam Siciliæ facit, cùm ſit Campaniæ. Sic alia loca Siciliæ attribuit, quæ ſunt alibi. (* *Prolyti* in Seldeni manuſcripto.)

¶ prochyta, *prochita*, inſula eſt regni Neapolitani, in mari Tyrrheno, & in ora Campaniæ, prope & extra ſinum puteolanum, inter Ænariam inſulam ad occaſum, à qua vix mill. paſſ. diſtat, & Miſenum promontorium ad ortum, à quo etiam vix mill. paſſ. diſtat. Ejus autem circuitus eſt 3. mill. paſſ. tantùm, teſte Cl. Nepote, & ei adjacet ad occaſum parva inſula, *Iſola di Vivara* dicta.

Procolitia, * *Coleceſter*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Northumbria. (* Camdeno eſt *prudhovv*, caſtrum Northumbriæ, à Novo caſtro 8. mill. in occidentem, *Coleceſter* propinquum.) Ad Tinam fluvium.

Proconneſus, (non proconeſus unico *n*, prout in Theſauro Linguæ Latinæ) quæ & Neuris, & Elaphoneſus plinio, prœconneſus ptolemæo; *Marmora*, inſula propontidis, ante Cyzicum urbem, unde marmor Cyzicenum eruitur; ubi urbs Archiepiſcopalis ſub patriarcha Conſtantinopolitano, inter parium & Cyzicum. Hæc ſaxea eſt, & in Boream propontidis vergens, ut Dionyſius Afer ait.

Ad Boream, ſaxiſque viget proconeſus in illa.

Proconneſi natus eſt Ariſteas poeta, qui ſcripſit Arimaſpea & Theogoniam, ſub Crœſo & Cyro Regibus, quem fabulabantur defunctum quoties vellet animam reſumpſiſſe.

¶ proconneſus, ſeu, & meliùs, prœconneſus, ut legitur in vetuſtiſſimis codicibus Græcis manuſcriptis Bibliothecæ Regiæ, ubi conſtanter vocatur *proiconniſos*; eſtque inſula parva Aſiæ & Myſiæ minoris, in propontide, inter Cyzicum ad ortum, & Helleſpontum ad occaſ. teſte Sanſone.

Procopias, *precop*, urbs Tauricæ ad Iſthumum, regia Tartarorum. Vide Taphræ. Aliis putatur procopiana villa in Myſia ſuperiori, apud Ulpianum.

¶ procopias urbs Tauricæ quid ſit non conſtat; forſan error Typographi pro precopia, *precop*, quo nomen Iſthmum hujus & Civitatem in eo ſitam nominant.

Strab. Liv. Plin. Diod.

Proerna, proarna Stephano, oppidum fuit phthiotidis, apud Thermopylas.

Progne, inſula parva Aſiæ, apud Rhodum.

Promethei jugum, & antrum, vertex montis Caucaſii, in Albania.

¶ promona, Liburnorum urbs in Illyrico apud Appianum, hodie mons ita vocatur, Slavè *promina*, ubi veſtigia antiquæ urbis, teſte Joanne Lucio.

Promontoria præcipua:

¶ promontorium Acutum, *Cap pointu*, promontorium eſt Americæ, in nova Francia & in parte occidentali inſulæ Terræ novæ, versùs ſinum S. Laurentii.

¶ promontorium Album, *Cabo bianco*, eſt in America & in parte Boreali Californiæ inſulæ, ſupra promontorium Mendocinum.

¶ promontorium Album *Cabo bianco*, eſt in America ſeptentrionali & in Nicaragua provincia novæ Hiſpaniæ, prope ſinum Salinarum; in ora maris Auſtrini.

¶ promontorium Album, *Cabo bianco*, eſt in America meridionali, in regno peruviæ, & in Quitoa provincia, inter Fanum S. Michaelis & punam inſulam, in ora maris Auſtrini.

¶ promontorium Album, *Cabo bianco*, eſt in eadem America meridionali, in Braſilia regione, & in præfectura paraibæ, ad mare Boreale.

¶ promontorium Ancyræum, *Romion*, ad Boſphorum Thracium, ubi in Pontum Euxinum cadit à parte Aſiæ.

¶ promonrorium Antiveſtæum, *Thè lands End*, in Anglia, & in Cornubia provincia.

¶ promontorium Aphrodiſium, *Cap de Creux*, in Hiſpania, ad radices montium pyrenæorum, in limite Galliæ Narbonenſis.

¶ promontorium Aromata, *Cap de Guardafuy*, in Africa, & in ora maris Arabici.

¶ promontorium Arſinarium, *Cap Verd*, in Africa, & ora in Oceani Atlantici.

¶ promontorium Artabrum, ſeu Nerium, & Celticum, *Cabo de Finiſterra*, Hiſpaniæ, in ora Gallæciæ.

¶ promontorium Bojadorum, *Cabo Bejador*, eſt in Luzonia inſula, philippinarum præcipua, in ejus parte ſeptentrionali, ubi magis versùs Sinas extenditur, 180. mill. paſſ. à Manilla urbe diſtans in Boream.

¶ promontorium Bonæ ſpei, *Cap de bonne Eſperance*, in Africa. Vide Caput Bonæ ſpei.

¶ promontorium Boni deſiderii, *Cabo de bueno Deſeo* Luſitanis, eſt in parte Boreali novæ Guineæ, prope terram Nigrorum.

¶ promontorium Boreale, *Cap de Nort*, in America meridionali. Vide Caput Boreale.

¶ promontorium Canganorum, *Braychipult point*, Angliæ, in Wallia Boreali.

¶ promontorium Carambis, *Capo piſello*, in Aſia minori & in ora ponti Euxini.

¶ promontorium Carolinum, *Cap Charles*, eſt in terra Arctica & in Eſtotilandia regione, prope ſinum Hudſonium; ſicque dictum fuit ab Anglis dum illas partes luſtrarunt hiſce ultimis temporibus.

¶ promontorium Carolinum, *Cabo Carlos*, eſt in Florida regione Americæ, & in ejus parte occidentali, versùs ſinum Mexicanum.

¶ promontorium Celebum, *punta dos Celebes*, eſt in Celebi inſula, in Aſia, & in ejus parte Borealiori, versùs Mindanoam inſulam extenſa.

¶ promontorium Charidemum, *Cabo de Gates*, Hiſpaniæ, in regno Granatenſi.

¶ promontorium Chriſtianum, *Cap Chriſtian*, in Gronelandiæ regionis parte auſtrali. Nuper detuctum fuit à Danis.

¶ promontorium Ciamum, *Capo Spada*, in parte occidentali Cretæ inſulæ.

¶ promontorium Condæum, *Cap de Condè* Gallis, *Cap Cecil* Anglis, *Cap d'Orange* Belgis, eſt in Guiana regione Americæ meridionalis, in ora maris Borealis, atque inter Cajanam inſulam & promontorium Boreale.

¶ promontorium Coquibocum, *Cabo de Coquibocca*, eſt in Terra firma regione Americæ, & in præfectura fluvii *de la Hacha*, juxta ſinum Venezuelæ, ad mare Boreale.

¶ promontorium Corodamum, *Capo Razalgate*, in Arabia, versùs Oceanum perſicum.

¶ promontorium Cotes, *Capo Spartel*, in Africa, ad fretum Herculeum.

¶ promontorium Cotochium, *Cabo de Cotoche*, eſt in America, & in parte Boreali Jucataniæ prov. novæ Hiſpaniæ, ad mare Boreale.

¶ promontorium Crucis, *Cabo de Cruz*, eſt in florida regione Americæ ſeptentrionalis, juxta ſinum S. Spiritus, & ad mare Boreale, ſeu ſinum Mexicanum.

¶ promontorium Crucis, *Cabo de Cruz*, eſt in America, & in parte auſtrali inſulæ Cubæ, in ſinu Mexicano, Jamaicam versùs.

¶ promontorium Cumerium, *Monte S. Ciriaco*, Italiæ, in piceno, & ad Anconam.

¶ promontorium Currentium, *Cabo dos Corrientes*, eſt in prov. Terræ firmæ, & in ipſo limite regni popajani, ad mare Auſtrinum, in America meridionali.

¶ promontorium Damnonium, *Lezard point*, Angliæ, in Cornubia, versùs mare Britannicum.

¶ promontorium Deſideratum, *Cabo Deſeado*, eſt in America meridionali, & in terra Ignium, ad fauces freti Magellanici, versùs mare pacificum, ex adverſo promontorii Victoriæ.

¶ promontorium Deſideratum, *Cabo Deſeado*, eſt in Aſia & in parte auſtrali Terræ Nigrorum, ſeu papuorum, versùs Moluccas inſulas, in mari Indico.

¶ promontorium Dianium, ſeu Artemiſium, & Ferraria, *Cabo Martin*, Hiſpaniæ, in regno Valentiæ.

¶ promontorium Dyrachinum, *Cabo de palos*, eſt in Albania regione, prope Dyrachium urbem, in ora maris Adriatici.

¶ promontorium Eliſabethæ, *Eliſabeth Cap*, eſt in Terra Arctica, in ora Boreali freti Hudſonii.

¶ pro-

¶ promontorium Epidum; *Thè mull'of Cantir*, in ora meridionali Scotiæ.

¶ promontorium Epiſcopi, *Cap de l' Eveſque*, eſt in nova Francia, in Canada provincia propria, & ad oſtium meridionale fluvii S. Laurentii, contra Anticoſtiam inſulam.

¶ promontorim Falſum, *Cabo Falco*, promontorium eſt Africæ, in Cafreria regione, maximè in auſtrum extenſum, propè caput bonæ ſpei, pro quo ſæpe ſumitur à prætemavigantibus, unde ei nomen.

¶ promontorium Floridæ, *Cabo de Florida*, in America ſeptentrionali. Vide Caput Floridæ.

¶ promontorium Fraucicum, *Cap Francois*, in America & in ora orientali Floridæ regionis; ad mare Boreale, propè oſtium fluvii Maii.

¶ promontorium Fraudis, *Cabo del Engano*, eſt in Aſia & in parte Boreali Luſoniæ inſulæ, inter Philippinas præcipuè, in mari Indico, propè novam Segoviam, & 200. mill. paſſ. à Manilla inſula in Boream, Formoſam inſulam versùs.

¶ promontorium Fraudis, *Cabo del Engano*, eſt in America & in parte orientali Hiſpaniolæ inſulæ, in mari Boreali, versùs Antillas inſulas, 150. mill. paſſ. à Dominicopoli in ortum.

¶ promontorium Frigidum, *Cabo Frio*, in America meridionali, & in præfectura fluvii Januarii, in Braſilia Auſtrali.

¶ promontorium Gallum, *Punta de Gallo*, in Aſia, & in parte auſtrali Taprobanæ inſulæ, in mari Indico, juxta Gallum, urbem.

¶ promontorium Gerum, *Cabo de Guer*, Africæ, in regno Marrochii, & in Hea provincia, in ora Oceani Atlantici, & prope Fanum S. Crucis.

¶ promontorium Gobæum, *le Four*, ſeu *S. Mahè*, Galliæ, in Britannia minori.

¶ promontorium Gracile, aliàs Raptum, *Cabo Delgado*, Africæ, in Zanguebaria regione, propè Quiloam urbem.

¶ promontorium Guadavarium, *Cabo Guadavari*, Aſiæ, in India intra Gangem, & in regno Golcondæ, in ora ſinus Gangetici, versùs Maſulepatanum emporium.

¶ promontorium Henriceæ Mariæ, *Cap Henriette Marie*, eſt in terra Arctica, versùs ſinum Hudſonium.

¶ promontorium Hermæum, ſeu Mercurii, *Cap Bon*, Africæ, in regno Tunetano.

¶ promontorium Hiemale, *Verwinter Hoeck* Belgis, *Cap d Hyver* Gallis, eſt in parte Boreali novæ Zemblæ, in mari Glaciali, & versùs terras Arcticas.

¶ promontorium Honduræ, *Cabo de Honduras*, Americæ ſeptentrionalis, in Hondura provincia novæ Hiſpaniæ. In mare Boreale, & in ſinum Honduræ maximè excurrit contra Turrim Juliam.

¶ promontorium Japygium, *Gapo di S. Maria di Leuca*, Italiæ, in provincia Hydruntina.

¶ promontorium Infantis, *Cabo do infante*, Africæ, in parte Auſtriali Cafreriæ regionis, & ad ortum promontorii bonæ Spei.

¶ promontorium Lacinium, *Capo delle Colonne*, Italiæ, in Calabria.

¶ promontorium Lilybœum, *Capo Boeo*, in Sicilia, versùs mare Africum.

¶ promontorium Lytarmis, *Cap d' Oby*, in Sarmatia Aſiatica, & in ora maris Glacialis.

¶ promontorium Machaſacum, *Cabo Machaſaco*, eſt Hiſpaniæ, in Biſcaja provincia & in ora Oceani Cantabrici, propè Flaviobrigam.

¶ promontorium Malea, *Capo Malio ò di S. Angelo*, in peloponneſo.

¶ promontorium Mendocinum, *Cabo Mendocino*, eſt in America, & in parte Boreali Californiæ inſulæ.

Promontorium Minervæ: ſic appellatur promontorium extremum Campaniæ, illam à Picentinis ſeparans, quod Athenæum Straboni, Ptolemæo, & aliis Græcis dicitur, apud Maſſam urbem, contra Capreas inſulam, inde ad 4. mill. paſſ. quot à Surrento, à Neapoli verò ad 30. recedens. Id vulgò *Capo di Maſſa*, & *Capo Campanella* nominatur. Cujus meminit Ovidius lib. 15. Metamorphoſeon:

Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ.

¶ promontorium Minervæ, in ora maris Tyrrheni, nunc *Capo Campanella* dicitur ab omnibus; eſtque contra Capreas inſulam, & inter ſinus Neapolitanum & Salernitanum, non eſt autem *Capo della Minerva*, ut malè Maginus poſuit.

¶ promontorium Montis, *Cabo de Monte* Luſitanis, promontorium eſt Africæ, in Guinea regione, cum regno parvo cognomine, in ora Maleguettæ dicta; & 60. leucis Gallicis à Monte Leonis diſtat in Eurum.

¶ promontorium Montis Sancti, *Capo di Monte Santo*, eſt in Italia & in ora orientali Sardiniæ inſulæ, 45. mill. paſſ. à Calari in Cæciam.

¶ promontorium Moſandani, *Cabo de Moſandan*, in Arabia felici, ad fauces ſinus Perſici, & ex adverſo Armuzii.

¶ promontorium Natalis, *Cap de Natal*, Africæ, in ora Boreali Madagaſcariæ inſulæ, ſeu Delphinæ, ubi in ortum vergit.

¶ promontorium Nymphæum, *Capo di Monte Santo*, in Macedonia.

¶ promontorium Ocelum, *Spun Head*, Angliæ, in Vallia.

¶ promontorium Olyſipponenſe & magnum, *Cabo de Roca*, Hiſpaniæ, in Portugallia.

¶ promontorium Pachynum, *Capo Paſſaro*, in Sicilia.

¶ promontorium palmarini, *Cabo do Palmar*, Africæ, in Æthiopia inferiori, ad oſtia fluvii *Zaire*, in limite regni Congi.

¶ promontorium palmarum, *Cabo das Palmas*, Indiæ intra Gangem, in regno Golcondæ, & in ora ſinus Gangetici.

¶ promontorium patientiæ, *Cabo di Patientia*, in terra Eſonis, & in ora versùs Japoniam.

¶ promontorium pelorum, *Capo di Faro*, in Sicilia, propè Meſſanam.

¶ promontorium pembrochium, *Cap Pembrock*, in terra Arctica & in nova Wallia Boreali, propè mare Chriſtianum.

¶ promontorium populonium, *Capo Campanella*, Italiæ, in Hetruria, & in agro Senenſi, propè populonii rudera.

¶ promontorium Raptum, *Cabo Delgado*, Africæ, in ora Zanguebariæ.

¶ promontorium Rubeæ, *Nort Caep*, in parte Boreali Norvegiæ.

¶ promontorium Rubeum, *Cap Rouge*, eſt in Amecica, & in parte Boreali inſulæ terræ novæ, in nova Francia.

¶ promontorium Rupium, *Cabo dos Arecifes*, Africæ, in parte auſtrali Cafreriæ regionis, ad ortum promontorii bonæ Spei.

¶ promontorium Ryſſadium, *Cabo de Sierra Liona*, Africæ, in Nigritia.

promontorium Sacrum, *Capo Corſo*, Italiæ, in Corſica inſula.

promontorium Sacrum, *Cabo de S. Vincente*, Hiſpaniæ, in Algarbia.

¶ promontorium Salinarum, *Cabo de Salinas*, eſt Americæ meridionalis, in provincia novæ Vandalitiæ, & in ora maris Borealis, versùs Trinitatis inſulam.

¶ promontorium Samnonium, *Cabo Salomon*, in ora orientali Cretæ,

¶ promontorium Sanctæ Annæ, *Punta de S. Anna*, eſt in Africa & in Nigritia regione, propè Arguinum, & 250. mill. paſſ. à promontorio Viridi in Bor.

¶ promontorium S. Antonii, *Cabo de S. Antonio*, eſt in Africa & in ora occidentali Cafreriæ regionis.

¶ promontorium S. Auguſtini, *Cabo de S. Agoſtino* Luſitanis, *Cap de S. Auguſtin* Gallis, promontorium eſt Americæ Meridionalis, in Braſilia regione, & in præfectura pernambuci, cum arce munita in colle, à Batavis capta anno 1634. Sed hiſce ultimis temporibus à Luſitanis recepta, ipſis etiam ſubeſt.

¶ promontorium S. Blaſii, *Cabo de S. Bras* Luſitanis, *Cap de S. Blaiſe* Gallis, eſt in Africa & in parte auſtrali Cafreriæ regionis, ad ortum promontorii bonæ Spei.

¶ promontorium S. Blaſii, *Cabo de S. Bras*, eſt in Africa & in ora occidentali Cafreriæ regionis, in Æthiopia inferiori.

¶ promontorium S. Catharinæ, *Capo di S. Catarina*, eſt in Italia & in ora occidentali Sardiniæ inſulæ, propè Boſam.

¶ pro-

¶ promontorium S. Franciſci, *Cabo de S. Franceſco*, eſt in America meridionali, & in Quitoa regione peruviæ, in ora maris pacifici.

¶ promontorium S. Franciſci, *Cabo di S. Franciſco*, eſt in Africa & in ora meridionali Cafreriæ regionis, ad ortum promontorii bonæ Spei.

¶ promontorium S. Franciſci, *Cap de S. Francois*, eſt in America ſeptentrionali, & in ora orientali inſulæ Terræ novæ, in nova Francia.

¶ promontorium S. Georgii, *Cabo de S. Jorge*, aliis *Cabo Blanco*, eſt in America meridionali, & in ora orientali Magellanicæ regionis, versùs portum Deſideratum.

¶ promontorium S. Germani, *punta de S. German*, eſt in America ſeptentrionali, & in parte occidentali inſulæ portus divitis, Hiſpaniolæ obverſa.

¶ promontorium S. Helenæ, *punta de S. Helena*, eſt in America meridionali, & in Quitoa regione peruviæ, in ora maris pacifici.

¶ promontorium S. Lazari, *punta de S. Lazaro*, eſt in America ſeptentrionali & in provincia Oræ divitis, in nova Hiſpania, in ora maris pacifici.

¶ promontorium S. Luciæ, *Cabo de S. Lucia*, eſt in Africa & in ora occidentali Cafreriæ, versùs Caput bonæ Spei.

¶ Promontorium S. Luciæ, *punta de S. Luzia*, eſt in America ſeptentrionali & in ora orientali Floridæ regionis, ad mare Boreale.

¶ Promontorium S. Luciæ, *Capo di S. Luzia*, eſt in parte Boreali Sardiniæ inſulæ Corſicæ obverſa, ad fretum Taphros.

¶ promontorium S. Mariæ, *Cabo de S. Maria*, eſt in Africa, & in ora orientali & Boreali Cafreriæ, Madagaſcariæ obverſa, inter Zofalam & Moſambicum.

¶ promontorium S. Mariæ, *Cabo de S. Maria*, eſt in America meridionali, ad oſtium Argentei flu. in paraguaja.

¶ Promontorium S. Mariæ, *Cabo de S. Maria*, eſt in America ſeptentrionali, & in ora Veraguæ provinciæ novæ Hiſpaniæ, in ora maris Pacifici.

¶ promontorium S. Mariæ, *Cabo de S. Maria*, eſt in Africa, in Nigritia regione, ad oſtia Gambiæ fluvii.

¶ promontorium S. Mariæ, *Cabo de S. Maria*, eſt in Hiſpania & in Algarbiæ regno, contrà Farum urbem, aliàs Cuneum promontorium.

¶ promontorium S. Mariæ, *Cabo de S. Maria*, eſt in America ſeptentrionali, & in parte occidentali Hiſpaniolæ inſulæ, Jamaicæ obverſa, in mari Boreali.

¶ promontorium S. Nicolai, *Cabo de S. Nicolo*, eſt in America ſeptentrionali, & in parte occidentali Hiſpaniolæ inſulæ, ubi in Boream vertit, contra Cubam inſulam, in mari Boreali.

¶ promontorium S. Nicolai, *Cabo de S. Nicolo*, eſt in Africa & in ora orientali Cafreriæ regionis, Madagaſcariæ obverſa, ad oſtia fluvii S. Spiritus.

¶ promontorium S. Romani, *Cap de S. Romain*, eſt in parte meridionali Madagaſcariæ inſulæ, ſeu Delphinę, in Africa, & in mari Æthiopico.

¶ promontorium S. Thomæ, *Cap de S. Thome*, eſt in America meridionali & in præfectura fluvii Januarii, in Braſilia auſtrali.

promontorium Saturni, in Hiſpania, apud Carhaginem, quæ abeſt à Julia Cęſarea, urbe Mauritanię 187. mill. paſſ. teſte plinio.

¶ Promontorium Scagenſe, *Scagen*, eſt in Dania, & in Jutia Boreali, maximè ad Boream extenſum, ad Codanum ſinum, ex adverſo Norvegiæ. Dicitur etiam Cimbricum promontorium.

¶ promontorium Scombraria, *Cabo de palos*, Hiſpaniæ, in regno Murciæ.

¶ promontorium Scyllæum, *Capo Schilli*, in peloponneſo.

¶ promontorium Scythicum, *Cabo de penas de Guzan*, Hiſpaniæ, in Aſturia,

¶ promontorium Sigæum, *Capo Gianizzari*, Aſiæ minoris, in Myſia.

¶ promontorium Spiritus Sancti, *Cabo de San Spiritu*, eſt in Aſia et in parte Boreali Tandaiæ inſulæ, in Philippinis.

¶ promontorium Sunium, *Capo delle Colonne*, Græciæ in Attica.

¶ promontorium Tabinum, *Cap Tabin*, in Tartaria.

¶ promontorium Tacharignum, *Cabo Tacharigo*, aliàs Moticaria, eſt in Zanguebaria & in Africa regione propè Melindam.

¶ promonterium Tęnarium, *Capo Matapan*, in peloponneſo.

¶ promontorium Trileucum, *Cabo d'Ortegal*, Hiſpaniæ, in Gallęcia.

¶ promontorium Triremis, *punta de la Galera*, eſt in Aſia, & in parte occidentali Mindanoę inſulæ, in philippinis.

¶ promontorium Triremis, *punta de la Galera*, eſt in America & in parte orientali inſulæ Trinitatis, in mari Boreali, versùs oram novæ Vandalitiæ, & inſulam Tabaci.

¶ promontorium trium Cuſpidum, *Cabo de tres puntas*, eſt in Africa & in ora Guineæ regionis; versùs arcem S. Georgii de Mina, atque inter promontoria palmarum, & Lupi Gundiſalvi.

¶ promontorium Vaccarum, *Cabo das Vaccas*, eſt in Africa; & in parte Auſtrali Cafreriæ regionis, versùs ortum promontorii bonæ ſpei.

Prone, mons Argiæ, apud Hermionem. *Eur.*

pronea, quæ & prumia, *pruym*, fluvius (cum pago & *Pau.*
abbatia) in ſylva Arduenna, & finibus Trevirenſium, *Auſ.*
in Suram fluvium influens. De quo Auſonius in Moſellana:

Namque & Pronea Nemeſaque adjuncta meatu
Sura.

(*Vide Prumia.*)

pronectos apud Stephanum oppidum fuit Bithyniæ, juxta Drepanen, à phœnicibus conditum.

pronus, proneſus, Straboni caſtellum Cephaleniæ inſulæ. Populi pronii Lycophroni. *Poly.*

prophthaſia, *Siſtan*, teſte Caſtaldo, urbs Drangianæ
primaria, inter Alexandriam Ariæ ad occaſum 199. & *Strab.*
Arachoſam ad ortum 200. mill. paſſ. teſte plinio. Sed *Plin.*
apud Stephanum multò major eſt diſtantia ab Alexandria, eſt enim ſtadiorum 4530.

propontis, mare Bebrycium Tzetzæ, mare Thracium
Antigono, *Mar di Marmora* Sophiano & aliis, ſinus ma- *Strab.*
ris Mediterranei, in Helleſpontum ad meridiem, & Boſ- *Ptol.*
phorum Thracium ad Boream, inter Thraciam ad occa- *Plin.*
ſum & Bithyniam ad ortum. Claudianus libro 2. in Eu- *Mel.*
tropium:

-non alta Propontis,
Non freta longinquis Maotica piſcibus explent.

Hinc propontius, & propontiacus, a, um, adjectium.

¶ propontis, *Mer de Marmora* Gallis, mare eſt inter Europam, & Aſiam, ſeu inter Aſiam minorem, & Thraciam, extenditurque ad 140. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, & ad 60. à ſeptentrione in meridiem. Ejus partes ſunt ſinus Aſtacenus, *le Golfe de Comidie*, & ſinus Cius, *le Golfe de Polmeur*: & illud circumſtant Conſtantinopolis, Chalcedon, Nicomedia, Cius, perinthus, Cyzicus, Lampſacus, pruſa, Selimbria, & Rhedeſtus. Undique terris cingitur inſtar lacus, præterquam ad Boream, ubi exitum habet in pontum Euxinum per Boſphorum Thracium, uti ad meridiem per Helleſpontum in mare Ægæum.

proſelene, S. *Anania*, teſte Moletio, urbs Troadis, *Ptol.*
ſeu phrygiæ, in ora, inter Adramyttium ad Boream & pitanen ad meridiem.

proſelini populi ſunt peloponneſi, qui & Arcades, teſte Stephano.

proſiacum, proſacum Nicetæ, oppidum Macedoniæ ad Axium flumen, *proſych*, apud veteres haud memoratum.

proſopis, inſula Nili fluvii intra Deltam apud Herodotum & Stephanum.

proſopum ſeu proſopon, inſula Africæ parva ante, & *Steph.*
apud Carthaginem.

proſtrophæa. Vide poſtrophæa, utroque enim modo *Steph.*
legitur. Proſtropæa apud Stephanum legitur ſine aſpiratione. Nomen gentis proſtropæus.

proſymna oppidum Argiæ in peloponneſo fuit, ubi *Strab.*
Juno colebatur, quæ proptetea proſymnia denominaba- *Pauſ.*
tur, teſte plutarcho. Incolæ proſymnæi. Ejus meminit Statius libro 4. Thebaidos:

Huic armat Lariſſa viros, huic celſa proſymne.

prota, *proti*, teſte Gyllio, inſula Boſphori Thracii, *Steph.*
proxima Byzantio, à Chalcitide inſula 40. ſtadiis diſtans, à Byzantio 4. mill. paſſ.

¶ prota, inſula Boſphori Thracii, quid ſit non conſtat. Sed teſte Gyllio, protos Diſcos minor eſt ſinus parvus Boſphori Thracii, hodie philaces dictus, in

ora

ora Bithyniæ, medius interChryſopolim & Nicopolim ſinum, & protos Diſcos, eſt hodiè Cecri planities in eo tractu.

Prote, *pruodo*, teſte Nigro, inſula maris Ionii, Meſſeniæ adiacens, inter Zacynthum ad Arctos 40. & Sphagiam ad meridiem 20. mil. paſſ. à Cypariſſio promontorio 12. in occaſum. De ea in lib. 2. Itinerarii:

Linquitur ad dextram prote, tripliceſque ſiniſtra
Conduntur Sphagia.

¶ prote, *porquerolles*, inſula eſt parva Galliæ Narbonenſis, & una Stæcadum, magis ad occaſum extenſa, in ora provinciæ, à qua vix una leuca diſtat, contra Olbiæ promontorium, & 3. ab Olbia in meridiem, 2. autem a Meſe ſeu pomponiana inſula in occaſum.

prote Iuſtiniana. Vide Taureſium.

protei columnæ, locus Ægypti extremus, teſte Servio. Cuius meminit Virg. lib. 11. AEneid.

Atrides protei Menelaus ad uſque columnas
Exulat.

¶ proteras, inſula Illyrici Scylaci, nunc *Girona*, in territorio Traguſienſi, Slavè *Drivenich*, teſte Joanne Lucio.

proteſilai turris & delubrum, proteſeleum Straboni, oppidum Cherſoneſi, in ora, ex adverſo Sigæi promontorii Troadis.

provincia Romana, & provincia ſimpliciter, *la provenza*, regio Galliæ Narbonenſis, inter Rhodanum, & Alpes maritimas, in qua Galloligures Straboni. Vbi Aquæ, Arelatum, & Avenio, metropoles. Auſonius:

Fuſa per immenſum quondam provincia regnum.

¶ provincia, *la provence* incolis, *provenza* Italis, pars aliàs Galliæ Narbonenſis, nunc provincia ampla regni Franciæ, inter Alpes maritimas ad ortum, Rhodanum fluvium ad occaſum, Delphinatum ad Boream, & mare Mediterraneum ad meridiem. Ejus partes ſunt etiam Comitatus Forcalquerii, *le Comtè de Forcalquier*, qui ei unitus eſt Avenio & Comitatus Vindaſcinus, *Avignon & le Comtat Venaiſſin*, ſub dominio ſummi Pontificis, principatus Arauſicanus, *la principautè d'Orange*, proprio principi ſubditus & Comitatus Nicæenſis, *le Comtè de Nice*, ſub dominio Ducis Sabaudiæ. Totius autem provinciæ caput eſt Aquæ Sextiæ, *Aix*, ad Arcum amnem.

Provinciæ urbes:

Antipolis, Antibe.
Apta, Apt.
Aquæ Sextiæ, Aix.
Arauſio, Orange.
Arelate Arles.
Avenio, Avignon.
Caballio, Cavaillon.
Carpentoracte, Carpentras.
Dinia, Digne.
Draguinianum, Draguignan.
Foro Iulium, Frejus.
Forum Neronis, Forcalquier.
Maritima Martegues.
Maſſilia, Marſeille.
Reii, Riez.
Sanitium, Senez.
Seguſtero, Siſteron.
Taraſco, Taraſcon.
Telo, Toulon.
Vaſio, Vaiſon.
Vincium, Vence.

Provinciæ Imperii Romani extra Italiam:

Acarnania in Epiro.
Achaia cum Græcia, anno ab urbe condita 606.
AEgyptus, ab Auguſto.
AEmi montis in Thracia.
AEtolia, pars Epiri, Anno 567.
Africa minor, à Scipione Africano capta Carthagine, anno 609.
Alpes Cottiæ & maritimæ, inter Auguſtum & Veſpaſianum.
Aquitania, ab Auguſto, ſub Hadriano gemina, 1. & 2.
Arabia proxima AEgypto, ab Auguſto.
Armenia maior, à Traiano.
Armenia minor, ab Auguſto.
Aſia, in qua Helleſpontus, phrygia, Ionia, Lydia, Caria, anno 565. à Lucio Scipione Africani fratre.
Aſſyria, a Traiano.
Auguſtanica. (*Aliis in Auguſtamnica.*)
Azarſavena trans Tigrim, à Galerio.
Bætica in Hiſpania.
Belgica gemina 1. & 2.
Bithynia, a pompeio magno victo Mithridate.
Bœotia in Græcia.
Britannia, à Claudio, ſub Hadriano gemina, 1. & 2.
Byzacena, pars Africæ.
Cæſarienſis, in Mauritania.
Cantabria cum Aſturia, ab Auguſto.
Cappadocia, ab Auguſto recuperata, & ſub Tiberio in provinciam redacta.
Carduena trans Tigrim, à Galerio.
Cilicia, a pompeio magno, & ante ipſum anno 680. capta cum Iſauria.
Comagenæ, ſub Tiberio, & demum à Veſpaſiano.
Corſica, anno 523. quando ferè Sardinia, cui adiuncta fuit.
Creta, à Quinto Metello Conſule, poſteà ſub Auguſto Cyrenaicæ adiuncta.
Cyprus, à Marco Catone.
Cyrenaica, ſub Auguſto Cretæ copulata, cùm anno 660. capta fuiſſet.
Dacia, à Traiano, victo Decebalo eius Rege.
Dalmatia, ab Auguſto, ſed ante annum 599. expugnata.
Dardania, unà cum Mœſia & Thracia, ab Auguſto.
Epiræ, ſub Hadriano gemina, 1. & 2.
Euphrateſia, ſub Hadriano, pars Syriæ.
Flaminia, ſub Hadriano.
Galatia, ab Auguſto.
Gallæcia in Hiſpania, ſub Hadriano.
Gallia Lugdunenſis ſeu Celtica, à Cæſare, ſub Hadriano gemina, 1. & 2.
Gallia Narbonenſis, à Cæſare anno 633. priùs capta.
Gallia Ciſalpina, à Marco Claudio Marcello.
Gallia Tranſalpina, à Quinto Fabio Maximo.
Germania, ſub Hadriano gemina, 1. & 2.
Helleſpontus. Vide Aſia.
Hiſpania citerior, anno 558. Cornelio Cethego & Quinto Minucio Conſulibus.
Hiſpania ulterior, anno 548.
Illyricum primum quando Macedonia, poſteà à Scipione Nazica, & ab Auguſto demum.
Ionia. Vide Aſia.
Iſauria, pars Galatiæ.
Iſtria, ab Auguſto cum Illyrico, ſub Hadriano cum Venetia.
Italia à freto Siculo ad Alpes, ſub Hadriano in multas provincias diviſa, quæ ſunt Æmilia, Brutii, Apulia, Campania, Liguria, Samnium, Picenum, Tuſcia, Vmbria, Flaminia, Alpes.
Liburnia, ab Auguſto, ſed priùs à Pompeio.
Libya, ſub Auguſto.
Luſitania, ſub Hadriano.
Lycaonia, ab Auguſto.
Lycia, ab Auguſto.
Macedonia, anno 607. à Quinto Metello.
Mauritania, Cæſarienſis & Sitifenſis à Cæſare, & ſub Hadriano etiam tertia Tingitana.
Meſopotamia, à Traiano, cum Aſſyria & Armenia.
Mœſia, ab Auguſto, ſub Hadriano gemina, ſuperior & inferior.
Myſia. Vide Phrygia.
Noricum, ab Auguſto cum Rhætia, Vindelia, & Pannonia, ſub Hadriano 1. & 2.
Novempopulonia, pars Aquitaniæ, ſub Hadriano.
Nozena trans Tigrim, à Galerio.
Numidia, pars Africæ, à Quinto Mario anno 649. victo Iugurtha Rege.
Oſrhoena, pars Meſopotamiæ, Syriæ contermina.
Pamphylia tandem ab Auguſto, cum Lycia, Lycaonia, Galatia, & Piſidia, in unam redactis.
Pannonia, unà cum Mœſia, ab Auguſto, Bathone Rege victo, ſub Hadriano gemina, 1. & 2.
Paphlagonia, ab Auguſto, Pylæmone Rege mortuo, Bithyniæ addita.
Phrygia Pacatiana, in qua Laodicea.
Phrygia Salutaris, in qua Synnada.
Piſidia, ab Auguſto, unà cum Lycia.
Pontus, ab Auguſto Bithyniæ additus, a Pompeio conquiſi-

quiſitus, poſteà à Nerone in provinciam redactus.
Pontus polemoniacus.
Prævalitana, ſub Hadriano.
Rhætia, ſub Hadriano in duas, 1. & 2.
Rhenumana trans Tigrim, à Galerio.
Rhodope, pars Thraciæ.
Salaſſi & Alpes, ſub Auguſto provincia una.
Sardinia, anno 521. ſive priùs, à Tito Manlio Torquato, inter primum & ſecundum bellum Punicum.
Scythia, ſub Conſtantino magno præſidialis, eadem Sarmatia Europæa ad Euxinum.
Sicilia, anno 540. expulſis pœnis, prima extra Italiam Romanorum provincia.
Singarena, pars Meſopotamiæ, à Traiano.
Syria, à Pompeio magno, victo Mithridate.
Thebais, pars Ægypti ſuperior.
Theſſalia, ſub Auguſto prætoria effecta.
Thracia, anno 640. Thracibus victis.
Zabdicena trans Tigrim, à Galerio.
Summa provinciarum Europæ 58. ſub Hadriano: quarum aliæ conſulares, aliæ præſidiales; cum anteà aliæ proconſulares eſſent, aliæ prætoriæ. Ex his 17. in Italia, 6. in Hiſpania, 18. in Galliis & Britannia, 17. in Illyrico. Fuere etiam 6. in Africa, totidem in Thracia; reliqua in Aſia,

Alia provinciarum diviſio.

Ægypti 6.

1 Libya ſuperior.
2 Libya inferior.
3 Thebaidis.
4. Ægyptus propriè.
5. Arabia.
6. Auguſtanica.

Aſiane 10.

1. Pamphylia.
2. Helleſpontus.
3. Kydia.
4. Piſidia.
5. Lycaonia.
6 Phrygia Pacatiana.
7. Phygia Salutaris.
8. Lycia.
9. Caria.
10. Inſulæ, hoc eſt, Rhodos, Cos. Samos, Chios, Lesbos cum aliis.

Dacia 5.

1. Dacia meditarranea.
2. Dacia ripenſis.
3. Myſia prima.
4. Dardania.
5. prævalitana.

Macedonia 6.

1. Achaia.
2. Macedonia propriè.
3. Creta inſula.
4. Theſſalia.
5. Epirus vetus.
6. Epirus nova.

Orientis 15.

1. Palæſtina.
2. Phœnice.
3. Syria.
4. Cilicia prima.
5. Cyprus inſula.
6. Arabia.
7. Iſauria.
8. palæſtina Salutaris.
9. palæſtina ſecunda.
10. Phœnice Libani.
11. Euphratenſis.
12. Syria Salutaris.
13. Oſdroene, ſeu Oſrhoene.
14. Meſopotamia.
15. Cilicia ſecunda.

Pontica 10.

1. Galatia.
2. Bithynia.
3. Honorias.
4. Cappadocia prima.
5. Cappadocia ſecunda.
6. pontus Polemoniacus.
7. Helenopontus.
8. Armenia prima.
9. Armenia ſecunda.
10. Galatia Salutaris.

Thraciæ 6.

1. Europa.
2. Thracia propriè.
3. Hæmi montis.
4. Rhodope.
5. Myſia ſecunda.
6. Scythia.

Provinciæ ſub Auguſto 12.

1 Hiſpania Luſitanica.
2. Hiſpania Tarraconenſis.
3. Gallia Aquitanica.
4. Gallia Lugdunenſis.
5. Gallia Celtica & Germanica.
6. Pannonia.
7. Mœſia.
8. Dalmatia & Illyrici pars.
9. Cilicia.
10. Syria Cœle.
11. Byria, & oriens uſque ad Euphratem.
12. Ægyptus, & pars Arabiæ.

Quibus adduntur Dacia, Armenia, Meſopotamia, & Arabia, à Traiano Imperatore conquiſitæ, Italia omnis & regna omnia, & principatus orbis Romani. Ex his cuiq; patere poteſt variè ſub Imperatoribus Romanis provincias partitas fuiſſe, nec illas eoſdem ſemper terminos habuiſſe, neque antiquas appellationes ſervaſſe, quales apud veteres ſcriptores habuere.

Alia diviſio.

provinciæ populi Romani 12.

1. Africa & Numidia.
2. Aſia cis Halym fluvium, & montem Taurum.
3. Hiſpania Bætica.
4. Gallia Narbonenſis.
5. Sicilia.
6. Sardinia et Corſica.
7. Illyricum.
8. Macedonia.
9. Achaia, Theſſalia, Ætolia, Acarnania, & Epiri pars.
10. Creta & Cyrenaica.
11. Cyprus.
12. Bithynia, propontis, et ponti pars.

Hæ ſub Imperatoribus dividebantur in proconſulares, et prætorias. Proconſulares erant Africa, Numidia & Libya, unam provinciam facientes; Aſia cis Halym fluvium et Taurum montem, in qua Jonia, Lydia, Caria, phrygia, Myſia, & Helleſpontus, alteram provinciam proconſularem conſtituentes. Aliæ erant prætoriæ, hoc eſt, Hiſpania Bætica, Gallia Narbonenſis, Sicilia, Sardinia, et Corſica, Illyricum cum parte Epiri, Macedonia cum parte Græciæ, reliqua Græcia et Epirus, Creta, Cyprus, Bithynia, et paphlagonia.

provinciæ in quibus erant legiones Romanæ ſub Auguſto.

1. Adiutrix, Pia, Fidelis, in Germania inferiori.
2. Auguſta, in Germania ſuperiori.
3. Adiutrix, Pia, Fidelis, in Hiſpania.
4. Cyrenaica, in Africa.
5. Auguſta, in Mœſia.
6. Gallica, in Syria.
7. Scythica, in Syria.
8. Macedonica, in Germania inferiori.
9. Victrix, in Hiſpania.
10. Ferrata R. F. C. in Syria.
11. Claudiana, pia, Fidelis, in Mœſia.
12. Gemina, Pia, Fidelis, in Dalmatia.
13. Auguſta, in pannonia.
14. Hiſpanienſis, in pannonia.
15. Fretenſis, in Hiſpania.
16. Gemina, pia, Fidelis, in Syria.
17. Claudiana, pia, Fidelis, in Dalmatia.
18. Fulminatrix, in Ægypto.
19. Gemina, pia, Fidelis, in Germania ſuperiori.
20. Gemina, Martia, Victrix, in Germania ſuperiori.
21. Apollinaris in pannonia.
22. Quarta, in Germania ſuperiori.
23. Quarta, in Germania inferiori.
24. Valeria, Victrix, in Germania inferiori.
25. primigenia, pia, Fidelis, in AEgypto.

His addebantur cohortes prætoriæ 8. cohortes urbanæ 3. Ex quibus omnibus Imperii Romani magnitudo dignoſcitur.

Provinciæ Gallicæ:

Aquitania prima, in qua Bituricæ metropolis.
Aquitania ſecunda, in qua Burdigala metropolis.
Aquitania tertia, ſeu Novempopulonia, in qua Auſci metropolis.
Narbonenſis prima, (quæ et Viennenſis ſecunda,) in qua Narbo metropolis.
Narbonenſis ſecunda, (quæ & Viennenſis tertia,) in qua Aquæ metropolis.
Narbonenſis tertia, quæ & Viennenſis prima, in qua Vienna metropolis.
Lugdunenſis prima, in qua Lugdunum metropolis.
Lugdunenſis ſecunda, in qua Turones metropolis.
Lugdunenſis tertia, in qua Rotomagus metropolis.
Lugdunenſis quarta, in qua Senones metropolis.
(*Lugdunenſis quinta, ſeu maxima Sequanorum, in qua Veſuntio Metropolis.*)
Belgica prima, in qua Remi metropolis.
Belgica ſecunda, in qua Treviri metropolis.
Alpium Graiarum, (ſeu Viennenſis quinta,) in qua Tarantaſia metropolis.
(*Alpium maritimarum, ſeu, Viennenſis quarta, in qua Ebrodunum metropolis.*)
Germania prima, ſeu ſuperior, in qua Maguntia metropolis.
Germania ſecunda, ſeu inferior, in qua Colonia Agrippina metropolis.

Harum provinciarum civitates ſunt,

Aquitaniæ primæ:

Bituricæ metropolis, *Bourges*,
Rutheni, *Rodez*,
Arverni, *Clermont*,
Albiga, *Alby*,
Cadurci, *Cahores*.
Lemovici, *Limoges*.
Gabales, nunc Mimatum, Mande.
Velauni, nunc Anicium, *le Puy*.
Additæ, Tutela, *Tulle*.
Sarlatum, *Sarlat*.

Aquitaniæ ſecundæ:

Burdigala metropolis, *Bordeaux*.
Egoliſma, *Angouleſme*.
Pictavi, *Poictiers*.
Agennum, *Agen*.
Santones, *Saintes*.
Petrogorii, *Perigeux*.
Additæ, Lucionum, *Luſſon*.
Maleaca, *Maillezais*, (nunc Rupella, *la Rochelle*, eius loco ſuffecta.)

Aquitaniæ tertiæ, ſeu Novempopuloniæ.

Auſci metropolis, *Aux* vel *Auſch*.
Lectoracium *Lectoure*.
Conſoranni, *Conſerans*.
Bearnenſes ſeu Bearnum, nunc Laſcurra, *Leſcar*.
Aquæ Tarbellicæ, *Dax*.
Convenę, S *Bertrand*.
(Tarba, *Tarbes*.)
Boatum, nunc Baiona, *Bayonne*.
Aturum, *Ayre*.
Elorona, *Oleron*.
Eluſates, *Elſa* vel *Eauſe*, (nunc oppidum tenue.)
Taruſates, *Turſe*. (in ruinis iacet.)
Vaſates, *Baſas*.
Additæ, Condomum, *Condom*.
Lumbarium, *Lombez*.

Narbonenſis primæ:

Narbo metropolis, *Narbonne*.
Toloſa, *Toulouſe*, nunc metropolis.
Carcaſo, *Carcaſſone*.
(Biteræ, *Beſiers*.
(Elena, *Elne*, nunc perpinianum, *Perpignan*.)
Nemauſus, *Nymes*.
Vzetia, *Vſez*.
Luteva, *Lodeſve*.
Agatha, *Agde*.
Magalona, *Maguelone*, nunc Mons Peſſulus, (*Montpellier*.)
Additæ plures, Mons Albanus, (*Montauban*.)
Vabræ, (*Vabres*.)
Vaurinum, (*Lavaur*.)
Caſtra, (*Caſtres*.)
Pontiopolis, (*S. Pons*.)
Pamię, (*Pamiez*.)
Electa, (*Alet*.)
Papulopolis, (*S. Papoul*.)
Mirapicæ, (*Mirepoix*:) quarum aliæ ſub Narbona, aliæ ſub Toloſa ſunt, ut alibi dicetur.

Narbonenſis ſecundæ:

Aquæ, *Aix*, metropolis.
Regium, *Riez*.
Forojulium, *Freius*.
Telo, *Toulon*.
Apta, *Apte*.
Segeſtero, *Siſteron*.
Antipolis, *Antibe*, nunc Graſſa (*Grace*.)

Narbonenſis tertiæ, ſeu Viennenſis:

Vienna metropolis, *Vienne*.
Gratianopolis, *Grenoble*.
Vivarium, *Viviers*.
Valentia, *Valence*.
Arelate, *Arles*, nunc metropolis.
Avenio, *Avignon*, nunc metropolis
Maſſilia, *Marſeille*.
Cabellio, *Cavaillon*,
Arauſio, *Orange*.
Vaſio, *Vaiſon*.
Tricaſtra, (*S. Paul*) *Troiſchaſteaux*, olim Auguſta Tricaſtinorum.
Dea, *Die*.
Vapingum, *Gap*.
Geneva, *Geneura & Geneve*.

Alpium maritimarum.

Ebredunum, *Ambrun*, metropolis.
Dinia, *Digne*.
Sanicium, *Senez*.
Glanatenna, *Glandeſve*.
Vencia, *Vence*.
Cemela olim, nunc exciſa. (Eius loco Nicæa, *Nice*.)
Sollinia olim, & Rigomagum.

Alpium Graiarum, & Peninarum:

Tarantaſia Centronum, *Tarentaiſe*.
Sedunum in Valeſia, *Sion & Sitten*.
Mauriana *S. Iean de Maurienne*.

Lugdunenſis Primæ:

Lugdunum metropolis, *Lion*.
Auguſtodunum, ſeu Hedua, *Autun*.
Matiſcona, *Maſcon*.
Cabilonum, *Challon*.
Lingones *Langres*.

Lugdunenſis ſecundæ:

Turones, *Tours*, metropolis.
Cenomani, *le Mans*.
Rhedones, *Rennes*.
Nannetæ, *Nantes*.
Veneti, *Vannes*.
Oſiſmii, poſtea Trecorium, *Treguier*.
Curioſolitæ, poſtea Coriſopitum, *Cornovaille*, (ſeu *Quimper*.)
Leona, olim Diablintres, *S. Pol de Leon*.
Andegavi, *Angers*.
Additæ Dolis, *Dol*.
Briocum, *S. Brieu*.
Aletha, poſteà Maclovium, *S. Malle*.

Lugdunenſis tertiæ:

Rotomagus metropolis, *Rouen*.
Lexovii, *Liſieux*.
Ebroicæ, *Eureux*, olim Eburovices.
Abrincæ *Avranches*, olim Abrincatui.
Baiocæ, *Baieux*, olim Bellocaſſes.
Sagii, poſteà Sagium, *Seez*.
Conſtantia Caſtra, *Couſtances*.

Lugdunenſis quartæ:

Senones *Sens*, metropolis.
Antiſiodorum, *Auxerre*.
Trecaſſes ſeu Trecæ, *Troyes*.
Pariſii, *Paris*, (nunc metropolis ab anno 1622.)
Hureliani, *Orleans*.
Garnutes, *Chartres*.
Maldæ, *Meaux*.
(*Additæ* Niuernum, *Nevers*.)

Sequanorum:

Veſontio metropolis, *Beſanzon*.
Equeſtrium Neuidunum, poſtea Lauſonium, *Loſanne*.
Aventicum, *Avenches*. (*Nunc epiſcopali ſede caret*.)
Auguſta Rauricorum, pro qua Baſilea nunc, (*Basle*.)
Vindoniſſa, *Vvindiſch*, pro qua nunc Conſtantia.

Belgicæ primę:

Remi

Remi metropolis, *Reims*.
Catalauni, *Chaalons*.
Atrebates, *Arras*.
Tarvanna, *Terovanne*, excifa. (*Pro qua nunc Bonoyia, Audomaropolis, & Ipra.*)
Bellovaci, *Beauvais*.
Sveſſiones, *Soiſſons*.
Veromaudui, *Vermand*, exciſa.
Cameracum, *Cambray*, nunc metropolis (ab anno 1558.
Silvanectum, *Senlis*.
Ambiani, *Amiens*.
Additę, Laudunum, *Laon*.
Noviodunum, *Noyon*.
Bononia, *Bologne*.

Belgicæ ſecundæ:

Treviri, ſeu Auguſta Trevirorum, *Trevies & Trier*.
Metæ, *Metz*, olim Mediomatrici.
Tullum, *Toul*, olim Leuci.
Virodunum, *Verdun*.
Addi poſſet Belgica tertia, in qua metropoles tres, Cameracum, Machlinia, & Traiectum: ſed de iis alibi.

Germaniæ ſuperioris:

Magontia, ſeu Mocontiacum, metropolis, *Magonza*, Germanis *Mointz*, (Gallis *Mayence*.)
Argentoratum, *Straſsburg*.
Nemetes, poſteà Spira, *Speir*, (*Spire.*)
Vangiones, poſteà Wormacia, *Vvorms*.
Additæ plures, fuere de quibus alibi.

Germaniæ inferioris:

Colonia Agrippina, metropolis, *Coeln*, (ſeu *Cologne*.)
Tungri, *Tongren*, pro qua nunc Leodium, (*Liege*.)
Additę plures ſunt, ut alibi dicemus.

De his provinciis & civitatibus agitur in Itinerario Antonini Auguſti, & initio commentariorum Cæſaris de bello Gallico, elencho ibi earum à quodam ignaro appoſito; nam & loca depravata nominantur magna ex parte, & civitatibus aliquot omiſſis alia loca, quæ ad rem non faciunt, ſubrogantur. Cujus rei te, ne decipiaris, admonendum duximus. De metropolibus & urbibus illarum in calce huius libri per compendium agemus.

¶ Provinciæ fęderatæ Belgii, ſeu Belgium unitum, & Batavum, *les Provinces unies du Pays-Bas*, ſeu *les Eſtats de Holande*, ſunt provinciæ Boreales Belgii, quæ aliàs ſuberant dominio Regis Hiſpaniæ, eique obvenerant ex hæreditate Caroli ultimi Ducis Burgundiæ. Sed dum ſeveriùs animadvertit Philippus II. eas ad defectionem impulit, quæ inſtituto Dordraci Ordinum conventu, Regem Hiſpanię Principem ſuum eiuravere die 26. Julii anno 1581. & ſe in libertatem vindicarunt, unde enata bella, quæ tandem ſopita ſunt pace Monaſterienſi anno 1648. In his ſeptem ſunt provinciæ, nempè Holandia, *la Holande*, Zelandia, *la Zelande*, Gueldria pro majori parte cum Zutphaniæ Comitatu, *la baſſe Gueldre & le Gomtè de Zutphen*, Friſia occidentalis, *l'Ovveſt Friſe* ſeu *la Friſe*, Trans-Iſalania, *l'Ovver-Iſsel*, Ultraiecti dominium, *la Seigneurie d'*Utrecht, & dominium Groningenſe, *le Seigneurie de Groningue* Comitia Statutum Hagæ Comitis celebrantur. Sed Amſterodamum urbs eſt totius regionis ampliſſima.

¶ Provinciarum fęderatarum Belgii dominio ſubſunt etiam aliquot loca Ducatus Limburgici, Rhenoberga in ditione Colonienſi, Veſalia, Orſoia, Reeſia, Genapum, & Emericum, in Ducatu Clivenſi, Embda & Lierotia, in Friſia orientali, Trajectum ad Moſam, in ditione Leodienſi, Sylva Ducis, Breda, Bergæ ad Zomam, Lilloa, Stenoberga, & Villelmoſtadium, in parte Boreali Brabantiæ, uti etiam Clauſulæ, Axela, Hulſtum, Agger Gandavenſis, Iſendicum, & Caſſanda, in parte ſeptentrionali Flandriæ.

¶ Provinciæ unitæ habent etiam in Africa arcem S. Georgii de Mina, Caput Corſum, & aliquot loca in ora Guineæ regionis & Nigritarum. In America habent novum Belgium, uti inſulas Curaſcam, novam Valachriam, Sabam, S. Euſtachii, & aliàs ex Antillis. In Aſia autem eis ſubſunt Batavia urbs recens in Iava inſula, Malacca in India extra Gangem, Moluccæ inſulæ in mari Indico pro maiori parte, Amboina & Banda inſulæ, uti & aliquot aliæ in illis partibus, plurimæ arces in ora occidentali ſinus Gangetici, Columbum, Gala, Iaſanapatanum, in Taprobana inſula, & aliquot portus, uti etiam Cocinum, Cananora, & Cranganora, in ora occidentali Indiæ intra Gangem.

¶ Provinum, *Provins*, oppidum Galliæ, in Bria provincia, cuius caput exiſtit. 4. leucis diſtat à Sequana in Boream, & 10. à Meloduno in ortum, uti 18. à Lutetia in Eurum Trecas versùs. Sedet ad amnem *Vouzie*; & hinc roſæ laudatiſſimæ.

Prumia, *Pruim*, pagus cum cęnobio, ſeu abbatia, in ſylva Arduenna, ad prumiam fluvium, inter Treviros 7. & Limburgum 6. milliaribus Germanicis, Fano ſancti Viti proxima, 3. leucis diſtans. *Egin*

¶ Prumia, *Pruym*, caſtrum eſt cum cœnobio amplo Ordins S. Benedicti, in ditione Electoris Trevirenſis, qui huius abbatiæ perpetuus eſt adminiſtrator. Juriſdictionem habet ſatis latam in aliquot pagos in eius viciniis; & vix 2. leucis diſtat à confinio Ducatus Luxemburgenſis in ortum. Ibi Lotharius Imperator, relicto Imperio, ſolitariam vitam egit.

Pruſa, pruſias Solino, *Burſa*, teſte Bellonio, *Buruſs* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Bithyniæ hoc tempore primaria, apud montis Olympi radices, à Nicæa 25. mill. paſſ. in occaſum diſtans, Cotyæum versùs 60. ex qua pars Bithynię *Burſia* nominatur, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Nicomedienſi, ſed poſteà & ipſa metropolis facta, à pruſia Rege anno mundi 3279. condita, ampliſſima ante Turcarum in Europam adventum regia, ab Othomano eorum Rege capta anno ſalutis 1300. urbis conditæ 2051. Olympiadis 519. anno 3. Hic Aſclepiades medicus claruit, qui ſenex lapſus ſcalis interiit, cùm multos ſanitati reſtituiſſet: Plinius libro 7. Hic etiam Dion pruſæus, qui ſcripſit libros decem de virtutibus Alexandri magni. *Stra Plin Prol & a*

Pruſa altera, pruſias ptolemæo & Memnoni, Cios Stephano, *Cheris*, & *Cheraſia*, teſte Theveto, urbs Bithyniæ maritima, epiſcopalis, & ipſa à pruſiade Rege condita, in ora, inter oſtia Aſcanij fluvii, & Daſcyleum urbem, à qua parum abeſt. Pruſæ magna ceraſorum copia provenit, ut propterea *Cheraſia* vulgò, & *Cheris*; teſte Theveto, dicta fuerit. *Strab. Polib. Prol.*

Pruſa tertia, urbs Bithyniæ mediterranea, ad Hippium montem & fluvium, pruſias Straboni, epiſcop. ſub Archiep. Claudiopolitano, quam Hylas fluvius & lacus alluunt, *Barech* hodie ex tabulis recentibus, à priore pruſa ſupra 50. mill. paſſ. in Boream diſtans. Hinc Pruſiacus nomen gentis, & pruſius. Silius lib. 13.

Donec pruſiacas delatus ſegniter oras.

¶ Pruſa ad Hippium, urbs Bithyniæ, 10. tantùm mill. diſtat ab oſtio Hippii fluvii, & ab ora ponti Euxini, & Mariandini ſinus, 70. à priori pruſa in Boream, uti 60. à Nicæa. *Prol. Plin.*

Pruſſia, regio Sarmatiæ, in regno polonico, quaſi Boruſſia. Vide Boruſci.

¶ Pruſſia, *la pruſse*, aliter Boruſſia provincia eſt ampla regni poloniæ, Ducali titulo ornata, atque fertiliſſima. Terminatur à ſeptentrione mari Baltico, ab occaſu pomerania, à meridie polonia inferiori & Mazovia, & ab ortu Lithuania & Samogitia provinciis. Aliàs eius partes ſeu Ducatus fuere duodecim à totidem Ducis Veneduti filiis, prima nempè & maximè Borealis Sclavonia, à Sclavone, ubi civitas Ragneta, ad fluvium *Memel*; ſecunda Nadrovia, ubi nullæ urbes, poſteà tamen conditum Georgenburgum; tertia Natangia; in qua Brandeburgum; quarta Sambia, ab ortu Natangiam attingens, aliter dicta Samlandia, Vveitlandia & Auſtrania, in qua Regiomons urbs; quinta Bartonia, Bartenlandia, cum urbe cognomine, fortè, *Bartenſtein*; ſexta Sudavia Sudauva, Lithuaniæ adiacens; ſeptima Galindia, versùs meridiem, ubi Ortelesburgum; octava Varmia, Ermelandia aliàs, versùs Boream, cuius pars ad epiſcopatum Varmienſem, pars ad Ducatum pruſſiæ pertinet; nona HocKerlandia vel pogeſania, quæ Elbingam urbem habet, & præcedenti adhæret; decima pomeſania, cuius oppidum Mariæburgum; undecima Culmia, ſeu Culmenſis Ducatus, ubi Culmia urbs: & duodecima Michovia, ſeu Michelovia, ubi Strasburgum. Pruſſia Ducalis principes habet ab anno 1525. quo, abrogato Ordine Teutonico, Albertus Marchio Brandeburg. XXXIV. & ultimus Ordinis Magiſter, poloniæ Regi ſe ſubiecit, & factus primus Dux pruſſiæ eiuſdem clientelari, iure, cum poſteris ſuis retinuit poſſidendam partem illam, quæ hodie Ducalis appellatur. Nunc autem pruſſia in duas partes dividitur, ſcilicet in pruſſiam Regiam, *pruſse Royale*, quæ eſt ad occaſum, ſubeſtque Regi poloniæ; & in pruſſiam Ducalem, *la pruſse Ducale*, quæ magis, quàm

altera

altera in ortum tendit, parerque Electori Brandeburgico. Totius Pruſſiæ caput eſt Gedanum, *Dantzik*, quæ etiam pruſſiæ Regiæ primaria, uti Regiomons Ducalis. De urbibus autem pruſſiæ vide in voce Boruſſia.

Prymneſia, prymneſſus pauſaniæ, urbs phrygiæ magnæ, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Synnadenſi, apud Docimæum, nunc iacens. Stephanus illam Cariæ tribuit, à Mimætho conditam.

Prytaneum locus erat Athenis, in quo iudices & magiſtratus conveniebant, & in quo de Republica bene meriti publicis expenſis alebantur. De eo Cicero libro 1. de oratore. Hic Archeſilaus nimio potu ſuffocatus eſt.

Pſacum, *Capo Spada*, teſte Nigro & Moletio, promontorium Cretæ in ora Boreali, ubi occidentalis incipit, inter Ciſamum & Dictamnum.

Pſamate, fons Bœotiæ, apud Thebas, ubi pſammate erat, teſte Plinio, & Solino, gemino *m*. Eius meminit Valerius Flaccus libro 1. Argonaut.

Qui tenet undiſonam Pſamaton, ſemperque patentem.

Alii legunt pſamathon, quod eſt oppidum ſequens.

Pſamathos, oppidum & portus Laconicæ, in peloponneſo, apud Tænarum urbem & promontorium, quod hodie haud memoratur, quaſi exciderit.

¶ Pſapis, Sarmatiæ Aſiaticæ fluvius, teſte Ptolemæo. Pſatis legunt Interpretes.

¶ Pſeudocelis, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptol.

Pſeudopenias, promontotium Cyrenaicæ, ſuper quo Berenice urbs, *Capo Bernich* ex tabula recenti.

Pſeudoſtomum, unum ex oſtiis Iſtri, Boreale, ubi *Bialogrod*, urbs Myſiæ inferioris hac tempeſtate clara, ſedeſque præfecti.

* Pſillis, pſilis Stephano, *Feneſia* Moletio & pineto, fluvius Bithyniæ, in Euxinum mare contra Thyniam promontorium Thraciæ influens, inter Artacen oppidum & Calpam luvium. (* in Seldeni manuſcripto *Pſillios*.)

¶ Pſillis, fluvius Aſiæ minoris. In Pontum Euxinum ſe exonerat propè Thynniam promontorium Bithyniæ, & Ardocem oppidum, inter Calpin fluvium ad ortum, & os Boſphori Thracii ad occaſ. 35. mill. paſſ. circiter.

Pſiltucis, Cilluta Arriano, inſula maris Indici, ab oſtio Indi fluvii 400. ſtadiis, teſte Quinto Curtio. Qui nunc vocetur, ignoratur, cum aliæ plures inſulæ ibidem ſint.

Pſilum, oſtium parvum Danubii, Stenoſtoma Solino, Spireoſtoma Plinio, Thiagola Ptolemæo.

Pſophis, *Sofi* ex tabula recenti, urbs peloponneſi, in Arcadia, priùs Phegia dicta, teſte pauſania ſic à conditore, Tegeæ, Erymantho, Clitorio, ac Nonacri monti finitima, olim epiſcopalis, Mantineæ propior. Ovid. libro 5. Metamorphoſeon:

Vſque ſub Orchomenon, Pſophidaque, Cyllenenque.

Fuere aliæ urbes huius nominis apud Stephanum in Acarnania, in Libya, & in Achaia. (*In Seldeni manuſcr. *Poſthus ite Prſis*.)

¶ Pſophis, hodie *Dimizana* Nigro, urbs in Azania regione Arcadiæ, ad Erymanthum fluvium, priùs phegia, & anteà etiam Erymanthus. Erat in limite Elidis.

Pſychium, *Sichino* Mercatori, *Prioriza* Nigro, oppidum Cretæ, in ora Auſtrali, inter Maſſaliæ & Electæ fluminum oſtia, phœnici oppido proximum, inter pœcilaſium ad occaſum & Mataliam ad ortum 60. mill. paſſ.

¶ Pſychium eſt *Sichimo* recentioribus, pagus in ora Auſtrali Cretæ, 10. mill. a phenico oppido in ortum.

Pſychrus, fluvius Thraciæ, in agro Chalcidico, in Macedoniæ confinio, frigidiſſimus, ex quo oves bibentes agnos nigros pariunt, teſte Ariſtotele.

pſylli, populi Libyæ ſupra Garamantes Plinio, in pentapoli Ptolemæo, Syrtes attingentes, contra virus ſerpentum muniti, ſic à pſyllo Rege dicti, Naſamonibus finitimi, à quibus victi fuere. De quibus Cinna apud Aulum Gellium libro 91. capite 12.

Somniculoſam ut Panus aſpidem Pſyllus.

Horum hiſtoriam vide apud Herodotum libro 4. & Plinium libro 7. capite 2. Meminerunt illorum Silius, & Lucanus lib. 9. De Pſyllis poema Xenophanes Colophonius ſcripſit. Rem dignam riſu Aulus Gellius libro 16. capite 11. narrat; pſyllos, quòd aqua eos defeciſſet, arma adversùs Auſtrum ſumpſiſſe, & omnes interiiſſe.

Pſyllicus, ſinus Libyæ magnus, triduo navigabilis, teſte Herodoto. Hic in ora occidua maris Atlantici apud Heſperios eſſe putatur. *Herod.*

pſyllium, Pſyla Arriano, & Stephano, *picello* Stuchio & Moletio, urbs Bithyniæ, in ora maris Euxini, inter Heracleam ponti ad occaſum, & Tium ad ortum 18. mill. paſſ. apud oſtia pſylli fluvii, à quo nomen habet. *Ptol.* *Strab.*

Pſyra, Pſyria Ciceroni, *pſara*, inſula maris Ægæi apud Chium, inde 60. ſtadiis in occaſum diſtans, cum oppido cognomine, cui pſyra altera parva inſula adiacet(& ipſa *pſara* vulgò,in Boream recedens phanæam promontorium Chii versùs. Pſyra vinum non gignit: unde proverbio apud Suidam ex Cratino dicitur *pſyra Bacchum*, ſub audiendum non producit, de vino quod nemo in convivio guſtat, ſive de ſordido apparatu. De pſyra lib. 2. Itinerarii ſic: *Plin.* *Steph.*

Pſyraque, qua medio, rupes velut horrida, ponto
Naucleris dudum latuit.

¶ pſyra, inſula maris AEgæi, duplex eſt: maior pſyra, *Piſſera* dicta, circuitus 20. mill. paſſ. cum portu, & caſtro munito: minor pſyra, *Antipiſſera* dicta, 4. milliaribus tantùm diſtat a maiori in occaſum; eſtque circuitus 10. mill. paſſ.

Pſyttalia, inſula parva ſinus Saronici inter Salaminen & piræum. *Strab.*

pteleon, *Fitleo*, oppidum Theſſaliæ, ſed, teſte plinio in ora Bœotiæ, in confinio phithiotidis, apud Sperchium fluvium. Alterum hujus nominis oppidum in Ionia erat, apud Mimantem montem & Erythras urbem. *Liv.*

ptelia apud Herodotum erat urbs munitiſſima Cappadociæ, a Cyro expugnata & deleta.

pterophoros regio eſt Scythiæ circa Hyperboreos montes damnata caligine. Hinc mos pennas in pileis geſtandi proceſſiſſe videtur apud omnes penè Europæos. *Plin.* *Sol.*

pteroton Statopedon, ideſt, Alata caſtra, urbs Albionis, Scotiæ regia, *Edenburgh*, vel *Edenborrovv*. Vide Alata caſtra. *Ptol.*

pterum, promonrorium Myſiæ inferioris, poſt Sacrum oſtium Iſtri.

ptiſciana, *Dar el Hamara*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum.

ptoembari, ptoemphanæ plinio, populi Africæ, qui canem pro Rege habebant. *Ale.* *Alex.*

¶ ptolederma, Arcadiæ oppidum, in peloponneſo, teſte pauſania.

¶ ptolemais dicitur quædam AEgypti foſsa manufacta, ducta ab oſtio peluſiaco ad urbem Arſinoem in ſinum Arabicum, ſic dicta à ptolemæo Rege, qui eam abſolvit. Primùm enim à Nechao pſammetichi filio inchoata, deinde a Dario perſarum Rege continuata, ſed imperfecta relicta fuerat, plinio & Diodoro teſtibus. Ptolemæorum fluvium vocat AElianus. Nunc arenis obducta eſt.

ptolemais, quatergemina: Prima, AEthiopiæ ſub AEgypto, ad ſinum Arabicum quæ Theron, ideſt, ferarum cognominatur à ptolemæo, & Epitheres à plinio, à pleriſque *Suachen* nunc dicta, (quæ tamen Suache plinio videtur in regione Troglodytica) à Berenice urbe eiuſdem oræ 602. m. p. in ortum, ab Adulito emporio 5. dierum navigatione diſtans: inter Heroum urbem, in intimo receſsu ſinus Arabici 8. mill. ſtadiis, & fauces ejuſdem ſinus 4500. ubi & ptolemæus fluvius eidem plinio. Secunda Cyrenaicæ, in ora littorali, anteà Barce, nomen habens à ptolemæo Rege conditore, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Cyrenenſi, *Tolometta* hodie, inter Arſinoen ad occaſum 22. & Cyrenen in ortum 85. mill. paſs. Apollonia inter ipſas. Tertia phœnicis, maritima, apud palæſtinæ fines, olim Ace plinio, Acon Hebræis, colonia quondam Claudii Cæſaris, teſte Plinio, Ace etiam Stephano, qui ſic dictam priùs putat, quòd ibi Hercules à vulnere curatus ſit, nunc *Aca*, *Acre* vel *Acri*, & *Acon* exciſa, (cum Regum Hieroſolymitanorum poſt Hieroſolymam amiſsam ſedes fuiſset) inter Tyrum ad Boream & Sycaminum ad auſtrum, 24. mill. paſs. media ferè inter Tripolim ad arctos, & Joppen in meridiem, 60. mill. paſs. utrinque, epiſcopalis cùm ſtaret ſub Archiepiſcopo Tyrio. Quarta AEgypti in Thebaide, ad Nilum inter urbem Crocodilorum & Abydum, à quo 22. mill. paſs. aberat in Boream. De Ptolemaide Auſonius in Moſellana: *Strab.* *Pto'.* *Plin.* *& al.*

Conditor hic forſan fuerit Ptolemaidos urbis.

¶ ptolemais Ferarum, urbs Troglodyticæ, hodie eſt

Suaquen, emporium celebre Abyſſiniæ cum portu capaci in ora maris Rubri. Ferè 120. mill. paſſ. diſtat à confinio Ægypti in meridiem, 300. à Marraba in occaſum, & 350. à Berenice in Eurum.

¶ Ptolemais hodie *Acre* & *S. Ioan d'Acre* dicitur ab Europæis, ex eo quòd Equites S. Ioannis Hieroſolymitani ibi ſedem habuerint per multos annos, eamque fortiter propugnarint contra Sarracenos. Dicta fuit etiam antea *Tolemaida*; eſtque etiamnum emporium à Gallis frequentatum. Sed paucis conſtat incolis, ſub dominio Turcarum.

Strab. Pauſ. Ptous, mons Beotiæ, in quo Acræphium oppidum erat, ubi Apollo natus traditur, teſte Plutarcho. Hic mons trivertex eſſe fertur ex Homero in catalogo navium, & teſte Strabone lib. 9. incumbit lacui Copaidi. In hoc monte erat oraculum Apollinis, ad quod Thebani conveniebant, teſte Strabone.

¶ Ptua, Armeniæ minoris urbs, teſte Ptolemæo.

Plin. Ptucci (Tucci Antonino, ut putat Ortelius, cùm diverſa ſint oppida) oppidum Hiſpaniæ Bæticæ mediterraneum, in Turdetanis, apud Anam fluvium, Tucci verò apud Antoninum ſitum eſt inter Italicam 18. & Ilipam 21. mill. paſſ. ex ejus Itinerario.

Thuc. Ptol. Ptychia, *Palopoli*, teſte Nigro, oppidum ſeu pagus nunc Corcyræ inſulæ.

Plin. ¶ Puani, Arabiæ felicis urbs, teſte ptolemæo.

Pucinum, *Proſecho*, oppidum Carnorum, in colle, apud oram maris Hadriatici, inter Aquileiam 20. & Tergeſtum 5. mill. paſſ. vino quondam & nunc generoſo clarum. Hinc Pucini colles libro 2. Itinerarii:

Tergeſtumque ſinum, & fœcundos præterit uvis
Pucinos colles.

¶ Puclata ſeu pudata, Macedoniæ urbs apud Antoninum, inter Lariſſam & Theſſalonicam. Fortè eſt Pudna aliorum. Surita ſubdubitare ſe ſcribit an ſit pautalia ptolemæi.

Pudni ſeu pudin, oppidum Arabiæ felicis apud ptolemæum. Nunc, teſte Sanſone, eſt *Ziden*, portus & emporium in ora ſinus Arabici, vix 60. mill. paſſ. diſtans à Mecca urbe in Africum.

Puellarum caſtra ſeu caſtrum, poſtea Edimburgum, urbs regia Scotiæ; cujus arx rupi impoſita adeo firma & tuta eſt, ut ab hoſtibus non ſemel invaſa, nunquam potuerit expugnari; ad præterlabentem Fortheam amnem.

¶ Puellarum caſtrum arx eſt permunita Edimburgi urbis regiæ Scotiæ, in rupe prærupta ad occaſum. Sic dicta fuit ab aſſervatis ibi pictorum quondam Regum puellis; & pluries capta fuit hiſce ultimis motibus Scotiæ.

Puganum, *Pugan*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Queichea provincia, in confinio provinciarum Iunnani & Quanſiæ, ad radices montium, teſte Martinio.

¶ Pulatæ, *pulati*, populi Albaniæ, intra montes, ubi Epiſcopus pulatenſis dictus, ritus Latini. Subſunt dominio Turcarum. Vide polatæ.

¶ Pulcheriopolis, civitas Epiri novi in Notitia Hieroclis. Nomen accepit à pulcheria Augusta, cuius tempore hæc Notitia ſcripta videtur, teſte Conſtantino porphyrogenneta.

Pulchra ſylva, poſtea Mortaria, oppidum agri Ticinenſis, inter Ticinum 20. & Vercellas 15. mill. paſſ. occurrens, ſic appellatum, quòd ibi Deſiderius Longobardorum Rex à Carolo magno ſuperatus ſit, eum ingenti ſuorum ſtrage. Nunc *Mortara* dicitur, habetque Hiſpanorum præſidium.

P. Dia. ¶ Pulchra ſylva, hodie Mortaria, *Mortare*, oppidum eſt permunitum Ducatus Mediolanenſis, in agro Laumellino, ad Alboneam amnem. Capta fuit à Gallis anno 1658. ſub Franciſco Mutinæ Duce, ſed poſtea reddita, pace ad pyrenæos confecta.

Polyb. Pulchrum promontorium, Calon Acroterion Polybio, promontorium Africæ, apud Carthaginem, quod Ortelius promontorium Mercurii, longiùs à Carthagine diſtans, eſſe putat.

¶ Pulipula, Indiæ intra Gangem oppidum, teſte ptolemæo. Sed quid ſit nunc non conſtat.

plin. Pullariæ, *li Brloni*, inſulæ aliquot parvæ Hiſtriæ, in ſinu Flanatico adjacentes. In Theſauro Linguæ Latinæ in Illyrico malè deſcribuntur, cùm pollæ urbi ſint vicinæ.

Scrip. Hiſp. Pulveraria, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in agro Aſturicenſi, ad Urbicum fluvium. A veteribus haud memoratur.

Pumentum, *Gerentia*, urbs magnæ Græciæ mediterranea, in Calabria ulteriori, teſte Barrio, inter Siberenam ad meridiem 12. & Cariatum ad Boream 18. mill. paſſ. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberenſi, in ſaxo præcipiti, à Crotone 18. Bryſtaciæ propior, 8. mill. diſtans.

¶ Pumentum, teſte Barrio, hodie eſt *Cerenza*, urbs Calabriæ citerioris, vix 10. mill. paſſ. à limite Calabriæ ulterioris diſtans, & 12. à Siberena in Circium. Xilander in ſuo Strabone hoc Pumentum tanquam ſpurium rejicit, & pro eo Grumentum reponit: an jure, alii viderint.

Punicum mare, idem Africo, Africam ad Boream alluens. Eſt autem punicus nomen gentis, quod & punicanus apud Ciceronem in oratione pro Murena, idem quod Africanus. Virgilius libro 1. Æneidos:

Punica regna vides, Tyrios: & Agenoris urbem.

Primum punicum bellum cœpit anno urbis conditæ 488. Olympiadis 128. anno 4. ſecundum anno urbis conditæ 534. tertium anno urbis conditæ 603. Olympiadis 157. anno 3.

Pupinienſis ager in Latio circa Tuſculum, teſte Feſto: cujus ſolum ſteriliſſimum, teſte Valerio Maximo; adeo ut Varro de re ruſtica ſcripſerit, neque vites neque fœnum in Pupinia creſcere.

¶ Purchanus, oppidulum Campaniæ, ad Veſuvium montem, teſte Conſtantino porphyrogenneta: cujus memoria extat prope *Reſino* vicum, ubi Eccleſia ſanctæ Mariæ de purchano, teſte Luca Holſtenio.

Purgatorium S. Patricii *S. PatriKes purgatory*, locus Hiberniæ, in Ultonia, de quo mira narrantur. Vide patricii purgatorium.

Purpurariæ, inſulæ maris Atlantici circa Fortunatas. Quo nomine hodie vocentur, enunciare non facile eſt, cum ibi tam multæ ſint inſulæ.

Purpureum mare, *mar Vermeio*, Hiſpanis, *mer Vermeille* Gallis, par eſt maris pacifici, in America Boreali, & à ſeptentrione in meridiem extenditur, inter novum regnum Mexicanum ad ortum, & Californiam ad occaſum. Sed ejus latitudo multò ſtrictior eſt, & inter oram novæ Hiſpaniæ & promontorium S. Lucæ. In California inſula reſtringitur ad 200. mill. paſſ.

Puſcum, *Pautzkc*, oppidum poloniæ, in pruſſia Regia, in Caſſubiæ finibus, cum arce munita ad ſinum maris Baltici, ab hoc oppidulo *pautzkervvicK* appellatum. Captum fuerat à Suecis anno 1626. ſed poſtea receptum à polonis anno ſequenti: & anno 1655. fruſtra obſeſſum fuit à Suecis.

Puteolana moles, *il Molo*, apud puteolos, in Campania, à Caligula Cæſare inchoata: cujus magna adhuc pars ad lacum Lucrinum conſpicitur iuxta puteolos.

Puteolanus ſinus, Crater Straboni, *Golfo di Napoli*, inter Miſenum ad occaſum & Athenæum ſeu Minervæ promontorium contentus, in quo inſulæ pithecuſæ, Aenaria, prochyta, & Capreæ.

Puteolanus ſinus, hodie *Golfo di pozzuolo*, ſinus eſt parvus maris Tyrrheni, in ora Campaniæ, propè puteolos & Baias, ac inter promontorium Miſeni & promontorium pauſylipi inſulamque Niſitam extenſus: Eſt autem propriè pars ſinus Crateris ſeu Neapolitani; quanquam etiam latè ſumatur pro ipſo ſinu Neapolitano à quibuſdam.

Puteoli, quæ, & Dicæarchia Straboni, plinio, & pauſaniæ, Dicarchia Silio, Dicarchis petronio, Dicæa Stephano, *pozzuoli* vel *pozzuolo*, colonia & urbs Campaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neapolitano, inde 6. mill. paſſ. in occaſum recedens, apud lacum Lucrinum, Baiis & Miſeno proxima ad 3. mill. paſſ. ſic à puteorum multitudine vel a putore ob ſulphureas exhalationes vicinas in campis phlegræis, à Samiis, teſte Stephano, condita. Appellata fuit hæc urbs, teſte Feſto, Delos minor, ob templum Apollinis in ea ad ſimilitudinem Delij ædificatum, Hic geminus error Stephani, nam potioli ſcribit, & urbem Etruriæ facit.

¶ Puteoli, *pozzuolo* incolis, *pouzol* Gallis, urbs fuit aliàs perampla & probè culta Campaniæ, nunc autem parva admodum, in colle & in ora littorali provinciæ Terræ Laboris; cum portu capaci & tuto in ſinu cognomine, ubi aliæ villæ & deliciæ Imperatorum Romanorum. Dicta fuit Flavia a Veſpaſiano, & amphitheatrum habuit peramplum, nunc ſemidirutum, uti & templum Iovis a Calpurnio ædificatum in honorem Octa-

Octav. Auguſti, ut alii tradunt; nunc Eccleſia S. Proculo Martyri dicata. Arcem etiam habet utcumque munitam, ſub Hiſpanis; et in eius finibus 35. Baluea continentur, ex quibus calentes aquę variis morborum generibus utiles emanant.

¶ putinga, *puting*, urbs eſt regni Sinarum, in Queichea prov. parva, ſed munita, versùs montes, in limite Suchuenſis provincię, teſte Martinio.

¶ putomajus, *putomaye*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur in popajana regione; & poſt longum decurſum in fluvium Amazonum ſe exonerat, teſte Petro Texeira.

Pycnus, *pinco*, fluvius Cretæ, in ora Boreali apud Cydonem urbem, inter illàm ad occaſum & Minoam ad ortum ad 4. mill. paſſ. fluens. *Ptol.*

Pydara, *Aqua dolce*, teſte Gyllio, fluvius Thraciæ, inter Byzantium & Selymbriam fluens. Vide Athyras. *Plin.*

Pydna, *Chitro* Sopiano, urbs Macedoniæ, in ora littorea Pieriæ regionis, inter oſtia Haliacmonis & Lydii fluminum, urbs epiſcop. ſub Archiep. Theſſalonicenſi, inde ſupra 30. mill. in meridiem. Non *platan*, ut Nardus putat, neque *pidavemo*, ut alii. *Steph. Ptol. & al.*

¶ pydna, *Chitro* hodie, urbs eſt ampla Macedoniæ etiamnum, propè oſtia Aliacmonis & ſinum Thermaicum, 50. mill. paſſ. à Theſſalonica in meridiem diſtans.

Pygella, Pygela Stephano, phygela plinio & Melæ, oppidum Ioniæ maritimum, apud Epheſum, ex quo in Gręciam ſolvi ſolitum erat. Vide phygela. Ibi Dianæ templum, opus Agamemnonis, ex Strabone. *Xenop. Liv. & al.*

pygmæi, populi Æthiopiæ, circa paludes Nili incolentes, trium ſpithamarum ſtaturam non excedentes, teſte plinio, non ultra duos pedes cum dimidio longi, teſte Aulo Gellio. Quos etiam plinius in India, Caria, & Thracia reperiri ſcribit. His bellum cum gruibus eſſe fertur. A pygmæorum parvitate ortum eſt adagium hoc, *Pygmæorum acrothinia Coloſſo aptare*, apud philoſtratum in Niceta, & Euſtatium in Odyſſea in eos qui operam inanem et ſtultam ſumunt, vel qui minima maximis adaptare conatur. De horum pugna Iuvenalis ſatyra decima tertia: *Ariſt. Hom. & al.*

Ad ſubitas Thracum volucres nubemque ſonoram
Pygmæus parvis currit bellator in armis.

¶ pylacæum, phrygię urbs apud ptolemæum.

¶ pylæ, oppidum Aſiæ, in Cappadociæ, & Ciliciæ confinio, inter Halym fluvium & Taurum montem, Tauri pilæ Ciceroni, Ciliciæ pylæ Diodoro, quia per eas ex Cilicia in Cappadociam tranſitur. *Am.*

Pylæ, quæ & pſeudopylæ, inſulæ ſinus Arabici, ante portum Iſidis, in regione Troglodytarum. *Plin.*

* pylæ, montes Æthiopiæ ſub æquatore, *Mont Amara* nunc, ubi liberi & conſaguinei Regis Æthiopum educantur, & detinentur in cuſtodia, ne regnum turbare poſſiunt. (* *Pylaia* in Seldeni manuſcripto.) *Ptol.*

pylæ Ciliciane, inter Ciliciam et Syriam, quæ Syriacæ plylæ etiam dicuntur, inter quas Cherſus fluvius labitur. Vide portæ Amani & Amanicæ.

Pylæ Geticæ, *Vaſcapu* Hungaris, *Eysnthor* Germanis teſte Ioanne Sambuco, in Dacia, per quas ex Dacia Ripenſi in Traſylvaniam traiicitur. *Xenop.*

pylæ perſidis, Suſidæ Quinto Curtio; per quas in perſidem aditus eſt ex Suſiana regione. *et. In.*

pylæa oppidum fuit Trachiniæ regionis, ad Oetam montem, apud Thermopylas: unde ſinus pylaicus apud Strabonem, qui et Oetæus appellatur. Erat & pylaicus conventus pylis, hoc eſt, Thermopylis. 12. civitatum, teſte Strabone libro 9. *Herod.*

pylæus, mons Lesbi inſulæ excelſus, haud longè à Mitylene urbe diſtans. *Strab.*

pylartes, mons Macedoniæ, iuxta Dyrrachium urbem *Montagna di Durazo* à noſtris nominatur. *ibſe.*

pylene oppidum fuit Aetoliæ, quod & proſchium Straboni, ſcopulis abundans. De quo Statius libro 8. Thebaidos: *Strab.*

Nunc tumida Calydonis opes, nunc torva pylènes
Agmina.

Idem ſcopuloſam appellat, cùm ait libro 4. Thebaidos:

-ſenſit ſcopuloſa pylene.

¶ pylorus, Cretæ inſulę mediterranea urbs, teſte plinio.

¶ pylum urbs Macedoniæ circa Illyridis fines videtur apud Strabonem.

pylus, urbs peloponneſi multiplex: 1. oppidum Meſſeniæ maritimum, Abarinus Ptolemæo, Nelea Homero, teſte Pauſania, & Coryphaſium, teſte Stephano, (ſed apud Strabonem, Pauſaniam, & Ptolemæum hoc diverſum ab illo eſt) *Navarino* Sophiano, *Zonichia* nautis, teſte Leunclavio inter Cypariſſium promontorium ad Boream & Methonen urbem ad meridiem, inde 20. hinc 15. mill. paſſ. 2. in Elide, haud procul à littore, quod *Zonchio* dici ferunt, ad Scollim montem, ab Elide 12. mill. paſſ. teſte Plinio. 3. in Arcadia, qui & Lepræaticus, & Triphyliacus, (Homero Emathoeis) & Arcadicus cognominatur, teſte Strabone, qui 4. Pylum memorat in Meſſenia, ad oſtia Pamiſi, a Sparta 400. ſtadiis. Ejus meminit Ovidius inter alios in epiſtola prima: *Thuc. Pauſ. & al.*

Nos Pylon, antiqui Neleja Neſtoris arva,
Miſimus: incerta eſt fama remiſſa Pylo.

Hinc Pylii populi, & Pylius nomen gentis. Ovidius lib. 1. de Ponto, elegia quinta:

Crede mihi, pylio Neſtore maior eris.

¶ Pylus Eliaca dicta, quia in Elide, hodie *Pilos* dicitur, teſtę Brietio; eſtque ad Peneum fluvium, vix 5. mill. paſſ. ab ejus oſtio & ab ora maris Jonii diſtans, & 12. ab Elide in occaſum.

¶ Pylus Meſſenica hodie *Navarino* dicitur; eſtque urbs culta & permunita, ac emporium celebre cum portu capaci, in Peloponneſo, & in tractu *Belvedere* dicto, ſub dominio Turcarum.

Pylium mare, quod Meſſeniam juxta Pylum alluit.

Pylus Meſſeniorum (a Pylo Triphyliæ & Lepræo 400. ſtadiis diſtans) Neſtoris patria, teſte Euſtathio, cæteris Pylis præſtat, & eſt antiquior: tametſi Pylus Triphyliæ ab aliis Neſtoris putatur. Hinc ortum adagium apud Ariſtophanem, quod etiam Plutarchus refert, *Eſt Pylus ante Pylum*, in eos qui ſupra alios gloriantur, quaſi doctiores, aut fortiores, aut alia in re præſtantiores: Verſum integrum refert Plutarchus:

Eſt Pylus ante Pylum; ſiquidem eſt Pylus altera ſane.

Pylii populi, qui Metapontum in Italia condiderunt. *Plin.*

Pyra pars eſt Oetæ montis, ad ſinum Maliacum, ubi elleborum naſci tradunt Plinius & Theophraſtus, & ubi corpus Herculis concrematum fuiſſe Titus Livius lib. 36. ſcribit. Non longè Pyrrha inſula in dictu ſinu à Strabone memoratur, unà cum Deucalione inſula, quo nomine etiam pyrrha promontorium, idem (ut videtur) cum pyra apud plinium et Livium.

¶ Pyrę oppidum fuit Latii, in Italia, circa Minturnas, teſte plinio, nunc in ruinis jacens. *Plin.*

pyræi populi Dalmatiæ, per quos Naro fluvius labitur. *Mel.*

pyræus portus. Vide piræus; variè enim apud auctores ſcribitur.

pyramides Ægypti, apud Memphim urbem, inter illam & Deltam, inter ſeptem orbis terræ miracula, *pharaoni* teſte Bellonio, *Granari di Gioſefo* Europæis, teſte Ortelio, tres numero latæ longęquæ, in altum ad 4. terræ iugera, teſte Mela, à Nilo fluvio 4. mill. paſſ. diſtantes à Delta 6. à nova Babylonia ſeu Cayro 4. leucis Gallicis, teſte Bellonio, antiquorum regum ſepulchra. Hinc Pyramidalis, & pyramidatus adiectivum, ut corpora pyramidata, ideſt, forma pyramidali facta, apud Ciceronem lib. de nat. Deorum. Pyramidum una à 360000. hominum 20. annorum ſpatio conſtructa traditur, tanta impenſa, ut in aliis, cæpis, & raphanis 1800. talenta inſumpta fuerint. De his Martialis epigrammate 1. de ſpeculis: *Herod. Plin.*

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis.

¶ pyramides Ægypti ſunt viginti numero, ex quibus tres pręcipuæ recenſentur, vix 2. leucis a Cayro diſtantes in occaſum; ſuntque quadrifrontes. Earum maior in rupe ſita habet baſim 693. pedum Anglicorum ex utraque parte. Ipſius altitudo eſt etiam 693. pedum ſimilium; & ad ejus ſummum aſcenſus eſt per 207. gradus. Excitata autem fuit à Chemi ſeu Cheope Rege. Secunda pyramis vix 200. paſſ. diſtat à priori; eſtque eiuſdem altitudinis, ſed minoris circuitus, cùm ejus baſis ex utraque parte ſit 560. pedum Anglicorum, ſeu 625. pedum Romanorum. Tertia autem vix à ſecunda diſtans ictu lapidis, ſedet in tumulo. Eius latitudo in utraque baſi eſt 320. pedum Anglicorum, uti et ipſius altitudo. Aliæ autem 17. multò minores ſunt et à primis diſtant. Eas pluribus nuper deſcripſit Joannes *Greaves* Anglus, Oxonienſis Academiæ profeſſor.

Ptol. Plin. Pauſ. & al. Pyramus, *Malmiſtra*, teſte Nigro, ſic de urbis nomine, quam alluit, vulgò dictus, fluvius Ciliciæ, ex Tauro monte oriens marique apud Mallum urbem exceptus qui *Cornui* etiam, teſte Bellonio, dicitur. Olim, teſte Stephano Leucoſyros dictus eſt. Cuius meminit Ovidius libro quarto Metamorphaſeon:

*Sæpe ubi conſtiterant, hinc Thisbe, * pyramus illinc.*

(* Vbi Pyramus nomen viri, non fluvii.)

¶ Pyranthus urbs Cretæ inſulæ iuxta Gortinam, teſte Stephano. Nunc in ruinis iacet.

Pyreæus portus apud plautum in Bacchid. Vide piræus apud alios.

Strab. Plin. Pyrenæa Venus, portus Veneris Melæ, & aliis Templum Veneris, *Capo de Creuz*, oppidum Galliæ Narbonenſis, in cofinio Hiſpaniȩ. Vide Aphrodiſium.

¶ pyrenæa Venus, ſeu portus Veneris, nunc eſt *port Vendres*, portus Galliæ Narbonenſis, propè Caucoliberim oppidum Comitatus Ruſcinonenſis, in ora maris Mediterranei & in ipſo limite Cataloniæ provinciæ; vixque 8. m. paſſ. diſtans ab Aphrodiſio promontorio in Boream.

Strab. pyrenæus, mons pyrene Straboni, cui & pyrenæi montes, *los Montes pireneos* Hiſpanis, mons Hiſpaniæ maximus, illam à Gallia ſeparans, ab Oceano in mare Mediterraneum extenſus ad 80. milliara Hiſpanica, ex cuius medio ferunt utrumque mare conſpici; ſic ab incendio, quod anno poſt diluvium 647. contigiſſe ferunt, dictus. A pyrene ad ſaltum Caſtulonenſi 607. mill. paſſ. interſunt, teſte Plinio, quanta eſt Hiſpaniæ citerioris latitudo; cuius longitudo inter Tarraconem & Iriam Flaviam multò maior eſt. De eo Claud. de victoriis Stiliconis:

Transfreta, trans Gallos pyrenæumque cucurrit.

De pyrene Silius Italicus lib. 3

Pyrene celſa nimboſi verticis arce.

Hinc pyrenæus nomen gentis. Claudianus libro 3. de laudibus Stiliconis:

Pyrenæa figit latebroſis frondibus ilex.

¶ pyrenæus mons, ſeu, & meliùs, pyrenæi montes, *les montes pyrenèes* Gallis, *monti pirenei* Italis, montes inter Galliam, & Hiſpaniam ab ortu in occaſum extenſi per 85. leucas Hiſpanicas, nempè à Templo, ſeu portu Veneris in ora Maris Mediterranei uſque ad Fanum S. Sebaſtiani in ora Oceani Cantabrici, & varia pro ratione locorum ſortiuntur nomina, inter Cataloniam & Galliam, ſeu Comitatum Ruſcinonenſem *Col de pertuis* dicitur propè Iuncariam, inter Ruſcinonenſem Comitatum, & Ceretaniam dicitur *Mont Canigo*, uti poſteà in Ceretania *Col de la prexa*, inter Occitaniam, & Cataloniam vocatur *Gol de l' Argentière & port de Viella*, inter Aquitaniam & Aragoniam dicitur *Montis de Iacca, & de ſainte Chriſtine*, & in Navarra *Monts d' Aldude*, inter pompelonem et Fanum S. Ioannis pedeportuenſis. Sed ex eius medio non poteſt utrumque mare conſpici, & a pyrene ad ſaltum Caſtulonenſem vix ſunt 350. mill. Ortelius credit etiam Montem S. Adriani partem eſſe pyrenæorum, & montes pyrenæos non tantùm inter Galliam, & Hiſpaniam eſſe, ſed hinc ad Occidentalem uſque Oceanum & Celticum promontorium, teſtibus pomponio 3. Dione 53. & Oroſio cap. 21. Sed ab omnibus montes pyrenæi dicuntur; qui Galliam ab Hiſpania ſeparant. Eorum pars ſunt etiam montes Anti-pyrenæi, dicti *los montes Antipireneos*, inter Occitaniam & Comitatum Ruſcinonenſenſem extenſi per aliquot leucas. Ex pyrenæis autem profluunt Atax, Aurigera, Garumna, Thetis, Gabarus uterque, & Aturus, fluvii Galliæ, uti Arga, Aragonius, Gallȩcus, Cinga, Noguera, & Sicoris fluvii Hiſpaniæ.

Plin. App. Pyrenæus alter, *prenner*, mons Rhætiȩ, in Comitatu Tyrolenſi, ex quo Mela fluvius profluit, qui inde uſque ad Rhenum protenditur. Brennus etitm à philargyro dicitur; tranſiturque inter Brixinam & Oeni. pontem 5. leucas.

¶ pyrenȩus mons, *Der Groſſ Verner* Germanis, *le grand Brenner* Gallis, pars eſt Alpium Tridentinarum, inter Oenipontem ad Boream et Bolzanum ad maridiem, et versùs fontes Atheſis fluvii.

* pyrene, promontorium Hiſpaniȩ ex pyrenȩo monte, ubi is in Oceanum Cantabricum definit, ubi Eaſo ſeu Oeaſo ptolemȩo, oppidum, quod Fons Rapidus dicitur et vulgò *Fuente Rabia*. Eſt et fons plinio apud Corinthum qui pyrene, et pirene ſcribitur. De quo Ovidius libro ſecundo Metamorphoſeon:

Argos Amymonen, Ephyre, pyrenidas undas.

pyrenen Bebrycis filiam in monte ab Hercule compreſſam, et à feris dilaniatam, monti in quo ſepulta eſt nomen dediſſe ferunt. Cœlius Rhodiginus in antiquis lectionibus. (* in Seldeni manuſcr. Pyrini.

¶ pyrene, promontorium Hiſpaniȩ, in ora Oceani Cantabrici. Quibuſdam eſt *Fontarabie* Gallis, *Fuenteravia* Hiſpanis, arx in ipſo limite Franciȩ. Aliis autem, & meliùs eſt ubi hodie *S. Sabaſtien*, oppidum amplum et munitum Hiſpaniȩ, aliàs in ipſo limite Aquitaniȩ, nunc in provincia Ipuſcoa, ad oſtia fluvii Menlaſci, ubi mons pyrenæus in Oceannm deſinit.

Plin. Str. Liv. & pyrgi colonia et oppidum fuit Hetruriȩ, inter urbem Romam 29. et Centumcellas 13. mill. paſſ. ſive inter Graviſcas ad occaſum 180. & Fregennas ad ortum 120. ſtadiis ex Strabone. Locus hodie *S. Maria di purgano*, teſte Leandro, nominatur. De quibus Rutilius libro 1.

Alſia prælegitur tellus, pyrgique recedunt.

Ab oſtiis Tiberinis 260. ſtadiis recedunt in occidentem.

¶ pyrgi, oppidum Hetruriȩ, et Cæretanorum navale, quibuſdam eſt *S. Severa*, caſtrum provinciȩ patrimonii S. Petri in ora maris Tyrrheni. Aliis autem eſt Fanum S. Marinellȩ, *S. Marinella*, caſtrum in eadem provincia, cum portu tantiſper capaci, 6. milliar. à Centumcellis in ortum S. Severam versùs totidem, & 33. à Roma in occaſum diſtans; eſtque familiæ Barberinæ: & in ejus excelſa turri legitur Neopyrgon. Forſan exſtructum fuit ex ruderibus Pyrgi; & Caſtrum novum Purganum dici poteſt, quod veriſimilius eſt; cum ejus Eccleſia in vicino colle ſita dicta ſit S. Maria de territorio Purgano, ubi etiamnum viſuntur rudera antiqui Pyrgi, & juxta S. Severam nequidem umbra portus ineſt.

Ptol. Pyrgus Euphranta, *Eufrata*, teſte Marmolio, oppidum Africæ, in ora, ad Syrtim magnam, inter Macomades ad occaſum, & Philænorum aras ad ortum.

Pyrgus item Græcis, *Bergas*, teſte Leunclavio. Vide Bergulæ. Fuit & pyrgus caſtellum Elæorum, in Peloponneſo, cujus meminit Titus Livius libro 7. decadis 3.

Ant. Pyri mons *Heiligberg*, teſte Junio, pagus Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, apud Heydelbergam urbem. Heroldus *Speyr* urbem indigitat; ſed hæc cis Rhenum ſita eſt, Pyri verò mons ab Ammiano trans Rhenum locatur.

¶ Pyri mons, Germaniæ urbs apud Ammianum, *Knytslingerſtaig* ex eo facit Lazius; at *Heyligberg* è regione Heydelbergæ urbis interpretatur Franciſcus Junius.

¶ Pyrnus Cariæ oppidum, in Aſia minori, teſte Steph.

¶ Pyronæi, Locridis oppidum, in Græcia, teſte Stephano. Ab aliis Pirenæa dicitur.

Thu. Mel. Ptol. & Pyrrha, oppidum geminum: unum Lesbi inſulæ, cum monte, à Mitylene 80. ſtadiis, à Mania 110. in ora occidentali, Ereſſo proximum: alterum Plinio & Melæ, oppidum eſt Eubœæ inſulæ. Pyrrha quoque Ptolemeo urbs epiſcopalis Joniæ, apud oſtia Mæandri, nunc *Demonage*, teſte Moletio.

Stra. Pyrrha, promontorium Phthiotidis ad ſinum Maliacum: ante quod duæ inſulæ ſunt, Pyrrha & Deucalion, teſte Strabone. In Pyrrha regione aqua Amphryſi fluvii fœminas ſteriles facit, teſte Plinio libro 31. capite 2. Pyrrhe verò Plinio inſula parva eſt Cariæ ſeu Doridis, in ſinu Ceramico. De pyrrha (muliere, uxore Deucalionis) Iuvenalis ſatyra 1.

Et maribus nudas oſtendit pyrrha puellas.

Liv. pyrrheum pars fuit urbis Ambraciȩ, in Epiro, ſive eius ſuburbium.

Ant. pyrrum oppidum fuit pannoniæ ſuperioris, inter pœtovionem 68. & Siſciam 51. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, inter Stiram et Croatiam.

Plin. pyſtira, inſula parva Ioniȩ, ante Smyrnam urbem, ubi aliȩ aliquot velut ſcopuli circumſtant, quȩ omnes *Iſole delle Smirne* à nautis dicuntur.

pythias via erat Macedoniæ, quæ à Theſſalonica ad Tempe Theſſaliȩ deducebat.

Pythicus, fluvius Lydiȩ, in ſinum Eleatem ad Myrinam urbem Æolidis influens. Apud urbem hodie de nomine urbis nominatur.

Liv. Plut. Pythion, pytheum ptolemæo, oppidum fuit Macedoniȩ mediterraneum, in finibus pelaſgiotarum, inter Dolicham ad occaſum et Gonnum ad ortum. Erat et locus

apud

apud Gortynam, in Creta, Apollini ſacer, teſte Stephano, qui alia loca huius nominis recenſet.

¶ pythis, Marmoricæ promontorium, in Africa & in ora maris Mediterranei, teſte Ptol.

Phyto, Pythia Ptol. & Appiano, urbs phocidis, proxima Delphis; immò eadem Delphis, teſte pauſania. Vnde pythia feſta, quæ ibi celebrabantur, ob pythonem ſerpentem ab Apolline interfectum, teſte eodem: xquo Apollo pythius cognominatus eſt. Eius meminit Ovid. libro 1. Metamorphoſeon:

Pythia perdomiti ſerpentis nomine dictos.

Pythia, & Delia eadem tibi, ſive *Hac tibi & pythia & Delia*, apud Menandrum ſpeciem habet adagii, quo ſupremum opus quod quis eſt in vita geſturus, ſignificamus. Sic enim oraculum Delphicum reſpondiſſe fertur polycrati Samiorum tyranno, quærenti an ludos conſtitutos pythios vel Delios appellaret; quaſi diceret hoc eſſe poſtremum à ſe patrandum, cum mors illi paulò poſt acciderit. Pythos verò urbs phocidis, quòd ſæpius cerneretur edito loco ſita, locum proverbio fecit, *Iterum atque iterum via versùs pithon*, in moleſtos in percuctando, auctore Diogeniano.

Pythonos come, & Pythonoſcome, teſte Plinio cum Solino, locus eſt Aſiæ, quò ciconiæ advolantes poſtremam agminis dilacerant. Vide Plinium lib. 10. capite 23.

Pythopolis oppidum erat Bithyniæ, à Theſeo conditum, ad Soloentem fluvium. Altera Pythopolis urbs Cariæ fuit, Nyſa poſteà appellata.

Pytionia, inſula parva maris Jonii, circa Corcyram.

Pytna, collis montis Idæ in Creta, apud Hierapytnam, quæ inde nomen accepit. De qua re Strabo libro decimo.

Pyxa oppidum fuit Co inſulæ, quod hodie minimè exſtare dicitur.

Pyxites, fluvius Cappadociæ, juxta Trapezuntem urbem decurrens.

Pyxus & Pyzuntum, *Piſchiota*, urbs exciſa Lucaniæ, nunc exiguum caſtrum. Vide Buxentum.

Q

QUACERNI, Querquerni Plinio, Querquennæ Antonino, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum oppidum Forum, & Aquæ Quacernorum Ptolemæo, Aquæ Querquennæ Antonino, à Bracara 63. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini diſtabat Aſturicam versùs, apud Tydem; quod hodie non exſtat.

Quadi, populi Germaniæ, quos Joannes Dobravius Slelios, *Sleſier*, eſſe putat, Aventinus verò illos in Moravia fuiſſe ſcribit, eorumque tractum nunc *March Kfeld & March Kfeldberg* appellari in Auſtria, trans Danubium, in Moraviæ confinio. Quo in loco Marcomanni potiùs, quàm Quadi fuiſſe videntur. Illud certum ex Ptolemæo Quados ſylvæ Hercyniæ vicinos fuiſſe.

¶ Quadi populi fuere Germaniæ, qui teſte Philippo Cluverio, habitabant in eo tractu Germaniæ, ubi nunc major pars provinciæ Moraviæ versùs occidentem. Credit tamen Sanſo, eos incoluiſſe totam provinciam hodie Moraviam dictam; erantque inter Lugios, Burios, & Teracatrias ad ortum, & Marcomannos ad occaſum, à quibus ſeparabantur Hercynia ſylva.

Quadrata, *Neukirchen*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Auſtria, à Nova civitate 2. leucis in meridiem, Græcium Stiriæ caput versùs. Eſt Quadrata altera oppidum Pannoniæ ſuperioris, inter Noviodunum ad occaſum, & Siſciam ad ortum 28. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini quod *Gurckfeldt*, oppidum apud Corcoræ cum Sao confluentiam, vel non longè, eſſe videtur.

¶ Quadrata, teſte Cluverio, eſt locus Pannoniæ, nunc vicus dictus *Wiſelburg*, ad Danubium fluvium, inter Flexum & Arrabonem, in Hungaria.

Quadrata item, oppidum olim Liguriæ, nunc pagus agri Aſtenſis, *Quarta*, ab Aſta urbe 4. mill. paſſ. Caſale versùs 14. à Taurinis 22. ex quodam Itinerario antiquo, ubi Quadrata numero plurali legitur.

Quadrata, ſive quadrangulares urbes; aliis vel oblongis, vel ad rotunditatem magna ex parte accedentibus:

(*Aquiſgranum*, Aix la Chapelle, *Juliacenſis Ducatus*.)
(*Ardra*, Ardres, *in Picardia*.)
(*Aria*, Aire, *in Arteſia*.)
Arlhemum *Haerlem*, in Batavis.
Babylon, *Bagdet*, (in Aſſyria.)
(*Bapalma*, Bapaume, *in Arteſia*.)
(*Baſtonia*, Baſtogne, *in Lucemburgenſi Ducatu*.)
(*Batavia*, Batavia, *in Java inſula Indiæ*.)
(*Bommelia*, Bommel, *in Holandia*.)
(*Breda*, Breda, *in Brabantia*.)
Burdigala, *Bourdeaux*, Aquitaniæ.
Calatia, *Gaiazzo*, in Campania.
Caletum, ſive Icius portus, *Calais*, Galliæ Belgicæ.
Caſalenſis urbs, *Caſal*, in Liguria.
(*Ceſtria*, Cheſter, *in Anglia*.)
(*Cydonia*, la Canèe, *in Creta inſula*.)
Conſtantia, Couſtance, *in Suevia*.
(*Cuſcum*, Cuſco, *in Peruvia*.)
Damaſcus, *Damaſco*, in Cœleſyria.
Delphi, *Delft*, in Hollandia.
(*Doncheriacum*, Donchery, *in Campania*.)
(*Dordracum*, Dort, *in Holandia*.)
Ecbatana, *Tauris*, in Media.
Famagouſta, olim Hamacoſtos, in Cypro.
Feſſa, olim Volubilis, *Fez*, in Mauritania.
Franicheria, *Franeker*, Friſiæ.
(*Gallovidia*, Gallovvay, *in Hibernia*.)
(*Hailbruna*, Hailbrun, *in Suevia*.)
Haida, *Heyden*, Dithmarſiæ in Cimbrica.
Hieroſolyma, *Gieruſalem*, in Palæſtina.
(*Jadera*, Zara, *in Dalmatia*.)
Jaurinum, olim Arabo, *Giavarin*, Pannoniæ.
(*Jena*, Jena *in Thuringia*.)
Julia Cæſarea, *Algier*, in Mauritania.
(Krempa, Krempen, *in Holſatia*.)
(*Leovardia*, Levvarden, *in Friſia*.)
(*Lucerna*, Lucerne, *in Helvetiis*.
Luneburgum, *Luneburg*, Saxoniæ.
(*Marieburgum*, Marienbourg, *in Hannonia*.)
(*Melita vetus*, la Città Vecchia di Malta.)
(*Meſſana*, Meſſine, *in Sicilia*.)
(*Mozambicum*, Mozambique, *in Africa*.)
Moſcha, *Moſkovv*, in Sarmatia, regia Moſchorum.
Novaria, *Novara*, in Inſubria.
Ovaria, *Ovvar*, in Hungaria.
Panormus, *Palermo*, Siciliæ.
(*Rensburgum*, Rensbourg, *in Holſatia*.)
(*Ripa*, Ripen, *in Jutia*.)
Rotomagus, *Roven* in Normannia.
Rapella, olim Santonum portus, *la Rochella*, in Aquitania.
Salodurum, *Saloturn*, in Helvetia.
Sedunum, *Sion & Sitten*, in Valeſia,
(*Senogallia*, Senigaglia, *in Ducatu Vrbinate*.
(*Stada ſeu Statio*, Staden, *in Ducatu Bremenſi*,)
Stetinum, quaſi Sidenum, *Stetin*, pomeraniæ.
(*Taberna*, Saverne, *in Alſatia*.
Taurinum, *Turino*; Galliæ Supalpinæ.
Ticinum, *Pavia* in Inſubria.
(*Tigurum*, Zurich, *in Helvetiis*.)
Traiectum inferiùs, *Vtrecht*, in Batavis.
(*Tridentum*, Trente, *in Tyrolio*.)
(*Tripolis*, Tripoli, *in Barbaria*.)
(*Venloa*, Venlo, *in Gueldria ſuperiori*.)
Vinaria ſeu Wimaria, *Vueimar*, Thuringiæ.
(*Vintonia*, Vincheſter, *in Anglia*.)
(*Visbuia*, Visbuy, *in Gothlandia Inſula*.)
(*Vitteberga*, Vittemberg, *in Saxonia inferiori*.)

Quadratus vicus Romæ, in regione 14. Cuius fit mentio in veteri inſcripitione ſub Traiano Imperatore. *P.Vi.*

Quadratum, *Radtmanſdor*, teſte Lazio, oppidum pannoniæ ſuperioris, in Carniola, ad Saum fluvium, inter *Li No.* Vacorum ad occaſum, & Labacum ad ortum 6. leucis Sed hoc eſt in Norico, non in pannonia. Aliis videtur eſſe *GurcKfeldt*, in Croatia, à Labaco, 10. in ortum, à Celeia 4. in Euronotum. Quadrata Antonino, de qua ſuprà. Hæc oppida ſic dicta putantur ob quadratam formam; qualia ſunt ſupra memorata.

Quadriburgium, *Quaetraedt*, teſte Ortelio, pagus Germaniæ inferioris, inter Coloniam Agrippinam et *Amm.* Juliacum. Aliis eſt *Vvoringen*, oppidum ſeu pagus eiuſdem Germaniæ, ad Rhenum, inter Coloniam prędictam et Noveſium in medio. Eſt et Quadriburgium in libro Notitię oppidum geminum: unum in Norico Ripenſi alterum in Valeria Ripenſi.

Quædam mira et prodigioſa in gratiam ſtudioſorum hinc inſerere libuit, * quamvis à ſcopo Geographico alie-

na, (& à debito ordine; quærenda enim potiùs erant in titulo Mira, vel Prodigioſa: cùm verò tanta ſit locorum copia ab *M.* ac *P.* incipientium, & tanta tenuitas elementi Q. utrique videri poſſit auctor conſuluiſſe, catalogum huic loco inſerendo.)

Mira & prodigioſa ex variis auctoribus excerpta:

Achemenis herba in hoſtes conjecta illos in fugam vertere traditur, teſte Plinio, qui illam ſolitam à Regibus Perſarum contra omnia corporis incommoda, & inſtabilitatem mentis comedi & bibi ſcribit lib. 24. cap. 17.

Ad aquas Cutilias inſulam viſam, quæ die noctèque locum aſſiduè mutaret, idem teſtatur lib. 2.

Agna locuta fertur Bocchoro dynaſta Ægyptum adminiſtrante. Cœlius.

Agrippina Claudii uxor turdum habuiſſe fertur, qui loquendo homines imitaretur.

Alcippe mulier elephantem peperiſſe ſcribitur à Plinio lib. 7. cap. 3.

Amyclæ, urbs in Latio, à ſerpentibus deletæ feruntur teſte Plinio, lib. 8. cap. 29.

Anates Ponticæ, teſte eodem, venenis nutriuntur.

Anaxagoras Clazomenius nunquam ridere viſus eſt, quod & de Craſſo Craſſi à Parthis cæſi avo refert Plinius lib. 7. cap. 19.

Ancillam ſerpentem peperiſſe initio belli Marſici teſtatur Plinius lib. 7. cap. 3.

Anguillas in Cabura fonte Meſopotamiæ, & Labra fonte Cariæ apud Gnidum, ita manſuefactas fuiſſe tradunt, ut non ſolùm cibos è manibus hominum caperent, ſed & in aures impoſitas deferrent.

Antipater Sidonius Poeta quo die natus eſt, ſemper febri correptus fuit, eodemque die defunctus traditur, teſte Plinio lib. 7. cap. 51.

Aquilarum pennas aliarum avium pennas permixtas devorare tradit Plinius lib. 10. cap. 3.

Argis Areſcuſam mulierem cùm nupſiſſet, mox in marem converſam, Areſcontem dictum, viſam Mutianus teſtatur apud Plinium lib. 7. capite 53. qui ſe vidiſſe Lucium Coſſicium civem Thiſdritanum ex femina in marem mutatum nuptiarum die; & Caſſini, Publio Licinio Craſſo, & Cajo Caſſio Longino Conſulibus, puerum ex puella factum idem ſcribit.

Ariſtomenes Meſſenius Athenienſibus ob calliditatem inviſus, & diſſectus, cor hirſutum & piloſum habere repertus eſt, teſte Plinio lib. 11. cap. 37.

Armorum ſtrepitus & tubarum ſonitus ante & poſt Cimbricum bellum inchoatum exauditos, armaque cœleſtia viſa, & armatos ab ortu in occaſum, & è contra concurrere, ab Amerinis, & Tudertibus in tertio Marii conſulatu viſos eſſe teſtatur Plinius libro 2. cap. 57.

Aſpidem in Ægypto ad cujuſdam menſam catulos peperiſſe idem Plinius refert.

Atys Crœſi Regis filius ſemeſtris, cùm quendam gladio patris jugulum feriturum vidiſſet, locutus fertur, teſte Herodoto.

Aviola conſularis in rogo revixiſſe traditur, licèt a flamma, nullo opem ferente, extinctus fuerit, teſte Plinio lib. 7. cap. 3. ubi & Cælium Tuberonem à rogo relatum ſcribit.

Baiis in Campania balnea duo vicina ſunt; in quorum unum canes conjecti, ſubitò deſtituti ſenſibus exſpiraſſe videntur; in alterum verò, ſtatim reviviſcunt, ut ipſi propriis oculis inſpeximus.

Baris herbæ tactu draconis catulum occiſum ad vitam revocatum tradit Xanthus Hiſtoriographus, qui idem teſtatur de Thylone à dracone occiſo: Juba quoque, Plinio referente lib. 26. cap. 2. quendam in Arabiam ad vitam herba revocatum reſtatur.

Bovem locutum Plinius libro 8. cap. 45. teſtatur. Ubi ait propterea Senatum ſub die haberi cœptum fuiſſe.

Budda, Gymnoſophiſtarum princeps, è latere Virginem generatam refert apud Cœlium Rhodiginum.

Caſſini puella in puerum mutata traditur, teſte Plinio lib. 7. capite 35.

Cato & Marcus Craſſus nunquam riſiſſe feruntur.

Cæa inſula fontem habet hebetes potantes facientem. Plinius lib. 31. cap. 2.

Cæcina Volaterranus quæ in bello fiebant per hirundines amicis nunciabat, quæ ad nidos ſuos redibant. Vide Plinium lib. 10. cap. 24.

Ceneus ſexum mutaſſe traditur: de quo Auſon. edyl. 6.

*Mœret in antiquam * Ceneus revocata figuram.*

(* Alii libri Cœnis.)

Cervus à Ptolemæo rege ita educatus traditur, ut etiam Græcè loquentes intelligeret.

Cleon, ex Daulia urbe Phocidis nunquam ſomniaſſe fertur, cum multos annos vixiſſet, ut Plutarchus in lib. de oraculis ſcribit.

Clitorii in Arcadia lacus eſt, cujus aqua pota vini faſtidium adfert, auctore Plin. lib. 31. cap. 2. & Andri fontem ſeptimo quoque die inebriare idem ex Mutiano refert.

Coloſſis flumen eſt, in quo lateres conjecti, lapides extrahuntur, ut ſcribit Plin. lib. 31. cap. 2.

Confidius funere elatus revixiſſe traditur.

Cornelius Rufus Conſul Marii collega dormiens, ut ſomniarat excæcatus eſt.

Cornix alba proverbium eſt de re rara. Hanc viſam refert Cœlius lib. antiq. lect.

Crotonem & Locros peſtem nunquam expertos tradunt; teſtis eſt Plin. lib. 2. cap. 96.

Cyzici fontem eſſe qui potantes amorem deponere facit, teſtis Mutianus.

Daphidas ſophiſta Delphos petens Apollinem conſuluit, an equum amiſſum inveniret: reſponſum eſt, inventurum, ſed deturbatum iri. Rediens incidit in Attalum Regem, quem laceſſerat; à quo de ſaxo (cui equi nomen erat) præcipitatus eſt.

Delius rivus Eubœæ ſaxa irrigata in altitudinem creſcere facit, auctore Plinio lib. 3. cap. 2.

Delphinos hominis amantes eſſe multis exemplis demonſtratur à Plinio lib. 9. cap. 8. In his, pueri apud Puteolos, qui Delphini quem cibo ſibi familiarem reddiderat dorſo exceptus, per mare ferebatur; & ad littus incolumis reſtituentur; donec illo ex morbo defuncto, delphinus, cum puerum in loco ſolito non reperiret, & ipſe mœrore confectus, interiit.

Demarchum Parrhaſium, cum pueri Jovi Lycæo in Arcadia immolati exta voraſſet, in lupum converſum, poſt annos 10. priſtinam recuperaſſe formam Plinius ex Copa refert.

Direptina Mithridatis filia gemino dentium ordine fuiſſe traditur.

Echeneis piſciculus naves, quamvis ventorum vi delatas magna, remoratur, teſte Plinio lib. 7. cap. 1. Is remora ob id à Latinis dicitur.

Egles Samius athleta mutus, cùm quendam mala fide victoriæ præmium uſurpare videret, indignatione commotus, locutus fertur.

Elephantem ſuper funes ambulaſſe, & litteras Grecas didiciſſe, Plinius ex Mutiano refert.

Epimenides Cretenſis ab Agiſarcho patre ad ovium cuſtodiam deſtinatus, 50. annis in ſpelunca dormiiſſe traditur.

Euriphæus Cyrenæus in ſuperiori maxilla pro dentibus os habuiſse refertur.

Euripidis ad ſepulchrum in Macedonia duo rivi confluunt, quorum unus mortiferus; alter ſalubris eſt. Plinius lib. 31. cap. 2.

Euthimenis filius triennio ad tria cubita excreviſse traditur.

Fanum Veneris Paphi aream habere, in qua nunquam pluit, ſcribit inter alios Plinius lib. 2. cap. 96.

Fauſta mulier oſtienſis 4. uno partu edidiſse traditur, duos mares, & totidem feminas, teſte Plinio lib. 7. cap. 3. Sed illud magis mirandum, quòd mulier nobilis in Batavis tot peperiſse à Belgicis ſcriptoribus traditur, quot in anno ſunt dies.

Formicæ, formicas mortuas ſepeliunt, teſte Plinio lib. undecimo capite 30.

Fortunæ muliebris ſimulachrum bis locutum refert Titus Livius.

Fulmina Scythiam, & alias regiones Boreales, Ægyptum, Æthiopiam, & alias regiones Auſtrales non attingunt, teſte Plinio, lib. 2. cap. 50. neque feriunt lauros, neque tecta pellibus vitulorum marinorum, neque aqni lam, ut ſcribit Plinius lib. 2. cap. 55.

Giorgias Epirota, dum mater ad tumulum in funere deferretur, ex ejus utero prodiiſse, & vagiiſse traditur.

Græci Æſopum, Herculem, & Glaucum reviximſe tradunt, ſeu potiùs fabulantur.

Grillum quendam, inter alios, à Circe in Brutum mutatum iidem ſcribunt.

Gya-

Gyari inſulæ incolas à muribus fugatos ſcribit Plinius lib. 8. cap. 29.

Harpaſis in Licia cautes erat, teſte Plinio, nulla alia vi hominis, quam unius digiti mobilis. Vide Plinium lib. 2. cap. 96.

Hercules triplici dentium ordine fuiſſe traditur.

Hermotini Clazomenii anima egreſſa corpore, longè, que pervagata, multa nunciaſſe, & ad corpus rediiſſe traditur. Plin. lib. 7. cap. 52.

Hierapoli in Syria, in lacu Veneris piſces fuiſſe, qui vocati adeſſent, & ædituis parerent, ſeque ſcalpendos præberent. Plinius lib. 32. cap. 2.

Jaſon Pheræus à quodam percuſſus, à vomica liberatus dicitur, à qua medicorum opera nulla potuerat liberari, teſte Cicerone lib. 2. de natura Deorum.

Ilias Homeri in cortice nucis incluſa miro artificio narratur à Plinio ex Cicerone lib. 7. cap. 21.

Inſulæ in lacu Cæcubo & Reatino fluctuant, ut ſcribit Plin. lib. 2. cap. 95. ſic in Nymphæo ſalutares appellatæ & ſylvæ alibi.

Inſulæ enatæ in mari de novo Delos & Rhodos, poſteà Anaphe, Nea, Thera, Theruſia, & Hiera, teſte Plinio lib. 2. cap. 87.

Iphix ſexum mutaſſe traditur. Dubium eſt an ſit ille pictor, de quo Plinius lib. 35. cap. 10.

Iris ſive arcus cœleſtis quotidie Locris, & ad lacum Velinum videtur, ut ſcribit Plinius lib. 2. cap. 62.

Lacydi philoſopho anſer comes perpetuus fuit, ab ejus latere nunquam diſcedens, uti teſtatur Diogenes.

Laodiceæ platanus mutabatur in oleam ad Xerxis Regis adventum, teſte Plinio.

Ligna injecta in flumen Ciconum, lacum Velinum, Surium Colchidis, & Picentinorum Silarum, lapideſcunt, teſte Plinio lib. 2. cap. 103.

Limyræ fons eſt, qui cum piſcibus locum mutare ſolet: aliquid boni portendit ſi cibum oblatum piſces accipiant, mali ſi abigunt. Plinius lib. 31. cap. 2.

Lunas tres noctu ſimul viſas eſſe, Cneio Domitio, et Lucio Annio Conſulibus, teſtatur Plinius libro 2. cap. 32.

Luſciniæ, et ſturni Græcè et Latinè locuti à Suetonio in vitis Cæſarum feruntur. Nos ſturnum Hiſpanicè loquentem audivimus.

Lycos in India fontem eſſe, cujus aqua lucernæ ardent: quod et Ecbatanis contingere ſcribit Plinius libro 31. cap. 2.

Lymiris in Lycia, piſces fontis Apollini ſacri ter fiſtula vocati ad augurium veniebant, ut ferunt. Plinius lib. 32. cap. 2.

Marcia Romæ, partu fulmine, quo icta fuit, exanimato, ipſa tamen ſupervixit, teſte Plinio lib. 2. cap. 51.

Marcus Curius et Cneius Papirius Carbo cum dentibus nati feruntur, teſte Plinio; unde prior Dentatus dictus eſt. Valeria quoque cum dentibus nata eſt, quod fuit illi exitioſum. Vide Plinium libro 7. capite 16.

Maris quidam, parte antica homo, poſtica equus, annos 125. vixiſſe, et ter mortuus, ter revixiſſe traditur.

Memnonis ſtatuam, ad ejus ſepulchrum, oriente ſole ſonum edere ſolitam tradunt Strabo libro 17, et Plinius libro 36. capite 7.

Montes duos in agro Mutinenſi inter ſe concurriſſe, Lucio Marcio et Sexto Julio Conſulibus, ſcribit Plinius libro 2. cap. 83.

Mortui quidam revixiſſe à Plinio referuntur libro 7. capite 52.

Mula mulum peperit cùm Xerxes expeditionem in Græciam pararet. Theophraſtus mulas gignere in Cappadocia ſcribit, Plinio referente lib. 8. cap. 44.

Naves è portu Carthaginis exeuntes è Lilybæo conſpectas eſſe auctores ſunt Strabo & Plinius, nec conſpectas ſolùm, ſed etiam numeratas à quodam oculis lynceis.

Nauſimenis Athenienſis uxor, cùm liberos in inceſtu deprehendiſſet, præ nimio horrore vocem amiſit, ex Plutarcho.

Olachas, fluvius Bithyniæ, Briazum templum alluens, periuros velut flamma urit, teſte Plinio libro 31. capite 2.

Oleas & prata in agro Marrucino ſedes mutaſſe, via publica intercedente, ſub Nerone, adnotat Plinius libro 2. capite 83.

Oppidum in Hiſpania à cuniculis, in Theſſalia à talpis, in Gallia à ranis everſum traditur apud Plinium libro 8, capite 29.

Orchomenus, oppidum Eubææ, duos habet proximos fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert. Plinius libro 13. cap. 2.

Orionis ſive Oti corpus in monte Cretæ repertum fuit, 46. cubitorum, teſte plinio libro ſeptimo capite 16.

Ovis in inſula Co Leonem peperiſſe fertur, à Nicippo, cuius ovis erat, mox inſulæ principatu uſurpato.

partus aliquot prodigioſi a plinio libro 7. capite 3. referuntur.

perpereni, populi Lydiæ, fontem habent, qui rigatam terram lapideam facit, ut ſcribit plin. lib. 31. cap. 2.

philetas Cous elegiographus corpore adeo tenui fuit ut plumbum deferens incederet, ne a vento raperetur.

philinus quidam toto vitæ tempore nil præter lac guſtaſſe traditur.

philippus Rex Macedoniæ monitus ut à quadriga caveret, omnes quadrigas ſuſtulit; ſed gladio pauſaniæ, in cuius manubro cælata erat quadriga, interfectus eſt,

pluiſſe lacte & ſanguine, Marco Attilio & Caio portio Conſulibus; carne, Lucio Volumnio & Servio Sulpitio Conſulibus; ferro in Lucania, paulò antequam Marcus Craſſus à partis cæderetur cum militibus Lucanis; lana, apud Cariſſanum Caſtrum; lateribus, cum Milo interfectus eſt, ut ſcribit plinius libro ſecundo, capite 58. Titus quoque Livius plura huiuſmodi prodigia multis in locis recenſet.

pyrrhus Rex Epiri pollice pedis dextri lienoſos curaſſe fertur.

Rhodi quotidie ſol aliqua hora videtur, teſte plinio.

Rivus in Iudæa omnibus Sabbatis diebus ſiccatur, ut plinius lib. 31. cap. 2. ſcribit.

Sagunti, dum illud expugnaretur, infans in uterum matris reverſus traditur.

Samoſatis ſtagnum emittit limum, quod aqua accenditur & terra reſtinguitur. Plin. lib. 2. cap. 104.

Servilii Iulii ſtatua, in templo Fortunæ incenſo ab incendio ſervata traditur.

* Sidem ſtagnum Indiæ, in quo omnia mergantur, eſſe tradit plinius libro 31. capite 2. (* In aliis codicibus Siderim.)

Smaſnadorides Sybarita per annos 20. ſolem neque orientem, neque occidentem vidiſſe iactabat: quod & de Neſtico legitur.

Soles plures ſimul viſos, modò in oriente, modò in occidente, & ſemel in meridie à matutino tempore ad occaſum in Boſphoro; trinos verò ſæpius, ut, Spurio poſthumio & Quinto Minutio, Quinto Martio & Marco Portio, Marco Antonio & Publio Dolabella, Marco Lepido & Lucio planco Conſulibus, tradunt Titus Livius & plinius, qui ſuo tempore etiam id accidiſſe teſtatur ſub Claudio principe, & alibi. Solem toto eo anno, quo Cæſar interfectus eſt, pallidum viſum fuiſſe ſcribit plin. lib. 2. cap. 30. & 31.

Syracuſis ſol quotidie apparet, ſicuti & Rhodi, teſte plinio.

Tamarici fluvii Cantabriæ fontes duodecies ſiccari ſingulis diebus perhibentur, ut ſcribit plinius libro 31. capite 2.

Tarquinienſem lacum ferunt duo nemora habuiſſe, nunc formæ triquetræ, nunc rotundæ, nunc quadrilateræ.

Telephus Herculis filius à cerva in ſylva nutrius traditur.

Terra in agro Gabino & Reatino tremit, teſte plinio lib. 2. cap. 94. 95.

Theon Stoicus dormiens ambulaſſe traditur apud Diogenem Laertium; quod & ſervo periclis accidiſſe ferunt, ita ut tecta dormiens conſcenderet. Sed illud magis mirandum, agricolam quendam dormientem noctu boves aratro iunxiſſe, atque ſomno durante araſſe quod noſtra tempeſtate accidiſse narratur. Vide plinium lib. 31. cap. 2. ubi plurima mira narrantur de aquis.

Timarchus, Nicoclis paphii filius, in utraque maxilla duplicem dentium ordinem habuiſse fertur, teſte Plinio lib. 11. cap. 37.

Zame, urbs Africæ, fontem habet, qui voces canoras facit, ut ſcribit plinius libro trigeſimo primo capiſecundo.

Zoroaſtes annos 20. in ſolitudine ſolo caſeo vixiſse, & quo die natus eſt riſiſſe fertur: cui etiam cerebrum ita palpitabat; ut impoſitam manum repelleret. Vide plin. lib. 7. cap. 16.

¶ Quancheum, *Quangcheu*, urbs eſt parampla Sinarum, Quantuniæ provinciæ caput, & ex præcipuis totius Imperii. Dicta fuit aliàs *Iangehing*, & perſepe vocatur Cantonia & Quantunia, *Canton*, ab exteris. Ab ea pendent quatuordecim urbes minores, & emporium eſt celeberrimum, valdè ab Europæis frequentatum, iuxta fluvium *Ta*, qui paulò infra in Oceanum ſe exonerat; ideòque gaudet portu capaci & tuto, cum duobus caſtris probè munitis. Undique collibus vallatur; & ejus circuitus eſt quatuor milliarium Germanicorum. Obſeſſa fuit, per annum à Tartaris hiſce ultimis temporibus, tandemque dolo capta fuit ab ipſis, & fœdè vaſtata cum maxima incolarum ſtrage die 24. Novembris anno 1650. Nunc tamen in dies reſtauratur.

¶ Quagnanum, *Quangnan* urbs eſt Sinarum, in provincia Iunnanæ, ſed ſubeſt dominio Regis Tunchini a multis annis, teſte Martinio. Sedet intra colles & ad radices montium, in limite Queicheæ provinciæ.

¶ Quangſia *Quangſi*, urbs eſt Sinarum, ex præcipuis Iunnanæ provinciæ, à qua pendent tres aliæ urbes. Sed a multis annis ſubeſt Regi Tunchini cum tractu adiacente, teſte Martinio.

¶ Quangtum, *Quangte*, urbs Sinarum, in provincia Nanquinenſi, ampla & ſatis culta, ad radices montium, & 80. mill. paſſ. tantùm diſtat à Nanquino in meridiem teſte Martinio.

¶ Quanpinga, *Quangping*, urbs eſt Imperii Sinarum, & ex præcipuis Pechinenſis provinciæ, cuius ſextum locum obtinet in eius parte meridionali, versùs Nunquinenſem provinciam; & ab ea pendent octo minores urbes, teſte Martinio.

¶ Quanſia, *Quanſi*, provincia eſt Imperii Sinarum in parte meridionali, inter Quantoniam ad ortum, Iunamum ad occaſum, Queicheam ad Boream, & regnum Cocinſinæ ad meridiem; fuitque ultima totius Imperii a Tartaris ſubiugata. Hæc provincia admodum rigua eſt, & eius primaria urbs eſt Queilinum. Decem aliæ eius urbes præcipuæ ſunt Lieucheum, *Lieucheu*, Kingiva, *Kingyven*, pinglum, *Pinglo*, Gucheum, *Gucheu*, Cincheum, *Cincheu*, Nanninga, *Nanning*, Taipinga, *Taiping*, Suminga, *Suming*, Chinganum, *Chingan*, & Tiencheum, *Tiencheu*: quibus ſubſunt ſeptuaginta octo urbes. Sed Nanninga, Taipinga, Suminga, Chinganum, & Tiencheum, parent Regi Tunchini a multis annis teſte Martinio.

¶ Quanſinga, *Quangſing*, urbs eſt Sinarum in provincia Quianſia, cuius tertia eſt. Sedet inter montes altiſſimos, in ipſo limite Chequianenſis provinciæ, & ad
Scrip. fontes fluvii *Xaugiao*. In ea optima charta conficitur,
Gall. & ab ipſa pendent ſeptem minores urbes teſte Martinio.

Quantia, *Canche*, fluvius Galliæ Belgicæ, ex Arteſia per picardiam in Oceanum Britannicum ad Stapulam oppidum influens, non longè ab Hedena & Monſteriolo decurrens.

¶ Quantia fluvius dicitur ab aliis Quentus. Oritur in Arteſia, ubi Hedenum rigat; deinde per Picardiam fluens iuxta Monaſteriolum, paulò infra in mare Britannicum ſe exonerat ad Stapulam oppidulum.

¶ Quantoa, *Quanto*, pars ampla Japoniæ, in Niphonia inſula, inter Ochiam regionem ad ortum & Jetſegenam regionem ad occaſum; & in ea ſunt novem regna, ſeu principatus.

¶ Quantunia, ſeu Quantonia, *Quangtung*, provincia eſt ampla Imperii Sinarum, duodecimum locum inter ipſas obtinens & inter meridionales præcipua. Terminatur a ſeptentrione Chianſia, & Huquania provinciis, ab ortu Fochienſi, ab occaſu Quanſia, & regno Tunchino, a meridie autem irrigatur mari Eoo ſeu Sinenſi. Ejus urbes præcipuæ ſunt decem, nempè Quancheum, *Quangcheu*, provinciæ caput, Xaocheum, *Xaocheu*, Nanhiunga, *Nanhiung*, Hoeicheum, *Hoeicheu*, Caocheum, *Caocheu*, ChaoKinga, *Chaoking*, Chaocheum, *Caocheu*, Liencheum, *Liencheu*, Luicheum, *Luicheu*, & Kiuncheum, *Kiuncheu*: quibus jungi poteſt Amakaum, *Amacao*, ſeu *Makou*; & ex his pendent ſeptuaginta tres minores urbes. Hæc provincia fertiliſſima eſt &
Plin. mire rigua, aliàſque dicta fuit regnum Nanivæ, teſte Martinio.

Quariates, populi Galliæ Narbonenſis, in Provinciæ mediterraneis, inter Suetros & Adunicates, juxta Alpes maritimas: quorum nullum exſtat oppidum.

Ptol. Quaris, urbs Bactrianæ provinciæ Aſianæ, apud Oxum fluvium, cujus hodie, ſicut & multarum ejuſdem regionis, nomen ignoratur. Stra.

Quarius, fluvius Bœotiæ, apud Coroneam urbem fluens, qui & Coralius ab Alcæo nominatur: præterit & Arnen oppidum. Eſt & alius hujus nominis fluvius in Theſſalia, teſte Strabone.

¶ Quarqueni, Italiæ Tranſpadanæ populi, teſte Plinio. Sed eorum nunc ſitus ignoratur.

Quarta, ſive Quartenſis legio, gemina: una in Germania ſuperiori, altera in Germania inferiori. Prior xxii. Lib.
inter legiones, altera xxiii. utraque ſub Auguſto. Locus Nor.
præciſus ignoratur, quod ſub aliis Imperatoribus mutarent nomen, & ſtationes.

Quartenſis pagus *Veert*, pagus Belgii, in Brabantia, in Comitatu Hornenſi, a Ruremunda urbe Geldrica 3. leucis in occaſum, Tornohutum versùs 9. qui locus Quartum quoque nominatur. Sunt & alia hujus nominis loca: in iis oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis apud Valentiam urbem, ab ea 4. mill. paſſ. Toletum versùs diſtans, vulgò etiam *Quart*. Quartum quoque caſtrum, ſive pagus in Liguria *Quarta*, apud Aſtam urbem, inde ad 4. mill. paſſ. Alexandriam versùs recedens. De quo ſuprà in Quadrata.

¶ Quebecum, *Quebec*, urbs recens Americæ ſeptentrionalis, novæ Franciæ primaria, juxta fluvium S. Laurentii, cum arce munita quadrangulari Francorum, 300. milliaribus diſtat ab ora maris Borealis; in occaſum ibique commoratur Epiſcopus Canadenſis à paucis annis.

¶ Queda, *Queda*, urbs Indiæ extra Gangem, in regno Siami, cum portu & emporio in ora ſinus Gangetici, ex adverſo Sumatræ inſulæ, a qua diſtat 150. mill. paſſ. in ortum, Patanam versùs totidem; eſtque caput regni cognominis.

¶ Quedelinburgum, *Quedelinburg*, oppidum Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, aliàs ſub dominio Abbatiſſæ propriæ, inter ditionem Halberſtadienſem & Principatum Anhaltinum, 2. milliaribus Germanicis diſtans ab Halberſtadia in meridiem. Nunc paret Duci Saxoniæ cum tota ditiuncula adjacente.

¶ Queichea, *Queicheu*, provincia eſt ampla Imperii Sinarum, inter aliàs decimum quartum locum obtinens in parte occidentali, ſed tota valdè montuoſa. Sunt tamen in ea octo urbes præcipuæ, nempè Queyanga, *Queyang*, Sucheum, *Sucheu*, Sunanum, *Sunan*, Chinyvenum, *Chinyven*, Xecienum, *Xecien*, Tunginum, *Tungin*, Lipinga, *Liping*, & Tuchum, *Tucho*: ſub quibus ſunt ſeptuaginta quinque minores urbes aut arces. Terminatur autem hæc provincia a ſeptentrione Suchuenſi provincia, ab ortu Huquania, a meridie Quanſia, & ab occaſu Junnania, teſte Martinio.

¶ Queicheum, *Queicheu*, urbs eſt Sinarum, in Suchuenſi provincià, cujus ſexta eſt, juxta fluvium *kiang*, in planitie cultiſſima & mirè rigua, in parte occidentali provinciæ, & ſub ipſa ſunt duodecim urbes, teſte Martino Martinio.

¶ Queilinum, *Queilin*, urbs ampla Sinarum, & Quanſiæ provinciæ præcipua, juxta fluvium *Quei*, ad radices montium, & versùs confinia Hunquanæ provinciæ, & ab ea pendent octo urbes minores.

¶ Queitum, *Queite*, urbs Imperii Sinarum, & Honnaniæ provinciæ ſecunda, in planitie, propè fluvium Cium, & in limite Xantoniæ provinciæ, & ab ea pendent octo urbes minores, teſte Martino Martinio.

¶ Queiyanga, *Queiyang*, urbs eſt ampla Sinarum, & Queicheæ provinciæ caput, intra colles, & ad radices montium, versùs Suchuenam provinciam, & ab ea pendent 18. urbes ſeu arces, teſte Martino Martinio.

¶ Quenta vicus, oppidum Galliæ, in Picardia provincia & in Pontivo tractu, ſic dictum, quod ad Quentum fluv. ſitum ſit, quaſi vicus Quenti. In eo ſitum fuit Monaſterium S. Judoci, cujus hodie nomen retinet locus iſte, veteri omiſſo, vulgò *S. Joſſe ſur mer*, teſte Baluzio.

¶ Quercetum, *le Queſnoy*, urbs parva Belgii, ſed munita, in Hannonia. Francici juris ab anno 1654. 3. leucis diſtat à Landrecio in Boream, Valentianas versùs 2. & 5. à Cameraco in ortum.

¶ Quercus capita, & Tria capita, locus Bœotiæ, in montis Citheronis ingreſſu, inter illum & Platæas.

¶ Querimba, *Querimba*, inſula Africæ, in ora Zanguebariæ regionis, contra ſinum S. Lazari. Parva eſt admodum.

Quer-

Querquenti, populi Hiſpaniæ citerioris, quorum nunc ſitus ignoratur; niſi quòd Gallæciæ erant finitimi.

Querquetulani, populi Latii, ex eorum numero, quos Plinius libro 5. capite 5. interiiſſe nullo relicto veſtigio ſcribit: quos 53. in Latio antiquo fuiſſe teſtatur.

Querquetulanus, mons urbis Romę, idem Cœlio. Vide ibi.

Quianſia ſeu Kianſia, *Quianſi* & *Kianſi*, provincia eſt Imperii Sinarum, octavum locum obtinens, versùs meridiem. Extenditur inter Chequianenſem provinciam ad ortum, Quantuniam ad meridiem, Nanquinenſem ad Boream, & Huquanenſem ad occaſum. Ejus urbes præcipuæ ſunt tredecim, nempè Nanchangum, *Nanchang*, Jaocheum, *Jaocheu*, Quanſinga, *Quanſing*, NanKangum *Nankang*, Kienchianum, *Kienkang*, Kienchanum, *Kienchang*, Vucheum *Vucheu*, LinKianum, *Linkiang*, Kieganum, *Kiegan*, Xuicheum, *Xuicheu*, Juencheum, *Juencheu*, Cancheum, *Cancheu*, & Nanganum, *Nangan*: ſub quibus ſunt ſexaginta quatuor urbes minores, ut pluribus narrat Martinius in ſuo Atlante Sinico.

Quietis Fanum, locus Latii via Lavicana, non longè ab urbe Roma occurrens, ubi templum S.S. Petri, Pauli, & Marcellini. Ibi olim templum Quietis fuit.

Quillæus, mons Arcadiæ, teſte Lutatio Placido. Cujus meminit Statius in ſylvis.

¶ Quiloa, *Quiloa*, urbs munita Africæ, in Quiloa inſula, regni cognominis caput, in Zanguebaria regione & in ora Oceani Æthiopici. Emporium eſt ſatis celebre, & ei adjacet altera urbs Quiloa vetus dicta in ora inſulæ obverſa, 150. leucis Gallicis diſtans à Mozambico in Boream, ſub dominio Luſitanorum.

¶ Quimperlæum, *Quimperlay*, oppidum Galliæ, in Britannia minori & in Cornubiæ tractu, ad amnem *Iſotte*. Vix 2. leucis diſtat ab ora Oceani Aquitanici, & 10. à Coriſopito in ortum, versùs Blabiam 3. circiter.

Quina, *Arrades*, teſte Marmolio, colonia & oppidum Africæ propriæ, mediterraneum, Uthinæ proximum, & Themiſæ, inter Bagradam & Tritonem flumina.

Quinctinopolis, urbs Galliæ Belgicæ, quæ & Fanum S. Quinctini, & Quinctinum, vulgò *S. Quintin*, urbs Picardiæ munitiſſima, ad Somonam fluvium, media ferè inter Noviomum & Cameracum: Quam nonnulli Auguſtam Veromanduorum eſſe putant; ſed hallucinantur, nam Auguſta Veromanduorum à Fano S. Quinctini 2. leucis abeſt excisa jacens, ubi abbatia nunc, adhuc *Vermand*, nomen antiquum retinens; niſi quis Fanum S. Quinctini novam Auguſtam Veromanduorum appellari velit, quaſi ex ruinis veteris Auguſtæ ædificatam. Vide Veromandui.

Quintinopolis, *S. Quentin*, urbs eſt Galliæ, in Picardia provincia & in Veromanduis. 6. leucis diſtat à perona in ortum, Guiſiam versùs 5. uti 9. à Novioduno in Boream, Cameracum versùs 7. circiter. Crevit ex ruinis Auguſtæ Veromanduorum, & capta fuerat ab Hiſpanis anno 1557. ſed poſteà reſtituta fuit anno 1559. pace ſancita ad caſtrum Cameracenſe.

Quinda, urbs Giliciæ ſupra Anchialen, eadem ac Anazarbo, teſte Suida. Vide ibi. Anazarbus autem videtur urbs diverſa à Quinda; quæ Straboni non urbs, ſed caſtellum erat munitum, in quo Macedones theſaurum ſervabant.

¶ Quingium, *Quingey*, oppidum Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, ad Lupam fluvium, 6. leucis diſtat à Dola in ortum, & 3. à Salinis in Boream, Veſuntionem versùs.

Quinque colles, *Pentloſos* Græcis, locus Laconiæ à Lacedæmone 7. ſtadiis diſtans, ubi vinum generoſum provenit: *Monti di Miſura* dicuntur vulgò.

Quinque digitus, Græcè *Pantadaatylos*, mons eſt Æthiopiæ ſub Ægypto, ad Bazium promontorium deſinens, apud Berenicen urbem, qui vulgò noſtris *Montagna di Ceſer* dici videtur.

Quinque Eccleſiæ *Funfkirchen* Germanis urbs Pannoniæ inferioris, in Hungaria, (*Petſcheu* Turcis dicta, teſte Leunclavio) epiſc. ſub Archiep. Stigonienſi, inde 20. leucis, à Buda ſupra 16. in auſtrum, quot ab Alba Regali Taurunum versùs. Olim Amantia, & aliis Teutoburgum; ſed hoc ad Danubium, Quinque Eccleſiæ verò à Danubio in occaſum recedunt.

Quinque Eccleſiæ urbs Hungariæ inferioris, *Otegiazac* Hungaris, & *Cinq Egliſes* Gallis, ad amnem *Keoriz*. non longè à Dravo fluvio. Turcæ autem eam Chriſtianis eripuerunt anno 1543. Eſt in Tolnenſi Comitatu, & inibi obiit Solimanus Turcarum Imperator, die 4. Septembris 1566. Arcem habet munitam, 6. milliaribus Germanicis diſtans à Danubio in occaſum, & 23. a Tauruno in Circium.

¶ Quinſæum, *Quinſay*, urbs ampla Sinarum, & aliàs regia, teſte Marco Polo Veneto; ubi fuerit non conſtat. Quidam Pechinum crediderunt, alii aliter. Exiſtimat tamen Martinus Martinius eam eſſe, quæ nunc Haugcheum dicitur, *Hangcheu*, Chequianenſis provinciæ primaria, quæ aliàs dicta fuit *Kingſu*, ſeu *Kingſay* indoctis, id eſt, urbs verè regia, cum revera fuerit ſedes regia versùs annum ſalutis 1300. & poſteà dicta fuit etiam *Lingan*. Sedet juxta fluvium *Cientang*, vix 40. mill. paſſ. ab ora maris Eoi in occaſum; eſtque etiamnum perampla, & ab ea pendent ſeptem urbes minores.

Quintanæ, & Quintianæ, (utrumque enim legitur) Quintanorum colonia Auguſta in veteri inſcriptione, *Kyntzen*, colonia, & urbs olim epiſcopalis, ſub Archiep. Laureacenſi, excisa, (manet pagus) in Vindelicia, ſeu Bavaria, apud Danubium, inter Oſterhoffum & Vvilshovium oppida proxima 1. leuca, à Patavia urbe 5. leucis in occaſum Ratiſponam versùs. Quintanæ etiam Antonino locus erat Latii in via Lavicana, ab urbe 15. mill. paſſ. à Pictis 10. in via quæ Ferentinum ducit. Quintanæ priores etiam Quintia ſingulari numero dicuntur apud Germanos, ut libro 4. Itinerarii; *Ant.*

Et vetus antiquis apparet Quintia muris:
Quę Germanorum diruta Marte fuit.

Quintanica, *Vilſſ*, fluvius Vindeliciæ, (licèt Norici ſcribant) in Bavaria, ad Quintanas & Vilshovium oppida in Danubium fluens. Cujus fit mentio in vitis Sanctorum, præſertim in vita S. Severini Abbatis Noricorum Apoſtoli. *Scrip. Germ.*

Quintia prata locus erat Romæ trans Tiberim apud navalia, 4. jugerum, Quintii Conſulis, ſeu Dictatoris. Cujus meminit Livius lib. 3. decadis 1. ubi Papinia regiuncula, ſeu Papinius ager. *Liv. Max. Val.*

Quintia via, quæ ab urbe Roma, in Sabinos ducebat, Salariæ proxima, teſte Onuphrio. *Helic. arn.*

Quintianæ aquæ. Vide Aquæ Quintianæ. *Ptol.*

Quintianum, locus Italiæ, qui, teſte Ortelio, *Quintiana* dicitur, pagus agri Brixienſis: ſed Quintianum locus Africæ epiſcopalis erat, de quo Optatus Afer. *Optat.*

¶ Quintinum, *Quintin*, oppidum Galliæ, in Britannia minori, 4. leucis diſtat à Fano ſancti Brioci in meridiem, & 5. à Lambalio in occaſum.

Quintus, locus Italiæ, apud Salernum fluvium, (fortè Sarnum fluvium legendum, cum Salernus fluvius non reperiatur) ubi Vitiges Rex Theodatum Regem interfecit, teſte Ammiano Marcellino. *Amm.*

Quiri Regio, *Tierra de Quir* Hiſpanis, regio eſt Terræ Antarcticæ, à Ferdinando Quiro Hiſpano detecta, versùs oram Auſtralem maris Pacifici. Sed de ea tamen certò non conſtat ubi ſit, an propè Inſulas Salomonis, aut versùs novam Zelandiam, & in ea nulla ineſt colonia Europæorum.

Quirinalis mons, Quirinus Vibio Sequeſtri, Quirinus collis Ovidio, ſeu collis Quirini, qui & Agonus, teſte Feſto, *Monte Cavallo*, unus ex 7. collibus urbis Romæ: ubi palatium & domus æſtiva Pontificum Maximorum hoc tempore. Ovid. lib. 6. Faſt. *Feſte. Pomp.*

Inque Quirinali conſtituere jugo.

Idem libro 14. Metamorph.

Conjugis eſt; duce me lucum pete, colle Quirini.

Quirinalis etiam porta Feſto Pompejo, quæ & Agonalis, & Collina, *Porta Salara*, una ex portis urbis Romæ Vide ibi, & Salaria. Virgilius lib. 7. Æneidos:

Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino.

Quirites Romani appellantur, ſic à Curibus urbe Sabinorum dicti; vel à Quiri, haſtam ſignificante apud Sabinos, teſte Ovidio, qua Romulus uſus eſt, & Quirinus appellatus, vel à *Kyrios* Græco nomine, quod dominus eſt apud Latinos. Virg. lib. 7. Æneid. *Strab. Plut, Liv. & al.*

Una ingens Amiterna cohors, priſcique Quirites.

Quiſa, portus Carmaniæ, inter Bagia, & Alabagium promontoria. Sed Cyiſa legendum eſt, ut in codice Græco. *Ptol.*

¶ Quiteva, *Quiteva*, regnum Africæ, in Æthiopia meridionali, & anteà pars regni Monomotapæ, ver-

verſùs Zanguebariam regionem, cum urbe primaria cognomine.

¶ Quitoa, *Quito*, provincia Americæ meridionalis, in Peruviæ regno, & in eius parte Borali, inter provinciam Quixorum ad ortum & mare Pacificum ad occaſum, & ejus primaria urbs eſt Quitum. Eius longitudo eſt 80. leucarum, latitudo autem 35. circiter. Aliàs Reges habuit proprios, poſtea paruit Regibus Peruviæ, nunc autem ſubeſt Hiſpanis.

¶ Quitoa præfectura, *Audienca de el Quito*, regio Americæ, & una ex tribus præcipuis partibus peruviæ versùs Boream extenſa, ſub qua comprehendantur provinciæ Quixorum, pacamorum, ſeu Canela, & Quitoa propria, ſub dominio Hiſpanorum, inter popaianum ad meridiem, fluvios pulomayum & Amazonum ad ortum, peruviam propriam ad meridiem, & mare pacificum ad occaſum.

¶ Quitum, *Quito*, urbs Americæ meridionalis, in regno peruviano, epiſc. ſub Archiep. Limenſi, penè ſub linea æquinoctiali. Dicitur aliter S. *Franciſco de el Quito*; eſtq; in valle, intra montes, propè fontes fluvii Amazonum. 300. leucis diſtat à Lima in Boream, & 75. ab ora maris pacifici in ortum.

¶ Quivira, *Quivira*, provincia Americæ ſeptentrionalis in novo regno Mexicano versùs Sualam montem, & terminos Floridæ. Sunt qui credant Quiniram regionem eſſe peramplam inter Fretum Aniani, & Fretum Æſonis. Sed quid ſit de ipſa non conſtat inter ſcriptores.

¶ Quixi, *los Quixos*, populi Americæ meridionalis, in peruviæ regni parte Boreali. Conficiunt provinciam inter Quitoam ad occaſum & Canelam ad ortum. Detecti fuerè anno 1557. & in ea Hiſpani habent tantùm quatuor colonias, Batiam, Archidonam, Abulam, & Hiſpalim auream.

Plin.
Ant.

Quiza, quæ & Xenitana à Plinio cognominatur, & Oppidum peregrinorum, Buiza Ptolemæo (malè Boviza in Latino Codice) *Oran* Villanovano, Olivario, & aliis, *Gubaran* Mauris, teſte Marmolio, colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, in ora, inter Iuliam Cæſaream ad ortum 124. & Sigam ad occaſum 147. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, Auranum Latino recenti, ſub Imperio Hiſpanorum, à Ferdinando Rege poſtremo armis ſubacta.

¶ Quiza, *Oran*, urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, nunc regni Algerii, cum arce munita in colle, in ora maris Mediterranei, & propè portum magnum. 75. mill. paſſ. diſtat a Telenſino in ortum, versùs Tenezam ſeu Iuliam Cæſaream 90. & Algerium 200. circiter. Capta fuit à Franciſco Cardinale Ximenio ſub Ferdinando Aragonio, & ab eo tempore ſubeſt dominio Hiſpanorum.

R

Bibl.

RABATH, urbs Arabiæ petrææ, regia Moabitarum. Vide Petra (eadem enim putatur) & philadelphia. Rabbattamana Stephano.

¶ Rabath, ſeu Rabba Moabitis, urbs Terræ ſanctæ archiepiſcopalis, ſub Patriarcha Hieroſolymitano, hodie etiam *Rabath* dicta, trans Iordanem fluvium, teſte philippo de Via.

¶ Racatæ, populi Germaniæ, ſub Quadis, ubi nunc pars Auſtriæ, ad Danubium fluvium: Sanſone autem teſte, erant ubi pars Hungariæ ſeptentrionalis, ad Danubium fluvium, versùs Tirnam & Neoſelium.

Prov.
Rom.

Raceburgum, *Ratzenburg*, urbs Germaniæ, in Saxonia, epiſc. ſub Archiep. Bremenſi, proxima Lubeco, ab ea 2. leucis Suerinum versùs.

¶ Raceburgum, *Ratzebourg*, urbs eſt Saxoniæ inferioris, alias ſub dominio proprii Epiſcopi, inter Ducatus Megalopolitanum, & Lavemburgicum, iuxta lacum. Nunc ſubeſt Duci Megalopolitano pace Monaſterienſi, ſed eius caſtrum eſt Ducis Lavemburgici, qui in eo ſæpe commoratur. 6. milliaribus Germanicis diſtat à Suerino in occaſum.

¶ Rachelburgum, *Rackesburg*, urbs Germaniæ, in Stiria inferiori, ad Muram fluvium. Vide Raclitanum.

¶ Raclitanum, *Rackelſpurg* Cluverio, urbs pannoniæ; nunc autem in Stiria ad fluvium Muram; eſtque permunita. 4. leucis diſtat a confinio Hungariæ in occaſum, & 6. à Græcio in ortum, ſub Auſtriacis.

¶ Raconicum, *Rakonick*, urbs Bohemiæ, propè Mizam fluvium. 7. milliaribus Germanicis a praga in occaſum diſtat, Egram versùs. 13. & 7. a Litomeritio in meridiem.

Vet.

Radacophanum, *Radicofano*, oppidum cum arce firmiſſima Hetruriæ, in monte admodum excelſo, inter Senam urbem 28. & Aquulam oppidum 12. mill. paſſ. in via quæ Romam ducit.

¶ Radacophanum, *Radicofani*, oppidum eſt agri Senenſis, in Tuſcia, in ditione magni Ducis Hetruriæ, cum arce, 7. milliaribus a confinio dominii pontificii diſtans. Aliàs dictum fuit Caſtrum S. Petri, & à Friderico primo exſtructum fertur.

¶ Radeſia, *Retz*, tractus Britanniæ minoris, in Nannetenſi provincia, & in limite pictavenſi, Ducatus titulo inſignitus, ubi oppidum præcipuum Machicolium, versùs oſtia Ligeris fluvii in Oceanum Aquitanicum.

Radiantia fluvius eſt Franconiæ, ex pavone monte profluens, Bambergam urbem alluens, ſeque Mœno fluvio maiori commiſcens, *Rednitz* incolis dictus. De quo Gothfredus Viterbienſis, qui ſub Friderico I. Imperatore vixit, ſic:

Tramaricus fluvius, vulgò Radiantia dictus,
Montis Pavonis urbis amœna colit.

¶ Radiantia, *Rednitz*, fluvius Franconiæ. Oritur in limite palatinatus ſuperioris, propè Viſſemburgum: deinde auctus aliquot amnibus, propè Norimbergam recipit pegnitium, *Pegnitz*: hinc per ditionem Bambergenſem fluens, paulò infra Bambergam Mœno miſcetur.

Scrip.
Germ.

Radiantia, alter fluvius Germaniæ, qui & pegneſus, *Pegnitz*, iuxta Noribergam decurrens. De quo libro 4. Itinerarii ſic:

Excipit hinc rurſus Pegneſus Noricus amnis,
Mutato gaudens dici Radiantia verbo.

¶ Radnoria, *Radnor Shire*, provincia ſeu Comitatus Angliæ, in Vvallia meridionali, inter Herefordiam & Salopiam ad ortum, & Cereticam Brecnochiamque ad occaſum; eſtque parvi circuitus.

¶ Radnoria, *Radnor*, urbs parva Angliæ, Comitatus cognominis caput, in Vvallia, ad amnem *Somegill*, 15. milliaribus Anglicis ab Herefordia in Circium, & 20. à Salopia in meridiem diſtans.

¶ Radomia, *Radom* (oppidum amplum poloniæ ſuperioris, in palatinatu Sandomirienſi, 20. leucis polonicis à Varſavia in meridiem, Sandomiriam versùs 15. circiter; eſtque caput territorii adiacentis.)

Ant.
Ptol.

Rætiaria, *Reſſana*, teſte Lazio, oppidum Myſiæ ſuperioris, in inferioris confinio, ubi legio 22. Nicopoli urbi finitima, inde 6. leucis in occaſum. Aliis videtur *Ris*, oppidum apud oſtia Alutæ & Intri in Danubium influentium, eidem Nicopoli proximum.

¶ Retiaria aliàs Daciæ Ripenſis metropolis fuit, ut ex Hieroclis Notitia apparet; & nunc etiam *Arezar* dicitur Bulgaris.

Arii.

Raga, ſeu Rhaga, Rageia Straboni, Rhages in libro Tobiæ, Europus Ptolemeo, *Caſſan* Caſtaldo & Moletio, urbs Mediæ mediterranea, & ex claris illius, ab Ecbatanis, ſeu Tabreſio ad 60. mill. paſſ. in ortum. Ortelius hanc urbem Arſaciam a parthis appellari ſcribit; cum apud Ptolemæum Europus ſive Raga urbs diverſa ſit ab Arſacia.

¶ Raga urbs Mediæ fuit, in Atropatiana regione, et in ora maris Caſpii, propè ſinum Caſpium, et versùs confinia Hyrcaniæ, 100. circiter mill. paſſ. ab Arſacia in Boream, et 140. ab Ecbatana in ortum, forſan nunc *Raſt* dicta.

¶ Ragnitia, *Rangnitz*, urbs poloniæ, in pruſſia Ducali, ad Ruſnam fluvium, in limite Samogitiæ & in Sclavoniæ tractu 16. leucis polonicis diſtat a Regiomonte in ortum; et ſubeſt Electori Brandeburgico.

Ant.

Ragundona, *Robiſch*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus cum cœnobio pannoniæ ſuperioris, in Stiria, medius inter Celeiam & pœtovionem 18. mill. paſſ.

Prov.
Rom.

Raguſia, olim Epidaurus, urbs archiepiſcopalis Dalmatiæ, in ora littorali, libera; ſub qua urbes epiſcopales Stagnum, Tribunia, Marcatum, Riſinum, Corcyra nigra, & Stephanus continentur. Vide Epidaurus.

¶ Raguſia, ſeu Raguſium, Slavis *Dubrounich*, Italis *Raguſi*, Gallis *Raguſe*, civitas eſt libera Dalmatiæ, et Reipublicæ cognominis caput, cui ſubeſt regiuncula adiacens. Ipſa falsò pro Epidauro ponitur, teſte Ioanne Lucio; cum Epidauri rudera ſex inde milliaribus Orientem versùs cernantur, vulgò *Raguſi vecchio*. Raguſium autem ſive Rauſium deſtructo Epidauro ab eiſdem

Epi-

Epidauritanis, in rupe maritima, *lay* dicta conditum, et ob id à principio Lanſium dictum, ut porphyrogenneta ſcribit. Ferè tota conquaſſata fuit horrendo terræ motu anno 1667. Arcem habet munitam, et portum in ora maris Adriatici; eſtque emporium celebre.

¶ Raguſina ditio, *le Raguſan*, Gallis, *Stato della Republica di Raguſi* Italis, pars eſt Dalmatiæ, in ora maris Adriatici, ſub dominio Reipublicæ Raguſinæ, ſub clientela Turcarum. Ejus maior longitudo à Circio in Eurum eſt 60. mill. paſſ. ſed eius latitudo vix extenditur ad 15. mill. paſſ. Et in ea ſunt Raguſium tractu caput, *Raguſi*, Stagnum, *Stagno*, Hyllis peninſula, & Melita inſula in ora adiacenti.

¶ Raina, *Rain*, oppidum Germaniæ, in Bavaria, propè confluentes Lichi in Danubium, in limite Sveviæ. Vix 2. leucis diſtat a Donaverta in ortum, Neoburgum versùs paulò plùs; fuitque pluries captum & direptum tum à Svecis, tum ab aliis ultimo bello Germanico.

¶ Raina, *Rain*, oppidum Germaniæ, in Stira & in Comitatu Cillienſi, ad Savum fluvium, in limite Carniolæ & Croatiæ, aliàs Collis dictum à quibuſdam, 25. mil. paſs. diſtat a Cilleja in ortum, & 22. a Metulo in Boream.

¶ Raithi regio, cuius populi apud ptolemæum Ratheni, apud Arabiæ petreæ meridionalem plagam, ad montana felicis Arabiæ, circa Sinai montem Occidentem versùs, quæ regio Raithum appellata eſt, & in Baſilii Menologio ſita dicitur in mari Rubro; unde clarum eſt in AEgypto fuiſse ut pluribus probat P. Auguſtinus Lubinus.

bl. Rama ſeu Rhama & Ramatha, *Rama* Europæis, *Remle* & *Ramola* Turcis, urbs paleſtinæ, in Iudæa, inter Hieroſolymam 30. & Ioppen 10. mill. paſs, apud Lyddam 3. mill. diſtans, olim ampla, nunc longè minor, & penè exciſa.

it. Ramatha altera Joſepho olim Rhama, inter Hieroſolymam, & Emmaum, inde 40. ſtadiis, exciſa in valle.

ibl. Ramathaim Sophim, locus ſeu pagus Iudææ apud montem Ephraim, qui aliquibus idem quod Ramatha eſse videtur, urbs Gabaon finitima.

¶ Rambervilleriæ, *Rambervillers*, oppidum Lotharingiæ ad Mortanam fluvium 7. leucis diſtat a Mirecurtio in ortum Argentinam versùs, & 9. a Marſalio in meridiem & totidem ferè à Nanceio.

nt. Rame, ſeu Roame, ut alii legunt, *Roſans*, teſte Simlero, oppidum olim, nunc pagus Galliæ Narbonenſis, intra Alpes, inter Brigantium, & Ebredunum 18. mil. paſs.

¶ Rame, ſeu Rama, pagus eſt, *Rame* dictus, in Delphinatu, ad Druentiam fluvium, juxta Alpes Cottias & propè montem *le pertuis Roſtan*. 4. leucis infra Brigantium in meridiem, Ebredunum versùs 2. circiter.

ibl. Rameſses, Buſiris Straboni, plinio, & aliis, *Iskaal Lein Alſchemes*, teſte Tudelenſi, urbs Ægypti, intra Deltam, everſa. Vide Buſiris, quæ tamen diverſa videtur.

Ramoth, oppidum paleſtinæ, una ex urbibus refugiorum, in terra Galaad.

¶ Randerſium, *Randerſen*, oppidum amplum Daniæ, in Iutia ſeptentrionali, ad Gutium fluvium, in Diœceſe Arhuſienſi. Diſtat 3. leucis Danicis ab Arhuſia in Boream, Alburgum versùs 5.

lin. Rani populi Scythiæ, ſeu Sarmatiæ, Caucaſi montis accolæ, in Colchorum confinio, quorum meminit plinius lib. 6. cap.7. ubi plures populos memorat qui ignorantur.

Rapa, *Rapo*, vel *Robogh* urbs epiſcopalis Vltoniæ, inter Duram, *Derry*, & Dungallum urbes ejusdem regionis, ſub Armacana metropoli, inde 20. hinc 54. mill. paſs. Hibernicis, ab Armaca ad 40. Hinc cœnobium Banchorenſe Durenſis Diœceſis, tot olim monachorum ſanctitate clarum, 60. mill. paſſ. Hibernicis a Dura ſive a Roboreto 40. abeſt, ab Armaca 26. vel 28. diſtans.

¶ Rapa, ſeu Rapora, *Rapoe*, urbs Epiſc. Hiberniæ, in Vltonia, & Comitatu Dungalenſi aſt lacum Suvellium, cui unita eſt ſedes Derrienſis. Hodie eſt tantùm vicus, 40. m. paſs. a Dungala in Cæciam diſtans, 12. à Derrio in occaſum, & 45. ab Armacha in Boream, 20. autem a Banchorenſi cœnobio in occaſum.

¶ Rapallum *Rapallo*, oppidum Italiæ, in ditione Genuenſi, in ora maris Liguſtici, cum portu, 23. milliaribus circiter a Genua in ortum Spetiam versùs, & 3. a portu Delphino. Hinc ſinus parvus adjacens dicitur *Golfo di Rapallo*; eſtque pars oræ orientalis Liguſticæ, inter Lavaniam ad ortum & portum Delphinum ad occaſum.

¶ Raperſvila, *Rapperſchvvyl*, oppidum Germaniæ, in Helvetiis, ad Tigurinum lacum, cum ponte oblongo. Subeſt quinque pagis minoribus, & pluries obſeſſum fuit irrito conatu, 5. mill. Germanicis diſtat a Tiguro in Eurum, Curiam versùs 12.

Raphaim, vallis Gigantum, ſeu vallis Titanum 70. Interpretibus & Joſepho, locus Judææ, Hieroſolymis proximus. *Bibl.*

Raphane, urbs Mediæ, in Parthiæ confinio. Vide Apamia. Eſt & Rhaphana Plinio lib. 5. capite 18. urbs regionis Decapolitanæ, ſive Cœleſyriæ, Raphaneæ Stephano. *Plin.*

Raphia, oppidum Palæſtinæ, (non Arabiæ ut in Theſauro Linguæ Latinæ) apud Gazam urbem.

Raphon, oppidum Paleſtinæ, in Galaaditide regione. *Bibl.*

¶ Rapinum, oppidum Germaniæ duplex, amne tantùm diſcretum: antiquum *Alt Rapin*, & novum *nevv Rapin*, Comitatus caput, in media Marchia Brandeburgica, 8. milliaribus Germanicis diſtat ab Havelberga in ortum, & 9. à Berlino in Boream. *Strab.*

¶ Rapolla, *Rapolla*, urbs regni Neapolitani, in Baſilicata provincia, parvi circuitus, media ferè inter Melphim in Circium & Venuſiam in Eurum 5. milliaribus, & 20. à Compſa in ortum; propè Apenninum montem, & limites Principatus ulterioris.

Rapta urbs, Raptum promontorium, & fluvius Æthiopiæ ſub Ægypto: ſed promontorium, ac urbs Raptra & fluvius Raptus, teſte Stephano. Urbs *Megale*, vel *Magale*, Mercatori, ſed aliis *Quiloa*, ultra Æquatorem, regia, inter Praſſum promontorium, & Aromata promontorium cis Æquatorem. Flumen verò intus *Oby* & in ora apud oſtia *Quilmanci*, teſte Joanne Baroſio cum aliis.

¶ Rapta, urbs Africæ, in Æthiopia inferiori, & aliàs in Barbaria regione, hodie in Zanguebaria, vulgò *Quiloa*, cum inſula & promontorio cognomine. Emporium eſt celebre, & portu gaudet capaci; eſtque regni Quiloæ caput, arcem habens munitam, ſub dominio Luſitanorum.

Raraſſa, *Racang*, ut videtur Caſtaldo, urbs Indiæ citerioris. Sed in codice Græco Cragauſa legitur. *Ptol.*

¶ Raſcia, *la Raſcie*, pars regni Hungariæ latè ſumpti. Sic dicta fuit à fluvio Raſca per eam labente, quod in Moravam majorem influit, regio eſt ſeptentrionalis Serviæ; & aliàs Reges ſuos habuit. Ibi urbes præcipuè Alba Græca, Semendria, & Columba, Brietio & aliis teſtibus; ſubeſtque tota dominio Turcarum.

¶ Raſeburgum, *Raſeborg*, urbs Sveciæ, in Finlandia, & in Nylandia provincia, in ora ſinus Finnici, cum portu capaci, in limite Finlandiæ meridionalis.

Ratæ, * *Batby* Camdeno, *Ratiford* Talboto, oppidum Albionis, in Anglia & Leiceſtria regione, in via, quæ à Londinio Lincolniam ducit occurrens, inter Tripontium 21. & Verometum 13. mill. paſſ. apud Rutlandiam. (* Camdeno ex diſtantia Antonini videtur eſse *Leiceſter*, oppidum regionis primarium.) *Ant.*

Rataneum, *Rat*, oppidum Illyrici, apud Onæum promontorium, Peguntio finitimum. *Plin.*

¶ Ratenouria, *Ratenovv*, oppidum Germaniæ, in media Marchia Brandeburgica, ad Havelam fluvium, 11. milliaribus Germanicis diſtat à Berlino in occaſum, & 10. à Magdeburgo in Cæciam, ſub dominio Electoris Brandeburgici. *Ptol.*

Ratiaſtum, *Raiz*, teſte Bertrando, oppidum Galliæ Aquitanicæ, in finibus Lemovicum, ab urbe Lemovicenſi 5. leucis in Bor. nunc pagus; licèt aliqui ipſam Lemovicorum urbem eſſe putent. Sed *Raiz*, ſeu *Razei* locus congruit nomine, & vetuſtate. Unde corrigendus eſt Theſaurus Latinæ Ling. ſcribentis eſſe *Limoges*.

¶ Ratiaſtum, urbs Ageſinatum caput, hodie eſt Inculiſma, *Angouleſme*, ad Carantonium fluvium, teſte Sanſone. Vide Inculiſma.

¶ Ratiboria, *Ratibor*, urbs Germaniæ, in Sileſia provincia, parva, ſed culta, Ducatus cognominis caput; ad Oderam fluvium, in Sileſia ſuperiori; aliàs Regi Poloniæ oppignerata 4. leucis diſtat à Carnovia in ortum, versùs limi-

limites Poloniæ ſuperioris 7. circiter, uti 7. ſupra Oppolium in meridiem.

Prov. rom. Ratiſpona, Auguſta Tiberii ex veteri inſcriptione, Caſtra Regina libro Notitiæ, deinde Rhætobonna (unde nomen Ratiſpona) Rhætopolis, & Reginopolis, à fluvio Rego, *Regenſpurg* Germanis, & *Ratiſbona* Italis, urbs Vindeliciæ, in Bavaria, ad Danubium, libera, & ampla, ubi Imperii comitia fiunt, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi, priùs ſub Laureacenſi, inter Monachium 19. & Pragam in Cæciam 28. leucis. Vide Auguſta Tiberii, quæ & Tiberina in libris Conciliorum. De qua libro 5. Itinerarii:

Norica rura petit Regus converſus in Auſtrum,
Qua Ratiſpona mœnia celſa micant.

¶ Ratiſbona, Gallis *Ratiſbone*, urbs eſt libera Germaniæ, ubi ſæpe fiunt Imperii Comitia, in Bavaria inferiori & in limite Palatinatus ſuperioris 15. milliaribus Germanicis diſtat à Monachio in Boream, 17. ſupra Patavium in occaſum, & 16. ab Auguſta Vindelicorum in Cæciam. Eius epiſcopatum inſtituit Carolus magnus.

Ant. Ratomagum, *Romarantin*, ut videtur Ortelio, vel *Remorantin*, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Biturigum, ab Aurelianis 11. leucis Lemovicos versùs, inter Bituricas & Bleſas 12.

Ptol. Ratoſtathybius, (Vide Rhatoſtathybius) fluvius Albionis.

Ratumena porta. Vide Portæ.

¶ Rava, *Rava*, urbs & palatinatus Poloniæ maioris, tota lignea cum arce. Diſtat 11. leucis polonicis à ploczca in meridiem, & 15. à Varſavia in occaſum. Probè culta eſt, cum arce ad Ravam amnem.

Raucanum ex veteribus monumentis. Vide Rauranum.

Anton. Ptol. Rauda, *Aranda de Duero*, oppidum præclarum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vacçeis, ad Durium fluvium, in Caſtella veteri, inter Uxamam ad ortum 10. & Valiſoletum in occaſum 16. leucis, à Burgis 14. in Auſtrum Madritum versùs.

Strab. Ptol. Plin. & al. Ravenna, ſic vulgò *Ravenna*, urbs Galliæ Togatæ, Æmiliæ archiepiſcopalis & metropolis, apud oram littoream, inter Ferrariam 50. & Ariminum in ortum 35. à Bononia 45. ab Ancona 102. urbs olim ex primis Italiæ, & antiquiſſima, anno poſt diluvium 480. à Theſſalis, teſte Strabone, vel à Sabinis, teſte plinio, condita, à Langobardis eiectis exarchis capta anno ſalutis 744. Olympiade 380. anno 3. Claudianus de ſexto Conſulatu Honorii:

Dixit, & antiqua muris egreſſa Ravenna.
Signa movet.

Populi Ravennates. Ravennæ, ubi rhombum piſcem laudatiſſimum in mari reperiri plinius ſcribit, Iulio II. Pontifice Maximo monſtrum mirum viſum ferunt, in capite habens cornu, uno pede, & oculo in genu, utroque ſexu, ſine brachiis, pro quibus habebat alas, cum cruce in medio pectore. Ravennæ Venantius Fortunatus educatus eſt, qui ob eruditionem pictavorum Epiſcopus creatus eſt. Is multa ſcripſit, præſertim metro, ac præcipuè de geſtis divi Martini Epiſcopi Turonenſis.

¶ Ravenna, Gallis *Ravenne*, aliàs Aemiliæ, nunc Romandiolæ caput. Senſim deficit, & nota eſt victoria Gallorum anno 1512. ſub Ludovico XII. Rege. Paret Summo Pontifici, aliàſque erat in littore maris, nunc 3. milliaribus ab ora recedit.

Ravensberga, *Ravensberg*, oppidum Germaniæ, in VVeſtphalia, Comitatus cognominis caput, in ditione Electoris Brandeburgici. Sedet in colle, 18. mill. paſſ. ab Oſnabruco in meridiem diſtans, padebornam versùs 32. circiter, & 30. à Monaſterio in ortum, Mindam verſus. Hinc tractus adjacens dicitur Ravensbergenſis Comitatus, *Graffchaft Ravensberg* incolis. Extenditur ad 20. mill. paſſ. eſtque inter Diœceſes Monaſterienſem, Oſnabrucenſem, & Mindenſem, Comitatumque Lemgovienſem.

Ravenspurgum, *Ravensburg*, urbs parva, ſed Imperialis Germaniæ, in Svevia, ad amnem *Schuſſ*. 6. milliaribus Germanicis à Conſtantia in ortum, Memmingam versùs totidem & 3. à Lindavia diſtat in Boream, uti 3. à Vangena; eſtque in Algea tractu.

¶ Raveſteinum, *Raveſtein*, oppidulum Germaniæ inferioris, ad Moſam fluvium, cum regiuncula adiacente, in Brabantia, & in limite Gueldriæ, iuris Neoburgici; ſed ſervatur à Batavis. Una leuca diſtat à Gravia in occaſum, Megam versùs, & 4. à Sylva-Ducis in ortum Neomagum versùs.

Ptol. Ravius, *Erne* ex tabula recenti, lacus Hiberniæ, fluvium cognominem emittens in occaſum per Connaciam fluentem, & inter Dumbroſam & Dungallum urbes in Oceanum labentem.

Caſ. Rauraci, Raurici plinio, ptolemæo, Rauriaci Ammiano, populi Galliæ Belgicæ, ſeu Germaniæ ſuperioris, Helvetiis, & Sequanis finitimi, apud Rhenum fluvium. Quorum urbs Auguſta Rauricorum ptolemæo, Colonia Auguſta Rauricorum in nummis antiquis, Colonia Rauriaca Ammiano, Rauricum plinio, Rauracum etiam Ammiano, excifa, apud Rhenum, & Baſileam, ab ea 2. leucis in ortum diſtans: ibi pagus *Augſt.* Rauraci montes Ammiano iidem ac Abnobi ſunt. Rauricus, a, um; ut Raurica terra lib. 6. Itinerarii:

Tigurinis mœnibus agri.
Se extendunt pingues, donec tibi Raurica tellus
Meſſibus occurrit flavis.

Liv. ¶ Rauraci populi fuere Galliæ Lugdunenſis, Helvetiis finitimi, iuxta Rhenum, & inter Arolam fluvium & Iuram montem, in limite Germaniæ ſuperioris, ubi nunc pagus Baſileenſis & quatuor urbes ſylveſtres. Eius urbes fuere Auguſtas Rauracorum, *Augſt.* & Arialbinum, ſeu Baſilea, *Basle*, ad flexum Rheni, ubi tendit in Boream.

Rauranum, Raraunum Auſonio, Rarauna veteri inſcriptioni, *Rochefoucaut*, ut nonnullis videtur, oppidum Galliæ Aquitanicæ, apud Cadurcos, teſte Ortelio, inter Aunedonnacum & Limonum 20. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, à Santonibus 36. Ex quo liquet illud à Cadurcis longè diſtare. Sed aliis eſt Raucanum, ab Engoliſma 3. leucis in ortum, teſte Scaligero.

Ant. ¶ Rauranum ſeu Raraunum, oppidum pictonum, in Aquitania. Nunc *Rom* dicitur, eſtque oppidum ad Divam amnem, ferè 35. mill. paſſ. ab Inguliſma in Boream, & quinque leucis à Fano S. Maxentii in ortum.

Plin. Raurici. Vide Rauraci. Horum tractus *Urichia* in valle montis Iuraſſi nomen antiquum redolet.

¶ Rea, *l'Isle de Re*, inſula Galliæ, in Oceano Aquitanico & in ora Santoniæ provinciæ, ſeu, & meliùs, Alnetenſis tractus, à quo 2. tantùm leucis diſtat, & 3. à Rupella in occaſum; extenditurque ad 4. leucas ab Euro in Circium. Ibi locus præcipuus Fanum S. Martini, *S. Martin*, arx aliàs munita, ubi Angli victi & maxima clade affecti fuere à Gallis anno 1627. Sunt in ea etiam aliquot aliæ arces, dicta fuit ab antiquis Reacus inſula, & etiamnum perſæpe dicitur ab Hollandis *San Martin Eylandt*, inſula S. Martini.

Reate, Reation Stephano, ſed malè, *Rieti*, urbs antiqua Sabinorum, & Aboriginum, teſte Halicarnaſſeo, ad Velinum fluvium, & non longè à lacu Velino, ab urbe Roma 40. mill. paſſ. inter Narniam 20. & Aquilam 26. Populi Reatini plinio, qui Reatinas aquas ungulas iumentorum indurare ex Cicerone ait. Eius meminit Silius lib. 8.

Caſperula, hunc Foruli, magnaque Reate
Dicatum.

Apud Reate ſaxum ingens per rura vehi occulta vi ſub Marcello Conſule viſum Livius lib. 5. decadis 3. ſcribit.

Strab. Ptol. & al. ¶ Reate, urbs aliàs Sabinorum, nunc verò Umbriæ. Situ eſt propè regnum Neapolitanum, in ditione Pontificia; eſtque ferè media inter Narniam ad occaſum & Aquilam ad ortum, 25. milliaribus utrinque diſtans. Deficit in dies propter aeris inclementiam, & adiacentes paludes.

Reatina palus eadem, ac Velino lacui. Eius aquas ungulas iumentorum indurare plinius auctor eſt lib. 31. c. 2.

Plin. ¶ Reatina palus nunc *Lago di Rieti* dicitur; eſtque in Umbria, inter Reate ad ortum & Velinum lacum ad occaſum. Parva eſt & in Velinum lacum ſe exonerat 5. mill. paſſ. infra Reate, & in ipſo limite Sabinæ.

Plin. Reatinus ager, *Campo pendente*, teſte Andrea Baccio, pars territorii Reatini.

Steph. Enet. inf. Reatium, *Meſuraca*, oppidum non obſcurum magnæ Græciæ, teſte Barrio, in Calabria ulteriori, apud Choniam inde 5. mill. paſſ. à Siberena 10.

Rebellio, *Robil*, vel *Robel*, urbs Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, ad lacum quendam, contra Varam oppidum, in adverſa ripa.

¶ Rebelio, *Rebel*, oppidulum eſt Ducatus Megalopolitani, in Saxonia inferiori, iuxta lacum *Maritz* dictum, in limite

limite Brandeburgico, 2. leucis à Vara diſtans in meridiem, uti 7. à Guſtrovia.

¶ Rebellum, *Ravello*, urbs parva regni Neapolitani, in principatu citeriori, in monte, 3. mill. ab Amalphio in Boream Noceram verſùs, & 10. a Salerno in occalum Surrentum verſùs.

Reccopolis, *Almonacid*, teſte Morali, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Carpetanis, (non in Celtiberis) à Toleto 5. leucis in ortum Valentiam verſùs, à Leovvigildo Rege condito. Locus apud *Almonacid* oppidum, quod nova Reccopolis dici poteſt.

Rechius, fluvius Macedoniæ, apud Theſſalonicam fluens.

¶ Recinetum, *Recanati*, urbs Italiæ, in ditione pontificia & in piceno, oblonga, in colle, cuius epiſcopatus unitus eſt Lauretano. Crevit ex ruinis Helviæ Recinæ; & 5. mill. diſtat à Laureto in occaſum, Maceratam verſus 10. propè potentiam fluvium.

Rectus, vicus Damaſci, Euthia à Græcis dictus.

¶ Recuperata ditio, *le pais reconquis*, tractus Galliæ, in parte ſeptentrionali picardiæ, ubi Comitatus Guienenſis, & Oſienſis, cum Caleto urbe & emporio celebri. Sic dicitur ex quo Henricus ſecundus Francorum Rex eam ab Anglis recepit anno 1558. Sepàratur à Flandria Agnione fluvio, & a Comitatu Bononienſi montibus arenaceis ſancti Ingelberti.

Redæſtum, quod & Biſante Ptolemæo, & * Rædeſtum, *Rodoſto* Sophiano, & aliis, urbs Thraciæ, ad Propontidem, epiſcop. ſub Archiep. Heracleenſi, inter Myriophitum 35. & Heracleam in Boream 30. mill. paſſ. Hic Ortelius Plinium citat, qui Reſiſton habet, non Redæſtum, (* in Seldeni manuſcr. P*edeſton*.)

¶ Reddinga, *Redding*. urbs Angliæ, in Bercheria provincia, ad Thameſim, fluvium, in limite Buckinghamiæ Comitatus, 20. milliaribus Anglicis ab Oxonio in Eurum diſtans.

Rediculi campi, & Rediculi Fanum apud Feſtum, locus Latii, in via Appia, ab urbe extra portam Cupenam 2. mill. paſſ.

Redintuinum, *Taintz*, teſte Lazio, vel *Tein*, oppidum Germaniæ, in Bohemia, medium inter Pragam & Ratiſponam 14. leucis, apud ſylvam Bohemicam, à Pilſna 3. Alterum verò ejuſdem nominis, inter Pragam 4. & Egram ad occaſum 26. Slanæ propinquum: quod Tetina Latino recenti dicitur, (vulgò *Teynetz*.)

¶ Redones, *Rennes*, urbs Galliæ. Vide Rhedones.

¶ Reeſium, *Reès*, urbs parva, ſed probè munita Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in Ducatu Clivenſi, ubi Batavorum præſidium, quanquam juris ſit Brandeburgici. 3. leucis diſtat à Deſalia in Boream, verſùs Schenkii arcem totidem, & vix 3. à Clivia in ortum.

Regenſes, aliis Regienſes, populi Galliæ Narbonenſis, quorum urbs Regium, *Riez*, in provincia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Aquenſi, inde 10. leucis, Sanicium verſùs 12. inter Siſtaricam 7. & Forum Iulii in meridiem 12. Territorium Regenſe Turonenſi & Paulo Diacono.

¶ Regenſes, populi Galliæ Narbonenſis dicti fuere, aliàs Albici; & eorum urbs Reii Apollinarii, *Riez*, ad amnem Auneſtram, 10. leucis ab Aquis Sextiis diſtans in ortum. Santium verſùs 6. & 12. à Foro Iulio in circium.

Regeta, *Ruglate*, teſte Blondo, oppidum ſeu pagus Sabinorum, ab urbe Roma 35. mill. paſſ.

¶ Regienſis Ducatus, *il Ducato di Reggio*, provincia eſt Italiæ, in Longobardia & in ditione Mutinenſi, inter Mutinenſem Ducatum proprium ad ortum, parmenſem ad occaſum, & Mantuanum ad Boream, ac Carferonianam ad meridiem. Ejus autem præcipua urbs eſt Regium Lepidi.

¶ Regia inſula, ſive Regis ſcopulus, inſula parva in territorio Tragurienſi, Slavis K*raglievac*, in Dalmatia, & in ora ſinus Veneti, teſte Ioanne Lucio.

Regiana (Vide Regina Ptolemæo,) *Ellerena*, oppidum amplum Luſitaniæ, in Extremadura, ab Emerita 10. leucis Hiſpalim verſùs. Aliis *Reyna*.

Regiates, *Rezol*, populi, & oppidum Galliæ Togatæ ſeu Galliæ Ciſpadanæ, apud padum fluvium, medium inter Regium Lepidi & Mantuam (ad quam ſpectat) 18. mill. paſſ. Vaſtallæ vicinum, 3. mill. diſtans.

¶ Regiates aliis, & meliùs, eſt *Raggivolo*, caſtrum Italiæ in Ducatu Mantuano, in limite ditionis Mutinenſis, 6. milliaribus diſtans à Pado fluvio in ortum, uti à Vaſtalla.

Regillæ, Regillus Halicarnaſſo & Stephano, Regillum Livio, oppidum erat Sabinorum, apud Tiberim fluvium, ab urbe Roma 20. mill. paſſ. ſupra Tybur. *Suet.* *Liv.*

Regillus lacus, *Lago di S. Praſſede*, lacus Latii, teſte Iovio cum aliis, apud Algidum nemus, ab urbe Roma 16. mill. paſſ. *Plin.* *Feſt.*

¶ Regillus lacus, hodie *Lago di Caſtiglione*, teſte Athanaſio Kircherio, lacus eſt parvus Campaniæ Romanæ, prope Columnam caſtrum, inter Tybur ad Boream & Montem Algidum ad meridiem; & ex eo effluit Ola amnis. Attamen Lucas Holſtenius credit lacum Regillum eſſe parvum illum lacum ſub Columna, & lacum S. Praxedis ſeu Caſtiglionis eſſe lacum Gabinum ſeu Burranum antiquorum, 14. mill. paſſ. ab urbe Roma. *Ptol.*

Regina, Regiana Antonino, *Reyna*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in Turdetanis, mediterraneum, haud procul ab Ana fluvio: Regiana tamen Antonini videtur diverſa à Regina Ptolemæi; nam Regiana apud Antoninum ponitur diſtans ab Emerrita 27. mill. paſſ. & videtur aliquibus ea eſſe quæ *Ellerena* hodie nominatur, oppidum præcipuum Extremaduræ, licèt paulò nunc magis diſtare deprehendatur.

¶ Reginogradecium, aliter Hradecium Reginæ, K*ralouvirhrades* Bohemis, K*oningingretz* Germanis, K*onigſgrats* Gallis, urbs Germaniæ, in regno Bohemiæ; recens epiſcopali ſede donata, ſub Archiepiſcopo Pragenſi ab Alexandro VII. Pontifice Maximo. Sedet ad Albim flu. 12. leucis à Praga in ortum, Glacium verſùs 9.

¶ Reginum, ſeu Regina Caſtra, urbs eſt Germaniæ, *Ratisbone* vulgò, Vide Ratiſpona.

¶ Reginus, *Regen*, fluvius Germaniæ. Cadit in Danubium ad Reginum ſeu Ratisbonam, in Bavaria. Oritur autem in ipſo limite Bohemiæ è duplici fonte, & deinde per palatinatum ſuperiorem labitur.

Regiones non modo provinciarum, ſed etiam urbium magnarum partes ſunt.

Regiones urbis Romæ 14. ex Publio Victore,
Sexto Rufo, & aliis.

1. Porta Capena, inter Cœliomontanam ad ortum & Aventinum montem ad occaſum ac inter Piſcinam publicam & viam Appiam, ambitus pedes 12222. habet: in qua templa 4. vici 9. templa Martis, Fortunæ, Iſidis, & Serapidis.

2. Cœliomontana, magnam Cœliimontis partem occupans, (pars enim altera in prima regione eſt) 12200. pedum: in qua vici 7. templa 4. Tulli & Oſtilii cum regia, Bacchi, Fauni, & Claudii.

4. Iſis & Serapis Monetæ, inter Cœlium montem & Exquilias, quarum magnam partem occupabat, pedum 12450. in qua vici 8. templa 2. Serapidis Monetæ, & Concordiæ; thermæ Titi, Trajani, & Philippi Imperatorum, & amphitheatrum Veſpaſiani.

4. Templum Pacis, & via ſacra, quæ inde incipit, inter Palatium & Eſquilias, pedum 12000. vici 8. templa 9. (præter Pacis) Solis, Lunæ, Telluris, Concordiæ, Veneris, Remi, Auguſti, Nervæ, & Fauſtinæ.

5. Exquilina, magnam partem Exquiliarum occupans cum monte Viminali, pedum 15900. vici 15. templa 6. Jovis Fagutalis, Junonis Lucinæ, Veneris Erycinæ, Minervæ medicæ, Sylvani, & Aſculapii, regia Servii Tullii horti Planciani, & Mecœnatis; thermæ Olympiadis amphitheatrum Caſtrenſe.

6. Alta ſemita, inter montem Quirinalem, & ſubjectam vallem ad lævam, pedum 15600. ubi vici 12. templa 13. Salutis, Serapidis, Apollinis, Floræ, Veneris Hortorum, Salluſtii, Quirini, Minervæ Flavianæ, Fortunæ Sejæ, Salutis, Fortunæ liberæ, Fortunæ publicæ, Fortunæ primogeniæ, thermæ 2. Diocletiani & Conſtantini.

7. Via lata, inter collem Hortulorum & Forum Trajani, attingens latus collis Quirinalis ad lævam, & dextrorſum Circum Flaminium, pedum 15600. ibi vici 10. templa 3. Spei, Fortunæ, & Quirini, præter templum Solis & Lunæ, Fora 2. Suarium, & Archimonium.

8. Forum Romanum, inter Capitolium, Palatinum, et Tiberim, in plano, pedum 12867. ubi roſtra populi Romani vici 12. fora 2. Romanum, & Cæſaris Auguſti; templa 4. Jani, Veſtæ, Romuli, & Penatum, præter templa Jovis optimi maximi & Julii Cæſaris, Carmentæ, & Mi-

Minervæ, Nemeſis, Saturni, Veneris genitricis, Junonis maritalis, Auguſti, & Larum.

9. Circus Flaminius, maxima omnium, continens quicquid inter montes & Tiberim, excepta Via lata pedum 30500. in qua vici 30. templa 8. Pantheon, Jovis, Jani, Bruti, Callaici Apollinis, Neptuni, D. Antonini, Minervæ Chalcidicæ, Iſidis & Serapidis ſimul; Circi 2. Alexandri, & Flaminius; campus Martius, cum obeliſco.

10. Palatium, totum montem Palatinum complectens pedum 20700. ubi vici 7. templa 10. Jovis Statoris, Spei, Apollinis Palatini, Lunæ in Palatio ipſo, Jovis, Auguſti Quirini apud Lupercal, Jovis purgatoris, Matris deum, & Febris, in Palatio; arcus Octavii patris Auguſti; Septizonium Severi; coloſſi 2. Jovis, et Apollinis.

11. Circus Maximus, planitiem continens inter Aventinum montem & Tiberim, ac inter Salinas & Tiberim, pedum 11500. in qua vici 8. templa 4. Mercurii, Caſtoris, Herculis in foro Boario, & Jani in foro Olitorio; velabra 2. majus in foro Olitorio, & minus.

12. Piſcina publica, ſpatium continens poſt circum Maximum ad montis Aventini radices; pedum 12000. ubi vici 12. horti Aſiniani; thermæ Antonianæ, Septizonium vetus.

13. Aventinus, totum Aventinum montem complectens præter thermas Antonianas, pedum 16200. in ea vici 17. templa 6. Lunæ, Dianæ, Bonæ Deæ, Libertatis, Junonis reginæ, & Iſidis; thermæ 2. Varianæ, & Trajani: forum piſtorium.

14. Tranſtiberina, quicquid inter Tiberim & Vaticanum montem eſt continens, pedum 33689. ubi vici 23. templa 3. Fortunæ fortis, Fortunæ liberæ, & Apollinis in Vaticano, circus Vaticanus thermæ 2. Septimianæ, & Hyemales; Aurelii Imperatoris moles, & ſepulchrum Hadriani.

Aliæ Romæ regiones poſtea ſuperioribus additæ.

1. Tabernulæ, ſic à tabernis, quæ ibi erant, dicta.

2. Suburrana, à Suburra, vico regionis 2. in quo meretrices habitabant, nominata, uſque ad Viminalem collem protenſa.

3. Collina, ſic à vicina porta appellata.

4. Faſciolæ, à qua titulus Eccleſiæ olim fuit.

5. Urſi pileati, qui apud portam Eſquilinam (ubi nunc ſacra ædes S. Bibianæ virgini dicata) erat. Ambitus urbis 36. mill. paſſuum erat, ſuburbiis Oſtiam uſque perdurantibus & domibus Ocriculum uſque, teſte Ammiano.

Regiones urbis Conſtantinopolitanæ 14.

1. In qua domus Placidiæ Auguſtæ, domus Marinæ, thermæ Arcadianæ, vici 29. domus 118. porticus duæ, balneæ privatæ 15. piſtrina publica 4. privata 15. gradus 4.

2. Incipit ab initio theatri minoris molli clivo ſeſe attollens, ad mareque præcipitiis deſcendens. In ea Eccleſia magna et antiqua, ſenatus, tribunal gradibus purpureis, thermæ Zeuſippi, theatrum et amphitheatrum, vici 34. domus 98. porticus magnæ 4. balneæ privatæ 13. piſtrina privata 4. gradus 4.

3. Plana in ſuperiori parte, altera parte clivo prono ad mare deſcendens. In ea domus Pulcheriæ Auguſtæ, portus novus, porticus ſubrotunda, tribunal fori Conſtantini domus 94. vici 7. porticus magnæ 5. balneæ privatæ 11. piſtrina privata 9.

4. Incipit à Milliario aureo, aſſurgens collibus læva, dextraque ad planitiem perducta, continens Milliarium aureum, Auguſteum, baſilicam, nymphæum, porticum Panionis, liburnam marmoream, (navalis victoriæ monumentum) Eccleſiam S. Mennæ martyris, ſcalam Timaſii domos 475. vicos 32. porticus magnas 4. balneas privatas 7. piſtrina privata 5. gradus 7.

5. Obliquior planitie producitur, in qua ædificia continentur. Ibi thermæ Honorianæ, ciſterna Theodoſii, thermæ Eudociæ, prytaneum, ſtrategium, forum Theodoſii, obeliſcus, Thebæus quadrus, horrea olearia, nymphæum, horrea Troadenſia, & Valentiana, ac Conſtantiana, portus proſphorianus, ſcala Chalcedonenſis, domus 84. vici 23. porticus magnæ 7. balneæ privatæ 11. piſtrina publica 7. privata 2. gradus 9.

6. Modica planitie, ut plurimum in devexo conſiſtens quæ à claro foro Conſtantini ad ſcalam uſque, ſive trajectum Sycænum, extenditur. Ibi columna purpurea Conſtantini, & ſenatus, domus 484. vici 22. porticus magna 1. balneæ privatæ 9. piſtrinum publicum 1. privata 17. gradus 17.

7. Superiore parte planior, circa mare declivior eſt. à parte dextra columnæ Conſtantini, uſque ad forum Theodoſii porticibus extenditur: utrinque habet Eccleſias 3. Irenes, Anaſtaſiæ, & S. Pauli, columnam Theodoſii cum gradibus, thermas Caroſianas, domus 171. vicos 55. porticus magnas 6. balneas privatas 12. gradus 16.

8. Ex parte Tauri, mare non attingit, anguſtior, ſed longios: continet partem fori Conſtantini, porticum ſiniſtram Taurum uſque ad baſilicam Theodoſianam, Capitolium, domos 108. vicos 21. porticus majores 5. balneas privatas 10. piſtrina privata 5. gradus 5.

9. Prona tota, in auſtrum deflexa mari contermina continet Eccleſias 2. Cœnopolim & Oneneam, horrea Alexandrina, domum nobiliſſimæ Arcadiæ, thermas Anaſtaſianas, horreum Theodoſianum, domos 116. vicos 16 particus majores 2. balneas privatas 15. totidem piſtrina privata, publica 4. totidem gradus.

10. In aliud urbis latus recedit, à nona platea magna, veluti fluvio, diviſa, planior, nec inæqualis, niſi juxta mare, pari longitudine & latitudine conſtans. In ea Eccleſia S. Acatii, thermæ Conſtantinianæ, domus Placidiæ, & Eudociæ, ac nobiliſſimæ Arcadiæ, nymphæum majus, domus 636. vici 20. porticus majores 6. privatæ, & piſtrina publica 3. privata 16. gradus 12.

11. Spatioſior, & nulla parte mare attingens, partim plana, partim collibus inæqualis. In ea Eccleſia Apoſtolorum, palatium Facellianum, domus Pulcheriæ, bos ereus, ciſterna Arcadiana & Modeſtiana, domus 503. vici 8. porticus majores 4. balneæ privatæ 14. piſtrinum publicum 1. privata 3. gradus 7.

12. Inter civitatem & portam plana, à latere ſiniſtro ubi mari terminatur declivis, mœnium ſublimitate ornata. In ea porta aurea, & porticus Troadenſis, forum Theodoſii, columna gradibus intus pervia, Moneta, portus Theodoſii, domus 363. vici 11. porticus majores 3. balneæ privatæ 5. totidem piſtrina privata, gradus 9.

13. Sicæna dicitur, ſinu maris anguſto diviſa, & montis lateri affixa, navigiis frequentibus. Ibi platea cum planitie inter montes & littora, Eccleſia, thermæ, & forum Honorii, theatrum, navale, domus 431. porticus maior 1. balneæ privatæ 5. piſtrina privata 4. publica 1. gradus 8.

14. A reliqua civitate diviſa, muro proprio vallatur: ſitu plana, progreſſis à porta modicum eſt, ſed latere dextro clivoſa, uſque ad medium plateæ; quod eſt pronum uſq; ad mare. Continet Eccleſiam, palatium nymphæum, thermas; theatrum, luſorium, pontem ſublicium vicos 11. domum 167. porticus maiores 2. balneas privatas 5. piſtrinum privatum 1. & publicum 1. gradus 5.

Tota urbis longitudo a porta aurea ad mare recta linea eſt pedum 14076. latitudo 6150. Nonnihil ſub Turcis immutata eſt, 18. mill. paſſ. ambitu patens.

¶ Regiomons, *Konigsberg* incolis, urbs eſt Hanzeatica, ampla, & emporium celebre Poloniæ, Pruſſiæ Ducalis caput, cum arce & portu prope oſtia pregelæ fluvii in Habum ſinum, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Dicitur Mons Regius & Regius, Mons, polonis *Kroleſſki* Triplex urbs eſt, nempè vetus, ubi arx Ducalis, à Georgio Friderico Brandeburgico Marchioni excitata: Altera pars civitatis *Kniphoff* dicitur, ubi templum ineſt Cathedrale Epiſcopi Sambienſis, & Academia ab Alberto pruſſiæ Duce inſtituta anno 1544. Tertia urbis pars *Lebenicht* dicitur. Vide Regius Mons.

Regis mons, *Kunigsberg*, teſte Lazio oppidum cum monte, qui *Vogel* dicitur, in Iapidia regione, in Carniolæ confinio, ac in Comitatu Celeienſi, apud Collem oppidum, *Rain* vulgò à pætovione 8. leucis in auſtrum, a Celeia urbe 3. in Eurum.

Regis villa, quæ Regæ Antonino dici videtur. oppidum fuit Thuſciæ, in ora, inter Graviſcas, & Coſam urbem exciſam.

Regium flumen, Baſilius Straboni, fluvius Meſopotamiæ, inter Euphratem & Tigrim fluens.

Regium Gallicum, *Riez*, urbs Galliæ Narbonenſis, in Provincia, inter Aquas Sextias 12. & Diniam 6. mill. paſſ. in monte, aliis Regena, & Regenſis urbs, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Aquenſi. (*Vide Regii Apolinarii.*)

Regium Germanicum, *Roking*, oppidum olim Vindeliciæ, nunc pagus, ſeu vicus (cùm oppidum ſit exciſum)

in

in Bavaria, teſte Lazio, inter Abudiacum & Aciliam, à Ratiſpona 2. leucis in Auſtrum.

Regium Iulium. Vide Rhegium.

Regium Lepidi & Regium Lepidium, *Reggio*, urbs Galliæ Togatæ, in via Æmilia, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Ravennate priùs, nunc ſub Archiepiſcopo Bononienſi, inter Parmam, & Mutinam ad ortum 15. mill. paſſ. priùs colonia Tuſcorum, deinde Lepidi, ſub Principibus Areſtinis, ab Ortelio omiſſa; nunc clarior imagine prodigioſa Deiparæ in æde Servorum.

Regius mons, *Kunigsberg* & *Konigsberg*, urbs Sarmatiæ, Boruſſiæ ſeu Pruſſię primaria, emporium & Academia, ac Principis ſedes, in ora littorali, à Dantiſco, ſeu Gedano altero Pruſſiæ emporio ſupra 30. leucas in Boream Rigam versùs.

Regius Mons, *Konigsbergs*, Poloniæ urbs, ad Pragelam fluvium. Anno 1260. ab Equitibus Teutonicis extructa fuit, nunc pruſſiæ Ducalis metropolis, academia, & emporium celebre. 20. milliaribus Germanicis diſtat à Gedano in ortum.

Regna Europæ:

Gallicum, *Regno di Francia*, (*Royaume de France.*)
Hiſpanum, *di Spagna*, (*d'Eſpagne.*)
Anglicum, *d'Inghilterra*, (*d'Angleterre.*)
Scoticum, *di Scotia*, (*d'Eſcoſſe.*)
Hibernicum *d'Irlanda*, (*d'Irlande.*)
Bohemicum, *di Bohemia*, (*de Boheme.*)
Danicum, *di Danemarcha*, (*de Danemarck.*)
Norvegicum, *di Norvegia*, (*de Norvvegue.*)
Suecicum, *di Suetia*, (*de Suede.*)
Polonicum, *di Polonia*, (*de Pologne.*)
Moſchicum, *di Moſcovia*, (*de Moſcovie.*)
Tauroſcythicum, *di Tartaria*, (*de la petite Tartarie.*)
Dacicum, *di Tranſilvania, Moldavia, & Valachia*, (*les pais tributaires du Turc.*)
Turcicum, *del gran Turco*, (*l'Eſtat du Turc en Europe.*)
Hungaricum, *d'Ongaria*, (*de Hongrie.*)
Neapolitanum, *di Napoli*, (*de Naples.*)
(Luſitanicum, *di portugallo*, *de Portugal.*)
Siculum, *di Sicilia*, (*de Sicile.*)
Sardoum, *di Sardegna*, (*de Sardaigne.*)

Hæc ex ſitus, non magnitudinis, aut nobilitatis ordine recenſuimus. De quibus pauca ſubiiciemus.

Brevis explicatio.

Gallicum regnum multiplex quondam fuit, Franciæ, Auſtraſiæ, & Burgundionum. Nunc uni tantùm parent Regi Gallia Celtica, Aquitanica; & Narbonenſis (ſi Sabaudiam, & Comitatum Avenionenſem excipias) & pars modica Belgicæ, hoc eſt, Campania & Picardia. Pars maxima, quæ Belgicum dicitur, multis conſtans provinciis, cum Burgundia Comitatu, Hiſpano Regi ſubditur: Helvetia libera eſt: Auſtraſia ferè tota Ducem proprium habet: Germania ſuperior & inferior partim liberæ, partim diverſis Principibus parent. Regia Gallorum Lutetia Pariſiorum eſt, *paris*, (*totius Europæ maxima.*)

¶ Gallicum regnum, ſeu Francicum, *le royaume de France*, aliàs multiplex erat, nempè Franciæ, Auſtraſiæ, Aurelianenſe, Sueſſionenſe, Burgundiæ, Arelatenſe et Aquitanicum. Nunc uni tantùm Regi Chriſtianiſſimo parent Gallia Celtica, exceptis Helvetiis, Gallia Aquitanica, & Gallia Narbonenſis ferè tota, cum maxima parte Galliæ Belgicæ, hoc eſt, Campania, Picardia, & Arteſia, partes Flandriæ, Hannoniæ, Lotharingiæ, & Ducatus Lucemburgici, uti & pars etiam Germaniæ ſuperioris cis Rhenum, ubi Alſatia & minor tantùm portio Belgii meridionalis paret Hiſpanis. Gallicum autem regnum dividitur in duodecim Præfecturas generales, ſub quibus ſunt ſexaginta circiter provinciæ.

Hiſpanum olim ſub Gothis unum fuit, ſub Arabibus; & ſub Chriſtianis ejus temporis multiplex, Aragonium, Navarræum, Legionenſe, Caſtellanum, Gallæcium, & Luſitanum, ſub Philippo II. rurſus ad monarchiam rediit. Regia Madritum eſt, *Madrid.*

¶ Hiſpanum, *le royaumne d'Eſpâgne*, ſub Philippo ſecundo ad Monarchiam redierat; ſed rurſus ſub Philippo quarto diviſum fuit anno 1640. Luſitania proprium Regem ſibi eligente: Ideò Regi Hiſpaniæ ſubſunt tantùm Hiſpania Tarraconenſis, & Hiſpania Bætica, cum aliqua parte Luſitaniæ antiquæ. At viciſſim Regi Portugalliæ ſubſunt Callaici Bracarii in Hiſpania Tarraconenſi, inter Durium & Minium fluvios, ſicque Regi Hiſpaniæ ſubſunt tantùm regna Caſtellę, & Aragoniæ, cum provinciis eis annexis.

Anglicum olim plura continebat regna, Cantiorum, Saxonum orientalium, Saxonum occidentalium, Merciorum, Northumbriorum, (Anglorum orientalium, & Saxonum Auſtralium.) Multo ab hinc tempore ex multis unum conſlatum eſt. Cuius regia Londinium, *Londra* Italis, *London*, incolis.)

¶ Anglicum, *le royaume d'Angleterre* complectitur quoque Wailiam; nuncque etiam vocatur *Thè Kingdome of thè Gra: Bretain* incolis, *le royaume de la grande Bretagne* Gallis, ex quo Anglia, & Scotia eidem Regi ſubſunt.

Scoticum, priùs ſub Caledoniis, poſtea ſub Pictis, demum ſub Scotis fuit Regia Alata caſtra, *Edenburg.* Sed noſtra tempeſtate idem Rex Scotiæ & Angliæ dominatur, quòd Rex Scotus Anglo (ſine ſobole decedenti) ſucceſſerit, & in Angliam, uti maius regnum, tranſmigrarit.

¶ Scoticum, *le royaume d'Eſcoſse*, aliàs habuit regna Scotorum & Pictorum, nunc verò dividitur in Scotiam cis Taanam & Scotiam trans Taanam.

Hirbernicum plures quondam Reges, ſeu veriùs regulos habuit; nunc Anglo Regi paret. Regia Eblana, *Dublin.*

¶ Hibernicum, *le royaume d'Irlande*, aliàs diviſum fuit in regna, Connaciæ, Lageniæ, Momoniæ, & Ultoniæ; ultimiſque temporibus in regnum evectum fuit ſub Henrico VIII. Rege Angliæ, cum antea dominii titulo tantùm inſigniretur.

Bohemicum, ex multis Germanię regnis (in quibus Saxonicum, Vandalicum, Suevicum, Boicum, cum aliis fuere) his temporibus remanet, eòque gens potitur Auſtriaca. Regia, *Praga*, ampliſſima.

¶ Bohemicum regnum, (*Konigreich Boheim* incolis, *royaume de Boheme* Gallis, antea fuit electivum, nunc verò hereditarium; complectiturque Bohemiam propriam, Sileſiam, & Moraviam: ſed Luſatia, quæ eius etiam pars erat, Saxoniæ Duci conceſſa fuit ultimo bello Germanico anno 1620. & ipſis etiam ſubeſt.

Danicum, à Dania dictum, quæ non ſolùm Cimbricam Cherſoneſum, ſed & adiacentes inſulas in mari Baltico comprehendit. Regia Haphnia eſt in Silandia inſula vulgò *kopenhagen.*

¶ Danicum, *le royaume de Danemarc*K nunc Cimbricam Cherſoneſum, Selandiam, Fioniam, & inſulas adiacentes complectitur; ſed aliàs multò major erat, eique ſuberant Gotlandia, Oelandia, & Oſilia, cum Scania, Halandia & BleKingia provinciis; quæ nunc Sueco ceſſerunt à paucis annis; olimque ab eo pendebat Sueciæ regnum, quòd à Danis defecit ſub Chriſtierno Rege. Antea erat electivum, ſed à paucis annis hæreditarium factum fuit à Friderico III. Rege poſt bellum Suecicum ultimum.

Norvegicum Scandinaviæ, ſinu Baſiliæ peninſulæ partem in occaſum & Septentriones vergentem continet, unà cum Thule inſula in occaſum recedente, & Groenlandia in Arctos. Regia Berge, *Bergen.* Hac tempeſtate regno Danico iunctum eſt.

Suedicum ſive Suecicum in altera Scandinavię parte, quæ in ortum & Boream vergit, ſitum eſt Biarmiam, & Finlandiam, & ad meridiem Gothlandiam complectens. Huius regia Holmia eſt, *StoKolm* ſeu *StocKholm.*

Suecicum, *le royaume de Suede*, valdè extenſum eſt, & continet Sueoniam ſeu Sueciam propriam, Gothiam late ſumptam, Finlandiam & Livoniam, cum annexis provinciis iuxta mare Balticum & Ducatum Bremenſem, Pomeraniamque citeriorem. Eius regia eſt *Stokolm.*

Polonicum ampliſſimum, utramque Poloniam, (*quæ* ferè tota in Germania eſt) multaſque ac ingente Sarmatiæ provincias complectens, in quibus ſunt Pruſſia, Samogitia, Livonia, Maſſovia, Lithuania, Volhinia, Podolia, & Ruſſia. Regia Craccovia *Crackovv*, eſt in minore, & Poſnania, *Poſen*, in maiori Polonia. Utraque Polonia Viſtula amne à Sarmatia ſeparatur. In eo populi Boruſci Lavoniæ, Alani, Baſtarnæ, Peucini, Budini, & Roxolani.

Polonicum regnum, *le royaume de Pologne*, complectitur Poloniam utramque, cum annexis provinciis Pruſſia, Cuiavia, Mazovia, Polachia, & Ruſſia nigra; et Lthuaniam, cum eius annexis Volhinia, Podolia, Samogitia, et Poleſia. Sed Livonia, quæ eius etiam pars erat, nunc Sueco paret. Totius regni caput eſt Cracovia. Ex his provinciis conflata erat Germano Sarmatia,

matia, in qua populi præcipui Venedi, Æſtiæi, Peucini, & Baſtarnæ. Sed Polonia propria cis Viſtulam fluvium pars erat Germaniæ antiquiſſimis temporibus,

Moſchicum ſive Moſcoviticum, ſic à Moſcha regia *Moſchovv* dictum, multas comprehendit provincias Sarmatiæ utriuſque à ſinu Venedico ad occaſum ad Obim uſque fluvium ad ortum, apud Riphæos montes, (quo à Scythis ſeu Tartaris diſterminatur) ac inter Caſpium mare ad meridiem & Oceanum Septentrionalem.

Moſchicum ſive Moſcoviticum, *le grand Duchè de Moſcovie ou Ruſſie*, ſeu, ut ipſi Moſchi dicunt, *l'Eſtat du* Tz*ar ou Empereur de Ruſſie*, regio eſt Europæ ampliſſima, inter ſinum Finnicum ad occaſum, & Peiſidam fluvium trans Obium ad ortum extenſa; ſed non ſeparatur à Tartaria Riphæis montibus ad ortum, neque etiam extenditur ad ſinum Venedicum ad occaſum; & in ea regione fuere aliàs Sarmatia Europæa, ſub qua Alauni & Amaxobij; & Sarmatia Aſiatica, ubi Perierbidi & Sarmatæ propriè dicti; erantq; aliàs ibi regna Aſtracani, Bulgariæ, & Caſani, uti & plurimi Principatus ſui juris.

Tauroſcythicum non modò Tauricam Cherſoneſum, ſed & Sauromatas, Agathyrſos, Gelonoſque juxta Mæotidem paludem ac Getas amplectitur. Regia Taphræ, vulgò *Precop*, (unde Tartari Precopenſes dicti.) His aſſiduè cum Polonis finitimis bellum eſt.

¶ Tauroſcythicum, *la petite Tartarie*, complectitur Tauroſcythas, ſeu Tauricam Cherſoneſum, & Roxolanos, ubi nunc Tartaria minor ſeu Precopenſis, ſub dominio proprii Principis Turcarum tributarii, qui vulgò *le kam des petits Tartares* dicitur, ſed regio titulo caret.

Dacicum, nunc (Iſtro ad meridiem & ortum, Tibiſco ad occaſum, & Tyra ad Boream terminatum) in tres provincias, Tranſylvaniam ad occaſum, Moldaviam ad ortum, & Valacchiam ad meridiem & ortum diviſum; ſub tribus dynaſtis Turcarum vectigalibus. Regia Tranſylvaniæ Alba Iulia, Moldaviæ Soczavia, Valacchiæ Tergoviſta.

¶ Dacicum, *les pais tributaires du Turc*, antiquiſſimis temporibus regio titulo claruit, poſteà pars fuit Illyrici Orientis, & deinde regni Hungariæ, donec ſuperiori ſęculo tota hæc regio diviſa fuit in tres partes ſub tribus Principibus ſeu Vaivodis, ut vocant, ſub clientela Imperatoris Turcarum, cui tributum ſolvunt.

Turcicum, quòd multa regna & provincias continet Europæ, Myſiam utramque cum Sarmatiæ parte, Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam, Achaiam, (in qua Attica, Bœotia, Megaris, Phocis, Doris, Locri, & alii populi) Peloponneſum, Aetoliam, Epirum, Illyricum penè totum, maximàmque Pannoniæ partem, ac majorem Hungariæ Tranſdanubianæ. Regia Byzantium, quæ & Conſtantinopolis, *Stamboli* Turcis; cùm priùs eſſet Hadrianopolis.

¶ Turcicum, *l'Eſtat du Turc en Europe*, ſeu ditio Turcica, in Europa, continet Græciam latè ſumptam cum inſulis, Macedoniam, Thraciam, Mœſiam utramqne, & Illyricum proprium penè totum, cum Pannonia inferiori, ubi nunc Græcia, Macedonia, Albania, Romania, Bulgaria, Servia, Boſnia, & Hungaria pro majori parte, inter mare Aegæum ad ortum, mare Adriaticum ad occaſum, & Danubium fluvium ad Boream; diciturq; perſæpe *Romelie* à Turcis. Continet etiam Cretam & inſulas maris Aegæi: & eius aliæ partes ſunt in Aſia & in Africa.

Hungaricum utramque complectitur Pannoniam, ac Iazyges Metanaſtes. In duo hodie diviſum eſt: pars major ortum versùs paret Turcis, cujus regia eſt Buda: pars minor ad occaſum Regi adhuc ſubditur ex Auſtriaca familia (Hic nunc Imperator, & Bohemiæ Rex eſt.) Regia ubi regni comitia habentur Poſonium eſt, *presburg* Germanis dicta.

¶ Hungaricum, *le royaume d'Hongrie*, regnum eſt electivum; continetque Iazyges Metanaſtas, uti pannoniam inferiorem cum parte ſuperiori. Dividitur in 54. Comitatus ſeu provincias. Sed ejus pars major & ad auſtrum paret Turcis, pars Borealis ſubeſt Auſtriacis.

Neapolitanum, à Neapoli urbe Italiæ totius, nedum Campaniæ primaria, olim proprium habuit Regem, aliquando Gallis paruit, nunc Hiſpanis, in 12. regiones diviſum.

¶ Neapolitanum, *le royaume de Naples*, dictum fuit aliter regnum Siciliæ cis pharum; & aliàs diviſum fuit in quatuor partes præcipuas. Subeſt nunc Hiſpanis, ſed ſupremo jure pendet à Summo Pontifice.

¶ Luſitanicum, *le royaume de portugal*, defecit ab Hiſpanis noſtra ætate, & totam comprehendit portugalliam & Algarbiam, uti antea, cùm proprios habuerat Reges, ibi Luſitania ferè tota, dempta tantùm aliqua parte ad ortum; ſed viciſſim Callaici Braccarij ſunt in portugallia, cùm aliàs eſſent in Hiſpania Tarraconenſi. Regia Oliſippo, *Lisboa*.

Siculum quoque poſt Saracenos exactos proprio Regi paruit, quo ſine liberis decedente, ad Hiſpanos devolutum. Regia panormus eſt, *palerme*.

¶ Siculum, *le royaume de Sicile*, dictum fuit etiam regnum Siciliæ trans pharum. Pendet à Summo Pontifice ſummo iure. Aliàs proprios habuit Reges, & poſteà ab Aragoniis fuit occupatum; dividiturque in tres valles ſeu provincias.

Sardoum, & ipſum amiſſo proprio Rege, à diverſiſque brevi poſſeſſum, tandem in Hiſpanorum poteſtatem devenit. Regia eſt Calaris, *Cagliari*.

¶ Sardoum, *le royaume de Sardaigne*, proprios habuit Reges Saracenos, quibus à piſanis ereptum fuit; deinde principes ſeu Iudices habuit; tandemque Aragonii juris factum eſt: & nunc in duas partes dividitur.

Reliqua Italia diverſis principibus ſubditur. Nam Latium, pars Hetruriæ, Umbria cum Sabinis, picenum, & Flaminia ſive Romandiola, Pontifici Maximo parent; Venetia, Garni, et Hiſtria Venetis; Hetruria magno Duci; ora Liguſtica, et Corſica Genuenſibus; Gallia Subalpina Duci Sabaudo; Monsferratus (pars Liguriæ) Duci Mantuano; Aemiliæ pars Duci parmenſi, pars Mutinenſi; pars Liguriæ cum tota Inſubria Duci Mediolanenſi Hiſpano Regi. Prætermitto principes inferiores.

Regna Africæ:

Aegyptium, *Regno d'Egitto* (*l'Egypte* ſeu *Miſir.*)
(*Tripolitanum*, de Tripoli.)
Africum ſive Tuniſium, *di Tuniſi*, (*le Royaume de Tunis.*)
Numidicum, *di Conſtantina*, (*de Conſtantine.*)
Mauritaniæ Cæſarienſis et Telenſinum, *di Algeri*, (*d'Alger.*)
Mauritaniæ Tingitanæ, geminum; Feſſanum, *di Fez*;
Marochium, *di Marocco*, (*de Maroc.*)
Nigritarum multiplex, *di Negri*, (*le pais de Negres.*)
(*Guinea*, de Guinèe.)
(*Beninum*, de Benin.)
Aethiopum juxta Aequatorem ad occidentem multiplex, *di Damut*, (*de Demout.*)
Heſperiorum Aethiopum, *di Congo*.
Agiſymbæ ad occaſum, *di Loanga*, ad ortum, *di Cefala*, interiùs, *di Monomotapa*.
Praſſium, *di Mozambique*.
Raptium, *di Quiloa*.
Melindium, *di Melinde*.
Azanium, *di Xoa e Barva*.
Troglodyticum, *di Adel*.
Barnagaſſium, *di Bernagaſſo*, (*de Barnagas.*)

Interiora:

Garamantum, *di Garama*, (ſeu *de Berdoa.*)
Nubarum, *della Nubia*, (*de la* Nubie.)
Meroes et Sabæ, *di Cueguera*.
Aethiopiæ, *del prete-Iani*, (*du grand Neguz ou l'Abiſſinia.*)
Aethiopiæ ultra Aequatorem, *di Monemugi*.
(*Muiacum*, de Muiaco.)
(*Macocum*, de Macoco.)
(*Giringbomba*, de Giringbomba.)
(*Calarum*, , des Gales.)

¶ Hæc diviſio Africæ partim antiqua, et partim recens eſt. Sed partes Africæ hodie aliter ſe habent. Vide Africa.

Brevis explicatio.

Aegyptium Turcarum eſt, utramque Aegyptum, cum Marmarica et Cyrenaica complectens, à Berenice ad occaſum ad Heroum civitatem in ortum ad 1040. mill. paſſ. extenſum, et ab Alexandria ad Boream ad Syenen in auſtrum 600. Olim regia eius fuit Memphis, poſteà Alexandria, nunc Babylon, ſeu, ut vocant. Cayrum *Cairo*.

¶ Aegyptium regnum, *l'Egypte*, ſubeſt Turcis à 150.
annis

annis circiter cum annexis, nempè ab anno 1518. Sed parte Marmaricæ & Cyrenaicæ in mediterraneis ſunt deſertæ & incolis vacuæ, quanquam ſub dominio Turcarum.

¶ Tripolitanum, *le royaume de Tripoli*, ubi aliàs Tripolitana, in ora maris Mediterranei, & in Barbaria regione. Turcarum vectigal eſt.

Africum ſub Vandalis, ſub Arabibus verò & Turcis Tuniſium: cujus Rex vectigal Turcarum eſt. Regia Tunis eſt, vulgò etiam *Tuniſi*.

Numidicum quoque Turcis paret; cujus olim Cirtha fuit regia, (nunc *Conſtantina*) ſub Maſiniſſa Rege, Romanorum amico.

¶ Numidicum, *Conſtantine*, hodie pars eſt regni Algerii, ad ortum extenſa; eſtque in Barbaria regione.

Mauritaniæ Cæſarienſis duo fuerunt regna ſub Arabibus: Telenſinum, vulgò *Regno di Tremiſen*; & Juliæ Cæſareæ, (vulgò *Regno d' Algeri*) olim Iol. Iugurthæ regiæ. Nunc Turcis parent.

¶ Mauritania Cæſarienſis cum Sitifenſi & Numidia conficiunt regnum Algerii, *le royaume d' Alger*, Turcarum vectigal. Ejus partes ſunt quinque, & regia aliàs fuit Timici ſeu Telenſinum, *Tremiſen*, hodie Ruſucurrum, *Alger*.

Mauritaniæ Tingitanæ duo quoque ſub Arabibus fuere regna; Feſſanum, & Marochium: quæ noſtra tempeſtate ſub uno Rege, qui Seriphus dicitur, copulabantur, à freto Herculeo ad Atlantem montem ſuper Getulos etiam dominante, (*ex minima parte*.)

¶ Mauritaniæ Tingitanæ duo regna; *les royaumes de Fez & de Maroc*, pluries unita & pluries ſeparata fuere, nuncque iterum in unum coaluerunt hiſce ultimis temporibus.

Nigritarum in Libya interiori, maximè patet, in plura regna diviſum: quorum majora apud oram occidentalem & regionem quæ *Guinea* vocatur, Tombutum, & Mellium nominantur: interius Guberum, Gagum Azenegum, Bitum, Zanfaræ, Guangaræ, Daunæ, Medræ, ſic à regiis appellata; ſicuti & Cani & Caſſenæ.

¶ Nigritarum regio, *les païs des Negres*, pars eſt ampla Africæ, juxta Nigrum fluvium, extenſa ab ortu in occaſum, plura continens regna, nempè Gangaræ, Zanfaræ, Caſſenæ, Zegzegum, Canum, Guberum, Gagum, Agadum, Mandingæ, Tombutum, Mellium, Genehoam, & Gualatam: ſub quibus ſunt etiam alia regna minora.

¶ Guinea regio pars fuit aliàs Nigritarum, nunc regionem ſeparatam facit, *la Guinée*. In ea ſunt plurima regna, ſed Beninum regnum, *le royaume de Benin*, eorum eſt ampliſſimum & præcipuum.

¶ Beninum regnum, *le royaume de Benin*, pars eſt orientalis Guineæ latè ſumptæ.

Æthiopum ad occaſum ſub Æquatore, ultròque, & citro, nonnulla regna ſunt; ſed famoſiora Damutium, & Nebæorum eſſe feruntur.

¶ Æthiopes ad occaſum ſunt inter Nilum fluvium & Æthiopes Heſperios, parueruntque antea Imperatori Abyſſiniæ, nunc ſunt ſui juris pro majori parte.

Heſperiorum Aethiopum in ora occidentali ultra Aequatorem haud modicum conſpicitur. Cujus regia Congum dicebatur, regno nomen tribuens; ſed poſt receptam Chriſti Domini religionem opera Luſitanorum, S. Salvatoris civitas, ſeu Sotiropolis (quod idem ſonat) appellatur. Huic Angolanum regnum adverſum finitimum eſt.

¶ Heſperiorum Æthiopum regnum pars Aethiopiæ inferioris, & à quibuſdam Congum, *Congo*, dicitur; ſed revera plura alia regna complectitur, nempe Biafaræ, Loangi, Angolæ, Cacongi, Pongi, & Angræ, cum aliquot aliis minoribus.

Agiſymbæ (quæ pars eſt Africæ Auſtralis veteribus ignota, his temporibus *Zanguebar* nominata) in tria præcipua regna dividitur; Loangiæ ad occaſum, Sofalæ ſeu Cephalæ ad ortum (quæ ob auri copiam à nonnullis Ophir in libro Regum 3. memorata eſſe putatur) & Monomotapiæ interius majuſque, intra duo maxima flumina contentum, ac uſque ad Africæ fontem (hoc eſt, ad caput Bonæ ſpei, uti hodie nominatur) pertingens. Ad Arctos Monemugio regno etiam claro finitimum.

¶ Agiſymba regio pars eſt mediterranea Æthiopiæ inferioris, ſeu interioris, ubi nunc Imperium Monomotapæ, cui adduntur à quibuſdam Antropophagi Aethiopes, hodie *la Cafrerie*, in ora Oceani Auſtralis, ubi regna Zofalæ, Sedandæ, & alia vix nomine nota; ſed longè à Loanga diſtat in meridiem & Eurum.

Praſſium, à Praſſo urbe regiam (quæ nunc *Mozambique* nominatur) dictum, in ora Æthiopiæ ultra Aequatorem orientali.

¶ Praſſium regnum quid ſit non conſtat, forſan *Sedanda*, prope Praſſum promontorium, *le Cap des Courantes*, in Cafreria & Æthiopia interiori, ſed longè à Mozambico in meridiem.

Raptum, à Rapto urbe regia (quæ nunc *Quiloa* dicitur) & promontorio ac fluvio appellatum, & ipſum in Aethiopia ultra Aequatorem.

Melindium, ſic à Melinda regia, in ora orientali Aethiopiæ interioris etiam ultra Aequatorem (quæ Ptolemæo Eſſina dici videtur) in ora maris Azanii, appellatum. Eò Luſitani in Indiam navigantes; & in reditu, ſicuti & Sofalam, Praſſum, & Raptum divertere ſolent.

¶ Melindium regnum, *le Royaume de Melinde*, cum regnis Mozambico & Raptio ſeu Quiloæ conficiunt Zanguebariam regionem, ubi aliàs Barbaria regio Aethiopiæ.

Azanium, quod & Barbaricum ab Oceano & regione dici poteſt (Xoa hodie regio nominatur; Barbaria verò regio ampliſſima inter duo promontoria, Raptum ad auſtrum, & Aromata ad Septentrionem, haud unum hodie nomen habet.) Regia Azanii ſive Barbarici regni *Barva* nunc dicitur. Barbariam alibi, Ortelium ſecuti, regnum *Quiloa* minùs rectè indigitavimus.

¶ Azanium, *Coſte d' Aian*, regio eſt Aethiopiæ ſuperioris, inter Barbariam ad meridiem & promontorium Aromatum ad ſeptentrionem, ubi hodie regna Adel & Adea. Sed longè diſtat à Barva in meridiem & à quibuſdam etiam ſub Zanguebaria latè ſumpta comprehenditur. Ibi eſt Brava Reſpublica, quæ à quibuſdam Barraboa dicitur.

Troglodyticum in Æthiopia ſub Ægypto continetur, ſinum Arabicum, & Barbaricum attingens, introrſumque diffunditur: cujus Rex Abiſſinorum Regis eſt hoſtis perpetuus. Inter regias Dere, nunc *Zeila*, non obſcura eſt.

¶ Troglodyticum, *la Coſte d' Abex*, pars eſt Aethiopiæ ſuperioris, juxta ſinum Arabicum; eſtque pro majori parte ſub dominio Abiſſinorum versùs Boream. Turcæ aliquot loca occuparant in illo tractu, ſed inde ejecti ſunt ab incolis ultimis temporibus.

Barnagaſſium, ſic à regia *Barnagaſſo*, in Æthiopia ſub Ægypto, inter Meroen ad occaſum & ſinum Arabicum continetur, Turcis & Abiſſinis vectigal pendens.

Barnagaſſium, *le Barnagas*, regium eſt AEthiopiæ ſuperioris, ſub Abaſſinorum dominio, aliàs fruſtra tentatum à Turcis; eſtque pars Borealis regni *Tigrè*, versùs Nubiam.

Garamantum regnum hodie à pleriſque *Guangara* dici putatur, in Libya interiori, cujus regia adhuc *Garama* nominatur. His ad ortum Naſamones finitimi ſunt, & Augylæ, quorum regia *Agilla* ſive *Augilla* adhuc appellatur, apud Marmaricæ confinia.

¶ Garamantum regnum fuit ubi nunc pars orientalis Biledulgeridiæ, deſerta Lempta, Berdoa, Bornum, & Gaoga, in parte orientali Zaaræ regionis, ſeu deſerti. Sed nulla hodie urbs eſt Garama dicta in illo tractu.

¶ Getulorum regio fuit ubi hodie pars occidentalis Biledulgeridiæ & Zaaræ ſeu deſerti, inter Garamantes ad ortum, & mare Atlanticum ad occaſum; ſuntque in ea regione deſerta Zanhaga, Zuenziga, & Targa, uti & regna Teſletæ, Daræ, Segellomeſſæ, & Tegorarinum.

Nubarum regnum (quod adhuc *Regno della Nubia* vocatur) inter Meroen & Nigritas haud procul à Nilo conſpicitur, à Garamantibus longiuſculè in auſtrum recedens. Ejus regia *Dangula* nominatur.

¶ Nubarum regnum, *le royaume de Nubie* ſeu *la Nubie* eſt in mediterraneis, inter Aegyptum ad Boream & Abyſſiniam ad meridiem, & ejus primaria urbs eſt Dancala.

Meroes & Sabæ, in Æthiopia ſub Ægypto, a Syene extrema Ægypti urbe in auſtrum ad 800. mill. paſſ. recedens, Abyſſinorum Regi hodie paret.

¶ Meroes & Sabæ nunc pars eſt regni Barnagaſſi, in Abyſſinia. Sed nullam eſſe inſulam Meroem dictam exiſtimat Iſaacus Voſſius. Vide Meroe.

Aethiopiæ interioris, hodie Abiſſinorum regnum nomina-

minatur, longè latèque patens, ſub Æquatore ultro citròque prolatum adeò, ut 60. regna ſibi vectigalia eſſe ferant. Regia olim Auxume (adhuc *Caſſumo*) dicta fuit. Hodie nulla urbs illic regia certa eſt: quocunque enim Rex cum ſuis proficiſcatur, ibi fixis tabernaculis, regia & emporium eſſe putatur.

¶ Æthiopiæ ſuperioris regnum hodie *l'Empire des Abiſſins*, ſeu *d'Ethiopie*, aliàs peramplum, 60. regna complectebatur, nunc vix mediam partem continet verſùs Boream & ortum; cum multa regna ei eripuerint Galæ populi iam ferè a centum annis, teſte Iſaaco Voſſio. Vide Abaſſinia.

¶ AEthiopia ultra AEquatorem, *l'Empire de Monemugi*, regio eſt ampla, & Aethiopiæ ſuperioris pars, inter regnum Monomotapæ ad meridiem, & Galas populos ad Boream.

¶ Muiacum regnum, *le royaume de Muiaco*, in AEthiopia ſuperiori, nomine tantùm notum eſt, uti & regnum Macocum, *le royaume de Macoco*, & Giringbombæ regnum, *le royaume de Giringbomba*, teſte Iſaaco Voſſio.

¶ Galarum regnum, *des Gales*, olim parvum, nunc adeo crevit, ut iam inter præcipua illius regionis cenſeatur, teſte Iſaaco Voſſio; eſtque inter Abaſſiniam & Imperium Monemugium.

¶ Biledulgeridia regio *le Biledulgerid*, eſt ampla, & ab ortu in occaſum extenſa. In plura regna dividitur, nempe Teſſetæ, Daræ, Segellomeſſæ, Tegorarini, Zeb, & Belidulgeridiæ propriæ, ſubſuntque propriis Principibus.

Hactenus de regnis Africæ: nunc Reges celebriores paucis ſubiiciemus.

Seriphus, *Roy de Maroc*.
(*Benini*, de Benin.)
Tombutius, *Roy de Tombut*, inter Nigritias.
(*Angola*, d'Angola.)
(*Biafara*, de Biafara.)
(*Acanaus*, d'Akim *ſeu* d'Acanes le grand.)
Congius, *Roy de Congo*.
Monomotapius *de Monomotapa*.
Monemugius, *de Monemugi*.
Abiſſinus, *Prete Iani*, (*le grand Neguz*.)
Adelius *Roy d'Adel*.

Horum potentiores Abiſſinus, Seriphus, & Adelius cenſentur. Sed Turcarum ditio omnium Africæ totius maxima eſt.

¶ Turcarum ditio in Africa aliàs erat maxima, nunc autem in dies minuitur; eſtque ſatis parva, cum ipſis ſubſit tantùm Aegyptus cum Barca regione iuxta oram littoralem maris Mediterranei. Sed regna Tripolitanum, Tunetanum & Algerii ſunt tantùm in clientela Imperatoris Turcarum, & ipſi parent ad arbitrium & quando eis lubet.

Regna Aſiæ:

Aſiæ minoris, *regno dell'Anatolia*, (*l'Anatolie*.)
Siriæ, *della Soria*, (*la Suorie*.)
Tyrium, *della Fenicia*.
Cœleſyriæ, *di Damaſco*, (*de Damas*.)
Palæſtinæ, *di Terra Santa*, (*la Terre Sainte*.)
Armeniæ maioris, *dell'Armenia maggiore*, (*del l'Armenie*.)
(Quæ omnia Turcis parent, cum Colchide, & Sarmatia iuxta Euxinum mare.)

¶ Hæc regna, ſeu meliùs regiones iſtæ, Aſia minor, Armenia, Syria, ſub qua Phœnicia, ſeu Tyrium, & Cœleſyria cum Palæſtina, ſubſunt dominio Turcarum; ſed non Colchis, & Sarmatia ad Pontum Euxinum, quæ proprios habent Reges.

(Colchidis *de la Georgie*.)
Arabiæ multiplex, (*l'Arabie*.)
Babyloniæ, *di Bagdet*.
Perſicum, *di Perſia*, (*la perſe*.)
(*Mauralnaharię*, de Maurenaher.)
Scythicum intra Imaum montem, *di Zagatay*.
Scythicum extra Imaum montem, *di Cambalu*.
Sericum, *del Catayo*.
(*Thibeti*, du Thibet.)
(*Tangutum*, de Tangut.)
(*Niucanum*, de Niuche.)
Indiæ citerioris, *dell'Indoſtan*, multiplex.
Cambaicum, *di Cambaia*, (ſeu *Guzurate*.)
Decanum, *di Decan*.
Calecutum, *di Calecut*.
Onorium, *d'Onor*, (cui unitum eſt regnum Baticalæ.)
Cananorium, *di Cananor*.
Colchicum, *di Cochin*.
Colaicum, *di Coulan*.
Taprobanæ, *di Zeilan*, (*de l'isle de Ceylan*, multiplex)
Narſingæum, *di Narſinga*, (meliùs *de Biſnagar*.)
Oriſſæum, *d'Oriſſa*, (meliùs *de Golconde*.)
(*Maldivarum*, des Maldives.)
Indiæ ulterioris multiplex.
Gangeticum, *di Bengala*.
(*Arracanium*, d'Arracan.)
Avæum, *di Ava*.
Bermæum, *di Berma* (ſeu *di Brema*.
(*Martabanium*, de Martaban.)
(*Canaranum*, de Canarane.)
(*Tanguum*, de Tangu.)
Pegoum, *de Pegù*.
(*Cocinſinę*, de la Cochinchine.)
(*Tunchinum*, du Tunquin.)
Malacitanum, *di Malacca*.
Aureæ Cherſoneſi, *di Sumatra*, (*de l'iſle de Sumatra*, multiplex.)
Iabadium, *della Giava*, (*del l'isle de Iava*, multiplex.)
(*Borneum*, de l'isle Borneo, *multiplex*.)
(*Macaſſarię*, de Macaſar en l'isle Celebes.)
(*Ternatęum*, de Ternate.)
Siamium, *de Siam*.
(*Camboium*, de Camboie.)
Sinarum, *della China*, (*l'Empire de la Chine*.)
Iaponium, *del Giappone*, (*le Iapon*.)

Brevis explicatio.

Aſiæ minoris, quæ inter Propontidem et Ægæum mare ad occidentem, et Euphratem fluvium ad ortum ad 900. mill. paſſ. extenſa, plura olim regna continebat, Ponti, Bithyniæ, Phrygiæ, Lydiæ, Cariæ, Pamphyliæ, Ciliciæ, Armeniæ minoris, et Cappadociæ; inter duo maria, Pamphylium et Cilicium ad meridiem ac Euxinum ad ſeptentrionem minùs patens.

¶ Aſia minor antiquiſſimis temporibus in plura regna diviſa fuerat, deinde paruit Romanis, uti poſteà Imperatoribus Conſtantinopolitanis, à quibus in plures Principatus diviſa fuit, uſque dum occuparetur à Turcis, quibus nunc etiam ſubeſt.

¶ Calchis, *la Georgie* Gallis, *Gurgiſtan* incolis, proprium habet Regem; dividiturque in tres partes, nempè in Colchidem propriam, *la Mingrelie*, in Iberiam, *le Gurgiſtan*, & in Albaniam, *la Zuirie*, ſub clientela Perſarum.

Syriæ, quæ Comagenen, Euphrateſiam, Phœniciam, & Cœleſyriam complectitur, inter Ciliciam (Amano monte intercedente) ad occaſum, & Meſopotamiam ad ortum, Euphrate fluvio diſſeparante, nec non inter mare Syrium ad occaſum, & Arabiam deſertam ad ortum. Cujus regiæ plures fuere; Edeſſa, Bambyca, ſive Hierapolis, Palmyra Palmyrenes, Phœniciæ Tyrus, Cœleſyriæ verò Damaſcus. Fuit et Antiochia magna regia ſub antiquis Regibus totius Syriæ.

¶ Syria, *la Sourie* Gallis, *Soriſtan* incolis, tota paret Turcis cum provinciis annexis. Sed anteà ſuberat dominio Sultanorum Ægypti. Ejus præcipua urbs eſt Berrhoea, ſeu Alepum, *Alep*.

Palæſtinæ (quæ apud aliquos ſub Syria comprehenditur) in duo regna ſub Hebræis diſtribuebatur, Samariæ, et Judææ. Hujus regia Hieroſolyma fuit; illius Samaria à qua regioni nomen eſt.

¶ Palæſtinæ, aliàs ſub Syria latè ſumpta comprehenſa fuit, uti et nunc etiam pars eſt Syriæ, ſub dominio Turcarum.

Arabiæ felicis (ut petræam ac deſertam, Turcis ſubjectas, omittam) hac tempeſtate ad 15. regna eſſe feruntur: neque id mirum videri debet, cùm illa ab occidente, ubi Nabathæi ſunt, in ortum, ad oram maris Rubri, ad 1500. mill. paſſ. longa ſit, dimidioque ad minus lata. Horum regnorum alia in ora ſinus Arabici in auſtrum vergentia ſunt: veluti Sidenorum, quorum regia *Ziden* dicitur; Mochuræ, quæ *Mecha*, vicina; Sabæorum, ſeu Maſonitarum, quorum regia Sabe, *Zibit*; Turcis vectigalia: Alia in ora maris Rubri: Homeritarum, quorum regia Arabia *Aden*, dicitur, Adramitarum, *Herit*, ubi Cane, emporium, Sachalitarum ubi Syagros promontorium, et Saphar urbs, *Fertach*: Alia in ora ſinus Perſici ad ſeptentrionem, ut Armuzium, ab Armuza regia in inſula ad fauces ſinus prædicti, *Ormus*; Macarum ubi Macæ populi

puli

puli & regia *Maſcalat*; & Geræorum, ubi Gera regia, *Elcatif*, quæ Perſis tributa ſolvunt. Intus in mediterraneis libera ſunt Sabæorum, (qui ad utrumque ſinum pertingunt) *Amanſerifdin*, ubi Mariaba regia, *Marib*, *Gharama*, à regia, Acarman veteribus, & Carna, ſic etiam vulgò: Minæorum quoque duo, *Irmin & Gubelamin*, ſic à regiis. Sunt & Thæmenſe, *Theama*, inter Minæos & Mochuram; ac Maphæum, *Maſſa*, versùs Armuzium, nec longè Albinalium, ac versùs occaſum Becharinum.

¶ Arabia, *Arabie* Gallis, *Arabiſtan* incolis, regio Aſiæ. Triplex, eſt deſerta, quæ *Bariara*, ſubeſt proprio Regi; Petrea, *Barraab*, quæ Turcarum vectigalis eſt; & Arabia felix, hodie *Hyaman*, quæ propriis paret Regibus; & in ea Turcæ habent tantùm *Ziden*, portum aliàs Pudin in ora ſinus Arabici, cum uno, aut altero oppido in illa ora Boreali. Arabiæ felicis regna ſunt Sabæorum Sabe, *Dhafar*, & Saba, *Zibit*, in ora ſinus Arabici, Homeritarum Arabia, *Aden*, Adramitarum Cane ſeu Adramutum, *Fartach*, in ora Oceani Arabici, Armuzium, *d'Ormus* cuius urbe regia nunc ſemidiruta eſt, in inſula perſiæ adiacente, Macarum, ubi Maſthala, *Maſcalat*, & Gereorum, ubi Gera, *Elcatif*, in ora ſinus Perſici. In mediterraneis verò ſunt *Jamama*, Omanum, *Amanſirifdin*, *& Seger*. Marraba autem, *la Mecque*, Principatus tantùm titulo fulget.

Armeniæ maioris. Hæc inter Cappadociam ad occaſum & Mediam ad ortum ſita eſt, cui ad meridiem Meſopotamia, ad ſeptentrionem Iberia hæret. Regia fuit Tigranocerta, & Artaxata. Nunc pars ad occidentem Turcis, ad ortum verò, unà cum Iberia & Albania ad Arctos, Perſis paret.

¶ Armenia maior, *la Turcomanie*, ferè tota hodie paret Turcis, & vix eius pars minima ſubeſt dominio Perſarum ad ortum.

Babyloniæ regnum, (quod modò Perſæ Turcis ereptum recuperarunt) olim, quod Aſſyriæ, & Mediæ, & Parthiæ, ac Perſiæ fuit, nomen ab ea provincia in qua Rex morabatur accipiens: unde apud veteres eadem monarchia modò Parthorum, modò Medorum, aliquando Aſſyriorum, & aliquando Babyloniorum nominatur, ab ea provincia in qua Rex, qui cunctis dominabatur, reſidebat. Babyloniorum regia fuit Babylon, Aſſyriorum Ninus, poſtea Seleucia magna, & Suſa; Medorum Ecbatana; Parthorum Hecatompylos.

¶ Babyloniæ regnum antiquum plures in partes ſciſſum fuit iam ab immemorabili tempore; ſed Babylonia provincia, quæ & Chaldea, nunc *Yerach* dicitur: eiuſque pars Borealis cum Bagdato, *Bagdet*, urbe primaria ſubeſt Turcis, pars verò meridionalis paret Regi Perſiæ.

Perſicum (à Perſia provincia non admodum ampla) maximè patebat, inter Euphratem ad occidentem & Indum ad ortum ad 2280. mill. paſſ. antequam a Turcis ad occaſum & à Tartaris ad ortum occuparetur. Nunc has provincias continet, Albaniam, Iberiam cum Armeniæ parte, Mediam, Parthiam, Hyrcaniam, Margianam, Ariam cum parte Bactrianæ, Aſſyriam cum parte Babyloniæ, Suſianam, Elymaidem, Perſidem, Carmaniam, & Drangianam. Olim regia Perſepolis fuit, nunc Ecbatana ſive Tabreſium.

¶ Perſicum regnum, *la perſe*, ſeu *l'Eſtat du Sophy de perſe* quibuſdam, *Farſiſtan* incolis, eſt ampliſſimum, ab Indo fluvio nempè ad Tigrim extenſum. Continet etiam Bactrianam propriam & Gedroſiam, cum aliis regionibus ſupradictis. Sed Aſſyria ſubeſt Turcis; Albania autem & Iberia Principes habent proprios. Perſiæ regia fuit Tabriſium, poſtea Casbinum, nunc autem Aſpahamum, *Aſpaham*.

¶ Mauralnahariæ, *le Maurenahar* ſeu *le Mauvaralnahar*, aliàs Sogdianæ, regio eſt ampla Tartariæ magnæ, ad occaſum versùs Perſiam & mare Caſpium. Eius autem præcipua urbs eſt Maracanda, *Samarcand* dicta.

Scythicum intra Imaum montem non modò Scythiam, (quæ longiùs inter Caſpium mare & Oceanum Scythicum excurrit) verum etiam Sacas, Sogdianam, & Paropamiſum, partemque Bactrianæ, & Arachoſiam Perſis ademptam, nec non partem Indiæ citerioris cum Gedroſia (plura enim hodie Indiæ citerioris regna ſub Scytharum poteſtate continentur) complectitur. Rex noſtra tempeſtate Mogorus magnus appellatur. Cuius regia in Sogdiana erat, nomine Maracanda, *Sanmarcand* vulgò: nunc Cambajæ, aut Citori, & alibi in India citeriori, à ſe magna ex parte occupata, reſidet.

¶ Scythicum intra Imaum montem Scythiam occidentalem complectitur, ſub qua Sacæ, Orgaſi, Alani Scythæ, & Iaxartæ, & hodie vulgo *le Zagatay*, ſeu etiam *l'Vsbeck*, cum parte auſtrali Tartariæ deſertæ, ſeu Olgariæ, cuius Rex nunc *le Kam des Tartares* dicitur, ſeu etiam *le grand Kam* (ſed non magnus Mogol, qui alter eſt) & nullam provinciam poſſidet in India citeriori. Sed de ejus urbibus magnum eſt Silentium inter Scriptores.

Scythicum extra Imaum montem maximè inter Indiæ ulterioris confinia ad meridiem (ubi regna aliquot ſunt) & Oceanum Scythicum ad Boream, ac inter Scythiam citeriorem ad occaſum, & Sericam ad ortum expanditur. Cuius regia primaria & maxima eſt Iſſedon, ſeu Eſſedon, gemina: altera *Cambalù*, altera *Succuir* dici putatur.

¶ Scythicum extra Imaum montem nunc *Turcheſtan* dicitur à multis, in quo aliquot regna vix nomine nota: cuius regia creditur nunc *Tobbat* dicta. Vocatur hæc regio ab aliis regnum Thibeti, quod tantùm eius meridionalis pars eſt.

¶ Thibeti regnum, *le royaume de Thibet*, ſeu *Tobbat*, pars eſt Tartariæ magnæ, inter Tartariam vèram ad Boream & Imperium Magni Mogolis ad meridiem, ubi aliàs pars auſtralis Scythiæ extra Imaum. Eius primaria *Tobbat* vocatur.

¶ Tangutum, *le royaume de Tangut*, ſeu *Taniu*, pars eſt Tartariæ magnæ, ubi aliàs Iſſedones & pars auſtralis Sericæ regionis; eſtque in limite Sinarum, inter regna Niucanum & Thibeti.

¶ Niucanum, *le royaume de Niuche*, ſeu *Tenduc*, eſt in parte orientali Tartariæ magnæ, cujus Rex Imperium Sinarum occupavit hiſce ultimis temporibus, & etiamnum poſſidet.

Sericum maximè in ortum flectitur, Eoo mari terminatum: cuius olim Sera metropolis fuit, nunc eſt Civitas Cœli, *Quinſay*, maxima totius orbis. Hoc regnum ſuperiori junctum eſt.

¶ Sericum, pars eſt orientalis Tartariæ magnæ, & vulgò *la Catay* creditum fuit. Sed recentiores exiſtimant eſſe ubi populi Kaimachitæ, ſeu Naimani, & regna Niucanum & Tanguti. Sed de ejus urbibus nondum conſtat apud Europæos, & Martinius exiſtimat Catayam eſſe ipſam Sinarum regionem.

¶ Indiæ propriæ versùs Boream & inter Indum ac Gangem fluvios, hodie *Indoſtan*, ſeu etiam *l'Eſtat du grand Mogol*, quia ejus Rex dicitur Magnus Mogolus, pars eſt Indiæ citerioris, & 36. circiter continet regna, in his Cambaicum, Gangeticum, Lahorium, Agram, Delium, & alia. Eius autem regia eſt Agra, *Agra*.

Indiæ citerioris plura ſunt regna, quorum magna pars à magno Mogoro (ſic Scythiæ citerioris Rex appellatur) ſuperiore ſæculo occupata fuit, inter Indum et Gangem flumina: in iis Cambaicum, & Decanum. Oram tenent Luſitani ab oſtiis Indi ad Cory promontorium Auſtraliſſimum 290. leucis excurrentem, ubi Goa veluti ipſorum regia, & conventus juridicus. In eadem ora ſunt ſequentia regna, à regiis nominata; Onorium, Cananorium, Calecutium à littore paulò excedens, Cocinium, (quod Colchium, à Colchi urbe à veteribus momorata, dici poteſt) Coulanum (quod Colaicum à Colaico promontorio nominare poſſumus.)

¶ India citerior ſeu intra Gangem, *la Preſqu' isle de l'Inde deçà le Gange*, plurima continet regna. Aliquot urbes parent Luſitanis in ora, & quædam aliæ ſubſunt Batavis. Cambaicum regnum, *le royaume de Guzurate*, nunc ſubeſt Magno Mogoli, Decanum, *le royaume de Decan*, eſt ſub proprio Rege, & tria continet regna. Sed in ſola Malabaria regione auſtrali Indiæ intra Gangem ſunt viginti ſeptem regna parvi momenti, & vix nomine nota Europæis. Calecutium autem præcipuum locum tenet. De regnis Indiæ vide pluribus in voce India.

¶ Maldivarum, *le royaume des Maldives*, innumeris ferè conſtans inſulis parvis admodum, in mari Indico Malabariæ & Taprobanæ inſulæ obverſo, & in 13. provincias dividitur.

Taprobanes, inſulæ Cory promontorio oppoſitæ, auro, & gemmis abundantis, Zeilanum hodie dicitur: de qua inſula tam multa apud veteres leguntur.

¶ Taprobanes, *de l'isle de Ceylan*, in qua ſunt ſeptem regna, & in ea inſula Batavis parent aliquot oppida.

Eius regnum præcipuum Candea dicitur, *Candy*, in meditullio inſulæ.

Narſingæum (omiſſo Negapatano, uti minore, et Narſingæo Regi ſubiecto) inter montes et oram ad ortum maximè protenditur , à meridie in ſeptentrionem.

¶ Narſingæum aliter, et meliùs, dicitur regnum Biſnagaris, *le royaume de Biſnagar*, ab eius urbe primaria; eſt valdè amplum, in peninſula intra Gangem, inter utramque oram littoralem; & ei ſubſunt quatuor regna, nempe *Tienlique*, *Biſnagar* , *Choromandel*, & *Tamul*. Sed & regna Onorium, Baticalæ, & Gorcopæ ſunt ipſi vectigalia.

Oriſſeum quoque poſt Narſingæum, inter occaſum & ortum versùs Gangeticum, ac in Arctos non mediocriter protenditur: quod ab Orſa urbe antiqua nomen habere videtur, nunc *Oriſſa*. Tametſi alii Oriſſam Orthuram veteribus dictam velint.

¶ Oriſſæum, meliùs Golcondæ, *de Golconde*, cuius pars tantùm exiſtit Orixa, regnum eſt amplum versùs ſinum Gangenticum, & inter ditionem Magni Mogolis ad Boream, & regnum Biſnagaris ad meridiem.

Gangeticum, à Gange urbe maxima ad Gangem fluvium, quæ nunc *Bengala* dici putatur, ab ora ſinus Gangetici in Boream maximè extenditur.

¶ Gangeticum, *royaume de Bengala*, versùs oſtia Gangi fluvii, ſubeſt dominio Magni Mogolis, & in tres partes dividitur.

Avæum (ſic ab *Ava* regia) introrſum à Gangetico in ortum protenditur.

¶ Avæum, *le royaume d' Ava*, in India extra Gangem, eſt in mediterraneis, et nunc pars regni peguvii, cum urbe primaria cognomine.

¶ Tanguum, *le royaume de Tangu*, in India extra Gangem, iuxta Menanum fluvium, cum urbe primaria cognomine, anteà ſub Rege Peguano, nunc ſub proprio Rege versùs Siamum.

Bermæum (ſic à *Berma* regia) ab ora ſinus Gangetici interiùs conſpicitur.

¶ Bermæum, *de Brema* ſeu *Brama*, in India extra Gangem, aliàs amplum nunc ſub dominio Regis Peguvii. Ejus regia eſt Carpa, ad fluvium Caiponium.

¶ Martabanum, *de Martaban*, in India extra Gangem, et in ora ſinus Gangetici, cum urbe primaria cognomine, nunc ſub Rege Peguano.

¶ Arracanum, *le royaume d' Arracan*, in India extra Gangem, et in ora ſinus Gangetici. Vrbem habet primariam cognominem aliàs ſub Rege peguano, nunc ſui iuris.

¶ Canaranum, *le royaume de Canarane*, in India extra Gangem, cum urbe primaria cognomine, aliàs Trilingum dicta, inter Sinas et regnum Arracani.

Pegoum, ſic à pego regia clariſſima ab ora ſinus Gangetici in ortum recedente; cuius Rex regna finitima occupavit . Sunt qui regiam Trilingum veteribus dictam velint.

¶ pegoum, ſeu peguanum, *de pegu*, regnum aliàs peramplum in India ulteriori, nunc ſatis defecit. Urbem regiam habet cognominem in regione Beſyngiti antiquitus dicta; et ab eo pendebant aliàs 26. regna in India extra Gagam. Vide peguanum.

¶ Cocinſinæ, *le royaume de la Cochinchine*, eſt in India extra Gangem , inter ſinum magnum , et regnum Siami.

¶ Tunchinum, *le royaume de Tunquin*, in India extra Gangem , inter Sinarum Imperium & Peguanum regnum; eiuſque primaria urbs eſt Kecium.

¶ Camboiæ, *le royaume de Camboie*, eſt in India extra Gangem, inter regna Cocinſinæ & Siami, & eius regia eſt Levecum.

Malacitanum, à *Malaca* urbe regia & primaria dictum, Luſitanis poſſidetur, à vicinis regibus non ſemel, ſed fruſtra, tentatum.

¶ Malacitanum, *de Malaca*, in peninſula Indiæ extra Gangem, ſeu in parte Auſtrali Aureæ Cherſoneſi, cuius primaria urbs ſubeſt nunc dominio Hollandorum, iuxta fretum Malacæ dictum, & eſt ex adverſo Sumatræ inſulæ. Regnum autem parvum eſt admodum.

Aureæ Cherſoneſi,(quam quidam ipſum Malacæ regnum interpretantur) Sumatræ hodie,à continente ſeparatum, nominatur. Cuius regia *Dachem* dicitur ; Rexque cæteris eiuſdem inſulæ imperat.

¶ Aureæ Cherſoneſi ſeu Sumatræ inſulæ, *de Sumatra*, quæ à quibuſdam creditur pars antiquæ Aureæ Cherſoſi. In ea ſunt 10. regna maiora, quorum præcipuum eſt Achemum, *Achem*, in parte Boreali inſulæ, ſed cæteris non imperat.

Proximum Iabadium eſt, freto anguſto 3. mill. diviſum, cui Iabidii inſula minor adiacet.

¶ Jabadium, ſeu, & meliùs Iavanum, *de l' isle de Java*, quæ una Sindarum eſt, freto 20. mill. paſſ. à Sumatra diſtans; ſuntque in ea 9. regna, quorum præcipuum eſt Materanum , *de Materan*. Vide Iava.

¶ Borneum, *de l' isle Borneo*, in Oceano Indico, in quo ſunt plura regna.

¶ Macaſſariæ, *le royaume de Macaſſar*, in parte auſtrali inſulæ Celebis , qua ab eo ſæpè dicitur Macaſſaria inſula; & in ea ſunt quinque alia regna.

¶ Ternatæum, *le royaume de Ternate:* eſt in inſula cognomine; in Moluccis inſulis maris Indici, & in ora occidentali Giloli inſulæ, quæ ipſi ſubeſt pro maiori parte.

Siamium à Siamo, *Siam*, regia dicitur, amplum, ubi altera urbs ampla, *Camboia* nominata; atque hac tempeſtate à peguvio Rege poſſidetur.

¶ Siamium, *de Siam*, regnum eſt amplum in India extra Gangem, ſub proprio Rege, cum urbe *Odia* regia. Ei adiacet ad ortum regnum Camboiæ, *de Camboia* & ab eo pendent aliquot regna in viciniis, uti videre eſt pluribus in voce Siamum.

Sinarum inter præcipua orientis regna computatur 15. regnis conſtans, à Serico ingenti vallo longo (inter montes ad occaſum & mare Eoum ad ortum 600. mill. paſſ.) diſcretum. Duæ ibi regiæ amplæ, Nanquinum, & Panquinum.

¶ Sinarum Imperium, *la Chine*, eſt ampliſſimum, anteà ſub proprio Rege, nunc ſub Tartaro. Eius regia aliàs erat Nanquinum, nunc Pequinum, *Pequin*, in parte Boreali.

Iaponium multis inſulis conſtat in mari Eoo, Sinis & Seribus ferè adiacentibus: quarum tres præcipuæ ſunt Meacum, ſic ab urbe maxima dicta, in qua inſula 53. regna continentur; altera Ximum , 9.regna continens, quorum maius Bungum nominatur; reliqua Xitocum, ubi regna 4. ſunt, appellatur. Hic unus ſupremus eſt, quem uti Imperatorem cæteri omnes venerantur.

¶ Iaponium, *le Japon*, tribus inſulis præcipuis conſtat, quarum maior Niphonia dicitur, ubi Meacum urbs præcipua: Et in his inſulis ſunt 66. regna.

Regna novi orbis:

Mexicanum, *Regno del Mexico*, (*de la nouvelle Eſpagne.*)
Peruvium, *del Perù* (*du Perou.*)
Braſilium, *del Braſil*, (*du Breſil.*)
(*Novum regnum Mexicanum*, du nouveau Mexique .)
(*Apalacitanum*, des Apalaches.)
(*Nouum regnum Granatenſe* , le noveau royaume de Grenade.)
Inſularum, *di S. Domingo*, (*des Isles S. Domingue & Cuba.*)
(*Neva Francia*, de la nouvelle France.)
(*Ciles*, du Chili.)

Brevis explicatio:

Orbis novus, qui & America, & veteribus Atlantis dictus putatur, in duas ampliſſimas Cherſoneſos dividitur: quarum altera in meridiem & ortum ultra Aequatorem, multis provinciis conſtans, diſtenditur, altera in ſeptentrionem et occaſum nondum ſatis quà in Arctos vergit explorata. Iſthmo, qui latitudine 20. leucarum inter duas urbes panamam et Onomatheopolim (hoc eſt, civitatem Nominis Dei, *Nombre de Dios*) connectuntur.

¶ Orbis novus ſeu America , *l' Amerique & les Indes Occidentales* Gallis, *weſt Inde* Belgis, pars eſt orbis terræ recens detecta, & à ſeptentrione in meridiem extenſa ſub duarum ampliſſimarum peninſularum forma, quæ tenui Iſthmo panamæ ſeptemdecim leucarum Hiſpanicarum connectuntur , inter portum Belum, ut vocant, & panamam . De ea pluribus vide in voce America.

Prior plura regna continet : quorum peruviæ præcipuum eſt, cuius urbs regia Cuſcum appellabatur ſub proprio Rege, cui cętera parebant, nunc ſub Hiſpanis Lima regia & conventus juridicus eſt in ora occidentali, à Cuſco 600. leucis diſtans, quę & Civitas Regum nominatur. Pars huius peninſulæ in ortum excurrens Braſilia dicitur, cuius regia Soteropolis, ſeu Civitas S. Salvatoris appellatur . Quæ regio Luſitanis paret.

¶ Pars meridionalis Americę dicitur aliter peruviana; & in

& in ea ſunt Peruviæ regnum, Terra firma regio, cum novo regno Granatenſi, Paraguaia, & regnum Ciles ſub Hiſpanis, uti Braſilia ſub Luſitanis. Sed aliæ regiones in mediterraneis, uti & Magellanica, ſunt ſui juris ſeu ſub propriis Principibus: & Galli, Angli, & Batavi habent tantùm aliquot arces in ora littorali Guaianæ regionis.

Altera peninſula in plures provincias, & regna diſtribuitur. Quæ in meridiem & occaſum vergit, magis culta & habitata. Pars Borealior minùs culta eſt, urbibus & pagis carens. Quæ in ortum ſpectat, nova Francia nominatur, piſcibus & frumento abundans, & Gallis parens. Rex Hiſpanus in ea parte quæ urbes habet nominatur. Ubi, inter alias provincias, nova Hiſpania, in qua Mexicum urbs ampliſſima, intra ſtagnum, uti Venetiæ, condita, regia, & conventus juridicus.

¶ Alterius peninſulæ, quæ America ſeptentrionalis ſeu Mexicana dicitur, partes ſunt regnum Mexicanum ſeu Nova Hiſpania, novum regnum Mexicanum, Florida cum inſulis ſub Hiſpanis, nova Francia in ditione Francorum, nova Anglia & Virginia ſub Anglis, uti novum Belgium ſub Batavis. Sed hujus Americæ ſeptentrionalis partes magis ad Boream extenſæ versùs Terras Arcticas vix nomine notæ ſunt Europçis.

Inſularum quæ novo orbi adjacent præcipuæ ſunt Hiſpaniola, quæ & S. Dominici nominatur, primùm eò ex Hiſpania navigantibus occurrens, Cuba, & Jamaica. In prima urbs eſt Dominicopolis, aliarum metropolis & conventus juridicus. (*Vide America.*)

¶ In America meridionali eſt tantùm unica inſula alicujus momenti, Terra Ignium dicta. Sed in America ſeptentrionali reperiuntur plurimæ inſulæ, eæque peramplæ nempè Inſula Terræ novæ, quæ paret Gallis, Cuba inſula ſub Hiſpanis, uti inſulæ Portus divitis, Trinitatis, & Margaritæ, Hiſpaniola ſeu inſula S. Dominici ſub Hiſpanis, & partim etiam ſub Gallis, Iamaica Anglis parens, uti Lucaiæ ex parte & Bermuda, tandemque Antillæ inſulæ ſub dominio Francorum, Anglorum, & Hollandorum. California autem inſula perampla in mari Pacifico eſt ſui juris, nec quidquam poſſident in ea Europæi ad hæc uſque tempora. Hactenus regna totius orbis ferè omnia recenſuimus. Reſtat ut & Reges hujus temporis paucis etiam memoremus.

Reges Europæ:

Gallus, *Re di Francia*, (*le Roy de France.*)
Hiſpanus, *Re di Spagna*, (*d'Eſpagne.*)
Britannus, *d'Inghilterra*, (*d'Angleterre.*)
Bohemius, *di Bohemia*, (*de Boheme.*)
Polonus, *di Polonia*, (*de Pologne.*)
Danus, *di Danemarcha*, (*de Danemarck.*)
Suecus, *di Suetia*, (*de Suede.*)
Moſchus, *di Moſcovia*, (*de Moſcovie.*)
Tauroſcytha, *di Tartaria minore* (*le* Kam *des petits Tartares.*)
Turcarum, *il gran Turco*, (*le grand Seigneur des Turcs.*)
(Hungarus, *d'Ongaria*, *d'Hongrie.*)
(Luſitauus, *de Portugal.*)

Hos ex ordine quantum ad ſitum, non quantum ad magnitudinem & dignitatem recenſuimus. Illis Imperator, tanquam Chriſtianorum ſupremus Rex, cui Principes omnes liberi, quales habet Italia & Germania, parent, adnumerandus eſt; qui antequam in Imperatorem coronetur, Romanorum Rex appellatur. Moſchum inter Reges reponimus, ob Imperii magnitudinem, à ſuis Imperator ſeu Cæſar dictus, licèt à pleriſque inter magnos Duces numeretur.

Reges Africæ:

Turcarum, qui in Europa etiam & Aſia dominatur, *il gran Turco*, (*le grand Seigneur des Turcs.*)
Tuniſius, *il Re di Tuniſi.*
Telenſinus, *di Tremiſen*, (meliùs *d'Alger.*)
Seriphus, *il Serifo*, in Mauritania Tingitana, (*le Roy de Maroc & de Fez.*)
Nigritarum, *Re de Negri*, plures.
Tombotius, *di Tombutù.*
(*Mandingus*, le Roy de Mandinga.)
(*Gualataus*, le Roy de Gualata.)
(Mellius, *di melli.*)
(*Souſorum*, le Roy des Souſos.)
Canius, *di Cano.*
Gagius, *di Gago.*
Guberius, *di Guber.*
Bitius, *di Bito.*
(*Beninus*, le Roy de Benin.)
(*Acanaus magnus*, le Roy d'Acanes le grand.)
Zanfaræus, *di Zafara.*
Medreus, *di Medra.*
Garamantum, *di Garama*, ſeu *Guangara.*
(*Borni*, le Roy de Borno, *in Zaara regione.*)
Nubarum, *della Nubia.*
Damutius, *di Damut*, ſub Æquatore.
(*Biafara*, le Roy de Biafara.)
(*Loangus*, le Roy de Loango.)
Congius, *di Congo*, ultra Æquatorem.
Angolanus, *di Angola.*
Agiſymbæus, ſeu Monomotapius, *di Monomotapa.*
(*Macocus*, Macoco.)
(*Muiacus*, Muiaco.)
Soſalæus, *di Soſala.*
Praſſius, *di Mozambique.*
Raptius, *di Quiloa.*
(*Galarum*, des Gales.)
Mombatius, *di Mombaza.*
Monemugius, *di Monemugi.*
(*Magadoxus*, le Roy de magadoxo.)
Melindius, *di Melinde.*
Azanius, *di Xoa.*
(*Girimbombus*, de Girimbomba.)
Barbaricus, *di Barva.*
Troglodyticus, *di Adel.*
Barnagaſſius, *di Barnagaſſo*, (idem cum Abiſſino.)
Abiſſinus, *il Prete Iani*, (ſeu *Grand Negus & Roy d'Ethiopie.*)

Horum maximi habentur Rex Turcarum, & Rex Æthiopum, qui Abiſſinus nominatur, Seriphus, Tombotius, Mellius, Congius, Monomotapius, Monemugius, & Troglodyticus. Quanquam ut regna augentur, & decreſcunt, & intereunt; ſic & Reges attolluntur, & deprimuntur, & amiſſo regno, vel prole carentes deſinunt: plura tamen ſunt regna, quàm reges, vel quia alter alteri ſine ſobole decedenti ſuccedit; vel quòd potentiores imbecilliorum regna, ut in bellis accidere ſolet, invadentes occupant.

Reges Aſiæ:

Turcarum, *il Gran Turco*, (*le grand Seigneur.*)
Arabum, plures.
Sidenorum, *di Zidem.*
Sabæorum, ad ſinum Arabicum ſeu Moſanitarum, *di Zibit.*
Homeritarum, ad mare Rubrum, *d'Aden.*
Adramitarum, *di Herit.*
Sachalitarum & Aſcitarum, *di Fartach.*
Armucius, ad ſinum Perſicum, *d'Ormuz.*
Macarum, *di Maſcalat.*
Geræorum, *di Elcatif.*
Interius, Minæorum *d'Irmin.*
Minæorum ad ortum, *di Gubelamin.*
Sabæorum, *di Amanſeriſdin.*
Sabæorum, *di Marib.*
Maphæus, *di Maſſa.*
Acarmanis, *di Charama.*
Thæmæus, *di Theama.*
Sunt & alii, ut Albinalius, Carnanus, Sabarius, Becharinus, & Omanius, *di Omanagda.*
(*Georgiæ*, le Roy de Georgie.)
Perſarum, *di Perſia*, & *il Sofi.*
Scythiæ intra Imaum montem, *il gran Magor*, (*le Grand Cham.*)
Scythiæ extra Imaum, & Sericæ, *il grand Cham* (*Turcheſtan.*)
(*Mauralnaharius*, le Roy de Maurenaher.)
(*Miucanus*, le Roy de Niuche, *in Tartaria.*)
(*Tangutus*, le Roy de Tangut, *in Tartaria.*)
(*Thibetus*, le Roy de Thibet, *in Tartaria.*)
Indiæ citerioris, plures, (*ſub Mogolo.*)
(*Maldivaus*, le Roy des Maldives.)
(*Decanus*, le Roy de Decan, *ſeu* l'Idalcan.)
Onorius, *d'Onor.*
Cananorius, *di Cananor.*
Calecutius, *di Calicut*, (aliter *Zamorin* dictus.)
Colchicus, *di Cochin.*
Colaicus, *di Coulan.*
Taprobanes inſulæ, *di Zeilan*, (ubi plura regna.)
(*Candaus*, le Roy de Candea, *in Taprobana inſula.*)
Narſingæus, *di Narſinga*, (ſeu *de Biſnagar.*)
Oriſſæus, *d'Oriſſa*, cum aliis, ſub Mogolo. (Dicitur *de Golconde*; eſtque ſub proprio Rege.)

Indiæ ulterioris plures.
Gangeticus, *di Bengala*, (ſub Mogolo.)
(*Cocinſina*, le Roy de la Cochinchine.)
(*Tunchinus*, le Roy de Tunquin.)
(*Camboius*, le Roy de Camboje.)
Peguvius, *di Pegù*, ſub quo plures.
(*Arracanus*, le Roy d'Arracan.)
(*Canaranus*, le Roy de Canarane.)
(*Tanguus*, le Roy de Tangu.)
(*Ihorius*, le Roy de Ihor, *versùs Malaccam.*)
Dachemius, *di Sumatra*, (*d'Achem en l'isle de Sumatra.*)
Iabadius, *della Glava*, (ubi plures.)
(*Materanus*, de Materan, *in Iava inſula.*)
Siamius, *de Siam.*
(*Macaſſarius*, le Roy de Macaſſar, *in Indiis.*)
(*Ternataus*, le Roy de Ternaje, *in Moluccis.*)
(*Gilolus*, le Roy de Gilolo.)
(*Borneus*, le Roy de l'isle Borneo, *ubi alii plures.*)
Sinarum, *della China*, (*de la Chine.*)
Iaponius *del Giappon*, (*du Iapon*, ſub quo plurimi.)

Sunt & alii plures per Scythiam, & Indias, ac inſulas, a nobis tanquam minus celebres prætermiſſi. Inter memoratos cæteris præſtant Turcarum & Perſarum Rex, Magnus Mogorus, Magnus Chamus, Sinarum Rex, Iaponius, & Peguvius: quibus adduntur ab aliis Narſingæus & Calecutius; ſed hi prædictis longè inferiores ſunt. Sunt qui Moſchum adnumerent: verùm is in Europa cenſetur; tametſi regnum illius magna ex parte in Aſia eſt, ubi Reges aliquot Tartaros ſibi vectigales habet.

¶ Reginæ Comitatus, *Queenes Countye* Anglis, *Comtè de la Reyne* Gallis, provincia Hiberniæ, in Lagenia, inter Regis Comitatum ad ortum, Kildariam ad occaſum, & Kilkennium ad meridiem.

¶ Reginæpolis, *Queeneſtovvne* Anglis, urbs Hiberniæ, in Lagena, Comitatus Reginæ caput, 22. mill. paſſ. diſtat à Kilkennio in Boream, & 18. a Kildaria in occaſum. Sic dicta fuit in gratiam Mariæ Reginæ Angliæ.

¶ Regiodunum, *Dun le Roy*, oppidum Galliæ, ad Avarum fluvium, in Bituricenſi provincia, & in limite Borbonienſi, 7. mill. a Biturico in meridiem diſtans, & 8. à Niverno in occaſum.

¶ Regiopolis, *Kingeſtovvne* Anglis, urbs Hiberniæ, in Lagenia regione, Comitatus Regis Caput, 18. mill. paſſ. diſtat a Reginæpoli in Boream, & 40. a Dublinio in occaſum, Atlonam versùs 20.

¶ Regis Comitatus, *Kinges Countye* Anglis, *Comtè du Roy* Gallis, provincia Hiberniæ, in Lagenia, inter Connaciam ad occaſum, Mediam occidentalem ad ſeptentrionem, Kildariam ad ortum, & Comitatum Reginæ ad meridiem. Eius præcipua urbs eſt Regiopolis.

Regni, populi Albionis, quorum regio *Suderhey*, ſeu *Surrey* Lelando, ſed * *Suthſex* Camdeno, in Anglia, in ora Auſtrali, ubi Ciceſtria urbs, a Vintonia 30. in auſtrum a Londinio 45. mill. in occaſum & Africum. Horum regio inter Thameſim fluvium, Canticum, & oram Auſtralem Oceani locant Britanni ſcriptores. Dicitur & Suthria. (* Camdeno ſunt in *South-ſex*, vel *Suſſex*, & *Suth-rey*, vel *Surrey*, cum parte Hantonenſis agri maritima, ubi Regnum, *Ringvvood*.

[*Ant.*] Regnum, *Regnavood*, vel *Ringvvood*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Regnis, à Londinio 70. circiter mill. in occaſum, à Venta Belgarum 20. Exoniam versùs, non longè ab Hamptona, a Ciceſtria verò 34. *Regnſted* in indicibus Camdeni.

[*Scrip. Gall.*] Regula, *la Regle*, vel *Reole*, oppidum Aquitaniæ, cum cœnobio, ad Garumnam fluvium, apud Vaſates, inde 2. leucis, à Burdigala 9. in ortum Agennum versùs.

¶ Regula, *la Reole*, oppidum Galliæ aliàs munitum, in Aquitania & Vaſatenſi tractu, ad Garumnam fluvium, olim Squius dictum, teſte Brietio, 9. leucis ſupra Burdegalam, & 4. a Vaſate in Cæciam.

[*Lit. Not.*] Regulbium, *Reculver* hodie, oppidum Albionis, in Anglia & Cantio regione, apud oſtia Thameſis, a Londino 40. mill. a Cantuaria 10. in Boream.

Reguli fanum, vulgò *Kirk-Reul*, poſteà Fanum S. Andreæ, ſive Andreapolis, *S. Andrevvs* dictum, ob hujus S. Apoſtoli reliquias ex Achaia à D. Regulo Archiepiſcopo Patrenſi allatas, urbs eſt Archiep. Scotiæ, in ora Fifæ orientali, eò ſede epiſcopali ex Abernætho urbe finitima eiuſdem regionis anno ſalutis 650. deducta. Abeſt ab Edimburgo Regia diei itinere in ortum, ab Aberdonia plus duplo in auſtrum. Quod ſi in voce Abernæthum diximus illud nunc eſſe Andreapolim, id quantum ad Epiſcopalem ſedem, non quoad locum, accipiendum eſt.

¶ Regum Civitas, *los Reyes* ſeu *Lima*, urbs ampla Americæ meridionalis, & archiepiſcopalis, totiuſque peruviæ caput, in ora maris pacifici, & in valle Lima. Ejus portus dicitur *Callao*, & in ea commoratur Prorex Hiſpanus. Vide Lima.

Reii, *Riez*, urbs Galliæ Narbonenſis, in provincia, epiſcopalis ſub Archiep. Aquenſi, ad Aveſtram amnem. Dicta fuit etiam Reii Apollinarii; eratque Albiciorum caput, 7. leucis diſtat ab Aquis Sextiis in ortum, Sanitium versùs 6. & 8. a Seguſterone in meridiem.

¶ Remi, populi & urbs archiepiſcopalis Galliæ Belgicæ *Reims*, nunc in Campania provincia, ad Vidulam fluvium, [*Vet. Inſul.*] Ducatus titulo inſignis, & Academia. Dicta fuit etiam aliàs Durocortorum. Remi autem populi erant in tractu adiacente, qui nunc *le Remois* dicitur. Vide Rhemi.

Remi, populi Germaniæ inferioris, quorum locus pagus eſt, *Rindenen*, teſte Smetio, vel *Rhindenen*, in Ducatu Clivenſi, inter Cliviam urbem, & Rhenum fluvium.

¶ Remillium, ſeu Remilliacum, *Remilly*, oppidum Galliæ, in Sabaudia, ad amnem Serranum, octo leucis a Camberio in Boream, & duabus ab Annecio diſtans in occaſum.

Remmon oppidum fuit Palæſtinæ.

Remonium locus erat propè Romam, ubi Remus auguria captabat, teſte Alexandro in lib. genialium. [*Bibl.*]

¶ Remorentinum, *Remorentin*, urbs Galliæ, in Bleſenſi provincia, & aliàs Soloniæ caput, ad Saldriam fluv. 8. leucis à Bleſis in meridiem, Bituricum versùs 14. uti ab Ambacia in ortum. A quibuſdam creditur Ratomagus antiquitus dicta, fides ſit penes ipſos.

Remoria, Romoria Halycarnaſſo, Remurium Ciceroni, ager territorii Romani, apud Tiberim, ab urbe 40. ſtadiis diſtans. Erat & oppidum, ſeu pagus proximus Romæ Remuria, teſte Stephano. [*Fem. Ptol.*]

¶ Renfroana, *Reinfrevv*, urbs Scotiæ meridionalis, in Cuninghamia provincia, ad Cludam fluvium, in limite Leviniæ, & vix 5. m. paſſ. infra Glaſcum in occaſum.

¶ Rensburgum, *Rendsbourg*, oppidum munitum Daniæ, in Holſatia, ad Eyderam fluvium, & in limite Ducatus Sleſvicenſis. Diſtat 4. leucis a Chilonio in occaſum, Tonningam versùs 6. & 4. à Sleſvico in meridiem.

Rentica, *Renty*, oppidum cum arce Galliæ Belgicæ, in Arteſia, in Picardiæ confinio, inter Bononiam & [*Scrip. Belg.*] Fanum S. Pauli, Tarvannæ finitimum, 4. leucis diſtans in occaſum à Monſteriolo, & Hedena 5.

¶ Rentica, ſeu Rentiacum, *Renty*, oppidulum Arteſiæ, ad Agnionem fluvium. Nunc dirutum jacet ab anno 1638. Diſtat 5. leucis a Bolonia in ortum. Ariam versùs 4. eſtque in ipſo limite Comitatus Bolonienſis.

¶ Reperitanum, urbs epiſcopalis Mauritaniæ Cæſarienſis, teſte Victore Uticenſi. Sed quid ſit hodie non conſtat.

Rerigonium, *Ardslher*, (forſan *Ardslinſel* ſcriptum a [*Ant.*] Camdeno) oppidum Albionis, in ora Scotiæ occidentali, contra Glotam inſulam (*Bargeny* eſt Camdeno in regione Carricta.)

Rero, *Bacchilione*, fluvius Venetiæ, ex montibus Rhæticis, ſeu Tridentinis, per Vicentiam urbem quam interluit fluens, apud Ateſte quoque decurrens. Cuius meminit Venantius Fortunatus lib. 4. vitæ S. Martini:

Hic tibi Brinta fluens iter eſt Rerone ſecundo.

¶ Rerone, *Rerone*, amnis Venetiæ, in agro Vicentino. Vicentiam rigat, & ibi in Meduacum minorem influit, ut ego pluries vidi.

¶ Reſcovia, *Reſcovv*, urbs Moſcoviæ, Ducatus cognominis caput versùs fontes Volgæ, & in limite Lithuaniæ, 40. m. paſſ. diſtat à Tuveria in Africum, & 50. a Bielka in ortum. Dicitur *Rsheuva* a Moſchis, & duplicem arcem habet ligneam.

¶ Reſcovienſis Ducatus, *Duchè de Reſcovv*, ſeu *de Rshevva*, provincia eſt Moſcoviæ ad occaſum extenſa versùs confinia Lithuaniæ, & inter Tuverienſem & Bielſkiam Ducatus; & ejus urbes ſunt Reſcovia, Voloczka, Vielkiluchia, & Toropiecum.

Reſiſton, Rhædeſtum (ut videtur aliquibus) Ptolemæo, urbs epiſcop. Thraciæ, ſub Archiep. Heracleæ, a qua 30. mill.

mill. paſſ. in meridiem Callipolim verſùs. Vide Redęſtum.

¶ Reſpublica Bravæ, *la Republique de Brava*, ſola eſt in Africa & in Azania regione. Dicituretiam à quibuſdam Barraboa; eſtque juxta fluvium Quilmancum.

Reſpublicæ Europæ:

¶ Reſpublica Genuenſis, in Italia; *Republica di Genova* incolis, *Republique de Genes* Gallis, totam complectitur Liguriam maritimam à Magra fluvio & Serezana in ortum ad Albium Intemelium in occaſum, uti & Corſicam inſulam. Vide Genuenſis ditio.

¶ Reſpublica Helvetiorum, *les Suiſſes*, aliàs in Gallia Celtica, hodie in Germania. Dividitur in tredecim pagos. Vide Helvetii.

¶ Reſpublica Lucenſis, in Italia & Hetruria regione, *Republica di Luca* incolis, *Republique de Luques* Gallis, continet tantùm Lucenſem agrum verſùs oram maris Tyrrheni, ubi Lucca urbs. Vide Lucenſis ditio.

¶ Reſpublica Provinciarum unitarum Belgii, *les Provinces unies du Pais-Bas*, pars ſeptentrionalis Belgii ſeu Germaniæ inferioris. Vide Provinciæ fœderatę Belgii.

¶ Reſpublica Raguſina, *la Republique de Raguſe*, in Dalmatia, Turcarum vectigalis eſt, in ora maris Adriatici; & quædam tantùm loca poſſidet in illa ora littorali. Vide Raguſina ditio.

¶ Reſpublica S. Marini, *la Republica di S. Marino*, eſt in Italia, inter Ducatum Urbinatem & Romandiolam, parva admodum; & complectitur tantùm Fanum S. Marini cum decem pagis ſeu villis adjacentibus. Vide Fanum S. Marini.

¶ Reſpublica Veneta, in Italia, *la Republica di Venetia* incolis, *la Republique de Venize* Gallis, ampla & potens eſt, aliquot provincias habens ſibi ſubjectas in Italia, uti partem Dalmatiæ littoralis, multas inſulas in mari Adriatico, Corcyram, Zacynthum, Cefaleniam, & Cytheram in ora Græciæ obverſa, cum Teno & Mycone in mari Ægeo; habueratq; etiam antea Cretam, Cyprum, Eubœam, Peloponneſum, & oram littoralem Epiri & Albaniæ; ſed nunc Turcici juris ſunt. Vide Venetia ditio.

Reſus, fluvius parvus Aſię, ex numero eorum qui in Mæandrum influunt. Cuius meminit Strabo libro 12. ex Homero, qui illum cum aliis ſic memorat.

Reſuſq; Heptaporùſque, Careſùſque, Rhodiùſque.

¶ Retelenſis tractus, *le Retelois*, pars Borealis Campaniæ provinciæ, in Gallia, inter Axonam fluvium & limites Leodienſis ditionis & Luxemburgici Ducatus. Ad Boream Ducali titulo inſignitur; & eius caput eſt Retelium.

¶ Retelium, *Retel*, urbs Gallię, in Campania provincia, ad Axonam fluvium, & Retelenſis tractus caput: juxta quam Hiſpani victi & grandi clade affecti fuere à Gallis anno 1650. Diſtat 8. leucis à Remis in Boram, & 10. à Sedano in Africum, uti à Rupe Regia in meridiem.

Retina, *Retina* ſeu *Reſina*, teſte Hermolao, locus Campaniæ, apud Miſenum promontorium, à Calaſtro loco ejuſdem orę 3. mill. paſſ.

Revalia, *Revel*, urbs Sarmatiæ, in ora littorali Livoniæ, præclara, urbs (cum emporio) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi, inde 39. leucis in Boream, Narvam verſùs 18.

Revalia urbs eſt Livonię regionis, in dominio Suecorum ab anno 1561. Arcem habet munitam in colle & portum in ora ſinus Finnici 35. milliaribus Germanicis diſtat à Narva in occaſum. Gaudet emporio percelebri; eſtq; Hanzeatica.

Reudigni, populi Germaniæ, quorum urbs *Reutlingen* Lazio, in Suevia, Tubingę finitima, inter illam 2. & Ulmam 6. leucis. Althamerus Caſſubios, inter Pomeranos & Pruſſios, apud Dantiſcum indigitat; Beatus verò Rhenanus Holſatios, vel Pomeranos.

¶ Reudigni populi Germanię in Vindiliis fuere, & pars Suevicarum nationum, ubi hodie *Prignitz* tractus Marchiæ Brandeburgicę. Dicti fuere etiam Redigini & Toringi, teſte Brietio.

Reuticlii vel Ruticlii, populi Germaniæ, iidem Reudignis Tacito, teſte Althamero, quorum urbs *Reutlingen* eſſe videtur.

¶ Reutlinga, *Reutlingen*, urbs Imperialis Germanię, ſed parva, in Suevia & Ducatu VVirtembergico, 2. milliaribus Germanicis à Tubinga in ortum, Ulmam verſùs decem, & quinque à Stugardia in meridiem.

Rezana ſeu Reſana, *Rezan*, urbs Sarmatiæ, in finibus Moſchorum, apud Occam fluvium, provinciæ Reſanenſis caput, epiſcopalis, à Moſcha metropoli 36. leucis in Euronotum.

¶ Rezana urbs eſt ampla Moſcovię. 8. leucis diſtat ab Occa fluvio in meridiem, verſùs fontes fluvii Tanais paulò plus. *Egin.*

¶ Rezanenſis Ducatus, *Duchè de Rezan*, provincia Moſcoviæ verſùs auſtrum, ubi naſcitur Tanais fluvius, inter Moſcoviam propriam & VVolodimeriam ad Boream, & Ukraniam ſeu limites Tartariæ Precopenſis ad meridiem. Ibi Rezana urbs primaria; ſubeſtque dominio magni Ducis Moſchorum. Sed alias fuit magnus Ducatus, & Principem habuit nemini obnoxium.

Rha, *la Volga* Europæis, *Edel* Tartaris, *Thamar* Armenis; fluvius ingens Sarmatiæ Aſianę, in finibus Moſchorum oriens cum Tanai, (ad quem alicubi ad 7. leucas accedit) longoque decurſu per Caſſanum & Aſtracanum urbes Tartarorum in Caſpium mare 25. oſtiis influens, tanta vi aquarum, ut ad 60. mill. paſſ. illud dulce reddat, teſte Sigiſmundo Erberſtenio.

¶ Rha, *VVolga*, fluvius eſt ingens Sarmatiæ. Oritur in Sarmatia Europæa ſeu in Moſcovia regione, & in Reſcovia provincia, verſùs confinia Lithuaniæ, propè urbem Reſchoviam dictam, ultra quam aliquot millia. ribus occidentem verſùs ſylva ineſt, *VVolkovvskiles* dicta, in qua jacet palus *VVronovv*, è qua exit fluvius parvus qui duobus milliaribus Polonicis progreſſus, in lacum *Volgo* influit; *&* aquis multis auctus, rurſus egreditur, & deinceps *Volga* à lacu dicitur. Poſteà auctus aliquot fluviis Tuveriam rigat *&* Valitiam: Hinc in ortum tendens, ad Iaroſlaviam, *et* Novogardiam parvam labitur, ubi recipit Occam fluvium amplum, poſteà iuxta Baſiligrodam fluens *et* Sabackzariam, uti & Cazanum urbem regni cognominis primariam in Aſia, ſed ditionis Moſcoviticæ, paulò infrà mutatu curſu, *et* ad meridiem tendens, recipit Camam fluvium; & rigatis Samara, Soratovia, Zariza, & Aſtrachano, paulò infrà in plura brachia ſcinditur; *et* aliquot effectis inſulis, tandem quamplurimis oſtiis in mare Caſpium ſe exonerat. Optimè deſcribitur ab Adamo Oleario, qui accuratè illas oras luſtravit hiſce ultimis temporibus. Narrant autem ab eo ductum fuiſſe incile, *Kamouz* dictum, in Tanaim fluvium, quo lintres in Rham ducuntur, ſeu vice verſa.

¶ Rhabana, Sinarum urbs, verſùs oram meridionalem, teſte Ptolemæo. *Steph.* *Stech.*

Rhabathmoma, urbs Palæſtinæ, quæ & Areopolis dicta eſt. Vide ibi.

Rhacelus, Rhæcelum Lycophronti, oppidum erat Macedoniæ, ad Ciſſium montem, ubi Almonia quoque oppidum fuit.

Rhachia, promontorium montis Pyrenęi, ad mare Mediterraneum, in Hiſpanię & Gallię Narbonenſis confinio, quod Aphrodiſium Ptolemæo eſſe videtur, ſeu templum Veneris. *Plin.*

Rhadata urbs fuit Syenitarum, ubi felis aurea pro Deo colebatur, teſte Plinio lib. 6. cap. 29. *Ptol.*

Rhæba, *Rheban* Camdeno, *Rheib* aliis, oppidum Hiberniæ mediterraneum, in Comitatu Reginæ, (olim urbs totius inſulæ primaria) Labero, ſeu Limerico urbi finitimum.

¶ Rhęba, *Rebane*, urbs fuit aliàs ampla Hiberniæ, nunc viculus ad Birgum fluvium in Lagenia, & in Comitatu Reginæ, 7. mill. paſſ. à Reginępoli in ortum Kildariam verſùs 10. Sed longè diſtat à Labero, uti & à Limerico. *Ptol.*

Rhæda, *Rhada* ex tabula recenti, urbi Arabiæ felicis mediterranea, Arę regiæ finitima, ab Arabia emporio (*Aben* nunc vocant) ſupra 200. mill. paſſ. interiùs diſtans. *Ptol.*

Rhædeſtum. Vide Redæſtum, ſeu Rædeſtum, vel Reſiſton. *Ptol.*

Rhęſapha vel Rheſapha, (non Roſapha, ut quidam legunt) *Raslafe* urbs Syriæ apud Euphratem, et Auguſtam Euphrateſiam, Suris proxima, poſta Serigiopolis, à Sergio martyre ibi cum Baccho martyrio affecto, dicta, archiepiſcopalis, ſeu metropolis ſub Patriarcha Antiocheno. *Ptol.*

Rhæſena, oppidum Meſopotamiæ apud Tigrim fluvium et Duram urbem, terminum Imperii Romani et Perſici: ubi

ubi Gordianus Imperator ſepultus eſt, teſte Aurelio Victore.

Strab. Plin. & al. Rhæti, populi qui variè ſcribuntur, Ræti, Reti, & Rheti, ac Rœti.

Rhætia, regio Gemina: prima inter ortum Rheni, ſeu inter Rhenum à capite uſque ad lacum Brigantinum, Danubium, Licum, & ortum Oeni: cujus populi Rhæti, *Gravvpuntner*, & Italis *Griſoni* dicuntur. Altera, teſte Vvelſero, Vindelicia appellatur à Ptolemæo, à prima Lico fluvio diviſa. Aliis verò ex libris Notitiæ Rhætia I. ea appellatur quæ Italiæ contermina eſt, Inſubriæ ſcilicet & Cenomanis Venetiæ; in qua tota Rhætorum regio, cujus caput eſt Curia urbs, & Comitatus Tyrolenſis continetur: Rhætia autem II. à Curia uſque ad Danubium, à Vindelicia, ſeu Bavaria Lico fluvio diſcreta; quæ Suevia Ciſdanubiana dici poteſt, tametſi Suevia paulò magis in occaſum & Boream patet. Ejus meminit Claudianus de Vict. Stiliconis.

Prominet Hercynia confinis Rhætia ſylva.

Vide Rheti.

¶ Rhætia dupliciter ſumitur, vel lata, vel propria. Rhætia poſt diviſionem Imperii Romani complectebatur Rhætiam propriam ad auſtrum, & Vindeliciam ad Boream; eratque pars Illyrici Occidentis: poſtea autem anguſtioribus reſtricta fuit limitibus, & ad Rhætiam propriam reducta.

¶ Rhętia propria complectebatur totam illam regionem inter Alpes Rhæticas & Tridentinas, ubi hodie Griſones populi ſeu Rhæti, Tridentina ditio, Tyrolenſis Comitatus, & Vallis Tellina, ubi populi fuere Brigantii, Sarunetes, Riguſci, Vennones, Tridentini, Breuni, & Genauni, inter Vindeliciam ad Boream, partem Norici ad ortum, Galliam Tranſpadanam ad meridiem, & Helvetios ad occaſum.

¶ Rhetia autem recens ſtrictior eſt, continens tantùm partem occidentalem Rhætię proprię: diciturque vulgò *les Griſons* Gallis, *Grigioni* Italis, qui poſt varia inter ſe fœdera tandem omnes ſociati ſunt anno 1471. in loco *VVatzerol*, & anno 1498. perpetuum fædus cum omnibus Helvetiis inierunt. Tota regio montibus horret, ideòque aſpera & ſterilis; quare non malè Legatus Gallicus hic montes ſuperbiæ, valles miſeriæ ſe reperiſſe dictitabat. Dividitur autem in Rhætos ſeu Griſones fœderatos, & in eorum ſubditos. Rhætorum fęderatorum partes ſunt tres, fędus ſuperius ſeu Canum, Germanicè *Oberpunt*, Gallis *Ligue Griſe*, fędus Domus Dei; Germanicè *Gotthouſpunt*, Gallis *la Lingue de la Maiſon de Dieu*; & fædus decem Iuriſdictionum, Germanicè *Zehen Gerichten punt*, Gallis *les dix Droitures*. Et Rhætorum ſubditi ſunt tres, Vallis Tellina, *la Val Telline*, Bormienſis Comitatus, *Comtè de Bormio*, & Comitatus Clavennenſis, *le Comtè de Chiavenne*. Vide Griſones.

Plin. Tab. Rhætica iuga, *Monte Braulio* Italis, & *Vvrmſeloch* Germanis, montes Rhætici, qui & Alpes Rhæticæ, teſte Ægidio Scudo, dicuntur, quæ ad Inſubrum & Cenomanorum confinia extenduntur.

Rhætico, ſeu Rhetico, ut habet codex Melæ, *Prettigovverberg*, teſte Scudo, mons Rhætiæ, altiſſimus inter Alpes Rhęticas, inter Rhenum (ubi Curia) & Oenum occurrens, à Curia 6. leucis in ortum, unde vallis Druſiana in Boream, & occaſum incipit.

Mel. ¶ Rhætico, mons Iſtævonum in Germania, quem Cluverius, & Sanſo putant eſſe *Sibengebirge* montem, ad Rheni fluvii Ripam, ex adverſo Bonnæ, in Veteravia tractu, & propè Segum fluvium.

Strab. Rhaga, Raga Arriano. Vide Raga, ſeu Ragæ, & Europus.

¶ Rhagęa, Parthiæ urbs teſte Ptolemæo.

Ptol. Rhage, ſeu Rage, *Nottingham*, ut aliquibus videtur, oppidum Albionis ex præcipuis Angliæ, inter Conventriam ad occaſum & Lincolniam ad ortum. Sed aliis Rhage, Ratæ Antonino eſſe videtur. (*Vide Rata.*)

Liu. Rhages oppidum fuit Theſſaliæ, ad Peneum fluvium, à Lariſſa 10. mill. paſſ. diſtans, ut ſcribit Titus Livius lib. 2. Decadis 4. cujus nullum exſtat indicium.

Ioſeph. Rhamata, oppidum Palæſtinæ. Vide Ramoth. Urbs refugiorum in terra Galaad trans Iordanem.

Ptol. Rhamidava, *Repicza*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Valacchia. (*Aliis eſt in Moldavia ad Ordiſſum fluvium.*)

¶ Rhamnæi, Arabiæ felicis populi, teſte Plinio.

Rhamnis erat urbs Eubœæ, ubi templum erat Fortunę teſte Alexandrino lib. 6. cap. 28.

Rhamnus oppidum fuit & portus Cretæ in ora occidua inter Phalaſarnen & Cherſoneſum.

Rhamnus, pagus Atticæ, in Tribu Æantide, inter Athenas & Cherſoneſum. A Rhamnunte Rhamnuſius, a, um, nomen gentis deductum eſt: ut Rhamnuſia Venus, hoc eſt, Veneris ſtatua inter præcipuas habita, ab Agoracrito inſigni ſtatuario conſtructa, auctore Plinio lib. 36. c. 5. Quæ & Nemeſis dicta eſt. Nemeſis enim Dea quæ humiles attolleret, & feroces deprimeret, credita eſt: Adraſtia etiam apud Zenodotum; & Rhamnuſia apud Diogenianum & alios appellatur: ac proverbio *Nemeſis ad pedes adeſt* dici ſolitum fuit, cujus legem nemo poſſet effugere. Ramnuſia Dea indignationis non à Rhamnunte Cretæ, ſed Atticæ loco, ubi præcipuè colebatur, dicta eſt. De qua Ovid. lib. 5. triſtium elegia 8. *Plin. Ptol. Strab. Plin. Max Tyr.*

Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Claudianus de Victoriis Stiliconis:

Sed Dea quæ nimis obſtat Rhamnuſia votis.

Rhamnuſius, mons Illyrici, Scodræ urbi imminens, *Monte di Scutari.* *Vib. ſeq.*

¶ Rhaphaneæ, Syriæ urbs; in Caſſiotide regione, teſtibus Ptolemęo, & Stephano.

Rhaphiam, Rhaphea Plinio, Rhaphi a Livio, Rhapanea libris Conciliorum, urbs Phęnicis mediterranea, Epiphaniæ finitima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Apameno: Rhaphaneæ Ptolemæus habet. Rhaphia verò apud Ptolemæum in Palæſtina, proxima Lyddæ, *Rhama* hodie dici putatur, à Ioppe 10. mill. paſſ. diſtans Hieroſolymam versùs 30. Ortelius Rapam Antonini in Palæſtina, à Gaza urbe 22. mill. paſſ. diſtantem, cum Rhaphia Strabonis, Plinii & Livii, quæ eſt in Phęnicia, confundit. *Strab Tol. Ptol.*

¶ Rhappha, urbs Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemęo.

Rhatacenſii, *Reteck*, teſte Lazio, populi Daciæ, quorum locus adhuc in Tranſylvania ſic nominatur.

Rhatomagus, urbs Galliæ Belgicæ, in finibus Nerviorum; quam Ortelius cum Rhotomago urbe Galliæ Celticæ, Normanniæ metropoli confundit, cùm Rhatomagum *Roven* (quæ Rothomagus eſt) indigitet.

¶ Rhatomagus urbs Nerviorum ubi fuerit non conſtat, forſan errore Typographi pro Lutomago, nunc *Monſtrevil*, urbe Picardiæ, ad Quantiam fluvium. Sunt tamen qui credant Rhatomagum ſeu Ratomagum fuiſſe oppidum Velocaſſiorum in Gallia Celtica, ubi hodie *Flevry*, oppidulum Normaniæ, ad Andelam amnem, quinque leucis à Rothomago. Fides ſit penes illos.

Rhatoſtathybius * *Tuvy*, ſeu *Touy*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, in Vvallia, apud Bangorium urbem fluens. Sed Lhuydus duos fluvios facit, Rhatoſtam, *Yſtuvithi* & Tybium, *Abertivy*, cùm unus fluvius ſit apud Ptolemæum (* Camdeno *Tovy* eſt Ptolemæi Tobius apud Maridunum fluens, Rhatoſtathybius verò vel Ratoſtibius *Taff*, fluvius Comitatus Glamorganenſis, Fanum ad Taffum urbeculam præterfluens, non Bangorium urbem longiſſimè huic diſtantem in ora Vvalliæ Boreali.)

¶ Rhaucus, Cretæ inſulæ mediterranea urbs, teſte Stephano. Sed quid ſit nunc non conſtat.

Rhaudum, Rho, pagus Inſubriæ, in agro Mediolanenſi, inter Mediolanum 14. & Caſtrum Seprium 6. m. paſſ. Vareſium versùs. Hinc nobilis Rhaudenſis familia. Rhaudi, ſive Raudi campi à Velleio, in quibus Marius Cimbros vicit, memorantur: unde hic pagus nomen traxiſſe videtur; niſi pro Raudi, Caudi legendum ſit.

¶ Rhaudum, *Rho*, pagus Ducatus Mediolanenſis, ad Olonam amnem, 12. milliaribus à Mediolano diſtans in Circium, Caſtrum Seprium versùs 14. circiter, et 20. à Novaria in ortum.

Rhavius, *Banny* hodie, teſte * Camdeno, qui Bannius pro Rhavius legit, (ſed Rhavius legitur in Codice Græco) fluvius Hiberniæ, inter Boreum promontorium, et Nagnatam urbem fluens: qui Moletio *Abram* dicitur. (* Camdeni verba ſunt, Comitatus Sligoenſis ad Boream *Trobis* fluvius eſt, Ptolemæo Ravius, ex Erno lacu emiſſus. Eidem verò Banna vel *Bann* eſt fluvius Comitatus Colranienſis longiſſimè hinc diſtans. Vide Buvinda.)

Rhauraris, Araurius Ptolemæo, Arauris Melæ, *l'Eraud*, teſte Cluſio, aliis *l'Errauldt*; fluvius Galliæ Narbonenſis, ex monte Cemmeno in meridiem fluens, inter Obrim fluvium et Agatham urbem mari exceptus.

¶ Rauraris, ſeu, & meliùs, Arauraris, *l'Erault*, fluvius eſt Gallæ Narbonenſis, in Occitania inferiori. Piſcenas

& A-

& Agatham rigat, & paulò infrà in mare Miditerraneum ſe exonerat.

Rhauzium appellatur Epidaurus urbs archiepiſc. Dalmatiæ, *Raguſa*. Vide Epidaurus.

Rhazunda, *Rhemen* hodie, teſte Nigro, urbs Mediæ mediterranea.

Rhebas, qui & Rhœſus Plinio, Rhebus Valerio Flacco, Rhebanus Orpheo, Rhebæus Apollonio, *Ribas*, teſte Petro Gyllio, fluvius Bithyniæ, ex Olympo monte oriens, & in Euxinum mare apud Pſillidem labens. Cuius meminit Val. Flaccus lib. 4. Argonaut.

Littora, longinqui qua exirent flumina Rhebi.

Orpheus in Argonauticis de eodem:

Dein alacres petimùs longinquum Rhebadis amnem.

Rhechius, fluvius Macedoniæ. Vide Rechius.

Rhedæſtum. Vide Redæſtum, & Biſanthe.

Rhedones, *Renes*, vel *Rennes*, populi & urbs Galliæ Celticæ, in Aremoricis, Britanniæ minoris primaria, & conventus iuridicus regionis, epiſc. ſub Archiep. Turonenſi, inter Andegavos 22. & Venetos in occaſ. 16. leuc. quot à Nannetibus in Boream. Urbs Condate à Ptolemæo nominatur, ſed nomen eſt exoletum, poſterioribus Rhedonæ, ſic in libris Conciliorum.

¶ Rhedones ſeu Redones, populi Britanniæ minoris, versùs Cenomanos, quorum urbs Condate Rhedonum, ſeu Redones, hodie *Rennes* dicitur, urbs ampla & culta, ad Vidanam fluvium, Parlamenti totius provinciæ ſedes, 22. leucis diſtat à Nannetibus in Boream, Maclovium versùs 16. & 22. ab Andegavo in Circium, 26. autem à Venetiis in Cæciam.

Rhegianum, *Roſi*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris, Oeſco finitimum, in occaſum diſtans.

Rheginus ſaltus, *Petrona*, teſte Barrio, ſylva Brutiorum, ad Apenninum montem, in Calabria ulteriore, in agro Sinopolis oppidi.

Rhegium Iulium, ſic à Ptolemæo cognominatum, Regium Ciceroni, *Reggio* & *Riggio* incolis, (non *Rezzo*, ut ſcribit Ortelius) colonia & urbs, Brutiorum metropolis, & Archiepiſcopalis, in ora Calabriæ ulterioris contra Meſſanam Siciliæ, à qua 12. m. paſſ. mari diſtat in Boream ultra Conſentiam alteram Brutiorum metropolim 100. à Chalcidenſibus condita, ſicque à fractione dicta, quòd inde Sicilia, olim continenti iuncta, vi fluctuum terræ fractione avulſa fuerit. Populi Rhegini Polybio & aliis; Regini Ciceroni, Rhegini à Xenarcho ignaviæ & formidinis, ut ſcribit Zenodotus, notantur; apud quem etiam adagium hoc in formidoloſos legitur, *Rheginis timidior*. De Rhegio Ovid. lib. 14 Metamorphoſeon:

Oppoſitumque petens contra Zanclæia ſaxa,
Rhegion ingreditur.

Dicuntur etiam Rhegienſes populi apud Salluſtium.

¶ Rhegium Iulium, *Regio*, urbs aliàs Brutiorum, nunc Calabriæ ulterioris caput, in regno Neapolitano. Sedet in ora freti Siculi, ex adverſo Siciliæ inſulæ & Meſſanæ urbis, à qua diſtat 9. mill. in ortum, Zephyrium promontorium versùs 28. & 90. à Conſentia in meridiem.

Rhegium Lepidi. Vide Regium Lepidi.

Rhegium Galliæ. Vide Regium.

¶ Rhegium, locus Thraciæ, circa Byzantium, juxta quem lacus Myrmex dictus, juxta quoque eſt urbs Athyras.

Rhegma lacus eſt poſt Anchialam urbem, ubi navalia multa, qua parte ſpectat Rhodios.

Rhegma quoque ſtagnum eſt Tarſenſium, in quod Cydnus fluvius influit. Ibi olim navalia eorundem, ſicuti & apud Sidam Pamphyliorum erat navale, multorum navigiorum capax: in quibus locis piratæ, quos Pompeius magnus delevit, ſeſe tuebantur, inde Delum emporium maximum uſque decurrentes. (Idem videtur locus apud Strabonem cum priore.)

Rhemi, *Reims*, populi & urbs Galliæ Belgicæ archiepiſcopalis, & Campaniæ metropolis, inter Lutetiam Pariſiorum ad occaſum, & Metas urbem Auſtraſiæ in ortum 40. leucis circiter; ubi Reges Galliæ inaugurantur oleo olim cœlitus miſſo. Populi Rhemenſes: urbs Durocortum vel Durocortorum Cæſari, Duricortora Straboni, Durocottorum Ptolemęo, Durocordorum Antonino, quæ nomina in diſſuetudinem abierunt. Hinc Rhemus apud Lucanum lib. 1.

Optimus excuſſo Leucus Rhemuſque lacerto.

¶ Rhemi, ſeu, & meliùs, Remi, populi Galliæ Belgicæ, quorum urbs Rhemi ſeu Durocortorum, *Reims*, ad Vidulam fluvium. Eſt ex præcipuis Campaniæ provinciæ, ampla, elegans & culta; & ibi Academia inſtituta fuit ab Henrico II. Regæ Galliæ. Urbs Ducatus titulo inſignitur; & ejus Archiepiſcopus, qui nunc Cardinalis Antonius Barberinus, eſt primus Dux, & Par Franciæ, à quo Reges conſecrari ſolent. Diſtat 32. leucis à Lutetia versùs ortum æſtivum, 12. à Sueſſione in ortum, 9. à Catalauno in circium, *et* 5. à Matrona fluvio in Boream, uti ferè 24. à Virduno in occaſum. Tractus adjacens dicitur *le Remois*, ubi alias erant Remi populi, inter Treviros & Virodunos ad ortum, Catalaunos ad meridiem, Sueſſiones ad occaſum, & Arduenam ſylvam ad Boream.

Rhene, Rheneia Straboni, Rhenia Stephano, quæ & Artemitis, & Celaduſſa priùs, teſte Plinio, dicta eſt, *Fermene*, teſte Sophiano, inſula maris Aegæi, una Cycladum, inter Ceam & Delum, inde 10. hinc 40. mill. paſſ. in Africum, circuitu totidem, longa 20.

¶ Rhene, ſeu, & meliùs, Rhenia inſula eſt parva Græciæ, in mari Ægæo, prope Delum inſulam, & ei ferè adjacens ad occaſum: unde cum ipſa vulgò *Sdille* dicitur quanquam nomen proprium habeat, *Fermene*, teſte [Strab] Burdonio. Nunc paucis conſtat incolis.

Rheni, *Rhyngeevver*, teſte Scudo, populi iuxta Rhenum incolentes, inter Rhætos & Helvetios. Regio Rhingovia Latino recenti, *Rhynthal* vulgò.

¶ Rhenoberga, urbs probè munita Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in ditione Electoris Colonienſis, & in limite Ducatus Clivenſis; ſed ſubeſt dominio Batavorum ab anno 1633. 2. leucis diſtat à Veſalia inferiori in meridiem, & 3. à Gueldria in ortum.

¶ Rhenofelda, *Rheinfelden*, urbs munita Germaniæ, in Suevia provincia, ad Rhenum fluvium, & una ex quatuor urbibus ſylveſtribus, ſub dominio Auſtriacorum, vix 2. milliaribus Germanicis ſupra Baſileam in ortum, Sanctionem versùs totidem. Pluries capta & recepta fuit ultimo Bello Germanico; tandem reddita pace Monaſterienſi. Eſt in ipſo limite Helvetiorum & Briſigaviæ provinciæ.

¶ Rhenogavia, *Rhingavv*, tractus parvus Germaniæ, in ditione Electoris Moguntini, & iuxta Rhenum fluvium, è regione Moguntiæ & Bingii.

Rhenus, *Rhyn et Rhein* Germanis, *le Rhin* Gallis, [Gaſ.] *Rheno* Italis, fluvius notiſſimus & maximus Germaniæ poſt [Strab.] Danubium, illam à Gallia diſterminans. Ex Adula mon- [Plin.] te ex adverſo Rhodani ortum habet, fluitque primùm [& al] inter Rhętos, & Helvetios in ortum, deinde in ſeptentriones longo tractu per Germaniam ſuperiorem & inferiorem, donec ad Arenacum in duos dividitur, & inſulam efficit Batavorum, Oceano unà cum Moſa exceptus, multis peragratis urbibus & oppidis, in iis Curia, Conſtantia, Baſilea, Argentoratum, Spira, Vvormacia, Moguntia, Confluentia, Colonia, Weſalia, Embrica, Arenacum, Traiectum, & Dordracum. De quo Virgilius lib. 8. Æneidos:

Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis.

Rhenum, quondam pueros in eos coniectos, ſi ex impuro concubitu ſuſcepti fuiſſent, vorticibus exceptos ſtatim ſuffocare, ſi verò legitimè nati eſſent, placidè exceptos ad ripam vivos eiicere ſolitum fuiſſe, auctor eſt Politianus. Rhenum quoque oppidum fuit, uti apud Tacitum legimus, apud oſtia Rheni fluvii, fortè quòd etiam *Renes* vulgo nominatur.

¶ Rhenus fluvius, *le Rhein*, antiquus Galliæ & Germaniæ terminus à fontibus ad oſtia. Oritur ex Alpibus in parte occidentali Rhetiæ ex duplici fonte, quorum maior & magis ad Boream *Vorder Rhyn* dicitur, ſeu primus Rhenus; minor verò *Hinder Rhyn*, ſeu ſecundus, magis ad meridiem oritur: deinde ſimul unitis, Rhenus prope Curiam fluit, & Magiam rigat; inde limites Helvetiorum tangit, & per lacum Conſtantienſem ſeu Brigantinum tranſiens, ac Sveviam ab Helvetia ſeparans, Conſtantiam rigat, uti Scaphuſiam. Hinc Arola auctus, iuxta quatuor Sylveſtres, Valdhuſiam, Laufenburgum, Sanctionem, & Rhenofeldam labitur, uti & poſteà ad Baſileam. Deinde per Alſatiam tendens, in Boream fluit iuxta Novoburgum & Briſacum, uti & prope Argentoratum. Poſteà Hellelo fluvio auctus, Stolhofſam rigat, Philippoburgum, & Spiram in Palatinatu Rheni dicto, ſeu inferiori; ubi etiam Nicro fluvio recepto, ad Manheimum, iuxta Vvormatiam, & Oppenheimum fluit. Hinc ad Moguntiam recipit Mœnum fluvium; quo auctus iuxta Ingelheimum, Bingim, Bacharacum, ac Veſaliam ſuperiorem fluens, per Trevirenſem

ſem

ſem ditionem labitur; ubi auctus Lano fluvio, mox etiam & Moſella, ad Confluentes ad Antenacum tendit, deinde Montenſem Ducatum à Colonienſi ditione ſeparans, Bonnam rigat, hinc Coloniam Agrippinam, Noveſium, Duſeldorpium, & Ordingam. Poſteà per Cliuenſem Ducatum fluens iuxta Duisburgum, ubi recipit Ruram, & propè Orſovium, Rhenobergam, Veſaliam, ubi recipit Luppiam, Reeſium, & Emmericum, tandem in limite Gueldriæ & ad Schenchiam arcem in duo brachia ſcinditur, quorum alterum ad ſiniſtram tendens, Vahalis dictum, *le Vahal*, Noviomagum rigat, & paulò poſt Moſæ miſcetur: alterum ad dextram propè Arenacum fluit, ubi per Druſum foſſa Rhenum inter & Salam egeſta partem Rheni per Iſalam & Flevum lacum in Oceanum effudit. Sed altera pars ad occaſum tendens per Batavos, Trajectum inferius ſeu ad Rhenum dictum rigat, uti & Lugdunum Batavorum, ubi & ſenſim deficit, quanquam eò olim evolvebatur unico oſtio inter vicos *Carvvick & Noortvvick*. Sed Oceanus aliquando violenter irrumpens cùm eius fluxum impediviſſet aqua retroacta, ſiniſtrum ripam ſcindens anno 860. alveum ſibi novum paravit, qui Licus dicitur, *le LecK*; & medium illud & antiquum Rheni alveum arenarum tumulis obductum nullo labore potuerunt Lugdunenſes aperire. Ab antiquis autem numerantur duo Rheni fluminis oſtia; medium illud nempè quod & verum & antiquum Rheni oſtium propè Lugdunum Batavorum, & occidentale Rheni oſtium, quod & Helium & Moſæ oſtium, *die Maes* incolis, propè Brilam: quibus addunt aliqui dextrum Rheni oſtium, quod & Flevo nunc, *Vecht* incolis à fluvio cognomine, qui à Trajecto inferiori deductus, in mare Auſtrinum cadit propè Amſterodamum. De Rheno vide pluribus Petrum Bertium in eius Germania antiqua.

Plin. Rhenus alter, fluvius Italię, ex Apennino monte oriens, ac per Galliam Togatam in Romandiola, per agrum Bononiæ, ab ea non longè fluens, in Padum ſupra Ferrariam labens: qui *il Rhen* etiam vulgò & *Reno* nominatur. De quo Silius libro 8.

parvique Bononia Rheni.

Strab. *Hom.* Rheſus, fluvius Bithyniæ, in Zelia regione. Vide Rhebas, nam eſt idem. Fuit & eiuſdem nominis Rex Thracum; de quo Virgilius libro 4. Æneidos:

Altaque Pangea, & Rheſi Mavortia tellus.

Hic heptaporos, & polyporos, teſte Strabone, dictus eſt, quod 7. vadis in eadem via tranſvadari poteſt.

Plin. Rheti, populi, & Rhetia, regio. Vide Rheti, & Rhætia, ac Rhœti, variè enim ſcribuntur. Claudianus in epithalamio Pall. & Celer.

Quæ ſævis objecta * *Rhetis, quæ Saxona frenat,*
Vel Scotum legio.

(* Alii codices *Getis* habent.) Hinc Rheticus, a, um; ut uva Rhetica apud Virgilium libro 2. Georgicorum:

Purpurea preciæque, & quo te carmine dicam
Rhetica?

Mel. Rhetico, mons altiſſimus Alpium Rheticarum. Vide Rhætico. *Prettignen*, uti quidam ſcribunt.

Ptol. Rhetigonium, * *Girgeny*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in ora Scotiæ occidentali, ad ſinum Rhetigonium, ubi Novantæ populi. (* Camdenus quid de eo ſentit vide in Rerigonium, uti meliùs ſcribitur.)

Pauſ. Rheucus, mons Arcadiæ, ubi etiam vicus Rheunus.

Rhigia, oppidum geminum Hiberniæ: unum circa umbilicum inſulæ, *Lymburg*, teſte Nigro, *Tors* Moletio, (Camdeno locus aliquis non procul à *Lough Regith*) alterum *Reglis* Camdeno, quod ex Purgatorium S. Patricii nominatur.

Rhigina, fluvius Macedoniæ, ſeu Rhiginia, ut habet codex Græcus Strabonis libro 7. qui & Erigon. Vide ibi. Sed hic in Thracia ortum habet.

Ptol. Rhigodunum, *Rippen*, teſte Lhuydo: ſed aliis *VVarrington*, oppidum Albionis, in ora Angliæ occidentali, medium inter Ceſtriam 14. & Manceſtriam 10. mill. ac inter Lichfeldiam, & Lancaſtriam in Boream ad 34.

¶ Rhigodunum, oppidum Brigantum. Nunc eſt *Riblecester*, oppidulum tenue Lancaſtrienſis Comitatus, in Anglia, ad amnem *Ribbil*, in limite Eboracenſis provinciæ, & 14. milliaribus Anglicis à Lancaſtria in Eurum.

Ptol. Rhiguſcæ, populi Rhætorum ad Rhenum fluvium, quorum regio *Rhynthal*, (quæ etiam Rhenorum eſt) & oppidum *Ragatz*, è regione Lupini oppidi, quòd Campus Maii alio nomine dicitur, Sarunetibus finitimi, à Curia 7. leucis in Boream, licèt Ptolemæus Rhiguſcas inter Rhętos Auſtraliores faciat.

Strab. *Plin.* Rhinocolura, Rhinocorura Ptolemæo & Ioſepho, Rhinocurara Stephano, *Faramida*, teſte Nigro, oppidum Palæſtinæ maritimum, in Ægypti confinio, inter Gazam ad Boream 44. & Oſtracinem ad meridiem 24. à Peluſio in Boream 90. mill. ex Antonini Itinerario.

¶ Rhinocolura, *Faramida* aliis, oppidum eſt Ægypti, in ipſo limite Palæſtinæ; & in ora maris Mediterranei.

Strab. Rhiocharus fluvius eſt Colchidis, haud procul à Dioſcuriade urbe fluens, & in Euxinum labens.

Pauſ. Rhipe oppidum erat Peloponneſi Mediterraneum, Stratiæ, & Eniſpę oppidis finitimum. De quibus Statius libro 4. Thebaidos:

Rhipeque & Stratie, ventoſaque donat Eniſpe.

Strab. *Plin.* *Mel.* *& al.* Rhiphæi, montes Sarmatiæ Boreales; qui tamen nuſquam reperiuntur, cùm tota Sarmatia ad ſeptentriones plana ſit, ſylvis, amnibus, & lacubus abundans, teſte Sigiſmundo Erbeſtenio, qui eas regiones luſtravit: niſi ſint montes qui *Oby* unà cum fluvio maximo dicuntur, inter extremos Moſchos ad ortum & Scythas, propè Oceanum Scythicum; vel mons in finibus Moſchorum, qui ob eius celſitudinem, quæ vix 20. diebus ſuperari poteſt, cingulum mundi, teſte Erbeſtenio, nominatur, inter Duinam & Petzoram flumina ingentia Oceanum Sarmaticum attingens, perpetuis nivibus rigens, teſte Euſtathio. Hos memorat Vigilius libro 4. Georgicorum.

Arvaque Riphæis nunquam viduata pruinis.

¶ Rhiphæi montes Sarmatiæ ſunt in eo tractu ubi nunc Petzora provincia Moſcoviæ Borealis; dicunturque *monts Stolp*, versùs Obdoram & Obium fluvios, & in limite Aſiæ ac Tartariæ deſertæ, Petro du Val & Brietio teſtibus.

Ptol. Rhiſpia, *Rekaſburg*, teſte Lazio, oppidum Pannonię ſuperioris, in Stiriæ & Hungariæ confinio, à Bolentio 2. leucis. Aliis *Fering*, oppidum Stiriæ, à Pętovione 5. leucis in Cœciam. Aliis verò *Veſprin*, urbs Hungariæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, Albę Regali proxima, ab ea vix 3. leucis in occaſum recedens.

¶ Rhiſpia hodie, teſte Lazio, eſt *Rekasburg*, oppidum Stiriæ inferioris, ſeu *Fering*; oppidulum, vix 2. mill. paſſ. ab eo diſtans, ad Arrabonem fluvium, 2. leucis à limite Hungariæ in occaſum, & totidem à Rachelſpurgo in Boream. Sanſo tamen credit Rhiſpiam fuiſſe, ubi hodie Pons ad Muram, *Pruck an de Muer*, oppidum Stiriæ ſuperioris.

Rhittium, Ritti Antonino, Ricti libro Notitiarum *Ratza* nunc, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris, ad Danubium, inter Bononiam & Taurunum. Sed Simlero eſt *Salankemen*, à Tauruno 6. leucis in occaſum, Petrovaradino proximum.

Rhitum, locus ad Iſthmum Corinthiacum, à Corintho 2. mill. paſſ. diſtans.

Rhitymna vel Rhithymna, *Retimo* (non *Retinum*; neq; *Aretina*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) Sophiano, urbs Cretæ epiſcopalis, ex præcipuis, in ora Boreali, inter Matium ad ortum & Cydonem ad occaſum, inde ad 40. hinc 45. mill. paſſ. Malè Rhithymnia apud Stephanum. Nomen genti Rhithymnius.

¶ Rhitymna, *Retimo*, urbs eſt Cretę epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Candiæ dicto, cum portu capaci in ora Boreali. Satis eſt munita, cum arce; ſuberatque aliàs dominio Venetorum; ſed à Turcis expugnata hiſce ultimis temporibus, ipſi etiam paret. Diſtat 40. mill. paſſ. à Cydonia in ortum, Matium ſeu Candiam versùs 53. circiter. Agrum habet peramplum, à quo denominatur quarta inſulæ pars, dicta territorium Rhitymnæ, *le territorie de Retimo*, inter territoria Candiæ ad ortum & Cydoniæ ad occaſum.

Rhium, quod & Drepanum Straboni & Ptolemęo, & Molycrium Straboni, *Trapani* Nigro, & aliis, *Capo di Patras*, Promontorium & oppidum apud Stephanum Peloponneſi, in Achaia, (non Aetoliæ, ut ait Ortelius) ad fauces ſinus Corinthiaci, contra Antirrhium promontorium Aetoliæ, à Corintho 87. mill. paſſ. in occaſum diſtans, à Patris 5. ubi Peloponneſii ab Athenienſibus navali prælio victi, teſte Xenophonte. Eſt & Rhium Ptolemæo promontorium Corſicæ; apud Urcinium urbem, nunc *Capo d'Aiaccio* vel *Aiazzo*.

Rhium fretum, *Stretto di Lepanto*, anguſtia ſeu fauces ſinus Corinthiaci inter duo promontoria, Rhium & Antir-

tirrhium, (quæ ob arces Dardanelli dicuntur) quod & fretum Calydonium dicitur Heliodoro.

¶ Rhium fretum quibuſdam eſt *Stretto di Lepanto*, aliis autem, et meliùs, *le bocche del Golfo di Lepanto*; et in ejus viciniis commiſſum fuit prælium Naupactinum dictum anno 1571. quo Turcæ victi et maxima clade affecti fuere a Chriſtianis.

Rhiuſiava, (non Rhiuſiana, ut ab Ortelio ſcribitur) *Gengen*, teſte Villanovano, urbs Germaniæ, in Svevia, inter Ulmam, et Nerolingam in Boream 4. leucis. Situs tamen haud congruere videtur, cùm hæc occidentalior ſit illis apud Ptolemæum.

¶ Rhiuſiava aliis eſt R*oſenfeld*, oppidum parvum Sveviæ, in Ducatu Virtembergico, vix 4. milliaribus Germanicis a Tubinga in meridiem diſtans.

Rhizana, R*udine* Moletio, et aliis, oppidum Dalmatiæ mediterraneum, inter Naronam et Scodram in ortum, a Scodra 30. mill. paſſ. in occaſum. (*Forſan idem eſt quod* R*hizinium.*)

Rhizinium, Rhiſinum ptolemæo, Rhizon polybio, cum fluvio cognomine, R*iſano* et R*iſine* Nigro et aliis, urbs Dalmatiæ Epiſcopalis ſub Archiepiſc. Epidaurio, inde 20. mill. paſſ. in ortum, ab Aſcrivio 10. ad ſinum Rhizonicum: Epiſcopus Caſtro novo moratur.

¶ Rhizinium urbs eſt Dalmatiæ, nunc R*iſano* dicta, & ferè in vicum redacta, ſub dominio Turcarum. Ibi aliàs Rhizunitæ populi 40. mill. paſſ. diſtat à Raguſio in Eurum. Sunt tamen qui credant Rhizinium fuiſſe in ora ſinus Adriatici, ubi nunc *Melanto piccolo* caſtrum. Fides ſit penes ipſos.

Rhizis apud Stephanum ingens promontorium eſt Troglodytarum. Incolæ Rhizitæ.

Rizonicus ſinus, *Golfo di Cataro*, ſinus Dalmatiæ, ad quem Aſcrivium, Rhizinium, et Caſtrum novum urbes; (*eſtq; pars maris Adriatici.*)

Rhizophagi populi Æthiopiæ, inter Aſtapum et Aſtaboram fluvios, in Meroe inſula, qui et Elii Straboni dicuntur. Apud Ælianum in India ad Eſtabaram ponuntur. Sed error, vel auctoris, vel codicis eſt cum pro Meroe India ſcriptum ſit, atque Eſtabara pro Aſtabora.

Rhizus, Rhizæum libris Conciliorum, *Riſſo* & *Eriſſo*, portus, et urbs Cappadociæ maritima, paulò ultra pituſſam, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Neocæſarienſi. Cum autem Rhizus diſtet a Trapezunte in ortum, vereor ne diverſus ſit a Rhizæo; quæ cum ſub Neocæſarienſi Metropolita ſit non ſub Trapezuntia, Neocæſareæ finitima eſſe videtur. Rhizus quoque in Magneſia apud Melibœam oppidum, teſte plinio, ſeu Theſſalia, teſte Stephano.

¶ Rhizus, ſeu Rhizæus, urbs parva Cappadociæ, cum portu in ora ponti Euxini ad oſtia Rhizæi fluvii. A quibuſdam ponitur in Colchide, in illa parte ubi Macrones populi fuere, 130. mill. paſſ. a Neocæſarea diſtans in Cæciam.

Rhoas, fluvius Colchidis, ex Caucaſo monte in Euxinum mare poſt Cobum fluvium influens. In Theſauro Linguæ Latinę dicitur fluvius Themiſcyrenes; cum ſit Colchidis, non Cappadociæ, in qua eſt Themiſcyrene.

Rhobogdii, populi Hiberniæ, ad Rhobogdium promontorium, (quod *Capo Verſoda* Moletio teſte, *Fair foreland* Camdeno, dicitur) in ora Boreali: ubi pagus *Robogh* adhuc nomen antiquum conſervans, teſte Camdeno.

¶ Rhobogdii pupuli fuere Hibernię, in parte Boreali, ubi hodie comitatus Antrimenſis, Colranenſis, et Tironenſis, in Ultonia, & in ora littorali, contra Scotiam.

Rhoda, oppidum geminum: unum Hiſpaniæ citerioris in ora Catalauniæ, in finibus Indigetum, inter Gerundam 5. & Ruſcinonem 8. leucis, *Roſes* nunc, ab Aphrodiſio 2. Rhodope Straboni, Rhodipolis ptolemæo, à Rhodienſibus anno poſt diluvium 1350. conditum, alterum Galliæ Narbonenſis, apud oſtium Rhodani, nunc pagus *Foſſe de Rhone* dictus, teſte Dalechampio. Rhodæ et Emporiarum à Romanis captarum meminit Tit. Liv. lib. 4. dec. 4.

¶ Rhoda, ſeu Rhode, & Rhodopolis, *Roſas* Hiſpanis, *Roſes* Gallis, urbs aliàs Indigetum, in Hiſpania Tarraconenſi, hodie Cataloniæ, in Ampurdanenſi tractu, ut ajunt. Eſt permunita, cum portu capaci in ora maris Mediterranei. Capta fuit a Gallis anno 1645 ſed poſteà reddita pace ad pyrenæos 10. leucis Hiſpanicis diſtat a Ruſcinone ſeu Perpiniano in meridiem, 7. a Gerunda in Boream, & vix 4. a confinio Galliæ Narbonenſis,

¶ Rhoda, urbs Galliæ Narbonenſis, Brietio teſte, eſt *Pecais* oppidulum cum arce, ubi ſalinæ celebres, propè Aquas mortuas, in Occitania, & ad oſtium occidentale Rhodani, in ipſo limite provinciæ, vix 2. leucis diſtans ab ora maris Mediterranei, & 5. a Nemauſo in meridiem.

Rhodanus, *le Rhone* Gallis, *il* R*odano* Italis, fluvius maximus Galliæ Narbonenſis, ex Adula monte è regione Rheni oriens, ac per Sedunos in occaſum fluens, in Lemanum lacum ingrediens, & ad Genevam urbem egrediens donec ad Lugdunum Arari accepto in meridiem converſus, Viennam, Valentiam, Avenionem, & Arelatum urbes attingit. Hunc Marcus Varro, teſte Aulo Gellio lib. 10. c. 7. tertium Europæ fluvium haud Iſtro minorem ſcribit. Ortelius illum non longè à Danubio oriri ait, cum fontes illius a fontibus Danubii ſupra 120. mill. paſſ. diſtent. *Caſ. Ptol. & al.*

¶ Rhodanus, *le* R*hoſne* Gallis, fluvius celeberrimus Gallię. Oritur ex duplici fonte in limite Helvetiorum ex Adula monte, *Mont Sant Gothard*, ferè 2. milliar. Germanicis a fontibus Rheni fluvii, & dimidio tantùm a fontibus Ticini & Vrſę fluviorum. Deinde per Sedunos, ſeu Valleſiam fluens, Sedunum, & Octodurum rigat. Hinc in Lemanum lacum ingrediens, & ad Genevam urbem poſt 18. leucas egrediens, Galliam a Sabaudia ſeparat 5. leucis infra Genevam terræ viſceribus ſe condit, & paulò infrà iterum erumpit vix dimidia leuca ab oppidulo Caſtillioneo cognomento, *de Michaille*, ut ego vidi cum illas partes luſtrarem anno proximè elapſo. Hinc Sabaudiam & Breſſiam, ſeu versùs Beugeſiam, fluens iuxta Seſſelium & Bellicum, poſteà Sabaudiam relinquens, Delphinatum à Breſſia dirimit; donec ad Lugdunum auctus Rari fluvio, & Lugdunenſem provinciam a Delphinatu ſeparans, rigat Viennam, ubi ponte iungitur, Condriacum oppidum vino ſuo celebre, Andajam in Occitania, Fanum S. Valerii, & Turnonium è regione Tini. Hinc auctus Iſara fluvio, iuxta Valentiam labitur, uti propè Vivarium ſeu Albam Helviorum, & ad pontem S. Spiritus ubi nobili ponte iungitur. Deinde inter Occitaniam & provinciam fluens, ad Avenionem, ubi etiam ponte iungitur paulò poſt, auctus Druentia fluvio, infra Belloquadrum in duo brachia ſcinditur iuxta Arelatem, quorum occidentale iterùm in duas partes diviſum, duplici etiam oſtio, *Gras neuf & Gras d' Orgon* dicto, in mare Mediterraneum cadit: Brachium autem orientale paulò infrà Arelatem in duo etiam ſciſſum, poſteà in Mediterraneum mare etiam labitur quinque oſtiis. *Gras du Midy, Gras de paulet, Gras d' Enfer, Grand Gras, & Gras de paſſon* dictis, & ſic ab occaſu in ortum. Fluvius eſt autem totius Galliæ rapidiſſimus.

Rhodia, Rhodiopolis Plinio, urbs Lyciæ maritima, epiſc. ſub Archiep. Myrenſi, illi proxima, Rhodiorum colonia, *Macri* hodie, teſte Nigro. Sed *Macri* in ora Cariæ eſt, non Lyciæ, & Macris Latinè dicitur.

¶ Rhodia ſeu Rhodeopolis, urbs Aſiæ minoris, in Lycia, propè Limyrum fluvium, 30. m. paſſ. ab ora maris Pamphilii in Boream, uti & 20. a Myra.

¶ Rhodia Ducis, *Hertogen Raide* Belgis, *Rolduc* Gallis, oppidum munitum Belgii, in Ducatu Limburgico, ac Hiſpanici juris. Uno milliari Germanico diſtat ab Aquiſgrano in Boream, & 6. a Trajecto ad Moſam in ortum, ad Voranum amnem, in limite Juliacenſis Ducatus.

¶ Rhodigina Peninſula, *Il Poleſino di Rovigo*, provincia eſt Italiæ, in Longobardia inferiori, aliàs pars Ducatus Ferrarienſis, nunc autem ſub dominio Venetorum; eſtque extenſa ab ortu in occaſum inter Padum, & Atheſim fluvios, ſeu inter Patavinum agrum ad Boream, & Ferrarienſem Ducatum ad meridiem. Et in ea ſunt tantùm Rhodigium provinciæ caput, & Hadria, *Adria*, urbs ferè diruta.

Rhodigium, *Rovigo*, oppidum Venetiæ amplum, ſedes Epiſcopi Hadrienſis, & patria Cælii Rodigini viri doctiſſimi, a Ferraria 25. mill. paſſ. ab Hadria 20. De quo lib. 3. Itinerarii: *Blond. & Voo.*

Rhodigium petitur, variis tibi cognito, Cœli,
In ſtudiis natale ſolum.

¶ Rhodigium urbs eſt Italiæ olim Ducatus Ferrarienſis, nunc Venetorum, a qua tractus adjacens dicitur *il Poleſino di Rovigo*, 25. milliaribus diſtat a Ferraria in Boream, Patavinum versùs ferè totidem, & ferè 20. ab Hadria in occaſum.

Rhodius fluvius Phrygiæ minoris ſeu Troadis, ex Ida monte profluens, quem Plinius ſuo tempore evanuiſſe ſcribit, fortè a terra abſorptus. *Eom.*

Rho-

Herod. Strab. Plin. & al.

Rhodope, mons Thraciæ notiſſimus, ex quo Hebrus, & Arzus, aliaque flumina profluunt, uſque ad Euxinum mare extenſus, ad Apolloniam urbem deſinens, variè nominatus, *Valiza* Rithaymero, *Curiorovvicze* Lazio, & aliter aliis, *Rulla* à Turcis, teſte Leunclavio, dictus. De quo Ovid. lib. 2. Metamorph.

Et tandem nivibus Rhedope caritura, Mimaſque.

Hinc Rhodopejus nomen gentis. Virgilius lib. 4. Georgicorum:

Implerunt montes: flerunt Rhodopeiæ arces.

Sic Rhodopeja regna Ovidio, & Rhodopejus Orpheus, & Rhodopeja Phyllis apud Virgilium. Rhodope Marti ſacer erat, cum fluviis illius, quod ibi natus putatur. Unde Claud. de 4. Conſulatu Honorii:

Flumina laverunt puerum Rhodopeja Martem.

Is in tota Thracia colebatur. Rhodope etiam Straboni oppidum eſt Hiſpaniæ citerioris. Vide Rhoda.

¶ Rhodope, mons Thraciæ notiſſimus, & ipſam ferè bifariam ſecans. Hodie *monte Argentaro* dicitur Italis, & *Baſiliſſa* Græcis, quaſi montium Regina. A fodinis nomen accepit, & hodie adhuc incultus, teſte Brietio.

¶ Rhodopolis, urbs Colchidis, in Lazica regione, teſte Guillelmo Sanſone.

Brit. Galls

¶ Rhodopolis, *Roſtock*, urbs Germaniæ maritima, in ora maris Baltici, Ducatus Magnopolitani primaria, & nobilis Academia, ac emporio, a Viſmaria urbe ejuſdem Ducatus 7. mill. in ortum Bardum versùs.

¶ Rhodopolis ſeu Roſtochium, *Roſtock*, urbs eſt libera Germaniæ, in Saxonia inferiori, & in Ducatu Megalopolitano, Hanzeatica, & ſui penè juris, cum protu ad oſtia Vvarnæ fluvii, quanquam una leuca cum dimidia diſtat ab ora maris Baltici 7. milliaribus Germanicis diſtet a Viſmaria in ortum, Sundim versùs 9. & 4. a Guſtrovia in Boream.

Ptol.

* Rhodumna, *Roane*, *Rovane*, ſeu *Roanne*, oppidum Galliæ Celticæ, in Ducatu Borbonio, inter Lugdunum 12. & Varennas 11. leucis Nivernas versùs, à Molino 18. versùs Lugdunum, (* in Seldeni manuſcripto *Podymena*.)

¶ Rhodumna, *Rovane* ſeu *Roane*, oppidum eſt Galliæ amplum, ſed ſine mœnibus, ad Ligerim fluvium, ubi primum lintrium capax eſt, in Forenſi provincia, longè à Ducatu Borbonio. Diſtat 12. leucis a Lugduno in Circium, & 18. a Molino in Eurum. Regiuncula adjacens dicitur *le Roanez*, & Ducatus titulo gaudet.

Strab. Steph.

Rhoduntia, caſtellum olim Helladis, in vertice montis Oetæ, apud Thermopylas; non apud Thraciam, ut in Theſauro Linguæ Latinæ. Stephano regio eſt.

Liv. Cic. Strab. Plin. & al.

Rhodus, *Rodi*, vel *Rhodi*, & *Rhodes*, inſula maris Carpathii, Cariæ ad meridiem adjacens, priùs Ophiuſa, deinde Telchinis, teſte Strabone, Æthræa, Trinacria, Corymbia, Pœeſſa, & Atabyria, teſte Plinio, a littore Cariæ 20. mill. paſſ. inter Cretam ad occaſum 134. & Chelidonias in ortum 185. ab Alexandria Aegypti 500. in Boream Byzantium versùs, a Cypro 160. in Corum, ipſa circuitu 130. cum urbe cognomine archiepiſcopali, a Cecrope condita. Populi Rhodii Straboni, Plinio, & aliis. Anno ſalutis 1522. urbs a Turcis occupata; inde Hieroſolymitanis ejectis Equitibus, qui Melitam migrarunt; ubi dono Caroli V. Auguſti conſedere. De ea Horatius lib. 1. carm. ode 7.

Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Epheſum.

Hinc Rhodius nomen gentis Ovid. lib. 12. Metam.

Herculis O Rhodię ductor pulcherrimè claſſis.

Rhodi mira aeris ſalubritas, ſicuti Mitylenæ, Pergami, Smyrnæ, & Syracuſis; ubi ſe Romani diutius morari conſueverant ob aquarum copiam, & frigiditatem, aliaſque delicias. Hic Apollo præcipuè cultus, cui Coloſſum unum ex 7. orbis miraculis, dedicarunt. Rhodii, ut Diogenianus refert, cum Minervæ Lindiæ ſacrificarent, & ibi plures dies agerent, oraculum conſuluerunt, an matulam liceret inferre: quo licere reſpondente, rurſus quæſierunt, an æream vel teſtaceam: quibus Deus indignatus, neutram, reſpondit. Hinc proverbium manavit, *Rhodiorum oraculum*, in ſcrupuloſos, nimiſque de re minuta ſciſcitantes. *Rhodus hic, hic ſaltus*, ſpecie adagii effertur apud Diogenianum in eos, qui ſe jactant alibi grandia feciſſe; quibus dici poteſt, *hic Rhodus, hic ſaltus*, hoc eſt, quod alibi te feciſſe ais, & hic præſtare potes, ut is qui ſe ſaltus Rhodi ingentes feciſſe jactabat. In hac inſula nullam reperiri aquilam ferunt. Rhodi Diagoras, cùm tres filios athletas eodem die in certamine omnes viciſſe, & coronari vidiſſet, præ gaudio, populo inſpectante, expiravit, teſte Gellio lib. 3. cap. 15. Sicuti & Romana matrona, viſo filio, quem falsò nuncio in clade Cannarum mortuum acceperat, præ nimio gaudio illico mortua eſt. Rhodi 3000. ſignorum, teſte Mutiano apud Plinium lib. 34. cap. 7. Apud Rhodios Timocreon gulæ valdè notatur: cui hoc epitaphium poſitum fuit:

Multa bibens, & multa vorans, malè denique dicens,
Multis hic jaceo Timocreon Rhodius.

Xenarchus item Rhodius ob nimiam bibacitatem Metretes appellatus eſt.

¶ Rhodus, *Rhodi* Italis, *Rhodes* Gallis, inſula eſt Aſiæ minoris, in ora Cariæ, 280. mill. paſſ. a Cypro inſula in occaſum, uti & ab Alexandria Aegypti in Boream, Conſtantinopolim versùs 500. circiter; ſuntque qui credant ejus circuitum eſſe tantùm 100. mill. paſſ. Urbem habet archiepiſcopalem cognominem, & permunitam in parte orientali inſulæ, cum portu & emporio celeberrimo, ubi Coloſſus ſeu ſtatua Solis, quam fecerat Chares Lydius 70. cubitorum altitudinis, ita ut inter orbis miracula cenſeretur. Capta fuerat circa annum 1300. a Guillelmo Villaretio Gallo Magno Magiſtro Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, qui ab ea Rhodii dicti fuere, & qui eam fortiter ſervarunt uſque ad annum 1522. quo expugnata fuit a Solimano Turcarum Imperatore poſt obſidionem ſex menſium, & etiamnum Turcis ſubeſt.

Plin.

Rhoduſſa, inſula Rhodiorum, ante Caunum urbem Cariæ proximam. Rhoduſſæ quoque ſunt duæ inſulæ in Boſphoro Thracio. Eſt & Rhoduſſa Stephano oppidum Argiæ.

Strab. Plin.

Rhœſus, fluvius Bithyniæ. Vide Rheſus, & Rhebas.

Mel. & al.

Rhœteum promontorium, *peſkiam* Turcis, teſte Leunclavio, promontorium (cum oppido cognomine) Troadis, proximum Sigæo, ab eo 9. mill. paſſ. Hinc Rhœteius & Rhœticus adiect. ut Rhœteia littora apud Virgilium: Eius meminit Ovidius lib. 11. Metamorphoſeon:

Dextera Sigei, Rhętei læva profundi.

Idem lib. 4. faſtorum:

Rhęteumque capax, Sigeaque littora tranſit.

Ptol.

Rhœtius mons, *Monte di Mezzo*, teſte Auguſtino Iuſtiniano, mons Corſicæ, circa umbilicum illius, in oram occidentalem deſinens.

Rhœxus, portus Ciliciæ, ad oſtia Sari fluminis.

Strab. Ptol. Am.

Rhogomanis, Rhogonis Arriano, *Sirt* ex tabulis recentibus, fluvius Perſidis, in ſinum perſicum juxta Suſianæ confinia influens.

¶ Rholducum, *Hertogenraid* incolis, *Rolduc* Gallis, oppidum eſt munitum Belgii, in Limburgenſi Ducatu, & in limite Ducatus Iuliacenſis, ſub dominio Hiſpanorum. Dicitur etiam Rhodia Ducis. Vide ibid.

Rhombites, *Copa*, teſte Georgio Interiano, fluvius Sarmatiæ geminus, magnus & parvus, in paludem Mæoticam inter oſtia Tanais & Tyramben urbem influens; major ab oſtio Tanais 800. ſtadiis diſtans in auſtrum, teſte Strabone, à Rhombite minore totidem in Boream versùs Tanaim.

¶ Rhombites magnus, ſeu Rombites, fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ. Hodie *kuban* dicitur, Guillelmo Sanſ. teſte; eſtque in Circaſſia regione.

Bibl.

Rhoob, locus & manſio Iſraelitarum in Palæſtina, apud Sythopolim, inde 4. mill. paſſ. teſte Divo Hieronymo.

Bibl.

Rhooboth oppidum erat Gallilææ, in regione Gabalena, apud Jordanem fluvium.

Plin.

Rhoſphoduſa, inſula Scythiæ Europææ, in ſinu Carcinite, *Roſſa* nunc in tabulis recentibus, *Saline* Pineto.

Ptol.

Rhoſſicus, Rhoſicus Stephano, *Capo Gangir*, teſte Nigro, ſcopulus ſeu promontorium Syriæ, ad ſinum Iſſicum, ſuper quo Seleucia urbs Pieriæ conſtructa eſt. Rhoſii montes Plinio, qui ibi promontorium efficientes terminantur.

Strab. Plin. Steph.

Rhoſus, Rhoſium Polyæno, Rhoſos Plinio, Rhoſſos Ptolemæo, *el Ros* vulgò, urbs Syriæ maritima, ad ſinum Iſſicum, in Ciliciæ confinio, inter Myriandrum ad Boream & Seluciam ad auſtrum ſupra 20. mill. paſſ. haud procul a Caſio montes. A Molerio *Candelona* non verè indigitatur, (Rhoſii montes inde Plinio) olim epiſcopalis ſub Patriarchatu Antiocheno.

¶ Rhoſus, ſeu Roſsos, urbs eſt Syriæ, in ora maris Syriaci & ſinus Iſſici, & in Pieria tractu; ſed ferè 50. mill. paſſ. à limite Ciliciæ in meridiem Antiochiam versùs.

Rhotanus, *Tavignani* Leandro, *Aleria* Moletio, de nomine urbis, fluvius Corſicæ, in oram orientalem apud Aleriam urbem fluens, qui & Rotanus ſcribitur.

¶ Rhotanus, ſeu Rotanus, hodie *Tavignano*, fluvius Corſicæ. Oritur in medio inſulæ, & deinde prope & infra rudera Aleriæ in mare Tuſcum ſe exonerat prope ſtagnum Dianæ, in ora orientali inſulæ.

Rhotomagus, *Roven* Gallis, *Roan* Italis, urbs archiepiſcopalis Galliæ Celticæ, Normanniæ caput, ad Sequanam fluvium, à Lutetia Pariſiorum 28. leucis in Boream, quot ab Ambianis in Auſtrolybicum, (trigonum enim hæ tres urbes æquilaterum efficiunt) urbs ampla, emporio clara. Ortelius contra omnium penè ſententiam Rhotomagum non eſſe *Roven* contendit.

¶ Rhotomagus, ſeu Rotomagus, urbs aliàs Velocaſſium, in Gallia Lugdunenſi, nunc eſt Normanniæ caput, ampla, elegans, & populoſa valde; eſtque emporium celeberrimum, & Parlamenti totius provinciæ ſedes, ad Sequanam fluvium, qui ibi ponte jungitur, aliàs lapideo, nunc ligneo, ſed miræ ſtructuræ 28. leucis diſtat à Lutetia in Circium, 26. ab Ambiano in occaſum, uti 16. à Bellovaco, & 9. ab Ebroico in Boream.

Rhoxalani, populi Scythiæ Europææ. Vide Roxolani.

Rhuada, *Rhada* ex tabulis recentibus, urbs Arabiæ felicis mediterranea, quæ Rhæda aliis videtur. Vide ibid.

Rhubra oppidum fuit Corſicæ, in ora Auſtrali, inter Syracuſanum portum, & Graniacum promontorium.

¶ Rhubra oppidum fuit Corſicæ inſulæ, in ora orientali versùs meridiem: quod à quibuſdam nunc *Porto nuovo*, dicitur. Scribitur etiam Rubra.

Rhubricata. Vide Rubricatus.

Rhucantii, *Prettigovv, & Aſpremont*, teſte Ægidio Scudo, populi ſeu tractus Rhætiæ, in Helvetiorum confinio, quorum oppidum *Reichnavv*, teſte Lazio, apud lacum Brigantinum. Scudo ſunt circa Lupinum oppidum. Aliis illorum oppidum *Ragatz* eſſe videtur.

Rhudiæ urbs. Vide Rudiæ.

Rhuſcino, non Rhuſceno, ut in Theſauro Linguæ Latinæ. Vide Ruſcino.

¶ Rhuſpina, urbs Africæ, in Byzacena regione. Nunc eſt *Souſe*, urbs munita regni Tunetani, in ora Syrtis minoris. Vide Ruſpina.

Rhuſuccoræ, Ruſcurium Plinio, Ruſuccurum Antonino, *Garbel* Moletio, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis maritima, inter Ruſconiam ad occaſum, & Saldas ad ortum 90. mill. paſſ. recedentes, à Julia. Cæſarea 112. in ortum. (* *Poyſoccoron* habet manuſcriptum Seld.)

¶ Rhuſuccoræ, ſeu Ruſucurum, hodie eſt *Alger*, urbs ampla Mauritaniæ, & regni cognominis caput, teſte Nicolao Sanſone. Vide Ruſucurium.

Rhuteni, Rutheni apud eundem, Ruteni Plinio, Rhutani Ptolemæo, populi, & urbs epiſcopalis Galliæ Aquitanicæ, ad montem Cemmenum, ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, inter Velaunos ad ortum, & Helvios ad occaſum. Regio *Rovergue*, urbs *Rodez* appellatur, inter S. Flori urbem ad ortum, & Albigam ad occaſum, inde 10. hinc 12. leucis, Segodunum Ptolemæo, quod nomen obſoletum eſt. Rhutenorum meminit Lucanus lib. 1.

Solvuntur flavi longa ſtatione Rutheni.

¶ Rhuteni populi ſunt Galliæ, qui & Ruteni dicuntur, in parte orientali Aquitaniæ, ubi hodie Rutenenſis provincia, *la Rovergue*, inter Gabalos ad ortum, Arvernos ad Boream, Cadurcos ad occaſum, & Heleuteros ad auſtrum. Eorum caput eſt Segodunum ſeu Ruteni, *Rodez*, urbs culta, ad Veronium fluvium, 12. circiter leucis diſtans à Cemmeno monte in Circium, 15. à Mimate in occaſum, Cadurcum versùs 16. Diſtat etiam 10. leucis ab Albigia in Cæciam, Floriopolim versùs 12.

Sunt & Rhuteni populi Sarmatiæ, Roxolani apud veteres. Vide ibid.

¶ Rhuteni, ſeu Ruteni, populi Germano-Sarmatiæ, ubi nunc Ruſſia nigra ſeu parva, *la petite Ruſſie*, provincia regni Poloniæ. Vide Ruſsia nigra.

¶ Rhuteni etiam dicuntur populi Sarmatiæ, qui aliàs Roxolani, hodie *les Roux*, in parte meridionali Moſcoviæ, cujus populi etiam perſæpe dicuntur Rhuteni, ſeu Ruteni.

* Rhymnici, *Sibleri*, populi Scythiæ citerioris, intra Imaum, ad oram maris Caſpii Borealem incolentes, quorum regio *Sibiera* in tabulis recentibus nominatur; ſic à Rhymno fluvio dicti. (Apud Ptolemæum videntur eſſe potiùs montes ita poſiti.) *Ptol.*

¶ Rhymnici populi qui ſint non conſtat. Sed Rhymnici montes Scythiæ hodie ſunt in Tartaria deſerta, ad fontes Rhymnici fluvii, in limite Moſcoviæ Borealis, & versùs Obium fluvium. Sed de his pauca ſunt dicenda; & à Siberia regione diſtant in meridiem.

Rhymnus, Rhœmnus Marcellino, *Iayck* Mercatori, fluvius Scythiæ, per Rhymnicos populos decurrens in mare Caſpium, à Iaxartis fluvii oſtiis in occaſum diſtans, ac in mare circa medium oræ Borealis labens. *Ptol.*

¶ Rhymnus fluvius, ſeu & Rhymnicus, hodie *Iayck*, fluvius eſt Tartariæ deſertæ. Oritur ex Rhymnicis montibus, & in mare Caſpium ſe exonerat 250. mill. paſſ. à Jaxartis oſtiis in occaſum.

Rhyndacus, fluvius (& oppidum Stephano) Myſiæ Aſianæ magnus, qui & Lycus Plinio, ex Artynia, (non Aranitide, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) ſtagno apud Olympum montem effluens, & in Propontidem inter Aſcanium fluvium & Cyzicum urbem prolabens, variè indigitatus, Moletio *Lico*, Nigro *Lartacho*, Caſtaldo *Lupadi*, Leunclavio *Vlubat* apud Turcas. Apud illum angues immanes naſcuntur, qui aves prætervolantes abſorbent, teſte mela. De eo Valerius Flaccus lib. 3. Argonaut. *Strab.* *Plin.* *& al.*

Et te iam medio flaventem Rhyndace ponto.

Rhypara, inſula parva maris Aegæi, Samo adjacens.

Rhypica, Rhypis Straboni, Rhipes Herodoto & Pauſaniæ, regio parva Peloponneſi, ubi Rhype ſeu Rhipe urbs. Vide ibi. *Plin.* *Thuc.*

Rhyſadius, mons Libyæ interioris, ex quo Stachir fluvius oritur, Cloniam paludem creans. *Ptol.*

Rhytium, urbs Cretæ, quæ & Rhitymna Ptolemæo, (Vide ibi) & Rhœteum Virgilio. Nomen gentis Rhytieus, & Rhytiaſſus apud Stephanum. *Gom.* *Strab.* *Plin.*

¶ Ribagortia, *Ribagorca*, tractus Hiſpaniæ, in Aragonia, & in limite Cataloniæ. Vide Ripacurtia.

Ribuarius, pagus Galliæ Belgicæ, in Campania, in territorio Rhemenſi, ad Ruram fluvium, qui nunc *Ribemont* appellatur. De eo in vitis Sanctorum. *Scrip. Galli.*

¶ Ricciacum, *Ritzingen*, vicus Germaniæ, haud procul à Moſella fluvio, & ab oppido Sirco, 21. mill. paſſ. ſupra Treviros in Boream, & 7. à Sirco in ortum in Lotharingiæ Ducatu, teſte Philippo Cluverio.

¶ Richeleum, ſeu Ricolocus, *Richelieu*, urbs nova, ſed culta Galliæ, in Pictavenſi provincia, cum arce ſplendidiſſima, Ducatus titulo clara, & à Cardinali Richeleo excitata in memoria majorum, & nominis ſui, cùm ipſe eſſet Pariſinus. Vix una leuca diſtat à limite Turoniæ provinciæ, 4. à Loduno in ortum, 5. a Mirabello in Boream, & 11. à Cæſaroduno Turonum in Africum.

¶ Richmondia, *Richmond*, oppidum Angliæ Borealis, Ducali titulo inſignitum, juxta fluvium *Svvale*, in Eboracenſi provincia, & in limite Dunelmenſi, 30. mill. Anglicis diſtat ab Eboraco in Circium, & 45. à Carleolo in Eurum, 18. autem à Dunelmo in meridiem.

Ricina, Ricnea Plinio, Riduna Antonino, *Recline*, teſte Camdeno, inſula Albionis, Scotiæ adjacens ad occaſum, inter Ebudas. Allis *SKye*, contra Itis fluvii oſtia. *Ptol.*

¶ Ricina, hodie *Raglins*, inſula eſt Hiberniæ, in ora Boreali Ultoniæ regionis, à qua anguſto freto diſtat. Caſtrum habet è regione Comitatus Antrimenſis, & 8. tantùm mill. diſtat à Rhobogio promontorio in occaſum. Sed tamen à quibuſdam inter Hebrides numeratur.

Ricinenſes, populi Piceni, quorum urbs Helvia Ricina ex veteri inſcriptione, quæ Maceratæ aſſervatur, epiſcopalis, à Gothis excisa, ex cujus ruinis Macerata non obſcura urbs, & Recinetum (quaſi uova Ricina) urbs in collis dorſo, inter Maceratam 7. & Lauretum 3. mill. paſſ. conſtructæ feruntur. Recinetum vulgò *Recanati*, dicitur, ab Ancona 13. mill. *Plin.*

Ricomagum, *Riom*, oppidum Galliæ Aquitanicæ, in finibus Arvernorum, amplum & præclarum, à Claromonte urbe 2. leucis in Boream. *G. Tis.*

Riga, *Riig*, & *Riga* Italis, urbs Sarmatiæ Europææ ad ſinum Venedicum, Livoniæ archiepiſcopalis & metropolis, ac emporium, inter Regium montem Pruſſiæ metropolim ad auſtrum 70. & Revaliam urbem extremam Livoniæ ad Arctos 39. leucis.

¶ Riga, *Rige* Gallis, *Rigen* Germanis, urbs Hanzeatica, per-

permunita, & ampla, Livoniæ caput; olimq; erat Magiſtri Equitum Livoniæ ſedes, & archiepiſcopalis, cum portu capaci ad Dunam fluvium, qui paulò infra in ſinum Rigenſem, et mare Balticum ſe exonerat. Eſt in ipſo limite Curlandiæ 7. leucis Svecicis diſtans a Mittavia in Boream, 29. a Ravalia in meridiem, 25. infra Duneburgum in occaſum, 45. à Regiomonte in Cæciam, 40. autem milliaribus Germanicis a Vilna. Tentata fuerat a Carolo IX. Rege Sveciæ irrito conatu; ſed poſteà fortiter capta a Guſtavo Adolpho eius filio, Sveciæ Regi etiamum ſubeſt. Obſeſſa fuit hiſce ultimis temporibus a Moſchis, ſed poſt aliquot menſes obſidionem ſolvere compulſi ſunt irrito conatu, & magna ipſorum ſtrage.

¶ Rigenſis ſinus, *Golfe de Riga*, aliàs Chilipenus dictus, pars maris Baltici inter Livoniam, & Curlandiam excurrens; clauditurque ferè Oſilia, & Daghoa inſulis iuris Svecici.

Rigiacum in Theſauro Linguæ Latinæ pro Origiacum, uti apud ptolemæum. Vide ibi.

Scrip. Scor. Rigmundia, urbs Scotiæ in ora orientali, quæ poſteà Andreapolis, dicta eſt, *S. Andrevvs*, urbs archiepiſcopalis & academia. Vide Andreapolis.

Tac. Am. Rigodulum, *Rigol*, pagus Trevirenſium, ad Moſellam, inter Treviros & Noviomagum, à Dagoberto Rege Eccleſiæ S. Maximini donatus. Alterum apud Confluentes ab Ammiano memoratur. Hic Julianus Imperator pacem cum Francis iniit, teſte Ammiano.

Ptol. Rigodunum, *Richmond*, urbs Albionis epiſcopalis Angliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in Comitatu Eboracenſi, media ferè inter Eboracum 30. & Carleolum ad 45. mill. diſtans. Aliis verò videtur *Rippon* oppidum (Camdeno *Riblecheſter*, in Comitatu Lancaſtrenſi.) Eſt & Richmondia villa regia circa Londinium, ab eo 7. mill. diſtans.

¶ Rigodunum, quod & Bremetonacum oppidum Camdeno & aliis, eſt *Ribleceſter* ſeu *Ribceſter*, pagus Comitatus Lancaſtrienſis, ad fluvium *Ribil*, vix 10. mill. Anglicis ab ora maris Hibernici in ortum. Vide Bremetonacum.

Lib. Prov. Rigomagenſes, populi Alpium maritimarum, quorum oppidum videtur Rigomagus infra memoratus, licèt non ſit in Alpibus; niſi ſit Scingomagus Straboni.

Ant. Rigomagus, *Rinco*, oppidum ſeu caſtrum Galliæ Ciſalpinæ, in finibus Ligurum, in Ducatu Montis Ferrati, inter Cottias oppidum Laumellinæ regionis 24. & Taurinos 38. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, ab Aſta pompeja 10. à Caſali 16. circiter diſtans. Eſt & oppidum ſeu pagus Ubiorum ad Rhenum, *Rheinmagen*.

Ant. Riguſa, *Orgaz*, ex tabulis recentibus, &, ut nominis alluſio perſuadere videtur, oppidum præclarum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in nova Caſtella, inter Toletum ad Boream 5. & Malagonum oppidum in auſtrum 8. mill. Quod nomen in codice Græco ptolemæi deſideratur. (Non verò in Seldeni manuſcripto.)

¶ Ringſtadium, *Ringſtad*, oppidum Daniæ, in Selandia inſula, & in ejus meditullio, 3. leucis diſtat a Roſchildia in meridiem, & 6. ab Hafnia in occaſum.

Egin. Ringus, *Guzzing* hodie, teſte Lazio, oppidum ſeu pagus pannoniæ primæ.

¶ RinKiopia, *Rinkioping*, oppidum Daniæ, in Iutia ſeptentrionali, cum portu in ora Oceani Germanici, 10. leucis diſtat à Ripa in Boream, & 13. ab Arhuſia in occaſum.

Plin. Rinuci, *Rhyngauvver* Lazio, populi Galliæ Belgicæ, ſeu Germaniæ inferioris, in Batavis. Sed potiùs horum tractus *RuncKerlandt*, teſte Huberio Leodio, eſt inter Batavos, & Friſios ac Betaſios: *Rhyngauvv* autem tractus eſt Rhætiæ, non Batavorum.

¶ Rionum; *Rions*, oppidulum Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam, & in Burdegalenſi tractu, 3. leucis ſupra Burdegalam diſtans in ortum.

Prov. Hom. Ripa ſeu Ripis, *Ripen*, urbs Cimbricæ Cherſoneſi in regno Daniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ludenſi.

¶ Ripa, *Ripen*, urbs eſt Daniæ et Cimbricæ Cherſoneſi, in Jutia meridionali, cum portu in ora maris Germanici, ad Nipſicum fluvium, 5. leucis diſtat ab Halberſtadia in occaſum, et 8. à Flensburgo in Circium. Arcem habet ſatis munitam; et capta fuit a Svecis anno 1645. ſed poſteà recepta. Eius Diæceſis continet triginta præfecturas, 282. paræcias decem arces regias, & ſeptem urbes, Ripam, Coldingam, Vveelam, Vvardam, Ringcopiam, Holſtebroam, et Lemvvicum, in Germanici maris vicinio comprehendit.

¶ Ripa, *Rye* incolis, *la Rie* Gallis, oppidum Angliæ, in Suſſexia provincia, ad oſtia Rotheri fluvii, & in ora maris Britannici, propè confinia Cantii, 26. mill. Anglicis diſtat a Roffa in meridiem & 22. à Dubri in Africum.

Ripa alta, *pentole*, teſte Lazio, oppidum pannoniæ inferioris, in Hungaria, ad Danubium, medium inter Budam, & Altinium in Euronotum 7. leucis diſſitum. Eſt et Ripa alta *Roxburgh*, in ora Scotiæ orientali, apud Angliæ confinia, apud Borcovicum, & Tuedam fluvium. *Ptol.*

¶ Ripa alta, *Roxburg* quibuſdam, urbs eſt Scotiæ meridionalis, in Teviotia provincia, ad Teviotam fluvium 15. mill. Anglicis diſtans ab ora littorali, et a Barvico in occaſum. Vide Rosburgum.

Ripa alta altera fuit in Valeria Ripenſi. Ripa item alta *Rivalta* vel *Rivolta*, pagus agri Mediolanenſis, apud Adduam flumen, inter Mediolanum 12. et Cremam 10. mill. paſſ.

¶ Ripa alta, *Rivalta*, caſtrum eſt Italiæ, in ducatu Mediolanenſi, ad Adduam fluvium, celebre victoria Ludovici xii. Regis Francorum, qua Rempublicam Venetam penè afflixit. *Lib. Meot.*

Ripa Curtia, *Ribagórza*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Aragonio, intra montes pyrenæos, ſupra Jaccam urbem 8. leucis, Comitatus.

¶ Ripa Curtia, *Ribagorca*, tractus eſt Hiſpaniæ, in Aragoniæ regno, & inter Cincam, et Sicorim fluvios, in limite Cataloniæ; ubi Benavarium oppidum præcipuum; ſed longè a Jacca: Et nullum reperitur oppidum *Ribagorca* dictum in illis partibus. *Vet. Trad.*

Ripa dextra, ora Galliæ Narbonenſis in lingua Occitana, inter oſtia Rhodani et Narbonem. *Auſo.*

Ripa prima, idem quod Summuntorium, in Vindelicia, et Bavaria. Vide ibi. *Lib. Not.*

Ripa Tranſona, ſic vulgò, urbs recens epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Firmano, inter Firmum & Aſculum ſupra 12. mill. paſſ. a Gregorio XIII. Pontifice Maximo epiſcopalis effecta. A Ptolemæo Cupra montana dicta putatur.

¶ Ripa Tranſona, *Ripa Tranſona*, urbs eſt parva Italiæ & ditionis Pontificiæ, in Piceno. Crevit ex ruinis Cupræ montanæ; & vix 5. milliaribus diſtat ab ora maris Adriatici in occaſum, Aſculum versùs 16. uti 5. a limite regni Neapolitani in Boream, Firmum versùs 10.

Riparioli, Ripuarii Reginoni, Ripari Eginarto, Ripaurienſes aliis, & Auſtraſii, populi Galliæ Belgicæ, inter Moſam, Rhenum, & Moſellam. Quorum regio Lotharingia, & Weſtrichia. *Iorn.*

¶ Ripavia, *Rivadavia*, urbs parva Hiſpaniæ, in Gallæcia, ad Minium fluvium, versùs confinia Portugalliæ, 8. leuc. diſtat a Tyde in Cæciam, 14. a Braga in Boream, & totidem à Compoſtella in meridiem.

Riphæi, montes Scythiæ. Vide Rhiphæi. Claudianus de 6. Conſulatu Honorii:

Riphæo tripodas repetens detorſit ab axe.

Ex his montibus Aldeſcum & Panticapen amnes fluere Dionyſius Afer teſtatur:

Dividui currunt Riphæis montibus ambo.

Riphearma, *Reama*, teſte Pineto, urbs Arabiæ felicis. *Plin.*

Ripheis, ſcopulus Græciæ. Ovidius libro 2. de remedio amoris:

*Præterita cantus * Ripheide navita gaudet.*

(* Alii libri habent *Niſcide*.)

Riſamori, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis, teſte Dominico Calderino. *Mart.*

Riſtronomanice, oppidum Germaniæ, quòd vulgò *Mundelheym* appellatur. (*Vide Roſtrum Nemavia.*) *Scrip. Germ.*

Rithrus, portus Ithacæ ſub Nejo monte. *Hom.*

¶ Riva, *Riva* Italis, *Reiff*, oppidum Germaniæ in ditione Tridentina, ad oram lacus Benaci ſeptentrionalem, et in ipſo limite ditionis Venetæ, 20. mill. deficit a Tridento in Africum, et 28. a Verona in Circium.

¶ Rivadium, *Rivadeo*, urbs Hiſpaniæ, in Gallæcia, et in ora Oceani Cantabrici, in limite Aſturiæ, ſatis parva, ad oſtia Navii fluvii, 14. leucis Hiſpanicis diſtat ab Oveto in occaſum, Mindoniam versùs 7. et 10. à Luco Aſturio in Boream.

Rivarius, lacus Helvetiorum. De quo lib. 6. Itinerarii:

Rivariuſque lacus ſitienti fauce relapſas
Undas potavit.

Rivi, *Rieux*, urbs Aquitaniæ recens epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, à Joanne XXII. Pontifice Maximo ſede epiſcopalis donata, inter Toloſam & Convenas 5. leucis diſtans, Fuxo & pamiæ proxima. Dicitur & Rivenæ.

¶ Rivi, *Rieux*, urbs eſt Galliæ Narbonenſis, in Occitania, ad Garumnam fluvium, in limite Conſoranorum, 7. leucis ſupra Toloſam in meridiem, ferè 8. à Fuxio in Boream, Auſcios versùs 10. & 8. a Lugduno Convenarum in ortum,

¶ Rivogia, *Rioia*, provincia Hiſpaniæ, aliàs pars Navarræ, nunc Caſtellæ veteri annexa. Separatur ab Alava provincia Ibero fluvio; eſtque inter Mavarram ad ortum & Caſtellam veterem ad occaſum & meridiem. Ejus urbs præcipua eſt Calceata.

¶ Rivolium, *Rivoli*, oppidulum Pedemontii, in Colle, ad Duriam fluvium, ubi Caſtrum Ducum Sabaudiæ. Diſtat 5. mill. à Taurino in occaſum Seguſium versùs.

Riuſiava, *Gengen*, urbs Germaniæ. Vide Rhiuſiava. In Theſauro Linguæ Latinæ & apud Ortelium Rhiuſiana legitur: cum Rhiuſiava legendum ſit.

Rivuli Puellarum, *Nagbanya*, urbs Daciæ, in Tranſylvania, à Biſtricia 6. leucis in occaſum, quæ & Rivulus dominarum dicitur, & *Banya* vulgò.

Rivus Francorum, *Refrancore* caſtrum Liguriæ, in Ducatu Mediolanenſi, inter Alexandriam 12. & Aſtam 6. m.

Rizonicus ſinus, ſic in Theſauro Linguæ Latinæ. Vide Rhizonicus, uti legendum, & ſcribendum eſt.

Roame, pagus Alpium Cottiarum, *Roſans*. Vide Rame.

¶ Roame pagus meliùs dicitur Rame, *Rame*, in Delphinatu inter Ebrodunum, et Brigantium. Vide Rame.

¶ Robora, *Rouvres*, vicus Gallię in Belſia provincia, ad Vegram amnem; aliàſque oppidulum ſatis cultum, et antiquum, ubi Druidæ ſacrificia habebant. Vix dimidia leuca diſtat ad Aneto caſtro, et ab Ebura fluvio, 3. à Drocis in ortum, ferè 2. ab Hodano, et 14. à Lutetia in occaſum.

Roboretum, *Rovere*, oppidum Cenomanorum Venetiæ, in agro Tridentino, apud Atheſim fluvium, inter Tridentum ad Boream, 12 & Veronam in meridiem 36. mill. paſſ. Alterum in Inſubria, ad Muetium fluvium, ultra Belitionem, in Helvetiorum ditione.

¶ Roboretum, *Rovereid*, oppidulum eſt Tridentinæ ditionis. in limite dominii Veneti 26. m. p. a Verona in Boream Tridentum versùs, et 12. a Benaco lacu in ortum.

Roboretum item, & campus Roborum apud Bedam, vulgò *Dury*, ſeu *Derry*, urbs eſt epiſcopalis Hultoniæ, ab Armacha ſive Ardamacha metropoli ad 40. m. p. Hibernicos Boream versùs recedens; quæ et novum Londinium, vulgò *London-Derry*, ob Anglorum coloniam eò deductam.

Robur, *Rutthauff*, vel *Rotthauff*, munimentum propè Baſileam urbem Germaniæ, in illius ſuburbio, teſte Simlero.

Rocomacorus, oppidum Galliæ Aquitanicæ, quod *Rochemindour* vulgus appellat.

¶ Rocomacorus, oppidum Galliæ Aquitanicæ. Forſan eſt hodie *Roquemadour*, oppidum in Cadurcenſi provincia, propè Dordonium fluvium.

¶ Rodicofanum, *Radicofani*, oppidulum Hetruriæ, cum arce permunita in ſummo monte, in agro Senenſi, versùs montem Tuniatum. Vide Radacophanum.

¶ Rodium, *Roie* Antonino, urbs eſt parva et ſatis culta Galliæ Belgicæ, in picardia provincia, et in tractu Sanguiterſa, ad amnem *Auvregne*, 4. leucis a Novioduno in occaſum, Ambianum versùs 9. et 7. a Compendio in Boream.

¶ Rodolphiverdia *Rudolffvverd*; urbs recens & munita Germaniæ, in Vindorum marchia, ad Gurchinm fluvium. Diſtat 3. mill. Germanicis a Savo fluvio in meridiem, uti 6. à Cilleia, et 5. a Caroloſtadio in occaſum, in limite Carniolæ.

Rodrina, *Roye*, teſte Ortelio cum aliis; oppidum Galliæ Belgicæ in Picardia, non obſcurum, inter Noviomum 4. & Ambianos 8. leucis, atque inter Silvanectum 13. & peronam 7. (*Vide Rodium.*)

Rœtaces, fluvius Armeniæ majoris, in Cyrum fluvium influens.

Rœti, populi. Horatius lib. 4. carminum ode 4.

Videre Ræti bella ſub Alpibus.

Vide Rhęti.

Rœtius, *Monte di Mezzo* Pineto, & *Monte Roſſo* aliis, mons Corſicæ. Vide Rhœtius.

Roſſa, olim Rutupiis ſeu Rutupiæ, *Rocheſter*, urbs Albionis epiſcopalis Angliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, apud Thameſim fluvium, media ferè inter Londinum et Cantuarium, ad 20. mill. diſſita à Londino, a Cantuaria 24.

¶ Roſſa, *Rocheſter*, urbs eſt Angliç meridionalis, in Cantio, ad Meduvacum fluvium, qui 5. mill. Anglicis infra in Thameſis æſtuarium ſe exonerat, media inter Cantuariam ad ortum, et Londinum ad occaſum, 20. mill. utrique diſtans.

¶ Rohaczovia, *Rohaczovv*, oppidum amplum poloniæ, tractus cognominis caput, in Lithuania, propè Boryſthenem fluvium, ubi recipit Odruczum 20. leucis polonicis diſtat à Mohilovia in meridiem, Kioviam verſùs 40. circiter.

Roia, *Roye*, urbs Galliæ, in picardia, et in tractu Sanguiterſa, quibuſdam Rodium. Vide ibi.

Roma, ſic vulgò, urbs Italiæ, in Latio, cùm ſuburbio Vaticani in Hetruria, Tiberi fluvio interfluente, caput orbis terræ, olim ſub Imperatoribus, nunc ſub Summo Pontifice, cui in Italia 33. Archiepiſcopi, præter 90. Epiſcopos, immediatè ſubiecti, et 6. Archiepiſcopi inſulares, in Hiſpania 11. in Gallia 18. in Belgio 3. in Germania 7. in regno polonico 3. in regno Daniæ, et Sveciæ 3. in Hibernia 4. in Anglia 2. in Scotia 2. ſi ad unitatem redirent, in Hungaria 2. in Illyrico 4. inſulares ſub Venetis 2. in orbe novo 4. in India 2. (præter Archiepiſcopos, ſeu Metropolitas Græci ritus in Europa, & Aſia et Africa, ac ritus Neſtoriani in Syria, & regno perſarum, ſub Patriarchis Conſtantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Hieroſolymitano) parent. Populi Romani, & Quirites olim, & Romuli, Romulei et Romulidę poetis. De Roma Ovid. lib. 5. faſtorum:

Hic, ubi nunc Roma eſt, orbis caput, arbor, et herbæ,
Et pauca pecudes, et caſa rara fuit.

Auſonius de ternario numero, edyl. 11.

Martia Roma triplex; equitatu, plebe, ſenatu.

Virg. lib. 1. Æneidos:

Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet.
Mœnia, Romanoſque ſuo de nomine dicet.

Romæ (ubi carne pluit, Servio Sulpitio Conſule, teſte Livio lib. 3. decadis 1.) plures ſub Conſulibus in literis, verſu præſertim, floruere. In his Andronicus Epicus, qui fabulas Latinas primus ſcripſit, Ennius Salentinus, plautus Sarſinas, Nævius Campanus, pacuvius (nepos Ennii) Brunduſinus, Cæcilius Gallus, Ennii et Terentii amicus, Comœdiographus, Accius Tragœdus, Terentius Comicus, Lucilius Satyrographus ex Aurunca urbe, Turpilius Comœdiographus, Terentii Synchronus, Afranius Comicus Terentii ætate, Attilius Tragœdus, Trabeas octavus inter Comicos, Syrius Mimographus libertus ſub Cicerone, Licinius Epigrammatiſta, Quintus Catullus ſynchronus Varronis, Licinius Gallus, Quintus Carnificius, Furius Bibaculus natus Cremonæ, Terentius Varro Attacinus ſynchronus Ciceronis et Hortenſii, cum aliis. Romæ quo die Chriſtus Dominus noſter natus eſt, in Vaticano fons olei erupit, et toto die manavit. Hæc primùm a Senonibus Gallis capta eſt anno urbis conditæ 362. Olympiadis 97. anno 3. Secundò à Gothis, ſub Athalarico Rege, anno ſalutis 410. urbis conditæ 1161. Tertiò à Vvandalis ſub Geinſerico Rege, anno ſalutis 455. urbis conditę 1205. Olympiadis 308. anno 2.

¶ Roma, *Roma* Italis & Hiſpanis, *Rome* Gallis, urbs eſt pulcherrima, totius Italiæ caput, & ditionis pontificiæ primaria, ubi Summus Pontifex commoratur, 12. milliaribus diſtat ab oſtiis Tiberinis, & ab ora maris Tyrrheni, in Boream. Pluries capta fuit. Sed anno 1527. expugnata ab Hiſpano exercitu Caroli V. Imperatoris & miſerè vaſtata fuit. Eius arx olim moles Hadriani, hodie dicitur Caſtrum S. Angeli, *Caſtel Sant Angelo*, et ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo fuit permunitum. Urbs ipſa in dies pulchrior evadit, ornaturque ſplendidiſſimis ædificiis a Summis Pontificibus. Romam antiquam nuper pluribus, & doctiſſimè deſcripſit Famianus Nardinus, uti etiam anteà Jacobus Laurus, Philippus Cluverius, & Onuphrius Panuvinus. Recentem autem Romam Floravantes Martinellus aliique plurimi fusè deſcripſerunt. Eius præcipua Eccleſia eſt Baſilica S. Ioannis in Laterano. Sed Baſilica S. Petri in Vaticano totius orbis facilè pulcherrima eſt Eccleſia et ſumptuoſiſſima, ad miraculum uſque excitata; eique adiacet palatium Pontificum Vaticanum ſuperbiſſimum.

Ex-

Romæ ædificia antiqua, aliaq; ex quibus urbis ſplendor olim, & magnitudo deprehenditur, ex Sexto Rufo, Publio Victore, & aliis.

Ædes ſacræ 102.
Ædiculæ 424.
Ærarium ingens in octava regione.
Amphitheatra 3.
Antra ingentia 2.
Aquæ 24.
Aquæductus 14.
Aræ 32. præcipuæ.
Arcus 36.
Areæ 19.
Armamentarium in undecima regione.
Aſylum in ſexta regione, alterum in octava regione.
Atria 6. in octava regione, & alia alibi.
Balnea 909. alia privata 82.
Baſilicæ 21.
Bibliothecæ publicæ 40.
Campi 17.
Capitolia 2. novum, et vetus.
Garceres plures: in iis Tullianum, et Centum virorum,
Carniæ in tertia regione.
Caſtellum aquarum trium, Marciæ, Iuliæ, & Tepulæ, in quinta regione.
Caſtra 9.
Circi 8. aliis 9.
Clivi 4.
Clypei aurati 12.
Cohortes prætoriæ 14.
Cohortes vigilum 6.
Cohortes urbanæ 6. aliis 12.
Colles 7.
Coloſſi 2.
Coloſſi ænei 37.
Coloſſi marmorei 51.
Columnæ Cochlides 2.
Columnæ aliæ plures: in iis Lactaria, ubi lac infantibus prębebatur.
Curatores 28.
Curiæ 30.
Delubra multa, ſed præcipua 10.
Domus 2117. aliis 2097.
Emporium ingens in duodecima regione.
Equi ænei 84. eburnei 124. magni 23.
Excubitoria 14.
Fontes duo præcipui, Scipionis, et Sylvani.
Fora 19. ex quibus Forum Romanum regio eſt.
Horrea publica 327.
Horti plures, memoratiores 15.
Iani quadrifrontes 36.
Inſulæ 46602.
Lacus 1352.
Latrinæ publicæ 144.
Lavacra publica plura, duo præcipua.
Lucus 31.
Ludi plures, in iis litterarii in octava regione.
Lupanaria 46.
Lymphæa. Vide Nymphæa.
Macella plura, ſed præcipua, magnum, et Livianum.
Manſiones aliquot, in quibus Albanæ in ſecunda regione.
Menſę oleariæ 24000.
Montes in urbe 7. trans Tiberim 2.
Naumachię 6.
Noſocomium ingnes in inſula
Nymphæa 12.
Obeliſci magni 6. parvi 42.
Pilæ 3.
piſtrina publica 329. aliis 254.
pontes 8.
portæ 37.
porticus 52.
prata 2.
Pyramides aliquot, magna ex parte confractæ,
Regiæ 3. Numæ, Tullii, et Hoſtilii.
Regiones 14. quibus additæ quinque.
Roſtra 2. nova, et vetera.
Sacella plura, memoratiora 15.
Sacraria plura, præcipua 4.
Salinæ, in undecima regione.
Scalæ Gemoniæ in regione decima tertia.
Scholæ memorabiliores 5.
Senatula 4. tria virorum, unum matronarum;
Septizonia 2. novum & vetus,
Sepulchra plurima, ſed famoſiora 20.
Signa Deorum, et ſtatuæ, ſine numero.
Simulacra virorum illuſtrium 40.
Spelunca Caci in regione decima quarta.
Stationes plures, cohortium et municipiorum.
Statuæ plures, memorabiliores 15, partim Deorum partim hominum.
Tabernæ plurimæ in quibus tres præcipuæ.
Templa 133. in iis 2. Fortunæ, plura Iovis, Iunonis, et Veneris.
Theatra quatuor.
Thermæ 20.
Tribus 35. additæ 14.
Velabra duo, novum, & vetus.
Vexilla publica 2.
Viæ 31.
Vici 424.
Vicomagiſtri 480.
Villæ publicæ aliquot.

Hic lectorem admonendum duxi; ne urbem Romam minorem ipſa fama æſtimet, dum hic domos & ſtatuas adeo paucas legit; nam hic domus tantùm cenſentur, quæ nos hodie palatia vocamus. Quod ſi incolarum numerum ſive ædium multitudinem coniectura quis aſſequi velit, inſularum numerum cogit. Quod ad ſtatuas attinet, ſciat eas innumeras fuiſſe, cùm Romani urbe Volſinienſium capta, & direpta, inde ſupra duo millia ſtatuarum Romam, teſte Livio, aſportarint.

Romanæ familię, ſeu gentes patritiæ, ex Tito Livio, Dionyſio, Tacito, Dione, plutarcho. Tranquillo, & aliis.

Silvia, ab Ænea Silvio, 1. Latinorum Regum familiæ, cujus fuere Romulus & Remus.

pompilia, à pomponio Sabinorum Rege: à quo Numa pompilius 2. Rex Romanorum.

Hoſtilia, ab Hoſtilio ex urbe Medullia. Hinc Tullus Hoſtilius 3. Romanorum Rex.

Marcia à Marcio, Sabino, qui à Numa Rege primus Pontifex Maximus captus eſt. Hinc Ancus Marcius 4. Romanorum Rex.

Tullia, a Tullio Corniculano. Hinc Servius Tullus 6. Romanorum Rex, Targuino occiſo.

Tarquinia, a Damarato Corinthio Tarquiniis exulante: a quo Lucumo, qui Tarquinius priſcus dictus eſt, 5. Romanorum Rex a Marciis occiſus. Hinc etiam Lucius Tarquinius Superbus, 7. Romanorum Rex, ob ſtuprum Lucretiæ illatum regno pulſus.

Fabia, a Fabio Herculis filio. Hinc Fabii Vibulani, & Maximi, & pictores & Ambuſti, & Bucones, & Rulliani: ex quibus maximi diù perdurarunt.

Antonia, ab Antone Herculis filio. Hinc Marcus Antonius Triumvir, qui ab Auguſto victus apud Actium, Alexandrię ſe interemit, Lucio Antonio filio relicto, qui Maſſiliæ moriens genti finem fecit.

Iunia, a Iunio Æneæ comite. Hinc Lucius Iunius Brutus, qui Tarquinium Superbum Regem expellendum curavit & Conſulibus principium fecit Reipublicæ.

Sergia, à Sergeſto comite Æneæ. De quo Virg. lib. 5. Æneidos:

Sergeſtuſque, domus tenet, à quo Sergia nomen.

Hinc Lucius Sergius Catilina; qui, cùm contra Rempublicam arma ſumpſiſſet, in agro piſtorienſi deletus eſt.

Iulia; ab Julo Æneæ filio, qui & Aſcanius; vel ab Iulo Aſcanii filio, ut aliis videtur. Hinc Caius Iulius Cæſar, toties Conſul, qui ſubacta Gallia, Britannia, Hiſp. victo pompeio, Rempublicam Dictator perpetuus occupavit, à Caſſio et Bruto interfectus. Ab eo Octavianus adoptatus I. Imperator fuit Auguſtus, poſt quem Tiberius II. Claudius III. Nero IV. poſtremus de hac familia. Virg. lib. 1 Æneidos.

Iulius, à magno demiſſum nomen Iulo.

Gegania, à Gia comite Æneæ: unde Geganius Macerinus 1. & poſtremus, Marcus Geganius Macerinus Tribunus militum conſulari poteſtate, anno urbis conditæ 283.

Mautia, a Naute comite Æneæ. Hinc Spurius Nautius Rutilus Conſul cum Sexto Furio: poſtremus, Caius Nautius Conſul cum Marco Claudio anno 466.

(Clęlia, à Clœlio Æneæ comite.

Æmilia, ab Æmilio Aſcanii filio, vel à Mamerco Numæ

næ filio, teſte Plutarcho. In ea Mamercini, Lepidi, Pauli, Barbulæ, Papi, & Scauri. Paulus Æmilius Perſen Macedoniæ Regem vicit. Marcus Scaurus, & Conſul, & Cenſor, & Princeps Senatus fuit. Marcus Æmilius Lepidus triumviratum ab Auguſto renunciare coactus eſt. Alii Æmilii Barbulæ, & Papi Conſules fuere. Ultimus, Marcus Scaurus Sardiniam ſortitus, & repetundarum poſtulatus à Cicerone defenſus eſt, & abſolutus.

Valeſia, poſteà Valeria, à Sabinis, ſive à Tatio Rege ortum duxit, pacemque inter Sabinos & Romanos compoſuit. In ea ſunt Publicolæ, Maximi, Potiti, & Meſſalæ. Auctor gentis Valerius Voluſus, 2. familia hujus gentis eſt Flacca; in qua 1. Lucius Valerius Flaccus fuit 3. Falconum & 1. Quintus Valerius Falco. 4. Læviuorum, & 1. Publius Valerius Lævinus.

Horatia, ab Horatiis, (qui Curiatios & Albanos ſubegerunt) in tres familias diviſas, Pulvillos, Barbatos, & Coclites. Horatius Pulvillus auctor fuit.

Poſtumia: in qua 1. Publius Poſtumius Tubertus cum Marco Valerio Conſul anno 248. poſtremus, Lucius Poſtumius Megellus Conſul cum Quinto Manilio, anno 491.

Menenia: in qua 1. Agrippa Menenius Lanatus Conſul cum Publio Poſtumio anno 250. ultimus, Marcus Menenius Tribunus militum anno 376.

Virginia: in qua 1. Aulus Virginius Tricoſtus Conſul cum Tito Veturio anno 259. ultimus, Lucius Virginius Tricoſtus Conſul anno 365.

Sulpitia: in qua 1. Servius Sulpitius Camerinus Conſul cum Publio Volumnio anno 292. poſteà Servius Sulpicius Camerinus conſul cum Marco Fabio anno 408. hinc Publius Sulpitius Galba, Conſul cum Gneio Fulvio anno 543. & Servius Sulpicius Galba Conſul & Imperator ab Othone occiſus, & Servius Sulpicius Galba Calpurnius à Galba Imperatore adoptatus, poſtremus gentis.

Furia: in qua 1. Sextus Furius Fuſus Conſul cum Spurio Nautio anno 265. cum aliis Fuſis; Lucius Furius Medullinus Conſul anno 321. cum aliis Medullinis; Marcus Furius Camillus Cenſor cum Marco Poſthumio anno 350. cum aliis Camillis Cajus Furius Pacilus Conſul cum Marco Papirio anno 312. cum aliis Pacilis.

Lucretia: in qua 1. Spurius Lucretius Tricipitinus Conſul cum Publio Valerio anno 244. ultimus, Lucius Lucretius Tribunus Militum anno 373.

Quinctia tergemina. In 1. Quinctii Capitolini: 1. Titus Quinctius Capitolinus Barbatus Conſul cum Appio Claudio anno 282. ultimus, Titus Quinctius Capitolinus Barbatus Tribunus militum anno 348. In altera Quinctii Flaminii: 1. Titus Quinctius Flaminus Conſul cum Sexto Ælio anno 555. ultimus, Titus Quinctius Flaminius Conſul cum Quinto Cæcilio anno 620. In tertia Quinctii Cincinnati: 1. Lucius Quinctius Cincinnatus Conſul cum Cajo Claudio anno 293. ultimus, Titus Quinctius Cincinatus Conſul cum Cajo Sulpitio anno 402.

Papiſia, poſteà Papiria: in qua Papiſii Mugillani, & Papirii Craſſi. Eorum 1. Lucius Papiſius Mugillanus Conſul cum Lucio Sempronio anno 309. ultimus, M. Papiſius Muſilanus Conſul cum Cajo Nautio anno 342. Horum 1. Marcus Papirius Craſſus Conſul cum Cajo Furio anno 312. ultimus, Lucius Papirius Craſſus Dictator anno 233. Item fuere Papirii Curſores: 1. Lucius Papirius Curſor Cenſor cum Cajo Julio anno 361. ultimus, Lucius Papirius Curſor ſecundùm Conſul cum Spurio Carvilio anno 481.

Claudia, ab Actio Clauſo Sabino ex oppido Regillo. Hinc poſteà Romę in Senatorem cooptatus Appianus Claudius dictus eſt. In qua 1. Appius Claudius prædictus Conſul cum Publio Servilio anno 258. ultimus, Appius Claudius Pulcher Conſul cum Lucio Portio anno 569. Appius Claudius Pulcher opera Cæſaris factus Tribunus plebis, Ciceronem in exilium eiecit.

Servilia, à Publio Servilio Priſco ex Alba exciſa Romam translato ortum habuit. In qua Servilii Cæpiones, Vatiæ, & Gemini. 1. Cæpio Gnejus Servilius cum Cajo Sempronio Conſul fuit anno 500. 1. Vatia fuit Publius Servilius Cenſor cum Lucio Aurelio anno 689. 1. Geminus Publius Servilius fuit Conſul cum Lucio Aurelio anno 501. cum aliis.

Cornelia, ampliſſima omnium, quatuor familias complectens, Maluginenſium, Scipionum, Rufinorum, & Lentulorum, 1. Maluginenſis fuit Servius Cornelius Conſul cum Quinto Fabio anno 268. ultimus, Publius Cornelius Conſul cum Quinto Marcio anno 447. 1. Scipionum fuit Publius Cornelius Magiſter equitum cum Marco Furio Camillo anno 357. ultimus, Publius Cornelius Conſul cum Lucio Domitio anno 727. 1. Rufinus, Publius Cornelius Dictator anno 419. ultimus, Lucius Cornelius Sulla Conſul cum Cajo Julio anno 748. 1. Lentulus Servius Cornelius Conſul cum Lucio Genucio anno 450. ultimus, Publius Cornelius Conſul cum Gnejo Cornelio anno 735.

Manlia: in qua 1. Gnejus Manlius Conſul cum Marco Fabio anno 273. ultimus, Titus Manlius Torquatus Conſul cum Gnejo Octavio anno 588. Primi enim Vulſones, medii Capitolini, poſteriores Torquati dicti ſunt.

Caſſia: in qua 1. Spurius Caſſius Viſcellinus Conſul cùm Oppio Virginio anno 251. ultimus Cajus Caſſius Conſul cum Marco Terentio anno 680.

Æbutia: in qua 1. Titus Æbutius Helva Conſul cum Publio Veturio anno 254. ultimus; Poſthumus Aebutius Helva Cornicen Conſul cum Marco Fabio anno 311.

Pinaria, a Pino Numæ Regis filio, unde 1. Publius Pinarius Rufus Conſul cum Cajo Julio anno 264. ultimus, Lucius Pinarius Natta Dictator anno 390.

Vetuſia, & Veturia: in qua 1. Publius Veturius Geminus Cicurinus Conſul cum Tito Aebutio anno 254. ultimus, Cajus Veturius Craſſus Cicurinus Tribunus militum anno 384.

Sempronia: in qua 1. Aulus Sempronius Atratinus Conſul cum Marco Minucio anno 256. ultimus, Aulus Sempronius Atratinus Magiſter equitum anno 374.

Minucia: in qua 1. Marcus Minutius Augurinus Conſul cum Aulo Sempronio anno 256. ultimus, Quintus Minutius Augurinus Conſul cum Cajo Horatio anno 296.

Aquillia: in qua 1. Cajus Aquillius Sabinus Conſul cum Tito Sicinio anno 266. Alii Flori, Corvi, & Galli: nam Marcus Aquillius Gallus Conſul fuit cum Cajo Mario anno 652.

Quinctilia: in qua 1. Sextus Quinctilius Varus Conſul cum Publio Curiatio anno 300. ultimus, Gnejus Quinctilius Varus Dictator anno 422.

Hortenſia: in qua 1. Quintus Hortenſius Dictator anno 457. ultimus, Marcus Hortenſius Ortalus de quo Svetonius in Tiberio.

Octavia a Velitris originem duxit: in qua 1. Gnejus Octavius Rufus Quæſtor: inde plures Conſules, ultimus, Gnejus Octavius Conſul cum Marco Scribonio anno 677. Hinc Cajus Octavius a Julio Cæſare adoptatus, & poſteà Imperator Auguſtus.

Gentes plebejæ, ex quibus ad amplos honores plures evecti ſunt.

Licinia: in qua 1. Publius Licinius Calvus Tribunus militum & conſularis poteſtatis anno 353. ultimus, Marcus Licinius Craſſus Conſul cum Gnejo Cornelio anno 739. Ex eadem Lucius Licinius Lucullus Conſul cum Aulo Poſtumio anno 602. cum aliis, & Lucius Licinius Muræna Prætor anno 670. Fuit & Lucius Muræna Conſul cum D. Silano; de quo Cicero in oratione pro Murena.

Aurelia, a Sabinis orta, priùs Auſelia, a ſole vel auro dictu: in qua 1. Cajus Aurelius Cotta Conſul cum Publio Servilio anno 501. ultimus, Lucius Aurelius Cotta Conſul cum Lucio Manlio anno 688.

Decia, a Publio Decio, qui ſe pro patria devovit, ortum ducens: in qua 1. Publius Decius Mus Conſul cum Tito Manlio anno 413. ultimus, Publius Decius Mus Conſul cum Publio Sulpitio anno 474. Hujus meminit Juvenalis ſatyra 8.

Plebejæ Deciorum animæ, plebeja fuerunt
Nomina.

Cæcilia, quæ a Cæculo Præneſtis conditore derivari putatur. In ea 1. Lucius Cæcilius Metellus Conſul cum Cajo Servilio anno 469. ultimus, Quintus Cæcilius Metellus Conſul cum Aulo Licinio anno 758.

Aelia (quam alii inter patricias numerant) plures continet: Pætos, Tuberones, Ligures, Catos, & Lamias. Publios Aelius Pætus 1. Conſul cum Cajo Sulpitio fuit anno 416. Quintus Aelius Tubero 1. Conſul cum Paullo Fabio anno 742. Sextus Aelius Catus Conſul cum Tito Quinctio anno 555. Publius Aelius Ligus Conſul cum Cajo Popilio anno 582. Lucius Aelius Lamia Conſul cum Marco Servilio anno 754. De his Horatius lib. 3. carminum ode 7.

Æli vetuſto nobilis Lamo,
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omnes faſtos)
Auctore ab illo ducis originem.

Domitia, gemina: Calvinorum, & Ahenobarborum. In 1. Gnejus Domitius Calvinus Cenſor cum Quinto Fabio anno 447. In altera Gnejus Domitius Ahenobarbus 1. Conſul cum Lucio Quinctio anno 561. Hinc Gnejus Domitius Ahenobarbus, a Claudio Imperatore adoptatus, Imperator fuit, Nero Claudius Domitianus dictus.

Claudia Marcellorum: in qua 1. Marcus Claudius Marcellus Conſul cum Cajo Valerio anno 422. ultimus, Marcus Claudius Marcellus Conſul cum Lucio Aruntio anno 731.

Mucia, in qua Quintus Mucius Scævola 1. Conſul cum Spurio Poſtumio anno 579. ultimus, Quintus Mucius Scævola Pontifex & Conſul cum Lucio Craſſo anno 658.

Porcia a Cære oppido ortum habet; cujus princeps fuit Marcus Portius Cato Cenſorinus Augur, Quæſtor, Conſul cum Lucio Valerio anno 558. Hinc Marcus Porcius Cato, qui ſe Uticæ interemit, partes Pompeii ſecutus.

Curii, Fabricii, & Coruncanii potiùs inter municipes quàm inter gentes numerantur.

Acilia a Trojanis ortum habere fertur. In ea 1. Marcus Acilius Curulis fuit anno 557. item Marcus Acilius Glabrio Conſul cum Publio Cornelio anno 562. ultimus, Marcus Acilius Glabrio Conſul cum Cajo Calpurnio anno 686.

Maria a Cajo Mario municipe Arpinate initium habuit, qui ſepties Conſul fuit, qui armis Syllanis ejectus, Minturnis vitam finiit. Ultimus, Cajus Marius Conſul cum Gnejo Papirio anno 671.

Pompeja, gemina. In 1. Aulus Pompejus Rufus, a quo Quintus Pompejus Rufus Conſul cum Gnejo Servilio anno 642. ultimus, Sextus Pompejus Rufus Conſul cum Sexto Apulejo anno 766. Altera Gneorum eſt: ex qua Gnejus Pompejus cognomento magnus, a Cæſare victus in Pharſalia, cùm antea pluries triumphaſſet.

Livia: in qua 1. Cajus Livius Denter Magiſter Equitum anno 405. Primus Conſul cum Lucio Æmilio anno 534. fuit Marcus Livius Salinator. Hinc Cajus Livius Druſus Conſul cum Publio Cornelio anno 606. ultimus, Lucius Livius Druſus Conſul cum Lucio Calpurnio anno 738.

Tullia ortum a Tullo, Volſcorum Rege, habet ex municipio Arpinate: in qua Cicerones. Quorum ſplendor Marcus Tullius Cicero fuit, cùm ad conſulatum pervenerit, eloquentiæ Latinæ pater.

Junia: in qua Didius Junius Brutus 1. Conſul cum Lucio Furio anno 428. ultimus, Marcus Junius Brutus Conſul cum Marco Æmilio anno 676. Fuere ejuſdem gentis Junii, Penni plures, & Silani. Nam ultimus Pennus cognomento Callaicus Conſul fuit cum Publio Cornelio anno 615. ultimus, Silanus, Marcus Junius, Conſul cum Cajo Julio anno 728. Item Lucius Junius Pullus conſul cum Publio Claudio anno 504.

Fulvia: in qua Lucius Fulvius Corvus 1. Conſul cum Quinto Fabio anno 431. Gnejus Fluvius Centumalus Conſul cum Lucio Cornelio anno 455. Marcus Fulvius Petinus Conſul cum Tito Manlio anno 454. cum aliis; Marcus Fulvius Nobilior Conſul cum Gnejo Manlio anno 564. cum aliis; Marcus Fluvius Flaccus Conſul cum Appio Claudio anno 489. cum multis aliis ultra annum 628.

Sempronia: in qua Sempronii Sophi, quorum 1. fuit Publius Sempronius Sophus Pontifex & Conſul cum Publio Sulpicio anno 449. Longi, quorum 1. Titus Sempronius Longus Conſul cum Publio Cornelio anno 535. Tuditani, quorum 1. Conſul cum Marco Cornelio anno 549. fuit Publius Sempronius Tuditanus, & Gracchi, quorum 1. Conſul cum Publio Valerio anno 515. fuit Titus Sempronius Gracchus Quæſtor anno 630. de quo Cicero in Bruto.

Atilia: in qua Atilii Reguli, quorum 1. Lucius Attilius Vulſo Tribunus Militum anno 354. cum aliis Conſulibus, quorum ultimus, Cajus Atilius Regulus Serranus Conſul cum Quinto Cæpione anno 647. & Atilii Calatini, quorum 1. fuit Aulus Atilius Calatinus Conſul cum Quinto Sulpicio anno 495. inde Cajus Atilius Calatinus Bulbus Conſul cum Marco Fabio anno 508.

Calpurnia a Calpo filio Numæ Regis orta eſt, teſte Plutarco traditur. In ea Piſones & Frugi; duæ familiæ ſunt. Primæ 1. Conſul cum Aulo Poſtumio fuit Cajus Calpurnius Piſo anno 572. cum aliis. Alterius 1. Conſul fuit cum Aulo Gabinio anno 695. Lucius Calpurnius Piſo Frugi; cujus meminit Cicero pro Sextio. Ovid. de Piſonibus ſic, ad Piſonem.

Claraque Piſonis tulerit cognomina prima,
Humida calloſa cum piſcerat hordea dextra.

Marcia: in qua Cajus Martius Rutilus Pontifex & 1. Conſul cum Gneio Manlio anno 396. ultimus, Cajus Marcius Cenſorinus Conſul cum Cajo Aſinio anno 745.

Popillia: in qua 1. Conſul cum Cajo Manlio anno 394. fuit Marcus Popillius Lænas Flavius Carmentalis; Poſtremus, Publius Popillius Lænas Conſul cum Publio Rupilio anno 621.

Plautia: in qua 1. Conſul cum Marco Fabio fuit Cajus Plautius Proculus anno 395. ultimus, M. Plautius Silvanus Conſul cum Cajo Julio anno 751.

Lutatia: in qua 1. Pontifex Maximus & Conſul cum Aulo Poſtumio anno 511. fuit Cajus Lutatius Catulus; poſtremus, Quintus Lutatius Catulus Conſul cum Marco Aemilio anno 675.

Romanæ gentes, & familiæ ordine alphabetico:

Acilia.	Lutatia.
Æbutia.	Manlia.
Ælia.	Marcia.
Æmilia.	Maria.
Antonia.	Menenia.
Aquillia.	Minutia.
Atilia.	Mucia.
Aurelia.	Nautia.
Cæcilia.	Octavia.
Calpurnia.	Papiria.
Caſſia.	Pinaria.
Claudia.	Plautia.
Clœlia.	Pompeia.
Cornelia.	Pompilia.
Coruncania.	Popilia.
Curia.	Porcia.
Decia.	Poſtumia.
Domitia.	Quinctia.
Fabia.	Quinctilia.
Fabricia.	Sempronia.
Fulvia.	Sergia.
Furia.	Servilia.
Gegania.	Silvia.
Horatia.	Sulpicia.
Hortenſia.	Tarquinia.
Hoſtilia.	Tullia.
Julia.	Valeria.
Junia.	Veturia.
Licinia.	Virginia.
Livia.	Quarum aliæ patriciæ, aliæ
Lucretia.	plebeiæ erant.

¶ Roma, *Rom*, inſula Daniæ, in ora Iutiæ meridionalis, ſeu Ducatus Sleſvicenſis, in mari Cimbrico, una leuca à Ripa in meridiem Siltam versùs, & 3. à Tundera in circium. Oblonga eſt ſed non lata, & vix una leuca diſtat ab ora, cum uno aut altero vico.

Roma, *Rome*, inſula Africæ, in regno Congi, & in fluvio *Zaire* dicto, propè ejus oſtium ubi colonia Francorum paucis abhinc annis.

¶ Romana ditio, *le pais Roman ou le pais de Vaux*, tractus Helvetiorum in agro Bernenſi, cum aliàs eſſet Sabaudiæ Ducis. Eſt inter Montem Iuraſſum, lacum Lemanum, & pagum Friburgenſem; & ejus urbes ſunt Lauſana, Minnidunum, Nevidunum, Ebrodunum, & Viviacum, teſte Brietio.

¶ Romana, *Romana*, oppidulum Hiſpaniæ, in Aragoniæ regno, ad amnem *de Aguas* dictum, paulò antequam cadat in Iberum, 9. leucis Hiſpanicis infra Cæſarauguſtam in meridiem, Dertuſam versùs 16.

¶ Romandiola, *la Romagna*, provincia Italiæ, in ditione Pontificia, ubi aliàs Æmilia regio. Antea complectebatur etiam agrum Bononienſem; nunc anguſtioribus restricta limitibus. Terminatur ab occidente agro Bononienſi, à ſeptentrione Ducatu Ferrariæ, ab occaſu & à meridie Ducatu Urbinate & Hetruria. Sed ejus pars meridionalis, & minor versùs Apenninum montem ſubeſt magno Duci Hetruriæ; diciturque Romandiola Florentina, ubi Civitas Solis. Romandiolæ autem veræ ſeu Pontificiæ urbes ſunt Ravenna, provinciæ caput, *Ravenna*, Faventia, *Faenza*, Imola, *Imola*, Forum Livii, *Forli*, Britinorium, *Bertinoro*, Ariminum, *Rimini*, Cervia, *Cervia*, Ceſena, *Ceſena*, & Sarſina, *Sarſina*, cum aliquot aliis minoris notæ.

¶ Ro-

¶ Romania, *la Romanie*, pars Græciæ, aliàs Thraciæ dicta. Vide ibid.

Romanianum, *Romagnano*, pagus agri Novarienſis non obſcurus, apud ſeſſitam fluvium, inter Novariam & Varallum, à Navaria 18. mill. paſſ. à Vercellis pluribus diſtans, locus antiquus, ut inſcriptiones antiquæ marmoreæ domonſtant, in litteris ſummorum Pontificum memoratus. Ibi Divus Sylvanus martyr colitur.

¶ Romanianum, pagus eſt agri Novarienſis, in Ducatu Mediolanenſi, in ipſo limite pedemontii, propè Gattinaram vicum, 14. milliaribus ſupra Vercellas in Boream, Varallum versùs totidem. Ibi Cimbri victi fuere a Romanis.

Romandues, hodie *Vermandois*, populi ſub Rothomago; malè in Theſauro Linguæ Latinæ. Vide Veromandui.

¶ Romanopolis, Armeniæ oppidum, teſte Curopalate.

Romanum, ſeu Romani, *Romans*, oppidum præclarum Galliæ Narbonenſis, in Delphinatu, ad Hiſaram fluvium, non longè in Rhodanum labentem, Valentiæ urbi proximum, ad 3. mill. recedens. Viennam versùs in Boream 10. à Romo XVI. Rege ut eſt antiqua traditio, ædificatum.

¶ Romanum, oppidum eſt ad Iſaram fluvium, qui tribus leucis infra cadit in Rhodanum fluvium, 3. leucis diſtat a Valentia in Cæciam, & 10. a Vienna in meridiem.

Romarici mons, caſtrum Lotharingiæ, in Monte Voſago, apud Moſellam fluvium, quod Avendi caſtrum, teſte Roſerio appellatur.

Romaricus mons in vitis Sanctorum, Romaricum caſtrum Aimonio, *Remiremont*, & Germanis *Rimelsberg*, oppidum cum cœnobio in Lotharingia, inter Spinallum ad Boream 4. & Fontenacum in meridiem in comitatus Burgundiæ confinio 5. leucis. Idem cum ſuperiore, licèt apud Ortelium uti diverſum poſitum ſit.

¶ Romaricus mons, ſeu Romarici mons, *Remiremont* vulgò, oppidum eſt Lotharingiæ, ad Moſellam fluvium ad radices Voſagi montis, ubi Abbatia nobilis Monialium. Una tantùm leuca diſtat à confinio Comitatus Burgudiæ, 5. à Fontenaco oppido Lotharingiæ in ortum Colmariam versùs 11. & 4. a Falconio oppido Comitus Burgundiæ in Boream.

Romatiana, urbs Carnorum, quam Baronius Aquileiam eſſe putat. Sed Ortelius Concordiam, ſeu portum Romatinum, á fluvio dictum; quod veriſimilius videtur.

Romatinum, *Limino*, teſte Leandro cum aliis, fluvius Carnorum, ex Alpibus Carnicis inter Liquentiam & Tilaventum fluens, mareque Hadriaticum apud Concordiam urbem ſubiens.

Rochium, locus magnæ Græciæ, inter Locros, & Caulonem. De quo Ovid. lib. 15. Meramorph.

Romechiumque legit, Caulonaque, Naritiamque.

Ubi alii cum Gabriele Bario, *Zephyriumque legit*, & alii cum Orteiio *Plemmyriumque legit*, legendum putant: ſed ubi *Plemmyrium* in magna Græcia? Fortè, *Remigioque legit*, legi debet, cum Romechium apud neminem legatur.

¶ Romerſvallia, *Romerſvvall*, oppidum Belgii uniti in Zelandiæ Comitatu, juxta brachium orientale Scaldis fluvii, & una tantùm leuca a Bergis ad Zomam in occaſum.

¶ Romonum, ſeu Romanum, *Romans*, oppidum Galliæ, in Delphinatu, ad Iſaram. Vide Romanum.

Romula, *Radiſchach*, teſte Lazio, pagus Liburniæ, quaſi medius inter Seniam ad meridiem, & Siſciam ad Arctos & Cęciam ſupra 45. mill. paſſ. a Bibio 10.

Romulea, oppidum Samnitium, à Decio captum & Direptum, (Joſias Simlerus hanc cum ſuperiori Romula Antonini confundit, quæ longè à Samnio diſtat) inter Equoturium & Hydruntum occurrit. Romula apud Stephanum legitur.

Romuleus mons; *Palazzo maggiore*, mons urbis Romæ, idem palatino.

Romulianum, *Ramzaret*, teſte Lazio, pagus Daciæ Ripenſis, ad Tibiſcum fluvium, apud Segedinum urbem, ubi Galerius Imperator ſepultus, ſic a Romula matre dictus, qui Imperator Geroicæ natus eſt, & Callinici occiſus, Auctore Aurelio Victore.

Roncaliæ, locus Galliæ Togatæ, ad padum fluvium, apud placentiam urbem.

¶ Roncilio, *Ronciglione*, oppidum Italiæ, in ditione Pontificia, tractus cagnominis caput, in provincia patrimonii S. Petri, ad Faliſcum amnem, 30. mill. a Roma, Viterbum versùs 10. anteaque ſub dominio Ducis parmæ cum tractu adiacente, *Stato di Ronciglione* dicto.

Ropicum, *Rogela*, teſte piucto, oppidum olim, nunc pagus Corſicæ mediterraneus. In Theſauro Linguæ Latinæ pro Ropicum Roſicum legit. *Ptol.*

Rora, fluvius Belgii. Vide Rura.

Roſa, *Roxa*, urbs epiſcop. Dalmatiæ, ſub Archiep. Raguſeo, exciſa, Aſcrivio proxima. *Prov. Rom.*

Roſarum urbs, *Roſtock*, urbs præclara Germaniæ, ac Magnopolitani Ducatus, in ora maris Baltici, præpua, academia, & emporium, a Guſtrovia ſede principis 4. leucis in Boream. De qua lib. 5. Itinerarii:

Tandem nos recipis ſalvos urbs clara Roſarum.
Carminibus finem quę dedit, atque vię.

Eadem Rhodopolis à roſis nominatur. Vide ibid.

¶ Roſburgum, *Roxburg*, urbs Scotiæ meridionalis, in Teviotia provincia, & ad fluvium Teviotam, qui paulò infra in Tuedam ſe exonerat 15. mill. Anglicis diſtat a Bervico in occaſum, & 5. a limite Angliæ.

¶ Roſchildia, *Roſchild*, urbs regni Daniæ epiſcopalis ſub Arcbiepiſcopo Lundenſi, in Zelandia inſula, Regum tumulis nobilitata, & pace inibi facta anno 1658. inter Reges Svetiæ & Daniæ 4. leucis diſtat ab Hafnia in occaſum, & 5. à Coronæburgo in Africum, cum portu ſatis capaci ad ſinum Iſoram, 4. leucis a ſinu Codano in meridiem. *Ant.*

Roſcianum, *Roſano*, & *Roſſano*, urbs magnæ Græciæ archiep. in Calabria citeriori, à littore ſinus Tarentini 3. mill. paſſ. diſtans, inter Beſidianum & Thurium (cui ſucceſſit in archiep.) ſupra 20. mill. paſſ. a Conſentia 35. Ruſcia procopio.

¶ Roſcianum, ſeu Ruſcianum, *Roſsano*, urbs eſt regni Neapolitani in Calabria citeriori, principatus titulo inſignita, 16. milliaribus diſtat à Beſidiano in ortum, 12. à Thurio in meridiem, & ferè 30. a Coſentia in Boream.

¶ Roſcomenſis Comitatus, *Comtède Roſcomen'*, provincia Hiberniæ, in Connacia regione, inter Longofortienſem, & Letrumenſem Comitatus ad ortum, & Mayenſem, & Gallivenſem Comitatus ad occaſum.

¶ Roſcomenum, *Roſcomen*, oppidum Hiberniæ, in Connacia, Comitatus Roſcomenſis caput, propè Succum flu. & vix 5. m. paſſ. a Rea lacu diſtat, & 12. ab Atlona in Boream.

Roſeę campus, Roſea rura Virgilio, Roſia Ciceroni lib. 4. epiſtolarum ad Atticum, ager Sabinorum, in territorio Reatino, apud Velinum lacum. De quo Virg. lib. 7. Æneidos:

Qui Nomentum urbem, qui Roſea rura Velini.

Roſellanus ager, ſic territorium Ruſellarum urbis Hetruriæ exciſæ.

¶ Roſeriæ, *Roſieres* cognomento *aux Salines*, quia ibi Salinę nobiles, oppidum eſt Lotharingiæ, ad Murtam fluvium. Diſtat 3. leucis a Nanceio in Eurum, & 6. a Tullo in ortum.

Roſetum, *Groſſeto*, teſte Nigro, urbs Hetruriæ epiſc. ſub Archiep. Senenſi, inde 40. mill. paſſ. diſtans, ad Umbronem fluvium, ab ejus oſtio, ac littore 7. cum arce firmiſſima, a Tellamone 12. mill.

¶ Roſetum, *Groſſeto*, urbs eſt Hetruriæ, in agro Senenſi & versùs Maritimum tractum vix 6. milliaribus ab oſtiis Umbronis fluvii in Boream, 12. a Telamone in Circium, & 30. a plumbino in ortum, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ.

¶ Roſiema, *Roſięme*, urbs poloniæ, in Samogitia provincia, ad Dubiſſam fluvium, 30. leucis polonicis diſtat a Riga in meridiem, Counam versùs 12. & 28. a Vilna in occaſum.

Roſonum, urbs Dalmatiæ epiſc. ſub Archiep. Raguſino, inde 20. mill. in ortum apud Caſtrum novum, Rhizinium apud veteres, cuius Epiſcopus Caſtri novi reſidere nunc fertur. (*Vide Rhizinium.*) *Prov. Rom.*

¶ Roſſa, *Roſſe*, urbs Hiberniæ, in Lagenia regione & in Vexfordienſi Comitatu, ad Birgum fluvium, aliàs ampla nunc raros habet incolas, 17. millia paſſ. diſtat ab ora littorali maris Verginii in Boream, & 20. a Vexfordia in occaſum.

¶ Roſia, *Roſſ*, provincia Scotiæ Borealis, ampla, ſub qua Armanothia et Aſſinus Comitatus. Terminatur à ſeptentrione Navernia & Sutherlandia provinciis, a meridię Abria, & Moravia, ab oriente mare Germanico,

& ab occidente Hibernico. Ejus urbes præcipuæ ſunt Chanonricum & Cromartium in parte orientali.

¶ Roſſia, *Roſſe*, urbs Hiberniæ, in Momonia & in Comitatu Corcagienſi, ad oſtia fluvii Finei, cum portu capaci. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi, 30. mill. paſſ. diſtat à Corcagia in meridiem, & 22. à Kinſalia in Africum.

¶ Roſtochium, *Roſtock*, urbs Hanzeatica, Imperialis, & libera Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, & in ora maris Baltici. Dicitur etiam Rhodopolis. Vide ibid.

rov. Rom. Roſtovia, *Roſtovv*, urbs Sarmatiæ, in finibus Moſchorum, Archiepiſcopalis, a Moſcha regia Moſchorum 34. leucis in Boream.

Roſtovia, *Roſtovv*, urbs eſt ampla Moſcoviæ, Ducatus cognominis caput, & archiepiſcopali ſede clara, ad Cotoream amnem, 26. milliar. a Rha fluvio in meridiem. Arcem habet ligneam, & 34. milliaribus Polonicis diſtat a Moſcua.

¶ Roſtoviæ Ducatus, *Duché de Roſtovv*, in Moſcovia regione, inter Suſdaliam provinciam ad ortum & Tuveriam ad occaſum, cum urbe primaria cognomine. Hic Ducatus olim poſt Novogardiam magnam inter Ruſcia Principatus præcipuus habebatur, & ſecundogenitis Ducum Ruſſiæ tribuebatur: quorum poſteri à Ioanne Baſilide fuerunt eò ſpoliati, noviſſimo herede anno 1565. indignè trucidato & ſtirpe penitùs deleta.

Ant. Roſtrata villa, locus Thuſciæ, in via Flaminia, inter urbem Romam & Otriculum ad 24. mil. paſſ. cuius hodie nihil exſtat.

Ant. Roſtrum Nemaviæ, oppidum Rhætiæ, inter Auguſtam Vindeliciæ & Campodunum, variè indigitatum, a Lazio *Roſhoptem* pagus, a Simlero, *Memmingen* urbs inter Auguſtam 12. & Lindavium 6. leucis, ſeu inter Vlmam 5. & Campodunum 4. & ab aliis *Mundelheim* oppidum inter Auguſtam 6. & Lindaviam 12. leucis. Prior interpretatio magis arridet.

¶ Roſtrum Nemaviæ, oppidum aliàs Vindeliciæ, nunc Sveviæ provinciæ Germaniæ. Eſt *Mindelheim*, oppidulum cum caſtro, ad Mindelam fluvium. Vix 2. leucis diſtat a Bavaria & a Lico fluvio, ſub dominio Ducis Bavariæ, medium inter Auguſtam in Boream, & Kemptam, ſeu Campodunum in meridiem, 6. mill. Germanicis utrinque, 4. autem à Memminga in ortum.

Ant. Roſulum, *Monte Roſi*, vicus Hetruriæ, (ubi cauponæ) Sturio, & Nepitæ urbibus proximus, medius inter urbem Romam & Viterbium, 20. mill. paſſ. utrinque.

Pin. Rotanus, *Tavignani*, & aliis *Aleria*, fluvius Corſicæ, apud Aleriam urbem exciſam in ortum fluens, ex medio inſulæ profluens.

¶ Rotenbium, *Rotenby*, oppidum Sveciæ, in Blekingia provincia, & in ora maris Baltici, 7. leucis diſtat à Chriſtianopoli in occaſum, Ahuſium versùs 6.

¶ Rotenburgum, *Rotenburg*, urbs parva Germaniæ, in Svevia, ad Nicrum fluvium, qui Mediam ſecat, facitque duas urbes. Subeſt dominio Auſtriacorum, in ipſo limite Ducatus Vvirtembergici, & una leuca à Tubinga in occaſum.

¶ Rotenburgum ad Tubarum, *Rotenburg ſur le Tauber*, urbs Imperialis Germaniæ, in Franconia provincia, in colle, ſatis parvi circuitus, novem leucis à Norimberga diſtans in occaſum, & paulò minus ab Herbipoli in meridiem, Nerolingam versùs.

Belg. Script. Roterodamum, *Roterdam*, urbs Batavorum littorea, elegans, & longa, inter Dordracum & Delphos. Cujus ſit mentio lib. 4. Itinerarii:

Egregiam longamque hinc urbem Roterodamum
Navicula vecti, paucis exponimur horis.

¶ Roterodamum, urbs ampla Belgii, in Holandia provincia, emporium percelebre, Moſa & mari faventibus; eſtque ex præcipuis totius Belgii fœderati, & Deſiderii Eraſmi patria. Diſtat 5. leucis ab ora maris Germanici in ortum, & 4. à Lugduno Batavorum in meridiem.

¶ Rotevilla, *Rotvveil*, urbs parva Germaniæ, in Svevia, & Imperialis, ad Nicrum fluvium, Helvetiis fœdere coniuncta. Ad hanc cæſus Guebriantius Galliæ Mareſcallus, qui in ea obiit poſt ejus expugnationem anno 1643. Diſtat 10. leucis a Briſiaco in ortum, & 6. à Scaphuſia in Boream. Ibi aliàs Camera, ſeu Iuridica ſedes totius Sveviæ.

¶ Rotherus, *Rother*, fluvius Angliæ. Oritur in Suſſexia provincia; deinde per Cantium fluens, tandem ad Ripam oppidum Suſſexiæ in mare Britannicum ſe exonerat.

Rothomagus, *Roven*, urbs Galliæ, Normanniæ caput. Ant.
Vide Rhotomagus. De qua ſit mentio in lib. 4. Itinerarii:

Luce ſequente ægrèque incluſam montibus urbem
Rothomagum aſſequimur, celeri qua Sequana curſu.

¶ Rovinium, *Rovigno*, oppidum Italiæ, in Iſtria, & in ora ſinus Veneti, cum portu 20. mill. à Pola diſtat in Circium; ſubeſtque dominio Venetorum.

Roxolani, Roſſi Cedreno, Baſternæ, ſeu Baſtarnæ Tacito, teſte Willichio, populi Sarmatiæ Europææ, quorum Ruthenia & Ruſſia, *Ruſſen*, in regno Polonico, inter Poloniam minorem ad occaſum, & Podoliam ad ortum, ac inter Daciam, ſeu Tranſylvaniam ad meridiem, & Lithuaniam ad Arctos. Cuius metropolis Leopolis eſt.

¶ Roxolani populi fuere Sarmatiæ Europææ, ubi hodie pars ſeptentrionalis Tartariæ minoris, ſeu Præcopenſis, & pars quædam Moſcoviæ meridionalis versùs Vroniam, ſeu confinia, Sanſone & Brietio teſtibus. ptol.

¶ Royanum, *Royan*, oppidum Galliæ, in Santonia provincia, aliàs munitum, nunc disjectum, ad æſtuarium Garumnæ 4. leucis à Broagio in meridiem, & 8. infra Blabiam in Circium.

¶ Rua, ſeu Fanum S. Spiritus, *Rue*, oppidum eſt munitum Galliæ, in Picardia & Pontico tractu, intra paludes, ad Moyum amnem, una tantum leuca ab oſtio Somonæ in Oceanum Britannicum, & 4. ab Abbavilla in Boream.

Rubeacum, Ruphiana Ptolemæo, *Ruffach*, urbs Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, inter Baſileam, 5. mill. & Tabernam 10. à Seleſtadio 5. in Africum, a Mulliuſio 3. in occaſum, proxima Einshemio, milliario diſtans, urbs Epiſcopi Argentoratenſis.

¶ Rubeacum, *Ruffach*, urbs eſt parva Germaniæ, in Alſatia ſuperiori, ad Rotbacum amnem, 2. leucis à Mulhuſio in Boream, & 3. à Briſaco diſtans. Dicta fuit etiam Rufiana ab antiquis.

Rubeæ promontorium, *Dagerort*, promontorium Livoniæ, ad ſinum Venedicum, contra Oſiliam inſulam & urbem, à Vinde urbe 28. leucis in Boream. Sed Becano eſt promontorium & arx Scandinaviæ Borealiſſimum in ora Norvegiæ, *Vvardhuys*. Ortelio eſt *Nort Caep*. Inde mare Cronium incipit, teſte Solino.

¶ Rubeæ promontorium eſt Scandinaviæ Borealiſſimum, in Norvegia, vulgò *Nort Kaep*, Sanſone, Brietio, & aliis teſtibus; eſtque in Lapponia regione maximè ad Boream porrectum, juxta ſeptentrionalem Oceanum.

¶ Ruben, una ex duodecim Tribubus Iſraelitarum, inter Iordanem fluvium, et mare Mortuum ad occaſum, et Arabiam Petream ad ortum, inter eas quæ trans Iordanem Auſtraliſſima.

Rubi, Rubus libro Conciliorum, *Ruvo*, urbs Apuliæ Peucetiæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barenſi, inter Canuſium ad occaſum, et Barium ad ortum 17. mill. ab Andria 6. Butuntum versùs 9. De qua Horatius lib. ſermonum ſatyra 5.

Inde Rubos feſſi pervenimus, utpote longum
Carpentes iter:

In Theſauro Linguæ Latinæ in Campania locatur, à qua longiſſimè abeſt.

Rubico, *piſatello*, et circa ortum *Rugoſo*, teſte Gaudentio Merula, fluvius Æmiliæ, ſeu Galliæ Togatæ, apud Cæſenam urbem, vix mill. paſſ. ab ea in ortum Ariminum versùs diſtans, olim terminus Italiæ, et ubi à populo Romano Cæſari interdum ne ulterius armatus procederet, ut columna marmorea ibi erecta indicat. De quo Claud. in epiſt. ad Geunedium:

Italiæ commune decus, Rubiconis amœni
Incola.

Rubiconem eum fluvium, qui inter Savinianum & Ariminum decurrit, vulgò *Luſo*, dictum, Ariminenſes putant, quòd is Svetonio et aliis per agrum Ariminenſium fluere dicatur, cum id Plinio lib. 3. cap. 15. apertiſſimè repugnet. Nam ille ſic ex ordine fluvios recenſet, Ariminum, Apruſa, Rubicon, Sapis, etc. Eſt itaque Rubicon is qui inter Apruſam (quæ proculdubio *Luſo* quaſi *pluſo* nunc appellatur) et Sapim in mare delabitur, olimque in agro Ariminenſium non longè à Cæſena fluens, apud ortum vulgò *Rugon*, apud Ceſenates *Rubicone*, et inferiùs *piſatello* appellatur; apud mare verò amiſſo proprio nomine *Fiumeſino* nominatur, nomine à fluviolo apud Savinianum oppidum decurrente, cui miſcetur, accepto; uterque enim mare ſubit inter portum Cæſenatem, et Ariminum, inde 4. hinc 11. mill. paſſ. quemadmodum ipſi, cum Præfecturam Ordinis noſtri generalem geren-

gerentes, & per ea loca tranſeuntes, vidimus, anno à partu Virginis 1625.

Rubiginis lucus erat in Latio propè urbem Romam: de quo Ovidus lib. 4. faſtorum:

Flamen in antiqua lucum Rubiginis ibat.

Sic à rubigine quæ agros ſive fruges lædit dictus. In eo flamen ſacra faciebat, & fundebat preces pro frugum incolumitate, ut apud Ovidium.

Rubo, *Dvvina*, vel *Duna*, teſte Peucero cum Erberſtenio, fluvius Sarmatiæ Europçæ, per Livoniam fluens, ac mare Balticum ad Rigam urbem ſubiens.

¶ Rubo, *Duvina*, ſeu *Dzvvina*, fluvius amplus. Oritur in Moſcovia occidentali, vix 4. leucis à fonte fluvii Rhæ, ſeu Volgæ. Deinde per Lithuaniam fluens, ibi Vitepſcum & PolosKam urbes rigat, auſtuſque fluvii Obola, Driſſa, Dzieſna, & aliis minoribus, per Livoniam labitur juxta Duneburgum & Kakenhuſium: tandemque propè & infrà Rigam in ſinum Rigenſem, & mare Balticum ſe exonerat.

Rubra, *Solenſara*, oppidum ſeu pagus Corſicæ, in ora Auſtrali, inter Bonifacium, & Graniacum promontorium 4. mill. paſſ.

Rubra ſaxa, *Grotta Roſſa*, teſte Celſo Cittadino, locus Hetruriæ, in agro Vientium, in via Flaminia, ab urbe Roma 9. mill. paſſ. circa Cremeram. Rubræ Martiali lib. 4. epigrammate 64.

Fidenas veteres, breveſque Rubras.

Rubrenſis lacus, *le lac de Narbonne*, lacus Galliæ Narbonenſis apud Narbonem urbem, ſeu ſtagnum, per quod Atax fluvius labitur; Rubreſus Melæ, Narbonenſis Straboni, Stephano, & Suidæ. Dicitur etiam *le Lac de cap de eſtang:* & aliis *l'eſtang de la Rubine*.

¶ Rubrenſis lacus, hodie *l'eſtang d. la Rubine*, eſt oblongus, & ferè trium leucarum: versùs ſtagnum per quod deductum fuit olim à Romanis brachium Atacis fluvii, quod Narbonem rigat, vulgò *la Rubine* dictum, & cum ſtagno poſtea in mare Mediterraneum ſe exonerat.

Rubricatus, fluvius geminus: unus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Catalaunia apud Barcinonem urbem fluens, cum oppido cognomine, qui interiit, *Lobregat*, teſte Cluſio cum aliis. Alter in Africa propriè dicta, Armua Plinio, Ardalio Oroſio, & Diacono, *Ladog* Caſtaldo, & Ioanni Leoni *Iadog*, Moletio verò *Guadilbalbar*, inter Hipponem Regium, & Thabracham fluens. Prior Rubricatum Melæ.

Rubrum littus, ora orientalis Arabiæ felicis ad mare Rubrum.

Rubrum mare, Erythræum Græcis, mare quod Arabiam felicem alluit, in duoſque ſinus dividitur, Arabicum ad meridiem, & Perſicum ad Arctos. Claudianus de 4. Conſulatu Honorii:

Sidonii Rubrique maris? tribuere colorem
Phœnices.

¶ Rubrum mare, ſeu mare Rubrum, *mer Rouge*, Gallis, *mare Roxo* Hiſpanis, *mare Roſſo* Italis, dicitur aliter ſinus Arabicus; eſtque inter Arabiam felicem & petræam ad ortum, & Æthiopiam, ac Ægyptum ad occaſum. Extenditur in longum à ſeptentrione in meridiem per 1200. mill. paſſ. & ejus latitudo ubi maior vix eſt 250. mill. Separatur autem ab Oceano Arabico freto *Balal Mandad*, ſeu *Babelmandel* dicto. Sed longè diſtat à ſinu Perſico.

Rubus, urbs Apuliæ. Vide Rubi.

Rubuſtini, populi Apuliæ Peucetiæ, quorum urbs eſt Rubus.

Rucones, & Roccones, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum regio *la Rioia*, ſeu *la Rioxa*, teſte Morali, dicitur, ſeu Rivogia Latino recenti, Ioanni Marianæ, frumenti maximè ferax: cuius præcipua urbs Dominicopolis, *S. Domingo de la Calzada*, inter Burgos ad occaſum 14. mill. & Logronium in ortum 8. Scribitur etiam Ruccunes.

Ruconium, *Regen*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Tranſylvania.

¶ Rudcopia, *RudKoping*, oppidum Daniæ, in Langelandia inſula, & in eius parte occidentali 5. leucis à Naſcoa in occaſum, & 9. ab Ottonia in Eurum.

Rudiæ, Rodæi Straboni, & Rodæ Stephano, urbs Calabriæ, in Salentinis, (non in Apulia, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) patria Ennii Poetæ, exciſa, apud Lupias; locus adhuc *Ruie* nominatur, ab Aletio 2. mill. paſſ. diſtans. Cuius mem. Silius lib. 12.

Nunc Rudia ſolo memorabile nomen alumno,

Hinc Rudius, a, um, nomen gentis, ut Ennius Rudius apud Ciceronem pro Archia. Rudiæ adhuc ſuo Ennio clarent, cui triplex cor meſſe dicebatur (quod tres calleret Linguas, Græcam, Latinam, & Oſcam.) Floruit Plauti & Scipionis Africani, cui charus fuit, temporibus. Iſſe nunquam ad ſcribendum accingebat, niſi multo madidus vino, ut illi Horatius imponit in epiſtola 19. l. 1.

Rueſium, *Rieux* Mercatori, urbs Aquitaniæ epiſcop. inter Toloſam ad Boream, & Convenarum urbem ad meridiem 5. leucis. Sed Villanovano eſt *S. Flour*, urbs in finibus Arvernorum, inter illos 14. & Ruthenos 10. leucis, quod Ptolemæi deſcriptioni magis congruit.

¶ Rueſium, ſeu Rueſio, urbs eſt Galliæ Aquitanicæ, poſteà Anicium dicta, hodie Podium, *le Puy*, Velaunorum caput, nunc in Occitania, in colle, propè Ligerim fluvium, Sanſone, & Brietio teſtibus. Vide Anicium.

Rufacum, *Ruffach*. Vide Rubeacum. Eſt & Rufacum, vulgò *Ruffec*, oppidum Galliæ Aquitanicæ, inter Pictavos 14. & Engoliſmam 6. leucis.

Rufæ, Rufræ Silio, Ruffium Livio, ut videtur, oppidum erat Campaniæ, in Samnii confinio, ſive è contra Eſerniæ finitimum, Cuius hodie nullum exſtat veſtigium. De eo Virg. lib. 7. Aeneidos:

Quique Rufas, Batulumque tenent, atq; arva Celenna.

Rufi Virginii villa apud Comum, *Vico* ſuburbium, teſte Volaterrano, ubi fuit Humiliatorum cœnobium.

Ruſiana, *Oppenheim*, teſte Heroldo, oppidum Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, inter VVormaciam ad meridiem 3. & Moguntiam in Boream 2. leucis, in finibus Vangionum, non Nemetum, ut ſcribit Ptolemæus.

¶ Ruſiana, urbs Germaniæ ſuperioris, hodie eſt Rubeacum, *Ruffach*, urbs parva Alſatiæ ſuperioris. Vide Rubeacum.

¶ Rugia, *l'isle de Rugen*, inſula eſt Germaniæ ſatis ampla, in Pomerania & in ora maris Caltici, contra Sundim, continenti ferè iuncta, Principatus titulo inſignita, & ſub dominio Regis Sveciæ pace Monaſterienſi anno 1648. Ibi aliàs Arcona urbs, ampla, nunc diruta: & hodie ejus oppid. præcipuum *Bergen* dicitur. Olim multò major fuit inſ. verſus auſtrum, & inſulam Rudenam *Peene*, fluvii oſtio oppoſitam continebat. Hodie ſeptem ferè milliaria Germanica longitudine & latitudine emenſa, in aliquot peninſulas dividitur; aliàſque Danici juris fuit Rugia. Sed anno 1438. Ericus Daniæ Rex eam Pomeraniæ Duci poſſidendam reliquit; & ab eo tempore ſemper ſub Pomerania comprehenſa fuit.

Rugii, populi Germaniæ, in ora maris Baltici, quorum regio Rugia inſula, *Rugenlandt*, continenti Pomeraniæ penè juncta, contra Sundim urbem, ubi Rugium Ptolemæo urbs, quæ & Vineta, urbs exciſa in Rugia inſula, cujus adhuc manent rudera. Licet Althamerus Rugium nunc Caminum dici putet, urbs epiſcopalis Pomeraniæ, in ora, à Stetino 10. leucis in Boream & Cæciam, Iulino, cui ſucceſſit, proxima; quæ propterea novum Iulinum dici poteſt.

¶ Rugii populi fuere Germaniæ, in Vindilis, & in ora maris Baltici, ubi hodie pars Pomeraniæ ulterioris, ſeu Brandeburgici iuris, versùs fluvios Rugium, & Vipperam. Eorum oppidum fuit Rugium, hodie etiam *Rugenvvalde*, ad oſtia Vipperæ fluvii in Balticum mare, in Pomerania ulteriori. An poſtea tranſierint in Rugiam inſulam, forſan ab eis dictam, incertum eſt.

Ruguſci, Rhiguſcæ Ptolemæo, Rheni Stephano, *Rhynthaler*, & *Rhyngoevver* Simlero & Seudo, populi Rhætiæ, ad Rhenum fluvium incolentes, quorum oppidum *Ragatz* ultra Curiam ſupra 2. leucis, ubi Balnea ſalutaria. Vide Rhiguſcæ, ſeu Riguſcæ. Hos Cæſar ſub iugum Romanum miſit.

Rumanea, *Rumanheym*, teſte Pighio, pagus Germaniæ inferioris, apud Iuliacum urbem, in illius ſuburbio.

Runconia, *Roncoigen*, pagus Engoliſmenſis agri, ab Engoliſma 3. leucis, apud Rupem Focariam oppidum.

¶ Rupefucaldum, *la Rochefoucaut*, oppidum Galliæ, in Inculiſmenſis provincia, Ducatus titulo clarum 4. leucis diſtat ab Inculiſina in ortum, ad Tardueram amnem.

Rupella, Portus Santonum Ptolemæo, *la Rochelle*, urbs Galliæ Aquitanicæ maritima, propè inexpugnabilis, à Santonis 10. leucis in occaſum, à Luxiona urbe Pictonum 6. in meridiem Burdigalam versùs, à Pictavis 22.

¶ Rupella, *la Rochelle*, urbs Galliæ, clara ſuis malis, Alnetenſis tractus caput. Eſt in ora Oceani Aquitanici,

& ampla, cum portu & emporio celeberrimo, in regione perferaci, aliàs permunita, & fruſtra tentata. Sed anno 1628. fortiter expugnata fuit a Ludovico XIII. Rege Franciæ poſt longam, & celeberrimam obſidionem. Et hinc muri, & munitiones ejus diſiectæ fuere propter rebellionem. Eò translatus fuit epiſcopatus Malleacenſis anno 1649. ab Innocentio X. ideoque hodie eſt epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi loco Malleaci, 7. leucis diſtat a Broagio in Boream; 2. à Rea inſula in ortum, 4. Uliaro inſula, 3. a confinio Pictaviæ in meridiem, & 12. a Mediolano Santonum in Circium.

¶ Rupelmunda, *Rupelmonde*, oppidum Belgii cum caſtro antiquo, ſed firmo, in Flandria, ad Scaldim fluvium, ubi recipit Rupellam è regione Brabantiæ, 2. leucis ſupra Antuerpiam.

Plin. Rupera, *Rupel*, fluvius Belgii parvus, in Brabantia, in Scaldem ad Rupelmundam oppidum influens, inter Machliniam & Antuerpiam. (*Dicitur etiam Rupela.*)

¶ Rupes, *la Roche*, ſeu *la Roche en Ardenne*, oppidum munitum Belgii, in Ducatu Luxemburgico, ad Urtium fluvium. Diſtat 9. leucis à Leodio in meridiem, Baſtonacum versùs 3.

¶ Rupes, *la Roche*, oppidum munitum Sabaudiæ, in Genevenſi tractu, in colle, propè Arvam fluvium 4. leucis diſtat ab Annecio in Cæciam, & 5. a Geneva in meridiem.

¶ Rupes ad Yonem, *la Roche ſur* Yon, oppidum Galliæ, in Pictavia inferiori, Principatus titulo inſignitum. 12. leucis diſtat a Nannetis in meridiem, Lucionum versùs 5.

¶ Rupes Ferguſii, *Knocfergus*, urbs Hiberniæ, in Vltonia regione & Comitatu Antrimenſi, cum portu amplo, è regione Scotiæ 15. mill. paſſ. diſtans ab Antrimo in ortum, & 25. a Dano in Boream.

¶ Rupes Fidelis, *Pennafiel*, oppidum Hiſpaniæ in Caſtella veteri, ad Durium fluvium, 10. leucis diſtans a Segovia in Boream, & 9. a Pintia in ortum, cum caſtro aliàs munito.

¶ Rupes Magdalenæ, *la Sainte Baume*, locus Galliæ in Comitatu Provinciæ, & ſeceſſus in monte arduo, in quo S. Maria Magdalena ultimos vitæ annos ſolitariè egit; eſtque ferè medius inter Aquas Sextias, & Telonem. Dicitur aliter mons Balmæus.

Ath. ¶ Rupes Papalis, *Rocca del Papa*, aliter Arx Papalis, caſtrum eſt ditionis Pontificiæ, in Campania Romana, & in Diœceſi Tuſculana, in colle, 14. milliaribus diſtans a Roma in ortum.

¶ Rupes Regia, *Rocroy*, oppidum munitum Galliæ, in Campania provincia, & in Retelenſi tractu, juxta Arduennam ſylvam, in limite Hannoniæ, ubi Hiſpani victi & grandi clade affecti fuere a Gallis anno 1643. Diſtat 11. leucis a Retelio in Boream, 4. a Maceris & Carolopoli in Circium, 14. a Mariæburgè in meridiem, uti 6. a Philippovilla.

App. *Flor.* Rura, *Roer*, fluvius Germaniæ inferioris, ex Eyfalia regione in Moſam per Duram, Iuliacum, & Linnicum urbes Ducatus Iuliacenſis fluens, ad Ruremundam urbem Geldricam.

Ruradenſes, populi Hiſpaniæ Bæticæ, quorum pagus adhuc durat, *Rus* dictus, apud Biatiam Vandalitiæ, 3. m. paſſ. diſtans, teſte Morali.

Tac. Ruremunda, *Roermond*, urbs Belgii extrema Geldriæ, ad Moſam, ubi Ruram (unde ei nomen) fluvium excipit, epiſcop. ſub Archiep. Machlinienſi, ſub Philippo II. Hiſpaniæ rege & Belgii dominio epiſc. effecta, inter Leodium ad meridiem, & Noviomagum urbem primariam Geldriæ ad Boream 10. leucis, quot a Colonia Agrippina, ab Aquiſgrano, & Trajecto, & Iuliaco 6.

¶ Ruremunda, *Ruremond* Gallis, urbs eſt Hanzeatica Belgii, in parte ſuperiori Ducatus Gueldriæ, ſub dominio Hiſpanorum, quanquam antea capta fuerat a Batavis, qui inde ejecti fuere 12. mill. paſſ. diſtat à Venloa in meridiem.

Plin. *Ptol.* Ruſazus, ſeu Ruzaſus Plinio, *Carbon*, teſte Moletio, oppidum, & colonia Mauritaniæ Cæſarienſis maritima, inter Ruſuccoras ad occaſum 55. & Saldas in ortum 35. mill. paſſ. in Theſauro Linguæ Latinæ malè pro Ruſazus, Ruzatus ſcriptum legitur.

Ruſcia, urbs magnæ Græciæ. Vide Roſcianum.

Ruſcino, Ruſino Ptolemæo, Ruſcinus Avieno, *Rouſillon*, colonia & urbs exciſa apud Parpinianum, (quod nova Ruſcino dici poteſt) inter Narbonem ad Boream 12. & Gerundam urbem Hiſpaniæ in ortum 13. leucis, Comitatus in Gallia Narbonenſi ſub Hiſpanis, nomen adhuc antiquæ urbis retinens: cuius urbis nil extat præter turrim, *la tour de Rouſllon*.

¶ Ruſcino urbs fuit Galliæ Narbonenſis, exciſa, manet tantùm turris, dicta *Taur de Rouſſillon*, dimidia leuca a Perpiniano in ortum, ad Thetim fluvium 10. leucis a Narbone, in meridiem, Gerundam versùs 15. Erat in colle & ab ea tractus adiacens dictus fuit Comitatus Ruſcinonenſis.

Ruſcino item fluvius, Ruſcio Ptolemæo, ex monte Pyrenæo in mare per Ruſcinonem urbem inter Caucoliberi, & Salſuſas labens, Thelas Melæ, *Tet* vulgò, teſte Varrerio, & aliis *Rio di Rouſillon*.

¶ Ruſcino, fluvius Galliæ Narbonenſis, hodie *la Tet*. A quibuſdam Thetis dicitur, Perpinianum Comitatus Ruſcinonenſis caput rigat, & 2. leucis infra in mare Mediterraneum cadit.

¶ Ruſcinonenſis Comitatus, *le Comtè de Rouſſillon*, tractus Galliæ Narbonenſis, inter Occitaniam, & Cataloniam aliàs adiectus Hiſpaniæ, & effectus pars Cataloniæ. Sed Ioannes Arragoniæ Rex illum vendidit Ludovico XI. Regi Galliæ. Reſtituit eum Ferdinando Aragonio Carolus VIII. ea conditione ut Neapolitanos non iuvaret; ſed promiſſis non ſtetit, & quod offerebatur accepit. Noſtra tempeſtate à Ludovico XIII. fortiter recuperatus eſt Comitatus ille, & poſteà anno 1759. Franciæ regno coniunctus fuit pace ad Pyrenæos confecta. Comitatus hic Ruſcinonenſis extenditur ad 18. leucas Hiſpanicas ab ortu in occaſum. Terminatur ab ortu mari Mediterraneo, a ſeptentrione Occitania, ab occaſu Ceretania & a meridie Catalonia, à qua ſeparatur Pyrenæis montibus. Eius primaria urbs eſt Perpinianum. Sunt etiam in ea provincia urbes Helena Caucoliberis, Ceretum, Francavilla ad Confluentes, & Salſulæ arx munita.

Ruſconia, Ruſcinona etiam apud Livium, Ruſtonium Ptolemæo, Rungoniæ Antonino, *Moraſus*, & *Temen de Fuſt*, teſte Marmolio, colonia & urbs Mauritaniæ Cæſarienſis (non Tingitanæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) maritima, inter Icoſium ad occaſum & Ruſuccurum ad ortum; a Julia Cæſarea 78. mill. paſſ. in ortum.

Ruſcurium, Ruſucurrum Antonino, & Victori Vticenſi, Rhuſuccoræ Ptolemæo, *Garbel*, teſte Moletio, urbs & colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, (non Tingitanæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) inter Ruſconiam ad occaſ. 48. & Saldas ad ortum 90. mill. paſſ. epiſcop. olim ſub Archiep. Cæſarienſi.

Ruſcurum, ſeu Ruſuccurrum, hodie, teſte Sanſone, eſt *Alger*, urbs ampla Barbariæ, regni cognominis caput, cum portu capaci & arce munita: ſed piratica infamis eſt. Dicitur Algerium a recentioribus, 110. mill. paſſ. diſtat à Bugia ſeu Saldis in occaſum, & 110. a Teneſa in ortum, uti 40. à Sarſela.

Ruſellæ Ruſellana colonia Plinio, Roſellæ Antonino urbs Thuſciæ everſa, apud montem Tuniatum inter illum & Roſetum urbem, adhuc *Roſella* nominatur.

¶ Ruſellæ urbs fuit Hetruriæ diruta, cujus rudera hodie *Roſelle* dicta, vix 2. mill. à Roſſeto diſtant Senas versùs, & 3. a lacu Caſtillioneo in ortum, in maritimo tractu Senenſi, non verò ad montem Tuniatum.

Ruſellana, ſeu Roſellana balnea, *Bagni di S. Philippo*, teſte Leandro, in Hetruria, ad montis Tuniati radicem, a Radacophano oppido 4. mill. paſſ. nomen à Divo Philippo Ordinis Servorum, qui ibi vitam ſolitariam duxit, habentia. *Aim.*

Ruſibis, Ruſubis Victori Vticenſi, Rutubis Plinio, *Omirabi*, ſive *Vmarabea*, teſte Marmolio, portus, & oppidum Mauritaniæ Tingitaniæ, ad Cuſæ oſtium in mare Atlanticum labentis: ubi Thymaterium urbs, *Azamon* vulgò, ab Atlante monte 120. mill. paſſ. in ort. versùs Herculis columnas.

Ruſicada, *Eſtora*, ſive *Stora* Marmolio, & Moletio, oppidum Africæ propriæ maritimum, apud Cullu urb. inde 50. mill. paſſ. in ortum, Hipponem versùs 120. ferè. *Mer.*

* Ruſicibar, Ruſubricari Antonino, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis maritimum, apud Ruſconiam, ab ea 24. mill. paſſ. in ortum, Ruſuccorum versùs totidem (* In Seld. manuſcr. *Poiſicybar.*) *Plin.*

¶ Ruſicibar, ſeu, & meliùs, Ruſubricari, eſt *Sarcelle*, ſeu *Sercelle*, oppidum amplum regni Algerii, in ora maris Mediterranei, cum arce, & portu capaci; diſtatque 28. mill. a Ruſuccuro, ſeu Algerio in occaſum.

¶ Ruſipiſis, Africę urbs in Mauritania Cęſarienſi, hodie

Tede-

Tedeles, teſte Sanſone, oppidum eſt in regno Algerii, & in ora maris Mediterranei, cum portu; diſtatque 18. leucis ab Algerio in ortum, Saldas verſùs paulò plus. Dicitur etiam *Tadeles*.

Ruſium, *Ruſio*, (non *Puſio*, uti legit Sophianus) Topiris Ptolemæo, Doberus Thucydidi, Toprus Procopio, urbs Thraciæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Trajanopolitano, inter Philippos 38. & Maximianopolim olim Porſulas 26. ab Hadrianopoli 169. mill. paſſ. in meridiem, & Africum.

¶ Ruſium, ſeu Topirus, aut Doperus, urbs Thraciæ cis Rhodopen 90. mill. diſtat ab Adrianopoli in Africum, & 8. ab ora maris Ægæi in Boream.

¶ Ruſna, *Ruſſe*, fluvius Poloniæ, in Pruſſia Ducali, olim Chronus dictus. Oritur in Lithuania, ubi *Niemen* vocatur; recipitque Sezaram, & Viliam, deinde partem Samogitiæ auſtralem rigat; & tandem *Ruſſe* dictus, in Curonenſem ſinum ſe exonerat quinque oſtiis.

* Ruſpæ, *Esfacus*, teſte Marmolio; urbs Africæ maritima, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, inter Ruſpinam ad occaſum & Theænas ad ortum: cuius Epiſcopus fuit S. Fulgentius. Aliis *Alſaques* dicitur. (* *Poype*. In Saldeni manuſcripto.)

¶ Ruſpæ, urbs Byzacenę, hodie *Aſſachus*, in regno Tunetano, & in ora Syrtis minoris ſeu Capſi ſinus, 70. mill. paſſ. à Ruſpina in meridiem diſtans.

Ruſpina, *Mahadia* Moletio, urbs Africæ maritima, inter Hadrumetum ad occaſum & Ruſpas magis diſtantes in ortum. Cujus meminit Silius lib. tertio:

Quaque procul cernit non æquos Ruſpina fluctus.

Ruſpina, urbs Africæ, in Byzacena regione, hodie, teſte Sanſone, eſt *Souſe*, urbs ampla regni Tunetani, in ora littorali maris Mediterranei, cum portu, media inter Mercurii promontorium in Boream, & Syrtim minorem ad auſtrum. Diſtat 40. milliar. paſſ. ab Adrumeto in ortum, & totidem à Thyſdro in Boream.

¶ Ruſſia Alba ſeu Moſcovia, *la Ruſſie*, quę aliter *la Ruſſie blanche, ou Moſcovie*, regio perampla Europæ, quæ aliàs Sarmatia dicta fuit, inter Oceanum Septentrionalem ad Boream, & Tartariam minorem ad meridiem; cuius incolæ Rutheni, & Ruſſi, *les Roux*, dicuntur. Eius primaria urbs eſt Moſcua, à qua tota regio Moſcovia dicitur. Vide ibidem.

¶ Ruſſia Nigra, *la Ruſſie noire*, ſeu *la petite Ruſſie*, provincia eſt regni Poloniæ, verſùs auſtrum, inter Poloniam ſuperiorem ad occaſum, & Volhiniam, ac Podoliam inferiorem ad ortum. A ſeptentrione habet Poleſiam, & à meridie ſeparatur Carpato monte ab Hungaria ſuperiori, & Tranſylvania. Eius primaria urbs eſt Leopolis, *Lvvovv*, quæ ab ea etiam ſæpe dicitur à Germanis *Ruſſelemburg*. Aliæ urbes ſunt Belza, Chelma, Premislia, Iaroslavia, & Zamoſcia. Ibi fuere aliàs Peucini populi, ex parte.

Ruſticiana, *Galiſteo*, teſte Iacobo Delgado, oppidum Hiſpaniæ, in Vettonibus, apud Placentiam urbem, ab ea 3. leucis, inter Emeritam ad Auſtrum 23. & Albam Tormenſem in Boream verſus Salmanticam 21. in regno veteris Caſtellæ. Aliis putatur *Ciudad Rodrigo*.

Ruſtonium. Vide Ruſconia.

¶ Ruſubricari, urbs Africæ, hodie *Sarcel*. Vide Ruſicibar.

Ruteni. Vide Rhuteni.

¶ Rutlandia, *Rutland shire*, provincia parva Angliæ inter Leiceſtriam ad occaſum, Lincolniam ad ortum, & Northantoniam provinciam ad meridiem. Ibi tantùm caſtrum *Oukam* dictum.

Ruttis, ſylva in Belgio, apud Trajectum ad Moſam. De qua in vitis Sanctorum.

Rutuba, *la Rotta*, fluvius Liguriæ, ex Apennino monte in mare Liguſticum apud Vintimilium urbem deſcendens. Lucanus lib. 2.

Unda facit, Rutubamque cavum: delabitur inde.

Rutubis fluvius Mauritaniæ Tingitanæ *Omirabi*, cum urbe *Azamor*. Vide Ruſibis, & Thymaterium.

Rutuli, populi Latii, quorum Ardea caput, & metropolis fuit. De quibus Virgilius libro 9. Æneidos, & alibi ſæpius:

Amplius audaces Rutuli, ſed pellere vallo
Miſſilibus certant.

Rutunium, *Routon* adhuc, teſte Camdeno, oppidum vel caſtrum Albionis, in Anglia, in Comitatu Salopienſi, medium ferè inter Mediolanum ad Boream, & Uriconium in auſtrum, ad 12. mill. paſſ. ab Eboraco 140. in Walliæ confinio.

Rutupæ, Ritupis portus Antonino, Rutupi Oroſio, *Repcheſter* Lhuydo, *Richoborovv* Talboto, & Camdeno, portus, & oppidum Albionis, in ora Angliæ, exciſum, apud Sanduicum portum, & oppidum, (durat loco nomen) a Darverno 12. mill. paſſ. in Boream, à Cantuaria eodem diſtans intervallo. Aliis eſt Roffa urbs, vulgò *Rocheſter*, Hinc Rutupinus nomen gentis. Auſonius in Catalogo urbium, de Aquileia:

Puniſti Auſonio Rutupinum marte latronem.

Lucanus lib. 6.

Aut vaga cum Tethys, Rutupinaque littora fervent.

Ryphæi, populi & montes Scythiæ. Vide Riphæi Claudianus in Eutropium lib. 2.

Non tibi Ryphæis hoſtis quærendus ab oris.

* Ryſſadirum, Ruſader Antonino, Ruſardir Plinio Ptol.
(ſed Ruſadir legendum) non Riſardir, ut in Theſauro Linguę Latinæ, *Melilla*, teſte Marmolio, colonia, & urbs Mauritaniæ Tingitanæ, cis Herculis columnas, maritima, in Cæſarienſis confinio, apud Metagonitem promontorium *Deyrat Milila* incolis, & ſub Hiſpanis, inter Malvam fluvium, qui Tingitanam à Cæſarienſi ſeparat, ad ortum 63. & Abylam unam ex columnis Herculis ad occaſum 190. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, à Ferdinando Rege Catholico expugnata. (* *Pyſaderon* in Seldeni manuſcripto.)

Ryſſadium, *Capo verde*, teſte Nigro, promontorium Libyæ interioris, ad Oceanum Atlanticum, ultra inſulas Fortunatas 300. leucis Hiſpanicis in auſtrum: quod alii Heſperium Ptolemæo dictum volunt. Vide ibid.

¶ Ryſſadium, promontorium Africæ, hodie *Cabo de Riogrande*, in Nigritia regione, inter Arſinarium promontorium in Circium, & Heſperi cornu in Eurum, prope ramum Nigri fluvii, *Rio grande* dictum.

Rzecica, *Rzecyck*, oppidum amplum Poloniæ, tractus cognominis caput, in Lithuania, ad Boryſthenem fluvium 10. leucis Polonicis diſtat à Rohaczovia in meridiem & 1. à Czerinhovia in occaſum.

S

¶ SAada, *Saada*, urbs Aſiæ, in Arabia felici, in Sel.
mediterraneis, aliàs forſan Sabatha dicta 300. mill. ab Adeno in Boream.

Saalim oppidum fuit Palæſtinę, in Iudæa, apud Eleutheropolim urbem, inde 7. mill. paſſ. in occaſum.

Saba, *Zibit* Moletio, & aliis, urbs magna Arabiæ felicis, in monte, regia Sabæorum, ubi thus, myrrha, caſia, & cinnamomum abundè proveniunt. Aliis *Siban* eſſe videtur. Hinc Sabæi populi memoratiſſimi; de quibus infrà. Sabæ Stephano ad Mare Rubrum.

Saba altera, *Simiſchachar*, urbs Arabiæ deſertæ, ab Hieroſolymis 180. mill. paſſ. in ortum diſtans. Eſt & Saba apud Ioſephum, urbs regia Meroes inſulæ, olim Candacis Reginæ ſedes.

¶ Saba, *Saba*, inſula parva Americæ ſeptentrionalis, & una ex Antillis inſulis, in mari Boreali, ſub dominio Holandorum, vix 20. mill. paſſ. diſtans à parte occidentali inſulæ S. Chriſtophori.

Sabæ, populi Indiæ citerioris, apud Dionyſium Afrum:

Toxilus inter quos habitat cum gente Sabarum.

Sunt item populi Perſidis, Paſargadis finitimi, ut idem Dionyſius teſtatur:

Littora poſtremi tangunt Auſtralia Perſæ
Prima parte Sabæ.

Sed hos Sabæos appellat Ptolemæus, Suzæis finitimos.

Sabæi, populi Arabiæ felicis, omnium ditiſſimi, quorum metropolis eſt Saba, & regio Sabæa, *Zibit*, ut Moletio, & aliis videtur. Sed Sabæi, ex Mela, oram Arabiæ apud os ſinus Perſici incolunt; *Zibit* verò longè inde diſtans ad oram ſinus Arabici accedit. Niſi fortè alii ſint huius nominis populi. De quibus Virg. lib. 1. Georg.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabęi.

¶ Sabagena, Armeniæ maioris urbs, in Præfectura Lavinianenſi, teſte Ptolemæo.

Sabaiticum os, * Sebaſticum Ptolemęo, locus Aethiopiæ; ad fauces ſinus Arabici, (* *Sabaſtricon* in Seldeni manuſcripto.

¶ Sabalaſſa, unum oſtiorum Indi fluvii, teſte Ptolemæo.

Sabalingii, populi Germaniæ, inter Cimbros à quos *Jut-*

H 4 *lander*

lander cum Gutis, & Vitis Gaſparus Peucerus interpretatur.

Sabana, *Saendobar* Mercatori, urbs aureæ Cherſoneſi.

¶ Sabaracus, ſinus Aſiæ, in India extra Gangem, hodie eſt *Golfe de pegu*, ſeu etiam *de Martavan*, ab urbibus adiacentibus ſic dictus; eſtque pars ſinus Gangetici versùs auream Cherſoneſum.

Sabaria, Colonia Sabaria Claudiana Auguſta in veteri inſcriptione, *Stain am Angern* Germanis, *Szombatel* Hungaris, teſte Lazio, urbs Pannoniæ ſuperioris, ad fluvium cognominem, inter Sopronium ad occidentem, & Veſprinium ad ortum 9. leucis, à Iaurino 6. in meridiem, patria D. Martini (Turonenſis Epiſcopi.)

Athe. ¶ Sabaria urbs eſt Pannoniæ, quæ Cluſio, & Lazio eſt *Stain am Angern*, oppidum Hungariæ, in Comitatu Caſtriferrenſi, & in limite Auſtriæ inferioris, 6. leucis a Soproniọ in Eurum, Veſprinium versùs 12. & 8. ab Arrabone in meridiem. Sed Cluverius putat Sabaria eſſe hodie caſtrum *Servvar*, Germanis *Rothenturn*, 3. leucis infra *Staim am Angern* in Eurum, & ad confluentes Sabariæ fluvii in Arrabonem.

Sabaria, fluvius, *Gunſſ* Germanis, *Benges* Hungaris, fluvius Pannoniæ, Sabariam urbem alluens, & in Arrabonem influens.

App. Flor. Sabata, Sabatia Melæ, *Sabaza*, vel *Sabaz*, (non *Savona*, ut putat Leander, neque *Vai*, ut ſcribit Niger) urbs Liguriæ, in ora, apud Vada Sabatia, exciſa prorſus, à Savona parum cum Vadis diſtans. Populi Sabatii Straboni.

Tac. Sabata item Straboni oppidum Hetruriæ, ad lacum Sabatium, ſeu Sabatinum, vulgò nunc *Bracciano*, ab urbe Roma 25. mill. paſſ. Vide Brygianum, & Arcennum.

¶ Sabata, ſeu Sabate, oppidum fuit Hetruriæ nunc exciſum, ubi Eccleſia S. Marciani, 3. milliaribus in Circium a Braceno, ſeu Braciano, quod ex ejus ruinis crevit, & vix 2. a lacu Sabatino ab eo dicto; hinc etiam Sabantia tractus adiacens.

Sabatium vadum, Vada Sabatia Straboni, & Vada ſimpliciter Ciceroni, *Vai*, portus Liguriæ, apud Sabatam urbem, (ſolo æquatam, ſine incolis) a Savonia 3. mill. paſſ. in occaſum Naulium versùs diſtans.

Plin. Ptol. ¶ Sabatium vadum, ſeu Vada Sabatia, *Vadi* ſeu *Vado*, oppidulum eſt Liguriæ, cum portu, & arce permunita in clivo, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis,

Sabathra, *Sabara*, teſte Moletio, urbs Arabiæ felicis, regia, in mediterraneis. Sabatha quoquæ Zoſimo oppidum Mediæ, Seleuciæ proximum, ad tringita ſtadia diſtans: quod potiùs in Aſſyria, quàm in Media.

¶ Sabathra, urbs Arabiæ felicis. Forſan *Saada*, hodie dicitur.

Ptol. Sabathra, Sabatra Plinio, *Rakianabes* Villanovano, *Saxambis* Moletio, Colonia & oppidum Africæ maritimum apud Girbam inſulam, inter Tacapam ad occaſum, & Tripolim ad ortum, a Lepti magna 130. mill. paſſ. in occaſum ex Itinerario Antonini, ſed videtur error in numeris, cum longè minor ſit diſtantia.

¶ Sabathra, ſeu, & meliùs, Sabrata, hodie *Tripoli vecchio* dicitur, & ferè in ruinis iacet, quanquam portum habeat capacem in ora maris Mediterranei, 70. mill. paſſ. à Tripoli novo, olim Oea, in occaſum, Tacapam versùs 180. in Tripolitana regione.

Beſta. Pom. Sabatia, *Paeſe di Bracciano*, regiuncula Tuſciæ, circa lacum Sabatinum, in urbem Romam ad ortum, & Tarquinios ad occaſum.

¶ Sabatia, *il Ducato di Bracciano*, tractus Tuſciæ, in provincia Patrimonii S. Petri, & in ditione Pontificia, Ducatus titulo inſignitus gentis Urſinæ, versùs oram maris Tyrrheni, & lacum Sabatium, ubi oppida Bracenum, & Anguillaria, ac Palum caſtrum, cum plurimis villis extenditurque ad aliquot milliaria. Ibi aliàs Sabata oppidum præcipuum.

Sabatienſes, populi, qui Anguilarii cognominantur in libris Digeſtorum, ad lacum Sabatinum, *Paeſe di Anguillara*.

Sabatii, populi, & urbs Liguriæ, in ora, apud Savonam, exciſa. Vide Sabata.

Ant. Sabatinca, *Slaming*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Carinthia, exciſum; manet locus apud vallem *Dienten*, inter Clagenfurtum, & Idunum ſex leucis, a Vacorio duodecim.

¶ Sabatinca, oppidum quibuſdam eſt *Iudenburg* in Stiria, ad Muram. Sed Cluverio eſt vicus *Sunebenkirch*, in Stiriæ Ducatu, 7. mill. paſſ. ab oppido *Muravv* in meridiem, in ipſo limite ditionis Saliſburgenſis & Carinthiæ Ducatus.

Sabatinus lacus, Sabatus Feſto, Sabata Straboni, Tarquinenſis Plinio, lacus Hetruriæ, inter Romam & Tarquinios ad 25. mill. paſſ. *Lago di Bracciano*, & *Lago di Anguillara*, Stagna Sabatia Silio lib. 8.

Quique tuos Flavina focos, Sabatia quique
Stagna tenent.

¶ Sabatinus lacus dictus fuit etiam Triangularis, nunc *Lago di Bracciano* ab oppido adjacente; & ex eo effluit Elaro fluvius.

¶ Sabaudia, *la Savoye*, Italis *Savoja*, regio eſt Galliæ Narbonenſis, ubi aliàs Allobrogum pars Borealis & Centrones. A ſeptentrione terminatur Lemano lacu & Rhodano fluvio, ab occidente Rhodano, à meridie Delphinatu, & ab ortu Pedemontio & Valeſia, à quibus ſeparatur Alpibus. Subeſt proprio Principi, qui inde Dux Sabaudiæ dicitur, cui etiam paret Pedemontium; & tota montibus altiſſimis referta eſt. Ejus partes ſunt ſex, nempè Sabaudia propria, *la Savoye*, Gevenenſis Comitatus, *le Genevois*, Mauriana, *la Maurienne*, Tarantaſia, *la Tarantaiſe*, Foſſiniacum, *le Foſſigoy*, & Caballicus tractus, *le Chablais*. Totius regionis caput eſt Camberiacum, *Chambery*. Sed Monmelianum arx eſt munitiſſima.

(*Sabaudiæ urbes*:

Annecium, Annecy.
Camberium ſeu Camberiacum, Chambery.
Cluſa, Cluſe.
Fanum S. Joannis, Saint Jean, *in Mauriana valle.*
Monmelianum, Montmelian.
Monaſterium, Mouſtiers, *in Tarentaſia.*
Thononium ſeu Tunonium, Thonon.)

Sabbaticus, fluvius Syriæ, inter Arcam & Raphaneam urbes Phœnicis fluens in Caſiotide regione, qui Sabbato à curſu quieſcere fertur, teſte Joſepho.

Sabbatus, fluvius Italiæ geminus: unus Irpinorum, juxta Beneventum cum Calore (cui adjungitur) fluens, ac in Vulturnum influens; quem Ortelius in Brutiis non ſine manifeſto errore reponit. *Sabbato* etiam vulgò dicitur. Alter Brutiorum, per Calabriam citeriorem in ſinum Terinæum inter Mattoranum & Lametiam labens; qui & Ocinarus Lycophroni, teſte Gabriele Barrio, dicitur, vulgò *Savuto*, cum pago cognomine.

¶ Sabbi populi, qui & Mendaii, vulgò vocantur Chriſtiani S. Joannis; habitantque in Perſia, ubi Tigris & Euphrates fluvii confluunt propè Baſſoram urbem & ſinum Perſicum.

¶ Sabe, urbs Aſiæ, in Arabia felici, & in ora ſinus Arabici, hodie *Dhafar* ſeu *Tacſeb*, regni Tehamæ caput, teſte Sanſone.

Sabelli, Sabelles Horatio, populi Italiæ, qui aliis Sabini dicuntur. Lucanus lib. 2.

Tunc Umbris Marſiſque ferax, domituſque Sabello
Vomere.

¶ Sabellum, *Savello*, caſtrum ditionis Pontificiæ, in Campania Romana, nunc incolis omnino vacuum, & ſemidurutum, in colle. Hinc dicta Sabella domus Romana. Strab.

Sabi, populi Phrygiæ, qui & Bacchi. De quibus pauca habet Stephanus, eos ſolùm commemorans. Strab.

¶ Sabina, *la Sabina*, provincia Italiæ, in ditione Pontificia. Vide Sabini.

Sabini, populi Italiæ notiſſimi, inter Latium, Umbriam, Hetruriamque contenti, Aniene, Tiberi, Nare, Valinoque fluvio, comprehenſi, ſic à Sabo, Sabatii à Saturno ejecti filio, dicti, vulgò adhuc *li Sabini*: quorum regio Sabinia Straboni, Sabinus ager Ciceroni, *la Sabina*, in qua Reate ſola urbs epiſcopalis, & Manliana, in qua Epiſcopus Sabinus, ſive illius Vicarius, reſidet. Virgilius lib. 2. Georgicorum: Strab. Plin. Liv. & al.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.

A cultu Deorum dicti ſunt, teſte Feſto, *apo ton ſibiſthos*, id eſt, venerari. In Sabinis infantem natum incertum utrùm mas eſſet vel fœmina, & Fruſinone agnum ſuillo capite, refert Livius lib. 1. decadis 4. Inter Sabinos Clodius excelluit, à cauſis forenſibus ad elegias ſcribendas converſus. Scripſit & de bello Trojano verſibus, immatura morte ſublatus.

¶ Sabini, populi Italiæ, aliàs longiùs extendebantur, nempè ab Apennino ad Boream uſque ad Tiberim & Anienem fluvios ad meridiem: ubi hodie Sabina provincia, pars orientalis Umbriæ, & aliqua pars Aprutii ulterioris; erant-

erantque diviſi in duas partes Velino fluvio. Nunc autem anguſtioribus reſtringitur limitibus Sabina, nempè Tiberi fluvio ad occaſum, Aniene ad meridiem, Nare & Velino fluviis ad Boream, & Aprutio ulteriori ad ortum. Eius præcipua urbs eſt Manliana, *Magliano*, ad Tiberim. Regio vulgò *la Sabina* dicitur ab incolis, & *la Sabine* a Gallis; ſubeſtque dominio Summi Pontificis. Sed Reate hodie eſt in Umbria.

Sabiona, *Siben* nunc, urbs Norici, in Comitatu Tirolenſi, exciſa, olim epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, (Sublavino Antonino) apud Brixinam urbem, quæ illi ſucceſſit, 10. leuc. diſtans, nunc pagus.

¶ Sabiona, ſeu Sabona, urbs, fuit Rhætiæ, hodie pagus Comitatus Tirolenſis, 10. mill. paſſ. ſupra Brixinam, ad Eyſochum fluvium, ubi aliàs Sebatum, teſtibus Simlero, & Paulo Diacono.

Sabis, *Sambre*, teſte Iacobo Leſſabæo, fluvius Belgii, ex Territorio Cameracenſi per Hannoniam, et epiſcopatum Leodienſem in ortum fluens, Moſæque ad Namurcum urbem congrediens: Saba Fortunato, qui ſic de eo & aliis fluviis lib. 7.

Iſara, Sara, Charus, Schaldis, Saba, Somena, Sura.

Sabis item Plinio fluvius Carmaniæ, in ſinum perſicum influens: cuius oſtia a Perſidis confiniis 100. mill. paſſ. diſtant, teſte Plinio.

¶ Sableſtania, *Sableſtan*, provincia Perſiæ in mediterranis, ubi olim Caramania deſerta, ſeu Borealis, intra montes; eſtque inter Chorazaniam ad Arctos & provinciam *kermon* ſeu Caramaniam propriam ad meridiem. Eius urbes ſunt *Zarans*, *Boſt*, & *Nebeſaet*, teſte Ioanne Perſa.

Sablones *Sambeeck*, teſte Simlero pagus Germaniæ inferioris, ad Moſam, apud Genepiam, medius inter Venloam & Noviomagum urbes Geldricas, 4. leucis diſtans, non apud Traiectum, ut ſcribit Ortelius, cui videtur *Santen* urbs Clivienſis Ducatus: ſed ſitus ex Itinerario Antonini repugnat.

¶ Sablones oppidum fuit Menapiorum, inter Moſam, & Ruram, ubi hodie vicus *Intſand*, prope oppidum *Stralen*, in Gueldria ſuperiori, inter Gueldriam ad ortum & Venloam ad occaſum.

¶ Sabolinum, *Sablè*, urbs parva Galliæ, in Cenomanenſi provincia, ad Sartam fluvium. 8. leucis diſtat ab Andegavo in Boream, Cenomanum verſùs totidem.

Sabora, *Cannate*, teſte Morali cum Mariana ex antiqua tabula ænea, oppidum Hiſpaniæ Beticæ, in Vandalia, ad Malacam urbem. Cuius populi Saborenſes ex eadem tabula.

Sabrata. Vide Sabathra.

Sabriana, Sabrina Tacito, *Sevarne* Anglicè, vel *Severn*, & *Hafren* Britanicè, teſte Lhuydo, ac Camdeno fluvius Albionis ingens, Angliam a Walia ſeparans, in ſinum Sabrianum ad Briſtolium urbem influens, aliquot urbibus irrigatis, in quibus Salepia.

Sabrina, *Severne* Anglis, *Saverne* Gallis, fluvius eſt Angliæ celeberrimus. Oritur in Walia Boreali, in Comitatu Mongomerienſi, ex monte *plymllimon* dicto, & paulò poſt auctus aliquot fluviis, & per Angliam fluens, Salopiam rigat, et Vigorniam. Hinc paulò infra auctus Tendo fluvio, uti & Avona; ad Theocicuriam juxta Gloceſtriam labitur, & receptis Vaga fluvio VVallIæ et Avona fluvio, qui Briſtolium rigat, ſinum Sabrianum efficit, *Severne flud*, inter VValiam & Cornubiam, ubi etiam paulò infra *Manche de San George* dicitur.

¶ Sabuloneta, *Sabioneta*, oppidum munitum Italiæ, in Longobardia, cum arce valida & Hiſpanorum præſidio. Eſt inter Ducatum Mantuanum ad ortum, & agrum Cremonenſem ad occaſum], et 25. milliar. diſtat a Cremona in ortum, et 15. a Parma in Boream Mantuam verſùs. Antea ſuberat Duci è gente Caraffa, cum tractu parvo adiacente, nunc Ducem agnoſcit Hiſpanum è Gente Guzmanorum.

Sacæ, populi Aſiæ, inter Sythiam citeriorem ad Boream, & Indiam citeriorem ad meridiem, Sogdianis ad occaſum finitimi, (quorum ragio *Belor* Mercatori) ſine urbibus, unde Nomades per deſerta habitantes appellantur. De quibus Dionyſius Afer:

Inde Sacę certis nimium gens dura Sagittis.

¶ Sacæ populi fuere Scythiæ intra Imaum montem inter Alanos Scythas, Jaxartas, et Orgaſos, ubi nunc Chazalgitæ, populi Tartariæ magnæ, teſte Sanſone.

¶ Sacaia, *Sacay*, urbs ampla Iaponiæ in Niphonia inſula, et in Ietzena regione, cum portu capaci 45. mill. paſſ. circiter à Meaco in meridiem, teſte Brictio.

Sacala, locus Indiæ citerioris, circa oſtium Indi fluvii occidentale.

Cacarauzæ, Sagaraucæ Ptolemæo, populi Scythiæ citerioris. *Arri.*

Sacarbantia. Vide Scarabantia, ut in Codice Græco. *Oroſ.*

Sacazama, *Zedic*, teſte Marmolio, pagus Africæ, ad Syrtim magnam, inter Macomacam villam ad occidentem, et Pyrgon Euphrantam ad ortum, Aſpidi proximus. *ptol.*

¶ Sacca, *Sacca*, urbs Siciliæ, in ora Auſtrali inſulæ, et in Valle Mazaræ, veteribus Thermæ Selinuntiæ, cum portu, 22. mill. a Mazara diſtans in ortum, Agrigentum verſùs, 40. Arcem habet ſatis inſtructam.

Sacellum Sibyllæ, Thalamus Sibyllæ Ariſtoteli, Antrum Cumanum Capellæ et Antrum Sibyllę Virgilio, *la Grotta della Sibilla*, ſpelunca Campaniæ, apud Avernum lacum, inter puteolos & Cumas quaſi 3. mill. paſſ. in ſaxo duriſſimo excavato, quæ etiam Tecta Sibyllæ Statio dicitur, & Antrum divinatorium Maximo Tyrio; ibi enim Sibylla Cumana morabatur. *Sol.*

Sacer collis & mons Latii in Sabinorum confinio, apud Anienen fluvium, ab urbe Roma paulò ſuprà 3. mill. paſſ. ubi fluv. Tiberim ſubit. Qui Iovi ſacer erat. *Cic. Liu. Feſſ.*

Sacer lucus, *Selva de Hami*, teſte Scipione Mazzella, ſylva Campaniæ; apud oſtia Liris, à Minturnis urbe exciſa 3. m. paſſ. diſtans. *Strab.*

Sacer mons, *Monte di Ceſena*, mons Æmiliæ, Ceſenæ urbi immminens, vitifer et olivifer.

Sacer mons item, *Pico Sagro*, Morali, & aliis, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis, inter Compoſtellam & Auriam urbes, in quo aurum fulgure detegi Iuſtinus refert. Sed Iuſtinus illum non in Hiſpania Tarraconenſi, at in Luſitania locat. Is pyramidis ſpeciem refert. *Vet. nſ. Iuſcis.*

Sacer portus Scythiæ Europææ, apud Getas, ubi Zamolxis Scytharum Legislator habitavit. *Strab.*

Sachalites ſinus, *Golfo di Sachalat* ex tabula recenti, teſte Moletio, ſinus Arabiæ felicis in ora orientali, apud Syagrum promontorium, ubi Sachalitæ populi & Sachalitis regio, cum urbe cognomine, *Sachalat*, in ora maris Rubri, inter fauces ſinus Arabici ad meridiem 250. & fauces ſinus Perſici in Boream 165. leucis Hiſpanicis. Horum regio hodie in regno Fertacenſi contineri videtur. *ptol. plin.*

Sacili, Sacilis Ptolemæo, *Alcorrucen*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in regno Granatenſi, in finibus Turdulorum.

Sacillum, *Sacile*, urbs olim epiſcopalis ſub Patriarcha Aquilejenſi, in Venetia, apud Linquentiam fluvium, in Carnorum confinio, (cujus Epiſcopus Sacillanus à Sigonio memoratur) nunc oppidum amplum & præclarum Marchiæ Tarviſinæ, à Ceneta urbe 12. mill. paſſ. in ortum, Utinum verſùs 40. à Tarviſio 23. Coneglanum in medio. *Libr. Conc.*

¶ Sacillum, *Sacile*, oppidum eſt Marchiæ Tarviſinæ, in dominio Veneto, & in ipſo limite Foro-Julii, 23. m. à Tarviſio in Boream, uti 36. à Venetia.

Sacra ficus, ſuburbium Athenarum, quà Eleuſinem ibatur. *phil.*

Sacra inſula, *Paludoſa*, inſula apud oſtia Tyberina, quam Tyberis in duo diviſus efficit inter Oſtiam, & Portum urbes ſolo æquatas. *proc.*

¶ Sacra inſula nunc etiam *Iſola ſacra* dicitur; eſtque inſula parva Latii, in limite Hetruriæ, inter duo oſtia Tiberis fluvii, in ora maris Tyrrheni; & extenditur tantùm ad duo milliaria.

Sacra via, gemina: una in Attica, quæ Eleuſine Athenas ducebas; altera in Peloponneſo, inter Elidem & Olympiam urbes. Sacra item via Varroni in urbe Roma, quæ ab amphitheatro coloſſeo in Capitolium ducebat: cujus accolæ Sacravienſes, teſte Sexto Pompejo, dicebantur. Hic Romulus, & Tatius fœdus iniiſſe feruntur. *Ath.*

Sacrani, populi Latii, Rutulis & Ardeatibus proximi, ſic à ſacrando Marti dicti: quorum meminit Virg. lib. 7. Æneidos:

Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici. *App.*

Sacri portus, locus Latii apud Præneſtem urbem, ubi Marius ab hoſtibus oppreſſus eſt. *Plut.*

Sacrum Cereris, *Sancerre*, oppidum Galliæ Celticæ, in confinio Nivernenſium, à Bituricis decem leucis.

¶ Sa-

¶ Sacrum Cereris, ſeu Sacro-Cæſarianum quibuſdam; *Sancerre*, oppidum eſt Bituricenſis provinciæ, in colle, ad Ligerim fluvium, aliàs munitum, cum arce. Sed munitiones diſiectæ fuere poſt ejus expugnationem propter rebellionem, 9. leucis diſtat à Niverno in Boream, & 7. à Bituricis in ortum, & in ejus obſidione famem Saguntinam paſſi ſunt.

Tac. Sacrum nemus, *Scakerbuſch*, teſte Althamero, aliis *Schakenboſch*, ſylva Batavorum in Hollandia, apud Ageducem pagum, inter Lugdunum, Del'os, & Hagam.

Sacrum nemus item, (vulgò *Halyvvood*) cœnobium cum pago eſt Gallovidiæ, in Scotia, à patre Joannis cognomento de Sacro boſco, qui librum ſcripſit de ſphæra, conditum.

Plin. *Ptol.* Sacrum promontorium multiplex. In Luſitania, *Capo S. Vincentio*, vel *Capo de S. Vincente*, in oræ occiduæ, & auſtralis angulo, ab Ulyſippone ad 30. leucas in occidentem, quod Sacer mons Columellæ dicitur, & Sacrum jugum ſexto Avieno, inter oſtia Tagi 160. & Anæ 226. mill. paſſ. teſte Plinio. Sed error eſt in abaco, nam inter oſtia Anæ & Sacrum promontorium vix 120. mill. paſſ. interſunt. In Hibernia, *Capo Salanga*, teſte Olivario, in ora auſtrali, ubi orientalis incipit, quod Latinè, & Mons Domini dicitur. Ibi cœnobium Dominicanorum. (Camdeno eſt in Wexfordiæ Comitatu, ubi *Banna*, oppidum.) In Corſica, *Capo Sagri*, in ora Boreali: apud Centurinum oppidum, Moletio & Pineto *Sege*, aliis *Capo Corſo*. In Lycia, *Capo Chelidoni* Sophiano, contra Chelidonias inſulas.

¶ Sacrum promontorium, *Capo de S. Vincente* Luſitanis, *Cap de S. Vincent* Gallis, eſt in Algarbiæ regno; & 30. leucis Luſitanicis diſtat ab Olyſippone in meridiem, & 25. ab oſtio Anæ fluvii in occaſum, ſeu 80. mill. paſſ.

¶ Sacrum promontorium Corſicæ inſulæ nunc eſt, *Capo Corſo*, & magis ad Boream extenditur versùs Liguriam.

Ptol. Saduca, *Guadalquivierio*, teſte Floriano, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, in mare Ibericum apud Malacam urbem influens. Cujus oſtium à Malaca 1. leuca diſtat in ortum.

Steph. Sædene, mons Cumarum in Æolide, & tractus cujus meminit Stephanus.

Ptol. Sæna, Colonia Senenſis Plinio, & Tacito, Sena colonia Antonino, *Siena*, urbs Hetruriæ clara, in colle, Archiepiſcopalis, à Pio II. Pontifice Maximo ejus cive metropolis effecta, olim libera, nunc ſub magno Duce, multarum urbium conventus, inter Florentiam 32. & urbem Romam 107. mill. paſſ. Scribitur Sena, & Sæna, & Senæ numero plurali poſterioribus. Populi Senenſes. De ea lib. 4. Itinerarii:

Altera lux Senæ celebrem nos duxit ad urbem,
Virtutum eximiam doctrinarumque Magiſtram.

Ptol. Sæpinum. Vide Sepinum.

¶ Sæpona, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, teſte Plinio.

¶ Sæprus Sardiniæ fluvius, teſte Ptolemæo.

Ptol. Sætabis. Vide Setabis. Sætabum, ſeu Setabum lini genus ſubtiliſſimi nomen dediſſe putatur; cùm apud eam urbem plurimum apud veteres proveniat. Catullus carmine 12.

Nam Sudaria Sætaba ex Hiberis.
Miſerunt mihi Muneri Fabellus.

Ptol. Variè ſcribitur, cum & ſine diphthongo.

Steph. * Sagalaſſus, Selgeſſus Straboni, & Stephano; Sagaleſſus Plinio, urbs Piſidiæ, in colle, in Lyciæ Pamphyliæque confinio, licèt Ptolemæus illam in Lycia deſcribat, ab Apamia Phrygiæ, 30. mill. paſſ. in meridiem diſtans, ſive in Euronotum, excìſa, epiſcopalis cùm ſtaret ſub Archiepiſcopo Antiocheno. Hinc nomen gentis Sagalaſſenus apud Stephanum. (* in Seldeni manuſcripto *Sagalaſi*.)

¶ Saganum, *Sagan*, urbs Germaniæ, in Sileſia provincia, Ducatus Saganenſis caput, ad Boberam fluvium, 5. leucis à Glogavia majore diſtans in ortum, & 5. à Croſſa in meridiem, Gorlitium versùs totidem. Dicitur *Zeigan* à Polonis; ſubeſtque dominio Auſtriacorum.

Ptol. Saganus, *Baſiri* ex tabula recenti, fluvius Carmaniæ, in ſinum Perſicum contra Armuzam inſulam influens.

Sagaricus ſinus Scythiæ Europææ, in quem Sagaris fluvius & Tyras influunt.

Plin. Sagaris, fluvius ab Ovidio memoratus, qui Agarus Ptolemæo dici videtur, quique in ſinum Carcinitem apud Cnemam urbem effunditur. Ovid. lib. 4. de ponto elegia 10.

Huc Lycus, & Sagaris, Peniuſque, Hypaniſque, Orathesque.

Sagienſis urbs, quæ et Sagium Gyraldo Cambrenſi, Saium et Saiorum urbs libro provinciarum, *Seez*, urbs Galliæ Celticæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhotomagenſi, in Normannia inter Alenconium 4. & Lexovios 10. leucis, a Rhotomago 28. in Africum, à Lutetia 32. in Circium. Druide in medio.

¶ Sagienſis urbs, ſeu Sagium, *Seez*, aliàs Vagoritum dicta, et Seſſuorum caput. Sita eſt ad Olinam fluvium, propè eius fontes, 40. leucis diſtat a Lutetia in occaſum, 5. ab Alenconio in Cæciam, 11. a Lexovio in meridiem; eſtque ſatis culta.

Sagis portus, *Goro*, teſte Fabricio, portus Venetiæ apud oſtium Padi, haud longè a Saga urbe excìſa prorſus, à Ravenna 59. mill. paſſ. Venetias versùs, medius inter Volanen ad meridiem & Carbonariam ad Boream (Padi oſtia) 15. mill.

¶ Sagis portus, *porto di Magnavacca*, portus eſt parvus Ducatus Ferrarienſis, in ditione Pontificia, ubi alveus, per quem ſtagnum Comaclenum in mare Adriaticum ſe exonerat. Turrim habet munitam, et vix 5. milliaribus diſtat a Comaclo in ort. 15. a Ravenna in Boream, inter Volanam ad Boream, et Paduſam Padi oſtia ad meridiem, ut ego pluries vidi.

Sagium, *Seez*, urbs epiſcopalis Galliæ, in Normannia. Vide Sagienſis urbs. *Gira.*

Sagona, *Sagon*, urbs Corſicæ in ora occidua, excìſa, inter Calviam ad Boream, & Adiacium ad meridiem, ad 30. mill. paſſ. ab oſtio Liamonis fluvii 15. mill. epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Piſano. Epiſcopus vici, Pagi proximi hic reſidet, et aliquando Calviæ. *Prov. Rom.*

Sagontia, Secontia Antonino, *Epila*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Aragonio regno, inter Cæſarauguſtam 7. et Bilbilim 8. leucis, ab Alavona 4. in meridiem. *App. Alex.*

Sagra, *Alaro*, teſte Barrio, fluvius Magnæ Græciæ, per fines Locrentium in mare Auſonium influens. Leandro *Sagriano*, *Nigro Sucharanto* dicitur. Memorabilis ob inſignem Lucrenſium adversùs Crotoniatas victoriam. Apud Caulonem decurrit. *Strab. Plin.*

¶ Seguença, *le Saguenay*, tractus Americę ſeptentr. in nova Francia versùs Taduſſacum oppidum, ubi aliquot coloniæ Francorum paucis ab hinc annis.

¶ Saguenæus, *Saguenay*, fluvius Americæ ſeptentrionalis, in provincia cognomine, & in parte Bàreali novæ Franciæ. In fluvium S. Laurentii ſe exonerat juxta Taduſſacum oppidum.

Saguntia, Sarguntia Plinio, (licèt Saguntia legendum videatur) *Cigonza*, ſeu *Giſconza* teſte Morali, olim oppidum, nunc pagus Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalitia, inter Cæſarianam & Arcus, apud Letheum fluvium, in finibus Turdetanorum. *Plin. Ptol.*

Saguntum, Saguntus et Saguntos Straboni, Silio, *Morvedre*, teſte Morali cum aliis, oppidum olim clariſſimum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Hedetanorum, ab Hannibale Carthagienſi expugnatum et everſum, nunc non obſcurum, in regno Valentiæ, inter illam 4. et Segorbiam 8. leucis in Boream, a Zacynthiis, teſte Iſidoro anno poſt diluvium 167. conditum, a Cartaginenſibus everſum, à mari 3. mill. paſſ. quot a Valentia diſtans. Populi Saguntini, qui maluerunt ſe et ſua comburere, accenſo rogo, quàm ſe Hannibali dedere. De eo Silius lib. 2. *Poly. Strab. Plin. & al.*

Eminet excelſo conſurgens colle Saguntos.

Idem lib. 1.

Prima saguntinas turbarunt claſſica portas.

Sagunti, quo tempore ab Hannibale obſeſſa expugnataque eſt, rem miram narrant accidiſſe, puerum ſcilicet in uterum matris reverſum eſſe. Simile ei, quod Alcippe mulier initio belli Marſici elephantum peperit, & ancilla ſerpentem. Qualia plura a plinio referuntur. *Saguntina fames* (quam ea urbs in obſidione prædicta paſſa fuit) eſt in proverbio de magna, et extrema.

Sai, populi Thracię, in ora, contra Samothracen inſulam, qui Samum inſulam incoluerunt, non Aſiæ, ut quidam exiſtimant, ſed Thraciæ, quæ Samothrace dicitur. *Strab.*

¶ Saicocum, *Sayco*K, inſula ampla Japoniæ, quæ aliter Ximum dicitur, ſub qua ſunt decem regna. Eſt in parte occidentali Iaponiæ versùs Coream, et extenditur ad 200. milliaria a ſeptentrione in meridiem. Vide Ximum.

Saii, populi, & Sajorum urbs, *Seez*, urbs epiſcopalis Normanniæ. Vide Sagium, & Sagienſis urbs. Seluvii Cæſari. Vide ibi.

Sais, *Sabid*, urbs Ægypti intra Deltam: unde regio *Sabid* hodie nominari videtur. *Sibnit*, teſte Guilandino; ſed hæc sebennytus eſt veteribus.

Sala, *Sella* Joanni Leoni, *Cela* Marmolio, quibus & *Buragrag*, & *Sumir*, fluvius & urbs Mauritaniæ Tingitanæ cis Atlantem minorem. Fluvius *Buragrag*, & urbs *Sella* ſeu *Cela*. Eſt & Sala fluvius Ptolemæo ejuſdem Mauritaniæ apud Atlantem majorem.

¶ Sala, *Salè*, urbs eſt Mauritaniæ Tingitanæ, in regno Fezzæ, in ora Oceani Atlantici. Portum habet & emporium celebre ad oſtia fluvii Salæ, in Fezza provincia; ſed piratica infamis eſt. Dicitur *Sala* ab Hiſpanis, 20. mill. paſſ. diſtat à Mahmora in meridiem, uti 70. ab Arzilla, & 100. à Tingi, à Fezza autem 100. in occaſum. Erat anteà ferè ſui juris, nunc autem ſubeſt Regi Marochio; & arcem habet munitam.

¶ Sara, *Buragrag*, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ. Provinciam Fezzam a Temeſna ſeparat & juxta Salam urbem in Oceanum Atlanticum cadit.

Sala, *Sall*, oppidum Sveciæ, in Weſtmannia provincia, inter Uplandiam & Nericiam, aliàs argenti fodinis celebre 5. leucis Svecicis diſtat ab Upſala in occaſum.

Sala, *Zalavvar*, ex rabulis recentibus, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria, inter Varaſdinum ad meridiem, & Veſprinium in Boream 7. leucis, a Caniſia 2. Veſprinium verſùs.

¶ Sala, *Zalavvar*, ſeu *Zalevvar*, oppidum aliàs Pannoniæ ſuperioris, nunc Hungariæ, ad Salam fluvium, ſub dominio Auſtriacorum, & in ipſo limite Turcicæ ditionis 3. leucis a Caniſia in Cæciam, & media inter Varaſdinum in Africum & Veſprinium in Cæciam, duabus leucis a Volcea palude, teſte Petro du Val.

Sala item, fluvius Galliæ Belgicæ, per Lotharingiam fluens, ex lacu Lindrenſi apud Duodeciacum oppidum oriens, & in Moſellam ad Metas influens, *le Seiloe* vulgò. Fortunatus lib. 7.

Seu qui Metin adit de ſale nomen habens.

Sala quoque eſt fluvius Germaniæ, Thuringiam à Miſnia ſeparans, ac in Albim poſt Martiopolim ſeſe exonerans, *Saal*. Vide Salas.

¶ Sala, *Iſſel*, fluvius Belgii. Oritur in limite Veſtphaliæ, deinde per Zutphaniam & Tranſiſalaniam fluens, Duisburgum, Zutphaniam, Deventriamque rigat, deinde infra Campos in ſinum Auſtrinum ſe exonerar. In eum influit brachium Rheni mediante foſſa a Druſo deducta ab Arenaco Duisburgum uſque. Vide Iſála.

Salacia, *Alcazar d'Oſal*, teſte Morali cum Reſendio, & aliis, oppidum olim, nunc pagus Luſitaniæ, in Turdetanis, ſeu ut nunc vocant, Algarbiis, inter Ulyſſipponem 16. & Serpam 15. leucis occurrens in via quæ Hiſpalim ducit; ab Hiſpanis anno ſalutis 1216. recuperata, cæſis ad 60000. Maurorum. In Theſauro Linguæ Latinæ malè ad Tagum fluvium locatur, cum procul abſit.

¶ Salacia, urbs olim Luſitaniæ, nunc *Alcacer de Sal*, pagus regni Portugaliæ, in Extremadura provincia, ad amnem *Zadaon*, 14. leucis ab Olyſſippone in Eurum, Serpam versùs totidem, & 10. versùs Pacem Juliam, 6. ab Ora Oceani Atlantici in ortum, ſed longè ab Algarbia.

Salamboria, *Harberic*, hodie Turcis, teſte Leunclavio, oppidum Cappadociæ, in Garſauria regione, in mediterraneis.

Salamie, *Solmie*, urbs Syriæ olim archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno.

Salaminæ, inſulæ parvæ Cypri, ante Salaminem urbem.

Salamine. Vide Salamis.

Salaminiacus ſinus. Vide Saronicus, nam eſt idem.

¶ Salaminiada, Cœleſyriæ urbs, teſte Antonino, inter Occoram, & Emiſam. Subdubitat Zurita an Samulus Ptolemæi ſit.

Salamis, Salamine Plinio & Polyæno, poſteà Conſtantia, teſte Stephano, *Conſtanza*, urbs Cypri olim archiepiſcopalis, in ora orientali, exciſa, apud Hamacoſtum, ſive (ut nunc vocant) Famauguſtam, ab ea parum in Boream recedens, poſt Trojæ excidium, quando Epheſus, condita. Populi Salaminii Cicerone.

Salamis item, *Coluri*, teſte Sophiano, inſula ſinus Saronici, (qui & Salaminiacus ex ea dicitur) inter Peloponneſum & Atticam, Æginæ proxima, ab ea 10. mill. paſſ. in Boream Megaram versùs diſtans, cum urbe epiſcopali ſub Archiepiſcopo Athenienſi. Varia habet nomina. Salamina enim dicitur Polyæno olim Cychria, & Sciras, & Pityuſſa, teſte Strabone. Hic claſſis Perſarum ſub Xerxe Rege à Græcis diſſipata, teſte Mela. De ea Virgilius libro 8. Æneidos:

Laomedontiadem Priamum Salamina petentem,

Ovidius lib. 14. Metamorphoſeon:

Neve ea ficta putes; domina ſub imagine ſignum
Servat adhuc Salamis.

Hinc Salaminiacus nomen gentis. Lucanus lib. 5.

Ut Salaminiacum meminit mare; ſuſtulit iras.

Salaminiæ naves veloces, & robuſtæ præ ceteris erant, ut apud Plutarchum in vita Periclis: unde proverbiali figura dicitur *Salaminia navis*, de navigio præveloci. Salamis in mari Euboico in Theſauro Linguæ Latinæ contra Athenas deſcribitur, cùm potiùs in ſinu Saronico ſit contra Megara. In ea Telamon Ajacis, & Teucri pater regnaſſe fertur.

¶ Salaniana, Luſitaniæ oppidum, inter Eboram, & Pacem Iuliam, teſte Antonino.

¶ Salaphitanum, Africæ propriæ oppidum, teſte Plinio.

Salapia, Salapiæ Ptolemæo, Salpia Dionyſio Halicarnaſſeo, *Salpe*, teſte Ligorio cum aliis, urbs Apuliæ Dauniæ, ad lacum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tranenſi, (cui, urbe extincta, epiſcopatus copulatus eſt) media ferè inter Sipontum ad occidentem, & Barolum ad ortum ad 20. m. paſſ. ubi Hannibal poſt Cannenſem victoriam amori meretricio operam dedit. Populi Salapienſes. *Strab. Plin. Liu. & al.*

¶ Salapia, *Salpe*, urbs everſa Apuliæ Dauniæ, in limite Apuliæ Peucetiæ, & ad oſtia Aufidi fluvii, nunc in Capitanata provincia, & prope oram maris Adriatici, 18. milliaribus diſtans à Barulo in occaſum, & 20. à Siponto in meridiem. In vicum redacta eſt, & paucis hodie conſtat incolis.

Salapina palus, *Lago di Salpe*, lacus apud oram Apuliæ Dauniæ, ſuper quo Salapis urbs Lucanus lib. 5. *Luc.*

Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus.

¶ Salapina palus quibusdam eſt, *Canale di S. Antonio*, aliis autem, & meliùs, eſt *Lago di Andoria*: extenditurque ad 4. mill. versùs oram maris Adriatici.

Salaria via & porta urbis Romæ, (adhuc *Salara* dicta) in Sabinos ducens. Cujus meminit Martialis lib. 4. epigrammate 64. *Tac. Cic. & al.*

Illic Flaminia, Salariaque.

Sic dicta, Feſto teſte, quòd per eam Sabini ſalem ab urbe acceptum deferrent.

Salaria, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, gemina: una Colonia Julia Salarienſis in veteri inſcriptione, urbs olim epiſcopalis in finibus Baſtetanorum, nunc *Cazorla*, teſte Morali ex veteri inſcriptione, oppidum præclarum apud Ubedam urbem, inter Biatiam & Aegabram 4. leucis, in confinio Caſtellæ novæ & Vandalitiæ. Altera in finibus Oretanorum, *Solara*, oppidum ſeu pagus hodie apud Viſum oppidum, inter Almagrum 6. & Ubedam 12. leucis Aliis (ut videtur Cluſio) *Sirvela*, oppidum & Comitatus apud urbem Regalem, inde duabus leucis diſtans. *Ptol.*

Salarius pons, *Ponte Salaro*, pons ſuper Aniene fluvio, ad 4. mill. paſſ. ab urbe Roma in via Salaria, quà itur in Sabinos, occurrens. *P. Diac.*

Salas, *Saal*, & *Sala*, fluvius Germaniæ, ex Sudeto monte è regione Nabi ſcatens, ac inter Thuringiam, & Miſniam, illam ad occaſum, hanc ad ortum, fluens, & in Albim ad Calbam oppidum Saxoniæ influens. *Strab.*

¶ Salas ſeu Sala, *la Sale*, Gallis, fluvius Germaniæ. Oritur in Franconia, deinde per Thuringiam labens inibi Salfeldam & Jenam rigat. Hinc juxta Naumburgum, Martioburgum, & Hallam Miſniæ urbes labitur, tandem auctus aliquot fluviis, paulò infra Bernaburgum in Albim influit.

Salaſi, Salaſſii Ptolemæo, Salaſſi Straboni, *la Val d'oſta*, et Germanis *Auguſthal*, populi Galliæ Subalpinæ, in Pedemontano Principatu, per quos Duria fluvius decurrit. Quorum regio ut ſupra nominatur ab Auguſta Prætoria, quæ caput eſt illorum. In Theſauro Linguæ Latinæ error vitandus eſt, cum Salaſos, et Salutienſes eoſdem faciat, qui diverſi ſunt, et valde diſtant, licèt ad eandem regionem ſpectent. *Plin.*

Salauri portus, *Puerto de Salon*, teſte Ludovico Ponto, oppidum & portus Hiſpaniæ citerioris, in ora Catalauniæ, apud Tarraconem urbem. *Sex. Aui.*

Saldæ, *Bugia* Moletio, Marmolio, & aliis, colonia & *Plin.*

urbs

urbs olim regia & epiſcopalis Mauritaniæ Cæſarienſis, maritima, inter Juliam Cæſaream ejus metropolim ad occaſum 225. & Cullu urbem Africæ ad ortum 178. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, a Sitifi 70. in Boream. Aliis verò, ut Mercatori, eſt *Tadelis*, a Iulia Cæſarea 30, m. paſſ. in ortum, inter Ruſuccurrum ad occaſum 107. & Igilgili ad ortum 169. à Ruzaſo 35. Sed repugnat ſinus apud ptolemæum. Sunt qui *Alger* eam indigitent, ſed hæc longiùs diſtat, et *Alger* Iulia Cæſarea pleriſque dicta putatur.

¶ Saldæ, *Bagia* Italis, *Bugie* Gallis, urbs aliàs Mauritaniæ Sitifenſis, nunc regni Algery, provinciæ cognominis caput, in ora maris Mediterranei ad amnis Naſabath oſtia, teſte Sanſone, cum arce, portu amplo, & ſinu Bugiæ dicto. Media eſt inter Cullum ad ortum 100 mill. paſſ. & Algerium, ſeu Ruſuccurrum ad occaſum. totidem diſtans, vix 50. ab Igilgili in occaſum.

Salduba, *Fungirola* ex tabulis recentibus, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, apud oram, inter Malacam urbem & Barbeſulam oppidum. Error non diſſimulandus in Theſauro Linguæ Latinæ, ex Olivario hauſtus eſt, Saldubam, juxta littus ſitam, Vbedam urbem in mediterraneis ad Bætim fluvium contra Beatiam locatam, indigitante.

Plin. Mel. Ptol. ¶ Salduba fluvius, qui fortè saduca etiam dictus, hodie, teſte Carolo Cluſio, eſt *Gualdalquivierio*, qui propè Malacam in mare Mediterraneum ſe exonerat. Aliis autem eſt *Rio Verde* amnis, 7. leucis à Malaca in occaſum. Sed de his difficile eſt pronuntiare propter maximam Hiſpanorum in re Geographica incuriam.

Salecha, & Salcha, *Salcatha* hodie, teſte Beniamin Tudelenſi, oppidum palæſtinæ.

Salecis, & Salex fluvius Mauritaniæ Tingitaniæ, ultra Abylen Herculis columnam 90. ſtadiis diſtans. Fortè Zilia ptolemæo. Vide ibi.

Bibl. Salenæ, *Salndy*, ut videtur Camdeno, oppidum Albionis mediterraneum, in Anglia, apud Verolamium, in Catyeuchlanis. Vide Salinæ (Camdeno eſt in agro Bedfordienſi, non procul ab ipſa Bedfordia.)

Saleni, *Salinas*, populi et oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Vardulorum et Cantabrum, ad Neſuam fluvium, ab Iturisſa 7. leucis in occidentem.

Ptol. ¶ Saleni, *Salinas*, aliis oppidum eſt Ipuſcoæ provinciæ, in Biſcaia, ad Devam amnem, versùs montem S. Adriani 9. leucis diſtat a Flaviobriga in Eurum Calagurim versùs, & tribus a Victoria in Boream.

Ven. For. Selentiacum, *Chalanchi*, ut Ortelio videtur, locus ſeu pagus Galliæ Belgicæ, in finibus Veromanduorum.

Strab. Plin. & al. Salentini populi Italiæ, quorum regio (in mare ad ortum contra Epirum inſtar peninſulæ porrecta) Meſſapia, et Iapygia, cum Calabria in ora Boreali, *Terra d' Otranto*, vulgò (non *Terra de Bari*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) Apuliæ peucetiæ ad occaſum contermina, in qua metropoles 3. Brundiſium, ac Tarentum circa Iſthmum et Hydruntum in ora ac ortum, mari circumfluo a tribus partibus, optimè habitata, cum 14. urbibus epiſc. conſtet, quibus Aletium præſtat. Salentinum verò promontorium idem Iapygio eſt. Virg. lib. 5. Æneid.

Et Salentinos obſedit milite campos.

Hos à ſalo (ideſt mari) nominatos tradit Feſtus, ab eo enim à tribus alluuntur. In Salentinis Neæra virgo ab eo cui deſponſata fuerat repudiata, ſibi venis diſſectis mortem conſcivit, teſte Pontano de fortitudine. Quod & Thraſeas Patavinus, in Catoniana diſciplina educatus, cum à Nerone ob ſuſpicionem affectatæ libertatis damnatus fuit, teſte Tranquillo. Stephanus sallentinos gemino *l* ſcribit, quorum urbem Salentiam in Meſſapiis deſcribit.

¶ Salentini populi Italiæ fuere propriè in Meſſapia, ubi nunc provincia Hydruntina, inter Apenninum montem & ſinum Tarentinum. Alteram enim partem occupabant Calabri, inter Apenninum & oſtium maris Adriat. ut dicunt. A pleriſque tamen tota provincia comprehenditur ſub Salentinis; & aliter Meſſapia dicta fuit.

(*Vrbes Salentinorum hodie*:

* Aletium, *Lecöie*, epiſc. ſub Archiep. Hydruntino, caput Regionis.
Alexanum, *Aleſſano*, epiſc. ſub Archiepiſcopo Hydruntino.
* Brundiſium, *Brindiſi*, archiep.
Caſtania, *Caſtellanetta*, in Lucania, olim ſub Archiepiſc. Tarentino.
Caſtrum, *Caſtro*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopò Hydruntino.
Gallipolis, (olim Anxa) *Gallipoli*, ſub Archiepiſcopo Hydruntino.
Hydruntum, *Otranto*, archiep.
Leuca, S. *Maria di Leuca*, cum Alexano.
Mateola, *Matera*, archiep. in Lucania olim.
Motula, *Motola*, Archiepiſcopalis ſub Archiepiſc. Tarentino.
* Neritum, *Nardo*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Brundiſino.
Oſtunium, *Oſtuni*, ſub Archiep. Brundiſino.
* Tarentum, *Taranto*, archiepiſcopalis, olim in magna Græcia.
Uria, *Oria*, epiſc. ſub Archiep. Tarentino.
Vxentum, *Vgenti*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hydruntino.

¶ Salera, oppidum Africæ propriæ, a Scipione occupatum, teſte Livio.

Salernum, vulgò etiam *Salerno*, colonia & urbs picentinorum, archiepiſcopalis & metropolis, in ora maritima, principatus citerioris (una ex 12. regni Neapolitani provinciis) caput, olim clara, ſub ſuis principibus & academia fulgens. Abeſt à Neapoli 24. mill. paſſ. in ortum, à Benevento ſupra 35. in meridiem. Ejus meminit Lucanus lib. 2. *Strab. Plin. Liv.*

Veſtinis impulſus aquis, redenſque Salerni
Culta Siler.

¶ Salernum, *Salerne* Gallis, urbs eſt regni Noapolitani, principatus citerioris caput, cum arce, & portu capaci in ora maris Tyrrheni. Diſtat 28. mill. a Benevento in meridiem, uti à promontorio Mirnevę in ortum, & ab ea ſinus Pæſtanus ei adiacens dicitur hodie ſinus Salernitanus, *Golfo di Salerno*, vulgò.

Saletio, *Seltz*, oppidum Germaniæ ſuperioris, apud Rhenum fluvium, in Alſatia, inter Argentoratum ad meridiem, & spiram in Boream 6. leucis, teſte Beato Rhenano. *Am. Liv. Not.*

Saleumbrona, ſeu Salebrone, (variè enim legitur) oppidum olim & portus Hetruriæ in ora, inter Coſam ad ortum 34. & populoniam ad occaſum 21. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, inter Manlianam & prillem lacum. *Ant.*

Salga urbs, et Salga, fluvius Mauritaniæ, teſte Stephano.

Salganeus, Salganea straboni, et Livio numero plurari, *Salganico* nunc Moletio et aliis, oppidum Bœotiæ, ad Euripum, ubi brevis traiectus eſt in Eubœam, inter oſtium Iſmeni fluvii et Anthedonem oppidum. Sed ptolemæus Saganeus habet. *Ptol. Strab.*

Salia, *Riba de Silla* vel *Sella*, fluvius et oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Auſtrali, (*Saia*, Pintiano teſte, fluvius nominatur, et aliis *silla*) patria prudentii, (qui multa verſu ſcripſit à Theodoſio Imperatore ad præfecturam ſublimatus) oppidum non obſcurum, inter Lanas ad ortum et Vecam ad occaſum 6. leucis. Populi ſalini. Saliam etiam Fortunato fluvius Lotharingiæ, vulgò *Selle*, ex Lacu Lindrenſi apud Duodeciacum oppidum oriens, et in Moſellam apud Metim urbem influens. Vide Sala. De priore Salia prudentius ſic in præfatione hymn. cathemer. *Mel.*

Oblitum veteris me salia conſulis arguens.
Sub quo prima dies mihi.

¶ Salii populi fuere Germaniæ, versùs ſalam fluvium, quorum veſtigium manet in tractu *sallant* dicto, in Tranſiſalania provincia Belgii uniti, juxta Aam fluvium, inter Iſalam & mare Auſtrinum ad occaſum, & Vveſtphaliam ad ortum.

Salii, *Olazeol*, *Oldenzeel*, & *Oldſeel*, populi & oppidum Germaniæ in Tranſilvania regio, inter Davontriam urbem ad occaſum 8. & Coverdiam oppidum in Cæciam 6. proximum Marſis, inde una leuca. Sunt & Salii teſte Ammiano lib. 17. & sidonio Apollinari oppidum Germanię, quorum regio Franconię nominatur: ſic a Sala Ovid. in faſtis lib. 3.

Jam dederat saliis (a saltu nomina deducta.)

¶ Salii quibuſdam eſt *Oldenzel*, oppidum Belgii in Tranſiſalania provincia, & in Teventia tractu, aliàs munitum, ſub dominio provinciarum unitarum Belgii. Eſt in ipſo limite Vveſtphaliæ. Nunc eius munitiones disjectæ ſunt.

Salinæ plures. I. Salinæ ſeu salenæ, ut habet codex, Græcus s. *Albans*, oppidum ſeu pagus Albionis, in Anglia, apud

apud Verolamium, inter Londinium 20. & Oxonium 30. mill. Camdeno *salndy*, quod magis probatur. Vide Salenæ. II. Vrbs suetriorum apud Alpes maritimas, in Gallia Subalpina, & principatu pedemontano, Salutiæ poſterioribus & *saluzo* vulgò, teſte Varrerio, epiſcop. & Marchiæ salutienſis caput, olim ſub Gallis, nunc Ducis sabaudię ab Auguſta Taurinorum 24. mill. paſſ. a Cuneo 14. a Foſſano 10. III. Oppidum Daciæ exciſum, in Tranſylvania, circa Tibiſci fontes, olim urbs clara, nunc pagus *sigeth*, teſte Lazio. Salinæ quoque Rutilio locus erat Hetruriæ, ad Cecinnam fluvium, ubi sal conficiebatur; & salinæ urbs, Burgundiæ Comitatus, in sequanis, ampliſſima, ſic a ſale qui ibi copioſiſſimè fit, dicta vulgò *salinis*, a Dola 5. leucis in ortum, a Veſuntione totidem in auſtrum. Salinæ etiam saxonicę dicitur Halla urbs saxoniæ lib. 7. Itinerarii:

Tandem ad saxonicas pervenimus uſque salinas.

¶ salinę, ſeu Auguſta Vagiennorum, urbs Galliæ subalpinæ, *saluacs* Gallis, *saluzzo* Italis, fuit aliàs Vagiennorum caput. In colie ſedet, vix 2. mill. à Pado fluvio; eſtque Marchionatus Salutiarum caput, 10. mill. a Foſſano in occaſum, totidem inter Cuncum, & pinarolium, & 18. ab Auguſta Taurinorium, ſub dominio Ducis sabaudiæ.

¶ Salinæ, *salins*, urbs eſt parva, ſed culta Comitatus Burgundiæ, ad Foricam amnem, 6. leucis a Dola diſtans, & totidem a Veſuntione. Aliàs munita erat, cum duobus caſtris; ſed anno 1668. capta fuit a Ludovico XIV. & ejus munitione, & arces disiectæ fuerunt.

Salingſtadium, *sa lingſted*, aliis *selingſtat*, oppidum Germaniæ, in Franconia ad Mœnum fluvium, a Francofurto tribus leucis in ortum, olim urbs epiſcop. a Carolo magno erecta, cujus ſedes epiſc. Halberſtadium in Saxonia translata eſt.

Salinum; Salina vetus, vel Vetuſſalina Antonino, & lib. Notitiæ, *Adom* Lazio & Simlero, oppidum pannoniæ inferioris, ad Danubium à Buda 5. leucis in Euronotum, Altinium versùs.

Saliocanus portus. Vide staliocanus, uti legendum eſt ex codice Græco; licèt ſic legat Theſaurus Linguæ Latinæ.

¶ Salis inſula, *ilha do sal*, una ex inſulis capitis Viridis dictis, ſub dominio Luſitanorum, ubi Salinæ magni proventus 40. mill. paſſ. diſtat ab inſula s. Nicolai in ortum, & 70. ab inſula S. Jacobi in Boream. Sed a pauci habitatur.

* Salis, Sallis Antonino, ut aliquibus videtur, *selye*, ex tabula recenti, oppidum pannoniæ inferioris, in Hungaria, apud Draum fluvium, à Quinque Eccleſiis 3. leucis in occaſum, quot a sigetho in auſtrum. Ortelius, Salem ptolemæi cum salle Antonini per errorem confundit: nam Sallis Antonino, eſt in pannonia ſuperiori, hinc valde diſtans in occaſum, *sellnia* Germanis, *Salavvar*, ſeu *Zalavvar* Hungaris, inter pœtovionem 61. & Scarabantiam in Boream 65. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario. Sala ptolemæo. Vide ibid. (* *sailis* in manuſc. seldeni.)

¶ Salisburgenſis ditio, *Ertzbiſtumb salzburg* Germanis, *Archeveſché de Saltzbourg* Gallis, tractus Germaniæ, in Bavaria inferiori ſub dominio proprii Archiepiſcopi, inter Auſtriam ſuperiorem, Stiriam, et Carinthiam ad ortum, & Bavariam inferiorem, Comitatumque Tirolenſem ad occaſum. Ibi Salisburgum, urbs præcipua & provinciæ caput, *saltzburg*. Aliæ urbes ſunt Bertolgada, Lauffa, & Gollinga.

Salisburgum olim Juvavia, & Caſtrum Juvanienſe, *saltzburg*, urbs Norici archiepiſcopalis, & metropolis Bavariæ, pro Laureaco, urbe exciſa in Auſtria, ad Aniſi cum Danubio confluentiam, a Leone III. Pontifice Max. erecta (cujus Archip. princeps eſt Imperii & provinciæ salisburgenſis dominus) inter Monachium ad ocſum 17. leucis & Villacum in ortum 24. ac inter Oenipontem 17. & pragam in Boream 41. Ejus meminit poeta Germanus lib. 7. Itinerarii:

Rura salisburgi gaudens, Oenumque petiſti.

¶ Salisburgum, aliàs Juvavia & prædicum quibuſdam, ad fluvium salzam, ſedet in Circulo Bavariæ, archiepiſc. salisburgenſis caput 13. leucis Germanicis diſtat à paſſavio in meridiem. 18. à Villaco in Boream 20. ab Oenipònte in Cæciam & 36. à praga in meridiem, ſub dominio Archiepiſcopi.

Saliſſo oppidum erat Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, inter Bingium ad meridiem & Bodobrigam ad Arctos 22. mill. paſſ. apud Ficeliam, ſeu Voſaviam. Ortelius illud cum Saletione confundit, longè hinc in meridiem diſtante.

Saliunca, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in Autrigonibus: quod Moletius malè *sommo ſierra* indigitat; hoc enim oppidum in Arevacis eſt, inter Arandam 10. & Madritum in meridiem 14. leucis. Pobol.

¶ Saliunca oppidum Autrigonum, hodie fortè eſt *Orduna*, in Biſcaia provincia Hiſpaniæ, in mediterraneis 9. leucis à Flaviobriga in meridiem, teſte Brieto.

Sallandia, teſte Becano, ea regio putatur, quæ vulgò *Overiſſel*, vel *Over-Yſſel* nominatur, ab Iſela fluvio irrigata; cujus urbes tres ſunt, Daventria, Suolla, & Campena. Quaſi saliorum terra. Sed hæc aliis Tranſiſelana nominatur.

¶ Sallandia, *Sallant*, pars eſt ampla & media Trans-Iſalaniæ provinciæ, in Belgio unito, inter Drentiam tractum ad Borram & Teventiam ad meridiem, versùs Iſalam, & mare Auſtriuum extenſa, ubi urbes, Daventria, *Deventer*, Campena, *Campen*, suvollia, *Zuvol*, & steuovicum, *Steenvvik*, ſub dominlo Holandorum.

Sallyes salyi & salyes plinio, salvii Livio, saluvii Marcellino. Populi Galliæ Narbonenſis, quorum metropolis Aquæ Sextiæ & pagus antiquum nomen ferè ſervans, *salles*, vel *solies*, teſte Dalechampio, à Telone 4. leucis in ortum. Strab.

¶ Salma, *Salm*, oppidum amplum Lotharingiæ, intra Vogeſum montem, & in limite Alſatiæ, ſub dominio proprii principis. Quibuſdam eſt salmona. Vide ibid.

Salmacis, oppidum olim & fons Cariæ, apud Halycarnaſſum urbem, qui bidentes molles & obſcænos facit, teſte Strabone, cum Halycarnaſſeo & Ovid. qui etiam mares in feminas ab eo converti fabulatur libro 15. Metamorphoſeon: Strab. Arr. Steph.

Cui non audita eſt obſcænæ salmacis unda?

Hinc nomen gentis Salmaceus.

Salmantica, salmatis polyæno, *Salamanca*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Vettonum, ac in Caſtellæ veteris regno, epiſc. ſuo Archiep. Compoſtellano & Academia celeberrima eò ex palentia urbe translata, anno ſalutis 1239. a Ferdinando Rege, a Valliſoleto 22. leucis in meridiem placentiam versùs. Elmantica polybio, & Helmantica Livio. Sed hæc in Vaccæis populi Salmanticenes; Urbico. Ant. Plin.

¶ Salmantia, *salamanque* Gallis, urbs eſt Hiſpaniæ, in regno Legionis, ad fluvium *Tormes*, ſatis ampla 10. leucis diſtat a sentica in meridiem, 14. a confinio portugalliæ in ortum & 22. a Valliſoleto in Africum, Rodericopolim versùs 13.

¶ Salmantica nova, *Salamanca la nueva*, urbs eſt parva Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & in parte auſtrali Iucataniæ, propè oram ſinus Honduræ.

Salmona, *Salm*, fluvius Galliæ Belgicæ, parvus in Moſellam inter Treviros et Neomagum 2. leucis in ortum, non longè à Mandeſcheldia oppido fluens in meridiem. De quo Auſonius in Moſellanicis: Auſo.

Nec faſtiditos Salmonæ uſurpo fluores.

Salmona item, oppidum Lotharingiæ *Salm*, vulgò apud ortum Sarræ fluvii, in Alſatiæ confinio, ab Argentorato 8. leucis in occaſum.

¶ Salmona, *Salm*, oppidum eſt Lotharingiæ, cum caſtro, regiunculæ cognominis caput: unde Principes Salmenſes. Eſt in ipſo limite Alſatiæ inferioris et 8. leucis Gallicis ab Argentorato in occaſum, intra Voſagum montem 14. à Marſalio in Eurum et 20. a Nanceio in ortum.

Salmone oppidum & fons Peloponneſi, unde Enipeus fluvius oritur, in Alpheum, ab Olympia 40. ſtadiis influens, quæ Salmonis dicitur Ovidio lib. 3. Amorum, elegia 6. Strab. Steph.

Siccus ut amplecti Salmonida poſſet Enipeus.

Stephanus, oppidum Piſatidis regionem eſſe ſcribit, unde nomen gentis Salmoneus.

Salmoniacum, villa in Gallia Belgica, in qua Caromannus obiit.

Salmos oppidum fuit Bœotiæ: cujus incolæ Salmonii, apud Stephanum dicuntur. Steph.

¶ Salmurium, *Saumur*, urbs Galliæ, cum arce permunita, in colle, & ponte ad Ligerim fluvium, in Andegavenſi provincia 8. leucis diſtat ab Andegavo in ortum, 16. à Cenomano in meridiem, Duracium versùs 6. & ibi Tueda fluvius cadit in Ligerim.

Sal-

Apol. Salmydeſſus, *Stagnara* nunc ex tabulis recentibus, oppidum Thraciæ in ora, inter Phinopolim & Apolloniam, ad Euxinum mare. Vide Halmydeſſus. Stephano eſt ſinus.

Mar. Salo, *Xalon*, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Celtiberos, in regno Aragonio apud Bilbilim urbem fluens, ac in Iberum influens inter Cæſarauguſtam, & Alavonam; qui & Bilbilis Iuſtino, & Trogo de urbis nomine dicitur. Martialis lib. 10. epigr. 20.

Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.

¶ Salo, *Xalon*, fluvius Hiſpaniẹ. Oritur in Caſtella veteri, ubi Methymnam cẹli rigat; deinde per Aragoniam fluens, auctus Meſa, Xiloca & Bilbili fluviis minoribus, urbes Bilbilim, Riclam, & placentiam rigat; tandem una leuca infra Alavonam urbeculam in Iberum ſe exonerat 4. leucis ſupra Cæſarauguſtam.

Strab. Salo, Salonæ Cæſari, ptolemæo, Salona plinio & Melæ, *salona* adhuc, teſte Sophiano, *spalatro* aliis, urbs Dalmatiæ, in colle, apud oram littoralem, exciſa, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, ei proxima, Colonia Martia Iulia Salona in veteri inſcriptione, inter Tragurium ad occaſum & Almiſſam ad ortum 13. mill. paſſ. a Iadera 222. ex plinio in ortum. Populi Salonenſes. Lucanus libro 4.

Qua maris Hadriatici longas ferit unda salonas.

Ibi & Salo fluvius, teſte plinio, urbem salonam alluens.

¶ Salo, ſeu, & meliùs, Salona, *Salona*, urbs Dalmatiæ, in ora littorali. Hodie exciſa eſt; et propè ejus rudera excitatum fuit caſtrum *Salona* dictū ad oſtium amnis cognominis 5. milliar. in Boream ab urbe Spalato, quæ ex ejus ruinis crevit, & vix 100. a Iadera in Eurum, ſub Turcis.

¶ Saloca, oppidum Norici aliàs, hodie eſt *Selch*, vicus Carniolæ ſuperioris in Germania, ad radices montium; inter Dravum et Savum fluvios, teſte Cluverio.

Scrip. Ital. Salodium, *Salo*, oppidum agri Brixienſis, amplum, elegans & mercimonio clarum, multis urbibus anteferendum, ad Benaci lacus ripam occidentalem, inter Brixiam & Tridentum, inde 20. millia paſſ. hinc ſupra 30. a Verona ad 30. in occaſum. Superioribus annis epiſcopali ſede cohoneſtatum fuiſſet, niſi oppida finitima obſtitiſſent.

¶ Salodorius pagus, *Canton de Soleurre*, unus ex 13. pagis Helvetiorum, cuius incolæ ſunt Catholici omnes, inter pagum Bernenſem ad meridiem & pagum Baſileenſem ad Boream, ubi Salodorum, urbs primaria.

Ant. Salodorum, & Salodurum in veteri inſcriptione, *Solothurn*, teſte Rhenano, urbs Helvetiorum, unus ex 13. conventibus juridicis, inter Baſileam, & Friburgum, 6. leucis a Berna, 3. à Baſilea in auſtrum diſtans.

¶ salodorum, *salothurn* incolis, *soleurre* Gallis, *solodoro* Italis, urbs Helvetiorum ad Arolam fluvium, pagi Salodorii caput, 5. mill. Germanicis a Berna in Boream, & media inter Friburgum, & Baſileam 8. leucis utrinque diſtans.

Ant. Salomacum oppidum Aquitaniẹ, a Burdigala 6. leucis in auſtrum, Aquas Tarbellicas verſùs.

¶ Salomonis inſulæ, *Islas de solomon* Hiſpanis, inſulæ amplæ in mari pacifico, verſùs Terras Antarcticas et novam Zelandiam, propè Terram Quiri & ad ortum novæ Guineæ. Detectæ fuerunt ab Alvaro Mendoza anno 1567. ſuntque ſexdecim numero, nempè inſulæ S. Iſabellæ, s. Georgii, santi Marci, s. Nicolai, Rupium, s. Hieronymi, Guadalcanalis, *Guadalcanal*, Boni viſus, *Boavista*, s. Dimæ, *S. Dimas*, Floridæ, *Florida*, Malaita, *Malaita*, *Atregada*, Tres Mariæ, *las tres Marias*, s. Iacobi, s. Chriſtophori Nominis Dei, s. Annæ, & s. Catharinæ; ſuntque omnes peramplæ, ſed vix nomine notæ Europæis, ideò pauca de his dicenda ſunt.

Plin. Salona, (Vide Salo) urbs Illyrici. Eſt & Salona, ex veteri inſcriptione oppidum Galliæ Narbonenſis, in provincia inter Avenionem et Maſſiliam in medio 8. leucis utrinque, (non littoreum ut in Theſ. Ling. Lat.) vulgò *Selon*, vel *Salon*, apud Druentiam fluvium. Ibi multa vetuſtatis monumenta. Salonia item Straboni regio eſt Bithyniæ paſcendis bobus idonea.

¶ Salona, *Salon*, ſeu etiam *Selon de Crau* oppidum provinciæ, juxta Campos lapideos, Michaelis Noſtradami Aſtrologi peritiſſimi patria, inter Aquas Sextias ad ortum 5. leucis et Arelate 7. diſtans, ferè 2. a Druentia fluvio, Aſtromelam ſtagnum verſùs totidem.

Itin. Saloniana, *Czernicz* Moletio et aliis, oppidum Dalmatiæ mediterraneum, Æquo proximum, ab eo in ortum parum recedens, ab Epidauro urbe 90. m. paſſ. Orachium urbem Serviæ verſùs.

¶ Saloniana, urbs Dalmatiæ, quibuſdam eſt *Moſtar*, urbs epiſcopalis in limite Serviæ, juxta Viſeram fluvium 40. mill. a Narona in Boream diſtans.

¶ Salopia, *Shropshire*, provincia Angliæ, in limite Vvalliæ, juxta Sabrinam fluvium, inter Ceſtriam provinciam ad Boream, staffordiam ad ortum, Herefordiam ad Meridiem, & Mongomerienſem Comitatum ad occaſum: cujus caput Salopia, *Schrovvesburg* ad Sabrinam.

Salopia, *Shreusbury*, teſte Lhuydo, vel *Shrevvsbury*, urbs Albionis, ad Sabrinam fluvium, in Angliæ, & VValliæ confinio, inter Ceſtriam ad Boream 30. & Herefordiam ad meridiem 35. mill. paſſ. Olim Corinium ut nonnullis placet. Scrip. Brit.

Salpa palus, Salpinia Vibio ſequeſtri, salapina Lucano, lacus Apuliæ Dauniæ, apud Salapiam urbem. Vide ibidem. Lyco.

Salpis colonia & oppidum fuit Hetruriæ: cuius populi salpinates Livio, Volſiniis finitimi. Prov.

Salra, *Solre*, pagus Belgii, ad Sabim fluvium, in ditione Leodienſi. Cujus fit mentio in vitis ſanctorum Belgii. Scrip. Belg.

¶ Salſeta, *Salſete*, inſula parva Indiæ, in ora littorali peninſulæ cis Gangem & ad oſtia Mandovæ fluvii, in ora regni Decani, propè Goam urbem, probè exculta a Luſitanis, quibus etiam paret. Vet. Trad.

Salſubium, *Caſtro Caro*, teſte Blondo, oppidum Galliæ Togatæ, in Æmilia, ſeu Romandiola in territorio Forolivenſi, apud montis Apennini radices, a Foro Livii 10. millia paſſ. in meridiem, Meldulæ oppido finitimum. Mel. Ant.

¶ Salſubium, *Caſtro Caro*, caſtrum Romandiolæ Florentinæ, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, juxta Fagnonem amnem 2. milliaribus ſupra Civitatem ſolis, & 6. ſupra Forum Livii in meridiem 4. autem a Meldula in occaſum; in ipſo limite ditionis Pontificæ.

Salſuſæ (non ſalſulæ, ut multi legunt.) *Salſas* oppidum, ſeu potiùs arx Galliæ Narbonenſis in ora, contra Leucatam arcem Gallorum proximam, in Comitatu Ruſcinonenſi ſub Hiſpanis ab Helena urbe & parpiniano 4. leuc. in Boream, Narbonem verſus. (Salſuſæ Melæ, fons eiuſdem regionis, *Fonte de Salsas*.) A Hi

¶ Salſulæ, arx eſt Galliæ Narbonenſis, juxta ſtagnum Salſularum, in colle, & in Comitatu Ruſcinonenſi, in limite Occitaniæ aliàs ab Hiſpanis excitata, contra Leucatam arcem 2. leucis diſtantem; ſed a Francis capta anno 1640. poſteà juris Francici effecta eſt, pace ad pyrænæos, cum toto Comitatu Ruſcinonenſi 4. leucis diſtat a perpiniano, uti 7. ab Helena in Boream 2. autem ab ora maris Mediterranei in occaſum.

Salſum, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, *Rio Salado* Cluſio, & eidem *Guadaios*; qui Morali, initio *Bivoras*; deinde *Guadaios*, poſt acceptum fluvium, cui vulgò *Salado* nomen eſt: quare tria habet vulgò nomina. Sed Vigenereo, *salobral* eſt. Iuxta illum Ategua urbs ſita erat, teſte Joanne Mariana, ex Livio, qui in Bætim, inter Hiſpalim, & Cordubam influit. Mel. Ant. Prol.

Salſus ſinus, idem cum ſinu Gallico.

Saltiga, *Suorniglia*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Baſtetanis, Bigerræ urbi finitimum, in confinio regni Valentini, Toletani & Murcienſis. Sed salticum Antonini a Saltiga ptolemæo diverſum eſt: hoc enim inter Libiſoſam 37. & Vrbiacam 92. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario ſitum erat.

Saltuares inſulæ parvæ in Nymphæo fluvio Latii ſunt, quæ, teſte plinio lib. 2. cap. 95. ſic dicuntur, quòd ad ictus ſaltantium moventur. Plin.

Saltus, *Contè de Salut*, Comitatus Galliæ Narbonenſis in Delphinatus et provinciæ confinio. Avenionenſi Comitatui finitimus. Scrip. Gall.

¶ Saltus *Saut*, caſtrum eſt Galliẹ in provincia Comitatus ampli caput, in limite Delphinatus & Comitatus Vindaxini 5. leucis diſtat à Carpentoracte in ortum & 4. ab Apta Julia in Boream.

Saltus Caſtulonenſis, *Puerto Muladar* Floriano, *Sierra Morena* Morali, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Bæticæ confinio apud Caſtulonem urbem exciſam. Sed *Sierra Morena* eſt mons Marianus, cuius pars eſt ſaltus Caſtulonenſis, qui & *puerto di S. Eſtevan* dicitur, teſte Zurita. Caſ.

¶ saltus Caſtulonenſis, hodie *puerto Muradal*, pars eſt mon-

montis Mariani, inter Caſtellam novam & Vandalitiam, ad fontes fluvii *Guadarrizaz*, & propè montem *Navas de Toloſa* dictum, qui pars eſt montis Mariani, & juxta caſtrum *Duenas*. Vix 2. leucis à Toloſa diſtat in ortum, & 13. à fontibus Anæ in meridiem. Ibi Mauri victi & maxima clade affecti ab Hiſpanis, cæſis eorum centum ferè millibus. Ibi tranſitus è Caſtella in Vandalitiam; eique adjacet alter tranſitus minor, *Puerto del Rè* dictus, in eodem ſaltu.

Saltus Galliani, *Galeata*, pagus Aemiliæ, apud Meldulam, à Foro Livii 10. mill. paſſ. Vide Galliani ſaltus.

Saltus Pyrenæus. Vide Pyræneus mons.

Saltus Tugenſis. Vide Argenteus mons.

¶ Saltza, *Saltzach*, fluvius Germaniæ, in Bavaria inferioris. Oritur in limite Comitatus Tirolenſis; deinde per Salisburgenſem ditionem fluens, & ipſam biſariam ſecans, Salisburgum rigat, & paulò infrà Burchuſiam in Oenum ſe exonerat.

Salva, Solva Antonino, *Scalmar*; teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris, proximum Budæ urbi Hungariæ primariæ, ab ea 2. leucis in occaſum.

Salvia, oppidum Liburniæ mediterraneum, quod Silvia Antonino dici videtur.

Salvia urbs, Vrbaſalvia Ptolemæo, *Urbiſalia* nunc, ſicuti Urbiſalia Procopio, & urbs Salvia Antonino, oppidum Piceni penè exciſum, inter Tollentinum 10. & Tignium 16. mill. paſſ.

¶ Salvia urbs, ſeu Urbs Salvia, *Urbiſaglia*, caſtrum eſt Piceni, in ditione Pontificia, 6. milliaribus à Tolentino diſtans in ortum, Tignium versùs 15. teſte Magino.

Salvii, populi Galliæ Narbonenſis. Vide Sallyes.

Salurnum, *Salorne* hodie, locus ſeu pagus in agro Tridentino.

Salutaris, cognomen aliquot provinciarum, ſeu partium illarum, Macedoniæ, Phrygiæ, Galatiæ, Syriæ, Paleſtinæ.

Salutiæ, *Saluzzo*, urbs Liguriæ, ad Alpium maritimarum radices, Marchiæ Salutienſis caput, urbs epiſcopalis Pedemontani Principatus. Vide Salinæ.

¶ Salutiarum Marchionatus, *Marquiſat de Saluces* Gallis, *Marcheſato di Saluzzo* Italis, provincia eſt Pedemontii, in Italia, ad radices Alpium, aliàs Franciæ adjecta, ſed ab Henrico IV. conceſſa Duci Sabaudiæ, qui ipſi vice verſa ceſſit Breſſiam provinciam cum Bugeſia, Geſia, & Verromæa regiunculis cis Rhodanum anno 1600. Sita eſt ad radices Alpium, inter Pedemontium ad Boream & ortum, Delphinatum ad occaſum, & Comitatum Niceæ ad meridiem. Eius caput eſt Salutiæ. Sed pendet etiam ex ea Carmaniola in Pedemontio inſerta.

Salyes, populi Galliæ Narbonenſis. Vide Salyes.

¶ Samana, *Samana*, inſula Americæ ſeptentrionalis, & una ex Lucaiis inſulis in mari Boreali, inter inſulas S. Salvatoris ad Boream, & Maiagnanam ad meridiem: ab Anglis habitata hiſce ultimis temporibus.

Samaria, regio Palæſtinæ, inter Iudæam ad meridiem & Galilæam ad ſeptentrionem, cum urbe eiuſdem nominis ab Aſſyriis anno mundi 3247. ad regionis cuſtodiam (quam nomen illius ſignat) condita, nunc exciſa, epiſcopali olim ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, ab Hieroſolymis 40. mill. paſſ. in Boream, à Neapoli verò 7. diſtante. Utraque, hoc eſt, regio & urbs, nomen retinet, *Samaria* Europæis dicta. Hinc Samaritis nomen gentis. Iuvencus libro 2.

Præteriens ſed fortè venit Samaritida Sichem.

Samaria, regio inter Iudæam & Galilæam media, & quæ Tribus Ephraim & Manaſſè cis Iordanem fluvium amplexa. Nomen habet ab urbe Samaria ejus primaria, quæ erat in Tribu Ephraim, & Tribuum maxima, pulcherrima, & munitiſſima, ac poſt Therſam ſedes Regum Iſrael, hodie *Naplous* dicta.

Samarobrina, Samarobriva Ptolemæo & Antonino, cui & Samarobriga, à Samara fluvio dicta, *Amiens*, teſte Petro Divæo cum Simlero, (Vide Ambiani) *Cambray*, teſte Huberto Leodio, (Vide Cameracum) ſeu *Bray* Ortelio, pagus in Gallia Belgica, ad Somonam fluvium. Marlianus *Cambray* eſſe ſibi perſuadet, quod Antonino Auguſto adverſatur, nam apud illum Samarobriva à Camaraco diverſa (cùm utramque urbem, tanquam diſtinctam, cum intervallis diverſis recenſeat) inter Nemetacum & Cæſaromagum urbem Bellovacorum ponitur; qui ſitus urbi Ambianenſium potiùs congruit quàm Camaraco. Sunt & qui *S. Quintin* oppidum eſſe velint; ſed ſitus repugnare videtur ex Iti-

nerario Antonini. Sunt qui Somorobrinam è Soma fluvio dicant, ut in libro 1. Itinerarii:

Poſt iter ad dextram flectens in littore Somæ,
Adſpexi clades, Somorobrina, tuas.

¶ Samarobrina, urbs Galliæ Belgicæ, Ambianorum caput. Hodie *Amiens* dicitur; eſtque ampla, & totius Picardiæ priamaria, ad Somonam fluvium epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, cum arce permunita. Dicitur etiam Ambiani & Ambianum. Vide ibi.

¶ Sambaſum, *Sambas*, urbs inſulæ Bornei, in ejus parte occidentali & in mari Indico, cum portu, quanquam 30. mill. paſſ. diſtet ab ora littorali.

Sambia, regio Pruſſię ſeu Boruſſiæ, apud Montem regium, Pruſſiæ Ducalis, ut vocant, caput, cuius Epiſcopus, qui Sambienſis appellatur, ſub Archiepiſcopo Rigenſi, in Monte regio reſidebat, antequam Pruſſiæ Princeps eſſet proteſtans.

Sambacitanus ſinus, *Goulfe de Grimault*, teſte Ortelio, ſinus Galliæ Narbonenſis, in ora Provinciæ, apud Forum Iulii urbem illi inſidentem.

Sambracitanus ſinus, *Golfe de Grimaut*, ſinus eſt parvus maris Mediterranei, in ora Provinciæ, propè Sambraciam ſeu Grimaldum oppidum, à quo nomen habet, & Fanum Sancti Eutropii, *S. Tropez*; ſed tribus leucis diſtat à Foro Iulii in meridiem.

Sambracate, inſula Arabiæ felicis, in ora, ad ortum maris Rubri, contra urbem eiuſdem nominis in proximo Arabiæ continenti.

Sambroca, *Sambuca*, teſte Floriano, fluvius Hiſpanię citerioris, in Catalaunia, inter Blandam ad meridiem versùs Barcinonem, & Emporias ad Boream versùs Gerundam, in mare Balearicum influens.

¶ Sambroca, hodie *Ter*, teſte Brietio, fluvius Cataloniæ. Oritur ex Pyræneis montibus in confinio Ceretanorum; deinde propè Auſam & Gerundam labitur & ſex leucis infrà versùs Emporias in mare Mediterraneum ſe exonerat, 22. leucis à Barcinone in Cæciam.

Same inſula maris Ionii, una Echinadum, Dulichio proxima. Vide Dulichium, & Echinades & Samos.

Samellium, *Salemi*, oppidum Siciliæ. Vide Semellitani.

¶ Sammachia; *Scammachie*, urbs Aſiæ in Perſiæ regno & in provincia *Servan* dicta, versùs Georgiam regionem & 30. mill. ab ora littorali maris Caſpii. Quibuſdam eſt Cyropolis.

Samnites populi Italiæ, quorum regio Samnium & Samnis, inter Latium, Campaniam, Caracenos, Pelignos, Veſtinos, & Sabinos continetur vulgò *l'Abruzzo* Latino recenti Aprutium; quod tamen latiùs patet, cùm Veſtinos, Caracenos, Marrucinos, Frentanos, Pelignos, Prægutinos, & Marſos complectatur. Sub Samnio etiam pars Irpinorum, ubi Beneventum continetur. Urbes Samnitium apud veteres ſunt Beneventum, Sæpinum, Bovianum, Truentinum, Eſernia, Venafrum, Teleſia, Caudium, Caſinum, Alliphæ, Aufidena; quæ hodie ad diverſas ſpectant regiones. Hinc liquet non rectè Samnium *Abruzzo* indigitari. Samniticum bellum primum anno urbis conditæ 409. Olympiadis 109. anno 1. alterum anno urbis conditæ 441. Olympiadis 117. anno 3. geſtum eſt. De Samnitibus Horatius lib. 2. epiſtola 2.

Lento Samnites ad lumina prima duello.

Lucanus lib. 2.

Mutavit translata locum, Romanaque Samnis
Ultra Claudinas ſperavit vulnera Furcas.

Samnites ab haſtis quas deferebant dicti ſunt apud Feſtum. Haſtæ enim à Græcis *Zaonia* dicuntur.

Samnites proprie dicti, ſeu veri erant aliàs ubi poſteà fuit Ducatus Beneventanus, & ubi nunc ſunt pars Aprutii citerioris, Comitatus Moliſinus & partes Capitanatæ provinciæ Principatus ulterioris & Terræ Laboris teſte Brietio. Eorum autem præcipua urbs erat Beneventum.

Urbes Samnii, & Aprutii:

Aeſerna. Vide Eſernia.

Alliphæ, *Aliſi*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, nunc inter urbes Campaniæ.

Angolus, *Città di S. Angelo*, epiſcopalis, Pinnenſi iunctus.

* Anxanum, *Lanciano*, archiepiſcopalis, in Frentanis.

* Aquila, epiſcopalis, ex Amiterno & Forconio urbibus ruinatis, ſub Archiepiſcopo Teatino, uti libera, (*Aquila.*)

Atria, *Atri*, Ducatus epiſcopalis cum Pinnenſi.

* Be

* Beneventum, *Benevento*, archiepiſcopalis, ditionis Pontificiæ.

Bovianum, *Boiano*, epiſcopalis, Comitatus Moleſii, ſub Archiepiſcopo Beneventano.

Camplum, *Campli*, epiſcopalis, Ortoni copulatus.

Ducalis urbs, *Città Ducale*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Teatino.

Eſernia, *Sergna*, epiſcopalis, Comitatus Moliſii, ſub Archiepiſcopo Capuano.

Guardia Alferia, epiſcopalis, Comitatus Moliſii, ſub Archiepiſcopo Beneventano, (*Guardia Alferes*.)

Iteramna, *Teramo*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Teatino, quaſi libera.

† Marſi, *Marci*, epiſcopalis urbs Latii ſub Archiepiſcopo Teatino, ſedes Piſcinæ.

Orton, uti libera, *Ortona*, epiſc. ſub Archiep. Teatino.

Pinna, *Città di Penna*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Teatino.

Sulmo, *Sulmona*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Teatino.

* Teate, *Città di Chieti*, archiepiſcopalis.

† Teleſia, *Teleſe*, manet epiſcopatus ſub Archiepiſcopo Beneventano, (*ſed urbs ipſa exciſa eſt.*)

Interiit Aquilonia, ut neque locus indicetur.

¶ Samogitia, *Samogitie*, provincia regni Poloniæ, in Lithuania latè ſumpta, inter Curlandiam ad Boream, Lithuaniam propriam ad ortum, Pruſſiam Ducalem ad meridiem, & mare Balticum ad occaſum. Extenditur ad 35. leucas Germanicas ab ortu in occaſum, ſed non æquè lata eſt. Eius autem urbes præcipuæ ſunt Mednichia & Roſſa ſeu Roſiema. Diviſa fuit alias in duodecim Præfecturas, quæ reducuntur ad tria Gubernia præcipua.

¶ Samoieda, *Samoiede*, Moſcoviæ Borealis provincia verſùs oſtia Obii fluvii, ubi Samoiedæ populi, *les Samoiedes*. Aliàs pars erat Tartariæ deſertæ, nunc ſubeſt magno Duci Moſcoviæ; eſtque verſùs Oceanum Septentrionalem & Tartaricum.

Samonium, Sammonium Plinio, *Capo Salamon*, teſte Sophiano cum aliis, promontorium Cretæ orientaliſſimum, contra Carpathon inſulam in ortum 60. mill. paſſ. diſtantem, à Coryco promontorio occidentali 270. quanta eſt Cretæ longitudo.

Strab. Mel. Ptol. Steph. ¶ Samonium, promontorium Cretæ inſulæ orientalis, diſtat à Coryco promontorio occidentali 240. mill. paſſ. circiter, & 32. tantùm à Sitia in ortum.

Samorna & Samornos olim Epheſus dicebatur, teſte Stephano; unde Samornæus & Samornius nomen gentile.

Strab. Plin. Liv. & al. Samos, Samus Ciceroni, quæ & Parthenia olim à Parthenio fluvio, teſte Strabone, cui & Anthemus, Melamphylos, Dryuſa Ariſtoteli, Cypariſſia, Parthenoaruſa, & Stephane Plinio, Imbrioſos Stephano, Imbraſia Hygino, à fluvio *Samo* adhuc vulgò dicta, inſula maris Icarii, Ioniæ adiacens, contra Epheſum urbem, inter Icariam ad occaſum 20. & Trogilium promontorium Ioniæ ad ortum 5. mill. paſſ. ipſa circuitu 87. teſte Plinio (ſed maiore apud recentes;) licèt Theſaurus Linguæ Latinæ modicam vocet. Hic primùm vaſa fictilia fabricata, teſte Aulo Gellio libro 7. De ea Horatius libro primo epiſtola undecima:

Roma laudetur Samos, & Chios, et Rodos abſens.

Populi Samii Ciceroni, Plinio ibi urbs eiuſdem nominis epiſcopalis ſub Rhodienſi Archiepiſcopo. Samios Plutarchus in vita Periclis valde literatos eſſe tradit ex Ariſtophane. Sed Suidas ex Ariſtole Samios literatos vocat, hoc eſt, ſtigmate notatos, quòd deficientibus civibus, coacti fuerint ſervos, notis ſtigmaticis inſignitos, ad Reipublicæ adminiſtrationem admittere. Unde *Samii literati* per ignominiam dicti, quòd in iis eſſent ſtigmate notati. Samo ortus eſt Chærilus Poeta, qui 75. Olympiade victoriam Athenienſem contra Xerxem verſibus ſcripſit, pro ſingulis verſibus ſingulos ſtateres aureos recipiens: quem tamen Horatius incultum Poetam appellat, eiuſque meminit libro de arte poetica:

Sic mihi qui multùm ceſſat, ſit Chœrilus ille.

Contra Callymachus Cyrenæus, qui ſub Ptolemæo Philadelpho Regiæ Bibliothecæ præfuit, Poeta delicatus fuit: cujus meminit Propertius lib. 2. carmine 25.

Et non inflati Somnia Callimachi.

Et Ovid. 2. triſtium:

Nil tibi Batiade nocuit, quod ſæpe legenti.
Delicias verſùs faſſus es eſſe tuas.

In Samo inſula Iuno colebatur; unde Samos Iunonia dicta eſt Ovid. lib. 8. Metamorphoſeon:

– et iam Iunonia læva
Parte Sames fuerat.

Samos altera, inſula maris Aegæi, Thraciæ adiacens, *Strab. Dud.*
quæ Samothrace Ptolemæo, & Melæ, Samothrachia Plinio dicitur vulgò *Samandrachi*, teſte Sophiano & aliis, inter Lemnum ad occaſum 22. & Imbrum in ortum 32. mill. paſſ. circuitu 20. Dardania olim, teſte Plinio. Samos item Plinio, Livio & aliis; quæ & Same Straboni, & Theboas Pauſaniæ, Melæna Plinio, eadem Cephaleniæ cum oppido cognomine. Vide ibid. *Porto Guiſcardo* oppidum exciſum appellatur. Ovid. lib. 1. Triſtium, eleg. 4.

Nec mihi Dulichium domus eſt, Ithaceve, Sameve.

Hinc una ex Sibyllis fuit, cognomento Samia; quæ & Python appellatur.

¶ Samos, ſeu Samothracia, inſula eſt Thraciæ, in mari Aegæo, contra Oſtia Hebri. Vix 10. mill. diſtat ab ora littorali Thraciæ in meridiem, & 25. ab Imbro in Boream, uti & 32. à Lemno inſula.

Samos quoque, oppidum magnæ Græciæ, apud oram Calabriæ ulterioris, nunc *Crepacuore*, teſte Barrio, apud Locros ſeu Hieracium urbem, inde 6. mill. paſſ. in Boream ubi Pythagoram habitaſſe ferunt. *Licop. Steph.*

Samoſata, *Scempſat*, teſte Leonardo Sidonienſi, urbs Syriæ, ad Euphratem fluvium, Comagenes regionis caput, exciſa, ab Edeſſa 22. mill. paſſ. in Boream, Melitenen verſùs 50. inter illam, & Zeugma 72. à Cæſarea Cappadociæ 230. in Eurum, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, ſive Edeſſeno. Samoſatis ortus eſt Lucianus, qui ſub Traiano vixit, Chriſtianæ religionis, quàm primum profeſſus fuerat, deſertor, ſed & Deorum deriſor fuit in dialogis quos ſcripſit. Is miſerè tandem vita functus eſt, à canibus dilaniatus. *Plin. Strab. & al.*

Samothrace, Samothracia Plinio, Livio. Vide Samos. A Virgilio Samos Threicia lib. 7. Aeneidos:

Threiciamque Samon, quæ nunc Samothracia fertur

Populi Samothraces. Statius libro ſecundo Achilleidos:

Quoque pii Samothraces eunt: nunc obvia verſa.

Hæc ab Imbro 32. mill. paſſ. abeſt in occaſum, à Lemno 22. in ortum, attollitur monte Saoce 10. mill. paſſ. teſte Plinio, *Samandrachi* hodie, nomen redolens antiquum.

¶ Samphe, Phœniciæ urbs, in Syria, teſte Stephano.

Samunis, *Samachi*, teſte Nigro, urbs Albaniæ, in Aſia, mediterranea, inter Albanum & Cyrum fluvios, diverſa à *Sumachi*, quæ Cyropolis in Mediæ Armeniæque confinio dicitur. Vide ibi. *Ptol.*

Samydace, *Guadel* ex tabulis recentibus, urbs Carmaniæ, ad oſtia fluvii Samydochi, in ſinu Paragonte, extra fauces ſinus Perſici. Nomen gentis Samydacenus. *Ptol. Steph.*

Samyſia, oppidum Cariæ, à Motylo, qui Helenam & Paridem excepit, conditum.

Sana caſa, *Salganis* vel *Salgans*, arx Rhætiæ primæ, apud Rhenum, teſte Vadiano.

¶ Sana Caſa quibuſdam eſt *Sargans*, oppidum Sarunetum, in Rhætia propria, ad Rhenum fluvium, 2. leucis infrà Curiam in Boream. Vide Sarunetes.

Sanagenſes, populi Galliæ Narbonenſis, quorum urbs Sanagæ, Sanitium Ptolemæo, *Senes*, urbs epiſcopalis Provinciæ ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, inde 8. leucis in meridiem, apud Alpes maritimas, inter Venciam 13. & Diniam in Boream 6. quot à Regio in ortum. Vide Sanitium.

¶ Sanagenſes, populi Galliæ Narbonenſis, qui ſint non conſtat; ſed ex coniectura tantùm credunt eos fuiſſe ubi hodie Sanitium urbs Provinciæ, ubi olim Sutrii populi, teſte Sanſone. Vide Sanitium.

Sanais, urbs Mediæ non obſcura inter urbes huius temporis, inter Tabreſium ad occaſum & Europum in ortum, *Sena* vulgò.

¶ Sancianum, *Sancian* ſeu *Sanchoan*, inſula Sinarum in ora Cantoniæ provinciæ, ubi obiit S. Franciſcus Xaverius; eſtq; media inter Macaum emporium celebre in Cæciam, & Aynani inſulam in Africum. Eſt oblonga.

¶ Sanctę Crucis ſinus *Golfo di ſanta Croce*, pars eſt maris Adriatici, verſùs oram Dalmatiæ, & inter peninſulam Hillidis ad ortum, & Corcyram ac Melitam inſulas ad occaſum.

¶ Sancti Laurentii fluvius, ſeu Canada, *Riviere de Canada* aut *de ſaint Laurent*, fluvius eſt ampliſſimus Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia. Oritur ex lacu S. Ludovici, ut plurimi exiſtimant; deinde auctus plurimis fluviis ex lacubus provenientibus tam ad dextram quàm ad ſiniſtram, in ortum tendens, novam Franciam bifariam ſecat, & paulò infrà Montem Re-

gium

gium æſtuarium efficit. Hic Quebecum, Taduſſacum, aliaſque Francorum colonias rigat; & receptis quamplurimis fluviis, tandem poſt curſum 800. leucarum latiſſimo oſtio in ſinum S. Laurentii ſe exonerat propè Antiſcotiam inſulam.

Sanctio, *Seckingen*, teſte Rhenano, oppidum Helvetiorum, (non Rhætiæ, ut ſcribit Ortelius) ſeu in Svevia, & ſylva nigra, ad Rhenum fluvium, in Helvetiæ confinio, medium inter Baſileam ad Boream & Scaphuſiam ad Euronotum 6. mill. Germanicis ultra Conſtantiam 9.

¶ Sanctio, *Seckingen*, urbs Germaniæ, in Svevia, ſatis munita, & una ex quatuor urbibus ſylveſtribus, ſub dominio Auſtriacorum 5. mill. Germanicis diſtat à Baſilea in ortum, Scaphuſiam versùs 7. versùs Conſtantiam 15. in ipſo limite Helvetiorum.

Sandaliotis, inſula, quæ & Sardinia. Vide ibid.

Sandalium, inſula parva maris Ægæi, apud Lesbum; & regio Piſidiæ, in Aſia, teſte Strabone. Cuius & Stephanus meminit.

Sandanus, Sandonis Stobæo, fluvius Thraciæ, apud Olynthum urbem fluens.

Sandaraca, *Sorocon* hodie, teſte Leunclavio, portus Bithyniæ, in ora maris Euxini, extra fauces Boſphoi Thracii.

Sandaracurgium, mons Paphlagoniæ, apud Pompeiopolim urbem.

Sandava, *Schesburg*, teſte Lazio & *Segeſvvar*, urbs Daciæ, in Tranſylvania ad Cochelium fluvium, à Cibinio & Alba Iulia 10. leucis in Boream, inter Claudiopolim ad occaſum 10. & Coronam ad Cæciam 8.

¶ Sandava aliis eſt *Soczovva*, urbs ampla Moldaviæ caput, ad Naparim fluvium 10. leucis à corona in ort. diſtans, & propè Carpathum montem.

¶ Sandecum & Sandecia, *Sandecz*, urbs Poloniæ ſuperioris ad Dunaicum fluvium, in Palatinatu Cracoviæ, versùs montes 10. leucis diſtat à Cracovia in meridiem & 8. à Vieliſcæ ſalis fodinis; eſtque Hungariæ & Carpatiis montibus vicina & probè munita, caput circumiacentis territorii.

¶ Sandomiria, *Sandomirs*, urbs regni Poloniæ, in ſuperiori Polonia ad Viſtulam fluvium, ubi recipit Sanum fluvium. Eſt palatinatus cognominis caput 28. leucis Polonicis infra Cracoviam in ortum & 32. ſupra Varſaviam in meridiem. In colle ſedet, arcem habens ſatis munitam. Capta fuit à Svecis anno 1665. ſed poſteà recepta à Polonis anno ſequenti.

Sandrizetes, populi Pannoniæ ſuperioris, quorum urbs S. *Andres*, ad Draum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Salisburgenſi ut Ortelio videtur: ſed hæc in Norico et Carinthia eſt, non in Pannonia. Vide Solva, & Lavantum.

¶ Sanduicus, *Sandvvick*, portus Angliæ meridionalis; cum oppido cognomine in Cantio, 9. mill. Anglicis à Cantuaria in ortum, & totidem à Dubri in Boream, propè Tanatos inſulam, & in ora Oceani Germanici.

¶ Sandum, *Sando*, urbs Japoniæ in inſula cognomine, in ora Boreali Niphoniæ inſulæ, & propè Quantoam regionem.

Sane, oppidum Thraciæ, ſeu Macedoniæ ad montem Athon, teſte Stephano.

¶ Sanflita, *Santuliet*, urbecula munita Belgii, in Brabantiæ Ducatu ad Scaldim fluvium, infra Lilloam, ſub Hiſpanis, media ferè inter Antuerpiam ad meridiem & Bergam ad Zomam ad Boream 3. leucis diſtans.

¶ Sangamum, *Sangami*, oppidum Japoniæ in Niphonia inſula & in Quantoa regione versùs auſtrum, & paucis mill. diſtans à Iendo urbe præcipua in occaſum.

¶ Sangarium fretum, *Deſtroit de Sangaar*, fretum inter partem ſeptentrionalem Iaponiæ & terram Æſonis recens detectam.

Sangarius, *Zagari & Sangari*, *Sacari*, teſte Leunclavio, fluvius Aſiæ ex Phrygia magna (ubi ortum habet ex Dindymis montibus) apud Sangiam vicum ortum ducens, à Peſſinunte 150. ſtadiis per Bithyniam in mare Euxinum inter Calpam ad occaſum, & Hippium ad ortum decurrens; qui & Coralius, teſte Plinio, Sangaris Ptolemæo, & Sagaris ex veteri inſcriptione. Claud. in Etrop. lib. 2.

- Dindyma fundant
Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli.

Ejus oſtia inter Nicomediam ad occaſum 300. & Heracleam ad ortum 500. ſtadiis diſtant, teſte Strabone, vel inter illas fluit. In illum Gallus fluvius influit à Nicomedia 300. ſtadiis, teſte Strabone.

Sangia vicus eſt Phrygiæ magnæ, ad ortum Sangarii fluvii, quaſi Sangara, ab amne nomen habens, ſeu potiùs illi tribuens.

¶ Sangoſſa, *sangueſa*, urbs Hiſpaniæ in regno Navarræ, ad Aragonium fluvium, aliàs Sueſſa; Floriano teſte. Eſt in ipſo limite Aragoniæ regni, & 13. leucis Hiſpanicis diſtat à Calaguri in ortum, uti 8. à Pompelone in Eurum.

Sanguinarius pons in Vmbria, inter Narniam & Ocriculum, ubi Gallus Cæſar interfectus eſt. *Aur. Vict.*

¶ Sanguiterſa, ſeu Sancterienſis ager, *santerre*, tractus Galliæ, in Picardia provincia; inter Veromanduos ad ortum & Ambianenſem tractum ad occaſum, ubi Perona, Roia, Nigella, & Mons Deſiderii.

Sanicienſium urbs, Sanicium Ptolemæo, ſeu Sanitium, ut habet codex Græcus, *senes*, urbs epiſcopalis Galliæ Narbonenſis, in Alpibus maritimis (licèt illam Ptolemæus in Italia reponat) in provincia. Vide sanagenſes. *Liv. Prov.*

sanir mons palæſtinæ. Vide Hermon.

Sanis, sanaus straboni, *sani* adhuc hodie in tabulis recentibus, oppidum Phrygiæ magnæ, apud Diocæſaream & Cybele finitimum.

sanitium. Vide sanicienſium urbs.

¶ Sanitium, *senez*, urbs Galliæ Narbonenſis, in Provincia, aliàs sutriorum caput: ubi etiam exiſtimant fuiſſe Sanagenſes. Satis parva eſt versùs montes & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebrodunenſi, inde 12. leucis in meridiem, uti 4. à Dinia, 8. à Seguſterone in Eurum, Vinciam versùs. *Ptol.* *Front.*

Saniturnus, *santerno*, fluvius Æmiliæ, apud Forum Cornelii decurrens. Vide Vatrenus. *plin.*

Sannaus, locus Phrygiæ, apud oppidum cognomine, ubi magna abſinthii copia circumnaſcitur.

¶ Sanocum, *sanock*, oppidum eſt Poloniæ, in Ruſſia nigra, ad fluvium sanum, cum arce non contemnenda in Palatinatu Leopolienſi, versùs montes 6. leucis à Premislia in meridiem; eſtque ſatis cultum.

¶ santena *santen*, oppidum Germaniæ in Ducatu Clivenſi non procul à Rheno fluvio, 2. leucis infra Veſaliam in occaſum Neomagum versùs & totidem à Gueldria in Bor.

sauticum. Vide sianticum.

¶ santillana, oppidum Hiſpaniæ in Aſturia, *santillana* in ora Oceani Cantabrici & versùs confinia Biſcaiæ, medium inter Flaviobrigam ad ortum & Ovetum ad occaſum 22. leucis utrinque diſtans. Ab ea pars orientalis Aſturiæ dicitur santillanenſis, *Aſturia de Santillana*; eſtque inter Biſcaiam & Aſcuriam Ovetenſem.

santones, qui & santonæ, populi & urbs Galliæ Aquitanicæ epiſcopali ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi, quorum regio *Xantogne* vel *Xantoigne*, & urbs *Xainctes* vel *sainctes* ad Carantonum fluvium, inter Pictavos ad Boream 23. & Burdigalam ad meridiem 20. leucis inter Engoliſmam & Rupellam in occaſum 10. Populi etiam santoni. Luc. lib. 1. *Caſa. Plin. Ptol.*

Signa movet, gaudetque amoto santonus hoſte.

Theſaurus Linguæ Latinæ santones vicinos Toloſatibus facit, cùm ſupra 100. mill. paſſ. diſtent.

¶ santones, populi Galliæ in Aquitania, quorum tractu nunc santonia, *la saintonge* dicitur; eſtque inter Ingulismenſem tractum ad ortum, Pictones ad Boream, Aquitaniam veram ad meridiem, & Oceanum ad occaſum. Ejus præcipua urbs eſt santones, ſeu Mediolanum santonum, *saintes*, ad Carentelum ſeu Carentonum fluvium. Aliæ urbes ſunt Broagium, Talleburgum, Angeriacum, & sobiſæum: quibus etiam additur à multis santonum portus, ſeu Rupella, quanquam in Alnetenſi tractu.

¶ santones ſeu Mediolanum santonum, *saintes*, urbs eſt Galliæ, in Aquitania santoniæ provinciæ caput, ad Carentonum fluvium ampla, ſed non æquè culta 15. leucis diſtat à Burdegala in Boream & 10. à Rupella in Eurum.

santonicus Oceanus, pars Oceani Aquitanici, qui Aquitaniam inter oſtia Carumnæ & Ligeris alluit. Tibullus lib. 1. elegia 8.

Teſtis, & Oceani littora santonici.

santonicum abſinthium à Columella memoratur, cujus etiam Martialis meminit lib. 9. epig. 94.

santonica medicata dedit mihi pocula virga.

santonum portus, *la Rochelle*. Vide Rupella.

¶ santonum promontorium quibuſdam eſt *point de Mauſſon*, aliis autem eſt *pointe de la Temblade*, in ora Oceani Aquitanici & in santonia provincia 3. leucis à Broagio in Africum.

santonum promontorium *Cap de Malvaſon*, teſte Mercatore, *Cap de Blaye* Villanovano, promontorium Aqui-

taniæ, in ora, inter Burdigalam & portum Santonum, apud Blaviam oppidum. Apud alios *la Rochelle* indigitatur, ſed hæc potiùs Santonum portus eſt.

¶ Sanuquia, *Sanuqui*, oppidum Japoniæ in Xicoco inſula, tractus cognominis caput, in ora Boreali, contra Niphoniam inſulam.

¶ Sanus, *le San*, fluvius Poloniæ. Oritur ex Carpatho monte in limite Hungariæ. Per Ruſſiam nigram labitur juxta Premisliam & Jaroslaviam urbes, deinde auctus aliquot fluviis, per Poloniam ſuperiorem fluens ibi prope Sandomiriam in Viſtulam ſe exonerat, ad ejus Confluentes fruſtra obſeſſus fuit à Polonis & Germanis & Carolus Guſtavus Suecorum Rex, per aliquot hebdomadas.

Steph. Saocoras, *Hormitz*, teſte Andrea Marſio, aliis *Set*, fluvius Meſopotamiæ, in Euphratem influens.

P. D. Saona, *Savona*, urbs & *Sauna*. Vide Savo, & ſavona.

Plin. Saox, mons eſt Abderitarum, qui 10. mill. paſſ. auctore Plinio attollitur.

Plin. *App.* Sapæi populi Thraciæ in Myſiæ, ſeu Scythiæ Europeæ confinio; quos Plinius inter Neſtum & Hebrum fluvios in ora auſtrali Thraciæ locat. Ovidius verò in ora maris Euxini ubi exulabat, Lib. 1. faſtorum:

Exta canum vidi Triviæ libare Sapeos.

Sapaudia poſtea Sabaudia *Savoia*, regio Galliæ Narbonenſis extrema, inter Delphinatum ad meridiem & Burgundiæ Comitatum ad Boream, Equeſtribus interſitis, ac inter Alpes Graias & Cottias ad ortum & Lugdunenſem tractum ad occaſum. Cujus populi Allobroges, qui tamen partem Delphinatus complectuntur. Ducatus eſt antiquiſſimus, cuius Civaro ſeu Cambericum caput eſt. Ceteræ urbes, Tarantaſia metropolis, Mauriana & Belica.

¶ Sapaudia meliùs dicitur Sabaudia *la Savoye*, regio eſt ampla Galliæ Narbonenſis, in Ducatum erectaà Sigiſmundo Imperatore anno 1417. Terminatur ab occidente partim Breſſia provincia & partim Delphinatu, non autem Lugdunenſi provincia & Bellica urbs eſt Breſſiæ, ſub dominio Regis Galliæ: Vide Sabaudia.

Plin. Sapei Plinio populi Sarmatiæ, in Aſia.

Saphar, Sapphar ptolemæo *Sana*, Moletio, urbs Arabiæ felicis, Metropolis, Aræ regiæ urbi finitima. Populi Sapharitæ ptolemæo. Equi Sapphareni à Vegetio commendantur.

Plin. *& al.* Sapis, Iſapis Straboni, *il Savio* fluvius Æmiliæ, ex monte Apennino ſupra Sarſinam oriens ac ſecus Ceſenam urbem fluens & apud Cerviam in mare Adriaticum ſeſe exonerans. Leander alterum Sapin fluvium in Iſaurum apud Vrbinum influentem nullo fretus auctore comminiſcitur, & *Albs* indigitat. De Sapi hoc Silius lib. 8.

Hos Æſis Sapiſque lavant, rapidaſque ſonanti.

¶ Sapis fluvius Italiæ. Oritur in Romandiola Florentina 12. mill. ſupra Sarſinam; deinde per Romandiolam propriam fluens, in mare Adriaticum cadit 5. mill. à Cervia in occaſum.

Lib. Saponaria, ſuburbium Tulli urbis Lotharingiæ.

Conc. *Steph.* Sapphirine, Sapirene Plinio * Sapperine Ptolemæo, inſula ſinus Arabici: ubi Sapphirus lapis ginitur; quam tamen apud Ptolemæum non legi (* In Seldeni manuſcrip. *Sappeirini*.)

¶ Sapra palus, ideſt, putris, in Iſthmo Tauricæ Cherſoneſi, teſte Strabone. Vide Byce.

Sapris, oppidum Lucaniæ cum fluvio cognomine; oppidum *Libonati*, & fluvius *Sapri*, inter Buxentum ad occidentem & Laum ad ortum, ac inter policaſtrum urbem 6. & Maratheam oppidum in ortum 12. mill. paſſ. Vnde ſinus Sapricus, *Golfo di Policaſtro*.

¶ Sapſas, locus circa Iordanem fluvium, quem D. Ioannis Baptiſtæ habitationem fuiſſe credidit Sophronius. Huius vocis videtur quoque meminiſſe Stephanus.

Sapyſelatum, mons peloponneſi qui & Arachenæum, in agro Corinthiaco, in Argiæ confinio, teſte Stephano.

Ptol. Sara, *Selungos*, ut videtur Caſtaldo urbs Aureæ Cherſoneſi. Eſt et fluvius Galliæ Belgicæ. Vide Saravus.

Joſep. Saraa & Saraſa oppidum Palæſtinæ in Iudea, ubi Sampſon, teſte Ioſepho, ſepultus eſt.

Ptol. * Sarabacus ſinus, *Golfo di Savolas*, ſinus Indiæ ulterioris ſive extra Gangem, teſte Caſtaldo. (* in Seldeni manuſcripto. *Sabaracos*.)

¶ Sarabacus ſinus dicitur meliùs Sabaracus; eſtque pars ſinus Gangetici, in ora Indiæ extra Gangem, nunc *Golfo di Martaban*. Vide Sabaracus.

Sarabris, *Toro*, teſte Floriano cum Gometio, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Vaccæis, ad Durium fluvium inter Valliſolletum ad Boream 8. & Salmanticam ad meridiem 14. leucis. Sed Cluſio eſt *Zamora*, urbs ejuſdem tractus ad Durium, in regni Portugallici confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano anno ſalutis 1119. à Calliſto II. Pontifice M. ſede epiſcopali exornata. Sed hæc Sentica teſtibus Ambroſio Morali; & Joanne Mariana, veteribus dicta eſt. Vide ibid. *Ptol.*

¶ Sarabris Brietio et aliis eſt *Toro*, urbs regni Legionenſis, in Hiſpania 9. leucis diſtans à Valliſoleto in occaſ. Senticam versùs 6. et 12. à Palencia in Africum. Ibi Luſitani grandi clade affecti fuere à Caſtellanis.

Saraceni populi Arabiæ felicis (regio Saracene Ptolemæo, ſed in Arabia petræa) qui priùs Agareni, et poſtea Iſmaelitę dicti ſunt teſte Sozomeno. Horum urbs in Concilio Chalcedonenſi memoratur, ſed in Palæſtina; idque ratione vicinitatis, ob quam idem locus diverſis regionibus confinibus attribui conſuevit. Stephanus horum regionem Saracam vocat et poſt Nabathęos illos deſcribit. Hi Aſiam vaſtant anno ſalutis 833. et anno 861. Campaniam igne ferroque diripientes cęduntur, cum antea anno 825. Cretam occupaſſent et anno 837. Italiam multis in locis devaſtaſſent, Romanis ſuburbiis concrematis. Iidem Ioppen diripiunt, cùm ab exercitu Imperatoris Conſtantinopolitani in Italia trucidati fuiſſent. Demum à Turcis Hieroſolymis exire coguntur. *Ptol.* *Plin.*

Saralapis, * Sarapis Antonino, *Villa Pozzi* hodie, ut à Sardis didici, oppidum olim, nunc pagus Sardiniæ, in ora in ortum vergente, à Carali urbe 23. mill. paſſ. (* Forſan Sorabile.) *Ptol.*

Saramene, regio Cappadocię, in ora maris Euxini, circa Halys fluvii oſtia, apud Amiſum urbem. *Strab.*

Saranuſca, *Saarburg*, oppidum Gallię Belgicę ad Saravum fluvium, in Trevirenſi ditione 10. mill. à Treviris in meridiem diſtans et 13. à Luxemburgo in ortum.

Sarapana, caſtellum Colchorum mediteraneum unde Phaſis fluvius incipit navigari, cum pręceps ex Caucaſo monte eò uſque deferatur. *Strab.*

Sarapidis inſula, *Mazira*, teſte Ramuſio inſula maris Azanii, ſeu maris Rubri, Arabię felici ad ortum adjacens. *Arr.* *Ptol.*

Sarapis Stephano eſt inſula ſinus indici.

Saraſa urbs munitiſſima Meſopotamiæ, ad Tigrim fluvium, in finibus Carduchorum. *Strab.*

Saravus, Sarra ex antiqua inſcriptione, Sara Venantio Fortunato, *Sar*, fluvius Galliæ Belgicæ apud Salmonam oppidum Lotharingiæ in Alſatiæ confinio oriens, ac in Boream longè decurrens, in Moſellam apud Treviros influens. De quo quidam: *Ant.*

Et Sarra rectos immoto littore curſus.

Et Fortunatus lib. 7.

Iſara, Sara, Charus, Scaldis, ſaba, Somona, Sura.

¶ Sarbaniſſa, Cappadociæ urbs, in Ponto polemoniaco teſte Ptolomæo.

¶ Sarbathatha, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo. Aliis eſt Sabatha.

¶ Sarbedicus mons apud Curopalatem videtur pars Tauri inter Syriam & Armeniam.

Sarcinium, *Santruden & San Truyden*, oppidum Centronum in Belgio, Hasbaniæ regionis Brabantiæ in ditionne Leodienſi caput, à Leodio 6. Leucis in occaſum à Tungris 3. à Tuenis totidem *San Truyen* etiam dicitur. Vide Centrones.

Sardes. Vide Sardis.

Sardeſſus, oppidum Lyciæ mediterraneum apud Lyrneſſum, ubi Jupiter colebatur, & Sardeſſius cognominabatur, teſte Stephano. *Steph.* *Strab.*

Sardiæi, Sardiates Polybio, Plinio, Sardiotæ Ptolemæo, populi Dalmatiæ, inter Narenſios & Siculotas (*Vide Ardiæi*.) *Strab.*

Sardæion mons Bœotiæ, apud Aſopum fluvium, ut ſcribit Stephanus.

Sardica, Serdica Antonino, *Triadizza* Sophiano, urbs Thraciæ, in Myſiæ ſuperioris confinio olim epiſcopalis inter Naiſium urbem Myſiæ ad occaſum 102. & philippolim urbem Thraciæ ad ortum 104. mill. paſſ. Sardica altera Eutropio & Nicetæ urbs Daciæ apud Iſtrum.

¶ Sardica Turcis & Græcis eſt *Sophia*, urbs aliàs Thraciæ nunc Bulgariæ caput, ad Ciabrum fluvium, & versùs Hemum montem, teſte San ſone & ut ex eius loci

An-

Antiſtite certò reſcivi. Sed a Bulgaris vulgò *Triadiza* etiamnum vocatur.

ſardinia, ſardo & ſardon Heſychio & aliis Græcis, teſte Euſtathio a ſardo Herculis filio dicta, ſandaliotis platonii, & Ichnuſa, teſte plinio, *Sardegna* Italis, *Zerdigna* Hiſpanis inſula ingens Italiæ inter mare Tyrrhenum & Balearicum, nunc ſub Hiſpanis inter Baleares inſulas ad occaſum 500. & Siciliam ad ortum 234. m. paſſ. a Corſica freto 9. mill. diviſa, longa 200. lata ubi plurimus 170. circuitu 560. apud recentiores in qua olim urbes claræ Calaris, Culci, Turris Libyſſonis & Guruli: nunc præſtant ceteris Calaris in qua præfectus regius Hiſpanus reſidet, & ſaſſaris, quæ Turri ſucceſſit. Caret ſerpentibus; ſed ſolifuga ibi animal parvum gignitur hominibus noxium. De ea Martialis lib 4. epigramante 60.

Nullo fata loco poſſis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt.

Claudianus in panegyrico de Conſulatu Mall. Theodoſii.

Vltima ſardiniam, Cyrnon, triſidamque retentat
ſicaniam.

ſardous nomen gentis plinio & aliis Ovidius lib. 4. faſtorum:

Æquoraque Afra legit, ſardoaque regna ſiniſtris.

Sardi venales proverbio dicitur apud Ciceronem lib. 7. epiſtolarum familiarum ad Gallum, & apud alios. Quod alii de negotio prolixo accipiunt, ex eo quòd Grachus capta Sardinia, tantam captivorum multitudinem abduxit, ut in ea vendenda multum temporis inſumptum fuerit. Alii per Sardos Etruſcos intelligunt, quod à Lydis, quorum Sardis urbs regia erat, genus duxerint; eoſque venales appellari, quaſi dubiæ fidei & omni vento mobiles. A Sardis, Sardiniæ *Sardonius riſus* adagium eſt in eos, qui intus triſtes, foris lætitiam ſimulant; ab herba Sardoa, quæ guſtata dulcis videtur; ſed mortem affert, rictu ora contrahens, ut moriens ridere videatur, Solino auctore. Alii proverbium à Sardone Carthaginenſium regione, ubi filii parentes ſeptuagenarios Saturno ridentes ſacrificabant, teſte Zenodoto. Sardonica tinctura apud Heſychium dicitur de colore præcellenti, qualis olim in Sardinia fuit; & per metaphoram de eo qui pudore rubeſcit, aut ex plagis ſanguine conſpergitur.

¶ Sardinia *la Sardaigne*, inſula eſt Italiæ, aliàs regio titulo inſignita. Ejus longitudo eſt 170. mill. paſſ. latitudo major 80. circuitus autem 450. Sed diſtat à Corſica freto 6. mill. paſſ. Regitur à Prorege Hiſpano & dividitur in duas partes fluviis *Cedro*, & *Tirſo*, nempè in Borealem partem ſeu Lugodorinam, *Capo di Lugodori*, & in Auſtralem, ſeu Calaritanam, *Capo di Cagliari*. Ferè 400. mill. paſſ. diſtat ab inſula Baleari minori in ortum. Totius inſulæ caput eſt Calaris, *Cagliari*, in parte auſtrali inſulæ.

Vrbes Sardiniæ hac tempeſtate: quæ 18. olim
epiſcopali ſede decoratæ, nunc 7. ſunt.

Algarium, *Algher*, ſub Archiepiſcopo Turritano, cui ſedes Biſarienſis eſt iuncta.

Arborea, *Oriſtagni*, archiepiſcopalis, cui ſedes s. Iuſtæ iuncta fuit.

Boſa, ſic vulgò, ſub Archiepiſcopo Turritano.

* Calaris & Caralis *Cagliari*, archiepiſc. & ſedes Proregis, cui epiſcopatus Galtellinenſis, Olienenſis, & Suelenſis adiuncti ſunt.

Caſtrum Aragonenſe, *Caſtell Aragoneſe*, ſub Archiep. Turritano.

Emporiæ, *Ampurias*, quæ & Caſtrum Aragonenſe.

Phauſania, *Terra nova*, cuius ſedes Emporienſi copulata eſt.

* Saſſaris, *Saſſari*, archiep. Turritanæ urbi ſuffecta, cui etiam ſedes Torrenſis adiuncta fuit.

* Turris Libyſſonis, *Torre*, archiep. cuius ſedes Saſſarim tranſlata eſt.

Villa ſeu vallis Eccleſiæ, Sulcitanæ ſuffecta, demum Calaritanæ coniuncta.

Vſellis, *Vſellus* ſeu *S. Pietro de Vſellus*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arborenſi, cui etiam ſedes Turris Albæ contributa fuit.

Sardis, Sardes Straboni, Xenophonti & aliis, Tarna Homero, *Sardia*, urbs Lydiæ archiepiſcopalis, & metropolis, apud Tmolum montem, olim regia Crœſi inter Thyatiram ad Boream 36. & Philadelphiam ad meridiem 26. mill. paſſ. Nunc jacet. Sub illa erant plures urbes; in quibus Philadelphia, Tralles, Gordi, Sala, Apollonia, Silandus & Thyatira. Populi Sardi Polybio. Hinc Sardianus nomen gentis. Sardium meminit Ovid. lib. 11. Metamorphoſeon:

Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem.

Sardon inſula. Vide Sardinia.

Sardones, populi Galliæ Narbonenſis, in Hiſpaniæ confinio, inter Salſulas & Templum Veneris. Plin.

¶ Sardones populi Galliæ Narbonenſis, fuere in eo Mel. tractu, ubi nunc Comitatus Ruſcinonenſis, ad radices Pyrenæorum montium & inter Occitaniam ad Boream & Cataloniam ad meridiem.

Sardonici montes Liburniæ, nunc *Maranai* & Sardonius mons in Illirici & Macedoniæ confinio, de quo lib. 2. Itinerarii:

-a tergo monte relicto
Sardonio, ad biſidi & faſtigia celſa nivoſi.

Sardonii populi fuere Africæ, a Sardone regione in Carthaginenſium finibus dicti, qui, ut Zenodotus in Timæo auctor eſt, parentes ſeptuagenarios Saturno ſacrificare ridendo conſueverant, unde ortum eſt adagium, *Riſus Sardonicus*, in eos qui ſimulatè rident. Sed apud Solinum ortum habet à ſardoa herba, quæ in Sardinia naſcitur, apiaſtro ſimilis, quæ guſtu quidem dulcis ſed guſtata mortem affert, ora rictu contrahens, itaut moriens ridere videatur. Profertur in eos, qui intus triſtes, extra lætitiam ſimulant. Euſt.

Sardonius ſinus, Taphros Plinio, *Stretto di Corſica*, fretum inter Corſicam, & Sardiniam, quod 9. mill. paſſ. patet.

¶ Sardonius ſinus quid ſit non conſtat: forſan & meliùs, Sardonium fretum, aliàs Taphros, hodie *le bocche di Bonifacio*, inter Corſicam & Sardiniam inſulas, quod 6. m. paſſ. patet; & quibuſdam nautis dicitur etiam *le bocche di Beixonaire*. Vide Taphros.

Sardos oppidum Illyrici mediterraneum in Dalmatia, cuius populi Sardiæi, & Sardiates. Steph.

Sardoum mare, quod inter Sardiniam & fretum Herculeum interiacet, teſte Plinio. Vide Sardinio, ubi carmen Ovid. 4. faſtorum. Strab. poly. Strab.

¶ Sardoum mare, *mare di Sardegna* Italis, *mer de Sardaigne* Gallis, pars eſt maris Mediterranei verſùs Sardiniam inſulam, ſeu, & meliùs verſùs partem occidentalem Sardiniæ inſulæ, & a quibuſdam extenditur etiam verſùs Africam. Plin.

Sardus apud Stephanum eſt urbs Illyrici; quæ Sardo Straboni et Scardonana aliis dici videtur.

Sarepta, *Saraſendi* Giſtello, *Saphet* poſtello, urbs phœniciæ (non Palæſtinæ, ut ſcribit Ortelius) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tyrio, proxima Sidoni, ab ea 4. mill. paſſ. diſtans in ortum Nazaram verſùs, in magna planitie. Hic Elias propheta viduam in maxima fame ſuſtentavit divina ope. Sarepta legitur apud Stephanum.

¶ Sarepta urbs eſt phœniciæ, in ora maris Syriaci, media ferè inter Sidonem ad boream, et Tyrum ad memeridiem 10. mill. utrinque diſtans.

¶ Sargaſſum mare. *mar do Sargaſſo* Luſitanis, pars Oceani Atlantici inrer Arſinarium promontorium ad ortum &. inſulas Heſperides ſeu Capitis Viridis ad occaſ. ſic dicta ab herba quadam *Sargaſſo* à Luſitanis denominata, cuius multitudo ingens reperitur in illo mari, itaut perſæpe navigia à curſu retardentur.

Sargetia, Sargentia Tzetzæ, *Strel* Hungaris, *Iſtrig* Germanis, teſte Lazio, fluvius Daciæ per Valacchiam in Iſtrum influens, in quo Decebalus Rex theſauros condidit a Traiano bello peritus.

¶ Saria *Saria*, ſeu *Sarria*, oppidum Hiſpaniæ in Gallæcia, ad amnem cognominem, vix 4. leucis diſtans à Luco Aſturum in meridiem, Minium fluvium verſùs totidem.

Sariphi, montes Aſiæ inter paropamiſſadas et Sogdianos ex quibus Oxus fluvius efluit. ptol. Strab.

Sariſberia, olim Dunium, et aliis Sorviodunum, *Sariſbury*, teſte Camdeno, urbs epiſcopalis Angliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, inter VVintoniam 20. et Bathoniam 24. mill. Scrip. Brit.

¶ Sariſberia, aliàs Sorviodunum ſeu Sarviodunum, urbs Belgarum, hodie Angliæ meridionalis in Vviltonia provincia, quæ aliter Sarum dicta fuit, vulgò *Saresbury*. Sedet ad Avennam fluvium, ubi recipit Nadderum 20. mill. diſtat ab ora maris Britannici in Boream 15. à Vintonia in occaſum; & 24. á Bathonia in Eurum.

Sarita, locus Iudææ, patria et ſepultura Ezechieli Prophetæ, in territorio Hebron, teſte Dorotheo.

Sarlatum, *Sarlat*, urbs Aquitaniæ recens epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Burdigalenſi, in Petragorica regione inter Petragoricas ad Boream & Agenum ad meridiem 9. leuc. a Tutelenſe urbe fermè duplo a Joanne XXII. Pontifice Maximo epiſcopo donata, cum anteà oppidum eſſet petragoricenſis Diœceſis, ſicuti Condomum Agennenſis.

¶ Sarlatum, *Sarlat*, urbs eſt Galliæ, in Aquitania, & in petrocoricenſi provincia versùs confinia Cadurcenſis provinciæ. Una leuca diſtat a Duranio fluvio, 9. a Petrocorio in Eurum, totidem a Cadurco in Boream 17. ab Aginno in Cæciam, Tutelam versùs novem; eſtque juxta amnem Sarlatum. Epiſcopali ſede decorata fuit anno 1317. & aliàs dicta fuit Calabrum monaſterium, teſte Lubino.

Sarmagana, *Samarchant*, teſte Nigro, urbs Ariæ provinciæ, in Aſia, Tavæ Navarique finitima, non illa *Samarcand*, quæ in Sogdiana.

Sarmatia provincia gemina. Vna in Europa, maxima inter Germanniam ad occidentem, Viſtula fluvio diviſa marique Baltico ſeu Venedico terminata & Sarmatiam Aſianam, Tanai fluvio Mæoticaque palude diſcreta, quæ, quà mare Euxinum & Mæotidem attingit, Scythia etiam Europæa apud veteres nominatur; in plures regiones diviſa, quæ magna ex parte in regno Polonico continentur, uti Podolia, Ruiſia, Volhinia, Lituania, Maſſovia, Pruſſia, Samogitia, Livonia; aliæ in Moſchorum ditione præcipuæ Ruſſia magna ad occaſum, Duvina ad Boream, Severia ad meridiem & Moſcovia, ſub qua aliæ regiones ſeu principatus plures continentur. In ea Gythones populi, ubi Dantiſcum urbs, Boruſſi in pruſſia, Levones in Livonia, Alani & Baſtarnæ in Lituania, Peucini & Budini in Podolia, ac Roxolani in Ruſſia. Reliquum, Agathyrſos, Baſtarnas, Savromatas, Gelonos, & Getas continens, in Tartarorum ditione eſt, qui inter oſtia Tanais ad Boream & Tyræ ad auſtrum, loca omnia in ora Mœotidis & maris Euxini, finitimaſque regiones, unà cum Taurica, tenent, Turcis etiam alicubi dominantibus. Scythia tamen Europæa in ora maris Euxini magis patet quàm Sarmatia; nam partem Myſiæ inferioris ponto Euxino adjacentem complectitur. Altera Sarmatia in Aſia, inter Mæotidem & Tanaiam, ad occaſum & Rha fluvio ad ortum contenta, inter mare Euxinum ad meridiem & Oceanum ſeptentrionalem latè patens, Rha fluvium ad Arctos tranſgreſſa uſque ad Scythiæ citerioris confinia. Cujus partem uſq; ad Rha fluvium & ultra uſque ad Obim fluvium maximum in Scytharum confinio, tenent Moſchi: maximam occupant Tartari per hordas (ut vocant) diviſi, ſine urbibus, more Nomadum. Partem incolunt Zygæ & Heniochi in ora maris Euxini, nunc *Circaſſi*: ultra quos in Boream Mordua eſt provincia ſub Moſchis. Populi utriuſque Sarmatæ & Sauromatæ. A ſtudio armorum ſarmatæ dicti, teſte D. Iſidoro. Hinc Sarmatis Ovid. lib. 4. triſtium elegia 10.

Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Et Sarmaticus nomen gentis. Ovid. lib. eleg. 8.

Actum, Sarmaticis expoſuere locis.

¶ Sarmatia regio perampla, aliàs diviſa fuit in tres partes, nempè in Sarmatiam Europæam, Sarmatiam Aſiaticam, & Germano-Sarmatiam.

¶ Sarmatia Aſiatica erat versùs limites Europæ & Aſiæ, & fluvium Rha, inter Oceanum Septentrionalem ad Boream & Pontum Euxinum ac mare Caſpium ad meridiem, atque inter Scythiam ad ortum & Sarmatiam Europæam ad occaſum; ubi hodie pars ſeptentrionalis Moſcoviæ ſeu Ruſſiæ Albæ cum Tartaria Moſcovitica, ubi provinciæ Duina, Condora, Petzora, Permia, Samojeda, Siberia, Viatka, Loppia, Lucomoria, & regna Caſanum, Aſtracanum, & Bulgaria.

¶ Sarmatia Europæa erat inter Sarmatiam Aſiaticam ad ortum & Germano-Sarmatiam ad occaſum, Oceanum Sarmaricum, ſeu ſeptentrionalem ad Boream & Paludem Meotidem ac Pontum Euxinum ad auſtrum. Ejus partes erant parva Scythia, Roxolani, Hamaxobii & Alauni populi, ubi hodie Ruſſia Alba ſeu Moſcovia, regio perampla, cum Tartaria minori.

¶ Germano-Sarmatia erat inter Sarmatiam Europæam, a qua dividebatur ad ortum Boriſthene fluvio, Germaniam ad occaſum, a qua ſeparata erat Viſtula, Daciam ad meridiem, a qua diviſa fuit Tyra fluvio, & Carpatho monte. Habebat autem ad Boream Svecicum mare & Finnicum ſinum. Ejus præcipui populi erant Venedi, Æſtiæi, Peucini & Baſtarnæ. Ibi hodie regnum Poloniæ maxima parte.

Sarmatiæ Europææ urbes clariores quæ in Polonico regno continentur maximè quæ Satraparum (quos illi Palatinos vocant) ſunt ſedes, numero urbium ſubjectarum appoſito.

Auguſtavia, *Auguſtovv*, Maſſoviæ, (in Polachia.)

Belſium, *Belz*, ſatrapia Rutheniæ, ſub qua urbes 14.

Breſtia, *Breſtia*, ſatrapia Poloniæ majoris in Cuiavia, ſub qua 4. urbes.

Brunonis mons, *Brunſberg*, Pruſſiæ.

Caliſia, *Caliſch*, Poloniæ majoris ſatrapia, ſub qua 9. urbes.

*Camenecia, *Caminicez*, Podoliæ epiſcop. & ſatrapia, ſub qua 10. urbes.

Chielmia, *Chelm*, & *Chielmick*, epiſcopalis, Rutheniæ.

Cobrinum, *Kobrin*, Poleſſiæ. (Quid ſit non conſtat, niſi forſan *Orby*.)

Corcinum, quod & Civitas nova, *Korcin*, poloniæ minoris, Conventus Cracovienſis. (Urbecula eſt parva.)

* Cracovia, *Crackovv*, regia & epiſcop. Poloniæ minoris & ſatrapia, ſub qua 10. urbes.

Culmia, *Culm*, epiſcopalis Pruſſiæ, & ſatrapia, ſub qua 9. urbes.

Curia, *Curovv*, Epiſcopalis, Curlandiæ, (nunc vicus.)

Derſavia, *Darſavv*, vel *Diſchavv*, Pruſſiæ.

Dobrinum, *Dobrin*, Maſſoviæ, ſatrapia, ſub qua 4. urbes.

Drochinium, *Drochicinum*, Poleſſiæ. (Eſt in Polachia.)

* Elbinga, *Elbing*, Pruſſiæ.

Felinum, *Felin*, Livoniæ, (ſub Svecis.)

Gambinum, *Gabin*, conventus Ravenſis ſatrapiæ.

* Gedanum, *Danzich*, Pruſſiæ. (Regiæ.)

Geneſna, *Gnieſne*, Archiepiſcop. Poloniæ majoris.

Goldinga, *Goldingen*, Curlandiæ.

Goſtinium, *Goſtin*, conventus Ravenſis, (in Polonia majori.)

Halycia, *Halicz*, Rutheniæ, (ſeu Ruſſiæ nigræ.)

Haſpſelia, *Hapſel*, epiſc. Livoniæ, (ſub Svecis.)

Kiovia, *Kiovv*, epiſcopalis Lituaniæ & ſatrapia, (ſub Moſchis.)

Lancitia, *Lancitz*, ſatrapia Poloniæ intermediæ, ſub qua 8. urbes, (in Polonia majori.)

* Leopolis, *Lemburg*, archiepiſc. & ſatrapia Rutheniæ, in qua 10. urbes.

* Lublinum, *Lublin*, ſatrapia Poloniæ minoris, ſub qua 5. urbes.

* Luceoria, *Luizko*, epiſc. & caput Volhiniæ.

* Marieburgum, *Marienburg*, ſatrapia Pruſſiæ, ſub qua 8. urbes.

Miciſlavia, *Micislavv*, ſatrapia Lithuaniæ, ſub qua 5. urbes.

Minſcum, *Minsko*, ſatrapia Lithuaniæ, ſub qua 8. urbes.

* Mons Regius, *Konigsberg*, ſedes Principis academia, & emporium Pruſſiæ (, Ducalis.)

Narva, *Narva*, etiam vulgò, gemina: una Livoniæ; altera Poleſſiæ. (Secunda eſt in Polachia, *Narevv*, vulgò.)

Novogradus, *Novogorod*, ſatrapria Lithuaniæ, ſub qua 4. urbes.

Nurum, *Nur*, Poleſſiæ. (Vicus eſt Mazoviæ.)

Opocinum, *Opotzin*, Poloniæ intermediæ.

Oſilia, *Oeſel*, inſula & urbs epiſcopalis Livoniæ, (ſub Svecis.)

Oſvicinum, *Oſvviczin*, Poloniæ minoris.

Parnavia, *Parnovv*, Livoniæ, (ſub Svecis.)

* Petricavia, *Petrikovv*, conventus ſatrapiæ Sardinenſis.

* Pleſcovia, *Pleskovv*, Livoniæ, in confinio Moſchorum.

Ploſchum, *Plotzko*, epiſc. Maſſoviæ & ſatrapia, ſub qua 7. urbes. (Eſt in Polonia majori.)

Polotia, *Poloczk*, ſatrapia Lithuaniæ, ſub qua 4. urbes.

Poſnania, *Poſen*, caput & ſatrapia Poloniæ majoris, ſub qua 8. urbes.

Premiſſia, *Przemysle*, epiſcopalis Rutheniæ, (ſeu Ruſſiæ Nigræ.)

Quizinum, *Marienvverder*, Pruſſiæ, ſedes epiſcopi Pomeſanenſis.

Radeonia, *Radiny*, conventus ſatrapiæ Vladislavienſis.
Radomia, *Radom*, conventus Sendomirienſis ſatrapiæ.
Ragnetum, *Ragnet*, Pruſſiæ, in confinio Samogitiæ.
Rapinum, *Rapin*, conventus alter Vladislavienſis.
Rava ſic vulgò, ſatrapia Poloniæ intermediæ, ſub qua 4. urbes. (Eſt Poloniæ majoris.)
* Revalia, *Revel*, epiſcopalis & emporium Livoniæ, (ſub Svecis.)
* Riga, *Rvg*, archiep. emporium & caput Livoniæ, (ſub Svecis.)
* Sendomiria, *Sandomir*, vel *Sendomierz*, Satrapia Poloniæ minoris, ſub qua 12. urbes.
Siradia, *Sirad*, ſatrapia Poloniæ intermediæ, ſub qua 6. urbes (eſt Poloniæ majoris.)
* Smolenchum, *Smolensko*, ſatrapia, & epiſc. Lithuaniæ, (ſub Moſcis.)
Socſavia, *Soczovv*, Poloniæ intermediæ, ubi Comitia.
Torpatum, *Derpt*, epiſc. Livoniæ.
* Torunia, *Torn*, Maſſoviæ maxima. (Torunia urbs eſt Pruſſiæ Regiæ.
Trochi, *Trocki*, ſatrapia Lithuaniæ, ſub qua 5. urbes.
Tycocinum, *Ticozin*, Poleſſiæ. (Urbs eſt Polachiæ.)
Vepria, *Vveper*, Samogitiæ, (nunc caſtrum in limite Lithuaniæ.)
* Varſovia, *Vvarſavv*, Maſſoviæ, ubi regni Comitia.
* Vilna, *Vvilde*, epiſc. & primaria ſatrapia Lithuaniæ, ſub qua 4. urbes.
Vinda, *Vvinden*, epiſcopalis Livoniæ, in Ducatu Curlandiæ.
Vitepeſcum, *Vitepſk*, ſatrapia Lithuaniæ, ſub qua 3. urbes.
* Vladislavia, *Vladislavv*, epiſc. & ſatrapia Maſſoviæ, ſub qua 4. urbes. (Eſt in Polonia majori.)
Volmaria, *Vvolmar*, Livoniæ (ſub Svecis.)
(Vide Poloniæ urbes.)

Sarmatica, inſula Myſiæ inferioris, contra oſtium Iſtri, quod Caloſtoma appellatur, ideſt, pulchrum oſtium.

Ptol. Sarmatici montes Carpatibus finitimi, apud Cepuſium oppidum & Comitatum Hungariæ Tranſdanubianæ, quos Cepuſienſes Ludovicus Decius interpretatur.

¶ Sarmatici montes dicuntur montes Carpates, quà Germano-Sarmatiam ſpectant, ſeu Poloniam, præcipuè versùs Comitatum Czepuſium, ubi *Bieſcid* à Ruſſis dicuntur.

Sarmaticum mare, idem Euxino, quà sarmatiam *Ovid.* alluit.

¶ Sarmaticum mare, ſeu ſarmaticus Oceanus pars eſt Oceani ſeptentrionalis, versùs mare Album & oram Borealem Moſcoviæ, inter oſtia Obii & Duinæ fluviorum, hodie *mer. de Moſcovie*, ſeu *Ocean ſeptentrional* Gallis, *Mourmanskoy more* Moſcis, teſtibus Iſaaco Maſſa & aliis.

Sarmiſia vallis, *Haczag*, teſte Joanne sambuco, tra*Dac.*ctus Daciæ, in Tranſylvania ad meridiem, quæ & Zarmiſia, ubi Zarmigethuſa urbs erat.

Ant. Sarnia, *Garnſey*, teſte Camdeno, inſula maris Britannici, ante oram Britanniæ minoris, ſeu Galliæ Celticæ à Maclovienſi epiſcop. 7. leucis in Boream, ſeptem inſulas versùs 1c.

¶ Sarnia, *Carneſey* Camdeno, sanſoni, & aliis, inſula eſt Galliæ Lugdunenſis in mari Britannico, & in ora Normanniæ, cuius pars antea fuit; & ſola cum Cæſarea inſula ſubeſt Regi Angliæ ex Ducatu Normanniæ, jamque Hantoniæ provinciæ Angliæ tribuitur. Decem pagos continet & caſtrum munitum in ora orientali *Chaſteau Cornet* dictum. Ejus major longitudo eſt 13. mill. paſſ. & 18. mill. diſtat à Cæſarea ad occaſum æſtivum, uti 45. à Macloviopoli in Boream & 25. ab ora proximiori Normanniæ in occaſum. Dicitur etiam Garneſeja inſula.

Strab. Sarnus, fluvius Picentinorum, eos à Campanis dividens ex monte Tifata profluens, (qui ibi sarnus à Vibio sequeſtri appellatur) & in mare apud Stabias illabens, cum urbe cognomine apud ortum; quæ urbs *Sarno* dicitur, epiſc. ſub Archiep. salernitano, inde 13. mill. paſſ. diſtans in Boream à Nuceria 5. à Nola ſupra 6. in ortum. Fluvius verò & *Sarno & Scafato* apud oſtia nominatur. Populi ibi incolentes sarraſtes Virg. lib. 7. Æneid.

Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Mons verò ex quo sarnus oritur, Carus, ſeu sarnus Vibio sequeſtri dicitur. Sarnus item apud stephanum oppidum eſt Illyrici.

¶ Sarnum, *Sarno*, urbs eſt parva regni Neapolitani, in provincia Principatus citerioris & in limite Terræ Laboris & Principatus ulterioris. Ducatus titulo inſinitur gentis Barberinæ & 13. mill. diſtat a salerno in Circium, Nolam versùs S. & 5. à Nuceria in Boream. Sedet ad radices montis, & arcem habet antiquam. Sarnus autem fluvius, hodie *Scafati*, Principatum citeriorem a Terra Laboris ſeparans, poſtea in ſinum Neapolitanum ſe exonerat infra Pompejos, propè Turrim Annunciatæ; & 5. milliar. à ſtabiis in Boream.

Saron, *Caſtel S. Lamperto*, oppidum Palæſtinæ, &, teſte *Bibl.* Laieſtainio, saronas regno inter Cæſaream & Joppen. Eſt etiam mons saron inter montem Thabor & lacum Tiberiadis; oppidum verò inter Ptolemaidem ad auſtrum & sandalium 6. mill. paſſ. diſtans. Aliis montem saron locant inter montem Thabor & Ptolemaidem. Saron item locus eſt Trœzenis, teſte stephano.

Saronicus ſinus, qui & Salaminiacus, teſte strabone, & *Strab.* Eleuſinius eidem, Megarenſium solino, *Golfo dell' Engia*, *Plin.* ſinus Peloponneſi, inter illam & Atticam: ubi & portus Saronicus, teſte Mela, apud Iſthmum, & Schœnuntem portum, unde ſinus nomen habere videtur.

¶ Saronicus ſinus, nunc *Golfo di Engia*, ſinus eſt maris Ægæi, inter Atticam & Peloponneſum extenſus, inter promontoria sunium & scyllæum ad ortum, & Iſthmum Corinthiacum ad occaſum. Rigat Athenas, Megaram & Troezen; & in eo ſunt inſulæ Ægina & salamis.

Saronis apud Dionyſium Afrum ſinus saronicus appellatur, à sarona oppido, quod nunc pagus eſt in ora ſinus saronici poſt Epidaurum; vulgò *Saronica*, vel à Saronico portu ad Iſthmum, uti ſupra diximus. De quo Dionyſius de ſitu orbis:

Nomine quem Danai dixere Saronida priſco.

Ubi Dionyſius videtur saronidem cum Ephyre confundere.

Saronis palus in Argia regione Peloponneſi, quæ & *Pauſ.* Phœbæa.

Sarpedon, promontorium Ciliciæ, inter Celenderim ad *Strab.* occaſum & Zephyrium ad ortum, apud oſtia Calycandi *Plin.* fluvii, cum oppido cognomine teſte Mela, ſic à sarpedo*Liv.*ne Minois fratre dictum, in ea loca profecto. De quo *& al.* Ovid. lib. 15. Metamorph.

Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro.

Sarpedon item oppidum Thraciæ, ad * Erigonum flu*Suid.*vium, apud montem Hæmum: cum tamen Erigonus flu*Steph.*vius à Ptolemæo in Macedonia deſcribatur, Erigonon ab eo dictus. Hinc nomen gentis Sarpedonius. (* Potiùs Erginum fluvius Thraciæ.)

Sarpedonia, inſula Oceani Atlantici, una Gorgadum, ſeu *Suid.* Gorgonum.

¶ Sarpendonia, inſula Gorgadum, ſeu Heſperidum caput, creditur ea quæ nunc *Iſola de sant Iago*, dicitur ab Hiſpanis. Eſt oblonga cum urbe cognomine, eſtque primaria inſularum Capitis Viridis, ſub dominio Regia Portugalliæ.

Sarpedonium littus in ora maris Euxini, apud sarpedonem oppidum, ubi Erginus fluvius exoneratur, & ubi ſacrum erat Neptuno, adeo fluctibus aſſiduè tunditur, ut in proverbium abierit de rebus valde turbulentis, ac in calamitoſos & obſtreperos aptè uſitatur.

Sarra, urbs Africæ, quæ Carthago & Phœniciæ, quæ Ty*Ver.*rus. Unde sarrani populi & sarranus nomen gentis. Virg. *inſ.* lib. 2. Georgi.

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

Sarraceni populi Arabiæ. Vide saraceni.

Sarræ caſtra, *Sarburg*, ſeu *Sarburg*, oppidum Galliæ Bel*Plin.*gicæ in Auſtraſia, inter Lotharingiam & Alſaciam, ad sarram fluvium, quaſi sarræ burgum, vel sarræ pons, inter Argentoratum S. & Metas in Corum 13. leucis, à Duodeciaco 5. in ortum.

¶ Sarræ caſtra meliùs dicitur Pons saravi, *Sarbourg*, Germanis *Kaufmans Sarbruck*, urbs Lotharingiæ Ducatus, aliàs Imperialis & ſui juris, hodie ſub Rege Francorum, ad saravum fluvium, & in limite Alſatiæ inferioris.

Sarræ pontes, Pons sarnix Antonino, *Sarbrucken*, oppidum Auſtraſiæ, ad sarram fluvium, à sarreburgo 8. leucis in Boream, versùs Fanum Vendelini 5. à Biponto urbe 3. in occaſum Fanum Avolti versùs 2.

Sarranates, populi Umbriæ, quos Plinius interiiſſe *Plin.* ſcribit.

Sarraſtes, populi in Campaniæ & in Picentium confi*Virg.*nio, circa ſarnum incolentes. Vide sarnus.

Mel. Sars, *Ars* Moletio, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis, apud Turrim Auguſti decurrens,& in Oceanum apud Aras ſeſtianas ultra Nerium promontorium labens.

¶ Sars fluvius aliis eſt *Rio Lezaro*, & propè turrim Auguſti in Oceanum ſe exonerat tribus leucis à Nerio promontorio in meridiem, ſed longè ab Aris ſeſtianis.

Strab. Feſto. Sarſina & ſaſſina, *Sarſina* etiam vulgò, urbs Galliæ Togatæ, in Æmilia, inter Apennini montis radices, apud ortum sapis fluvii, non longè decurrentis, epiſcopalis, ſub Archiep. Ravennate à Ceſena 25. mill. paſſ. in meridiem ſeu Notolibycum diſtans, penè deſerta, & in vicum redacta, Plauto ſolùm memorabilis. Popouli sarſinates Plinio. Silius lib. 8.

Vel raſtris laudande Camers, his sarſina dives Lactis.

¶ Sarſina urbs eſt Æmiliæ, ſeu Romandiolæ, in ditione Pontificia, & in ipſo limite ditionis Florentinæ ad sapin fluvium, qui 10. mill. ſupra oritur. Parvi eſt circuitus, vix 50. domos continens. Diſtat 10. mill. a Ceſena in meridiem, & 24. ab Arimino in occaſum.

Scrip. Gall. Sarta, *sartre*, fluvius Galliæ Celticæ, ex Comitatu Perticenſi per Cenomanos, & Andegavos in Ligerim fluens, de quo in vitis Sanctorum fit mentio. Sarte verò oppidum fuit Macedoniæ, apud Athon montem, ut auctor eſt Stephanus.

¶ Sarta, *la ſarte*, fluvius. Oritur in limite Normaniæ, quam ſeparat à perticenſi provincia; deinde rigato Alenconio, per Cenomanos fluens, juxta Cenomanum labitur, ibique Huinum fluvium recipit. Tandem rigatis aliquot aliis locis, per Andegavos fluens, inibi Lædum fluvium recipit, & paulò poſt in Meduanam ſe exonerat vix mill. paſſ. ſupra Andegavum.

Bibl. Sarthan locus Palæſtinæ, apud Iordanem fluvium, & Scythopolim urbem, inter quem, & Edom Iordanem apud lacum Tiberiadis ſtetiſſe, donec Iſraelitæ tranſirent, refert Andreas Maſius.

¶ Sarum, ſeu sarisburia, *sarisbury*, urbs epiſcop. Angliæ ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, in comitatu Vltonia, ad confluentes Avennæ, & Nideris fluviorum. Vide Sarisberia.

Plin. Sarunetes, *ſangans*, teſte ſcudo, populi et oppidum Rhætorum, apud Rhenum, in Helvetiorum confinio, à Curia 3. leucis in Circium, quot à Glarona urbe Helvetica in ortum. Ejus oppidi mentio fit in lib. 6. Itinerarii:

Voce sarunetum hic urbem dixere vetuſtam.

Plin. Strab. Ptol. Sarus, fluvius geminus: unus Italiæ, in Pelignis apud Aufidenam oriens, ac per fines sulmonenſium et Frentanorum non longè ab Anxano urbe in mare ad sarum oppidum exciſum decurrens, sagrus straboni, vulgò *sangro*, et *sanguine*, quo nomine sarum caſtrum occurrit, inter Sulmonem 19. et Venafrum 26. mill. paſſ. a fluvio nomen habens. Alter Ciliciæ, *Adena*, Adanam urbem alluens, ac in ſinum Iſſicum inter Cydnum (qui Tarſum alluit) et Pyramum influens. Eſt et sarus his minor in Cappadocia Comanam urbem alluens: cujus meminit Plinius lib. 6. cap. 3.

¶ Sarus fluvius, *sangro*, vulgò. Oritur ex Apennino monte 7. mill. ſupra Aufidenam, in limite Campaniæ felicis; deinde per Aprutium citeriorem fluens, inibi 6. mill. infra Anxanum in mare Adriaticum ſe exonerat. Rigat autem sarum caſtrum, *Caſtel di sangro*, 5. mill. infra Aufidenam, et 14. à sulmone in meridiem, Æserniam versùs 12.

¶ Sarus, fluvius Aſiæ minoris. Oritur in Armenia minori paulò ſupra Camanam urbem, quam alluit; deinde per Ciliciam fluens, inibi in mare Cilicium cadit propè Margaſam oppidum & inter oſtia fluvii Pyrami ad ortum & Cydni ad occaſum.

Ant. Lib. Conc. Saſima, *Saſum*, teſte Leunclavio, urbs Cappadociæ. epiſ. ſub Archiep. Cæſareenſi, inter Cæſaream ad Arctos & Tyana ad meridiem 32. mill. paſſ. ultra Ancyram in ortum ſupra 200. Cujus urbis D. Gregorius Nazianzenus Epiſc. fuit.

Ptol. Poly. Strab. & al. Saſo, ſaſſo silio, *saſeno* hodie, inſula maris Ionii, ante Aulonem urbem Macedoniæ, ab Iapygio promontorio Salentinorum 50. mill. paſſ. proxima Orico oppido Epiri. Strabo autem illam inter Brundiſium, & Epirum deſcribit, ubi numeri diſtantiæ depravati. De qua Lucanus lib. 5.

Non humilem saſona vadis, non littora curva Theſſaliæ.

Saſones, populi Scythiæ, apud Imaum montem incolentes. *Pto.*

¶ Saſſari, *Saſſari*, urbs sardiniæ, in parte Boreali inſulæ, archiep. & ſatis ampla. Crevit ex ruinis Turritæ urbis ſeu Turris Libiſſonis, à qua 8. mill. diſtat in meridiem, uti ab ora littorali, Algarium versùs 18. eſtque ſatis amœna quantum inſula patitur, ſed parum munita.

Saſſina apud Martialem & alios, niſi ſit error codicis, pro sarſina, copia lactis abundans. Martialis lib. 3. epigr. 58. *Mart.*

Metamque lactis saſſinate de ſylva.

Satala, *Palli* Theveto, urbs Armeniæ minoris utroque numero prolata, epiſc. ſub Archiep. sebaſtenſi, à Melitene 250. mill. paſſ. in Boream, Trapezuntem versùs, à Nicopoli 100. in Cæciam versùs Trapezuntem. Hinc satalleus nomen gentile. *An. Ste. Pto*

¶ Satcuma, *Satcuma*, regnum Iaponiæ, in parte auſtrali Ximoæ inſulæ, cum urbe cognomine, teſte Brietio.

Satharchæ, populi Sarmatiæ, Exomatis & Torinis finitimi, apud Meotim paludem. Vide ib. *Val.*

Saticula, colonia & oppidum samnii, quod interiit. Saticula Stephano & Diodoro, saticulus ager apud Virg. in Campaniæ confinio, saticuli etiam populi et saticulani. Virg. lib. 7. Æneid. *Fla Liv Pat*

Accola Vulturni, pariterque saticulus aſper.

Satio oppidum fuit Macedoniæ apud Lychnidum lacum; cujus hodie nullum exſtare indicium fertur, ut multorum aliorum ejuſdem regionis.

Satrianum, urbs Lucaniæ exciſa, epiſc. ſub Archiep. Compſano, cujus ſedes unita eſt, potentiæ proxima, inde 8. mill. paſſ. in meridiem. Caput aqueum versùs 40. Sic etiam Aſculum Apulorum dicitur. Horat. lib. 1. ſermonum ſatyra 6. *Pro Rom*

Me satrianeo vectari rura caballo.

¶ Satrianum urbs fuit Lucaniæ, hodie omnino diruta; itaut vix ejus appareant veſtigia in Baſilicata provincia, in limite Principatus citerioris, ad radices Apennini 9. mill. à Marſico novo in Boream Potentiam versùs. Ejus autem ſedes epiſc. unita fuit Campanienſi, hinc 28. mill. diſtans in occaſum.

Satricula, oppidum samnitum à Romanis captum, Livio teſte lib. 9. decadis 1. populi satriculani. *Plin*

Satricum, colonia & oppidum Latii extinctum, populi satricani Livio. Nulla horum hodie exſtant veſtigia licet oppidum præclarum fuerit in Volſcis, inter Privernum & Antium. Cujus meminit Livius lib. 7. decadis 1. A Romanis captum & dirutum, teſte odem libro eodem. *Liv.*

¶ Sattalicus ſinus, *Golfe de ſattalie*, pars maris Meterranei, inter Aſiam minorem ad Boream & Ægyptum ad Meridiem, naufragiis & procellis infamis. Dicitur aliter Attalicus ſinus.

Satura, palus Latii, inter Antium & Circeios, eadem Aſturæ, ut nonnullis videtur; Vide ib. vel inter Circeios, & Tarracinam, eadem Pontinæ ex Virg. qui per illam Vfentem fluvium fluere ſcribit lib. 7. Æneid. *Vib. ſeq.*

Qua satura iacet atra palus, gelidusque per imas
Quærit iter valles, atque in mare conditur Vfens,

Vbi olim satura caſtrum apud Feroniam.

Saturni lacus, in Media, in quo nihil mergitur, teſte Plinio lib. 31. cap. 2. *Plin.*

Saturnia, *sitorgna* hodie, et *saturnia*, Colonia saturniana Ptolemæo, urbs Hetruriæ exciſa, olim epiſc. suanæ finitima, ab ea 10. mill. paſſ. in occaſum. Populi saturnini Plinio. Saturnia item Roma dicta fuit circa Capitolium montem et Italia à Virgilio saturnia vocatur, satornia malè apud stephanum, quod in ea saturnus regnarit. De quare Virg. lib. 2. Georg. *Liv. Feſt. App.*

Salve magna parens frugum ſaturnia tellus.

Idem lib. 2. Æneid.

Ianiculum huic, illi fuerat saturnia nomen.

Fuit et ſaturnia porta, cuius meminit Plinius, quæ & pandana dicta fuit à ſemper pandendo, per quam neceſſaria in urbem inferebantur.

Saturnium mare, idem quod Cronium, et Oceanus ſeptentrionalis.

Saturnius mons, idem Capitolino, et Tarpeio.

Saturum, satyreum Straboni, satyrium Stephano, *Saturo* adhuc, oppidum olim, nunc vicus hortis amœnus à Tarento 8. mill. paſſ. in Cæciam, Neritum versùs, teſte Ioanne Iuvene Tarentino. In Theſauro Linguæ Latinæ memo-

memoratur quaſi hodie non exſtet. Scribitur & Satyrum per *y*.

¶ Satyrium, regio juxta Tarantum, teſte Stephano, ſatyreum per *e* ſtraboni, & saturum in Calabria ſervio. Vide saturum.

ni. Satyrorum promontorium, mons Æthiopiæ, ad ſinum Arabicum, in ora, inter Berenicen ad occaſum & ptolemaidem Ferarum ad ortum. Inſulæ quoque Satyrorum ptolemæo, in mari Indico.

Savaria, *Muer*, Lazio, & Heroaldo, fluvius pannoniæ ſuperioris, (ſeu potiùs Norici; per quod magis fluvit)
ie. per Stiriam fluens in Draum, ultra Varaſdinum 4. leucis, inter Caniſiam ad Arctos, & Copranitiam ad meridiem. Savaria verò oppidum pannoniæ ſuperioris, urbs eſt stiriæ primaria, *Graitz*, & Latino recenti Græcium, ut ipſi Græcienſes, ex antiqua traditione teſtantur, quæ cum Vienna & Lentio trigonum facit, 17. leucis à Vienna in auſtrum recedens. Licèt Lazius *Leybnitz* eſſe putet, à Græcio 4. leucis in occaſum diſtans.

¶ Savaria fluvius quis ſit non conſtat. Eius mentionem facit ptolemæus; ſed tantùm in aliquibus Latinis exemplaribus, nam in Græcis ejus loco Savus eſt, quod meliùs. Vide Savus.

ol. Savatra, *Souracert*, teſte Nigro, oppidum Iſauriæ regionis inter piſidiam, & Galatiam, Lyſtris, & Iſauræ urbibus finitimum.

m. Saucona, fluvius Galliæ Celticæ. Vide Arar; nam eſt idem.

.Na. Savia pannonia, quæ & Riparienſis, regio pannoniæ, in Liburniæ & Norici confinio, *Vvindiſchlandt*, inter Carniolam ad occaſum, Croatiam ad meridiem, et Comitatum Zagabrienſem ad ortum, Stiriam verò ad Arctos. Sed savia pannonia magis patet, Comitatum Zagabrienſem, & Sclavoniam, ſeu partem Illyrici apud Savum fluvium complectens.

¶ Savia pannonia, pars fuit auſtralis pannoniæ, versùs Savum fluvium, ab ortu in occaſum extenſa: inter pannoniam inferiorem ad Boream, & Dalmatiam ad meridiem, ubi hodie provincia Sclavonia propriè dicta, cum parte Boreali Croatiæ.

¶ Savilianum, *Savigliano*, oppidum amplum Italiæ, in Pedemontio, ad Mairam fluvium, medium inter Foſſanum ad ortum & salutias ad occaſum, ſex mill. utrinque diſtans, & 9. à Cuneo in Boream.

Saulium, *Sori*, oppidum ſeu pagus Liguriæ maritimæ,
eph. teſte Blondo; in ora ad ortum, inter Genuam, & portum Delphini, à Genua 7. m. paſſ.

Saunitæ, populi apud Japyges, quorum regio Saunitis appellatur a Stephano. Hinc nomen gentis Sauniticus. Horum populorum Saura oppidum, teſte eodem Stephano.

auſ. Saunius fons phocidis, circa Bulidem oppidum.

iv. Savo, *savona*, urbs Liguriæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, in ora occidua, inter Genuam & Albingaunum 30. mill. paſſ. apud Sabatam urbem exciſam, inde 3. mill. Theſaurus Linguæ Latinæ Savonam à ptolemæo vocari teſtatur, cum id nomen apud ptole-
in. mæum non legatur.

¶ Savo, ſeu Savona, *Savone* Gallis, urbs eſt ſatis culta Liguriæ, in ora occidua, cum duplici arce, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis. Portum habuit amplum, ſed à Genuenſibus corruptum 3. milliaribus diſtat à Vadis Sabbatiis in ortum, uti 8. à Naulo, 22. autem ab Aquis Stateliorum in meridiem.

Savo item, *Saone*, teſte sanfelicio, fluvius Campaniæ, inter Sinueſſam urbem everſam, & Vulturnum, in mare delabens. De quo Statius lib. 4. ſylvarum carmine 3.

Et Linterna palus, pigerque Savo.

¶ Savolaxia, *Savolax*, provincia Sveclæ, in Finlandia regione, inter Kekholmiam ad ortum, Tavaſthiam ad occaſum, & Careliam ad meridiem, versùs confinia Moſcoviæ, ubi nullum oppidum alicuius momenti.

¶ Savona, *Savona*, ſeu *Saona* inſula Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, versùs partem auſtralem inſulæ Hiſpaniolæ, ſeu ſancti Dominici, ſub Hiſpanis, ſed a paucis exculta.

Saurium, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Salenos per Cantabros fluens. Eſt & oppidum Luſitaniæ, in regno Portugallico, ad Ancum fluvium, à Conimbrica urbe 18. m. paſſ. in meridiem, Ulyſſipponem versùs, vulgò *Soure*, teſte Andrea Reſendio.

Sauromatæ, populi Sarmatiæ, ſeu scythiæ Europææ, maximè ultra Boryſthenem Mæoticam paludem incolentes, Strab.
& circa Tanaim, teſte Mela; qui enim accolunt Mæo- plin.
tidem, Mæotici Melæ dicuntur; nunc inter Tartaros Mel.
comprehenſi. Hos tertio quoque die cibum ſumere te- & al.
ſtatur Aulus Gellius lib. 9. caput 4. De quibus Ovid. lib. 3. de ponto, elegia 2.

Hic quoque Sauromatæ jam vos novère Getæque.

Sauromatæ prolixa barba & longo ſunt capillo: unde intonſi à Seneca dicuntur. Inepti ſunt ad pugnam pedeſtrem; vagi ſunt, domos aſſiduè permutantes. Sanguinem equinum lacte permixtum bibentes, barbarie tanta præditi ſunt, ut pacem abhorreant.

¶ Sauromatæ, populi iidem qui Sarmatæ, erant pro maiori parte in Sarmatia Europæa, inter Tanaim & Boryſthenem fluvios, ubi hodie maxima pars Moſcoviæ. Vide Sarmatia.

Sauromatum arva, *Gundſruck*, quaſi Hunnorum cam- Auſo.
pus, teſte Scaligero, tractus Galliæ Belgicæ circa Moſellam inter Treviros, & Confluentes.

Saus, savus ptolemæo (cui etiam Savius, in Seld. Strab.
manuſc. *Savuios*) & Solino, Sabus Trogo, *la sava* Plin.
Italis, *Savv* Germanis, fluvius Norici, ex Ocra monte profluens, à Villaco 3. leucis, per Carniolam in ortum, & per saviam pannoniam longo tractu in Danubium ad Taurunum urbem fluens. Cuius 115. m. paſſ. teſte plinio; ſed maior apud recentes. De quo Claudianus de laudibus stiliconis lib. 2.

Pannonius, potorque Savi, qui clauſa tot annis.

¶ savus flu. *le Save* Gallis, oritur in Carniola ſuperiori, ex duplici fonte, in confinio Carinthiæ ſuperioris, vix 3. leucis à Villiaco in meridiem: deinde in ortum tendens per Carniolam utramque, & poſteà sclavoniam a Croatia, Boſnia, & servia ſeparans, poſt curſum 300. milliaribus in Danubium cadit ad Taurunum, receptis priùs Laubaco, Corcora, Colapi, Vana, & Drino fluviis.

savus item, *Saſſai* vel *Saſſaia* nunc, teſte Marmolio, Ptol.
fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, inter Icoſium & Ruſconiam mari Meditarraneo exceptus.

saxetanum, sexitània, ut videtur Athenæo, oppidum Ant.
Hiſpaniæ Bæticæ mediterraneum, inter Acci, & Malacam, ab ea 62. mill. paſſ. à Menoba 50. in regno Granatenſi.

saxones à duritie ſic appellati, teſte Iſidoro, quaſi va- Tac.
lidiſſimi, populi Germaniæ, quorum regio saxonia, am- Am.
pliſſima, in ſuperiorem, & inferiorem diviſa, *Saxenlan-* Ptol.
dt, et Italis *Saſſonia*, Anglis *Saxony*: cui ad Arctos Cimbrica Cherſoneſus adhæret; ad auſtrum Thuringia, et Miſnia, ad ortum Marchia Brandeburgica et Megalopolitanus Ducatus, ad occaſum Friſia orientalis. Apud veteres magis patens, VVeſtphaliam magna ex parte et Ducatum Magnopolitanum, cum Marchia, Miſnia et Thuringia complectens. De saxonibus Claudianus in epithalam. palludis et Celer.

Quæ ſævis obiecta Getis, quæ Saxona frænat.

saxonia, *Sachſen* incolis, *Saxe* Gallis, pars eſt ampla Germaniæ quæ dupliciter ſumitur, vel latè, vel ſtrictè. Saxonia latè ſumpta complectitur saxoniam inferiorem, ſeu Circulum saxoniæ inferioris, & saxoniam ſuperio- ſeu Circulum saxoniæ ſuperioris; aliàſque amplior fuit & complectebatur etiam VVeſtphaliam tempore Caroli Magni, qui saxones decies debellavit, & ad Criſtianam religionem reduxit, fundatis in ea regione decem Cathedralibus Eccleſiis: ſed nunc VVeſtphalia extra saxoniam cenſetur. Saxonia autem ſtrictè ſumpta continet tantùm Ducatum saxoniæ cum provinciis Duci saxoniæ ſubditis.

¶ saxonia inferior, ſeu Circulus saxoniæ inferioris, *le Cercle de la baſſa Saxonie* complectitur Ducatus Brunſvicenſem, Luneburgenſem, Magdeburgenſem, Bremenſem, Megalopolitanum, Holſatiæ, & Lavemburgenſem. Principatus Ferdenſem, & Halberſtadienſem, & Epiſcopatum Hildeshemium; eſtque inter Vveſtphaliam ad occaſum, Saxoniam ſuperiorem ad ortum & meridiem et mare Balticum, cum Jutia, ad Boream.

¶ saxonia ſuperior ſeu Circulus saxoniæ ſuperioris, *le Cercle de la haute Saxe*, continet Marchiam Brandeburgicam, Pomeraniam, Thuringiam, Miſniam, Ducatum saxoniæ, et principatum Anhaltinum. Terminatur ab oriente Poloniæ regno & Luſatia, à ſeptentrione, mari Baltico, ab occaſu saxonia inferiori, & a meridie Franconia, & Bohemia.

¶ Saxonia autem ſtrictè ſumpta, ſeu propria & Electoralis, *Charfurſtethumb Sachſen* incolis, *Duchè & Electorat de Saxe* Gallis, provincia eſt parva Germaniæ, in Saxoniæ ſuperioris Circulo, versùs Albim fluvium, inter Luſatiam ad ortum, Marchiam Brandeburgicam ad Boream, Principatum Anhaltinum ad occaſum & Miſniam ad meridiem: cujus Dux eſt unus ex 8. Imperii Electoribus. Provinciæ urbes ſunt, Vitteberga, *Wittenberg*, quæ primaria & Torga, *Torgavv.* Sed præterea ſubſunt etiam Duci Saxoniæ, Miſnia provincia & pars ampla Thuringiæ; ideoque perſæpe ſub nomine Saxoniæ propriæ continentur. Ipſi etiam Duci paret Luſatia ſuperior & inferior ab anno 1620. cum antea pars fuerit regni Bohemiæ, Comitatus Mansfeldienſis ex parte & tractus Abbatiæ Quedelinburgi. Sed Luſatiam inferiorem, uti partes Thuringiæ & Principatus Hennebergenſis, nuper conceſſit Dux Elector Saxoniæ fratribus ſuis; uti videre eſt in Germaniæ Principibus; & Epiſcop. Merſoburgenſis & Novoburgenſis habent proprios Adminiſtratores ut vocant, quibus ſubſunt, cum regiunculis adjacentibus.

Urbes Saxoniæ nunc clariores:

Aſcalingium. Vide Hildeſia.
(Berlinum, *Berlin*, in Marchia Brandeburgica & Saxonia ſuperiori, Electoris Brandeburgici ſedes.)
* Brema, olim Phabiranum *Bremen*, archiep. Saxoniæ inferioris.
* Brunopolis, *Braunſvvyck*, libera nunc (in Saxonia inferiori.)
Daneberga, quaſi Danorum mons, *Danneberg*, Comitatus Saxoniæ inferioris.
(Dreſda, *Dreſden*, Miſniæ caput, et ſedes Electoris Saxonici, in Saxonia ſuperiori.
Eimbeca, *Eymbeck*, Saxoniæ inferioris.
(Erfordia, *Erford*, Thuringiæ caput, in Saxonia ſuperiori.
Goslaria, *Goslar*, libera (Saxoniæ inferioris.)
Gothinga, *Gottingen*, libera (Saxoniæ inferioris.)
* Halberſtadium, *Halberſtat*, epiſc. ſub Archiep. Mogunti no (Saxoniæ inferioris.)
* Halla, *Hall*, (Saxoniæ ſuperioris.)
* Hamburgum *Hamburg*, libera & emporium Saxoniæ inferioris.
Hanuveria, *Hanover*, Saxoniæ inferioris.
* Helmſtadium *Helmſtat*, Academia. (Oppidulum eſt Saxoniæ inferioris.)
* Hildeſium & Hildeſia, *Hildesheim*, epiſc. ſub Archiepiſc. Monguntino (Saxoniæ inferioris.)
Leoburgum, *Lavvenburg*, Ducatus Saxoniæ inferioris.
(Lipſia, *Leipzigk*, in Miſnia, Academia Saxoniæ ſuperioris.)
* Lubecum, *LubecK*, emporium, libera & epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Bremenſi, (Saxoniæ inferioris.)
* Luneburgum, *Lunenburg*, Ducatus Saxoniæ inferioris.
* Magdeburgum, quod & Parthenopolis, *Meydenburg*, archiepiſcopalis, & libera, (Saxoniæ inferioris.)
* Mansfeldia, *Mansfeldt*, Comitatus (Saxoniæ ſuperioris.)
(Merſoburgum, *Mersburg*, Saxoniæ ſuperioris, in Miſnia.)
* Minda, *Minden*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Colonienſi, in Weſtphaliæ confinio. (Hodie eſt in Weſtphalia.)
(Miſna, *Meiſſen*, Saxoniæ ſuperioris, & aliàs Miſniæ caput.)
(Novoburgum, *Naumburg*, Saxoniæ ſuperioris, in Miſnia.)
Racemburgum, *Racelburg*, epiſc. Saxoniæ inferioris, ſub Archiepiſcopo Bremenſi. (Meliùs *Ratzemburg* dicitur.)
Svverinum, *Schvverin*, epiſcopalis Saxoniæ inferioris, ſub Archiepiſcopo Bremenſi, in Ducatu Megalopolitano.
* Torga, *Torgavv*, in Miſniæ confinio, (Saxoniæ ſuperioris.)
Verda, *Verden*, epiſc. Saxoniæ inferioris ſub Archiep. Moguntino (ſub Svecis.)
* Viteberga, quaſi Vitarum mons, *Vvittenberg*, Academia et caput Saxoniæ ſuperioris.

Saxonicum littus, ora Cantii in Anglia, ubi Dubris, Rutupis, et alia oppida. Similiter ora Galliæ Celticæ in Normannia, Cantio objecta, in qua Rhotomagus, Conſtantia, et aliæ urbes Britanniæ minoris. *L. N.*

Saxonum inſulæ, *Heychlandt*, teſte Alberto Crantzio, inſula maris Germanici ante oſtia Albis. *Ptol.*

¶ Saxulum ſive Saxolium, *Saſſuolo*, oppidum Galliæ Togatæ in agro Mutinenſi cum arce ſatis firma à Mutina 10. m. paſſ. in meridiem. *Neot. Scrip.*

¶ Saxum Ferratum, *Saſſoferrato*, caſtrum Italiæ in ditione Pontificia & in Piceno versùs Appeninum montem & limites Ducatus Urbinatis, juxta Sentinum amnem 25. milliar. à Fulginio diſtat in Boream, Fanum versùs totidem.

Scæa porta urbis Troianæ, ubi Laomedontis erat ſepulchrum: de qua Virg. lib. 3. Æneidos: *Strab*

Agnoſco, Scæaque amplector limina portæ.

¶ Scagenſe promontorium, *Scagen*, in ora Boreali Iutiæ, contra ſinum Codanum & in intimo receſſu Venſiliæ tractus 11. lecis Danicis diſtat ab Alburgo in Boream, & totidem ab ora proximiori Norvegiæ in occaſum; eſtque juxta oppidulum *Scaun* & ei adiacet Syrtys, *Scager Rif* dicta.

Scalabis, Scalabiſcus Ptolemæo, Julium præſidium, et Scalabitanus conventus Plinio, *Santaren*, colonia et urbs olim nunc oppidum ampliſſimum (à Diva Irene virgine ibi martyrium paſſa nomen habens) Luſitaniæ, ad Tagum fluvium, qui 6. leucis ſupra Nabanem fluvium excipit, ab Ulyſſippone 13. leucis in ortum, Toletum versùs, anno ſalutis 1184. à Chriſtianis ingenti ſtrage Maurorum recuperatum. Theſaurus Linguæ Latinæ hic corrigendus, Scalabiscum ſeu Iulium præſidium *Trugillo* urbem longè diſtantem et diverſam indigitans. *Plin.*

Scalæ *Scala* vulgò, urbs Picentinorum in monte apud oram littoralem, olim ampla ut rudera indicant, epiſc. ſub Archiep. Amalphitano, proxima Amalphi ad 2. mill. paſſ. milliario à Rebello diſtans: quarum urbium, hoc eſt, Scalarum et Rebelli, ſedes unitæ ſunt. Harum meminit pontanus cum ait lib. 1. *Prov. Rom.*

Præcipites inde Scalas, populoſque Rebelles.

Scalæ item, in Annalibus Flandriæ *Calais* Gallis, et *Cales* Italis. Vide Iccius portus (et Caletum.)

Scalæ Hannibalis, pars montis Iovis eminentior, in ora Hiſpaniæ Citerioris, ſeu Catalauniæ, *Moniui*, teſte Varrerio et aliis, *Coſta de Garaf* inter Barcinonem et Emporias; non inter Barcinonem et Tarraconem ut ſcribit Ortelius.

¶ Scalæ Hannibalis, Epiſcopo Gerundenſi et Olivario teſtibus; hodie *Coſta de Garaf*, mons Cataloniæ in ora maris Mediterranei 6. leucis Hiſpanicis a Barcinone in occaſum diſtans Tarraconem versùs 9. non autem inter Barcinonem et Emporias. *Mel.*

Scaldia inſula ad oſtia Scaldis fluvii, *Schovven* vulgò, 7. leucis patens; in qua duo oppida.

¶ Scaldia, *Schovven*, inſula eſt Belgii uniti in provincia Zelandiæ, propè oſtium orientale Scaldis fluvii. Aliàs amplior fuit. In ea ſunt duæ urbes, nempè Zirizæa et Broversbavia, et vix 2. mill. paſſ. diſtat à Vvalachria inſula in Boream.

scaldis, Scaldium Cæſari, Tabuda Ptolemæo, *l'Eſcault* Gallis, *scheld*, vel *sceldt* Belgis, & Germanis, *la scalda* Italis, fluvius maximus Belgii, in Veromanduis oriens, ac inter Arteſiam, & Hannoniam, per Flandriam & Brabantiam, in Oceanum infra Antuerpiam decurrens, Cameraco, Valencenis, Tornano, Gandavo, & Antuerpia urbibus irrigatis. Fortunatus lib. 7.

Iſara, sara, Charus, scaldis, saba, somona, sura.

Emendandus eſt Theſaurus Linguæ Latinæ, qui pro Scaldis, ſcalde habet.

¶ Scaldis fluvius, *Schelde* Belgis, oritur in picardia provincia, paulò ſupra montem ſancti Martini, & Caſtelletum arcem, in limite Belgii; deinde versùs Cameracum urbem pergit, eamque interluit. Hinc Hanoniam provinciam petens, Bochanio oppidulo ſalutato, aliquot torrentibus auctus, Valencenam ſuis aquis ditat, ibique primum lintrium capax eſt. Hac relicta, & Hania fluvio recepto, juxta Condatum, paulò poſt per Flandriam labitur; & auctus ſcarpa fluvio ad Moritaniam caſtrum Tornacum bifariam ſecat, uti poſteà Aldernardam. Hinc ad Gandavum tendens, ibi Liſam recipit, & in hac urbe Oceani reciprocantis æſtum pri-

primum hic ſentit fluvius. A Gandavo ſinuoſis flexibus ad Teneramundam decurrit; ubi auctus Tenera fluvio, & paulò poſt Rupela, Brabantiam à Flandria diſtermināns, Antuerpiæ mœnia lambit, emporioque hinc portum inſignem efficit: unde ad tria milliaria prolabens, in duo vaſta oſtia ſcinditur, quorum unum ad occaſum Flandriam à Zelandia dirimens, inter Birſletum Flandriæ, & Fliſſingam Zelandiæ urbem, amiſſo nomine, eoque mutato in *Honte*, Oceanum intrat: Alterum Bergam ad Zomam è longinquo à dextra proſpiciens, & versùs Romerſvalam à ſiniſtra deflectens, inter Zelandicas inſulas difunditur; & omnes ejus urbes alluens, inter Vvalachriam, & ſcaldiam, retento ſcaldis nomine, in Oceanum Germanicum ſe exonerat.

Scaldis pons, *Valenchiennes*, teſte Jacobo Meyero, urbs Belgii, Hannoniæ præcipua, ad ſcaldim fluvium, inter Cameracum, & Montes 9. leucis. Sed Ortelius locum proximum inter Valencenas, & Condatum eſſe contendit.

¶ Scaldis pons vulgò *Eſcaupont* dicitur, eſtque vicus Hannoniæ, ad ſcaldim fluvium, dimidia leuca ſupra Condatum in Boream, Valentianas versùs, una cum dimidia.

Scalholtum, *Schalholt*, urbs & Academia Thulæ inſulæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, in Norvegia.

¶ Scalis, *Scala*, urbs Picentinorum, propè Amalphim, epiſcopalis, ſub Archiep. Amalphitano, in regno Neapolitano. Vide ſcalæ.

Scamander, ſcamandrus Homero, Herodoto, Ptolemæo, Quinto Calabro, *ſcamandro* adhuc, (non *Simoers*, ut ſcribit Caſtaldus, qui Simois eſt, à ſcamandro diverſus) fluvius Myſiæ, in Aſia, apud Helleſpontum, ab exercitu Xerxis epotus, teſte Herodoto, ex Ida monte profluens, ac in Helleſpontum, ſeu in mare Ægæum, apud Sigæum, ab eo 20. ſtadiis, inter illud, & Dardanum exiens: qui & Xanthus, teſte Plutarcho, Vibio & aliis, appellatur ex Homero, licèt apud Plinium ſit diverſus. De quo Catullus in Argonaut. carmine 65.

Teſtis erit magnis virtutibus unda ſcamandri.

Ibi ſcamandrius campus apud Homerum inter Scamandrum & ſimoentem. In ſcamandro puellæ virgines nupturæ lavari ſolebant. Scamander non ſatis fuit ad bibendum Xerxis exercitui, ſicuti nec Melas, nec Liſſus in Thracia, teſte Herodoto.

Scamandria, *Scamandra*, teſte Leunclavio, oppidum Myſiæ, ſeu Troadis, in Aſia, ad ſcamandrum fluvium, à quo nomen habet, inter Abydum & Ilium.

¶ Scamandria, urbs fuit Aſiæ minoris, in ora maris Ægæi, quæ nunc diruta jacet, teſte Bellonio.

Scampis, *Ulagrada* Moletio & aliis *Struga*, (ſed *ſcampi* adhuc in tabula recenti appellatur) urbs Macedoniæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Dyrrachino, cùm ſtaret inter Apolloniam ad occaſum 71. & Heracleam ad ortum 96. m. paſſ. ex Antonino; inter Dyrrachium 63. & Lychnidum 55.

Scandaria, promontorium Coæ inſulæ, ubi ſcandalium oppidum, teſte eodem.

Scandia, oppidum & navale Cytheræ inſulæ, ſcandea Stephano: cujus meminit Pauſanias lib. 3.

Scandia, *Scetland*, inſula Oceani Britannici, ſeu Germanici, inter Orcades ad occaſum, & ſcandinaviam ad ortum, Norvegis parens. Scandia quoque pars ſcandinaviæ Auſtralis è regione ſilandiæ inſulæ, in ortum recedens, nomen antiquum retinens, *Schonen* vulgò.

¶ Scandia quibuſdam, eſt pars Auſtralis ſcandinaviæ, ubi nunc provinciæ ſcania, *Schonen*, Blekingia *Bleking*, & Hallandia, *Halland*, versùs Daniam magis extenſæ, & anteà Danici juris, ubi aliàs fuere ſcandii populi ſecundùm aliquos. Aliis autem, & meliùs eſt, ipſa Scandinavia, regio perampla, ubi hodie regna Sveciæ & Norvegiæ.

Scandiæ item inſulæ plures, ſinus Codani, Cimbricæ Cherſoneſo ad ortum adjacentes, Ptolemæo 4. quorum maxima nunc *Gothlandt*, contra oſtia Viſtulæ; ſed apud Melam ſunt 7. & Hemodes appellantur. Theſaurus Linguæ Latinæ Scandiam inſulam Britanniæ Hibernicæ facit; cum Scandia longiſſimè ab Hibernia, & Britannia abſit, uti apud Plinium, qui ab eo citatur, videre eſt.

Scandinavia, quæ & Scandia, (licèt Scandia ſit portio Scandinaviæ, inter Norvegiam & Sveciam in ſinum Codanum porrecta) & Baſilia, teſte Diodoro & Baltia apud pytheam, teſte plinio, non inſula, ut credidit plinius, ſed peninſula maxima ſeptentrionalis, inter mare Balticum ad auſtrum, quo à Germania ſeparatur, & Oceanum Septentrionalem, in plures regiones diviſa, ac 3. continens regna, Norvegiæ, Sveciæ & Gothiæ, cum Botnia, Finlandia, Biarmia, Scricfinnia, & aliis, incompertæ magnitudinis apud veteres: Vagina gentium à Jornande dicta; inde enim Gothi, Vandali, Longobardi, & alii populi profecti feruntur. Hic etiam error tollendus in Theſauro Linguæ Latinæ, qui Scandinaviam inſulam facit maris pontici, à quo longiſſimè abeſt. *Mel. Plin. & al.*

¶ Scandinavia, ſeu Scandia, quæ & Baltia regni perampla Europæ, in formam peninſulæ extenſa, inter mare ſvevicum, ſeu ſinum Codanum ad auſtrum, & mare Septentrionale ad Arctos. Complectebatur totum illum tractum ubi hodie regna ſveciæ & Norvegiæ; ibique fuerunt aliàs Nerigon, & populi Gutæ, Lappiones, Hillævīones, & Sujones. Eius etiam nominis veſtigium manet in tractu Scania. Vide Svecia, & Norvegia.

Urbes Scandinaviæ notiores:

Aboa, *Abo*, epiſc. Finlandiæ, ſub Archiep. Upſalenſi & Rege Sveciæ.

Acherhuſia, *Akerhuys*, in regno Norvegiæ.

Arboga, *Arbogen*, epiſcop. Sveciæ, ſub Archiepiſc. Upſalenſi.

Aroſia, *Aroſen*, epiſcopalis Sveciæ ſub Archiepiſc. Upſalenſi.

Asloa, *Aslogen*, & *Anslo*, epiſc. Norvegiæ ſub Archiep. Nidroſienſi.

Bergæ, veteribus Bergos, *Bergen*, emporium, regia, & epiſcopalis Norvegiæ, ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi.

Calmaria, *kalmar*, emporium Gothiæ, (in Svecia.)

Congella, *kongell*, Norvegiæ, ad Scaniam.

Hameria, *Hammeren*, epiſc. Norvegiæ, ſub Archiepiſc. Nidroſienſi.

Holmia, *Stockholm*, regia, Academia, & emporium Sveciæ.

Lincopia, *Lincopen*, epiſc. Gothiæ, ſub Arhiep. Upſalenſi (in Svecia.)

Loduſia, *LuKi*, portus & emporium Gothiæ, (in Svecia.)

Nicopia, *Nicopen*, vel *Nicopung*, emporium ſveciæ; altera Gothiæ.

Nidroſia, *Drontheim*, archiep. Norvegiæ.

Oburgum, *Oburg*, vel *Viburg*; emporium Finlandiæ, (in Svecia.)

Raſburgum, *Raſborg*, Finlandiæ, ad ſinum Finnicum (in Svecia.)

Scara, *Scaren*, epiſc. Gothiæ, ſub Archiep. Vpſalenſi, (in Svecia.)

Stamethia, *Stametz*, epiſ. Gothiæ, ſub Archiep. Vpſalenſi, (in ſvecia.)

Stavangria, *Staffanger*, epiſc. Norvegiæ ſub Archiepiſc. Nidroſienſi.

Stagene, *Stragnes*, epiſc. Gothiæ, ſub Archiep. Vpſalenſi, (in ſvecia.)

Suderdalia, *ſuderdael*, in Norvegia.

Telgoa, *Telgo*, in Sveciæ.

Toronia, *Torn*, emporium Finlandiæ, (in ſvecia.)

Tunsberga, *Tonsberg*, Norvegiæ.

Vardhuſia, *Vvardhuys*, Norvegiæ arx Borealis.

Vaſtena, *Vaſten*, Sveciæ, cum cœnebio.

Vellimum, *Velim*, epiſcop. Sveciæ, ſub Archiepiſcopo Vpſalenſi.

Vexio, *Vveſho*, epiſcop. Gothiæ, ſub Archiep. Vpſalenſi, (in ſvecia.)

Upſala & Upſalis, *Vpſal*, archiepiſcopalis, Sveciæ olim regia.

¶ Scania, *ſchonen*, incolis *Scaane*, regio, quæ olim ſveciæ, poſteà Daniæ, & nunc iterum ſveciæ Regi paret, ad mare Balticum, è fronte ſeelandiæ inſulæ, à qua dividitur ad occaſum ſundico freto, *Oreſund*, ad auſtrum habet mare Balticum, uti etiam partim ad ortum, et BleKingiam provinciam; ad Boream autem terminatur Hollondia provincia, & Veſtrogothia. Ipſa autem pars eſt præcipua Gothiæ auſtralis, & conceſſa fuit ſvecis a Rege Daniæ anno 1658. pace Roſchildienſi. Eius urbes ſunt Lundia, *Lunden*, Coronia,

Landskron, Malmogii, *Malmuyen*, Helſingoburgum, *He'ſingborg*, & Udſtedia, *Udſted*, in ora maris Baltici.

Cic. Plin. Scantia ſylva in Campania, ubi Scantiæ aquæ ignem vomentes, teſte Plinio, & vites Ammineæ, teſte Varrone, & mala Scantiana apud Macrobium. Cuius hodie & nomen & locus ignoratur.

Ptol. Scaphe, *Aſſanchef* ex tabula recenti, urbs Meſopotamiæ, apud Tigrim fluvium, à Marde urbe ad 100. mill. paſſ. in ortum diſtans; licèt ſitus apud Ptolemæum non congruat, cùm Scaphe infrà Seleuciam deſcribatur.

Scrip. Ger. Scaphuſia, *Schaffauſen*, urbs Helvetiorum, ad Rhenum fluvium, Conſtantiæ finitima, 4. leucis diſtans, conventus Helvetiorum. Vide Probatopolis. De Scaphuſia quidam Poeta libro ſexto Itinerarii:

Præfuit huic Abbas Leno Scaphuſia tuus.

Hinc ſcaphuſianus, a, um, ut mœnia ſcaphuſiana.

Mœnia defeſſus Scaphuſiana peto.

¶ Scaphuſia, *Schafhauſen* Germanis, *Schafhouſe* Gallis, urbs eſt Helvetiorum, ad Rhenum fluvium, pagi cognominis caput, 4. leucis Helveticis infrà Conſtantiam in occaſum, Baſileam versùs 6. & 4. à Tiguro in Boream.

¶ Scaphuſianus pagus, *le Canton de ſcafhouſe*, unus ex tredecim pagis Helvetiorum, ad Rhenum fluvium & ſylvam nigram; terminaturque à meridie pago Tigurino. Eius caput eſt ſcáphuſia.

Ant. Scapris, vel ſcabris, *scarbino*, teſte Blondo, oppidum Thuſiæ, in ora, inter Plumbinum oppidum & Maſſam urbem, ad 10. mill. paſſ diſtans utrinque.

Steph. Scapteſyle, scapteſula Feſto, & ſcaptenſula Lucretio, oppidum Thraciæ, in ora, contra Thaſon inſulam, ubi Thucydides hiſtoriam ſcripſiſſe fertur. Aliis eſt locus Macedoniæ, ubi argentum effodiebatur. De quo Lucretius lib. 6.

Quales exſpirat ſcaptenſula ſubter odores.

Sil. Step. Scaptia oppidum fuit Latii mediterraneum, cuius populi ſcaptenii Halicarnaſſeo dicuntur, inter ſoram & Fabrateriam. Silius lib. 8.

Addita fulgebat telis; hic ſcaptia pubes.

Ab ea tribus ſcaptia dicta eſt Romæ.

¶ Scara, *scaren*, urbecula ſveciæ, in VVeſtrogothia provincia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Upſalienſi. 10. mill. paſſ. tantùm diſtat à VVenero lacu in meridiem, Falcopiam versùs 20. Aliàs Gothorum Regum ſedes fuit, nunc autem vilis locus eſt, & deficit in dies.

Scarabantia, quæ & Iulia Scarabantia, & alicubi apud Antoninum Scarbantia, *Scapring* Germanis, & *Chzepregh* Hungaris, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Norici confinio, cuius ruinæ apud Zapprinum oppidum, teſte Lazio, quod nova Scarabantia dici poteſt, inter Sabariam & Pontem tribus leucis, ac inter Sopronium ad occidentem, & Iaurinum ad ortum 4.

Plin. Ant. Ptol. ¶ Scarabantia urbs fuit Pannoniæ ſuperioris, propè Peiſonem lacum, quæ Lazio eſt *Schapring*, Cluverio autem Sopronium, Hungariæ urbs, quæ *Sopron* Hungaris, & *Oedenburg* Germanis, 8. milliaribus Germanicis à Vienna Auſtriæ diſtans in Eurum.

¶ Scarburgum, *Scarborough*, oppidum Angliæ Borealis, in provincia Eboracenſi, ad quod pelamidium piſcatio, in ora maris Germanici. 26. milliaribus Anglicis diſtat ab Eboraco in ortum, & 22. ab Hullo in Boream.

Scardo, Scardona Ptolemæo, *Scardo* adhuc, teſte Nigro cum Volaterrano, urbs Liburniæ maritima, in Dalmatiæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, cuius ſedes Vegienſi copulata eſt, inter Iaderam ad occaſum, & Sicum ad ortum 12. mill. paſſ. Populi Sardonitani Plinio. Ibi lacus Scardonius, vulgò *Proclian*.

Strab. ¶ Scardo, ſeu, & meliùs, Scardona, *Scardona* Venetis, *Scradin* Slavis, teſte Ioanne Lucio, urbs antiqua aliàs Liburniæ, & deinde Dalmatiæ, cuius rudera cernuntur propè lacum parvum *Prochlian*; & ad oſtium Titii fluminis. Ei adiacet arx parva in colle, ſub dominio Turcarum, novem milliaribus diſtans à Sibenico in Boream, & 35. à Iadera in ortum. Eius arx capta fuit & deſtructa à Venetis anno 1570. uti & iterum hiſce poſterioribus temporibus.

Ptol. Scardona, *Mal Conſiglio* Villanovano, inſula Illyrici, Liburniæ oræ adiacens. Vide Arba, nam eadem eſt: quæ autem *Mal Conſiglio* dicitur, inſula parva eſt ante Iaderam, longè diſtans ab Arba. De ea libro 2. Itinerarii:

Hinc Curicta brevis, ſterilis Scardona, minaxque Abſorus

¶ Scardona, inſula Dalmatiæ, quænam fuerit incertum: Duas tamen nunc ita vocari conſtat, ſcilicet *Scherda* & *Scherdiza*; quæ cùm parvi ſint circuitus, neutram eſſe illam veterem Scardonam facilè dixeris; ſuntque qui inſulæ hodie dictæ *Pago*, Slavis *Pag*, hoc nomen tribuunt. Sed illam olim vocitatam Ciſſam vel Giſſam, Danduli Quuſſam, & Croatorum Keſſam ſcribit Lucius in ſuo opere de regno Dalmatiæ.

Scardus, Scodrus Livio, *Marinat* Barletio & Villanovano, mons in confinio Macediæ, Dalmatiæ, & Myſiæ ſuperioris, (non inferioris, ut ſcribit Ortelius) ex quo Drinius fluvius profluit. Sed, teſte Iacobo Petri Luccaro, hodie hic mons *Gliubotin Planina* nominatur. Strab.

¶ Scarpa, *scarpe*, fluvius Belgii, in Arteſiæ Comitatu. Oritur 3. leucis ſupra Atrebatum urbem, quam rigat, uti & Duacum. Deinde Flandriam ab Hannonia ſeparans, propè Moritaniam in scaldim fluvium ſe exonerat duabus leucis ſupra Tornacum.

Scarphia, scarphe straboni, *Bondoniza* Moletio & aliis, oppidum Locrorum Epicnemidiorum Achaiæ, in Phthiotidis confinio, apud oſtia Boagrii fluvii, scarfia aliis. Plin. Mel. Sen. in Troade: Pauſ.

Beſſan, & scarphen, Philonan ſenilem?

Hæc terræ motu quondam prorsùs everſa eſt, obrutis 1500. hominibus, teſte Demetrio.

Scarponna, *scarpaigne* Ortelio, *sarponne* aliis, oppidum olim, nunc pagus Galliæ Belgicæ, in Lotharingia, inter Tullum & Metas, apud Muſopontum, inde milliario diſtans in auſtrum, à Metis quinque. Am.

¶ Scarponna, oppidulum Leucorum, hodie *serpagne* dicitur; eſtque vicus tenuis Lotharingiæ, ad Moſellam fluvium 6. leucis diſtans à Metis in meridiem, Nanceium versùs 7. Anton.

Sceleratus campus, ubi Minucia Veſtalis ob inceſtum viva defoſſa, ad Collinam portam, & ſceleratus vicus Romæ ubi Tarquinius Servius Tullium interfecit, cui regnum debebatur, auctore Livio lib. 1. decadis 1. Liv.

Scenæ, urbs Aegypti apud Nilum, inter Babylonem 12. & Aphroditopolim in meridiem 28. Scenæ aliæ, Veteranorum dictæ Antonino, à Babylone prædicta 30. m. in Boream, intra Deltam, Populi scenitæ. Ant. Li. No.

Scenitæ, populi Arabiæ deſertæ, in Arabiæ felicis & Meſopotamiæ confinio, apud Euphratem fluvium, ſic à ſcenis in quibus habitabant dicti; domibus enim carent. Hic à carnibus ſuillis abſtinent & hoc animal ibi non generatur, nec aliunde allatum vivit, teſte ſolino. Apud ſcenitas Maumethes pſeudopropheta Arabs (quos poſt ſyriam vaſtatam & captam Damaſcum, unà cum aliis Arabibus ſuæ ditioni ſubjecerat (anno 40. veneno ſibi à ſuis domeſticis dato, orbe ſua lege decepto, vitæ finem accepit, ut ſcribit Baptiſta Egnatius.

Scenuſſa inſula. Vide ſchinuſſa.

Scepſis urbs Myſiæ in Aſia, mediterranea, à Paleſcepſi in Cæciam diſtans (ubi regio ſic à Plinio nominata) 60. ſtadiis à Cotylo iugo montis Idę, unde ſcamander manat, 120. ſtadiis, epiſc. ſub Archiep. Cyziceno: ſic dicta à verbo Græco *Saifaoſtai*, quòd ibi Rhea pro filio lapidem peperit, ut ſcribit ſtephanus.

Scetis & Nitria, montes proximi in Aegypto apud Mariam lacum: ubi eremi & cœnobia quondam plura.

Schedia, *Raſchit*, teſte Guilandino, navale Agypti, inter Alexandriam & oſtium Nili Canopicum.

¶ Schellinga, *Schelling*, inſula Belgii uniti, in ora Friſiæ Occidentalis, in mari Germanico, lata 12. milliar. paſſ. inter Amelandiam inſulam ad ortum, & Flevum ad occaſum 12. mill. paſſ. ab Harlingain occaſum cum uno aut altero caſtro, ſub Dominio Hollandorum.

Schenkii munimentum, *SKenKen ſchans* incolis, *le fort de schenK* Gallis, in Betuvia, *Betuvve*, parte Gueldriæ; ubi Rhenus fluvius in Rhenum & Vahalim ſciſſus, Bataviam inſulam amplectitur. Arx eſt permunita in ditione Hollandorum. Capta fuit dolo ab Hiſpanis anno 1635. ſed anno ſequenti fortiter recuperata ab Hollandis. Diſtat 2. leucis à Neomago in ortum & vix 2. ab Arenato in Eurum, in ipſo limite Clivenſis Ducatus. Vide Arx Schenchia.

Schera, *Calamera*, vel *Calameta*, teſte Aretio, oppidum

Sici hæ

Siciliæ mediterraneum, everſum, apud Alcamum, in monte, ab oſtio Crimiſi fluvii 3. mill. paſſ. à Segeſta 4. medium inter Panormum ad Boream & Dræpanum in auſtrum. Populi Scherrini Plinio.

Scheria dicta eſt Phæacia ſive Corcyra, teſte Ariſtotele, à diverſione curſus fluviorum, quos à Neptuno fabulantur Poetæ inde diverſos; ne ipſa cerealis evaderet.

¶ Schetlandiæ, *Schetland*, inſulæ maris Caledonii, quæ Scandiæ malè dicuntur à quibuſdam. Aliàs Æmodæ dictæ fuere, teſte Sanſone; & ſubſunt dominio Regis Daniæ. Sunt ſex numero, quarum tres præcipuæ, nempe Mainlandia, *Mainland*, ad 60. mill. paſſ. extenſa à ſeptentrione in Boream, Zealia, *Zell*, & VVuſta, *VVuſt*. Sed nullus hic locus celebris & alicuius momenti. A quibuſdam numerantur viginti ſex inſulæ Schetlandicæ, ſed exceptis ſex præcipuis, aliæ potiùs ſunt ſcopuli ardui inculti & parvi admodum, quàm inſulæ. Diſtant 60. mill. paſſ. ab Orcadibus in Boream; & ipſarum incolæ in maximam provehuntur ſenectutem.

Ptol. Schinuſsa, *Scinuſa*, inſula parva maris Aegæi, una Sporadum, in Melon & Ion. Vide Plinium lib. 4. cap. 12. Seginuſſa verò quòd Stephanum eſt inſula Phocica ſeu Phocæ adiacens.

¶ Schiraſium, *schiras*, urbs ampla regni Perſiæ, in Perſia propria, forſan Marraſium antiquis dictum. Sedet iuxta fluvium *Bendimir*, 200. mill. paſſ. ab Armuzia in Boream, Aſpahanum verſùs 250. circiter. Dicitur *scherazz* à Perſis, ibique creſcit vinum optimum. Crevit ex ruinis Perſepolis, & eius circuitus eſt 9. mill. paſſ. circiter.

¶ Sch lavonia regio. Vide Sclavonia.

Strab. *Plin.* *Ptol.* Schænus, Schænitas Melæ, *scheno* adhuc, portus Peloponneſi ad ſinum Saronicum & ad iſthmum, ubi is anguſtior, à Cenchreis 40. ſtadiis in Boream. Schænus item pagus à Thebis 50. ſtadiis, cum fluvio cognomine. Eſt & Schœnus Schœnuntis, teſte stephano, regiuncula à schæneo parte Atalantes dicta, & fluvius Arcadiæ, & alter apud Athenas fluens, teſte Strabone. Statius lib. 7. Thebaidos:

Qui breve littus Hyles, Atalanteumque ſuperbi
Schœnon habent.

¶ Schongavia, *schongavv*, oppidum Germaniæ, in Bavaria ſuperiori, ad Lychum fluvium, aliàs Eſco dictum & in limite sveviæ 8. mill. Germanicis diſtat ab Auguſta Vindelicorum in meridiem & 7. à Memminga in ortum.

¶ Schonhovia, *schoonhoven*, oppidum Belgii uniti, in Holandia meridionali, ad Leccam fluvium, e regione Neoporti, & 3. mill. Germanicis ſupra Roterodamum in ortum.

¶ Schernodorfium, *schorndorff*, urbs parva Germaniæ, ſed probè munita; in Ducatu Vvirtembergico, in valle Remſia, ad quam ſal excoquitur iuxta amnem *Remms* 4. mill. Germanicis à Stugardia in ortum & 6. ab Hailbruna in Eurum. Capta fuit à Gallis anno 1647. ſed poſteà reddita Duci Vvirtembergico pace Monaſterienſi. Arcem habet, & civitatis ius adepta eſt anno 1230. ſub Friderico II. Imperatore.

¶ Schuvegia, *Eſchuvege*, urbs parva Germaniæ, in Haſſiæ Lantgraviatu, ad Vvertiam fluvium, in limite Thuringiæ 6. mil. Germanicis diſtat à Caſſela in ortum & 4. ab Iſenaco in Circium.

¶ Schuvinfurtum, *schvveinfurt*, urbs Imperialis Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum fluvium, in ditione Epiſcopi Herbipolitani. Satis munita eſt, & capta fuit à Suecis ultimo bello Germanico. Ferè 7. mill. Germanicis diſtat à Bamberga in occaſum, & 5. ab Herbipoli in Cæciam.

¶ Scianſia, *scianſii*, & *Xanſi*, provincia regni sinarum, in parte Boreali, versùs confinia Tartariæ, & inter Pequinenſem provinciam ad ortum & scienſiam ad occaſum, teſte Martino Martinio. Dicitur aliter Xanſia. Vide ibid.

Scianticum, oppidum Norici, in Carinthia, everſum. Aliis santicum.

Ant. ¶ Sciantonia, *scianton*, & *Xantung*, ſeu *sciantung*, provincia regni Sinarum, in parte Boreali, inter ſinum Nanquinenſem ad ortum, & provincias Honaniam ad occaſum, Nanquinenſem ad meridiem & Pequinenſem ad Boream. Dicitur ab aliis Xantonia. Vide ib.

Sciathis, oppidum Aegypti, in scithiaca regione, apud scetim montem. Item mons Arcadiæ, teſte Pauſania.

Sciathus, *sciato* sophiano & aliis, inſula maris Aegæi, inter Eubœam & Theſſariam, Scopelo proxima, ante Magneſiam promontorium, ab ora Eubϩ Boreali 20. mill. paſſ. in Boream, circuitu 30. ab Atho monte 15. mill. paſſ. ex Plinio cum longè pluribus diſtat. Eius meminit Valerius Flaccus libro 2. Argonaut.

Iam sciathos ſubſedit aquis.

Scribitur enim & sciathos. Sciathon inſulæ huius urbem cum Peparetho à Philippo dirutam ſcribit Livius libro 4. decadis 4.

¶ Scienſia, *scienſii* & *Xenſi*, provincia regni sinarum, in parte occidentali, versùs deſerta Tartariæ, & prope scianſiam provinciam. Dicitur aliter, & meliùs, Xenſia. Vide ibi.

Scillus, oppidum Peloponneſi, apud Olympiam, ubi Xenophon ſcripſit hiſtoriam, teſte Plutarcho, (apud quem Scilluſius legitur) facit scilluntis in obliquo. Scilluſius nomen gentile. *Pauſ.* *Steph.*

Scingomagus, Cincomagus Plinio, *seſans* ſeu *sezane*, teſte Scudo, oppidum Alpinum, in Gallia Narbonenſi & Subalpinæ confinio, à Seguſio 12. mill. paſſ. Brigantium versùs duplò remotius: ſed apud strabonem inter Ocelum (unde 26. mill. paſſ.) & Brigantinum. *Strab.*

¶ Scingomagus oppidulum fuit Brigantiorum, in Gallia Narbonenſi, quòd hodie *Sezane* dicitur; eſtque caſtrum Delphinatus, ad radices Alpium & Genebræ montis. 3. leucis diſtat à Brigantio in ortum, Seguſium versùs 4. A quibuſdam tamen Scingomagus creditur ipſum Seguſium.

Scinthi, populi Germaniæ, Cheruſcis finitimi: quorum meminit Claudianus libro de victoriis stiliconis: *Claud.*

Quaque domant scinthos, immanſuetoſque Cheruſcos.

Scioeſſa, mons Peloponneſi apud Patras, novem collibus ſoli inviſis ob umbram & opacitatem conſtans. *Plin.*

Scione oppidum erat Macedoniæ apud Canaſtrum promontorium, ad ſinum Thermaicum, in peninſula Patalenes. Scion Stephano. Nomen gentis scioneus. *Herod.* *Thucyd.* *Mela.*

Sciopodes, & sciopodæ, populi fabuloſi in India, & in Libya ſub zona torrida ad oceanum occidentalem, qui & Monoſceli, id eſt, uno crure conſtantes, & qui in ſolis ardoribus pede ſoli obverſo umbram faciunt.

¶ Sciréburgia, *shepton*, aliàs Seireburnia & schiroburnia, civitas fuit epiſcopalis Angliæ & saxonum occidentalium, cujus ſedes sariſberiam translata fuit. Nunc oppidum eſt Comitatus somerſetenſis, 15. leucis à sariſberia in occaſum diſtans.

Sciron, mons Atticæ, in ora, inter Megara & Corinthum, ubi scironia ſaxa & scironides petræ straboni Plinio, Melæ, (apud quem scironia ſaxa inter Piræum & Megara, non inter Megara & Corinthum, ut Ortelius refert, leguntur) à Scirone latrone dicta, haud procul à Piræo in mare inſtar ſcopuli ſex mill. paſſ. porrecta, teſte solino. Eſt & promontorium Phthiotidis ad ſinum Maliacum, in quòd Thermopylæ terminantur. De priore Ovidius libro 7. Metamorphoſeon:

In ſcopulos: ſcopulis nomen scironis inhæret.

Fabulantur enim oſſa scironis in ſcopulos, qui ſaxa Scironia dicuntur, converſa. De altero Claudianus libro de bello Getico, ubi scironia rupes dicitur:

Thermopylæ: vaſtata mari scironia rupes.

Sciros, teſte Stephano, locus & habitatio eſt Arcadiæ apud Parrhaſios. Cujus incolæ sciritæ dicti ſunt.

Scirphæ, Phocica urbs, teſte Stephano. Sed scirphthæ legit Aldi codex.

¶ Scirtiana, vel, ut simlerus legit, sirtiana & scintiana, Macedoniæ urbs; inter Lychnidum & Heracleam, teſte Antonino.

Scirtus, fluvius syriæ, per Edeſſam urbem fluens in Euphratem.

Sciſta trivium eſt Phocidis inter Delphos & Dauliam, cujus Poetæ meminere, præſertim Euripides & sophocles.

•Scithæ, oppidum Thraciæ ſeu Macedoniæ, apud Potidæam, teſte Stehano.

* Scithiaca regio, scetis Nicephoro Calliſto, *Campo Carmeli*, teſte Ortelio, regiuncula Aegypti, ubi scetis & Nitria, (*ſciatici* in seldeni manuſcripto.

Sclavi, populi scythiæ Europææ, qui in Illyricum demigrantes, sclavoniæ nomen indiderunt, sclaveni Procopio, vulgò *schiavoni* Italis & regio *schiavonia*. Hi Chriſtianam religionem exemplo Bulgarorum anno ſalutis 807. urbis conditæ 1618. Olympiadis 411. anno 2. ſuſcepere.

¶ Sclavi, ſeu, & meliùs, slavi, *les Eſclavons* Gallis, populi ſunt Illyrici, aliàs valde extenſi, hodie verò anguſtioribus reſtricti limitibus, in sclavonia propria.

¶ scla-

¶ Sclavonia, *l'Eſclavonie* Gallis, regio eſt Europæ, quæ apud auctores Latinos complectebatur antea Illyricum hodiernum, nempè Dalmatiam, Croatiam, Boſnam, & Sclavoniam propriam, nunc autem multò anguſtior eſt, continetque tantùm ſclavoniam propriam, quæ pars eſt regni Hungariæ ad meridiem, ubi aliàs Pannonia Savia, inter fluvios Dravum & savum ab ortu in occaſum extenſa, a Danubio propè Taurunum uſque ad confinia Carniolæ, & ſtiriæ. Ejus major pars ad ortum ſubeſt dominio Turcarum, ubi urbes ſirmium, Poſega, & Gradiſkia. Minor verò portio ad occaſum, ubi Zagrabia & Vvaraſdinum ad Dravum fluvium, Auſtriacis paret cum Comitatibus Vvaraſdienſi, Zagrabienſi, & Riſienſi ex parte.

Liv. pol. flor. Scliſſa, ſeu ſcriſſa, urbs Illyrici, Venetis a Turcis erepta anno ſalutis 1525. (*Vide Cliſſa.*)

Scodra, *ſcutari*, & *Iſcodar* Turcis, urbs Dalmatiæ, in Macedoniæ confinio apud lacum & Drilonem fluvium, a littore 18. mill. paſſ. in monte, inter Antibarum 8. & Drivaſtum 6. m. Albaniæ regionis præcipua, ab Epidauro, ſeu Raguſia 60. mill. in ortum, ab Aſcrivio in medio 30. epiſc. ſub Archiep. Antibarenſi. Hanc Theſaurus Linguæ Latinæ in Liburnia & ſub Venetis locat; cum neutrum ſit. Scodrus ibi mons altiſſimus, de quo Livius lib. 3. decadis 5. Fortè qui aliis ſcardus.

¶ Scodra, *Scutari* Italis, urbs aliàs Dalmatiæ nunc Albaniæ, ſatis ampla, cum arce munita in colle. Sedet ad Barbanam fluvium, *la Boiana*, ubi effluit ex Labeati palude; ſubeſtque dominio Turcarum ferè a duobus ſeculis 25. mill. paſſ. diſtat ab Olcinio & ab ora maris Adriatici in Cæciam, uti paulò plus ab Antibario 30. a Cattara in ortum verſùs montes, & 80. a Raguſio in Eurum. Dicitur a Slavis *Scader*; fuitque alias Regum Illyricorum ſedes. Hinc ſcodrenſes populi circa ipſam.

Mel. Scœnus, fluvius Thraciæ, apud Maroneam urbem mari Ægæo exceptus.

¶ Scoda, *skofde*, urbs regni ſveciæ, in Vveſtrogothia provincia, juxta fluvium Tydam 22. mill. paſſ. diſtat à Mariæſtadio in meridiem, uti a lacu Venero, & paulò minus a ſcara in ortum.

Scollis, Olenia petra Homero, mons peloponneſi, in Achaia, apud Olenum urbem, ex quo Lariſſus fluvius effluit. Scolis apud ſtephanum legitur & eſt oppidum Achaiæ. Xeno. ſtrabo.

Scolus, mons in ora Bœotiæ ad ortum apud Eteonon, & oſtia Aſopi fluvii cum oppido cognomine. Fuit & oppidum Macedoniæ apud Olinthum urbem, teſte ſtrabone. De monte ſtatius lib. 7. Thebaidos: Hom. Pauſ.

Qui ſcolon, denſamque iugis Eteonon iniquis.

Scolon proficiſcere ne ipſe, nec alterum comiteris, prov. eſt apud Euſtathium & ſtephanum, quo ſignificatur abſtinendum a convictu alicuius, vel a loco, à quibus nihil ſit ſperandum boni. Nam ſcolos apud ſtrabonem lib. 9. eſt vicus Bœotiæ apud Oſopum fluvium, ad radices montis Cithæronis, inamœneus, incultus, & infrugifer; de quo & plinius lib 4. cap. 7. licèt in Theſauro Linguæ Latinæ urbs Aſiæ dicatur. Fortè error eſt Typographi, qui pro Aſopia, Aſia fecit.

Scolus item Pagus fuit Beotiæ, in quo panis totius Græciæ laudatiſſimus fiebat, teſte pauſania. (Idem forſan ac priori.)

Ptol. * Scombraria, *Cabo de palos*, teſte Cluſio, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis apud Carthaginem novam à plinio promontorium ſaturni dictum. (* In manuſcripto ſeldeni *ſcombraſia.*)

Strab. Scombraria, altera ſcombroaria ptolemæo, quæ & Herculis, teſte ſtrabone, *Eſcombrera*, teſte Floriano, inſula Hiſpaniæ, ante Scombrariam promontorium, & apud Carthaginem novam, a qua 24. ſtadiis recedit.

¶ Scombraria, *Scombrera*, inſula eſt parva admodum Hiſpan. in mari mediterraneo & in ora regni Murciæ, propè portum Carthaginis novæ. Vix circuitus eſt unius leucæ, & ſcombrorum piſcatione celebris eſt. Sed 16. mill. paſſ. dſtat a ſcombrario promontorio in occaſum. Auiſt.

Scombrus mons Thraciæ proximus Rhodope ab eo in Boream partum recedens.

Thuc. Scomius, mons Thraciæ, in Macedoniæ confinio, ex quo Strymon fluvius oritur, teſte Thucydide, qui idem videtur Orbelo.

Scona, vulgò *ſcone*, oppidum cum cænobio ſcotiæ, in Perthia, ubi olim ſcotiæ Reges coronari ſolebant, ibi lapide reperto & in veneratione habito tanquam fatali in Regum coronatione. De quo diſtichon hoc legitur:

Ni fallit fatum, ſcoti quocunque locatum
Invenient lapidem regnare tenentur ibidem.

ſcopelos, inſula multiplex: una maris Ægæi, apud Magneſiam promontorium Theſſaliæ, ſciatho proxima, *ſcopulo* nunc, teſte ſophiano, ab Eubea 20. mill. paſſ. in Boream, circuitu 30. Altera in mari Ionio apud Cephaleniam inſulam, quæ etiam *ſcopuli* nominatur, et *Capo Ducato*, Moletio parva. Alia plinio inſula parva Aſiæ ante Troadem urbem phrygiæ. ptol

¶ ſcopelos, *ſcopoli* dicta, etiamum inſula eſt maris Aegæi ſatis culta, verſùs Theſſaliæ oram & 5. mill. tantùm diſtat a ſcyatho inſula.

ſcopelus item urbs Thraciæ mediterranea, epiſcopalis à Leone Imperatore effecta, ſub Archiepiſc. Hadrianopolitano, Develto urbi finitima, ab ea Hadrianopolim verſùs recedens, *Iſcheboli* vulgò, teſte Leunclavio. Scopi dici videtur apud ſtephanum. Populi ſcopeni. Ced

ſcopia numero plurali, urbs Dardanorum, in Myſiæ ſuperioris et Macedoniæ confinio, archiepiſc. proxima Vlpiano, à Zonara, Niceta, et Nicephoro memorata. Vide ſcupi, uti a ptolemæo nominatur.

¶ Scopium, Theſſaliæ oppidum, teſtibus polybio, & Cedreno.

¶ Scopias, Thraciæ mons plinio, item Bithyniæ fluvius apud eundem.

¶ Scopum, Armeniæ minoris oppidum apud Curopolatem & Zonaram.

Scordiſci et ſcordiſcæ ſtraboni, ſcordiſſi Trogo, Poſidonio et sexto Rufo, *Raſciani*, teſte Caſtaldo, *Boſneſi*, vel *Boſnachi*, teſte Nigro, populi pannoniæ inferioris, Araviſcis finitimi ad auſtrum, quorum urbs ſirmium, teſte Niceta. Hi in fronte montis Claudii, quo à Tauriſcis ſeparantur habitant. plin. ptol.

¶ Scordiſcus mons Aſiæ minoris, in Cappadocia, teſte ptolemæo, quam ſcydiſſem ſtrabo vocat.

¶ Scoriale, ſeu ſcorialenſe monaſterium, & ſcuriale, *l'Eſcurial*, monaſterium Hiſpaniæ ſuperbiſſimum S. Laurentio dicatum, & à Philippo II. Rege excitatum 7. leucis a Madrito diſtans, propè amnen Guadarramam, ubi Regum Hiſpaniæ Mauſolea. Abſolutum fuit opus anno 1584. & in eo conſtruendo Rex Philippus II. uſus eſt opera Ludovici de Fuxio pariſienſis Architecti eruditiſſimi, teſte Roderico Mendeſio ſylva in deſcriptione generali Hiſpaniæ Madriti impreſſa. Vide Eſcuriale.

Scoti, populi Britanniæ ſecundæ, ideſt, ſcotiæ, quæ ab eis nomen accepit, *ſcozeſi* Italis, *Guydhyl* Britannis, teſte Luydo, à pictura quaſi picti appellati, teſte D. Iſidoro, vel ab obſcuritate et tenebris, quę ſcotos dicuntur. Claudianus de laudibus ſtiliconis lib. 2. Groſ. Am.

Munivit, Sti ico totam cum ſcotus Hibernam.
Movit.

An verò ſcoti priùs Hiberniam occuparint, vel eam partem Britanniæ, quæ nunc ſcotia nominatur, dijudicent alii ex hiſtoriis. Illud verò certum, nomen ſcotiæ utrique regioni fuiſſe commune, ac ſcotos, ejectis Pictis, regione potitos, illi nomen indidiſſe. Scotos (quos alii à Scythis voce depravata dictos putant) olim in Hibernia conſediſſe, nomenque ſcotiæ ipſi Hiberniæ indidiſſe, et illam etiam ſcotiam per aliquot ſecula appellatum fuiſſe, invenitur apud Oroſium, D. Proſperum, D. Iſidorum, Bedam, D. Bernardum Abbatem et antiquiores ſcriptores vitarum Sanctorum Hiberniæ, in quibus Cogitoſus, Adamnanus, Ionas, Theodoricus, et alii. Ipſa quoq; nunc ſcotia vice verſa aliquando Hibernia dicta fuit ut martyrologio Romano, maximè pars Scotiæ montana & occidua, in ipſius Hiberniæ proſpectu.

¶ Scoti populi ſunt qui ſcotiam, id eſt, Britanniam ſecundam habitant, ſeu partem ſeptentrionalem Albionis. Dicitur *Eſcoſsois* à Gallis, *ſcozeſes* ab Hiſpanis.

Scotia, quæ & Caledonia Tacito, Britannia ſecunda aliis, Albania apud veteres ſcotos, vulgò etiam *Albain*, teſte Lhuydo, *ſcotia* Italis, *ſcotland* Anglis, pars Albionis & Britanniæ in Boream vergens, a prima Britannia ſive Anglia monte Cheviota diſcreta, in plures regiones diviſa; in qua Alata caſtra ſive Edimburgum urbs regia, Andreapolis & Glaſquum metropoles. Hinc ſcotius nomen gentile. Claud. de laudibus ſtiliconis lib. 2. Hage.

-ne bella timerem
Scotica, vel Pictum tremerem.

An

Scotiæ regiones plures ſunt: in iis Laudonia apud Angliæ confinia, in qua Edimburgum regia; ſicuti & Marchia ad ortum, à Dumbaro Bervicum uſque pertingens; & Kuningamia latè patens ad occidentem; indè Buchania, Anguſia, cuius urbs epiſc. eſt Brechium; Fiſa in qua Picti olim fuere: Marria, in qua Dea & Dona amnes & Aberdonia urbs gemina in ora ad ortum; Moravia, cujus caput eſt Elginum urbs epiſcop. Roſſia, cuius olim urbs epiſcopalis fuit Roſmarchæum, nunc eſt Canonria, ab Elgino 30. m. paſſ. Cathaneſia, in qua Cornabui populi à Ptolomæo locari videntur, cuius caput & urbs epiſc. eſt Dornum ſive Dornachium. Ad occaſum verò ſunt Argathelia ſive Argadia; ampla regio contra Hiberniam, ubi olim Canovaci populi, aliis verò Novantæ: quæ regio, quod ſylvoſa, & montuoſa ſit, Hibernia à ſcriptoribus nominatur. Ejus urbs epiſcop. Liſmora eſt. Adnectuntur Lorna & Lennoſia, ſeu Lenoxia regiones. Ad occaſum quoque ſita eſt Gallo, vidia, ſive Gallovveria; cuius caput & urbs epiſcopalis eſt Candida caſa. Sunt & aliæ regiones interiores, uti Perthia & Levinia, ſic à lacu Levino dicta, in qua Dumbretonium oppidum caput, à Glaſcoa urbe 30. m. p. in paſſ. in Boream recedens, & Lennoſia. (De Scotiæ partibus aliter.) Scotiæ regiones in ortum vergentes ſunt Merchia, vulgò *Mers*, vel *Merch*, in Angliæ confinio, in qua Meatæ populi apud Ptolemæum, cuius urbes Coldana & Bervicium, olim Bremenium, ut aliquibus videtur, vulgò *Bervvick*. Interius Laudonia, *Lauden*, ubi populi Ladeni, ſeu Gadeni Ptolemæo, cuius urbs præcipua Caſtra alata, vulgò *Edenburg*, regia, & Academia. Ad occaſum Gallovidia, vulgò *Gallovvay*, ubi olim Brigantes populi, cujus urbs Leucopibia, poſteà Candida caſa, vulgò *Vvhit-hern*. Inter hos & Angliam ſunt Selgovæ populi, vulgò *Solvvay*, quorum urbs eſt Trimontium Ptolemæo, vulgò *Uzeli*, ſive *Atterith*. Non longè Novantæ populi, & Novantum promontorium, ſive Cherſoneſus, vulgò *the Mull of Gallovvay*. His ad Septentrionem Damnii populi incumbunt; quorum reggio *Sterlinshire*, in qua Glotta fluvius; vulgò *Cluyd*, ubi aurifodinæ, & urbes Caſtrum Britonum, vulgò *Dunbriton*, & Glaſchum ſeu Glaſcoa urbs ſede archiepiſcopali decorata, & academia. Ulteriùs Levinus fluvius, à quo Levinia regio, vulgò *Lennox*, & Lelannonius ſinus, & lacus Lomundus, prodigioſus ob eius inſulas fluctuantes. Aliquantum etiam ad occaſum Bodotria conſpicitur, vulgò *Frith*, in ortum decurrens: ad cuius ortum Caledonii populi & ſylva Caledonia, ubi Caſtrum Caledonium, vulgò *Dunkelden*, urbs epiſcopalis, quorum populi & regiones nunc *Stratherne*, *Storie*, *Roſſen*, & *Argathelia* vel *Argile* dicuntur. Rurſus ad occaſum & mare Hibernicum Epidii populi, quorum regio *Kyntyre* vel *Cantyre*, (quæ aliis Novantum regio putatur) cœnobiis clara. His ad Septentrionem Lougus fluvius & regio Loquabria (in qua *Foiles* oppidum) ſuccedunt, ubi à Ptolemæo Cerones ſive Creones populi deſcribi putantur: nunc ea regio nonnullis *Argyle*, ſive *Argathelia*; cujus urbs epiſcopalis *Liſmore* appellatur. Interiùs fluunt in ortum, ut dixi, Bodotria, & Taus, ubi Carnonacæ populi, quorum regiones videntur Lorna, Atholia, & Knapdalia: ibi Euonium olim urbs, nunc arx regia, vulgò *Dunſſaphage*. Hinc in ortum uſque extenditur Fiſa regio ingens, Tao fluvio permeata, (in qua Vernicones populi) 60. magnis oppidis conſtans. Ibi Abernæthum Pictorum ſedes, Fanum S. Ioannis, Falclandia regia à Falconibus dicta, & Dumblanum urbs epiſcopalis, in ora verò orientali, Fanum S. Andreæ urbs Archiepiſcopalis. Ultra Taum ad Boream occurrunt Horeſti populi, quorum regio Anguſia, (in qua Brechinum urbs epiſcopalis, Orrea olim ſedes Regum, vulgo *Forfair*, & Alectum, poſteà Deidonum dicta) & Marnia Borealior (in qua urbes Mons Roſeus, Baræum, Covæum, & Fordunum olim regia.) Sequitur Marria magis in Boream trans Devam fluvium, vulgò *Dee*, ubi Devana urbs Ptolemæo, nunc Aberdonia in ora, urbs gemina, Epiſcopalis, & Academia. Ultra Horeſtos ſequuntur Taizali: quorum regio Buquhania, ubi Dempſterorum familia plures arces habet. Hinc Thomas Dempſterus Iuriſconſultus, vir omni diſciplinarum genere excultus, inter primos Academiæ Bononienſis Profeſſores, profectus. Incumbunt ad occaſum Vacomagi populi, quorum regio Boena (in qua Culenum oppidum, & Banfum Præfectura) & Gareotha, ubi mons auri ferax, & Neslandia regio, & Murravia: urbes autem Vacomagerum Innerlothea everſa, et Elginum epiſcopalis. Occaſum versùs propè Loquabriam Lugia regio eſt, nunc *Roſſia*, ubi Portus ſalutis nunc Cromarteum æſtuarium, ad cujus ripam Dingvvaltum caſtrum regium, in altera ripa Canonria epiſcopalis urbs, inde Roſmarchæum, et Thana. Sunt et Lugi populi Borealiores, nunc *Sutherland*, ubi oppidum Dunrobinum, et Dornum ſedes epiſcopalis Cathaneſiæ regionis omnium Borealioris; cuius populi Catini, non Carini, ut apud Ptolemæum legitur: quorum urbes Virvedrum, nunc *Dumsby*, et Berubium vulgò *Bernſvvale*: oppidum olim Orcas et Tarviſium, ſeu Tarvedum, nunc promontoria terram illam terminantia, apud *VVick* oppidum. (De his fuſiùs et diſtinctiùs in ſuis locis.) Scoti primi ſcholas Anglis, Hibernis, Belgis et Norvegis aparuiſſe, et in Europa academias fundaſſe feruntur. Primus quoque Regum Lucius Scotus fidem Chriſtianam ſuſcepiſſe traditur et B. Scotus Apoſtolorum tempeſtate, Eremita fuit in occidente.

¶ Scotia, *l'Eſcoſſe* Gallis, alterum magnæ Britanniæ regnum, ab ortu Germanico Oceano, à ſeptentrione Orcadibus; et Decauledonio in mari præcingitur, ab occaſu Hiberniæ objacet, ad auſtrum Tueda fluvio, Cheviotæ montibus cum adiacente tractu ad *Solvvay* æſtuarium pertinentibus ab Anglia dirimitur, et à 70. annis circiter in unum regnum coaluit cum Anglia. Eius longitudo, ſeclusis inſulis, ducitur ex promontorio *Bucquam neſſ.* in ora Oceani Germanici, ad *Ardna Murchen point*, in ora occidentali; eſtque circiter 165. mill. paſſ. ſeu 110. mill. Scoticorum. Latitudo autem deſumitur ab urbe Leucopibia, *VVithern*, ad promontorium Orcadum, *Dungesby head*, ac proinde excurrit ad 130. mill. paſſ. ſeu 157. mill. Scotica. Scotia antiquitus dicta fuit Albion ſeptentrionalis, ſeu ulterior, et in duos populos diviſa fuit, nempe in Veturiones, in quorum regione fuere poſteà Picti, et in Caledonios, quorum regionem invaſerunt poſteà Scoti. Vetturionum partes erant Horeſtæ, Selgovę, Novantæ, Damnii, et Ladeni. Calidoniorum autem partes fuere Caledonii propriè dicti, Epidii, Creones, Cerones, Carnovaces, Cornabii, Carini, Mertæ, Cantæ, Lugi, ſeu Logi, Vacomagi, Taxali, et Vernicones populi. Scotia anteà per plurima ſecula propriis paruit Regibus; ſed ex quo obiit Elizabetha Angliæ Regina anno 1603. ei ſuceſſit Iacobus IV. Scotiæ Rex, qui duo regna Angliæ & Scotiæ conjunxit, & in Angliam uti majus regnum tranſmigravit.

¶ Scotia omnis nunc in duas præcipuè partes, Tavo fluvio intercurrente, dividitur. Scotia Auſtralis, quæ & Cis-Taana, *l'Eſcoſſe decà le Tay*, frequentiùs habitatur, & moribus, divitiis, ac humanitate excultior eſt. Scotia Borealis ſive Trans-Taana, *l'Eſcoſſe delà le Tay*, agreſtior, & rudior, mores etiam Sylveſtris Hiberni genuini, & priſci Scoti recipit ac retinet. Utriuſque autem regionis ſequentes Comitatus ſingillatim præ oculis habes.

(*Scotiæ Auſtralis provinciæ* 22.

Vallis ad Tivium fluvium, ſeu Teviotia, Tivedale.
Merchia, Merche.
Lodoneium & Lothiana, Lothiane.
Vallis ad Tuvedam fluvium, ſeu Tuvedalia & Peebliana, Tuvvedale.
Vallis ad Lidam fluvium, ſeu Lideſdalia, Lidiſdale.
Vallis ad Eſcam fluvium, ſeu Eskia, Eſkdale.
Vallis ad Annam fluvium, ſeu Annandia, Annandale,
Vallis ad Niddam fluvium, ſeu Nithia, Nidesdale.
Gallovidia, Gallovvay.
Carricta, CarricK.
Kyla ſeu Covalia, Kyle.
Cuninghamia, Cuningham.
Glotta inſula ſive Arania, Arren.
Vallis ad Cluidam fluvium, ſeu Cluidesdalia & Glotiana Cluydesdale.
Levinia ſive Lennoxia, Lennox.
Stirlinia ſive Sterlinga, Sterling.
Fifa, Fife.
Strathernia, Strathern.
Menteithia, Menteith.
Argathelia, Argile.
Caput Terræ ſive Cantira, Cantir.
Lorna, Lorne.

(*Scotiæ Borealis provinciæ* 13.)

Loquabria, Lochquabyr.
Albania, Broad Albain.
Perthia, Perth.
Atholia, Athole.

Angu-

Anguſia, Angus.
Mernia, Mernis.
Marria, Marr.
Buquania, Buquan.
Moravia, Murray.
Roſſia, Roſs.
Sutherlandia, Southerland.
Cathaneſia, Caithneſs.
Strathnaverna, Strathnavern.)

Strab. Liv. Plut. Scotuſſa, * Scotuſa Ptolemæo, *Licoſtomo*, vel etiam *Scotuſa*, (nomen retinens antiquum) urbs mediterranea Theſſaliæ, Lariſſæ finitima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo. Fuit & Scotuſſa oppidum Macedoniæ, ad Neſtum amnem. Hinc Scotuſſæi populi apud Plinium quondam liberi. Scotuſſæ lacus eſt, qui vulneribus medetur, ut ſcribit Plinius libro 31. capite 2 (* *Scotoſſa* in Seldeni manuſcripto.)

¶ Scrachicovvia, *Scrachicovv*, oppidulum Poloniç inferioris. Dicitur ab aliis *Sczachſchovv*; eſtque in Palatinatu Ravenſi, ad amnem Bſuram, decem leucis à Varſavia in occaſum, Lanciciam verſùs totidem. P. Diac.

Scriphinii, populi Septentrionales Scandinaviæ, perpetuis rigent nivibus, carnibus ferarum crudis degunt, pellibuſque earundem corpora ſua contegunt, auctore Paulo Diacono. Dicuntur & Scrifinii, & regio Scrifinia, & Sacricfinia.

Diod. Sic. Scrythea, *Acriſtia*, teſte Fazello, oppidum Siciliæ mediterraneum, exciſum, apud Iulianum oppidum, Calatabellotam verſùs; inde 4. mill. paſſ. Triocalæ quoque urbi exciſæ finitimum.

¶ Scula, *Skul*, mons & ſylva eiuſdem nominis in Suecia. Angermaniam provinciam in duas partes dividit. Mons altiſſimus & præruptus, quanquam ruinam minitans. Horribiles eſt aſpectu; extenditurque verſùs oram littoralem ſinus Bothnici.

Scultenna, Scutana Straboni, *Pannaro*, fluvius Galliæ Togatæ, non longè à Mutina decurrens ex Apennino monte, agrum Mutinenſem à Bononienſi diſcernens, Padumque ſupra Ferrariam ad 12. mill. paſſ. apud Bodincomagum ſubiens, *Scultenna* etiam vulgò apud ortum, cum pago cognomine, Blondo teſte, dictus. Scultennæ meminit Livius libro 1. decadis 5.

Scunnus, *Roſarno*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum non obſcurum, apud Metaurum fluvium & Medamam, in Calabria ulteriore, à Nicotera urbe 4. mill. paſſ. Metauriam verſùs ſupra 6. inter Miletum 10. & Seminariam 21. à Saracenis exciſum, ex cuius ruinis Roſarnum ædificatum tradunt.

¶ Scunnus, *Roſarno*, caſtrum eſt Calabriæ ulterioris, vix 3. milliaribus ab ora maris Tyrrheni in ortum, 7. à Mileto in auſtrum, Seminaram verſùs 13. circiter.

Scupi, *Scopia* Sophiano, aliis *Uſcopia*, urbs Myſiæ ſuperioris, in Macedoniæ confinio, Ulpiano & Parœcopoli finitima, apud montis Orbeli & Rhodopes radices, à Theſſalonica ſupra 100. mill. paſſ. in Circium diſtans, à Philippopoli 230. olim epiſcopalis, poſteà metropolis effecta, & nunc ſedes Præfecti Turcarum clara, ad Axium fluvium ex Orbelo monte profluentem, agro fertiliſſimo. Ptol. & al.

¶ Scupi, *Scopia* Italis, *Uſchub* Turcis, urbs aliàs Myſiæ ſuperioris, ſeu Dardaniæ caput, verſùs ſcardum montem, hodie Serviæ, in confinio Macedoniæ. Perampla eſt & probè culta ſub dominio Turcarum. Diſtat 80. mill. paſſ. à ſophia in occaſum, uti 160. à Philippopoli, ſcodram verſùs paulò plus. Eam alluit Axias fluvius; habebatque aliàs Eccleſiam Metropolitanam, S. Venerandç dicatam & hodie in Moſcheam verſam à Turcis. Ptol.

Mel. Scurgum, *Schmeben*, teſte Villanovano, oppidum Germaniæ magnæ, in Pomerania.

Scyathos, inſula ante ſinum Pagaſeum. Vide ſciathos Valerius Flaccus lib. 2. Argonaut.

Iam ſcyathos ſubſedit aquis, iam longa receſſit.
Sepias.

¶ Scybrus, Macedonica regio, teſte Stephano ex Theopompo. Plin.

Strab. Scydra, *siderocapſa*, teſte Bellonio, urbs Macedoniæ, in Emathia regione, à Theſſalonica 40. millia paſſ. à Torone plus in occaſum. Hinc nomen gentis Scydræus. Herod.

Mel. Scylace, ſclylaceum Valerio Flacco, oppidum Myſiæ Aſiaticæ, inter Cyzicum, & montis Olympi radices, Cyzico proximum, cuius tamen nomen ignoratur, quòd non hodie extet.

Scylacium. Vide Scylletium. Scylacæum Virg. lib. 3. Aeneidos:

Caulonisque arces & navifragum scylacæum.

Scylæum. Vide ſcyllæum.

Scylax, fluvius Cappadociæ, in Irim influens. Strab.

Scylla, quæ & ſcyllæ numero plurali Lucretio lib. 4. & ſcyllæum ſaxum ſtraboni, *ſcillo*, & *ſcilla*, ſcopulus Brutiorum, ad fretum ſiculum, nautis infauſtus, & tremendus, apud ſcyllæum promontorium, ex adverſo Charybdis. Cuius meminere Poëtæ frequenter. Ovid. in Ibin. Strab. Plin.

Vt quos ſcylla vorax, ſcyllęque adverſa Charybdis,
Dulichiæ pavidos eripuere rati.

Scylla ſcopulus adagio locum fecit, unà cum Charybdi: nam apud Latinos dici ſolet, *Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.* Cuius adagii duplex eſt ſenſus; unus, quo monetur de duobus malis minùs eligendum, uti qui potiùs periclitari voluit in ſcylla, quàm abſorberi & mergi in Charybdi; alter, ut dicatur de iis, qui volentes periculum minus vitare, in maius incidunt; quo pacto Charybdis ut minùs periculoſa, ſcylla ut maius malum accipitur.

¶ Scylla, *ſcyglio*, oppidum eſt Calabriæ ulterioris, Principatus titulo clarum, in ora maris Tyrrheni; propè Scyllæum promontorium & fretum Siculum 15. mill. à Meſſana diſtans in Cæciam, & paulò minùs à Rhegio in Boream.

Scyllaceus ſinus. Vide Scylleticus. Mel.

Scyllacium, urbs & colonia Romana anno urbis conditç 631. unà cum Tarento, Neptunia, & Minervio effecta, teſte Velleio: quo anno & Carthago in Africa. Vide Scylletium.

Scyllæum, Scylla Melæ, promontorium Brutiorum, apud Scyllam ſcopulum, cum oppido cognomine non obſcuro, in mare inſtar peninſulæ porrectum contra Siciliæ littus, *il Sciglio*, teſte Barrio, inter Nicoteram ad occidentem 26. & Rhegium in ortem 14. mill. paſſ. contra Pelorum promontorium Siciliæ, ab eo 12. ſtadiis. Quod promontorium Cænis Plinio dici videtur. Sed Scylla à Cænide 6. mill. paſſ. recedit; Cænis verò Rhegium verſùs diſtans *Capo di Volpe* nominatur. Vide ibi. Strab.

¶ Scyllæum, promontorium Calabriæ ulterioris. 26. mill. paſſ. diſtat à Nicotera in meridiem, Rhegium verſùs 14. & 6. à Cęnide in Boream, 3. autem à Peloro promontorio Siciliæ in ortum; & vulgò *Capo di Volpe* nominatur. plin.

Scyllæum alterum, promontorium Peloponneſi, in ora Argiæ regionis, in agro Hermionico, * Scyllium Ptolemæo, *Capo Scigli* Sophiano, ſinum Argolicum à Saronico dividens, inter Malem promontorium ad meridiem & Iſthmum ad Boream 177. mill. paſſ. recta navigatione. Scyllæus nomen gentis à Scylla deductum, ut Scyllæa rabies. Virgilius libro 1. Æneidos: pauſ.

Vos & Scyllæam rabiem, penituſque ſonantes
Acceſtis ſcopulos

(* *Scyllaium* in manuſcripto Seldeni.)

¶ Scyllæum, promontorium Peloponneſi. 176. mill. paſſ. diſtat ab Iſthmo in ortum, & 40. à Sunio promontorio in meridiem.

Scylletium, quòd Scyllaceum Melæ & Solino, Scylaceum Plinio, Scylacium Straboni & Ptolemæo, *Squillaci*, colonia Athenienſium, & urbs magnæ Græciæ littoralis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, inde 90. mill. paſſ. in Boream, in ora Calabriæ ulterioris, inter Locros ad auſtrum 60. & Crotonem ad Cæciam 40. à Cathacio urbe hoc tempore clara 12. in colle verſùs ſinum pendens, ab Ænea condita, Caſſidoro teſte. Fuit & Scylletium oppidum Cretæ præcipuum, teſte Solino. Stephanus prius Scylletium urbem facit Siciliæ. Ibi fons erat, Arethuſa nomine, cujus aqua, ſi quis altè loquatur, attolli fertur in modum ollæ bullientis, & voces quaſdam reddere. Strab.

¶ Scylletium, urbs aliàs Brutiorum in magna Græcia, nunc Calabriæ ulterioris, in regno Neapolitano, in ora maris Ionii & ſinus Scyllacii ab ea dicti. Principatus titulo gaudet. Ferè 4. milliaribus diſtat ab ora maris Ioniiſ, & 15. à mari Tyrrheno in ortum, 75. à Rhegio in Boream, 45. à Locris etiam in Boream, Conſentiam verſùs 36. circiter, iuxta amnem *Favelone* dictum.

Scylleticus ſinus, *Golfo di Squillaci*, Scyllaceus Melæ, Scylletius Plinio, ſinus magnæ Græciç, in cuius intimo receſſu Scylletium urbs eſt. Strab.

¶ Scylleticus ſinus, *Golfe di squillaci*, pars eſt maris Jonii, in ora orientali Calabriæ citerioris, inter promontoria Lacinium ad Boream & Cocintum ad auſtrum. Sed ejus pars ſeptentrionalis magis versùs ſiberenam extenſa dicitur *Golfo delli Caſtelli* a nautis.

Scyllus, ſcylluntis, oppidum Achajæ, in Peloponneſo, quod Xenophonti a ſpartanis donatum eſt.

¶ Scyppium oppidum fuit Græciæ, in Colophoniorum finibus, a Clazomeniis extructum, teſte Pauſania. Idem forſan cum ſcyphia.

¶ Scyrmus, Dolionidis urbs, in Aſia minori, propè Cyzicum, teſte ſtephano.

Scyronia ſaxa. Vide ſcironia.

Scyros & ſcyrus, *ſciro* vulgò etiam dicta Bordonio & aliis, inſula maris Ægæi, contra Magneſiam, cum urbe epiſc. cognomine ſub Archiep. Athenienſi, ab Eubœa 40. mill. paſſ. circuitu 80. minor apud recentes. De qua Catullus carmine 65.

Deſeritur ſcyros: linquunt Phthiotica Tempe.

Hinc Scyrius Ovid. lib. 1. de arte amandi:

Scyrias Hæmonio victa puella viro.

A ſcyro *ſcyrius principatus* adagium ortum eſt de tenui regno dictum apud ſuidam, quod hæc inſula a Pelaſgis & Caribus quondam inhabitata, petricoſa ſit, & infrugifera. Scyros capris abundat feris, ex quibus adagium eſt apud Zenodotum, *Capra ſcyria*, in eos qui beneficium maleficio contaminant, ſicuti capra ſcyria, quæ calce mulctram lacte plenam evertit. Lapis hujus inſulæ integer ſupernatat, comminutus mergitur, teſte Plinio lib. 36. cap. 14. Hæc excelſa ſitu eſt, ut ſcribit Dionyſius Afer;

Et celſa ſcyros, Peparethus, ſacraque Lemnos.

¶ Scyros inſula eſt maris Ægæi, 28. mill. paſſ. diſtans ab Eubœa in Boream, uti & a Caphareo promontorio, 70. autem a Magneſia provincia Macedoniæ in ortum. Subeſt dominio Turcarum. Vulgò dicitur *l'Iſola di sciro*, ſeu *S. Georgio di sciro*; eſtque circuitus 70. mill. paſſ.

Scytala, inſula ad intimum ſinus Arabici receſſum.

Scythæ, *Tartari*, populi Aſiæ gens numeroſiſſima in plures populos diviſa. Sunt & ſcythæ in Europa apud Meoticam paludem incolentes, qui & Mæotæ, Alani, Agathyrſi, Geloni, & ſauromatæ: quos omnes, tam Europæos, quàm Aſiaticos, Tartaros nominamus. Apud ſcythas & alias regiones ſeptentrionales propter frigus, cujus ſunt impatientes, aſini minimè reperiuntur. Scythæ porrò populi apud omnes ſcriptores notiſſimæ feritatis ſunt; ita ut *ſcytharum oratio* apud Lucianum & alios in proverbium tranſierit. Hi enim Dario Perſarum Regi, qui ad eos ſcripſerat nil aliud reſcripſerunt, niſi ut ploraret. Vita adeò aſpera illis eſt, ut *ſcytharum potatio* in adagio ſit. *Scytha equum* quoque adagium eſt in eos, qui rem aliquam averſari videntur, quam tamen maximè expetunt, uti ſcytha equum. Ita apud Suidam *ſcytharum ſolitudines* ob magnitudinem in proverbium apud Ariſtophanem abiere. Scythæ nullas habent urbes, nulla mœnia, domos ſecum ferentes: unde Hamaxobii dicuntur. Pecore degunt, famem & ſitim ad duodenos dies ferentes, ſola herba quæ ſpartanea dicitur ſuſtentati.

¶ Scythæ populi fuere celeberrimi, longè latèque per partem Borealem Aſiæ extenſi; & ex his præcipui fuere Hyperborei Scythæ magis ad ſeptentrionem vagantes, Orgaſi, Sacæ, & Alani-Scythæ. Scytharum nationes plurimæ enumerantur a Plinio & a Ptolemæo, quos de his conſule pluribus. Vide Scythiæ.

Scytheni populi ſunt Cappadociæ, apud Macrones: quorum meminit Xenophon Anabaſ. Cyri.

Scythia, provincia Aſiæ gemina: citerior, quæ intra Imaum montem Ptolemæo dicitur, inter ſarmatiam Aſiæ ad occaſum & ſcythiam alteram ad ortum, ac inter mare Caſpium ad meridiem & Oceanum Borealem ſeu Scythicum ad Arctos, in plures regiones diviſa, quæ omnes ſub uno Tartariæ nomine comprehenduntur. Altera ulterior ſeu extra Imaum montem, in ortum vergens (Imaus enim mons ingens inter has interjacet) & ipſa in plures diviſa regiones; quarum quæ ad ortum extenditur Sericæ contermina, *Gathay* nominatur, quæ ad occaſum *Regno di Cmbalu*, dicitur & *Mongul*. Urbes prioris olim claræ, Aſpabota & Davaba; alterius, Iſſedon & Auzacia. Equis maximè abundat: quorum carnibus populi veſcuntur. Aſinis verò propter loci frigiditatem caret, teſte Plinio.

¶ Scythia, regio perampla Aſiæ Borealis. Duplex fuit, nempè intra, & extra Imaum. Scytia intra Imaum montem magis ad occaſum extenſa, erat inter Hyperboreos Scythas ad Boream, Scythia extra Imaum montem ad ortum, Perſarum Imperium ad meridiem, & Sarmatiam Aſiaticam ad occaſum. Ejus præcipui populi fuere Alani Scythæ, Jaxartæ, Orgaſi, & Sacæ, ubi nunc Tartaria deſerta, Chazalgitæ, Chaulachitæ ſeu Cara-Cataya, & Kalmuchi ſeu Olgaria regio in Tartaria magna, teſte Sanſone.

¶ Scythia extra Imaum montem magis ad ortum protendebatur inter Hyperboreos ſcythas ad ſeptentrionem, Sericam regionem ad ortum, ſcythiam intra Imaum ad occaſum & Indiam ad meridiem; & ejus partes alicujus nominis fuere Achaſſa regio, Auzacitis regio, Caſia regio & Abii ſcythæ, ubi etiam Iſſedon Scythica urbs. Nunc autem ſunt in his partibus Thibetum regnum, *Siſian* regio & pars maxima Kaimachitarum ſeu Tartariæ magnæ. Sed de his pauca admodum dici poſſunt, cùm raro hucuſque pervenerint Europæi.

¶ Scythiæ pars ſeptentrionalis eſt tertia ejus pars ſecundùm aliquos, ubi aliàs fuere Hyperborei ſcythæ versùs Oceanum ſcythicum extenſi, ubi nunc ſunt regiones, *Burgu*, *Jeka Moal*, *Su Moal*, & *Tarsar*, in Tartaria Boreali.

¶ Scythia quoque Europæa pars eſt Sarmatiæ, ab oſtiis Tanais ad oſtia Iſtri Mæotidi paludi & mari Euxino expoſita. In Scythia cervi, tragelaphi ingentes & muli, teſte Solino gignuntur. De Scythia Virg. lib. 1. georg.

Mundus ut ad Scythiam Riphæaſque arduus arces
Conſurgit.

Hinc ſcythicus nomen gentile. Ovidius 1. de Ponto elegia 9. *Herod.* *Mel.* *& al.*

Ut careo vobis Scythicas detruſus in oras,
Quatuor autumnos Plejas orta facit.

Scythia parva, pars ſarmatiæ Europææ, inter Tauricam Cherſoneſum & oſtia Boryſthenis fluvii.

¶ Scythia parva, quæ & ſcythia Europæa & aliàs Cimmeria dicta fuit, pars fuit auſtralis ſarmatiæ Europææ, versùs Pontum Euxinum & Mæotidem paludem. Ejus pars fuit in Taurica Cherſoneſo, ubi Tauri Scythæ: pars verò extra inter Bugem lacum Mœotidemque paludem ad ortum, & Boryſthenem fluvium ad occaſum, ubi Georgi-Scythæ, Nomades-ſcythæ & Baſilidæ-ſcythæ populi, teſte Guillelmo Sanſone. Et ejus urbes fuere Carcine, Theodoſia, Panticapæum, Naubarum, Taphræ, & Cherſoneſus. Nunc in ea regione eſt Tartaria minor, ſeu Precopenſis. Vide ib.

Scythia Pontica, pars Myſiæ inferioris, Euxino mari adjacens. *Strab.*

Scythia Pontica, quæ parva & minor Jornandi, provincia fuit Illyrici Orientis, ſeu potiùs Imperii Conſtantinopolitani, inter oſtia Danubii fluvii ad Boream, Pontum Euxinum ad ortum, Daciam & Mœſiam inferiorem ad occaſum & Hæmimontum provinciam Thraciæ ad meridiem, cujus caput erat Tomis. Pars fuerat anteà Mœſiæ inferioris, nunc autem provincia eſt orientalis regni Bulgariæ, ſub dominio Turcarum. Sed ſunt etiamnum in illo tractu Tartari Dobrucenſes dicti, *les Tartares de Dobruce*, Turcarum clientes, uti & Tartari Bialogrodenſes ad oſtia Danubii.

Scythicum littus, ora Aſiæ Borealis, Oceano Boreali expoſita.

Scythicum mare, Oceanus Borealis, in quem veteres mare Hyrcanum influere falsò credidere. *Plin.*

Scythicum promontorium, *Cabo di Pennas*, ſeu *di Pennas*, teſte Floriano, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Aſturum Boreali, quaſi medium inter Ribadeum oppidum ad occidentem, in confinio Gallæciæ, & Vecam oppidum Aſturum ad ortum, ad 12. leucas utrinque. Scythicum promontorium quoque Plinio in ora ſcythiæ Boreali. *Ant.*

Scythicum promontorium, *Cabo de Pennas*, ſeu *Gabo de Pennas de Guzan*, eſt in Aſturia Ovetenſi, & in ora Oceani Aquitanici, maximè in Boream extenſum, propè Avilam oppidum, 11. leucis ab Oveto in Arctos diſtans.

Scythicus mons, idem Caucaſo, Coraxico & Moſchico, Tauri montis ramentum, ſive pars, qua ſe in Boream inter Euxinum ad occaſum & Caſpium ad ortum maria attollit & extendit.

Scy-

Ptol. Scythicus Oceanus, idem quod mare Scythicum & Boreum, vel Eurobeum Iornandis, Aſiam à ſeptentrionibus alluens.

Scythicus ſinus, pars Caſpii maris, quam Scythæ & Nomades accolunt, in ora Boreali.

Scythopolis, olim Methora, teſte Zonara tomo 1. annalium, dicta, quæ & Nyſa, teſte Plinio, à Scythis condita, urbs Palæſtinæ, in ora lacus Geneſare ad meridiem, apud Iordanis fluvii egreſſum, in Gallilæa, Tiberiadi & Bethſaidæ proxima, à Tiberiade 120. ſtadiis in meridiem & ortum diſtans, teſte Ioſepho nunc *Bethſan*, teſte Breitenbachio cum aliis, in Campo magno (tametſi Plinius & Ptolemæus illam in Cœleſyria deſcribunt) media ferè inter Gadaram, & Neapolim urbem Samariæ ad 16. mill. paſſ. ab Hieroſolymis 47. Damaſcum versùs 130. ex Itinerario Antonini, à Baccho condita, & de Scytharum eius comitum nomine appellata. Archiep. erat ſub Patriarcha Hieroſolymitano, ſed ſedes poſteà Nazareth translata fuit.

¶ Scythranius, oppidum Marmaricæ regionis, in Africa, teſte Ptolemæo.

¶ Sebadidæ, inſulæ Aſię, in Oceano Orientali, quæ hodie *les Philippines* dicuntur, teſte Sanſone, & earum pars ſubeſt dominio Hiſpanorum. Vide Philippinæ.

Sebaſte, tergemina: una Palæſtinæ, in Samaria, urbs *Strab.* epiſcopalis, ſed excisa, à Neapoli 10. mill. paſſ. diſtans, ſub Archiep. Nazareno. Vide Samaria; ſic appellatur etiam vulgò. Altera Ptolemæo & Stephano, quæ & Auguſta, in ora Ciliciæ, apud Corycum, inde in ortum parum diſtans, *Seveſta* nunc, epiſc. ſub Archiep. Tarſenſi. Alia Ptolemæo in Albione, oppidum in finibus Damnoniorum, *Leskerd*, teſte Villanovano.

Sebaſtia, quæ & Sebaſte Antonino, *Sauſtia*, urbs *Plin.* Cappadociæ mediterranea, apud montem Argæum, Archiep. ſub qua Sabaſtopolis, inde in occaſum 72. m. paſſ. recedens, & Nicopolis 86. in Cæciam, et Satala ultra Nicopolim versùs Trapezunta. A Cæſarea 125. m. in Boream, et Cęciam.

Mel. Sabaſtopolis, urbs gemina: una Cappadociæ mediterranea, *Suvas* hodie, præclara, a qua nomen eſt regioni, et ubi ſedes eſt Satrapæ Turcarum, epiſc. ſub Archiep. Sabaſtenſi, inde 72. mill. paſſ. in occaſum, Amaſeam versùs 150. *S. Gregorius* nunc dici quidam volunt. Altera, quæ & Dioſcurias Ptolemæo, *savatopoli* Nigro & aliis, urbs Colchidis maritima, inter phaſidem ad meridiem 100. et Heracleam urbem Heniochorum ad occaſum 80. m. paſſ.

¶ Sebaſtopolis urbs Cappadociæ. Vix 70. mill. paſſ. diſtat ab Amaſia in ortum. Sebaſtopolis autem urbs Colchidis, hodie *savatopoli*, in ora ponti Euxini, ad oſtia Antenii & Chari fluviorum, emporium celebre ſub dominio principis Mingreliæ 280. mill. paſſ. à Trapezunte in Boream. Sebaſtopolis urbs altera fuit in Colchide, propè oſtia Phaſidis, aquis abſorpta initio huius *Ant* ſeculi, teſte Arcangelo Lamberto.

Sebatum, *schvvatz*, teſte Lazio oppidum non obſcurum Norici, ad Oenum fluvium, in Comitatu Tyrolenſi, inter Oenipontem 3. & Kuphſtenium 5. leucis, in via quæ ab Oeniponte Salisburgum in Cæciam & *Ptol.* Pataviam in Boream ducit, occurrens.

Sebendunum, *Tamp* Moletio, olim oppidum, nunc vicus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Catalaunia & in finibus Caſtellanorum, in Ducatu Cardonæ.

¶ Sebendunum, Brietio & aliis teſtibus, eſt *Campredon*, oppidum munitum Cataloniæ, ad radices pyrenæorum & in limite Galliæ & Comitatus Ruſcinonenſis 8. leucis Hiſpanicis ab Auſa diſtans in Boream & 11. à Gerunda in Circium Iuliam Libicam versùs.

Prov. Rom. Sebenicum, SicumPtolemæo, urbs Dalmatiæ, in ora, epiſc. ſub Archiep. Spalatenſi, vulgò etiam *sebenico*, Scardonæ proxima. ad 10. m. paſſ. diſtans, inter Jaderam ad occaſum 48. & Tragurium in ortum 32. Ejus mœnia ex ſaxo candido ſunt, ut in lib. 2. Itinerarii:

Abſorus, & niveis sebenica mœnia ſaxis.

¶ Sebenicum, ſeu Sibenicum, *sebenico*, aliàs Croatiæ maritimæ oppidum, nunc civitas Dalmatiæ in ora maris Adriatici & permunita, in Ditione Venetorum; eique Epiſcopum dedit Bonifacius VIII. Pontifex Max. Malè ſumitur pro Sico, cujus rudera cernuntur in littore, inter Tragurium & Salonæ ruinas. Diſtat autem Sibenicum 40. m. paſſ. à Iadera in ortum. & 25. à Tragurio in Circium, propè oſtia Titii fluvii & 300. mill. à Venetiis in ortum. Caſtrum habet in clivo, cum arce permunita, quæ dicitur arx s. Nicolai, ad 4. mill. paſſ. plurièſque tentata fuit à Turcis irrito conatu.

sebeniticum, sebennyticum stephano, straboni, ac Ptolemæo, sebenniticum Melæ & plinio, *sturioni*, teſte Nigro, oſtium Nili, inter Bolbitinum ad occaſum & pathmeticum ad ortum, à sebennito ſeu sebennyto urbe, quæ etiamnum *Sebenit* in tabulis recentibus appellatur.

¶ sebennytus, Ægypti urbs, portus & fluvius in sebennyti nomo, teſte Ptolemæo.

sebetus, *Fiume della Maddalena*, teſte scipione Mazzella fluviolus Campaniæ, apud Neapolim fluens. De quo statius lib. 1 ſylv. carmine 2. *Chir*

Eubois, & pulchra tumeat sebetos alumna.

Vnde sebetis nympha, de qua Virg. lib. 7. Æneidos:

Oebale, quam genuiſſe Telon sebetide nympha
Fertur.

¶ sebetus, amnis parvus admodum, nunc populariter *Fornello* nominatur, & vicatim per Neapolim delabitur, omnibus civibus uſum præſtans. Sed ejus pars propè muros urbis labitur & paulò infra pontem s. Magdalenæ in ſinum Neapolitanum ſe exonerat: unde etiam dicitur *fiume della Maddalena* a multis, ut mihi narrarunt dum illas partes luſtrarem. *plin.*

sebinus & sevinus, *Lago d' Iſeo*, lacus Cenomanorum in territorio Brixienſi, à Brixia & Bergomo 28. mill. paſſ. ex quo Ollius fluvius maximè perſpicuus emititur.

Sebriapa, sarmatiæ Aſiaticæ urbs, teſte Ptolemæo.

¶ sebrithites, nomus Ægypti, teſte Euſebio, unde Rex Vaphres decem mill. hominum miſit salomoni ad ædificandum Templum. *Ptol.*

sebunta, Eſebon Hebræis, uti & vulgò, oppidum palæſtinæ, in Arabiæ petrææ confinio, uti aliquibus videtur, in Tribu Gad, Medavæ finitimum.

sebuſiani, populi Galliæ extra provinciam Romanam & trans Rhodanum, quos Bellicenſes Marlianus eſſe putat, aliis eorum regio *la Breſſe* eſſe videtur; alii verò putant eoſdem seguſianis, qui in territorio Lugdunenſi ultra Rhodanum ſunt, eorumque regio *la Foreſt* nominatur. Vide seguſiani. *Cæſ.*

¶ sebuſiani, populi Galliæ Celticæ, a plurimis confunduntur cum seguſianis, quorum regio hodie dicitur *la Breſſe*, *le Lyonnois*, & *le Foreſt*. Sunt tamen qui credant sebuſianos fuiſſe ubi hodie Beugea, *le Beugey*, provincia Galliæ, Breſſiæ adiecta, versùs Rhodanum fluvium, Pineto & Pingonio teſtibus, forſan errore Typographorum pro seguſianis, cum, teſte Cæſare, eſſent Æduorum clientes. *Ant*

secerræ, *Sanceloni*, vel *san Celloni*, teſte Varrerio, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, inter Barcinonem & Gerundam, ad 7. leucas utrinque diſtans. *Ant*

secontia, quæ & seguntia Livio dici videtur & D. Iſidoro gemina eſt, nova & vetus; nova, *siguenza* nunc, urbs Hiſpanię Tarraconenſis in Celtiberis, Academia & epiſc. ſub Archiep. Toletano, in nova Caſtella, apud Aragoniæ fines, segontia Plinio, segortialacta Ptol inter Bilbilim urbem Aragoniæ, & Complutum oppidum & Academiam Caſtellæ novæ 16. leucis: vetus verò, *Medina Celi*, oppidum vicinum, à nova 4. leucis, Bilbilim versùs 12. in monte, Ducali titulo ornatum.

¶ secontia, quæ, & meliùs, seguntia, urbs eſt Caſtellæ, ad amnem *Henares*, 7. leucis diſtans à confinio Aragoniæ in occaſum, media ferè inter Bilbilim ad ortum & Complutum in Africum. Vide seguntia.

secontia altera Antonino, seguncia Livio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Aragonio in finibus Celtiberorum, *Muela* hodie, teſte Gaſpardo Varrerio, inter Cæſarauguſtam 6. & Darocam 10. leucis. Sed, teſte Zurita, hoc oppidum iacet apud Rotam oppidum, ad salonem fluvium. Aliis eſt *Epila*, oppidum eiuſdem regni, à Cæſarauguſta 7. *Ptol.*

* secor, portus Galliæ Aquitanicæ in ora pictonum, poſteà Luxiona, *Luſſon*, teſte Villanovano cum aliis, urbs epiſc. ſub Archiep. Burdigalenſi, à Joanne XXII. Pont. M. epiſc. ſede decorata, quæ & Luciona Latinè dicitur, à Rupella 6. leucis in Boream, à pictavis 20. in Notolibycum. Sunt qui sicor & siccor perperam legant. (* in seld. manuſ. *Scor.*)

¶ secor, portus pictonum, in Aquitania, intra pictonum

num promontorium & Ligeris oſtia. Quibuſdam eſt *les Sables d'Olone*, portus celebris in ora maris Aquitanici, teſte Brietio; aliis autem *Pronik*. Sed quid ſit propriè difficile eſt ſtatuere.

Secovia, *secKavv*, urbs Norici, in Bavaria, in ditione Salisburgenſi, epiſc. ſub Archiep. Salisburgenſi, inde 4. leucis in meridiem, anno ſalutis 1214. epiſc. effecta unà cum Chiemienſi.

¶ Secovia, *seckavv*, urbs eſt parva Germaniæ, ſed epiſc. in Stiria ſuperiori, ad amnem *Gayl*, qui paulò infra cadit in Muram fluvium. Vix quatuor mill. diſtat à confinio Aſturiæ ſuperioris in meridiem, 20. autem mil. Germanicis à Salisburgo in ortum & 6. ab ejus ditione.

Secunda Iuſtiniana. Vide Ulpianum, eadem enim eſt.

Securiſca, oppidum Myſiæ inferioris, ab Oeſco 26. m. paſſ. in Cæciam. An exſtet incertum.

Secuſiani, Seguſiani Cæſari, populi Galliæ Celticæ, quorum regio *la Foreſt*, teſte Pineto nominatur, inter Lugdunenſes ad ortum & Arvernos ad occaſum, ubi Forum Seguſianorum, *Feurs*, & Mons Briſonis, *Monbriſſon*, oppidum primarium à Foro 3. leucis, inter Varennas 10. & Podium in Auſtrum & Africum 12. Vide Seguſiani.

¶ Secuſiani, populi Galliæ Celticæ ab omnibus dicuntur Seguſiani, erantque in eo tractu ubi hodie provinciæ, *le Foreſt*, *le Lyonnois*, *le Beaviolois*, & *la Breſſe*. Vide Seguſiani.

Secuſſes Plinio, populi Alpini, quorum oppidum Secuſſium, vel Seguſium eſſe videtur, ab Auguſta Taurinorum ſupra 20. mill. paſſ. intra montes recedens. Vide ibid.

¶ Sedanum, *Sedan*, urbs Galliæ, in Campania provincia, ad Moſam fluvium, cùm arce munitiſſima. Habuit quondam Principes ac dominos ſuos proprios; ſed anno 1642. Regiæ Francorum coronę acceſſit ex pactis initis cum Friderico Mauritio *de la tour d'Auvergne* ſupremo Sedani Principe; cui ac toti familiæ & eorum poſteris id etiam cautum eſt, uti Principum nomen ac prærogativam retinerent; tametſi ſe ſupremo Sedani dominio exuerent. Diſtat autem hæc urbs 4. leucis à Moſomo in Circium & paulò magis à Carolopoli in ortum, 11. autem à Retelio in Cæciam, Bullionium versùs duabus; eſtque versùs Arduennàm ſylvam & confinia Ducatus Lucemburgenſis.

Sedecula, *Segiola*, teſte Barrio, pagus Brutiorum, apud ſinum Napitinum, in Calabria ulteriore, apud Napitiam.

¶ Sedena, *Seine*, oppidum Galliæ, in Provincia & Diœceſi Dinienſi, ad radices Alpium & in limite ditionis Sabaudicæ & Comitatus Niceæ, 5. tantùm leucis ab Ebroduno in meridiem, Diniam versùs paulò plus. Illic celebratum fuit Concilium Provinciale anno 1267. Vix 4. leuc. diſtat à Barcinone oppido in occaſum.

Sedetani, Sedentani Silio, Hedetani Ptolemæo, (vide ib.) populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Sucronem fluvium incolentes. Silius lib. 3.

Sedentana cohors quam Sucro rigentibus undis.

¶ Sediboniates, Galliæ Aquitanicæ populi, teſte Plin.

Seduni populi Galliæ Belgicæ, ad Rhodanum, inter Allobroges ad occaſum & Rhætos ad ortum, Helvetiis ad Boream & ortum etiam incumbentibus: *Valleſiani* Italis, quorum urbs, (*sedunum.*)

¶ Seduni, populi fuere Galliæ Lugdunenſis, versùs fontes Rhodani fluvii, inter Helvetios ad Boream, Veragros ad occaſum, Lepontios ad ortum & partim ad meridiem, cum Salaſſiis; ſed ex minima tantùm parte attingunt Rhætos, ex nulla Allobroges. Eorum regio nunc *le haut Valais* dicitur, ſeu Valeſia ſuperior, cujus caput eſt Sedunum.

Sedunum, *sion* Italis, & *sitten* Germanis, epiſc. ſub Archiep. Tarantaſienſi, inter Mediolanum 30. & Genevam urbem Allobrogum ad occaſum 15. m. paſſ. à Berna urbe Helvetica 12. leucis in auſtrum.

¶ Sedunum, *syon* Gallis, urbs aliàs Sedunorum caput, nunc Valeſiæ primaria, ad Rhodanum fluvium, cum duplici arce in colle 55. m. paſſ. diſtat à Berna in auſtrum, 65. à Geneva in ortum & 100. à Mediolano in Circium; ſubeſtque dominio proprii Epiſcopi, qui cum ſeptem pagis Catholicis Helvetiorum fœdus init.

Seduſii, populi Germaniæ, Svevis finitimi. Sunt qui horum oppidum *sedan*, ſive *Esdan* in Gallia Belgica, ad Moſam in Campaniæ & Ducatus Bullonenſis confinio, A'

Ve duno urbe Lotharingiæ 15. leucis in Boream, putant: ſed falluntur, cum apud Cæſarem populi ſint Germaniæ, non Galliæ.

¶ Seduſii, populi fuere Germaniæ, longè a Moſa fluvio remoti; & habitabant ubi nunc pars Palatinatus Rheni & Franconiæ provinciæ, inter Mœnum & Nicrum fluvios, Cluverio & Brietio teſtibus.

Segalauni, Segovellauni plinio, populi Galliæ Narbonenſis, ad Rhodanum, in Delphinatu: quorum urbs Valentia, & oppidulum *Saillans*, (antiquum redolens nomen) teſte Dalechampio. *Clou.*

Segeda, Segida Straboni & Stephano, *Seges*, teſte Mariana, oppidum olim, nunc pagus Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Numantiam, ſeu Soriam, & Vxamam. Fuit & Segeda oppidum Hiſpaniæ Beticæ, Iulia contributa cognominata, teſte plinio. Hinc nomen gentis segedæus.

¶ Segedunum, *Segedin*, teſte Lazio & *Seged*, oppidum ſeu urbs Iazygum, in confinio Daciæ, ad Tibiſcum fluvium, in Ungaria Tranſdanubiana, Cenadio urbi proxima, 2. leucis in occidentem recedens, Colociam versùs 12. Ortelius hanc urbem cum Singidonenſi, quæ eſt in pannonia apud Sirmium, de qua Aurelius Victor, confundit.

¶ Segedunum Hungariæ a quibuſdam Singidava dicitur, hodie *Seged*, ad Tibiſcum fluvium, ubi recipit Mariſum; ſubeſtque dominio Turcarum a plurimis annis.

Segedunum quoque apud ſcriptores Britanniæ oppidum eſt Albionis, in Northumbria, vulgò * *Seton*, teſte Camdeno. Priùs Segedinum in lib. 2. Itinerarii:

Vt Segedinum, piſcoſaque flumina Thyſſa
Attigimus, curſu conveniente ſuo.

(* *Stighill* Camdeno propè *Seton.*)

Segelocum, * *Idelton*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, à Lindo 14. m. paſſ. in Boream Eboracum versùs; ex Antonini Itinerario. (* *Littleborough* Camdeno eſt in Comitatu Nottingamienſi.) *Ant.*

¶ Segelomeſſi, *Segelmeſſe*, regio Africæ, in Biledulgeridia, cum urbe primaria cognomine, Sanſono & aliis teſtibus.

Segerra, *Villa Cigura*, olim oppidum, nunc pagus, Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Valentiæ. (Sigarra forſan, quæ reperitur in Latino codice, & in palatino Græco.)

Segeſta, urbs Siciliæ, in ora occidua, inter Lilybæum & panormum, exciſa. Vide Egeſta. Populi Segeſtani plinio, & Segeſtenſes Ciceroni. Unde non bene (ut videtur) Hermolaus putat apud plinium Egeſtani eſſe legendum. *Ptol.*

Segeſta Tiguliorum, *Seſtri di Levante*, oppidum Liguriæ, in ora littorali ad ortum, inter Genuam & Spediam 30. mill. paſſ. Sic Leander Segeſtam indigitat; cùm plinius illam interiùs à Tigulia deſcribat. Vide Tigulia, ſeu Tigullia. *Cic.* *Ptol.*

Segeſte, segeſtica straboni, urbs pannoniæ ſuperioris, ad segeſticam inſulam, penè extincta; quæ *Seged*, vel *Segeſd*, & *Soſſed*, teſte Antonio Bonfinio, hodie nominatur, a Zagabria 2. leucis in occidentem recedens, Populi segeſtani plinio. *Plin.*

¶ segeſta, ſeu ſiſcia urbs fuit pannoniæ saviæ, ad savum fluvium, hodie *ſiſſeg*, ſeu etiam *ſiſſaken*, oppidum Croatiæ Imperialis, in limite schlavoniæ & versùs confinia ditionis Turcicæ; eſtque ſatis parvum.

segeſterorum urbs, segeſtero, & alibi seguſtero Antonino, ſiſtarica libro Conciliorum, *ſiſteron*, vel *Ciſteron* urbs Galliæ Narbonenſis, epiſc. Provinciæ, in Delphinatus confinio, ad Druentiam fluvium, ſub Archiep. Aquenſi, inter Vapingum urbem Delphinatus 33. & Aptam Iuliam 55. m. paſſ. ex Itinerario Antonini; cum ferè media ſit inter Vapingum & Aptam 10. leucis plùs minùs diſtans, ab Aquis 14. ſive 15. *Prov. Rom.*

¶ segeſterorum urbs, ſeu seguſtero, *Siſteron*, aliàs Mimenorum caput. Sedet ad Druentiam, ubi recipit fluvium *Buech*. Vix 7. leucis diſtat à Vapinco in meridiem, et 10. ab Apta in Cæciam.

segeſtica, *Zigea*, teſte Lazio, inſula pannonię ſuperioris, in Illyrici, ſeu Liburniæ confinio, ad Colaphis cum Sao fluvio confluentiam, circa quam Zagabria & siſcia urbes ſunt. *L. N.*

segeſtica, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, quod Ambroſius Moralis idem segedæ eſſe putat, inter Numantiam & Vxamam. Hujus meminit Tit. Livius lib. 4. decadis 4. eam urbem opulentam appellans, à Romanis Paulo Manlio Duce captam referens.

Vet. Inſ. Segethuſa, *Segeſvvar*, urbs Daciæ, in Tranſylvania, à Cibinio 7. leucis in Boream, à Megis 3.

¶ Segetica, Mœſiæ urbs, teſte Dione, qui eam à Marco Craſſo occupatam ſcribit.

¶ Segevoldia, *Segevolt*, urbs regni Sveciæ, in Livonia & in Litlandia provincia, ad Teyderam fluvium. Dicitur etiam *Sevvold*, & 5. leucis Svecicis diſtat ab ora ſinus Rigenſis in ortum, & 7. a Riga urbe in Cæciam Volmariam versùs.

¶ Seggera, Africæ propriæ urbs, teſte Antonino. Simlerus putat Segermis in libro Conciliorum nominari. Hujus meminere quoque D. Auguſtinus & Cyprianus in Concilio Carthaginenſi.

Oroſ. Segida. Vide segeda.

plin. Segienſes, vel, ut alii legunt, Segiſenſes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum oppidum videtur *seges*, inter Soriam & Vxa mam.

Segiſama Iulia, Segeſama Straboni, *Veyzama*, teſte Stephano Garibæo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis olim, nunc pagus, in finibus Vardulorum, inter Toloſam & Aſpetiam proxima oppida, teſte etiam Ioanne Mariana. Populi Segiſamajulienſes plinio. Aliis in Vaccæorum & Cantabrorum confinio, quibus ptolemæus magis ſuffragatur, illam inter Rhaudam, & palantiam deſcribens.

Ant. Segiſamonclum, Segiſamonculum ptolemæo, oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, infinibus Autrigonum, inter Calagurim & Lacobricam, ſive inter Olbiam 7. & Viroveſcam 11. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini.

Segiſamone, oppidum erat Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Cantabrorum, inter Viroveſcam 47. mill. & Lacobrigam 30. versùs Legionem. Populi Segiſamonenſes plinio.

¶ Segiſamone, oppidum fuit Murbogiorum, in Hiſpania Tarraconenſi, versùs fontes Arlancæ fluv. hodie *Villa Vieia*, inter Lacobrigam ad occaſum 30. m. paſſ. & Calagurim ad ortum 57. circiter.

Caſ. segni, *signey*, teſte Huberto Leodio, ſive *siney*, populi & oppidum Belgii, in tractu Leodienſi, à Leodio 8. leucis, in ſylva Arduenna.

¶ Segni, Germaniæ inferioris populi, habitabant inter Eburones populos & Treviros, ubi nunc Ducatus Limburgenſis in Belgio, Ortelio & Cluverio teſtibus.

Segnia, *segni*, urbs Latii. Vide signia. Silius lib. 8.

Quos Cora, quos ſpumans inimico segnia muſto.

ſtrab. Segobriga, *Cabezza del Griego*, teſte Morali, urbs olim epiſc. Hiſpaniæ Tarraconenſis ſub Archiep. Tole-
plin. tano, nunc pagus in Celtiberis, apud Inieſtam oppidum (quod Ioannes Mariana & Zurita segobrigam eſſe putant:) Vaſæus, Cluſius & Tarapha *sogorve* vel *segorve* illam indigitant, urbem epiſc. in regno Valentiæ, ab ea 10. leucis in Boream. Sed fines epiſcopatus segobrigenſis à Bamba Rege aſſignati nulla ratione finibus segorviȩ congruunt. Eſt & segobriga oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Caſtellæ, nunc *sepulveda*, haud obſcurum, ad montis Oroſpedæ radices & Duratonam fluvium, à segobia urbe 9. leucis, ab Arevalo 8. Zebreros, ſic ex antiquis oppidi monumentis. Licèt aliis serubia dicatur. Vide ibid. & segartialata.

¶ Segobriga, urbs Celtiberorum, ubi fuerit non eſt facile ſtatuere. Quidam ipſam cum seguntia confundunt, alii autem credunt eſſe *Inieſta*, uti Hieronymus Zurita. Sunt qui exiſtimant eſſe *Cabeca el Griego*, uti Moralis & Joannes Mariana. Sed Vaſæus, Cluſius, Tarapha, & Emanuel Henricus credunt eſſe *segorve*, ubi etiamnum ſedes epiſcopalis.

Pol. Segodunum, *Nurnberg*, teſte Pirchaimero, urbs Germaniæ, in Franconiæ, sveviæ & Nortgoiæ confinio, clariſſima, ex primis Germaniæ, libera; & emporio celebris, inter Ratiſponam 11. & Bambergam in Boream 9. mil. quot à Nerolinga, in auſtrum Vlmam versùs recedente. Vide Norica & Noriberga, vel Neroberga, in Noricorum mons; variè enim Latinè nominatur.

Ptol. ¶ Segodunum oppidum fuit Tencterorum, in Germania, quòd Cluverius & alii rectiùs putant eſſe *sigen*, oppidum Weteraviæ tractus, ad fluvium sigum, *sige*, Comitatus sigenſis caput, 12. leucis diſtans à Moguntia in Boream, & 11. a Colonia Agrippina in ortum, ſed longè a Norimberga in Circium.

Segodunum alterum, urbs Ruthenorum, in Gallia Aquitanica, *Rodez*. Vide Rutheni ſeu Rhuteni, vel etiam Ruteni, tot enim modis ſcribitur. Segodunum item apud ſcriptores Britannos oppidum Albionis, in Northumbria, *seton*. Vide segudunum: Ex libro Notitiæ utroque enim modo legitur & utrique nomen vulgare alludit, ut vides.

Segontia, seguntia Livio, secontia Antonino, *Ciguenza*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, epiſcop. ſub Archiep. Toletano in regno Caſtellæ novæ, inter Cæſarauguſtam 30. & Toletum 32. leucis. Vide secontia.

¶ Segontia, ſeu, & meliùs, seguntia, urbs Celtiberorum, hodie *siguenza*. Sedet juxta amnem *Henares*, ad radices montis *Atienca*, 8. leucis diſtans à confinio Aragoniæ 30. à Cæſarauguſta in occaſum & 32. à Toleto in Cæciam.

Segontia altera, Ptolemæo saguntia, Plinio sargun tia, * seguntia Livio, serguntia straboni, *Giſgonza*, oppidum olim, nunc pagus Hiſpaniæ Beticæ, apud Lethem fluvium, in Vandalia. Vide saguntia. (* Seguntia citatur ex Livio (& hic et in voce secon tia) pro tribus diſtinctis locis; de qua re fas dubitare.)

Segontiaci, *ſilceſter* Anglis, et *Caer ſegent* Britannicè, teſte Camdeno, populi Albionis, quorum oppidum segontium Antonino, in Wallia, apud Bangorium urbem, contra Monam inſulam, à Deva ſeu Ceſtria urbe 74. mill. paſſ. in occaſum. Sunt qui ipſam Bangorienſem urbem eſſe velint. Sed *Caer ſegent* optimè antiquo correſpondet nomini. Horum ſitus in Belgis eſt, teſte Camdeno, in Comitatu Hantonenſi. (Confunduntur hic segontiaci populi et segontium oppidum. Nam Camdeno segontiaci Cæſaris populi ſunt in Belgis ſiti, in Comitatu Hantonenſi, quorum oppidum Vindonum, *Silceſter* Anglis, & *Caer segont* Britannis: Segontium verò Antonini eſt oppidum Arvoniæ Comitatus Walliæ contra Monam inſulam, non procul à Bangorio, à Deva ſeu Ceſtria urbe plus 40. mill. Nomen à præterfluente fluvio, qui etiamnum *sejont* appellatur, ſumpſit.)

Segor, oppidum Palæſtinæ, in Iudæa, apud Engaddi montem, et oppidum, ab Hierichunte ſupra 15. mill. paſſ. in meridiem, nunc pagus ſeu vicus, nomen antiquum retinens, haud procul à lacu Aſphaltite, ſeu mare mortuo.

Segorbia, *segorve*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Valentino, in regno Valentiæ ab ipſa 10. leucis in Boream Dertuſam versùs, à sagunto 6.

¶ Segorbia, ſeu, & meliùs, segobriga, *segorve*, urbs aliàs Edetanorum, hodie regni Valentiæ, ad Turulim fluvium. Diſtat 8. leucis à Valentia versùs confinia Aragoniæ, 5. à sagunto in Boream, & totidem a ſinu sucronenſi, 22. autem à Dertuſa in Africum; eſtque ſatis parvi circuitus.

Segortialata, *sepulveda*, teſte Villanovano, oppidum præclarum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Caſtellæ veteris, in Arevacis, inter Arevalum 8. et Cebrarios 10. leucis. Vide segobrica et serubia. Seu hic malè ptolemæus ab Ortelio & aliis citatur, cum apud ptolemæum setortialacta legatur.

Segovellauni, populi Galliæ Narbonenſis. Vide ſegalauni.

Segovia, * segubia Ptolemæo, segobia libro Conciliorum, *segovia*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Arevacorum, præclara, in regno Caſtellæ veteris, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, media inter Valliſoletum et Complutum 17. leucis, ab Abula 10. in ortum, ubi vetus aquæductus mirabilis viſitur, & pannus laneus optimus fit. (* *Setogovia* in Seleni manuſcripto.)

Segovia altera Hiſpaniæ Beticæ, *segovia la menor*, teſte Morali, oppidum exciſum, nunc pagus medius, inter cordubam & Hiſpalim, Aſtigi urbi & ſinguli fluvio finitimus.

Segovia item Ptolemæo, ut Ortelius refert, quam *seckovv* urbem salisburgenſis ditionis eſſe volunt, a salisburgo 4. leucis in auſtrum. Vide secovia. Sed nil tale apud Ptolemæum legitur.

¶ Segovia, urbs Germaniæ, *SecKovv*, meliùs dicitur Secovia; eſtque in stiria provincia, epiſcop. ſub Archiepiſc. salisburgenſi. Vide socovia.

¶ Segovia nova, *nueva segovia*, ſeu *Cagaion*, urbs Aſiæ in Philippinis & in parte Boreali Mamillæ inſulæ, in ora Oceani Eoi, Epiſc. eſt ſub Archiep. Manillæ; ſubeſtque dominio Hiſpanorum.

Seguntia, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis. Vide secontia & segontia.

Seguntium,* *Calceſter*, ſeu *silceſter* & *Caer segent* Camdeno

deno et Lhuydo *Caerſegont*, oppidum Albionis, in Wallia, quod et ſegontium et ſegoncium legitur. Populi ſegontiaci Cæſari. Eſt apud Carnarvam, in Wallia. (*Vide priùs in Segontiaci Camdeni opinionem.)

Seguaſiani, ſecuſiani Plinio, populi Galliæ Celticæ, quorum tractus *Lyonnois*, & *la Foreſt* trans Rhodanum nominatur, cujus caput eſt Mons Briſonis, *Monbriſon*, inter Lugdunum 11. et Podium ad occaſum 12. leucis, Foro Seguſianorum proximum 3. leucis diſtans. Sebuſiani etiam apud Cæſarem leguntur, qui ab aliquibus à ſeguſianis diverſi putantur: quorum regio ab ipſis *la Breſſe* indigitatur & Forum Sebuſianorum, *Bourg en Breſſe*, apud Matiſconam urbem Burgundiæ. Sed apud Cæſarem iidem populi videntur ſeguſiani & ſebuſiani (qui errore Librariorum, pro ſeguſiani irrepſerunt) & quoniam à Ptolemæo inter Lugdunum & Arvernos deſcribuntur apud montes Cemmenos, illorum regionem eſſe *la Foreſt*, non *la Breſſe*, dicendum. In horum finibus apud oppidum S. Galmerii, à Lugduno 9. leucis diſtans in occidentem, fons mirus eſt, cujus aqua optima eſt ad potandum, & frigida febrem depellens, licèt ebullire videatur; ceterùm inutilis & exſiliens cacabo, ſi in ea caro vel aliquid aliud elixetur.

¶ Seguſiani, populi fuere Galliæ Celticæ, inter Æduos, & ſequanos ad Boream, Arvernos ad occáſum, Velaunos, & Allobroges ad meridiem, u-i et am Allobroges ad ortum, ubi hodie provincia *le Foreſt*, *le Lyonnois*, *le Beaujolois*, *& la Breſſe*. Horum caput erat Lugdunum, *Lyon*, urbs ampla ad confluentes Araris in Rhodanum, quæ etiam Lugdunum ſeguſianorum dicta fuit à quibuſdam, ad diſtinctionem aliarum urbium ejuſdem nominis. Fuit etiam in illo tractu Forum ſeguſianorum, F*eurs*, oppidum ad Ligerim fluvium.

¶ Seguſinus Marchionatus, *Marcheſato di ſuſa*, tractus Italiæ, Pedemontio additus, ad radices Alpium, & inter Pedomontii Principatum ad ortum & Delphinatum ad occaſum. Ejus caput eſt ſeguſium, *ſuſe*; ſubeſtque dominio Ducis ſabaudiæ. Ibi aliàs ſeguſini populi.

Seguſium, ſeguſio Plinio, & Antonino, *ſuſa*, urbs Galliæ ſubalpinæ, ad Alpium Cottiarum radices, quibus in Allobroges tranſitus eſt, in Pedemontana regione, ab Auguſta Taurinorum 24. mill. paſſ. Brigantium oppidum Delphinatus versùs. Hic corrigendus eſt Theſaurus Linguæ Latinæ, in quo pro *ſuſa*, *sion* indigitatur; cum *sion* Latinè ſedunum ſit.

¶ Seguſium, *ſuſe* Gallis, urbs eſt Italiæ, aliàs in Gallia ſubalpina, hodie in Pedemontio, Marchionatus cognominis caput, ad Duriam fluvium, cum arce munita in colle, ſua dominio Ducis ſabaudiæ. Una tantùm leuca diſtat a confinio Galliæ, & Delphinatus, 24. mill. paſſ. à Taurino in Circium, & totidem à Brigantio in Cæciam.

¶ Seguſtero, *Siſteron*, urbs Galliæ, in provincia, ad Druentiam fluvium, in limite Delphinatus 7. leucis diſtat à Vapinco in meridiem. 10. ab Apta Julya in Cæciam & 15. ab Aquis Sextiis. Alias Mimeniorum caput fuit, & à quibuſdam ſeguſteronum caput dicta; eſtque etiamnum ampla, & culta.

¶ Seigneliacum. Vide ſeilliniacum.

¶ Seilliniacum, ſeu ſeglliniacum, & ſilliniacum (ſic enim variè ſcribitur hoc nomen in veteri chartulario monaſterii pontiniacenſis, quod extat in Bibliotheca Illuſtriſſimi Viri Ioannis Baptiſtæ Colberti iſtius loci domini,) olim *Seylhenay*, *& Sellegnay*, nunc *Seignelay* oppidum Galliæ, in Ducatu Burgúndiæ, & in tractu Altiſſiodorenſi, ad ſeninum fluvium, qui paulò infra cadit in Icaunam, inter Altiſſiodorum, & Iviniacum, tribus leucis utrinque diſtans, commercio & plurimarum mercium factura nobile. Vetus illic caſtrum, quod circa annum 1405. conſtructum eſt cura, & ſumptibus Caroli *de ſavoiſy*, locis illius Toparchæ, qui præcipua apud Carolum VI. Regem Francorum gratia flagrabat.

Seir, montes, & tractus palæſtinæ, in Idumæa regione, inter eam, & Iudæam, *Sardenay* hodie, teſte poſtello: ubi etiam Monaſterium. Hic habitaſſe in regione Edom fertur Eſau, qui piloſus fuit, unde loco nomen inditum eſt; Seir enim piloſum ſignificat. Vltra Edom occurrit petra Deſerti, & ulteteriùs mons Hor.

Seis, collis palæſtinæ, in Iudæa, inter Hieroſolymam, & Engaddi.

Sela, fluvius peloponneſi, in ora Elidris, inter Cypariſſium promontorium & Pylum, *Guardia*, teſte Ortelio, cum oppido cognomine.

Selambina, *Salobrenna*, teſte Floriano, oppidum Hiſpaniæ Beticæ, in ora littorali regni Granatenſis, inter Malacam ad occaſum, & Almeriam in ortum ad 14. leucas. *Ptol.*

¶ Selambina oppidum fuit Baſtulorum, nunc regni Granatæ, in ora maris Mediterranei, cum caſtro munito contra pyratas 20. leucis diſtat ab Almeria in occaſum.

Selandia, veteribus ſcandia, uti apud Plinium, & Codannia apud Melam, à ſinu Codano, populi Selandi, *Seelandt*. Selandia altera, inſula Brabantiæ adjacens, in plures diviſa, *Zelandt*. Vide Mattiaci. *Scrip. Germ.*

¶ Selandia, *Seelandt* incolis, *ſelande* Gallis, inſula eſt ampla regni Daniæ, in mari Baltico, Codanonia aliàs dicta. Separatur ab oriente à ſcania provincia freto *Oreſund*, ſeu *de ſund* dicto, & ab occidente a Fionia inſula freto *Beltſund* dicto. Amœniſſima eſt, & ejus longitudo a ſeptentrione in meridiem eſt 16. milliarium Germanicorum, latitudo verò ab ortu in occaſum eſt 12. milliarium ſimilium. Ejus urbes ſunt Hafnia, *Koppenhagen*, inſulæ caput, & totus regni Daniæ primaria, ac regia ſedes, Roſchildia, *Roſchild*. Helſingora, *Helſingor*, & Arx Coronæburgum, *Cronenburg*, ad ſundicum fretum, uti & Fridericoburgum, *Friderichsburg*. In ea ſunt 340. parrochiæ, ſeu pagi; eſtque tota miræ fertilitatis.

¶ Selandia autem provincia Belgii, intra oſtia ſcaldis, dicitur meliùs Zelandia. Vide ib.

¶ Selaricum, *ſelrik*, oppidum ſcotiæ meridionalis in Tuedia provincia, & in limite Teviotiæ, ad confluentes Ettrici fluvii in Tuedam, vix 19. milliaribus ſcoticis à Barvico in occaſum, & totidem ab Edimburgo in meridiem.

Selemnus, ſelenus Xenophonti, fluvius Achajæ, in Peloponneſo, apud Argirani urbem fluens. Sed ſelenus Xenophonti apud Ægium fluit. *Pauſ.*

Selene, urbs Hetruriæ. Vide Luna.

Selenetides mulieres in Aſia reperiri, ſic a luna nominatas, Herodotus auctor eſt, quæ ova pariunt, ex quibus homines fiunt, quinques decies ceteris hominibus majores. (*Fides ſit apud ipſum.*) *Scrip. Hero.*

Selenuſia, palus lunæ in Ionia, apud Colophonem urbem, ad oſtia Cayſtri fluvii, *Lago di Altoboſco.* *Strab.*

Seleſtadium, (Elcebus Ptolemæo, ut nonnullis videtur) *ſchleſtat*, urbs Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, libera, inter Baſileam & Argentoratum inde 8. hinc 5. leucis à Colmaria 4. *Scrip. Germ.*

¶ Seleſtadium, malè Elcebus quibuſdam, urbs eſt Alſatiæ ſuperioris, in Germania, & Imperialis, ſub dominio tamen Regis Franciæ pace Monaſterienſi, ad Helellum fluvium. Diſtat 3. milliaribu- Germanicis à Briſiaco in Circium, paulò minùs a Colmaria in Boream, & 5. ſupra Argentoratum in meridiem.

Seleucia, urbs Aſiæ multiplex: I. in Meſopotamia, ad Tigrim fluvium, contra Creſiphontem, inde 3. mill. paſſ. cognomento magna, Patriarchæ Neſtorianorum ſedes, *Moſul*, teſte Nigro, à Babylone (quà major eſt) 90. mill. paſſ. in ortum, teſte Plinio, (ſed, teſte Strabone, & Zoſimo, 300. ſtadiis) ſuſa versùs 456. ab oſtiis Tigridis 350 in Boream, Ecbatana versùs 750. à Zeugmate 525. in ottum, ab Apamia urbe, ubi Tigris in duos alveos dividitur, 125. mill. paſſ. ut ſcribit Plinius. Apud ſeleuciam Tigranis regiam, Amphicrates Athenienſis Rhetor exulans, à ſeleucianis rogatus, ut eos Rhetoricam doceret, reſpondit, *Delphinum non capit patina:* quo dicto, uti adagio, ſignificare voluit, exiguos ingenio non poſſe magna capere, quales erant ipſi ſeleucienſes. Refertur à Plutarcho in Lucullo. II. Syriæ, Pieria cognomine, apud oſtia Orontis, *ſoldin*, teſte Nigro, & *ſeleuche-Ielber*, teſte Leone ſidonita, ab Anthiochia 120. ſtadiis in occaſum, ab oſtio Orontis 40. in Boream Rhoſſum versùs, archiepiſcopalis, ſub Patriarcha Anthiocheno. Utraque à ſeleuco Antiochi filio, unà cum Antiochia, & Apamia, condita. III. Ciliciæ, cognomento aſpera, ad Calycadnum fluvium, *ſeleſchia*, *ſeleuca*, & *ſaleſica* *Poly. Strab. Plin. Ptol. & al.*

Nigro, Archiepiſcopalis ſub Patriarcha Antiocheno, a littore 5. mill. paſſ. a Tarſo 25. in occaſum, Corycum versùs 10. multarum urbium metropolis, a seleucia Pieria 120. in occaſum. Priùs Olbia, & Hiria, teſte Stephano. IV. Piſidiæ, in Pamphyliæ confinio, *Celeſtria*, & Turcis *Carazaſar*, teſte Leunclavio, epiſc. ſub Archiep. Antiocheno Piſidiæ, inter Antiochiam Piſidiæ ad Boream, & Pergen Pamphyliæ ad meridiem, a Seleucia magna 659. mill. paſſ. in occaſum, teſte Plinio. V. Syriæ, cognomento ad Belum, Seleucobelus Stephano, *Divertigi* Moletio, epiſc. ſub Archiep. Apameno, in Caſiotide regione, inter Antiochiam, & Epiphaniam, (*ad Belum fluvium.*)

¶ Seleucia, urbs Babyloniæ ad Tygrim fluvium. Antiquiſſimis temporibus Coche dicta fuerat, poſteà Alexandria a conditore vocata, & tandem ab Antiocho Seleuci filio reſtaurata, cum patris nomine, teſte Martiano. Anteà *Baudras* dicta fuit, tempore Regum Hieroſolymitanorum, & Armeniæ, hodie autem *Bagdad*, ſeu *Bagadet* vocatur, teſte Sanſone; eſtque etiamnum urbs perampla *&* permunita, provinciæ *Hierach* caput. Pluries capta & recepta fuit tum a Turcis, tum a Perſis. Tandem Turcis ſubeſt, ab anno 1638. ſuburbiumque habet amplum in adverſa ripa fluminis. Bagdatum dicitur a recentioribus, diſtatque itinere unius diei è ruinis Babyloniæ antiquæ, 140. mill. paſſ. a Ninive in meridiem, vix 200. ab oſtiis Tigridis in Boream, 280. a Suſa in occaſum, & 500. ab Ecbatana in meridiem.

¶ Seleucia, urbs Ciliciæ aſperæ, hodie *Selechia*, 12. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Cilicii in Boream, & 80. a Tarſo in occaſum, uti 15. a Coryco in Circium, teſte Petro de Via, & 180. a Seleucia Pieria in occaſum.

Seleucos, oppidum apud Apamiam Syriæ, teſte Stephano. Nomen habet a Seleuco Rege conditore, qui Apamias 3. in uxoris, & 5. Laodiceas in matris honorem condidit.

Polyb. Ptol. Steph.

Selga, urbs Pamphyliæ mediterraneá, archiepiſcop. quæ nunc *Philadelphia*, teſte Nigrobj, dicitur, inter Pergen ad occaſum, & Cibyra in ortum, Lyrbæ proxima. Populi Selgenſes Plinio. Stephanus illam in Piſidia collocat, coloniam Lacedæmoniorum faciens; Aſelgea, ob vitam intemperantem, quæ ibi agebatur, dicta, Græcè enim id ſignificat.

Selinus portus, *Salonef* Mercatori, *Porto Alberto* Caſtaldo, portus Marmaricæ, inter Catabathmum ad occaſum & Parætonium urbem in ortum.

Ptol.

¶ Selinus portus eſt Lybiæ, in ora maris Mediterranei, hodie *Salona*, & *Acbet Aſſoloni* Arabicè, cum portu capaci, in ora regni Barcæ, teſte ſanſone, 28. leucis Gallicis diſtat a Parætonio in occaſum.

Strab. Plin. Diod. Ptol.

Selinus, urbs gemina, cum fluvio cognomine. Una in ora siciliæ Auſtrali, inter Thermas ad ortum 18. & Mazaram ad occaſum 12. mill. paſſ. (licèt Ptolemæus oſtia selinuntis inter Mazaram & Lilybæum ſtatuat) exciſa, à Megarenſibus, ſive a Phænicibus, anno a capta Troja 507. ſive poſt urbem conditam 107. hoc eſt, 3. poſt Lampſacum, & Abderam, condita & a Carthaginenſibus everſa; nunc *Terra di Pulici* dicta, teſte Fazello, (non *Salemi*, oppidum mediterraneum, ut Aretio videtur) fluvius verò *Madiuni* nominatur. Virg. lib. 3. Æneidos:

Teque datis linquo ventis, palmoſa Selinis.

Ubi Selinus legendum, ut apud Silium lib. 4.

Audax Hybla favis, palmis quoque onuſta Selinus.

Hinc Selinuntius, nomen gentis. Altera in ora Ciliciæ, *Islenos* hodie Turcis, teſte Leunclavio, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, inter Jotapam ad occaſum, & Antiochiam ſuper Crago ad ortum, ad oſtium Selinuntis fluvii; quæ & Trajanopolis dicta fuit, teſte Xyphilino, quod ibi Trajanus Imperator deceſſerit. Lucanus lib. 8.

Quo portu mittitque rates, recipitque Solinus.

Plin.

Selinus, fluvius Epheſi duplex, apud Dianæ templum fluens.

Strab.

Selinuſius lacus eſt apud oſtia Cayſtri fluvii, teſte Strabone lib. 14. Idem Selenuſiæ.

Ptol.

Selium, *Selir*, oppidum ſeu pagus, teſte Vaſconcello, Luſitaniæ, inter Conimbricam & oſtia Mundæ fluvii, vel *Seira*, pagus Conimbricæ proximus, ab ea parum in ortum diſtans. Eſt & Celium Antonino, pagus Luſitaniæ, apud Tomarium oppidum, vulgò *Ceice*. Vide ib.

¶ Sella, Ægypti urbs libro Notitiæ. Uno *l* ſcribitur in Concilio Epheſino tertio, in Auguſtamnica provincia.

Luc.

Sellæ, populi Epiri, in Chaonia, quorum meminit Lucanus lib. 3.

Chaonio veteres liquerunt vertice Sellæ.

Sellaſia, oppidum Laconicæ mediterraneum, a Polybio, Xenophonte, & aliis memoratum.

Strab.

Selleis, flumen Peloponneſi, ex Pholoe monte in Arcadia profluens, ac inter Chelonatem promontorium, & Cyllenen urbem in Jonium mare delabens.

¶ Sellenes, Theſprotiæ fluvius in Græcia, teſte Heſicchio.

Plin.

Selochuſa, inſula parva Peloponneſi, apud Spiræum promontorium.

¶ Selur, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

Strab. Ptol.

Selybria, selymbria Plinio, salabria Socrati in hiſtoria tripartita, *selombria* Moletio & aliis, *selivrea* Sophiano, & aliis *selibaia*, urbs Thraciæ, ad Propontidem, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Heracleenſi, nunc metropolis, inter Byzantium ad Boream 44. & Perinthum in meridiem 22. mill. paſſ. ab Athyris 20. Ejus meminit Herodotus lib. 6. Habet turrim excelſam. Poeta quidam lib. 2. Itinerarii:

Verticeque æthereas nubes, Selymbria turrim
Torquentem, atque urbis priſca veſtigia monſtrat.

Ptol.

¶ Selybria, ſeu, & meliùs selymbria, *Selivrèe*, urbs Thraciæ, in Urbana provincia, etiamnum ampla, ſub Turcis, quanquam ſine mœnibus. Diſtat 35. mill. paſſ. a Byzantio in occaſum, Perinthum versùs 25.

* Semana ſylva, *Thuringervvaldt*, teſte Pyramio, vel *Duringervvaldt*, ſylva Germaniæ, inter Thuringiam, Voitlandiam, & Franconiam, Hercyniæ pars. De ea lib. 4. Itinerarii Germanici ſic:

Et denſam arboribus multo ſudore semanam
Scandentes, crebrò torquemus lumina retro.

(* *Simaainoys* in Seldeni manuſcripto.)

Ptol.

* Semanthini montes, *Idifa*, teſte Mercatore, montes sinarum ad Boream, quibus illi a seribus ſeparantur; quorum incolæ etiam semanthini dicuntur. (* *Simanthinoi* in manuſcripto Seldeni, & populi *Symanthinai*.)

¶ Sembracena, urbs Arabiæ felicis, in sabæorum regno, ſinui Arabico proxima, teſte Ptolemæo.

Semellitani, populi Siciliæ, quorum oppidum Semellium, *salemi*, teſte Fazello, non obſcurum, medium ferè inter Mazaram ad auſtrum, & Segeſtam ad Boream 18. mill. paſſ. a Selinunte 16. in Boream.

¶ Semigallia, *semigallen*, provincia Poloniæ, aliàs Livoniæ pars, nunc ſub dominio Ducis Curlandiæ. Terminatur a ſeptentrione Livonia provincia, a qua ſeparatur fluvio Duina, à meridie Samogitia provincia & ab occaſu Curlandia; eſtque ab ortu in occaſum extenſa. Ejus urbs primaria eſt Mittavia, *Mittavv*, Ducum Curlandiæ ſedes è gente Ketlera; ſuntque etiam in ea oppida Doblinum, *&* Bauſca.

Diod.

Semiramidis mons, pars Zagri montis Mediæ, ubi pylæ Zagri, ſic a Semiramide Regina dictus, quæ illum abſciſſum pervium reddidit. Hodie adhuc *semirami* appellatur, teſte Nigro.

Semirus, *simari*, fluvius magnæ Græciæ, in ſinum ſcylletium ultra scyllacium urbem influens, cum oppido cognomine, quod alluit, a littore m. paſſ. a Catacio 6. a scyllacio 12. recedens (in ortum.)

Plin.

Semnones, populi Italiæ, in ora Umbriæ, mari Hadriatico expoſiti, inter Æmiliam ad occaſum & Picenum ad ortum: quorum urbes Ariminum, Piſaurum, Fanum, & senogallia.

Ptol.

¶ Semnones, ſeu senones, populi fuere Galliæ Ciſpadanæ, ubi hodie pars orientalis Romandiolæ provinciæ, & eorum urbes fuere Ravenna, Ariminum, Cæſena, Forum Popilii, & Forum Livii.

Semnones item, populi Germaniæ, quorum regio Marchia Brandeburgenſis: in qua Senohuſium, urbs antiquum redolens nomen, *sehuſen*, quaſi senonum domus, inter Gardelebiam 6. & Perlebergam in Boream 4. leucis.

¶ Semnones, populi fuere Germaniæ, ſub Vindilis, in eo tractu, ubi hodie Luſatia provincia, & pars Sileſiæ inferioris.

Sempronium, *Oedenburg* Germanis, & *Sopron* Hungaris, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ superioris, a Sempronio Secundino cive Romano dictum, in Hungariæ, & Auſtriæ confinio, medium inter Viennam, & Sabarinam 8. leuc. à

Civi.

Civitate nova 4. in ortum. De Sempronio urbe lib. 5. Itinerarii:

Poſt videt Oedenburgum nos, priſco tempore cujus
Nomina Sempronium prima fuiſſe ferunt.

¶ Sempronium, ſeu Sopronium, *Sopron* Hungaris, urbs eſt munita Hungariæ inferioris, propè Peiſonem lacum, 8. milliaribus Germanicis diſtans a Poſonio in meridiem, ſub dominio Auſtriacorum, & in limite Auſtriæ inferioris. Ab ea tractus adjacens dictus fuit Comitatus Soproniensis.

Sempronius, mons inter Oſcellam oppidum Inſubriæ & Sedunos trajiciendus, vulgò *Monte Sempron*, & *den Simpeler*, cum pago cognomine, inter Oſcellam 35. & Sedunum 40. mill. paſſ.

¶ Sempronius mons, *mont Sempione*, pars Alpium Peninarum, 40. mill. paſſ. a Seduno in ortum diſtat, & 24. ab Oſcella in Boream, versùs fontes Rhodani fluvii.

Semurium erat campus vicinus Romæ, in quo erat templum Apollinis. Cujus meminit Cicero in Antonium, & Macrobius ubi de Acca Laurentia loquitur.

¶ Semurium, *Semur* cognomento *en Auxois*, urbs parva Galliæ, in Ducatu Burgundiæ & in Alexienſi tractu, ad Armantionem fluvium, 10. leucis diſtans ab Auguſtoduno in Boream & 11. ab Antiſſiodoro in Eurum.

¶ Semurium, *Semur* cognomento *en Briennois*, oppidum Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, in colle, & in Auguſtodunenſi tractu. Vix una leuca diſtat a Ligeri fluvio in ortum, & tribus infra Rhodumnam in Boream.

Sena, *seyn*, inſula Galliæ Celticæ, oræ Oſiſmiorum ante Fontenacum oppidum adiacens, (non *Heyzant*, ſive *Heyſſant*, ut ſcribit Ortelius) inter Senam, & Gobæum promontorium ad 7. leucas diſtans, contra oſtia Senæ (vulgò *Seyn*, a Fontenaco 2. leucis) fluvii cognominis, ubi oraculum erat reſponſa dans virginibus Gallicis, teſte Cœlio Rhodigino lib. 2. cap. 33. antiquarum lectionum.

¶ Sena, *l'Isle de sain*, inſula eſt parva Britanniæ minoris, in ora orientali Curioſolitarum, inter Syrtes, & Brevia, vix una leuca ab ora diſtans in occaſum, uti a vico *Ras Fontene* dicto, 18. autem a Coriſopito in occaſum, & 5. a Gobæo promontorio in meridiem. Sed nullus ineſt fluvius Sena dictus, quicquid dicat in contrarium Cœlius Rhodiginus, de rebus Gallicis malè informatus.

Sena, Colonia Senenſis Plinio, & Tacito, Sæna Ptolemæo, Senæ poſterioribus, *Siena*, urbs Hetruriæ archiep. anno ſalutis 1459. a Pio II. Pontifice M. metropolis effecta multarum urbium, academia, urbs elegans, ubi lingua Hetruſca ſuavior, inter Florentiam 32. & Romam 107. mill. paſſ. olim libera, nunc magno Hetruriæ Duci parens. De ea lib. 3. Itinerarii:

- altam Sena ſuperavimus urbem,
Delicias Italum.

Senenſes ab Imp. Carolo V. ad Gallos, præſidio Hiſpanorum ejecto, deficiunt anno ſalutis 1552. ſed anno 1554. a Cæſarianis urbs obſeſſa recipitur, & amiſſa libertate, poſteà magno Hetruriæ Duci ſubigitur.

¶ Sena, & Senæ, *Siene* Gallis, urbs eſt ampla Hetruriæ, intra colles ſita, ſenenſis agri præcipua, & in limite agri Florentini. Caput fuit Reipublicæ per aliquot ſæcula; ſed tandem capta ab Hiſpanis, magno Duci Hetruriæ ceſſit cum tota ditione. Arcem habet pentagonalem inſtructiſſimam, & celebris eſt natalibus S. Catharinæ Senenſis.

Sena quoque, apud quam inter Romanos, & Haſdrubalem pugnatum eſt ad Metaurum, a veteribus eadem quæ nunc Cæſena dicitur, dicta putatur, uti apud polybium, strabonem, Titum Livium, & Eutropium, qui ſcribit apertis verbis, apud Cæſenam inter Romanos, & Haſdrubalem pugnatum, ipſumque Haſdrubalem ibi cæſum: quod cum polybio & Livio apud Senam factum narrent, colligitur eandem urbem eſse Cæſenam & Senam. Strabo quoque senam apud sapim, & Rubiconem fluvios deſcribit. Sed duo obſtant: primum, quòd sena urbs eſt maritima, Cæſena mediterranea; alterum, quòd sena apud Metaurum fluvium (juxta quem pugnatum inter prædictos eſt) ſita eſt, a quo Cæſena in occaſum ſupra 50. m. paſſ. recedit. Nec verba Eutropii quemquam movere debent, cum is ſibi contradicat, ſcribens pugnam ad Metaurum apud Cæſenam contigiſse: qui fluvius non Cæſenę, ſed senæ proximus eſt, vix 9. m. paſs. diſtans. Quod ad strabonem attinet, dicimus locum strabonis, ubi hoc dicit depravatum, fuiſseque senæ nomen pro Cæſenæ ſuppoſitum; cum idem strabo alibi, loca hujus regionis repetens, Ariminum poſt sarſinam, senam poſt Ariminum recenſeat, quòd ſi sena apud eum eadem eſset, quę Cæſena, proculdubio illam poſt sarſinam numeraſſet, non poſt Ariminum. Atqui Strabo lib. 5. apertiſſimè Cæſenam inter Faventiam & Ariminum, ad Sapin & Rubiconem locat. Scipio tamen Claromontius civis Cæſenas, vir in mathematicis apprimè verſatus, quòd sena ſit Cæſena, multis contendit argumentis probare.

Sena Gallica, senogallia plinio, & Paulo Diacono, sena colonia polybio & stephano, senegallia Straboni, *Ptol.* *senigaglia*, vel *sinigaglia*, urbs Umbriæ tranſapenninæ, in ora semnonum, parva, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, ac in Ducatu Urbinate contenta, ab Urbino 30. m. paſs. inter piſaurum ad occaſum & Anconam ad ortum 20. a senonibus Galliæ populis ante annum ſalutis 381. ſive ab urbe condita 396. vel anno orbis conditi 3730. unà cum Mediolano, ædificata, ad fluvium cognominem. Silius lib. 8.

& Clanis, & Rubico & senonum de nomine sena.

Idem de urbe lib. 15.

- qua sena relictum
Gallorum a populis ſervat per ſecula nomen.

In Theſauro Linguæ Latinæ ad Aterni fluvii longiſſimè inde diſtantis oſtia locatur.

¶ Sena Gallica ſeu senogallia, *senigaglia*, urbs eſt Ducatus Urbini, in ditione Pontificia, ad oſtia fluvii Nigolæ in mare Adriaticum; eſtque ſatis lepida, in planitie, versùs limites Marchiæ Anconitanæ. Anteà Malateſtas habuit dominos, uti poſteà Duces Urbini, ſub quibus etiam caput erat dominii ſeparati, antequam ad ditionem Pontificiam rediret ſub Urbano VIII.

¶ Senega, *senega*, fluvius Africæ maximus, in Nigritia regione, ſeu potiùs ramus præcipuus Nigri fluvii maximè Borealis, qui aliàs Darat, ſeu Daradus dictus fuit, & in Oceanum Atlanticum ſe exonerat propè Aſinarium promontorium, ubi Francorum colonia. Ei adjacent urbes Genechoa, Tombutum, & aliquot aliæ; excurritque ab ortu in occaſum inter regna Genehoæ, & Jalofarum.

¶ Senenſis ager, *il senese*, incolis *il sanese*, Gallis *le sienois*, pars ampla Thuſciæ versùs Auſtrum, inter agros Florentinum & Piſanum ad Boream & occaſum, mare Tyrrhenum ad meridiem, & ditionem Pontificiam ad ortum. Aliàs Reſpublica erat, nunc ſubeſt dominio magni Ducis Hetruriæ. Ejus pars Auſtralis dicitur maritimus ager, *la Maremma di siena*, ex qua excerptæ fuere duæ ditiones ſatis parvæ, nempè Principatus Plumbini, proprio Principi parens ſub clientela Hiſpanorum, & status præſidii, *lo stato delli preſidii*, ubi Orbetellum, Telamon, Portus S. Stephani, Portus Herculis, & mons Philippi: quæ omnia ſervantur ab Hiſpanis ex quo senenſis ager ceſſit magno Duci Hetruriæ. Senenſis agri caput eſt sena. Aliæ urbes ſunt mons Alcinoi, Collis, Pientia, Suana, Cluſium, Maſsa, & Roſſetum. Sunt etiam partes agri senenſis inſulæ Ilva, Dianium, Ægilium, Mons Chriſti, & Planaſia, in mari Tyrrheno.

Senia, *segna* Italis, *Zeng* Germanis, urbs Liburniæ in ſaxo præcipiti, parva, ſed ab omni hoſtili aggreſſione tuta, in ora maritima, Vegiæ inſulæ proxima, *Plin.* ab oſtio Arſiæ Italiam finientis ſupra 60. mill. paſs. diſtans in ortum, Enonam versùs, Auſtriacis parens. Miror hic Ortelium titubare; an ſit quæ *Segna* dicitur. De ea lib. 2. Itinerarii:

Jam ſubſedit aquis vicinos Senia colles.

¶ Senia urbs eſt Croatiæ, in ora maris Adriatici, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatino, 35. mill. paſs. ab Ænona in Boream & 50. ab oſtio Arſiæ; eſtque munita, cum arce valida.

Senna, *Miſa*, fluvius Umbriæ, in ora Senonum, ad Senam Gallicam urbem mari Hadriatico exceptus; qui *Ptol.* Ortelio *Ceſano* eſsa videtur, inter Fanum, & Senogalliam fluens. Sena puto ſcribendum, uti apud Silium. Lucanus lib. 2.

Sennaque, & Adriacas qui verberat Aufidus undas.

Sennaar, terra Babylonis, teſte D. Hieronymo, in Meſopotamia, ſive in Babylonia.

¶ Sennaar, terra eſt ipſamet Chaldæa, quæ Aſsyriæ pars eſt.

Senogallia. Vide Sena Gallica.

¶ Senonenſis ager, *le Senonois*, tractus eſt Galliæ, in Burgundiæ Ducatu, quanquam nunc Campaniæ tribuatur. Vide Senones.

Ptol. Senones, *Sens*, populi & urbs Galliæ Lugdunenſis, Archiepiſcopalis, ad Itunam fluvium, in Burgundia, nunc Bryȩ regionis caput, inter Lutetiam pariſiorum 24. & Antiſiodorum urbem Burgundicam ad eundem flvium 14. leucis, antiquiſſima metropolis, quæ anno poſt diluvium 149. & ante Trojam 529. condita fertur. Senonæ libro Conciliorum urbs dicitur: populi verò Senones, quòd Liberum hoſpitio exceperint, dicti, teſte D. Iſidoro lib. 9. Claudianus lib. 1. in Rufinum:

Et Senonum quatit arva fragor revolutaque Tethys.

miep. Apud Senonas Decentius, cum Magnentium fratrem, Lugduni à Conſtantio Imperatore ſuperatum, ſe gladio parieti innixo confodiſſe accepiſſet, & ipſe laqueo vitam finivit, teſte pomponio Læto. Senones Gallos apud Cluſium iu Etruria legionem Romanam ita extinxiſſe tradit Livius lib. 10. decadis 1. ſub Lucio Manlio Torquato legato, ut nec nuncius ullus huius cladis ſuperaſſet.

¶ Senones, populi fuere celeberrimi Galliæ Lugdunenſis, aliàs Italici dicti, Romanorum terror. Erant inter pariſios & Meldas ad Boream, Tricaſſes ad ortum, Æduos & Vadicaſſes ad meridiem, & Aurelianos ac Carnutes ad occaſum. Horum regio hodie *le Senonois* dicitur; fuitque aliàs Burgundiæ Ducatus pars, nunc autem Campaniæ prȩfecturæ tribuitur. Eorum caput erat Agendicum, ſeu Senonæ, & Senones etiam, *Sens*, urbs ad Icaunum fluvium, inter Lutetiam ad Boream & Antiſſiodorum ad meridiem, & 15. leucis diſtat à Trecis in occaſum.

Senones, populi Italiæ, in ora Vmbriæ, inter Rubiconem & Æſim fluvim. Vide Semnones.

Senones item, populi Salentinorum, in ora ſinus Tarentini, quorum urbs Gallipolis.

Senones, populi Germaniæ, inter Albim & Suevum flumina. Vide Semnones.

Senta, *Seta*, teſte Nigro, locus Dalmatiȩ, apud Docletiam urbem, ubi ſpecus ventum ſemper ſpirans; qualis locus etiam in Liburnia apud Seniam urbem eſſe fertur.

Plin. Sentica, *Zamora* Morali, Vaſæo, & Henrico Coquo ex veteri inſcriptione, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaccæis, & regno Legionenſi, ad Durium fluvium, in portugallici regni confinio, epiſcopalis ſub Archiep. Compoſtellano, inter Taurum ſive Sarabrim ad ortum 5. & Mirandam ad occaſum urbem portugalliæ 7. leucis, ac inter Aſturicam ad Boream & Salmanticam ad meridiem 12. Hæc a Mauris anno ſalutis 888. ſolo ȩquata eſt, teſte Mariana: juxta quam ab Alphonſo Rege Zamora (quæ nova Sentica dici poteſt) extructa. In Theſauro Linguæ Latinæ *Simancas* indigitatur; cum hoc oppidum Septimancæ Latinè vocetur.

¶ Sentica, urbs regni Legionis, 15. leucis Hiſpanicis diſtat à confinio regni portugalliæ in ortum, uti novem a Miranda Taurum versùs; eſtque ſatis parva.

¶ Sentica, *Zamora*, urbs Americæ meridionalis, in peruviæ regno, & in ejus parte ſeptentrionali, in regione Quiti, ab Hiſpanis excitata. Diſtat 70. leucis Hiſpanicis ab ora maris pacifici in ortum, uti 20. à Loxa & 80. a Quito in meridiem.

Strab. Sentii, populi Galliæ Narbonenſis, ubi Dia urbs, teſte Belleforeſtio; ſed aliis populi Alpini; ubi Senecenſis urbs, vulgò *Senes*, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi.

¶ Sentii ſeu Sontii, populi fuere provinciæ, ubi hodie Dinienſis Diœceſis, *le Dioceſe de Digne*, & eorum caput Dinia, inter Ebroduntios ad Boream, Caturiges ad occaſum, Albicos ad meridiem, & Capillatos ad ortum. Vide Dinia.

strab. * Sentinum, oppidum Vmbriȩ, in piceni confinio, ad Sentinum fluvium, à Longobardis everſum, apud Saxoferratum, *Saſſoferrato*, (quod novum Sentinum poteſt appellari) adhuc antiquum nomen retinens, à Fabriano oppido ampliſſimo piceni 6. mill. paſſ. diſtans. Hinc Romani Gallos, Vmbros, Hetruſcos, & Samnites, Decio Conſule, qui ſe pro patria devovit, vicere. Malè Fabrianum dicitur lib. 3. Itinerarii:

Quȩque in Sentinȩ fertur fundata ruinis
Plut. *Faberiana.*

(* *Kentinon* in Seldeni manuſcripto.)

Sentinum ſeu Sentinus, fluvius ab Apennino monte fluens, nec longè à Sentino urbe exciſa, & Foſſato decurrens, inque Æſim labens, vulgò etiam *sentino*.

Senuiſa & ſenuiſſa colonia, & populi Senuiſſani. Vide Sinueſſa.

Senus, Scena Oroſio, Sacana Æthico, *Shennyn*, ut Ortelio videtur, *Shannon* Camdeno, fluvius Hiberniæ ex maximis, per medium illius ab ortu in occaſum fluens, ac Limmericum urbem circ umfluens.

¶ Senus fluvius, *Shennon*, fluvius amplus & Hiberniæ præcipuus, a ſeptentrione in meridiem fluens. Oritur in Connacia provincia & in Comitatu Roſcomenſi; inde per lacus Alynam, Eſcàm, & Ream fluens, Atlonam rigat, & Connaciam à Lagenia ſeparans, uti poſteà etiam a Momonia provincia, per lacum *Dirgh* labitur; & rigato Lymerico, paulò infra in occaſum tendens, per æſtuarium amplum in Oceanum occidentalem ſe exonerat.

¶ Separa, *la Seure*, fluvius Galliæ, in pictavenſi provincia. Duplex eſt, unus nempè Separa Nannetenſis, *la Seure Nantoiſe*, Moritaniam & alia oppida pictonum rigat; deinde in Britanniam fluens, propè Nannetas in Ligerim ſe exonerat: Alter qui Separa Niortenſis, *la Seure Niortoiſe*, oritur ſupra Fanum S. Maxentii, deinde Niortium rigat. Hinc propè Malleacum fluens, recepta Vendea intra paludes, infra Marantium oppidum in Oceanum Aquitanicum labitur.

Sepher, mons Orientis in Aſia, quem poſtellus Imaum eſse putat, Arias Montanus montem novi orbis peruviam Li N à freto Magellanico ſeparantem eſſe ſcribit, à dicto freto in Boream extenſum, *Andes* ab Hiſpanis dictum. Sed. D. Hieronymus in Aſia illum ad orientem locat.

¶ Sepher, ſeu meliùs Sephar, civitas metropolis, & Sepharitæ populi fuere in Arabia felici, ac propè Climax mons, quem ab urbe, & populis vicinis etiam Sepharum aut Sapharam dici poſſe contendit Bochardus libro 2. cap. 30.

Sephet, *Sefet*, urbs palæſtinæ, in Galilæa, hac tempeſtate clarens, inter ptolemaidem ad occaſum 30. et Naaſon in ortum 12. mil. paſſ. apud montem Carmelum, à Cana Galileæ 6. (*in Tribu Nephtalim.*)

Sephorum, oppidum palæſtinæ, in Galilæa, proximum Pauſ. Nazareth inde 6. mill. paſſ. in Boream diſtans: patria D. Joachim Deiparæ Mariæ Virginis Patris. Vide Sephoris.

Sepia, mons Arcadiæ, in peloponneſo, apud Tricrenam.

Sepias, *Capo Monaſtier*, teſte Sophiano, promontorium Macedoniæ in ora ad ortum, apud fines Theſſaliæ, in Magneſia regione et finibus pelaſgiotarum, inter Magneſiam promontorium ad Boream & Iolcum ad meridiem, cum oppido cognomine, teſte Mela. Ejus meminit Orph. in Argonaut.

Piſa latet ſubitò, mox Sepias alta recedit.

¶ Sepias, promonrorium hodie *Capo Queatumo* dicitur, teſte Brietio; diſtatque 20. m. paſſ. ab Iolco in ortum, et totidem à Magneſia promontorio in meridiem Eubœam versùs; eſtque propè Pelaſgicum ſinum. Plin.

Sepinum, *Supino*, colonia & oppidum Samnii, in Comitatu Moliſii, inter Beneventum ad auſtrum 20. et Triventum ad Boream 22. m. paſſ. ac inter Venafrum ad occaſum 25. et Luceriam ad ortum 33. inter Bovianum 12. et Teleſiam 10. Populi Sepinates Plinio. Sæpinum ſcribit ptolemæus.

¶ Sepinum, *Supino*, oppidum eſt regni Neapolitani, in Comitatu Moliſii, intra Apenninum montem, in limite provinciȩ Terrȩ Laboris; & paucis nunc conſtat incolis.

Sepius, Sepiuntis, (vide Sipontum) urbs Apuliæ Dauniæ, exciſa.

¶ Sepiuſſa, Doridis inſula, in ſinu Ceramico, in Aſia minori, teſte Plinio.

Seplaſia, platea Capuæ in Campania fuit, in qua unguentarii negotiabantur; quorum delitiis ferocia punica, hoc eſt, exercitus Hannibalis, emollita fuit. Plin.

Sepontia paramica, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, Oaſ. quod quibuſdam videtur *Miranda de Duero*, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, ad regnum portugallicum ſpectans, in regni Legionenſis confinio, inter Zamoram ad ortum 7. et Brigantiam ad occaſum 10. leucis.

¶ Sepontia paramica urbs fuit Vaccæorum, propè Durium fluvium, in limite Braccariorum & Luſitaniȩ, quæ hodie quibuſdam eſt *Penedo*, propè Mirandam, aliis eſt *Sevanda*, propè confluentes fluvii *Tormes* in Durium, in limite portugalliæ. Sed de ea difficile eſt ſtatuere.

Sepphoris, quæ et Autocratoris, et Diocæſarea Hegeſippo, *Sephor* vel *Sephet*, urbs paleſtinæ, in Galilæa, ad montis Carmeli radices, proxima Canæ, ab ea 6. m. p. & Nazareth

reth inde in occidentem recedenti, Ioachim Deiparæ virginis parentis natale ſolum. Vide Sephorum.

Clau. Septa, et Græcis Septon, *Zeuta*, *Septa*, vel *Ceuta* Hiſpanis, *Beni Maraz* Mauris, teſte Marmolio, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, ad fretum Herculeum, Alybæ Hercul columnæ proxima, contra Calpem urbem Hiſpaniæ, 12. leucis inde mari diſtans in auſtrum, ſic a 7. montibus propinquis dicta, epiſc. ſub Archiep. Vlyſſipponenſi; quæ Arx Septenſis à procopio dicitur.

¶ Septa, *Ceuta* Hiſpanis, *Cior* provincialibus & Genuenſibus, urbs eſt parva Africæ, ſed munita, in Mauritania Tingitana aliàs, hodie autem in Habata provincia regni Fezzæ; juxta fretum Herculeum, ubi magis reſtrigitur in eius parte orientali versùs mare Mediterraneum. Erepta fuit Mauris a Ioanne portugalliç Rege anno 1410. ſubeſt tamen hodie Caſtellanis ex quo portugallia Regem ſibi proprium elegit. Sedet urbs ipſa in colle, qui aliàs ſeptem fratres dictus fuit a ſimili altitudine, ut refert plinius. Ob numerum ſeptem, ob ſimilitudinem fratres vocari ſcribit Mela. Septenſem arcem habet hoc loco procopius, ad alteram Herculis columnam; eamque ſic vocatam addit ob ſeptem ibidem apparentes montes. Septa vocatur à Diacono; eſtque propè Abylam montem. Diſtat 18.m.p. ſeu 6. leuc. à Calpe ſive *Gibraltar* oppido Hiſpaniæ Beticæ in merid. & 30. m. paſſ. à Tingi in ortum; portumque habet capacem.

Ant. Septem Aræ, *Azumar*, teſte Vaſconcello, olim oppidum, nunc pagus Luſitaniæ, in portugalliæ, et Extremaduræ confinio, ab Emerita 12. leucis in occaſum Vlyſſipponem versùs, inter Buduam 3. et Elteri 9.

¶ Septem Aræ, *Acumar*, pagus eſt portugalliæ, 3. leucis, a confinio Eſtremaduræ diſtans in occaſum, & 8. à pace Auguſta in Circium, 2. autem a portu Alacri in meridiem, ſed 18. ab Emerita, teſte Bernardo a Gainza.

¶ Septem fontes, *le ſette fonti*, urbs fuit Hetruriæ, in agro Florentino, ad radices montium, aliàs ſui iuris, poſteà a Florentinis capta & exciſa, incolis Florentiam migrare iuſſis. Ex eius præcipuis familiis erat Barberina gens, ex qua multi Cardinales, & alii viri illuſtres, ſed præcipuè Urbanus VIII. Pontifex M. per 21. annos, vir omnibus virtutibus clariſſimus.

Ptol. Septem fratres, ſeptem montes Mauritaniæ Tingitanæ, apud Herculis columnas, ſic ob paritatem dicti, ab Abyla 24. m. paſſ. à Tingi 60. in Arctos ex Itinerario Antonini. Ibi olim elephantorum copia, teſte Solino.

¶ Septem fratres ſunt ſeptem montes propè ſeptam

Plin. urbem Mauritaniæ Tingitanç, de qua ſupra. Vide Septa.

Septem maria, ſeptem aquæ Halicarnaſſo, Arrianorum paludes plinio, Stagna Hadriatica Servio, paludes Tartari Tacito, *le lagune di Venetia*, paludes circa urbem Venetam, in quas padus, cum Atheſi & Tartaro 7. oſtiis effunditur.

¶ Septem maria, tractus Italiæ, inter oſtia padi fluvii, et ſic ab eis dictus, plinio, Herodiano, Mela, & aliis teſtibus; eratq; in Venetis, in ora maris Hadriatici, ubi nunc Ducatus Ferrarienſis pro maiori parte. Sed differt à ſtagnis Hadriaticis, quæ magis in Boream extenduntur, & in quæ tamen padus fluvius non ſe exonerat.

Prov. Rom. Septem orbis miracula ſunt; I. Pyramides apud Memphim: quarum major à 6000. hominum in 20. annis condita eſt, 8. terræ jugera occupans. II. Turris pharia apud Alexandriam, a ptol. Rege 800. talentis ædificata. III. Muri Babylonis a ſemiramide, eius latitudinis, quæ duo plauſtra ſimul caperet. IV. Templum Dianæ ab Epheſiis, tota Ionia ad expenſam concurrente, ſpatio 220. annorum conditum. V. Mauſolæum Halycarnaſſi in Caria, ab Artemiſia Regina viro poſitum, 411. pedum patens. VI. Coloſſus Soli a Rhodiis miræ magnitudinis dedicatus. VII. Simulacrum Iovis Olympici. Quibus juris merito addi poſſunt templum Salomonis, & domus Cyri Medorum Regis, de qua Herodotus, et Curtius. Haud prætereundæ ſunt Thebæ Ægyptiæ, adeo patentes, ut portis 100. conſtarent, hortos habentes penſiles: de quibus Iuvenalis ſatyra 15.

Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.

Labyrinthi quoque 4. Cretenſis, Ægyptius, Lemnius, & Cluſinus à porſenna Rege factus; admirandi fuere. Coloſsus item Apollinis à Lucullo Romam ex Apollonia urbe ponti perductus in quo 150. talenta ſunt impenſa, ac coloſſus Tarenti à Liſippo altus 40. cubitis factus, inter opera prçclara habiti ſunt. Amphitheatrum Romæ à Domitiano factum omnia ſuperavit ædificia, teſte Martiali epigr. 1. de Spectaculis:

Omnis Cæſareo cedat labor Amphitheatro:

Unum præ cunctis fama loquatur opus.

Tametſi domus Neronis, quæ quingenties ſeſtertium, hoc eſt, quindecies centenis & quinquaginta millibus aureorum ſabricata eſt, nullius Romanorum operibus inferior videtur: de qua etiam Martialis epigram. 2. de Spectaculis:

Hinc, ubi ſydereus propius videt aſtra Coloſſus,
Et creſcunt media pegmata celſa via;
Invidioſa feri radiabant atria Regis,
Unaque jam tota ſtabat in urbe domus.

De theatro Scauri, quod 70000. hominum capiebat, plura ſcribit plinius.

Septem ſylvæ tractus ſunt Friſiæ occidentalis, quas Tacitus Saltus Friſiorum vocat. Locus hodie *Maſtbroeck* nominatur. *Ptol.*

Septempeda, *s. Severino*, teſte Volaterrano, urbs piceni, apud potentiam fluv. inter Camerinum 10. & Maceratam 16. m. p. Tolentino proxima, inde 6. mill. paſſ. in occaſum, Fabrianum versùs 15. epiſc. ſub Archiepiſc. Firmano.

¶ Septempeda, *s. Severino*, urbs eſt ditionis Pontificiæ, in piceno, 12. mill. à Camerino diſtat in Cæciam, Auximum versùs 18. & 6. à Tolentino in occaſum, uti 16. à Macerata; eſtque parva, intra colles.

Septimancæ, *Simancas*, teſte Cluſio, oppidum Hiſ- *Ant.* paniæ Tarraconenſis, in Vaccæis et regno Caſtellæ veteris, inter Valliſoletum ad Boream 2. leucis, & Turrim Syllanam ad auſtrum 3. ſeu Methymnam campeſtrem 6. ad piſoracam fluvium amplum & clarum.

¶ septimancæ, *Simancas*, oppidum eſt regni Legionenſis, ad Durium fluvium inter Valliſoletum, ſeu pintiam in ortum 2. leucis, & Turrim Syllanam ad occaſum 3. & 6. a Methymna Campeſtri in Boream.

Septizonium, ſeptiſolium plinio, *Settiſonio* etiam vul- *Ant.* gò, locus Romæ in 12. regiones, à Severo Imperatore fabricatus, ſicque à 7. columnarum ordine dictus: ſed à Xyſto V. Pontifice Maximo disjectus. Fuit et Septizonium Titi in 10. regiones apud templum D. Gregorii: cuius meminit Svetonius & P. Victor.

Septumani, populi Galliæ Narbonenſis, quorum urbs Biteræ: ſic dicti a ſeptima legione, quæ ibi locata fuerat. *Ptol.* Quorum regio Septimania Sidonio dicitur.

¶ Sepyra, civitas ad Amanum montem, quam Cicero cepit, ut ipſe ſcribit epiſtolarum libro 15.

Sequana, Sequanus Straboni, *Seyne*, fluvius Galliæ Cel- *Ptol.* ticæ ex magnis, in Burgundionum finibus, apud pagum & cœnobium s. Sequani (a Divione 5. leucis diſtans in Boream Trecas versùs) oriens, ac per Barrum, Trecas, Nongentum, Lutetiam, ubi Matronam excipit, pontiſaram, ubi Eſiam excipit et Rothomagum fluens, in Oceanumque Britannicum inter Honeſtuctum et Hareſtuctum oppida ſeſe exonerans. Ejus & aliorum fluvior. Gallic. meminit Sidonius Appollinaris in panegyrico Majoriani:

R*henus*, *Arar*, R*hodanus*, *Moſa*, *Matrona*, *Sequana*, *Ledus*.

¶ Sequana, *la seyne*, fluvius Galliæ. Oritur in Ducatu Burgundiæ propè caſtrum *Chanceaux* in ſylva Belfaya. Locus olim Sicaſter dictus eſt, 2. leucis ab oppido *s.* Sequani in Boream. Hinc Caſtillionem rigat & Barrum ad sequanam dictum. Deinde per Campaniam fluens, per Trecas labitur, uti ad Merium oppidum, poſteà recepta Alba ſeu Albula fluvio, pontes, Novigentum, & Braium; hinc auctus Icauna fluvio ad Monaſteriolum, & Lupia propè Moretum, per præfecturam inſulæ Franciæ labens, ad Melodunum & Corbolium, recipit Matronam fluvium ad Carentonium; & Lutetiam pariſiorum urbem Franciæ regiam & totius Europæ ampliſſimam bifariam ſecans, poſteà rigatis aliquot oppidulis, illius tractus per diverſas ambages, Oeſia fluvio augetur paulò ſupra piſſiacum; deinde ad Meulantum et Meduntam labitur, uti poſteà in Normannia Vernonium, pontem arcus ad Confluentes Eburç, & Rothomagum Normañiç primariam. Tandem infra Calidobeccum æſtuarium amplum efficit, & in Oceanum Britannicum ſe exonerat inter Honeslutum ad meridiem & portum Gratiæ ad Boream, unico quidem, ſed 10. mil. paſſ. patente alveo. Quotidie bis refluit per 30. leu. & pariſios uſque defert onerarias naves, quæ 1400. vini cados & ampliùs continent.

Sequani, populi Galliæ Belgicç, ab Aeduis Arare fluvio diviſi, inter illos ad occidentem & Rauricos ad ortum, *Steph.* quorum regio *Suntgoevv*, ſub Helvetiis, in Alſatiæ confinio, & hi Sequani Cisjurani dicuntur; & *la Franche Comtè*, ſeu Latino recenti Burgundia Comitatus, & hi sequani Transjurani appellantur, teſte Munſtero. In sungoja, quç nomẽ sequanorum redolet, duo Comitatus continentur

Monbeligardenſis & Pfirtenſis. Sequanus nomen gentis. Lucanus lib. 1.

Optima gens flexis in gyrum ſequana frænis.

Hinc etiam ſequanicus aliud nomen gentis, Mar. lib. 4. epig. 19.

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quę Lacedæmonium barbara nomen habet.

¶ Sequani populi fuere Galliæ Lugdunenſis, inter Leucos ad Boream, Rauracos & Helvetios ad ortum, Lingones & Æduos ad occaſum, & Seguſianos ad meridiem. Horum tractus hodie Comitatus Burgundiæ, *la Franche Comtè* ſeu *le Comptè de Bourgogne*, vulgò dicitur; eſtque pars orientalis Burgundiæ. Vide Burgundiæ Comitatus.

Sera, *Sindifu*, teſte Mercatore, urbs ſericæ prov. extremæ ad ortum. Aliis nomen antiquum retinere videtur.

Plin. Serabis, *Segura* vel *Zinira*, teſte Cluſio, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per rgnum Valentiæ in mare Balearicum fluens, inter ſegorbiam & Dertuſam.

¶ Seraium, *Seraio*, urbs regni Boſnię, ſub dominio Turcarum, ad MigliazKam fluvium, in Boſnia regali ſeu inferiori. Ampla eſt & munita, & illius tractus caput. Aliquot tantùm leucis diſtat à limite serviæ in occaſum, & 30. mill. paſſ. a Savo fluvio in meridiem. Sunt qui credant antiquitus Biſtum novam dictam fuiſſe; eſtque ferè media inter Taurunum ad ortum & Iaitzam ad occaſu m, 90. mill. paſſ. utrinque.

Serbes, serbetis, *Hued Icer*, teſte Marmolio, ſed Caſtaldo *Miron*, & Moletio *Berengras*, fluvius Mauritaniæ Cæſarienſis, inter Ruſtonium ad occidentem & Ruſucurrum ad ortum labens. Qui Sardabala Plinio dici videtur.

Strab. Serbi, populi ſcythiæ Europææ, ad Mæotidem paludem incolentes, qui, teſte Ioanne Dubravio, in Germaniam profecti, ſorabi dicti ſunt; Eginartho & Aimoino in Miſnia, quorum hodie adhuc exſtant veſtigia; (Vide ſorabi) &, teſte Cedreno, in Myſia inferiore inter oſtia Iſtri conſedere, quorum regio nunc *Sirfia* quaſi ſerbia nominatur, & in Myſiam ſuperiorem migrantes, ei nomen *Serviæ* quaſi Serbiæ indidere, in ea parte quæ pannoniæ hæret.

Auſo. Serbia, quæ & Servia numero plurali, urbs eſt Macedoniæ epiſcopalis, Berrhœæ finitima; cuius meminit Zonaras tomo 3. annalium.

Strab. Serbinum, *Svvynavv*, ſeu *Svvynar*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris, ad Saum fluvium, ubi is Borbacium fluvium excipit, in Boſniæ & Hungariæ confinio, inter Poſegam ad Boream, & Banialucam ad merid. 3. leuc.

Serbonis, palus Ægypti. Vide Sirbonia.

¶ Sercius, *Serchio*, fluvio Hetruriæ. Oritur ex Apennino monte in Grafiniana, deinde per Lucenſem ditionem labitur, & propè Lucam, paulò infra in mare Tyrrhenum ſe exonerat. Olim Anſer dictus fuit.

Serdica, (Vide Sardica) urbs epiſc. Thraciæ, in Myſię

Plin. ſuperioris confinio.

¶ Seregippa, *Seregippe del Rey*, urbs Americæ meridionalis, in Braſilia, ſatis parva, aliquantulùm à mari remòta, juxta fluvium *Vacabazes*; eſtque Præfecturę cognominis caput, ſub Luſitanis.

¶ Seregippæ Præfectura, *Capitania de Seregippe*, provincia Braſiliæ, in America meridionali, ſub Luſitanis. Urbeculam habet cognominem; eſtque in ora orientali Braſiliæ, inter Præfecturam Pernambuci ad Boream, & Prefecturam ſinus omnium Sanctorum ad meridiem.

Seres, populi Æthiopiæ interioris, apud ortum Nili, inter Blemyes; &, Oroſio teſte, populi Indiæ citerioris, inter Indum & Hydaſpem fluvios. Sunt & Seres populi Aſiæ ad ortum extremi, ultra Sinas, omnium mitiſsimi juſtitiæque amantiſsimi, inter Sinas ad auſtrum & Scythiam extra Imaum ad occaſum & Boream; quorum regio Serica, nunc *Catay*, & metropolis Sera, Serico opere clari. De quibus Strabo, Plinius, Ptolemæus, & alii præter Poetas. Hinc Sericus nomen gentis. Horatius lib. 1. carm. ode 29.

Doctus ſagittas tendere Sericas.

De Seribus Virg. lib. 2. Georg.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?

Seres in Theſauro Linguæ Latinæ locantur in Scythia, cum Serica à Scythia diverſa ſit.

¶ Serezana, *Sarſana*, urbs Italiæ, in Hetruria & in limite Liguriæ, propè oſtia Macræ fluvii ſub dominio tamen Reipublicæ Genuenſis. Arcem habet permunitam; eſtque media inter Maſſam ad ortum & Spetiam ad occaſ. 34. mill. a Lucca in Circium, Bruniatum versùs 18. Ei primum Epiſcopum dedit ſub Archiepiſcopo Piſano Nicolaus V. Pont. Maximus eius civis; & crevit ex ruinis Lunæ urbis in viciniis.

sergentium, oppidum ſiciliæ mediterraneum, Herbitæ finitimum: quod Moletius *Rialbuto* vel *Rayalbuto* Li. No. indigitat, oppidum medium ferè inter Agyram ad auſtrum & Centumripas ad Boream 6. m. paſſ. Quod tamen Fazellus novum, ſub ſaracenis mœnibus ſeptum, refert.

sergianum, *Sarzana*, urbs Hetruriæ, in Ligurum confinio, apud oſtia Macræ & Lunam urbem exciſam, Pauſ. cui ſucceſſit, epiſcopalis ſub Genuenſium ditione; ſic in tabula ænea Deſiderii Regis nominatum, quod nova Luna dici poſſet.

sergiopolis, *s. sergio*, urbs Archiepiſcopalis ſyriæ, apud Euphratem fluvium, in Comagene, Reſapha Ptolemæo, vel non longè, ſic à ſergio cive Romano ibi cum Baccho martyrium paſſo, olim Barzalo, ſuris proxima, inde 126. ſtadiis diſtans in auſtrum, inter Metitam & ſamoſata.

seria, quæ & Julia fama, teſte Plinio, *Serid*, etiamnum, teſte Floriano, oppidum olim, nunc pagus Hiſpaniæ Bæticæ, apud Anam fluvium, in Vandalitia, haud procul ab oſtio, ubi Ayamontis oppidum, quod quidam ſeriam eſſe putant.

¶ seria, ſeu Iulia fama, oppidum Turdetanorum in Plin. Hiſpania Bætica. Quibuſdam hodie eſt *Xeres de Guadiana*, oppidum parvum Vandalitiæ, ſed munitum, in limite portugalliæ, ad Anam fluvium & 6. leucis ab eius oſtiis in Boream.

serica, regio Aſiæ extrema ad orientem, hodie *Catayo* Caſtaldo, Nigro, & aliis (quanquam ſub *Catayo* etiam pars ſcythiæ extra Imaum montem comprehenditur) cujus populi ſeres plinio, & urbes olim claræ. Apud ptolemæum ſera metropolis Iſſedon, Droſache, & Ottorocorra. De ea Claud. lib. 2. in Eutropium:

vel ipſa.
* *serica. Sin Hunnus feriat, ſin ſarmata portas.*

(* Niſi potiùs serica hic ſit nomen appellativum.)

Hanc, ſicuti & terram ſinarum, ptolemæus terræ incognitæ finitimam ad ortum facit; cum ibi nulla terra ſit, ſed mare Eoum.

¶ serica, regio perampla Aſiæ, a multis ſub ſcythia comprehenditur, ab aliis autem ab ea ſeparatur. Terminatur ab occaſu ſcythia extra Imaum montem a meridiæ ſinarum regione, ab ortu Oceano Eoo, uti etiam ſcythico ad Boream. Ejus partes fuere aliàs, Aſmirea regio, et populi Damnæ, Iſſedones, Ottorocorræ, piadæ, & Thaguri. Eorum autem urbes, de quibus ſit mentio, fuere Iſſedon ſerica, regionis caput Aſmira, Damna, Ottorocorra, piada, et Thagura. Nunc in ea regione pars eſt Orientalis Tartariæ magnæ, ut etiam regna Tangutum et Niucanum, atque Naimani populi, teſte Guillelmo ſanſone. Sed de eius urbibus vix aliquid certi dici poteſt. Iſſedon ſerica creditur a multis *suchur*, et Thagura, *Campion* ſeu *Tangut* in regno cognomine.

seriphus, ſeryphus ſtraboni, *serphone*, vel *ſirfone* ſophiano, *serfina* Nigro et aliis, inſula maris Ægæi, una Cycladum, Plin. inter ſiphnum et Theram in occaſum 10. m. paſſ. a à Paro 12. in Circium, totidem circuitu, ſed Bordonius illius ambitum ſcribit 40. m. a Delo totidem diſtantis. *Rana ſeriphia* adagium eſt in taciturnos; quia ranæ ibi non coaxant, teſte plinio. Aſpera & petroſa eſt. Seriphi Ovid. 3. de arte amandi meminit:

Sic ibi veſtita preſſa Seriphos erat.

seriphiæ ranæ cum in ſcyrum proximam inſulam deportantur, vocem amittere feruntur: inde ortum aliud adagium, (ut Didymus auctor Græcus refert) *Seriphia rana*, in hominem canendi dicendique imperitum. Apud Suidam verò idem proverbium legitur in mutum, quòd ranæ ſeriphię in propria inſula ſint mutæ, quod plinius lib. 8. cap. 58. uti priùs dictum eſt, teſtatur. In hanc inſulam ſontes deportabantur; quemadmodum idem de multis aliis locis dicitur.

¶ seriphus inſula, *Sirfino*, ſeu *Serfente*, inſula eſt probè culta maris Ægæi, circuitus 30. m. paſſ. ſub dominio Turcarum, et 6. m. paſſ. diſtat a Theramnia inſula.

serius, fluvius Cenomanorum, per agrum Bergomatem in Adduam influens.

¶ serius, *serio*, fluvius Italiæ, in ditione Veneta. Oritur ex montibus in limite Rhætorum & Vallis Tellinæ; deinde in Auſtrum tendens, propè Bergomum ad 2. mill. paſſ. labitur, hinc Cremonam rigat & paulò ſupra Piceleonem in Adduam ſe exonerat.

¶ Ser-

¶ Sermineta, ſeu sermoneta, *Sermoneta*, oppidum amplum & munitum Italiæ, in ditione Pontificia, & in Campania Romana. Sedet in colle & Ducatus titulo inſignitur gentis Cajetanæ, 12. mill. a Velitris in ortum; eſtque propè paludes Pomptinas. Aliàs Sulmo dictum fuit, ut quidam credunt.

Sermitium, a quo Seriana vallis, *sannutio* nunc, oppidum olim, nunc pagus Corſicæ in mediterraneis, apud Tuolam fluvium, inter Marianam 24. & Niolum circa medium inſulæ 9. mill. paſſ.

Serninus ſeu Serminus vicus, *sermito*, pagus Galliæ Ciſpadanæ, ad Padum, inter Mantuam cui paret 20. & Ferrariam 30. mill. paſſ.

¶ Serminus vicus, *sermido*, pagus eſt Ducatus Mantuani, in limite Ferrarienſi ad Padum, inter Ferrariam ad ortum 20. mill. paſſ. & Mantuam ad occaſum 13. circiter.

Serpa, *Zerpa* etiam hodie, vel *Cerpa*, oppidum Luſitaniæ clarum, in regno Portugallico, apud Anam fluvium Juliæ Myrtili, & Manıæ finitimum, ab Ulyſſipone 30. leucis, in via quæ Hiſpalim ducit.

¶ Serpa, *serpa*, etiamnum hodie, caſtrum eſt munitum Portugalliæ, in colle; propè Anam fluvium, medium inter Mauram ad Boream & Juliam Myrtilim ad meridiem, 5. leucis Portugallicis diſtans, uti a limite Vandalitiæ in occaſum.

Serræ, *serres* Leunclavio, urbs Macedoniæ Archiepiſcopalis, apud Amphipolim, ampla, inter illam, Philippos, & Theſſalonicam, quæ Amphipoli in dignitate ſucceſſit.

Serrhium, promontorium Thraciæ, in ora Boreali maris Ægæi contra samothracen inſulam.

¶ Serſela, *sercelle*, oppidum Africæ, cum portu & arce munita, in Barbaria & regno Algerii, in ora maris Mediterranei 8. leucis Gallicis diſtat ab Algerio in occaſum Teneſium versùs; & Ruſubricari alias dicta fuit, teſte Nicolao Sanſone.

¶ Servania, *servan*, provincia regni Perſiæ, in limite Georgiæ & Turcicæ ditionis, ubi aliàs pars Mediæ regionis. Extenditur juxta mare Caſpium, a quo terminatur ad Boream; habetque urbes pulcherrimas, quamquam pluries vaſtata fuerit à Turcis, nempè Tabriſium, *Tauris*, Sammachia, *scamachie*, servanum, *servan*, Ardebilia, *Ardebil*, & Bacua, *Bacu*; ſubeſtque Regi Perſiæ.

Servaria, *Cervera*, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, amplum, proximum Tarragæ, 1. leuca diſſitum, a Barcinone 14. Ilerdam versùs, ex maximis ejus provinciæ.

¶ Servaria, oppidum munitum Cataloniæ. Dicitur meliùs Cervaria. Vide ib.

¶ Servia, *servie*, pars ampla Hungariæ latè ſumptæ, quæ serblia etiam dicitur a quibuſdam. Extenditur inter Croatiam, mare Adriaticum, & flumina Danubium & Moravam, ubi aliàs Mœſia ſuperior & pars Dalmatiæ. Reges antea habuit proprios; quibus extinctis, paruit Regibus Hungariæ, & tandem a Turcis occupata, ipſis etiamnum ſubeſt. Dividitur in maritimam, & mediterraneam, teſte Joanne Lucio.

¶ Servia maritima; olim Chulmia, hodie Herzegovina dicitur, vulgò *l'Herſegovine*, extenditurque versùs Dalmatiam & Albaniam.

¶ servia Mediterranea dividitur iterùm in duas partes. Pars Drino fluvio orientalis Raſcia dicitur, *la Raſcie*. vulgò; eſtque inter Drinum & Moravam fluvios. Pars verò Drino fluvio occidentalis, ſeu inter Drinum ad ortum, & Croatiam ad occaſum Boſna, ſeu Boſnia dicitur, *la Boſnie*. Vide Boſnia.

servilii Vaciæ villa, *Lago della Colluccia*, teſte Loffredo, lacus Campaniæ cum ædificiis in ora, & ſinu Cumano, inter Linternum & Cumas propriores, servilius lacus sexto Pompejo, ſic Cicero, & servilianus lacus senecæ: ubi olim ædes servilii.

¶ serviodurum, *straubingen*, urbs aliàs Norici, nunc Germaniæ in Bavaria inferiori, ad Danubium fluvium, 6. mill. Germanicis infra Ratisbonam in ortum, Paſſavium versùs 10.

Arr. serus, *Coromaran*, teſte Mercatore, fluvius ingens Indiæ extra Gangem.

¶ serus, fluvius Indiæ extra Gangem, hodie forſan dicitur *Puon*; eſtque in parte auſtrali Imperii sinarum, in Quanſia provincia. Serius autem fluvius amplus sinarum, qui aliàs creditus fuit *Caramoran*, hodie dicitur *Kiang*, Martino Martinio & aliis teſtibus; & sinarum Imperium ferè bifariam ſecat.

¶ serzmaragdia haud dubiè Daciæ civitas legitur in Inſcriptione Trajani Imperatoris apud Cardinalem Barberinum, fortè Zerinizirga Ptolemæo.

sesamus, seſamum Plinio, oppidum Bithyniæ, in Paphlagoniæ confinio, apud Amaſtridem urbem, quæ ex Seſamo, Cromna, & Cytoro, proximis urbibus, in unam urbem coaluit, teſte strabone. Incolæ seſameni Stephano. *Ant.*

¶ seſana, *seſanne* cognomento *en Brie*, urbs parva Galliæ in Bria provincia & in limite Campaniæ 13. leucis diſtat a Trecis in Boream, versùs Caſtrum Theodorici 10. & a paucis annis fœdo conflagravit incendio.

seſmarus, *siſmer*, fluvius Belgii, per Trajectenſe territorium in Moſam apud Trajectum ſuperius influens. Cujus ſit mentio in vita s. Remacli. *Scrip. Belg.* *Plin.*

¶ seſſelium, *seiſſel*, oppidum amplum ad Rhodanum fluvium, partim in Breſſia provincia & tractu Verromea, Francici juris, & partim in Genevenſi Comitatu, sabaudici juris ab anno 1600. Diſtat 5. leucis ab Annecio in occaſum, & totidem a Bellico in Boream.

seſſites, *seſſia* ſeu *seſia*, fluvius Galliæ Ciſalpinæ, per agrum Vercellenſem in Padum influens, infra Caſale, apud Varallum, Romanianum, & Vercellas fluens, Ducatumque Mediolanenſem a Pedemontano Principatu diſterminans. *Plin.*

seſtertium locus erat propè Romam, ab ea 4. mill. paſſ. diſtans, in quo capita damnatorum projiciebantur. *Plut.*

seſtianæ aræ. Vide Aræ.

seſtiaria extrema, *Cabo de tres forcas* Moletio, *Galba* Gaſtaldo, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ, inter Tæniolongam ad occaſum & Ryſſadirum ad ortum, a quo parum abeſt. *Plin.* *Ptol.*

¶ seſtiara extrema, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ, in ora maris Mediterranei. Hodie eſt *Gebba*, promontorium provinciæ Errifs, in regno Fezzæ, cum oppidulo cognomine, propè ſinum parvum Mezemmæ.

seſtium, *saracina*, teſte Barrio, oppidum Oenotriæ, in Lucaniæ, Brutiorum, & magnæ Græciæ confinio, in Calabria citeriori, inter Muranum & Balbiam, a Murano 4. mill. paſſ. quot a Caſtrovillario, Conſentiam versùs, apud sipheam urbem exciſam, & Balbiam milliario diſtantem. Hinc seſtiæus nomen gentis.

¶ seſtrum magnum, ſeu Lutetia, *le grand Seſtre*, locus Africæ, in Guinea regione & in ora littorali Maleguettæ, cum portu capaci. Dicitur etiam a Gallis *Paris*, quod anno 1366. Galli Deppenſes ibi caſtrum exſtitaſſent cum Gallorum colonia, quæ poſteà lapſu temporis ab ipſis derelicta fuit. Ibi oppidum amplum & flumen cognomine.

¶ seſtum, *seſto*, pagus Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad lacum Verbanum, ubi Ticinus fluvius ex eo effluit; eſtque Ducatus titulo inſignitum gentis spinulæ. Vide sextum.

seſtus, ſeu seſtos, *Bogazaſſar* Alexandro Zardo & Nigro, urbs olim, nunc arx Cherſoneſi Thraciæ, in ora, contra Abydum, ubi maris anguſtia eſt 7. vel 8. ſtadiorum, inter Europam & Aſiam, Poſidonium apud Aulum Gellium, a Byzantio 180. mill. paſſ. in auſtrum a Callipoli 20. a Lemno 76. in ortum. Sunt qui medium faciant inter Byzantium & Chium in auſtrum 200. mill. paſs. Seſton a Romanis, & Eumene Rege expugnatum. Livius ſcribit lib. 7. decadis 4. Lucanus lib. 2. *Strab.* *Plin.* *& al.*

Europamque Aſiæ, seſtonque admovit Abydo.

Seſtus quoque nomen gentis. Ovidius in epiſtola Heronis Leandro:

Dicar Abydeno seſta puella viro.

Hinc seſtius, a, um. Ut seſtia virgo, ideſt, Hero a Leandro adamata.

¶ seſtus, ſeu seſtos, *seſto*, arx eſt Thraciæ, in Cherſoneſo, ad Helleſpontum, contra Abydum arcem Aſiæ, & a Turcis *Bogazaſſar*. vocatur, id eſt, maris anguſtiæ; ſic enim, inquit Zardus, appellant ipſi oppida in maris faucibus poſita, uti Europæi *les Dardanelles*, & 130. m. paſs. diſtat a Byzantio in meridiem, Chium versùs paulò plus.

seſuvii, populi Galliæ Celticæ, quorum urbs *Exiſnis*, teſte Marliano, in provincia Turonenſi, cùm nulla urbs hujus nominis reperiatur in Gallia. Potiùs *Seez*, urbs epiſcopalis in Normannia ſub Archiep. Rothomagenſi videtur. De qua vide sagienſis urbs, ſive sagium. *Cæſ.*

ſagium. Quidam, ut Marlianus, ſeſuuii legunt, ſed ſeſuvii legendum.

¶ Seſſuvii, populi fuere Galliæ Celticæ, qui aliter & meliùs, ſeſſui dicti ſunt, ubi hodie ſagienſis Diœceſis. Horum urbs fuit ſeſſui, ſeu Vagoritum ſeſſuorum, *seez*, ſagium recentioribus, urbs Normanniæ epiſcopalis, ſub Archiep. Rothomagenſi, ad Olinam fluvium. Vide ſagium.

Ptol. Setabicula vel ſætabicula, *Xixona*, teſte Beuthero, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter ſetabim & Alonem; ſed ſetabicula ſetabi propior, *Xixona* verò Aloni. Mihi potiùs *Alzira* videtur, ſive *Algezira*, oppidum inter ſetabim 3. & Valentiam 6. leucis, congruit enim ſitus apud Ptolemæum.

¶ Setabicula, oppidulum Conteſtanorum, hodie *Alzira*, caſtrum regni Valentiæ, ad ſucronem fluvium 3. leucis a ſetabi diſtat in Boream, & paulò plus ab ora ſucronenſis ſinus, ſed 13. ab Alone in ſeptentrionem.

Strab. Plin. Setabis, ſætabis Ptolemæo & veteri inſcriptioni, *Xativa* nunc Morali & aliis, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, olim epiſc. ſub Archiep. Toletano, in regno Valentiæ, ad fluvium cognominem, haud obſcura, a Valentia 9. leucis in auſtrum, antiqua, circa annum 300. poſt diluvium, unà cum Dertuſa & Ilerda, teſte Beuthero, ædificata. Populi ſetabitani Plinio. Ejus meminit Silius lib. 3.

Atque altrix celſa mittebat ſetabis arce.

Hinc Setabus, a, um, nomen gentis. Ut ſetaba ſudaria apud Catullum, ſetabum linum apud Plinium. Adhuc hæc urbs perdurat, licèt in Theſauro Linguæ Latinæ deſiiſſe videtur.

Steph. Setæum, regiuncula in magna Græcia, inter Sibarim & Thurios, ubi petra ſetæa Lycophroni, teſte Barrio.

Ptol. Setantiorum portus, *Vvinander mere*, teſte Camdeno, portus Albionis, in ora Angliæ occidua, inter Vvalliam & ſcotiam, Devæ, ſeu Ceſtriæ urbi finitimus. (Camdeno videtur pro *limin* portus *limin* lacus legendum, & *Vvinander mere* deſignari, paludem in agro Lancaſtrenſi, a Ceſtria ad 60. mill. paſſ.) (*in Boream & in limite Vveſtmaria provincia.*)

Ptol. Seteja, *Dee-mouth* Camdeno, æſtus ſeu fluvius Albionis, in ora Angliæ & Vvalliæ, inter Beliſamam & Tiſobim fluvios. Aliis *Merſey*, apud quem *Lerpool* vel *Leverpool* oppidum & portus Lancaſtrenſis Comitatus.

Ptol. Setelſis, *Aſtalrid*, teſte Marinæo, ſeu *Eſterlich*, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia inter Gerundam 5. & Barcinonem 9. leucis, a ſecerris 2. Caſtrum dives Latino recenti.

Pauſ. ¶ Setelſis, Jacetanorum oppidum Ptolemæo, in Hiſpania Tarraconenſi, quod *Oſtalric*, oppidum in Catalonia ad Torderam amnem putat dici Marinæus, cui non ſuffragatur Varrerius. Alii autem credunt Setelſim fuiſſe, ubi hodie *Urgel* ſeu *la Ceu de Urgel*, urbs Cataloniæ, ad Sicorim fluvium, epiſcopalis ſub Archiep. Tarraconenſi. De qua vide Urgela.

Sethim, tractus Palæſtinæ, ſeu Arabiæ petrææ, in finibus Moabitarum, trans Aſphaltitem lacum, Liviadi oppido finitimus, inde 6. mill. paſſ. diſtans. Sic hodie.

Sethreites, ſethroites Plinio, urbs & nomus Ægypti, intra Deltam, apud Bubaſtum urbem & Bubaſticum fluvium, Sethræstes Ptolemæo. (In manuſcripto Seldeni *Sethoitas*.)

Li. No. Setia, *Sezza*, colonia & urbs Latii mediterranea, a Velitris 8. mill. paſſ. in ortum, totidem ferme a Priverno in Corum, in monte, olim epiſcopalis, nunc ſine ſede, Coræ finitima, patria Valerii Flacci. Populi ſetini Plinio, & Setini montes Juvenali. Martialis lib. 13. epigrammate 109.

Pendula Pomptinos quæ ſpectat ſetia campos.

¶ Setia, *sezze*, urbs aliàs Latii, nunc oppidum Campaniæ Romanæ in ditione Pontificia. Sedet in colle, & inibi commoratur ſæpiſſimè Epiſcopus Terracinæ 17. mill. diſtat a Velitris in ortum, Privernum verſùs 6. & 9. a Cora in Eurum; eſtque juxta Pomptinas paludes.

Setia altera Ptolemæo oppidum Hiſpaniæ citerioris, in regno Aragonio, nunc *Seſſe*, intra montes Pyrenæos, a Cæſarauguſta 28. leucis in Boream.

¶ Setia, oppidum Vaſcorum, hodie eſt *Exea*, oppidum Aragoniæ, ad amnem Bielam 9. leucis diſtat a Cæſarauguſta in Boream, Pompelonem verſùs, ſed longè a Pyrenæis montibus.

Ptol. Setidava, *Poſen*, ut Ortelio videtur, urbs Germaniæ, Poloniæ majoris primaria, a Cracovia 50. leucis in Boream, a Gneſna metropoli 7. in occaſum, Poſnania Latino recenti.

¶ Setius, Sigium Straboni, *Cap de set* ex tabula recenti, mons Galliæ Narbonenſis, ad ſtagna Volcarum in mare prominens, inter Agatham ad occidentem & Magalonam urbem extinctam ad ortum 5. mill. Gallicis plus minùs diſtans.

¶ Setius mons, *Cap de ſete*, mons Galliæ, in Occitania inferiori, & in ora maris Mediterranei, vix una leuca a ſtagnis Volcarum, ubi portus amplus, nunc Portus Ludovici dictus, in cujus commodum moles ampla injecta fuit anno ultimo ſumptu planè regio. Hic arx olim excitata, nunc diruta, & vix 2. leucis diſtat a Frontiniano in meridiem.

¶ Setubalia, *setuval* incolis & Gallis, *saint Vbes* Belgis, urbs eſt Hiſpaniæ, in Portugallia, cum portu amplo & arce recens excitata; aliàſque Cætobrix dicta fuit, teſte Brietio. Sedet ad oſtia fluvii *Zadaon*, 6. leucis Portugallicis ab Oliſyppone in meridiem, & 5. a Barbaro promontorio in ortum.

Setubia, *sepulveda* Moletio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis amplum, in regno Caſtellæ veteris. Sed error eſt inſignis; nam apud Ptolemæum ſegubia legitur, non * ſetubia; eſtque *segovia* urbs epiſcopalis præclara: de qua vide ſegobia, ſeu ſegovia. (* In Seldeni manuſcripto *Setoyoyia*.)

Setuja, *sittavv*, urbs Germaniæ, in Luſatia, Gorlitio urbi primariæ finitima, inde 5. leucis in auſtrum, Pragam verſùs 15.

Sevaces, populi Norici, quorum oppidum ſevacum, ſeu ſevatum, & ſabacum, vulgò *sebvvatz*, non obſcurum, in Tirolenſi Comitatu, ad Oenum fluvium, ab Oeniponte 3. leucis in Cæciam ſalisburgum verſùs. Vide Sebatum.

Sevatum (ſevacum fortè legendum) oppidum Norici, (non Auſtriæ, ut ſcribit Ortelius, cùm ſit in Comitatu Tyrolenſi.) Vide Sebatum; utrumque enim legitur apud Antoninum. Ant.

Severia, *sarisbury*, urbs Albionis, in Anglia, inter Wintoniam & Bathoniam ad occaſum. Populi ſeveriani, regio *Vviltshire* vulgò. Vide Sorviodunum. Scrip. Belg.

Severiacum, *seury*, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Burgundionum, ad Ararim fluvium, inter Cabilonum urbem ad auſtrum & Auxonam oppidum ad Boream 6. leucis. Dicitur & *seure* vulgò.

¶ Severiacum oppidum eſt Ducatus Burgundiæ, quod *seure* dicitur & *Bellegarde*. Erat priùs valdè munitum, titulo Ducatus inſigne; ſed a paucis annis ejus munitiones disjectæ fuere. Vix 2. leucis diſtat a confinio ducatus Burgundiæ in occaſum, 3. a Ciſtercio in meridiem, uti 8. a Divione & 5. a Belna in ortum.

Severini cœnobium, *Zuerin* Leunclavio, pagus Norici, in Pannoniæ ſuperioris confinio, ad Cetium montem, in Auſtria, *Siferingen* aliis apud Viennam, mill. Hungarico diſtans, (teſte Lazio.)

Severinum, *svverin*, oppidum Daciæ, in Myſiæ ſuperioris confinio, ad Danubium, apud Pontem Trajani, opus Severi Imperatoris.

Severus mons, *Monte Nero*, & *Monte di s. Giovanni*, mons ſabinorum, a lacu Velino Tybur uſque protenſus, ex quo Himella fluvius manat. *Monte severo* etiam apud Litturos dictus. Virg. lib. 7. Æneidos:

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum,
Caſperiamque colunt.

¶ Severus mons, *Monte Severo*; ſeu, & meliùs *della Moſca* dicitur, in ſabinis verſùs Reate & confinia Aprutii ulterioris. Sed non extenditur a lacu Vellino Tybur uſque.

Sevinus lacus. Vide Sebinus. Utroque enim modo apud Plinium legitur. Plin.

Seumara, urbs Iberniæ, in Aſia, ad Aragum fluvium, ubi is in Cyrum excipitur. Strab.

Sevo mons, *sula*, & *Dofrini* nunc, ut Ortelio videtur, mons excelſus ſcandinaviæ in Norvegia. Sed fallitur; nam ſolinus Plinii ſtudioſiſſimus illum cap. 23. apertè in Germania ab Ingævonibus habitatum deſcribit, inter Danubium ubi incipit, & Rhenanum ubi deſinit, ac inter ſaltum Hercynium & ſarmatarum rupes.

¶ Sevo mons eſt ſcandinaviæ longiſſimus, qui à mari Albo & extremis Lappiæ finibus lunatu curſu per Lappiam regionem, deinde inter Botniam & Finorum Marchiam, tandem inter Sveciam, & Norvegiam ad fauces ſinus Codani 300. mill. paſſ. longitudine procurrit.

currit. Varia ſortitur nomina pro varietate locorum: *Daare field* dicitur in Norvegia: Sed eius partes etiam ſunt *Skars field*, *Rund field*, *Dofre field*, in præfectura Nidroſiana, & *Fil. le field*, ac *Hovckle field*, inter Bergenſem & Aggerhuſiam præfecturas. A Gallis autem *les montagnes de Norvvege* dicuntur.

Sex, Sexi firmum plinio, cognomine Iulium, Sexitanum Athenæo, Hexi Melæ, *Velez Malaga*, teſte Henrico Coquo cum aliis, urbs Hiſpaniæ Bæticæ apud oram littoralem regni Granatenſis, à Malaca 5. leucis Granatum versùs. Sed Floriano eſt *Motril*, oppidum in ora apud Selambinam, inde 1. leuca in ortum Almeriam versùs. Populi Exitani straboni, sexitani aliis.

Sexignani Cocoſſates, Cocoſates Cæſari, populi Aquitaniæ.

Sexiona, *Xixona*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora regni Valentiæ, ab Alone 4. leucis in Boream Valentiam versùs. Vide setabicula.

Sextani, populi Galliæ Narbonenſis, quorum urbs A relate.

Sexti, locus Africæ, a Carthagine 6. mill. paſſ. Vticam versùs, ubi D. Cyprianus Epiſcopus martyrio affectus eſt.

Sextum, & sexto aliis, *Seſto*, teſte Gaudentio Merula, oppidum ſeu pagus Inſubriæ, ad lacum Verbanum, ubi Ticinus fluvius effluit a Novaria 20. mil. paſſ. a Mediolano ſupra 32. ab Arona 6.

¶ Sextum, *Seſto*, pagus eſt Inſubriæ ſeu Ducatus Mediolanenſis, cum caſtro Ducali titulo inſignito Spinularum, 32. mill. à Mediolano in occaſum diſtans, Aronam versùs 6. & 13. à Novaria in Boream.

Sextum quoque pagus ingens reperitur in ora Liguſtica, *seſtri di Ponente*, à Genua 6. m. paſſ. in occaſum diſtans.

Sextum philippi, locus territorii Romani, ubi Tiberis in duo diviſus inſulam efficit inter portum et Oſtiam, quæ urbes nunc reperiuntur, prorsùs extinctæ.

Siadæ, *les ſept isles*, teſte Guillelmo Camdeno, ſeptem inſulæ maris Britannici, oræ Galliæ Celticæ Boreali adiacentes, ante Leonam urbem Britanniæ minoris, ab ea 7. leucis in Cæciam, a Sarnia (*Garnſey* vulgò vocant) 12. in occaſum, Siadæ a numero dictæ, *Saith* enim Britannis Septem eſt.

¶ Siadæ, *les ſept Isles*, inſulæ maris Britannici, in ora minoris Britanniæ, ab earum numero ſic dictę. Vix 2. leucis diſtant ab ora, & 5. à Trecorio in Boream.

Siagul, *Suſa*, teſte Marmolio cum Fazello & aliis, oppidum Africæ propriæ maritimum, inter Neapolim ad occaſum & Aphrodiſium ad ortum.

Siambis, inſula maris Britannici. Vide Sena, eadem enim Ortelio videtur, vulgò *Seyn* vel *Sayn*.

¶ Siamum regnum, *royaume de Syam*, regio Aſię ampla, in peninſula Indiæ ultra Gangem, a ſeptentrione in meridiem porrecta, ſub dominio proprii Regis, cui ſubſunt etiam alia regna, nempè Iangoma, Juncalanum, Tanaſſerium, Ligorium, et Singora. Totius autem regni caput eſt Judia, ſeu Odia, ad Menanum fluvium, aliàs Samarade dicta, ut quidam credunt. Terminatur autem Siamum regnum à Peguano ad Boream, uti ab ortu ſinu Siami, & ab occaſu ſinu Gangetico; & ab eo etiam pendent, jure fiduciaro regna Lanianum, Pahanum, Panum, Patanum, & Pera.

(*Regni Siami urbes præcipuæ*:

Bancocum, BanKocK.
Borde'onga, Bordelong.
Caphenum, Capheng.
Conſevanum, Conſeyvan.
Iudia ſeu Odia, Iudia, *regni caput*.
Iuncalaonum, Iuncalaon.
Lidura, Lidura.
Ligorium, Ligor.
Martenaum, Martenayo.
Mormelonum, Mormelon.
Pocelogum, Poucelough.
Sucetaum, So ucethay.
Tanaſſerium, Tanaſſery.
Tenum, Tenou.)

¶ Siangyanum, *siangyang*, urbs eſt ſinarum, in Hunquania provincia, cujus tertium locum obtinet, propè Hanum fluvium, ad radices montium, & ſub ipſa ſunt ſex urbes, teſte Martinio.

Sianticum, santicum Antonino, *sanckins*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus Norici, in Carinthia, inter Lavicen ad meridiem 27. & Virunum in Boream 30. mil. paſſ. ex Itinerario Antonini, inter Villacum & Vitopolim.

¶ Sianticum, oppidum Norici, in confinio pannoniæ ſuperioris. Hodie, Cluverio teſte, eſt *saaneck*, ad sanam fluvium, in Carinthia ſuperiori et in limite Styriæ inferioris, 20. m. paſſ. a Laubaco in Cæciam 12. a Leona etiam in Cæciam, sarniam versùs 20. circiter.

¶ Siara, *Siara*, urbs Americæ meridionalis, in Braſilia et in ora maris Borealis, præfecturæ cognominis caput, ſub Luſitanis. Eſt ſatis parva, & à paucis habitata, cum portu capaci & arce in colle, teſte Laetio.

¶ Siaræ præfectura, *Capitania de siara*, provincia Braſiliæ, in America meridionali & in ora maris Borealis, ampla, ſed cum paucis coloniis Luſitanorum, quibus paret; eſtque inter præfecturas fluvii Magni ad ortum & Maranianis ad occaſum. Urbem habet cognominem.

Siarum, *Carragatin*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ exciſum: locus ſic hodie naminatur in Vandalia, inter Hiſpalim & Utreram, à qua parum diſtat. *vet.in.*

Siaturanda, *ſideburen* vel *sciltvvold*, teſte Verrutio, oppidum olim Germaniæ, nunc pagus Friſiæ, in territorio Groningenſi, à Groninga 2. leucis in ortum Embdam versùs diſtans. *Ptol.*

¶ Siba, *Siba*, regnum Indiæ propriæ, in ditione magni Mogolis versùs fontes Gangis & Caucaſum montem, inter regna pitanum ad ortum & Naugracutium ad occaſum.

Sibæ, populi Indiæ citerioris, qui unà cum Deriadis contra Dionyſium ſeu Bacchum pugnarunt, juxta Indum fluvium incolentes. Quorum meminit Stephanus. *Strab.* *Arri.* *Steph.*

Siberena, *san severina*, urbs magnæ Græciæ archiepiſcopalis, in rupe prærupta, apud Neæthum fluvium, multarum urbium metropolis, licèt parva, inter scyllacium 18. & Crotonem 12. m. paſſ. severiniana vina à plinio commendantur. Hinc Siberenus nomen gentis apud Stephanum.

¶ Siberena ſeu siberina, *s. severina*, urbs eſt parva in Calabria ulteriori & in limite citeriori, 8. mill. diſtat a mari Jonio in occaſum, uti 12. à Crotone, Conſentiam versùs 40. & 30. a Scyllacio in Cæciam.

¶ Siberia, *siberie*, provincia ampla Moſcoviæ, in Tartaria deſerta, versùs Obyum fluvium, inter Condoram, Logomoriam, & permiam provincias. A paucis annis detecta fuit & habitata à Moſchis, & ejus primaria eſt Tobolium, *Tobolsk*, versùs montes. Regio tota paluſtris & ſylvis opaca & ob vicinitatem Tartarorum magna ex parte deſerta. Indigenæ autem proprio idiomate utuntur, & panis uſum neſciunt.

Sibutzates, sibyllates plinio, ut aliquibus videtur, populi Aquitaniæ, inter Auſcos, Garumnos, & Cocoſates: quorum oppidum quidam *s. Beat* eſſe putant; ſed hæc ad pyrenæorum radices, longiùs à prędictis populis recedit. *Cæſ.*

¶ Sibutzates fuere populi Aquitaniæ ſub Biturigibus Vibiſcis, in ora Oceani, ubi hodie regiuncula *le pais de Buch* dicta, in Guienna vera provincia, propè Arcaſſonium portum, teſte Sanſone.

Sibyllæ antrum, *la Grotta della sibilla*. Vide Antrum Sibyllæ. *Virg.*

Sibyllæ vallis, locus Campaniæ, (non in Aſia, ut ſcribit Ortelius) apud Cumas urbem exciſam, ubi linum optimum, quod Cumanum à plinio dicitur. *Grat.*

Sibyllates. Vide Sibutzates.

Sicambri, sugambri Straboni, syngambri ptolemæo, nunc Geldrenſes, teſte Marliano, populi Germaniæ inferioris, inter Moſam & Rhenum, ſed versùs Geldrenſes trans Rhenum ex Svetonio, qui eos ad ulteriorem Rheni ripam deſcribit; ubi etiam Zutphanienſes. Horum loca *Sigen* oppidum, *ſigenburg* arx, *ſigenberg* cœnobium in Ducatu Bergenſi, à Junio eſſe putantur. Ovid. ad Liviam: *Plin.* *Cæſ.* *Strab.*

Nec tibi deletos poterit narrare sicambros,
Enſibus & Svevos terga dediſſe ſuis.

Horum etiam regio sicambria. Claud. lib. 1. in Eutropium:

Militet ut noſtris detonſa sicombria signis.

(* *Sygambroi* in manuſcripto Seldeni.)

¶ Sicambri, populi ptol. fuere ab altera parte Rheni. Zutphaniæ Comitatum eos obtinuiſſe nonnulli volunt. Sicambros poſteà Francos vocatos ſcribunt Rhenanus & Hermannus Nuenarius, uti & Brietus, qui credit eos occupaſſe totum tractum à mari ad Mænum fluvium,

um, Imperio Romano jam ruente. Sub ipſis erant Vſipetes, Tencteri, & Bructeri populi.

Sicambria, *Alt Offen*, teſte Lazio, id eſt, vetus Buda, oppidum pannoniæ inferioris, ad Danubium, à sicambris populis ædificatum, cum eorum legio ibi foret, inter Budam novam 1. & Vicegradum 3. leucis Strigonium versùs. Sed veriùs sicambria nunc iacens apud Budam nomen adhuc retinet antiquum; nam *scambri* vulgò dicitur. Ibi vetus inſcriptio hæc, quam Lazius refert, legitur: *Legio sicambrorum hic præſidio collocata, civitatem ædificaverunt, quam ex ſuo nomine sicambriam vocaverunt.*

¶ Sicambria, *Alt Offen*. Huius meminit vetus inſcriptio in libro Appiani, quę Mathiæ Corvini Regis Hungariæ tempore in Buda veteri effoſſa fuit, dum fundamenta jaciebantur ædium Beatricis Reginæ, ut videre eſt in Annalibus Hungaricis; ſed ampliſſimè de ea Lazius R. P. R. cap. 2. ſect. 2. Vide Legio Auxiliatrix.

Plin. *Ptol.* Sicani, populi Italiæ, & Hiſpaniæ, (quorum oppidum sicane Hecatæo) qui in siciliam profecti, illi nomen ſuum indidere, & sicaniam appellarunt, teſte silio, cum ante in Hiſpania apud sicanum fluvium (qui sicoris Cæſari dicitur) habitarent. Sed sicanus silio potiùs Cinga eſt quàm sicoris. De sicanis Virg. lib. 5. Æneidos:

Undique conveniunt Teucri, miſtique sicani.

Silius lib. 16.

Sicana nunc tellus, nunc littora Ibera cruorem.

De sicania, hoc eſt, sicilia. Ovid. lib. 15. Metamorphoſeon:

Sicaniam peregrina colo; ſed gratior omni.

Hinc sicanis feminini generis, ut Ætna sicanis apud Ovid. in Ibin.

Plurima qua flammas sicanis Ætna vomit.

Sicanius nomen gentis, & sicanus. Virgilius lib. 8. Æneidos:

Inſula Sicanium juxta latus, Æoliamque
Erigitur Liparen.

Croci sicanii, quod provenit in sicilia, meminit statius lib. 2. Sylvarum carm. 4.

Et tenues Arabum reſpirant germine plumæ
Sicaniiſque crocis.

Polyb. ¶ Sicapha, Africæ propriæ oppidum, teſte ptolemæo.

Plin. Sicca, sicca Veneria ptolemæo & Procopio, Veneria Solino, colonia & urbs Africæ mediterranea, olim epiſcop. ſub Archiepiſc. Carthaginenſi, media inter Cirtam ad occaſum, & Narangaram ad ortum 30. mil. paſſ. excisa, licèt quibuſdam *Antrangues* eſſe, & dici videtur. Populi siccenſes Trebellio Pollioni. A Pompejano siccam 8. die perventum ſcribit Cicero lib. 15. epiſt. ad Atticum.

¶ Siceleg, urbs fuit Palæſtinæ & inter primas Tribus Simeonis, teſte sanſone.

Bibl. Siceles, oppidum fuit palæſtinæ ultra Hebron, inter Gerut & Berſabee loca proxima.

¶ Sicelia Cæſarea, urbs Mauritaniæ, & patria Macrini Imperatoris, teſte Xiphilino in eius vita.

Plin. Sicendus, ſeu sicandrus, ut ab aliis legitur, lacus Theſſaliæ, in quo ranę ex seripho inſula illatæ cantant, teſte plinio.

Meta. Siceum, locus ſeu pagus Galatiæ, in agro Ancyrano ab Anaſtaſiopoli 12 mill. paſſ.

Bibl. Sichem, (sichima alibi, & sicima, ut videtur Ioſepho, dicitur, & sichar in Evangelio) quæ & Neapolis plinio, & ptolemæo, ac, teſte plinio, Mamortha, urbs palæſtinæ, in samaria, apud montem Garizim, excisa, à samaria urbe 8. mill. paſſ. *Nobilas* Tudelenſi, & incolis *Iſtar*, teſte Maſio. Vide Neapolis. Iuvencus lib 2.

Præterriens ſed fortè venit samaritida sichem.

¶ Sichem, urbs fuit palæſtinæ perantiqua, in Tribu Ephraim, vix 5. mill. paſſ. a samaria in occaſum. Nunc *Naplouze* dicitur à Gallis; eſtque ex præcipuis totius Terræ ſanctæ et iamnum, & præfecti ſedes. Crevit ex ruinis samariæ, & ideò samaria nunc perſæpe dicitur a recentioribus, *Naplouze*, quæ revera samaria nova vocari poteſt.

Sicila, locus Germanię ſuperioris, apud Mogontiacum, ubi severus Imperator interfectus eſt.

Lamp. *Caſ.* *Cic.* *& al.* Sicilia, sicelia Gręcis, quæ & Trinacria & sicania, ac Triquetra, teſte plinio, dicta eſt, à siculo Rege Neptuni filio & Itali fratre ſic nominata, inſula Italiæ, omnium maris Mediterranei maxima, circuitu ſupra 624. & apud recentes ſupra 700. mill. paſſ. tribus promontoriis terminata, peloro contra Italiam, pachyno contra Græciam, Lilybęo contra Africam, à qua 127. mil. in Boream recedit, ab Italia ſive à littore Brutio 7. ſtadiis, inter sardiniam ad occidentem 234. & peloponneſum in ortum 450. mill. paſſ. Cujus urbes ſub Græcis Imperatoribus epiſcopales syracuſæ metropolis, Meſſana, Tauromenium, Leontini, Agrigentum, Thermę Himeræ, Cephalodium, Halęſa & Tyndaris; Catana altera metrop. ſine ſedibus ſubiectis. Ex quibus duæ poſtremæ exciſæ ſunt, Tauromenium, Leontini, Lilybæum, Drepanum, & Therme ambę ſine ſede durant. Acceſſere Mazara, pactæ, & Mons Regalis. Metropoles hodie Meſſana, panormus, & Mons Regalis. Sicilia etiam Pars Italiæ siciliæ obverſa a Stephano nominatur, ex quo Rex regni Neapolitani utriuſque siciliæ inſcribitur: quod tamen non ante Clementem IV. Pont. Max. apud aliquem legitur. Populi siculi. Siculus & sicilienſis nomen gentis. Virg. lib. 1. Æneidos:

Vix è conſpectu siculæ telluris in altum.

Hinc sicilis patronymic. Ovid in sapph. epiſtola:

Quid mihi cum Lesbo? Sicilis eſſe volo.

Sicelis Virg. Bucolic. ecloga 4.

Sicelibes Muſæ, paulò maiora canamus.

Sicilia ab Haſdrubale terra marique invaſa, Lucius Glaucus Romanus navem hoſtium manu apprehenſam non potiùs dimiſit, quàm utramque manum amitteret, auctore plutarcho.

¶ Sicilia, *Sicilia* incolis, Italis, & Hiſpanis, *la sicile* Gallis, inſula eſt ampla & formæ triangularis, inter mare Tyrrhenum ſeu Tuſcum ad Boream, mare siculum ab ea dictum ad ortum, & mare Libycum, ſive Africum ad meridiem. Separatur ab Italia anguſto freto 1500. paſſ. ejuſque circuitus eſt 600. mill. paſſ. teſte Cluverio. Ipſius enim latus Boreale à Lilybæo promontorio ad pelorum eſt 255. m. p. latus Auſtrale, à Lilybæo promontorio ad pachynum eſt 190. mill. paſſ. & latus Orientale a pachyno ad Pelorum eſt 155. mill. paſſ. ut pluribus refert Cluverius, qui totam inſulam dimenſus eſt. Aliàs Reges habuit proprios, hodie verò ſubeſt Regi Hiſpaniæ; et in ea ſunt tres partes, ſeu provinciæ, valles dictæ, nempè Vallis Nemorenſis, ſeu Demonæ, *Val di Demona*, ad ortum & Boream, ubi Meſſana, Catana, Pactæ, & Cephalodium, cum monte Ætna; Vallis Neetina, *Val di Noto*, ad auſtrum, versùs pachinum promontorium, ubi syracuſæ, Neetum & Terra nova, et Vallis Mazaræ, *Val di Mazara*, ad occaſum extenſa, ubi Panormus, Mons Regalis, Mazara, Agrigentum & Drepanum. Diſtat autem sicilia a sardinia 170. mil. paſſ. & 380. a peloponneſo, sanſone & aliis teſtibus.

Urbes siciliæ epiſcopales hac tempeſtate:

Agrigentum, *Girginti*, epiſcop. ſub Archiepiſcopo Panormitano.
* Catana ſeu Catina, *Catania*, Academia, & epiſc. ſub Archiep. Montis Regalis, olim metropolis.
Cephalodium, *Cefalu*, epiſcop. ſub Archiepiſc. Meſſanenſi.
Lipara, *Lipari*, inſula, & urbs epiſc. ſub Archiep. Meſſanenſi.
Mazara, ſic vulgò, epiſc. ſub Archiepiſcopo panormitano.
* Meſſana, *Meſſina*, archiepiſcopalis, Academia, & emporium.
Mons Regalis, *Monte reale*, archiep.
Pactæ, *patti*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi.
* Panormus, *palermo*, archiep. ſedes regni.
Syracuſæ, *siragoſa*, epiſc. ſub Archiep. Montis Regalis, olim metropolis.

Urbes ſine ſede epiſcopali:

Agyrium, & Argyra, *s. Filippo d' Argirone.*
Ameſtrata, *Miſtretta*, (oppidulum)
Auguſta apud Megaram, ſic vulgò à Friderico Imperatore condita.
Calata Jeronis, *Calatagirone.*
Calata sibeta, ſic vulgò, recens.
Centuripæ, *Centorve*, (potiùs oppidum.)
Charinum, *Charini*, olim epiſc.
Corileo, *Coriglione.*
Depranum, *Trapani*, olim epiſcop.
Enna, *Caſtro Joanni*, in medio siciliæ.
Gela, *l' Alicata*, quæ Gela nova, olim epiſc.
Haleſa, *Caronia*, olim epiſcopalis, (nunc caſtrum tenue.)
* Leontini, *Lentini*, olim epiſc.
Lilybæum, *Marſala*, olim epiſcopalis.

My-

Myle, *Melazzo*, olim epiſc.
* Narum, *Naro*, (in vicum redacta .)
* Neetum, *Noti*, (aliis *Noto*.)
* Nicoſia, ſic vulgò, olim Herbita, ut videtur, (oppidulum.)
* Taurominium, *Taormina*, olim epiſc.
Thermæ, *Xacca*, olim epiſ.
† Triocala, *s. Giorgio di Triocala*, olim epiſc. (Deſtructa eſt.)
Trojanopolis, *Troyna*, olim epiſcopalis, (nunc caſtrum in colle.
† Tyndaris, *lo Tindaro*, olim epiſcopalis. (Exciſa eſt.)

Sicima, urbs palæſtinæ, in Samaria, apud Hebræos Sichem & ſichima. Vide ib. Populi Sicimitæ.

Sicinus, Sicynus Melæ, sicenus straboni, sycinus Plinio, Oenoe etiam Apollonio & Stephano, *sicino* ſophiano, *sichino* Nigro, inſula maris Ægæi, una ſporadum, intèr Melon & pholegandron 6. mill. paſſ., inter Cretam & Delon ad Arctos ad 70. mill. Tametſi in Theſauro Linguæ Latinæ proxima Cretæ legitur ex Stephano, cum inde non parum diſtet. Hæc Oenoe, plinio etiam teſte, olim dicta.

Sicoris, *segre* Cluſio, ac etiam *Agua Naval* Beuthero, fluvius Hiſpaniæ citerioris, per Catalauniam apud Ilerdam urbem fluens, ubi Cingæ iunctus in Iberum defertur. Cuius meminit Lucanus lib. 4.

- placidis prælabitur undis
Heſperios inter sicoris non ultimus amnis.

¶ Sicoris, *segre*, fluvius Cataloniæ. Oritur in Ceretaniæ Comitatu, ad radices pyrenæorum & in limite Galliæ; deinde Iuliam Lybicam rigat, uti Cerretaniam, & Urgeliam. Hinc recipit Nogueram paleareſam dictam ſupra Valaguerium, uti Nogueram Ripacurtianam ſupra Ilerdam; & tandem auctus etiam Cinca fluvio in ipſo limite Aragoniæ, in Iberum ſe exonerat ad Mequinentiam caſtrum.

Siculi, qui & ſicani populi & ſicilienſes Ciceroni, qui ex Latio, ubi primùm conſedere, in ſiciliam traiicientes, ei nomen indidere. Siculi olim vitam opiparam ducebant, ut apud platonem lib. de Republica 3. *menſa Sicula*, & apud Athenæum lib. 14. ex Cratino *coquus Siculus*, eſſent proverbio. Alio tamen tempore non deliciis, ſed laboribus operam dantes, militiæ inſerviebant, ut *Siculus miles* proverbialiter (ut Zenodotus auctor eſt) de mercenario milite, ac de nullum miniſterii genus lucri gratia recuſante diceretur. Furaces quoque habiti ſunt; unde adagium apud suidam, *Siculus omphacizat*, in eos qui adeò furaceſſunt, ut etiam vilia furentur, qualis eſt omphax *Aula* quoque *Sicula* apud Iuvenalem pro imperio duro proverbio dicitur; quale Siculorum tyrannorum. Siculi quoque vafri & acuti & trilingues ab Apuleio vocantur: unde *siciliſſare* apud plautum pro aſtutè loqui. Inter eos Calphurnius ſcripſit carmen bucolinum, ſub Domitiano.

¶ Siculi populi ſunt Tranſylvaniæ regionis, qui lingua patria *szeKhely* dicuntur, Dacicè *ZecKeli*, a ſedium vel diſtrictus occupatione; quod poſt primam Hunnorum eruptionem, pulſis è pannonia Scythis, quædam ipſorum pars in extremum Tranſsylvaniæ angulum confugit, quem etiam hodie tenent: unde Siculi orta eſt dictio, teſte Laurentio Topeltino Tranſsylvano.

Siculum mare à plinio dicitur quod à Sicilia Cretam uſque excurrit. Horatius lib. 2. carminum ode 12.

Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare
Peno purpureum ſanguine, mollibus.
Aptari cithara modis.

Sicum, *Sebenico*, urbs Dalmatiæ maritima in Liburniæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, à Bonifacio VIII. Pontifice Maximo ordinata, inter Iaderam ad occaſum, & Salonas ad ortum fermè 50. mill. paſſ.

¶ Sicum civitas fuit Dalmatiæ antiquæ, cuius rudera cernuntur in littore maris Adriatici, inter Tragurium & Salonarum ruinas, vulgò *Studii*, teſte Joanne Lucio Tragurienſi viro doctiſſimo, cui uti indigenæ fides magis adhibenda eſt. Ideò malè Sibenicum pro Sico ſumitur.

Sicyon, *Baſilica* Sophiano & aliis *Vaſilica*, urbs peloponneſi, Sicyoniæ regionis caput, quæ & Aegialia, & Ionia teſte Strabone, & Demetrias, teſte Plutarcho, dicta eſt, inter Corinthum 12. et Elidem in Africum 75. m. paſſ. Hinc Sicyonius nomen gentis, & Sicyonii populi. Oleo abundans, & celebris. Virgilius lib. 2. Georgicorum:

Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Sicyonii mollitiei maximè apud Ciceronem notantur, præſertim in calceis, apud Athenæum lib 4. Lucianus in Rethore, Lucretius lib. 4. unde *calcei Sicionii* in proverbium abiere de re pulchra quidem, at quæ minus deceat. Vel etiam *aluta Sicyonia*, idem ſignificans Patria eſt Arati Poetæ. Oleis & pictura celebris, unde oliviſera ab Ovidio dicitur. Sicyone etiam præcipua fuit marmoris, & metallorum officina: ibique Diopœnus & Scyleſis primi ſculpturæ marmoris operam dedere. Plurima etiam laurus hic provenit; unde apud poetas baccha Sicyonia nominatur. Hic praxilla poetria claruit, quæ in carminibus ſuis Adonidem inducit ab inferis interrogarum, quid apud ſuperos pulchri reliquiſſet: & reſpondentem, ſolem, cucumeres, & mala. Quod veluti inſulſum proverbio locum fecit, *Stultior Adonide Praxillæ*, in homines nullius judicii.

¶ Sicyon, *Vaſilica*, urbs Peloponneſi, aliàs Sicyoniæ provinciæ parvæ caput, hodie autem in Ducatu Clarentiæ, ſub Turcis paucis conſtans incolis. Sedet in colle 5. mill. paſſ. ab ora ſinus Corynthiaci 22. a Corynthо in occaſum, Elidem versùs 80. Ab ea regiuncula adjacens Sicyonia dicta fuit, inter Corynthiam ad ortum & Achajam ad occaſum. In ruinis nunc jacet, ita ut vix ejus appareant rudera.

Sicyon quoque locus Africæ, ubi Crathis fluvius in Oceanum exit, & ubi electrum naſcitur, teſte Plinio. Sicyon item urbs eſt Theſſaliæ, quæ poſteà a Demetrio Rege Demetrias dicta eſt, teſte Nicephoro lib. 5.

Sida, *Chiriſonda* Nigro, *Scandalor* vel *Canda* [?] Moletio & Theveto, urbs pamphyliæ maritima, apud Ciliciæ confinia, archiep. inter oſtia Eurymedontis ad occidentem & Coraceſium urbem ad ortum, ampla metropolis, ſub qua epiſcopales Aſpendus, Coraceſium, Myle, Lyrbe, Colobraſſus, Daliſandus, & aliæ urbes cenſentur, hodie penè extincta. Populi Sidetæ. Sida item Calliſto Nicephoro locus palæſtinæ, à Cæſarea 50. ſtadiis diſtans. Prior ab Olbià ſupra 450. ſtadia diſtat in ortum. *strab. plin. Liv. & al.*

¶ Sidala, Armeniæ maioris urbs, teſte ptolemæo, quę Sedala dicitur ab interpretibus.

* Siden, ſtagnum Indiæ, in quo omnia, teſte plinio, demerguntur. Silia Straboni, Silla Diodoro, Sila Arriano (* In aliis libris Sideris legitur.) *plin.*

¶ Sidena urbs fuit Aſiæ minoris, in Myſia minori, ad Granicum fluvium, Strabone teſte.

Sidene, regio Cappadociæ, in qua Siden oppidum *strab.* iuxta Themiſcyram, in ora maris Euxini. Cuius populi Sideni plinio, & Sidenum flumen Polemonium urbem alluens. Sidene item apud Stephanum urbs fuit Lyciæ.

* Sideni, populi Germaniæ, quorum regio *Stetinerlandt*, in ora pomeraniæ & urbs Stetinum, (quaſi Sidenum) *Stetin*, regionis caput, & Ducum ſedes, à Francofurto ad Oderam 16. leucis in Boream, à Berlino 17. in Cæciam, inter Lubecum ad occaſum 42. & Dantiſcum ad ortum 35. Sideni quoque populi, & urbs, ac emporium Arabiæ felicis, vulgò *Ziden*, ad ſinum Arabicum, apud Mecham inde 12. mill. paſſ. diſtans. (* *Seidinoi* in Seldeni manuſcripto.) *tol.*

¶ Sideni, populi Germaniæ fuere, ubi hodie Nova Marchia Brandeburgica & pars Ducatus Stetinenſis, inter magnam Poloniam ad ortum & Oderam fluvium ad occaſum, Brietio & aliis teſtibus. Sed Stetinum non erat in eorum tractu.

¶ Sideni, populi Arabiæ, qui fuerint non mihi conſtat. Zidenum enim oppidum recens eſt.

¶ Siderocapſa, *Siderocapſi*, urbs Macedoniæ, ubi argenti fodinæ, ſub Turcis, & in provincia *Jamboli*, 45. mill. paſſ. à Theſſalonica in ortum versùs montem Athon, Brietio teſte. Dicitur etiam sidrocapſa. Vide ib.

¶ Sideropolichna, peloponneſi urbs, in Gręcia, teſte Laonico Calcondylo.

Sidicinum, (Vide Teanum) urbs Campaniæ. Hinc Sidicinus nomen gentis. Virg. lib. 7. Aeneidos: *plin.*

Aurunci miſere patres, sidicinaque juxta
Aequora.

Sidoleucum, Sideleucorum urbs Ammiano, *saulieu*, *Am.* oppidum Gallię Celticæ, teſte Simlero, in Burgundiæ Ducatu, ubi olim legio 18. medium inter Divionem

da

ad ortum, & Nivernas ad occidentem 10. leucis, inter Auguſtodunum ad meridiem, & Semurium in Bor. 9.

¶ Sidoleucum, ſed Sadoleucum, oppidum Burgundiæ Ducatus 16. leucis diſtat à Divione in occaſum, Nivernas versùs 20. & 6. à Semurio in meridiem.

Sidon, *Said* Nigro, Poſtello, & aliis, colonia & urbs Phœnicis maritima, exciſa, olim clariſſima, & epiſcolis ſub Archiepiſcopo Tyrio, inter Berytum ad Arctos 50. & Tyrum ad auſtrum 24. m. paſſ. à phœnicibus condita, teſte ſolino, & à Piſcium copia nominata; vel à Sidone Canahan filio, teſte Iſidoro. A Sultano Aegypti capta, prorsùs exciſa fuit anno ſalutis 1292. Olympiadis 517. anno 3. Populi ſidonii Straboni, Plinio & aliis, qui primi mare navigare cœperunt. Virg. lib. 1. Æn.

Atque equidem Teucrum meminit Sidona venire
Finibus expulſum patriis.

Juvencus lib. 3.

Hæc ubi dicta dedit, pulcherrima rura ſyrorum,
Sidonem Tyrumque petit.

Silius lib. 8.

Stat fucare colos nec ſidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco.

Hinc Sidonius nomen gentis. Hæc inter urbes Phœnicis elegans & pulchra fuit, ut Dionyſius Afer teſtatur:

Hi muros Iopes, Gazan, & Elaida complent,
Antiquam Tyrum, Beryti & mœnia grata,
Vicinamque mari Byblim, Sidonaque pulchram.

Sidone Antipater quo die natus eſt, ſemper quoad vixit febre correptus, & eodem die defunctus dicitur. Hinc verſus faciebat ex tempore, Caſſii oratoris ſynchronus. Hinc ſidonius, a, um; ut ſidonia Dido. Virg. l. 1. Æn.

Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido.

¶ Sidon, *ſaide* hodie, urbs eſt ſyriæ, in Phœnicia, in ora maris Mediterranei, cum portu capaci etiamnum ab Europæis, & præſertim à Gallis valdè frequentato. Subeſt dominio Turcarum a 150. ann's circiter, & 35. mill. paſſ. diſtat a Beryto in meridiem, uti 55. a Damaſco in occaſum.

¶ Sidona, regio ponti Capadocici in Aſia minori teſte ptolemæo.

Sidonia, oppidum fuit Troadis, à ſidoniis conditum, teſte Hecatæo.

Clau. Sidoniorum inſulæ in mari, ſeu ſinu Perſico: unde Sidonii Phœnices profecti feruntur, teſte Strabone lib. 16.

Sidonium mare, quod oram alluit Sidoniorum, Sirii ſeu Phœnicii pars.

Gra. Scrip. Sidrocapſa, *ſirus*, teſte Leunclavio, urbs Macedoniæ maritima, apud Athon montem, epiſc. ſub Archiep. Theſſalonicenſi, quæ & Syderos, & Scydra ptolemæo dicta videtur. Dicitur & Siderocapſa.

Sidrona, *Belas*, teſte Nigro, oppidum Liburniæ mediterraneum, Ouporo oppido finitimum. Sunt qui eandem Stridoni patriæ D. Hieronymi putent; ſed hæc aliis *Sdrin* & *Sdrigna* in pannoniæ confinio nominatur, Comitatus. Vide Stridon. Error in Theſauro Linguæ Latinæ illam in Dalmatia locante eſt.

Xeno. Sidus, pagus Megaridis, in ora, inter Megaram, & Iſthmum Corinthiacum, ubi portus, ſeu navale.

Plin. Siduſſa, urbs Ioniæ, cuius meminit Hecatæus in Aſia.

Steph. Sidyma urbs fuit Lyciæ, ſic a Sidymo convitore dicta: cuius meminit Alexander, teſte Stephano. Nomen gentis Sidymeus.

Siga, *Areſgol* Marmolio, Morali & aliis, colonia & urbs,
Strab. olim epiſcop. in ora Mauritaniæ Cæſarienſis, ſub Ar-
Plin. chiep. Cæſarienſi, regia quondam Siphacis, inter oſtia
Mel. Malvæ ad occaſum & Quizam urbem ad ortum, a-
& al. pud oſtia Sigæ fluvii, (qui & *Areſgol* & *Tifno* incolis dicitur) ab oſtiis & portu Sigenſi, 3. mill. paſſ. contra Malacam urbem Hiſpaniæ Beticæ. Abeſt ab oſtio Malvæ, termino Mauritaniæ Tingitaniæ, 100. mill. paſſ. à Quiza 148. Sunt qui Zerfen ſeu Zerſen, indigitent.

¶ Siga, *Hareſgol* hodie, oppidum eſt regni Algerii, in provincia Telenſina, cum portu in ora Maris Mediterranei. Sedet in ſcopulo & caſtrum habet munitum. Diſtat 55. mill. paſſ. ab oſtio Mulviæ fluvii, Quiſam versùs 90. & 18. à Telenſino in Boream Carthaginem novam versùs 120. circiter; fuitque aliàs Siphacis regia. Siga autem fluv. in mare Mediterraneum labitur propè Sigam oppidum, & à Neotericis *Rio de Hareſgol* dicitur, incolis autem *Tefnet*, Marmolio teſte.

¶ Siga, *Sigen*, oppidum Germaniæ, in Veteravia, Comitatus cognominis caput, & ad Sigam fluvium. Diſtat 8. milliaribus Germanicis à Marpurgo in occaſum, Coloniam versùs 11. eſtque in limite Weſtphaliæ.

¶ Siganum, *Sigan*, urbs eſt ampla Imperii Sinarum, & Xenſiæ provinciæ caput, ad fluvium Gueium, ad radices montium; et ſub ipſa ſunt 35. urbes minores, teſte Martinio.

Sige, oppidum Troadis regionis apud Stephanum, idem ut videtur quod Sigeum.

¶ Sigetum, *Sziget*, urbs munita Hungariæ inferioris, intra paludes fluvii Almi hic ſtagnantis & indormientis, cum caſtro triplici foſſa & muro cincto. 10. mil. paſſ. diſtat à Dravo fluvio in Boream, & 20. à Quinque Eccleſiis in occaſum. Capta fuit à Turcis 7. Septembris 1566. cùm triduo anteà mortuus eſſet Solimannus eorum Imperator. Dicitur aliter Zigerium.

Sigeum, *Jannizari*, teſte Sophiano & aliis, promontorium & urbs Troadis, ſeu Phrygiæ, Myſiæve, apud oſtia Scamandri, contra Tenedum inſulam, inter Dardanum ad Septentrionem & Alexandriam ad auſtrum, Trojæ ſive Ilio proxima, 26. ſtadiis tantùm diſtans, à Troade 120. Abeſt ab Abydo 12. mill. à Chalcedone 262. in meridiem, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cyzicenſi: ſed hodie penè extincta iacet. Promontorium ab Ariſtotele Idę promontorium appellatur, qui ibi definit. Hinc Sigeus nomen gentis Virg. lib. 2. Æneid.

Vcalegon: Sigea igni freta lata relucent.

Sigeius etiam, a, um: ut Sigeia littora apud Ovidium in faſtis, & Sigeia tellus in epiſtolis. *Ptol. Strab.*

¶ Sigeum, promontorium Troadis. Hodie *Capo Iannizari* dicitur; eſtque in ora maris Aegæi 140. mill. paſſ. à Chalcedone in meridiem, uti 22. ab Abydo. Vrbs autem in ruinis jacet. *Plin.*

Sigindunum. Vide Singidunum.

¶ Sigiſtania, *Sigiſtan*, provincia regni Perſiæ, in parte orientali, versùs confinia Indiæ, ubi aliàs pars Drangianæ, versùs montes. Ibi Siſtanum ſeu Sigiſtanum, *Siſtan*, urbs præcipua, ad Ilmenum fluvium. *Ptol.*

ſigium, ſetium Ptolemęo & Avieno, *Cap de ſet* Cluſio, promontorium Galliæ Narbonenſis, ad ſtagna Volcarum. Vide ſetius mons. Non ſigius mons, ſed ſigium promontorium legitur apud ſtrabonem. *Strab.*

ſigmanus, *Lera*, teſte Vineto cum Navagerio, fluvius Aquitaniæ, in ora, inter oſtia Garumnæ & Aturi fluminum. *Ptol.*

¶ ſigmanus, ſeu meliùs Igmanus, amnis eſt Galliæ, in Aquitania vera, vulgò *Leyre* dictus, & in ſinum parvum Arcaſſonium cadit propè Boios, 7. leucis à Burdegala in occaſum.

ſignani, populi Aquitaniæ: fortè ſigmani legendum, à ſigmano fluvio dicti, quaſi juxta illum incolentes; vel fluvius ſignanus dicendus; ita ut error ſit vel in codice ptolemæi, vel in codice plinii. *Plin.*

ſignia, *ſegna* ſeu *ſegni*, colonia & urbs epiſcopalis Latii, in monte, vino ferax, media inter Labicum & Anagniam 6. mill. paſſ. ab urbe Roma 30. patria Vitaliani Pontificis Maximi; colonia à Tarquinio ſuperbo deducta. Hinc ſigninus nomen gentis. Martialis libro 13. epigrammate 113. *Strab. Plin. Liv. & al.*

Purgabunt liquidum ſignina morantia ventrem.

¶ ſignia, *ſegni*, urbs aliàs Volſcorum, in Latio, nunc Campaniæ Romanæ, in ditione Pontificia, Ducali titulo inſignita. Ibi organa inventa fuere & modulationes quibus utitur Romana Eccleſia, inquit petrarcha, 30. milliaribus diſtat ab urbe Roma in ortum, & 9. à præneſte in meridiem; eſtque in ſummo jugo Lepini montis, teſte Luca Holſtenio.

Signia quoque mons Aſiæ, in phrygia magna, apud Apameam urbem, ad illius radices ſitam, Marſya fluvio circumfluente: ut apud plinium lib. 5. cap. 29. *Plin.*

Signinum, caſtellum ſabaudiæ, apud Bellicam urbem. *Scrip. Call.*

¶ Sigtuna, *ſigtun*, urbs ſveciæ, in Uplandia provincia, juxta lacum parvum, media inter Upſalam ad Boream, & Holmiam ad meridiem, 4. leucis ſvecicis utrinque diſtans.

¶ Sigua, Armeniæ majoris urbs, teſte ptolemæo. *Apol.*

Sigyni, ſigunæ vel Sigynnæ Herodoto, populi ſcythiæ Europææ, ſeu Myſiæ inferioris, apud oſtia & paludes Iſtri, *ſizeiner* hodie, teſte Ortelio. Apud hos equi ſunt hirſuti, & perniciſſimi trahendis curribus, ſed geſtandis hominibus inutiles. *Plin.*

Sila, ſyla Virgilio & Vibio ſequeſtri, ſylva Brutiorum maxi- *Strab.*

maxima ad 200. mill. paſſ. patens, juxta Apenninum montem, etiam vulgò *ſila*, teſte Mazzella, dicta, ſaltus Rheginorum à ſoluo vocata, in Calabria: ibi ingens arborum procerarum varietas, et mira picis copia, à Taberna hodie Rhegium uſque perdurans. Ejus meminit Virg. l.12. Æneid.

Ac velut ingenti ſyla, ſummoque Taburno.

Apud plinium non legitur, licet ab Ortelio citetur: Error vitandus in Theſauro Linguæ Latinæ occurrit: in quo ſyla in finibus Lucanorum locatur; cum ſit in finibus Brutiorum, hoc eſt, in Calabria.

¶ Sileum, Arabiæ felicis oppidum, teſte Ptolæmeo. Per *y* ſcribitur in prima ſyll. Interpretibus.

¶ Silandum, Lydiæ urbs, in Aſia minori, cujus meminit Concilium Chalcedonenſe.

Silarus, Siler Lucano, & Vibio, *Selo* Ligorio, & etiam *Silaro*, fluvius Picentinorum, illos à Lucanis dividens, medius ferè inter Salernum ad occaſum, & Pæſtum ad ortum, ad 12. mill.paſſ. utrinque, in mare Tyrrhenum exiens, licèt Strabo ſcribat eum 50. ſtadiis à Pæſto diſtare. De eo Virg. l.3.Georg.

Eſt lucos Silari circa, ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo.

Plin. Silius lib.8.

Nunc Silarus quos nutrit aquis.

In eo ligna & folia immiſſa, teſte plinio l.2. c.103. lapideſcunt. In Theſauro Linguæ Latinæ Sylaris pro Silarus ſcribitur, ſeparans picenum a Campania, cum picentes à Lucanis ſeparet.

¶ Silarus fluvius, *Selo*, oritùr ex Apennino monte in provincia principatus citerioris, deinde aliquot auctus fluviis, in ſinum Salernitanum ſe exonerat 7.mill.à pæſto in Boram, & 18. a Salerno in ortum.

Silbium, urbs phrygiæ magnæ, epiſcopalis ſub Ar- P. Ni. chiepiſcopo Laodiceno, inter Apameam ad occaſum, & philomelium ad ortum finitimas urbes. Populi Silbiani plinio.

Silda, Gilda Antonino, colonia & urbs Mauritaniæ Tingitanæ, mediterranea, à Volubili colonia 28.mill.paſſ. verſùs Tingi in occidentem.

Siler, Silarus plinio; Straboni, & aliis, fluvius pi- Ptol centinorum. Lucanus l.2.

---- radenſque Salerni.

Culta Siler.

¶ Silianus, *Sili an*, lacus Sueciæ, in Dalecarlia provincia, & in confinio Geſtriciæ provinciæ, ab ortu in occaſum extenſus.

¶ Sileſia, *ſchleſien* incolis, *ſileſie* Gallis, provincia eſt ampla Germaniæ, & regno Bohemiæ adjecta à tribus ſeculis, cum antea fuerit pars regni poloniæ. Hodie ſubeſt dominio Auſtriacorum: ſed in ea ſunt aliquot Duces ſui ferè juris, nempe Bregenſis, Lignicenſis & Monſterbergenſis. Dividitur in 17. Ducatus, ſeu partes. In ſuperiori ſileſia ſunt novem, nempe Ducatus ſuvidnienſis, *de Schvveidnitz*, Bregenſis, *de Brieg*, Munſterbergenſis, *de Monſterberg*, Grotkavienſis; *de Grotkavv*, Carnovienſis, *de Iagernodorf*, Oppavienſis, *de Troppavv*, Oppolienſis *d'Oppelen*, Ratiborienſis, *de Ratibor*, & Teſchinenſis, *de Teſchen*. In inferiori autem ſileſia ſunt octo Ducatus, nempe Croſſenſis, *de Croſſen*, juris Brandeburgici, Glogavienſis, *de Glogavv*, Saganenſis *de Sagan*, Lignicenſis, *de Lignitz*, Jaurienſis, *de Iaver*, Volavenſis, *de Volavv*, Olſnenſis, *d'Olſſ*, & Uratislavienſis, *de Breslavv.* Terminatur ab oriente polonia, à ſeptentrione Marchia Brandeburgica, ab occaſu Luſatia, & Bohemia, & a meridie Moravia, & Hungaria ſuperiori. Totius provinciæ caput eſt Uratislavia, *Breslavv*, ad Oderam fluvium. Ejus autem pars eſt etiam Comitatus Glacenſis, *le Comptè de Gtatz*, quanquam ab aliis ſub Bohemia propria compredatur.

Sileſiæ urbes præcipuæ.

Brega, Brieg.
Croſſa, Croſſen.
Glogavia, Glogavv.
Grotkavia, Grothavv.
Iavria, Iavver.
Lignitium, Lignitz.
Munſterberga, Monſterberg.
Olſna, Olſſ.
Oppava, Troppavv.
Oppolium, Oppelen.
Ratibora, Ratibor.
Saganum, Sagan.
Suvidnia, Schuveidnitz.
Volava, Volavv.
Uratislavia, Breslavv, *provinciæ caput.*

Silicenſe, flumen Hiſpaniæ Beticæ (ſuper quo Segovia Bætica) in ſingulim fluvium influens, *Rio de las Algamidas*, teſte Ambroſio Morali.

Silimnus, Limnus ptolemæo, (quo pacto etiam apud plinium Franciſcus Junius & Ortelius legendum putant) Liv. inſula Albionis. Vide Limnus ſeu Limnos.

Silinus, selenus Xenophonti, selinus Straboni, fluvius Plin. peloponneſi per Elidem fluens.

Silis *ſile*, fluvius Venetiæ, ex agro Tauriſano (non ex montibus Tauriſanis, ut ſcribit plinius, qui ibi non ſunt, cum fontes illius in planitie conſpiciatur) per Tauriſium urbem (ſeu, ut nunc dicunt, Tarviſium) quam alluit, in mare apud Altinum delabens, magnæ perſpicuitatis.

¶ Siliſtria, *ſiliſtrie*, urbs Bulgariæ ampla, & ſedes præfecti Turcici, ad amnem *Abis* & 30. mill.paſſ. diſtat ab Iſtro fluvio in meridiem, Sophiam verſùs 60. Sed quid fuerit antiquitus non conſtat.

¶ Silliniacum, & Silleniacum, oppidum Burgundiæ. Vide Seilliniacum.

Silo, & siloah, fluviolus palæſtrinæ, ſive rivulus, & Bibl. natatoria apud Hieroſolymam. Fuit & oppidum, ſive pagus hujus nominis ibidem; teſte Joſepho.

Silphi, populi ſunt Libyæ, ad Syrtim uſque protenſi, Suid. teſte Herodoto l.4.

Silpius, mons syriæ, ſuper quo Antiochia magna ad Orontem à Seleuco Rege condita eſt, eodem tempore quo Laodicea & Apamia.

Silva candida, urbs epiſcopalis fuit Thuſciæ, via Amb. Aurelia, ab urbe Roma 10. mill.paſſ. diſtans, teſte Fa- Lib. ronio, Cujus epiſcopatus portuenſi finitimo copulatus Conc. eſt.

Silva Conſtantini, *la selva*, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, & agro Tarraconenſi, à Tarra- Vet. cone 3. leucis, Ilerdam verſus: cujus ager miræ ferti- Trad. litatis eſt.

Silva Ducis, *Bois le duc*, & *Bolduc* Gallis, *Hertzoghenboſch* Belgis, & Germanis *Hertzboch*, urbs Belgii, inter scrip. urbes Brabantiæ præclara, probeque munita, in Hol- Belg. landiæ Geldriæque confinio, epiſc. ſub. Archiep. Machlinienſi, inde & ab Antuerpia 12. Leucis in ortum, Weſaliam verſùs totidem.

¶ Silva ducis, *Bosleduc* Gallis, urbs eſt Belgii, in Ducatu Brabantiæ, ad Deſam amnem, 2. leucis diſtans à Moſa fluvio in meridiem, 4. à Raveſteino in occaſum, & 12. ab Antuerpia in Cæciam. Figuræ eſt triangularis, intra paludes, & munitiſſima. Epiſcopalis facta fuit à paulo IV. Summo Pontifice. Sed anno 1629. capta fuit à Batavis defectu pulveris nitrati, & ab illo tempore ipſis ſubeſt cum ipſius ampla Tetrarchia, vulgò *la Mairie*, ſeu *le quartier de Bos'educ*, in qua ſunt quatuor regiunculæ, nempè Campania, peelandia, Maslandia, & Oſtervicana.

Silva Herculis, *Hardzvvaldt*, teſte Ortelio, ſylva Germaniæ, inter Albim, & Viſurgim flumina. Tac.

Silvanectum, *senlis*, urbs Galliæ Belgicæ, in Valleſia regione, inter Lutetiam pariſiorum 10. & No- Lino. viomum urbem picardiæ in Cæciam 12. mill. paſſ. à Compendio 6. epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Remenſi. Ulbanectes populi plinio.

¶ Silvanectum, ſeu Auguſtomagus ſilvanectum, *senlis*, urbs aliàs Galliæ Belgicæ, hodie provinciæ Inſulæ Franciæ, in Valeſiæ Ducatu, ad amnem *Nonnette*. Diſtat decem leucis à Lutetia in Boream, & octo à Compendio in Afr. 9. autem à Bellovaco in Eurum.

Silvani lucus, in Thuſcia, apud Cæritis fluvii fontes. Virg.

Silva, ſeu ſalvia, (ut alii codices habent) oppi- Ant. dum Illyrici, à ſalonis 56. mill. paſſ. in Boream, Sirmium verſùs.

Silviacum, *salvigny*, pagus Galliæ Belgicæ, in territorio Bononienſi; de quo s.Lupus Epiſcopus.

Silvium, oppidum fuit Apuliæ peucetię, à Venuſia Lupo. 20. mill. paſſ. in ortum, Tarentum verſus. Populi Epiſc. ſilvini plinio. Strab.

Silures, Silyres ptolemæo, populi Albionis, inter Demetas ad occaſum, et Atrebatios in ortum, quorum regio, ſeu tractus *Wenceland*, teſte Lelando; Tac. aliis *southvvales*; quorum urbs Venta silurum appel- Ant. latur. Hos Camdenus ſtatuit in Wallia, ubi nunc Herefordia, Raduotia, Brechinia, Monumentia, et Glamorgania Comitatus.

¶ Silures populi fuere Albionis, inter Demetas ad occaſum,

Sil. caſum, Dobunos ad ortum, & Sabrinæ æſtuarium ad meridiem, ubi hodie Wallia meridionalis.

Silurum inſulæ, *sorlinge*, & Anglicè *silley*, teſte Ortelio, *ſilly* Camdeno, ab occiduo Anglię promontorio 6. leucis Germanicis diſtantes, inter Waterfordiam urbem Hibernię ad Boream 34. & senam inſulam Britannię minoris, vicinam Gobęo promontorio 26. Hic Theſaurus Linguę Latinę corrigendus, Sillura gemino *ll.* & in ſingulari numero habens.

¶ Silurum inſulæ, *ſilly* Anglis, *les Sorlingues* Gallis, inſulæ ſunt parvæ Angliæ in Oceano Verginio, plures numero, ſed parum inter ſe diſtantes, 60. mill. paſſ. à Bolerio promontorio in occaſum, 120. à Corcagia urbe Hiberniæ in meridiem, Gobæum promontorium versùs 140. Earum præcipua eſt s Maria, *s. Marie*, ubi caſtrum munitum. Alię ſunt Anothia, *Anoth*, s. Agnetis, *s. Agnes*, Sampſonis, *Sampſon*, Sillina, *Silly*, Brefaria, *Brefar*, Ruſcovia, *Ruſco*, s. Helenæ, *s. Heleine*, s. Martini, *s. Martin*, Arturii, *Artus*, & *Minan Vithan*.

Plin. Silys, fluvius ſcythiæ Europææ, idem ac Tanais, & Jaxartes, teſte Plinio, ſcythæ enim Tanaim ſua lingua ſilym appellant.

D. Hi. Sim, oppidum erat Phœnicis, ad Libanum montem, Arcæ urbi proximum.

Ptol. Simæthus, symęthus straboni, & Thucydidi, *Fonte Ferrato* apud ortum, & *Fiume di s. Paolo*, teſte Fazello, cum Aretio, fluvius siciliæ, in mare inter Catinam ad Boream, & Morgantium ad meridiem, poſt Teriæ oſtia labens. Cujus fons; *Canal Calcagno*, ex quinque fontibus ſcatet apud Menas oppidum, marique poſt 12. mill. paſſ. excipitur, ab oſtio Teriæ 4. Populi accolæ Symethii Plinio. Vide symęthus, ſic enim apud Virgilium, & Ovidium, unde symethæus, nomen gentis Ovid. l. 4. Faſtorum:

Quaque Symethaas accipit æquor aquas.

(* *Simaithos* in Seldeni manuſcripto.)

¶ Simethus, fluvius siciliæ, hodie *Iaretta* dicitur, Brietio & aliis teſtibus. Recipit aliquot fluvios, & Vallem Demonæ à Neetina ſeparans, infra Murgantium in mare siculum ſe exonerat 8. mill. paſſ. a Catana in Africum. Eryces autem fluvius hodie *fiume di S. Paolo* dicitur, teſte eodem.

Tac. Simbrivium, ſtagnum Latii, apud Anienem fluvium inter Tybur, & Marſos, apud Sublaqueum oppidum, nomen adhuc antiquum retinet, teſte Petro Marſo. Hinc simbrivina ſtagna Tacito. Lipſius Imbrivium legendum putat. Symbrivium apud silium. Vide ibid.

Plin. Simena, oppidum fuit Lyciæ maritimum, ad Tauri montis promontorium.

Steph. *Ptol.* Simeni, populi Albionis, * quorum oppidum *Avon* Lelando, ad Alænum fluvium, in finibus Damniorum: ſed aliis *Hamſhire*, teſte Nevyllio. Simenos eoſdem ac Icenos eſſe putat Camdenus; ego potiùs finitimos facio. (* Forſan, quorum regio apud Alænum fluvium, vulgò *Avon* dictum.)

¶ Simeni, populi Albionis, iidem fuere ac Iceni, in ora Oceani Germanici, ubi hodie Norfolcia, & sufolcia, provinciæ Angliæ. Vide Iceni.

Vib. *Seq.* Simetos, (Vide Simæthus) Simethus Virgilio, unde Simethius, nomen gentis l. 9. Æneidos:

Eductum Martis luco Simethia circum.

Variè enim ſcribitur hic fluvius, simæthus, simethus, & symettus, ac symęthus. Hinc simęthis nympha, ex qua Faunus Acim ſuſcepit: cujus meminit Ovid. Metamorphoſeon 13.

Acis erat Fauno, nymphahue ſimæthide cretus.

¶ Simigienſis Comitatus, *Comtè de Zegzard*, pars eſt Hungariæ inferioris, ſub dominio Turcarum, inter Tolnenſem Comitatum ad ortum, Albenſem ad Boream, Poſegenſem ad auſtrum, & Volceam paludem ad occaſum. Ejus autem caput eſt *Dombo*, oppidum ad Sarvitium fluvium.

Liv. Similæ lacus Romæ, ubi Bacchanalia fiebant, semelis Sextus Rufus in 11. regione.

Plin. *Ant.* Simittu, oppidum erat Africæ mediterraneum, Simittuenſe oppidum Plinio, * simiſtuth Ptolemæo, à Bulla Regia 6. mill. paſſ. Hipponem versùs 80. (* Simiſthu in aliis codicibus.)

¶ Simmera, *Simmeren*, oppidum Germaniæ, in Palatinatu inferiori, Principatus caput, cum arce ſplendida, 8. milliaribus Germanicis diſtat à Moguntia in occaſum, uti 4. à Bingio, & 5. à Confluentibus in meridiem.

¶ Simmerii portus, *Simmershaven*, oppidum sueciæ, cum portu in scania provincia & in ora maris Baltici 5. milliar. Germanicis diſtat à Chriſtiano ſtadio in meridiem, & 8. ab Eleboga in ortum.

Simois, *Simoers* Caſtaldo, *Chiſime* Turcis, teſte Leunclavio, fluvius Phrygiæ minoris: ex Ida monte profluens, cui Xantus teſte Vibio, miſcetur, lacum apud sigeum cum scamandro confluente efficiens. Ejus meminit Virg. l. 5. Æneidos. *Ham.* *Hrod.* *Strab.* *& al.*

Victor, apud rapidum simoenta ſub Ilio alto.

Ad simoentis ripam Anchiſem Æneam ex Veneris concubitu genuiſſe Poetæ fabulantur, ut apud Virg.

Simois item, fluvius Epiri, in mare Jonium per Buthrotum fluens, & aliter in sicilia circa segeſtam urbem exciſam.

Simonias, vicus Galilææ à Campo magno 60. ſtadiis diſtans: ubi Simonitis regiuncula, Galilæam finiens ad ortum. *Ioſep.*

Simylla, simela Arriano, *Sintacora*, teſte Caſtaldo, urbs Indiæ citerioris, in ora occidua, extremá regni Decani ad auſtrum, inter Chaul ad Boream 75. & Comariam promontorium ad meridiem 100. leucis Hiſpanicis. *Ptol.*

¶ Simylla urbs fuit Indiæ citerioris, in ora, ubi nunc forſan *Chaul*, urbs munita Luſitanorum, cum arce, & portu in ipſo limite regni Decani, 130. mill. paſſ. à Surata in meridiem, Goam versùs 180. ſed tantùm ex conjectura.

Symira, simyros stephano, oppidum geminum: unum Armeniæ majoris circa ortum Euphratis, inter fontes illius 12. & Daſculam urbem, ubi navigari incipit, 75. mill. paſſ. teſte Plinio, alterum Phœnicis in ora, apud oſtia Eleutheri fluvii inter illa & Orthoſiam urbem ad quod Libanus mons, teſte strabone, terminatur, quod & Taxymira straboni. *Plin.* *& al.*

¶ Simyra, ſeu siſmara, aliis eſt oppidum Armenię minoris, in confinio majoris, & ad Euphratem fluvium, ſed longè ab ejus fontibus in Africum, & 75. mill. paſſ. à Daſcuſa, in Boream Trapezuntem versùs.

Sin, deſertum Arabiæ petrææ, inter Elin & ſina montem, *Al Hilet*, teſte Maſio: qui locus Arenæ Arabiæ appellatur, teſte Poſtello. *Bibl.*

¶ Sina, *Sin*, urbs eſt Imperii sinarum, in provincia Xansia, propè fluvium, *Gocquang*, ad radices montium, & ab ipſa pendent duæ aliæ urbes.

Sina, mons Arabiæ petrææ excelſus, qui & sinai, ſeu sinay dicitur, sineus Trogo, & Juſtino, Sinæus Joſepho, vulgò etiam *Monteſina*, ubi olim urbs epiſcop. ſub Archiep. Petrino, ab Hieroſolymis 300. mill. paſſ. à ſinu Arabico 50. à Poſidio, ſivè ab Arſinoe 60. a Peluſio, & Rhinocorura 150. in meridiem, apud montem Horeb, ubi Deus Moyſi legem dedit, & corpus D. Catharinæ V. & M. ab Angelis conditum eſt. Vide Melanes, ſivè Melani mons. *Bibl.*

¶ Sina mons *le mont sinay* diſtat ferè 300. mill paſſ. à Peluſio in Eurum, ſed vix 200. ab Hieroſolymis in meridiem. Dicitur etiam perſæpe mons s. Catharinæ ab Europæis, & *Gibel Mouſa*, id eſt, Mons Moyſis, à Turcis.

Sinę, populi Aſię extremi ad ortum ultra Indiam extra Gangem, *Chineſi* hodie; ut regio, *la China*, mari Eoo expoſita, inter Indiam, & sericam, in 15. regna diviſa. Cujus urbes olim claræ, Aſpithra, Thenæ, & Cattigara, quæ nunc, *Canton*, dici putatur, emporium ingens in Indię confinio, à Luſitanis frequentatum. In Theſauro Linguę Latinę in India locantur, cum ultra Indiam deſcribantur à Ptolemæo. Stephanus sinas sinarum metropolim facit. *Ptol.* *Steph.*

¶ Sinæ, *les Chinois*, populi Aſiæ, in ejus parte orientali: quorum regio perampla sinarum Imperium dicitur, vulgò, *la Chine*, Gallis. Vide infra.

¶ Sinarum Imperium *la Chine* ſeu, *l'Empire de la Chine* Gallis, *la China* Hiſpanis, & Italis, *Cin* incolis regnorum Siami, & Cocinſinæ, *Than* Japonis, & *Han*, ſeu *Catay* Tartaris, ipſis autem Sinis *Tamin*, id eſt, Regnum luminis, & *Chimgque*, id eſt, Regnum medium, quanquam aliis temporibus variè vocatum fuerit: pars eſt ampla Aſiæ, maximè in ortum extenſa, ſed cultiſſima, & mirè rigua ac fertilis. Ejus limites ſunt à ſeptentrione regna Tangutum & Niulhanum, in Tartaria magna, à qua ſeparatur partim montibus excelſis & partim muro 500. ferè leucarum; ab occidenre India extra Gangem & regnum Annamiticum, à meridie mare Indicum, ſeu Eoum, et Orientale, quod et sinicum, à quo ſeparatur etiam ab oriente à Japonia, Aliàs proprios habe-

bat

bat Imperatores; qui primò Nanquinum ſedem regiam elegerant, & poſteà Pechinum. Sed ab anno 1630. variè vexata à Tartaris regni Nincani, tandem ipſis ſubeſt, & Imperatorem habet Tartarum commorantem pechini, quæ urbs Imperii caput eſt, in provincia cognomine. Tota regio dividitur in quindecim provincias peramplas, ſeu regna, ultra quas ab ea etiam pendent Leaotonia provincia, *Leaotung*, Corea peninſula, *la Corea*, Haynania inſula, *l'Isle de Haynan*, & Calonneſus, *l'Isle Formoſa*, cum aliis minoribus. De ſinarum regione varii variè ſcripſere. Sed vide Atlantem Sinicum Martinii, qui ſinas fuſiùs deſcripſit.

(*Sinarum Imperii provinciæ:*

Chequianenſis provincia, CheKiang.
Fochienſis provincia, FoKien.
Honania, Honan.
Huquania, Huquang.
Junnania, Iunnan.
Nanchinenſis provincia, Nanking.
Pechinenſis provincia, PeKing.
Quanſia, Quangſi.
Quantunia, Quantung.
Queichea, Queicheu.
Quianſia, Quianſi, *ſeu* Kianſi.
Suchuenſis provincia, Suchuen.
Xanſia, Xanſi.
Xantona, Xantung.
Xenſia, Xenſi.)

Sinarum Imperii urbes præcipuæ:

Caifunga, Caifung, *in* Honania *provincia*.
Cancheum, Cancheu, *in Quianſia*.
Cangcheum, Cangcheu, *in Nanchinenſi*.
Caocheum, Caocheu, *in Quantunia*.
Changcheum, Changcheu, *in Fochienſi*.
Changta, Changte, *in Honania*.
Changta, Changte, *in Huquania*.
Changxa, Changxa, *ibidem*.
Chaochinga, Chaoching, *in Quantunia*.
Chiahinga, Chiahing, *in Chequianenſi*.
Chicheum, Chicheu, *ibidem*.
Chicheum, Chicheu, *in Nanchinenſi*.
Chieganum, Chiegan, *in Quianſia*.
Chienchanum, Chienchang, *ibidem*.
Chienninga, Chienning, *in Fochienſi*.
Chieuchianum, Chieuchiang, *in Quianſia*.
Chinchianum, Chinchian, *in Nanchinenſi*.
Chinchianum, Chinchian, *in Iunnania*.
Chinganum, Chingan, *in Quanſia*.
Chingtienum, Chingtien, *in Huquania*.
Chingtum, Chingtu, *in Suchuenſi*.
Chingtuna, Chingtung, *in Junnania provincia*.
Chingyanum, Chingyan, *in Huquania*.
Chinhoa, Chinhoa, *in Chequianenſi*.
Chinivenum, Chiniven, *in Queichea*.
Chinivenum, Chiniven, *in Iunnania*.
Chintinum, Chinting, *in Pechinenſi*.
Chiucheum, Chieucheu, *in Chequianenſi*.
Chiucheum, Chieucheu, *in Quantunia*.
Chiungkina, ChungKing, *in Suchuenſi*.
Cinanum, Cinan, *in Xantonia*.
Cincheum, Cincheu, *in Quanſia*.
Cingcheum, Cingcheu, *in Xantonia*.
Civencheum, Civencheu, *in Fochienſi*.
Cungehanum, Cungehan, *in Xenſia*.
Focheum, Focheu, *in Fochienſi*.
Fuencheum, Fuencheu, *in Xanſia*.
Fungcianum, Fungcian, *in Xenſia*.
Fungyanum, Fungyang, *in Nanquinenſi*.
Ganchinga, Ganching, *ibid.*
Gucheum, Gucheu, *in Quanſia*.
Gueihoeum, Gueihoeu, *in Honania*.
Hancheum, Hancheu, *in Chequianenſi*.
Hanchunum, Hanchun, *in Xenſia*.
Hanyanga, Hanyang, *in Huquania*.
Henocheum, Henocheu, *ibid.*
Hinghoa, Hinghoa, *in Fochienſi*.
Hoaichinga, Hoaiching, *in Honania*.
Hoainanum, Hoainang, *in Nanchinenſi*.
Hoancheum, Hoancheu, *in Huquania*.
Hochienum, Hochieu, *in Pechinenſi*.
Hoeicheum, Hoeicheu, *in Quantunia*.
Hoeicheum, Hoeicheu, *in Nanchinenſi*.
Honania, Honan, *in Honania*.
Hucheum, Hucheu, *in Chequianenſi*.
Iaocheum, Iaocheu, *in Quianſia*.
Ienganum, Iengan, *in Xenſia*.
Ienpinga, Ienping, *in Fochienſi*,
Iuencheum, Iuencheu, *in Quianſia*.
Iungcheum, Iungcheu, *in Huquania*.
Iungninga, Iungnin, *in Iunnania*.
Iuninga, Iuning, *in Honania*.
Iunnania, Iunnan, *in Iunnania*.
Iunpinga, Iunping, *in Pechinenſi*.
Kaocheum, Kaocheu, *in Quantunia*.
Kingcheum, Kingcheu, *in Huquania*.
Kingyanum, Kingyang, *in Xenſia*.
Kingyvenum, Kingiven, *in Quantunia*.
Liencheum, Liencheu, *in Quanſia*.
Linchianum, Linchiang, *in Quianſia*.
Linganum, Lingan, *in Iunnania*.
Linyanum, Linyang, *in Xenſia*.
Lipinga, Liping, *in Queichea*.
Lucheum, Lucheu, *in Nanchinenſi*.
Luganum, Lugan, *in Xanſia*.
Luicheum, Luicheu, *in Xantonia*.
Luicheum, Luicheu, *in Quantunia*.
Mahum, Mahu, *in Suchuenſi*.
Munghoa, Munghoa, *in Iunnania*.
Nanchanga, Nanchang, *in Quianſia*.
Nauganum, Naugang, *ibidem*.
Nanhiunga, Nanhiung, *in Quantunia*.
Nankanga, NanKang, *in Quianſia*.
Nanninga, Nanning, *in Quianſia*.
Nanquinum & Nanchinum, Nanquin, *in Nanchinenſi*.
Nanyanga, Nanyang, *in Honania*.
Niancheum, Niancheu, *in Chequianenſi*.
Ningpoa, Ningpo, *ibid.*
Ningqua, Ningque, *in Nanchinienſi*.]
Paochinga, Paoching, *in Huquania*.
Paoninga, Paoning, *in Suchuenſi*.
Paotinga, Paoting, *in Pechinenſi provincia*.
Pechinium, Pechin & Pequin, *totius imperii caput*, *in Pechinenſi*.
Pingleanum, Pinglean, *in Xenſia*.
Pinglum, Pinglo, *in Quanſia*.
Pingyanum, Pingyan, *in Xanſia*.
Quancheum, Quancheu, *in Quantunia*.
Quangnanum, Quangnan, *in Iunnania*.
Quanpinga, Quanping, *in Pechinenſi*.
Quanſia, Quangſi, *in Iunnania*.
Quanſinga, Quanſing, *in Quianſia*.
Queicheum, Queicheu, *in Suchuenſi*.
Queilinum, Queilin, *in Quanſia*.
Queitum, Queit, *in Honania*.
Queiyanga, Queiyang, *in Queichea*.
Siangianum, Siangiang, *in Huquania*.
Siganum, Sigan, *in Xenſia*.
Siucheum, Sieucheu, *in Suchuenſi*.
Sucheum, Sucheu, *in Queichea*.
Sucheum, Sucheu, *in Nanchinenſi*.
Suihunga, Suihung, *in Iunnania*.
Suminga, Suming, *in Quanſia*.
Sunanum, Sunan, *in Queichea*.
Sungchianum, Sungchian, *in Nanchinenſi*.
Taicheum, Taicheu, *in Chequinenſi*.
Taipinga, Taiping, *in Nanchinenſi*.
Taipinga, Taiping, *in Quanſia*.
Taitunga, Taitung, *in Xanſia*.
Taiyvenum, Taiyven, *ibidem*.
Talum, Tali, *in Iunnania*.
Taminga, Taming, *in Pechinenſi*.
Teganum, Tegan, *in Huquania*.
Tengcheum, Tengcheu, *in Xantonia*.
Tiencheum, Tiencheu, *in Quanſia*.
Tingcheum, Tingcheu, *in Fochienſi*.
Tuchum, Tuchu, *in Queichea*.
Tunchanum, Tunchan, *in Xantonia*.
Tungginum, Tunggin, *in Queichea*.
Vencheum, Vencheu, *in Chequianenſi*.
Vuchanum, Vuchan, *in Huquania*.
Vucheum, Vucheu, *in Quianſia*.
Xaocheum, Xaocheu, *in Quantunia*.

Xaocheum, Xaocheu, *in Quantunia*.
Xaohinga, Xaohing, *in Chequianenſi*.
Xaoum, Xaovv, *in Fochienſi*.
Xecienum, Xecien, *in Queichea*.
Xincheum, Xincheu, *in Huquania*.
Xuicheum, Xuicheu, *in Quianſia*.
Xunchinga, Xunching, *in Suchuenſi*.
Xunninga, Xuuning, *in Iunnania*.
Xunta, Xunte, *in Pechinenſi*.
Yancheum, Yancheu, *in Nanchinenſi*.
Yencheum, Yencheu, *in Xantonia*.
Yocheum, Yocheu, *in Huquania*.

¶ Sinarum intimus receſſus, nunc *Enſeada de Nanquin* Luſitanis, *Golfe de Nanquin* Gallis, ſinus eſt in Sinas extenſus, & pars Oceani Eoi, inter ſinas ad occaſum & regnum Coreæ ad ortum. Dicitur ab incolis *Golfe de Gang*. Quamplurimis inſulis refertus eſt, & extenditur à Circio in Eurum per 260. mill. paſſ.

¶ Sinarum Oceanus, *la mer de la Chine*, pars eſt ampla Oceani Eoi, in parte orientali Aſiæ, versùs ſinarum oram littoralem, Iaponiam, Caloneſum, et philippinas inſulas; eſtque quamplurimis inſulis referta.

Arri. Sinarus, fluvius Indiæ citerioris, in Hydaſpem influens.

Agin. Sinciacus, *ſinſich*, teſte Ortelio, pagus Germaniæ inferioris, ad Rhenum, (*ſupra Bonam 2. milliaribus Germanicis*.)

Strab. Plin. Stehp. Sinda, urbs Piſidiæ epiſcopalis, ſub Archiep. Antiocheno, Ambladæ finitima; & apud Ptolemæum urbs Indiæ extra Gangem maritima, ſindia Stephano urbs Lyciæ videtur eadem ſindæ. Idem ſindam urbem facit Indiæ ad ſinum magnum.

¶ Sinde regnum, *le royaume de Sinde*, in India intra Gangem, & ſub dominio Magni Mogolis. Dicitur ab aliis regnum Tatta. Vide Tatta.

Ptol. ſindæ, inſulæ tres maris Eoi, quæ & inſulæ Anthropophagorum, ſinarum oræ adiacentes: quæ, teſte Mercatore, *Celebes*, *Gilolo*, & *Ambon*, vel *Amboina* dicuntur hodie, ſub Hiſpanis, inter philippinas.

¶ ſindæ, inſulæ Aſiæ in mari Indico hodie, teſte Sanſone, ſunt *les Isles de la Sonde*, tres numero, nempè Iavæ, ſumatræ, & Bornei inſulæ, versùs partem auſtralem Indiæ extra Gangem, & Aureæ Cherſoneſi; ſuntque ampliſſimæ, ſed propriis parent Regibus, non autem ſubſunt Hiſpanis.

ſindi, populi ſcythiæ Europææ, ad Mæoticam paludem incolentes, ac, teſte Apollonio, in Myſiæ inferioris ora, apud oſtia Iſtri; Syndones Melæ. Horum meminit Valerius Flaccus lib. 6. Argonaut.

Degenereſque ruunt Sindi, glomerantque paterno
Crimine.

ſineius, *ſiney*, *ſhannon* Camdeno, fluvius Hiberniæ, ex maximis, ab ortu in occaſum per Limmericum urbem fluens, Momoniam à Connacia dividens, ſenus ptolemæo. Vide ib

ſinera, *Erzirum*, teſte Thoma Minadojo, urbs Armeniæ majoris, apud Euphratem fluvium, ſinibra in palatino codice, inter Trapezuntem ad occidentem 80. & Chorſam in ortum 240. mill. paſſ. Sed aliis *Erzirum* Aziris ptolemæo dicta putatur.

Ptol. ¶ Sinervas, Armeniæ minoris urbs, teſte Antonino.

¶ Singa, Comagenæ regionis oppidum in ſyria, teſte ptolemæo.

¶ Singæi, Græciæ populi in confiniis Macedoniæ & Thraciæ videntur apud Thucydidem 5. Singi urbis fortè incolæ, ad Athon montem.

¶ Singames, fluvius Colchidis in Periplo Arriani; Sigania fortè plinio.

Singaras, *Sima*, teſte Nigro, Moletio verò & aliis *Atalib*, mons Meſopotamiæ, cùm urbe cognomine apud Tigrim fluvium, quæ Singara & ſingra à D. Athanaſio nominatur, epiſcop. ſub Archiep. Amidenſi. Stephanus illam Arabiæ urbem facit, Edeſſæ proximam. Hinc Singarenus nomen gentis.

Singidava, *Engetyn* Germanis, & *Enyed* Hungaris, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Tranſylvania, a Cibinio urbe 5. leucis in occaſum, ab Alba Iulia 3. a Claudiopoli 4. Sed potiùs videtur *Segeſvvar*, urbs ab Alba Iulia 10. leucis in Boream & Cæciam, à Cibinio 8. ſupra Megias 2.

¶ Singidava aliis eadem eſt quæ Segedinum, *Seged*, urbs Hungariæ Trans-Danubianæ, ad Tibiſcum fluvium, ubi Mariſcum recipit, versùs limites Tranſylvaniæ, ſub dominio Turcarum; ſicque de ea difficile eſt ſtatuere.

Singidonum, urbs pannoniæ inferioris, olim epiſcopalis, apud Sirmium urbem, nunc pagus modicus, *Sigetincz*, teſte Lazio. Aur. Vict.

Singidunum, *Zenderin* Lazio, & aliis, præſertim Græcis, *Simedro*, Latino recenti Semandria, urbs Myſiæ ſuperioris, epiſcopalis, poſt Taurunum præcipua, apud Danubium, ubi ſedes eſt præfecti unius Serviæ, à Tauruno 6. leucis in ortum, Bidinum versùs. Hiſt. trip. Ant.

¶ Singidunum, *Zenderin* incolis, & *Semender* quibuſdam, urbs aliàs Mæſiæ ſuperioris, hodiè Serviæ, anteà Ruſciæ caput, & etiamnum ampla, cum caſtro in colle. Subeſt dominio Turcarum ab anno 1439. eratque anteà ſedes Deſpotæ Servię.

Singilia, ſive Singylia ex veteri inſcriptione, Anticaria Antonino, *Antequera*, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalia, in regni Granatenſis confinio, inter Aſtigim 25. & Malacam 7. leucis. Plin.

¶ Singilia Cluſio & Morali eſt Anticaria, *Antequera*, regni Granatenſis oppidulum, in loco edito & aſpero ſitum, versùs confinia Vandalitiæ 7. leucis Hiſpanicis diſtat à Malaca in Boream, Aſtigim versùs 12.

Singilis & Singulis plinio, Singilius Iſidoro, *Xenil* Morali & Cluſio, fluvius Hiſpaniæ Bæticæ, ex agro Granatenſi oriens, ac apud Singiliam urbem decurrens, & per Aſtigim in Bætim fluens, qui *Guadaxenil* etiam vulgò dicitur. Plin.

Singus, oppidum Macedoniæ, in ora orientali, ad Athi montis radices, ad ſinum qui ex eo Singiticus nominatur, vulgò *Golfo di Monte Santo*, adhuc *Singo* in tabulis recentibus dictum. Hinc Singius nomen gentis. (Sogoſtedes pro Singus in nonnullis plinii exemplaribus.)

Singya, oppidum fuit pamphyliæ, teſte Stephano.

Sinibra. Vide Sinera.

¶ Sinicus murus, *le grand muraille de la Chine*, murus eſt ampliſſimus & celebrrimus, quamplurimis turribus & plurimis caſtris munitus, inter montes & valles aliàs excitatus a ſinarum Imperatoribus, ad coërcendos incurſus Tartarorum. Muri latitudo ubique eſt 12. cubitorum alicubi 15. & ejus altitudo ubique eſt 30. cubitorum. Abſolutus autem fuit ſpatio quinque annorum, & extenditur per 300. mill. Germanica ab ortu in occaſum, nempè inter Tartariam magnam ad Boream & pechinenſem, Xanſiam atque Xenſiam provincias ſeptentrionaliores Imperii ſinarum ad meridiem; ſicque Tartariam à Sinis ſeparat inter ſinum Gangum, ſeu Sinarum intimum receſſum ad ortum & Croceum flu. ad occaſum, in parte occidentali Xenſiæ Prov.

Sinis, colonia, & urbs Armeniæ minoris, ad Euphratem fluvium, epiſcop. ſub Archiep. Melitenenſi, inde in Boream diſtans vix 5. mill. paſſ. Ptol.

Sinis, *Naſcaro*, teſte Barrio, fluvius magnæ Græciæ Choniam urbem alluens. Sunt qui ſiris ſeu ſyris legendum putent.

Sinonia, inſula maris Tyrrheni, inter palmariam & pontias. Ex quo errore Pinetus deprehenditur, illam *Ianuti* indigitans, cùm *Ianuti* Dianium ſit Igilio finima. Error etiam in Theſauro Linguæ Latinæ eſt, in quo inſula Corſicæ nominatur, à quo longiſſimè diſtat. Plin. Mel.

¶ Sinonia inſula eſt maris Tyrrheni, hodie *ſanone*, versùs oram Latii & Campaniæ felicis, parva & deſerta, propè pontiam inſulam & 20. mill. paſſ. diſtans à Circeis in meridiem. Pendet tamen a regno Neapolitano, & ferè 90. mill. diſtat a Dianio inſula in ortum.

Sinope, *ſinabe* Turcis, teſte Leunclavio, *pordapas* Chalcondylæ & aliis *ſinopi*, colonia & urbs maritima paphlagoniæ, epiſcopalis ſub Archiepiſc. Amaſeno, Diogenis Cynici patria, anno quo Lipara condita à Macritio Coo, inter Cytorum ad occaſum 164. & Amiſum in ortum 139. mill. paſſ. olim Mithridatis regia. Valerius Flaccus lib 5. Argonauticarum:

Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima ſinope.

Hinc ſinopis rubrica ibi primùm inventa, teſte plinin lib. 35. cap. 6. populi Sinopenſes polybio. Sinopeus nomen gentis. Ovid. lib. 1. de ponto eleg. 4.

Non doluit patria Cynicus procul eſſe ſinopeus.

plautus in Curcul. act. 3. ſynopeas appellat populos, ubi etiam Paphlagonias nominat & Caras. Hinc & ſinopicus, a, um, adiectivum.

¶ ſinope, *ſinopi*, urbs Aſiæ minoris, in paphlagonia, cum portu in ora ponti Euxini, inter Cytorum ad occaſum 110. m. paſſ. & Amiſum ad Eurum paulò minùs, propè ſinum Amiſenum. Ei adiacet flu. etiam ſinope dictus, teſte Euſtathio.

ſin.

Sintia, oppidum Macedoniæ mediterraneum, circa Sintios montes, de quibus Thucydides. Unde nomen regioni quæ Sintica Ptolemæo dicitur, & Sentica Cæſari. Hinc Heraclea Sintica Plinio. Vide Heraclea.

¶ Sintienum, *Sintien*, urbs Imperii Sinarum, in provincia Queichea. Satis eſt munita, & ſedet ad radices montium, teſte Martinio.

Sinueſſa, Soeſſa Ptolemæo, priùs Sinope, teſte Plinio, & Livio, colonia & urbs (olim epiſcopalis) Campaniæ, exciſa, in ora ubi Maſſicus mons deſinit, ubi nunc *Rocca di Mondragone*, oppidum Ducali titulo clarum, inter oſtia Liris, ad occaſum, ubi Minturnæ urbs exſtincta, & Vulturni ad ortum, ubi Vulturnum adhuc caſtrum 8. mill. paſſ. Error eſt inſignis in Theſauro Linguæ Latinæ, cùm *Seſſa* in eo indigitetur, & mediterraneum dicatur. Hinc Sinueſſanæ aquæ Plinio & Martiali, Sinueſſanus fundus Ciceroni. Martialis libro 13. epigrammate 108.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prælis.

Ovidius libro 15. Metamorphoſeon:

Vulturnus, niveiſque frequens Sinueſſa colubris.

Sinueſſæ porcum humano capite ortum Livius ſcribit libro 2. decadis 4. Sinueſſanas aquas feminis ſterilitatem, & maribus inſaniam abolere, auctores ſunt Plinius libro 31. capite 2. & alii; quemadmodum & Cydni aquas podagricis mederi, & Albulam vulnera ſanare, ſicut & Leucogæi fontis aquas idem Plinius ſcribit, & Lycum fluvium apud Leontinos tertio die necare ex eo potantes. Hic obiit Sextus Turpilius inſignis Comicus, Terentii familiaris.

Sinus magnus, *Mar della China* ex tabulis recentibus, inter Magnum promontorium Indiæ extra Gangem, & oſtia Seri fluvii.

¶ Sinus magnus pars eſt Oceani Eoi ſeu Orientalis. Vulgò *Golfe de Cochinchine*, ſeu etiam *Golfe d'Hainam* dicitur; eſtque inter partem auſtralem Imperii Sinarum, regnum Cocinchinæ, & Haynamum inſulam.

Sinus Salutaris, idem, vel certè proximus portui Gabrantonicorum in ora Angliæ orientali inter oſtia Abi & Vedræ eſſe videtur, teſte Camdeno. Vide ibi.

Sinus maris Mediterranei, à freto Herculeo, ubi mare Mediterraneum initium ſumit, inchoando, a veteribus memorati.

Virgitanus, maris Iberici, *Golfo di Cartajena*, Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Charidemum promontorium ad occidentem, & Scombrariam promontorium ad ortum & Boream, à Virgi urbe dictus.

¶ Virgitanus ſinus, *Golfe di Cartagine* Gallis, partim eſt in ora regni Murciç, & partim etiam in ora orientali regni Granatæ; & ſic dicitur à Carthagine nova, emporio celebri ei adjacente.

Illicitanus, qui & Sucronenſis, ab Alonis urbe incipiens.

¶ Illicitanus ſinus, hodie *Golfo d' Alicante* dictus ab Alona, eſt in ora regni Valentiæ, ſed differt à Sucronenſi ſinu; extenditurque à Scombraria promontorio ad meridiem uſque ad Dianium promontorium in Boream.

Sucronenſis, maris Iberici, à Sucrone, urbe olim nunc oppido oræ Hiſpaniæ Tarraconenſis, *Golfo di Albufera*, inter promontorium Dianum ad meridiem & Tenebrium ad Boream.

¶ Sucronenſis ſinus, hodie *Golfo di Valenza*, eſt in ora regni Valentiæ; extenditurque inter Cherſoneſum oppidum & oſtia Iberi fluvii ad Boream & Dianium promontorium ad meridiem.

¶ Lugdunenſis ſinus, ſeu Leoninus ſinus quibuſdam, *le Golfe de Lyon*, extenditur ab Aphrodiſio promontorio in occaſum ab oſtia Rhodani fluvi. Dicitur aliter ſinus Gallicus; eſtque nautis formidabilis, & valde extenditur ad auſtrum inter Sardiniam ad ortum & Baleares inſulas ad occaſum.

¶ Aſtromela, *mer de Martigue*, ſinus eſt parus Galliæ Narbonenſis, in Provincia, prope Maritimam, inter Maſſiliam ad ortum & oſtia Rhodani fluvii ad occaſum.

¶ Sambracitanus ſinus, *Golfe de Grimaut*, eſt in ora Galliæ Narbonenſis & Provinciæ, prope Fanum s. Eutropii.

¶ Sinus Rapalli, *Golfo di Rapallo*, ſinus eſt parvus Italiæ, in ora orientali Genuenſi, prope Rapallum oppidum & portum Delphini.

Lunenſis, maris Liguſtici, qui portus, non ſinus, a Strabone nominatur, a Luna urbe apud Macræ fluvii oſtia everſa, inter Portum Veneris ad occaſum & promontorium Lunæ ad ortum, *Golfo della spetia*, in extrema ora Liguriæ.

¶ Sinus Plumbini, *Golfo di Piombino*, ſinus parvus maris Tyrrheni, in ora Hetruriæ & in agro Senenſi, inter Trojam inſulam ad ortum, & Plumbinum oppidum Populoniumque promontorium ad occaſum.

Formianus, maris Tyrrheni, à Formiis urbe exciſa in Latio novo; *Golfo di Gaietta*, inter Circæum ad occaſum & Maſſicum montem ad ortum, apud Sinueſſam urbem jacentem.

Formianus ſinus extenditur tantùm inter Sinueſſæ rudera & montem Maſſicum ad ortum, & Caietam ad occaſum, in ora provinciæ Terræ Laboris dictæ.

Cumanus, qua Cumas alluit, ſub Puteolano comprehenſus.

Baianus, idem Puteolano, qua Baias alluit.

Puteolanus, maris Tyrrheni, ſic à Puteolis urbe Campaniæ, inter Miſenum promontorium ad occaſum & promontorium Minervæ ad ortum, *Golfo di Napoli*, qui à forma etiam Crater nominatur à Strabone.

¶ Puteolanus ſinus aliàs amplior complectebatur ſinum Puteolanum proprium & Neapolitanum, extendebaturque à Miſeno promontorio ad Boream, uſque ad promontorium Minervæ: Nunc autem multò anguſtior extenditur tantùm à Miſeno promontorio ad montem Pauſilippum, & *Golfo di Pozzuolo* vulgò dicitur, *Golfe de Pouzzol* Gallis, in ora Campaniæ felicis.

Crater, Puteolani pars, qua Neapolim ſive oram Neapolitanam alluit, uſque ad promontorium Minervæ extruſus.

¶ Crater, ſeu ſinus Neapolitanus, *Golfo di Napoli* incolis, *Golfe de Naples* Gallis, fuit aliàs pars Puteolani, & extenditur à monte Pauſilippo ad Boream ad promontorium Minervæ in meridiem, in ora Campaniæ felicis.

Pæſtanus, maris Tyrrheni, à Pæſto urbe Lucaniæ exſtincta, inter promontorium Minervæ ad occaſum & Palinurum ad ortum, *Golfo di Agropoli*; qui & Poſidoniates, à Poſidonia urbe eadem Pæſto.

¶ Pæſtanus ſinus dicitur *Golfo di Salerno*, eſt in ora Principatus citerioris. Dictus fuit etiam aliàs Poſidoniates.

Talaus, eiuſdem maris, à Talao urbe ſive oppido in Lucaniæ & Brutiorum confinio, inter Palinurum promontorium ad occaſum & Tylleſium promontorium ad ortum, apud Amantiam urbem, *Golfo di Policaſtro*, & *della Scalea*.

¶ Talaus ſinus meliùs dicitur ab omnibus Laus ſinus, *Golfo di Policaſtro* ſeu *della Scalea*, eſtque in ora Lucaniæ.

Terinæus, ejuſdem maris, à Terina oppido Brutiorum, qui & Hipponiates, & Vibonenſis, & Napitinus, ab oppidis illius oræ nominatur, *Golfo di S. Eufemia*.

¶ Terinæus ſinus ſeu Hipponiates, *le Golfe de ſainte Euphemie* Gallis, eſt in ora occidentali Calabriæ ulterioris, inter Lametum promontorium ad Boream & Baticanum ad meridiem.

Scylletius ſive Scyllaceus, maris Auſonii, à Scyllacio urbe magnæ Græciç, inter Cocinthum promontorium ad meridiem & Lacinium ad Septentrionem, *Golfo di Squillaci*.

¶ Scylletius ſeu Scyllaceus ſinus dicitur aliter à nautis *Golfo delli Caſtelli* ab oppidulo ei adjacente in ejus parte Boreali; eſtque in ora orientali Calabriæ ulterioris.

Tarentinus, ejuſdem maris, à Tarento urbe magnç Græciæ extrema, in Salentinorum confinio, inter Lacinium promontorium magnæ Græciæ ad meridiem & Iapygium promontorium Salentinorum ad Boream & ortum, *Golfo di Taranto*.

Hyrias & Urias, Apuliæ Dauniæ ad Garganum montem, *Golfo di Rhode*.

¶ Urias ſinus hodie *Golfo di Manfredonia* ſeu *di Sponto* dicitur; eſtque pars maris Adriatici, in ora regni Neapolitani & provinciæ Capitanatæ, prope Manfredoniam & Garganum montem.

Hadriaticus, maris Hadriatici, inter Garganum montem Apuliæ, & Iſtriæ promontorium, apud Polam urbem, *Golfo di Venetia*, Aprutium, Picenum, Gal-

liam Togatam, Venetiam, Carnos, et Iſtriam regiones alluens.

¶ Hadriaticus ſinus, ſeu Adriaticum mare et Superum, *Colfe de Veniſe*, *& mer Adriatique* Gallis, extenditur inter Italiam ad occaſum & Illyricum ac Albaniam ad ortum, a Venetiis in Boream Hydruntum uſque & Epirum. Vide Illyricus ſinus latè ſumptus.

Tergeſtinus, pars Hadriatici, inter Carnos, et Hiſtros, *Golfo di Trieſte*.

¶ Tergeſtinus ſinus pars eſt maris Hadriatici magis in Boream extenſa. Extenditur inter Sontii fluvii oſtia & promontorium Albram, propè Umacum.

Flanaticus, maris ejuſdem, *Golfe del Carner*, ſive *del Quarner*, inter Polam & fines Liburniæ.

¶ Flanaticus ſinus, *Golfo Carnero* dicitur, versùs Curictam et Abſorum inſulas & Iſtriam provinciam. Sed inter Japodes, et Curictam inſulam vulgò *Golfo di Bucariza* dicitur.

¶ Naronenſis ſinus, *Golfe de Narenza*, pars eſt maris Adriatici, & ſinus oblongus longè per terras excurrens versùs oram Dalmatiæ, et propè Naronem. Dicitur ab aliis Manius ſinus, teſte Joanne Lucio; eſtque inter peninſulas Hillis, et Neſti.

Rizonicus, ſive Rhizonicus, maris Illyrici, a Rhizinio urbe Dalmatiæ, quæ et Rhiſinium, inter illam ad occidentem et Butuam ad meridiem, *Golfo di Cataro*.

¶ Illyricus ſinus ſtrictè ſumptus pars eſt ſinus Adriatici, et vulgò *Golfo dello Drino* Italis, *Golfe du Drin* Gallis, quia in eum influit Drilo fluvius; eſtque in ora Albaniæ regionis.

¶ Onæus ſinus, hodie *Golfo della Valona* Italis, pars eſt maris Hadriatici, in ora auſtrali Albaniæ, propè Acroceraunios montes.

¶ Buthroti ſinus, a liter pelodes, *Golfo di Butroto*, pars eſt maris Ionii, in ora Epiri, ex adverſo Corcyræ inſulæ, & in ejus introitu ſita eſt urbs Buthrotum, unde ſinui nomen.

Ambracius, maris Ionii, ab Ambracia urbe Epiri inter Nicopolim urbem ad Boream & Actium promontorium ad auſtrum *Golfo dell' Arta*.

Corinthiacus, maris prædicti, à Corintho urbe Achaiæ Peloponneſiacę primaria dictus, inter Rhium ac Antirhium promontoria ad os illius, & Corinthum in Iſthmo & intimo in ortum receſſu 80. m. paſſ. extenſus, qui & Criſſęus in ora Phocidis dicitur, *Golfo di Coranto*, et *Golfo di Lepanto*.

Criſſęus, pars eſt Corinthiaci, qua Criſſam urbem, & loca vicina alluit.

Chelonates, qui & Chelonites, ejuſdem maris, inter Chelonatem, & Ichthim promontoria orę Eleæ Peloponneſiacæ regionis, *Golfo di Vlonata*, ſive *di Caſtel Torneſe*, parvus.

¶ Chelonites ſinus hodie *Golfo dell'Arcadia* dicitur, ſeu *dell'Arcadian* quibuſdam.

Cypariſſius, ejuſdem maris, inter Cypariſſium, & Coryphaſium promontoria Cypariſſiæ regionis Peloponneſi, *Golfo della Guardia*. ſive *di Zonchio*, & ipſe parvus.

¶ Cypariſſius ſinus, hodie *Golfo di Zonchio*, parvus eſt, inter Ichtum, & Coryphaſium promontoria, in ora Meſſenię & Elidis.

Meſſeniacus, ejuſdem maris, ſic à Meſſenia regione Peloponneſi, qui & Coronæus, & Aſinæus, *Golfo di Coron*, inter Acritam promontorium ad occaſum et Tænarium promontorium ad ortum 100. mill. paſſ. quanta eſt ora Meſſenię regionis.

¶ Meſſeniacus ſinus dicitur etiam *Golfo di Calamata* a nautis ab oppido adjacente.

Laconicus, in ora Peloponneſi auſtrali, ubi Laconica regio, a qua nominatur, inter duo promontoria, Tænarium ad occaſum, quo à Meſſeniaco dividitur, & Maleacum ad ortum, 84. mill. paſſ. in longitudine patens.

¶ Laconicus ſinus hodie *Golfo di Caſtel Rampani* dicitur, quanquam aliqui ſcribant dici *Golfo de Colochina*, ſed malè.

Argolicus etiam Peloponneſi in ora ad orientem, inter Maleam promontorium ad auſtrum, quo à Laconico ſecernitur et Scyllæum promontorium Argiæ ad Arctos, 177. mill. paſs. patens, *Golfo di Napoli di Romania*.

¶ Argolicus ſinus pars eſt maris Ægæi, et *Golfo di Napoli*, ſeu *di Napoli di Romania* dicitur a Nauplia urbe adiacente in eius parte Boreali.

Saronicus, poſtremus peloponneſi, inter Scyllæum promontorium ad meridiem, quo ab Argolico dividitur, et Spiræum promontorium ultimum Argiæ in Arctos Iſthmum versùs; ſic a Saronide palude Argiæ, vel a Saronico portu ad Iſthmum: qui ſinus apud Strabonem (a quo et Salaminiacus appellatur) magis patet, oram Atticæ attingens, haud minor Argolico; *Golfo del Engia*, è regione Corinthiaci, ab eo Iſthmo diviſus, ac in ortum vergens.

¶ Saronicus ſinus pars eſt maris Ægæi, et vulgò *Golfo del Engia* dicitur. Extenditur inter Atticam ad Boream *&* peloponneſum, ſeu inter Sunium promontorium ad Boream *&* Scyllæum ad meridiem.

Megaricus, pars Saronici, qua Megaridis oram alluit.

Euboicus, ab Eubœa inſula, qui & Opuntius ab urbe, & Oetæus a monte, & Maliacus nominatur, inter Cenæum promontorium Eubœæ Boreale, & Thermopylas extremum montis Oetæ 70. ſtadiis mari, ſed per littora multò longior, inter Euripum & Thermopylas 66. mill. paſſ. *Golfo di Negroponte*, & *Golfo di Ziton*, tametſi Euboicus tantùm dici videtur, qua ipſam Eubœam attingit.

¶ Euboicus ſinus, ſeu Oetęus, nunc *Golfo di Ziton* dicitur; & ejus pars inter Achajam, et Eubœam inſulam dicitur *Golfo di Talaudi* a nautis.

Pagaſicus Plinio, qui et Pelaſgicus ptolemæo, et pagaſiticus Straboni, Theſſaliæ, inter Thermopylas ad meridiem et Magneſiam ad Boream, promontorium in Macedoniæ confinio, ſupra 60. mill. paſſ. *Golfo di Armiro*, et *Golfo del Vollo*.

¶ Pagaſicus ſinus vulgò *Golfo del Volfo* dicitur ab arce ei adjacente; extenditurque ad 30. mill. tantùm.

Thermaicus plinio, ſive Thermæus Straboni, Macedoniæ, qui et Macedonicus plinio, ampliſſimus, ad 100. mill. paſſ. inter Magneſiam promontorium ad meridiem, in Theſſaliæ confinio, et Canaſtræum promontorium ad ſeptentrionem, in quo Caſſandrea et Theſſalonica, *Golfo di Salonichi*.

Toronaicus, Macedoniæ, a Torone oppido, *Golfo di Rampa*, inter Canaſtræum promontorium, quo a Thermaico ſeparatur, et Ampelum oppidum, et promontorium.

¶ Toronaicus ſinus hodie *Golfo d' Aiomama* dicitur, Sanſone, Brietio, et aliis teſtibus. Dicitur etiam *Golfo di Santa Anna* a nautis.

Singiticus, ejuſdem regionis Borealior, a Singo oppido, *Golfo di Monte Santo*, inter Ampelum promontorium, quo a Toronaico diſcluditur, et Nymphæum, promontorium apud montem Athon.

¶ Singiticus ſinus dicitur a quibuſdam *Golfo di Faſsio*, ſeu *di Doari*; eſtque in ora Thraciæ.

Strymonicus, ejuſdem regionis poſtremus, *Golfo di Conteſa*, inter montem Athon et oſtia Neſti fluvii, ubi Arethuſa, Oeſima et Neapolis urbes.

Melanes vel Melas, Thraciæ, inter Ænon urbem Thraciæ et Maſtuſiam promontorium Cherſoneſi, *Golfo di Caridia*, a Cardia urbe in intimo receſſu.

¶ Melanes ſinus, pars maris Ægæi, in ora Thraciæ, hodie *Golfo di Eno* a multis dicitur, teſte Brietio; aliis autem eſt *Golfo di Magariſe* ab urbe ampla Cherſoneſi Thraciæ, quod forſan meliùs.

¶ Chryſoceras ſinus, aliis Cornu Bizantiorum, teſte Petro Gyllio, pars eſt Boſphori Thracii; extenditurque inter Conſtantinopolim, et Galatam in ora Thraciæ per decem milliaria.

Carcinites, Sarmatiæ Europææ ad Iſthmum Tauricæ Cherſoneſi, ſic a Carcina oppido dictus, *Golfo di Nigropoli*, parvus.

¶ Carcinites, ſinus Sarmatiæ, & pars ponti Euxini, nunc dicitur à nautis *Golfo di Moſcovia*; extenditurque ad 100. mill. paſs. ab Africo in Cæciam.

Cerceticus, Sarmatiæ Aſianæ oram ad Euxinum mare, ubi Cercetii populi, alluens.

¶ Coretus ſinus pars eſt occidentalis Mœotidis paludis versùs Bugem lacum & Tauricam Cherſoneſum. Sed de eius recenti nomine non conſtat.

Cantageus, Sarmatiæ Aſianæ poſt Cerceticum.

Cyclaminus, ad Boſphorum Thracium oram alluens Bithyniæ.

¶ Cyclaminus, ſinus Boſphori Thracii in ora Bithyniæ, nunc Soltanicus ſinus dicitur, teſte Petro Gyllio; eſtque ſatis parvus.

Aſtacenus, Bithyniæ ad propontidem, *Golfo di Comidia*, ab Aſtaco oppido, inter Acritam promontorium ad Boream,

ream & poſidium promontorium ad meridiem, in quo Nicomedia, ferè 90. mill. paſſ. patens.

Nicopolitanus, ibidem, à Nicapoli urbe, inter poſidium promontorium, ab Aſtaceno ſeparans, & Dalcylon urbem, *Golfo di Montanea*.

¶ Nicapolitanus ſinus pars eſt propontidis, & vulgò *Golfo di polimeure* dicitur; eſtque in Aſia minori.

Idæus, phrygiæ minoris, qua Idam montem & loca finitima attingit.

¶ Adramittenus ſinus pars eſt maris AEgæi, inter oram Myſię majoris, in Aſia minori, versùs Adramittium urbem & Lesbum inſulam; & vulgò *Golfo de Andrimiti* dicitur. Ab antiquis etiam pro Idæo ſumitur.

¶ Smyrnæus ſinus, *Golfo di Smirna*, pars maris AEgæi in ora Aſiæ minoris & Aeolidis, atque Joniæ, inter Aegam promontorium ad Boream & Argennum ad auſtr.

Iaſſius, Cariæ, ab Iaſſo urbe, inter poſidium promontorium apud Miletum et Halycarnaſſum urbem ad meridiem, *Golfo di Meſſi*.

¶ Jaſſius ſinus ab aliis dicitur *Golfo di Milaſſo*, & meliùs; eſtque inter poſidium promontor. & Mindum urbem.

Ceramicus, ibidem, inter Halicarnaſſum & Gnidum urbes, ſic à Ceramo urbe, *Golfo di S. Pietro*.

¶ Glaucus ſinus, Aſiæ minoris in Caria, *Golfo de Macre* hodie dicitur.

Attalicus, Pamphyliæ, ab Attalia urbe, *Golfo di Settalia*, inter Olbiam ad occaſum & Sidam ad ortum, ſupra 54. mill. paſſ. longitudine.

Iſſicus, Ciliciȩ, ob Iſſo urbe inter oſtia pyrami & Orontis ad 100. mill. paſſ. *Golfo del Aiazza*.

Sirbonis, palæſtinæ, apud fines Aegypti, inter paludes, inter Caſium montem & peluſium, *Golfo di Teneſe*, olim 150. mill. paſſ. circuitu.

¶ Sirbonis veriùs eſt palus, nunc *le Baranguer lis* dictus à nautis; ibique nullus eſt portus, ſeu ſtatio navium in ora littorali, neque etiam ad multa milliaria.

Syrtis magna, Africæ, in confinio Cyrenaicæ, *Golfo di Solocho*, ambitu 625. mill. paſs. inter promontorium Trierorum Africæ ad occaſum et Boreum promontorium Cyrenaicæ ad ortum.

¶ Syrtis magna dicitur hodie a Gallia *Seiches de Barbarie*, ab Hiſpanis *Baxos de Barbaria*, & ab Italis *Golfo de Sidra*, Sanſone teſte; eſtque in ora Cyrenaicæ & Tripolitanæ regionum.

Syrtis parva, Africæ, inter Brachodem ad occaſum & Zetham ad ortum Africæ promontoria, ambitu 300. mill. paſſ. patens, ad quam Neapolis, et Leptis magna, vulgò Tripoli *Golfo di Capes*.

¶ Adrumeti ſinus, *Gofe de Machomette*, ſeu *de Hammamet*, aliàs in Africa propria, hodie in regno Tunetano, propè Adrumetum & inter Mercurii promontorium ab Boream & Syrtim parvam ad meridiem.

¶ Carthaginenſis ſinus, hodie Tunetanus, *Golfe de Tunis*, in ora Africæ, & regni Tunetani, propè Tunetum & rudera Carthaginis.

Hipponenſis, ab Hippone urbe dictus, inter Hermæam promontorium & Numidicum, *Golfo di Bona*.

Olcachites, ejuſdem Africæ, *Glefo di Stora*, inter Hippos ad ortum & Tretum ad occaſum promontoria: in eo Collops parvus.

Numidicus, eiuſdem regionis, in Mauritaniæ Cęſarienſis confinio, *Gofo di Eſtora*, inter Ampſagam fluvium terminum Mauritaniæ & Africæ ad occidentem; & Tretum promontorium ad ortum: in eo Colops magnus.

¶ Numidicus ſinus parvus in ora Numidiæ regionis, hodie *Golfe du Colle* dicitur à Gallis, à Chullu urbe adiacente: vixque 6. leuc. diſtat a ſinu *de Store* dicto in occaſ.

¶ Catanenſis ſinus, *Golfo di Catania*, pars eſt maris Ionii in ora orientali Siciliæ, inter Catanam & Auguſtam.

¶ Sinus panormitanus, *Gofo di Palermo*, pars eſt maris Tyrrheni in ora Boreali Siciliȩ, propè panormum.

¶ Sinus Caſtri ad mare, *Golfo di Caſtel à mare*, ſinus eſt maris Tyrrheni in ora occidentali Siciliæ, ad Segeſtanorum emporium, atque medius inter panormum, et Drepanum.

¶ Calaritanus ſinus, *Golfo di Calari*, ſinus eſt maris Mediterranei in ora orientali Sardiniæ, propè Calarim ejus primariam.

¶ Sulcitanus ſinus, *Golfo di palma*, eſt in ora auſtrali ſardiniæ, inſulæ Africæ obverſa, propè ſulci rudera, et Enoſim inſulam.

¶ Arboreus ſinus, *Golfo di Oriſtagni*, pars eſt maris Mediterranei in ora occidentali ſardiniæ inſ. propè Arboream.

¶ Terræ novæ ſinus, *Golfo di terra nova*, eſt in ora orientali ſardiniȩ, et in eius parte Boreali, inter Terram novam oppidum et Hermæam inſulam.

¶ Calalus ſinus, *Golfo di Calvi*, pars eſt maris Mediterranei, in parte occidentali Corſicæ inſulæ, propè Calvium.

¶ Sinus S. Florentii, *Golfo di s. Fiorenzo*, eſt in parte Boreali Corſicæ inſulæ, propè arcem s. Florentii et Nebii rudera.

¶ Adiacii ſinus, *Golfo d' Adiazzo*, pars eſt maris Mediterranei, in parte occidentali Corſicæ inſulæ, propè Adiacium ſeu Vicinium.

¶ Amphimalus ſinus, *Golfo de ſuda*, pars eſt maris Ægæi, in ora Boreali Cretæ inſulæ, & in eius parte occidentali, versùs Cydoniam urbem.

¶ Sitiæ ſinus, *Golfo di ſitia*, eſt in ora Boreali Cretæ inſulæ & in eius parte orientali, propè ſitiam urbem.

¶ Spinæ longæ ſinus, *Golfo di ſpina longa*, pars maris Ægæi, in ora Boreali Cretæ inſulæ, propè ſpinam longam arcem littoream et inter ſitiam ad ortum et Candiam ad occaſum.

Sunt & ſinus maris Baltici, Codanus, Cimbricam ſaxoniæ partem, ſive Vandaliam alluens, in quo Daniæ inſulæ plures ſunt: Venedicus, latiſſimè patens inter oſtia Viſtulæ et Narvæ pruſſiam, Samogitiam, Livoniamque luſtrans, Finnicus inter Finlandiam et Careliam; et Bothnicus, inter Finlandiam et Botniam.

¶ Codanus ſinus ſæpiſſimè ſumitur pro mari Baltico, inter Daniam, Germaniam, Poloniam, et Sveciam extenſo. Vide mare Balticum et Codanus ſinus.

¶ Bothnicus ſinus, *Golfe de Bothnie*, in Arctos excurrit inter Sveciam propriam, Bothniam & Finniam.

¶ Finnicus ſinus, *Golfe de Finlande*, in ortum extenditur inter Finniam, Careliam, Ingriam & Livoniam.

¶ Rigenſis ſinus, *Golfe de Rige*. pars eſt maris Baltici, inter Livoniam propriam, Curiandiam & Oſiliam inſulam extenſa; aliàſque Clilipenus dictus fuit.

¶ Granduicus ſinus, ſeu mare Album, *la mer Blanche* Gallis, *Bella More* Moſchis, *de Witte Zèe* Belgis, pars eſt maris ſeptentrionalis, per Lapponiam extenſa. Vide mare Album.

¶ Auſtrinus ſinus, *Zuyderzèe* Belgis, *mer du Zud* Gallis, pars eſt Oceani Germanici, inter provincias Holandiam, Friſiam occidentalem, Gueldriam & Tranſiſalanam excurrentis. Vide Auſtrinum mare.

¶ Gaditanus ſinus, *Baya de Cadiz* Hiſpanis, *Golfe de Cadis* Gallis, pars eſt Oceani Atlantici, in ora Vandalitiæ, & Gaditanæ inſulæ, quibuſdam autem pars eſt ſinus Equarum.

¶ Sinus Equarum, *Golfo de las Yeguas* Luſitanis, *Golfe des Iumens* Gallis, pars eſt Oceani Occidentalis, inter promontorium Sacrum ad Boream & promontorium Cantinum oſtiaque Ommirabhi fluvii ad meridiem.

¶ Sunt etiam alii ſinus maris mediterranei, uti & ponti Euxini & maris Caſpii. Sed eos propriis locis deſcriptos invenies, uti & ſinus Oceani, tum in inſulis, tum etiam alibi.

Sinus Oceani apud ptolemæum & alios, à Freto Herculeo inchoando:

Emporicus, Mauritaniæ Tingitanæ, inter Subur fluv. et montem Atlantem minorem, *Golfo di Sella*.

¶ Emporicus ſinus quibuſdam eſt *Golfo de Salè*, ſinus parvus Africæ, in ora regni Fezzæ, propè Salam urbem.

Heſperius, Libyæ interioris, inter Ryſſadium & Cornu Heſperii, *le ſeche delle Garze*.

¶ Heſpericus ſinus, *Golfe de s. Thomas*, dicitur aliter Æthiopici ſinus intimus receſſus; eſtq; inter oram orientalem Guineæ & regni Benini ad Boream, & Æthiopiam inferiorem ad ortum, ſed longè à Corno Heſperii.

Barbaricus, Æthiopiæ ſub Ægypto, inter Raptum promontorium ad meridiem, & Aromata promontorium ad ſeptentrionem, *Golfo di Melinde*.

¶ Barbaricus ſinus, ſeu Aſperum mare, propè Raptum promontorium hodie *mer de Zanguebar* dicitur; eſtque in parte orientali Æthiopiæ propriæ; & ejus pars admodum parva eſt ſinus Melindæ.

Avalites, ejuſdem regionis, inter Aromata & fauces ſinus Arabici, *Golfo di Zeilan*. (Parvus eſt.)

Arabicus, & inter Arabiam & Ægyptum, Æthiopiamque ſub Ægypto, ad 350. leucas, hoc eſt, 1050. mill. paſſ. inter fauces, & intimum illius receſſum extenſus, *il Maraſſo*.

¶ Arabicus ſinus hodie *la mer Rouge*, ſeu etiam *mer de la Mecque* dicitur à Gallis, & *mare Roſſo* ab Hiſpa-

Hiſpanis. Vide Arabicus ſinus, & mare Rubrum.

Adulicus, pars ſinus Arabici, Æthiopiam ſub Aegypto alluens, inter fauces illius & Colobon promontorium, in quo Adulis urbs, *Golfo di Ercoco*.

Heroopolites, pars Arabici in intimo receſſu, ubi Heroum urbs.

¶ Heroopolites ſinus nunc *Golfe de ſuez* dicitur; eſtque in parte Borealiori ſinus Arabici, inter Ægyptum & Arabiam petræam.

Ælaniticus, pars ſinus Arabici, in Arabiæ petrææ & felicis confinio, ubi Ælana urbs, *Golfo di Eltor*.

Sachalites, Arabię felicis in ora ad ortum, inter Syagrum ad meridiem, & Corodamum promontorium ad Boream, *Golfo di ſachalat*.

Perſicus, inter Arabiam ad meridiem & perſidem cum Suſiana ad Boream, 255. leucis extenſus, *Golfo di Perſia*.

¶ Perſicus ſinus nunc *Golfe de Balſora*, & *mer d'Elcatif* dicitur, ſeu etiam *Golfe de Perſes* & ejus pars orientalis, ſeu extra ejus fauces dicitur ſinus Armuzianus.

Ichthyophagorum Macarum, Arabiam alluens; pars perſici.

Leanitis, pars perſici, Arabiam felicem alluens.

Sacer, pars perſici, inter Leanitem & Meſanitem, Arabiam alluens in intimo ferè receſſu.

Meſanites, pars perſici, Arabiam alluens.

pelodes, pars perſici Suſianæ regionis oram alluens.

paragonticus, Carmaniæ, inter promontoria Carpellam ad occaſum & Alabagium ad ortum, *Golfo de Guzerat*.

¶ paragonticus ſinus Carmaniæ, forſan eſt *Golfe de Guadel*, ut coniicitur ex ſitu. Sed longè diſtat à tractu *Guzarate* in occaſum.

¶ Canthi ſinus, *Golfe de l' Inde*, ſinus eſt Indiæ intra Gangem, propè oſtia Indi fluvii, & versùs confinia Imperii perſarum, teſte Sanſone.

Barygazenus, primus ſinus Indiæ, * inter oſtia Indi fluvii & ſinum ſequentem Canthicolpicum, *Golfo di Cambaia* ſic à Barygaza urbe. (* Forſan inter Canthi ad oſtia Indi, & Colchicum ſinum ſequentem: hoc enim ordine ponuntur, Canthi vel Canthicus, Barygazenus, Colchicus.)

¶ Barygazenus ſinus, *Golfe de Cambaye* dicitur ab urbe adjacente, ſeu *de Guzarath* à regno vicino.

Colchicus, ejuſdem Indiæ citerioris, inter Comariam & Cory promontoria, ſic à Colchi urbe, *Golfo di Cochin*. (Quid ſit non conſtat.)

Orgalicus, Indiæ, inter Cory promontorium auſtraliſſimum & Taprobanam inſulam, *Golfo di Zeilan*, ſub quo & Argaricus Orgalicum ſequens continetur.

¶ Orgalicus ſinus ubi fuerit difficile eſt dicere; & inter Cory, ſeu Comaria extrema, & Taprobanam eſt fretum *Manar* dictum, ſed nullus ſinus, neque propè Cocinum.

Gangeticus, qui & Magnus, inter Indiam citeriorem & ulteriorem, omnium maximus, circuitu 1250. leucis Hiſpanicis, latus in ore 400. inter Cory promontorium citerioris & Colon ulterioris, *Golfo di Bengala*, ſic à Gange fluvio in eum influente dictus.

Sabaracus, vel Sarabacus, Indiæ ulterioris, Magno ad meridiem attiguus, iuxta Auream Cherſoneſum, ab ea in Boream recedens, *Golfo di ſavolas*.

¶ Sabaracus ſinus Gangetico attiguus eſt, *Golfe de Martaban*. Sed longè diſtat à Magno ſinu in ortum.

¶ Perimulicus ſinus, Indiæ ulterioris, eſt *Golfe de ſiam*, ſic dictus à regno adjacente.

¶ Sinus magnus, *Golfe de Haynam* ſeu *de la Cocinchine*, extenditur inter Indiam Vlteriorem, & Sinarum regionem.

Sinarum, qui & Chryſe, ſinas alluens, *Golfo della China*.

¶ Sinarum ſinus ſeu intimus receſſus, hodie *Enſeada de Nanquin* Luſitanis, eſt in parte orientali ſinarum versùs Coream. Aliis dicitur *Golfe de Gang* ſeu *de Zang*.

¶ Manilhanus ſeu Cavitæ ſinus, *Bahia de Cavita*, pars eſt Oceani Indici, in parte occidentali Manilhæ inſulæ, in philippinis, & propè Manilham urbem.

Sinus maris Mediterranei ex ordine occurrentes:

Virgitanus.
Illicitanus.
Sucronenſis, Hiſpaniæ.
(*Lugdunenſis, Galliæ.*)
(*Aſtromela, Provinciæ.*)
(*Sambracitanus, Provinciæ.*)
(*Rapallenſis, Liguriæ.*)
Lunenſis, qui & Erycis, Liguriæ.
(*Plumbini, Hetruriæ.*)
Formianus, ſeu phormianus, & Cajetanus, Latii novi.
Baianus, qui & puteolanus, Cumanus, & Crater, Campaniæ.
Pæſtanus, qui & poſidoniates.
Laus, Lucaniæ.
Hipponiates, qui & Terinæus, & Napitinus, Brutiorum.
Scyllaceus.
Tarentinus, magnæ Græciæ.
Hyrias, qui & Urias, Apuliæ Dauniæ.
Adria ſive Hadria cum aſpiratione, qui & Adriacus et Adriaticus, ſive Hadriacus et Hadriaticus, Venetiæ.
Tergeſtinus, Caarnorum et Hiſtriæ.
Flanaticus, Hiſtriæ et Liburniæ.
(*Naronenſis, Dalmatiæ.*)
Rhizonicus, Dalmatiæ.
(*Illyricus, Macedoniæ.*)
(*Onæus, Macedoniæ.*)
(*Buthroti, Epiri.*)
Ambracius, Epiri.
Corinthiacus.
Criſſæus, pars Corinthiaci.
Chelonates, qui et Chelonites.
Cypariſſius.
Coronæus, qui et Meſſeniacus et Aſinæus.
Laconicus.
Argolicus, peloponneſi.
Saronicus, qui et Salaminiacus, et Megaricus, peloponneſi et Atticæ.
Euboicus, Eubœæ.
Opuntius, qui et Maliacus, et Oetæus, phthiotidis.
pagaſicus, qui et pelaſgicus, Theſſaliæ.
Thermæus, qui et Thermaicus.
Toronaicus.
Singiticus.
Strymonicus, Macedoniæ.
Melanes, Thraciæ.
(*Chryſoceras Thraciæ.*)
Carcinites, Sarmatiæ Europææ.
Cercetius.
Cantangues, Sarmatię Aſianæ.
Cyclaminus.
Aſtacenus.
Nicopolitanus, Bithyniæ.
Idæus apud Troiam, phrygiæ.
(*Adramittenus, Aſiæ minoris.*)
(*Smyrnæus, Aſiæ minoris.*)
Ceramicus, Cariæ.
Attalicus, pamphyliæ.
Iſſicus, Ciliciæ.
Sirbonis, Palæſtinæ.
Syrtis magna.
Syrtis parva.
(*Carthaginenſis, Africæ.*
Hipponenſis.
Olachites, Africæ.
Numidicus, qui et Laturus, Numidiæ.

Sunt et ſinus aliquot inſularum maris Mediterranei, velut Sardiniæ, Siciliæ, Corcicæ, Cretæ, et Cypri.

Sinus Oceani apud veteres per ordinem:

Æmporicus, Mauritaniæ Tingitanæ.
Heſperius, Libyæ interioris ad occidentem.
Barbaricus, qui et Troglodyticus.
Avalites, apud fauces ſinus Arabici.
Adulicus, pars Arabici, AEthiopiæ ſub AEgyto.
Heroopolites et AElanites, partes Arabici, Arabiæ petrææ.
Arabicus inter Africam et Arabiam.
Sachalites, Arabiæ felicis ad ortum.
Perſicus, cuius partes ſunt Capeus, et Gerraicus, ubi Gerra urbs ampla, inter Arabiam et perſiam.
Sinus Ichthyophagorum Macarum, Leanitis, Sacer, ac Meſanites, partes perſici, in Arabia.
Pelodes, pars perſici, in Suſiana.
Paragon, ſeu paragonticus, Carmaniæ.
Canthicus, apud oſtia Indi.
Colchicus, apud Comariam promontorium.
Orgalicus, qui et Argaricus, apud Cory promontorium. Indiæ citerioris.

Gan-

Gangeticus, qui et Magnus.
Sarabacus, pars Gangetici, Indiæ ulterioris.
(*Perimulicus, Indiæ ulterioris.*)
(*Magnus ſinus, Sinarum.*)

¶ Sinus Antonii Ægidii, *Baye d'Antongyl* ſeu *de Manghabei*, ſinus eſt Africæ, in parte Boreali Madagaſcariæ inſulæ, ſeu Delphinæ, & in ejus ora orientali, ubi colonia Francorum.

¶ Sinus S. Auguſtini, *Baye de S. Auguſtin*, eſt in parte auſtrali Madagaſcariæ inſulæ, ubi ora in occaſum tendit. Dicitur etiam *Ionghe labe* ab incolis; ibique ineſt colonia Francorum.

Sinarum, qui Chryſe, & Magnus, apud Satyrorum promontorium.

Sunt præter hos ſinus alii inſularum Oceani, uti Albionis, Hiberniæ, Taprobanes, & aliarum.

Sinus Oceani in America per ordinem:

¶ Sinus Hudſonius, *Golfe de Hudſon* Gallis, *Hudſon Bay* Anglis, ſinus Americæ ſeptentrionalis peramplus, versùs Terras Arcticas & Eſtotilandiam, & ab Anglis detectus. Ejus partes ſunt Iacobi ſinus & ſinus Magnus, ſeu Liberatio, in parte Auſtrali.

¶ Sinus Buttonius, *Buttons Bay*, ſinus Americæ ſeptentrionalis in mari Chriſtiano, versùs novam Daniam & terras Arcticas.

Sinus Baffinii, *Baffins Bay* Anglis, ſinus amplus in Terra Arctica, à Baffinio Anglo detectus paucis ab hinc annis, & maximè in ſeptentrionem extenſus.

¶ Sinus S. Laurentii, *Golfe de S. Laurent*, pars ampla maris Borealis, inter oſtium fluvii S. Laurentii ad occaſum & inſulam Terræ novæ in nova Francia ad ortum; & in eo ſunt plurimæ inſulæ, ſed præſertim S. Ioannis, promontorii Britonum & Aſſumptionis.

¶ Sinus Mortuorum, *Baye des Trepaſſez*, eſt in nova Francia & in parte auſtrali inſulæ Terræ novæ.

¶ Sinus Gallicus, *Baye Francoiſe*, ſinus Americæ ſeptentrionalis, & pars maris Borealis in nova Francia & in Acadia provincia, inter novam Angliam ad occaſum, & promontorium Arenarum ad ortum, versùs portum Regium.

¶ Sinus Cheſapeacus, *Cheſapeak, Bay*, pars eſt maris Borealis, in America ſeptentrionali, & in Virginia regione.

¶ Sinus Spiritus Sancti, *Bahia del Spiritu Santo* ſeu *mare Pequeno*, pars eſt ſinus Mexicani, in America ſeptentrionali & in ora Floridæ regionis.

¶ Sinus Mexicanus, *Golfe de Mexico*, pars maris Borealis, in America ſeptentrionali, versùs oram Floridæ & novæ Hiſpaniæ. Vide Mexicanus ſinus.

Sinus Honduræ, *Golfe de Honduras*, pars maris Borealis, in America ſeptentrionali, & in Nova Hiſpania. Ejus intimus receſſus dicitur *Golfe de Guanaios* ab Hiſpanis.

¶ Sinus Urabæ, *Golfe de Vraba*, pars maris Borealis, in America meridionali; versùs Iſthmum panamæ, & inter provincias Terræ firmæ & Carthaginis novæ. Vide Vrabæ ſinus.

¶ Sinus Venezuelæ, *Golfe de Venezuela*; ſinus maris Borealis, in America meridionali. Dicitur aliter *Golfe de Coro*; eſtque in Venezuela provincia. Vide Venezuelæ ſinus.

¶ Sinus pariæ, *Golfe de Paria*, pars eſt maris Borealis, in ora Americæ meridionalis, inter pariam, ſeu novam Vandalitiam provinciam & inſulam Trinitatis.

Sinus omnium Sanctorum, *la Bahia de todos los Santos*, ſinu parvus Americæ meridionalis, in Braſilia regione, in eius ora orientali, & in præfectura cognomine, iuxta soteropolim urbem.

¶ Sinus Laborum, *Bahia de los Trabaios*, ſinus eſt Americæ meridionalis, in mari Magellanico, & in ora orientali Magellanicæ regionis, prope portum Deſideratum.

¶ Sinus Valentinus, *Valentyns Bay*, ſinus Americæ meridionalis, in Magellanica regione, & in parte orientali Terræ Ignium, propè fretum Maereum.

¶ Sinus S. Michealis, *Golfo de s. Miguel*, ſinus maris Auſtrini, in America meridionali, & in ora provinciæ Terræ firmæ, propè ſinum panamæ.

¶ Sinus Bonaventuræ, *Bahia de Bonaventura*, ſinus maris Auſtrini, in America meridionali, & in ora regionis popaiani.

¶ Sinus Panamæ, *Golfe de panama*, ſinus maris Auſtrini, in America meridionali, propè Panamam & juxta Iſthmum, inter utramque Americam. Vide panamæ ſinus.

¶ Sinus Salinarum, *Golfo de Salinas*, pars eſt maris Auſtralis, in ora novæ Hiſpaniæ, & Guatimalæ præfecturæ.

¶ Sinus Præfectura, *Capitania de la Bahia*, ſeu præfectura ſinus omnium Sanctorum, *Capitania de la Bahia de todos os Santos*, provincia Americæ meridionalis, in Braſilia regione, & in ejus ora orientali. Terminatur à ſeptentrione præfectura Seregippæ, & a meridie præfectura inſularum; & eius primaria eſt Soteropolis, ſeu Fanum S. Salvatoris, *San Salvador*, totius Braſiliæ facilè caput, ad ſinum omnium Sanctorum.

¶ Siorium, *Sior*, urbs Aſiæ, Sengadæ provinciæ caput, & regni Coreæ primaria, ubi commoratur Rex Coreæ ſub clientela Imperatoris Sinarum; & 60. leucis diſtat ab ora auſtrali Regni, iuxta fluvium magnum, teſte Henrico Hamelio Gorcomenſi Batavo, qui illas par- Ptol.
tes nuper luſtravit.

Siparuntum, *Sclatina*, teſte Moletio, oppidum Dalmatiæ mediterraneum, in Myſiæ ſuperioris confinio, ultra Scodram 60. mill. paſſ. in Cæciam, à Liſſo urbe maritima, in confinio Dalmatiæ & Macedoniæ 50. in Boream. plin.
Siphæ, *Roſa*, teſte Sophiano, oppidum Bœotiæ, ad Ptol.
ſinum Criſſæum, inter Criſſam ad occaſum, & Iſthmum Corinthiacum ad ortum, non longè diſtans. Ibi navale, teſte Stephano. Ver.
Siphax, *Iphax*, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, apud Cal- Trad.
pen, everſum, ſic à Siphace Rege conditore dictum. Liv.

Siphea, oppidum Lucaniæ, in Bruciorum confinio, everſum, apud Muranum oppidum, Caſtrovillario vicinum, ad 4. mill. paſſ. diſtans. Ibi adhuc rudera monſtrantur, teſte Barrio. Vide Sypheum.

Siphnos, quæ & Merope, teſte Stephano, ſeu Mero- plin.
pia & Acis, teſte Plinio, *Sifano* Sophiano, inſula maris Steph.
Ægæi, una Cycladum, inter Melon ad auſtrum 30. Ptol.
& Delon ad Arctos ſupra 40. mill. paſſ. Seripho propior, & al.
non scyro, ut in Theſ. Ling. Latinæ, ipſa circuitu 28. proxima & Teno. Siphnii incolæ dicuntur apud Stephanum & suidam. Hic pocula fiebant pulcherrima, ut quoties pocula affabrè facta quis ſignificare vellet, *pocula Siphnia* diceret.

¶ Siphnos, *Sifane*, inſula maris Aegæi. Probè culta eſt, cum urbe ſatis ampla in colle, ſub dominio Turcarum; & 8. mill. paſſ. diſtat à seripho inſula in meridiem.

Siphris, Syfrea Marcellino, oppidum fuit Meſopota- proco.
miæ, Amidæ urbi proximum, inde 150. ſtadiis diſtans. Sidon

Siplusianum, Pluſianum aliis, et Pruſianum, (varia enim eſt lectio) prædium Galliæ Narbonenſis, circa Nemanſum urbem, teſte Vineto. Vit.
Sipontum, sypus et sepius Straboni, sepus ptolemæo, Liv.
sipus Stephano, sipuntum Melæ, colonia et urbs Apu- plin.
liæ Dauniæ, in ora littorea, ad Gargani montis radices, archiepiſc. et metropolis, ſed exciſa, *siponto* adhuc dicta, apud Manfredoniam urbem recentem, (quæ illi ſucceſſit, poteſtque novum Sipontum dici) à Diomede condita, et à saracenis everſa, à Luceria 30. mill. paſſ. in Boream, quot à Barolo et oſtio Aufidi fluvii in occidentem. Sipus Lucano lib. 5.

Quas recipit Salapina palus, & ſubdita Sipus
Montibus.

¶ Sipontinus ſinus, *Golfo di siponto*, pars eſt maris Adriatici, versùs oram littoralem regni Neapolitani, inter oram Apuliæ, et montem Garganum, versùs siponti rudera, et Manfredoniam, aliàsque Hyrias ſeu Urias dictus fuit.

¶ Sippara, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo. Ptol.
Sipphara, *Viſſaopatan*, teſte Caſtaldo, urbs Meſopotamiæ inter Naardam ad occaſum et seleuciam ad ortum, haud procul à ſciſſione Euphratis.

¶ Sipte, Thraciæ urbs, teſte pauſania in Eliacis. plin.
Sipylum et sipylus, sipylos Stephano, oppidum fuit Sol.
Lydiæ, in Magneſia, abſorptum, teſte Plinio, quod et Pauſ.
Tantalis, (et Tantalum) teſte solino, ubi ſtagnum Sale, quod, teſte Plinio, Tantali, et sipyli ſtagnum (apud Sipylum montem) dicebatur. De quo Ovid. lib. 6. Metamorphoſeon:

Tunc cum Mæoniam virgo, Sipylumque colebat.

Propertius libro 2. elegia 16.

Sollicito lacrymas depluit à sipylo. Steph.

Sipylus mons, *Cuſinas*, teſte Ioanne Lydo, mons Lydiæ, & al.
apud Mæandrum fluvium, in phrigiæ magnæ confinio,

qui phlegræus ab Ariſtotele, & Ceraunius à Plutarcho nominatur. Eſt & mons hujus nominis in Peloponneſo, teſte Pauſania. Ovid. lib. citato:

*Fræna dabat * ſipylus, veluti cum præſcius imbres*
Nube fugit viſa.

Suid. (* Sipylus vero hoc loco nomen viri, filii Niobes.)

Sir, urbs olim ingens Illyrici, teſte suida, de qua tamen apud alios nihil legi.

Bibl. Sira, Beſira Ioſepho, puteus erat Palæſtinæ, apud Hebron urbem, ab ea 20. ſtadiis diſtans.

strab. Siraci, * seraceni Ptolemæo, siraces Polyęno, populi Aſiæ, ad Achardum fluvium, intra Caucaſios montes, quorum urbs Seraca Ptolemæo, *Sireon* nunc, teſte Nigro, inter Euxinum & Caſpium maria. (* In Seldeni manuſcripto *Siraconoi*.)

¶ Siradia, *Sirad*, urbs Poloniæ inferioris, palatinatus cognominis caput, ad Wartam fluvium. 6. leucis polonicis diſtat à Caliſia in Eurum, & 10. à Lancicia in Africum.

¶ Siraſtra, urbs Indiæ intra Gangem, ad Barigazenum ſinum. Nunc, sanſone & aliis teſtibus, eſt *suratte*, urbs ampla & emporium celebre regni Guzaratæ, in India propria, ſub dominio Magni Mogolis. Vide surata.

Ptol. Sirbi, populi sarmatiæ Aſianæ, quorum regio *sirſia*. Vide serbi, (qui tamen diverſi ſunt à sirbis, utpote populi Europææ scythiæ.

¶ Sirbi ſeu serbi populi fuere Albaniæ, inter Hyrcanum mare ad ortum & caſpium montem ac confinia Iberiæ ad occaſum.

¶ Sirbia ſeu serbia, regio Europæ, ubi aliàs Moeſia ſuperior. Vide servia.

Plin. *Ptol.* Sirbonis, sirbon stephano, serbonis Herodoto & Diodoro, & Barathron eidem, Barathra Polybio, palus ingens Palæſtinæ, in Ægypti confinio, inter Caſium & Peluſium, in ora maris syriaci, quæ varia habet nomina; nam *Stagnone* Nigro, *Golfo di Teneſe* Pineto, *Golfo di Damiata* pigafettæ, *Camet Eſturnel* Guillelmo Tyrio, circuitu olim 150 m.paſſ. teſte plinio, nunc minor. Hanc Dionyſius libro de ſitu orbis ingentem & liquidam facit:

Qua lacus eſt ingens liquida Sirbonidis unda.

A Sur in intimo ſinus Arabici receſſu 1000. ſtadiis abeſt, hoc eſt, 125. mill. paſſ. tanta eſt inter ſinum Arabicum & mare Mediterraneum diſtantia. Habet hic lacus longitudinis 200. ſtadia, latitudinis ad 50. anguſtum inter ſe & oram maris linquens ſpatium.

¶ Sirbonis palus, ſeu veriùs ſtagnum, nunc *le Baranguerlis* vulgò dicitur ab incolis illius tractus, & ſenſim deficit, ut mihi narrarunt nautæ, qui nuper illas oras luſtrarunt; eſtque in Aegypto, ſed in ipſo limite palæſtinæ.

¶ Sirca, *sirck*, oppidum munitum Lotharingiæ, ad Moſellam fluvium, in confinio Ducatus Luxemburgeſis. Iuris eſt Francici ab anno 1643. Diſtat 3. leucis Gallicis à Theodonis villa in Cæciam, Treviros verſùs 5. & 4. à Luxemburgo in ortum. Ei adjacet caſtrum validum in colle.

Plin. Sirenuſſæ vel sirenuſæ, petræ sirenum Melæ, saxa sirenum Solino, inſ. tres parvæ velut ſcopuli in ſinu pæſtano, apud promontorium sirenuſſarum, quod ſinum prædictum finit: quorum propior Leucoſia ſive Leucaſia dicitur, reliquæ duæ una parthenope, altera Ligia, & in genere *le Sirene* dicuntur, in ſpecie prior *la Licoſa*, altera *S. Pietro*, reliqua *Gale* ſeu *la Galetta* & aliis il *Gallo*. Apud Lycophronem una piſinoe, altera Aglaope, reliqua Telxiepia dicitur. Sirenes ſepultæ apud promontorium claudens ſinum pæſtanum nomen sirenum ſcopulis dederunt: unde ortum adagium, *Sirenas præternavigas*, de eo qui præceptis philoſophiæ optimè munitus, præterit ſcopulos Sirenum, hoc eſt, voluptates, ut apud platonem in Socrate. *Ad Sirenum ſcopulos conſeneſcere* vel *apud Sirenas*, eſt alicui rei valde diùque inhærere.

Strab. Sirenuſſarum promontorium, *Capo Leucoſo*, & *Capo della Licoſa*, promontorium Lucaniæ, quod ſinum pæſtanum ad ortum finit, ex adverſo Athenæi, in picentibus eundem ſinum ad occaſum claudentis, medium ferè inter pæſtum ad occaſum, & Veliam ad ortum, 12. mill. paſſ. à salerno 37. in ortum recedens.

Plin. Siricinium, *Serczin*, pagus Belgii in Atrebatenſi territorio, ubi S. Leodegarius Epiſcopus occiſus; & locus *le bois de ſaint Leger* adhuc nominatur.

¶ Siricis, Armeniæ minoris urbs, teſte Antonino.

Sirion ſive Sirio, *Rions*, ut Ortelio videtur, pagus Aquitaniæ, apud Garumnam fluvium, inter Burdigalam 15. & Agennum 56. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario.

Siris, *Senno*, teſte Scipione Mazzella, fluvius magnæ Græciæ, apud Metapontum & Heracleam (ſive nunc Amigdalariam) in ſinum Tarentinum influens ad Sirim oppidum, quod ibi erat, teſte Plinio. Ab aliis *Sirio*, & *Sino* nominatur, ab Heraclea 24. ſtadiis, à Thuriis 330. in Boream, Tarentum verſùs 340. teſte Strabone. Is hodie Calabriam citeriorem ſeparat à Baſilicata. In Theſauro Linguæ Latinę hic oppidum ſcribitur fuiſſe in Metaponto; cum ſcribendum ſit apud Metapontum.

¶ Siris, *seno*, fluvius aliàs Lucaniæ trans Apenninum montem, hodie in Baſilicata provincia regni Neapolitani. Oritur in limite Calabriæ citerioris. Grumentum rigat & propè oppidum Sirim, hodie *Torre di S. Baſilio*, in ſinum Torrentinum ſe exonerat vix; 5. mill. ab Heraclea in meridiem, uti 15. à Metaponto. Sed Calabriam citeriorem à Baſilicata non ſeparat.

¶ Sirmienſis Comitatus, *Comptè de sirmiſch*, provincia Hungariæ inferioris, in Raſcia, inter Danubium fluvium ad ortum, Valkonienſem Comitatum ad Boream, Poſegienſem ad occaſum & Savum fluvium, quo terminatur à Raſcia in meridiem. Ejus caput eſt sirmium; ſubeſtque dominio Turcarum.

Sirmio, Sermio Antonino, *Sermione*, pagus Cenomanorum Venetiæ, ad Benacum lacum, in peninſula inter Brixiam ad occaſum, & Veronam ad ortum 26. mill. paſſ. circiter; (*eſtque in agro Brixiano, ut pluries vidi.*) *Ptol.*

Sirmium, Sirmis Iornandi, Sermium Evagrio, *Sirmiſch* Lazio & aliis, colonia & urbs olim epiſcopalis Pannoniæ inferioris ſub Archiepiſcopo Colocenſi, ad Bacuntium fluvium, ubi is in Saum labitur, exciſa, inter Archiacum ac occaſum, & Taurunum ad ortum ſupra 10. leucas, à Murſa ſupra 8. à Buda 18. in auſtrum. In Theſauro Linguæ Latinæ pro Sirmium Sirmion ſcribitur.

¶ Sirmium, *szreim* Hungaris, *sirmiſch* Germanis, urbs aliàs Pannoniæ Saviæ, nunc in Hungaria, ad amnem Boſvvetham, qui 5. mill. paſſ. infra cadit in Savum, & ad radices Arpatari montis. Nunc paucis conſtat incolis; & in vicum redacta eſt, 22. leucis à Buda diſtans. *stehp.* *Ptol.*

Siſapone, siſapo Straboni, oppidum olim Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Oretanorum, nunc pagus *Chilon*, teſte Henrico Coquo.

Siſapone, & siſapo Straboni, oppidum alterum Hiſpaniæ Bæticæ, in Bæturia, nunc *Fuente Oveiuna*, teſte Morali, à Corduba 14. leucis Emeritam verſùs. Aliis *Guadalcanal* videtur oppidum non obſcurum ejuſdem regionis, in Extremadura, ab Hiſpali 12. Emeritam verſùs, ab Elerena 4. Hic quæſtus magnus minii, ut propterea Cicero Philippica 2. communem Siſaponem dixerit veluti proverbium; optimum enim ibi provenit, ut Plinius ſcribit. *Strab.*

Siſcia, Syſcia Straboni, *Siſſeg*, teſte Ioanne Sambuco cum aliis, & *Siſſech*, urbs olim epiſcopalis pannoniæ ſuperioris, ad Colapis fluvii cum Sao confluentiam, nunc pagus cum Cœnobio ad Segeſticam inſulam, ex adverſo Zagabriæ urbis, quæ illi ſuffecta eſt, vix milliario Germanico diſtans, ſub Archiepiſcopo Colocenſi. Ejus meminit Prudentius in ode in Quirinum martyrem periſteph himn. 7. *Plin.*

Urbis mœnia ſiſcia
Conceſſum ſibi martyrem
Complexu patrio fovent.

Siſopa, *Zagabria*, teſte Moletio, urbs Pannoniæ ſuperioris, ad Segeſticam inſulam, epiſcopalis & Comitatus, à Pœtovione ſupra 15. leucis in Euronotum, à Labaco Carniolæ metropoli ferè 26. in ortum. Apud hanc urbem anno ſalutis 1593. 100000. Turcarum a 4000. Chriſtianorum divinitus fugata ſunt, magnaque ex parte cæſa & ſubmerſa. *Ioſeph.*

¶ Siſtanum, *siſtan*, urbs perſiæ, in Sigiſtana provincia, ad Imenum amnem.

Siſterio, *Seſtro*, fluvius Galliæ Togatæ, viam Aemiliam apud Iuliam urbem inter placentiam & parmam ſecans; atque in Tarum influens. Cujus fit mentio in vita Santi Domnini. *Ptol.*

¶ Siſterio, Magino & aliis eſt *stirone*, fluvius parvus agri parmenſis. Fidentiam ſed Burgum s. Domnini rigat, uti Sovaniam & in Tarum ſe exonerat, 4. mill. antequam pado miſceatur.

Sitaca, Sittace ptolemæo & plinio, urbs Aſſyriæ in Suſianæ confinio, apud Tigrim fluvium, ab eo 15. ſtadiis diſtans, *Strab.*

ſtans,

ſtans, unde regio Sittacene, nunc *Rabia*, teſte Caſtaldo, ſitacen urbem Stephanus in Perſide locat: unde nomen gentis ſitacenus. Sed aliis magis credendum. Idem Stephanus ſiticon oppidum Italiæ habent; quod ubi ſit, aut fuerit, neſcitur.

¶ Sitata, quæ ſittace & Zidda, teſte Philippo *de la Rue*, ſedet ad Choaſpem fluvium, & media ferè inter ſuſam ad ortum & ſeleuciam ad occaſum.

Sithon, inſula maris Ægæi apud Ovidium.

Sithonia, regio Thraciæ, apud Macedoniæ limites & oram maris Ægæi; ubi ſithon mons & urbes, Olynthos, Torona, ſermyla, Mecyberna, Galepſus: quæ hodie non exſtant. Populi ſithonii Plinio. Sed ſithonia regio, teſte Solino, mare Ponticum, ſive Euxinum attingit, non Macedonicum. Fortè gemina eſt regio, unde Sithonis Patronym. Ovid. in epiſt. 2.

Nec vehit Actæas Sithonis unda rates.

Hinc Sithonius, a, um, adjectivum. Virgilius ecloga 10.

Sithoniaſque nives hyemis ſubeamus aquoſæ.

¶ Sitiſenſis Mauritania, regio Africæ, in Mauritania, ſic dicta a ſitifa ejus primaria; eratque inter Numidiam ad ortum, & Mauritaniam ad occaſum. Vide Mauritania.

Plin. Sitioenta, *Tulza*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris in Bulgaria.

* Sitipha, ſitifis Antonino, ſitiphis Ammiano, & Iſidoro, *ſitifi*, colonia & urbs in Mauritaniæ & Africæ confinio, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, a Saldis & Igilgili ferè 80. mill. paſſ. in meridiem, a Cirta 100. a Lambeſe 95. ex Itinerario Antonini hodie penè extincta. (* *Sittici* in Seldeni manuſcripto.)

¶ Sitipha, ſeu, & meliùs ſitifi, hodie *ſteffe* dicitur, Sanſone teſte; eratque alias Mauritaniæ ſitifenſis caput, nunc in regno Algerii, & in Bugia provincia, ad Mazurium fluvium.

Sitomagum, & ſinomagum alibi, *Thetford*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, a Londinio 60. mill. paſſ. in Boream, Ventam Icenorum versùs ex Antonino.

¶ Sitomagum, ſeu ſitomagus oppidum Icenorum, hodie *Thetford* dicitur, in Norfolcia provincia Angliæ, ad fluvium Ulam, ubi amnem *Thet* recipit, 26. mill. paſſ. a Venta Icenorum in occaſum, Elyam versùs paulò minùs.

Sitone, ſitonia ſenecæ, oppidum erat Macedoniæ, circa Athon montem.

Sitones, populi ſcandinaviæ, in *Finlandia*, teſte Willichio.

¶ Sittones, populi fuere in ora occidentali & Boreali ſcandinaviæ, quos credunt habitaſſe ubi nunc Norvegia regnum, & Lapponia, teſte Brietio.

Sittacene, regio Aſſyriæ. Vide ſitaca.

* Sittici, ſittianorum colonia Melæ, urbs fuit Africæ mediterranea, apud Ampſagam fluvium, olim regia Jubæ: quæ eadem ac Cirtha videtur Melæ. (* In nonnullis Latinis codicibus. Vide ſitipha.)

¶ Siucheum, *ſiucheu*, urbs eſt Imperii ſinarum, in provincia Nanchinenſi, ad fluvium Croceum, versùs Cantoniam provinciam; & ab ea pendent tres aliæ urbes.

¶ Siucheum, *ſiucheu*, urbs eſt regni ſinarum in provincia ſuchuenſi, cujus quartum locum obtinet; eſtque emporium celebre ad confluentes fluviorum *Kiang*, & *Mahu*, ad radices montium, ſub qua ſunt novem urbes, teſte Martinio.

¶ Skia, *ſkye*, inſula ſcotiæ Borealis & una ex Æbudis inſulis, ab Euro in Circium extenſa per 50. mill. paſſ. ſed non æquè lata. Vix 3. mill. paſſ. diſtat ab ora occidentali ſcotiæ & in ea ſunt aliquot caſtra ſed nulla urbs.

ſlavi, populi Germaniæ, qui ab Hamburgo urbe ad Albim fluvium uſque ad mare ſcythicum varias regiones incoluere, qui & Vandali, & Vinuli, & Obotritæ dicti ſunt. Regio ſlavia & ſlavonia. (*Vide ſclavonia.*)

¶ ſlaukovia, *Auſterlits* Germanis, *ſlavvkovv* Bohemis, urbs parva Germaniæ, in Moravia provincia, 2. milliar. Germanicis a Bruna in ortum & 5. ab Olomutio in meridiem.

¶ ſlegenſis Comitatus, *Comtè de ſlego*, provincia Hiberniæ in Connacia regione versùs oram littoralem & inter Ultoniam ad Boream, ac Comitatum Maynenſem ad meridiem. Ibi ſlegum oppidum præcipuum.

¶ ſlegum, *ſlego*, ſeu *ſlego Bille*, oppidum Hiberniæ, in Connacia regione, Comitatus ſlegenſis caput, cum portu & amne cognomine in ora occidentali Hiberniæ & 30. mill. paſſ. a Dungalia in meridiem.

ſleſia, regio Germaniæ, (a ſleſo fluvio, qui in Oderam excipitur) ampla in qua Ducatus 12. Cujus caput eſt Uratiſlavia. De eo lib. 5. Itinerarii Germanici: Ge. Scr.

Svevus qui ſlevum ſocium ſibi commutat amnem,
A quo nunc nomen ſleſia terra gerit.

¶ ſleſia provincia eſt ampla regni Bohemiæ, in Germania, quæ aliter ſileſia dicta eſt. Vide ibid. Sed ubi fuerit ſleſus fluvius, qui in Oderam cadit, neſciunt ipſi indigenæ.

¶ Slevicenſis Ducatus, *Hertzogthumb ſleſvvik* incolis, *Duchè de ſleſvvik* Gallis, dicitur aliter Jutia meridionalis; eſtque pars regni Daniæ, in Cimbrica Cherſoneſo. Terminatur à ſeptentrione Iutia ſeptentrionali, ab ortu mari Baltico, ab occidente Oceano Germanico, & a meridie Holſatiæ Ducatu; ſubeſtque partim dominio Regis Daniæ, & partim Ducis Sleſvicenſis. Eius urbes ſunt Sleſvicum, *SleſvvicK*, Ripa, *Ripen*, Haderslebia, *Hadersleben*, & Flenſburgum, *Flensbourg*.

Sleſvicum, olim Edeba, *SchleſvvycK* urbs Cimbricæ Cherſoneſi, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lundenſi, & Ducatus Sleſvicenſis in regno Daniæ caput; cujus epiſcopatus ſub Principibus proteſtantibus ceſſat: ab Hamburgo & Lubeco 16. leucis diſtans in Boream. Prov. Rom.

¶ Slonima, *Slonim*, urbs Poloniæ, in Lithuania, & in Palatinatu Novogrodenſi, ad amnem Sczuram. 8. leucis à Novogroda in meridiem, Poleſiam versùs totidem.

Slotna, *ſaladna*, teſte Sambuco cum aliis, locus Daciæ in ingreſſu Tranſylvaniæ ad auſtrum, ubi aurifodinæ, apud Tunſtenium oppidum, *Tunſtein*. Vet. in.

¶ Slucium, *ſluczK*, urbs Poloniæ, in Lithuania & in Palatinatu Novogrodenſi, ad Slucam amnem, Ducatus titulo inſignita. 5. leucis diſtat a confinio Poleſiæ in Boream. Ampla eſt, ſed tota ferè lignea. Sub ſigiſmundo primo Rege Poloniæ in huius urbis viciniis Conſtantinus Oſtrogii Dux tres Tartarorum exercitus tribus prœliis vicit & maxima clade affecit.

¶ Smalandia, *ſmaland*, provincia Sueciæ, in Oſtrogothia regione, inter Oſtrogothiam propriam ad Boream, VVeſtrogothiam ad occaſum, BleKingiam ad meridiem, & mare Balticum ad ortum. Eius urbes ſunt Calmaria, *Calmar*, Ionekopia, *IoneKoping*, & VVexſia, *VVexſio*.

¶ Smalcalda, *SmalKalden*, urbs Germaniæ, in Franconia & in Principatu Hennebergenſi, ſub dominio Lantgravii Haſſo-Caſſellani, vix uno milliari Germanico à VVerra fluvio, in limite Thuringiæ, 4. milliaribus ſimilibus ab Iſenaco in meridiem, & 6. ab Erfordia in Africum, ad radices montium.

Smaragdites, mons iuxta Carchedonem, ubi ſmaragdus lapis provenit, teſte Plinio.

Smaragdus, mons apud ſinum Arabicum in Ægypto, videtur idem ſuperiori.

Sminthe urbs fuit Helleſponti, ſeu Myſiæ ad Helleſpontum, colonia Cretenſium, ubi Apollo colebatur, & reſponſa dabat. Unde Smintheus cognominatus eſt apud Ovidium libro 6. faſtorum.

¶ Smolenſcenſis Ducatus ſeu Palatinatus, *Duchè de ſmolenſKo*, pars eſt ampla Lithuaniæ. Complectitur Ducatum Severienſem, Terram Czernichovienſem, arces ſeptuaginta continentes, & diſtrictum Orſanenſem: quibus adjecit Sigiſmundus III. diſtrictus Rumnenſem & Sierpicovienſem. Sed pro maiori parte ſubeſt nunc dominio Moſchorum, ab anno nempe 1654. quo ejus primaria urbs Smolenſcium expugnata fuit à Moſchis.

¶ Smolenſcium, *ſmolenſKo*, urbs eſt Lithuaniæ, ad fluvium Boryſthenem, propè fines Moſcoviæ. Eſt valde ampla & permunita, in editiore loco poſita. Cingitur muro ſex cubitorum latitudinem habente & 52. turribus firmo, cum arce valida in monte poſita, in medio urbis, 8000. ædes continet, cùm aliàs multò amplior fuerit; & Epiſcopum in ea urbe conſtitui curravit à Summo Pontifice Rex Uladiſlaus IV. unà cum collegio Canonicorum ex deſtinatione patris ſui Sigiſmundi III. Olim hæc civitas cum tota regione propriis paruit Ducibus Ruſſicis; ſed anno 1403. Vitondus magnus Dux Lithuaniæ hanc urbem occupavit; & ceteris oppidis ac arcibus in poteſtatem ſuam redactis, totum hunc Ducatum Smoleſcenſem in Lithuanicam provinciam mutavit, eiecto inde Georgio Duce. Deinde capta fuit à Caſimiro Rege Poloniæ anno 1452. poſteaque à Moſchis

chis anno 1514. Hinc pluries à Polonis tentata, tandem vi capta fuit à Sigiſmundo III. Poloniæ Rege anno 1611. poſt duorum ferè annorum obſidionem. Anno 1616. obſeſſa fuit irrito conatu, uti etiam anno 1633. à Moſchis, qui ibi maxima clade affecti fuere ab Uladislao IV. Rege menſe Martio poſt obſidionem unius anni; ſicque Polonici juris manſit Smolenſcium uſque ad annum 1654. quo expugnatum fuit die 13. Octobris ab Alexio Michaelovitio magno Duce Moſcoviæ, cui etiamnum ſubeſt. Diſtat 10. leucis Polonicis à confinio Moſcoviæ in occaſum, & 20. à Vitebſcia in Eurum.

Strab. Cic. Plin. Smyrna, *le Smirne* Sophiano, & *Iſmyr* Turcis, teſte Leunclavio, urbs archiepiſcopalis Ioniæ maritima, hodie regionis primaria, & Satrapæ Turcarum ſedes, ab Amazonibus anno mundi 3203. vel à Theſeo, teſte Iſidoro, condita, partim in monte, partim in planitie; priùs Naulochos, à Tantalo ædificata, ab Epheſo 40. mill. paſſ. in Boream diſtans, poſtea Smyrna à Smyrne Amazone, teſte Stephano, Homeri patria, ut ex Marci Varronis ſententia, & ex Lucano, cujus ibi ſtatua fuit, ad Meletem fluvium illam ambientem. Ab ea Smyrnæus ſinus, in quem Meles fluvius Smyrnam alluens influit. Smyrnæus nomen gentis. Lucanus libro 9.

Quantum ſmyrnæi durabunt vatis honores.

Ovidius libro 1. de Ponto, elegia 4.

Smyrna minus nullo pene petenda loco.

Cùm Sardiani Smyrnæos obſiderent, non diſceſſuri niſi Smyrnæi uxores ſuas emitterent, illi ancillas veſtibus uxorum indutas emiſerunt, ſicque hoſtes defatigatos interfecerunt, teſte Plutarcho. Smyrnæi licèt deliciis & luxui operam darent, ſe tamen fortiter, ubi caſus accidiſſet, gerebant, teſte Ariſtide: unde proverbio dici ſolitum erat *mores ſmyrnæi* de iis qui ita deliciis ſe dedunt, ut quæ viros fortes decent non omittant. Hinc ortus Nicetes Sophiſta præclarus; quem Hadrianus Imperator plurimi fecit, eum toti præficiens Ægypto.

¶ Smyrnæus ſinus, *Golfo delle ſmirne*, ſinus eſt maris Ægæi, in Aſia minori & in ora Ioniæ ac Ætoliæ; extenditurque inter Chium & Leſbum inſulas.

Ptol. Soana, *Terchin*, teſte Nigro, fluvius Sarmatiæ Aſianæ, in Albaniæ confinio, in mare Caſpium ultra Rha fluvium influens. Apud Ptolemæum quoque fluvius inſulæ Taprobanæ.

Soanes, populi, quorum meminit Strabo lib. 11.

¶ Soara, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo. Ptol.

Sobanus, *ſian*, teſte Caſtaldo, & aliis *Menan*, fluvius Indiæ ulterioris (ſive extra Gangem) maximus, ex Emodis montibus deſcendens, ac in mare Indicum influens in meridiem. (*Aliis eſt* Mecon, *fluvius illius tractus*.

¶ Sobrarbia, *ſobrarbe*, tractus Hiſpaniæ, in Aragonia, versùs Cataloniam & montes Pyrenæos, aliàs regni titulo nobilitatus, inter Oſcam, Barbaſtrum, Nogueram Ripacurtianam fluvium, & montes Pyrenæos. Eius caput erat Ainſa, oppidum ad Cincam fluvium.

Plin. Sobotale, urbs Arabiæ felicis, caput Atramitarum, ubi 60000. templorum, teſte Plinio, includebantur.

Bibl. Socco, oppidum Palæſtinæ, in Iudæa, à Salomone conditum: quod nunc Socchus, villa ab Hieroſolymis 20. mill. paſſ. ex vita S. Ioannis anachoretæ.

¶ Soconuſca, *ſoconuſco*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in ora maris Auſtralis ſeu Pacifici, inter Guatimalam provinciam ad ortum, Guaxacam ad occaſum, & Chiapam ad Boream, ſub Præfectura generali Guatimalæ. Eius primaria urbs eſt Guevetlanum, & tota ſubeſt dominio Hiſpanorum.

Sodera, *ſodore*, urbs epiſcopalis & inſula ſcotiæ, una Ebudarum, inter Ilam, & Mulam ad occaſum.

¶ Sodera, *ſodere*, urbs aliàs, nunc pagus ſcotiæ in parva inſula Rana ſeu S. Columbi dicta, *ChólmKill*, una ex Æbudis, & in ora Mulæ inſulæ.

Sodera, *sauldre*, fluvius Galliæ Celticæ, per agrum Aurelianenſem & fines Biturigum in Ligerim influens, Aura & Charo acceptis, per Romam antiquam, ſeu Romorentinum (ut vocant) oppidum præclarum, ab Aurelianis 12. leucis diſtans.

(Sodera, *Sauldre*, fluvius Galliæ. Dicitur aliter Saldria, & Saldra. Oritur in Bituricenſi provincia; deinde per Soloniam & Bleſenſes fluens, quatuor leucis infra Romorentinum in Carim ſe exonerat.

Soderani, populi Germaniæ, quorum regio Marchia, & urbs Berlinum, teſte Peucero, media inter Magdeburgum ad occaſum & Stetinum ad Cæciam 17. leucis ac inter Vitebergam ad occaſum 12. & Francofurtum ad Oderam in ortum 10. leucis, ſedes Marchionis Brandeburgici Electoris, ad Suevum fluvium.

Sodoma, numero ſingulari & plurali, Sodomum Solino, *Sodoma* adhuc, urbs maxima quondam Palæſtinæ, Bibl. Strab. ad lacum Aſphaltitem, de cælo cum aliis tacta, & a lacu abſorpta, cujus veſtigia adhuc apparent, ab Hieroſolymis ad 50. mill. paſſ. in ortum diſtans. Cuius meminit Sedulius libro 1.

Loth Sodoma fugiente chaos, dum reſpicit uxor,
In ſtatuam mutata ſalis ſtupefacta remanſit.

Hic poma proveniunt aſpectu quidem pulcherrima, ſed levi tactu fumum exhalant, fuliginem favillaceam intrinſecus continentia, ut Tertullianus in apologia & Hegeſippus libro 4. auctores ſunt.

Sogdiana regio, *Maurenhaer* Mercatori; *Zagatay* Leunclavio, Strab. Ptol. provincia Aſiæ ingens, Scythiæ ad Boream & Sacis ad ortum, Bactrianæ ad meridiem, & Margianæ ad occaſum confinis: per quam Iaxartes fluvius magnus in mare Hyrcanum labitur. Urbes olim claræ Oxiana, Maruca, Drepſa, & Alexandria: nunc pollet Maracanda *Samarcanda*, à Bactris 130. mill. paſſ. in Boream. Populi Sogdiani Plinio.

¶ Sogdiana, regio ampla Aſiæ, inter Scythiam intra Imaum ad Boream, Scythiam extra Imaum ad ortum, Bactrianam propriam & Margianam ad meridiem, & mare Caſpium ad occaſum. Hodie à quibuſdam *Zagatay* dicitur ſeu *Uſbeck*, cujus pars eſt regnum *Maurenhaer*. Sed tota hæc regio eſt pars Tartariæ Aſiaticæ. Eius caput eſt Maracanda, *ſamarcand*, Tamerlani natalibus clara; aliis autem recentioribus Sogdiana regio omnis ſub Mauralnaharia propria continetur.

Sogdii, populi Aſiæ, qui & Sogdiani, Bactris proximi, ita vitam deſpiciebant, ut ad mortem læti & alacres irent, auctore Herodoto.

¶ Solana, *ſolane*, fluviolus Aquitaniæ primæ, in provincia Lemovicenſi, qui in Curretiam amnem ſe exonerat ad mœnia civitatis Tutelenſis.

¶ Sogniacum, *ſoignes*, oppidum Belgii, in Hannonia provincia, & in limite Brabantiæ, ad amnem *ſoneque*, vix 3. leucis à Montibus in Cæciam Bruxellas versùs, & 4. à Binchio in Boream ſub dominio Hiſpanorum.

Solarius pons in Sabinorum finibus. Vide Salarius.

Solci, ſulchi Straboni, Melæ, ſulci Stephano *ſolo*, teſte Pineto, urbs Sardiniæ olim epiſcopalis, (& portus) in ora auſtrali; ubi occidua incipit, prorsùs exciſa, à Villa Eccleſiæ, quæ ei ſucceſſit in epiſcopatu, 30. mill. paſſ. in auſtrum, contra Sulcitanam inſulam proximam, hodie *Iſola di s. Antiocho* dictam. Populi ſolcitani Ptolemæo, ſulchitani Plinio, ſtraboni, & ſulcitani aliis. A Calari ſupra 30. mill. paſſ. in meridiem recedit.

¶ Solemna, ſeu ſolenia, inſula inter Dalmatiam & Iſtriam, teſte Antonino.

¶ Solenſis tractus, *le pais de ſoule*, regiuncula Galliæ, in Aquitania, inter Beneharniam ad ortum & Navarram inferiorem ad occaſum. Ibi Mauleo oppidum præcipuum.

Soletum, *ſolito*, teſte Galatæo, *ſoleto* aliis, oppidum Plin. ſalentinorum in colle, inter Aletium & Uxentum 12. mill. paſſ. ab Hydrunto 10. Neritum versùs, Petrino propinquum, 3. mill. diſſitum.

¶ Soletum, *ſolito*, oppidum aliàs ſalentinorum, hodie caſtrum Terræ Hydruntinæ. Sedet intra Apenninum, 8. mill. ab Aletio in meridiem, Uxentum versùs 15. dictum fuit etiam olim ſalantum & ſalantia.

Soli & Soloe, *Paleſoli*, urbs Ciliciæ epiſc. ſub Archiep. Steph. ſeleucienſi maritima, Arati patria, ſic à ſolone dicta, po- Strab. ſtea Pompejopolis à Pompeio magno inſtauratore dicta. Vi- Plin. de Pompeiopolis. Incolæ ſolii & ſolentes. Apud Solos eſſe fontem, qui olei vicem explet, Plinius lib. 31. c. 2. refert. Huius urbis ſic meminit Dionyſius Afer:

Atque ſoli medio terrarum fine locati:
Commagena dehinc regio, ſyriaque ſequuntur.

Soli, ſolus ſtraboni *ſolea* nunc, urbs olim (nunc pagus) Cypri in ora ſeptentrionali, inter Arſinoen ad occaſum & Crommyon promontorium ad ortum, metallifera.

Solicinium, *ſolms*, teſte Heroldo, oppidum Germaniæ, in Haſſia, inter Martisburgum urbem 3. & Maguntiam in occaſum 10. leucis. Sed Lazio eſt *Bretten*, oppidum ſue-

sveviæ , apud Heydelbergam 4. leucis in meridiem , Phorcenam verſùs 2. à Bruxella media inter illud & Heydelbergam 2.

¶ Solicinium , oppidum Germaniæ hodie, teſte Philippo Cluverio, eſt *sultz*, oppidum ad Nicrum fluvium, in Ducatu Virtembergico 5. mill. Germanicis à fontibus Danubii in Boream, Tubingam verſùs 4.

¶ Solimariaca, Leucorum oppidum in Gallia Belgica, ad Moſam fluvium, nunc forſan, *Bourmont*, oppidulum Lotharingiæ, in Barenſi Ducatu, & in Baſſiniaco tractu, in ipſo limite Campaniæ, 36. mill. paſſ. diſtans à Tullo in auſtrum Andematunum verſùs 28.

¶ Solimnia, Ægæi maris inſula, teſte Plinio.

¶ Solinates, populi fuere Italiæ, in Umbria, teſte Pl.

Solis columna , rupes Alpium ſummarum , ex qua Rhodanus fluvius manat.

Solis fons, qui & Hammonis fons Valerio Maximo, *Canzaron di Mahoma* , teſte Antonino Nebriſſenſi, in Marmarica. Vide Ammonis, ſeu Hammonis oraculum. Eſt et ſolis fons in Troglodytarum regione, mirus, teſte Plinio , nam circa meridiem dulcis , & frigidus eſt , circa medium noctis calidus & amarus.

Solis inſula , in mari Indico inter Carmaniam , & Gedroſiam.

Solis menſa , locus Æthiopiæ, in Meroe inſula , quam ſemper novis ferculis inſtructam fabulantur , *paeſe della Cucagna* Italis , *pays de Cocagne* Gallis , *Tierra di Mogollone* Hiſpanis, *Luy-LaeKerlandt* (Belgis , & *Schluraffenlandt* Germanis.)

Solis mons , *Benimager*, teſte Marmolio, *Azafi* aliis , *Cabo Cantin* Caſtaldo , *Cabo Baiador* Floriano, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ , inter oſtia Diur, & Phthuth fluminum , (*ad Oceanum Atlanticum*.)

Solis Vallis, *ſoltvvedel* , urbs non obſcura Marchiæ , in saxoniæ confinio , inter Gardelebiam & Ulcenum, inde 5. hinc 6. leucis, cujus mentio fit à quodam Poeta l.7. Itinerarii :

Sic Vallem ad ſolis cum Sole cadente redimus.

¶ Solis vallis, ſeu soltvedia, *Soltvvdel* , oppidum veteris Marchiæ Branderburgicæ , ad Ietzam amnem 8. mill. Germanicis diſtat ab Ulceno in ortum, Havelbergam verſùs 10. & 6. à Gardelebia . Narrant incolæ conditum fuiſſe à Carolo Magno , deſtructa solis ſtatua, quæ numinis inſtar colebatur .

Solis urbs , (Vide Heliopolis,) urbs Cœleſyriæ , & Ægypti.

Sollax , fluvius Aſiæ , idem ac Tigridi, qui & silax Euſtathio.

Sollinienſium urbs, *selon* , teſte Poldo, (non *senez* ut ſcribit Cenalis) oppidum Galliæ Narbonenſis , in Provincia , ad Druentiam fluvium , inter Aquas sextias ad ortum , & Arelaten ad occaſum 6. leucis, solonium Dioni , & solon Livio eſſe videtur .

¶ Sollinienſium urbs ubi ſit non conſtat , forſan *selon* , oppidum Provinciæ, vix 2. leucis à Druentia fluvio in meridiem diſtans & 8. ab Arelate , quæ dicitur aliter salone . Sunt qui credant eſſe *seillans* , oppidum Provinciæ , inter sanitium , & Antipolim.

¶ Solma, *solms*, caſtrum Germaniæ, cum oppidulo, in Veteravia tractu Franconiæ, in colle, Comitatus cognominis caput. Vix 2 mill. Germanicis diſtat à Vetzlaria in Boream, uti à Gieſſa , & 3. a Marpurgo in occaſum. Subeſt proprio Comiti.

Solmiſſus , mons Joniæ circa Epheſum , & Ortygiam lucum.

* Soloentia, *Capo Bianco* Moletio, *Capo Cantin* aliis, promontorium Libyæ interioris , in ora occidua Oceani Atlantici, apud oſtia Maſſę fluvii. (* In Seld. manuſcript. *Saloyeutia*.)

¶ Soloentia, ſeu meliùs solventia, promontorium Africę, hodie *Capo bianco* Luſitanis, *Cap blanc* Gallis, eſt in Nigritarum regione, & in regno Gualata.

Solon, solonium Dioni , oppidum Allobrogum.

¶ Solonia , *la sologne*, tractus Galliæ inter Aurelianenſem provinciam Bleſenſem , & Bituricenſem cujus periere limites. Ejus caput eſt Remorantinum.

Solonium, oppidum fuit Latii, in confinio Hetruriæ.

Solorius, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis , ceteris altior, illam à Bœtica , & Luſitania ſeparans, teſte Iſidoro.

Solorius portus , *porto salo*, teſte Joanne Mariana, portus Hiſpaniæ Tarraconenſis, a Tarracone 4. mill. paſſ. in Boream Barcinonem verſùs diſtans.

Solſona , vulgò quoque *solſona* , urbs Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, epiſc. ſub Archiep. Tarraconenſi recens ſub Philippo II. Rege effecta , a Vico urbe 12. leucis Ilerdam verſùs diſtans , Celſona quoque dicta .

¶ Soltvedia, *Soltvvedel*, oppidum Germaniæ, in veteri Marchia Branderburgica . Vide Vallis solis.

Solvenſe oppidum, Solva libro Notitiæ , colonia & urbs Norici exciſa, (locus adhuc *solveld*, teſte Lazio, in Carinthia nominatur , inter Vitopolim , & Clagenfurtum urbes finitimas) epiſcopalis olim ſub Archiep. Lauracenſi , cui Lavantum ſucceſſit, ſub Archiep. Salisburgenſi , quæ solva nova dici poteſt . Cujus Baſilica à D. Andrea Apoſtolo dicata dicitur . *Plin.*

Solus , *solanto* adhuc, teſte Fazello, urbs siciliæ in ora occidua , exciſa, inter Panormum , & Thermas Himerę 12. mill. paſſ. à Phœnicibus condita & habitata , una cum Panormo & Motyra. Populi Solentini Diodoro. Solus item (Soluntis in obliquo) urbs fuit Ciliciæ a Solunte pravo hoſpite, quem Hercules interfecit , teſte Stephano ex Hecatæo . Incolæ soluntei , & soluntini . *Plin.* *Diod.*

Solyma , urbs Lyciæ mediterranea , in colle, qui solymus straboni dicitur , apud Termeſſum urbem . Populi solymi Plinio , & aliis . Solymi quoque urbs , & solymi populi , pro Hieroſolyma clariſſima & vetuſtiſſima, ut Zonaras ſcribit Tomo 1. annalium, à Poetis Chriſtianis uſurpantur. Juvencus l.1. *Plin.*

Hinc lecti proceres Solymos per longa viarum.
Deveniunt.

Idem lib. 2.

Ad solymos direxit iter, templumque ſubibat.

¶ Somerſetia , *Somerſetshire* , provincia Angliæ meridionalis , verſùs sabrinæ æſtuarium , & inter provincias Gloceſtriam ad Boream, Devoniam ad occaſum , Dorſetiam ad meridiem , & Viltoniam ad ortum. Ejus urbes præcipuæ ſunt Bathonia, Briſtolium , & Theodorunum.

¶ Sommeriæ , ſeu Seſtantio , *sommietes*, urbs parva Galliæ, in Occitania regione inferiori , ad Vidolium fluvium . Diſtat ferè 4. leucis à Monte Peſſulano in Cæciam , Nemauſum verſùs totidem: fuitque aliàs munita.

Somona , *Somme* , fluvius Galliæ Belgicæ , per Picardiam, & Ambianos in Oceanum Britannicum fluens , ab ortu in occaſum Fano Quinctini , Hano , Perona, Corbia , Ambiano , & Abbatis villa irrigatis. Phrudis à ptolemæo appellatur . De quo Venantius lib.7. *Ven. For.*

Iſara, sara, Charus, scaldis, saba, somona, sura.

¶ Somona , ſeu samara , *la somme* , fluvius. Oritur in loco *Fons somme* dicto, in Veromanduis , 2. leucis ſupra Fanum S. Quintini , deinde ad occaſum tendens, & picardiam provinciam bifariam ſecans , propè oppidum s. Valerici in mare Britannicum ſe exonerat. Sed differt à phrudi fluvio parvo , qui vulgò *Bresle* dicitur.

Soncinum , oppidum Cenomanorum Venetiæ , amplum , apud Ollium fluvium, in Ducatu Mediolanenſi, ab Urceolis novis oppido & arce Venetorum 5. mill. paſſ. Cremonam verſùs in meridiem 20. inter Cremam 10. & Brixiam 23. Hic Azelinus Romanus tyrannus immitiſſimus apud Caſſianum captus, et vulneratus, miſerè obiit. *Script. Itali.*

¶ Sondę fretum, *Deſtroit della sonde* Gallis , fretum Oceani Indici , inter inſulas Javam , et sumatram, propè Bantamum. A Belgis dicitur *straetvan sunda*; eſtque latum 20. mill. paſſ. circiter ; ſicque denominatur à portu Bantamenſi , qui sunda dicitur.

¶ Sonneburgum , *sonneburg* , oppidum sveciæ, in Oſilia inſula Livoniæ , in mari Baltico , et in parte Boreali inſulæ , contra Daghoam inſulam , à qua vix 8. milliaribus diſtat in meridiem et 60. à prinavia urbe Livoniæ in occaſum.

Sontiates, settiates plinio, sociates Oroſio , *soltz* , populi et oppidum Aquitaniæ, Agenno, et Neraco finitimum, inde 6. hinc 3. leucis diſtans , aliis *sos*, pagus , apud Condomum urbem, inde 3. leucis diſtans, ab Auſciis 4. à Toloſa 15.

¶ Sontiates , populi fuere Aquitaniæ ſub Auſciis, inter Lactoram ad occaſum, et confluentes Tarnis in Garumnam fluvium ad ortum , in Armeniaco tractu , quanquam aliqui credent fuiſſe verſùs Aturum urbem .

Sontiotii, ſivè ut alii codices habent , sogiontii, populi Italiæ alpini in Galliæ Narbonenſis confinio .

¶ Sontii populi, qui sentii quibuſdam, fuere in provincia

in

in eo tractu ubi hodie Dinienſis Diœceſis & eorum caput eſt Dinia, *Digne*, quæ inde dicitur Dinia ſontiorum.

Sontius ſive Iſontius, ut alii legunt *l' Iſonzo*, flumen Carnorum, idem ac Natiſon (uti videtur ex ſtrabone) vel cum eo confluens, ex Carnicis Alpibus in mare Hadriaticum per Noreiam urbem, Gradiſcam oppidum & arcem, apud Aquileiam influens.

¶ Sontius fluvius, *L'Iſonzo*, oritur ex Alpibus in Carniola provincia Germaniæ; deinde per Forojulii provinciam & Comitatum Goritiæ fluens, Goritiam & Gradiſcam rigat, non autem Noreiam, & differt à Natiſone fluvio, qui in eum influit.

¶ Sophala, *ſofala*, urbs, Africæ, cum regno cognomine, in ora littorali Zanguebariæ, ſub clientela Luſitanorum. Vide Zofala.

Sophia, *ſofia*, urbs Myſiæ, in ſerviæ & Bulgariæ confinio, archiep. ampla, & ſedes ſatrapæ Turcarum, totius Bulgariæ conventus juridicus, inter Nicopolim Myſiæ 10. et Theſſalonicam urbem Macedoniæ 20. leucis Germanicis, inter Niſſam ad occaſum 90. & philippopolim in ortum 105. mill. Byzantium verſùs, à Iuſtiniano Imperatore condita, inter Budam 96. & Byzantium 79. leucis Germanicis, à Tauruno 61. De ea in lib. 2. Itinerarii ſic:

Ocyus ad ſophiam celebrem properavimus urbem:
Dimidium noſtræ nempè erat illa viæ.

¶ Sophia, *ſofia* Italis, *ſophie* Gallis, urbs aliàs Mœſiæ inferioris, nunc Bulgariæ caput, ad fluvium Iſcham, Crevit ex ruinis ſardicæ in eius viciniis. Diſtat 100. mill. paſſ. à Theſſalonica in Boream, Nicopolim verſùs 60. inter Niſſam 120. & philippopolim 80. 300. mill. paſſ. à Conſtantinopoli in occaſum, Taurunum verſùs 250. circiter.

Scrip. Ptol. Sophene, regio Armeniæ maioris, in Meſopotamiæ confinio, ubi Tigris ſub terra conditur poſt 25. mill. paſſ. emergit. Sophane Trogo. Populi ſophenæ. Lucanus libro 2.

Incerti Judææ Dei, molleſque ſophenæ.

Sophitis, vel ſopithis, regio Indiæ trans Aceſinen fluvium, ubi ſales eruuntur, qui toti Indiæ ſufficiebant, teſte ſtrabone, & inde Alexander magnus canes multos accepit.

Plin. Sophonia, inſula maris Aegæi parva ante Magneſiam.

Amm. Anc. Sopianæ, *ſoppia* ſive *Zoppia*, *ſoppan*, teſte Lazio, oppidum pannoniæ inferioris, ad Draum fluvium, inter Volcavariam oppidum ad occaſum & Quinque Eccleſias urbem ad ortum ſupra 5. leucas, a Zigetho arce 3. in Libonotum.

¶ Sopronium, *ſopron* Hungaris, *Oedenburg* Germanis, urbs regni Hungariæ, Comitatus cognominis caput, in limite Auſtriæ. Tribus leucis diſtat a Neoſtadio in ortum & 6. à poſonio in meridiem, uti una à peiſone lacu.

¶ Sopronienſis Comitatus, *Comtè de ſopron* ſeu *d' Oedenburg*, provincia eſt Hungariæ inferioris, in ipſo limite Auſtriæ, quæ ei adiacet ad occaſum & meridiem ubi Iavarienſis comitatus ad ortum & Muſunienſis ad Boream. Eius caput eſt ſopronium; ſubeſtque dominio Auſtriacorum.

Strab. Plin. & ali. Sora, colonia, & urbs Latii epiſcopalis, ad Lirim fluvium, in Campaniæ confinio, inter Ferentinum 12. mill. paſſ. & Atinam totidem, Arpino proxima 4. mill. paſſ. diſtans, à Caſino ſupra 16. ab urbe Roma ad 60. nunc in regno Neapolitano comprehenſa, & titulo Ducali inſignis, *ſora* vulgò. Populi ſorani Livio & aliis. Ejus meminit ſilius libro 8.

Ducebat ſimul excitos, ſoræque iuventus
Addita fulgebat.

In Theſauro Linguæ Latinæ locatur in Campania; à qua longè abeſt, cùm ſit in Latio. Hæc Marco Fabio & ſervio ſulpitio Conſulibus à Romanis capta eſt, cùm anteà ſamnitibus paruiſſet. Vide Titum Livium lib. 7. decadis 1. & alibi.

¶ Sora, *ſora*, urbs aliàs Latii, nunc provinciæ Terræ Laboris, in limite ditionis pontificiæ & Aprutii ulterioris. Caſtrum habet ſplendidum gentis Boncompagnæ 16. mill paſſ. diſtat à Caſino in Circium.

¶ Sora, urbs Indiæ intra Gangem, teſte ptolemæo, nunc dicitur *ſhapor*, urbs Imperii magni Mogolis in Beraria provincia, & in limite regni Golcondę, teſte Sanſone.

¶ Sora, *ſora*, oppidum Daniæ, in ſelandia inſula, cum Academia, aliàs ſatis celebri, à Friderico II. Rege Daniæ inſtituta, ſed poſteà à Chriſtiano IV. reſtaurata; eratque alias cęnobium, teſte Abrahamo Golnitio 7. leutis diſtat ab Hafnia in occaſum & 4. a Roſchildia in Africum, inter ſlagam & Ringſtadium, ſylvis undique ſepta & arce regia munita, ad amœnam paludem aqua dulci ſcatentem.

Sorabi, populi Germaniæ in Miſnia & ſaxonia; quo- Alim. rum tractus *ſirbia*, & loca *ſorbec*, ac *ſerveſtein*, Latino recenti ſerveſta, oppidum ſaxoniæ inter Albim & ſalam flumina, ac inter Vitebergam ad meridiem & Magdeburgum ad Boream 6. leucis, teſte peucero. Vide ſerbi, inde enim profecti feruntur.

¶ Sorabi, populi fuere in Dalmatia, teſte Aimoino Francorum Annalium auctore, ſervii hodie dicti, ut quidam putant.

Soractes, & ſoracte gen. neutr. ſilio & Horatio, *Monte di* Plin. *s. Oreſto* & *Monte di s. Silveſtro*, mons Faliſcorum, in Hetruria, apud Tiberim, Apollini quondam ſacer. Virg. lib. 11. Aeneidos:

Summe Deus ſancti cuſtos ſoractis Apollo.

Qui Mons Faliſcorum à Catone nominatur, inter urbem Romam 28. & Ocriculum in Boream 6. mill. paſſ. Eius meminit Virg. lib. 7. Aeneidos:

Hi ſoractis habent arces, Flaviniaque arva.

Silius lib. 8.

Haud procul, & ſacrum phębo ſoracte frequentant.

Horatius lib. 1. carminum ode 9.

Vides ut alta ſtet nive candidum
Soracte.

In ſoracte fons eſt ſole oriente exæſtuans, ex quo aves bibentes mortuæ illico decidunt, teſte Varrone.

¶ Soracte hodie dicitur *Monte S. Oreſte* ab oppido ei adiacente cum cœnobio, in ditione Pontificia & in provincia patrimonii s. Petri. Vocatur a quibuſdam recentioribus mons S. Oediſti.

Soractes item mons eſt Galatiæ, in quo eriphium, id eſt, ruta ſylveſtris naſcitur, teſte Dioſcoride.

¶ Soratovia, *ſoratof*, urbs regni Aſtracani, in Moſcovia Aſiatica, ad Volgam fluvium, & media ferè inter Cazanum ad Boream & Aſtracanum ad meridiem.

¶ Sorava, *ſoravv*, urbs Germaniæ, Luſatiæ inferioris caput, aliter Zdiarum dicta, ſub dominio Electoris Saxoniæ. Eſt in ipſo limite Sileſiæ, vix 2. mill. Germanicis a Sagano in Circium, & 5. a Croſſa in meridiem. Plures capta & recepta fuit ultimo bello Germanico.

Sorbiodunum, *Old ſarisbury*, & Latino recenti vetus Sarisberia, urbs Albionis epiſcopalis, in VViltonia regione Angliæ, inter VVintoniam ad ortum 24. & Exoniam ad occaſum 60. mill. paſſ (Vide ſarisberia, & ſorviodunum) inter Bathoniam ad Boream 24. et Dorceſtriam ad meridiem 30. mill. paſſ.

* Sorboræ, populi erant Æthiopiæ, ſtatura adeò proce- Plin. ra, ut octo cubitos altitudinis haberent, teſte plinio (*Syrbothæ in aliis codicibus.)

Sordice, *Lac de Locata*, teſte Varrerio, palus Galliæ Sex. Narbonenſis, apud Leucatem arcem Gallorum, contra Avi. Salſuſas arcem Hiſpanorum, apud montis pyrenæi radices, in quam Sordus fluvius influit. Populi Sordicenæ.

¶ Sordice palus quid ſit non conſtat. Deſcribitur à ſexto Avieno circa radices pyrenæi montis, ubi etiam Sordicenæ populi & Sordus amnis. Varrerius deſcribit hoc in tractu lacum, qui hodie *l'eſtang de Leucate* dicitur ſeu etiam de *Salſes*, anteà in limite Galliæ & Hiſpaniæ, nunc verò totus in ipſa Gallia contra Leucatam & ſalſulas. Sed nullus amnis in eum influit.

Sorgue, *la Sorgue*, fluvius Galliæ Narbonenſis. Vide Orgæ, variè enim legitur apud plinium. Plin.

¶ Sorge, *la ſorgue*, dicitur meliùs Sulca ſeu ſorgia; eſtque fluvius Galliæ Narbonenſis, in provincia, qui ortus ex Valle clauſa, per comitatum Vindaſcinum labitur, & paulò ſupra Avenionem in Rhodanum cadit.

¶ Soria, *ſoria*, urbs Hiſpaniæ, in Caſtella veteri, propè fontes Durii fluvii, vix una leuca infra rudera Numantiæ urbis antiquæ, 12. a Bilbili in Circium, & 8. a Turiazone in Africum.

Soritæ, Indiæ populi, qui piſcibus tantùm degunt, illos ad ſolem diſſectos torrentes, panemque ex eis conficientes. Qui tamen nullibi reperiuntur, tota Indiæ ora à Luſitanis peragrata.

¶ Soritia Hiſpaniæ urbs apud Aulum Hirtium in Bætica videtur.

Sornum, *sevveny*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, ad Danubium fluvium, quod & ſeverinum, ſive ſeverianum Latinè dicitur, apud pontem Traiani, à Temeſvaria urbe 12. mill. in auſtrum.

¶ Sornum ab aliis Zeverinum dicitur; eſtque urbs Hungariæ, ad Danubium fluvium, 70. mill. paſſ. infra Taurunum in ortum, & 60. à Temeſvaria in Eurum.

Soroga, *Zagabria* Lazio, urbs epiſcopalis pannoniæ ſuperioris, ad ſaum fluvium et ſegeſticam inſulam, Croatiæ caput. Vide ſiſopa.

¶ Soron, paphlagoniæ urbs, in Aſia minori, teſte pauſania.

Sorores 4. urbes ſunt in ſyria, Antiochia magna, ad Orontem fluvium, ſeleucia Pieria, Apamea Apamenes regionis caput, & Laodicea, in Caſſiotide, ſic dictæ, quòd ab eodem Rege ſeleuco Nicanore eodemque tempore conditæ ſunt.

¶ Sorthida, Babyloniæ urbs, teſte ptolemæo.

Sorviodunum, urbs Albionis, quæ recenti Latino Sarum, ſeveria, & ſariſberia dicitur, *Old ſarisbury*, epiſc. ſub Archiepiſc. Cantuarienſi, media ferè inter Londinium ad ortum & Exoniam ad occaſum, ad 60. mill. à Venta Belgarum 24. à Briſtolio 40. in meridiem. Vide Sorbiodunum et ſariſberia.

¶ Sorviodunum, urbs aliàs Belgarum in Anglia, nunc *Old ſalesbury*, ſeu vetus ſariſberia, pagus eſt Wiltoniæ Comitatus propè Avonium amnem, mill. paſſ. à ſariſberia urbe primaria Viltoniæ, quæ crevit ex eius ruinis, & Sorviodunum novum dici poteſt; diſtatque 70. mill. paſſ. à Londinio et Exonia, 20. à Venta Belgarum in ortum, 40. à Briſtolio in Eurum, uti 32. à Bathonia, 40. autem a Dorceſtria in Cæciam.

Soſicuræ, *Iacamcuri* ex coniectura Iacobi Caſtaldi, urbs Indiæ citerioris.

¶ Soſpellum, *ſoſpello*, oppidum Italiæ, in Comitatu Nicæenſi, in pedemontio, ad radices Apennini, & in limite Genuenſi 6. milliaribus diſtat ab Albio Intemelio in meridiem, uti totidem a Monachio, & 11. à Nicæa in Eurum.

Soſſius, *Calatabelota*, fluvius ſiciliæ, per oram Auſtralem inter Heracleam ad ortum 9. et Thermas ad occaſum 8. m. p. fluens, ſic ab oppido, quod interius alluit, vulgò dictus.

¶ Soſſius fluvius eſt parvus ſiciliæ, qui vulgò *Marſala* dicitur, teſte philippo Cluverio, et propè Lilybæum promontorium in mare Tyrrhenum ſe exonerat.

Soſteropolis, ſeu versùs ſoteropolis, oppidum Bithyniæ apud Nicomediam urbem, ubi Conſtantinus magnus, qui hauſto veneno in potu à fratribus dato, Nicomediam delatus eſt, obiit ex eo veneno, teſte Zonara tomo 3. annalium. Hæc nunc pythia vocatur, teſte porphyrogenneta.

Soſthenis, *ſtiamizapo*, teſte Moletio, oppidum Theſſaliæ mediterraneum, (*in Theſſaliotide tractu*.)

Soſthenium, Iſidis Bacca Dionyſio, poſteà Michaelium ob D. Michaelis apparitionem, locus Thraciæ ad Boſphorum, *Alomaten* vulgò, teſte Petro Gyllio.

¶ Sotheropolis ſeu civitas s. Salvatoris, *s. Salvador*, urbs Americæ meridionalis, Braſiliæ præcipua, in eius ora orientali & præfecturæ ſinus omnium Sanctorum caput, cum portu ampliſſimo, ſeu potiùs ſinu parvo omnium Sanctorum. Epiſcop. eſt ſub Archiep. Oliſſipponenſi; ſubeſt dominio Regis Portugalliæ. Sedet in colle; eſtque ampla & probè munita, cum tribus caſtris. Capta fuerat a Batavis anno 1624. Sed anno ſequenti fortiter recuperata fuit à Luſitanis, quibus etiamnum ſubeſt cum tota Braſilia.

¶ Soteropolis, ſeu civitas s. Salvatoris, *s. Salvador*, urbs Africæ regni Congi caput et ſedes regia. Sedet in colle, propè fluvium Lelundam. Vix 140. mill. paſſ. diſtat ab ora Oceani in ortum, et 60. a fluvio *Zaire* in meridiem.

¶ Soteropolis, *s. Salvador*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania et provincia Guatimala. Vocatur ab incolis illius tractus *Cuzcatalan*, diſtatque 7. leucis ab Acaxutla et a littore maris pacifici in Cæciam, et 40. leucis Hiſpanicis ab urbe s. Jacobi de Guatimala in Eurum, propè lacum parvum.

Sottiates, populi Aquitaniæ. Vide ſontiates.

¶ Sozoa, Mediæ urbs, teſte ptolemęo.

¶ Sozopetra, ſyriæ urbs, teſtibus Cedreno, et Zonara.

Sozopolis, urbs piſidiæ epiſcopalis ſub Antiochia, et urbs parva Thraciæ, teſte Gregoria, epiſcopalis unà cum Agathopoli ſub Archiepiſcopo Hadrianopolitano. Quæ urbes an exſtent hodie incertum eſt.

Sozuſa, oppidum phœniciæ; alterum in piſidia; & aliud in Æthiopia, ſed an exſtent incertum eſt. *Steph.*

Spada, pagus perſidis, ubi eunuchi primùm effecti feruntur, teſte ſtephano, & ſpadones appellati; qui ſpadi ab ipſo ſtephano dicuntur.

Spalatum, *ſpalatro*, urbs Dalmatiæ archiepiſcopalis, ſalonis proxima, apud oram littoream, inter Tragurium ad occaſum, & peguntium ſive Almiſſam ad ortum, inde 15. hinc 20. mill. paſſ. Vide Epetium. Sub Archiepiſcopo ſpalatenſi continentur epiſcopatus pharenſis, Tragurienſis, Sebenicenſis, Tienenſis, Almiſſenſis, & ſanadrienſis, (*& Nonenſis.*) *Steph.*

¶ Spalatum, *ſpalato* Italis, *ſplit* ſlavis, urbs Dalmatiæ munita, olim Diocletiani Imperatoris palatium, poſt everſas ſalonas effecta archiepiſcopalis, portu gaudens capaci & tuto. Subeſt dominio Reipublicæ Venetæ & diſtat tantùm 8. mill. paſſ. a Traguro in ortum, 4. a salonę ruderibus, & 30. a ſebenico in Eurum. Pluries tentata fuit à Turcis, ſed irrito ſemper conatu.

¶ Spandavia, *ſpandovv*, urbs munita Germaniæ, in media Marchia Brandeburgica, ad Havelam fluvium, ubi recipit ſpreham, vix 2. mill. Germanicis infra Berlinum in occaſum, Brandeburgum versùs 6. circiter.

Sparta, urbs archiepiſcopalis Laconicæ, a ſparto Rege *Poly.*
Inachi nepote anno mundi 2930. condita, myrto abundat, unde ſpartia myrtus denominatur Virgilio. Vide *Strab.*
Lacedæmon. Populi ſpartani & ſpartiatæ. Hæc quamdiu ſine muris fuit, libera: ubi muris ſepta, illicò ſerva facta eſt, ut ſcribit Livius lib. 4. decad. 4. Eius meminit Ovid. lib. 15 Metemorph. *Plin. & al.*

Vile ſolum ſparta eſt: alta cecidere Mycenæ.

Virg. lib. 3. Georg.

Veloces ſpartæ catulos, acremque Moloſſum.

Hinc ſparta nus. Ovid. lib. 3. Metamorph.

Gnoſius Ichnobates, ſpartana gente Melampus.

Spartani generoſiſſimi fuere, ſervitutis impatientes, ac potiùs ad imperandum quàm ad ſerviendum nati; ut adagium manarit, *Generoſior ſparta*, de genoroſis ac minimè timidis: ſpartani enim nunquam tyrannidem admiſerunt in urbe. Apud ſpartanos ſummus honor ſenibus habebatur, ut tradit Plutarchus in Laconicis; unde proverbium ortum, *In ſola ſparta expedit ſeneſcere.* Quod de iis etiam dici poteſt, apud quos virtus in pretio ſit, ut fuit apud ſpartanos. Vrbs ſpartana ab Atheneis 1140. ſtadiis abeſt; quæ Philippidem curſorem biduo confeciſſe ſcribit Plinius lib. 7. cap. 20. ſparta Iunonem maximè coluit, uti Ovid. libro 3. faſtorum, ubi quoſdam deorum cultores recenſet:

Pallada Cecropidę, Minoïa Creta Dianam,
Vulcanum tel'us Hypſipylęa colit:
Junonem Sparte, Pelopeïadeſque Mycenę;
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.

Hic violę & myrti plurimę ſunt.

¶ Sparta, ſeu etim Lacedęmon, hodie *Muſithra*, urbs fuit clara, & Laconię caput, in Peloponneſo, ad Eurotam fluvium, nunc in Tzaconia provincia, ſub dominio Turcarum, nullius penè nominis 60. m. paſſ. diſtat à Nauplia in merdiem, versùs Tenarium promontorium 50. & 60. à Malea promontorio in occaſum. *Strab.*

Spartacos oppidum fuit Thraciæ, teſte ſtephano. *Steph.*

Spartarius campus, *la Mancha*, vel *Manxa*, teſte Ioanne Mariana cum Zurita, tractus Hiſpanię Tarraconenſis, inter ſpartariam Carthaginem & Toletum, ubi Cyntilia urbs, & Fanum Clementis oppidum, (*in Caſtella nova.*)

Sparte & ſpartum, vicus ac mons Thraciæ apud Euxinum mare, vulgò *Iſpirite* Turcis, teſte Leunclavio.

Spauta, *ſpota*, teſte petro Gyllio, lacus Mediæ, in Armeniæ maioris confinio, in quo ſal congelatur, ingens adeò, ut vix ſex diebus circumeatur.

¶ Specus Canis, ſeu antrum Canis, *la Grotta del Cane*, ſpecus eſt parvus Campaniæ, in Italia, ad Anianum lacum, mortiferum ſpiritum exhalans. Si eò proiiciantur animalia, ſtatim exanimantur, ſed ſi mox proiiciantur in vicinum lacum, reviviſcunt, quod probatur quotidie in canibus, ut ego etiam vidi, unde antro nomen.

Spedia, *la Spetia* ſeu *la Spezzia*, teſte Blondo, oppidum amplum Liguriæ, ad intimum portus Lunenſis receſsum, à Luna, ſeu ſergiano urbe 5. mill. paſs. Genuam versùs 60. a portu Veneris & Ericis 7. (*Vide Spetia.*) *Vet. mem.*

Spe-

Cic. ¶ Spetia, *la ſpetia*, urbs parva ſed munita Italiæ,
Ptol. in ditione Genuenſi in ora maris Liguſtici, cum ſinu adiacente, dicto *Golfo della ſpetia*, aliàs Lunenſi dicto, ut quidam exiſtimant 7. mill. paſſ. diſtat à Serezena in Circium, uti à Lunæ ruderibus 4. à portu Veneris in Boream; Bruniatum verſùs 11. Leander & Blondus ſcribunt dictam fuiſſe aliàs Spediam.

Liv. Sperſanum apud urbem Romam erat, ab ea 8. ſtadiis diſtans.

Plin. Speluncæ villa erat in Latio, propè Amyclas urbem
Tac. ex tinctam, inter Terracinam, & Caietam proxima Fundis. Nunc adhuc *ſperlunga* locus appellatur, teſte Pineto, & mare Amyclæum, *Mare di ſperlunga*, teſte sanfelicio. Speluncæ item Antouino pagus erat Apuliæ peucetiæ, in ora, inter Egnatiam ad occaſum 21. & Brundiſium ad ortum 18. mill. paſſ. circa Oſtunium 2.

¶ Spelunca villa fuit Latii, in Auruncis, ubi Tiberius Imperator adiit diſcrimen & ſervatus fuit à Seiano. Hodie *ſperlonga* dicitur; eſtque caſtrum tenue regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, in ora maris Tyrrheni, & propè Fundanum lacum, medium inter Caietam ad ortum & Terracinam ad occaſum, 8. mill. paſſ. utrinque diſtans & 4. a confinio ditionis Pontificiæ, ut ego vidi dum illas partes luſtrarem. Sed mare adiacens non vocatur *Mare di ſperlonga*, quicquid dicat sanfelicius.

Leun. Spenderobis, quæ & ſpenderovia, *ſpenderobi* Græcis, *ſemender* Turcis, teſte Leunclavio, *ſendrevv*, vel *Zendrevv* Hungaris, teſte Lazio, & aliis *Zenderin*, *ſamandria* Italis, urbs epiſcopalis Myſiæ ſuperioris, Triballorum metropolis, ultra Taurunum ſupra 6. leucas Hungaricas. Quæ singidunum Antonino, & sigindunum ptolemæo dicta putatur. Vide ibid. Ibi ſedes ſatrapæ Serviæ.

Sperchia, urbs Theſſaliæ, & promontorium in phthiotide regione ad ſinum Maliacum, et oſtia ſperchii fluvii, proximum Thebis phithioticis, *Phthelia*, teſte ſophiano, aliis *Fiteleo*, aliis verò *Comen*, unà cum fluvio. Qui fluvius ex pindo monte oriens, rapidè in ſinum Maliacum labitur. De quo Virg. lib. 2. Georg.

Sperchiuſque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta.

Fluvius ab aliis, teſte ſophiano, *Agriomela* dicitur, & ab aliis *ſelambria*, à Strabone, plinio & aliis memoratus. Ovidius lib. 1. Metamorph.

Populifer ſperchius, & irrequietus Enipeus.

Hinc ſperchionis, & ſperchias, dis: ut ſperchiades undæ & ripæ Ovid. lib. 2. Metamorph.

- ripa ſperchiades ardent.

Spermatophagi, populi Æthiopiæ, in Meroe inſula.

Spermophagi, populi in extremis Ægypti finibus, ſic dicti, quòd ſeminibus veſcantur, teſte Strabone lib. 16. (Iidem cum prioribus.)

Thub. Sphacteria, inſula parva peloponneſi, ante pylum,
Diod. cui potum facit. Vide ſphagia, nam eadem videtur.
Steph. Eſt & locus peloponneſi in Meſſeniorum, & Elæorum, ſeu Elæen ſium confinio, teſte ſophiano.

Pauſ. Sphæria, inſula Trœzeniorum, in ſinu Argolico, adeò littori propinqua, ut aliquando ſiccis plantis adeatur: quæ & Hiera, hoc eſt, Sacra dicitur, teſte pauſania.

¶ Sphageæ, Laconici agri oppidum, in peloponneſo, teſte Xenophonte.

Strab. Sphagia, *ſapientia* Sophiano & aliis, inſula peloponneſi in ſinu Meſſeniaco, inter pylon urbem, & proten inſulam, à qua 20. mill. paſſ. abeſt, pylo et Methonę proprior, à Teganuſa 3. in Boream proten verſùs: quæ ſphacteria à Thucydide dici videtur et a ſtrabone. Sphagia non unica, ſed triplex eſt, ut in lib. 2. Itinerarii ſcribitur:

Linquitur ad dextram prote, tripliceſque ſiniſtri
Conduntur Sphagiæ.

¶ Sphagites, promontorium ſythicum, teſte Stephano.

Sphecæa, oppidum fuit Eubœæ, teſte Stephano, cuius meminit Lycophron.

Spheria, inſula parva Argiæ ante Træzenen, adeò littori propinqua, ut pedibus adiri poſſit. Vide ſphęria.

Sphetia, *ſfetigrado*, et Turcis *ſiurige*, teſte Leunclavio, oppidum Illyrici in Dalmatiæ et Macedoniæ confinio, in Albania regione proxima Dibræ, ab ea 20. mill. paſſ. à Croia 60. Oxypyrgium Græcis dictum, teſte Sophiano.

Sphingius collis, Sphicium Lycophroni, mons Bæotiæ, ubi Sphinx habitaſse traditur, et ænigmata explicaſſe. Plut.

Sphragidium, antrum nympharum, in vertice Cithæronis montis Bœotiæ.

Spina, urbs extincta Galliæ Togatæ, in ora, inter Ravennam ad meridiem et Hadriam ad Boream, apud oſtium Padi, quod ex ea Spineticum nominatur, inter illud & Comaclum. Lucus adhuc *Val di ſpina*, et *Dorſo di ſpina* dicitur. De qua poeta quidam lib. 3. Itinerarii:

Inter Capraſias, everſaque mœnia ſpinæ.

Spina altera in Inſubria, nunc *ſpin*, pagus ad Adduam Plin.
fluvium, à Crema urbe 10. mill. paſs. Mediolanum verſùs. Fuit & Spina urbs Græciæ olim clara, teſte Strabone, et Spinus fluvius apud Stephanum.

Spinæ, oppidum Albionis, in Anglia, quod Lhuydus Ant.
cum aliis *Nevvbury* interpretatur, ab Oxonio 15. mill. à Londinio 40. Sed illud exciſum eſt. Locus *ſpene* nominatur, teſte Camdeno, pagus apud Neoburgum oppidum in Comitatu Bercheriæ.

Spinæ, oppidum Atrebatum, in Anglia, hodie eſt vicus *ſpene* dictus, in Bercheria provincia, propè oppidum *Levvberye*, in limite Hantoniæ 25.m. paſs. diſtat ab Oxonio in meridiem, Vintoniam verſùs totidem.

¶ spinalium, *Eſpinal*, urbs Lotharingiæ, ad Moſellam fluvium, verſùs Vogeſum montem, 4. leucis diſtans à limite Comitatus Burgundiæ in Boream, uti paulò minùs à Romarici monte, 5. à Mirecurtio in Eurum, et 10. a Nanceio in meridiem.

Spineticum oſtium, quod & Vatreni portus Plinio di- Plin.
citur, oſtium padi, primò a Ravenna Venetias verſùs Cic.
proficiſcentibus occurrens, *primaro* vulgò à Ravenna 10. m. paſs. ubi vicus S. Alberti, teſte Hieronymo Rubeo.

¶ Spineticum oſtium padi vulgò *porto di Primaro* dicitur à caſtro adiacente, in ora maris Adriatici, propè ruinas ſpinæ et Turrim Gregorianam; ſed eſt tantùm alveus minimus padi fluvii, qui in eo tractu *Po di Primaro* dicitur; eſtque in Romandiola provincia.

Spira, *ſpeyr*, et Italis *ſpira*, ptolemæo Neomagus, urbs Scrip.
clariſſima Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, epiſcop. Germ.
ſub Archiep. Moguntino, inter Argentoratum & Moguntiam. Vide Nemetes. De eius etymologia certant auctores, ut lib. 5. Itinerarii:

Proxima Spira fuit: veteri de nomine lis eſt:
Sed certum fortes illam tenuiſſe Nemetes.
Ampla loco, tectis ornata, auguſtaque templo.
Hæc nunc imperii totius jura tuetur.

¶ Spira, *Spire* Gallis, urbs eſt ampla Germanię & Imperialis, ſed non æquè culta, in Palatinatu inferiori, ſub dominio proprii Epiſcopi. Sedes eſt Cameræ Imperialis, & dicta fuit aliàs Noviomagus Nemetum, ſeu Nemetes. Vide ibid. Eſt autem media inter Argentoratum ad meridiem, & Moguntiacum ad Boream 50. m. paſſ. utrinque diſtans, uti 5. a Philippoburgo, & 15. ab Heidelberga in Africum.

Spiracula, quæ & Charoneæ ſcrobes, *Buco velenoſo* Plin.
& *Grotta delli cani* aliis, locus Campaniæ apud lacum, ſeu thermas Anianas, in quem canes projecti ſtatim exſpirant; ſed extracti, ac in proximum balneum injecti, ſubitò reviviſcunt. De qua lib. 4. Itinerarii.

¶ Spiraculâ meliùs dicitur antrum canis ſeu Specus canis, *Grotta del cane*, propè lacum Anianum. Vide ſpecus canis ſupra.

Spiræum promontorium, *Capo ſpiro* Sophiano & aliis, Ptol.
promontorium peloponneſi, ad ſinum Saronicum, inter Scylæum promontorium ad auſtrum, & Cenchreas portum in Boream ad Iſthmum apud Epidaurum, & Fanum Æſculapii.

¶ Spirenſis Epiſcopatus, *Biſthumb Speyr*, tractus eſt Germaniæ, propè Rhenum fluvium, in palatinatu inferiori, in quo ferè inſertus eſt. Sed a meridie terminatur Marchionatu Badenſi, et ſubeſt dominio proprii Epiſcopi. In eo ſunt Spira, *Spire*, ditionis caput, Bruſſela, *Bruſſel*, urbecula & philippoburgum, *philipsbourg*, arx permunita, nunc Francici iuris; & in eo tractu fuere aliàs Nemetes populi.

¶ Spiritus Sanctus, *Spiritu Santo*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in Guaxaca provincia novæ Hiſpaniæ, & in ora ſinus Mexicani, verſùs montes s. Martini 90. leucis diſtat ab antiquaria in ortum, et anno 1522. excitata fuit ab Hiſpanis; quibus etiamnum ſubeſt.

¶ Spiritus Sanctus, *Spiritu Santo*, urbs eſt Americæ meridionalis, Præfecturæ cognominis caput, in Braſilia regione, ſatis parva ſed munita, 60. leucis Hiſpa-

nicis

nicis à fluvio Ianuarii in Boream,& 50. à Portu ſecuro in auſtrum.

¶ Spiritus ſancti fluvius, *Rio de lo Spiritu Santo* Luſitanis, fluvius Africæ,in Æthiopia inferiori, & in regione Monomotapa, cujus urbem primariam rigat, ut aliquot alias. Hinc in ortum tendens per partem orientalem Cafreriæ regionis, ibi triplici oſtio in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat inter promontoria Fulminum & S. Nicolai.

¶ Spiritus Sancti Præfectura, *Capitania de lo Spiritu* S. provincia Braſiliæ, in America meridionali, & in ora orientali Braſiliæ, inter Præfecturam Portus ſecuri ad Boream & Præfecturam fluvii Ianuarii ad meridiem.

¶ Spitzberga, ſeu montes acuti, *Spitzberg*, regio ampla & pars Terræ Arcticæ, inter novam Zemlam ad ortum & Gronelandiam ad occaſum, 300. tamen mill. utrinque diſſita. Sic dicta fuit à Batavis, a quibus fuit detecta, quaſi Montes acuti. Angli etiam ipſam vocant *Nieulandt*, ſeu Novam Terram. Extenditur uſque ad 80. gradus latitudinis Borealis,& ſeparatur in duas partes, quarum occidentalis propriè Spitzberga dicitur, pars autem orientalis Nova Friſia. Sed an ſit inſula aut continens nondum conſtat Europæis. Regio eſt frigidiſſima, & in ea nulla urbs ſeu oppidum, aut forſan vicus, ſed tantùm aliquot portus à Belgis frequentati.

¶ Spoletinus Ducatus, *le duchè de Spolete*, ita dictus videtur à Ducibus, quos Longinus Exarchus inſtituit, Narſete exauctorato; quo tandem potiti Longobardi, nomen Ducatus ei reliquere; habuitque etiam poſteà Duces proprios, uti ſub ſtirpe Caroli Magni. Nunc Vmbria dicitur: Sed erat olim amplior quàm in præſentia eſt, ſub dominio Summi Pontificis, ut pluribus oſtendere nititur Leander.

Spoletium, Spoletum Livio & aliis, *Spoleto*, colonia & urbs Umbriæ epiſcopalis, olim Ducatus caput, nunc
b. etiam clara, apud montium radices, inter Fulginium, & Interamnam ad auſtrum 10. mill. paſſ. à Peruſia 30.
l. Narniam versùs 18. in calce vallis inter illam & Peruſiam jacentis. Populi Spoletani plinio, Spoletani Livio. Hic fœmina in virum converſa à Livio traditur, quo tempore Hannibal urbe fruſtra obſeſſa diſcedere coactus eſt. Hinc Spoletinus nomen gentile. Martialis libro 13. epigrammate 117.

De Spoletinis quæ ſunt carioſa lagenis
Malueris, quàm ſi muſta Falerna bibas.

Et lib. 14. epigram. 114. vina laudans:

Spoletina bibis, vel Marſis condita cellis.

Ab Annibale fruſtra obſeſſum ſcribit Livius lib. 2. decadis 3.

¶ Spoletum, *Spoleto* incolis, *Spolete* Gallis, urbs eſt ditionis Pontificiæ, in Italia Vmbriæ recentis, ſeu Ducatus ſpoletini caput, ad Teſſinum amnem, 12. mill. à Fulginio diſtans in Eurum & 22. à Camerino in meridiem Romam versùs. Ejus Epiſcopus fuerat aliàs Cardinalis Barberinus, qui poſteà Vrbanus VIII. Pont. Max.

Sporades, inſulæ maris Ægæi, ſic dictæ, quòd ſpar-
b. ſæ ſint non glomeratæ, ut Cyclades, Calydnæ Homero, teſte Strabone: quæ apud plinium ſunt, Helene, phocuſſa, phæcaſia, Schinuſſa, Pholegrandos, Icaros, Ios, Odia, Letandros, Gyaros, Telos, Donyſa, Patmos, Coraſiæ, Lebinthos, Leros, Cynara, Sycinus, Heratia, Caſus, Cimolus, Siphnus, Melos, Machie, Amorgos, Polyægos, Phyle, Thera, Theraſia, Hiera, Lea, Aſcania, Anaphe, Hipporis, Aſtypalæa, cum aliquot aliis: quarum præcipuæ ſunt 12. teſte Suida in Sporades. Sporadum meminit Dionyſius Afer:

Ægæum ſuperat qui fluctibus æquora cuncta,
Diſperſas vaſto ſporadas qui gurgite cingit.

¶ Spreha, *ſprehe*, fluvius Germaniæ. Oritur in limite Bohemiæ, deinde per Luſatiam provinciam fluens, inibi Budiſſinam, Cotbuſium & Lubenum rigat. Hinc per mediam Marchiam Brandeburgicam labens, 16. mill. paſſ. infra Berlinum in Havelam fluvium ſe exonerat ad ſpandaviam oppidum.

¶ Sprottavia, *ſprottavv*, urbs Germaniæ, in ſileſia & in Ducatu Glogavienſi, ad ſprottam fluvium, ubi cadit in Boberam, vix 2. leucis ſupra saganum in ortum, & 4. à Glogavia in occaſum.

Stabiæ, *Caſtel a mar di ſtabia*, urbs maritima Campaniæ, in Picentinorum confinio, ad oſtia Sarni, Pompeiis proxima, exciſa à Lucio Sylla, teſte Plinio, pro qua novæ Stabiæ non procul conditæ, epiſcop. ſub Archiep. Surrentino, inde 6. mill. paſſ. Neapolim versùs 18. Cujus ora littus Stabianum à Seneca dicitur. Silius lib. 14.

Lataque complebat ſtabiarum littora pubes.

¶ Stabiæ, *Caſtell' à mare*, ſeu *Caſtell' à mare di ſtabia*, urbs eſt parva Terræ Laboris in regno Neapolitano & in ora ſinus Neapolitani, cum portu capaci ad radices collis. 5 mill. diſtat ab oſtio ſarni in meridiem, & 10. à ſurrento in Cæciam.

Stabulæ, locus Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, ab Argentorato 36. mill. paſſ Baſileam versùs, & oppidum Galliæ Belgicæ, in ora Picardiæ, *Eſtaples*, inter Monaſteriolum ad meridiem 3 & Bononiam ad Arctos 7. leucis. Stapulæ etiam Latino recenti.

¶ Stabulæ, ſeu ad ſtabula, locus Germaniæ in Triboccis. Hodie eſt *Ormars*, vicus Alſatiæ ſuperioris, prope Rhenum fluvium, & vix 2. mill. paſſ. à Neoburgo oppido in occaſum. Stabulæ autem vel meliùs ſtapulæ, *Eſtaple*, burgus eſt amplus picardiæ in agro Bononienſi, ad Quantiæ fluvii oſtia 3. leucis infra Monaſteriolum in occaſum, & 6. à Bononia.

Stabulum, locus Galliæ Narbonenſis, inter ſalſulas 48. & Pyrenæum montem, ubi in Hiſpaniam tranſitur, 16. m. paſſ. Et ſtabulum novum eidem Antonino locus Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Barcinonem, & Tarraconem, à qua 24. mill. paſſ. abeſt Barcinonem versùs.

¶ Stabulum, locus Galliæ Narbonenſis. Quibuſdam eſt *Millas*, caſtrum Ruſcinonenſis Comitatus, ad Tetim fluvium, ferè 10. mill. paſſ. a Perpiniano in occaſum, & medium inter ſalſulas ad Boream, & montes Pyrenæos ad meridiem. Stabulum autem Hiſpaniæ Tarraconenſis aliis eſt *Villanova*, oppidulum Cataloniæ, medium inter Barcinonem ad ortum, & Tarraconem ad occaſum, in ora maris Mediterranei.

¶ Stabulum, *Stablò*, oppidum Belgii, cum Abbatia celebri, ad amnem *Rechte*, in ditione Epiſcopi Leodienſis, & in confinio Luxemburgenſi, 3. leucis diſtat a Limburgo in meridiem.

* Stachir, *Senega* vel *Zenega*, teſte Marmolio, fluvius Libyæ, in Oceanum occidentalem ſe exonerans, Ptol
Gambea Maffæo (qui potiùs Gir, ſeu Nigir eſſe videtur.) Sunt autem ſenega & Gambea partes Nigiris, ut videtur ex tabulis recentibus. (* in Seldeni manuſcripto *Staxis*.)

¶ Stacihr aliis eſt *Rio grande*, fluvius magnus, ſeu potiùs ramus Auſtralis fluvii Nigritis, & in Oceanum Atlanticum ſe exonerat propè Ryſſadium promontorium.

Stadiſis, locus Æthiopiæ, ubi Nilus tanto fragore labitur inter montes, ut incolis auditum auferat, teſte Plinio.

¶ Stafangria, *Stafanger*, urbs Norvegiæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Nidroſienſi, in ora Oceani Germanici, cum portu percapaci 90. mill. paſſ diſtat a Bergis in meridiem, & 60. a ſinu Codano in Boream, ſita eſt in Præfectura Bergenſi, & propè arcem *Doeſvvick* dictam, ſub dominio Regis Daniæ. Dicitur etiam ſtavangria.

¶ ſtaffordia, *Stafford Shire*, provincia Angliæ, ubi aliàs Cornavii populi ex parte. Terminatur a ſeptent. Ceſtria provincia, ad oriente Darbia, ab occidente ſalopia, & a meridie Vigornia. Ejus primaria urbs eſt ſtaffordia.

¶ ſtaffordia, *ſtafford*, urbs Angliæ, Comitatus cognominis caput, ad amnem ſavum, media inter Darbiam ad ortum & ſalopiam ad occaſum, 22. milliaribus Anglicis utrinque diſtans.

ſtagira numero plurali apud Stephanum penultima producta, ſtantira Ptolemæo, oppidum Macedoniæ maritimum, ad montis Athi radices, in agro Olinthiaco, patria Ariſtotelis, teſte Laertio; nunc *Liba nova*, teſte ſophiano, ſeu *Macra*, teſte Niceta.

¶ ſtagira, *Libanova*, urbs Macedoniæ, in Amphaxitide provincia, propè ſtrymonicum ſinum 15. mill. paſs. diſtat ab Atho monte in ortum, & paulò plus a ſingitico ſinu in Boream; & hodie paucis conſtat incolis.

ſtagnum, palus Africæ apud Carthaginem, 40. ſtadiis ab ea diſtans. Stagnum item in Provinciali Ro- Oroſ.
mano, urbs Dalmatiæ epiſc. ſub Archiep. Raguſino, Prov.
inde 35. mill. paſſ. in occaſum Naronam versùs, in peninſula Onæi ſive Cumani promontorii.

¶ ſtagnum, *ſtagno*, urbs eſt parva Dalmatiæ, in parte Orien-

Orientali Hillidis peninſulæ, cum portu in ora maris Adriatici,& ſubeſt dominio Reipublicæ Raguſinæ. Diſtat autem 18. mill. paſſ. à Raguſio in Boream, Naronam versùs paulò plus.

Ptol. Staliocanus (non saliocanus, ut aliqui legunt) portus & oppidum Galliæ Celticæ, in ora Britanniæ minoris, *Roſcou*, teſte Bertrando Argentræo, inter Leonam urbem proximam, & Taureacum inſulam, à Foro oppido 10. leucis in ortum. Villanovanus ſcribit staliocanum eſſe ipſam urbem Leonam ,à Roſcovio 2. leucis diſtantem in ortum.

¶ Staliocanus portus, oppidum Oſiſmiorum, hodie eſt *Leon*, ſeu *Leondoul*, urbs Galliæ, in ora Boreali Britanniæ minoris, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, cum portu amplo, vix una leuca à Roſcovio in meridiem, 2. à Tauro in occaſum,& 14. a Brivate portu in Cæciam. Dicitur aliter Leona.

G. Tu. Aim. Stampæ, *Eſtampes*, oppidum Galliæ Celticæ præcipuum, titulo Ducali inſigne, ad Ivennam fluvium, inter Lutetiam Pariſiorum 14. & Aurelianos 20. leucis occurrens, totidem à Carnutis in ortum.

Ant. Stanacum (alii stavacum legunt) *Vacenkirchen*, teſte Lazio, oppidum Norici, inter Bajodurum, & Laureacum in ortum, à Bajoduro 20. mill. paſſ. in Bavaria.

¶ Stanacum, oppidum Norici, in limite Vindeliciæ. Aliis eſt *Obernperg*, pagus Bavariæ inferioris, ad Oenum fluvium, 4. milliaribus Germanicis ſupra Bajodurum in meridiem.

¶ Stantia, *Stantz*, vicus amplus Helvetiorum, & pagis sylvanienſis, ſeu Undervaldienſis caput, propè lacum Lucernenſem, ad radices montium,& 12. mill. paſſ. à Lucerna in Eurum.

Ptol. Stantira, stagira Plinio, oppidum Macedoniæ, apud Olinthum, ad ſinum Thermaicum, inter strymonis oſtia & montem Athon. Vide stagira. Ejus meminit Ovid. lib. 1. Triſtium elegia 9.

*Saltus ab hac terra brevis eſt * stantyra petenti.*

(* *Tentyra* legitur in aliis codicibus.)

¶ Stargardia, *stargart*, urbs parva Germaniæ, in Pomerania ulteriori, ad Ihnam amnem, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Diſtat 5. mill. Germanicis à stetino in ortum; eſtque Hanzeatica urbs.

Statellates, statiellenſes Ciceroni, statyelli Plinio, statelli straboni, populi Liguriæ, inter Apenninum montem & Tanarum fluvium, quorum urbs Aquæ statiellorum dictæ, *Acqui* vulgò, & Alexandria urbs recens Tanaro fluvio diviſa, ab Aquis statiellis 15. mill. paſſ. in Boream & Cæciam.

Statiarius lapis, apud ſcriptores Hibernicos urbs eſt Ultoniæ apud oram Borealem, vulgò *Cloe*. (Penes auctorem fides ſit.)

Ar. Voſſ. Statinæ, aquæ & inſulæ in Campania, ſubito terræ motu enatæ, teſte Plinio lib. 2. cap. 88. apud quem stativæ legitur; & statinæ legendum videtur pro stagnum, quod in inſula Pithecuſa ſtatim emerſiſſet ſcribit. Statius lib. 3. ſylvæ carmine 5.

Ænariæque lacus medicos, statinaſque renatas.

¶ Statio, *Staden*, urbs Hanzeatica Germaniæ, in saxonia inferiori & in Ducatu Bremenſi, ad fluvium Sivingam, propè Albim, ſub ditione svecorum pace ad Monaſterium & Onabrucum confecta; eſtque probè munita. Diſtat 5. mill. Germanicis ab Hamburgo in occaſum, & ferè 3. à Glucſtadio in meridiem.

¶ Stationenſis lacus, *Lago di Mezzano*, lacus parvus ditionis Pontificiæ, in Ducatu Caſtrenſis & in limite agri senenſis. Ex eo profluit Olpita fluvius, qui paulò infra Caſtri rudera in Floram ſe exonerat.

Strab. Statonia, *scatono* ,oppidum ſeu pagus Hetruriæ, apud oram auſtralem, inter Suturniam & Roſetum 8. mill. paſſ. Populi statones Plinio, ſed apud Varronem & senecam stationenſes, ubi etiam lacus stationenſis apud Senecam. In agro statonenſi lapides eſſe ab igne illæſos ſcribit Plinius lib. 36. cap. 22. ubi & lacus in quo inſula fluctuans, teſte eodem lib. 2. Hic vina olim generoſa, teſte Plinio, proveniebant.

¶ Status Belgii uniti, *les Provinces unies du Pais-Bas.* Vide Provinciæ confæderatæ Belgii.

¶ Statuum regio, *staten Landt*, inſulæ Aſiæ, in mari Eoo, recens detecta à Batavis, quæ extenditur inter Terram Eſonis ad ortum, à qua ſeparatur freto Uriæ, & Ynpiam regionem ad ortum, à qua etiam dividitur freto Piechi dicti. Sed de ea pauca dici poſſunt, cùm ſit magis ab Boream quàm Japonia, nec ulla ſit in his partibus colonia Europ.

¶ Statuum regio, *staten Land* Belgis, *Païs des Eſtats* Gallis, inſula Americæ meridionalis, inter fretum Maereum & fretum Brouverii, à Batavis detecta anno 1616. & aliàs continens credita. Pars eſt Magellanicæ regionis.

¶ Stavangria, *Stafanger*, urbs Norvegiæ. Vide stafangria.

Stavera, sturii Plinio, *staveren*, urbs Germaniæ, in ora Friſię occidentalis, contra Batavos, à Levardia urbe pręcipua 6. leucis in auſtrum, à slotna 2. in occaſum, contra Enchuſiam urbem Hollandicam 3. leucis diſtantem, à Volenhovia urbe Tranſiſalanæ 6. in Boream.

¶ Stavera, *staveren*, urbs eſt parva & Hanzeatica Belgii, in Friſia occidentali, cum portu in ora maris Auſtrini, ſub dominio Batavorum 4. mill. Germanicis diſtat ab Enchuſia in Boream, & 6. à Vollenhovia in Circium.

Stauropolis, à cruce nomen habens, urbs Cariæ mediterranea, archiep. & ampliſſima metropolis, ſub qua 27. urbes epiſcopales numerantur; in quibus in ora littorali Heraclea ad Lathmon, Jaſſus, Bargylia, Myndus, Halicarnaſſus, Ceramus, Gnidus, & Loryma; intus, Antiochia ad Mæandrum, Fanum Jovis, Heraclea ad Lambanon, Apollonia, Lyrba, Cibyra, Orthoſias, Harpaſa, Neapolis, Alabanda, Stratonicia, Amyzon, Alinda, Mylaſſa. *S. Croce* a noſtris appellatur. Lib. Conc.

¶ Stegeburgum, *stegeborg*, urbs sveciæ, in Oſtrogothia provincia, cum portu in ora maris Baltici 16. mill.paſſ. diſtat à Norcopia in ortum, & 30. à Nicopia in meridiem.

Stelæ oppidum fuit Cretæ, apud Rhithymnam & Panæſum: de quo nil apud alios ſcriptores legi.

Stella, *Eſtella*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Vaſconum, ſeu in regno Navarræ, anno ſalutis 1094. condita, inter Pompelonem & Logronium 8. leucis. Stella item mons Galatiæ apud Ancyram urbem, *Almadag* Turcis.

Stellates ager, Stellates campus Livio, *Campo Mazzone*, teſte Scipione Mazzella, ac Sanfelicio, ager Campaniæ, miræ fertilitatis, in territorio Calenenſi. In eo 16300. samnites à Romanis, Appio Claudio Conſule, cæſi ſunt. De illo Silius lib. 11. Sver. Liv.

Stellateſque docent campos, Cereremque benignam.

Stellates etiam populi Hetruriæ, apud Capenam oppidum. Cato. Feſt.

Stena fauces montium in Chaonia regione Epiri apud Antiogoniam urbem ſunt.

¶ Stenæum, *stenay*, urbs permunita Galliæ, in Lotharingia, cum arce, ad Moſam fluvium. Sed jam Campaniæ acceſſit ex quo Francici juris facta eſt anno 1633. Diſtat 7. leucis à Virduno in Boream, sedanum versùs 6. & vix 3. à Monmedio in occaſum.

¶ Stendelia, *stendel*, oppidum amplum Germaniæ, in veteri Marchia Brandeburgica, ad amnem *Vchr* 5. mill. paſſ. diſtat à Tangermunda in occaſum, 20. ab Havelberga in Africum, & 30. à Magdeburgo in Boream.

Stenimachum, *Ichtimax* hodie, teſte Leunclavio, caſtro Thraciæ, in territorio Philippopolitano. Nice.

¶ Stenoberga, *steenberg*, urbs parva Belgii uniti, in Brabantia, in ditione Holandorum, & ſub dominio utili Principis Auraici. Aliàs amplior, nunc deficit in dies; eſtque ſatis munita.

¶ Stenovicum, *Steenvvick*, oppidum Belgii uniti, in Trans-Iſallania provincia, ad Aam amnem, in limite Friſiæ occidentalis, 17. mill. paſſ. à suvolia in Boream, & 7. ab ora maris Auſtrini in ortum.

Stentoris lacus Thraciæ apud Ænum urbem, & portus apud Hebri fluvii oſtia. Hero. Plin.

Stephane, Stephanis stephano, *s. Stephano*, in tabulis recentibus, oppidum, ſeu pagus Paphlagoniæ maritimus, inter Armenen & Sinopen urbem proximam. Sed stephane apud Stephanum eſt oppidum Phocidis, ſeu potiùs fuit.

¶ Stephanodunum, *Dunſtafag*, urbs scotiæ meridionalis, in Lornia provincia, in ora occidentali, versùs Æbudas inſulas, cum portu ad radices collis 20. mill. paſſ. à Kilmoria in Boream, & 6. tantùm à Mula inſula.

Stephanopolis, quæ & Corona, urbs Daciæ, in Tranſylvaniæ Moldaviæque confinio, apud Alutham fluvium, *Cronſtat*, ſeu *Kronſtat* Germanis, *Braſſovv* Hungaris, ab Alba Iulia & Cibinio 17. leucis in Cæciam, à Claudiopoli 18. in ortum. Eſt & Corona, *Landskroon*, urbs scaniæ, in regno Daniæ, à Malmogia 4. leucis in Bo- Ver.

ream, à Lundi metropoli 3. Fuit & urbs Galatiæ olim maxima.

¶ Stephanopolis, forſan aliàs Prætoria Auguſta dicta, in Dacia, hodie urbs eſt Tranſylvaniæ, *Braſſavv* incolis, & Hungaris, *Kronſtat* Germanis, prope amnem *Farkas*, qui paulò infra cadit in Alutam, eſtque ad radices montium, in limite Moldaviæ, 15. mill. Germanicis à Cibinio in ortum, uti 29. à Claudiopoli, & 22. ab Alba Julia.

¶ Stephanoverda, *ſtefanſvvert*, oppidum permunitum Belgii, in Ducatu Gueldriæ ſuperioris, ad Moſam fluvium, in inſula poſitum, vix 5. mill. paſſ. ſupra Ruremunda in meridiem, Trajectum ad Molam versùs 20. ſubeſtque dominio Hiſpanorum.

Stereontium, *Caſſel*, teſte Pyramio, urbs Germaniæ, Haſſiæ primaria, & ſedes Principis, media inter Francofurtum ad meridiem & Brunſvicum in Boream, & Cæciam ſupra 18. leucas, à Martisburgo altera regionis primaria 9. in Boream. (*Vide Caſſella*.)

Steris, oppidum olim Phocidis mediterraneum, ab Ambroſſo 60. ſtadiis diſtans.

¶ Sterlinga, *ſterling*, provincia ſcotiæ meridionalis, quæ etiam ſtrivelinga dicitur. Habet ad Boream Mentithiam, & Fifam & ad meridiem Glotianam, ad ortum Laudoniam, & ad occaſum Leviniam provincias. Ejus autem primaria eſt ſtrivelinum ſeu ſterlinga, *ſterling*, ad Fortheam fluvium.

Steſichori Poetæ tumulus, *ſ. Maria di Betlem* hodie, teſte Fazello, locus ſiciliæ, apud Catinam urbem.

Stetinum, *ſtetin*, urbs Germaniæ, in Pomerania: quæ ex vico poſt Vinetæ excidium in urbem maximam crevit. Vide ſideni.

¶ Stetinum urbs eſt permunita Germaniæ & Pomeraniæ caput, ad Viadrum fluvium, ſub dominio ſvecorum pace Monaſterienſi 8. leucis diſtat ab ora maris Baltici in meridiem, 4. à confinio Marchiæ Brandeburgicæ & 9. ab Uſedomia in Eurum. Ibi aliàs ſedes Ducum Pomeraniæ in arce elegantis ſtructuræ, eſtque urbs Hanzeatica.

¶ Stetinum novum, *Nevv ſtetin*, oppidum eſt Germaniæ, in Pomerania ulteriori, ſub dominio Electoris Brandeburgici. Peſſimè habitum fuit ultimo bello Germanico, & à paucis habitatur.

Stiphana lacus eſt agri Amaſei, ſive apud Amaſeam urbem Cappadociæ, piſcoſus, & paſcuis in ripis abundans: de quo Strabo lib. 12.

¶ Stiria, *Steyer* Incolis, *Stirie* Gallis, *Stiria* Italis, provincia Germaniæ, ubi aliàs pars Norici & Pannoniæ ſuperioris, versùs Muram & Dravum fluvios. Terminatur ab oriente Hungaria, à ſeptentrione Auſtria, ab occaſu ditione Salisburgenſi & Carinthia, à meridie autem Carniola; dividiturque in ſuperiorem, & inferiorem. Sed totius provinciæ caput eſt Græcium, *Gratz*. Subeſt dominio Auſtriacorum; & ei etiam unitus fuit Comitatus Cilleienſis ei adjacens.

(*Stiriæ urbes*.

Cilleium, Cilley.
Græcium, Gratz.
Iudenburgum, Iudenburg.
Marcpurgum, Marcpourg.
Pœtovium, Petavv.
Pons ad Muram, Pruckam Muer.
Rachelsburgum, Rakelsbourg.)

Stiſſum, Ciſſa Polybio, *ſiſon*, teſte Beuthero, pagus Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia.

* Stlupi, *Oſtnobiza*, teſte Moletio, oppidum Liburniæ mediterraneum, inter Ardotium ad occidentem & Curcum ad ortum oppida finitima. (* in manuſcripto Seldeni *Stlyppi*.)

Stobi, *Starachino*, teſte Nardo, oppidum Macedoniæ, in Pelagonia regione, (Stovenſes populi in Conciliorum lib. & in digeſtis) olim urbs epiſcopalis Straboni & Stephano, (cui Strabos eſt) colonia Romanorum. Incolæ Strobæi. Sed puto Stephanum decipi.

¶ Stoborrhum, promontorium Africæ propriæ, teſte Ptolemæo.

Stœchades, inſulæ Galliæ Narbonenſis, contra Cithariſten promontorium oræ inter Maſſiliam & forum Iulium adjacentes, *Isles de Ieres* plerique dictæ. Quas Ptolemæus & Strabo 5. faciunt, alii 3. Proten, Meſen, & Pomponianam, Plinius Proten, Meſen, (quam & Pomponianam) & Hypæam. Sed in inſulis quæ *Ieres* dicuntur, etiam Sturium, Phœnice, & Phile numerantur. Lucanus lib. 3.

Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis,
Stœchados arva tenens.

¶ Stœcades, *les Isles de Hyeres*, inſulæ ſunt Galliæ, in ora provinciæ, contra Olbiam, & inter ſinum Sambracitanum ad ortum & Telonem ad occaſum. Tres ſunt præcipuæ, nempe Hypæa, *l'Isle du Levant*, ſeu *du Titan*, quæ magis ad ortum, Meſe ſeu Pomponiana, *Porteros* hodie, quæ media eſt, & Prote, *Porquerolles*, quæ ad occaſum; eiſque adjacent duæ aliæ parvæ admodum, nempe Sturium, *Ribaudon*, & Phenice, *Ribaudas*, in ora, inter promontorium Olbiæ ad Boream & Porten inſulam ad auſtrum.

Stoidis, inſula maris Perſici, apud fretum ſeu fauces *Plin.* illius, in qua margaritæ proveniunt.

¶ Stolhoſſa, *Stolhoffen*, urbs Germaniç parva, ſed munita, in Svevia, ad Rhenum fluvium, & in Marchionatu Badenſi, 2. mill. Germanicis ab Haguenoa in ortum & 3. ab Argentorato in Cæciam, in limite Ortnaviæ.

Stolos urbs fuit Thraciæ, cujus populi ſtolii, teſte Stephano.

¶ Stolpia, *Stolpe*, oppidum Germaniæ, in Pomerania ulteriori & in Vandalitia tractu, juris Brandeburgici, ad Stolpiam fluvium, tribus leucis ſupra ejus oſtia in meridiem & 7. à Leoburgo in occaſum, Colbergam versùs 13.

Stoma, lacus Troadis apud oſtia Scamandri fluvii.

Stomalimna, id eſt, lacus oſtii, ſive oſtium lacus, *Mer de Martegue*, teſte Ortelio, in ora Galliæ Narbonenſis.

¶ Stomalimna meliùs dicitur Aſtromela, *mer de* *Strab.* *Martegues*, in ora Provinciæ, inter Maſſiliam ad ortum & oſtia fluvii Rhodani ad occaſum. Vide Aſtromela.

Stonos, *Stenega* in tabulis recentibus, oppidum olim *Plin.* Venetiæ, in finibus Euganeorum, eorum caput, nunc vicus agri patavini.

¶ Stormaria, *Stormaren*, provincia Daniæ, in Holſatia, versùs Germaniam. Terminatur à ſeptentrione Holſatia propria, ab oriente Vvagria & Lavenburgenſi ditione, ab occidente autem & à meridie ditionibus Bremenſi & Luneburgenſi, à quibus ſeparatur Albi fluvio, ſubeſtque Regi Daniæ. Ejus autem urbes ſunt Glucſtadium, Crempa, & Pinneberga, tractus cognominis caput.

¶ Storna, urbs Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemæo.

Storthynga, vertex Lacinii promontorii magnæ Græ- *Lyco.* ciæ, hodie *Nau*, quaſi Naon, id eſt, templum, quod ibi Junoni Laciniæ dicatum erat, à Crotone ſupra 12. mill. paſſ. in meridiem.

Stragona, *Poſen*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ, *Ptol.* nunc Poſnania Latino recenti, epiſcopalis, ſub Archiep. Gneſnenſi, ab ea 7. leucis in occaſum, primaria urbs Poloniæ majoris. Vide Setidava. In Theſauro Linguæ Latinæ Germaniç tribuitur & *Poſonauu* indigitatur; cum aliter nominetur.

¶ Stralenum, *Stralen*, oppidum munitum Belgii, in Gueldria ſuperiori, medium inter Gueldriam urbem ad ortum & Venloam ad Africum, ſub Hiſpanis.

¶ Straleſunda, *Stralſund*, urbs Germaniæ, in Pomerania citeriori, ſub Svecis. Vide Sundis.

¶ Strangofordia, *Strangford*, oppidum Hiberniæ, in Vltonia, & Dunenſi Comitatu, cum portu peramplo adjacente 5. mill. paſſ. diſtat à Duno in Cæciam & 16. à Dromora in ortum.

¶ Strasburgum, *Strasburg*, urbs parva Poloniæ, in Pruſſia Regia, ad Dribentium amnem, in limite Mazoviæ. Dicitur etiam *Brodnitz* à Polonis & 6. mill. Germanicis diſtat à Torunio in ortum. Pluries capta & recepta fuit à Polonis hiſce ultimis temporibus, ibique obiit anno 1625. Anna Regis Poloniæ Sigiſmundi III. ſoror.

¶ Strathernia, ſeu Convallis ad Ernum, *Stratherne*, provincia ſcotiæ meridionalis ſeu Cis-Taanæ, inter Albaniam & Atholiam provincias ad Boream, Perthiam ad ortum & Menthitiam ad occaſum & meridiem. Ejus caput eſt Abernethæa, ad Tavum fluvium.

¶ Strath-Navernia quaſi Vallis ad Naveram, *Strath-Navern* incolis, provinciæ eſt ſcotiæ, totius regni extremam occupans plagam ad Boream, ibique fuit antiquorum Cornabiorum ſedes. Terminatur à ſeptentrione

& occaſu Oceano Deucaledonio, ab ortu Cathaneſia, & à meridie Sutherlandia & Roſſia provinciis. Sylvis horret penè tota, & regio vaſta eſt, ſed montibus quàm vicis ditior. Dividitur autem in quinque regiunculas, nempe *Hallovvdail, strath-Navern*, *Kunthail*, *Weſt Moan*, & *Dureniſch*, teſte Timotheo Pont. Ejus autem præcipua oppidula ſunt *Inner,Navern*, *Balna*, *strathy*, & *Durenis*, cum aliquot aliis parvi momenti.

Steph. Stratia, oppidum Arcadiæ; cujus meminit Homerus.

¶ Stratium, Acarnaniæ oppidum, teſte Stephano.

¶ Stratoclia, Aſię urbs, ad Boſphorum Cimmerium, teſte Plinio.

Ptol. Stratonica, *Franco caſtro*, teſte Sophiano, urbs Macedoniæ, in ora ad ortum, ad ſinum Singiticum, inter Nymphæum promontorium ad Boream & Acanthon urbem ad auſtrum, circa Athon montem, à Stratonice Antiochi uxore dicta.

¶ Stratonica ſeu Stratonice, urbs fuit Macedoniæ, in Chalcidica provincia, ad radices montis Athos, & in ora Boreali ſinus Singitici, 30. mill. paſſ. à Nimphæo promontorio in occaſum & 20. ab Acantho in ortum, teſte Sophiano.

Strab. Plin. Ptol. Stratonica quoque, Stratonicia Straboni, urbs Cariæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Stauropolitano, Alabandis, Mylaſſæ & Alindæ finitima, ſed hodie jacens. Alia item erat in Lybia epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano & ipſa exſtincta.

Stratonis turris. Vide Cæſarea Palæſtina.

Ioſep. Strab. Plin. & al. Strates & Stratus, Stration apud * Stephanum, ſed malè, urbs Epiri maxima, Acarnaniæ caput cùm ſtaret, apud ſinum Ambracium, inter Anactorium & Halyzeam, ad Acheloum fluvium, ab oſtio 200. ſtadiis, teſte Strabone. Populi stratii Thucydidi. (* Apud Stephanum reperitur & Stratos urbs Acarnanię & Stration; ita ut 2. urbes videri poſſint.)

¶ Stratos ſeu Stratus, urbs fuit Epiri meridionalis ſeu Græciæ, in Acarnania & in ipſo limite Ætoliæ, 17. mill. paſſ. ab ora maris Ionii in Cæciam & 30. à ſinu Ambracio in Eurum.

¶ Straubinga, *straubing*, urbs Germaniæ, in Bavariæ Ducatu, ad Danubium fluvium, cum ponte 6. mill. Germanicis infra Ratisbonam in ortum, Paſſavium versùs 11. Aliàs dicta fuit serviodurus, ut quidam autumant.

¶ Strehamum, *Eſtrehan*, oppidum Galliæ, in Normania provincia, ad oſtia Olinæ fluvii, in littore maris Britannici, & 4. leucis infra Cadomum in Cæciam.

¶ Strengneſia, *strengnes*, urbs Sveciæ, in Sudermania provincia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Upſalenſi, & ſepultura Caroli IX. clara, in ora Meleri lacus, 8. leucis Svecicis diſtans ab Holmia in occaſum, Torſiliam versùs 3.

¶ Strevelinum, ſeu sterlinga, *sterling*, urbs scotiæ meridionalis, provinciæ cognominis caput, ad Fortheam fluvium, in ipſo limite Menthitiæ provinciæ, 21. mill. scoticis ab Edimburga in occaſum & 3. à Dumblano in meridiem; ibique perſæpe Comitia regni celebrantur.

D. Hie. Stridon, urbs Pannoniæ ſuperioris, in Illyrici confinio, ſive è contra, S. Hieronymi ſolum natale, *Sdrigna* ſeu *Sdrin* teſte Blondo cum aliis, oppidum & Comitatus. Sunt qui ſcribunt hoc oppidum fuiſſe in Iſtria, in agro Juſtinopolitano, à Gothis everſum, Illyricoque ob vicinitatem attributum. Aliis eſt Comitatus *Sdrin*, apud Fumium & Tarſaticam in mediterraneis, in confinio Iſtriæ & Liburniæ.

¶ Stridon, S.Hieronymi patria, ut ipſemet fatetur; de qua urbe idem ſic. Hoc oppidum à Gothis everſum Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit. *sdrigna* id vulgus nunc nuncupat, intra Petram Piloſam, Portulam & Primentum poſitum, ut ſcribit ex Blondo Marius Victorius in s. Hieronymi vita. Sidronam Ptolemæi eſſe ſcribit Villanovanus. Sunt tamen qui credant Stridonem fuiſſe ad Muram fluvium, aliàs in Pannonia ſuperiori, hodie in stiria, 15. mill. paſſ. infra Rakelsburgum in Eurum, versùs confluentes Muræ in Dravum totidem, prope Limbacum inferiorem oppidum.

Plin. Strigonium, *Gran*, teſte Lazio, urbs Pannoniæ inferioris, archiepiſcopalis, ad Danubium, inter Cromerum arcem ad occaſum & Budam ad ortum 8. leucis, hodie ſub Turcis, ab eis anno 1543. capta; & cùm à Chriſtianis ſub Rodulpho II. Imperatore recuperata eſſet, ab eiſdem paulò poſt recepta eſt, ab Alba Regali ſupra 7. leucas in Boream, à Vienna ſupra 24. in ortum. De illa lib. 5. Itinerarii:

Illinc Buda gemens vix octo millia diſtat.
Strigonium ſubita veneris inde rate.

¶ Strigonium, *Gran* incolis, *strigonie* Gallis, *strigonia* Italis, urbs aliàs Pannoniæ inferioris, Aquincum dicta, ut quidam exiſtimant, nunc Hungariæ, ad Danubium fluvium, ubi Granum recipit. 10. milliaribus Germanicis diſtat ab Alba Regali, uti à Buda, Comaram versùs 6.

Strigulia, *Chepeſtouu*, teſte Lelando, aliis *Chepſtouu*, oppidum Albionis in Wallia; contra Briſtolium, inter Gloceſtriam ad ortum & Landavam ad occaſum ad 20. mill. ab Herefordia totidem in auſtrum. Plin.

Strigulia, Anglię oppidum, hodie, teſte Lelando, eſt *Chepſtovv*, in Monumethiæ Comitatu, ad confluentes Vagæ fluvii in sabrinam, 18. mill. paſſ. à Briſtolio in Boream, Monumethiam versùs 10.

¶ Strobus, Macedoniæ urbs, apud Stephanum Romanorum ſtructura dicitur.

¶ Stroma, *suroma*, inſula eſt parva Scotiæ Borealis & Orcadum una, 2. mill. diſtans à Cathaneſia provincia, cujus pars nunc exiſtit, in Pictico freto.

Strongyle, *Stromboli*, teſte Fazello, inſula Siciliæ, una Æoliarum, ſic à rotunditate dicta, ignivoma, circuitu 10. mill. paſſ patens, totidem à Lipara in ortum diſtans. Inſula quoque Cretæ ante Lyctum oppidum Naxi inſulæ, teſte Solino & inſula parva Lyciæ, teſte Plinio. Strongyle oppidum Naxi nunc *Pergola* dicitur in ſaxo ubi rudera templi Baccho olim dicati, teſte Bordonio. Eſt & urbs magnæ Græciæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sibereno in ora, inter Crotonam ad auſtrum 16. & Chrimiſſam ad Arctos 8. mill. paſſ. olim Macalla, nunc *strongoli*. Strongylos Silio inſula Siciliæ dicitur lib. 14. Helm.

Mille Agathyrna dedit, perflataque Strongylos Auſtris

Error inſignis eſt Theſauri Linguæ Latinæ, hanc in mari Ægæo locantis; cùm Siciliæ inſula ſit.

¶ Strongyle, *stromboli*, una Aeoliarum inſularum in mari Tyrrheno 30. mill. diſtat à Lipara in Cæciam & 40. ab Amantea oppido Calabrię citerioris.

Strongylum, caſtrum ſuburbii urbis Conſtantinopolitanæ, ubi Conſtantinus Copronymus Iconomachus miſere obiit, teſte Glyca.

Strongylus, *Tochiſandan*, teſte Caſtaldo, mons Carmaniæ, ſic à rotunditate nominatus.

Strophades, inſulæ 2. parvæ maris Ionii, quæ & Plotæ, *strivali* hodie Sophiano & aliis, inter Zacynthum ad Boream 35. & Proten ad Euronotum 40. mill. paſſ. ante Cypariſſium promontorium. De quibus Virg. libro 3. Æneidos:

Accipiunt. Strophades Graio ſtant nomine dictæ.

Ovid. lib. 13. Metamorph.

Sævit hyems, jactatque viros, Strophadumque receptos Portubus infidis.

Nomen habet à converſione Harpyiarum ex avibus Arcadiæ, teſte Servio.

Strophie, nomen fontis Thebarum in Bœotia.

¶ Strudæ, paludis nomen circa Drinum fluvium, in Macedonia, teſte Caliſto.

Struthia, oppidum, teſte Stephano, in montibus Lycaoniæ.

Struthophagi, populi Æthiopiæ ſub Ægypto, qui paſſeribus paſcuntur.

¶ Struthuntum, Argiæ promontorium, in Peloponneſo, teſte Pauſania.

Strybia, inſula una Sporadum, teſte Stephano.

Stryme, inſula maris Aegæi apud oram Thraciæ & Thaſon inſulam: colonia item & emporium Thaſiorum. Stephanus urbem Thraciæ eam facit. Prov. Rom.

Strimon, Conozus ante, teſte Plutarcho, fluvius Macedoniæ, ex Orbelo monte manans, inque Ægæum mare influens, ſinum Strymonicum denominans; vel ex Scomio monte per Græos & Læos, teſte Thucydide, fluens: varia accipit nomina, *stromona* Sophiano, *Rendine* aliis, ab urbe Rendina epiſcopali, *Radini* Nardo, *Marmara* Bellonio, *Iſchar* Lazio. Sed hic Myſiæ, non Macedoniæ fluvius eſt. De strymone Ovid. lib. 3. triſtium elegia 3.

Strymona veniſti, Marticolamque Geten.

Virg. lib. 4. Georg.

Rupe ſub aerea deſerti ad strymonis undam.

Stry-

Strymonicus ſinus, *Golfo di Conteſa* Caſtaldo, *Golfo di Monte Santo* Sophiano, ſinus maris Ægæi, in Macedonia, in quem Strymon fluvius exoneratur.

¶ Strymonicus ſinus hodie *Golfo di Conteſsa* dicitur ab oppido cognomine ei adiacente; eſtque inter Athon montem ad auſtrum & limites Thraciæ, ac Macedoniæ ad Boream.

Stucia, *Iſtuyth* vel *Yſtuvith*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, in Wallia, inter Bangorium urbem & Cardiganiam oppidum in Oceanum Hibernicum apud *Aber Yſtuvith* oppidum decurrens.

¶ Stucia, *Iſthvvyt*, fluvius Waliæ meridionalis, in Cardigania Comitatu. In mare Hybernicum cadit 28. mill. paſſ. à Cordigano in Cæciam, & 55. à Bangorio in meridiem.

¶ Stugardia, *Stugart*, urbs Germaniæ, in suevia & in Ducatu Wirtembergico, Ducum ſedes, cum caſtro ſplendido, propè Nicrum fluvium, uno milliari Germanico diſtans ab Eslinga in occaſum, & 4. à Tubinga in Boream.

Stura, *la Stura*, fluvius geminus Galliæ Subalpinæ: unus ex Alpibus Cottiis per Marchiam salucienſem fluens, ac apud Claraſcum oppidum Tanaro fluvio congrediens, maximæ claritatis; alter per fines Taurinorum in Padum inter Auguſtam Taurinorum & Clavaſium labens, (*vix 3. mill. infra Auguſtam Taurinorum.*)

Sturii, *Staueren*, populi & urbs Friſiæ occidentalis, in Batavorum confinio. Vide Stavera.

Sturium, *Ribaud*, teſte Pineto, inſula Galliæ Narbonenſis, una Sthœchadum, (*parva admodum & prope oram.*)

¶ Sturni, populi Sarmatiæ Europeæ, teſte Ptolemæo.

Sturnini, populi Calabriæ, in finibus Salentinorum, quorum oppidum sturni Ptolemæo, vulgò *Stigliano*, ut quidam, teſte Moletio interpretantur. Sed Stilianum oppidium eſt Lucaniæ, in Baſilicata, inter Marſicum & Turſium 20. mill. paſſ. quot à Tricarico, Alliano proximum, 6. mill. diſtans, titulo Principatus ornatum.

¶ Stymbara, Deuriopum urbs in Macedonia, Straboni, eadem fortè quæ Stubera Livii.

Stympha, mons Epiri, ex quo Arachtus fluvius oritur.

Stymphalia, stymphalis Livio, regio Macedoniæ, Eſtiotidi finitima. Cujus urbs Gyrton ſeu Gyrtone, à Lariſſa 30. mill. paſſ.

Stymphalus, mons & urbs Peloponneſi, in Arcadia, *Monte poglisi*, teſte Nigro, altiſſimus, à Cleonis & Argo 20. mill. paſſ. in occidentem, urbs verò, quæ Stymphalum Plinio, *Vulſi* pineto, ſeu *Longanico* Nigro, ad montis prædicti radices, Tegeæ proxima. Eſt & Stymphalus lacus (vel stymphalis) & fluvius, qui per agrum Agrivorum ex eodem monte fluens, mutato nomine, Eraſinus dicitur, teſte Pauſania. Vide ibid. Ejus meminit Statius lib. 4. ſylvar. carm. 6.

-quantusque nivalem
Stymphalon, quantuſque iugis Erymanthon aquoſis
Terrueris.

Hinc Stymphalides aquæ. Stymphalis ſylva Ovid. lib. 5. Metamorph.

Laſſa divertebar, memini, Stymphalide ſylva.

Hinc Stymphalicus nomen adiectivum, ut aves Stymphalicæ homines invadentes apud plautum in Perſa, aves fabuloſæ: de quibus Virg. de 12. laboribus Herculis:

Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.

Nam Herculem has extinxiſſe fabulantur.

Styra oppidum fuit Eubœæ, apud Caryſtum urbem: cujus meminit Stephanus.

¶ Styracium, Cretæ mons, teſte Stephano.

Styria, olim Valeria, regio & Ducatus partim in Pannonia ſuperiori, partim in Norico, Auſtriæ & Carinthiæ contermina; cujus urbs metropolis eſt Græcium. Vide Stiria. De ea lib. 5. Itinerarii:

Seceſſit Styriis confinia & oppida terris.

~~Styx, fons~~ Arcadiæ, ex pheneo lacu & ex Nonacri monte manans ex ſaxo, (cujus aqua illico pota necat) & in fluvium evadens. Palus item Theſſaliæ, teſte Plinio, ex qua Titareſſus fluvius egreditur. Styx etiam apud poetas inferorum fluvius. De quo Ovid. lib. 4. de ponto elegia 14.

Styx quoque, ſi quid ea eſt, bene commutabitur Iſtro:
— Si quid & inferius quàm Styga mundus habet.

Hinc Stygius nomen gentis. Virgilius lib. 3. Georgicorum:

Sævit & in lucem Stygiis emiſſa tenebris.

Styx apud pheneum lacum, non ſolùm potantes enecare, ſed etiam piſciculos lethales generare dicitur, auctore Plinio lib. 31. cap. 2.

¶ Suagela, Cariæ oppidum in Aſia minori, teſte Stephano.

¶ Sualva, fluvius Britanniæ inſulæ, iuxta Cataractam vicum, teſte Beda.

Suana, *Soana*, urbs Hetruriæ epiſc. ſub Archiep. Senenſi, inde 48. mill. paſſ. Caſtrum versùs 8. ab Aquula 12. in occaſum, in ditione Senenſi, apud Olam fluvium, patria Gregorii VII. Pontificis Maximi in divos relati. *Ptol.*

¶ Suanagura, Indiæ extra Gangem urbs, teſte ptolemæo; nunc forſan *patna*, in regno cognomine, ſub dominio Magni Mogolis. *Plin.*

Suanetes, Suanitæ ptolemæo, populi Rhætiæ, quorum regio *Algoevv*, in Svevia, teſte Simlero, & urbs *Ravenſpurg*, libera, teſte Ægidio Scudo, inter Vlmam 12. mill. & Conſtantiam 6. ab Auguſta Vindelicorum 14. in occaſum.

Suani, populi Aſiæ, adeò olim auro abundantes, ut regnum ipſum velleribus aureis, trabibus & columnis ſcateret, teſte plinio lib. 33. cap. 3.

¶ Suani, populi fuere Colchidis apud plinium & Cedrenum. Ibericam nationem ultra Caucaſum vocat Agathias. Inter Lazicas gentes numerantur in Authenticis. Ibidem ferè ſunt ptolemæo, in Sarmatia Aſiatica, quo in loco Surani legunt eius interpretes. *Tac.*

Suardones, populi Germaniæ, quorum urbs *Svverin*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Bremenſi, in Ducatu Megalopolitano, inter Wiſmariam ad Arctos & Domitium in auſtrum 4. leucis, quot à Guſtrovia in occaſum, à Lubeco 7.

¶ Suardones, populi fuere Germaniæ ſub Vindilis, qui, Cluverio teſte, habitabant ubi nunc pomerania citerior & minuta pars Meckelburgenſis Ducatus. Dicuntur etiam Vardones à quibuſdam & pharodini à ptolemæo. Sed non extendebantur uſque ad Suerinum. *Plin.*

Suarni cum Vallis, populi indomiti Gordiæorum montium incolæ, auri tantùm metalla in iis montibus fodientes erant, teſte plinio. Hi nunc *Curdi* cum Gordiæis dicuntur. *Ptol.*

Suaſa, *Saſa*, oppidum fuit Semnonum mediterraneum, in Vmbria Tranſapennina, in agro Senogallienſi. *Saſa* locus ruderibus plenus nominatur, licèt Ortelius Vrbinum interpretatur.

Suavia, eadem ac Svevia.

Sabauſta, urbs erat Latii epiſcopalis, in Sabinorum confinio, circa Romam, quæ & Auguſta Helena, cuius Epiſcopus Sabauguſtanus appellabatur.

¶ Subauguſta, urbs fuit Latii, cuius veſtigia manent eo in loco ubi *Torre pignatara*, in Campania Romana ubi Eccleſia fuit ſanctorum Petri & Marcellini, ibidem' que condita fuit ab Helena Auguſta matre Conſtantini magni, teſte Luca Holſtenio. *Ant.*

Subcinum ſive Subſicinum, *Belforte*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum mediterraneum, in Calabria ulteriori, apud Fanum S. Stephani, cœnobium Carthuſianorum, ad Medamam fluvium, à Soriano 10. mill. paſſ. philocaſo propiùs. Vide Subſicinum. *Plin.*

Subi, *Beles* Morali, fluvius Hiſpaniæ citerioris, in Coſſetania regione, inter Barcinonem & Tarraconem fluens, mari exceptus apud Subur oppidum.

¶ Subiſia, vel Sobiſæum, *Soubiſe*, oppidum Galliæ, in Santonia provincia, ad Carentonum fluvium, Ducali titulo clarum, 5. leucis diſtat à Rupella in meridiem, Broagium versùs 2. *Vet. Inſ.*

Sublantia, *Sullanzo*, teſte Morali, vel *sollanzo*, urbs olim Hiſpaniæ Tarraconenſis, à Legione (quæ illi ſucceſſit) ad 2. leucas diſtans, in colle, exciſa. *Tac.*

Sublaqueum, Sublacum Frontino, *sollago*, oppidum Latii, apud ortum Anienis fluvii, ab urbe Roma ſupra 36. mill. paſſ. per Tibur, ubi nobilis & opulenta Abbatia, apud Simbrivium. *Ptol.*

¶ Sublaqueum, ſeu meliùs Sublacum oppidum Æquorum in Latio. Hodie dicitur vulgò *subiaco*, cuius Abbatia, quæ nullius eſt Diœceſis, quatuordecim vicos ſub ſe habet, in confinio regni Neapolitani. Sedet in colle ad fontes Anienis, 36. mill. diſtans à Roma in ortum, & 10. à præneſte; eſtque in Campania Romana, ſub dominio Summi Pontificis.

Sublavio, Sabiona Paulo Diacono, (non Brixina, ut Ortelius, cum Simlero, ſcribit) urbs olim epiſcopalis Norici, in Comitatu Tyrolenſi, à Brixina 10. leucis. *Ant.*

Vide Sabiona. Brixinę eadem putatur, ut lib. 4. Itinerarii:

Brixinaque antiquum nomen (niſi nomina fallunt.) ſublavionis habet: quid enim non tempora mutant?

¶ Sublavio, urbs fuit Rhætię proprię, quę Brixino dicta fuit poſteà, Sanſone & aliis teſtibus; eſtque ad fluvium Eiſocum, in Tyroleuſi Comitatu.

P. V. Sublicius pons, qui & Æmilius, teſte P. Victore, unus ex Romæ pontibus, cuius adhuc durant veſtigia ſub monte Aventino, ubi *l' Arſenale*.

pl.n. Subocrini, populi Italiæ Alpini, in Iſtria, ad montem Ocram, inter Tergeſtum & polam.

Subota, & Subotæ numero plurali, inſula eſt inter Eleam & Athum, ſive inter Erythras & Chium, cuius meminit Livius lib.4.decadis 5. Exigua eſt et obſcuri nominis.

Liv. Subrita, Subritum libro Conciliorum, *Sandioia*, olim urbs epiſc. Cretæ mediterranea, inter Gortynam & Apteriem, nunc pagus.

plin. Subſicinum, *Belforte*, oppidum Brutiorum inter poliſthinam & Sorianum 10. mill. paſſ. quot ab Hipponio, à Mileto urbe 8. in Boream. Vide ſubcinum, utroque enim modo legitur.

Subur, *Subu* Marmolio & Caſtaldo, fluvius Mauritanię Tingitanæ, in Oceanum Atlanticum inter Lixum & ſalam influens. Eſt & ſubur fluvius Luſitaniæ, in regno portugalliæ, *ſor* vulgò, teſte Vaſconcello, in Tagum apud Salvaterram oppidum influens.

ptol. ſubur, *Siges* (& *Ciges*) teſte Villanovano, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in ora Catalauniæ, inter Barcinonem 5. & Tarraconem 6. leucis. Populi ſuburritani in veteri inſcriptione.

ſubura, ſeu Suburra, vicus & via Romæ in 2. regione, quæ Cæliomontana vocatur, & vulgò *la Regione de monti*, ubi ſanctorum Quirici, & Iulittæ ſacra ædes. Ibi olim meretrices habitabant. Martialis lib. 12. epigrammate 21.

Nulla nec in media certabit nata Suburra.

Hinc ſuburrana regio extra 14. regiones: de quibus P. Victor, & ſextus Rufus.

¶ Suburra vicus Romæ dicitur etiamnum *la Suburra*, eſtque in illa parte quę *Rione de Monti* dicitur.

ſuburgia, *Burghi* hodie, ut in tabulis recentibus, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis mediterraneum, apud Tœmphœbium fiuvium & Auximim oppidum.

¶ ſubuttum, Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptolemæo.

ſuccadana, *Succadana*, urbs Bornei inſulæ, cum portu in eius parte occidentali & in ora maris Indici.

Ant. ¶ ſuccaſſes, Galliæ Aquitanicæ populi apud plinium.

ſucci, *TurcKzueſt*, teſte Lazio, oppidum olim inter Thraciam, & Daciam, in Myſia ſuperiori, ubi ſuccorum anguſtiæ.

ſuccoſa, *la Puebla de la Sucoa*, ut habent tabulæ recentes, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in finibus Ilergetum.

¶ uccoſa quibuſdam eſt *Saz de Surta*, caſtrum in regno Aragoniæ. Aliis autem eſt *Ainſa*, oppidum eiuſdem regni, in viciniis, ad Cincam fluvium, ſobrarbiæ

ptol. caput, 25. mill. paſſ. à Barbaſtro in Boream diſtans, pyrenæos montes verſùs totidem.

Succubar & Succabar in veteri inſcriptione, Zuchabari ptolemæo, colonia & urbs Mauritaniæ Cęſarienſis mediterranea, Colonia Auguſta Succubar plinio, Sugabarritanum municipium Ammiano. Diſtabat à Iulia Cæſarea 41. mill. paſſ. in meridiem.

Succubo, Succubitanum municipium Iulio Capitolino, *Sierra de Ronda*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Beticæ, patria proavi Antonini cognomento philoſophi; locus apud Arundam urbem.

Succuſanus pagus, qui & ſuburra, vicus in 2. regione urbis Romæ. Vide Subura.

¶ Sucheum, *Sucheu*, urbs Imperii Sinarum, in Queichei provincia, intra montes, teſte Martino Martinio.

¶ Sucheum, *Sucheu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Nanchinenſi provincia, cuius tertium locum obtinet. Sedet in regione perferaci, intra fluvium & propè lacum Taium. Emporium eſt celebre, & ab ipſa pendent ſex aliæ urbes minores, teſte Martinio.

¶ Suchina, *Suching*, urbs eſt provinciæ Quanſiæ, aliàs in Imperio Sinarum, nunc in regno Tunchini ad radices montis Lengyuni, teſte Martino Martinio.

¶ Suchuenſis, *Suchuen*, id eſt, quatuor aquarum, provincia eſt ampla Imperii Sinarum maximè ad occaſum extenſa, verſùs Indiam & regnum Thibeti. Dividitur in duas partes fluvio *kiang* dicto, & peſſimè habita fuit ultimo bello Tartarico. Terminatur a ſeptentrione Xenſia provincia, uti ab ortu Huquania, & in meridie Queichea & Iunnania provinciis, ab occaſu autem India extra Gangem. Eius primaria urbs eſt Chingtum, *Chingtu*. Aliæ urbes ſunt paoninga, *paoning*, Xunckinga, *Xuncking*, Siucheum, *Siucheu*, ChunKinga, *Chungking*, Queicheum, *Queicheu*, Lunganum, *Lunggan*, & Mahum, *Mahu*, ſub quibus ſunt 89. urbes minores, cum 29. aliis, teſte Martino Martinio.

Sucidava, oppidum fuit Myſiæ inferioris apud Danubium, inter Duroſtorum ad meridiem 18. & Axiopolim in Cæciam 12. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario. Ant.

Sucro, fluvius & oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ptol. in regno Valentiæ & finibus Conteſtanorum. Fluvius Lib. *Xucar* appellatur Beuthero, Cluſio, & aliis, inter Dia- plin. nium, & Setabim in mare Ibericum fluens: oppidum plin. *Cullera*, in ora ad oſtia fluvii prædicti, inter Valen- Mel. tiam ad Boream 6. & Dianium ad auſtrum 7. leucis, ptol. olim urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano.

¶ Sucro, *Xucar*, fluvius, oritur ex eodem monte quo Tagus, in Caſtella nova, & in limite Aragoniæ; deinde Concham urbem, et Alarconium rigat. Hinc auctus fluviis *Gabriel*, *Algarra*, aliiſque minoribus, in ſinum Sucronenſem ab eo dictum ſe exonerat. Sucro verò oppidum ad eius oſtia etiamnum *Succa* dicitur; vixque una leuca diſtat à *Cullera*. Sed paucis admodum conſtat incolis.

Sucronenſis ſinus, *Golfo di Albufera*, ſinus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in quem Sucro fluvius influit.

¶ Sucronenſis ſinus, hodie *Golfo de Valencia* Hiſpanis, pars eſt maris Mediterranei, inter oſtia Iberi ad Boream & Dianium promontorium ad meridiem, in ora regni Valentiæ.

¶ Suczova, *Suchzovv*, urbs Moldaviæ caput, ad amnem *Srrech*, in limite Tranſylvaniæ, et 50. mill. paſſ. diſtat ab Jaſſio in occaſum.

Sudeni, populi Sarmatiæ Europęæ, ad oram ſinus Venedici incolentes: quorum regio *Sudavv*, in pruſſia Mel. Ducali, in peninſula apud Regium montem,

¶ Sudeni, populi fuere Germano Sarmatiæ ſub Venedis, ubi hodie palatinatus Vitebſcenſis, in magno Ducatu Lithuaniæ, Sanſone teſte,

¶ Sudercopia, *ſuderKoping*, oppidum Sveciæ, in Oſtrogothia provincia 7. mill. paſſ. à Norcopia ia Eurum diſtans 15. à Stegeburgo & ab ora maris Baltici in occaſum, Vaſtenam verſùs 50. circiter.

¶ Sudermannia, *Sudemanland*, provincia regni Sue- ptol. ciæ in Suevonia regione, ſeu ſvecia propria, inter VVeſtmaniam et Uplandiam ad Boream & mare Balticum ad meridiem, eſtque Ducatus titulo clara. Eius urbes præcipuæ ſunt Nicopia, *Nicoping*, Stregneſia, *ſtregnes*, & Troſa, *Troſe*.

Sudernum, Tudernum Antonino, *Muderno*, teſte Leandro, oppidum Thuſcię mediterraneum, in agro Viterbi- ptol. enſium. Populi Sudertani dici à nonnullis putantur.

Sudertani, populi Hetruriæ, quorum oppidum *Sourerto*, plin. teſte Volaterrano, inter Populonium ad occidentem 8. & Liu. Maſſam ad ortum 12. mill, paſſ. à Volaterris 20. in meridiem & Eurum, quaſi Sudertum.

Suditi, Sudeti in Latino codice, Vandalici montes plol. Dioni, *Wendenberg & Fiechtelberg*, montes Germaniæ, inter Franconiam ad occaſum & Voitlandiam ad ortum, ex quibus 4. flumina profluunt, Mœnus in occidentem, per Franconiam. Egra in ortum, per Bohemiam, Sala in Boream, inter Thuringiam & Miſniam, Nabus in meridiem, per Nortgoiam, ſeu Bavariam Tranſdanubianam; qui *Riſenberg*, quà Bohemiam attingunt, dicuntur.

¶ Svecia, *Svveden* incolis, *Svede* Gallis, *Svetia* Italis regnum eſt Europę, verſùs ſeptentrionem. Majorem Scandinaviæ partem complectitur, aliàſque Daniæ & Norvegiæ unitum fuit; ſed hodie proprio ſubeſt Regi. Terminatur à ſeptentrione Lapponia Norvegica, ab oriente Moſcovia, à meridie mari Baltico, & ab occidente Dania & Norvegia. Ejus partes ſunt ſex, nempè Svecia propria, Gothia, Lapponia Svecica, Finlandia, Ingria, & Livonia; ſub quibus ſunt triginta quinque provinciæ, quibus additur Bacuſiana Præfectura, quæ anteà pars erat Norvegiæ. Subſunt etiam Regi Sveciæ, Pomerania citerior, Ducatus Bremenſis & Principatus Ferdenſis: ſed hæc ſunt in Germania. Totius autem regni

regni caput eſt Holmia, *Stockholm*, propè Melerum lacum.

(*Sueciæ provinciæ*:

Angermania, Angermanie.
BleKingia, BleKing.
Bothnia occidentalis, Bothnie occidentale.
Caiania, *ſeu Bothnia orientalis*, Caianie.
Carelia, Carelie.
Dalecarlia, Dalecarlie.
Dalia, Dalie.
Finlandia ſeptentrionalis, Finlande ſeptentrionale.
Finlandia meridionalis, Finlande meridionale.
Geſtricia, Geſtricie.
Hallandia, Halland.
Helſingia, Helſingie.
Iemptia, Iempterland.
Ingria, Ingrie, *ſeu* Ingermanland.
Kekholmia, KeKholme.
Lapponia, Lapponie, *in quinque marchias*, *ſeu provincias diviſa*.
Livonia, Livonie, *in duas provincias diviſa*.
Medelpadia, Medelpade.
Nericia, Nericie.
Nylandia, Nylande.
Oſtrogothia, Oſtrogothland.
Savolaxia, Savolax.
scania, schonen.
smalandia, smaland.
sudermania, sudermanland.
Tavaſthia, Tavaſthus.
Vermelandia, Vermeland.
VVeſtmania, VVeſtmanie.
VVeſtrogothia, VVeſtrogothland.
Vplandia, Vpland.)

(*suecia urbes præcipuæ*:

Aboa, Abo.
Aroſia, VVeſteras.
Calmaria, Calmar.
Caroloſtadium, Carloſtad.
Chriſtianopolis, Chriſtianopel.
Coronia, Landſcron.
Daleburgum, Daleborg.
Elleboga, Ellebogen.
Gothemburgum, Gotemburg.
Holmia, stockholm, *regni caput*.
Lincopia, Lincoping.
Lunda, Lunden.
Nicopia, Nycoping.
Norcopia, Norkoping.
Orebroa, Orebro.
Revalia, Revel.
Riga, Rige.
scara, scare.
sigtuna, sigtun.
Torna, Toorn.
Viburgum, Viborch.
Vpſala, Vpſal.)

¶ svecia nova, *nouvelle svede*, provincia Americę ſeptentrionalis, in ora maris Borealis inter novum Belgium ad Boream et Virginiam ad auſtrum, primò à svecis habitata & poſteà a Batavis occupata, qui inde eiecti fuere hiſce ultimis temporibus; ſicque etiamnum ſubeſt dominio suecorum. Ibi oppida præcipua Chriſtina, & Gothemburgum, propè oſtia fluvii Auſtrini.

a. ¶ Sueconii, plinio teſte, Belgii populi fuere, ubi hodie Tornacum, urbs epiſcopalis Flandriæ, ad scaldim fluvium, ut quidam opinantur.

suedia, quæ & suecia, regio ſeptentrionalis, scandinaviæ pars, cui Norvegia ad occaſum, Gothia ad meridiem hæret; regnum amplum, plures complectens ad Boream et ortum regiones. Regia Holmia, metropolis Vpſala, ſub qua scara, Lincopa, stragena, Aroſia, Aboa, & Vellimona epiſcopalis. Populi suedi et sueci, suiones veteribus dicti apud Tacitum. Eſt et suedia, ſeu suetia urbs Helvetiæ libera & conventus iuridicus, *svveitz*, apud lacum Lucerinum.

¶ suedia, regio Europæ, meliùs dicitur suetia. Vi-
in. de ibid. Et suedia, oppidulum Helvetiorum, dicitur
ol. ab aliis suitium. Vide ibid.

suel, sivel Antonino, *Molena*, teſte Gerundenſi, oppidum Hiſpaniæ Bęticæ, à Malaca 21. mill. paſſ. in occidentem Gades versùs. Sed Mela (cui magis fidendum) illud inter Abdaram & Hexi locat: plinius inter Malacam & Saldubam, Barbeſulam & Calpen versùs. In Theſauro Linguæ Latinæ, *Chipiona* indigitatur; ſed hoc oppidum Turris Cæpionis eſt veteribus.

Tomus II.

¶ Suel, oppidum Bęticæ hodie, teſte Sanſone, eſt *Molina*, caſtrum parvum regni Granatenſis, in ora maris Mediterranei.

Suellis, *Suelli*, urbs Sardiniæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Calaritano, cui hodie ſedes suellenſis iuncta eſt, inter Calarim 30. & Arboream 40. mill. paſſ.

Suelteri, populi Galliæ Narbonenſis Alpini, in Pede- *plin.*
montanæ regionis confinio, quorum oppidum *Guilleſtre* nonnullis eſſe videtur, ab Ebroduno 4. leucis in ortum: quod potiùs Gallitę eſſe videtur. Vide ibid.

¶ Suelteri, populi fuere Galliæ Narbonenſis, in provincia, inter Argenteum amnem ad Boream & Olbiam oppidum, ubi hodie pars meridionalis Diœceſis Foroiulienſis.

Suerinum, *Schvverin* & *Svverin*, urbs Germaniæ e- *Prov.*
piſcopalis, ſub Archiepiſcopo Bremenſi, in Saxonia & *Bem.*
Ducatu Meckelburgenſi, quæ Megalopoli urbi exciſæ (à qua nomen eſt Ducatui) ſucceſſit. Vide suardones.

¶ Suerinum, *Suverin*, urbs eſt Germaniæ, in Sàxonia inferiori, aliàs partim dominio proprii Epiſcopi & partim Ducis Megalopolitani, nunc tota eidem Duci ſubeſt, pace Monaſterienſi. Sedet juxta lacum cognominem, 7. m. Germanicis à Guſtrovia, altera ſede Ducum in occaſ. & 3. à VViſmaria in meridiem.

Sueſia, Meſia, et Melſiagum, paludes ingentes Ger- *Mel.*
maniæ, quas Ortelius Aſcaniam, Dulcem, & Salſam Latino recenti dici putat, in Comitatu Mansfeldenſi, in Saxonia. Mansfeldia verò urbs inter Erphordiam ad meridiem 9. & Halberſtadium ad Arctos 7. leucis occurrit.

Sueſſa, *Seſſa*, colonia & urbs Campaniæ, in colle, epiſc. ſub Archiep. Capuano & Ducatus titulo inſignis, olim Aurunca, inter Cajetam 20. & Capuam 16. mill. paſſ. à Neapoli 32. Hinc certant Ceres & Liber; agrum enim mirè fertilem habet. Silius lib. 8.

-Detritaque bellis
Sueſſa, atque à duro Fruſino haud imbellis aratro.

Sueſſa, sutrium, sora, setia, Alba, Ardea, Cales Circæi, Carſeoli, Interamna, Nepet, & Narnia, 12. coloniæ, Romanis milites & pecunias negarunt, unde ab illis punitæ ſunt, teſte Livio lib. 27.

Sueſſanæ aquæ, *Torre de Bagni*. Vide Sinueſſanę, ſic enim legendum eſt, uti apud Livium.

¶ Sueſſionenſis ager, *le Soiſſonnois*, tractus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, ubi aliàs Sueſſiones populi, versùs Axonam fluvium. Aliàs pars fuit picardiæ provinciæ, a qua terminatur ad Boream, uti Laudunenſi tractu, Remenſi ad ortum, Taleſia ad occaſum, & Bria provincia ad meridiem. Eius autem caput eſt Sueſſiones, ſeu Auguſta suesſonum.

Sueſsiones & Sueſſones Cæſari alicubi, Sueſiones Stra- *Plin.*
boni, Veſſones ptolemæo, (cui Auguſta Veſsonum, pro sueſsonum) populi et urbs Galliæ Belgicæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, in Campaniæ & picardiæ confinio, ad Axonam fluvium, à Remis 10. leucis quot à Noviomo, Lutetiam versùs 22. A Brenno Senonum Duce conſtructa traditur anno urbis conditæ 315. *Soiſſons* vulgò hodie.

¶ Sueſſiones, populi Galliæ Belgicæ, quorum tractus *le Soiſſonnois*, & Laudunenſis *le Laonnois*, urbs etiam Sueſsones, ſeu Auguſta Sueſsonum, *Soiſſons*, ampla eſt & munita, in præfectura Inſulæ Franciæ, vix 5. leu. à confinio picardiæ, & Campaniæ diſtans, 10. à Remis in occaſ. 7. à Novioduno in Eurum & 12. à Meldis in Boream.

Sueſſitani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaſconibus; quorum oppidum Sueſtaſium ptolemæo, *Sanguesa*, teſte Floriano, & Ioanne Mariana, in regno Navarræ, à Pompelone 6. leucis in ortum, Iaccam versùs, ad Aragonem fluvium. Legitur & sueſsetani & oppidum sueſsa, in antiquo regio diplomate, teſte Mariana.

sueſsula, sueſula Straboni, *Seſsula*, colonia et oppidum Campaniæ, inter Acerras & Averſam, ab Acerris 4. mill. paſs. apud Clanium fluvium, ægrè habitatum, à Neapoli 8. mill. diſtans. Populi sueſsulani plinio.

Sueſtaſium. Vide sueſſitani. *Ptol.*

Svevi, populi Germaniæ, qui magnam illius partem *Cæſ*
tenuere, Mechelburgiam, pomeraniam & Marchiam *Strab.*
(per quam suevus fluvius labitur) incolentes, ſic à *Tac.*
suevone monte (Germaniam à sarmatia ſeparante, teſte *Ptol.*
solino) dicti; qui inde profecti, circa Danubium conſede- *& al.*

 re;

e; ab iiſque regio cis Danubium, ubi Rhætia & trans Danubium, Svevia apud Tacitum & Eutropium nominatur, vulgò *Schvvaben*, multis & claris conſtans urbibus, (quorum magna pars ſunt liberæ) olim Ducatus ampliſſimus. In hac Danubius oritur. Ab his nomen habet Svvinphordia, *Schvvinford*, vel *Schvvinfurt* quaſi Svevorum trajectus dicta. Claudianus de laudibus Stiliconis lib. I.

Ut Svevus iam rura colat, flexoſque Sicambri
In falcem curvent gladios.

¶ Svevi, populi fuere Germaniæ ſeptentrionalis ſub Vindilis, & valdè extenſi, ſub quibus ſeptem nationes fuere, teſte Brietio, nempè Angli, Varini, Caviones, Deuringi, Eudoſes, Huithones, & Sverdones, ubi hodie Ducatus Megalopolitanus & pomerania. Gaſpar peucerus credit Svevos totam illam oram ſeptentrionalem tenuiſſe, quam nunc incolunt Caſſubii,poloni ex parte, & pomerani univerſi, ad Auſtrinum littus maris Baltici, quod Svevicum mare ab eis denominatum, ea in parte, ubi & flumen Svevi nomine, *Die Schuvein*, in mare influit. Hodie autem ſunt in parte auſtrali Germaniæ, uersùs fontes Danubii, ubi provincia svevia dicta.

¶ Suevia, *Schvvaben* Incolis, *Sovabe* Gallis, *Suevia* Italis, provincia Germaniæ ampla, inter Bavariam ad ortum, Rhenum ad occaſum, quo ſeparatur ab Alſatia, Helvetios ad meridiem & Franconiam ad Boream. In ea autem ſunt Suevia propriè dicta versùs Danubium & Lycum fluvios, Ducatus VVirtembergenſis, Sylva Nigra, & Marchionatus Badenſis & Burgoviæ; eiuſque urbes præcipuæ ſunt Auguſta Vindelicorum & Ulma.

(*Sueviæ urbes præcipuæ*:

Auguſta Vindelicorum, Augsbourg.
Bada, Baden.
Burgovia, Burgavv.
Campidunum, Kempten.
Conſtantia, Conſtance.
Eslinga, Esling.
Halla Suevica, Halle en Sovebe.
Haylbruna, Haylbrun.
Iſna, Iſne.
Lindavia, Lindavv.
Memminga, Memmingen.
Nerolinga, Nordlingen.
Rhenofelda, Rhynfeld.
Rotevilla, Rotvveil.
Stugardia, Stugard.
Tubinga, Tubingen.
Vberlinga, Vberlingen.
Vlma, Vlm.)

Suevicum mare, idem quod Balticum.

Tac. Suevo, mons Germaniæ, Carpatis pars occidua, inter Moraviam, & Hungariam Tranſdanubianam ad Danubium uſque extenſus. Vide Sevo apud Solinum, videtur enim idem.

¶ Suevo, ſeu Sevo, mons eſt Scandinaviæ, hodie *Daars Field* dictus, inter Sueciam & Norvegiam extenſus. Vide Sevo.

¶ Svevonia, ſeu suecia vera, *la Sueonie ou Suede propre*, pars regni sueciæ ampla, inter Lapponiam ad Boream, mare Balticum & ſinum Bothnicum da ortum, Gothiam ad meridiem, & Norvegiam ad occaſum. In ea ſunt decem provinciæ, nempè Vplandia, Sudermannia, Nericia, Veſtmannia, Geſtricia, Dalecarlia, Helſingia, Medelpadia, Iemptia, & Angermania. Eius caput eſt Holmia, totius regni caput & ſedes regia.

Ptol. Suevus, *Sprèe*, teſte Althamero, cum VVillichio & aliis fluvius Germaniæ, ex montibus Bohemiæ oriens, perque Luſatiam & Marchiam fluens, mixtuſque Havellę in Albim influens. Becano & aliis eſt Oder, qui in Moravia ortum habet, ac per Sleſiam Marchiamque, & pomeraniam decurrens, mari Baltico excipitur; de quo vide in Guttalus. Peucero eſt *Svvine*: ſed hoc non fluvius; at ſtagnum potiùs eſt, & fretum. Ortelio Pene videtur, medius inter Oderam ad ortum & Havellam ad occaſum fluens, mareque per Anclamium urbem contra Vſedomiam inſulam ſubiens. Prior interpretatio magis probatur.

¶ Suevus, fluvius Germanię, is eſt qui aliter Viadrus, *Viader*, & Guttalus dicitur, hodie Odera, *l'Oder*. Oritur in ipſo limite Moraviæ. Deinde sileſiam bifariam ſecans à meridie in ſeptentrionem, per Marchiam Brandeburgicam labitur, atque per pomeraniam, ubi in mare Balticum ſe exonerat triplici oſtio. Vide Odera.

Suffetula, urbs Africæ mediterranea, olim epiſcopalis ſub Archiepiſco Carthaginenſi, inde 172. mill. paſſ. diſtans in Euronotum, ab Hadrumeto 100. à Teveſte 70. An exſtet modò, incertum. Erat & Sufetenſis urbs epiſcopalis. Ant. D. Au.

Sugdæa, olim Myſiæ inferioris in Bulgaria, olim epiſcopalis, poſteà metropolis effecta ſub Patriarca Conſtantinopolitano, cui et Bulla ſeu phulla iuncta eſt. De ea vide Curopalatam. Lib. Conc.

Sugdii, montes Aſiæ, in Sogdiana regione, ab illis denominata; quæ & sugdias apud Dionyſium Afrum: Ptol.

Sugdias hanc ſequitur, rapidus quam dividit
Oxus.

¶ Sugenum, *sugen*, urbs aliàs Imperii Sinarum, in provincia Quanſia, nunc ſub dominio Regis Tunchini; eſtque ſatis munita, teſte Martino Martinio.

Suhit, urbs Arabiæ in Cœleſyriæ confinio, media inter Hieroſolymam & Damaſcum ad 160. mill. paſſ. in terra Hus, ubi adhuc ſepulchrum Iob monſtratur, *suetha*. Lib. Iob.

¶ Suinburgum, *schvvinborg*, oppidum eſt amplum Daniæ, in Fionia inſula et in eius parte meridionali, contra Taſſingam inſulam. 5. leucis Danicis diſtat ab Ottonia in auſtrum, et 8. ab Haderslebia in ortum, portu gaudens utcumque capaci.

Suinum, *Sino* ex tabulis recentibus, fluv. piceni ultra Truentum in Aprutio, Angolum urbem alluens, ac inter Vomanum ad occ. et Aternum in ortum in mare decurrens. Aliis eſt *Salino*, vel *Salinello* non longè fluens per Pinnenſem urbem, quaſi medius inter Aternum & Vomanum. Plin.

¶ Suinum, teſte Magino, hodie eſt *Salinello*, fluvius Aprutii ulterioris, qui ortus ex Apennino Monte, Civitatulam rigat, et paulò infra Iuliam novam in mare Adriaticum ſe exonerat 7. mill. ab oſtio Truenti in meridiem.

Suiones, populi Germaniæ, in ora maris Baltici, in pomerania, inter Lemovios & Rugios: à quibus *Svvine* fretum, inter Vſodomiam & Iulinam inſulas videtur nominari. VVillichius Svvedos interpretatur. Tac.

¶ Suirius, *Sevver*, fluvius Hiberniæ, in Momonia provincia. Oritur in limite Lageniæ, in Comitatu Tiperarienſi, ubi Caſſiliam & Carricum rigat; deinde paulò infra Vaterfordiam Byrgo mixtus, cum ipſo in mare Hibernicum cadit.

Suiſſatium, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Viroveſcam ad occidentem & pompelonem ad ortum, ab ea 64. mill. paſſ. Videtur Sueſtaſium ptolemæo dici. Sed hoc à pompelone in orrum recedit, Suiſſatium verò in occidentem. Vide ibid. Ant.

Suitha, oppidum palæſtinæ, in Decapoli regione, à Capharnao & Corozain 12. mill. paſſ. in via quæ Damaſcum ducit, inde 100. mill. paſſ. ubi S. Iob ſepulchrum. Vide Capitolias. Ibi regio Thrachonitis incipit; Hermon montem & regnum Baſan versùs. Bibl.

¶ Suitienſis pagus, *Canton de Schvvits* ſeu *de Suiſſe*, unus ex 13. pagis Helvetiorum, unde nomen recens eis inditum. Totus eſt Catholicus, atque extenditur inter lacum Tigurinum ad Boream & lacum Lucerinum ad auſtrum, & inter pagum Glaronenſem ad ortum & Tugienſem ad occaſum. Ibi Suitium pagus precipuus.

¶ Suitium, *Schvvits*, ſeu *Suiſſe*, vicus amplus Helvetiorum, pagi cognominis caput, ad Mutam amnem, 2. tantùm mill. paſſ. à lacu Lucerino et 18. à Lucerna in ortum, Glaronam versùs totidem.

Sulchi. Vide Solci.

Sulcitana inſula, *Iſola di S. Antiocho*, apud Sulci urbem olim epiſcopalem, extinctam, cui Villa Eccleſiæ ſub Archiepiſcopo Calaritano ſucceſſit; ad quam ficcis plantis aliquando tranſitur. Inſulæ Sardiniæ adiacentes omnes 44. numero ſunt: quarum 36. remotiores deſertæ et inhabitatæ; octo verò, uti propiores, turribus præſidioque adversùs piratas munitæ conſpiciuntur. Harum majores ſunt Aſinaria, vulgò *del Falcon*, ante Gorditanum promontorium in ora occidua, circuitu 30. mill. p. Hermæa, quæ et Bucina ſeu Bucinaria vulgò *Tolara* 12. m. p. ambitu prædita, adeò celſa, ut ex Italia adnavigantibus primò cernatur, s. Pontiani Papæ exilio clara. Sulcitana, quæ & Plumbea ſeu Molybodes Græcis, ob plumbi copiam, nominatur, circuitu 30. m.p. ubi equi ſylveſtres gignuntur, s. Antiochi (à quo nomen habet) Mel.

bet) martyrio & ſacra æde celebris ; inſula Hieracum, vulgò *di S. Pietro*, 25. mill. paſſ. patens, optimè munita, nomen apud veteres à copia accipitrum habens. Nec mirum videri debet ſardiniam tot inſulis ambiri, cum ea poſt siciliam omnium inſularum maris Mediterranei ſit maxima, 650. mill. paſſ. ambitu continens, ſcilicet à Turribus Algarium 60. Boſam 30. Auriſtagnum 60. Calarim 170. (Villa Eccleſiæ intercedente) Tortulas 110. Oroſeum 50. Manſionem ſeu Poſadam 40. Terram novam olim Phauſaniam 50. Lungonem 30. Caſtrum Aragonenſe ſeu Ampurias 20. inde Turies 30. Sulcitana porrò omnium ad oram maximè accedit, cum à littore ad eam frequenter pedibus tranſvadari contingat.

Sulcitani. Vide Solci.

¶ Sulcitanus ſinus, *Golfo di Palma*, pars eſt maris sardoi, in ora auſtrali sardiniæ inſulæ, Africæ obverſa, propè sulcis rudera & Enoſim inſulam.

Sulgas, sorge Plinio, (apud quem tamen Orge legitur) *la sorgue*, fons & fluviolus Galliæ Narbonenſis, Vindelicus Oroſio à Vindelo quod alluit. Vide Orge.

¶ Sulgas ſeu sulga, *la sorgue*, fluvius eſt parvus Galliæ, in provincia & Comitatu Vindaxino, & in Rhodanum cadit ſupra Avenionem.

¶ Sulliacum ſeu sullium, *sully*, oppidum Galliæ, in Aurelianenſi provincia, ad Ligerim fluvium, cum arce magnifica, Ducatus titulo clara, 8. leucis ſupra Aurelias in ortum, et in ipſo limite Bituricenſis provinciæ.

Sulloniacæ vel sullomacæ, ut alibi legitur * *Elesche* Camdeno, olim oppidum, nunc pagus Albionis in Anglia, inter Londinium 12. & Verolamium 9. mill. apud Edogevvartham: ſed Talboto eſt ipſum *Edgevvorth*: Aliis *Brochlehill* pagus finitimus. (* Camdeno videtur eſſe locus in agro Hertfordienſi, juxta *Elleſtre* pagum & *Brockley-hill* collem, non multùm *Edgevvorth* diſtante, in Midleſexia.

¶ Sullucum, Numidiæ urbs, in Africa propria, teſte Antonino.

sulmo, *sulmona & solmona* urbs Pelignorum, in Aprutio, epiſcopalis, apud sarum fluvium, inter Aquilam 26. & Venafrum 45. mill. paſſ. Neapolim versùs à Corfinio 7. Principatus titulo gaudens. De qua Ovid. (cuius eſt patria) lib. 2. amorum eleg. 16.

Me pars Sulmo tenet Pelignl tertia ruris ;
Parva, ſed irriguis ora ſalubris aquis.

silius lib. 8.

Pelignus, gelidoque rapit Sulmone cohortes.

Eandem Ovid. lib. 4. triſtium elegia 10. deſcribit:

sulmo mihi partia eſt gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies diſtat ab urbe decem.

¶ sulmo, *sulmona*, urbs eſt parva Aprutii citerioris, in regno Neapolitano 26. mill. paſſ. diſtans ab Aquila in Eurum & 30. à Venafro in Boream ; eſtque principatus gentis Burgheſiæ.

sulmo alter, *sermoneta*, teſte pyrrho Ligorio, oppidum Latii, inter Velitras & privernum ferè 13. mill. paſſ. Sed hunc sulmonem plinius interiiſſe ſcribit. Ducatus honore inſignitum eſt.

¶ sultzbachium, *sultzbach*, oppidulum Germaniæ in palatinatu ſuperiori, Principatus titulo clarum vix 2. mill. Germanicis diſtat ab Amberga in Circium.

¶ sumachia, *scamachie*, urbs Perſiæ in servania provincia, cuius caput exiſtit, versùs mare Caſpium & confinia Georgiæ. In valle ſedet, intra montes. De ea pluribus ſcripſit Adamus Olearius in Itinere perſico.

¶ sumatra, *sumatra*, inſula ampla Aſiæ, & una ex tribus sindæ inſulis. Eſt in Oceano Indico & ad auſtrum Aureæ Cherſoneſi ſeu peninſulæ Indiæ extra Gangem, à qua ſeparatur tantùm freto Malacenſi dicto 26. mill. paſſ. ad ortum, uti etiam ad meridiem ſeparatur à Iava inſula freto sundæ 20. mill. paſſ. circiter. Oblonga eſt, extenditurque à Circio in Eurum per 850. mill. paſſ. nempè ab Acemo ad fretum sundæ. In ea inſula ſunt plurima regna, quorum præcipua ſunt Acemum, *Achem*, Campera, *Camper*, Iambium, *Iamby*, Menancabum, *Menancabo*, pacemum, *pacem*, Palimbanum, *palimban*, & Pedirium, *pedir*. Totius autem inſulæ urbs præcipua eſt Acemum, *Achem*, in ejus parte Boreali.

¶ suminga, *suming*, urbs aliàs Imperii ſinarum, in provincia Quanſia, nunc ſub dominio Regis Tunchini. Dicitur *sinhoa* ab incolis, & ab ea pendent 5. aliæ urbes, teſte Martinio.

summæ Alpes, quæ & pœninæ straboni & plinio dicuntur, teſte Beato Rhenano, *Gothardsberg* Germanis, *Monte di S. Gothardo* Italis, montes ſummi inter Inſubres & Helvetios, Adula Ptolemæo, inter Belitionem oppidum Inſubriæ 45. & Uriam primum Helvetiorum conventum qui occurrit 20. mill. paſſ. Ex quo monte 4. flumina effluunt, Rhodanus in occaſum, Rhenus in ortum, Ticinus in meridiem, Urſa in Boream.

¶ Summaram, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum in Nili ripa, teſte Plinio.

Summum lacus & summus lacus, ac summolacus, (variè enim legitur) *Codi lago*, locus in extremo lacu Latii, inter Comum 50. & Clavennam oppidum Rhætorum 16. mill. paſſ.

¶ Summus lacus hodie *Samolico* dicitur ; eſtque caſtrum Rhætorum in Comit. Clavennenſi & in confinio Ducatus Mediolanenſi 5. m. p. diſtans à Clavenna in meridiem, Comum versùs 34.

Summum Pyrenæi ſeu summus Pyrenæus Antonino, *Liq.*
S. Chriſtina, teſte Zurita, oppidum Hiſpaniæ Tarraco- *Conc.*
nenſis, in finibus Vaſconum & Aquitaniæ confinio, qua Pyrenæus mons inter Hiſpaniam & Aquitaniam tranſitur, a Pompelone 14. leucis.

Summuntorium, Ripa prima libro Notitiæ, *Hohenv-* *Ant.*
vart, teſte Lazio, oppidum Vindeliciæ in Bavaria, inter Auguſtam 8. & Ratiſponam 9. leucis ab Ingolſtadio 2. in auſtrum. Sunt qui Submuntorium legant. Sed Marcus Velſerus primo modo legit, cui magis fidimus. Nunc pagus eſt cum cœnobio.

Summuranum, *Murano*, oppidum Lucaniæ mediter- *Ant.*
raneum, in confinio Brutiorum, teſte Celio Cittadino a Caſtrovillario 4. mill. paſſ. à Coſano 10. Sed scipio Mazzella summuranum à Murano diverſum facit, putatque illud eſſe ipſum Caſtrovillarium.

¶ Suna, *Souna*, inſula eſt parva scotiæ & Orcadum Auſtralium una, a Cathaneſia extima Borealis scotiæ parte decem ferè diſſita milliaribus, & tribus tantùm ab Auſtrali Rhanalſia inſula ; eſtque in Pictico freto.

Sunam, sonna Joſepho, *Torondolos Gabraleris* hodie, *Bibl.*
teſte Benjamin Tudeleſi, oppidum olim Palæſtinæ, in Tribu Iſſachar, nunc pagus.

¶ Sunanum, *Sunan*, urbs eſt Imperii ſinarum in Queichea provincia, cujus tertium locum obtinet, ad radices montium & ab ea pendet etiam altera urbs.

¶ Sundeburgum, *Sunderburg*, oppidum Daniæ in Jutia meridionali & in inſula Alſa, in mari Baltico & in ora Ducatus slesvicenſis. Arcem habet magnificam Ducum è familia Holſatiæ 3. leucis diſtans a Flenſburgo in ortum & 5. a sleſvico in Boream, Ottoniam versùs 8. & ferè 2. ab alia arce Norderburgo in eadem inſula.

¶ Sundicum fretum, *Die sund* ſeu *Ore ſund* Danis, *le sond* Gallis, fretum maris Baltici inter sveciam & Daniam, ſeu meliùs inter scaniam provinciam sveciæ ad ortum & selandiam Daniæ inſulam ad occaſum. Extenditur ad 5. mill. paſſ. a ſeptentrione in meridiem. Ejus verò latitudo alicubi eſt 15. mill. paſſ. ubi major, ſed inter Elſingoburgum Scaniæ & Coronæburgum selandiæ eſt tantùm 3. mill. paſſ. hicque naves tranſeuntes ex mari Baltico in Germanicum, ſeu è contra, demiſſis velis Regi Daniæ telonium ſolvunt Elſingoræ ſecundùm taxam bonis impoſitam, quia aliter fulmine tormentorum arceri poſſunt ab ingreſſu, & egreſſu.

Sundis, *straelſundt*, urbs Pomeraniæ littoralis præclara, & emporium ad Rugiam inſulam, ex Arconæ, & Carenti urbium ejus inſulæ propinquarum ruinis aucta, a Bardo urbe 4. in ortum, Gripſvvaldum versùs ad 5. leucas recedens.

¶ Sundis, *Stralſund*, urbs eſt permunita Germaniæ in Pomerania citeriori, & in ora maris Baltici, cum portu contra Rugiam inſulam. Fruſtra obſeſſa fuit anno 1629. ab Auſtriacis Duce Valſteino. Nunc juris eſt svecici pace Monaſterienſi. Diſtat 5. mill. Germanicis a Gripſualdo in Boream, uti 10. ab Anclamo, vixque diſtat quarta parte milliarii Germanici a Rugia inſula in meridiem, & ab ea ſeparatur freto Gella dicto. Urbs eſt Hanzeatica, libera & emporium celebre ; cingiturque pro majori parte à mari & a lacu *FrancKen teich*.

Sungkianum, *SungKiang*, urbs eſt Imperii sinarum, in Nanquinenſi provincia, versùs Cechianenſem provinciam & oram littoralem Oceani sinenſis. Emporium eſt celebre & ab ea pendent duæ aliæ urbes.

Tac. Sunici, populi Germaniæ inferioris, ad Rhenum, quorum oppidum *Zuns*, ſeu *Zons & ſunſſ*, teſte Divæo, inter Coloniam Agrippinam 3. & Noveſium 2. leucis, apud Durnomagum.

¶ Sunici, populi fuere Germaniæ inferioris, ubi poſteà Vbii, & hodie ditio Archiepiſcopi Colonienſis, inter Rhenum ad ortum & Ducatum Iuliacenſem ad occaſum.

Cic. Strab. Plin. & al. Sunium promontorium, *Capo delle Colonne*, teſte Sophiano, ſic ob multas columnas marmoreas ibi exiſtentes; promontorium Atticæ, inter Piræum portum Athenarum ad occaſum 43. & promontorium Leonum Eubææ in Boream 37. mill. paſſ. cum oppido cognomine, teſte Cicerone. De eo Statius lib. 12. Thebaidos.

Linquitur Eois longè ſpeculabile proris
Sunion.

Am. Sunonenſis lacus, *Lago di Comidia*, lacus Bithyniæ, apud Nicomediam urbem, qui Plinio Nicomedienſis lacus dicitur.

¶ Suntgovia, *le Suntgavo*, provincia Germaniæ, Alſatiæ annexa, quæ aliter *le Comtè de Ferrette* dicitur ab ejus primaria urbe; ſubeſtque dominio Regis Franciæ pace Monaſterienſi. Terminatur à ſeptentrione Alſatia, ab ortu Rheno fluvio & pago Baſileenſi, à meridie ditione Epiſcopi Baſileenſis & ab occaſu Burgundiæ Comitatu. Ejus urbes ſunt Ferretta, *pfirt*, ſeu *Ferrette*, Befordia, *Beford*, Maſonis monaſterium, *Maimunſter*, & Mulhuſia, *Mulhuſen*, quæ tamen ſui juris, & Helvetiis fœdere iuncta.

¶ Suodona, Arabiæ felicis urbs, teſte Ptolemæo, Vodona Interpretibus.

¶ Supara, Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptolemæo. Vppara videtur Arriano.

Lib. Limi. Superæquum oppidum erat Latii, in Pelignorum confinio, cuius populi Superæquani, & apud plinium superequani.

¶ Superæquum, ſeu Colonia superæquana, in Valeria, nunc eſt oppidulum *Caſtel vecchio Subequo* in Aprutio, in Valle Superequa, teſte Luca Holſtenio.

Cic. Plin. Superum mare, idem quod Hadriaticum: ſicuti Inferum idem Tyrrheno eſt.

Ptol. Suphtha, *Geſtie*, teſte Theveto, urbs parthiæ.

Mart. Suppentonia, *Caſtel di S. Helia*, teſte Baronio, caſtrum Hetruriæ, cum cœnobio, in finibus Faliſcorum, inter Nepitam & soracten montem, à Nepita vix. 3. mill. paſſ. diſtans in ortum.

¶ Suptu, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, teſte Ptolemæo.

Bibl. Sur, *el Tor*, teſte Goropio, locus Arabiæ petrææ, apud ſinum Arabicum, ubi sur deſertum, Elana Ptolemæo, apud montis sinay radices, ab Arſinoe 120. mill. paſſ. in ortum, ab Hieroſolymis ſupra 300. Elana item ſive Sur abeſt à peluſio, & Caſio monte, lacuque sirbonidis ad 125. mill. paſſ.

Auſ. Sura, *Sour* vel *Saur*, fluvius Belgii, ex medio ducatus Lucemburgenſis apud Baſtoniam oriens, perque Dietricum & Ecternacum oppidum in Moſellam ſupra Treviros 2. mill. Belgicis influens. De quo Venantius Fortunatus lib. 7.

Iſara, Sara, Charus, Scaldis, Saba, Semona, Sura.

Ptol. Sura, quæ & Flavia Firma sura in libro Notitiæ, urbs syriç Euphrateſiæ, epiſc. ſub Archiepiſc. Hieropolitano, Rheſaphis & sergiopoli finitima. Eſt & pagus Lyciæ plutarcho inter Myram & phellum; ubi piſcibus inſidentes auguria exercebant, & reſponſa dabant, teſte plutarcho, oraculum Lyciæ, ut ſcribit stephanus. Fuit & oppidum phœniciæ, teſte stephano.

¶ surata, *Surate*, urbs & emporium percelebre Indiæ intra Gangem, forſan siraſtra antiquitus dicta. Sedet in ora ſinus Cambaiæ, & in regno *Guzaratte*, ſub dominio Magni Mogolis, 100. mill. paſſ. à Cambaia in meridiem, cum portu capaci et valde ab Europæis frequentato; & nuper vaſtata fuit, ſed in dies reſtauratur.

Plin. surdaones, populi Hiſpaniæ citerioris, in Catalaunia, quorum tractus *Campos de Cerdanna* à Varrerio indigitatur, in Cerretanorum finibus.

Ptol. suria pro syria apud veteres, uti, in antiqua inſcript. nam olim pro *y*, *v* littera utebantur; ſic sulla pro sylla.

suriga, *Gozporto*, teſte Auguſtino Curione, vel *Abet* Caſtaldo & Moletio, oppidum Mauritaniç Tingitanç, in ora Oceani Atlantici, inter Vſadium promontorium & Atlantem maiorem montem.

¶ surina, *Surina*, provincia Americç meridionalis inter confluentes Cayanç & Cuſigurç fluviorum in Amazonum flumen, teſte Petro Texeira.

surium, urbs Colchidis mediterranea, inter saracen ad occaſum & Zadrim ad ortum, apud Albaniç confinia, quæ *Aſſo*, teſte Moletio, dicitur. *Ptol.*

surius, fluvius Colchidis, in phaſidem influens, & ligna in lapides convertens, teſte plinio, ſuper quo surium urbs, *Aſſo*, teſte Moletio, à phaſide in ortum diſtans. *Plin.*

Surra, surria & surreia, *southrey* vel *surrey*, regio ſeu tractus Angliæ, inter Thameſim fluvium & oram Auſtralem, ſeu inter Londinum ad Thameſim & Leviſum, *Levues*, oppidum in ora, in qua & Arundelum oppidum. *ptol.*

¶ Surra, ſeu meliùs Surria, *surrey*, provincia eſt ſeu Comitatus Angliæ meridionalis, inter Midleſexiam ad Boream, à qua ſeparatur Tameſi fluvio, Cantium ad ortum, Suſſexiam ad meridiem, & Hantoniam ad occaſum; ibique aliàs Regni populi ex parte. Sed in ea provincia nulla urbs eſt alicuius nominis, quanquam ad Londini ſuburbia extendatur.

Surrentinum promontorium idem Athenæo, ſeu promontorium Minervæ. Vide ibid. *Tac.*

Sorrentum, surentum Ptolemæo, *surrento & sorrento*, ſeu *sorriento*, uti Neapolitani pronunciant, urbs Picentinorum maritima & archiepiſc. inter Neapolim 24. & promontorium Minervæ in meridiem 6. mill. paſſ. Hinc surrentinus nomen gentis, ut vina Surrentina olim in pretio habita & surrentini colles, *Montagna di sorrento*, quorum meminit Columella Silius lib. 5. *Strab. plin.*

surrentum, & pauper ſulci cerealis Abella.

Ovid. lib. 15. Metamorph.

Et Surrentino generoſos palmite colles.

¶ Surta, Armeniæ maioris urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Suruba, sarmatiæ Aſiaticæ urbs, teſte Ptolemæo.

¶ Surunga, *surunga*, urbs Iaponiæ, cum regno cognomine, in Niphonia inſula & Quantoa regione, in eius ora meridionali, teſte Cardino.

Suſa, *sus*, in tabulis recentibus, *suſtra* Caſtaldo, urbs Aſiæ archiepiſc. & suſianæ regionis caput & regia, ad Eulæum fluvium, inter seleuciam magnam ad occaſum 450. & Perſepolim ad ortum 272. mill. paſſ. ab Ecbatanis 450. in meridiem, à Memnone condita. De qua Lucanus lib. 2. *Hero. Strab. plin.*

Mundus: Achæmeniis decurrant agmina suſis.

Propertius lib. 2. elegia 10.

Non tot Achæmeniis armantur suſa ſagittis.

¶ Suſa hodie *souſter* dicitur, teſte Sanſone; eſtque etiamnum urbs ampla perſiæ, ad Eulæum fluvium, *Tiritiri*, versùs montes, 180. mill. paſſ. à Bagdato ſeu ſeleucia in ortum, & paulò minùs à ſinu perſico in Boream.

¶ Suſa, *sus*, provincia meridionalis regni Marochii in ora Oceani Atlantici, ſic dicta à fluvio cognomine per eam labente. Eius præcipua urbs eſt Tarodantum, *Tarudante*. Aliæ urbes ſunt Teieuta & Tagavoſtum.

Suſalei villa, oppidum sardiniæ, in ora orientali, nunc pagus *Villa pozzi* dictus, ut aliquibus videtur, inter Caralim & Feroniam.

¶ suſalei villa, ſeu suſaleus vicus, hodie s *Pietro* dicitur; eſtque caſtrum sardiniæ in eius provincia meridionali, ſeu Calaritana, 27. milliar. à Calari in Ceciam.

suſana, *Campanillo*, teſte Hieronymo surita, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Turiaſonem & Agredam, in regni Aragonii et Caſtellæ veteris confinio, quod et suſanum. Silius lib. 3.

At non sarmaticos attollens suſana muros.

suſatum, *Zoeſt*, urbs Germaniæ, in VVeſtphalia, non obſcura, inter Monaſterium, et Martisburgum, inde 6. hinc 12. leucis, Hammo urbi proxima ad 2. leucas, à Colonia 15.

¶ suſatum, *soeſt*, urbs eſt libera & Hanzeatica VVeſtphaliæ in Comitatu Marchiæ, 4. leucis ab Hammo in ortum, paderbornam versùs 7. tribus ab Arensberga in Boream, et 7. à Monaſterio in meridiem, Marpurgum versùs 14.

¶ suſcitium, *suſchitz*, oppidum Bohemiæ versùs Hercyniam ſylvam et limtes Bavariæ, ad Ottavam amnem, medium ferè inter pilſenam ad Boream et pataviumad meridiem 15. mill. paſſ. diſtans.

Suſdala, urbs ſarmatiæ, in confinio Moſchorum, epiſc.

ſub

ſub Archiep. Roſlovienſi, à Moſcha 44. mill. Germanicis.

¶ Suſdala, *Suſdal*, urbs eſt ſarmatiæ, in Moſcovia, provinciæ cognominis caput, 80. mill. paſſ. diſtans a Moſcua in Cæciam, & 130. à Novogardia parva in Africum.

Suſdalia, *Suſdal*, provincia Moſcoviæ, inter Roſtoviam ad occaſum & Volodimiriam ad ortum, cum urbe primaria cognomine.

Suſiana, ſuſis ſtraboni, regio Aſiæ, inter Aſſyriam ad occidentem & Perſidem ad ortum, cui Media ad Arctos incumbit, ſinu Perſico ad auſtrum definita, *Suſiſtan* vulgò & *Cuſiſtan*. Cujus regia ſuſa nomen ei tribuentia.

Suſidæ pylę, anguſtiæ montium, per quas ex ſuſiana in Perſidem tranſitus eſt.

¶ Suſſexia, *Suſſex*, provincia Angliæ meridionalis, ubi aliàs Regni populi ex parte. Terminatur à ſeptentrione Surria provincia, ab oriente Cantio, ab occidente Hantonia & à meridie mari Britannico; extenditurque versùs oram per 60. mill. paſſ. Eius autem præcipua urbs eſt Ciceſtria, *Chicheſter*.

Suſudata, *wilſnach*, teſte Petro Appiano, urbs Germaniæ, in Marchia Brandeburgenſi, apud Albim fluvium inter Havelburgum & Perlebergam ad Boream 3. leucis, à Verbo 2. in Boream, quot à Senohuſio.

¶ Suſudata aliis eſt *stetin*, urbs Pomeraniæ caput, ad Albim fluvium, ſub dominio Suecorum. Vide stetinum.

¶ Sutherlandia, *southerland*, provincia ſcotiæ Borealis, versùs oram maris Germanici, inter Cathaneſiam & Stranaverniam ad ſeptentrionem & Roſſiam ad meridiem. Eius urbs primaria eſt Dunrodunum, *Dornock*, in ora littorali.

Sutrium, *sutri*, colonia Hetruriæ, & urbs epiſc. quæ Colonia Iulia ſutrina in veteri inſcriptione legitur, proxima Nepitæ ad 4. mill. paſſ. ab urbe Roma 25. Rupibus undique cincta. Hic Hetruſci & Umbri à Romanis cæſi, Camillo duce, & urbs diu obſeſſa liberata, teſte Livio. Hinc ſutrinus nomen gentis & ſutrius. Silius lib. 8.

Stagna tenent, Ciminique lacum, qui sutria tecta.

Eius hodie epiſc. Nepeſino proximo junctus eſt. Sutrini à Romanis defecerant: ad quos cogendos redire ad fidem Camillus miſſus, ut celeritate eos opprimeret, juſſit, milites trium dierum commeatum ſecum ferre, ut Livius lib. 6. auctor eſt. Hinc natum proverbium, *Quaſi sutrium eant*, ut apud Plautum in Caſſina & apud Feſtum, cùm quid celeriter fit & inſtructè. Sutrinis jus oppidi, quo privati fuerant, à Romanis redditum ſcribit Livius decade 1.

Sutrium, *sutri*, urbs eſt parva Hetruriæ, in ditione Pontificia & in provincia Patrimonii s. Petri, ad amnem *Pozzuolo*. Diſtat 5. mill. a Nepete in occaſum & 3. à Capranica in ortum.

¶ Suvidnia, *schvveidnitz*, urbs Germaniæ, in ſileſia provincia, Ducatus cognominis caput, ad fluvium *Weſtritz* 30. mill. paſſ. diſtat ab Uratislavia in occaſum, 25. a Lignitio in meridiem & 12. à limite Bohemiæ; eſtque ſatis munita, ſed tamen pluries capta, & recepta fuit ultimo bello Germanico.

¶ Syagra, Ciliciæ regiuncula in Aſia minori, juxta Adun & Laerten, teſte Stephano.

Syagros promontorium, *Capo sachalat* Rhamuſio & Moletio, *Capo Riſalgate* Ioanni Barrio, promontorium Arabiæ felicis, in ora maris Rubri ad ortum, inter fauces ſinus Arabici ad auſtrum 250. & fauces ſinus Perſici ad Boream 157. leucis Hiſpanicis. Eſt & urbs, quæ *Fertach* vel *Fartach* nunc dici putatur, regni Fertacenſis caput; niſi *Fertach* ſit ſapphar eidem Ptolemæo, apud ſyagrum. Quod regnum ſachalitarum eſt.

¶ Syagros promontorium, ſeu Syagros extrema, hodie *Cap Facalhad* dicitur ab incolis; eſtque in ora maris Arabici. Sed diſtat à Fartachio 280. mill. paſſ. in ortum.

Sybaris, *Cochile* teſte Barrio, & *sabaro* teſte Mazzella, fluvius magnæ Græciæ, (cum urbe cognomine ad oſtia exciſa, quondam clara à Trœzeniis condita, teſte Solino, à Crotoniatis deleta, juxta Thurium poſt illius excidium exædificatum apud oſtia Crathis fluvii propinqui, cuius populi ſybaritæ delicioſiſſimi fuere) ex finibus Brutiorum apud Mutanum oriens, ac in ſinum Tarentinum non longè a Crathi ſeſe exonerans. Eius aqua oves & boves nigros facit (&, ut alii, homines bibentes ſtertere) ſicuti contra Crathis albos, teſte Plinio libro 31. capite 2. Aberat ſybaris à Crotone 200. ſtadiis, teſte Strabone, cùm plus duplo diſtare deprehendatur. De ea Ovid. lib. 15. Metamorph.

Præterit & sybarim, salentinumque Neæthum:

Sybaritæ adeo voluptatibus vitæ hujus dediti fuere, ut in adagio *Menſa sybaritica*, ſicuti & *syracuſana*, fuerit apud omnes; ut Suidas auctor eſt. Poſtea verò adeo calamitatibus oppreſſi, ut prorsùs extincti irruentibus in eos Crotoniatis fuerint; orto proverbio *sybaritica calamitas*, ut Stephanus ſcribit: de qua re & Athenæus lib. 12. verba facit. Sybaritæ ſic otio & deliciis operam dabant, ut nullas artes quæ ſonum ederent, nulloſque gallos in urbe eſſe velint. Ita & faſtuoſi, ut proceſſerit adagium, *sybarita per plateas*. Theſaurus Linguæ Latinæ urbem hanc Crotoni proximam facit; cùm, teſte Strabone, 200. ſtadiis, immo multò pluribus diſtet. Eam quoque poſtea Thurium ait appellatam; cùm Thurium poſt excidium Sybaris ædificatum fuerit.

¶ Sybaris, fluvius magnæ Græciæ, hodie *Cochile* dicitur. Oritur ex Apennino monte in Calabria citeriori, & in ſinum Tarentinum ſe exonerat. Sybaris autem urbs in ruinis iacet. Sita erat in ora ſinus Tarentini, inter oſtia ſybaris & Crathis & tam potens, ut quatuor gentibus vicinis imperarit & 25. urbibus, ab indigenis reparata dicta eſt Thurii, à Romanis Copiæ; & 30. mill. paſſ. diſtabat à Coſentia in Boream. *Cic.*

Sybota numero plurali, *sivita*, teſte ſophiano, portus *Strab.*
& oppidum Epiri & inſula apud Leucimnam promonto- *Thu.*
rium Corcyræ inſulæ in ora orientali. Aliam inſulam huius nominis Plinius ante Leucadiam locat. Apud illam ingens pugna navalis inter Corinthios olim & Corcyræos fuit, teſte Xenophonte. De ea lib. 1. Itinerarii.

Poſt medio occurrit fluctu pulſata procellis
Sybota continuis.

Sycæ, urbs apud novam Romam, ſtephano teſte. *Plin.*

Sycaminus, * Sycaminon Ptolemæo, urbs fuit Phœni- *Ant.*
cis in Palæſtinæ confinio, inter Ptolemaidem ad Boream *Ptol.*
& Cæſaream ad auſtrum, utrinque ad 20. mill. paſſ. Locus nunc *Capo Carmelo*, teſte Nigro dicitur. Sycamini ſolebant malas ceruſſa & aliis unguentis fucare. Unde figura adagii apud Ariſtotelem legitur, *Calathum sycaminorum in mala habes*, in eos qui ſibi malas fucant (* Ita in Seldeni manuſcripto, in aliis Sycaminos.

Syce, teſte Plinio, inſula parva eſt Ioniæ ante Epheſum: de qua is lib. 5. c. 31.

¶ Sycheum, Arabiæ felicis oppidum littorale, ubi ambra naſcitur, Symeon ſethi.

Sycoris, fluvius Hiſpaniæ citerioris. Vide Sicoris. Lucanus lib. 4.

Heſperios inter sycoris non ultimus amnes.

¶ Sycta, Perſidis urbs, teſte Ptolemæo, quæ Syra Nigro.

Sycurium, Sycorium Polybio, oppidum fuit Theſſa- *Liv.*
liæ, ad Oſſę montis radices.

Sycuſſa, inſula parva ante Epheſum urbem, teſte Plinio.

Syderis fluvius eſt Parthiæ ſeu Mediæ, in Caſpium *Plin.*
mare influens, quod inde Hyrcanum incipit appellari, teſte plinio lib. 6. c. 16.

Sydon. Vide ſidon. Hinc ſydonius nomen gentis. Ti- *Tribul.*
bullus lib. 3. eleg. 3.

Tinctaque sydonio murice lana juvat,

¶ Sydrus, Indiæ intra Gangem urbs, teſte Ptolemæo.

Syedra, Iſauriæ urbs in Aſia minori, Ptolemæo, & Stephano teſtibus. Sydre Straboni eſt; & pamphyliæ adſcribit Euſtathius.

Syene, *Aſna*, teſte Ioanne Leone, urbs Ægypti olim *Plin.*
archiepiſcopalis extrema, in Æthiopiæ confinio, ad Nilum, olim Romani Imperii, ſicuti & nunc Turcici terminus, inter Alexandriam Ægypti ad Arctos 570. & Meroen ad auſtrum 962. mill. paſſ. teſte Plinio. Sed apud ſtrabonem abeſt à Meroe 3000. ſtadiis & apud Antoninum ab Alexandria 600. mill. paſſ. à Memphi 160. ſchœnis, à Thebis 60. De ea Ovid. lib. 1. de Ponto elegia 6.

Quid tibi ſi calida proſit laudare syene?

Sub tropico Cancri iacet, ubi nulla umbra in meridie, ſole in eo exiſtente. Lucanus lib. 2.

-umbras nuſquam flectente Syene.

¶ Syene, *Aſna*, urbs eſt Ægypti ſuperioris, in præfectura Girgii dicta, 450. mill. paſſ. diſtans ab Alexandria in meridiem, 200. ab ora proximiori ſinus Arabici in occaſum, uti 480. à Ptolemaide Ferarum.

Sygaros, inſula ſinus Arabici, in qua nulli ſunt canes, illatique moriuntur, teſte Plinio.

¶ Sy-

¶ Syis, Aegypti urbs, Stephano teſte ex Hecatæo.

¶ Sylæi, *Sylaioi* apud Stephanum Diaconum in vita Stephani junioris, ſunt populi vel montes propè ſuccos montes, in finibus Thraciæ.

¶ Sylæus, Pamphyliæ urbs apud Porphyrogennetam.

Vet. Trad. Syllanum, *sillano*, caſtrum (ſive arx) Hetruriæ, in agro Volaterrano à Sylla Dictatore, teſte Raphaele Volaterrano, conditum, apud Cecinam fluvium, inter Volaterras & Maſſam 10. mill. paſſ.

Sulp. Sev. ¶ Syllina ſeu Sylina, *silly*, teſte Camdeno, inſula Galliæ Celticæ, oræ Britannicæ adiacens. (*Vide sillina*.

¶ Syloes, Herodoto teſte, Africæ promontorium, quod Saraſpes poſtquam ex Ægypto ſolvit ad Columnas Herculis navigans, circumvectus in meridiem curſum tenebat. Idem alio in libro ſcribit hoc promontorium Libyam terminare. In Hannonis Periplo ejus etiam fit mentio, fortè ubi Ptolemæus poſt Cotes promontorium, quo Africa ad meridiem inclinare incipit, Zyliæ fluminis oſtium deſcribit. Ramuſius ſubdubitans *Cabo Cantin* hoc in loco ponit.

¶ Sylva Aurelianenſis, *la foreſt d'Orleans*, ſylva eſt ampla Galliæ in Aurelianenſi tractu, & versùs Aurelias in Boream. Aliàs perampla fuit, nunc in dies minuitur.

¶ Sylva-Ducis, *Bosleduc* Gallis, *Hertogenboſch* Belgis, urbs permunita Belgii uniti, in Brabantia. Vide Silva-Ducis.

Sylvæ à veteribus memoratæ:

Agnitia, *Selva d'Albi*, apud Fucinum lacum.

¶ Agnitia ſylva dicitur aliter Angitia; eſtque ſatis parva, inter Albam & lacum Fucinum, in finibus Marſorum.

Algidum, *Selva dell'Aglio*, Latii.

Angitia, eadem Agnitię.

Arduenna, *Selva d'Ardenne*, Galliæ Belgicæ.

¶ Arduenna ſylva vulgò dicitur *la foreſt d'Ardenne* ab incolis, ſeu *les Ardennes*; extenditurque per Hannoniam meridionalem, Luxemburgenſem provinciam, & Leodienſem ditionem; eratque aliàs amplior.

Bacenis, pars Hercyniæ, *Schvvartzvvaldt*, Germaniæ.

Bacenis ſylva, quæ & Semana, nunc *der Hartzvvaldt* dicitur. Vide Bacenis.

Bohemica, *Bohemiſchvvaldt*, pars Hercyniæ.

Dodone, in Epiro.

Gabreta, *Frieſtenvvaldt* vel *Frieſtettervvaldt*, Bohemiæ.

Herculis, *Hardtzvvaldt*, Germaniæ, pars Hercynię.

Hercynia, maxima Germaniæ, in plures diviſa, & ipſa *Hardtzvvaldt*.

¶ Hercynia ſylva aliàs maxima fuit, & per Germaniam longè latèque extenſa: nunc valde eſt imminuta, & pro majori parte reſtringitur versùs confinia Bohemiæ, unde *Behemervvaldt* vulgò dicitur, & etiam *Thuringervvaldt* versùs confinia Thuringię.

Litana, *Selva di Lugo*, in Æmilia.

Mæſia, *Boſco di Baccano*, Hetruriæ, (Parva eſt admodum.)

Marica, Campaniæ, apud Lirim fluvium.

Martiana, Germaniæ, pars Hercyniæ, *Schvvartzvvaldt*, inter Nicrum & Rhenum.

Molorchos, Peloponneſi apud Nemęam.

Nemæa, *Selva di Triſtena*, Argiæ.

Nigra, *Schvvartzvvaldt*, Briſgoiæ.

¶ Nigra ſylva, *la foreſt Noire* Gallis, aliàs Martiana dicta, eſt in Germania, versùs montem Abnobam & fontes Danubii, inter Briſigaviam & Sveviam.

Othonia, *Ottenvvaldt*, Germaniæ, pars Hercyniæ.

Ottonia ſylva eſt in Suevię & Franconię confinio, inter Nicrum & Mœnum fluvios.

Sacer lucus, *Selva d'Hami*, Latii.

Semana, pars Hercyniæ, *Thuringervvaldt*.

Syla, *Sila*, Brutiorum, quæ & Sila, ubi pix laudatiſſima.

Tempe, Theſſaliæ.

Thymbria, Phrygiæ.

Vetulonia, *Selva Vetletta*, Hetruriæ.

Volſinienſis, *Boſco di Monte Fiaſcone*, in Hetruria.

Sylvanectum, (Vide Silvanectum) urbs Galliæ Belgicæ, *Senlis*, ſic à copia ſylvarum dicta.

Sylvania, *Undervvaldt*, urbs & conventus Helvetiorum, inter Uriam & Suetiam.

Sylvania ſeu Sylvanienſis pagus, qui & Undervaldienſis, *Canton d'Vndervvald*, unus eſt ex tredecim pagis Helvetiorum, cujus vicus primarius Stantia dicitur, *Stantz*. Totus eſt Catholicus. Separatur à ſeptentrione à Suitenſi pago Lucerino lacu, ab oriente habet Urienſem pagum, à meridie Bernenſem, & ad occaſum Lucernenſem; eſtque ex minoribus pagis.

¶ Symætha, Theſſaliæ urbs, teſte Stephano ex Theopompo.

Symæthus, fluvius Siciliæ. Vide Simæthus. Strab.

Symbolon, & Symbolorum portus, qui & Pactorum Plin. portus Straboni, *Sibula* Mercatori & aliis, portus Tau- Ptol. ricæ, inter Eupatoriam ad iſthmum, & Cherſoneſum urbem ad ſinum Carcinitem.

Symbolum, locus Macedoniæ, in Thraciæ confinio, in faucibus montium, inter Philippos & Neapolim.

Symbrivium. Vide Simbrivium. Silius libro 8.

Symbrivio, raſtriſque domant Æquicula rura.

Syme, *Simie* Sophiano & aliis, inſula maris Carpathii, inter Rhodum, & Gnidum urbem Cariæ, à Rho- Sil. do 20. mill. paſſ. Gnido propior. Licèt Bordonius Eleuſam, à Rhodo 30. mill. paſſ. diſtantem apud Strabonem in ortum versùs Lyciam, *Simie* indigitet, non ſine manifeſto errore; cùm Syme Lorymæ Gnidoque proxima ſit, Eleuſa verò in ortum diſtans à Syme diverſa ſit, teſte Strabone.

¶ Symitha, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte Ptolemæo.

Symplegades, *le Pavonare*, inſulæ maris Euxini, apud os Boſphori, inde 13. mill. paſſ. inſulæ errantes, quæ ideo Planetæ Græcis dicuntur. Vide Cyaneæ. Ovidius Strab. libro 1. triſtium elegia 9. Ælian.

Altera namque parat symplegadas ire per altas, Strab.
Scindere Biſtonias altera puppis aquas.

Symplegas numero ſingulari apud Lucanum libro 2. & Claudianum in Eutropium libro 2.

Vitant inſtabilem rurſus symplegada nautæ.

Symus, mons Armeniæ majoris, ex quo fluvius Araxes manat. Cuius meminit Orpheus in Argonauticis:

Mons symus eſt urbi, viridanti gramine pratum.

Synaus, *simau*, teſte Leunclavio, vel *sinau*, urbs Phrygiæ magnæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, Dorylaio proxima, Ancyræ, & Midaio.

¶ Synaus, urbs Phrygię magnæ, propè Sangarium fluvium, & in limite Bithyniæ, 40. mill. paſſ. diſtans à Nicæa in ortum, Peſſinuntem versùs 120.

Syndromades, inſulæ. Vide Cyaneæ, & Symplegades.

¶ Synephium; oppidum Ciliciæ, in Aſia minori, à Phoca Imperatore occupatum, Cedreno & Glyca auctoribus.

Synicenſe caſtrum, urbs Africæ olim epiſcopalis, Hipponi Regio finitima: cujus meminit divus Auguſtinus,

Synnada, Synada Ptolemæo numero ſingulari, & plurali libro Conciliorum, *Sinada*, urbs Phrygiæ magnæ Strab. archiepiſcopalis & metropolis ingens, ſub qua 20. urbes epiſcopales erant, (in quibus Dorylaium, Midaium, Eucarpia, Hierapolis, Lyſias, Stectorium) hodie penè jacens, apud Iuliopolim & Eumeniam urbes circumſtantes, marmore clara, quod Synnadicum appellatur, teſte strabone libro 12. Meminit synnadæ Claudianus in Eutropium libro 2.

Marmore, purpureis cædit cui synnada venis.

¶ Sinopolis epiſcopatus ſub ſede seleucienſi Ciliciæ, teſte Guillelmo Tyrio.

Sypheum, *Caſtrovillari*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, exciſum, ex cujus ruinis Caſtrovillarium ædificatum traditur. Siphea etiam legitur. Abeſt à Conſentia ad 39. mill. paſſ. in occaſum, à Coſano 6. in meridiem.

¶ Sypæum, hodie *Caſtrovillare*, oppidum eſt Calabrię citerioris, ad Sybarim fluvium, & prope Apenninum montem. 36. mill. paſſ. diſtat à Conſentia in Boream & 5. à Caſſano in occaſum, in edito loco ſitum.

Sypontum. Vide Sipontum.

Syra, inſula maris Ægæi, proxima Delo, patria Pherecydis. Vide Syros, nam videtur eadem.

Syracuſæ, Syracoſſæ Theocrito, priùs Ortygia, *Siracuſa*, *Siragoſa*, & *Siracoſa*, urbs Siciliæ olim archiepiſcopalis, & ampliſſima, in ora ad ortum, inter Catinam 48. & Pachynum promontorium in auſtrum 40. mill. paſſ. 4. urbibus conſtans, Neapoli, Achradina, Tyche, & Inſula, teſte Cicerone, Diodoro, & Livio, ambitu ſupra 23. mill. paſſ. nunc epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Montis Regalis, longè minor & vilior effecta, ab Enna Siciliæ umbilico 60. mill. paſſ. olim inter

claras

claras Italiæ urbes, teſte Auſonio, ab Archia Corinthio condita, teſte Stephano. Populi Syracuſani Polybio & aliis. Hinc Syracuſius & Syracoſius Virg. ecloga 6. De ea Silius lib. 14.

Ipſa Syracuſa patulos urbs inclyta muros.
Milite collecto, variiſque impleverat armis.

Claudianus in ſphæram Archimedis.

Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.

In Theſauro Linguæ Latinæ Syracuſæ ſub Pachyno promontorio locantur, cum tamen ab eo 40. mill. paſſ. abſint. Syracuſani ut olim erant opibus florentiſſimi, ſic fuere & voluptatibus addictiſſimi, ut propterea *menſa syracuſana* proverbio ſatis vulgato, uti apud Ariſtophanem & apud Athenæum & alios, de menſa lautiſſima diceretur. Eò autem divitiarum pervenere, teſte Strabone lib. 6. ut cùm de divite aliquo inſigni, vel de ingentibus divitiis eſſet ſermo, proverbio diceretur, *Ne decima quidem syracuſanorum pars*, in eos qui ſe divites ventitarent. Syracuſani, qui & syracuſii, & Arethuſii, pluribus poetis claruere: in iis fuere Theocritus, qui bucolica ſcripſit, Epicharmus & Demolchus ejus filius inſignis Comicus olympiade 73. Philemon quoque novæ comediæ ſcriptor ſub Alexandro magno, qui anno 90. nimio riſu obiit. Photinus item comicus ſub Gelone tyranno floruit.

¶ Syracuſæ, *Saragoſſa*, urbs eſt Siciliæ, in ora orientali Vallis Neetinæ; eſtque tota compacta in inſulam Ortygiam, ait Fazellus, undique mari eluta, cum duplici portu, *Porto maggiore*, & *Porto piccolo*, cum unica porta ad Iſthmum, ubi & duo excitata ſunt propugnacula. Cherſoneſus ipſa in mare porrecta inſulæ formam effingit. In vertice habet arcem *Maniace* dictam & ſcopulis undequaque munitur. Nunc urbs ipſa deficit in dies; eſtque vino ſuo celebris 40. m. p. diſtat a Catana in auſtrum, uti 23. ab Auguſta, 38. autem a Pachyno promontorio in Boream.

Syracuſanus portus, *s. Bonifacio*, oppidum cum arce Corſicæ inſulæ, in ora auſtrali, contra Sardiniam, inter Aleriam 55. in auſtrum & Adiacium 60. mill. paſſ.

¶ Syracuſanus portus *Golfo di S. Manza*, ſinus eſt parvus Corſicæ, cum uno, aut altero caſtro in parte Auſtrali inſulæ, & in ora maris Tyrrheni, 7. mill. diſtat a Bonifacio arce in Boream, paulò minùs a Portu veteri in meridiem, uti 48. ab Alariæ ruderibus, & 40. ab Adiacio in Eurum.

Syraſtene, *Cambaia*, teſte Stuchio, regio Indiæ citerioris, apud oſtia Indi fluvii, ubi vicus *saurac*, teſte Caſtaldo.

Syrention, & Syrcentium apud Stephanum, oppidum fuit Hetruriæ, de quo nihil apud alios legimus. Nomen gentis Syrentinus.

Syrgis, fluvius scythiæ Europææ, in Mæoticam paludem influens.

Syria, *soria* Italis, *suriſtan* Turcis, teſte Poſtello, provincia maxima Aſiæ, inter Ciliciam & mare Syrium ad occaſum, & Meſopotamiam ad ortum, Euphrate fluvio hanc diſterminante, illam monte Amano: cui Armenia minor incumbit ad Arctos, ad meridiem verò Arabia deſerta & Palæſtina (quæ apud Ptolemæum a Syria diviſa eſt, ſed apud alios in Syria comprehenditur, ut pars illius.) Dividitur in plures regiones, Comagenen ad ſeptentriones, Phœniciam ad occidentem, Cœleſyriam ad meridiem, Palmyrenen ad ortum, & Seleucidem circa medium. Longa inter Ciliciam & Arabiam 470. mill. paſſ. lata inter Seleuciam Pieriam, & Zeugma 175. teſte Plinio. Pop. Syri: qui etiam in Cappadocia ſunt, teſte Strabone, qui et Leucoſyri plinio et ptolemæo. Hinc Syrus et Syrius nomen gentis. Virg. lib. 2. Georg.

Cruſtumiis, syriiſque pyris, gravibuſque volemis.

In Theſauro Linguæ Latinæ Syria confinis Aegypto legitur: cùm media interſit palæſtina. *Syri adverſus Phœnices* apud Suidam proverbium eſt in verſipelles et fraudulentos mutuò, quales erant inter ſe syri & phœnices. Syri hortorum cultores fuiſſe feruntur, ut *Multa syrorum olera* apud plinium lib. 20. cap. 5. vice proverbii habeatur in eos, qui in rebus plus voluptatis, quàm utilitatis afferentibus occupantur. Niſi dicamus etiam hoc proverbium in maleficos, quales Syros fuiſſe tradunt, proferri. Ex syris syriſſare deducitur verbum, quod eſt in proverbio, *syrus cùm non ſis, ne Syriſſa*, hoc eſt, ne alius velis videri quam ſis. Syria unguentis abundat, pardos nutrit. De unguentis propertius lib. 2. elegia 11.

Cum dabitur syrio munere plenus onyx.

Syri leves, & rebus novis faciles, molitiei dediti. Unde *Syriſſare* pro molliter vivere. Hæc, teſte plinio, leones nigros producit.

¶ Syria, *la Sourie* Gallis, *Souriſtan* incolis, cùm latè ſumitur, complectitur syriam propriam, palæſtinam, ſeu Terram ſanctam & phœniciam; totaque nunc ſubeſt dominio Turcarum, cùm antea Aegyptiis pareret. Syriæ propriæ maxima latitudo ab ortu in occaſum eſt 175. mill. paſſ. longitudo autem a ſeptentrione in meridiem eſt 430. mill. paſſ. nempè inter Ciliciam ad Boream et Phœniciam ad meridiem. Terminatur ab occaſu mari Mediterraneo ſeu syriaco ab ea dicto, ab ortu autem Arabia deſerta et Aſſyria, et ejus præcipuæ partes fuere syria propriè dicta, Cœleſyria, Comagene, et palmyrene. Ejus autem primaria urbs erat Antiochia, ad Orontem fluvium.

(*Syriæ propriæ urbes præcipuæ*:
Alexandria, Aleſſandretta.
Antiochia, Antachia.
Apamia, Aman.
Berrhœa, Alep.
Emeſſa, Hemz.
Hierapolis, Tedith.
Laodicea, Laudichia.
Palmyra, Fayd.
Samoſata, Scempſat.
Zeugma. *Interiit*.)

Syriacum mare, sidonium Euſtathio, Judaicum Tacito, *Mare di soria*, apud syriam, phœniciam palæſtinamque alluit. *Ptol.*

Syriæ portæ. Vide portæ Amanicæ et Ciliciæ. *Ptol.*

¶ Syrimalaga, Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptolemæo.

¶ Syrinthus Cretæ inſulæ oppidum fuit, teſte Stephano. Nunc in ruinis jacet.

Syrium, fluvius Bithyniæ. *Plin.*

Syrnos, inſula maris Ægæi, ab Andro 80. mill. paſſ. *sirna* nunc in tabulis recentibus.

Syrocilices, populi Aſiæ, in confinio Syriæ et Ciliciæ, ad Amanum montem incolentes. *Iuv.*

Syrophœnix, regio Syriæ, eadem ac Phœnicia.

Syros, *siro* et hodie sophiano et aliis, inſula maris Aegæi, una Cycladum, Syria Homero, Delo finitima, ab ea 20. mill. paſſ. in Boream diſtans. Ibi urbs epiſc. ſub Archiep. Athenienſi. De qua Homerus: *Mel.* *Strab.* *plin.* *& al.*

Inſula quæ syria Ortygiæ ſtat littore ſupra.

¶ Syros, inſula ſatis culta, ſubeſt dominio Turcarum; habetque Epiſcopum latini ritus, et 16. mill. paſſ. diſtat a Thera inſula.

Syros quoque pauſaniæ, fluvius Arcadiæ, in Alpheum influens. Syrus item fluvius magnæ Græciæ, in Calabria ulteriori, in ſinum Scyllacæum per Choniam urbem influens ex Syla monte, *Naſcar*, teſte Barrio. Vide sinis.

Syrtes, mare vadoſum et ſcopuloſum Africæ, inter Byzacenam ad occaſum et Cyrenaicam ad ortum longè latèque diffuſum, vulgò *le secche di Barberia*, et *Baxos de Barbaria* Hiſpanis, mare syrticum apud senecam. In magnam et parvam dividitur. Magna, ſinus eſt maris Africi, inter Leptim magnam ad occidentem et Berenicen urbem Cyrenaicæ ad ortum, aditu 316. mill. paſſ. patens, circuitu 625. teſte plinio, *Golfo di solocho*, et *Golfo di Palo* in tabulis. Parva, inter Taphruras ad occaſum et Zetham promontorium ad ortum, apud Leptim magnam, quæ inter utramque intercedit, ambitu 300. mill. paſſ. patens, quot a Carthagine diſtat in ortum, *Golfo di Caps* Ortelio, et *Golfo di Beito* Fazello. Virg. lib. 4. Aeneid. *Strab.* *Plin.* *Ptol.*

Et Numidæ infræni cingunt, & inhoſpita Syrtis.

Syrtes circa fines Africæ et Aegyptum deſcribuntur in Theſauro Linguæ Latinæ, cùm longè abſint ab Ægypto ſunt enim inter Africam propriè dictam, et Cyrenaicam regionem.

¶ Syrtis magna ſeu major ſinus eſt magnus maris Mediterranei in ora Africæ, extenſus inter Cyrenaicam et Tripolitanam regiones, hodie *le Seiches de Barbarie* Gallis, *Baxos de Barberia* Hiſpanis, et *Golfo de Sidra* Italis: et ejus circuitus eſt 400. mill. paſſ. circiter. Sed in eo nullus portus.

¶ Syrtis parva, ſeu minor ſinus eſt maris mediterranei in ora Africæ, inter Tripolitanam et Bizacenam regiones extenſus, hodie *Golfo de Capes* dictus, ſeu Capſus ſinus, cujus circuitus eſt 190. mill. paſſ.

¶ Syrtis maxima, *la grand Banc*, mare eſt vadoſum

Ame-

Americæ ſeptentrionalis, verſùs partem orientalem inſulæ Terræ novæ: extenditurque ferè ad 500. m. paſs. à ſeptntrione in merid. ſed tantùm 200. ab ortu in occaſum, ubi ſingulis annis maxima fit Molucii piſcis piſcatio ab Europæis & ab ea diſtat in ortum altera ſyrtis minor, *le petit Banc* dicta.

¶ Syrtis Iudææ, *le Baſſes de la Iuiſve* Gallis, *os Baxos de Iudia* Luſitanis, ſcopuli & brevia maris Aethiopici, inter Delphinam inſulam ſeu Madagaſcariam ad ortum & oram Zanguebariæ regionis ad occaſum; extenduntur que ad 50. mill. paſs. a ſeptentrione in meridiem.

Syſcia, urbs pannoniæ. Vide Siſcia.

Sythas, fluvius peloponneſi, per Sicyoniam regionem in ſinum Corinthiacum fluens.

Syverus, fluvius Atticæ, in quo chryſopraſus lapis reperitur.

T

TA, *Ta*, fluvius regni Sinarum, in parte auſtrali & in Quanſia & Quantunia provinciis, teſte Martinio.

¶ Tabaci inſula, quæ & nova Valachria, *l' isle Tabago* ſeu *Nievv VValcheren*, inſula Americæ meridionalis in mari Boreali, ſub dominio Holandorum. Vide
Ant. inſula Tabaci.

Tabæ, à Tabo conditore dicta urbs Lydiæ, in piſidiæ Cariæque confinio, teſte ſtephano. Immò piſidiæ urbs erat, à Gordiuticho 3. caſtris diſtans, teſte Livio 8. decadis 4. Tabæ item Stephano oppidum fuit Cariæ, & alterum Syriæ in petræa regione. Dicuntur autem Tabæ quaſi petræ à petris in quibus conſtructæ ſunt, teſte eodem ſtephano.

¶ Tabana, Tauricæ Cherſoneſi oppidum, teſte ptolemæo.

¶ Tabareſtania, *Tabareſtan*, provincia perſiæ verſùs ſeptentrionem & mare Caſpium, ubi aliàs maior pars Hyrcaniæ inter provincias Khœmum ad ortum & Geylanum ad occaſum; eiuſque præcipua urbs eſt Aſterabatum.

¶ Tabaſca, *Tabaſco*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & præfectura Mexicana, inter ſinum Mexicanum ad Boream & provinciam Chiapam ad meridiem. Extenditur ab ortu in occaſum per 46. leucas Hiſpanicas, & eius primaria urbs eſt Tabaſca ſeu beata Maria de Victoria, *Nueſtra Sennora de la Vittoria*, teſte Laetio.

¶ Tabaſo, urbs Indiæ intra Gangem, nunc eſt *Vltabad*, ſeu *Dultabad*, urbs munita regni Decani, in regione Balagatte dicta, ad radices montium, iuxta fluvium Guengam, & in limite regni Golcondæ & ditionis Magni Mogolis.

Tabeæ. Vide Tavium.

Gil. Tabenna, inſula Aegypti, in Thebaide, intra Nilum, ubi Tabennis vicus, de quo in vita s. Pachomii Abbatis; Tabenniſiotæ monachi apud Syenen urbem, teſte palladio.

Tac. Taberna, quæ & Triſchene, *Taverna*, urbs magnæ Græciæ, apud ſilę montis radices, in Calabria ulteriori; inter Beſidianum 29. & ſcyllacium 21. m. paſs. à Catacio urbe primaria Calabriæ hoc tempore 9. in Boream & occaſum, olim epiſcop. ſub Archiep. Rhegino.

¶ Taberna urbs eſt Calabriæ ulterioris, ad ſemirum fluvium & ad radices Apennini, 15. mill. paſs. à ſcyllacio in Boream. 14. à Nicaſtro in ortum, ſiberenam verſùs 20. & 34. a Beſidiano in meridiem. Aliàs erat epiſcopalis, nunc autem eſt in Diœceſi Cataciensi; eſtque ſatis parva.

Ant. Taberna, *Zabern*, oppidum Germaniæ ſuperioris, tergeminum: unum in Alſatia, quod Taberna Alſatica nominatur, inter Argentoratum 5. & Nancæium urbem Lotharingiæ 13. leucis, ubi ſedes Epiſc. Argentoratenſis; alterum in eadem regione, in monte, unde Taberna montana dicitur, apud VVeiſſenburgum urbem liberam, ab Argentorato 8. leuc. in Boream, et ipſa *Zabern* dicta; tertium in palatinatu, apud Rhenum, quod Taberna Rhenana ad aliarum differentiam dicitur, *Zabern*, quoque vulgò dicta, à ſpira 3. leucis, Argentoratum verſùs 9. De hac lib. 6. Itinerarii:

Alſatias viſo mox hac ex urbe Tabernas,
Præſul ubi clemens aurea dona dedit.

¶ Taberna, oppidum Germaniæ triplex: unum in Alſatia inferiori; *Zabern* Incolis, *Saverna* Gallis, amplum & aliàs munitum cum arce valida, nunc disjecta. Sedet ad amnem *Sorr*, 4. leucis diſtans ab Argentorato in Circium, & totidem ab Hagenoa in occaſum Nanceium verſùs, in limite Lotharingiæ & ſub dominio Epiſc. Argentoratenſis. Alterum, *Berg Zabern* dictum, eſt in Palatinatu Rheni, ad *Erlbach* amnem, verſus montes & in limite Alſatiæ inferioris, vix una leuca a Weiſſenburgo & 7. ab Argentorato: Tertium, *Rhein Zabern* dictum, oppidulum eſt etiam Palatinatus Rheni, ad confluentes amnis *Erlbach* in Rhenum, vix. 2. mill. Germanicis a Philippoburgo in meridiem, uti 3. a Spira.

Tabernæ tres, urbs Latii exciſa, olim epiſcopalis. Ant.
Vide tres Tabernæ.

Tabernæ item oppidum Mauritaniæ Tingitanæ fuit, inter Lixum coloniam 16. & Ziliam urbem 14. mill. paſſ. Fuit & Taberna meritoria Romæ apud ædem S. Mariæ trans Tiberim, ubi milites emeriti & infirmi habitabant. Hic horti, & turris, ex qua Nero incendium ſpectabat.

Tabiæ, Tabii Stephano, (malè, ut videtur, pro Gale.
Stabiæ) urbs Campaniæ, ad ſinum Neapolitanum.

¶ Tabinum, promontorium Scythiæ magis ad Boream protenſum, teſte Plinio. Sed quid ſit hodie non conſtat. Quibuſdam eſt Tabis.

Tabis, Tamos Melæ, ubi Tabis legendum videtur, Plin.
promontorium Scythiæ in ora maris Eoi, *Tabin* in tabulis recentibus.

¶ Tabla, oppidum fuit Batavorum, quod hodie eſt in Holandia; eſtque vicus Alblas dictus, teſte Philippo Cluverio.

Tabor, mons geminus Palæſtinæ; unus in Tribu Zabulon, alter in Tribu Nephthali. Vide Thabor.

¶ Taborum, *Tabor*, oppidum Bohemiæ. Sedet ad amnem *Lauznicz*, 20. mill. paſſ. diſtans a Budoviſsa in Boream; Pragam verſùs 45. Caſtrum habet aliàs munitum ab Huſſi diſcipulis, qui inde Taboritæ dicti fuere.

Tabraca, Tabracha Plinio, Tabathra Stephano, Thabraca Ptolemæo, *Tabarca*, colonia & urbs olim epiſcop. Africæ maritima, cum inſula vicina cognomine, inter Hipponem ad occaſum & Uticam ad ortum, quaſi 100. mill. paſſ. a Caralitano promontorio Sardiniæ 140. in auſtrum, a Galata inſula 32. corallii piſcatione dives. A Fazello malè *Bugia*, longè hinc in occaſum diſtans, indigitatur. De ea Claudianus lib. 2. in Eutropium in prolo go:

Inclyta captivo memoratur Tabraca Mauro.

¶ Tabraca urbs fuit Africæ propriæ in ora maris Mediterranei, nunc oppidulum cum portu capaci in regno Algerii & Conſtantina provincia. Inſula autem *Tabarca* pertinet ad Lomellinos nobiles Genuenſes; eſtque ſatis parva, contra Tabracæ portum. *Tabarque* dicitur a Gallis 50. mill. paſſ. diſtat ab Hippone in ortum & 90. ab Utica.

Tabreſium, *Tauris*, urbs Mediæ clariſſima & regia, olim Ecbatana apud veteres, a Byzantio 1400. ferè mill. paſſ. in ortum diſtans. Vide Ecbatana.

¶ Tabreſium, ſeu Tauriſium, *Tauris*, urbs eſt ampla regni Perſarum & aliàs ſedes regia, in provincia *Servan*. Pluries capta fuit a Turcis & recepta a Perſis, quibus etiamnum ſubeſt, diſtatque 210. mill. paſſ. a Byzantio. Vide Tauriſium.

Tabuda, fluvius Belgii, qui pleriſque ac Scaldis idem eſt. Nonnullis eſt *Domer*, fluvius Brabantiæ, Ariſcotum oppidum alluens.

¶ Tabuda, fluvius Belgii, teſte Cluverio, eſt fortè oſtium ſeu alveum Scaldis, pui *de Honte* appellatur, inter Ptol.
Zelandiam provinciam & Flandriam. Plin.

¶ Tabulæ ſinus, *Taffel Bay* Batavis, *Baye de la Table* Gallis, ſinus eſt parvus admodum Africæ, in Cafreria regione, & propè promontorium bonæ Spei, ubi arx nuper excitata fuit a Batavis in colle, et in inſula parva adjacente.

Tabuleium, poſteà Theologium, ſive Dologium, Belg.
(variè enim legitur) *Tholey* hodie, teſte Waſſerburgio, cœnobium in monte apud Treviros. Cuius ſit mentio in vitis Sanctorum.

Taburnus, *Taburo*, teſte Mazzella, mons Campaniæ, in Virg.
Samnii confinio, apud Caudium, inter Capuam & Nolam (Gratius enim Poeta illum Caudinum cognominat) a Furcis Caudinis 2. mill. paſſ. diſtans, ubi Areolum ſive Oriolem, *Ayrola*, oppidum a Capua 100. mill. recedens, Cafertæ

ſertæ ubi finitimum, olivis inter alia abundans. Virg. lib. 2. Georg.

Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum.

Tacape, Cape Ptolemæo, Capa Procopio, Thacapæ, ſeu Tacapæ Antonino, *Capes* & *Caps* Nigro, Caſtaldo, & aliis, colonia & urbs olim epiſcopalis Africæ, ad Syrtim parvam & oſtia Tritonis, inter Theænas ad occaſum 84. & Zetham promontorium (ubi Girba inſula) in ortum 50. mill. paſſ. Inde Aquæ Tacapinæ Antonino 18. mill. diſtant. Ager hic fertiliſſimus, & vites biferæ. Sunt qui Capſam urbem epiſcopalem ex libris Conciliorum (ubi Epiſcopus Capſitanus legitur) a Tacape diverſam faciant, ab eaque in ortum diſtantem. Vide Capſa.

¶ Tacara, *Tacara*, regnum parvum Africæ, in Guinea regione & in ora Aurea.

¶ Tacaſaſta, Ægypti urbs, inter Memphim & Peluſium, teſte Antonino; Tacaſiris in libro Notitiarum, ut credit Simlerus.

¶ Tacaſus, *Tacazè*, fluvius ingens Africæ, in Æthiopia ſuperiori & in regno Abaſſinorum. Oritur in finibus regni *Angote* tribus præcipuè fontibus aliquouſque tendit in occidentem inter Daganam & Hoagam, unde versùs Boream ſe incurvat, præterfluens regnum *Tigre*, ejuſdemque regni provinciam dictam *Sire* mediam dividens, rigat deſertum Oldebam, olim cœnobiis famoſum: conjungitur dein fluvio *Mareb* vel *Marabo*, qui oritur non procul a Baroa, cujus fluentis multùm auctus, pergit ad regnum Dengini, quod tenent Mauri Balloi dicti, mox dein alios inviſit Mauros, quos Bugihos aut Gunchos alii appellant, ac demum Nilo ſociatur ad oppidum *Jalac* dictum, teſte Voſſio.

Tacatua, Tacatue Ptolemæo, Tacatta Antonino, *Suchaida*, teſte Moletio, oppidum Africæ, in ora littorali, inter Collopem magnum ſive Cullu ad occaſ. 22. & Hipponem Regium ad ortum 54. mill. paſſ. apud Collopem parvum, ab eo parum diſtans in occaſum.

¶ Tachaſara urbs fuit Mediæ regionis teſte Ptolemæo.

Tachompſo, Tacompſon Plinio, Tachempſo Melæ, Metacompſo Ptolemæo, *Aſuan*, teſte Zieglero, oppidum Ægypti, ad Nilum, apud Syenen, contra Pſelcin.

Tacina, fluvius magnæ Græciæ, in ſinum Scyllacæum ultra Scyllacium urbem 22. mill. paſſ. Cocinthum promontorium versùs influens. Videtur idem cum eo qui Targines Plinio dicitur.

Tacola, *Malacca*, teſte Alphonſo Adriano, Indiæ ulterioris urbs, & emporium, ac regia Aureæ Cherſoneſi, a Comaria promontorio Indiæ citerioris 400. leucis Hiſpanicis in ortum mari, ab oſtio Gangis 420. in auſtrum, hodie Luſitanorum colonia, arce firmiſſima ibi extructa, quæ a vicinis regibus defenditur, non ſemel ab aliis invaſa.

¶ Tacola, urbs Indiæ extra Gangem, aliis eſt *Juncalaon*, urbs regni Siami, in ora ſinus Gangetici, 400. mill. paſſ. a Malacca in Circium.

Tacubis, Tabucci Antonino, teſte Simlero, *Tomar* Moletio, oppidum Luſitaniæ amplum & clarum, ubi Reges Portugalliæ coronabantur, ad Nabanem fluvium, à quo Nabantia Latinè nominatur, inter Scalabim 6. & Conimbricam 9. leucis, a Leiria 6. in ortum. Sed ſitus Tubucci apud Antoninum non congruit.

Tader, *Segura* Floriano & Nuagerio, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in mare Ibericum per Ilorcim & Murciam urbes regni Murcienſis, ac Oriolam & Illici urbes regni Valentiæ, apud Alonas urbem influens. Hic Terebs, ſeu Tereps dici videtur Ptolemæo. A nonnullis Staderus et Eſtaberus ſcribitur, cum apud Plinium Tader legatur. Sunt qui putent hunc amnem Serabim a Mela appellari; ſed Serabis, teſte Mela, in ſinum Sucronenſem excipitur, Tader verò in Illicitanum.

¶ Tador, *Rio Seguro*, fluvius, oritur in limite Caſtellæ novæ; deinde per regnum Murciæ fluens, inibi Ilorcim & Murciam rigat, uti & Oriolam in regno Valentiæ, non autem Illicim urbem et in ſinum Illicitanum ſe exonerat 5. leucis Hiſpanicis ab Alona in meridiem.

¶ Tadinum, urbs fuit epiſcopalis Umbriæ, cuius ſedes epiſcopalis Nucerinæ coniuncta fuit; et eius veſtigia viſuntur in via Flaminia propè Gualdum ultra Nuceriam in ſummo Apennino, teſte Luca Holſtenio.

¶ Taduſſacum, *Tadouſſac*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, cum portu amplo, et colonia Francorum in ora Boreali Magni ſinus, ſeu æſtuarii S. Laurentii, ubi recipit Saguenæum fluvium, et diſtat 140. mill. paſſ. a Quebeco in Cæciam.

Tænaria promontorium, *Capo Matapan* Sophiano, *Capo Maina* Græcorum, promontorium Peloponneſi, dividens ſinum Meſſeniacum a Laconico, a Malea promontorio, quo ſinus Laconitus ad ortum finitur, 84. mill. paſſ. a Creta 110. in occidentem, Siciliam versùs 500. mill. paſſ. Hic ſpecus horrendi, et hiatus profundi, ubi Cerberum inferorum canem ab Hercule occiſum fabulantur. Tænarus Straboni, Tenarum Plinio, Tænaros Melæ, Tænarum Solino, nomen non tam promontorii, quàm urbis epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Lacedæmonienſi, quæ Ptolemæo Tenarium dicitur, apud Tænariam promontorium, vulgò *Maina*, a Lacedæmone 45. m. p. in Africum. Sed Nigro *Porto delle Quaglie*, a coturnicum copia, nominatur, a Tyridibus in ſinu Meſſenaico 130. ſtadiis, inter Maleam 670, & Pachynum promontorium Siciliæ 4000. ſtadiis diſtans. De ea Lucanus lib. 9. Scn. Apul. Ptol.

Dorida tunc Malean, & apertam Tænaron umbris.

Miror in Theſauro Linguæ Latinæ ſcribi Tænarum eſſe locum umbroſum in radice Maleæ promontorii, Laconiæ iuxta Spartam civitatem; cùm inter Tænarum et Maleam interſit ſinus Laconicus, et utrumque diſtet a Sparta. *Pro Pytho Tænarum* adagium eſt, cùm permutantur inæqualia, teſte Euſtathio. *Tænarium malum* adagium eſt, cùm crudelius in ſervos ſævitur: nam Lacedæmonii ſervos, qui Tænarum confugiebant, reductos capite plectebant. Apud Tænariam promontorium, antrum eſse, per quod ad inferos deſcenſus ſit, Seneca in Hercule furente tradit.

Tænarum, *Tunza*, teſte Leunclavio, fluvius Thraciæ, apud Ænum urbem in mare Ægæum fluens.

Tænias, pars Mareotidis paludis inter mare et foſſam Canopicam.

Tæniolonga, Tænialonga Antonino, *Meſenna*, teſte Caſtaldo, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, in ora inter Herculis columnas, inter Acrath ad occaſum et Ryſsadirum ad ortum, apud Seſtiariam promontorium, ab Abyla columna 63. mill. paſs. in ortum.

¶ Tafileta, ſeu Tafiletanum regnum, *Royaume de Tafilete* regnum eſt Africæ, in regione Biledulgetidis & in parte Darha dicta. Eſt inter regna Segellomeſsæ ad ortum et Darhæ ad occaſum; terminaturque ad Boream regno Marocano. Ei ſubeſt Itata provincia perampla ad meridiem; et urbem habet primariam Tafiletam, *Tafilet* dictam, teſte Marmolio. A paucis autem annis Tafiletanus Rex poſt multas inſigneſque victorias regna Maroci et Fezzę ſuo ſubiecit imperio.

¶ Tagabaſa Ptolemæo, Stagabaza Interpreti, urbs Indiæ intra Gangem.

Tagæ, populi Aſiæ, ad Oxum fluvium Bactrianæ incolentes; urbs Parthiæ Polybio. Ortelius ex tabulis *Turſon* interpretatur. Sol.

Tagaſte, Tagaſtha D. Paulino, Tagaſtenſe oppidum Plinio, *Tagaſta* etiamnum, urbs Africæ adhuc epiſc. inter Hipponem Regium ad Boream, et Siccam Veneriam in meridiem, 54. m. p. De qua D. Auguſtinus. Ant.

¶ Tagaſte, urbs Africæ, in Numidia, aliàs clara natalibus D. Auguſtini, nunc paucis admodum conſtat incolis; eſtque in mediterraneis, in regno Algerii et provincia Conſtantina.

¶ Tagavoſtium, *Tagavoſt*, urbs regni Marrochii, in Suſa provincia et propè Suſum fluvium, 45. mill. paſs. a Tarodanto in meridiem, et 70. ab ora Oceani Atlantici in ortum.

Tagonius, *Rio de Henares*, teſte Morali, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, Complutum alluens. Aliis *Taiuna* flu. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Aragoniæ et Caſtellæ novę confinio in Tagum influens. Plut.

Tagrus mons, *Monte de Sintra* Damiano a Goes ſeu *Monte Juncto*, teſte Andrea Reſendio, mons Luſitaniæ apud oſtia Tagi fluvii, ab Ulyſſippone 6. leuc. in occaſum, apud Caſcaium oppidum et Sintram, ubi equas vento concipere tradunt Varro et Columella. Fortè Tagus legendum eſt; nam circa Tanum id accidere ſcribit Plinius. Eſt autem hic mons pars Herminii, ſicuti et mons Lunæ vicinus, qui *Monte di Sintra* quoque nominatur.

¶ Tagura et Thagura, urbs olim Africæ, in Numidia regione, proprium adhuc nomen ſervans, in mediterraneis ſed paucis admodum conſtat incolis.

Tagorus, mons Sericæ, pars Tauri.

Tagus, *Tajo*, fluvius Hiſpanię celeberrimus et ex magnis

Plin. & al. gnis illius, ex monte Oroſpeda in Celtiberis oriens gemino fonte, ac per Toletum, Liboram, Norbam Cæſaream, Scalabim, & Ulyſſipponem longo decurrens tractu, & in Oceanum Occiduum ſeſe (latus in ore 2. leucis) exonerans, aurum gignens. Cujus oſtia à fontibus 110. leucis, hoc eſt, 440. mill. paſſ. diſtant. De eo inter alios Martialis lib. 10. epig. 96.

Auriferumque Tagum ſitiam, patriumque Salonem.

¶ Tagus, fluvius Hiſpaniæ, *Taio* incolis, *Tage* Gallis. Oritur in Caſtella nova & in ipſo limite Aragoniæ, quatuor leucis à Lobeto in occaſum, propè fontes Sucronis & Turiæ: deinde per Caſtellam novam fluens, auctus aliquot fluviis minoris notæ, juxta Toletum & Talaveram labitur. Hinc rigatis Norba Cęſarea & aliquot oppidis Eſtremaduræ provinciæ, per Portugalliam fluit, ubi receptis aliquot fluviis, æſtuarium amplum efficit, & 2. leucis infra Oliſypponem Oceano miſcetur.

¶ Taicheum, *Taicheu*, urbs Imperii Sinarum, in Chequianenſi provincia, cujus decimum locum obtinet. Sedet in monte, & habet quinque aliàs urbes cum territorio peramplo & montuoſo, teſte Martino Martinio.

¶ Taiima, *Taiima*, oppidum Japoniæ, cum tractu cognomine in parte Boreali Niphoniæ inſulæ & Jamaſotiæ regionis, teſte Brietio.

¶ Tajoanum, *Tayoan*, urbs præcipua Formoſæ inſulæ in Oceano Sinico. Vide Tayoanum.

¶ Taipinga, *Taiping*, urbs Imperii Sinarum, in provincia Nanchinenſi, cujus undecima eſt, propè lacum cognominem & fluvium *Kiang*; & ab ea pendent duæ aliæ urbes, teſte Martinio.

¶ Taipinga, *Taiping*, urbs ſinarum, in Quanſia provincia, cujus octava eſt, in regione feraci, ſed à multis annis ſubeſt dominio Regis Tunchiui cum 22. urbibus ei annexis, teſte Martinio.

¶ Taitunga, *Taitung*, urbs Imperii Sinarum, in Xanſia provincia, cuius tertia eſt. Sedet intra montes; eſtq; valdè munita; & ab ea pendent decem urbes, teſte Martinio.

¶ Taivenum, *Tayven*, urbs eſt ampla Imperii Sinarum & provinciæ Xanſiæ caput. Sedet propè fluvium *Fuen*, eſtq; magni circuitus, ad radices montium; & ab ea pendent 24. urbes, teſte Martinio.

ptol. Taizali, (vide Texali, ut in codice Græco habet ptolemæus) Northumbri, teſte Luydo, populi Albionis, in ora Angliæ orientali & Scotiæ confinio, Verniconibus (in codice Græco Venicontibus) finitimi, quorum regio Northumbria Latino recenti, *Northumberland*, nominatur. Sed ex ptolemęo deſcripti in ora Scotiæ orientali ſunt, ubi Devana urbs, quæ *Aberdone* hodie dici putatur, Taizalo promontorio (de quo mox) Borealior. Quare hi populi apud Taizalum promontorium ſunt in ea parte Scotiæ, ubi nunc *Buquhania*, ſeu *Buchania* regio, inter Horeſtos & Vacomagos: in ea plures arces Oram attingunt orientalem inter Adreapolim & Aberdoniam urbes.

¶ Taizali, populi Albionis, qui, & meliùs, Tæxali dicti, fuere in illa parte ubi hodie *Buchan* provincia Scotiæ Trans-Taanæ in ora maris Germanici. Eurum caput fuit Deuana, nunc in ruinis jacens, quanquam quibuſdam ſit *Deer*, oppidum in illo tractu, longè diſtans ab Aberdonia.

ptol. Taizalum promontorium, *Buquehanneſſe*, teſte Ortelio, (vel *Buquhan-neſse*,) promontorium Albionis, in ora ſcotiæ orientali, inter oſtia Celnii, & Divæ fluminum in orrum maximè porrectum, inter oppidum S. Joannis, & Aberdonam urbem Borealiorem. Aliis eſt *Cape Dorat*, aliis *S. Tapshead*, & aliis *Dunisbe* vel *Dunsby* Borealius versùs Orcadas. Sed prior interpretatio ſitui apud Ptolemæum magis conſona.

¶ Taizalium, ſeu Tæxalium promontorium eſt hodie *Buquhan-neſſe*, in Buchania provincia, 24. mill. paſſ. diſtans ab Aberdonia in Boream.

¶ Takoraium, *Takoray*, portus Africæ, in Guinea regione & in ora Aurea, intra montes, ubi aliàs caſtrum & colonia Francorum, vix novem leucis à promontorio Trium Cuſpidum, & 6. à Botrova arce Holandorum in ortum.

plin. Ant. ptol. Talabrica, & Talabriga, *Talaga*, teſte Jacobo Vaſconcello, oppidum olim, nunc pagus Luſitaniæ, ad Vaccam fluvium, in Viſenſi Diœceſi, à Viſeo 4. leucis, inter Conimbricam ad auſtrum 21. & Lancobricam ad Arctos 18. mill. paſſ. ab Æminio 10. ex Antonino. Ex quo error inſignis patet eorum, qui Talaveram urbem Caſtellæ novæ ad Tagum, à Toleto 12. leucis in occaſum diſtantem indigitant.

¶ Talabriga, *Talega* hodie, vicus eſt Beiræ provinciæ, in Portugallia, versùs Vagum fluvium, decem leucis Portugallicis ſupra ejus oſtia in ortum, totidem à Conimbricà in Boream.

¶ Talabroca, Hyrcaniæ oppidum apud Strabonem.

¶ Talacori, emporium Taprobanæ inſulæ, in India intra Gangem, nunc forſan *Iafanapatan*, urbs regni cognominis caput, in ejus parte Boreali; ſed id tantùm ex conjectura.

¶ Talalatum, Africæ propriæ urbs, Antonino teſte. Limitis Talalatenſis meminit liber Notitiarum.

Talamina, *la Vega*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Aſtures & Callaicos, quod Timalinum Antonino dici videtur, à Luco Auguſti urbe Gallæciæ 24. mill. paſſ. Aſturicam versùs diſtans. ptol.

¶ Talara, urbs Indiæ intra Gangem, teſte Ptolemæo.

Talaria oppidum fuit Siciliæ, in agro Syracuſano; cujus populi Talarienſes Plinio dicuntur; ſed hodie nullum extat illius veſtigium. Steph.

¶ Talavera, *Talavera la Reyna*, urbs Hiſpaniæ in Caſtella nova, ad Tagum fluvium, 12. leucis Hiſpanicis infra Toletum in occaſum, versùs Pontem Archiepiſcopi 5. & ibi fluvius *Alberche* dictus in Tagum ſe exonerat.

Talaus, *Scalea*, teſte Barrio, oppidum & fluvius Brutiorum, in Lucaniæ confinio, in ora Calabriæ citerioris, inter Laum ad occaſum & Cirillos ad ortum 10. mill. paſſ. Sed aliquibus idem videtur Laus apud Plinium, quod Talaus apud Strabonem, à Velia 50. mill. paſſ. in ortum. Locus hac tempeſtate vino (quod Romam advehitur, & Scalea nominatur) ac ſaccharo abundat. Strab.

¶ Talaus, oppidum Brutiorum, in ora maris Tyrrheni. Dicitur meliùs Laus, ſicuti fluvius adjacens. Vide Laus.

¶ Talbenda, Pamphylię urbs in Aſia minori, teſte Ptolemæo.

* Talca, Talga Melæ, Tazata plinio, inſula maris Caſpii fertiliſſima, ex qua aliquid contingere nefas erat veteribus, quòd Diis ſacra habebatur. Hyrcaniæ adjacet, & *Alca* dicitur. (* *Talma* in palatino codice ſecundùm manuſcriptum Seldeni.)

Talcinum, *Talſini* hodie territorium, oppidum olim Corſicæ mediterraneum, circa ortum Tuolæ fluvii, inter Niolum & Curiam oppida ex majoribus, inter Baſtiam & Adjacium ad 40. mill. paſſ. in Corſicæ umbilico. ptol.

¶ Taleacotium, *Tagliacozzo*, oppidum Italiæ, in regno Neapolitano & in Aprutio ulteriori, Ducatus titulo inſignitum Columnarum 8. mill. paſſ. à lacu Fucino in occaſum, & 18. ab Aquila in Africum, versùs confinia ditionis Pontificiæ 9.

Taletum fanum erat Soli dicatum in Taygeti montis vertice, in Laconica & territorio Spartano. Pauſ.

¶ Talia, Mœſiæ ſuperioris urbs, teſte Antonino, quæ Taliatà Mœſiæ primæ libro Notitiarum, & Tanatis dicitur à ptolemæo.

¶ Talium, *Tali*, urbs Imperii Sinarum, in Iunnania provincia, versùs partem ejus Borealem & regni Tunchinenſis confinia, juxta lacum Siulum dictum; & ab ea pendent 5. aliæ urbes, teſte Martino Martinio.

¶ Talleburgum, *Taillebourg*, oppidum Galliæ, in Santonia provincia, ad Carentonium fluvium, S. Ludovici victoria clarum, 2. leucis infra Mediolanum Santonum in Boream, Angeriacum versùs 5. & 8. a Broagio in ortum.

Talliates, populi Germaniæ inferioris, quorum pagus cum arce, *Tailendorff*, ſeu *Dallendorff*, vel *Dollendorff*, in regione Eyfalia, apud Bonnam urbem, vix milliario Germanico diſtans versùs Ripiſdorffum pagum. Vet. in.

¶ Talmontium, *Talmond*, oppidum Galliæ, in pictavia provincia, & in ora Oceani Aquitanici, principatus titulo clarum 8. leucis diſtat à Luciona in ortum, Arenas Olonenſes versùs 3. Portum habens capacem.

Tamaca, *Tamaga*, teſte Iacobo Vaſconcello, fluvius Hiſpaniæ, in portugallia, qui & Tamaga. Vide infra in Tamagani. Vet. mon.

Tamagani, ſeu Tamacani, (utrumque enim legitur) populi Hiſpaniæ, ad Tamacam fluvium accolentes, qui fluvius Aquiflavienſes alluit, in finibus Bracarum in Du- Vet. in

rium

rium inter Lamacum & Portum influens, ex veteri inſcriptione in Aquis Flaviis exſtante.

¶ Tamaraca, *Isla Tamaraca*, inſula parva Americæ meridionalis, in ora orientali Braſiliæ, quæ à quibuſdam *Itamaraca* dicitur. Extenditur ad 10. mill. paſſ. versùs oram littoralem, & 13. diſtat ab Olinda in Boream. Ejus autem circuitus eſt 22. mill. & in ea eſt oppidum B. Mariæ de Conceptione dictum.

¶ Tamaracæ Præfectura, *Capitania de Tamaraca*, una ex quatuordecim partibus Braſiliæ, in America meridionali & in ora maris Borealis, ſub dominio Luſitanorum, inter Præfecturam Paraibæ in Boream & Præfecturam Pernambuci in meridiem; eſtque ſatis parva.

Tamare, *Tamerton*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Damnoniis & Cornubia regione, inter Exoniam ad ortum 30. & Bodmanum ad occaſum 20. mill. Aliis *Taveſtock* eſſe videtur, oppidum ejuſdem regionis. Sed Camdeno magis fidendum. Vide Tamarus.

Tamaris, Tamara ptolemæo, *Tamar* adhuc appellatus, fluvius Hiſpaniæ, in Callaicis, à quo populi Tamarici, per quos fluit, mari apud Celticum promontorium exceptus. Tamari fontes in Callaicis habebantur in auguriis, teſte Plinio.

¶ Tamaris, ſeu Tamara, *Tambre* hodie, fluvius eſt Gallæciæ, qui in Oceanum Atlanticum cadit propè oppidulum *Muros*, & 6. leucis à Celtico promontorio in meridiem.

Tamaritæ, populi Aſiæ Hyrcanis finitimi ſunt, qui Bacchum ex India victorem redeuntem ſummo honore excipientes, illi ſacra tempore vindemiæ conſtituerunt, choreas circum torcularia muſto deſpumantia agentes.

Tamarus, *Tamer*, vel *Tamar* Camdeno, non *Tone*, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, fluvius Albionis, per oram Cornubiæ auſtralem fluens, & Tamaram oppidum alluens, marique apud Plymmouthum oppidum, & portum exceptus. Aliis *Tone* dicitur. Tamarus fluvius alter Antonino. Vide Thamirus.

Tamarus item Straboni mons Epiri. Vide Tmarus & Tomarus.

¶ Tamaſidava, Mœſiæ inferioris urbs, teſte ptolemæo.

¶ Tamaſis, Indiæ intra Gangem urbs, teſte ptolemæo.

Tamaſſus, Tamaſeus Plinio & Stephano, Tamaſa etiam Straboni, Tameſia polybio, *Borgo di Tamaſſo*, urbs Cypri mediterranea, in ora orientali, exciſa, apud Famaguſtam urbem, nunc vicus, teſte Stephano Luſignano. Vrbs fuit metallifera, ære præcipuè præſtans, ut Sthephanus auctor eſt.

¶ Tamaſtani, muncipium in Mauritania Cæſarienſi, ut colligitur ex tabula Peutingeriana.

Tameſis, ſeu Thameſis, * Iamiſſa ptolemæo, *Thames* Anglis, (*Tems* verò pronuntiant) *Tamige* Italis, fluvius Albionis ex maximis, Londinium Angliæ regiam interluens, ac à Roſſa urbe 5. mill. fluens, mari Britannico contra Portum Icium urbem Gallicam exceptus. Huius in lib. 4. Itinerarii fit mentio:

Sed primo Tameſis traiecto monte ſubimus,
Ponte gravi, merce omnigena, domibusque venuſtis.

(* In Seldeni manuſcripto *Tamiſa*.)

¶ Tameſis, *la Tamiſe* Gallis, *Tameſi* Italis, fluvius eſt Angliæ maximus, in ejus parte meridionali. Oritur in limite Gloceſtriæ Comitatus; deinde in ortum fluens per Viltoniam, uti inter Bercheriam & Oxonienſem Comitatus, auctus aliquot fluviis, Oxonium rigat. Hinc Surriam à Midleſexia ſeparans iuxta Londinium labitur; & Eſſexiam provinciam à Cantio dividens, inibi æſtuario amplo in Oceanum Germanicum ſe exonerat propè Roffam, ſed ferè 55. mill. paſſ. ab Iccio portu in Circium.

Tami Ala, *Tamberg*, teſte Lazio, pagus Norici, in Bavaria, in Salisburgenſi territorio, haud procul à Salisburgo.

Tamia, *Tanea* nunc, ut Camdeno videtur (in Indice, forſan *Tayn*,) oppidum Albionis, in Scotia, in Roſſia regione, ſeu *Tunge*, ut in tabulis, apud oram Borealem, à Toryſdala oppido 12. mill. in occaſum.

Tamiatis, ſeu Tamiathis, *Damiata*, teſte Guilandino, urbs Ægypti Archiepiſcopalis, apud peluſium & Tanitium oſtium Nili, (quæ Tanis Straboni dicta putatur) à nova Babylone 90. mill. paſſ. à peluſio 7. à monte Sina 240. in occaſum. Ea hodie ex primis eſt Ægypti, probè munita, ac habitata.

¶ Taminga, *Taming*, urbs eſt Imperii Sinarum, in pechinenſi provincia, cujus ſeptimum locum obtinet, versùs Gueium fluvium, cum lacu adjacente; & ſub ipſa ſunt undecim urbes, teſte Martinio.

¶ Tamna, Arabiæ urbs & Catabanenſium regia apud Strabonem & Stephanum.

Tamnum Tavium ex veteri inſcriptione, *Bourg en Breſſe*, teſte Fuſtillario Matiſconenſi, oppidum Galliæ Celticæ, Matiſconæ urbi finitimum, inde ſupra 4. leucas in meridiem Lugdunum versùs, ad Ararim fluvium.

¶ Tamnum, ſeu Tavium, oppidum Seguſianorum, quibuſdam eſt *Bourg en Breſſe*, oppidum Galliæ, Breſſiæ primarium, 4. leucis diſtans a Matiſcone in ortum, uti ab Arari fluvio, & 10. à Lugduno in Boream. Alias arcem habuit munitam, nunc ſolo æquatam. *Ant.*

Tamnum alterum Antonino, oppidum Aquitaniæ, Blaviæ proximum, inter Burdigalam 35. & Santones ad Arctos 27. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario, vulgò *Talemond*, teſte Scaligero, vel *Talmont*, (ad Garumnam fluvium.)

Tamuda, *Bedia*, teſte Olivario, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, cum fluvio cognomine regionem Alarabum irrigante, qui Tamuada Melæ. *Plin.*

Tamugada, Thamugada D. Auguſtino, urbs Africæ mediterranea, in Mauritaniæ confinio, Lambeſæ proxima, ab ea 14. mill. paſſ. diſtans. *Ant.* *Proc.*

¶ Tamulluma, Africæ propriæ urbs, teſte Victore Vticenſi, quæ forſan aliis eſt Tamannuna, & Tamauna in tabulis Peutingerianis.

Tamuſida, ſeu Thamuſida Antonino, *Tiſelfeldt*, teſte Marmolio, urbs Mauritaniæ Tingitanæ mediterranea, Feſſæ finitima, à Banaſa 32. mill. paſſ. *Ant.*

Tamuſiga, *Gazola* Moletio, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ extra Herculis columnas, inter Herculis promontorium, & Vſadium promontorium in ora Oceani Atlantici.

Tamyraca, ſeu Tamyrace, oppidum Sarmatiæ Europææ ad Carcinitem ſinum, cum promontorio cognomine apud Strabonem, olim totius Sarmatiæ urbs primaria, inter Bonum portum ad meridiem, & oſtia Carciniti fluvii ad ſeptentrionem. Incolæ Tamyraceni. *Arri.* *Ptol.* *Steph.*

Tamyras, *Damor* Moletio, fluvius Phœnicis inter Berytum & Sidonem in pelagus Syriacum labens, qui Damyras Polybio, Nagoras Plinio, & Leon Ptolemæo dici videtur.

Tanager, *Negro*, teſte Celſo Cittadino, fluvius Lucaniæ, ex Alburno monte apud picernum oppidum oriens, haud procul à potentia (à qua picernum 12. mill. paſſ. abeſt) decurrens, Auletamque oppidum alluens, qui in campo Atinate merſus ſub terra, poſt 30. mill. paſſ. emergit, teſte Virgilio lib. 3. Georgicorum:

-ſicci ripa Tanagri.

In Theſauro Linguæ Latinæ ponitur fluere inter Campaniam & Calabriam; ſed longè abeſt hic amnis ab his regionibus.

¶ Tanager, *il Negro*, fluvius aliàs Lucaniæ, nunc Principatus citerioris. Oritur propè lacum Nigrum dictum, in limite Baſilicatæ provinciæ, 12. milliaribus à policaſtro in ortum, ad radices Apennini; deinde in Boream tendens, rigatis Atina, Auleta, aliiſque oppidulis, in Silarum fluvium ſe exonerat, receptis priùs aliquot fluviis minoribus, & nominatim *la Botta*, qui propè picernum oritur.

Tanagra, Græa Homero, teſte Stephano, *Anatoria* Caſtaldo, urbs Bœotiæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Athenienſi, ab Oropo 130. ſtadiis, à platæis 200. teſte Strabone, diſtans, à Thebis 150. Oropos apud Ariſtotelem & Gephyra apud Stephanum dicta. Ejus meminit Statius lib. 7. Thebaidos: *Strab.* *Ptol.* *& al.*

Mille ſagittiferos gelida de colle Tanagra.

Hinc Tanagricus nomen gentis, ut galli Tanagrici apud Varronem lib. 3. cap. 9. Tanagra pœmandria à Lycophrone appellatur: ad quam aliquando ceto ingenti delato, (eſt enim urbs maritima) *cetus tanagræus* proverbiali figura dictus eſt apud Athenæum lib. 22. de obeſo & prægrandi corpore. Hinc galli gallinacei ad prælia aſſidua tantùm naſcuntur, teſte plinio lib. 10. cap. 21.

Tanais, *Don* incolis, *la Tana* Italis, fluvius Sarmatiæ Europææ notiſſimus & maximus, illam ab Aſia diſterminans, in Moſchorum finibus oriens, ac in meridiem obliquè decurrens, (ut ferè Rha fluvium maiorem attingat, ab eo 7. leucis in occaſum tantùm alicubi recedens) ac in Mæoticam paludem magna vi aquarum influens. Ortus illius apud Tullam oppidum, à Moſcha Regia 24. leu-

leucis Germanicis diſtat: oſtia à fontibus ſupra 80. Populi Tanaitæ ptolemæo, qui Tanaim accolunt fluvium. De quo Lucanus lib. 3.

-qua vertice lapſus
Rhiphæo Tanais diverſi nomina mundi
Impoſuit ripis, Aſiæque, & terminus idem
Europæ, mediæ dirimens confinia terræ.

¶ Tanais, fluvius Moſcoviæ, *Don*, antiquus limes inter Aſiam, & Europam, in Rezan Oſera oriens ex lacu *Iuvanouvo Lezioro*, qui in latitudinem patet verſtas 500. primùm rectà per Tartarorum Precopenſium agros versùs ortum labitur, & haud longo à flumine Volga intervallo, & oppido Saniſſa cubito ſe flectens, atque aliquot aliis amnibus auctus, in Mæotidem paludem propè urbem Tanaim ſe exonerat. Eſt & alter Tanaïs minor, qui in Siberienſi Ducatu oriens, unde *Donecz Seversky* vocatur, ſupra Tanaim urbem in Tanaim magnum fluvium cadit.

Ptol. Steph. Tanais, *la Tana* Italis, *Aſoph* incolis, teſte Mercatore cum aliis, urbs, & emporium celebre (maximè pellium) Sarmatiæ, ad oſtia Tanais fluvii, ab Iſthmo Tauricæ, ubi Precopenſium regia, itinere quinque dierum, ſeu 30. leucis Germanicis, teſte Erberſtenio, diſtans, ſub Turcis, à Theodoſia Tauricæ emporio ſupra 300. mill. paſſ. in Boream.

¶ Tanais, *Azak* hodie incolis, urbs eſt emporiumque celebre Tartariæ precopenſis, in limite Moſcoviæ, juxta Tanaim fluvium, & 15. mill. paſſ. ſupra ejus oſtia, 400. autem à Theodoſia in Cçciam. Capta fuerat à Moſchis, & poſteà recepta à Turcis. Sed nunquam fuit Precopenſium regia.

Plin. Tanarus, *Tanaro*, fluvius Liguriæ navigabilis, ex Apennino monte oriens, in Padumque apud Auguſtam Batienorum influens, Ceba, Alba Pompeia, Aſtaque, & Alexandria (quam intermeat) irrigatis. Cujus meminit Horatius lib. 1. carm. ode 34.

Quo Styx, & inviſi horrida Tanari
Sedes, Atlanteuſque finis.

Vbi alii Tanagri legunt, (alii Tænari.)

Ptol. Tanatis, *Terriana*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ ſuperioris, apud Danubium, ubi Moſchium excipit, inter Viminacium ad occaſum, & Rhetiariam ad ortum.

¶ Tandaja, *Tandaya*, inſula Aſiæ in Oceano Eoo, & una ex Philippinis. Dicitur aliter *Achan*; eſtque ad Eurum Manillæ inſulæ, à qua ſeparatur tantùm freto Manillæ dicto; ſubeſtque dominio Hiſpanorum. Dicitur etiam perſæpe Philippina propria, *la Philippine*, quòd primùm detecta ſit ab Hiſpanis. Ejus maior longitudo eſt 50. leucarum, latitudo autem 40. circiter.

¶ Tandra, *Tandra*, inſula Ponti Euxini, propè oſtia Boryſthenis fluvii. Sed de ejus recenti nomine nondum conſtat inter auctores.

¶ Tanegaxima, *Tanegaxima*, inſula parva Japoniæ, ad auſtrum Ximoæ-inſulæ, teſte Brietio.

Beda. Tanetos, Toliapis Ptolemæo, *Tenet* ex tabulis recentibus, inſula Albionis in Anglia, Cantio (apud oſtia Tameſis, & Sandvicum oppidum) adiacens.

¶ Tanetos, *Thanet*, inſula eſt Angliæ, in ora Cantii & vix anguſto freto ab ea diſſita, propè Sandvicum, & 15. mill. paſſ. infra oſtia Thameſis ad ortum, uti 7. à Cantuaria. Dicitur etiam Thanatos.

Poly. Liv. Tanetus, Tannetum Antonino, Tanitum Ptolemæo, *Tanedo*, oppidum olim, nunc pagus Æmiliæ, in agro Regienſi, apud Niciam fluvium, inter Regium Lepidi 9. & parmam 6. mill. paſſ. Taneta Paulo Diacono.

Tac. Tanfanę templum, *Benthemerberg*, teſte Georgio Bruno, locus Germaniæ, in Weſtphaliæ, & Friſiæ confinio, apud Veteres Marſos & Salios, ubi Benthema oppidum, & Comitatus, à Veteribus Saliis vix milliario Germanico in ortum diſtans.

¶ Tangermunda, *Tangermund*, oppidum Germaniæ, in veteri Marchia Brandeburgica, ad Albim fluvium, ubi recipit amnem *Tanger*, 7. leucis infra Magdeburgum in Boream Havelbergam versùs; fuitque aliàs munitum, & pluries vaſtatum ultimo bello Germanico.

¶ Tangum, *Tango*, oppidum Iaponiæ, in Niphonia inſula, & in parte Boreali Iamaſotiæ regionis, cum tractu cognomine, teſte Brietio.

¶ Tangutum, *Tangut*, regnum Aſiæ, in Tartaria regione, ſeu in parte meridionali Tartariæ veræ, versùs Sinas. Dicitur aliter *Taniu*, & *Baghargar*; eiuſque primaria urbs eſt *Tangu*, vocatur etiam *Campion*, & *Taniu*, teſte Guillelmo Sanſone; eratque aliàs in eo tractu Sericæ regionis pars auſtralis.

¶ Tanguum, *Tangu*, regnum Indiæ extra Gangem, iuxta Menanum fluvium, cum urbe primaria cognomine, aliàs ſub Rege Peguano.

¶ Taniorium, *Taniaor*, urbs eſt Indiæ intra Gangem, in Coromandelia regione, & aliàs ſub dominio Regis Biſnagaris, nunc ſub dominio proprii Principis cum tractu adiacente. Diſtat 60. mill. ab ora Coromandelis, & à Tranquebaria in occaſum, ejuſque Princeps qui *Naique de Tanaior* dicitur, clientelaris eſt Regis Biſnagaris, & ei ſubeſt Negapatanum.

Tanis, Tanitis præfectura Plinio, Taphnis Ezechieli, urbs Ægypti, apud Taniticum oſtium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Damiatenſi, inde 7. mill. paſſ. diſtans in occaſum, à Titanibus gigantibus condita & nominata, teſte Iſidoro, ac pharaonis quondam regia, ubi Moyſes tot edidit ſigna, teſte eodem Iſidoro lib. 15. etymologiarum, *Tanes* adhuc dicta, teſte Nigro, urbs quondam magna, teſte Stephano. Strab. Ptol.

Taniticum oſtium, quod & Saiticum Straboni & Tanicum Melæ, unum ex 7. Nili oſtiis, inter peluſiacum ad ortum & Mendeſium ad occaſum, *Calixene*, teſte Bonacciolo cum aliis. Strab. Ptol.

Tanneta locus erat in Campania, ubi Buccilinus à Narſete ſuperatus & extinctus refertur ab Aimoino, & Paulo Diacono lib. 2. de geſt. Longobardorum. Sed Tannetum quoque legitur apud eundem ad hiſtoricum Eutropium, alii Tanetum, unico *n* legunt.

Tanos, urbs Cretæ, cuius incolæ Tanii dicuntur Stephano.

Tantalis, & Tantali ſtagnum, in Lydia. Vide Sipylum. Plin.

Tantalus, *Taunſale*, teſte Leunclavio, oppidum Lydiæ, in Cariæ confinio apud Mæandrum fluvium, inter illum & Sipylum montem. Tantalus item Stephano mons Lesbi inſulæ, a Tantalo viro nominatus, cuius incolæ Tantalii. Nice.

Tanus, fluvius peloponneſi, per Argiam fluens, Tanaus Euripidi dictus, agrum Argivorum a Spartano dividens. Pauſ.

Tanus item mons Siciliæ excelſus, ex quo Chryſas & Terias flumina profluunt, teſte Fazello, ab Aſſoro oppido 4. mill. paſſ. diſtans: ubi caſtrum cognomen.

Taoca, *Thimar*, teſte Theveto, urbs perſidis mediterranea, inter Obroatim ad occaſ. & partam ad ortum. Arri. Ptol.

¶ Tapæ, Daciæ oppidum ſub Decebalo, teſte Xiphilino.

¶ Tapaiſa, *Tapayſa*, fluvius amplus Americæ meridionalis. Oritur in limite Braſiliæ, & poſt longum curſum in flumen Amazonum ſe exonerat in Guaiana regione, & in Tapaiſa provincia ab eo dicta, teſte Petro Texeira.

¶ Tapara, emporium ad ſinum Arabicum, inter Avalitem & Malao emporia, in Arriani periplo: Thapharum fortè Nicephori Calliſti.

Tape, urbs Hyrcaniæ regia fuit, apud oram maris Caſpii, à portis Caſpiis in ortum ſtadiis 1400. diſtans, quæ hodie non exſtat, quod ſciatur, ſicuti nec Carta, nec Talabroca, neque Samariana, ejuſdem regionis urbes olim claræ, teſte Strabone. Strab.

Taphiæ, quæ & Teleboides, inſulæ maris Ionii, inter Achaiam, ſeu inter fauces ſinus Corinthiaci, ad ortum, & Leucadiam ad occaſum, quarum una Taphias plinio & Stephano, à Tapho Cephaleniæ urbe 30. ſtadiis in ortum diſtans. Strab. Plin. Steph.

¶ Taphii, populi Scythiæ Europeæ, qui ad ultimum receſſum Carcinitis ſinus habitant, teſte Strabone. Videntur Taphræ plinii, quod rectius.

Taphius, mons Locrorum Ozolorum, in confiniis Ætoliæ, ubi Neſſus centaurus ab Hercole occiſus, teſte Antigono, conditus eſt, Taphiaſſus Straboni, & plinio dictus apud Calydonem urbem.

Taphiuſa plinio eſt locus juxta Leucadem, in quo lapis taphiuſius naſcitur, lib. 36. cap. 21.

Taphra, * Taphrura Ptolemæo, *Fachs* Moletio & Olivario, oppidum Africæ maritimum, ad initium Syrtis parvæ, inter Vſillam ad occaſum, & Theænas ad ortum, à Carthagine 300. mill. paſſ. (* in manuſcripto Seldeni *Tafryfai*.) Plin. Mel. Plin.

Taphræ, Taphros Ptolemæo, *precop* vel *przecop* Mercatori, aliis *Mancup*, urbs Tauricæ in Iſthmo, regia Tartarorum præcopenſium, à Tanais oſtio 30, milliaribus Mel.

Ger-

Germanicis in auſtrum, Axiacam ſive (ut nunc vocant) Oczacoviam versùs 14. à Boſphoro Cimmerio 260. mill. paſſ. in occaſum, teſte plinio, quanta eſt Tauricæ longitudo. Auſpiciis Traiani Imperatoris capta fuit, teſte Floro, qui ea tempeſtate vixit. Taphre etiam dicitur apud Stephanum, a ſervis, qui dominis cum Thracibus bellum gerentibus, ſe eorum uxoribus commiſcuerant, habitata.

¶ Taphræ, fortè & Neapolis, urbs Tauricæ Cherſoneſi in Iſthmo, hodie *precop* dicitur; diſtatque 110. mill. paſſ. Thedoſia in Boream & 140. à Boſphorio Cimmerio in occaſum, uti 380. à Tanais oſtio. Parva eſt, ſed cum caſtro munito, inter Carcinitem ſinum ad occ. & Bugem lacum ad ortum. Dicitur *Or* a Tartaris *&* *Perecop* a Polonis; et ab ea Tartaria minor dicta eſt Tartaria precopenſis.

Taphros, Fretum Etruſcum Melæ, Fretum Gallicum Antonino, Sinus Sardonius Euſtathio, mare quod inter Sardiniam & Corſicam intercedit.

¶ taphros fretum hodie *le bocche di Bonifacio* dicitur; ejuſque latitudo eſt 6. mill. paſſ. tantùm, inter Corſicam ad Boream, *et* Sardiniam ad auſtrum. Dicitur etiam *le Bo che di Beixonnere* a quibuſdam. Vide fretum Taphrs.

taphus, urbs olim Cephaleniæ inſulæ, quæ & taphiuſa & Taphiuſſa Stephano ſuo tempore dicebatur; quæ eſt & inſula parva, à Cephalenia 30. ſtadiis diſtans, teſte eodem.

tapiæus mons, *Monte Anſidiano*, teſte Andrea Reſendio, mons Luſitaniæ, inter Thomariam & Conimbricam occurrens, in quo Anſidianum oppidum. De eo in vita S. Martini presbyteri Saurienſis.

¶ Tapiavia, *Tapiavv*, oppidum poloniæ, in Pruſſia Ducali, cum arce, ad influxum *Deme* fluvii in pregelam, alias Sugurbi appellata. Ibi Albertus Brandeburgicus pruſſiæ Dux primus è vivis exceſſit die 30. Martii anno 1568. Diſtat 5. mill. Germanicis a regiomonte in ortum & 4. a Curonio ſinu in meridiem.

¶ tapius, *Tapy*, fluvius Americæ meridionalis. Oritur in limite Braſiliæ & poſt longum curſum in flumen Amazonum ſe exonerat, teſte petro texeira.

tapoſiris, taphriſis plutarcho, & Apuleio, oppidum fuit AEgypti parvum, inter Alexandriam & Canopum, ubi Oſiridis templum erat.

taprobana, *zeilan*, teſte Ioanne Barrio, cum Varrerio, inſula magna maris Indici contra Cory promontorium, (non *Sumatra*, ut Mercator ait, longè in ortum diſtans, cùm ptolemæus illud ad Cory promontorium Indiæ citerioris deſcribat) cuius ambitus 2000. mill. paſſ. eſſe traditur. Vrbes apud ptolemæum claræ, Nagadiba, Talacori & Maagrammum, vel Naagrammum. Ovid. lib. 1. de ponto elegia 6.

Aut ubi Taprobanen Indica tingit aqua.

Hinc elephanti & Margaritæ maiores quàm in India, teſte Capella. Stehanus huius longitudinem ſupra 7000. ſtadiorum facit. Taprobane non ſolùm margaritis, ſed etiam aliis gemmis, ac auro maximè apud palægones populos affluit, ſicuti apud perimulam & aliæ Indiæ loca: ſed laudatiſſimæ in Tyla inſula ſinus perſici, teſte plinio, ſunt. Taprobana inter inſulas apud ptolemæum 1. locum tenet, 2. Britannia ſive Albion, 3. aurea Cherſoneſus, 4. Hibernia, 5. peloponneſus, 6. Sicilia, 7. Sardinia, 8. Corſica, 9. Creta, 10. Cyprus. In quibus duæ peninſulæ numerantur, nec magnitudinis ratio ſervatur.

¶ Taprobana, hodie (*Ceylan*, ſeu etiam *Ceylon* quibuſdam, inſula eſt ampla Aſiæ & Indiæ intra Gangem, in mari Indico & in ora ſinus Gangetici, propè promontorium Commarium, & partem Auſtralem peninſulæ Indiæ cis Gangem, a qua tantùm dirimitur freto *Manaar* dicto 60. mill. paſſ. In ea ſunt ſeptem regna, nempè *Candea*, totius Inſulæ præcipuum, *Batecala*, *Iala*, *Iaſanapatan*, *Ceitavaca*, *Chilao*, & T*ranquilemaie*. Dicitur autem *Tenariſin* incolis, id eſt, terra de l tiarum, *&* eius circuitus eſt 650. mill. paſſ. circiter. Subeſt propriis Regibus; ſed in eius ora occidentali Holandi habent Columbum & aliquot alias arces munitas. Dicitur ab Arabibus *Zeylan Dive*, id eſt, Ceylanum inſula; eſtque felici aromatum proventu nobilis. Sed plurimæ inſulæ ſunt ipſa maiores in toto orbe terrarum, nempè Albion, Madagaſcarie, ſeu Delphina, Java, Sumatra, Bornei inſula, Celebum inſula, Manilla, ſeu Luſſonia, Mindanoa, Japonia, Islandia, Terra Nova, Hiſpaniola, Cuba, California & Terra Ignium, cum aliquot aliis. Idcirco inter maximas non eſt cenſenda nec inter inſulas primum locum tenet, quidquid de ea dixerint antiqui.

(*Taprobanæ inſulæ urbes præcipuæ:*

Baticala, Batecala.
Candea, Candea, *ſeu* Candy *inſula primaria.*
Catavaca, Ceitavaca.
Chilaum, Chilao.
Columbum, Colombo.
Gallum, Galo, *ſeu* punta Galo.
Iaſanapatanum, Iaſanapatan.
Iala, Iala.
Trinquilemala, Trinquilemale.)

Taplacum vel Thapſacum, *Bebech*, teſte Thevetο, urbs Meſopotamiæ, ad Euphratem fluvium, in Arabiæ deſertæ confinio, apud Scenitas, à Zeugmate 250. m. paſſ. in ortum, Babylonem versùs 562.

Tapſus, *Manghiſi*, teſte Fazello, peninſula Siciliæ, in ora orientali, inter Syracuſas ad auſtrum 4. & Megaram ad Boream 14. mill. paſſ. Vide Thapſus. Eſt & Tapſus urbs Africæ maritima, nunc jacens, inter Rhuſpinam, & Rhuſpas, Lepti parvæ vicina. De Tapſo hac Silius lib. 3.

Et Zama, & uberior Rutulorum ſanguine Tapſus.

¶ Tapſus, *Iſola delli Manghiſi*, peninſula eſt parva Siciliæ, cum oppidulo cognomine in eius ora orientali *&* in valle Neetina, 14. mill. paſſ. diſtat a Cyracuſis in Boream Magara m verùs & Auguſtam cum portu capaci.

¶ Tapſus, urbs Africæ propriæ, in ora maris Mediterranei *&* in Byzacena regione. Hodie eſt *Africa* ſeu *el Madia*, urbs munita regni Tunetani, cum portu capaci, 100. ferè milliaribus diſtans a Tuneto in ortum, uti 30. à Thyſdro.

¶ Tapuaguazua, *Tapuaguazu*, regio Americæ meridionalis, in Paraguaia, prope lacum Xaraiorum, *et* in limite Braſiliæ.

¶ Tapuiæ, *Tapuies*, populi Americæ meridionalis in Braſilia *et* in præfectura Spiritus Sancti.

¶ Tapuiæ, *les Tapuies* dicuntur etiam quamplurimi populi Braſiliæ in mediterraneis, inter præfecturas pernambuci & fluvii Ianuarii.

Tapyri, populi parthiæ, quos Strabo lib. 11. ſcribit uxores aliis mutare poſt ſuſceptam ex ea prolem binam aut trinam. Hi etiam & Apyri dicuntur, & Tapori, Hyrcanis proximi, vino maximè dediti, ut ſcribunt AElianus & Athenæus. Tapyrii gemina *r* ſcribit Stephanus, eoſque Hyrcaniæ proximos facit. Strab.

¶ Tara, *Terrain*, fluvius parvus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ Bellovacum rigat, & deinde in Oeſiam fluv. ſe exonerat paulò infra Creolium.

¶ Tara, fluvius Raſciæ, in Drinum influens, Cinnami *Tara*.

Tarachiæ, inſula parva apud Corcyram inſulam maris Jonii.

Tarentaſia, (vide Tarentaſia) *Tarantaiſe*, regio Allobrogum, in Sabaudia, cum urbe archiepiſcopali cognomine, inter Genevam 10. & Maurianam in auſtrum 12. leucis, à Civarone, ſeu Camberico 10. in Boream cuius Archiepiſcopus Monaſterii, reſidet. Plin.

¶ Tarantaſia, ſeu Tarentaſia *la Tarentaiſe*, *provincia* eſt Ducatus Sabaudiæ, inter Alpes Graias ad ortum, Maurianam ad meridiem, Sabaudiam propriam ad occaſum *et* Foſſiniacum tractum ad Boream, ubi aliàs Centrones populi Galliæ Narbonenſis. Eius primaria urbs olim Forum Claudii, ſeu Tarantaſia, hodie *Mouſtiers* dicitur, ſeu etiam *Mouſtiers en Tarentaiſe*, ad Iſaram fluvium 6. leucis diſtat à Fano S. Ioannis in Boream, & 10. à Civarone in ortum. Ant.

¶ Tararia, *Tarare* oppidulum Galliæ, in Lugdunenſi provincia, in valle, ad radices montis cognominis, ad amnem Tordivam *&* in limite Foriſienſis provinciæ, medium ferè inter Lugdunum ad ortum *&* Rodumnam ad occaſum, ſex leucis utrinque diſtans. Ptol.

* Tararium, *Trairu* Moletio, oppidum Bithyniæ, in ora Propontidis, inter Chalcedonem ad Boream, et Nicomediam ad meridiem, Olbiæ vicinum. (* In manuſcripto Seldeni *Traroon*.)

Taras, *Tara* etiam vulgò, teſte Galateo cum Mazzella, fluvius magnæ Græciæ, in ſinum Tarentinum apud Tarentum urbem (cui nomen dedit) influens, apud Maſſafram oppidum oriens. Ipſum quoque Tarentum a Græcis

Græcis Taras appellatur. Oſtrea Tarentina apud veteres in pretio fuere, teſte Aulo Gellio lib. 7. cap. 16. Tarentum urbs eſt vetuſtiſſima, Olympiade 18. ann. 49. urbis conditæ, Numa regnante, ædificata, ut quidam volunt. Vide infra.

¶ Taraſco, *Taraſcon*, oppidum eſt Galliæ, in Occitania provincia, ad Alburacim fluvium *&* in Fuxienſi Comitatu, 3. leucis ſupra Fuxium in meridiem, ad radices pyrenæorum montium.

Steph. Taraſcon, Taruſcon ptolemæo, *Taraſcon*, oppidum Galliæ Narbonenſis, ad Rhodanum, in provincia, contra Belcarum oppidum, inter Avenionem ad Bor. 3. & Aralatum in auſtrum 6. leucis, à Nemauſo 100. ſtadiis, à Narbone 720. in ortum, teſte Strabone, oppidum amplum D. Marthæ virginis corpore felix.

Lib. Conc. Tarba, *Tarbe*, urbs Aquitaniæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, in Bigerrenſi principatu, inter Auſcos ad Arctos 7. & Eloronam ad Auſtrum 4. leucis a palo 6. in ortum. Eſt & Tarba ptolemæo *Traba* nunc, oppidum Cratę in ora Auſtrali, inter Criumetopon promontorium ad occaſum & Pœcilaſium oppidum in ortum, non longè diſtans à Criumetopo, à phalaſarna ſupra 30. mill. in auſtrum.

¶ Tarba, urbs eſt lepida & culta Galliæ, in Aquitania, ad Aturum fluvium, in planitie, novem leucis ab Auſciis diſtans in Africum & totidem à palo in ortum. Sed Tarba oppidum Cretæ inſulæ nunc in ruinis jacet.

Strab. plin. Cæſ. Tarbelli, populi Galliæ Aquitanicæ, apud Pyrenæi montis radices; quorum urbes Tarba, & Aquæ Tarbellicæ. Hinc Tarbellius & Tarbellicus nomen gentis. Auſonius in Moſellana:

Numine adorato tarbellius ibit Aturrus.

Lucanus lib. 1.

- & ripas Aturi, qua littore curvo
Molliter admiſſum claudit tarbellicus æquor.

¶ Tarbelli, populi fuere Galliæ Aquitanicæ, in limite Hiſpaniæ, & versùs oſtia Aturri in Oceanum, ubi hodie Narvarra inferior, ſeu cis montes & tractus *Labour* dictus, versùs Baionam, & Aquas Tarbellicas. Sed longè diſtabant à Tarba in occaſum.

Tarbelus, mons Cariæ, Cauno urbi maritimæ imminens.

Steph. Tarchonium, ut Ortelius ſcribit, Tarchon Virgilio (Vide Tarquinia.) Tarcynia verò apud Stephanum legitur, & nomen gentis Tarcynius, à Tarchonio diverſa.

¶ Tarcum, *tarku*, urbs Aſiæ, in Georgia regione & in provincia *Dagheſtan* dicta, in ora maris Caſpii, teſte Adamo Oleario.

Tarelei, populi AEthiopiæ circa Nigri fluvii ortum.

Plin. Ant. Tarentaſia, & alibi Tarantaſia, regio & urbs Archiepiſcopalis Allobrogum, cuius Antiſtes Monaſterii oppido inde ad 2. leucas diſtanti moratur, ab Auguſta prætoria urbe Italica 67. mill. paſſ. ex Antonino. Vide Tarantaſia.

Tarentinus ſinus, Thurinus Ovidio, ſinus magnæ Græciæ, inter duo promontoria Iapygium ad Boream & Lacinium ad auſtrum terminatus, *Golfo dl Taranto* vulgò.

¶ Tarentinus ſinus, *Golfo de Tarente* Gallis, pars eſt maris Jonii, extenditurque inter Calabriam citeriorem, Baſilicatam & Terram Hydruntinam provincias regni Neapolitani; ſicque dicitur à Tarento urbe in eius intimo receſſu & vocatur Thurinus ab Ovid. lib. 15. Metamorph. ut obſervavit Gabriel Barrius.

Tarentum, Taras Straboni & ptolemæo, Oebalia Virgilio, & Ovidio, *Taranto* vulgò, urbs archiepiſcop. *Plin. & al.* magnæ Græciæ (non Calabriæ, ut in Theſauro Linguæ Lat.) olim clariſſima Reſpublica, quæ cum Romanis bellum gerere auſafuit, in intimo ſinus Tarentini receſſu, extrema magnæ Græciæ urbs, in Salentinorum confinio, nunc in Salentinorum regione adnumerata, à Tarante Neptuni filio condita & nominata, deinde a Spartanis anno urbis conditæ 45. & aliis anno 47. à Partheniis duce Phalanto reædificata & habitata, inter Brundiſium ad Boream 36. & Metapontum urbem exciſam ad meridiem 25. mill. paſſ. ab Iapygio promontorio 80. mill. in occidentem anno urbis conditæ 631. colonia effecta, teſte Velleio paterc. De quo Ovidius lib. 15. Matamorph.

Navigat Jonium; Lacedæmoniumque Tarentum.

Populi Tarentini. Hinc nuces & Oſtia Tarentina apud veteres commendata, cum lana Tarentina. Horatius lib. 2. epiſtola 1.

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Tarentinum bellum et cum Pyrrho Rege geſtam eſt anno urbis conditæ 472. Olympiadis 124. anno 4. Tarenti obiit Marcus pacuvius Tragædiographus clarus, Ennii nepos, Brundiſii natus, Avo, quem docuit, ſenior. Tarentinæ nuces ceteris omnibus magnitudine & ſapore præferuntur, teſte plinio, deinde Thaſiæ apud Quintianum, Tarenti ſal candidiſſimus & ſuaviſſimus auctore eodem plinio. Tarentum maximè illuſtravit Architas ibi natus, in Mechanicis, Geometria; & Aſtronomia peritiſſimus, De hoc propertius lib. 4. elegia 1.

Me creat Architę ſoboles Babylonius Horus,
Horus, & à proavo ducta Conone domus.

¶ tarentum, *tarente* Gallis, urbs aliàs magnæ Græciæ, in Meſſapia ſeu Calabria provincia, ſub Salentinis, hodie verò regni Neapolitani, in provincia ſeu Terra Hydruntina cum arce permunita. Sita eſt in peninſula et principatus titulo inſignitur. Portum habuit capaciſſimum, nunc ferè corruptum. Diſtat autem 32. mill. à Brunduſio in occaſum, 20. à Metaponto in ortum & 90. à Iapigio promontorio in Boream; eſtque ampla & munita, cum valido Hiſpanorum præſidio; ſed ſenſim deficit.

¶ targa, *targa*, regio & deſertum Africæ, cum urbe cognomine juxta lacum, in Zaara regione. Dicitur aliter Zaghara, & Sagra Arabibus; eſtque inter deſertum Lemptam ad ortum et Zuenzigam ad occaſum, atque inter Biledulgeridam ad Boream & Nigritiam ad meridiem.

¶ targarum, Africæ propriæ oppidum, teſte ptolemęo.

targines, *Vernauda*, teſte Barrio, fluvius magnæ Græ- *Plin.*
ciæ, apud Locros decurrens. Sed, teſte Mazzella, antiquum nomen retinet, ac per agrum Crotonenſium fluit ubi *Bernalda* oppidum.

¶ targoviſcum, *targoviſKo*, urbs magni regni Hungariæ, Valachiæ caput, ad Launizam fluvium. Dicitur etiam *Tervis* à quibuſdam; eſtque principis ſedes, versùs confinia Moldaviæ. Vide tergoviſtus.

tarichea, *IefferKin*, teſte petro Lachſtenio, oppidum *Herod.*
Palæſtinæ, in Galilæa, ad lacum Geneſaram. Fuit & *Strab.*
taricheæ oppidum AEgypti apud Canobum, teſte Stepha- *Plin.*
no. Alterum apud Senicas. *Joſeph.*

¶ tariſſa, *tariſſa*, urbs Hiſpaniæ, in Vandalitia, iuxta fretum Herculeum, aliàs ampla et munita, nunc ferè ruinis iacens, à paucis habitata. Aliàs tarteſſus dicta fuit. Vide ibid.

Tarinates, ſeu Taranates, uti legendum videtur, po- *Plin.*
puli Sabinorum, quorum oppidum Taranum, *Tarano*, teſte Cittadino, ad Himellam fluvium, apud montem Severum & Cures, à Reate 10. mill. paſſ. in occaſum diſtans, quot à Colle Scipionis.

Tariona, *Tura*, oppidum, ſeu pagus Liburniæ ad Si-
tiam fluvium in Colapim labentem apud Caroloſtadium *Plin.*
inde 5. leucis in auſtrum Seniam versùs. Sed Nigro *Tuina*. Populi Tariotæ Plinio.

¶ Tarnadæ, *S. Maurice*, oppidum Helvetiorum, ad Rhodanum fluvium. Vide Agaunum.

Tarne, Tarnis Sidonio, *le tarn*, fluvius Aquitaniæ, ex *Plin.*
Cemmenis montibus inter Toloſates, & Cadurcos per Albigam & montem Albanum in Garumnam ſupra Agennum 3. leucis influens. Citus, ideſt, velox, (ex Leſora monte Cemmenorum parte fluens) apud Sidonium dicitur carmine ultimo, cum ait:

Hinc te Leſora Caucaſon Scytharum
Vincens adſpiciet, cituſque Tarnis.

Tarne etiam plinio fons Lydiæ ad Tmulum montem cum oppido cognomine, teſte Strabone. Apud Stephanum etiam oppidum fuit Achaiæ. Tarna verò apud Homerum lib. 5. Iliados urbs eſt Lydiæ, quæ & Sardis. Vide ibid.

¶ tarnis fluvius, qui & tarne quibuſdam, oritur ex monte *Loſere* dicto in Cemmenis, & in Gabalico tractu. Hinc auctus aliquot rivis in Rutenis, Millialdum rigat; deinde per Occitaniam fluens paulò infra Moiſſacum in Garumnam cadit 5. leucis ſupra Agennum, receptis priùs Aguſtio & Averotio fluviis et a paucis menſibus lintrium capax effectus fuit in Ruthenenſi provincia.

¶ tarudantum, *tarudant*, urbs regni Marochii, in Africa, provincia Suſę primaria & ampla. Princi-

pes

pes aliis habuit proprios, diſtatque 50. m. paſſ. ab ora Oceani Atlantici.

Tarodunum, *Dornſtet*, teſte Lazio, oppidum Germaniæ in Suevia, in Ducatu Wirtembergenſi, apud Sylvam nigram inter Tubingam ad ortum & Offenburgum ad occaſum 4. leucis, quot à Rotovilla in Boream. Aliis *Riedlingen* eſſe videtur, oppidum Sueviæ, inter Ulmam 5. & Tubingam 2. leucis, à Pfullendorfo 6. in Boram.

¶ Tarodunum, oppidum Alemanorum hodie, teſte Cluverio, eſt *Fribourg*, urbs munita & academia, Briſigaviæ caput, juxta amnem *Treiſſ.* 2. leucis à Briſiaco in ortum, ſub dominio Auſtriacorum. Vide Friburgum.

Tarpejus mons, idem Capitelino. Vide ibid. Tarpeiæ arces olim ſuper eo monte conſtructæ. Ovid. lib. 1. Faſtorum:

Veſtibus intactis Tarpejas itur in arces.

Virg. lib. 8. Æneidos:

In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat.

¶ Tarphara, Arabiæ felicis oppidum, teſte Stephano.

Tarquinia, Tarquinæ Ptolemæo, Tarquiniæ Antonino, Tarquinii Ciceroni, T*arquene*, teſte Antonino, Maſſa, colonia & urbs Hetruriæ, olim epiſc. nunc prorsùs jacens, inter Bracianum 10. & Cornuetum (quod illi in epiſcopali dignitate ſucceſſit) 5. mill. paſſ. à Viterbio 15. in meridiem, à Tarconte, qui Æneæ opem contra Turnum tulit, condita, & Tarcona nominata, poſtea Tarquinia à Tarquinio Rege dicta. Populi Tarquinenſes Plinio, & Tarquinenſis lacus eidem Plinio, idem Sabato, ſeu Sabatio & Sabatino. Vide ibid. Tarquinius etiam nomen gentis. Virg. lib. 6. Æneidos:

Vis & Tarquinios Reges, Animamque ſuperbam.
Vltoris Bruti.

¶ Tarquinia urbs in ruderibus jacet, & hodiè *la* T*arquinia* dicitur, atque ita Cornetani ceterique accolæ, quamquam vulgus ruſticorum *la* T*urchina* dicant, teſte Luca Holſtenio.

Tarrabeni, populi Corſicæ mediterranei, quorum tractus & oppidum *Baſtilica*, teſte Leandro, ab Adiacio urbe 20. mill. paſſ. in Boream. Sed potiùs ſunt apud Bonifacium oppidum, in ora Auſtrali, ubi *Carabeni* pagus, à Bonifacio 14. mill. paſſ. in Boream, antiquum nomen redolens.

Tarracina, quæ & Anxur priùs dicta, teſte Plinio, Taracina Straboni, Tarrachina Srephano, condita Olympiade 181. T*arracina* etiam vulgò, vel T*erracina*, colonia & urbs Latii. (non Campaniæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) Epiſcopalis, in colle apud oſtia Ufentis, media ferè inter urbem Romam & Neapolim ad ortum 60. mill. paſſ. ac inter Circæjos ad occaſum & Fundos in ortum 10. Vide Anxur. De ea lib. 4. Itinerarii:

Mane novo impoſitum Scopulis candentibus Anxur,
(T*arracina alio nunc nomine dicitur) inde*.

¶ Tarracina, T*erracina* vulgò, urbs aliàs Volſcorum in Latio, nunc Campaniæ Romanæ, in ditione Pontificia & in confinio regni Neapolitani. Sedet ad radices collis in ora maris Tyrrheni; ſed ejus portus arena obductus eſt. Caſtrum habet ſatis tutum, urbs verò deficit in dies propter aeris inclementiam, & adjacentes paludes Pomptinas.

Tarraco, T*arragona*, colonia & urbs Hiſpaniæ citerioris, archiepiſc. in ora Catalauniæ, in tumulo, media inter Barcinonem ad Boream & Dertuſam ad meridiem 11. leucis, à Scipionibus condita, olim conventus juridicus ingens, & metropolis ampliſſima, ſub qua urbes 14. epiſcopales erant, Barcino, Egara, Gerunda, Auſona, Urgella, Ilerda, Emporiæ, Dertuſa, Cæſarauguſta, Oſca, Pompelon, Calagurris, Turiaſo, & Auca. Abeſt ab Olarſone oppido Vardulorum apud Pyrenen & Fontem Rapidum 307. mill. paſſ. teſte Plinio, Tarraconenſis nomen gentis, ut Hiſpania Tarraconenſis, una ex tribus partibus, major reliquis ſimul ſumptis: & vina Tarraconenſia olim in pretio habita. Martialis lib. 13. epigramm. 115.

Tarraco Campano tantùm ceſſura Lyæo.

A Mauris everſa anno ſalutis 1083. Toleto recepto reædificata fuit.

¶ Tarraco, *Tarragone* Gallis, urbs aliàs Coſetanorum & Scipionum opus, nunc in Catalonia, cum portu in ora maris Mediterranei. Parvi eſt circuitus, & deficit in dies, quanquam etiamnum ſede Archiepiſcopali decorata, pluriesque obſeſſa fuit hiſce ultimis temporibus. Sedet ad oſtia Tulcis fluvii, & diſtat 12. leucis à Dertuſa in ortum, Barcinonem versùs 15. & 250. ab Olarſone oppido & Fonte Rapido in Eurum. Ab ea tractus adjacens dicitur *Campo de Tarragona* ab incolis.

Tarraconenſia juga, *los Remolinos*, teſte Bernardo Gomeſio, mons Hiſpaniæ citerioris, apud Cæſarauguſtam, ab ea 3. leucis, ubi ſal provenit ſuaviſſimi ſaporis. *Sid.*

Tarraconenſis Hiſpania, una ex tribus totius Hiſpaniæ partibus, reliquis major eſt, longa, inter Templum Veneris ad ortum, & Nerium promontorium ad occaſum 800. mill. paſſ. Hiſpania citerior minùs patens in latitud. illa enim à Pyrene ad Caſtulonenſem ſaltum 707. mill. paſſ. patet. *plin. & al.*

¶ Tarraconenſis Hiſpania extendebatur ab ortu in occaſum ad 660. mill. paſſ. nempe à Templo Veneris ad Nerium promontorium, latitudo autem multò minor erat. Vide Hiſpania Tarraconenſis. *ptol.*

Tarraga, T*arrega* adhuc vulgò, colonia & oppidum Hiſpaniæ citerioris, haud obſcurum, in Catalaunia, ab Ilerda 5. leucis Barcinonem versùs in ortum. Servariæ oppido majori propinquum, una leuca diſſitum versùs Ilerdam. Populi Tarragenſes, & Colonia Tarragenſis Plinio.

Tarras, Tharros Antonino, *Larghier*, teſte Nigro, ſeu *Alghier*, urbs Sardiniæ littoralis ad occaſum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turritano, ab Emporiis & Saſſari 18. mill. paſſ. à Boſa 40. in Boream, Algarium Latino recenti. *Ptol.*

¶ Tarras quid ſit difficilè eſt ſtatuere, *Algieri* enim aliis eſt Caracodes, forſan locus in ora inter Boſam & Algarium.

Tarſa, vicus olim Comagenes in Syria populoſus, ad Euphratis ripam à Samoſatis 150. ſtadiis in meridiem. *Steph.*

Tarſatica, Tarſaticum Antonino, T*erzacz*, teſte Lazio, *S. Maria de Tranſiarch* Simlero, oppidum Liburniæ littorale, inter Flavonam oppidum Hiſtriæ ad occaſum 20. & Seniam urbem Liburniæ ad ortum 40. mill. paſſ. *plin. Ant. ptol.*

¶ Tarſatica Lazio eſt T*erſacz*, ſeu T*erſechz*, caſtrum Liburniæ in colle, propè amnem *Fiume carnero*. Vix 1. mill. Germanico diſtat à Vitopoli in Boream, uti ab ora ſinus Carnarii & maris Hadriatici, in Carniola ſicca & ſub dominio Auſtriacorum.

Tarſejon Stephano oppidum Hiſpaniæ apud Columnas Herculis: quod aliis Carteja eſt. *Steph.*

Tarſis ſive Tarſes (quæ Tharſis & Tharſes cum aſpiratione apud alios leguntur) locus eſt maritimus, per quem claſſis Salomonis ad Ophir deferebatur, & quò Jonas Propheta, juſſus ire in Niniven, aufugit. Quis ſit hic locus, digladiantur inter ſe ſcriptores. Non deſunt, qui Tarſum urbem Ciliciæ præcipuam interpretentur. At huic interpretationi repugnat utraque hiſtoria, præſertim Jonæ; qui cum nollet ire Niniven urbem Babyloniæ, ſive Aſſyriæ, fugit ad Tarſim locum ex adverſo, non qui Niniven duceret; non ad Tarſum ex quo brevis eſt in Meſopotamiam trajectus. Aliis Tarſes idem quod Tarteſſus urbs, & inſula Hiſp. Bæticæ in mari, ſeu freto Gaditano, unde brevior in Ophir (quàm diximus eſſe vel Peruviam, vel inſulam maris Atlantici) eſt navigatio; Qua de re vide Becanum in Hiſpanicis. *Lib. Jonæ. & lib. 1. Reg.*

Tarſium oppidum Pannoniæ inferioris fuit, ubi Maximianum Imperatorem occubuiſſe Aurelius Victor teſtatur. Tarſum habent alii codices. *Strab.*

Tarſius, fluvius Troadis, ſeu Phrygiæ, apud Zeliam fluens, & viam eandem vicies ſecans, ſicuti & Rheſus fluvius Bithyniæ inter Nicomediam, & Nicæam vicies quater.

¶ Tarſuras, fluvius Colchidis, qui Terſos etiam, & Theſſyris dictus fuit, nunc *Ochums*, teſte Archangelo Lamberto. Oritur ex Colchicis montibus, & in Pontum Euxinum cadit juxta Tarſuram oppidum, quod Taſſiros & Trachea dictum fuit, nunc in ruinis jacens.

Tarſus, Tarſos Plinio, Melæ, & aliis, T*arſo* Europæis, T*eraſſa* incolis, & T*erſis* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Ciliciæ archiepiſcopalis, ad Cydnum fluvium, apud oſtia, 5. tantùm ſtadiis diſtans, à Solis 55. in ortum, ab Amiſo urbe Paphlagoniæ 1500. licèt apud Strabonem diſtantia hæc corruptè 120. ſtadiorum legatur, (tanta eſt ibi Aſiæ minoris latitudo, teſte Strabone) *Strab. Cic. Xen.*

à Seleucia paulò ſupra 25. mill. paſſ. à Coryco & oſtio Calycadni fluvii 30. in ortum, ab Antiochia magna 141. in occaſum, ab Iconio ſtathmis 13. paraſangis 53. ex Xenophonte, à Sardanapalo anno mundi 3440. poſt Romam 60. condita, teſte D. Iſidoro, vel à Perſeo, teſte Trogo; patria D. Pauli Apoſtoli, olim Academia celebris. Populi Tarſenſes Ciceroni. De ea Lucanus lib. 3.

Deſeritur Taurique nemus, Perſeaque Tarſos.

Tarſus ab audacia nomen habet, hoc eſt, ab audacia Bellerophontis, ut Dionyſius Afer teſtatur. Sed ſi ita eſt, Tharſus ſcribi debet; nam audacia *Tharſos* Græcis dicitur:

Flexilis, & Cydnus, dirimitque flumine Tarſon:
Cui nomen poſuit audacia Bellerophontis.

Tarſi claruit Apollodorus Tragædus, ſicut Athenis Apollodorus Comœdus, Menandri Synchronus.

¶ Tarſus urbs ampla Ciliciæ, in Aſia minori, aliàs dicta fuit etiam Antoniana Severiana & Hadriana, ut patet ex numiſmate Græco Imperatoris Antonini Caracallæ, quod extat in muſæo viri doctiſſimi Petri Seguini Regalis Eccleſiæ S. Germani Antiſſiodorenſis Pariſiis Decani, & de re antiquaria optimè meriti. Tarſenſis Archiepiſcopus titularis fuerat Clemens IX. Pontif. Maximus, ante quàm ad Cardinalitiam dignitatem promoveretur.

Tartari, populi longè latèque in Scythia & Sarmatia dominantes, olim Scythæ dicti ſunt.

¶ Tartaria, *Tartar*, urbs ampla Aſiæ, Tartariæ veræ caput, ad fluvium cognominem, ut quidem tradunt. Sed de ea pauca ſunt dicenda, cùm etiam aliqui dubitent, an extet in præſentia.

¶ Tartaria, *Tartarie*, pars Aſiæ ampliſſima, magis ad Boream extenſa, ubi aliàs Scythia intra & extra Imaum & Serica regio. Dividitur à quibuſdam in quinque partes ſeu regna, nempe in Tartariam veram, quæ ad Boream, Catajam, quæ ad ortum; Tartariam deſertam, quæ ad occaſum; Zagatayam, quæ versùs Perſiam; & Turcheſtaniam; quæ ad auſtrum versùs Indiam propriam. Alii autem, & meliùs, uti Arabes, dividunt Tartariam magnam in plures partes Europæis vix nomine notas: quarum præcipuæ ſunt Thibetum regnum, *le Thibet*, ſeu *Thobat*, ubi aliàs pars Auſtralis Scythiæ extra Imaum; Mauralnaharia, *le Maurenaher*, ſeu *le Mavvaralnahra*, ubi olim Jaxartæ & Sogdiana pro majori parte; Olgaria, ſeu Calmuchi populi, *l'Olgarie ou les Kalmuki*, ubi aliàs Orgaſi populi Scythiæ intra Imaum; Chazalgitæ, *les Chazalgites*, ubi olim Sacæ populi Scythiæ intra Imaum; Chaulachitæ, *les Caulachites*, ſeu *Kara Cathay*; ubi Alani Scythæ in Scythia etiam intra Imaum montem; Mongalia, *Mongal*, ſeu *moal* & *Magog*, ubi olim Hyperborei Scythæ; Kaimachitarum ſeu Naimanorum regio perampla, *les Kaimachites ou Naimans*, ubi aliàs pars Borealis Scythiæ extra Imaum & Sericæ regionis, Tangutum regnum, *le royaume de Tangut*, ſeu *Taniu* & *Bagarghar*, ubi pars Auſtralis Sericæ regionis; Niucanum regnum, *le royaume de Niuche*, ſeu *Tenduc*, ubi minor pars Sericæ Auſtralis; & Jupia regio, *Yupi*, maximè in ortum extenſa. De quibus omnibus pauca dici poſſunt, cum in his raræ ſint urbes: & de illis Abulfelda fuſiùs. Subeſt Tartaria plurimis Regibus; ex quibus Reges Niucani Sinarum Imperium devaſtarunt hiſce ultimis temporibus & etiamnum occupant. Ipſa autem Tartaria, quæ meliùs Tartaria magna, terminatur à ſeptentrione mari Boreali ſeu Scythico, uti ab oriente & mari Kaimachitarum, ab occidente Moſcovia, & à meridie Perſiæ, Indiæ, & Sinarum Imperiis.

(*Tartariæ magnæ urbes ſecundùm recentiores:*
Aſimirea, Chacan Kaimach.
Auzacia, Siſian.
Baghara, Baghar.
Camulum, Camul & Xamo.
Caſgarium, Kaſgar.
Cialium, Cialis.
Damna, Moſtanah.
Iſſedon Scythica, Caracoram.
Iſſedon Serica, Suchur.
Maracanda, Samarcand.
Ottorocora, Tuluphan.
Soeta, Tobbat.
Thagura, Campion, *ſeu* Tangut.)

¶ Tartaria minor ſeu Precopenſis, *la petite Tartarie*, ſeu *Krimsky* & *Nahaisky*, regio eſt Europæ inter Pontum Euxinum ad meridiem, paludem Mœotidem ad ortum, Moſcoviam ad Boream & Podoliam atque Volhiniam provincias Poloniæ ad occaſum, ubi aliàs parva Scythia, ſeu Cimmeria, & Scythia Europæa, è parte Auſtrali Sarmatiæ Europææ. Duplex eſt, nempe Tartaria Crimea ſeu Precopenſis propria *Krimsky ou Tartarie de Precop*, aliàs Taurica Cherſoneſus & Tartaria Nogajenſis, *Nahaisky ou Tartarie des Nogais*, ubi olim pars Borealis parvæ Scythiæ, & populi Baſilides Scythæ, Nomades Scythæ & Mœotæ. Paret autem tota propriis Principibus è gente Gereja ſub clientela Turcarum. In Nogajenſi raræ admodum ſunt urbes præter Tanaim emporium, *Aſſop* & *Azak*. Sed in Taurica Cherſoneſo ſunt Precopia, aliàs Taphræ, *Perecop*, à qua nomen regioni inditum, Baccaſara, *Baciesſaray*, Mancupia, *Mancup*, Cercum, *Kerci*, Crimea, *Solat*, ſeu *Crimenda*, & Coslovia; *Coſelovv*, Cavum verò, *Caffa*, emporium celebre in ora Ponti Euxini ſubeſt dominio Turcarum. Vide Taurica Cherſoneſus.

¶ Tartari Budziacenſes, *les Tartares de Budziack*, populi ſunt Europæ in parte inferiori Daciæ, ubi nunc Beſſarabiæ pars Auſtralis versùs oram Ponti Euxini, & inter oſtia Danubii & Tiræ fluviorum.

¶ Tartari Dobrucienſes, *les Tartares de Dobruce*, populi ſunt Europæ in parte orientali Bulgariæ, ubi aliàs Scythia provincia Mœſiæ inferioris; extenduntùrque inter oſtia Danubii ad Boream & Varnam ad Auſtrum, ſub dominio Turcarum.

¶ Tartari Oczacovienſes, *les Tartares d'Oczaovv*, ſunt in ora Ponti Euxini, inter oſtia Boryſthenis & Tiræ, in ipſo limite Poloniæ & Tartariæ minoris, cum urbe primaria Oczacovia, ſuntque Turcarum vectigales, ut alii Tartari Europæi.

Tartarus, fluvius Venetiæ, ex Atheſi in Padum per Hadriæ fines decurrens, *Tartaro*, etiam vulgo dictus. Ex quo unum ex Padi oſtiis (quod Phoſſiones Philiſtinæ dicitur) Tartarum à Plinio nominatur. Eſt & Tartarus, & Tartara numero plurali, locus inferorum à poetis celebratus. Virg. lib. 6. Æneid.

Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

Hinc Tartareus. Virg. lib. 8. Æneidos:

-- hinc procul addit,
Tartareas etiam ſedes, alta oſtia Ditis.

¶ Tartaſſium, *Tartas*, urbs culta Galliæ, in Vaſconia, & in tractu Lebretenſi, ad Midurium fluvium, 5. leucis ſupra Taſtam in ortum, & 16. à Burdegala in meridiem. *Plin.*

Tarteſſos, Cartheja Ptolemæo, ſeu Carteja, ut in *Mel.* codice Græco, ac apud Plinium & Melam nomen habet à fluvio præterfluente, teſte Stephano, *Tariffa* oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in ora inter Calpen, & Belonem 5. leucis, ab Hiſpanis, victis Mauris anno ſalutis 1292. recuperatum. Apud Silium Carteja à Tarteſſeo diverſa eſt. Sed Melæ indigenæ Cartejam aliquando Tarteſſon dictam aſſerenti credimus. Silius lib. 3.

Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo.

Sed fortè de Tarteſſo ſequenti Silius loquitur. Vide Carteja, quæ *Algezira*, non *Tariffa*, eſt Morali. Tarteſſis feles maximæ gignuntur, ut *felis Tarteſsia* ſit in proverbium deducta, de copia rerum.

¶ Tarteſſos, ſeu & meliùs, Tarteſſus, *Tariffa*, urbs fuit Hiſpaniæ, in Vandalitia & in ora freti Herculei, contra Mauritaniam Tingitanam, hinc 6. leucis diſtantem. Portum habuit amplum, nunc autem diruta jacet *Strab.* à paucis habitata. *Plin.*

Tarteſſos item, & Tartheſus, urbs Gadium inſulæ, quæ Gadir lingua Punica & Julia Auguſta, Gaditana, colonia, & urbs epiſcopalis Hiſpaniæ Bæticæ ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, inde 19. leucis in Auſtrolibycum *Caliz* & *Cadix* vulgò. Vide Gades. Regio Tarteſſis teſte Strabone & Tartheſius, ac Tartheſiacus nomen gentis. Ovid. lib. 5. Metamorph.

Preſſerat occiduus Tharteſsia littora Phœbus.

Martialis lib. 9. epigr. 61.

In Tharteſsiacis domus eſt notiſsima terris.

Muræna Tarteſſia apud Aulum Gellium lib. 7. cap. 16. commendatur.

Tarvanna, *Terovanne*, urbs Belgii, Morinorum metropolis, in Picardiæ & Arteſiæ confinio, à Carolo V. Auguſto ſolo æquata. Cujus Epiſcopatus in tres, Bononienſem ſub Archiepiſcopo Remenſi, Audomarenſem ſub Archiepiſco-

piſcopo Cameracenſi, & Hyprenſem ſub Archiep. Machlinienſi, diſtributus eſt. Ab Audomaro 3. mill. paſſ. in auſtrum, à Bononia 9. in ortum.

¶ Tarvanna, ſeu meliùs Tervanna, aliàs Morinorum caput, poſteà urbs munita Arteſiæ, ad Legiam fluvium. Deſtructa fuit anno 1552. à Carolo V. in odium Gallorum. Eius rudera adhuc ſpectantur, à paucis tantùm habitata, vix duabus leucis ab Aria in occaſum, ſub dominio Francorum & à Flandris *Tervvanen* dicuntur. Vide Tervanna.

¶ Taruda, Mauritaniæ Cæſarienſis civitas, teſte ptolemæo.

Tarvedum, quod, & Orcas ptolemæo dicitur, promontorium Albionis, in ora Scotiæ Boreali, ubi orientalis incipit; contra Orcades inſulas porrectum, Orcha Diodoro, * *Dungibehead*, teſte Camdeno (*Camdeno Tarvedum promontorium, nunc *Hovvburn* dicitur, *Dunsby* verò, vel *Duncansbay* Virvedrum vocat.)

Tarveſede, *S. Jacob di Clavenerthal*, teſte AEgidio Scudo, vel *S. Iacomo*, pagus Rhętiæ, à Clavenna oppido 15. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario in Boream, Curiam verſùs. Simlero autem eſt *Spluga* pagus, à Curia 12. mill. Germanicis in auſtrum Comum verſùs. Ortelius illum Helvetiæ tribuit, cum ſit in Rhætia.

Tarviſani montes, (licèt apud plinium Tauriſani legatur) colles ad Alpium Tridentinarum radices, inter Feltriam & Belunum, ac Cenetam.

¶ Tarviſina Marchia, *la Marca Trivigiana*, provincia Italiæ, in Longobardia, nunc ſub dominio Republicæ Venetæ. Vide Marchia Tarviſina.

Tarviſium, Tarviſus Venantio Fortunato, *Treviſo*, urbs Venetiæ epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, ad Silim fluvium, quæ Marchiæ Tarviſinæ nomen dedit, inter Venetias & Opitergium in Boream 15. mill. paſſ. à patavio 24. à Feltria 28 Hoc à Maximiliano Imperatore anno ſalutis 1509. urbis conditæ 2270. Olympiadis 571. anno 4. expugnatum fuit; licèt ob aquas circumfluentes difficilis ſit expugnationis. Populi Tarviſani & Tarviſini. De his Fortunatus in vita S. Martini lib. 4.

Qua mea Tarviſus reſidet, ſi molliter intras.

¶ Tarviſium, *Trevigi* incolis, *Treviſe* Gallis, urbs eſt Italiæ ſub dominio Reipublicæ Venetę, & Marchię Tarviſinæ caput, ampla & munita. Diſtat 20. mill. à Venetiis iſi Circium, uti 15. ab Opitergio in Africum & 24. a patavio in Ceciam Cenetam verſùs.

Tarus, *il Taro*, fluvius Galliæ Togatæ, ex monte Apennino in padum per AEmiliam, & agrum parmenſem decurrens, pernicioſus cum pluviis vel nivium ſolutione intumeſcit, nam non ſine manifeſto periculo à prætereuntibus transvadari ſolet, adeò rapax eſt & ſcrobibus plenus, inter parmam ad ortum ferè 6. & Iullam ad occaſum 10. mill. paſſ. AEmiliam ſecans. Eius fit mentio lib. 2. Itinerarii:

Hinc Tarum Lambrumque petam, quaque herbifer ultis.

Taruſates, populi Galliæ Aquitanicæ, quorum oppidum *Turſe*, teſte Marliano, in Auſcenſi Diæceſi, inter Vocates, & Fluſtates. Aliis *Tartas* eſſe videntur, oppidum inter montem Martianum 4. & Aquas Tarbellicas ad meridiem 5. leucis, Fano Severi propius.

¶ Taruſates populi fuere in Aquitania, quorum tractus parvus etiamnum dicitur *le Teurſan*, in diœceſi Aturenſi, & propè Aturum, teſte Petro du Val; diſtatque circiter 15. leucis Aquitanicis, ab Auſciis in occaſum.

Taruſcon. Vide Taraſcon.

¶ Taſacora, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, teſte Antonino. Taſaccura eſt Victori Vticenſi.

¶ Taſarta, Africæ propriæ oppidum, teſte Antonino.

Taſca, urbs Armenię maioris, quæ teſte Moletio, *Halla* nunc dici putatur, Tigranocertæ finitima. Sed pro Taſca phaſca ſcribendum eſt, ut codices Græci habent.

Taſci, populi ſunt Perſidis, in Carmaniæ confinio; paſargadis proximi. Vide paſagardæ.

Taſcodunitari, populi Galliæ Narbonenſis, quorum urbs variè indigitatur; nam ab aliis *Mirepois*, vide Mirapiſcæ, urbs epiſcop. aliis eſt caſtrum Darii, *Caſtelnau d'Ary*, vel *Chatelnau d' Arri*, aliis verò *Taraſcon*; ſed hoc divinare eſt, cum ex plinio non appareat ancis vel trans Rhodanum ſint.

¶ Taſcodunitari, populi fuere Galliæ Narbonenſis, in Occitania, ubi hodie oppidum *Caſtelnaudarry* propè fanum S. Pauli & 6. leucis à Carcaſſone à diſtat in ortum, Toloſam verſùs 9. teſte Sanſone.

¶ Taſſinga, *Taſſing*, inſula parva Daniæ in mari Baltico, & juxta partem auſtralem Fioniæ inſulæ, propè Suinburgum oppidum *&* Ariam inſulam.

Taſſa, Datiorum urbs in Aquitania, quæ Moletio *Dax* eſt, urbs epiſcop. ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, inde 15. leu- *Ptol.*
cis in Auſtrolibycum diſtans, Bajonam verſùs 7. ſed *Dax* Aquæ Tarbellicæ veteribus eſt. Vide ibid.

¶ Taſſa *Acqs*, ſeu *Dax*, ut volunt indigenæ, urbs eſt Galliæ lepida *&* culta, in Vaſconia, ad Aturum fluvium; eſtque balneis ſuis celebris, 5. leucis diſtans à Tartaſſio in occaſum, Bayonam verſùs 9. & 5. ab ora maris Aquitanici in ortum.

Taſſache, teſte Moletio & aliis, urbs Parthiæ ultra Marrichen 45. mill. paſſ. in ortum. *Ptol.*

Tatta, lacus ingens Phrigiæ magnæ, in Piſidiæ & Lycaoniæ confinio, *Acrioteri*, teſte Bellonio, inter Pertam ad occaſum & Iconium ad ortum.

¶ Tatta, *Tatta*, urbs Indiæ propriæ, regni cogno- *Strab.*
minis caput, ad Indum fluvium, in ditione Magni Mo- *plin.*
golis, ſed in limite regni Perſarum, & ferè 200. mill. paſſ. ab ora maris Indici in Boream. Regnum Tatta dicitur etiam regnum Sindæ.

¶ Tavaſthia, *Tavaſthus*, regio in Finlandia, ſub Svecis. Lacum habet ex quo ferrum extrahitur. Terminatur ab oriente Savolaxia & Carelia, a meridie Nylandia, ab occidente Finlandia propria, & a ſeptentrione, Bothnia orientali. Ibi Tavaſthia, oppidum præcipuum.

¶ Tavaſthia, *Tavaſthus*, oppidum Sveciæ in Finlandia regione, & in Tavaſthus provincia, aliàs Groneburgum dictum. Sed intra paludes, fuitque olim munitum contra Moſchorum irruptiones, 90. mill. paſſ. diſtans ab Aboa urbe in Cæciam. Arcem ibi excitavit Birgerus *Iarl* anno 1250. ut Tavaſtios contiueret.

Taucheira, Teucheira Ptolemæo & Ammiano, *Toa* *Steph.*
cara Mercatori, ſeu *Trochara* Marmolio, urbs Cyrenaicæ maritima, quæ & Arſinoe. Vide ibid.

¶ Tavira, *Tavira*, urbs Hiſpaniæ, in Algarbia & in ora ſinus Equarum, media oſtia fluvii Anæ ad ortum 5. leucis & Farum ad occaſum totidem diſtans, cum portu ſatis capaci *&* arce ad oſtia fluvii *Xilaon* dicti.

Tavium, *Tabi*, (quo nomine etiam opera ſerica, quæ
ibi fiunt nominatur) urbs Galatiæ epiſc. ſub Archie- *Steph.*
piſc. Ancyrano, inde 117. mill. paſſ. in occidentem ex *Ptol.*
Itinerario Antonini, in Phrygiæ confinio.

Taulantii, Taulanti Plinio, populi Macedoniæ (non *Ariſt.*
Illyrici, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) mediterranei, *Plin.*
Dyrrachio finitimi & Apolloniæ, quorum regio *Tallandt* *Ptol.*
Lazio, *Tamoriza* Caſtaldo, *Muſachia* Nigro, apud quos *Thuc.*
vinum ex melle fit, ut Ariſtoteles auctor eſt. Urbs Arniſſa, vulgò *Alada* Moletio. Zonaræ ſunt inter Dalmatas. Horum meminit Lucanus lib. 6.

Quemque vocat collem Taulantius incola Petram:

Silius lib. 15.

Quaque per Illyricum Taulantius incola littus.

¶ Taunus mons, *der Hayrich*, ſeu *der Goberucke*, mons Germaniæ, propè Rhenum fluvium, ex adverſo Magontiaci, teſte Cluverio.

Tauracus, *Turgovv*, ſeu, ut ab aliis nominatur, *Tur-*
gavv pagus eſt, & tractus Helvetiorum, Fano S. Galli *Scrip.*
finitimus, inter Tigurum & Abbatiſcellam: qui & Ture- *Germ.*
gum ex Caroli magni diplomate, teſte B. Rhenano, nominatur. Vide Turegum.

Tauranium, urbs olim Brutiorum epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Rhegino, everſa à Saracenis, apud Seminariam oppidum ex ejus ruinis excitatum, quod Taura- *Plin.*
nium novum dici poteſt, inter Hipponium ſupra 30. et Rhegium 20. mill. paſs. ab ora littorea, ubi Palma oppidum, 3. à Cænide 12. Ibi Hiſpani cum Ferdinando Rege victi a Gallis et inſigni clade affecti, ſequenti anno victores fuere. Vide Taurianum.

¶ Tauranium, ſeu Taurianum, urbs fuit Hipponiatum, in Brutiis, cuius rudera nunc viſuntur propè oppidum Palmam, in Calabria ulteriori, et in ora maris Tyrrheni, vix 3. mill. a Seminaria, ad quam Galli Ferdinandum Aragonium devicerunt magna clade, et tantùm non ceperunt 23. mili. paſs. diſtat a Rhegio in Boream, Hipponiam verſùs 28.

¶ Tauras, Armeniæ urbs Cedreno, Taras apud Curopalatem, in Taurantiorum regione fortè,

Tauredunum, *Teurnon*, teſta Belleforeſtio, oppidum *Tur.*
Galliæ Celticæ præclarum, cum academia, ad ulteriorem

Rhodani ripam, inter Viennam 9. & Valentiam in meridiem 3. leucis.

¶ Tauredunum quibuſdam eſt *Tournon*, oppidum amplum Galliæ, in Occitania & in Vivarienſi tractu, quod Turnonium dicitur à recentioribus. Caſtrum habet amplum in colle; diſtatque 9. leucis à Vienna in auſtrum Valentiam versùs, è regione Tini oppidi Delphinatus.

Strab. Taurentium, Tauroentium ptolemæo, Taurenta Cæſari, Taurentum Antonino, *Tolon*, vel *Toulon*, ut pleriſque videtur, urbs Galliæ Narbonenſis epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Aquenſi, in ora provinciæ, inter Maſſiliam 10. & Forum Julium 12. leucis in ortum. Sed apud Antoninum Telo à Taurento diverſus eſt, 12. mill. paſſ. ab eo diſtans in ortum. Tauroes, ſeu Taurois à Stephano nominatur Maſſilienſium colonia.

¶ Taurentum, oppidum Galliæ Narbonenſis, in provincia, quid ſit hodie non conſtat. Quibuſdam eſt *la Ciotat*, aliis, & forſan meliùs eſt *la Seine*, oppidulum in ora propè Telonem ſeu locus dirutus juxta promontorium Telonenſe in ora maris Mediterranei. Praco.

Taureſium, oppidum Macedoniæ, in Myſiæ confinio, in Dardania regione, Iuſtiniani Imperatoris patria, quæ aliis Priſtena, ſeu Priſdena nominatur, apud Iuſtinianam primam, teſte Procopio, quæ à Nicephoro Calliſto Achridus appellatur, Lychnidus ptolemæo. Eſt & Taureſium, *Tauris*, urbs Mediæ, Perſarum regia, quæ & Tabreſium. Vide Ecbatana & Tabreſium. Eſt autem Taureſium medium ferè inter Byzantium regiam Turcarum ad occaſum & Maracandam ad ortum, Scytharum, ſeu Tartarorum (quorum Imperator Magnus Mogorus hodie nominatur, non modo Scythis, ſed & Indis magna ex parte imperitans) regiam inde ad 1400. mill. paſs. in ortum recedens, hinc 56. dierum itinere in occidentem, hoc eſt, 1400. mill. paſſ. ſi ſingulis diebus 25. mill. tribuantur, (quanquam paulò plura apud plinium mill. paſſ. inter Taureſium & Maracandam colliguntur) nam Bactra ab Ecbatanis 1205. m. paſſ. abſunt, à Bactris verò Maracandam 5. dierum itinere diſtare ſcribunt. Quod ſi libeat (licèt parergon videatur) iter ulterius in ortum ad urbem Cœli, (quam Quinſayum vulgò *Quinſay* hodie vocant) citra Seram, metropolim orientaliſſimam, atque totius orbis terrarum maximam, proſequi; illud dies ſupra 200. continebit. Si verò quis univerſum iter inter occaſum & ortum ſcire velit, illud, prout à ſcriptoribus expiſcati ſumus, apponemus, inter Duncheranum urbem Hiberniæ occiduam, quæ ptolemæo Ivernis dicta putatur & Quinſayum urbem Sericæ orientalem, ſic: A Duncherano Watterfordiam olim Manapiam 95. mill. Hibernicis, Meneviam 20. mill. Anglicis, Londinium 200. Darvernum 50. Caletum 24. Tornacum 22. leucis Belgicis, Montes 8. Treviros 32. Argentoratum 28. leucis Germanicis, Auguſtam 30. Patavium 25. Viennam 36. Budam 31. Taurunum 35. Sophiam 61. Byzantium 79. Trapezuntem 784. mill. paſſ. Taureſium 560. Hecatompylon 239. Alexandriam Ariæ 482. Bactra 484. Maracandam itinere dierum 5. Caſcaram 25. Acſuum 20. Cucchium 20. Chialim 10. Thurſanum 10. Chauranam 13. Iſſedonem 10. Gaurum 5. Campionum 6. Iſſedonem 26. Quinſayum 60. Summa dierum itineris inter Maracandam & Quinſayum 210. eſt, hoc eſt 4200. mill. paſſ. confectis 20. ſingulis diebus ob viarum & montium aſperitatem; quibus addita 4609. (quot inter Duncheranum urbem Hiberniæ occidentaliſſimam & Taureſium numerantur, redactis milliariis Anglicis & leucis Gallicis & Germanicis ad milliaria Italica) efficiunt ſummam mill. paſſ. 8709. circiter inter Duncheranum & Quinſayum. Quæ ſumma paulò minor eſſet in eodem parallelo, & per lineam rectam itinere facto. Hæc ſumma multo minor eſt itinere totius hemiſphærii, cum Duncheranum 10. partibus abſit ab inſulis Fortunatis, à quibus orbis terrę longitudo incipit numerari; Quinſayum verò a 180. partibus (ad quas longitudo noſtri hemiſphærii terminatur) aliquot partibus diſtet; & quod non parvi refert, pauciora mill. paſſ. hoc eſt 20. duntaxat, pro itinere unius diei ſumpſeramus, cum 25. & 30. accipi ſoleant. Longitudo quidem hemiſphærii ex ptolemæi ſententia eſt 11250. mill. paſſ. maior ex ſententia Eraſtothenis & multo apud Ariſtotelem maior. Diſtantiam autem inter Duncheranum, & Quinſayum longè minor eſt, quia non in circulo maximo, qualis eſt AEquinoctialis accipitur ultra dictas cauſas.

¶ Taureſium, ſeu meliùs Tabreſium, *Tauris*, urbs eſt ampla, Imperii Perſarum alias regia; ſed ultimo ſæculo pluries capta, & recepta tum a Turcis, tum à Perſis, quibus etiamnum ſubeſt; eſtque in provincia *Adirbeitzan* ab ipſis dicta, teſte Sanſone. Diſtat 1100. mill. à Conſtantinopoli in ortum, Maracandum versùs 800. circiter. Sed Perſarum ſedes regia à multis annis Haſpahamum translata fuit.

¶ Non eſt hic agendum de diſtantiis totius orbis, quæ longè aliter ſe habent: Et de his nuper pluribus egit Ioannes Baptiſta Ricciolius in ſua Geographia reformata.

Tauri, populi Sarmatiæ Europææ, qui, teſte Plinio, Tauricam Cherſoneſum incolunt, qui & Tauroſcythæ Plinio & Ptolemæo dicuntur. Sed, teſte Procopio, Dromum Achillis inſulam inhabitant. Lucanus lib. 2.

Armenios, Cilicaſque feros, Tauroſque ſubegi.

Ovid. lib. 3. de Ponto eleg. 2.

Eſt locus in Scythia, Tauros dixere priores.

¶ Tauri, ſeu Tauri Scithæ, populi fuere Scythiæ parvæ, qui Tauricam Cherſoneſum incoluere, uti & Dromum Achillis peninſulam & tractum, inter Carcinitem ſinum ad ortum & Boryſthenis oſtium ad occaſum.

Tauripylæ, portæ Tauri montis, per quas ex Cappadocia in Ciliciam Tarſum versùs tranſitur. Cic.

Taurianum, urbs olim epiſc. Brutiorum, à Saracenis excifa, cujus rudera apud Palmam pagum cernuntur, Mel. haud procul ab ora Calabriæ ulterioris, cui Seminaria oppidum ſucceſſit amplum. Vide Tauranium.

Taurianus ſcopulus, Terinæus Plinio, locus Brutiorum, in ora littorali, *la Nave*, teſte Barrio, inter Temeſam & ſinum Hipponiatem. Ptol.

Taurica Cherſoneſus, vulgò *Tartaria minore* Europæis, Ptol. & Italis, *Gazaria* aliis, & incolis *Precopska*, à Præcopia Tartarorum eam tenentium regia, a Byzantio 1200. mill. paſſ. in Boream, ab oſtio Tyræ 550. ab oſtiis Tanais in meridiem ſupra 400. à Moſcha Moſchorum regia ferè 1200. in meridiem, circuitu 460. teſte Plinio licèt Strabo æqualem Peloponneſo faciat. Hæc Scythica Cherſoneſus appellatur a Strabone. Peninſula Taurorum à Plinio Cherſoneſus Pontica ab Appiano. Ibi Taphræ in Iſthmo, Præcopenſium Tartarorum regia, & Theodoſia apud Cimerium Boſphorum, à Taphis in ortum ſupra 200. mill. paſſ. ſub Turcis (eſt enim ſedes ſatrapæ) olim Genuenſibus parens & Panticapæa ad Cimerium Boſphorum, à Theodoſia 30. mill. paſſ. Tauricæ meminit Ovid. lib. 1. de Ponto, elegia 3.

Aut quid Sauramatæ faciant, quid Iazyges acres,
Cultaque Oreſteæ Tauricæ terra deæ.

Quoniam autem diſtantiæ inter Precopiam urbem Tauricæ ad Iſthmum, Tauroſcytharum ſive Tartarorum Europæ regiam, (quæ veteribus Taphræ dicta putatur) Byzantium, & Moſcham meminimus; non pigebit (licèt parergon multis videatur) totum terræ habitatæ inter auſtrum & ſeptentrionem intervallum hic apponere, hoc eſt inter Africæ frontem (Caput vocant Bonæ ſpei, promontorium auſtraliſſimum) & oſtia Duinæ amnis in finibus Moſchorum, ſive ad oram Oceani Septentrionalis, quod eſt 8540. circiter mill. paſſ. ſic: A Fronte Africæ ad lacum ex quo Nilus effluit 1200. ad Pylas montes Æthiopiæ ſub æquatore, ſive ad Coloen paludem (ex qua Aſtapus fluvius ortum habet) 1200. totidem ad initium Meroes inſulæ; ad Meroen urbem ſupra 250. Napata 360. Syrenen 614. ex Plinio (ubi vel error eſt in codice Pliniano, vel iter obliquiſſimum: nam cum Syene a Oapatis paulò ſuprà 4. partes recedat, recta via vix 300. mill. paſſ. abeſt) Alexandriam 600. Ahodum 500. Byzantium ferè totidem (licèt recta navigatione Byzantium ab Alexandria vix 750. mill. paſſ. abſit) ad oſtia Iſtri 560. ad Iſthmum Tauricæ 210. ad oſtia Tanais 150. Moſcham 400. Bielenſerum urbem & lacum 400. ad oſtia Duinæ totidem. Quæ diſtantia multo major eſt per oram Africæ acciduam, Hiſpaniæ, Galliæ, Belgii, Germaniæ, Daniæ, & Norvegiæ, (quæ Scandinaviæ occidua pars eſt) Vardhuſium uſque promontorium regionis Borealiſſimum. Verum navigatio valdè obliqua eſt, modo ad ortum modo ad occaſum declinans. Prior verò diſtantia, licèt nec ipſa ſub eodem contineatur meridiano, & obliquari eam ob occurrentes montes neceſſe ſit, multo rectior eſſe videtur. In Taurich maximè Oreſtis (qui eo ad matricidium expiandum venerat) & Pyladæ amicitia enituit. Cum enim Rex Lauricæ captos illos detineret, Oreſtem mortis ſupplicio affecturus, & uter eſſet Oreſtes ignoraret,

ret, uterque ſe Oreſtem eſſe aſſirmabat. De qua re Ovidius de Triſtibus & lib. 3. de Ponto, elegia 2. Tauricam inſulam facit Stephanus ſicque dictam ſcribit, quod ibi Oſiris boves ſeu tauros junxerit ad arandam terram.

¶ Taurica Cherſoneſus, vulgò *Crimsky* incolis, *la Tartarie du* Krim *ou de Perecop* Gallis, ſeu *la petite Tartarie*, habet à meridie Pontum Euxinum, ab ortum Bolphorum Cimmerium, ab occaſu Carcinitem ſinum, & à ſeptentrione Bugem lacum & Paludem Meoticam; ſubeſtque dominio proprii Principis, qui Turcarum vectigalis eſt, & cui parent Tartari Nogaicenſes, *les Nogais*, extra Cherſoneſum & inter oſtia Tanais & Boryſthenis fluviorum Tauricæ. Circuitus eſt 550. mill. paſſ. circiter: & ejus urbs præcipua eſt Bacaſara, *Bacieſaray*, Principis ſedes. Sed Cavum, hodie *Caffa*, ſubeſt dominio Turcarum. Diſtat Taurica Cherſoneſus 250. mill. paſſ. ab oſtio Tiræ fluvii in ortum, 360. ab oſtio Tanais in Africum. Ejus promontorium Auſtrale Criumetopon dictum, diſtat 350. mill. paſſ. à Byzantio in Cæciam, & ejus Iſthmus propè Perecopiam urbem diſtat 460. mill. paſſ. à Moſcua urbe in meridiem. Taurica dicta fuit Gazaria ab antiquis, ac celebris fuit tum propter ſoli ubertatem, tum propter piſcationes. Longo tempore ſub variis fuit dominis, qui Principes Boſphorani vocabantur, ac confuſa fuit regiminis forma, donec eam Tauri Scythæ populi occuparunt, & Tauricam eam denominarunt. Mithridates poſteà Rex Ponti hos devicit, & provinciam vaſto ſuo adjecit Imperio. Sed à Romanis victus, non Tauricam modò, ſed & Pontum amiſit; & poſt hanc victoriam Romani novos in hiſce partibus conſtituerant Reges, quos Boſphori Reges appellarunt. In Imperii diviſione hæ provinciæ Orienti adſcriptæ ſunt, quo nomine etiam Genuenſes majorem ac meliorem Tauricæ partem claſſibus ſuis occuparunt, & totam ferè maritimam Provincię partem poſſederunt. Anno poſteà 1250. Tartari in eam ingreſſi, Genuenſes quidem non prorsùs expulerunt, quamvis maximis eo affecerint damnis, donec in dona quædam tributorum loco conſentire coacti ſunt, Tartaris reliquum tam in Paludis Mæotidis & Ponti Euxini littoribus, quàm in continenti, ac etiam extra Peninſulam eam Scythiæ partem quæ Nogaia dicitur poſſidentibus. Sed ex quo Mahumetes II. Turcarum Imperator Conſtantinopolim expugnavit anno 1452. Genuenſes paulò poſt è Taurica ejecit, & Caffam, aliaque oppida oræ meridionalis ſuo ſubiecit imperio.

(*Tauricæ Cherſoneſi urbes*:
Aſſyrani, *ſeu Baccaſara*, Beciesaray, *Principis ſedes*.
Caraſini, Karaſu.
Cavum, Caffa.
Cherronitarum portus, ſeu *Coslovia*, Coslovv.
Cimmerium, *ſeu Crimea*, Solat *ſeu* Crimenda.
Pallacium, Baluclavva.
Panticapæum, Pantico.
Taphræ, *ſeu Neapolis*, Or *&* Perecop.
Tractari, Mancup, *arx munita*.)

Taurina porta urbis Romæ eadem eſt ac Eſquilina. Vide ibid.

* Taurini, populi Italię, in Gallia Subalpina, & Pedemontana regione, inter Libycos ad ortum, Svetrios ad occaſum & Salaſſos ad Arctos, Pado eos ad auſtrum terminante. Licèt eos Leander *Piemonte* (quæ regio Libycos, Salaſſos, Suetrios, cum parte Liguriæ complectitur) indigitet. Horum caput eſt Auguſta Taurinorum, urbs archiepiſcopalis & Academia, totius Principatus Pedemontani conventus iuridicus, Principiſque (qui Sabaudiæ Dux eſt) ſedes, inter Aſtam 20. & Eporediam Borealiorem 25. mill. paſſ. à Vercellis 37. in occaſum, quot ferè ab urbe Caſalenſi. Taurinorum meminit Silius lib. 3.

His tandem ignotas tranſgreſſus caſibus Alpes
Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.

(* *Tayricai* in Seldeni manuſcripto.)

¶ Taurini populi fuere Italiæ, ad radices Alpium Cottiarum, & inter Seguſinos, Salaſſos, Libycos, Vagiennos, *&* Brigantios, ſed à Svetriis remotiores; erantque in eo tractu, ubi nunc pars propria Pedemontii, versùs Taurinum, & pars Borealis Marchionatus Salutiarum.

Tauriſci, populi Pannoniæ ſuperioris, quorum regio *Steyrmarck*, teſte Lazio, dicitur, Stiriæ pars orientalis, in Hungariæ confinio, ubi Pœtovio, Variana caſtra, & Bolentium ſunt.

Tauriſci quoque, populi Alpini in finibus Helvetiorum, apud Alpes ſummas, & ortum Rhodani: quorum urbs *Vren* (*Eltorff*, teſte Scudo) nominatur ab uris, qui ſunt genus taurorum, primus Helvetiorum conventus, qui ex Italia in Helvetios proficiſcentibus occurrit, inter Adulam montem (qui à Belitione oppido Inſubrium apud lacum Verbanum 35. mill. paſſ. abeſt in Boream) 20. & Lucernam urbem 25. mill. Taurini etiam Antonino, teſte Ortelio, dicuntur. Sunt & Tauriſci Plinio & Livio populi Norici Alpini, inter Vacorium, ſeu Villacum & Saliſburgum, Alpes Noricas incolentes, in plures tractus diviſi, *Krumler Taurn*, alibi *Felber Taurn*, & alibi *Karn Taurn*, teſte Ortelio. Carni quoque Tauriſci Plinio dicuntur qui Carnicas Alpes incolunt. Tauriſci etiam, apud Stephanum populi Alpini, quos & Taurinus dici ait apud Polybium. *Poly.*

¶ Taurium, Peloponneſi urbs, quam tempore belli Peloponneſiaci Antigonus ceperat, teſte Polybio.

Taurocilicia, ea pars Ciliciæ quæ Tauro monti hæret. *D. Io. Chry.*

Taurocinium, *Calopinaco*, teſte Barrio, fluvius Brutiorum, per agrum Rheginorum fluens, Agathamque oppidum agri Rhegini à Rhegio Julio 7. mill. paſſ. diſtans alluens, mareque inter Rhegium, & Leucopetram ſubiens. *Cato.*

Tauroentium. Vide Taurentium, & Telo Martius. *Ptol.*

Tauromenius, Aceſine Thucydidi, Aſine Plinio, *Cantara*, teſte Fazello, fluvius Siciliæ, propè Tauromenium urbem fluens. Vide Aceſines.

Taurominium, Tauromenium Ptolemæo, Paterculo, & Straboni, quod & Naxos, teſte plinio & Solino, (licèt apud Strabonem ſint urbes diverſæ) colonia & urbs Sicilię olim epiſcopalis in ora orientali, inter Meſſanam ad Boream & Catanam ad auſtrum 30. mill. paſſ. nunc *Taormina*, ab Andromacho Timæi hiſtorici patre condita. Taurominitani populi Ciceroni & aliis. Hinc Taurominitanus nomen gentis. Lucanus lib. 4. *Plin. Cic. Mel.*

Taurominitanam vincunt fervore Charybdim.

Tauromenon apud Ovid. lib. 4. Faſtorum:

Himeraque, *&* *Didymen*, *Agrigentaque*, *Tauromenoque*.

¶ Tauromenium, *Taormina*, urbs eſt Siciliæ cum portu in ora orientali & in valle Demonæ, in planitie. Diſtat 6. mill. ab oſtio Tauromenii fluvii in Boream, & & 33. à Catania in Cæciam.

Tauropolis, urbs Cariæ, quæ eadem Stauropoli lib. Conciliorum videtur. Incolæ Tauropolites, ut Stephanus ſcribit, (Vide Stauropolis) inter maximas totius Aſiæ metropoles. *Steph.*

Tauropolium, urbs Aquitaniæ. Erat & templum Dianæ in Samo inſula præclarum, cujus meminit Stephanus. In Icaria inſula Straboni lib. 14. *Vet. Trad.*

Taurorum peninſula. Vide Taurica Cherſoneſus. *Plin.*

Tauroſcythæ. Vide Tauri.

Taurum, *Toro*, urbs Hiſpaniæ, in regno Legionis, ad Durium fluvium, aliàs Sarabris dicta, ut quidam exiſtimant. Media eſt inter Septimancas ad ortum & Senticam ad occaſum, 6. leucis Hiſpanicis utrinque diſtans. Sed deficit in dies.

Taurunum, Taururum ptolemæo, *Belgrado* Italis, *Nander Alba* Hungaris, *Griechiſch Weiſſenburg* (id eſt, Alba Græca) Germanis, urbs pannoniæ inferioris, ad Savum Danubio confluentiam, in Myſiæ ſuperioris confinio, caput Serviæ, olim epiſcopalis, nunc archiepiſcopalis ſeu metropolis, inter Budam ad occaſum ſeu Corum 35. & Sophiam in ortum 61. leucis Germanicis, Byzantium versùs 130. De Belgrado lib. 2. Itinerarii:

Hinc ecce ſuperbas
Belgradi turres cernimus, *atque domos*.

¶ Taurunum urbs fuit pannoniæ inferioris, in Mœſiæ confinio, 3. mill. à confluente Savii fluvii in Danubium, ex cujus ruinis crevit urbs in viciniis Alba Gręca, Hungaris antiquis Alba Bulgarica, recentioribus *Nandor Alba*, Italis *Belgrado*, Germanis *Griechs-Weiſſenburg*, Gallis *Belgrade*, & Slavis *Biograd*, teſte Joanne Lucio. Sedet in Servia regione, ad radices collis, & capta fuit à Turcis anno 1520. quibus etiamnum ſubeſt. Arcem habet validam, eſtque permunita & ampla, ac in epiſcopalem ſedem recens erecta ab Alexandro VII. Vide Alba Græca. *Cic.*

Taurus, mons Aſiæ maximus, à Lycia ubi incipit ad occaſum uſque ad extremos Seres in ortum perductus, aliorum montium (quos utrinque velut ramenta emittit) *Strab. plin.*

per Aſiam ad Boream & ad Auſtrum vergentium pater, varia pro locorum diverſitate nomina aſſumens: nam in Lycia Cragus, in Pamphylia Coraceſius & Sarpedon, in Cilicia Taurus, vulgò *Caraman*, in Armenia minore Antitaurus, *Munzarrum* incolis, in Syria Amanus, in Meſopotamia Chaboras, in Meſopotamiæ & Armeniæ maioris confinio Niphates, in Armenia majore Pariedrus & Gordiæus ac Moſchicus, in Colchide Coraxicus, in Iberia & Albania Caucaſus, in Media Zagrus, in confinio Aſſyriæ ulterius Orontes, Iaſonius, Coronus, & Choatras, in Parthia Parachoatras ad meridiem, Maſdoranus ad ortum, Ariam attingens, in Carmania Strogylos, in Hyrcania Coronus, in Margiana Sariphus, in Bactriana Paropamiſus, in Scythia Imaus, inter Scythiam & Indiam Emodus; in univerſum Taurus, à Græcis Ceraunius, teſte Plinio, & vulgò ab Europæis *Tauro*. In Cilicia adeo nivibus obruitur, ut ante menſem Iunium, teſte Cicerone libro 5. epiſtolarum ad Atticum epiſtola ultima, tranſiri nequeat. De ea Ovidius libro 2. Metamorphoſeon:

Ardet Athos, Tauruſque Cilix, & Tmolus, & Oete.

Taurus item Tacito mons Germaniæ in finibus Cattorum, & Iornandi mons Sarmatiæ Europeæ juxta Mæotidem paludem & Herodoto mons Tauricæ Cherſoneſi, unde Tauri populi & ipſa peninſula Taurica & Melæ mons Germaniæ ſeu Norici in tractu Salisburgenſi & Carinthiæ confinio altiſſimus, teſte Ortelio, *Thaurn* incolis, in plures diviſus, *Kornthaurn*, *Krumlechthaurn*, *Rhadſtratterthaurn*, unde populi Tauriſci. Vide ibid. Taurus etiam mons Arabiæ petreæ ad ſinum Arabicum, cum oppido cognomine, *el Tor*, à monte ſina 60. mill. *Ptol.* paſſ. in meridiem, ab Heropoli urbe totidem in ortum.

Taurus promontorium, *Capo di S. Croce*, teſte Fazello, promontorium Siciliæ in ora orientali, inter oſtia Pantagiæ ad Boream & Cherſoneſum, ubi Auguſta oppidum, ab ea 3. mill. paſſ. oſtio Pantagiæ & Ingiuno oppido pro- *Athe.* pius.

Taurus quoque fluviolus Peloponneſi, per Argiam, apud Trœzenen fluens.

Taus, Tava Ptolemæo, *Suthesk*, teſte Hectore Boetho, vel *South Esk*, fluvius Albionis, in Scotia, maximus, per Moraviam regionem in ortum fluens, pelago inter Andreapolim & Aberdonam exceptus. Tavam paludem ingentem creans. Nonnulli hunc amnem cum Tueſi confundunt, cum ſint diverſi longèque diſtent. (*Tay* Camdeno eſt, per Parthiam Comitatum fluens.)

¶ Tautantum, Valeriæ Ripenſis urbs in libro Notitiarum.

¶ Tautice, urbs Mediæ regionis, teſte Ptolemæo.

¶ Tavus, *Tay* incolis, fluvius eſt amplus Scotiæ, illam bifariam ſecans, nempè in ſeptentrionalem ſeu Trans-Taanam & in meridionalem ſeu Cis Taanam. Oritur autem in Albania provincia ex monte Grampio, & lacum Tavum efficit. Deinde in Atholia provincia, aliquot auctus fluviis, per Perthiam provinciam fluit, ibique Duncaledonium & Fanum S. Ioannis rigat; tandem rigata Abernethea, per æſtuarium *Fyrth of Tay* dictum ab incolis, inter Comitatus Fifam, & Anguſiam in Oceanum Germanicum ſe exonerat paulò infra Donum Dei & 7. mill. paſſ. ab Andreapoli in Boream, 50. autem ab Aberdonia in meridiem.

Taxandri, populi Belgii. Vide Toxandri.

Am. Taxara, teſte Niceta Chon urbs Armeniæ minoris, olim Colonia. Vide ibid.

Dion. * Taxartes fluvius eſt Sogdianorum & Sacarum, juxta quem illos Dionyſius Afer habitare ſcribit:

Inde Sacæ nimium certis gens dura ſagittis,
Flumen Taxartem juxta quibus arva coluntur.

(* Jaxartes veriùs. Vide ibid.)

Ptol. Taxgætium, *Tuſſenberg*, teſte Lazio, oppidum Germaniæ in Rhætia, apud Aquas Duras, in finibus Helvetiorum. Aliis *Stulingen*, oppidum ab Aquis Duris 2. leucis in Boream à Scaphuſa paulò remotius. Aliis, uti Irenico, *Retvvyl*, urbs libera Sueviæ Tranſdanubianæ, inter Friburgum urbem ad occaſum 5. & *Redlingen* in ortum 6. Ulmam versùs, à Tubinga 5. Sed hæc loca trans Rhenum ſunt, Taxgætium in Rhætia apud Rheni caput ex Ptolemæo.

¶ Taxgætium, oppidum Rhætiæ propriæ, nunc, teſte Philippo Cluverio, eſt *Tavetſch*, oppidum Rhætiæ, ad Rheni ſuperioris fontem, in limite Helvetiorum & Vrienſis pagi, ad radices Alpium, 30. mill. paſſ. à Curia in occaſum.

Taxiana, inſula ſinus Perſici, Suſianæ adiacens, apud *Ptol.* ſinum Pelodem, teſte Stephano.

Taxila, numero plurali, urbs maxima fuit Indiæ citerioris, inter Indum & Hidaſpem, quam Strabo lib. *Strab.* 15. amplam & legibus munitam ſcribit. Fortè ea eſt quæ hodie in regno Cambaico *Cambaia* nominatur, vel interiùs *Citor*, ab Orthoſpano in ortum ad 337. mill. paſſ. De qua etiam Philoſtratus in vita Apollonii.

Taxili, populi Indiæ citerioris, inter Hypanim & Hydaſpem fluvios, quorum urbs Taxila; ad quam A- *Suid.* lexander magnus pervenit.

Taxus, fluvius Thraciæ circa umbilicum illius, teſte Suida.

Taygetum et Taygetus, Taygeta numero ſingulari et *Strab.* plurali Virgilio, *portes*, teſte Nigro, mons Laconicæ, *plin.* apud Eurotam fluvium & Spartam urbem, Amyclis imminens, unde Amyclæus dicitur, teſte Plutarcho. Claudianus de bello Getico:

Culmina Taygeti trepidæ vidiſtis Amyclæ.

¶ Tayoanum, *Tayohan* ſeu *Tayhan*, oppidum munitum in ora occidentali Formoſæ inſulæ, in Oceano Sinenſi, aliàs à Batavis captum & cultum, ſed à paucis annis à Sinenſibus receptum fortiter, eiectis inde Batavis 120. mill. paſſ. circiter diſtat ab ora littorali Sinarum in ortum.

Tazata, inſula Oceani Scythici: quæ Talga Melæ *Plin.* dici videtur & Chalca Ptolemæo, in mari Hyrcano. *Ptol.*

Tazus, *Theodoro*, teſte Nigro, oppidum Tauricæ Cherſoneſi mediterraneum, olim epiſcop. ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, nunc metropolis, inter Taphras & Theodoſiam ferè media.

Tazus alter Ptolemæo, *Suſaco*, teſte Mercatore, oppidum Sarmatiæ Aſianæ, in ora maris Euxini, ad ſinum Cerceticum, inter Achæam vicum ad occidentem & Ampſalim urbem ad ortum.

Teanum, cognomento Sidicinum Plinio & aliis, *Tia- Strab.* *no*, colonia & urbs Campaniæ epiſcopalis ſub Archie- *plin.* piſcopo Capuano, inde 12. mill. paſſ. Caſinum verſùs 20. *Liv.* in colle, inter Cales 4. & Sueſſam 8. a Venafro 18. in *& al.* meridiem. Nomen gentile Teanus apud Stephanum. A Teano 4. m. ſunt Acidulæ aquæ quæ calculoſis medentur, teſte Plinio lib. 31. cap. 2.

Teanum alterum Apulum cognomine, Theanum Ci- *Strab.* ceroni & veteri inſcriptioni, *Tiano*, etiam vulgò, urbs *& al.* Apuliæ Dauniæ, apud Frentanorum fines, exciſa, in monte Apennino, inter Luceriam ad ortum & Larinum in Corum, ab eo 18. mill. paſſ. diſtans, à Florento urbe everſa 8 Utriuſque meminit D. Paulinus Nolaus:

Quique urbem liquere Cales, geminumque Teanum.

¶ Teanum Apulum, urbs Apuliæ exciſa, cuius locus nunc *Civitate* dicitur, teſte Luca Holſtenio; habuitque ſedem epiſcopalem, ſub Beneventano Archiepiſcopo, ſed ſedes epiſcopalis inde ad S. Severum translata fuit, vel potiùs eidem coniectura.

Tearus, fluvius Thraciæ, qui ex 38. fontibus manat, *Hero.* teſte Herodoto lib. 4. ubi ſcribit Darium ad Scythas pro- *Plin.* ficiſcentem perveniſſe & caſtra ad eum triduo continuaſſe, aqua illius dulciſſima & limpidiſſima delectatum, columna ibi cum inſcriptione erecta.

Teatea, Teate Silio, Tegeate Straboni, *Civita di Ptol.* *Chieti*, urbs Marucinorum metropolis, archiepiſcopalis, in Aprutio, inter Atriam ad occaſum 12. & Anxanum ad ortum 15. mill. paſſ. ab Aquila 45. à Clemente VII. Pont. Max. metropolis effecta. Hic Teatinorum ſocietas exordium habuit. Populi Teatini plinio, Teates Appiano Alexandrino. De ea Silius lib. 8.

Corſini populos, magnumque Teate trahebat.

¶ Teatea, ſeu Teate, urbs alia Marucinorum caput, nunc in regno Neapolitano & in Aprutio citeriori, in limite ulterioris & ad Aternum fluvium in colle. Dicitur etiam *Chieti* à multis, & diſtat 8. mill. ab Aterno in meridiem, totidem ab ora maris Adriatici in occaſum, uti 35. ab Aquila, & media inter Anxanum ad Eurum, & Atriam ad Boream. Hinc Clerici Regulares dicti Teatini ab Archiepiſcopo Teatino, poſteà Paulo IV. Summo Pontifice.

¶ Tebenda, ponti Galatici urbs in Aſia minori, teſte ptolemæo.

Tebeſta, *Tebeſca*, urbs Africæ mediterranea, quæ & Teveſta, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, à Suffetula 70. mill. paſſ. à Thyſdro 185. (*in occaſum.*)

Tecelia, *Teckelenborch*, uti videtur Ortelio, oppidum Ger-

Germaniæ, in Weſtphalia, inter Oſenburgum urbem ad ortum & Rhenen oppidum ad occaſum 2. leucis, a Monaſterio ferè 5. mill. in Boream.

Techedia, *Teclida*, teſte Bordonio, & ex tabulis recentibus, inſula parva maris Ægæi, apud Pharmacuſam, inde 5. mill. paſſ. diſtans.

¶ Techortina, *Techort*, regio Africæ, in Biledulgeridia, cum urbe primaria cognomine & fluvio in limite Zaharæ regionis, & propè regiones Guargalam, Biledulgeridiam, Mezzabam, & Targam. Ibi etiam Techortum deſertum.

Teclitium, & Teglitium alibi, oppidum Myſiæ inferioris, ad Danubium, a Doroſtoro 12. mill. paſſ. in occidentem.

Tecolata, *S. Maximin*, teſte Simlero, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Provincia, inter Aquas Sextias ad occidentem, & Brincolam ad ortum 5. leucis. Forum Julium versùs.

¶ Tecolata, ſeu meliùs Tegulata, oppidum Saliorum, in Gallia Narbonenſi & in Provincia, ad Larum fluvium. Quibuſdam eſt *S. Maximin*, oppidum, ubi ſervatur corpus S. Mariæ Magdalenæ, 6. leucis ab Aquis Sextis in ortum. Aliis autem eſt *Tretz*, vicus Provinciæ, tribus leucis ab Aquis Sextiis diſtans in ortum, versùs Fanum ſancti Maximini paulò minùs.

Tectoſages, populi Germaniæ, juxta ſylvam Hercyniam incolentes: quorum beatus Rhenanus apud Sylvam nigram juxta Nicri fluvii ripas habitaſſe tradit. Quorum adhuc exſtat veſtigium *Teck* arx, antiquum nomen redolens, in Ducatu Wirtembergenſi.

Tectoſages, Tectoſagæ Stephano, & ſingulari Tectoſax, Tectoſagi Trogo, Toliſtobogi Floro, populi gemini: primi Galliæ Narbonenſis, quorum metropolis eſt Toloſa, & regio pars Occitaniæ regionis circa Toloſam, qui & Tectoſagi Auſonio, in Aquitania vel Aquitaniæ confinio. Auſonius in catalogo urbium, de Narbone:

Interiuſque premunt Aquitanica rura Gebennæ
Vſque in Tectoſagos.

Alii tamen legunt Tectoſages. Alteri, populi Galatiæ in Aſia, * Tectoſacæ Ptolemæo, Toliſtobogii Stephano, quorum urbes Ancyra, Olenus, & Gorbeuntus, a Tectoſagibus Galliæ profecti, qui & regioni nomen indiderunt, Galatiam eam appellantes. (* In manuſcripto Seldeni *Tectoſagai*.)

¶ Tectoſages, populi Galliæ Narbonenſis, dicti ſunt etiam Volcæ Tectoſages; erantque versùs Garumnam fluvium, inter Volcas Arecomicos, Heleuteros, Conſoranos, & Auſcios. Vide Volcæ Tectoſages.

Tedanium, Tedanius Ptolemæo, *Odria*, teſte Nigro, fluvius Liburniæ, in mare Hadriaticum inter Seniam ad occaſum & Vegiam ad ortum influens.

¶ Tedanium, fluvius Illyrici, hodie *Zermagna* dicitur, teſte Ioanne Lucio Traguriensi, & Liburniam a Japidia ſeparat.

Tediaſtum, *Smodruſch*, urbs Liburniæ in mediterraneis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, Seniæ finitima, ab ea 3. leucis Germanicis in Boream Zagabriam versùs.

¶ Tedleſa, *Tedles*, provincia regni Marochii, in Africa & in mediterraneis, inter provincias Chaus ad Boream, Haſgaram ad occaſum & meridiem, & Segelmeſſam regionem ad ortum. Ejus præcipua urbs eſt Tefza.

¶ Tefza, *Tefze*, urbs regni Marochii, Tedleſæ provinciæ caput, ad amnem Drinam, versùs Magranum montem. 80. mill. paſſ. diſtat a Marochio in Cæciam.

Tegamus, canalis maris apud Alexandriam Ægypti, per quem ad urbem accedunt navigia.

¶ Teganum, *Tegan*, urbs Imperii Sinarum, in Huquania provincia, cujus quartum locum obtinet. Sedet ad radices montium, propè lacum Iunmungum, & ab ea pendent quinque aliæ urbes, teſte Martino Martinio.

Teganuſa, Thiganuſa Ptolemæo, *Caura* Sophiano, *Caurea* aliis, inſula ſinus Meſſeniaci parva, inter Sphagiam inſulam & Acritam promontorium, a Sphagia 4. mill. paſſ.

¶ Tegaſſa, urbs Africæ, in regno Fezzæ & in ora maris Mediterranei, cum portu, in provincia Errifis, Vix 15. m. paſſ. diſtat ab urbe *Velez* in Eurum Mezemmam versùs.

¶ Tegaza, *Tegaza*, deſertum Africæ, in Nigritia regione.

Tegea, Tegæa ptolemæo, Tegeæa poetis, à Tegeote *Strab.*
condita, ut Mantinia à Menalo, *Muchl'i* Leonico & Ni- *plin.*
gro, urbs peloponneſi in Arcadia, Mantineæ finitima, *ptol.*
ab ea 12. mill. paſſ. diſtans, olim epiſcopalis ſub Ar- *Pauſ.*
chiepiſcopo Corinthio. Hic oſſa Oreſtis gigantis Olympiade 58. inventa, teſte Solino. De ea Virgilius lib. 5. Æneidos:

Alter ab Arcadia Tegea de ſanguine gentis.

Hinc Tegeæus nomen gentis. Ovid. lib.6. faſt.

Liba ſua properata manu Tegeæa ſacerdos.

Et Tegeaticus. Statius lib. 1. ſylv. carm. 2.

Et de Mænalia volucer Tegeaticus umbra.

Tegeæ floruit Ariſtarchus Poeta Euripidis Synchronus; qui Tragœdias ſcripſit 70. vixitque annos 80.

Tegea altera, Tege Ptolemæo, oppidum Africæ mediterraneum, Thabenæ proximum, ad 6. mill. paſſ. di- *A. Hirt.*
ſtans, apud ſinum Numidicum.

¶ Tegeſſus, urbs Cypri inſulæ, teſte Stephano, promontorium vocat Heſychius.

Tegiacum, vicus Pictavorum, in Gallia; de quo in vita S. Martini Epiſcopi Turonenſis. *Fortun.*

¶ Tegorarina, *Tegorarin*, regio Africæ, in Biledulgeridia, cum urbe cognomine, inter Zebum regionem ad ortum & Segelmeſſam ad occaſum.

Tegyra, oppidum fuit Bœotiæ, ubi Apollo cultus fuit; qui propterea Tegyræus appellatus eſt.

¶ Teieuta, *Teieut*, urbs Africæ, in regno Marochii, *Steph.*
& in Suſa provincia, iuxta fluvium *Sus*, 25. mil. paſſ. diſtans ab ejus oſtiis, & ab ora littorali Oceani Atlantici in ortum, Tarodantum versùs totidem.

Teium, urbs fuit Paphlagoniæ, in ora maris Euxini, Anacreontis poetæ patria: unde Tejus, a, um. Ovid. *Ant.*
lib. 2. triſtium:

præcepit Lyrici *Teia muſa ſenis.*

Licèt aliis patria ejus Teios vel Teos urbs Ioniæ. Vide Teos. Tei Anacreon cùm Baccho liberiùs indulſiſſet acino uvæ paſſæ repente ſtrangulatus eſt, teſte Valerio Maximo.

Tela, oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Intercatiam 22. & Pintiam 24. mill. paſſ. ab Aſturica 82. ex Antonino. Hinc Telenſe Concilium.

Telamon, Talamon Antonino, *Telamone, Talamone*, & *porto Talamone*, oppidum & portus Hetruriæ, in ora inter Herculis portum ad ortum & Roſetum ad occidentem 12. mill. paſſ. à Telamone Troiano conditum & nominatum, ſive à Telamone Argonauta, ut aliis videtur. Hic Hiſpanorum, ſicuti & in portu Herculis & Urbatelli, præſidium. Nomen gentis Telamonius a, um.

¶ Telamon, *Talamone*, oppidum eſt tenue in maritima parte agri Senenſis, in Hetruria, cum portu utcunque capaci in ora maris Tyrrheni, propè Almianiæ fluvii oſtia. Tantiſper munitum fuit ab Hiſpanis, à quibus etiamnum ſervatur, tanquam pars Status præſidii dicti.

Telane, urbs fuit antiquiſſima Aſſyriæ, ubi Ninus Rex ante Ninum urbem conditam habitavit, teſte Ste- *Steph.*
phano. Hinc nomen gentis Telanæus.

Telchines, populi Rhodi inſulæ, eò ex Creta profecti, ac Ialyſum urbem incolentes. De quibus Ovid. lib. 7. *Strab.*
metamorph. *Oroſ.*

phœbeamque Rhodon, & Ialyſios Telchinas.

Teleboa, fluvius parvus, at pulcher; Armeniæ maioris, apud Tigridis fontes. *Xenoph.*

Teleboæ, ſeu Teleboes, populi Ætoliæ ſeu Acarna- *Steph.*
niæ, ut apud Ariſtotelem in politicis, & Caprearum inſulæ, latrociniis dediti, quorum Virg. lib. 7. AEnei- *Ariſt.*
dos meminit:

Fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret.

Teleboides, inſula plinio ante Leucadiam. Vide Taphiæ.

Telebois ſtephano, priùs Taphion, regio Acarnaniæ, *Theod.*
ubi Teleboa oppidum erat, cuius eſt mentio apud plautum.

Teleda vicus erat maximus Syriæ iuxta Coryphen montem.

¶ Telenſinum, *Telenſin*, ſeu *Tremiſen*, urbs ampla Africæ, in Barbaria regione & in regno Algerii, ad fluvium Seſſiſum, 15. mill. paſſ. ſupra ejus oſtia & ab ora maris Mediterranei, aliàs Tumici dicta. Vide ibid.

Telephis, oppidum Colchorum, juxta phaſim fluvium, in ripa prærupta.

¶ Te-

Telephius, vicus & fons Lyciæ iuxta pataram urbem, ab ea 7. ſtadiis diſtantes.

¶ Telepte Africæ urbs D. Auguſtino & Cypriano in *Strab.* Concilio Carthaginenſi, Byzacenæ provinciæ metropolis.

Liv. Teleſia, Teleſſia ptolemæo, *Teleſe*, colonia, et urbs Samnii epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Beneventano, excisa, inter Beneventum ad ortum, & Teanum ad occaſum 23. mill. paſſ. à Capua 20. in Boream Eſerniam versùs, cuius Epiſcopus Ceriti oppido propinquo reſidet. Una fuit ex iis quas Annibal cepit, teſte Livio lib. 2. decadis 3.

¶ Teleſia, *Teleſe*, urbs eſt exciſa in regno Neapolitano & in provincia Terræ Laboris, propè Sabatum fluvium, 16. mill. à Benevento in occaſum, 23. à Capua in ortum & 28. ab Eſernia in meridiem. Eius nunc vix apparent veſtigia, ideoque ab anno 1612. eius Cathedralis traslata fuit in oppidum *Cerrito*, in viciniis.

Strab *Plin.* *Theo.* Telethrium, mons Oechaliæ, in Eubœa, apud Chalcidem urbem, cuius meminit etiam Stephanus. Incolæ Telethrienſes.

¶ Telga, *Telgen*, urbs Sveciæ, in Sudermannia provincia, ad partem auſtralem Meleri lacus, quatuor leucis svecicis diſtans ab Holmia in Africum, Treſam versùs tribus tantùm, uti ab ora maris Baltici.

plin. Telis, *Les*, teſte Navagerio, fluvius Galliæ Narbonenſis, Obri finitimus.

plin. Telium, *Teglio*, caſtrum in Rhætorum & Inſubrum confinio, medium inter Sondrium et Tiranum oppida 8. mill. paſſ. unde vallis Telina nominatur.

Tellena, vel Tellina, Tellenæ Straboni, oppidum olim Latii nobile. Populi Tellini plinio, Telleni Livio. Eſt & Tellina, vel Telina vallis regio inter Inſubres & Rhætos, per quam Addua fluvius labitur, longa ad 60. mill. paſſ. vulgò *Valtellina*, ſic à Telio caſtro dicta, hac tempeſtate vexata; primùm poſt illius à Rhætis defectionem ab Hiſpanis tentata & Pontifici Maximo tradita; deindè à Gallis ut Rhætis reſtituatur, occupata, Venetis auxiliantibus; inde (ut dicitur) Pontifici Maximo de ea deliberaturo reddenda. In ea oppida 4. non contemnenda, Morbonium, Tiranum, Sondrium & Bormium.

¶ Tellina Vallis, ſeu Volturena Vallis, *la Valtelline* Gallis, pars eſt Rhetiæ propriæ, ubi aliàs Vennonetes populi, ad radices Alpium. Subeſt dominio Rhetorum, a quibus antea defecerat ad Hiſpanos; ſed poſteà a Gallis occupata fuit, & antiquis dominis reſtituta procurante Urbano VIII. Pontifice Maximo, ipſis etiamnum ſubeſt. Dividitur in tres partes ſeu Tertianas, ut ajunt, nempè ſuperiorem, *Terzero di Sopra*, Tertianam mediam, *Terzero di mezzo*, & Tertianam inferiorem, *Terzero di Sotto*: quibus additur etiam Comitatus Bormienſis. Terminatur à ſeptentrione Rhætia propria, à meridie dominio Veneto, ab occidente Ducatu Mediolanenſi, & ab oriente Comitatu Tirolenſi, ideoque eius defectio percommoda erat rebus Auſtriacis. Pars fuit antiquitus Italiæ, uti poſteà Ducatus Mediolanenſis.

Telmeſius, mons Bœotiæ, Thebis imminens.

pala. *plin.* *Liv.* *ptol.* Telmeſſus, telmiſſus Straboni, urbs Lyciæ maritima, inter Dædala, quibus proxima eſt, ad occaſum & oſtia Xanthi ad ortum, finis Lyciæ ad ortum, teſte Mela, ad telmiſſium ſinum, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Pergenſi, apud montem cognominem, de quo palæphatus. Hinc telmeſſius nomen gentis, & telmeſſis patronym. Lucanus 8.

- claramque relinquit
Sole Rhodon, magnoſque ſinus Telmeſſidos undę.

(* T*almiſis* in Seldeni manuſcripto.)

Telmiſus, fluvius Bœotiæ, theſpias alluens: a quo circumfluente mons telmeſius nominatur.

Telo cognomento Martius, *Tolon*, vel *toulon*, urbs Galiæ Narbonenſis, in ora provinciæ, inter Maſſiliam ad occaſum 10. & Forum Iulii ad ortum 12. leucis, quot à Dracenis, ab Aquis Sextiis, 12. cum portu, epiſc. ſub Archiepiſ. Arelatenſi. Telon autem Maſſilienſis navigandi & aſtrorum peritiſſimus fuit: de quo Lucanus lib 3.

Dirigit huc puppim miſeri quoque dextra telonis,
Qua nullam melius, pelago turbante, carina
Audivere manum, nec lux eſt notior illi
Craſtina, ſeu Phœbum videat, ſeu cornua Luna.

¶ telo, ſeu telo Martius, *tanlon*, urbs eſt munita provinciæ, cum portu capaciſſimo in ora maris Mediterranei. Armamentarium habet inſtructiſſimum, et ibi regia claſſis præparatur. 16. leucis diſtat a Foro Iulii & 2. ab Olbia; eſtque in planite & probè culta. *ptol.*

telobis, *torroella*, teſte Moletio, oppidum Hiſpaniæ citerioris, in Lucetanis et ora Catalauniæ, apud Emporias, inde 1. leuca, palamos versùs 5.

telonium, *Eymborch* vel *Reynsburch* pagus Batavorum apud Lugdunum urbem Hollandiæ, inde vix milliario versùs oſtium Rheni diſtans.

telonus, fluvius. Vide tolenus.

telos & telus, *Epiſcopia* Sophiano ſeu *piſcopia* aliis, inſula maris Carpathii, ante Gnidum urbem Cariæ, quæ *Oros.* & Agathuſa apud Callimachum, teſte plinio, dicitur, in- *Strab.* ter Aſtypalæam ad occaſum & Rhodum ad ortum, et Eurum, à qua 50. mill. paſſ. Delon versùs 170. à Carpatho ſupra 60. in Cæciam, ipſa ambitu 35. patens, unguentis olim clara, teſte plinio. Eius meminit Ovid. liro 7. Metamorphoſeon:

*Florentemque * telon, * Syphnon, planamque*
Seriphon.

(* Alii legunt *Cythnon*, *Scyron*.)

thelphiſſa fons eſt, cuius aqua adeo frigida eſt, ut tireſias Vates ex ea bibens ſenex obierit. Vide tilphoſa.

telphuſa oppidum Arcadiæ, à nympha ſic dictum, teſte Stephano.

telphuſſion, vide tilphoſſion, mons apud Alalcomenas, teſte Strabone. Vide tilphoſa.

¶ temaretum, *temarete*, oppidulum Africæ, Zocotoræ inſulæ præcipuum, in ora AEthiopiæ inferioris, ubi ſedes principis.

temathea mons, *Monte di Coron*, mons Meſſaniæ regionis in peloponneſo, Coronæ urbi imminens. *Pauſ.*

tembrion, oppidum Phrygiæ; et tembros, Cypri, teſte Stephano.

tembrius, fluvius Bithyniæ, de quo Orpheus in Ar- *Orph.* gonauticis:

tembrius irriguis gelidus facit humida ripis.

Temeſa, (ære celebris) quæ & Tempſa Ptolemæo, Temeſe Ovidio, colonia & urbs Brutiorum, in ora, inter oſtia Lai fluvii ad occaſum, & Taurianum ſcopulum ad *Cic.* ortum, epiſcopalis; exciſa, (cui Marcopolis in epiſco- *Strab.* pali dignitate ſubrogata eſt) variè indigitata; a Barrio *plin.* *Malvito* inter Montem altum & Marcopolim 6. mill. paſſ. *& al.* *Longo buco* Pontano, apud Cirellos in ora fuiſse ſcribit Ligorius, *S. Lucido*, teſte Pariſio, oppidum Paulæ vicinum, inter Frigidum versùs 4. mill. paſs. In Theſauro Linguæ Latinæ ſcribitur hanc urbem *Tempſam* nunc dici: quod erroneum eſt: nam Tempſa nomen eſt vetuſtum; Temeſam extinctam eſse manifeſtum eſt. Fortè cives Tempſani, longiùs a ſolo patrio recedentes, Malvitum oppidum condidere in mediterraneis, a Tempſa ſupra 20. m. p. diſtans, & alia loca, quæ antiquæ hujus urbis memoriam ſervant. Hinc Temeſæus nomen gentis. Ovidius lib. 5. faſtorum:

Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra.

Temeſa ab Hannibale & Romanis prorsùs exciſa fuit. Iuxtà erat ſacellum Politæ uni ex Ulyſſis comitibus ſacrum; quod a barbaris violatum, graves in eos exercuit pœnas. Unde *Temeſæus genius* proverbialiter dicebatur de pœna res ſacras violantibus imminente. Rem Pauſanias aliter narrat: Politam ab incolis propter ſtupratam virginem interfectum, larvas illius, niſi quotannis oblata virgine placarentur, graſsari in illos, atque omni ſexui perniciem afferre ſolitas fuiſse; ſicque genium Temeſæum in proverbium tranſiiſse. Gravia enim mala alicui minantes, dicere ſolebant *Aderit Temeſæus genius*. Fuit & * Temeſe Stephano & aliis oppidum Cypri.

(* Tegeſsum urbem Cypri habet Stephanus.)

¶ Temeſa, ſeu, et meliùs, Tempſa, urbs fuit ampla Brutiorum, in ora maris Tyrrheni, et propè ſinum Hipponiatem. Ejus rudera hodie dicuntur *Torre Loppa*, in Calabria Citeriori, et in limite Ulterioris, teſte Brietio, 4. m. p. ab oſtiis Sabati fluvii in meridiem diſtant, et 6. a Marturano in occaſum; quanquam alii credant eſse *S. Lucido*, caſtrum propè oram Tyerrheni maris, 4. mill. paſs. a Paula in meridiem.

¶ Temeſna, *Temeſne*, provincia regni Fezzæ, in Africa, in ora Oceani Atlantici, a quo terminatur ab occidente, a ſeptentrione habet Fezzam provinciam, ab oriente *Chaus* provinciam, et a meridie Duccalam et Tedleſam provincias regni Marochii.

¶ Temeſvaria, *Temeſvvar*, urbs ampla et munita Hungariæ, quæ Temeſia etiam dicitur à quibuſdam. Caput eſt Comitatus Temeſvenſis, et ſedet ad fluvium *Temes*, in limite Tranſylvaniæ, 5. leucis Germanicis

diſtat

diſtat à Lippa in Africum, Belgradum verſùs 10. circiter; ſubeſtque dominio Turcarum.

¶ Temeſvenſis Comitatus, *Comtè de Temeſvvar*, pars eſt regni Hungariæ, ſub dominio Turcarum à 100. circiter annis. Terminatur à ſeptentrione Chonadienſi Comitatu, ab ortu Tranſylvania regione, à meridie Danubio fluvio ſeparatur à Servia, uti ad occaſum Tibiſco fluvio à Comitatu Bodroghenſi;et ejus caput eſt Temeſvaria.

¶ Temiamum, *Temiam*, regnum Africæ, in Nigritia regione. Terminatur à ſeptentrione Gangara regno, ab occaſu regno Bito, à meridie Nigro fluvio & ab ortu deſertis *Sert* & *Seu*, & ejus præcipua urbs Temicanum dicitur, teſte Davito.

Temnos, urbs fuit Æolidis mediterranea, ultra Hermum fluvium, cum monte cognomine, patria Hermagoræ. Hujus incolæ Temnitæ apud Stephanum dicuntur.

Tempe, regiuncula Theſſaliæ (cum urbe epiſcopali, quæ nunc *Licoſtomo* dicitur, ſub Archiepiſcopo Lariſſæo) in valle amœniſſima, per quam Peneus fluvius decurrit, à Poetis celebrata, inter Lariſſam & oram maritimam, montibus Olympo, Oſſa, & Pelio cincta; ubi aqua æs erodit, teſte Plinio lib. 31. cap. 2. De qua Ælianus lib. 3. capite 1. Virg. lib. 4. Georg.

Paſtor Ariſtæus fugiens Peneja Tempe.

Ovid. lib. 7. Metamorph.

Sublimis rapitur ſubjectaque Theſſala Tempe.

Hinc Tempæus, a, um.

Templum Æſculapii, *Eſculapio*, locus Peloponneſi, apud Epidaurum 5. mill. paſſ.

Templum Dianæ Epheſiæ, unum ex ſeptem orbis admirandis operibus, à Creſiphonte architecto deſignatum, 220. annis exædificatum eſt, habens pedes in longitudine 425. in latitudine 220. columnis 127. conſtans. De cujus conſtructione plura Vitruvius. Hoc ab Heroſtrato, ut famam maleficio ſibi compararet, incenſum fuit.

¶ Templum Fortunæ Præneſtes fuit aliàs celeberrimum & ipſo Sylla vetuſtius, prope Præneſtem urbem Latii. Sed, & huius noſtris temporibus pars aliqua ſpectanda ſimulque admiranda remanet, in crypta quadam, quæ ad inferiores cellas ædium Epiſcopi abſcondita eſt. Illius fragmenta collegi, & delineari juſſit Cardinalis Franciſcus Barberinus antiquitatis vindex. Templum ſeu Templa potiùs ſtupendæ molis omne ferè hodiernæ civitatis occupabant ſpatium, appoſita namque devexis inferioribus partibus aſcenſum compoſitis diſtinctum areis duodecim exhibebant, erectis ad eas peramplis ædibus, diverſas ſcalarum ordinibus, parietibus in unum beneque elatum proſpectum cingentibus multiplici porticu, theatro columnis diſtincto, cavædio, arcubus ſpectandis, fontibus, lacuſculis, viridariis. Exciſus erat ipſe mons, et pluribus quaſi planis gradibus fretus in templi conſcenſum, excavatus medio in monte aquæductus piſcinas, ſeu potiùs lacus in ipſo Fortunæ templo conſtituebat. Cortina templi eminebat in apice, ubi nunc palatium Principis, in eoque ſummo excitabantur ignes accenſis facibus, quæ navigantibus, etiam in mari Tyrrheno noctu religioſè conſpectæ prælucebant, ut invocandum ipſis Fortunæ numen admonerent. Ædificium iſtud immane abs inferioribus ſacellis aſſurgit quatuor gradatis molibus, aliarum quarundam gradibus quaſi adiectis ad ſummam uſque in vertice poſitam obrotundæ in tholum erectionis. De his pluribus & doctiſſimè ſuo more Joſephus Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis in ſuo Præneſtes antiquæ libro.

Templum Minervæ, *S. Maria*, urbs Salentinorum exciſa, ad Iapygium promontorium.

Templum Muſarum, *Cinquefrondi*, teſte Barrio, pagus Brutiorum mediterraneus, in Calabria ulteriore, Poliſtinæ oppidum propinquus, (ad 2. mill. paſſ. diſtans) & Morgetiæ.

Templum Veneris. Vide Aphrodiſium; quod ab Helena 4. à Narbone 25. à pyrene 80. leucis.

Templa urbis Romę *ex* P. *Victore*;

Bellonæ, apud circum Flaminium.
Bonæ Deæ, ubi nunc ædes S. Mariæ Aventinæ.
Bonæ Fortunę erat apud pantheon.
Cæſaris, ubi ædes S. Anaſtaſiæ.
Caſtoris & pollucis erat apud ædem S. Mariæ Liberatricis,
Concordiæ, apud Capitolium & porticum Liviæ. Ovid. lib. 1. faſtorum:

Nunc bene proſpicies Latiam, Concordia, turbam:
Nunc te ſacratæ conſtituere manus.

Item apud arcum Septimii, & 8 columnas.
Dianæ, in Aventino, ubi ædes S Sabinæ & S. Joannis in Porta Latina & inſula Lycaonia.
Fauni, ubi ædes S. Stephani Rotundi. Ovid. lib. 2. faſt.

Idibus agreſtis fumant altaria Fauni,
Hic ubi diſcretas inſula rumpit aquas.

Fauſtinæ, ubi ædes S. Laurentii in miranda.
Floræ, ubi ædes S. Urſulæ ad ſedes.
Fortunæ publicæ, apud ædem S Vitalis.
Herculis, ubi ædes S. Stephani protomartyris, ad Tiberim.
Jani, ſupra ædem S. Vitalis. Ovid. lib. 1. faſt.

Quatuor adde dies ductis ex ordine Nonis,
Janus agonali luce piandus erit.

Iridis, apud ædem S. Mariæ novæ.
Iſidis, ubi baſilica S. Mariæ Maioris. Aliud ubi ædes S. Marcelli.
Martis, ubi ædes S. Martinæ virginis. Aliud ubi ædes S. Martini. Aliud ubi ædes S. Sixti.
Minervæ, ubi baſilica S. Mariæ Minervæ, *la Minerva*.
Pacis, apud ædem S. Mariæ novæ; vel ubi, ubi nunc dicta ædes.
Pallad s, ante porticum Fauſtinæ.
Pantheon, *S. Maria Rotonda*.
Penatum, apud templum Romuli.
Pietatis, in theatro Marcelli & ubi ædes S. Nicolai in carcere.
Pudicitiæ, ubi ædes S. Mariæ Ægyptiacæ.
Quirini, ubi nunc ædes S. Vitalis, & ubi ædes S. Suſannæ.
Romuli, ubi nunc ædes SS. Coſmæ & Damiani. Non longè erat templum Fauſtinæ.
Serapidis, apud ædem S. Mariæ novæ in horto.
Solis, in ſupercilio montis Quirinalis, in *Monte Cavallo*.
Telluris, ubi nunc Ara cœli.
Veneris genitricis, in foro, ubi nunc tres columnæ marmoreæ & ubi ædes *S. Maria Libera nos*.
Veneris & Cupidinis, apud baſilicam S. Crucis in Hieruſalem.
Veſtæ, ubi ædes S. Mariæ Liberatricis.
Vulcani, ubi nunc ædes S. Theodori. De quo Ovid. lib. 5. faſtorum:

Proxima Vulcani lux eſt, quam Luſtria dicunt.
Luſtrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Alter index templorum Romæ ëx Sexto Rufo & aliis.

Æſculapii, in 5. regione, in inſula Tyberina, cum Iovis & Fauni: ubi cœnobium Sanctimonialium.
D. Antonini, in 9. regione, cum columna Cochlide apud ædem SS. Coſmæ & Damiani.
Apollinis & Claotræ, in 6 regione.
Apollinis, in 9. regione.
Apollinis Palatini, in 10. regione:
Apollinis in Vaticano, in 14. regione, apud S. Petrum.
Aliud ubi ædes S. Apollinaris.
Auguſti in 8. & 10. regione. Ovid. lib. 1. faſtorum:

Sacra vocant auguſta partes; Auguſta vocantur
Templa Sacerdotum ritè dicata manu.

Bacchi in 2. regione.
Bonæ Deæ in 13. regione, in Aventino.
Boni eventus, 9. regione,
Bruti Callaici, in 9. regione.
Carmentæ, in 8. regione, ubi ædes S. Catharinæ.
Caſtoris, in 11. regione.
Caſtorum, ſeu Caſtoris & pollucis, in 8. regione.
D. Claudii in 2. regione.
Concordiæ virilis, in 3. regione.
Concordiæ in porticu Liviæ, in 4. regione.
Concordiæ cum cella, in 8. regione.
Conſi, in circo maximo, in 11. regione. Ovid. lib. 3. Faſtorum:

Feſta para Conſo: Conſus tibi cætera dicet.

Deæ Carnæ, in 2. regione.
Deum Penatum, in 8. regione.
Dianæ commune, in 3. regione.
Fauni, in 2. regione.
D. Fauſtinæ, in 4. regione.
Febris, in 10. regione, in Palatio.

Fi-

Fidei, in 6. & 10. regione.
Fidii, in 13. regione.
Floræ, in 6. & 10. regione. Ovid. lib. 5. faſtorum:

Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latinè
Nominis eſt noſtri littera Græca ſono,

Fortunæ, plura.
Fortunæ viatorum, in 1. regione.
Fortunæ liberæ, in 6. regione.
Fortunæ ſeiæ, in 6. regione.
Fortunæ ſtatæ, in 6. regione.
Fortunæ primigeniæ & publicæ, in 6. regione.
Fortunæ reducis, in 6. regione.
Fortunæ novum, in 7. regione.
Fortunæ fortis, in 14. regione.
Fortunæ liberæ, alterum ibid.
Gentis Flaviæ, in 6. regione.
D. Hadriani, in 14. regione.
Herculis victoris, in 11. regione, in foro boario.
Iani gemini, in 8. regione. Alterum extra portam Carmentalem.
Iani Bifrontis, in 9. regione, apud theatrum Marcelli.
Iani ad forum olitorium, in 11. regione.
Iovis Fagutalis ſeu viminei, in 5. regione.
Iovis Capitolini ſive Optimi Maximi, in 8. regione, apud montem Tarpeium, cum templo Cereris ultoris in 9. regione, ubi Pantheon, & Cybeles.
Iovis ſeu Solis Algabali, in 10. regione.
Iovis propugnatoris, ibid.
Iovis ſtatoris, ibid.
Iſidis, in 1. regione.
Iſidis & Serapidis, in 3. regione.
Iſidis & Serapidis, in 9. apud ovile.
Iſidis, in 13. regione.
D. Iulii Cæſaris, in 8. regione.
Iunonis Lucinæ, in 5. regione, ubi ædes S. Laurentii in Lucina. Ovid. lib. 3. faſtorum:

Dicite; tu nobis lucem Lucina dediſti:
Dicite; tu voto parturientis ades.

Iunonis maritalis, in 8. regione.
Iunonis reginæ, in 13. regione.
Larum in 8. regione.
Libertatis in 13. regione.
Lunæ, in 4. regione.
Lunæ, in palatio, ſeu in 10. regione.
Lunæ in Aventino, in 13. regione, Ovid. lib. 3. faſtorum:

Luna regit menſes; huius quoque tempora menſis
Finit Aventino Luna colenda iugo.

Martis extramuranei, in 1. regione.
Matris Deum, in 10. regione.
Mentis, in Capitolio.
Mercurii, in 11. regione, ubi ædes S. Angeli. Ovid. lib. 5. faſtorum:

Eſt quæ Mercurii portæ vicina Capenæ:
Si iuvat expertis credere, numen habet.

Minervæ Medicæ, apud Pantheon in 5. regione.
Minervæ Flavianæ, in 6. regione.
Minervæ vetus, in 8. regione. Ovid. lib. 3. faſtorum:

Parva licet videas captæ delubra Minervæ,
Quæ Dea natali cœpit habere ſuo.

Minervæ Chalcidicæ, in 9. regione.
Nemeſis, in 8. regione.
Neptuni, in 9. regione, apud ſepta, ubi ædes ſancti Blaſii in via Julia, & ubi ædes S. Anaſtaſiæ.
Divi Nervę in foro tranſitorio, in 4. regione.
Pacis, in 4. regione. Ovid. lib. 3. faſtorum:

Et Romana ſalus, araque Pacis erit.

panis, ubi nunc ædes S. Stephani Rotundi.
pantheon, in 5. regione. Ovid. lib. 4. faſtorum:

Roma pudicitia proavorum tempore lapſa eſt;
Cumæam, veteres, conſuluiſtis anum.

Quirini, in 6. regione.
Quirini novum, in 7. regione.
Quirini, in 10. regione, prope lupercal. Ovid. lib. 1. faſtorum:

Dexter ades patribuſque ſuis, populoque Quirini.

Remi, in 4. regione. Ovid. lib. 5. faſtorum:

Huic Remus inſtituerat fruſtra, quo tempore fratri
Regna Palatinæ prima dediſtis aves.

Romuli, aliàs Quirini, in 8. regione.
Salutis, in 6. regione, in colle Quirinali.
Salutis, aliud, in eadem regione.
Saturni, in 8. regione.

Serapeum, in 6. regione.
Serapidis, in 1. regione.
Silvani, in 5. regione, ſub colle Viminali.
Solis, in 4. & 7. regione.
Spei novum, in 7. regione.
Telluris, in 4. regione.
D. Trajani, in 8. regione.
Tulli Hoſtilii, in 2. regione.
Veneris cloacinæ, in 4. regione.
Veneris Erycinæ, apud portam Collinam in 5. regione. De templo Veneris Erycinæ inter alia. Ovid. lib. 4. faſtorum:

Templa frequentari Collinæ proxima portæ
Nunc decet; à Siculo nomina colle tenet.

Veneris aliud, in 6. regione, apud hortos Salluſtii.
Veneris calvæ novum, in 8. regione.
Veneris calvæ vetus, in 8. regione.
Veneris genitricis, in 8. regione.
D. Veſpaſiani, in 8. regione.
Veſtæ, ibid.
Urbis Romæ & Auguſti, in 4. regione.

Fuere etiam alia Romæ ſequentia Templa à veteribus Scriptoribus memorata:

Adonidis.
Annonæ ſanctæ.
Apollinis Soſiani.
Apollinis tortoris.
Auguſti ad Minervam.
Cereris: de quo Ovid. lib. 4. faſtorum:

Alba decet Cererem: veſtes Cerealibus aptas
Sumite; nunc pulli velleris uſus abeſt.

Clementiæ Cæſaris.
Ditis, ſeu plutonis.
Fortunæ Barbatæ.
Fortunæ Blandæ.
Fortunæ Beneſpetantis.
Fortunæ Couvertentis.
Fortunæ æqueſtris novæ.
Fortunæ maſculæ.
Fortunæ muliebris, extra Portam Latinam.
Fortunæ Plebejæ.
Fortunæ privatæ.
Fortunæ viſcatæ.
D. Hadriani.
Herculis, via Latina.
Herculis Defenſoris.
Honoris.
Jovis invicti.
Jovis Mariani.
Jovis prædatoris.
Jovis pugnacis.
Jovis Tonantis in Palatio. Ovid. lib. 6. faſt.

Nomine, quùm pretio celebratior, arce tonantis,
Diſcite Pictoris quid velit ara Jovis.

Jovis victoris.
Junonis Caprotinæ.
Juſtitiæ.
Juſtitiæ Auguſti.
Mentis: De quo Ovid. lib. 6. faſt.

Mens quoque numen habet: Menti delubra videmus.
Vota metu belli, perfide Pœne, tui.

Næniæ, extra portam Viminalem.
Palladis, apud Porticum Fauſtinæ. Ovid. lib. 3. faſt.

Pallada nunc pueri teneræque orate puellæ.
Qui bene placarit Pallada, doctus erit.

Pietatis, apud Theatrum Marcelli.
Pudicitiæ.
Quietis, via Lavicana.
Ridiculi, extra portam Capenam, ubi Hannibal conſedit.
Themidis.
Vacunæ.
Veneris lubentinæ.
Veneris Victricis.
Victoriæ, apud arcum Septimii, & ſtatuam Morphorii.
Virtutis.
Vulcani.

Præter templa fuerunt & Baſilicæ plures, ædes ſacræ, & ædiculæ penè innumeræ, delubra & aræ. Extra urbem verò erant templa, ſive ædes Diis malis dicata; quibus, ne nocerent, ſtatis temporibus ſacra faciebant; veluti Timoris, Palloris, Paupertatis, & Senectæ. Fuit & Tem-

Templum Veiovis in Capitolio; cuius meminit Ovid. in faſtis lib. 3.

Templa putant lucus Veiovis ante duos.

¶ Tenæ ſeu Tillemontium, *Thienen* incolis, *Tillemont* Gallis, oppidum amplum Belgii, in Brabantiæ Ducatu, ultimo bello miſerè deformatum. Sedet ad amnem *Ghette*, 3. leucis diſtans à Lovanio in ortum & 6. à Namurco in Boream, ſub Hiſpanis.

¶ Tenaſſerimum, *Tenaſſerim*, urbs Indiæ ultra Gangem, in regno Siami & in ora ſinus Gangetici, media inter Siamum ad Boream, & Juncalaonum ad meridiem. Dicitur aliter Tanaſſerium. Vide ibid.

Tencteri, aliis Tenchteri, Appianno Tanchari, Tenterides Plutarcho, Tenchateri Livio, populi Germaniæ, quorum regio *Drent*, teſte Henrico Junio, dicitur, inter Friſiam ad Boream & occaſum, Weſtphaliam ad ortum & Tranſiſalanam ad auſtrum. Oppida inter alia Covordia, *Coevverden*, à Volenhovia 7. leucis in ortum, à Daventria 9. in Cæciam, inter Campenam ad occaſum & Lingam ad ortum 7. Quę regio in Tranſiſalana computatur.

¶ Tencteri, populi Germaniæ, versùs Rhenum fluvium, teſte Cluverio. Erant in eo tractu ubi nunc Montenſis Ducatus, pars Weſtphaliæ Ducatus, & pars Marchiæ Comitatus.

¶ Tenda, *Tende*, oppidum Italiæ, Comitatus cognominis caput, in Comitatu Nicæenſi, intra montem Appeninum & in limite ditionis Genuenſis; inde mons dictus *le Col de Tende*, 18. milliaribus diſtat ab Albio Intemelio in Boream, Foſſanum versùs 25. Aliàs Comites habuit proprios, nunc autem ſubeſt Duci Sabaudiæ.

¶ Tenducum, T*enduc*, regnum Aſiæ, in Tartaria regione & in limite Sinarum, cum urbe primaria cognomine. Dicitur à quibuſdam recentioribus *Charchir & Niuche*, unde profecti qui Sinarum Imperium devaſtarunt hiſce ultimis temporibus, & etiamnum occupant. Pars eſt Auſtralis Sericæ antiquæ, terminaturque à ſeptentrione Tartaria magna ſeu Kaimachitarum regione, ab ortu Iupia regione, ab occaſu Tanguto regno, & à meridie Sinarum Imperio. Sed de ejus urbibus nondum conſtat. Ejus pars eſt etiam Niulhanum regnum, Egrigaia dictum à quibuſdam.

uſ. Tenea, Tenæa Suidæ, pagus agri Corinthiaci, arboribus conſitus, à Corintho 60. ſtadiis diſtans.

Teneas, fluvius Vmbriæ. Vide Tinia.

rab. ol. Tenebrium promontorium, *Cabo di Alfaques* Moletio & aliis, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, cum oppido cognomine, inter oſtia Iberi in duos alveos infra Dertuſam urbem diviſi. Aliis eſt *Cabo de Oropeſa*, apud Peninſulam oppidum, ab oſtiis Iberi longiùs in occaſum recedens. Sed prior interpretatio Ptolemæi Tenebrium circa oſtium Iberi Tarraconem versùs deſcribentis magis congruit. Hinc Tenebriani incolæ.

¶ Tenebrium, promontorium Illercaonum, hodie *Capo Forbat* dicitur, in ora regni Valentiæ, propè oppidum peniſcolam, vix 3. leucis diſtans à limite Cataloniæ in occaſum, & 6. ab oſtio Iberi, 4. autem ab Oropeſa in ortum.

¶ Tenedo, *Dengen*, oppidulum Germaniæ, in Silva Martiana, in Svevia regione, & in limite Helvetiæ, propè Rhenum fluvium, ubi recipit Arolam fluvium & ſupra Valdshutum oppidum 18. mill. paſſ. infra Scaphuſiam, teſte Cluverio.

ic. rab. in. r al. Tenedos, *Tenedo* etiam vulgò, teſte Sophiano, olim Leucophrys, à Tenno, teſte Stephano, nomen habens, inſula maris Ægæi, ſive Helleſponti, amœna, contra Sigeum Troadis, promontorium inde 12. mill. paſſ. (ſed, teſte Strabone, 40. ſtadiis ad 80. patens) in occaſum & Circium diſtans, a propiore littore Aſiæ 5. tantùm, teſte Plinio, à Lesbo 56. in Boream, ipſa circuitu 10. patens, cum urbe cognomine epiſcopali, ſub Archiepiſcopo Mityleneo, inde 28. mill. paſſ. Apollini, qui ibi præcipuè colebatur, ſacra priùs Calydna & Leucophrys, teſtibus Herodoto, Diodoro, & Pauſania. Populi Tenedii Ciceroni. De ea Virg. 2. Æneid.

Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima fama
Inſula, dives opum, Priami dum regna manerent.

Tenedii cauſas citiſſimè terminabant; duas enim, auctore Suida, ſecures ſuſpenſas in judicio tenebant; quarum altera juxta judicem parata erat: nam Tenes Rex legem tulerat, ut à tergo iudices adſtaret aliquis ſecurim manu tenens, paratus percutere reum, vel qui falſum iuraſſet. Ex quo *Securis Tenedia* in proverbium abiit pro expedita, & ſevera iuſtitia, *Tenedius tibicen* quoque proverbialiter de falſo teſte dicitur apud Stephanum, cauſam apud ipſum legito. *Tenedius vir* quoque proverbium de Severo iudice, teſte Euſtathio.

¶ Tenedos inſula parva Aſiæ minoris in mari Ægęo, 5. mill. paſſ. a Sigeo promontorio in occaſum, 25. à Leſbo inſula, & 65. à Mitylene urbe in Boream, versùs Thraciam Cherſoneſum 15. Capta fuerat & munita à Venetis hiſce poſterioribus temporibus, ſed poſteà recuperata fuit a Turcis quibus paret. Ei adiacent ad auſtrum Calydnæ inſulæ duæ hodie *Maure* dictæ, teſte Nigro.

¶ Tenera, *Dender* incolis, *Denre* Gallis, fluvius Belgii. Oritur in Hannonia provincia. 2. leucis à Montibus; deinde Athum & Leſſiniam rigat, uti & Gerardimontium & Aloſtum urbes Flandriæ; & tandem ad Teneramundam in Scaldim ſe exonerat.

¶ Teneramunda, *Dendermonde* incolis, *Dermonde* Gallis, urbs munita Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Scaldim fluvium, ubi recipit Teneram, vix 2. leucis ab Aloſto in Boream, eſtque ferè media inter Gandavum, & Antuerpiam, 4. leucis utrinque diſtans, & 5. à Bruxellis in Circium.

Tenericus Campus Bœotiæ iuxta lacum Copaidem. Strab.

¶ Teneriffa, T*eneriffe*, una ex Fortunatis inſulis Pauſ. in Oceano Atlantico, versùs oram Africæ, aliàs Nivaria dicta, teſte Sanſone. 150. mill. paſſ. diſtat ab ora proximiori regionis Biledulgeridiæ in occaſum, uti 35. à Canaria inſula. Eius circuitus eſt 140. mill. paſſ. & eius oppida ſunt, palus, *Laguna*, inſulæ præcipuum, Sanctæ Crucis, *S. Croce*, cum portu amplo, *Garrico*, cum portu Sancti Chriſtophori, *S. Criſtoval*, & *Rialeio*. Ineſt etiam mons altiſſimus, *Monte de Pico*, ſeu *de Teyda* dictus incolis, *le Pic de Teneriffe* aliis: de quo multa narrant indigenæ.

¶ Teneriffa, T*eneriffa*, urbecula Americæ meridionalis, in regione Terræ firmæ, & in Gubernio S. Marthæ, iuxta confluentes fluvii S. Magdalenæ in fluvium magnum Sanctæ Marthæ. 90. mill. paſſ. diſtat à Carthagine nova in Eurum.

¶ Teneza, T*enez*, urbs munita Africæ, in Barbaria, & regno Algerii, tractus ſeu provinciæ cognominis caput, in ora maris mediterranei, cum portu ſatis tuto, & promontorio cognomine adiacente, 100. mill. paſſ. ab Algerio in occaſum. Aliàs dicta fuit Iulia Cæſarea, teſte Sanſone.

¶ Teneza, T*enez*, tractus Africæ, in Barbaria, & in regno Algerii, versùs oram littoralem maris Mediterranei, inter Algerii provinciam ad ortum & Telenſinam, ſeu montes ad occaſum, ubi aliàs pars Mauritaniæ Cæſarienſis.

¶ Tengcheum, T*engcheu*, urbs Imperii Sinarum, in Xantonia provincia, cuius quintum locum obtinet, & ſub ipſa ſunt ſeptem urbes minores. Sedet in ora Oceani Eoi & ſinus Nanquinenſis; eſtque probè munita, teſte Martinio.

Teniſſa, T*remiſſen*, teſte Nigro, vel T*remeſin*, urbs Ptol. Mauritaniæ Cæſarienſis, mediterranea, regia & ampla, quæ & Telenſinum: Sed aliis eſt T*enexe*, (quod mihi magis probatur) haud procul ab ora littorali, inter Canuccim ad occidentem & Iuliam Cæſaream ad ortum, licèt Ptolemæus illam à littore remotiorem faciat.

Tenitrus mons Macedoniæ, in ora occidua, inter Apolloniam & Dyrrachium, Apolloniæ propior, unde ab illa hodie nominationem accipit, *Monte di Polline* dictus.

¶ Tenium, Achaiæ urbs, teſte Stephano. *Plin.*

Tenos, ſic à Teno dicta, T*ina*, teſte Sophiano, inſula *Mel.* maris Ægæi, una Cycladum, ab Ariſtotele Hydruſſa Ptol. ob aquarum copiam, teſte plinio, longa 15. mill. paſſ. quot à Delo recedit in Boream, ab Andro 7. circuitu 40. cum urbe epiſc. ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, Venetis parens. Aliis abundat, quibus Tenii frequenter veſcuntur. Ovid. lib. 7. Metamorph.

At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

In ea fons eſt, cujus aqua vino non miſcetur, teſte Atheneo. Teno item apud Scriptores Britannicos, inſula Albionis ante oſtia Tameſis, Cantio, Angliæ regioni adjacens, T*enet* vulgò. Vide Thanatos & Toliapis.

¶ Tenos inſula, T*eno*, inſula eſt parva maris Ægæi. circuitus 35. mill. paſſ. cum arce permunita, in monte, ſub domi-

dominio Venetorum à tribus ferè ſeculis. Epiſcopum habet Latini ritus & 12. mill. paſſ. diſtat à Mycono inſula in Boream.

¶ Tenſa, Italiæ inſula, in ora magnæ Græciæ, teſte Solino.

Tentyra & Tentyris, urbs & nomus Ægypti ad Nilum cum inſula, teſte Plinio. Urbs inter Dioſpolim ad Boream & Latopolim ad auſtrum, à Copto 12. mill. paſſ. in Boream, à Dioſpoli verò 27. in auſtrum, olim epiſcopalis, nunc jacet, prorsùs extincta. Apud hanc urbem crocodili non adnatare feruntur. Eſt & locus Thraciæ in ora contra Samothraciam inſulam, cujus meminit Ovid. lib. 1. triſtium elegia 9.

Saltus ab hac contra brevis eſt Tentyra petenti.

Ubi Stentora legit Merula: eſt enim Stentoris portus, & lacus in eo tractu apud oſtia Hebri fluvii, teſte Plinio cum Herodoto. De Tentyra verò urbe Ægypti meminit Juvenalis ſatyra 15.

Qui vicina colunt umbroſæ Tentyra palmæ.

Populi Tentyritæ, teſte Stephano, qui accipitrem pro Deo colebant & olfactu ſerpentes fugabant.

¶ Teorregum, *Teorregu*, tractus parvus Africæ, in Biledulgeridia regione, versùs confinia regni Tripolitani & regni Barcæ, teſtibus Gramaio & Joanne Leone.

Hero. Strab. Plin. & al. Teos, Teios Thucydidi, *Suſor* nunc Theveto & Moletio, urbs & portus Joniæ in ora littorali, inter Erythras ad Boream & Colophonem ad auſtrum 120. ſtadiis, à Lebedo 50. vel 120. ſi circumeas, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Epheſino: Anacreontis patria, teſte Strabone, licèt alii Teium illius patriam ſcribant. De quo Ovid. lib. 2. triſtium:

Præcepit lyrici Teia muſa ſenis.

Tei etiam Erinna Poetria fuit Dionis Syracuſani temporibus, quæ Dorica lingua ſcripſit elegans poema & epigrammata, ad Homeri excellentiam accedens. Obiit anno ætatis 19. De ea Propertius lib. 2. Eſt & Teos Plinio inſula Joniæ, ab Erythris 71. mill. paſſ. quot à Chio in Boream.

Ced. Tephlis, Tiphlis Curopalati, vulgò etiam *Teflis*, urbs Mediæ, ſeu potiùs Armeniæ majoris, in Georgianis, urbs munitiſſima, ubi diu Turcarum præſidium fuit; ſed noſtra tempeſtate à Perſis recuperata eſt. Vide Artaxata, ſic enim veteribus dicta putatur.

ptol. Teracatriæ campi, *Kunigvviſer*, &, teſte Lazio, *Marckfelder*, tractus Germaniæ, in Moraviæ & Auſtriæ trans Danubium confinio, (*versùs Poſonium.*)

¶ Terapſa, inſula parva Africæ, in ora ante Carthaginem, teſte Stephano.

Tercatum, ſive Trecatum, oppidum agri Novarienſis, ex præcipuis Orobiorum habitatum, *Treca* vulgò, quaſi Tres caſæ, in literis Pontificiis memoratum, à Novaria 5. mill. paſſ. Viglebanum versùs diſtans.

Terapnæ. Vide Therapnæ, ſeu Theramnæ.

¶ Terchium, *Terki*, urbs Aſiæ, in ditione magni Ducis Moſcoviæ & in limite Georgiæ regionis, propè mare Caſpium, teſte Adamo Oleario.

Terdona, poſterioribus *Tortona*, urbs Liguriæ epiſcop. ſub Archiep. & Duce Mediolanenſi. Vide Dertona; ſic enim veteribus dicitur.

* Terebs, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in mare Ibericum inter Carthaginem novam & Alonas influens; qui idem ac Taderus Plin. eſſe videtur. Vide ibid. Illum variè indigitant; alii *Segura*, alii *Guadalentin*, (ſed hic ultra Carthaginem decurrit) alii *Rio del mondo*. (* Manuſcriptum Seldeni habet in prima ſyllaba.)

Strab. plin. ptol. Ælian. Teredon, *Balſaria*, urbs Babyloniæ, apud ſinum Perſicum & oſtia Euphratis, (cujus decurſus totus eſt 1532. mill. paſſ. ex Plinio & Strabone, & cujus oſtia à Tauro monte 805. abſunt) hac tempeſtate clara, & ſedes Satrapæ, ante Turcarum, nunc Perſarum, à Babylone 3000. ſtadiis, teſte Strabone in Euronotum, ab Armuza inſula, & urbe ad ſinus prædicti fauces navigatione 22. dierum in Boream diſtans. Dionyſius Afer:

Extrema fluvii ſub parte Teredona radens,
Hujus ad auroram ripis devolvitur altis
Tigris.

¶ Teredon, *Balſora* & *Baſſora*, urbs eſt Arabiæ felicis, in ipſo limite Arabiæ deſertæ, teſtibus Philippo à Sancta Trinitate, Sanſone & aliis; eſtque emporium celebre, ubi Tigris & Euphrates ſimul confluunt & in ſinum Perſicum ſe exonerant. Diſtat à Babylone itinere 15. dierum; & ex quo Rex Perſarum Armuzium expugnavit, ſolent Angli, Luſitani & Batavi, merces Indicas huc advehere, & in eius viciniis habitant plurimæ familiæ Sabborum ſive Mendaiorum, qui vulgò Chriſtiani S. Joannis vocantur. Antea ſuberat dominio Turcarum, ſed à paucis menſibus ſui juris effecta eſt, Turcis inde eiectis.

Terentus locus erat Romæ in extremo campi Marii, haud procul à Capitolio, ubi templum Plutonis, & Conſi, araque ſub terra Diis inferis dicata, ſic à terrendo dictus, quod ibi Tyberis ripas rumpens, terram terreret. Cuius meminit Papinianus in ſylv. lib. 1. carm. 4.

Aut inſtaurati peccaverit ara Terenti.

Et Martialis lib. 4. epigrammate 1.

Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro,
Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.

¶ Terga, *Terga*, deſertum Africæ, in Nigritia regione. Strab. Dicitur aliter deſertum *Hayr*, ab ejus oppido primario. Plin.

Tergeſte, Tergeſtum Ptolemæo & Melæ, *Trieſte*, colonia & urbs Carnorum, ſeu Hiſtriæ in confinio, (utrique enim tribuitur) maritima, & epiſc. ſub Patriarcha Aquileienſi, inde 25. mill. paſſ. in ortum, Iuſtinopolim versùs 10. ſub Auſtriacis. Populi Tergeſtini. Ubi ſinus Tergeſtinus Plinio *Golfo di Trieſte*. Hinc Tergeſtæus nomen gentis. Dionyſius de ſitu orbis:

Alta Tegeſtræon poſtremę mœnia terrę.

¶ Tergeſte, urbs alias Carnorum, nunc Iſtriæ, in ora maris Adriatici & in intimo receſſu ſinus Tergeſtini ab ea dicti. Parva eſt ſed munita, ſub dominio Imperatoris. Portum habet capacem, cui adiacet caſtrum *Zuchi* dictum, 33. mill. paſſ. diſtans ab Aquileia & 50. à Pola in Circium; eſtque epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi. Ab ea tractus adiacens dicitur Tergeſtinus; ſubeſtque dominio Auſtriacorum.

¶ Tergeſtinus ſinus, qui aliàs etiam Aquileius dictus fuit, *Golfo di Trieſte*, intimus eſt maris Hadriatici receſſus, inter Carnos & Iſtros, ſeu inter Sontii fluvii oſtia in ora Forojulii & promontorium Albram, propè Vmacum, in ora Iſtriæ.

¶ Tergolape, *Lampach*, monaſterium Germaniæ, aliàs in Norico, hodie in Auſtria ſuperiori ad fluvium Taurunum, inter Laciacum & Ovilabam, aliàs oppidum celebre. Diſtat autem 5. milliaribus Germanicis à Lintio in meridiem. Scrip. Hung.

Tergoviſtus, *Tervviſch* & *Tervis*, urbs Daciæ, Tiriſcum olim, Valacchiæ metropolis & regia, à Corona urbe extrema Tranſylvaniæ ſupra 80. mill. paſſ. in Euronotum à Nicopoli, & Bidino paucioribus.

¶ Tergoviſtus, ſeu Targovicum, *Tervviſch* incolis & Germanis, *Tervis* Gallis, *Targoviſco* Italis, aliàs Tiriſcum & Taros dicta, ſedes eſt Principis Valachiæ, plin. ad Launizam fluvium & vix 60. mill. paſſ. diſtat à Nicopoli in Boream. Thuc.

Terias, Tyrias Diodoro, *la Iaretta*, fluvius Siciliæ inter Amenannum & Simæthum apud Catanam urbem fluens, qui etiam vulgò *Fiume di Catania* dicitur, quod ex montibus Aeriis oriens, per illius agrum decurrat in mare, in Catanam 8. & Leontinos 16. mill. paſſ.

¶ Terias, fluvius Siciliæ. Hodie *fiume di S. Leonardo* dicitur, teſtibus Cluverio & Brietio, vix mill. paſſ. à Leontinis labitur in valle Neetina & poſtea in mare Strab. Ionium ſe exonerat 12. mill. paſſ. à Catana in meridiem. Plin. Diod. & al.

Terina, *Nocera*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum, ad ſinum Hipponiatem, (qui & Terinæus Plinio ex illa nominatur, vulgò *Golfo di S. Eufemia*) in Calabria citeriori, à Conſentia 16. mill. paſſ. ab Amantia in Boream 8. apud oſtia Ocinari ſive Sabbati fluvii. Hic Paulus Iovius vocis colluſionem ſequutus, Terineam *Terram novam* longè hinc diſtantem indigitat. Porrò Terinæus ſinus à Scyllaceo 20. mill. paſſ. teſte Plinio diſtat, cum ferè duplo diſtare deprehendatur. Terina etiam fluvius qui oppidum irrigat appellatur, teſte Stephano, qui Terinam à Crotoniatis conditam ſcribit. L. No.

Teriolum, *Tyrol*, teſte Lazio, oppidum Rhætiæ, in Norici confinio, à qua Tyrolenſis Comitatus, regio ſeu provincia Germaniæ ampla, Italiæ contermina, denominatur, apud Meranum oppidum, à Tridento 9. leucis, in via quæ Auguſtam & Vlmam ducit occurrens, ab Oeniponte 14. in Libonotum.

¶ Teriolum, ſeu Terioli, *Tyrol*, oppidum aliàs Rhætiæ, nunc caſtrum tenue in colle, propè Atheſim fluvium et Me-

Meranum oppidum, ad radices Alpium Tridentinarum, aliàs caput Comitatus Tirolenſis ab eo dicti; eſtque medium inter Oenipontem ad Boream, & Tridentum ad meridiem 9. mill. Germanicis utrinque diſtans; ſubeſtque Auſtriacis cum tota provincia.

Termantia, Termes Ptolemæo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Arevaicis, apud Durium fluvium, exciſum; locus *Nueſtra Senora de Tiermes* adhuc nominatur, teſte Morali, apud Uxamam urbem. Populi Termeſtini Tacito.

Termera oppidum fuit Cariæ, in Lyciæ confinio, imò Lyciæ apud Stephanum, cujus incolæ Termilæ ab Herodoto, teſte eodem Stephano, nominantur.

Termerium, promontorium Myndiorum, in Caria, Candariæ promontorio Coorum adverſum, inde 40. ſtadiis diſtans.

Termes, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Arevacis, in Celtiberorum confinio. Vide Termantia. Hic Lucius Piſo Prætor Hiſpaniæ citerioris, ob gravia tributa populo imperata ab Agricola Termeſtino confoditur citra annum ſalutis 20. qui captus, nullis tormentis, ut ſocios proderet, adigi potuit, teſte Beuthero.

Termeſus, * Termeſſus Ptolemæo, Termiſſus Straboni, *Termes*, in tabulis Geographicis, urbs Pamphyliæ in Piſidia, inter Pergen ad auſtrum, & Antiochiam Piſidiæ ad Boream, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Pergenſi, Termiſſos Stephano, qui ſolet ab aliis diſcrepare. (* In Seldeni manuſcripto *Timiſis*.)

Termeſſus, fluvius Bœotiæ, Heliconem montem circumfluens.

¶ Termulæ, *Termini*, urbs regni Neapolitani, in provincia Capitanata, in ora maris Adriatici, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, ad oſtia Tiferni fluvii, & in limite Aprutii citerioris 30. mill. paſſ. diſtat ab Anxano in ortum uti 22. à Trivento, 11. autem à Larina in Cæciam.

¶ Ternata, *Ternate*, inſula parva Oceani Indici, & una ex Moluccis inſulis propriè dictis, ſed aromatum proventu dives. Antea Regem habuit proprium, poſteà paruit Hiſpanis, tandemque Batavis ceſſit, quibus etiamnum ſubeſt & qui inibi aliquot habent arces, uti Gammalammam & Malayum oppidum, ubi hodie etiam commoratur Rex Ternatæ. Vix 2. mill. paſſ. diſtat à Tidoro inſula in Boream & 44. ab ora occidentali Giloli inſulæ.

Ternatum, ſeu Ternatus, *Trina* vel *Terna*, pagus Inſubriæ, ad lacum cognominem, Verbano lacui propinquus, inter Mediolanum 30. & Angleriam 6. mill. paſſ.

Ternobum, ſive Ternobus, Trinabum Laonico, *Ternova*, urbs Myſiæ, in Thraciæ confinio, ad Hæmum montem, archiepiſcopalis & metropolis Bulgariæ, à Siliſtria 30. mill. paſſ. in ortum, duplo intervallo diſtans à Sophia in Cæciam Doroſtorum versùs, inter Philippopolim 70. & Nicopolim 50. omnium munitiſſima in ea regione.

Ternodorum & Ternodorenſe caſtrum, *Tonnerre*, oppidum Galliæ Celticæ, in finibus Lingonum & Ducatus Burgundiæ, inter Senonas 12. & Antiſſiodorum 3. leucis, Divionem versùs 20. Quod ab eodem Tornodorum dici videtur.

¶ Ternodurum, ſeu & meliùs, Tornodurum oppidum aliàs Lingonum in Gallia Celtica, nunc in Campania provincia & Senonenſi tractu, ad Armantionem fluvium, Comitatus titulo clarum, etiamnum Lingonenſis eſt Diœceſis, Sed 24. leucis diſtat à Lingonibus in occaſum, Antiſſiodorum versùs 8.

¶ Terra Antarctica quid ſit non conſtat, cum nondum detecta ſit. Vide Antarcticæ regiones, ſeu quæ magis versùs Antarcticum circulum extenduntur, & terra Auſtralis.

¶ Terræ Arcticæ, ſeu Arcticæ regiones, *les terres Artiques*, ſunt regiones orbis magis versùs Boream & Polum Arcticum extenſæ, uti Spitzberga ſeu regio montium acutorum, *Spitzberg*, Gronelandia ſeu terra Viridis, *le Groneland*, nova Dania, *le nouveau Dannemarck*, Eſtotilandia, *l'Eſtotiland*, & aliæ plurimæ versùs fretum Hudſonium, fretum Daviſium, mare Chriſtianum & Baffinium ſinum protenſæ in parte ſeptentrionali Americæ Borealis, vix nomine notæ.

¶ Terra Auſtralis, *le terre Auſtrale*, pars eſt ampliſſima orbis versùs auſtrum extenſa, ſed etiamnum pro majori parte incognita & vix luſtrata quibuſdam, in locis versùs oram littoralem; ita ut de ea pauca admodum dici poſſint. Eius partes hactenus cognitæ ſunt nova Holandia, ubi terra Concordiæ & terra Nuitii terra Diemeni, nova Zelandia, terra Quiri, & terræ incognitæ, quæ protenduntur versùs auſtrum Africæ & terræ Ignium, quanquam multùm ab ipſis ſint diſſitæ.

¶ Terra Concordiæ, *t'land van Endracht* Batavis, *pais de Concorde* Gallis, pars eſt terræ Auſtralis & novæ Holandiæ. Vide Concordiæ regio.

¶ Terra Eſonis, *terre de Ieſo* ſeu *de Iedzo & Ieſſo*, regio eſt perampla inter Californiam inſulam Americæ ſeptentrionalis ad ortum & Tartariam Iaponiamque ad occaſum, nuper detecta versùs oram Auſtralem. Sed an ſit inſula aut continens non conſtat, quanquam luſtrata ſit à Batavis anno 1643. & ſequentibus. A quibuſdam coniungitur cum parte Boreali Iaponiæ ab aliis autem ab ea ſeparatur anguſto freto 15. mill. paſſ. Extenditur verò, uti narrant, ab ortu in occaſum per 3000. mill. paſſ. & ejus præcipua urbs eſt *Matſumay*, ſeu *Matſmay*, in provincia cognomine. Sed in illa regione nulla eſt colonia Europæorum & de ea pauca admodum dici poſſunt.

¶ Terra firma, *Terre ferme* Gallis, *Tierra firme* Hiſpanis, regio Americæ meridionalis, quæ duplex eſt, vel lata, vel ſtricta. Terra firma lata, alias Caſtella aurea dicta, complectitur provincias Terram firmam, Popayanum, novam Granatam, Pariam, novam Vandalitiam, & Gubernia Venezuelæ, ſanctæ Marthæ, fluvii Facis & Carthaginis novæ, quæ omnia ſubſunt Hiſpanis pro majori parte.

(*Terra firma in America urbes præcipuæ.*

Fanum S. Mariæ de Remediis, ſeu fluvius Facis, nueſtra Senora de Remedios, ò Rio de la Hacha.
Calium, Cali.
Carthago nova, nueva Carthagena.
Corum, Cori.
Fanum S. Fidei de Bogota, S. Fè de Bogota.
Fanum S. Marthæ, S. Marta.
Nova Corduba, *ſeu Comana*, Nueva Cordova, ò Cumana.
Panama, Panama.
Popaianum, Popaian.
Portus Belus, Puerto Belo.

¶ Terra firma autem ſtrictè ſumpta, *tierra Firme* vulgò dicta ab Hiſpanis, pars eſt parva Americæ meridionalis verùs Iſtmum Panamæ & inter ſinus Panamæ & Urabæ, ubi urbes præcipuæ Panama, *Panama*, & Portus Belus, ut aiunt, *Puerto Belo*, ſub Hiſpanis.

¶ Terra Ignium, *Tierra del Fuego* Hiſpanis, *terre de feu* Gallis, inſula eſt ampla Americæ merid. inter fretum Magellanicum & fretum Mæreum extenſa & primùm à Ferdinando Magellano detecta. Vide Ignium regio.

¶ Terra Laboris, *terra di Lavoro*, provincia regni Neapolitani, in ora maris Tyrrheni, ubi aliàs Campania felix cum parte Latii novi. Irrigatur Liri & Wlturno fluviis, & terminatur a ſeptentr. Aprutio, ab oriente comitatu Moliſino & Principatu ulteriori, a meridie Principatu citeriori, & ab occaſu mari Tyrrheno & Campania Romana. Tota admodum fertilis eſt & rigua. Provinciæ urbs primaria eſt Neapolis, *Napoli*, totius regni caput, & ampliſſima. Aliæ urbes præcipuæ ſunt Capua, *Capoa*, Surrentum, *Sorrento*, Cajeta, *Gaeta*, Puteoli, *Pozzuolo*, Nola, *Nola*, Sueſſa, *Seſſa*, Sora, *Sora*, & Venafrum, *Venafro*.

¶ Terra Magellanica, *la Megellanique*, regio eſt Americæ meridionalis, in ejus parte Auſtrali. Vide Magellanica.

¶ Terra Mauritii, *Mauriceland* Batavis, tractus Americæ Auſtralis, in parte occidentali terræ Ignium, juxta fretum Mæreum. Sic dicta fuit a Batavis anno 1616. in honorem Mauritii Principis Auraici.

¶ Terra Nova, *Isle de terre Nefve*, inſula Americæ ſeptentrionalis, in nova Francia, perampla & figuræ ferè triangularis, propè ſinum S. Laurentii, cum aliquot coloniis Francorum. Vide inſula terræ novæ.

¶ Terra nova, *terra Nova*, oppidum Siciliæ in Valle Neetina, in ora maris Africi, Ducatus titulo clarum Gentis Cordubæ, aliàs Gela dictum. Vide ibid.

¶ Ter-

¶ Terra Nuitii, *pais de Nuits*, pars eſt ampla terræ Auſtralis & novæ Holandiæ recens detecta. Vide Nuitii regio.

¶ Terra Papuorum ſeu Nigrorum, *terre des Papous*, regio ampla Aſiæ, in parte Auſtrali Oceani Indici, inter novam Guineam ad ortum & Moluccas inſulas ad occaſum. Hiſce ultimis temporibus detecta fuit, Batavis, ſed tantùm versùs oram littoralem & a multis creditur pars novæ Guineæ ei adjacentis.

¶ Terra Quiri, *pais de Quir*, pars eſt terræ Auſtralis versùs Meridionalem partem maris Pacifici. Vide Quiri regio.

¶ Terra Sancta, *la terre Sainte*, regio eſt Aſiæ, quæ aliàs Palæſtina & Judæa dicta fuit; eſtque pars Syriæ latè ſumptæ: & ſubeſt nunc dominio Turcarum. Terminatur ab occidente mari mediterraneo, ſeu Syriaco, a ſeptentrione Syria propria, & ab oriente ac meridie Arabia. Nunc ejus partes ſunt ſex, nempè pars regni Arabum trans Jordanem fluvium, Principatus Sidonis, *la Principautè de l' Emir de Saide*, Principatus Cæſareæ, *Principautè l' Emir de Caſair*, Præfectura Neapolis, *le Sangiacat de Naplouſe*, Præfectura Hieroſolymitana, *le Sangiacar de Hieruſalem*, & Præfectura Gazæ, aliàs Principatus, *le Sangiacat de Gaze*. Ejus præcipua urbs eſt Hieroſolyma, *Couts Xerif*, Turcis. Vide Palæſtina.

¶ terra Societatis, *terre de la Compagnie*, pars eſt ampla terræ Eſonis, in America Boreali, recens a Batavis detecta, versùs Statuum inſulam & fretum, *Vries* dictum & a quibuſdam creditur inſula.

¶ terra Viridis, *Groneland*, pars terræ Arcticæ, quæ aliter & ſæpiùs dicitur Gronelandia. Vide ibid.

¶ terraſſonium, *Terraſſon*, oppidum Galliæ, in Aquitania & provincia Petrocorienſi, ad Veſeram fluvium, in limite Lemovicenſi, 3. leucis infra Brivam Curretiam in occaſum, uti 5. a Tutela.

¶ terſa Leporia, *TersKoy Leporie*, una ex tribus partibus Lapponiæ Moſcoviticæ, maximè in ortum extenſa, inter Oceanum Septentrionalem & mare Album, ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ.

Ptol. terta, *Tinto* vel *Tirto* Moletio, *Tedia* aliis, oppidum Thraciæ, inter Sardicam ad occaſum & Philippopolim in ortum occurrens.

¶ tertiaria, *la Tercere*, inſula Oceani Atlantici, ſub Dominio Regis Portugalliæ & Aſſorum inſularum præcipua, quæ ab ea perſæpe dicuntur Tertiariæ. Media ferè eſt inter Africam et Americam ſeptentrionalem, & extenditur ab ortu in occaſum per 25. mill. paſſ. ſed non eſt æquè lata; & ejus præcipua urbs eſt Angra, in parte Auſtrali inſulæ, quæ cùm aliis Aſſoribus vulgò Africæ tribuitur, 90. mill. diſtat ab inſula S. Michaelis in occaſum, et 40. ab inſula Pici in ortum. Habet etiam arcem permunitam, quæ arx Sancti Philippi dicitur, *Fortaleza di S. Felippe*, prope Angram urbem.

3 L Ne. Tertona. Vide Dertona.

1 Ptol. terva, *Tauris*, teſte Leunclavio et Cruſio, urbs Mediæ Archiepiſcopalis et regia, quæ recentibus Taureſium ſeu Tabreſium et veteribus Ecbatana. Vide ibid. Sed Tarva apud Ptolemæum in Armenia eſt, non in Media. Vide Gerva.

¶ Tervana, *Terovenne*, urbs fuit Galliæ, in Arteſia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Remenſi, anteà Morinorum caput, ad Legiam fluvium. Capta fuit a Carolo V. anno 1552. et ſolo æquata in odium Gallorum. Una leuca cum dimidia diſtat ab Aria in occaſum, 2. ab Audomaropoli in meridiem, et 6. a Bolania in ortum, ſubeſtque dominio Regis Franciæ. Sed paucis nunc conſtat incolis ex quo diruta fuit.

¶ terulum, *Teruel*, urbs Hiſpaniæ, in Aragonia, epiſcop. ſub Archiep. Cæſarauguſtano, ad Turiam fluvium, ubi recipit Alhambram, 5. leucis diſtat a Lobeto in ortum, uti a confinio Caſtellæ novæ, Dertuſam versùs 24. et 18. a Valentia in Boream.

¶ teſchina, *Teſchen*, urbs parva Germaniæ, Ducatus cognominis caput, in Sileſia, propè confinia Moraviæ, ad Elſam fluvium, 4. mill. Germanicis a confinio Poloniæ ſuperioris in occaſum, et ferè 7. ſupra Ratiboriam in meridiem.

¶ teſſeta, *Teſſet*, regio Africæ, in parte occid. Biledulgeridiæ, cum urbe primaria cognomine. Eſt autem extenſa inter regnum Marochi ad Boream, Oceanum occidentalem, ſeu Atlanticum ad occaſum, Darham et Segelmeſſam ad ortum, et Zanhagam deſertum ad meridiem.

Teſſuinum, *Muro Traſſino*, teſte Blondo, oppidum Piceni, in finibus Aprutii, apud Truentum fluvium, ab Aſculo 6. mill. paſſ. in auſtrum, Offidæ propinquum. Sed neque hoc, neque illud apud Plinium me legiſſe memini. (Apud Plinium Albulates, Suinum, inter Piceni flumina numerantur: hic forſan Albula Teſſuinum legit. Plin.

Teſtaceus mons Romæ inter Aventinum & ædem D. Gregorii, haud procul à Circo maximo, ſic dictus à teſtis vaſorum fractis, & in eum locum comportatis; vulgò etiam *Monte Teſtaccio*.

¶ Teſtaceus mons, ſeu Doliolum, Romæ eſt, inter montem Aventinum, Tiberim fluvium & Portam Oſtienſem, ſeu S. Pauli. Sed ſatis diſtat ab æde D. Gregorii & à Circi maximi ruderibus.

¶ Teteguina, ſeu Tetuanum, *Tetuan*, urbs munita Africæ, in parte Boreali regni Fezzæ, & in Habata provincia, cum portu in ora maris Mediterranei, propè fretum Herculeum. 25. mill. paſſ. tantùm diſtat à Septa in Eurum.

Tetrapolis, regio Syriæ, in qua ſunt 4. urbes, à Seleuco Strab. Rege conditæ, quæ ſorores appellantur; Anthiochia à patre Seleucia à ſe, Apamia ab uxore, & Laodicæa à matre nominatę. In Theſauro Linguæ Latinæ Tetrapolis appellatur Antiochia regio, cum ſit una ex 4. illius urbibus. Tetrapolis item locus Atticæ 4. oppidis conſtans Oenoe, Probalintho, Tricorytho, Marathone, teſte Stephano.

Tetricus mons, *Monte S. Giovanni*, & *Monte Nero*, Vi. Se. mons Sabinorum aſperrimus, qui Tetrica rupes à Varrone nominatur in tres diviſus; quorum unus *Monte di S. Giovanni*, alter verò *Monte Severo*, reliquus *Monte Nero* dicitur. Quanquam Mons Severus à Tetrico apud Virg. diverſus videtur lib. 7. Æneid.

Qui Tetricæ horrentes rupes, montemque Severum,
Caſperiamque colunt, Foruloſque & flumen Himellæ. Ptol.

* Tetus, *Trieu*, teſte Bertrando Argentræo, ſeu *Coeſnon*, teſte Cœnali, fluvius Galliæ Celticæ, per Britanniam minorem fluens. (* In manuſcripto Seldeni *Titos*.)

¶ Teucera, *Tieure*, vicus Galliæ Belgicæ, in Ambianorum finibus, ad Altiliam fluvium, hodie in Arteſia provincia, ſed in ipſo limite Picardiæ, una leuca ſupra Dulendium in ortum.

Teucheira, urbs Cyrenaicæ maritima, (vide Arſinoe, Mar. nam eſt eadem ac illa) *Toacara*. Non Taucheira, ut legit Strab. Stephanus.

Teucri apud Poetas Trojani appellantur. Ovid. 1. Triſtium:

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Idem 13. Metamorph.

Inde recordati Teucros a ſanguine Teucri.

Virg. lib. 1. Æneidos:

Solvite corde metum Teucri, ſecludite curas.

Teuderium, *Paderborn*, teſte Petro Appiano, urbs Ger- Ptol. maniæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Magontino, in Weſtphalia, inter Lupiam ad occaſum 4. & Brachelam ad ortum 3. leucis, à Monaſterio 10. in ortum & Eurum, Caſellam versùs ferè 8. Padeburna Lat. recenti, à fonte nomen habens, à Lengovia 4. in auſtrum recedens.

¶ Teuderium oppidum fuit Eburonum in Germania inferiori, quod hodie Cluverio teſte, eſt *Tudder*, vicus Juliacenſis Ducatus, ad amnem *Robeke*, propè Sitardum oppidum 6. mill. paſſ. à Moſa fluvio diſtans in ortum, Juliacum versùs 23. Vide Theudurum.

¶ Teviotia, *Tivedall*, provincia Scotiæ meridionalis, in ipſo limite Angliæ, & juxta fluvium Teviotam, ac inter Marchiam & Tuediam provincias Scotię ad Boream, & Northumbriam provinciam Angliæ in meridiem. Ibi Jedburgum & Roſburgum oppida.

Teumeſſus, mons Bœotiæ, (vide Theumeſius) ubi Strab. Hercules Theumeſium leonem adhuc puer occidiſſe tra- Pauſ. ditur. Hinc Theumeſius, a, um, nomen gentis & Teumeſii accolæ ejuſdem montis. Statius lib. 2. Thebaidos:

Non alias tacita juvenis Teumeſius iras
Mente acuit.

Teuriochæmæ, *Thuringer*, teſte Peucero, populi Ger- Ptol. maniæ, quorum regio Turingia, teſte etiam Stella nominatur.

Teurnia, *Rachſtadt*, teſte Lazio, oppidum Norici, in ditione Salisburgenſi, à Salisburgo 12. leucis in ortum, à Vitopoli urbe Carinthiæ 8. in Boream. Sed Pirchaimero eſt *Pernavv*, oppidum apud lacum Chiemenſem, à Saliſ-

burgo 8. leucis in occaſum. Hoc alii Latinè Berunum dici volunt.

¶ Teurnia, oppidum Norici Mediterranei, hodie, teſte Cluverio, eſt *Villach*, oppidum amplum ad Dravum fluvium, ubi recipit Geylam, in Crinthia ſuperiori, ſed in ditione Epiſcopi Bambergenſis, 4. milliaribus Germanicis ſupra Clagenſurtum in occaſum, & 6. a Gurchio in meridiem.

¶ Teuſara, *Teuſara* ſeu *Biledulgerid*, urbs Africæ in regione Biledulgeridia propria et in confinio Tunetani regni, vix 60. mill. paſſ. a Tebeſſa in Eurum.

Teuthrania, *Tripoli* Theveto & Moletio, urbs Paphlagoniæ, apud Carambim promontorium. Aliis *Tribicelli* indigitatur. Eſt autem Teuthrania inter Cytorum ad occaſum, & Carambim ad ortum. Hinc Teuthranius, & Teuthrantius nomen gentis. Ovid. lib. 2. triſtium:

Forſitan, ut quondam Teuthrantia *regna tenenti,*
Sic mihi res eadem vulnus opemque feret.

Stephanus Teuthraniam à Teuthrante dictam urbem Myſiæ, non Paphlagoniæ, facit.

Teuthrone, *Scopia*, teſte Nigro, oppidum Laconicæ maritimum, inter Tænarium ad occaſum & Gythium ad ortum.

Teutobergenſis ſaltus, *Teuteberg*, ſylva Germaniæ, in Weſtphalia, inter Amaſium, & Lupiam fluvios, apud *Falckenburg* arcem, inter Monaſterium, & paderburnam.

¶ Teutoburgium, *Dietmelè*, oppidum Germaniæ, in VVeſtphalia & in Lemgovienſi agro, ubi antiquitus Chaſſuarii populi: non procul ab eo ſaltus Teutoburgenſi, ubi cæſus Quintilius Varus cum tribus Romanis Legionibus ſub Auguſto Cæſare, prope fontes Amaſis & Luppiæ fluviorum, & 12. mill. paſſ. à Paderborna in Boream, teſte Cluverio.

Teutoburgium, *Draſar*, teſte Lazio, aliis *Erdevvdy* & *Senna Erdet*, oppidum proximum, urbs olim, nunc pagus Pannoniæ ſuperioris, ad Drai cum Danubio confluentiam, à Buda 22. leucis in Euronotum. Alii, Latio etiam conſentiente, *FunfKirchen*, ideſt, Quinque Eccleſias, illam indigitant: et ſunt qui *Ezech* eſſe putent ad Draum, à quinque Eccleſiis 7. leucis in Eurum. Sed prior interpretatio verior.

¶ Teutoburgium, urbs aliàs Pannoniæ inferioris, nunc caſtrum *Erdevvdy* dictum, in inſula Danubii ubi recipit Dravum fluvium, in Comitatu Bodroghienſi, & Hungaria inferiori 15. mill. paſſ. a Murſa in ortum et 55. ſupra Belgradum in Circium.

Teutoburgium alterum, *Doesburg*, quaſi Druſiburgum, oppidum Germaniæ inferioris in Geldria, ad Foſſam Rheni Druſianam, ubi Aliſo fluvius excipitur, inter Noviomagum ad occaſum & Zutphenum ad ortum quaſi 3. leucis, Arenaco propius, & Doeteco. Dicitur & Arx Druſiana.

Teutoni, Teutones Ptolemæo, Theutoni Melæ, populi Germaniæ, mare Germanicum apud Cimbros incolentes, *Teutſch* vulgò, *Todeſchi* Italis. Hos Oſterlingos vocat Ortelius. Quanquam hodie Teutoni omnes Germani vocantur. Hinc Teutonius nomen gentis & Teutonicus. Virg. lib. 7. AEneid.

Teutonico ritu ſoliti torquere catejas.

Claud. in Eutropium lib. 1.

Teutonicus vomer P renaique juvenci.
Sudavere mihi.

Lucanus lib. 6.

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

¶ Teutoni, populi fuere Germaniæ prope Cimbros, incolentes inſulas Fioniam & Selandiam, a quibus dicti poſteà Germani, vulgò *Teutiſch* ipſis & *Allemands* Gallis. *Oſterlings* autem dicuntur mercatores urbium Hanzeaticarum, qui in Flandria degunt.

Teutria, *S. Domino*, vel *S. Demo*, inſula una Diomedearum (quarum major & prima Tremetus, vulgò *S. Maria di Tremiti*) Apuliæ Dauniæ adjacentium. Vide Diomedeæ. Apud Plinium Diomedea, & Teutria nominatur.

Texali, populi Albionis in ora Scotiæ orientali, quorum urbs Devana (vide ibid. & Aberdonia.) Vide Taizali; quos quidam cum Texalis confundunt.

¶ Texelia, *Texel*, inſula Holandiæ ſeptentrionalis in Oceano Germanico, prope oſtium ſinus Auſtralis, *Zuyderzèe* dicti, cum arce permunita, in ora meridionali, & portu capaciſſimo, vix 3. mill. paſſ. ab ora ſeptentrionali Holandiæ, & 24. ab Alcmaria in Boream. In ea inſula ſunt quinque vici ſeu caſtra, & aggeribus munitur contra Oceani furias.

¶ Teydera, *Teyder* fluvius Livoniæ, in Litlandia provincia. Adzelam, Volmariam, & Segevoldiam urbes illius provinciæ rigat, & deinde in ſinum Rigenſem ſe exonerat, 12. mill. paſſ. ab oſtio Dunæ in Boream, ut 17. à Riga urbe.

Thabatha, pagus Palæſtinæ, à Gaza urbe 5. mill. p. *Sozo.*
in auſtrum diſtans, patria S. Hilarionis Abbatis, teſte D. Hieronymo, Thabaſa, ut videtur Calliſto; ſed 15. ſtadiis tantùm à Gaza recedens.

Thabenna, Thabba Ptolemæo, urbs Africæ mediterranea, cuius meminit Poſidonius in vita S. Auguſtini.

Thabor, T*abor*, adhuc vulgò dictus, mons Palæſti- *Bibl.*
næ, in Galilæa apud campum Eſdrelon, a Nazareth ad 6. mill. paſſ. in ortum diſtans, à Naim 5. in Boream. Alter eſt in Tribu Nephthali versùs Dan. Eſt & Thabor urbs Bohemiæ, & Thaboria dicta, valde munita, in colle, inter Pragam 11. & Budoviſſam 6. leucis. De ea lib. 5. Itinerarii:

Qua jacet Huſſitis urbs olim condita Thabor.

¶ Thabor, ſeu Taborum, *Tabor*, ſeu, ut ſcribunt ejus cives, *Hradſtie Hori Tabor*, hoc eſt, caſtrum montis Tabor, ab Huſſi diſcipulis caſtrum conditum, qui inde Taboritæ aliquando dicti ſunt; urbs eſt Bohemiæ propriæ, in Brechinenſi circulo, ad amnem *Lauznicz*, 6. milliaribus Germanicis à Budoviſſa in Boream, & 11. à praga in meridiem in ejus viciniis, & prope Janovitium caſtrum anno 1645. Auſtriaci grandi clade affecti fuereà Svecis, Duce Leonardo Torſtenſonio.

Thabraca, Tabracha plinio, Tabraca Melæ. Vide ibid. *Ptol.*

Thæma, *Theama*, etiam hodie in tabulis recentibus, urbs Arabiæ felicis mediterranea, inter Omanum, & oram ſinus Arabici, à Sabæis in occaſum recedens.

Thæman vel Theman, urbs in terra Edom, apud Pe- *Ptol.*
tram deſerti, inter montes Hor & Seir; unde Eliphaz Themanites inter Jobamicos. Cujus loci in libro Prophetarum fit mentio.

Thæna, Thenæ ptolemæo, Theænæ Plinio & Antonino, urbs olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, Africæ maritima, ad Syrtis parvæ initium, media inter Uſulam ad occaſum, & Macomadas ad ortum 28. mill. p. à Carthagine 217. Leptim magnam versùs 439. apud Antoninum, à Tacapis 56. in occaſum recedens. Hac tempeſtate jacens, haud memoratur à ſcriptoribus hujus temporis.

¶ Thæna, ſeu Thenæ, urbs fuit Africæ, in Byzacena regione, in ora littorali maris Mediterranei, & Syrtis parvæ, inter Uſillam ad Boream, & Macomades ad meridiem, 56. mill. paſſ. a Tacapis in Boream, 160. à Carthagine in Eurum & 360. a Lepti magna in occaſum. Eius rudera viſuntur prope *Caſar Cetona*, vicum regni Tunetani.

Thagaſta. Vide Tagaſte, & Tagaſtenſe caſtrum.

Thagura, Tagura Victori Uticenſi, urbs Africæ olim epiſcopalis, in Numidia, nomen adhuc antiquum retinens, inter Siccam Veneriam 50. & Tipaſam in occaſum 34. mill. paſſ. à Cirta 117. in ortum ex Itinerario Antonini.

Thaiphali, populi Scythiæ Europææ, circa Hieraſum *I. No.*
fluvium, a Trajano Imperatore victi, teſte Aurelio Victore. Taifali quoque legitur. *Zoſi.*

¶ Thala, Africæ propriæ urbs, teſtibus Tacito & Strabone.

Thalame, *Calamata* Gemiſto, *Baſilopotamo* vulgò vel *Vaſilipotamo*, teſte Nigro, oppidum Laconicæ mediterraneum, Gereniæ finitimum, apud Eurotam fluvium, Theramne Plinio & Therapnæ Solino, & Melæ dici videtur, *Borboliza* vulgò Moletio & aliis.

Thaliſamus, pagus Meſopotamiæ, apud Amidam urbem, ab ea 40. ſtadiis diſtans, teſte Procopio.

Thaluda, *Tagazza*, teſte Marmolio, de nomine urbis *Ptol.*
quam alluit, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, inter Jagath ad occaſum, apud Abylam columnam Herculis & Oleaſtrum promontorium ad ortum, apud illud mari exceptus. Sed, teſte Moletio, T*aſanol* dicitur.

¶ Thamar, Arabiæ felicis urbs, teſte Plinio.

¶ Thamarita, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, teſte Ptolemæo.

Thamarus, T*amaro*, teſte Mazzella, fluvius Samni, ex *Ant.*
Apennino monte per Sæpinum in Calorem paulò ſupra Beneventum influens, in auſtrumque decurrens.

Cæſ. Oroſ. Thameſis, fluvius Albionis, per Londinium regiam Angliæ fluens. Vide Tameſis. De eo Pontanus libro 5. Uraniæ:

Erigit è rigis Thameſis caput, erigit ingens
Albis.

Ptol. * Thamiſſa, *Tamacrati*, ut aliquibus videtur, urbs Africæ littorialis, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, Uticæ proxima, inde in occaſum, Tabracam versùs diſtans, (* Forſan pro Thiniſſa ita poſita.)

Bibl. Thammata, Thamata libro Notitiarum, *Timia* hodie, teſte Beniamin Tudelenſi, oppidum Palæſtinæ mediterraneum, in Arabiæ petrææ confinio.

Thamnath, oppidum in Tribu Dan, inter Modin, & Emmaum, Arimathiæ proximum, ac Nibe.

Sol. Thanatos, Tanetos Bedæ, *Tenet*, inſula Albionis Cantio adiacens, apud oſtia Thameſis fluvii, *Ynis Rhuochym* Britannicè, teſte Lhuydo. Serpentes non gignit, & aliunde illatos necat, teſte Solino. Continenti penè iuncta, longa & lata 9. mill. paſſ. ſic dicta à ſerpentum morte, quaſi Thanatos. Vide Tanetos.

¶ Thanatos, *Thanet*, ſeu *The Yle of Thanet*, inſula eſt parva Angliæ, in Cantio provincia, ſeu potiùs ipſius pars, cùm ab ipſa ſeparetur tantùm fluvio Stura in duas partes ſecto. In ea ſunt tantùm decem parrochiæ; & eius maxima longitudo ab ortu in occaſum eſt 6. mill. Anglicorum, latitudo autem eſt 4. Sed 15. mill. ſimilibus diſtat ab æſtuario Tameſis in ortum.

Thapſacum, (Vide Tapſacum) urbs Meſopotamiæ, inter Zeugma ad occaſum 2000. & Tigrim fluvium in ortum 2400. ſtadiis ex Strabone, ad Euphratem fluvium, à montibus Armeniæ 1200. ſtadiis ex ſententia Hipparchi Strabone referente, à Babylone 4800. ſtadiis in occidentem ex Eratoſthene.

Liv. Strab. Plin. & al. Thapſus, oppidum Africæ maritimum, inter Hadrumetum ad occidentem & Rhuſpas ad ortum, (Eſt & peninſula Siciliæ apud Syracuſas. Vide Tapſus) a littore 10. ſtadiis diſtans.

¶ Thar, Arabiæ felicis urbs apud Ptolemæum, Ithar verò apud Interpretes.

Bibl. Tharſis, oppidum ſeu locus erat Comagenes, à Samoſatis 13. mill. paſſ. diſtans.

Ant. Tharſis item in ſacris litteris memorata, Tarſus eſt, teſte Joſepho, urbs Ciliciæ præcipua. Vide ibid.

Strab. Plin. Mel. Thaſſus & Thaſſos, Thaſos Xenophonti, & Thucydidi, (cum oppido cognomine à pariis condito, teſte Strabone) *Taſſo* etiam vulgò, teſte Sophiano inſula maris Ægæi, oræ Thraciæ inter oſtia Neſti, & Strymonis fluminum adjacens, Lemno inſulæ proxima, inter illam 5. & Abderam urbem 20. mill. paſſ. ab Atho monte 62. in ortum, ab oſtio Neſſi 5. circuitu 40. Teſte Bordonio. Statius 5. Thebaidos:

Et Paros & nemoroſa Thaſos, crebræque relucent
Cyclades.

Hinc Thaſius nomen gentis. Virgilius lib. 2. Georgicorum:

Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides uvæ.

Thaſſium vinum apud Plautum in Pœnulo laudatur, uti Leucabium, Lesbium, & Chium. Thaſſus ſive Thaſus aurea quondam dicta, ob auri quod ibi effodiebatur maximam copiam; miræ fertilitatis commendatur à Zenodoto, qui ſcribit Calliſtratum Oratorem Athenienſibus perſuadere conatum, ut regionem illam occuparent, tanquam feraciſſimam, & quæ auri etiam venas haberet; qui tandem orationem concludens, dixit, *ſumma Thaſſus bonorum* eſt. Quod in proverbium receptum eſt de bonis ſplendidis, quæ quis pollicetur. Thaſium vinum laudatiſſimum quoque eſt apud Apulejum apologia 1. unde prodiit adagium, *Thaſium infudiſti*, ubi quis vinum temperat non aqua, ſed alio vino potentiore; ex Ariſtophane in Plutone. Hic marmor vario colore & auri venis reſperſum.

¶ Thaſſus inſula eſt Thraciæ in mari Aegæo, prope oſtia Neſſi fluvii & versùs Strymonicum ſinum ſed 60. mill. paſſ. ab oſtiis Strymonis fluvii diſtat in ortum, 8. ab Abdera in meridiem, 40. à Lemno inſula in Boream & 30. ab Atho promontorio. Extenditur autem per 15. mill. paſſ. ab ortu in occaſum.

Hom. Plin. Liv. Steph. Thaumacia, urbs gemina Theſſaliæ maritima, una in Magneſia, altera in Phthiotide, ad ſinum Maliacum, teſte Strabone, cui Thaumacus eſt, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, *Thamaco* vulgò dicta, Thebis Phthioticis finitima. Thaumaci à Tito Livio lib. 6. decad. 4. numero plurali dicitur; eſtque inter Pylas, ſeu Thermopylas, & Lamiam ſic dicta, quòd ſitus illius expugnatu difficillimus, quaſi miraculoſus ſit.

Theanum, (vide Teanum) urbs Campaniæ.

Theate. Vide Teate.

Theatrum Cornelii Balbi apud circum Flaminium. Ovid. de arte amandi lib. 3.

Viſite conſpicuis terna theatra locis.

Theatrum Marcelli Romæ, ubi palatium Savellæ familiæ, ubi erat templum Pietatis & porticus Octaviæ, Theatrum Statilii Tauri erat ante ædem S. Crucis in Hieruſalem, ſive ubi nunc eadem ædes eſt, apud templum Veneris.

Theatrum Pompeii, ubi palatium Urſinorum in campo Floris. Theatra etiam plura extra urbem fuere. Fidenis, ubi theatro corruente 20000. hominum interiere, ut Svetonius auctor eſt. Hiſpelli in Umbria. Adhuc reliquiæ theatri extra urbem ſecus viam conſpiciuntur. Caſini in Latio, & Minturnis eius apparent veſtigia. Veronæ ingens theatrum ferè integrum eſt, quod vulgò *l' Arena di Verona* nominatur. Præneſte præterea, Spoleti, Vincentiæ, & Polæ in Hiſtria, & alibi fuere Nemauſi in Gallia, inter alia antiquitatis monumenta, etiam theatri nobilis veſtigia apparent. Toloſæ item, & Arelati ſunt antiqua theatra. In Hiſpania quoque fuere theatra haud contemnenda, præſertim Tarracone, & Sagunti. In Thracia Perinthi ampliſſimum erat amphitheatrum.

Theava, *Tivlea*, teſte Morali, & aliis, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Ilercaonum, apud Carthaginem veterem & Iberum fluvium, in Aragoniæ & Catalauniæ confinio, nunc pagus. Ptol.

Thebæ, urbs multiplex. Una Ægypti, 140. ſtadiis ambitu patens, Thebaidis regionis caput, & metropolis, ad Nilum, quondam clariſſima, & ampliſſima, Hecatompylos à 100. portis dicta & Dioſpolis, teſte Strabone, inter Memphim ad Boream 100. & Syenen ad auſtrum 60. ſchœnis, hoc eſt, 150. mill. paſſ. à Copto 44. nunc jacens & *Theves* adhuc, teſte Joanne Leone Africano, dicta. Has Cornelius Gallus, Poeta inſignis, Virgilii & Ovidii contemporaneus, Ægypto ab Auguſto cui charus fuit præfectus, exſpoliavit. Quare de repetundis accuſatus & à domo Auguſti excluſus, ferro ſibi mortem attulit, inviſus omnibus ob maledicentiam, teſte Ammiano Marcellino & Svetonio. De eo Ovid. lib. 2. triſtium: Steph. Plin. Tac. & al.

Non fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo;
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

Altera Bœotiæ, urbs archiepiſcopalis ad Aſopum & Iſmenum flumina, ac regionis quondam primaria, & ipſa hoc tempore jacens, *Tiva* Sophiano, & *Stives*, & *Stibes* aliis nominata, à Cadmo, teſte Iſidoro, condita, ab Athenis 40. in Boream, à Chalcide 24. in occaſum, ab Oropo 36. mill. paſſ. In hac hirundines non nidificant, ſicuti Athenis cornices non videntur, teſte Plinio. Tertia Phthiotidis, in Theſſalia, ad ſinum Maliacum, olim epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, nunc archiepiſcopalis, ſeu metropolis; vulgò *Ziton*, à Lariſſa urbe Theſſaliæ 300. ſtadiis in auſtrum, teſte Polybio. Populi Thebæi & Thebani. Apud Thebas Amphiaraus vates pugnans, ſubito terræ hiatu cum curru abſorptus eſt. Propertius lib. 2. elegia ultima:

Non non Amphiaraeæ tibi fata quadrigæ.

De Thebis Bœotiæ Ovid. lib. 15. metamorph.

Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?

Virg. lib. 4. Æneidos:

Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.

Hinc Thebanus nomen gentis. Virg. lib. 9. AEneidos:

Thebana de matre; nothum Sarpedonis alti.

Aoniæ etiam apud Ovid. lib. 7. Metamorph. dicuntur Thebæ Bœotiæ.

Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis.

¶ Thebæ, urbs AEgypti ſuperioris, Thebaidis caput, hodie *Minio* dicitur, teſte Sanſone; eſtque præfecturæ, ſeu Caſſifatus cognominis caput, ſed paucis conſtat incolis, ſub dominio Turcarum.

¶ Thebæ Bœotiæ, hodie *Stives* dicta, ſedet ad Iſmenum fluvium, aliquot milliaribus diſtans ab Aſopo in Boream. Ejus arx Cadmæa dicta fuit, nunc autem in vicum redacta, paucis conſtat incolis; ſub dominio Turcarum, 50. mill. paſſ. diſtans ab Athenis, 30. à Chalcide, & 50. ab Oropo in occaſum.

Thebæ item Lucaniæ cognomine, *li Luzzi*, oppidum Brutiorum mediterraneum, in Calabria citeriori, apud Crathim fluvium, Acræ oppido finitimum, ab eo 8. mill. paſſ. Plin.

paſſ. Conſentiam verſùs inter illam & Beſidianum. Sunt & Thebæ Saxonicæ *Dieben*, oppidum inter Vitebergam, & Lipſiam à Viteberga 4. leucis (*in meridiem.*)

Thebais, fluvius Lydiæ, Tralles urbem alluens. Regio quoque Ægypti, in qua Thebæ urbs centum olim conſtans portis. Statius 2. ſylvarum carm. 2.

Thebais, & Getici tibi cedat gloria plectri.

Ubi Thebais patronymicum eſt.

Thebe, oppidum multiplex: unum Throadis, apud Trojam, quod nunc *Atramitin* appellari ſcribit Joannes Lydus. Sed Thebæ hæc in agro Adramyttino jacet ab Achille prorsùs, unà cum Lyrneſſo everſa, teſte Homero Iliade 2.

Lyrneſſum evertens, evertens mœnia Thebæ.

Alterum in Lycia apud Lyrneſſum, teſte Strabone. Aliud erat in ora Phrygiæ apud Cillam & Chryſen (idem forſan cum primo.) Fuit & Thebe urbs Ciliciæ epiſc. ſub Archiepiſc. Tarſenſi ex libris Conciliorum. Thebe etiam numero ſingulari, Thebæ Bœotiæ dicuntur. Ovid. lib. 3. amorum elegia 6.

Quid referam Aſopon, quem cepit Martia Thebe,
Natarum Thebe quinque futura parens?

Thebeſte, *Thebeſca*, urbs Africæ mediterranea. Vide Tebeſta.

Thecue, oppidum fuit Palæſtinæ, in Judæa apud Herodium, à Bethleem 7. mill. paſſ. diſtans, teſte Rufino Aquileienſi, ab Hieroſolymis 12. ubi paſcua plura, inter Hieroſolymam & mare mortuum.

Thelba, appidum Meſopotamiæ, quod Niger *Bachdad* indigitat; ſed hoc aliis eſt Babylon, quæ *Bagdet* ab aliis appellatur.

Thelis, *Tel* Olivario, fluvius Galliæ Narbonenſis. Vide Ruſcino, nam idem putatur.

¶ Thelis, fluvius Galliæ Narbonenſis, hodie *Egli* dicitur, teſtibus Sanſone & Brietio. Oritur in Occitania ex Pyrenæis montibus deinde auctus aliquot fluviis, per Comitatum Ruſcinonenſem fluit, & ibi in mare mediterraneum labitur 50. mill. paſſ. ab oſtiis Ruſcinonis fluvii in Boream. Parvus eſt, ſed ubi crevit, perſævus.

Thelonus, fluvius Latii, idem quod Liris, teſte Petrio Marſo, ſeu non longè fluens ex finibus Marſorum, Liriq; congrediens. Apud illum Hutilium cum 7. mill. Hom. à Marſis captum ſcribit Oroſius.

Thelſea, Thalſea libro Notitiæ, oppidum Cœleſyriæ, in Phœniciæ confiniis, a Damaſco 24. mill. paſſ. in Boream diſtans, ubi S. Samona vixit.

Teman, locus ſeu urbs Arabiæ, in Cœleſyriæ confinio, ſeu in terra Edon, Petræ proxima; unde nomen gentis The manites. Erat hic locus finitimus * Suſit, medius ferè inter Hieroſolymam & Damaſcum, (* Suitæ forſan.)

Themis, *Theme*, vel *Temde*, fluvius Albionis in Angliæ & Walliæ confinio fluens; atque in Sabrinam immittens apud Vigorniam urbem.

¶ Themis, Africæ propriæ oppidum, teſte Ptolemæo.

Themiſcyra, *Lirio*, teſte Nigro, & *Fanagoria*, teſte Pineto, (eo quòd in Phanagoria ſit, quæ teſte Strabone. Themiſcyra dicitur, unà cum fluvio, qui in Irim labitur) urbs Cappadociæ maritima, apud oſtia Iridis fluvii (à quo nunc nomen accipit vulgare) in Ponti Galatici & Polemoniaci confinio, olim epiſc. ſub Archiep. Amaſeno. Aliis *Temir*, & *Temiſera* vulgò dicitur, apud Thermodoontem fluvium. Ejus meminit Orpheus:

Longa Themyſires regio & Beantidos ora.

Themiſonium, regio Phrygiæ magnæ & urbs ejuſdem, cujus populi Themiſoni Ptolemæo dicuntur, à Ciberis parum in occaſum diſtantes, ubi Sanis & Pylaceum oppida propinqua.

Thene, urbs Africæ maritima. Vide Thæna. Fuit & oppidum Cretæ apud Gnoſſum urbem, teſte Callimacho. Stephano Thennæ.

¶ Theocicuria, *Tevvkesburye*, oppidum amplum Angliæ, in Glocéſtriæ Comitatu, ad Sabinam fluvium, ubi recipit Avoniam; eſtque in ipſo limite Comitatus Vigorniæ. 12. mill. Anglicis à Vigornia in meridiem Gloceſtriam versùs. Notum eſt prælio anni 1471. Lancaſtrenſi familiæ funeſto, in quo ita eorum res exciſa ſpeſque attenuata ſublato Eduardo Henrici VI. filio unico, ut jam inde contra Eduardum IV. ſigna non extulerint.

Theode, *Gomera*, una ex inſulis Fortunatis in Africa & in Oceano Atlantico, inter Nivariam ad ortum & Pluvialem ad occaſum. Satis parva eſt, & cum urbe cognomine, ſub Hiſpanis.

Theodonis villa, *Thionville* Gallis, *Dietenhoffen* Germanis, oppidum Galliæ Belgicæ, in Ducatu Lucemburgenſi, juxta Lotharingiæ fines, inter Metas ad Meridiem & Lucemburgum ad Boream 4. leucis, a Treviris 9. Vide Divodurum. *Regi. & al.*

¶ Theodonis villa *Diedenhoven* Germanis, *Tionvilla* Italis, urbs eſt permunita Belgii, ad Moſellam fluvium, 9. leucis à Treviris in meridiem, Metas ſeu Divodurum versùs; fuitque fortiter expugnata à Gallis anno 1643. quibus poſtea remanſit pace ad Pyrenæos confecta, cum antea ſubeſſet Hiſpanis; plurieſque alias capta fuerat à Gallis) ſed poſtea reddita. Ibi erat frequens receſſus Caroli magni Imperatoris.

Theodorias, urbs Phrygiæ magnæ. Vide Laodicea, nam eadem eſt. *L. Con.*

Theodoropolis, antea Euchania ſeu Eucaita, urbs Thraciæ, à Juſtiniano Imperatore condita, apud Byzantium, ſeu (ut alii ſcribunt) in Thraciæ & Myſiæ confinio, apud Doroſturum. Niſi potiùs in Paphlagonia ſit, ubi D. Theodorus martyr paſſus eſt; ibi enim Eucaita mons. Vide Zonaram lib. 3. *Prec.*

Theodoſia, Theudoſia Appiano, Polyæno & Stephano, *Caffa* Italis, *Coſo*, vel *Coſe* Turcis, teſtæ Leunclavio, urbs Tauricæ Cherſoneſi archiepiſcopalis, præclara, & Satrapæ Turcarum ſedes, inter Cherſoneſum urbem ad occaſum 165. & Panticapæum ad ortum 35. mill. paſſ. à Byzantio 470. mari recta navigatione in Boream, olim Genuenſium colonia, a Maumethe II. Turcarum Imperatore capta. *Strab.*

¶ Theodoſia, urbs Tauricæ Cherſoneſi & regni Boſphorani, ad oſtia Iſtriani fluvii. Hodie *Caffa* creditur urbs Tartariæ minoris caput, cum portu in ora Ponti Euxini, 140. mill. paſſ. à Cherſoneſo in ortum & 70. a Panticapæo, 400. autem à Byzantio, ſub dominio Turcarum, Guillelmus Sanſon tamen exiſtimant Theodoſiam nunc Tusba dici, & *Caffa* fuiſſe aliàs Cavum, ubi Tauro-Scytharum portus, quòd crevit ex ruinis Theodoſiæ, a qua 30. mill. paſſ. diſtat in occaſum; quod ſatis probabile eſt & ex nominis alluſione.

Theodoſia, *Totia* Caſtaldo, *Cangria*, teſte Leunclavio, urbs Paphlagoniæ archiepiſcopalis & metropolis, Gangrorum cognominata ad alterius diſcrimen. Vide Gangra. *I. Con.*

Theodoſiopolis, urbs Thraciæ archiepiſcopalis. Vide Apros; quæ Theodoſiopolis in Theodoſii Imperatoris honorem dicta eſt.

Theodoſiopolis altera, *Eſdron* (ſive aliis *Erzerum*) teſte Petro Gyllio, urbs Armeniæ majoris archiepiſcopalis, ſub Patriarca Antiocheno, ad Euphratem fluvium. Eſt & urbs Phrygiæ Pacatianæ, in Meſopotamia, in Syria ex libris Conciliorum & alia in Jonia epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Epheſino, priùs Peperine. Vide ibid. *I. Con.*

¶ Theomus, *Theomy*, lacus Americæ ſeptentrionalis, in Florida regione, & in regno Apalacitarum versùs Boream; eſtque valde extenſus & magni circuitus, teſte Briſtochio.

Theon ochema, id eſt, Deorum currus, jugum montis ſemper ardentis in Æthiopia, ſeu Libya interiori, in ora occidua, apud Ptolemæum. *Plin. Ptol.*

Theopolis appellata eſt Antiochia magna urbs Syriæ ad Orontem fluvium, à Juſtiniano Imperatore, id eſt, urbs Dei, poſt ingentem terræ motum ſervata, teſte Stephano. *Mel. Proc. Cali.*

Theorodunum, vel Theodorodunum, urbs Albionis (poſtea Mellæ *Wellës*) epiſcopalis, in Angliæ & Cornubiæ confinio, Wellæ à fontibus dicta, (vide ibid.) Bathoniæ urbi contermina; unde epiſcopatus utriuſque in unum coaluere. *Scrip. Brit.*

¶ Theorodunum, *Wells* urbs aliàs Belgarum, nunc Angliæ & Somerſetenſis Comitatus, ita dicta à fontibus qui paſſim in ipſa ſcaturiunt, unde & Fontanenſis Eccleſia hæc vocatur. Parva eſt, ſed ſatis culta 15. mill. paſſ. a Bathonia diſtat, uti a Briſtolio in meridiem & paulò minùs ab æſtuario Sabrinæ in ortum.

Thera, *Gozi*, teſte Nigro, inſula maris Ægæi apud Cretam, quæ, ut primùm enata eſt, Calliſte appellata fuit, teſte Plinio, juxta Diam, à qua Theraſia poſtea avulſa eſt, proxima Anaphe, ab Heracleo oppido Cretæ 85. mill. paſſ. in Boream, ab Jo 25. *Hero. Strab. Apol.*

Thera, inſula maris Ægæi apud Eubœam et apud Melon, unde vulgò *Antimilo* nominatur, teſte Bordonio, Callimachi Poetæ patria. *Ptol.*

Theramnæ, quæ et Therapnæ Solino, Melæ, et Terapnæ

Plin. Statio, oppidum Laconicæ apud Eurotam fluvium, proximum quoque Spartæ urbi, ubi Diana primùm coli cępit, teſte Solino. Fuit et Therapnæ urbs Cretę ex præcipuis, teſte eodem Solino. Prioris meminit Statius libro 3. Thebaidos:

Tænariumque cacumen, Apollineaſque terapnas.

Hinc therapnæus nomen gentis. Ovidius in epiſtola peridis Helenæ:

Rure therapnæo nata puella Phrygem.

Vide Thalame. Hic Leda Caſtorem, pollucem, et Helenam peperiſse traditur. Hic etiam colebatur Apollo. Statius uti ſupra.

Strab. plin. Theraſia, *Santorini* ſeu *Santerini* Sophiano, inſula maris Ægæi, in duas à terræ motu diviſa, inter Delum ad Boream et Cretam ad auſtrum 160. mill. à Melo 50. circuitu 40. cum urbe cognomine epiſcopali priùs ſub Archiepiſcopo Rhodienſi, poſtea ſub Archiepiſcopo parenaxienſi. Hæc cum Thera enata eſt anno 4. Olympiadis 135. teſte plinio. Theraſia altera Straboni, quæ aliis Thera dicitur, proxima Diæ et Cretæ, propior priori. Vide Thera.

¶ Theraſia inſula eſt Græciæ, et una Sporadum, in mari Ægæo, *Santerini* dicta, circuitus 30. m. p. cum aliquot caſtris et vicis, à paucis habitata, ſub dominio Turcarum. Diſtat 120. m. p. à Delo inſula in meridiem, 36. ab ora proximiori Cretæ inſulæ in Boream, et ferè 40. a Melo in ortum. Dicitur à Gallis *Saint Erin*, ſeu inſula S. Helenæ, ut aiunt nautæ et eius caſtrum præcipuum *Scaro* dicitur. Ei adiacet ad occaſum altera inſula minor, *Tireſia* etiamnum vocata, quæ anno 1507. terræ motu ab altera maiori adiacente diviſa fuit.

Plin. Ptol. Therionarce, inſula parva, velut ſcopulus, Cariæ, ſeu Doridi circa Gnidum adjacens.

* Therma, Germa Antonino, *Herma* in tabulis recentibus, colonia, et urbs Galatiæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo peſſinuntio, inde 16. mill. in ortum, Ancyram versùs 83. therma altera apud Antoninum inter taviam ſeu tavium ad occaſum 19. et Cæſaream ad ortum 90. m. Sed vereor ne numeri diſtantiæ ſint depravati, ipſaque eadem ſit priori. (* in aliis codicibus Germa.)

Plin. Thermæ, geminæ: una *Xacca* ſeu *Sacca* Fazello, colonia et urbs Siciliæ, in ora meridionali, inter Agrigentum ad ortum 40. et Lilybæum ad occaſum 42. m. p. Aquæ Larodæ dici videntur Antonino, inter Heracleam ad ortum 20. et Selinuntem ad occaſum 18. mill. thermæ alteræ, Himeræ ad ſuperiorum thermarum differentiam dictæ, *termine*, teſte Fazello, et aliis, colonia et urbs Siciliæ, in ora occidua, ad oſtia Himeræ, fluvii inter panormum ad auſtrum, et Cephalœdium ad Boream 24. m. p. ab Hercule condita, teſte Diodoro. Populi Thermitani Ciceroni. De thermis Silius libro 4.

Littora thermarum priſca dotata camęna
Armavere ſuos.

Thermæ etiam urbs Albionis. Vide Mons Badonius, et Bathonia urbs. Vulgò *Bathe*.

Thermæ item in Gallia, *Chaudes aigues*, oppidum Velaunorum, inter Fanum S. Flori et Mimatum, inde 3. hinc 4. leucis, ubi balnea ſalubria.

¶ Thermę, *Chaudes aigues*, oppidum eſt Alverniæ ſuperioris in Gallia, in limite Ruthenorum et Mimatum, longè à Velauniis in occaſum, et 3. leucis à Floriopoli in meridiem.

Thermæ item, geminæ Germaniæ urbes, ſuperiores et inferiores, utraque *Baden* vulgò. Superiores, urbs Helvetiorum, ad Limagum fluvium, inter Tigurum 2. et Baſileam 6. leucis, ubi Comitia generalia Helvetiorum fiunt. Inferiores, urbs Marchię Badenſis caput, in Briſgoia, et ſylva nigra, inter Friburgum ad auſtrum 8. et Spiram in Boream ferè totidem leucis, ab Argentorato 5. phorcenæ propior. Sunt et Thermæ Auſtriacæ, *Baden*, oppidum cum balneis inter Vienam et Urbem novam 4. leucis.

Thermæ Stygianæ, *Bagni di Stigliano*, teſte Celſo Cittadino, balnea Hetruriæ, inter Cære et Forum Claudii in via Aurelia occurrentia.

¶ Thermę Stigianæ ſeu Stilianæ, *Bagni di Stigliano*, ſunt prope Stilianum caſtrum Ducatus Braciani, in provincia Patrimonii et ditione Pontificia 8. milliaribus à Braciano et à lacu Sabatino diſtans in occaſum, et 9. à Cære in Circium.

Thermæ urbis Romæ ex Publio Victore & Sexto Rufo:

Agrippinę, apud Pantheon, inter illud & ædem Minervæ, ubi adhuc multa exſtant veſtigia.

Alexandrinæ, ab Alexandro Severo, cuius veſtigia apud ædem S. Euſtathii retro cernuntur.

Antonianæ, apud ędem SS. Sixti & Balbinæ, versùs ædem S. Gregorii, adhuc exſtantes, ſed ſemidirutæ. Antonianæ verò à Caracalla cœptæ, & à Severo perfectæ, in monte Aventino, ubi multa veſtigia & rudera marmorea adhuc viſuntur.

Conſtantinianæ, in dorſo montis Quirinalis, ubi e- Trac.
quorum ſtatuæ, quorum adhuc aliquot exſtant veſtigia: vel inter Thermas Diocletianas & ædem S. Suſannæ, ubi & ſenatulum mulierum Romanarum.

Diocletiani, apud ædem S. Suſannæ, ubi nunc granarium Pontificium.

Domitiani, quæ & Traiani, in campo Martio, ubi ædes S. Sylveſtri, & ubi veſtigia perdurant.

Gordiani, apud ædem S. Euſebii, ubi columnę 200. marmoreæ & pulchræ fuerunt.

Neronianæ & Alexandrinæ, apud ædem S. Euſtachii, Caſ.
ibi enim veſtigia apparent retro: ſeu Neronianæ poſt Thermas Agrippę. Locus dicitur *Palazzo di Madama*:

Novatianæ, ubi nunc ædes S. Pudentianæ.

Olympiadis, ubi nunc ædes S. Laurentii in Paniſperna.

Philippi, in monte è regione ædis S. Matthæi in Merulana, ubi veſtigia cernuntur cum inſcriptione lapidea veteri.

Tatianæ ſeu Titianæ, ubi ædes S. Petri in Vincu- Cic.
lis, non procul ruinæ apparent.

Trajani, apud ædem S. Martini in montibus Eſquilinis.

Præter memoratas fuerunt & ſequentes:

Aurelianæ, ab Aureliano Imperatore trans Tyberim, ubi veſtigia adhuc ſunt.

Agrippæ, in 6. regione.

Commodianæ, in 1. regione.

Decianæ, in monte Aventino, ubi templum Herculis, & nunc ædes S. Priſcæ virginis.

Privatæ, in Tranſtyberina.

Publicæ, ibidem.

Siptimianæ, in Tranſtyberina, inter ædes S. Ceciliæ & S. Chryſogoni, ubi templum Iani, & arcus Septimianus.

Severianæ, quæ & Severiæ, ibidem, in monte A- Strab.
ventino, inter portam Capenam & Hoſtienſem, à Severo Imperatore.

Titi Cæſaris Auguſti locus hodie *le ſette Sale* appellatur, & apud Sanctum Petrum in Vinculis. De quibus Martialis in epigrammate de ſpectaculis 2.

Hic, ubi miramur velocia munera Thermas,
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

Varianæ, in Aventino.

Harum verò nonnullarum vix locus indicatur, cùm ſint penitùs exciſæ.

Thermæus ſinus, Thermaicus et Macedonicus plinio, Tac.
Golfo di Salonichi, ſinus Macedoniæ, ad quem in ora orientali Theſſalonica urbs ſita eſt, in quem Axius fluvius influit, à Therme oppido in Thraciæ confinio nomen habens, teſte Thucydide cum Stephano et Suida, ab Ambracio ſinu Epiri 1000. ſtadiis in Cæciam.

¶ Thermæus, ſeu, et meliùs, Thermaicus, *le Golfe de Theſsalonique* Gallis, ſinus eſt maris Ægæi in Macedoniam extenſus, in cuius intimo receſſu ad Boream Theſsalonica urbs ſita eſt, ubi antea Therma. Extenditur autem à meridie in ſeptentrionem per 100. m. p. et in eum ſe exonerant Axius, peneus, Chabrius, Aliacmon, et aliquot alii fluvii.

Thermida, *Raias*, teſte pineto, oppidum olim Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc pagus in Caſtella nova, Mantuæ Carpetanorum ſeu Madrito finitimus.

Thermidava, *Dagno*, teſte Moletio, urbs Dalmatiæ mediterranea, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Antibarenſi, inter Scodram et Siparuntum, à Scodra 20. mill. p. in ortum.

Thermodon, Thermodoon plinio, *Pormon*, teſte Nigro cum aliis, fluvius Cappadociæ, in mare Euxinum inter Themiſcyram ad occaſum et polemonium ad ortum prolabens. Eſt etiam fluvius Scythiæ Europææ apud plutarchum, et Thraciæ apud Suidam et Statium. Prioris, quem Amazones incoluere, meminit Ovidius l. 4. de ponto, elegia 10.

Et tu feminea Thermodon cognita turba.

Hinc

Hinc Thermodoontiacus nomen gentis. Claudianus libro 2. de raptu Proſerpinæ:

Thermodoontatica Tanaim fregere ſecuri.

Thermodoon Virgilius libro 1. Æneidos:

Quales Threiciæ cum flumina thermodoontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.

Thermopylæ, anguſtiæ montis Oetæ in Phthiotide regione, apud ſinum Oetæum, cum urbe epiſcopali cognomine ſub Archiepiſcopo Lariſſæo, ubi ex Phthiotide in Theſſaliam tranſitus eſt, variè indigitatæ, *Scelos* Ioanni Lydo, *Terremotto* Bonacciolo, *Bocca di Lupo* Nardo, Lycoſtoma apud Græcos, ab Ambracia urbe Epiri 200. mill. paſſ. in ortum, ab Euripo & Chalcide 66. in Boream, à ſinu Criſſæo 500. ſtadiis. Urbs hæc finitima eſt Heracleæ & Thebis Phthiotidis, inter illas, Echino, Lamiæ, & Sperchiæ. De qua Claudianus l. de bello Getico:

Reſtiterant Medis, primo conamine ruptæ
Thermopylæ.

Ad Thermopylas Perſarum impetum Leonidas Spartanus cum paucis ſuſtinuit: ubi Euthycus ob cęcitatem domum remiſſus, potiùs dimicando mori voluit, quàm ſolus periculum declinare; Cicero libro 2. de finibus Appellantur etiam Pylæ, ut ſcribit titus Livius libro 6. decadis 4.

Thermopylæ, hodie *Bocca di Lupo*, anguſtiæ ſunt montis Oetæ in theſſalia, ubi ex Phthiotide in Phocidem tranſitus eſt 25. pedum tantùm ſpatio. Eas Appianus accuratè deſcripſit. Iuxta has erat conventus frequens totius Græciæ ſtatis diebus. Sunt autem thermopylæ prope ſinum Oetæum ſeu Maliacum, & 110. mill. paſſ. diſtant ab Ambracia in ortum, 90. à Chalcide in Circium, & 70. à Criſſæo ſinu in Boream. Sed nulla urbs eſt aut fuit Thermopylæ dicta, quod ſciam.

Therſa urbs fuit Samariæ regia, ante Samariam à Zambre Rege conditam.

Theſpia, theſpiæ Xenophonti, ptolemæo, Plinio, & Straboni, *teſpe* adhuc, urbs Bœotiæ olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Athenienſi, poſtea ſub thebano, proxima thebis, inde 12. mill. paſſ. in meridiem, Megaram verſùs ad 40. ad theſpium fluvium, (de quo Heſychius) Platæeis finitima, nunc penè jacens. Eius meminit Actius Syncerus lib. 1. epigrammatum:

Ergo tu nobis Helicon, & udæ
Phocidis ſaltus, hederiſque opacum
Theſpiæ ripis nemus, & canoro
Vertice Pindus.

Hinc Theſpiades Silio libro 12.

Agmine Theſpiadum, terris Iolae dediſti.

Theſpiæ Heliconi monti ad auſtrum ſubjacent Criſſæum ſinum verſùs. Ibi fons eſt qui mulieribus conceptus repræſentat, teſte Plinio libro 31. capite 2. Glyceria Theſpienſis tabulam Cupidinis multis talentis æſtimatam, à Praxitele ſibi donatam, civibus ſuis dono dedit: unde Theſpienſis Amorem colere cœperunt.

¶ Theſpiæ urbs fuit Bœotiæ, aliàs ſatis ampla, hodie in vicum redacta, prope Heliconem montem; in limite Phocidis, & media ferè inter Copiadem lacum ad Boream & Corinthiacum ſinum ad meridiem, 12. m. p. utrinque diſtans, ſed 40. à Thebis in Africum; ſubeſtque dominio Turcarum.

Teſprotia & Theſprotis, *Vaielitia*, teſte Nigro, regio Epiri: cuius populi Theſproti Straboni, & Theſprotæ Ptolemæo, apud oram littoream; & urbs Buthrorum, contra Corcyram inſulam. Horum meminit Lucanus l. 3.

Theſproti, Dryopeſque ruunt, quercuſque ſilentes.

Hinc ſinus Theſprotius Livio, *Golfo di Butrinto*, qui & ſinus Theſprotarum, Buthrorum ſinus Ptolemæo dicitur.

Theſſalia, regio & pars Macedoniæ apud Ptolemæum, Achaiæ ſeu Helladi ad meridiem, & Epiro ad occidentem, confinis, ad ſinum Pelaſgicum & Maliacum; licèt apud Plinium, & Melam, ac Solinum ſit regio à Macedonia diſtincta, inter illam ad Arctos, & Bœotiam ad auſtrum; montibus Olympo, Oſſa, Pelio ad Boream, Othry & Oeta ad meridiem, Pindòque ad occaſum cingentibus: quæ varia habuit nomina apud veteres; Æmonia enim, teſtè Strabone, ſive Eſtiotis Ptolemæo, Pelaſgia, teſte Stephano, Argos Pelaſgicum Homero, teſte Strabone & Solino, dicta eſt. Variè etiam vulgò nominatur; nam *Comenolitari* dicitur Caſtaldo, *Thumeneſtia* Antonio Geufræo, *Lamina* Lazio. In 4. regiones diſtribuitur à Strabone, in Teſſaliotim, Phthiotidem, Pelaſgiotim, & Heſtiæotim. Hic primum equi domari cœperunt. Populi Theſſali Ciceroni, Cæſari, & aliis. Fuit & Theſſalia oppidum illius olim, teſte Solino, præcipuum. In ea montes 24. Hinc Theſſalus & Theſſalius nomen gentis, & Theſſalicus. In Theſſalia diluvium ſub Deucalione contigit ſtagnante Peneo fluvio, uti apud Claudianum de raptu Proſerpinæ libro 2.

Sic eum Theſſaliam ſcopulis incluſa teneret
Peneo ſtagnante palus.

Tibullus libro 2. elegia 4.

Quicquid & herbarum Theſsala terra gerit.

Lucanus libro 4.

Et nox Theſſalicas urgebat parva ſagittas.

Ora Theſſaliæ inter Peni fluvii oſtia ad Boream & Thermopylas ad auſtrum continetur. Theſſali edaces fuiſſe videntur, quòd *Theſſala bucca* ſit in proverbio apud Athenæum & Iulium Pollucem, ſicuti & *Theſſalicum numiſma* apud Suidam & Heſychium, pro pecunia adulterina, ſive pro fuco & fraude. *Theſsalorum* quoque *commentum* apud Suidam in eos qui fraude alios circumveniunt dicitur. *Theſsalicus* verò *miſsus* apud Pauſaniam in Atticis in adagio eſt de lauta & ſplendida menſa. Theſſali maleficiis addicti fuiſſe, à Medea ſuperſtitiones & veneficia edocti, traduntur: unde apud Apuleium Horatium Ariſtophanem, & Plinium libro 30. capite 1. magiam apud Theſſalos propagatam appareret; ita ut Plautus in Amphitrione veneficum appellet Theſſalum, & *mulier Theſsala* proverbii figura de maga aut venefica dicitur. *Equæ Theſsalæ* etiam in proverbio ſunt, quaſi ceterarum præſtantiſſimæ, Theſſaliam herbas veneficas producere teſtatur Propertius libro 1. elegia 5.

Et bibere è tota toxica Theſſalia.

Lucanus libro 5.

Theſsala quinetiam tellus, herbaſque nocentes
Rupibus ingenuit.

Præſertim apud Atracem urbem.

Theſſalia pars fuit ampla regni Macedoniæ, quanquam à Macedonia propria diſtincta. Diviſa fuit in quinque partes, nempe in Theſſaliotim, Phthiotidem, Pelaſgiotim, Æſthiæoim, & Magneſiam. Eius præcipua urbs fuit Lariſſa, aliæ minores fuere Tricca, Demetrias, Pharſalus, Thebæ Phthioticæ, pherę, & Gomphi. Ea regio nunc *Ianna* dicitur pro maxima parte, teſte Brietio, ſubeſtque dominio Turcarum; & eius primariæ urbes ſunt *Ianna* & *Lariſsa*.

Theſſalonica, *Salonichi* Sophiano & alii, urbs Macedoniæ archiepiſcopalis, ad ſinum Thermaicum, clariſſima emporium amplum, & ſedes Præfecti, ab Apollonia & Dyrrachio 267. mill. paſſ. in ortum, Amphipolim verſùs 66. Philippos verſ. 89. à Byzantio 433. in occaſum, à Sophia ſupra 150. in meridiem, ad oſtia Echedori fluvii. Hic ingens Hebræorum numerus, ac Chriſtianorum, & Turcarum. Populi Theſſalonicenſes. Claudianus 2. in Rufinum: *Strab. Plin.*

Tangebat Macedum fines, muroſque ſubibat
Theſsalonica tuos.

Sub hac metropoli continentur Cytrus ſeu Pydna, Servii, (forſan Serræ) Caſsandria, Lita, Rhendina, Athos, Lycoſtomus, & aliæ urbes. Theſſalonicem ab Antipatro filio fruſtra illum per ubera, quæ eum lactarant, deprecantem interfectam Pompeius Trogus refert.

¶ Theſsalonica, *Salonichi*, urbs eſt etiamnum ampla, populoſa, & dives, cum portu commodiſſimo in intimo receſſu ſinus cognominis, olim Termaici. Vendita fuerat ab Andronico Palæologo Venetis, quibus erepta eſt ab Amurathe ſecundo; & ab eo tempore ſubeſt dominio Turcarum 220. m. p. diſtat à Dyrrachio in ortum, Byzantium verſùs 350.

Theudurum, *Tudder*, teſte Simlero, oppidum olim, nunc pagus Germaniæ inferioris, in Ducatu Iuliacenſi, à Iuliaco 6. leucis in occaſum, apud Sittardum oppidum. *Ant.*

Theveſte, quæ & Teveſte, & Thebeſte, ac Tebeſte (ſcribitur enim paſſim cum & ſine aſpiritione) *Tebeſca* in tabulis recentibus, urbs olim epiſcopalis Africæ, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, inde 256. m. p. in auſtrum, à Cirta 200. in ortum, Thenas verſùs 170. à Suffetula 70. à Lambeſe 119. in ortum. Populi Tebeſtini divo Auguſtino & Victori Uticenſi.

¶ Theveſte, *Tebesla*, urbs Africæ, aliàs in Numidia, hodie in regno Algerii et in regione Conſtantina, in limite regni Tunetani et regionis Biledulgeridiæ, in mediterraneis, 180. m. p. diſtat à Carthagine, 120. à Cirta,

thenas verſus 185. eſtque ſatis parva, et paucis habitata.

Theumeſius, fluvius theſſaliæ, cum theumeſia oppido, teſte Lutatio. Cuius meminit Statius lib. 9. thebaidos:

Non ſecus æquoreo iactat theumeſius amnis.

Theumeſius item mons Bœotiæ, apud Thebas: cuius iuga Theumeſia. Statius lib. 5. Thebaidos:

Evolat inſano veluti Theumeſia Thyas.

Ptol. Scribitur autem cum, & ſinu aſpiratione.

Theuproſopon, Euproſopon Melæ, *Neufrus* teſte Brochardo, promontorium Phœnicis, inter Tripolim ad Arctos; & Byblum ad auſtrum, à Botry 10. mill. paſſ. verſus Byblum.

¶ Theuproſopon, ſeu Theouproſopon aliis, promontorium eſt Phæniciæ, vix 6. m. p. à Tripoli in meridiem Botrim verſus, ſed non inter Botrim, & Biblum.

Theutoni, populi Germaniæ. Vide Teutoni. Theutonicum bellum geſtum eſt anno urbis conditæ 639. Olympiadis 166. anno 3. Marco Acilio Balbo & Cneio Porcio Catone Conſulibus.

Thia, inſula maris Ægei recens enata, teſte Plinio, hoc eſt, ſua tempeſtate, circa Hieram: quæ Dia dici videtur, apud Strabonem & Ptolemæum. Vide ibid.

Thiagola *Boxene* ſeu *Roſene*, ut videtur Ortelio, palus Myſiæ inferioris, ad oſtia Iſtri.

¶ Thibetum, *Thibet*, regnum Aſiæ, in Tartaria, quod & *Tobbat* dicitur, cum urbe primaria cognomine; ut quidam tradunt. Extenditur ab ortu in occaſum, inter Tartariam magnam ab Boream & Indiam propriam ad meridiem, atq; inter regnum Tangutum ad ortum & Mavvaralnahariam ad occaſum. Sed de illo pauca ſunt dicenda, cum vix nomine notum ſit Europæis: eratque aliàs in eo tractu pars Scythiæ extra Imaum montem.

Thicis, *Tec*, teſte Varrerio, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Catalaunia, apud Rhodam oppidum mari exceptus, à Pyrenæo monte ortum habens. Alter eiuſdem nominis teſte Mela, in Gallia Narbonenſi, parvus, per agrum Ruſcinonenſem in mare decurrens, non longè à Theli etiam parvo flumine. Prior apud Gerundam urbem fluit, & *Thera* à Joanne Mariana nominatur, ubi *Theca* legendum videtur. (Videtur prior vocari *Ter* alter *Tec* vel *Tech*.)

¶ Thicis, ſeu Tichis, *le Tech*, fluvius eſt Galliæ Narbonenſis, in comitatu Ruſcinonenſi. Oritur ex Pyrenæis montibus in limite Ceretaniæ, Ceretumque rigat, & paulò infrà Helenam mari mediterraneo miſcetur. 12. mill. paſſ. ab oſtio Thelis in meridiem.

Thicis item quibuſdam eſt *Ter*, fluvius Cataloniæ, qui ex Pyrenæis montibus ortus, in meridiem labitur verſus Auſam; deinde in ortum tendens, Gerundam rigat, & in mare Mediterraneum ſe exonerat 15. m.p. à Rhoda in meridiem. Sed hic fluvius ab aliis Sambroca dicitur, Sanſone & Brietio teſtibus.

¶ Thiela ſeu Tila, *Tile* ſeu *Tiel*, oppidulum Belgii uniti, in Betuvia tractu Gueldriæ inferioris, ad Vahalim fluvium, ſub dominio Holandorum. Vide Tiela.

Thierrium, *Thiers*, oppidum Galliæ, in Alvernia inferiori, juxta amnem *Durol*, in limite Foriſienſis provinciæ & 6. leucis à Claromonte in ortum Lugdunum verſus.

Ptol. Thinæ, *Tenduc*, ut Mercatori videtur, urbs & una ex Sinarum metropolibus.

¶ Thinę, ſeu Thina, quæ & Sina, urbs fuit Sinarum, eo in tractu ubi nunc Nanquinum, *Nanquin*, urbs ampla verſus Oceanum Eoum & ſinum Nanquinenſem, quæ aliàs Imperii Sinarum fuit ſedes regia.

Ptol. Thinias, *Capo Tynias*, teſte Moletio, promontorium Thraciæ ad mare Euxinum, inter Boſphorum Thracium ad meridiem & Apolloniam urbem ad Boream, cum oppido cognomine, quod vulgò *Sagora* dicitur.

Thinus, fluvius Albionis in ora Angliæ orientali, per Northumbriam fluens, Tina Ptolemæo. Vulgò *Tyne* teſte Moletio, vel *Tine* apud Boderiam, cum portu *Tynemouth*, vel *Tynmouth*.

¶ Thinus, ſeu Tinna, *Tyn* incolis, *Tyne* Gallis, fluvius eſt Angliæ Borealis. Oritur in ipſo limite Scotię; deinde per Northumbriam Anglię provinciam fluens, rigato Hovocaſtro 5. mill. Anglicis infra ad caſtrum *Tynmouth* dictum in Oceanum Germanicum ſe exonerat 12. m. à Dunelmo in Boream.

Thiſbe, quæ & Oxygia & Hyantis dicta eſt, *Janizi* nunc, teſte Nigro, oppidum Bœotiæ mediterraneum, ſub Helicone monte, haud procul tamen ab ora ſinus Criſſæi & Theſpii, inter Creuſam & Theſpias, à Sicyone 160. ſtadiis in ortum, teſte Strabone, per ſinum Corinthiacum. Ibi columbarum copia, uti apud Homerum: *Plin. & al.*

Copas, Eutreſin, Thiſben ditemque columbis.

Eutreſis autem pagus erat Theſpiis proximus.

¶ Thiſica, urbs Africæ propriæ, teſte Ptolemæo.

Thiſſe, Tiſſa Ptolemæo, oppidum Siciliæ mediterraneum, exciſum, apud Nebrodidem montem, teſte Fazello, inter Petram oppidum & Ameſtratam urbem. Aliis Tuſſa caſtrum, *Tuſſa* vel *Teſa*, apud Tuſſam arcem, 2. mill. p. diſtans, Pittiam verſus 4. à Cephaledio urbe 18.

Thmuis, Thumuis Antonino, urbs olim Ægypti epiſcopalis ſub Patriarcha Alexandrino, apud Mendeſium oſtium, à Peluſio 66. m. p. Alexandriam verſus in occaſum, ubi pan colebatur. Thmuitæ hircum colebant, ſicuti Mendeſii capram, & Suitæ ovem. Erat autem apud eoſdem caprarum ingens copia. *Strab. Ptol.*

¶ Thnocia, Arcadiæ urbs in peloponneſo, teſte pauſania. Sed ab aliis Thocnia dicitur.

Thoantium, promontorium & oppidum Carpathi inſulæ, à Thoante conditore nominatum, cuius meminit Statius l. 5. Thebaidos: *Ptol.*

Detexit, nato portans extrema Thoanti.

Ovidius libro 3. de ponto:

Regna Thoas habuit Mæotidie clarus in ora.

Thoar, oppidum Menyngis inſulæ, Gerrha ptolemæo, & Girbe Antonino, *le Gerbi*. Vide Girba; nam nomen eſt inſulæ & oppidi illius. *Plin.*

Thoas, fluvius Acarnanum. Vide Achelous.

Thogara, Tocara, etiam vulgò Caſtaldo & aliis, urbs Sericæ mediterranea. *Strab.*

Thogara urbs Sericæ regionis in Aſia dicitur ab aliis, & meliùs, Thagura, quæ, teſte Sanſone, nunc *Tangut* dicitur ſeu *Campion*, regni Tanguti primaria.

Tholobii, *Tamarid*, teſte Ludovico Pontio, oppidum, ſeu pagus nunc Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Catalauniæ, inter Barcinonem & Tarraconem, apud Subur, cum fluvio cognomine, qui *Tardera* Cluſio vocatur.

Tholobii, *Tamarit*, oppidulum eſt Hiſpaniæ in Catalonia, 5. m. p. diſtans à Tarracone in ortum, & ad oſtia fluvii *Caya* dicti.

Tholoſa, urbs Aquitaniæ. Vide toloſa.

Thomanii, populi Aſiæ, quorum oppidum *tomanis* eſſe videtur in Armenia majore, in via quæ à trapezunte taureſium regiam perſarum ducit, inter Arzirim ad occaſum & Artaxata ad ortum.

Thonitis, lacus Ægypti & amnis apud Canopum, cum thoni urbe; & Armeniæ maioris lacus in confinio Meſopotamiæ, cum fluvio cognomine, Dionyſio: *Strab.*

Atque lacum medius thonites intrat, & exit.

Qui Plinio thesbites, & ptolemæo thoſpites dicitur, (vide ibi) & aliis Arſena. Piſcoſus eſt lacus, cuius aqua purgat veſtes & polit, teſte Euſtathio.

Thora urbs fuit Italiæ, nunc exciſa, cuius veſtigia extant ad thoranum fluvium, in Aprutio & in limite Sabinorum, è regione Caſtri veteris & Antimi, paulò ſupra *Colle piccolo* caſtrum, ubi Eccleſia celebris ſanctæ Anatoliæ, ubi columnarum & inſcriptionum veſtigia viſuntur, & ager ad flumen uſque ruderibus longè lateque oppletus cernitur. Diſtat autem thora ſeu torana 7. m. p. à trebula Mutuſca, & 13. à Reate, teſte Luca Holſtenio.

Thorax, mons Lydię, apud Magneſiam urbem, in quo Daphitas Grammaticus, quòd Reges probris laceſſeret, cruci affixus eſt. Vnde ortum eſt adagium, *Cave à thorace*, id eſt, à maledictis abſtine. Strabo libro 14.

Thoricus, vicus Atticæ, apud Sunium promontorium, in ora illius Boreali, ubi ſmaragdus lapis reperitur, teſte Strabone, & aliis.

Thoronum, caſtrum phœnicis in monte, inter tyrum & Paneadem ſuper 10. mill. p. à lacu Tiberiadis 20. vulgò adhuc *thoron*.

Thoronus, Othronus Lycophroni, *Othoni*, teſte Galatæo, *Merlere Fanu* Sophiano, *Fanu* Nidro, inſula maris Hadriatici, ſeu Jonii apud alios, inter Hydruntum urbem 60. & Corcyram inſulam in ortum 40. m. p.

Thorunum, *thorn*, urbs munita Poloniæ, in pruſſia Regia, ad Viſtulam fluvium. Vide torunum.

Thorſus, fluvius Sardiniæ. Vide Thyrſus, uti à Ptolemæo nominatur.

¶ Thorunuba, Africæ propriæ urbs, teſte Ptolemæo.

Thoſpia, *Tolgic*, teſte Moletio, urbs Armeniæ majoris, ad Toſpitem lacum, & Tigridem fluvium.

Thoſpites, lacus ingens Armeniæ, in Meſopotamiæ confinio, quem Tigris efficit, *Gabacu* hodie, teſte Caſtaldo cum aliis. Cuius meminit Ptolemæus.

¶ Thou, Ægypti oppidum, inter Memphim & Pelufium, teſte Antonino; ſed Tohum dicitur in libro Notitiarum.

Thracia, ſic à ſævitia incolarum, teſte Iſidoro, dicta, olim Perca, teſte Stephano, & Sithon, teſte Aulo Gellio, regio maxima Europæ, mari Ægæo ad auſtrum, Propontide, qua ab Aſia ſeparatur, ad ortum & mari Euxino definita, à Myſia ſuperiori & inferiori ad occaſum & Boream Hæmo monte diviſa, à Macedonia pariter ad occidentem Neſto fluvio diſterminata, *Romania* vulgò Sophiano & aliis. In ea Mars ubique colebatur, ſic & apud Getas, unde Odryſius dictus eſt. Populi Thraces Polybio & aliis. Hi Bithyniam anno à Troia capta 203. occupant. Thracius nomen gentis. Ovidius in Ibin.

Pugnabunt jaculis dum Thraces, Iazyges arcu.

Virgilius libro 3. Æneidos:

Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Idem Ægloga 4.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.

Urbes Thraciæ olim claræ apud Ptolemæum in ora littorea, Abdera, Ænos, Callipolis, Lyſimachia, Perinthus, Byzantium, & Apollonia: intus, Nicopolis ad Hæmum, Develtus, Philippopolis, Hadrianopolis, Trajanopolis, & Apros. Thraces perfidiæ notantur apud Zenodotum, nam pactis cum Bœotis induciis per aliquot dies, nocte ab incurſionibus & præda non abſtinebant: expoſtulantibus autem Bęotis non ſervari pacta, reſponderunt ſe inducias per dies pacto feciſſe, non per noctes. Vnde ortum eſt adagium, *Thracium commentum*, in eos, qui pacta aſtu aliquo infringunt. Thraces à Poetis variè nominantur, Biſtonii, Iſmarii, Mantini, Odryſii, Oeagrii, Pangæi, Rhodopæi.

¶ Thracia, hodie *Romania*, regio eſt Europæ ampla, aliàs in duas partes diviſa, nempe in Thraciam cis Rhodopen, & in Thraciam trans Rhodopen. Poſteà diviſa fuit in quatuor provincias, ſcilicet in Thraciam propriè dictam ad occaſum, Hæmimontum ad Boream, Rhodopen ad meridiem, & Europam ad ortum, versùs Conſtantinopolim. Eius primaria Conſtantinopolis, *Stamboul*, aliàs Byzantium, ad Boſphorum Thracium, antea Imperatorum ſedes, & poſtea Turcarum regia, ex quo capta fuit à Mahumete ſecundo. Dicitur etiam tota regio *Rumelia* perſæpe, ſubeſtque dominio Turcarum, à quibus *Icella* vocatur. Terminatur autem à ſeptentrione Bulgaria, uti etiam ab occaſu, a meridie mari Ægæo, & ab ortu Ponto Euxino, Boſphoro Thracio, Propontide, & Helleſponto.

Thracium mare, pars Ægæi, quod Thraciam ad meridiem alluit.

¶ Thramus Duſis, Africæ propriæ oppidum, teſte Antonino.

Thraſimenus lacus. Vide Traſimenus. Thraſimena littora Ovidio libro 6. Faſtorum:

Sunt tibi Flaminius Thraſimenaque littora teſtes.

Thraſillus, mons Æolidis, in Myſiæ ſeu Troadis confinio, apud Caicum fluvium, qui & Teuthras dictus eſt, teſte Plutarcho.

Thrauſtum, Acroriorum oppidum in Elide provincia Peloponneſi, teſte Xenophonte.

Threcis oppidum fuit Trechiniæ regionis ſeu Phthiotidis iuxta Thermopylas.

Threicius, nomen gentis à Thracia deductum apud Poetas, (cuius femina Threiſſa) idem quod Thracius. Virgilius libro 3. Æneidos:

Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio Regi.

Idem libro 11.

Dixit, & aurata volucrem Threiſſa ſagittam
Deprompſit pharetra.

Thriaſius, pagus (& littus) Atticæ, cum fluvio cognomine inter Athenas & Eleuſin in mare influente contra Salaminem inſulam.

Thriſtiſima, Mauritaniæ Cæſarienſis urbs, teſte ptolemæo.

Thrius, vel Thryus, oppidum fuit peloponneſi, priùs *Strab.* ſub patris, poſtea ſub Elide, inter illas, unà cum fluvio eiuſdem nominis in Alpheum labente; Thrion Statio libro 4 Thebaidos:

Quos Thrion, & ſummis ingeſtum montibus Æpy. *Ptol.*

Throni, *Pile*, teſte Stephano Luſignano, urbs (cum promontorio) Cypri olim epiſcopalis, nunc pagus in ora Auſtrali, ubi Orientalis incipit, & promontorium *Capo di pile*. Aliis verò urbs *Saline*, urbs penè jacens proxima; & promontorium *Punta delle Saline*, paulò occidentalius.

Thronium, oppidum Achaiæ geminum: unum in fi- *Strab.* nibus Locrorum Epicnemidiorum, à Scarphia 30. ſtadiis *Plin.* in meridiem diſtans: alterum phocidis, Lilææ finiti- *Ptol.* mum, inde 75. ſtadiis recedens; forte idem ſuperiori, utrique regioni ob vicinitatem attributum.

¶ Thryanda, Lyciæ urbs in Aſia minori, teſte Stephano.

Thuburſica, Africæ propriæ urbs, teſte ptolemæo. Huius mentio eſt quoque in Concilii Carthaginenſis Canonibus.

Thulcis, fluvius. Vide Tulcis. *Strab.*

Thule, *Iſlandt* Mercatori & aliis, inſula maris Ger- *Plin.* manici Borealiſſima, ultra Orcades in Arctos, & ultra Norvegiam in occidentem maximè diſtans, ut apud veteres ultima terrarum cognitarum diceretur, in longitudinem 100. leucis Germanicis patens, lata vix dimidio. Ibi urbes 2. tantùm epiſcopales abſque mœnibus. A Scotia 5. dierum navigatione in Boream diſtat, teſte Solino, ſed apud recentes plus duplo, à Norvegia, cui ſubjacet, ſupra 100. leucas in occidentem recedens. Thyle etiam ſcribitur. Sunt qui illam, partem ſeu regionem Norvegiæ (*Tilèmarck* dictam) eſſe velint, teſte procopio. Pytheas Maſſilienſis primus de illa ſcripſit, teſte Strabone. Eius meminit Virgilius lib. 1 Georgicorum:

Numina ſola colant: tibi ſerviat ultima Thule.

Hic in ora Boreali Hecla mons nive perpetua in cacumine tectus, & ad radices flammis ęſtuans. Vbi etiam dæmonum ſpectra videntur. Thule tantam piſcium copiam habet, ut illis exſiccatis lignorum loco ad ignem nutriendum utatur, præſertim oſſibus, adeo ſunt ingentes.

¶ Thule, *Islandt* Danis, *Iſlande* Gallis, & *Iſlanda* Hiſpanis & Italis, inſula eſt perampla maris Septentrionalis, quæ à Rege Daniæ pendet, quia Rex Norvegiæ. Vocabatur antea Snelandia, *pais de Nege* & à quodam Gadaro primùm detecta dicitur. Sub finem noni ſeculi ab Europæis frequentari cœpit. Diſtat autem 420. m. p. in occaſum ab ora proximiori Norvegiæ & 360. ab ora Boreali Scotiæ in Arctos. Extenditur pro majori parte ab ortu in occaſum, & dividitur in quatuor partes, nempe in orientalem, occidentalem, ſeptentrionalem, & meridionalem; Et eius urbes ſunt Hola & Schalotum, atque arx Beſteda, ubi degit Prorex Inſulæ; & in ea ineſt etiam Hecla, mons ignivomus. Ortelius tamen exiſtimat Thulem eſſe *Tilemarck*, tractum Norvegię, cui convenit latitudo, et longitudo Thules, teſte Ptolemæo; et Camdenus opinatur Thulem eſſe Schetlandiam inſulam Oceani Deucaledonii, quæ etiamnum à Nautis *Thylenſel* vocatur. Sed prior interpretatio de Islandia magis probatur. Vide Islandia.

Thunicates (pro Rhunicatæ) populi Vindelicię, quo- *Ptol.* rum tractus hodie *in Thunca* (teſte Joanne Aventino) in Bavaria appellatur: Conſuanetibus finitimi. (*Dicuntur etiam Virunicates.*)

¶ Thunium, *Thuin*, oppidum Belgii, ad Sabim fluvium, Comitatui Hannoniæ inſertum, ſed tamen ditionis Leodienſis. 2. leucis diſtat à Bellomontio in Boream, et medium inter Montes ad Circiem, et philippovillam ad Eurum.

¶ Thunum, *Thun*, oppidum Helvetiorum, ad lacum cognominem, ubi ex eo erumpit Arola in pago Bernenſi, 17. m. p. à Berna in meridiem, et 20. à Friburgo in ortum.

Thuria, Thurium ptolomæo, Thyrea, ut videtur plinio oppidum Meſſeniæ, apud fines Laconicæ, *Calamata* nunc, teſte Nigro, *Cumeſtra* Moletio. Thurii animi fortitudine et conſtantia apud veteres celebrantur. Vnde natum adagium *Thurium lema* apud Suidam de intrepido et ad bellum parato; lema enim animum ſonat apud Græcos.

Thuria, *Acquache Favella*, teſte Leandro, fons magnæ *Liv.* Græcię apud Turios, ſeu Thurios, de quibus mox. Thuriæ, Thurii Straboni, ſeu Thyrei, *Turi* nunc, oppidum Apuliæ

Peucetię, Cælio proximum, & Nucibus oppido, à quo 6. mill. paſſ. abeſt, à Cuperſano urbe 9. Fortè Turres Antonino.

Suid. Thuringi, *Duringer*, populi Germaniæ, quorum regio Thuringia, inter Haſſiam ad occaſum & Miſniam ad ortum, ac inter Franconiam ad meridiem & Saxoniam ad Arctos. Cujus Erphordia caput eſt, urbs ex maximis Germaniæ. Ab Othone Imperatore victi & cæſi anno ſalutis 1069. urbis conditæ 1820. Olympiadis 461. anno 4.

¶ Thuringia, *Thuringen* incolis, *Thuringe* Gallis, provincia eſt Germaniæ, in Saxonia ſuperiori. Aliàs amplior fuit, & Reges habuit proprios tempore primæ ſtirpis Regum Franciæ; nunc valde imminuta eſt, & ſubeſt partim Duci Electori Saxoniæ, & partim Ducibus VVeimarienſibus & Comitibus Mansfeldiæ. Totius provinciæ caput eſt Erfordia, *Erford*, quæ ſubeſt Electori Moguntino. Aliæ urbes ſunt Mulhuſia & Nortuſia, liberæ & ſui iuris, Vimaria, Iena, Gotha, & Eyſenacum, propriis Ducibus ſubditæ, uti Mansfeldia proprio Comiti. Terminatur autem hæc provincia ab ortu Miſnia, à ſeptentrione Principatu Anhaltino & Ducatu Brunſvicenſi, ab occaſu Haſſia, & à meridie Franconia & Principatu Hennebergenſi, & Landgraviatus titulo inſignitur.

Ptol. Thurium, Thurii Ciceroni, Livio, Plutarcho, Varroni, & aliis, *Terra nova*, teſte Barrio, quaſi Thurium novum, colonia & urbs olim epiſcopalis magnæ Græciæ, quondam clariſſima, in ora, inter oſtia Sybaris & Crathis fluminum, non longè à loco Sybaris, cui ſuffecta eſt, à Philoctete, teſte Trogo, condita poſt excidium Sybaris, à Crotone 25. mill. paſſ. teſte Strabone, cùm plus duplo diſtet, à Roſciano 12. in Boream, Tarentum versùs 64. Locus illius nunc vicus *Buffalora* vel *Buffalara*, non *Terra nova* oppidum longiùs diſtans ab ora littorali, ubi erat Thurium) quaſi 8. m. p. recedens; niſi quis dicat Thurios, urbe ſua exciſa, inde ad 8. m. receſſiſſe, & Terram novam oppidum condidiſſe. Populi Thurii. Hinc ſinus Thurinus, qui Tarentini pars eſt. De quo Ovidius libro 15. Metamorphoſeon:

Strab. Plin. & al.

Thurinoſque ſinus, Temeſenque, & Iapygis arva.

¶ Thurium ſeu Thurii, quæ antea Sybaris, & poſtea Copiæ, urbs fuit ampla magnæ Gręciæ, inter oſtia Sybaris & Cratis fluviorum, in ora ſinus Tarentini. Nunc diruta jacet, ubi locus *Torre Brodogneto*, in ora littorali, ad oſtia Sybaris, ubi etiam rudera viſuntur, dicta *Sibaria Rovinata*, in Calabria citeriori, 10. mill. paſſ. à Roſciano, & 15. à Beſidiis in Boream; quanquam Barrius credat malè eſſe *Terra nova*, caſtrum illius tractus, ad Cratim fluvium, & quidquid dicat Cittadinus eſſe *Buffalaria*, caſtrum tenue ad Cyliſtarnum fluvium, 5. mill. paſſ. ab oſtio Sybaris fluvii.

Strab. Liv. Ptol. Thuſcia & Tuſcia, *la Toſcana*, regio Italiæ notiſſima & præclara, ubi lingua Italica floret, longa inter Macram ad occaſum à Liguria ſeparantem, & Tiberim ad ortum à Latio dividentem 284. mill. paſſ. teſte Plinio, à meridie Tyrrheno mari terminata, ad Boream monte Apennino à Gallia Togata illam diſcludente, *apotu thiaxein*, hoc eſt, à ſacrificando, vel à thure dicta; ibi enim ritus ſacrificiorum apud veteres primùm cœpit. Populi Thuſci ſeu Tuſci, & Thuſcus nomen gentis. Ovidius in Ibin.

Dum Tyberis liquidas Thuſcus habebit aquas.

Vide Hetruria ſive Etruria.

¶ Thuſcia ſeu Tuſcia, *la Toſcane* Gallis, pars eſt ampla Italiæ, ſub qua maior pars Etruriæ comprehenditur. Terminatur à ſeptentrione Apennino monte, ab occidente Macra fluvio & mari Tyrrheno, uti à meridie, ab oriente autem Tyberi, Clani, & Marta fluviis, quanquam ſint qui credant eandem eſſe cum Etruria. Tuſcia hodierno tempore continet tantùm ditiones Florentinam, *il Fiorentino*, Senenſem, *il Seneſe*, Piſanam, *il Piſano*, & Lucenſem, *il Lucheſe*: ex quibus ultima Rempublicam efficit ſeparatam, ſed tres priores ſubſunt magno Duci Etruriæ è gente Medicea, qui ideo dicitur etiam magnus Dux Tuſciæ; & in his inſertæ ſunt aliquot minores ditiones, nempe Carferoniana, *la Grafignana*, quæ Duci Mutinenſi ſubeſt, Ducatus Maſſæ, proprio Duci, Serezana, Genuenſi Reipublicæ, Principatus Plumbini, ſub clientela Hiſpanorum, & Status præſidii ſeu Orbetellum cum annexis, iuris Hiſpanici. Totius Tuſciæ caput eſt Florentia, *Fiorenza*, ad Arnum, magni Ducis Etruriæ ſedes. Vide Etruria & Hetruria.

Ptol. * Thyamis, *Capo Niſta*, teſte Nigro, promontorium Epiri, quod Theſprotiam regionem à Ceſtrina ſeparat, inter Buthrotum ad Arctos & Sybota ad auſtrum, ad oſtia fluvii cognominis Theſprotiam à Ceſtrinia dirimentis, teſte Thucydide, (* *Eygalmis* in Seldeni manuſcripto.)

Stra. Thud. Pauſ. Thyamus, Thyamis Ciceroni & Ptolemæo, fluvius Theſprotiæ, in Epiro, apud Thyamim promontorium, Sybotam versùs in mare Ionium fluens, *Calama* nunc incolis, teſte Theveto. Ibi mons eiuſdem nominis, teſte Thucydide, Theſprotos à Ceſtriis dividens, Chimerio finitimus.

Thyatira, T*ire*, teſte Lunclavio, vel T*yre*, urbs Lydiæ, (non Ioniæ, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sardiano, ad Lycum fluvium, Pelopia, & Euhippa aliquando dicta, teſte Plinio; Semiramis, & Myſorum ultima, teſte Stephano, inter Sardes ad meridiem 30. & Pergamum ad Boream 58. mill. paſſ. una ex ſeptem Eccleſiis Aſiæ in Apocalypſi D. Joannis memoratis: non longe Cacus fluvius decurrit.

¶ Thyatira & Thyatum, urbs Lydiæ, ad Hillum amnem 85. mill. paſſ. à pergamo in ortum & propè Hermum fluvium.

Plin. Thyatira quoque inſula parva maris Jonii, apud Echinades. Immo eſt una Echinadum teſte plinio lib. 4. capite 12.

Steph. Tyella, Hyella Herodoto, *Ayello*, ut videtur aliquibus, oppidum Brutiorum, ab Oenotriis habitatum, apud Amantiam urbem, in Calabria citeriori. Sed Barrio T*hyeto*, ſeu *Gineto*, oppidum eiuſdem tractus, à littore 3. m. paſſ. ab Artemiſio (*S. Agatha* dicitur) 4. quot à Bombicino, ab Argentano ſeu Marcopoli 20.

¶ Thyeſſos, Lydię urbs in Aſia minori, teſte Stephano.

Thylleſium. Vide Tylleſium.

Hanno. Thymaterium, Thymiateria Stephano, *Azamor*, ut Joanni Marianæ & Ramuſio videtur, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, ad oſtia Rutubis, extra columnas Herculis, in ora Oceani Atlantici, inter illas 197. & Atlantem montem majorem 120. mill. paſſ. ſub Luſitanis.

Thymbre, Tymbrium Xenophonti, oppidum Troadis, ubi Thymbra ſylva, Vibio Sequeſtri, et Thymbraſſus mons Feſto, ſeu Thymbræus, apud Trojam, unde Apollo Thymbræus nominatus; licèt Macrobius libro 1. Saturnalium aliam huius nominis rationem afferat. Virgilius 3. Æneidos:

Da propria, Thymbrae, domum, da menia feſſis.

Steph. Thymbrara, oppidum Lydiæ, apud Pactolum fluvium, videtur idem ſuperiori: ſed Thymbra in Troade eſt ad fluvium Thymbrim ſive Thymbrium, teſte Stephano cum Strabone.

Thymbria, pagus Cariæ, à Myunte urbe, apud Mæandrum fluvium ad 4. ſtadia diſtans.

Thymbris, Thymbrius Straboni, Tembrogius Plinio, Tembrius Orpheo, Tiberis Procopio, fluvius Bithyniæ, qui oriens in Galatia, in Sangrium influit.

Thymnias, ſinus Doridis regionis Cariæ, ubi Thymniæ promontorium, à quo nomen accipit, inter Gnidum ad occaſum & Larumnam ad ortum, ubi etiam Schenus & Bubeſſus ſinus parvi, contra Rhodum inſulam.

Thyni, populi Thraciæ ex adverſo Bithyniæ, ubi Thynias promontorium & oppidum.

Thynias, *Sagora*, teſte Nigro, oppidum Thraciæ, in ora maris Euxini; ad Thyniam promontorium, apud Apolloniam, ab ea in meridiem Byzantium versùs. Inde Thyniacus ſeu Thynniacus ſinus *Golfo di Sagora*, ab Ovidio memoratur. Promontorium *Capo Tenia*.

Thynias item, ſeu Thymnias Plinio, Melæ, & aliis, inſula maris Euxini, in ore Ponti, Bithyniæ adverſa, (quam Bithynida vocat Mela) Thynias Ptolemæo, Thyneis Orpheo, Thynis & Thyne Stephano, Apollonia Arriano, *Farnaſia* nunc, teſte Nigro, Catullus ad Sirmionem:

Vis mihi ipſe credens Thyniam, atque Bithynos
Liquiſſe campos, & videre te in tuto.

¶ Thynos, Cyliciæ oppidum in Aſia minori, teſte Plinio.

Thyræi, populi Salentinorum, inter Tarentum & Brundusium, quorum oppidum *Turi*, in Apuliæ Peucetiæ finibus, apud Nuces oppidum, à Cuperſano urbe 10. mill. paſſ.

Thyrea, inſula Peloponneſi apud Hermionen, unde ſinus Thyreaticus, qui & Hermionicus. Thyrea item

Stra-

Straboni, Thucydidi & Herodoto, Thyræa Pauſaniæ, oppidum Peloponneſi mediterraneum, in Argivorum & Spartanorum confinio, Thyræum Stephano, nunc *Burdugna*, teſte Nigro. Thyre etiam oppidum Meſſeniorum fuit, cuius meminit Statius Thebaidos libro 4. Cum de Thyreate agro bellum eſſet inter Argivos, & Lacedæmonios, res pugnę 300. militum utrinque commiſſa eſt: quibus omnibus interfectis, Othryades Spartanus, qui ſolus evaſerat; ſe interemit & aliis ſe comitem dedit. Statius loco citato:

Et Lacedæmonium Thyre *lectura cruorem*.

Pauſ. Thyrides, vertex Tænari montis, ſeu promontorium in Laconicæ ora, ab ipſo 30. ſtadiis diſtans.

Thyrides, inſulæ tres parvæ maris Jonii: oræ Meſſeniæ adiacentes, in ſinu Aſinæo. Plin.

Thyrium oppidum fuit Acarnanum: cuius populi Thyrienſes à Xenophonte dicuntur.

Liv. Thyrreni, populi Italiæ. Vide Tyrrheni & Thuſci, in Thuſcia.

Steph. Thyrrenia, regio Italiæ, quæ & Hetruria & Thuſcia. Vide ibid. Ovid. lib. 14. Metamorph.

Concurrit Latio Tyrrenia *tota, diùque*.

Ovid. Thyrſagetæ, populi Sarmatiæ, Gelonis & Turcis finitimi, ſylvas incolentes, victumque ſibi venatu comparantes, qui etiam Budinis, & Baſternis finitimi ſunt, Mel. Tyrregetæ Straboni, Thuſſagetæ Plinio, & alibi Thyrſagetæ, in utraque Sarmatia, apud Mæoticam paludem. De quibus Valerius Flaccus 6. Argonaut.

Non ego ſanguineis geſtantem tympana bellis.
Thyrſageten, cinctumque vagis poſt terga ſilebo
Pellibus.

Ptol. Thyrſus, *Torſo* in tabulis recentibus, fluvius Sardiniæ, in ora occidua, apud Arboream urbem mari exceptus, Thorſus apud Pauſaniam per agrum Arborenſem, ubi olim populi Ilienſes, decurrens.

¶ Thyrſus fluvius hodie *Thirſo* dicitur; eſtque totius Sardiniæ inſulæ præcipuus. Oritùr in parte Boreali; deinde per mediam inſulam fluens. 5. mill. paſſ. ab Arborea in mare Sardoum ſe exonerat.

Ptol. Thyſdrus, Tiſdrus Aulo Hirtio, Tiſdrum Capitolino, Tuſdrum, ſeu Tuſdrus Antonino, Tuſdritanum oppidum Plinio, aliis Thyſdritanum, colonia & urbs olim Africæ mediterranea, à Teveſta 185. mill. paſſ. ex Antonino diſtans.

¶ Thyſdrus, *Cairoan*, urbs Africæ, aliàs in Bizacena regione, nunc in regno Tunetano, ad Capuiliam fluvium. Ampla eſt & celebris etiamnum & ab Arabibus *Cairavan* dicitur, 40. mill. paſſ. diſtat ~~ab ora~~ maris Mediterranei, & Syrtis minoris ad occaſum, 45. ab Hadrumeto in meridiem, uti 90. à Tuneto, paulò plus Hero. autem à Tacape in Boream.

Steph. Plin. Thyſſagetæ, Thyrſagetæ Melæ, populi Scythiæ Europeæ, juxta Meotidem paludem. Vide Thyrſagetæ.

Thuc. Thyſſus, Thyſus Herodoto, Thyſſa Straboni, oppidum fuit Macedoniæ in monte Atho.

¶ Thyſtadium, *Thyſted*, oppidum Daniæ cum arce in Jutia ſeptentrionali, & Diœceſi Alburgenſi, juxta ſinum *Limford* dictum, vix 2. leucis Danicis ab ora Oceani Germanici in ortum, 6. à Viburgo in Circium, & 11. ab Al- Herod. burgo in occaſum.

Tiarantus, *Sereth*, teſte Peucero, fluvius Scythiæ Europeæ, per Daciæ fines, ſeu per Moldaviam, ubi oppidum cognomen alluit, in Iſtrum influens.

ol. Tiar Julia, *Tervel*, teſte Moletio, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, in regno Aragonio, apud fines Valentini inter Valentiam 25. & Cæſarauguſtam 35. leucis, quæ Terulium, ſeu Turulium à fluvio Turuli dicitur. Eſt tamen Tiar Julia in finibus Ilercaonum, non in Celtiberis. Hic tumulus duorum amantium viſitur; quorum alter, hoc eſt mas, ob baſium ſibi ab amaſia negatum obiit; altera hoc eſt, amaſia, ob baſium amaſio mortuo datum illicò exſpiravit.

¶ Tiar Julia, ſeu Tiara Julia, quæ etiam Indibilis quibuſdam oppidum fuit Ilercaonum, quod hodie *Trayguera* dicitur, teſte Brietio; eſtque in regno Valentino, juxta amnem *Servol*, 3. leucis Hiſpanicis ab ora maris Mediterranei diſtant in Boream, 7. à Dertuſa in occaſum & 19. à Terulo in ortum.

l. Tiaſum, *Diod*, teſte Lazio, oppidum Daciæ; in Valachię & Tranſylvaniæ confinio.

rab. Tibareni, populi Cappadociæ, apud Chalybes, inno. tra montes, inter Chalybes ad ortum & Cotyorum ad occaſum incolentes. De quibus Val. Flaccus lib. 5. Argon.

Inde Genetæi, rupem Jovis, hinc Tibarenum, Plin.
Dant virides poſt terga lacus.

Tiberiacum, quod & Gabeum, & ad Caballos in Vet. mon. antiquis Ravennatum monumentis, teſte Hieronymo Rubeo, *Bagnacavallo*, oppidum amplum in territorio Ravennate à Ravenna 13. mill. paſſ. Ferrariam versùs, apud Anemonem fluvium, Luco proximum, ab eo 3. à Foro Cornelii 11.

¶ Tiberiacum, *Bagnacavallo*, caſtrum eſt Italiæ, in Ant. ditione Pontificia & in ducatu Ferrarienſi, ſed in Romandiola ferè inſertum. 15. mill. diſtat à Ravenna in occaſum, ad Senum fluvium, & 9. à Faventia in Boręam.

Tiberiacum alterum, *Bercheim*, teſte Ortelio, oppidum Germaniæ inferioris, in Ducatu Juliacenſi, ad Erpum fluvium, inter Coloniam Agrippinam ad ortum & Juliacum ad occidentem 3. leucis. Aliis eſt *Berick*, oppidum ad Rhenum eiuſdem tractus.

¶ Tiberiacum, *Bercheim*, oppidulum aliàs Ubiorum, nunc Juliacenſis Ducatus, ad Erſtum fluvium. Sedet in limite ditionis Colonienſis.

¶ tiberiadis lacus, *la mer de Tabarie*, ſeu *de Galilèe*, lacus eſt Terræ Sanctæ, in confinio Galileæ, per quem Iordanis labitur a ſeptentrione in meridiem per 15. mill. paſſ. extenditurque inter Tribus Zabulon, & Iſachar ad occaſum & dimidiam Tribum Manaſses ad ortum. Vide mare Galileæ.

tiberias, *Tabarie* nunc, teſte Nigro cum aliis, urbs Bibl. Palæſtinæ, ad lacum cognominem, in Galilæa, epiſco- Ioſep. palis ſub Archiepiſcopo Nazareno, inde ſupra 10. mill. paſs. in ortum, inter Scythopolim ad meridiem, & Capharnaum ad Boream, inde 16. mill. diſtans, habitatoribus ob ſerpentum multitudinem planè vacua. Hinc Iuſtus, qui Iudaicarum rerum texit hiſtoriam. Ab Herode in honorem Tiberii Cæſaris condita, teſte Stephano. Lacus autem Tiberiadis, qui & Geneſara, & mare Tiberiadis, ac mare Galileæ nominatur, *Lago di Geneſareth* dicitur; per quem Iordanis fluit. Vide Geneſara.

¶ tiberias, ſeu Geneſareth, urbs fuit Galileæ, ~~in~~ Tribu Zabulon in ora occidentali maris Galileæ ſeu Tiberiadis ab ea dicti, hodie *mer de Tabaire*; diſtatque 30. m. p. a Nazareth in ortum & 5. a Iotapata.

tiberina, & Auguſta Tiberii, dicta eſt Ratiſpona, Vet. inſcr. ut lib. 4. Itinerarii:

Qua fundata iacent Auguſtæ mœnia, quondam
Nomine dicta fuit qua Tiberina *ſuo.*

tiberina caſtra, *Peringen*, teſte Lazio, pagus Vindeliciæ in Bavaria, apud Dingelfingum oppidum, a Landshuto urbe 4. leucis in ortum, quot a Stroubinga in meridiem.

tiberina inſula, quæ et Æſculapii inſula apud Svetonium appellatur, & Lycaonia apud Dionyſium Halicar- Suet. Vitr. naſseum *Iſola di S. Bortolomeo* nunc, inſula in urbe Roma, quam tiberis fluvius efficit, inter duos pontes, ſic vulgò dicta a templo D. Bartholomæi Apoſtoli. Ibi Iupiter etiam colebatur (qui propterea Lycaonius cognominabatur) templo ſibi dicato. Templum verò Æſculapii erat ubi nunc cœnobium Monialium.

tiberina oſtia duo, quibus Tiberis fluvius in mare Virg. tyrrhenum apud Oſtiam & portum Auguſti urbes exciſas, ab urbe Roma 16. m. p. exoneratur, in Thuſciæ Latiique confinio, ab oſtio Macræ 284. m. p. teſte Plinio. Virg. lib. 1. Æneid.

Carthago, Italiam contra, Tiberinaque *longè*
Oſtia.

¶ tiberina oſtia, ſeu & meliùs, Oſtia tiberina, vulgò *Oſtia*, dicitur urbs exciſa Latii ad oſtia tiberis fluvii, 12. mill. p. ab urbe Roma in meridiem, contra oſtium orientale tiberis, vulgò *Bocca del Tevere*, cùm occidentale oſtium, quod & maximè frequentatum, *Fiumicino* dicitur, ſit propè Portum, & vix m. p. inter ſe diſtant, ſed 220. circiter ab oſtio Macræ fluvii in Eurum via recta, & 260. juxta oram littoralem maris Tyrrheni. Vide Oſtia Tiberina.

tiberinus campus, antea Tarquinius & poſteà Martius, nunc quoque *Campo Marzo* vulgò dictus, in urbe Roma.

tiberiopolis, urbs gemina: una Phrygiæ magnæ epiſco- Ptol. palis ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, apud ortum Cay- Socr. ſtri fluvii, Dumeniæ et Silbio proxima, inter illas a Phila-

del-

delphia ad 60. mill. paſſ. in Cæciam : altera in Thracia, in Myſiæ inferioris confinio, *Strumitza* Curopalati, vel *Stromitza*, *Varna* Leunclavio, epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, poſteà metropolis effecta ; Unde Dionyſiopolis. Strummeza, aut Strumitza, teſte Niceta Gregora libro 8. oppidulum eſt Triballorum in Macedoniæ finibus, inter Strymonem & Axium fluvios, à Scupi tridui itinere diſſitum, in monte prærupto ac ſaxoſo, ſed à Barna diverſum.

Tiberis, Tyberis Straboni & aliis, (ſcribitur enim paſſim per *i* & per *y*, ſicuti & Tibur, quod & Tybur) fluvius Italiæ notiſſimus, Hetruriam ab Umbria, Sabinia, & Latio diſterminans, Romamque interluens, ac in Tyrrhenum mare ad Oſtiam & Portum Romanum exiens, à Tiberino Rege Albano, in eo anno urbis conditæ 163. ſubmerſo nomen habens, qui & Albula dicitur, vulgò *il Tevere*. De quo Horat. lib. 1. Carmin. ode 2.

Vidimus flavum Tiberim, retortis
Littore Hetruſco violenter undis,

Ovid. lib. 5. faſt.

Mittite me in Tiberim, Tiberinis vectus ut undis,
Littus ad Inachium pulvis inanis eam.

Virg. lib. 2. Georg.

Quæ Tuſcum Tiberim, *& Romana palatia ſervas.*

Ovid. 2. faſt.

Albula, quem Tiberim *merſus Tiberinus in undis*
Reddidit.

Tiberis inundationes magnas magnæ ſolent calamitates belli famiſve ſequi. Tiberis, auctore Plinio, lupum inter piſces gignit, ut Ravenna rhombum, elopem Rhodus, Sicilia murænam : ſed muræna Tarteſſia, teſte Quintiliano, laudatiſſima eſt. Tiberis oſtia ab oſtiis Aterni 136. m. abſunt : inter oſtia Vari Italiam à Gallia diſcriminantis 495. & Leucopetram promontorium ultra Rhegium 449. a quo promontorio Tarentum 730. mill. paſſ. mari numerantur : inde ad Japygium promontorium 84. à quo Garganus mons mari pariter 223. abeſt ; inde ad Crumerum promontorium apud Anconam 183. Ravennam 102. Aquilejam totidem, ad oſtia Arſiæ (ubi Italia terminatur) 144. unde per Alpium radices ad ejuſdem Vari oſtia 742. Ita ut totus Italiæ ambitus 2854. mill. paſſ. ferè ſit. De qua re in noſtra Europæ deſcriptione.

¶ Tiberis, *il Tevere* Italis, *le Tibre* Gallis, fluvius Italiæ. Oritur ex Apennino & ex monte *Falterona* iuxta vicum *Monte Coruaio* dictum, in agro Florentino & in limite Romandiolæ. Hinc in meridiem tendens, Burgum S. Sepulchri rigat. Deinde per ditionem Pontificiam fluens, iuxta Tifernum Tiberinum labitur, uti prope Peruſiam ; poſteà recipit Tiniam & Tudertum rigat Hinc auctus fluviis Palia, Nare 8. mill. ſupra Civitatem Caſtellanam, & Aniene, Romam interluit, & 12. mill. paſſ. infra in mare Tyrrhenum ſe exonerat. Eius oſtia 100. mill. paſſ. diſtant ab oſtio Aterni in occaſum, inter oſtia Vari fluvii vix 400. & Leucopetram promontorium 370. circiter. Ex eius duobus oſtiis hodierno tempore ſiniſtrum oſtium minimè ſubiri poteſt, ſed dextrum tantùm, quod vulgò *Fiumicino* vocant, ideoque portum immenſo ſumptu & opere ad hoc oſtium priſci
Ant. Cæſares conſtruxerunt ; & nunc in eiuſdem oſtii con-
D. Au. ſervatione multùm laborant Summi Pontifices.

Tiberis alter, fluvius. Vide Tyberis.

Tibilitanæ aquæ, locus Africæ Mediterraneus ubi.
Ptol. Tibili oppidum erat, ſeu Tibilis urbs, ab Hippone Regio 54. mill. paſſ. in meridiem diſtans.

Tibiſca, *Sophia* nunc, teſte Nigro & Moletio, urbs Myſiæ inferioris in Bulgaria, (non illa Sophia in Myſia ſuperiore, hodie Satrapæ totius Græciæ ſedes, à Nicopoli ad Hæmum ad 60. mill. paſſ. diſtans, à Theſſalonica ſupra 100. à Juſtiniano Imperatore teſte Procopio condita) à qua Tibiſena oſtia quædam apud Valerium Flaccum libro 6. Argonaut.

progenuit viridem Maracen, Tibiſenaque *juxta*
Ptol. *Oſtia.*

Sed hic locus in Sarmatia Aſiatica eſt, non in Europa.

Tibiſcum, *Titul* teſte Lazio, oppidum Daciæ in Jazygum confinio, ad Tibiſcum fluvium, in Hungaria Tranſdanubiana, Acuminco finitimum, inde 4. leucis in Boream Segedinum versùs, à Tauruno urbe 6. Locus
Ptol. nunc cum præpoſitura.

Tibiſcus, Tibeſis Herodoto, Pathiſſus Plinio, *Tyſſa* Lazio & aliis, fluvius Daciæ maximus, illam ab Jazygibus Metanaſtis ſive ab Hungaria Tranſdanubiana ſeparans, ex Carpate monte fluens in auſtrum, ac Danubio contra Acumincum inter Petrovaradinum 6. & Taurunum 2. leucis congrediens.

¶ Tibiſcus, fluvius Hungariæ, vulgò *Tyſſa*, ſeu *Teiſſa* dictus, oritur ex Carpatho monte in ipſo limite Ruſſiæ nigræ & Tranſylvaniæ, in Comitatu Moramaruſienſi ; deinde in occaſum tendens, auctus Zamo, Thura, & plurimis rivis, Tochæum rigat, recipitque Bodrocum & Tarczacum fluvios ; deinde in meridiem fluens, Zagivam recipit ad Zolnochium, Chryſium, *Kerez*, ad Czongradium & Mariſum ad Segedinum ; tandemque auctus fluvio *Temes*, paulò infra Tibiſcum oppidum in Danubium ſe exonerat 4. leucis ſupra Taurunum, & vix 2. infra Petrovaradinum oppidulum. Ptol.

Tibius, & Tybius, ut ab aliis legitur, *Teiſi* vel *Tivy*, fluvius Albionis, per Walliam in Oceanum Hibernicum apud Cardengam oppidum fluens. In codice Græco Ptolemei deſideratur (Et in Latino uti videtur ; idem tamen Anton. ſorſan cum Tuerobi Ptolemæi. Vide Tuerobis.) Ptol.

Tibula, *Locoſardo* in tabulis recentibus apud Moletium, oppidum olim, nunc pagus Sardiniæ, in ora Boreali, contra Corſicam, apud Juliolam, inter Turrim Libiſſonis ad occaſum & portum Liguidonis ad ortum, à quo 50. mill. paſſ. à Carali 213. in Boream, à Bonifacio oppido Corſicæ 9. in auſtrum, ab Olbia urbe 18. ex Itinerario Antonini, ſed numeri diſtantiæ depravati ſunt, cùm Olbia hinc in ora orientali maximè diſtet.

¶ Tibula, hodie *Caſtel Aragoneſe*, teſte Brietio, urbs eſt munita Sardiniæ, in ejus parte Boreali, & in ora occidentali, contra Herculis inſulam. 12. mill. paſſ. diſtat à Turri Libiſſonis in Boream, Juliolam versùs paulò minùs, 30. ab ora proximiori Corſicæ in Africum ; 110. à Calari in Boream, & 70. ab Olbia in occaſum, Cic. uti paulò plus à portu Liguidonis. Strab.

Tibur, Tybur Ovidio & aliis, Tiburis Procopio, Liv. Tibyra Stephano, cui & Polyſtephanos, *Tivoli*, urbs & al. Latii epiſcopalis, ad Anienem fluvium, in Sabinorum confinio, à Catillo Arcade claſſis Evandri Præfecto ante Romam condita, à qua 16. mill. paſſ. in Boream versùs Marſos diſtat. Populi Tiburtes Plinio. De ea Virgilius libro 7. Æneidos:

Tela novant, Atina potens, Tiburque *ſuperbum.*

Hic maxima pomorum copia, teſte Columella de cura hortorum:

Hic Turni lacus, & pomoſi Tyburis *arva.*

¶ Tibur, ſeu Tibur Herculeum, *Tivoli*, urbs aliàs Latii, nunc Campaniæ Romanæ, in ditione Pontificia, 16. milliaribus à Roma in ortum, in colle, ubi cataractæ Anienis & palatium ſuperbiſſimum Cardinalis Hippoliti Eſtenſis, 12. mill. paſſ. diſtans à Fraſcata in Boream.

Tiburnia, *S. Veit*, teſte Joanne Aventino, urbs Norici, in Carinthia, (quæ Teurnia Ptolemæo eſſe videtur) media inter Villacum & Neomarchum, 6. leucis utrinque diſtans, Clagenfurto propior.

¶ Tiburnia, quæ, & meliùs Teurnia, urbs Norici, hodie eſt *Villach*, urbs Carinthiæ ſuperioris, ad Dravum fluvium. Vide Teurnia. Spartian.

Tiburtina villa, hodie *Villa d'Adriano*, villa in agro Tiburtino. Altera villa in eodem territorio, cujus meminit Vitruvius, nunc *Taurina*, teſte Cæſare Cæſariano.

Ticaria, *Trucula*, inſula Illyrici, inter Phariam ad occaſum & Corcyram nigram in ortum ſeu Eurum Ptol. occurrens. Vide Trucones.

Ticarius, *Groſſo*, teſte Leandro, ſed aliis potiùs *Liamone*, unus ex 3. majoribus fluviis Corſicæ, ex medio illius in auſtrum in Talabenſem ſinum fluens. Qui verò Groſſus dicitur, in occidentem fluit, inter Pauconiam ad Boream & Fiſeram ad meridiem.

¶ Ticarius, ſeu Ficarius, fluvius parvus Corſicæ inſulæ, in ejus parte Auſtrali. Quibuſdam eſt *Bozzo*, & Plin. Brietio eſt *Ficari* ; ac in ſinum Titianum ſe exonerat.

¶ Tichaſa, urbs Africæ propriæ, teſte Ptolemæo.

Tichis, *Tec*, teſte Gaſparo Varrerio, fluvius Hiſpaniæ citerioris, apud Gerundam decurrens, & pelago ad Rhodam exceptus. Vide Thicis apud Melam.

¶ Tichium, Græciæ oppidum in Ætolia, teſte Thucydide.

Ticinum, *Pavia*, urbs Inſubrum, poſt Mediolanum (à quo in auſtrum diſtat 20. mill. paſſ.) clariſ-

ſima, epiſcopalis & Academia, ac olim Longobardorum regia ad Ticinum fluvium, à Liguribus, Levis, & Maricis, ante Mediolanum condita, poſtea Flavia Papia vocata, & Papia apud Paulum Diaconum, cum everſa, rurſus opera D. Epiphanii eius Epiſcopi reædificata fuiſſet. Principatus titulo illuſtris, multa antiquæ nobilitatis ſervat monumenta, pontemque habet lapideum & magnitudine, & ſtructura nulli in tota Italia ſecundum. Hanc inſigni errore Stephanus vicinam Ravennæ facit, à qua 150. mill. paſſ. abeſt. Hæc Othoni Imperatori ſe dedit anno ſalutis 911. Ticini Authores Longobardorum Rex, cum 6. annos cum Theodolinda uxore regnaſſet, dolo domeſticorum poculo venenato è vivis ſublatus eſt, ut Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Longobardorum ſcribit.

¶ Ticinenſe territorium, *il paveſe*, pars Ducatus Mediolanenſis. Vide Papienſe territorium.

Ticinus, *Teſino*, fluvius Inſubriæ clariſſimus, atque navigabilis, ex Adula monte in Helvetiorum confinio (unde & Rhodanus in Galliam, & Rhenus in Germaniam fluunt) erumpens, ac per lacum Verbanum fluens, Ticinique urbis mœnia radens, in Padum poſt. 4. mill. paſſ. excipitur, aquas ſuas perſpicuas ad 10. mill. paſſ. immixtas aquis padi turbidis conſervans. Alicubi arenas aureas habet, thymallo etiam piſce nobilis, De quo Claudianus in 6. Conſulatu Honorii:

Colla levant pulcher Ticinus, & Addua viſu.

Silius lib. 4.

Cæruleas Ticinus aquas, & ſtagna vadoſo
perſpicuus ſervat turbari neſcia fundo.

¶ Ticum, *Ticou*, urbs Sarmatræ inſulæ, in mari Indico, cum portu capaci in ora occidentali, 180. mill. paſſ. à Malacca in Africum, & 400. circiter ab Acemo in meridiem; ſubeſtque dominio Regis Acemi.

¶ Tidora, *Tidor*, inſula Aſiæ in mari Indico & una ex Moluccis propriè dictis, inter Ternatam inſulam ad Boream, & Motiram ad meridiem, prope oram occidentalem Giloli inſulæ. Subeſt dominio Hollandorum qui in ea habent aliquot arces; eſtque parva, ſed aromatum proventu dives.

Tiela, *Tielt*, vel *Tiel*, oppidum Germaniæ inferioris, in Geldriæ Ducatu, in Batavorum finibus, ad Vahalim fluvium, à Noviomago Geldriæ metropoli 4. leucis in occaſum, Vorcum versùs totidem, Bomelæ oppido proximum.

¶ Tiencheum, *Tiencheu*, urbs Sinarum, in Quanſia provincia, ſed nunc ſubeſt Regi Tunchini & ab ea pendent quatuor aliæ urbes, teſte Martinio.

Tieſſa, Tiaſſus Athenæo, fluvius Laconicæ, per Spartam & Amyclas in Eurotam fluens.

Tifata, Tiphata Plinio, *Monti di Capoa*, & *di Caſerta*, mons Campaniæ, cum oppido olim cognomine, inter Capuam & Nolam extenſus, Campaniamque à Samnio diſterminans. Cuius inter alios meminit Statius lib. 4. ſylvarum, carmine 4.

Ceſſat apex, procul iſta tuis, Tifata, Teate.

Tifata apud Feſtum locus eſt prope Capuam.

Tifernum, urbs gemina Vmbriæ: unum, tiberinum cognomine, Tifernum ſeu tiphernum ptolemæo, urbs epiſcopalis in planitie, non procul à tiberi fluvio, à quo denominatur, vulgò *Citta di Caſtello*, à perufia ferè 24. mill. paſſ. in Boream & Cæciam, ab Eugubio 20. in occaſum Aretium versùs; alterum Metaurenſe cognominatum *Sant'Angelo in Vado* ad Metaurum fluvium, in valle, à priore 20. m.p. Vrbinum versùs 26. Vrbs olim Epiſcopalis, nunc Oppidum haud obſcurum Ducatus Vrbinatis. Populi tifernates plinio.

tifernum Metaurenſe, *ſant' Angelo in Vado*, Urbs Ducatus Urbini, cuius Nobilitatem Veterum lapides ibidem reperti luculentiſſimè teſtantur. Huius & plinius & recentiores alii Geographi, Hiſtoricique meminerunt. Epiſcopalem olim fuiſſe pontificum Annales raferunt, & ex hoc Monumento facile colligitur; habuit enim Flamines, quibus dubio procul ſucceſſerunt Epiſcopi.

L. ACCONIO L. F. CLU.
STATURÆ.

LEG. XI. C. P. F. LEG. IIII. FF. LEG.
V. MACED. LEG. VII. CPF. DON.
DONATO AB IMP. TRAJANO
AUG. GERM. OB BELLUM. DACIC.
TORQU. IB. ARMIL. PHALLERIS
CORONA VALLA. ET A PRIORIB.
PRINCIPIBUS EISDEM DONIS
DONATO OB BELLUM GERMAN.
ET SARMATIC. A DIVO TRAJANO
EX MILITIA IN EQUESTREM
DIGNITATEM TRANSLATO
ARIMINI PONTIF. QUINQ.
TIPHERNI METAUR. FLAMINI. PONT.

QUINQ.

L. ACCONIUS STATURÆ FLA.
EX TESTAMENTO EJUS CUJUS
DEDICATIONE EPULUM DECU
RIONIBUS ET PLEBI DEDID

L. D. D. D.

His adductus Vrbanus VIII. Pont. Max. anno 1636. Oppido Civitatis charactercam retinenti Epiſcopalem Cathedram quam injuria temporum eripuerat, reſtituit, & novum dedit Epiſcopum, qui duabus præeſſet Diœceſibus æque principalibus & invicem junctis, nempe S. Angeli in Vado, & Urbaniæ, quam recens Civitatem creaverat & ſuo nomine inſigniverat. Anno autem 1688. poſt diuturnas diſcuſſiones irrevocatum Sacræ Romanæ Rotæ decretum PRAENOMINATIONEM VADENSIBUS adiudicavit. Diſtat 6. mill. ab Urbania in occa. ut 16. à Tiferno Tiberino in bor. & 13. ab Urbino in occaſ. ſubeſtque Dominio Summi Pont. Et eſt versùs Fontes Metauri fluvii.

Tifernum Tiberinum, *Citta di Caſtello*, urbs eſt ditionis Pontificiæ, regiunculæ cognominis caput, ad Tiberim fluvium, & in limite Etruriæ, uti Ducatus Urbini. Diſtat 10. mill. paſſ. à Burgo S. Sepulchri in meridiem, & 10. ab Aretio in ortum, Calium versùs 22. eſtque ſatis munita; & ab ea tractus adiacens dicitur *Contado di Citta di Caſtello*.

Tifernus, Phiternus Ptolemæo, ut aliquibus videtur fluvius Frentanorum, illos ab Apulis Daunis dividens, ex Apennino monte in mare Hadriaticum per Larinum ad Thermulas influens, mediùs inter Frentonem ad ortum & Trinium ad occaſum, vulgò etiam *Tiferno* dictus; licèt nonnulli *Fortoro* illum indigitent, cum Frentone eum confundentes. Hic lector monendus eſt ne ex Theſauro Linguæ Latinæ decipiatur, Tifernum oppidum cum Tiferno fluvio iuxta Teanum & Larinum deſcribente, ex Plin. lib. 4. cap. 14. in 6. regione Italiæ: ubi nihil de his; cum Tiferno tantùm fluvio agat cap. 11. de quo fluvio lib. 2. Itinerarii ſic: *Plin. Mel.*

Et qua Tifernus flavas evanidus undas
Exonerans, rapidum ſeſe diffundit in æquor.

¶ Tifernus fluvius Frentanorum *Biferno* hodie dictus, oritur in comitatu Moliſino prope Bovianum, hinc in Cæciam tendens, Guardiam Alferiam rigat, & versùs Larinum labitur, tandemque prope termulas urbem Capitanatæ in mare Adriaticum ſe exonerat.

Tigava, Tigava caſtra Antonino, Tigaviæ Ammiano, urbs olim epiſc. Mauritaniæ Cæſarienſis mediterranea, Oppido novo proxima, inde 2. mill. paſſ. diſtans. Epiſcopi Tigabitani meminit D. Auguſtinus. *plin. ptol.*

Tigis, Tigiſi Antonino, urbs olim Mauritaniæ Cæſarienſis epiſc. ſub Archiep. Cæſarienſi. Ruſuccuro finitima, inde 12. mill. in meridiem; Cuius Epiſcopus Tigiſitanus à Victore Uticenſi memoratur. *ptol.*

¶ Tigis, ſeu Tigiſi, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, nunc dicitur, *el col de Madeiares*: eſtque recens culta à Mauris ab Hiſpania ejectis 8. leucis diſtans ab Algerio, teſte Sanſone.

Tignia, *Tenna*, teſte Franciſco Pamphilo, *Tinea* aliis, flu-

Trac. fluvius Piceni, apud Tignium oppidum fluens, inter Chientum & Aſonem flumina mari ad portum Firmanum exceptus.

Cæſ. Cic. Tignium, *S. Maria in Giorgio* hodie, teſte Pamphilio, oppidum Piceni in colle non obſcurum, medium ferè inter Firmum & Tollentinum, unde 16. mill. paſſ. abeſt, à Monte Albo urbe recenti 10. versùs Tollentinum.

¶ Tigra, Mœſiæ inferioris urbs, teſte Antonino, & in libro Notitiarum.

Ptol. Tigranaaua, urbs Armenię majoris, quæ *Tauris* à Nigro & Theveto indigitatur, *Simolachach* Georgianis. Sed ſitus apud Ptolemæum haud convenit, cùm *Tauris* in Media ſit, non Armenia.

¶ Tigranaana, ſeu Tigranoama, urbs fuit Armeniæ maioris, versùs confinia Mediç, atque inter Caſpium montem ad ortum & Ariſſam lacum ad occaſum. Quid ſit hodie difficile eſt dictu. Sed longè diſtat à Taurino in occaſum.

Plin. Tac. Tigranocerta, urbs Armeniæ majoris, quæ & Tigranopolis, & Tigranoperta, teſte Appiano, dicta eſt, à Niſibi urbe Meſopotamiæ 36. mill. paſſ. in Boream, ad Nicephorium fluvium, teſte Tacito, apud Maſium montem, qui Gordyæo finitimus eſt, teſte Strabone. Ea hodie *Sultania* Jovio dicitur & Bonacciolo *Sava*: quæ urbes in Media ſunt apud Parthorum confinia, uti tabulæ habent neotericorum.

¶ Tigranocerta, urbs Armeniæ majoris, ad Nymphæum fluvium, versùs confinia Aſſyriæ inter Arthemitam ad Cæciam & Amidam ad Africum, 100. mill. paſſ. à Niſibi, ſed à Maſio monte remota. Hodie creditur *Bitlis*, urbs munita Turcomaniæ ſub dominio Turcarum.

¶ Tigre, *Tigre*, regnum Africæ & pars regni Abiſſinorum, cujus Prorex, *Tigre mahon* dictus, cauſam præbuit errori nonnullorum, qui *Tigre mahon* diſtinxerunt à regno *Tigre*. Sed neque regnum Barnagaſſi ab hoc diſtingui debet, illa quippe portio regni Tigræ, quæ ſinui Arabico eſt vicina, ſic appellatur, teſte Hieronymo Lupo Luſitano in ſuo opere de origine Nili fluvii & de Æthiopia ſuperiori, ubi per 12. annos commoratus eſt, quod anno 1660. Baltaſar Telleſius publici juris fecit Conimbricæ, & poſteà Latinitate donavit Voſſius.

Herod. Strab. Plin. & al. Tigris, ſic à velocitate dictus, quaſi ſagitta, teſte Plinio, Tigris Xenophonti, *Tegil* Caſtaldo & aliis, fluvius notiſſimus & maximus Aſiæ (minor tamen Euphrate, teſte Plinio) Meſopotamiam ad ortum terminans, eamque ab Aſſyria & Suſiana dirimens, in Armenia majore oriens ab Euphratis fontibus 2500. ſtadiis, teſte Strabone, in Niphatis montis parte auſtrali, juxta Gordyæos montes decurrens, eique ad Seleuciam ex parte & infra toti apud Apamiam ſe commiſcens, inque ſinum Perſicum ad Teredonem urbem unà cum illo exceptus. Paſitigris, teſte Plinio, ubi totus confluit (alicubi enim in plures Alveos dividitur) dicitur; etiam vulgò *Sir* & *Ser*, teſte Pineto & Joſepho Barbaro, *Marato* Tenrerio & Poſtello. Principio abſorbetur à terra. Lucanus lib. 3.

At Tigrim ſubito tellus obſorbet hiatu,

Virg. egloga 1.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Tigris non ſolùm rapidus ſupra omnes Aſiæ fluvios eſt, ſed etiam ſub terram multo intervallo conditur; quod & Lycus in Aſia & Eraſinus in Argia rurſus toti emergentes. Ubi ab Euphrate maximè in ortum recedit, 360. mill. paſſ. numerantur, quanta eſt Meſopotamiæ longitudo. Tigris alter in Paphlagonia decurrit in Euxinum mare, teſte Xenophonte.

¶ Tigris fluvius Aſiæ percelebris, oritur ex montibus Ararat, ſivæ Armeniæ; & inter Aſſyriam Meſopotamiamque fluens; & Chaldæam ſive Babyloniam interſecans, Euphrate recepto, labitur in ſinum Perſicum Arabiam inter & Perſidem, propè Teredonem.

Plin. Ptol. Tigulia, ſeu Tigullia (utroque enim modo legitur) *Seſtri di Levante*, teſte Auguſtino Juſtiniano, oppidum Liguriæ in ora littorali ad ortum, medium inter Genuam urbem ad occaſum & Ericis portum ad ortum, utrinque 30. mill. paſſ. Vide Segeſta Tigulliorum. Tametſi Segeſta à Tigulia apud Plinium diverſa videtur: hæc enim maritima, illa interiùs recedit.

¶ Tigurinus lacus, *Zuricherzèe* Helvetiis, *Lac de Zurich* Gallis, lacus eſt Helvetiæ, à Tiguro ei adjacente in Boream ſic dictus; eſtque partim in pago Tigurino & partim propè pagum Suitenſem. Ei adjacet Rapers villa oppidum, cum ponte oblongo & per eum labitur Limagus fluvius. Extenditur autem ad 25. mill. paſſ. ab Euro in Circium; ſed vix ejus latitudo eſt 5. mill. paſſ.

Tigurinus pagus, Tigurum poſterioribus, *ZuricK*, urbs Helvetiorum, apud Tigurinum lacum, ubi Limagus fluvius egreditur, primum ſibi inter 13. conventus juridicos locum vendicans, inter Conſtantiam 6. & Luceriam 4. leucis, à Baſilea 8. Populi Tigurini Straboni & Eutropio. De Tiguro lib, 7. Itinerarii. Cæſ. Liv.

Quam Tiguri celſam tacitus miraberis urbem

De lacu Tigurino lib. 6. ſic:

Inde lacus claudes Tigurinus ubi influit urbem,
Inque duas partes findit.

¶ Tigurinus pagus pars fuit aliàs Helvetiorum, complectebaturque totum illum tractum, ubi hodie pagi Tigurinus, Scaphuſianus, & Abbatis Cellenſis, teſte Brietio. Tigurinus verò pagus hodie *Canton de Zurich* dicitur, eſtque ex 13. pagis Helvetiis, inter pagos Bernenſem & Lucerinum ad occaſum, Scaphuſianum ad Boream, Tugium & Suitium ad meridiem, & Abbatis Cellam ad ortum. Ejus caput eſt Tigurum.

¶ Tigurum, *Zurich*, urbs eſt ampla & culta Helvetię, pagi cognominis caput. Eam fluvius Limagus ſeparat in duas partes ubi ex Tigurino lacu egreditur; eſtque media inter Scaphuſiam ad Boream, & Lucernam ad meridiem 25. mill. paſſ. diſtans, uti à Rheno fluvio in meridiem, 45. autem à Solodoro in ortum.

Tilaventum majus, & Tilaventum ſimpliciter Ptolemæo, *Tagliamento*, fluvius Carnorum, ex Alpibus Juliis in mare Hadriaticum inter Concordiam & Aquilejam influens, ad 15. mill. paſſ. utrinque. Tilavemptum in codice Græco Ptolemæi, longè, latèque per agros, cùm nivibus aut imbribus intumeſcit, exundans. Plin.

Tilaventum minus, *Stella*, teſte Ortelio ex tabulis, fluvius Carnorum brevis decurſus, in mare apud Maranum oppidum inter illud & Tilaventum majus labens. Plin.

Tileburgum, *Tilbury*, vicus Albionis, apud Thameſim fluvium, infra Londinium urbem, haud procul. Beda.

¶ Tillabarum, Africæ propriæ urbs, teſte Antonino,

Tilium, *S. Reparata*, teſte Anania cum Moletio, oppidum olim, nunc pagus Sardiniæ, in ora Boreali, contra Corſicam à Tibula 6. mill. paſſ. in occidentem diſtans. Ptol.

¶ Tilium pagus eſt Sardiniæ, in ora occidentali, qui hodie *Argentera* dicitur, teſte Brietio. 15. mill. paſſ. à Saſſari diſtat in occaſum; & 25. à Tibula in Africum.

Tilogrammum, *Catigan*, teſte Caſtaldo, urbs Indiæ citerioris maritima, ad oſtium Gangis occiduum, ab orientali 80. leucis Hiſpanicis in occaſum diſtans. Ptol.

Tilos, inſula maris Rubri, cum oppido cognomine, margaritis, palmis, oleis, aliiſque arboribus ſemper virentibus ornata; ubi etiam arbores ſunt lanigeræ, auctore Plinio lib. 22. Vide Tylos. Plin.

Tilox promontorium, *Capo Revelat* Moletio, *Capo Chevelar* Pineto, aliis *Poggio di Guino*, promontorium Corſicæ apud Calviam oppidum. Sed *Monte Tignoſo* potiùs juxta predictum oppidum videtur. Ptol.

¶ Tilox promontorium Corſicæ in ora occidentali. Quibuſdam eſt *Punta della Canella*, & Brietio *Capo Martello*.

Tilphoſſa, Tilphuſia Apollodoro, fons eſt Bœoticæ, ſub Tilphoſio monte labens, ubi Tireſiæ Vatis ſepulchrum eſt, qui ibi, ex aqua frigida epota, interiit; teſte Ariſtophane. Strab. Plin.

¶ Tilurus, fluvius Dalmatiæ, olim Neſtus, nunc *Zetina* dicitur, teſte Joanne Lucio.

Timacum, *Tiques* Moletio, ad Timacum fluvium, ſeu Timachum Plinio, oppidum Myſiæ ſuperioris, in Dardania regione, inter Orrheam ad occaſum & Vendenidem ad ortum, ab Arribantio 3. mill. paſſ. in Boream.

¶ Timacum majus, & Timacum minus, flumina Bulgariæ, quæ ſimul juncta uno oſtio in Danubium influunt, ubi olim Timotiani populi habitarunt, aliquando Francis ſubditi, teſte Lucio.

¶ Timæa, Bithyniæ urbs in Aſia minori, teſte Ptolemæo.

Timavus, *il Timavo*, fluvius maximus Carnorum, ſed breviſſimi decurſus, novem fontibus ex vicino monte erumpens, quibus confluentibus vix ad 2. mill. paſſ. latiſſimus Hadriaticum pelagus ultra Aquilejam 7. Tergeſte versùs petit. Locus apud quem oritur. Fanum Diomedis, & vulgò *S. Giovanni* appellatur. In eo pingues & optimę Poly. Strab. Liv. & al.

an-

anguillæ, teſte AEliano, inveniuntur. Ejus meminit Virg. lib. 1. Æneidos;

Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi.

Martialis lib. 4. epigramm. 25.

Et tu Ledæo felix Aquileja Timavo,

Ante oſtia Timavi ſunt aliquot inſulæ parvæ, ſed claræ ob fontes calidos æſtu maris creſcentes, teſte Plinio lib. 2. cap. 103. tol.

Timethus il *Pattefe*, teſte Fazello, ſic ab urbe nominatus, *Traina* aliis, fluvius Siciliæ, in ora occidua, inter Agathyrium ad auſtrum, & Tyndarium ad Boream urbes extinctas fluens, juxta urbem Pactenſem mari exceptus.

¶ Timethus, *Naſo*, teſte Brietio, fluvius eſt Siciliæ, in ora Boreali, inter Tyndarium ad ortum & Agathyrnum ad occaſum, in mare Tyrrhenum fluens 12. mill. à Pactis in occaſum. lin. tol.

Timici, *Tremeſin* & *Teleuſin* Marmolio, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis mediterranea, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, hac tempeſtate clara & ampla, ac quondam regia, à Siga urbe exciſa in ora 14. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, à Julia Cæſarea ſupra 250. in occaſum, quæ etiam *Telimiconi* incolis dicitur, inter Malvam & Quizam, à qua ſupra 75. mill. paſſ. abeſt. Populi Timiticenſes, unde Epiſcopus Timiticenſis in Concilio Carthaginenſi.

¶ Timici, hodie Telenſinum, *Tremiſen*, urbs eſt Barbariæ, in regno Algerii & in tractu montium, etiamnum ampla & culta. Diſtat 14. mill. paſſ. ab ora maris Mediterranei in meridiem & 45. à confinio regni Fezzæ. ant.

Timogittia, oppidum Myſiæ inferioris, apud oram maris Euxini, inter Dionyſiopolim ad meridiem 24. & Calatim ad Boream 18. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. vid.

Timolus, mons Lydiæ, Vide Tmolus. Ovid. lib. 11. Metamorph.

Cumque choro meliore, ſui vineta Timoli.
Pactolonque petit.

Timonium, Caſtellum Paphlagoniæ, cujus tractus Timonitis Straboni ac Ptolemæo, populi Timoniacenſes Plinio. eph.

¶ Timpirum, Thraciæ urbs, teſte Antonino 16. mill. paſſ. a Trajanopoli, Simlerus Tomporis legit.

¶ Timus, Aſiæ propriæ urbs apud Calliſtum, quam ſub Tiberio Imperatore terræmotu everſam ſcribit. tol.

Tina, vel Tinna, *Tine* Camdeno, fluvius Albionis, per Northumbriam in ortum fluens, ad cujus oſtium oppidum & portum Tinomoutum, *Tinmouth*, à Bervicio urbe in confinio Scotiæ 50. mill. in meridiem.

Tinda, Stabulum Diomedis Antonino, oppidum Thraciæ mediterraneum, inter Philippos ad occaſum 61. & Maximianopolim ad ortum 18. mill. paſſ. Trajanopolim versùs quæ a Maximianopoli 57. mill. abeſt. eda.

Tindus, fluvius Albionis, in Angliá, ubi monaſterium Mailtas.

¶ Tingcheum, *Tingcheu*, urbs Imperii Sinarum, in Fochienſi provincia, cujus ſextum locum obtinet. Sedet intra montes in limite Quianſiæ provinciæ & ab ea pendent ſeptem aliæ urbes, teſte Martino Martinio. trab. lin. r al.

Tingi, Tingis Ptolemæo, Tingios Stephano, malè pro Tingis, *Tangari*, ſeu *Tangeri* Marmolio, & aliis *Tanger*, colonia, & urbs olim archiep. & Mauritaniæ, cui nomen dedit caput, nunc epiſcopalis, ſub Archiep. Eborenſi, in ora maritima Tingitanæ, extra Herculis columnas, inter Septam ad ortum 60 & Ziliam ad occaſum 24. mill. paſſ. à Lixa 54. ſub Luſitanis, ab Antæo, quem Hercules vicit, condita, ad fretum Herculeum. Hinc Tingitanus nomen gentis. De ea Silius lib. 3.

Et Tingin rapido mittebat ab æquore Lixus.

In Theſauro Linguæ Latinæ *Tamar* indigitatur; cum ab omnibus *Tangeri* vulgò dicatur.

¶ Tingis, *Tanger*, urbs Africæ & Mauritaniæ Tingitanæ caput, cum portu capaci in ora freti Herculei 28. mill. paſſ. diſtat à Septa in occaſum & 35. à Zilia in Boream. Antea ſuberat Luſitanis, ſed à paucis annis conceſſa fuit Regi Angliæ, à quo permunita fuit; eſtque in Habata provincia regni Fezzæ.

¶ Tingoeſi, *Tingoeſes*, populi Tartariæ deſertæ, versùs Oceanum Borealem, nuper detecti à Moſchis, quibus etiam parent; ſuntque versùs Ieneſejam fluvium & propè Samojedas populos.

Tinia, Teneas Straboni, *Topino* nunc, fluvius Umbriæ, ex Appenino monte apud Nuceriam manans, mœniaque Fulginii alluens, ac infra Mevaniam accepto Aſio in Tiberim influens: ubi Ortelius decipitur, Taniam Aſſiſium urbem alluere ſcribens; cum id Aſius, non Tinia faciat. De quo Silius lib. 8. Plin.

In Tiberim properans, Tiniaque inglorius humor. Prov. Rom.

Tinia item, *Tine* vulgò urbs Liburniæ mediterranea, apud ortum Titii fluvii, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, à Sebenico 25. mill. paſſ. in Boream diſtans.

¶ tininium, civitàs Croatiæ. Vide Arduba.

tiniſi, *Tuniſi*, urbs Africæ ampla, & regia, in ora, à Carthagine 15. mill. paſſ. in ortum diſtans. Vide Tunis. Lib. Conc.

¶ tiniſſa, Armeniæ majoris urbs apud Ptolemæum.

tinnetio, *Tinczen*, teſte Simlero & *Tenezone*, pagus Rhætiæ, qui *Tintzen* Germanis, teſte Scudo, medius inter Curiam urbem ad Boream & Stampam pagum in meridiem, Clavennam versùs 23. mill. paſſ. Ant.

¶ Tinum, *Thain* oppidum Galliæ, in Delphinatu ad Rhodanum fluvium, è regione Turnonii oppidi in Vivarienſi tractu ferè 3. leucis à Valentia in Boream & totidem a Romano in occaſum; eſtque in tractu Vienenſi.

Tinurtium, *Tornus*, oppidum Galliæ Celticæ, ad Ararim fluvium in Burgundiæ Ducatu, inter Matiſconam ad meridiem 6. & Cabilonum ad Boream ferè 5. leucis, Legio XIV. Antonino. Aeli. Spar.

¶ tinurtium, *tornus*, oppidum Galliæ Lugdunenſis. Meliùs dicitur Trenorchium; eſtque in Matiſconenſi agro, in Ducatu Burgundiæ, vix 5. leucis a Comitatu Burgundiæ in occaſum diſtans.

tiora, quæ & Matiena, oppidum olim Latii, ſeu Sabinorum, ad Velinum lacum, ubi Mars colebatur, à Batia 30. ſtadiis. Ibi Eccleſia Thorana; cujus meminit Baronius, notis ad Martyrologium. Dion. Hali.

tios, oppidum Paphlagoniæ. Vide Tium. Tion à Tio Mileſio Sacerdote conditum ſcribit Stephanus. Populi eidem Tii. Mel. Steph.

¶ Tiparenus, inſula Peloponneſi, ante Hermionem in ſinu Argolico, teſte Plinio.

tipaſa, *Taves* Mercatori, *Saſa* Morali, *Tenet* Caſtaldo, colonia & urbs olim epiſc. ſub Archiep. Cæſarienſi, in ora Mauritaniæ Cæſarienſis, inter Juliam Cæſaream, ad occidentem 16. & Icoſium ad ortum. Epiſcopi Tipaſitani, meminit Victor Uticenſis. Abeſt a Cirta 58. mill. in Circium, teſte Antonino. Ant. Ptol.

¶ Tiperarienſis Comitatus, *Countie Tipperary*, Anglis, provincia eſt Momoniæ, in Hibernia meridionali, in limite Lageniæ & Connaciæ, ſeu inter Comitatus Kilkenienſem ad ortum, & Limericenſem ad occaſum. Ejus urbes ſunt Caſſilia & Carica. plin.

Tiquadra (Triquadra legit Hermolaus) *Conejera*, teſte Antonio Beuthero, inſula maris Balearici, parva ante Palmam urbem majoris Balearis; ſic ob figuram dicta.

Tiracienſes, populi Siciliæ, quorum oppidum *Randazzo* dici videtur, ad Ætnæ montis radices, à Catana ſupra 20. mill. paſſ. in occaſum. Vide Trinacia. Plin.

Tirallum, urbs Thraciæ. Vide Arzus & Tzurulum.

¶ Tiranum, *Tirano*, oppidum Rhætiæ, in valle Tellina, ad Adduam fluvium 6. mill. paſſ. a confinio Italiæ, & ditionis Venetæ, & 30. a Clavenna, & a Lario lacu in ortum. Ant.

¶ tiraſcia, *la Tieraſche*, tractus Galliæ, in Picardia provincia, inter Hannoniam ad Boream, Campaniam ad ortum, Veromanduos ad occaſum & Laudunenſem tractum ad meridiem. Ibi oppida præcipua Guiſa, Fara, Capella & Marla.

tiriſcum, (quod iam Taros dicitur; ita Latini codices,) *Turo*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, aliis *Groſſechana*, in Valacchia. Ptol.

¶ Tiriſcum, ſeu Taros, urbs fuit Daciæ, ad Tiarantum. Hodie *Tergoviſte*, dicitur & *Tarvis*; eſtque Valacchiæ caput & ſedes Principis. Vide Targoviſtum.

Tiriſſa, *Leſterocori*, teſte Moletio, urbs epiſcopalis Macedoniæ, in Emathia. Vide Tyriſſa. Ptol.

tiriſſa, *Driſta*, (non *Terviſch* ut Lazius indigitat, quæ in Dacia eſt, Valacchiæ metropolis,) urbs Myſiæ inferioris, epiſc. ſub Archiepiſc. Ternobitano hodie metropolis in Bulgaria.

* Tiriſtria promontorio, *Capo Lemano*, promontorium Miſiæ inferioris, in ora maris Euxini, inter Dionyſiopolim, Ptol.

lim, & Odeſſum. (* *Trikois* in Seldeni manuſcripto.)

Tiriza Stephano, erat oppidum Paphlagoniæ.

Prov. Rom. Tirnavia, *Tyrnau*, *Dyrne* Lazio, urbs Iazygum, in Hungaria Tranſdanubiana, epiſc. ſub Archiepiſc. Strigonienſi, inde 8. leucis in Circium, à Poſonio 6. in Boream & Cæciam, poſt Strigonium occupatum à Turcis, ſedes Archiepiſcopi Strigonienſis.

¶ Tirnavia, *Tyrnavv* Hungaris, *Durn* Germanis, urbs eſt parva Hungariæ ſuperioris; ſed munita ad Tirnam fluvium, in Comitatu Poſonienſi & ſub dominio Auſtriacorum; ibique nunc commoratur Archiepiſcopus Strigonienſis, in cuius Diœceſi ſita eſt, ſed Epiſcopali ſede caret.

Scrip. Germ. Tirolis, ſeu Tyrolis, *Tyrol*, (quæ vox apud veteres minimè legitur) regio Germaniæ non obſcura, titulo Comitatus inſignis, partem Rhætiæ, partem Norici magnam, & partem minimam Cenomanorum Italiæ complectens, Auſtriacis Principibus parens; cuius urbes & oppida clariora ſunt, Tridentum, olim ad Italiam ſpectans, cum Roboreto oppido; Bocenum ſive Bolzanum, emporium amplum; Sabiona, olim Sublavio, urbs olim Epiſcopalis, nunc ſine ſede, ac fermè exciſa; Brixina, quæ & Brixinum, ac Brixino, Epiſcopalis; Oenipons conventus regionis iuridicus & ſedes Principis: Halla, urbs proxima Oeniponti, Sebatum ſive Sevatum, Tullum, Stiriacum ſive Sterzigum, Aguntum, cum aliquot aliis.

¶ Tirolis, *le Tirol* Gallis, *Tirolo* Italis, regiò eſt Germaniæ meridionalis, partem orientalem Rhætiæ propriæ antiquæ tantùm complectens. Antea Principes habuit proprios, è domo Auſtriaca ſed à paucis annis defectu prolis maſculæ rediit ad Imperatorem, cui etiamnum ſubeſt. Terminatur à ſeptentrione Bavariæ Ducatu, ab oriente Diœceſi Salisburgenſi & Carinthia, à meridie ditione Veneta & ab occidente Rhætis & Helvetiis. Rigatur Atheſi, & Oeno fluviis, & ab Alpibus Tridentinis ferè bifariam ſcinditur. Sic dicitur à Terioli, hodie *Tirol*, tenui caſtro ad Atheſim propè Meranum. Regionis partes ſunt Comitatus Tirolis propriè dictus, *le Tirol propre*, Diœceſes Tridentina & Brixina, *les Eveſchez de Trente, & de Breſſenon*, atq; Comitatus Brigantinus, *le Comtè de Bregents*, Feldkirkiæ, *le Comtè de Feldkirk*, Pludentinus, *le Comtè de Pludents*, & Monfortenſis, *le Comtè de Montfort*, versùs Helvetios. Totius autem provinciæ caput eſt Oenipons, *Inſpruck*, ubi antea ſedes Principis. Aliæ urbes ſunt Bolzanum, *Bolzano*, Brigantinum, *Bregents*, Brixino, *Brixen*, ſeu *Breſsenon*, Halla, *Hall*, & Tridentum, *Trente*.

Tiron, fluvius Galliæ Celticæ, apud Mauritaniam oppidum Comitatus Perticenſis fluens.

Heſio. Apol. Tiruntha, Tiryntha, Tiruns ut videtur Xenophonti, Herodoto & Stephano, oppidum olim Peloponneſi, in Argia, mediterraneum.

Capit. Tiſdrum, Tiſdrus Aulo Hirtio. Vide Thyſdrus.

Ptol. Tiſobis, Tiſis aliis, *Teſe* vulgò, fluvius Albionis, in ora Vvalliæ. In Theſauro Linguæ Latinæ (ſicuti & Camdeno.) *Convvey*; ſed prior nomenclatura magis conſona. Vide Tœſobis.

¶ Tiſobis fluvius, hodie *Menay*, potiùs eſt fretum parvum Monam inſulam à Vvalia Boreali ſeparans, propè Arvoniam; vixque eius latitudo eſt mill. paſſ. Vide Tœſobis.

Ptol. Tiſsa, oppidum Siciliæ mediterraneum, everſum; cuius locus adhuc *Tiſſa* dicitur, teſte Fazello, apud Gangium oppidum. Aliis *Tuſſa* arx, à Cephalodio 18. mill. paſſ. aliis *Tuſſa* caſtrum & arx eſſe videtur, inter Cephalodium & Ameſtratam. Populi Tiſſenſes Ciceroni. Eius meminit Silius lib. 14.

Venit Amaſtra viris, & parva nomine Tiſſe.

Ptol. Tiſurus, *Teuſar* ex tabulis recentibus, oppidum Africæ mediterraneum, Thyſdro finitimum & apud Bagradam fluvium, inter Carthaginem & Tebeſtam in meridiem, ab ea ferè 100. mill. paſſ. in Arctos.

Clau. Titana, urbs Ægypti, eadem ac Heliopolis. Vide ibid. Eſt & Titana apud Pauſaniam & Stephanum oppidum Peloponneſi, in Sicyonia regione, à Sicyone 60. ſtadiis, quod & Teutanium dictum fuit. Titana apud Stephanum eſt regiuncula Sicyoniæ in Peloponneſo.

Plin. Titanus, fluvius & oppidum Myſiæ, in Aſia, ſeu potiùs AEolidis apud Plinium, Titanus etiam Ptolemæo portus Corſicæ in ora occidentali, inter Fiſeram oppidum & Ticarium fluvium, Titanus item mons Theſſaliæ, cu iu meminit Heſychius & Euſtathius.

¶ Titanus, portus Corſicæ, ſeu Titianus, hodie eſt *Golfo di Talano*, teſte Brietio. Titianus autem fluvius *Fiuminale d' Ornano* dicitur & in Titianum portum ſe exonerat, in ora occidentali inſulæ; ubi in meridiem tendit.

Titanus mons, *San Marino*, mons AEmiliæ, in Umbriæ confinio, cum oppido cognomine, excelſus, ab Arimino urbe 10. mill. paſſ. in meridiem, ſuper quo oppidum liberum inter Leopolim ad ortum 12. & Cæſenam ad occaſnm 18. mill. quot à Tiferno Metaurenſi in Boream.

¶ Titanus mons, *San Marino* incolis, *Saint Marin* Gallis, mons excelſus cum oppido quod Fanum Sancti Marini dicitur, inter Romandiolam & Ducatum Urbini, intra fines ditionis Pontificiæ, ſui tamen iuris & Rempublicam conſtituens, cum duodecim vicis ei ſubditis. Diſtat 6. mill. a Laopoli in ortum, uti 20. a Sarſina & 24. a Ceſena, piſaurum versùs totidem ferè. Dicitur aliter Acer.

Titareſſus, Titareſius Straboni & philoſtrato, Titareſus Lucano, fluvius Theſſaliæ apud Pharſalum urbem fluens, ac ex Titaro monte in peneum influens, *Titareſo* etiam vulgò in tabulis. Vib. ſeq.

Titarum, oppidum Lycophroni & Stephano, & Titarus mons Straboni, ex quo Titareſius fluvius profluit: cuius aquas aquis penei haud permiſceri ferunt, teſte Vibio. Qua de re Lucanus lib. 6. Strab.

Defendit Titareſus aquas, lapſusque ſuperne
Gurgite Penei pro ſiccis utitur arvis.

Tithraſus, fluvius & oppidum Libyæ interioris, ubi Gorgones naſcebantur apud oram occiduam. Suid.

¶ Titicaca, *Titicaca Lago*, lacus Americæ meridionalis, in peruviæ regno & in eius provincia *Collao* dicta. Eius longitudo eſt 35. leucarum Hiſpanicarum, latitudo maior 15. & circuitus 80. diſtatque 60. leucis a mari pacifico in ortum & 24. a Pace in Circium. Sunt in eo quamplurimæ inſulæ.

Titius, Titus ptolemæo, *Gercha* Moletio & Favolio, *Variecha* Nigro, fluvius Illyrici, terminus Liburniæ, illam à Dalmatia diſcriminans, apud Scardonam fluens, mari Hadriatico inter Iaderam ad occaſum, & Scardonam ad ortum exceptus, ultra Jaderam 48. mill. paſſ. ab Aquileia 200. teſte plinio. Appellatur etiam *Poliſcha*, teſte Ortelio, contingit enim eundem fluvium plura habere nomina. Plin.

¶ Titius fluvius, hodie *Kerka*, vel aſperiori pronuntiatione *krka* dictus, teſte Ioanne Lucio, Scardonam rigat & Sibenicum urbes Dalmatiæ; deinde paulò infrà & iuxta arcem S. Nicolai in ſinum Venetum ſe exonerat 38. mill. paſſ. à Iadera in ortum.

Titoneus, fluvius Latii circa Circæos, a terra abſorptus, parvus, rivi potiùs quàm amnis modum præſeferens.

Titoplis, quæ & Titiopolis, urbs fuit Iſauriæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Seleucienſi. Hodie haud memoratur.

Tituacia, Titulcia Antonino, *Xeſate* Moletio & Ortelio oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Carpetanorum, in Caſtella nova, inter Madritum 2. & Illeſcas 3. leucis Toletum versùs. Sed Morali & Henrico Coquo eſt *Vayona*, pagus apud Madritum. Inter Segoviam 48. & Complutum 30. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. L

Tityrus, mons Cretæ: de quo nihil apud alios ſcriptores legi.

Tium, Tion ptolemæo, Teium Straboni, *Tio* etiam hodie, teſte Moletio, urbs maritima paphlagoniæ, epiſc. ſub Archiepiſc. Heracleenſi, inde 38. mill. paſſ. in ortum, Cotyoram ſeu Cytorum versùs 65. inter pſyllium & Amaſtrida, à Mileſiis condita, teſte Mela. Quidam confundunt hanc urbem cum Teo urbe Ioniæ, patria Anacreontis, unde Teius, a, um. Vide ibid. & Teium.

¶ Tium, ſeu Tion & Tetum, urbs fuit Bithyniæ in limite paphlagoniæ, ad oſtia Bilis fluvii, teſte petro à Vico, aliiſque.

¶ Tlaſcala, provincia novæ Hiſpaniæ, in America ſeptentrionali, quæ aliter *los Angeles* dicitur, ſeu Angelorum provincia, inter ſinum Mexicanum & Guaxacam provinciam ad ortum, atque Mexicanam provinciam propriam ad occaſum, ſub dominio Hiſpanorum. Eius caput eſt Angelopolis; eſtque in præfectura Mexicana. plin.

¶ Tlaſcala, *Talaſcala*, urbs Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania, in provincia Tlaſcalæ ſeu Angelorum, ſub Hiſpanis 5. leucis diſtat ab Angelopoli in Boream, 27. à Mexico in ortum, Veram Crucem versùs 32. circiter; eſtque urbs antiqua, & aliàs Reſpublica potens, ſed deficit in dies ex quo ſubeſt dominio Hiſpanorum.

Tlos, urbs fuit Lyciæ mediterranea, ad Tloum fluvium, Epiſc. ſub Archiep. Myrenſi, inter Xanthum, ad meridiem & Araxam ad Arctos. Illam à Tlo Mileſio nomen habere ſcribit Stephanus. Hinc nomen gentis Tlous. Una fuit ex maximis regionis urbibus; reliquæ ſunt Xantus, Olympus, Pinara, Myra & Patara.

Tmarus, qui Tomarus Plinio & Solino dicitur, mons Epiri, in Theſprotia regione, in quo 100. fontes ſunt, teſte Theopompo: Tamarus etiam dicitur apud Strabonem. Eſt & mons peloponneſi, apud Coryphaſium promontorium & nomen proprium viri apud Virgilium libro 9. Æneidos:

Et praceps animi Tmarus, & Mavortius Hamon.

Tmolus, qui & Timolus ſeu Tymolus, teſte Stephano (ex quo Pactolus fluvius) *Tomalitze* nunc, teſte Leunclavio, mons Phrygiæ magnæ, in confinio Lydiæ, (ad fluvium cognominem in Mæandrum per Sardes, quas alluit, influentem, cuius meminit Herodotus & Plinius) in agro Trallenſi & Sardenſi, vitibus conſitus: qui & Tempſis dictus eſt, teſte Plinio. Hinc Tmolius nomen gentis. Tmolus inter alia crocum plurimum gignit, quod Virg. in 1. Georg. illis verbis adnotavit:

Gramina, nonne vides croceos ut Tmolus odores.

De Tmolia terra Ovid. lib. 4. de ponto Elegia 15.

Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla favos.

Toani, populi Arabiæ felicis, ad fretum ſinus Arabici, ſeu apud fauces eiuſdem.

Tobius, *tovvy*, ſeu *tovy* Camdeno & Lhuydo fluvius Albionis, per walliam in Oceanum ad Maridunum, urbem decurrens.

¶ Tobolium & Toboiſca, *Tcbolsk*, urbs Moſcoviæ Tartaricæ, Siberiæ caput, hiſce ultimis temporibus à Moſcis extructa, teſte Iſaaco Maſſa. Sita eſt ad flumen *Yrtim*, quod rapidiſſimo curſu ab auſtro exortum in Obium aquas ſuas evolvit. Ab altera parte fluvius *Tobol* eſt, unde urbi nomen, & in hunc influit fluvius Taſſa.

* Tobrus, *Obros* hodie in tabulis recentibus, urbs Africæ mediterranea, media ferè inter Tabracham ad Arctos, & Tuburbem in meridiem ad 80. mill. paſſ. Vide Tuburbis (* in manuſcripto Seldeni *Ticros*.)

¶ Tocaima, *Tocayma*, urbs parva Americæ meridionalis, in novo regno Granatenſi, iuxta fluvium Patum. Vix 18. leucis Hiſpanicis diſtat ab urbe S. Fidei de Bogota in occaſum, & 13. à Tutela in meridiem, ſub Hiſpanis.

Tochari, populi Sericæ, ptolemæo Bactrianæ. De quibus Dionyſius:

Flumen Jaxartem juxta quibus arva coluntur.
Tochari, Phrurique.

Tocari, populi Indiæ Tzetzæ, vel Scythię, apud Dionyſium & Euſtathium, Sericę verò apud plinium, qui illos optimos textores facit.

Tocata, *Tocato*, urbs Cappadociæ hodie præcipua, ad Lycum fluvium, ubi ſedes eſt Satrapæ, inter Neocæſaream & Gomana. Tametſi aliis ipſa Neocæſarea ſic appellatur.

¶ Tocoeſia, *Tokoeſi*, inſula Oceani Eoi, & pars ampla Japoniæ. Dicitur aliter Zicoca; eſtque inter Niphoniam inſulam præcipuam ad ortum & Boream, & Ximum inſulam ad occaſum. Sunt autem in ea 4. regna ſeu provinciæ. Vide Xicoca.

Tocoloſida, *Mergo* ſeu *Amargo*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ, proximum Volubili coloniæ, ad 4. mill. paſſ. diſtans à Tingi 148. ex Itinerario Antonini. (* In manuſcripto Seldeni *Ticoloſida*.)

Tœſobis, *Cluyd*, fluvius Albionis, per VValliam fluens, pelago apud Aſaphenſem urbem exceptus, quem Guilelmus Camdenus eundem ac Conovium facit: ſed aliis diverſa flumina ſunt.

¶ Tœſobis fluvius, ſeu Tiſobis, eſt *Menay* fluvius, ſeu potiùs fretum mill. paſſ. latitudinis, longitudinis verò 20. mill. paſſ. inter Monam inſulam & VValiam ſeptentrionalem, prope Arvoniam.

Togiſonus, *Sciocco*, teſte Leandro, fluvius Venetiæ, per agrum Patavinum in Medoacum fluvium poſt Plebem Sacci oppidum influens, a Patavio 8. mill. paſſ. Clodiam versùs, teſte Sabellico. Sed Plinius Togiſonum & Atheſim confluere, & Brundulum portum efficere ſcribit. Hermolaus & Scardeonius Vigiſonus legendum putant, & lacum eſſe, qui *Vigazolo* nominatur, ab Ateſte 6. mill. paſſ. ex quo fluvius in Atheſim influens effluit. Aliis Togiſonus *Teſſena*, fluvius per agrum Vicentinum in Medoacum minorem labens, eſſe videtur. Nomen arridet, ſed verba Plinii adverſantur. *Ptol.*

¶ Toia, *Toy*, inſula Japoniæ in ora orientali Niphonię inſulæ, & regionis Ochiæ, inter Matcuximam inſulam ad Boream, & Ynoximam inſulam ad meridiem, teſte Brietio.

¶ ToKæum, *ToKay*, urbs munita Hungariæ ſuperioris, cum arce ad confluentes *Bodroch* fluvii in Tibiſcum. Aliàs capta fuit a Turcis, ſed poſteà fortiter recepta ab Auſtriacis, quibus etiamnum ſubeſt 30. mill. Paſſ. diſtat a Caſſovia in meridiem & totidem ab Agria in ortum.

¶ Tola, *Tolen* ſeu *Ter Tolen*, inſula parva Belgii uniti, in parte orientali Zelandiæ Comitatus, cum oppido munito cognomine, prope brachia Scaldis fluvii & inter Bevelandiam auſtralem ad meridiem & Translaquæam ad Boream, in ipſo limite Brabantiæ & vix una leuca a Bergis ad Zomam. Ei adjacet Agger D. Martini.

Tolbiacum, *Toulpie* Gallis, *Tulpick* Germanis, teſte Petro Divæo, *Zulch* & *Zulpick* aliis, oppidum Germaniæ inferioris, à Colonia Agrippina 4. leucis Treviros versùs, quot à Juliaco in auſtrum, à Bonna 3. in occaſum, Tolpia Antonino, Tulpiacum Rheginoni.

¶ Tolbiacum, oppidum Ubiorum in Germania inferiori, hodie dicitur *Zulch*, oppidum Juliacenſis Ducatus; eſtque celebre victoria Clodovei primi Francorum regis. Sedet ad Naſelam amnem 18. mill. paſſ. a Bonna in occaſum, totidem a Juliaco in meridiem, uti a Colonia in Africum.

Tolen, oppidum olim Æthiopiæ ſub Ægypto, a Meroe itinere 5. dierum, teſte Plinio, in Boream diſtans. *Pliu.*

Tolentium colonia & urbs Picei (populi Tollentinates Plinio, unde Tolentinum ſcribitur) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Firmano, apud Chientum fluvium, inter Maceratam 10. & Camerinum 15. mill. paſſ. a Septempeda 6. in ortum, *Tolentino* etiam nunc. In Theſ. Ling. Lat. Tolentum urbs legitur, unde Tolentinates populi; qui non à Tolento, ſed a Tolentino dicuntur. *Vet. inſ.*

¶ Tolentinum, urbs aliàs Piceni, nunc Marchiæ Anconitanæ, in ditione Pontificia. Parva eſt, ſed ſatis culta. In ea requieſcit corpus S. Nicolai Tolentinatis ab ea dicti & ejus ſedes epiſcopalis unita fuit Maceratenſi.

Tolenus & Telonus, ſeu Thelonus Ovidius, fluvius Marſorum in Lirim labens ubi Rutilius cum 8. millibus Romanorum à Marſis cæſus eſt, teſte Oroſio. *Groſ.*

Tolerium oppidum fuit Latii antiqui. Populi Tolerienſes Plinio, & Tolerini apud Stephanum more Græco. Sed locus hodie ignoratur. *Plut.* *Steph.*

¶ Toletanum regnum, *Reyno de Toledo*, ſic dicta fuit aliàs pars Hiſpaniæ ab ejus urbe primaria, ſub Regibus Mauris, quæ poſteà a Chriſtianis recuperata dicta fuit Caſtella nova, *Caſtilla la nueva*, inter Caſtellam veterem ad Boream, & regnum Granatenſe ad meridiem. Vide Caſtella nova.

Toletum, *Toledo*, colonia & urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis archiepiſcopalis, Carpetanorum caput, in umbilico Hiſpaniæ, ad Tagum fluvium circumfluentem, inter Burgos ad Arctos & Cordubam ad meridiem 50. leucis, inter Valentiam ad ortum 60. & Ulyſſipponem ad occaſum 83. à Madrito 12. olim clariſſima ſedes Regum Gothorum & metropolis ampliſſima, cui ſuberant urbes epiſcopales Oretum, Biatia, Menteſa, Acci, Baſti, Urci, Illici, Bigaſtum, Setabis, Dianium, Valentia, Valeria, Segobrica, Arcabrica, Complutum, Segontia, Uxama, Segobia, Palentia; quæ urbes cum Toleto, ſub Conſtantino magno Archiepiſcopo Carthaginenſi, unà cum Caracca, & Caſtulone, ſubjectæ fuerunt. Hæc anno ſalutis 1085. ab Alphonſo Rege ejectis Mauris, recuperata fuit. Toleti meminit Venantius Fortunatus lib 6. *Liv.* *Ptol.*

Quæ me dimittis, dura Tolete, Vale.

Nunc conventus Caſtellæ novæ juridicus, & academia.

¶ Toletum, *Toledo* Hiſpanis, *Tolede* Gallis, urbs aliàs Carpetanorum caput, poſteà Gothorum regia & Maurorum, hodie Caſtellæ novæ caput, & antea Regum ſedes

des. Ampla eſt & elegans, cum arce antiqua in colle; ſed deficit in dies, a paucis habitata, vix 600. incolas continens 24. leucis Hiſpanicis diſtat a Corduba in Boream & 50. a Valentia.

Toliapis, *Sheppye* vel *Sheppey*, teſte Ortelio, *Shepey* Camdeno, inſula Albionis, in mari Germanico, contra Trinobantes & Thameſis oſtia, ubi etiam Counos, *Goeynge* haud procul ab oſtio Thameſis. Vide Tanetos.

Liv. Toliſtobii, * Toliſtobogi Straboni & Ptolemæo, qui & Tectoſages, populi Galatiæ, in Aſia, quorum urbes Germa colonia & Peſſinus. Hi ex Gallia Narbonenſi in Aſiam commigrantes, ibi conſedere, nomenque regioni indiderunt. (*In manuſcripto Seldeni *Toliboſtoi*.)

Scrip. Tollentinum. Vide Tolentinum.

Ger. Tollium, *Dol*, ſeu *Dosle*, vel *Dole*. Vide Dola. Sed Tollium potiùs *Dol*, quam *Dosle* ſcribitur.

¶ Tolnenſis Comitatus, *le Comtè de Tolne*, provincia eſt Hungariæ inferioris, prope Danubium fluvium, quo ſeparatur ad ortum à Bachienſi comitatu, ad occaſum terminatur Comitatu Simigienſi & a meridie Waranienſi. Subeſt dominio Turcarum & ejus præcipua urbs eſt Tolena, *Tolne*, ad Danubium fluvium, paulò infra Colociam.

Plin. Ptol. & al. Toloſa, *Toulouſe*, vel *Toloſe* Gallis, *Toloſa* Italis, Palladia cognomine apud Martialem, & Sidonium Apollinarem, colonia & urbs Galliæ Narbonenſis, in Aquitaniæ confinio ad Gerumnam fluvium, Archiepiſcopali & Occitaniæ regionis caput, ac conventus juridicus, urbs ampliſſima, inter Narbonem 24. & Burdigalam 30. leucis. Populi Toloſates Cæſari, Toloſani Plinio. A Trojano quodam condita & nominata traditur. Olim epiſc. erat ſub Archiepiſc. Narbonenſi, ſed archiepiſc. à Joanne XXII. Pontifice Maximo effecta. De ea Auſonius in catalogo urbium clararum:

Non unquam altricem noſtri reticebo Toloſam,
Coctilibus muris quam circuit ambitus ingens;
Perque latus pulchro prælabitur amne Gerumna.

Toloſanum aurum adagium eſt à Gellio lib. 3. cap. 9. relatum, in eum, qui quaſi fatalibus malis afficitur, ſive in calamitoſos, ſeu in eum qui pœnas dat ſacrilegii, ut Cæpioni Romano Conſuli contigit, cum ſacram pecuniam Toloſæ abſtuliſſet, ut Strabo cum aliis narrat. Summa auri erat, teſte Trogo 110000. pondo, (ſunt autem ſingula pondo non minora 100. aureis nummis) argenti verò quinquies decies centena millia. Apud Toloſam in Gallia inito inter Attilam Hunnorum Regem & Theodoricum Regem Gothorum certamine, Ætio Romano auxiliante, cæſa ſunt 180000. militum, teſte Paulo Diacono.

¶ Toloſa, *Toulouſe* Gallis, urbs eſt perampla Galliæ, Occitaniæ provinciæ, ſeu Lunguedocii caput & Parlamenti ſedes, in ipſo limite Aquitaniæ: ita ut ejus pars minor trans Garumnam fluvium cenſeatur in Aquitania. Creſcit in dies, eſtque emporium celebre 7. leucis a Montalbano diſtans in meridiem, & 11. ab Auſciis in ortum. Sed longè a Toloſa victus fuit Attila a Merovæo Rege Franciæ, Theodorico Gothorum Rege, & Ætio Romanorum Duce, nempè in Catalaunicis campis & prope Catalaunum urbem Campaniæ ad Matronam fluvium, quicquid dicat Paulus Diaconus in contrarium. Ad Toloſam autem nuper a Rege Ludovico XIV. inceptum fuit incile peramplum ſumptu verè regio, ut mediante Atace fluvio, Freſquelo, Sora Lerſo, aliiſque minoribus ex monte Nigro profluentibus, lintres ab ipſa urbe Stagnum Magalonenſe & Sætium montem uſque in ora maris Mediterranei pervenire poſſint, & vice verſa a Setio monte ad Toloſam, hincque per Garumnam, Burdegalam, & Oceanum uſque maximo totius Occitaniæ commodo: ſicque Toloſa erit utriuſque maris emporium, Oceani nempè & Mediterranei.

¶ Toloſa, *Toloſa*, urbs Hiſpaniæ, in Guipuſcoa provincia prope Orium fluvium, ſatis culta ad radices Pyrenæorum montium & vix 4. leucis diſtans ab Oceano Cantabrico in meridiem, uti a Fano S. Sebaſtiani, versùs Montem S. Adriani totidem. A Gallis autem *Toloſette* dicitur, ad alterius Toloſæ Occitanicæ differentiam.

Ant. Tolbia, legio 10. Vide Tolbiacum.

¶ Tolsburgum, *Tolczburg*, oppidum munitum Sveciæ, in Livonia & in provincia Viria, in ora ſinus Finnici, ubi recipit *Semſckebeck* fluvium, 70. mill. paſſ. diſtans a Revalia in ortum Narvam versùs 80. circiter.

Tomadæorum, *Soridam*, teſte Ortelio ex tabulis recentibus, inſula ſinus Arabici. Sed * apud Ptolemæum non legitur, niſi ſit inſula Dæmonum. (*Legitur in codicibus nonnullis, & in Seldeni manuſcripto *Tomadion*.)

Tomæa, *Tomiſvvar*, vel *Temeſvvar*, teſte Lazio, oppidum, ſeu pagus Myſiæ inferioris, in ora maris Euxini, apud Tomos, inde 250. ſtadiis. Sed aliis Tomi ipſi ſic indigitantur. Strab.

Tomæum, ſeu Tomæus, mons Peloponneſi, juxta Coryphaſium promontorium. Thu. Steph.

¶ Tomarium, *Temar*, oppidum Hiſpaniæ, in regno Portugalliæ & in prov. Extremadura, ad amnem *Couros*, 7. leucis Luſitanicis a Leiria in ortum, & 3. a Tago fluvio.

Tomarus, mons Epiri, ad cujus radices 100. fontes ſunt, teſte Solino. Vide Tmarus, In Ætolia ſitus eſt, ſeu Ætoliæ & Æpiri confinio; cum, teſte Stephano, Dodonam, quæ eſt in Epiro, attingat. Plin.

¶ Tombutum, *Royaume de Tombut*, regnum Africæ peramplum, in Nigritia regione, inter regna Agadum ad ortum, Mandingam ad meridiem, Genehoam & Gualatam ad occaſum; & deſertum Zanhagam ad Boream. Urbem habet primariam cognominem.

¶ Tombutum, *Tombut*, urbs Africæ, regni cognominis caput, ad Senegam fluvium, in Nigritia regione, & in limite regni Gambeæ, 130. mill. paſſ. ſupra Genehoam.

Tomeriæ, *S. Pons de Tomieres*, urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, inde 4. leucis in Boream, a Joanne XXII. Pont. Max. epiſcopali ſede ornata.

¶ Tomeriæ, ſeu Pontiopolis, *S. Pons*, ſeu *S. Pons de Tomieres*, urbs eſt parva & parum culta Galliæ Narbonenſis, in Occitania provincia, 8. leucis diſtat a Narbone in Boream: & totidem a Bliterris in Circium. Strab.

Tomis, Tomi Ptolemæo, Tomos Plinio, quæ & Miletis Ovid. eleg. 9. lib. 3. triſtium, *Tomiſvvar* Cælio Calcagnino *Kiovv* Cioſano, ſic ab inciſione Abſyrti fratris Medeæ ibi ſecti dicta, ut Ovidius teſtatur, urbs Myſiæ inferioris, in ora maris Euxini, ubi Ovidius exulavit, (ubi lacus qui *Ovvidovve Jezeoro* adhuc nominatur) Odeſſo proxima, inter Calatiam ad meridiem 30. & Iſtropolim ad Boream 36. mill. paſſ. Sed Kiovia in Lituania ad Boryſtenem longiſſimè hinc in Arctos abeſt ſupra 300. mill. paſſ. niſi alia urbs ſit in Myſia, quæ *Kiovv* nunc dicatur. Populi Tomitæ Ovidio & Tomitani. Ejus meminit Ovidius pluribus in locis. Lib. 4. de Ponto, eleg. 14.

Tam mihi chara Tomos, patria qua ſede fugatis.

Idem lib. 1. elegia 1.

Naſo Tomitanæ jam non novus incola terræ.

Elegia 3. ejuſdem libri:

Non vacat, in qua ſint poſiti regione Tomitæ
Quærere.

¶ Tomis ſeu Tomi, urbs Mœſiæ inferioris, nunc *Babba* dicitur à Turcis; eſtque etiamnum munita, & cum portu percapaci, in ora Ponti Euxini, & in Bulgaria regione.

Tomiſſa, regiuncula Cappadociam à Tauro monte ſeparans, teſte Stephano.

Tonaciacum, locus Galliæ Celticæ, cujus in vita S. Martini fit mentio. Fort.

¶ Tondoxima, *Tondoxima*, Japoniæ inſula parva, in ora Boreali Niphoniæ inſulæ, teſte Brietio, contra Devam provinciam.

Tongri Ptolemæo. Vide Tungri. Hos auctor Theſauri Linguæ Latinæ Brabantinos indigitat; ſed Brabantia non ſolos Tongros, at plures alios populos complectitur. Nomen adhuc retinent. Ptol.

Tonice, *Zazella* nunc, teſte Stuchio, urbs & emporium Æthiopiæ ſub Ægypto, ad ſinum Barbaricum, inter Sarapionis portum & promontorium ad Boream & Raptam metropolim ad meridiem. Aliis eſt *Mombaza*, urbs regia & ampla in eadem ora.

¶ Toninium, *Tonneins*, oppidum Galliæ, in Aquitania, ad Garumnam fluvium & in Aginnenſi provincia, 5. leucis infra Aginnum in Circium, & 8. a Vaſate diſtans in ortum, una leuca infra confluentes Oldis fluvii in Garumnam.

¶ Tonninga, *Tonningen*, urbs Daniæ, in Jutia meridionali, ſeu Ducatu Sleſvicenſi, ad Eyderam fluvium, & in tractu, ſeu provincia Eydera, in limite Ditmarſiæ, vix 2. milliar. Germanicis infra Fridericoſtadium in oc-

in occaſum, ut 6. à Sleſvico, & 3. ab ora maris Germanici.

Topazos, inſula maris Rubri, topazium lapidem gignens, à continenti 300. ſtadiis diſtans. Topaza Straboni, ſed in India Topazios Stephano pariter in India, cujus incolæ Topazii.

Topiris, Topirium Antonino, Doberus Thucydidi, Toprus, ſeu Teparum Procopio, *Ruſio* nunc, teſte Joanne Lydo, urbs Thraciæ epiſc. ſub Archiepiſcopo Philippenſi, inde 38. mill. paſſ. in ortum, Maximianopolim verſùs 16. ab Hadrianopoli 132.

¶ Topirus ſeu Toprus Thucydidi Deperus, urbs eſt Thraciæ, hodie *Ruſio* Sophiano, in limite Macedoniæ & vix 10. m. paſſ. ab ora maris Ægæi diſtat in Boream, Philippopolim verſùs 55. & 30. a Maximianopoli in occaſum, ferè autem 70. ab Hadrianopoli.

¶ Torantolienſis Comitatus, *Comtè de Thurthur*, provincia eſt regni Hungariæ, inter Tranſylvaniam ad ortum, Tibiſcum fluvium & Zolnocenſem Comitatum ad occaſum, Zabolcienſem ad Boream & Orodienſem ad meridiem; ſubeſtque dominio Turcarum.

¶ Torcellum, *Torcello*, urbs epiſcopalis Italiæ, ſub Patriarcha Veneto & in Ducato Veneto, in inſula littorea. Parva eſt admodum & colonis infrequens ob aeris gravitatem, intra Gallicas paludes 5. millia a Venetiis in Boream, veteri Altino finitima, unde anno ſalutis 635. ſedes epiſcopalis Torcellum tranſlata eſt.

ab. Toreatæ, populi Sarmatiæ Aſianæ ad Mæoticam paludem incolentes. Toretæ apud Stephanum ex Apollodoro.

¶ Torgavium, *Torgavv*, urbs Germaniæ, in Ducatu Saxoniæ, ad Albim fluvium, 7. leucis infra Miſuam in Boream, Vittebergam verſùs 5. & 6. à Lipſia in Cæciam.

Toringi, aliis Turingi, vel Thuringi. Vide ibid. Sidonius panegyrico Aviti:

Chunus, Bellonotus, Neurus, Baſterna, Toringus.

Torini, populi Scythiæ, ſeu Sarmatiæ Europææ, Jaxamatis proximi, ubi perfecti mellis copia. Flaccus
cc. lib. 6. Argonaut.

Mellis honos Torinis, ditant ſua mulctra Satarchen.

¶ Toriniacum, *Torigny*, oppidum Galliæ, in Normania inferiori, in Bajocenſi tractu, 6. leucis infra Viram in Boream & 8. à Conſtantia in ortum.

¶ Torna, *Torne*, urbs Sveciæ, in Lappia Svecica & in ultimo receſſu ſinus Bothnici in Boream cum portu celebri, & ſatis capaci: & ab ea pars adjacens Lapponiæ, ſeu Lappiæ dicitur *Torne Lapmarck*, ſeu Lappia Tornenſis.

Tornacum, Baganum Ptolemæo, Nervii Cæſari & Plinio, *Tournay* Gallis, *Dornichk* Germanis, urbs Belgii, ad Scaldim fluvium, Epiſcopalis Flandriæ ſub Archiepiſcopo Cameracenſi, inde 14. leucis in Cæciam & Boream, à Valencenis urbe Hannoniæ in medio, inter Duacum urbem Flandriæ extremam & Aldenardum in Cæciam 8. ab Inſula 5. Hæc primùm Hoſtilia à Tullo Hoſtilio condita & nominata traditur: Deinde Nervia, poſtremò Tornacum à Torno Trojano dicta. Populi Nervii Cæſari, Plinio, & aliis Tornacenſes. In pugna contra Cæſarem 60000. ex ſuis amiſerunt, teſte eodem Cæſare.

¶ Tornacum, *Tournay*, urbs Galliæ Belgicæ & aliàs caput Pleumoſiorum in Morinis hodie in Flandria Gallicana & in ipſo limite Hannoniæ. Antea Franciæ Regi ſuberat, donec anno 1521. à Carolo V. occupata, Hiſpanis ceſſit: ſed anno 1667 fortiter recepta à Ludovico XIV. Francici juris remanſit pace ad Aquiſgranum confecta. Ipſa eſt permunita & arcem habet validam, recens exſtructam, in tutelam civitatis. Ab ea tractu adjacens *le Tournaiſis*, Tornacenſis ager dicitur, inter Hannoniam ad ortum & Inſulanam Caſtellaniam ad occaſum.

¶ Tornenſis Comitatus, *le Comtè de Torna*, & *Tornavv*, pars eſt Hungariæ ſuperioris, inter Comitatus Gevvinarienſem ad Boream, Abanvivarienſem ad ortum, Barzodienſem ad meridiem & Biſtricienſem ad occaſum, ſub dominio Auſtriacorum. Ejus caput eſt Torna, *Torna*, *Tornavv* Hungaris, *Dorn* Germanis, 4. mill. Germanicis à Caſſovia in occaſum.

Tu. Tornodorum, *Tonnerre*, oppidum & Comitatus Galliæ Celticæ, in Ducatu Burgundiæ & Territorio Lingonenſi. Vide Thernodorum, utroque enim modo legitur.

¶ Tornus, *Torne*, fluvius Sveciæ, in Lappia. Exit è lacu Torno, *Torne Tresk*, verſùs confinia Norvegiæ; & deinde per Lappiam Tornenſem fluens, prope Tornam urbem in ſinum Bothnicum ſe exonerat.

Toronaicus ſinus, *Golfo di Rampo*, vel *Rampa* Nardo, *Ptol.*
Golfo di Agiomana, ſeu *Ajomana* Caſtaldo, ſinus Macedoniæ, inter Singiticum & Thermaicum.

¶ Toronaicus ſinus, in Macedonia pars eſt maris Ægæi & vulgò *Golfo di Aiomana* dicitur.

Torone oppidum geminum: unum Epiri in ora littorea, inter Sybotam & oſtium Acherontis fluvii, *Parga*, *Ptol.*
ſeu *Perga* Nigro, & *Torona* Moletio, alterum Plinio, Melæ, oppidum Macedoniæ, ad ſinum Toronaicum, inter Derrim & Caſandriam, a Torone filia Neptuni, teſte Stephano, variè hodie indigitatur. *Longo S*[illegible], *Caſtel Rampo* Nardo & Pin[illegible] *Rai*[illegible] vel *Reinero* Nigro & *Agiomana* aliis. [illegible] portum habet, ubi ſinus Toronæus: ibi reſonat (ut certò dicitur) maris fragor, ut nihil exaudiatur inter loquendum; unde ortum adagium, *Surdior Toronæo portu*, in ſurdos. Stephano Torone altera cum portu, in Thracia eſſe traditur. Sed ob vicinitatem; quod Macedoniæ tribuendum erat, is Thraciæ tribuit. De Torone Epiri lib. 2. Itinerarii ſic:

Qua Theſprotæi Thyamis circumdata lymphis
Mœnia conſtiterant in littore celſa Toronæ.

¶ Torone, oppidum Epiri, in Theſprotia, ad oſtia fluvii Thyanidis & inter ipſum & Sybotam. 15. mill. ab oſtio Acherontis fluvii in occaſum. Quibuſdam hodie eſt *Parga*, oppidulum cum arce munita, ſub dominio Venetorum, in ora provinciæ, *Larta* dictæ.

¶ Torone, oppidum Macedoniæ, in Paraxia tractu & in ora Boreali ſinus Toronaici, ab eo dicti. Hodie vulgò *Caſtel Rampo* vocatur, diſtatque 20. mill. paſſ. à Derri in occaſum, paulò plùs à Caſſandria in Boream & 80. a Theſſalonica in Eurum.

¶ Torpatum, *Derpt*, urbs Sveciæ in Livonia & in provincia Oldenpoa dicta, ad fluvium Becum, *Embeck*, cum arce permunita in colle. Epiſcopalis erat, ſub Archiepiſcopo Rigenſi antea, ſed hodie Epiſcopatus deſiit. 12. leucis diſtat a ſinu Finnico in meridiem & totidem à Felino in ortum verſùs lacum Peiſum. Capta fuit à Svecis anno 1625. duce Jacobo *de la Gardie*, & anno 1632. in ea erecta fuit Academia a Guſtavo Adolpho Sveciæ Rege. Media eſt inter *Peibus*, & *Wertzer* lacus.

Torpidi populi Thraciæ, in Macedoniæ confinio, *App.*
circa Philippos.

¶ Torſa, *Torſas*, urbs Sveciæ, in Smalandia provincia, & in limite Blekingiæ 5. leucis Svecicis diſtat à Chriſtianopoli in occaſum, & 3. ab ora maris Baltici, propè Bromsbream.

¶ Torſilia, *Torſil*, urbs Sveciæ, in Sudermania provincia, in ipſo limite Weſtmanniæ. 3. leucis Svecicis diſtat ab Arboga in ortum, Holmiam verſùs 11. propè lacum Melerum.

Tortyra, oppidum Aſiæ, una ex 7. urbibus à Cyro *Ath.*
Pytharco ſuo familiari elargitis.

¶ Torunum, *Thorn*, urbs Hanzeatica Poloniæ, in Pruſia Regia, ad Viſtulam fluvium cum ponte. Longa obſidione ſua celebris facta eſt, eſtque in Culmigeria tractu, in ipſo limite Cujaviæ provinciæ. 4. milliaribus Germanicis diſtans à Culma in meridiem, uti 12. à Mariæburgo, & 15. à Gedano, Lanciciam verſùs 13. Situ & arce permunita eſt; & in duas partes dividitur, veterem nempe, & novam: eſtque probè culta. Subeſt Regi Poloniæ ab anno 1454. quo ab Ordine Teutonico defecit. Patria fuit Nicolai Copernici Aſtrologi & in ea obiit anno 1501. Ioannes Albertus Poloniæ Rex.

Torus, mons Siciliæ, in ora Auſtrali, inter Agri- *Poly.*
gentum & Heracleam.

¶ Toſa, *Toſa*, oppidum Iaponiæ, cum tractu cognomine, in parte Auſtrali Xicocæ inſulæ, teſte Brietio.

Totoneſium littus, & oppidum Britanniæ inſulæ, cir- *Pont.*
ca Cantium, nunc * *Totnes* oppidulum, teſte Camdeno. *Viru.*
(* Verùm in Comitatu Devoniæ, non Cantii.)

Tottajum, urbs Bithyniæ Epiſcopalis ſub Archiepiſ- *Ant.*
copo Nicæno, inter Nicæam 34. & Dablim in ortum 28. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini. Ejus mentio fit in codice Theodoſiano.

Tougeni, populi Helvetiorum, *Zugger*, teſte Ægidio *Strab.*
Scudo, quibuſcum Marius Romanus bellum geſſit. Quorum urbs Tuggium, ſeu Tougium, *Zug*, unus ex 13. Helveticis conventibus, ad lacum Tugienſem, inter Luceriam ad occaſum 2. & Tigurum ad Cæciam 3. leucis.

¶ Tougeni, ſeu, & meliùs Tugeni, populi fuere Galliæ Lug-

Lugdunenſis, in Helvetiis, quorum tractus Tugenus pagus dictus fuit, ubi hodie pagi Tugienſis, Suitienſis, Glaronenſis & Urienſis. Hinc etiam hodie pagus Tugienſis, *le Canton de Zug*, cujus oppidum primarium eſt Tugium, *Zug*, 18. mill. paſſ. a Tiguro in meridiem, & 12. a Lucerna in Cæciam.

¶ Tovopinambautii, *Toupinambous*, populi Americæ meridionalis, in Braſilia regione & propè Præfecturam fluvii Januarii, versùs oram littoralem. Dicuntur etiam Tupinimbæ.

Plin. Ant. Toxandri, populi Belgii, quorum regio Marcellino, Toxandria, cum Taxandro oppido cognomine, in Brabantia. Regio *Teſſanders* & oppidum *Teſſanderloo*, teſte Divæo & Becano, Dieſto urbi finitimum, inde 2. leucis in Boream.

¶ Toxandri, populi fuere Galliæ Belgicæ, qui, teſte Cluverio & aliis, incolebant eas inſulas, quæ nunc Zelandiam provinciam Belgii efficiunt, inter oſtia Moſę & Scaldis fluviorum. Vide Zelandia.

Ovid. Trachas, urbs Latii. Vide Tarracina. Ejus meminit Ovid. lib. 15. Metamorph.

Plin. *Antiphatæque domus, Trachaſque, obſeſſa palude.*

Trache, inſula parva, inſtar ſcopuli, in mari Jonio, apud Corcyram.

Trachia, ſeu Trachea apud Strabonem, tota Iſauria dicitur, teſte Stephano.

Trachina, in Theſauro Linguæ Latinæ (quæ poſtea Tarachina, ut ibidem legitur) urbs non Campaniæ, ſed Latii eſt: nunc Tarachina, ſed Tarracina Plinio, & aliis dicitur.

Tuc. Trachinia, regiuncula Phthiotidis, in ora ſinus Maliaci, ubi Heraclea urbs cognomine Trachin & montes ſeu petræ Trachiniæ. Cujus urbis meminit Ovid. lib. Metamorphoſeon 11.

Herculeam Trachina jube, ſub imagine Regis.

Hinc Trachinius nomen gentis:

Hac quoque qua ſequitur ventis Trachinia puppis.

Ptol. * Trachiris, *Gambea* Maffæo & Barroſio, fluvius Libyæ interioris, qui in Oceanum Atlanticum labitur haud procul à Nigiri. (Ztaxeiros in manuſcripto Seldeni.)

Steph. Trachis, aliis Trachin urbs Phithiotidis, à qua Trachinia regio, ad ſinum Maliacum, ſub monte Oeta. Vide Heraclia & Trachinia.

Strab. Trachones, colles duo Cœleſyriæ, apud Damaſcum, Hippos mons Ptolemæo. Inde Trachonitæ populi Arabiæ a Ptolemæo memorati.

Strab. Trachonitis, *Bacar* hodie, teſte Guillelmo Tyrio, regio Palæſtinæ, quæ & Ituræa Straboni, & Petræa Hegeſippo, in Cœleſyria, inter Aquas Meron (per quas Jordanis decurrit antequam in lacum Geneſaram recipiatur) & montem Hermon, ac inter terram Hus & regnum Baſan Borealius.

¶ Traditorum inſula, *Verraders Eylandt* Batavis, *Isle des Traitres* Gallis, inſula eſt maris Pacifici, à Jacobo Maereo Batavo detecta anno 1616. & ſic dicta quòd ab ipſius incolis ſui malè habiti fuiſſent; eſtque versùs Hornanam inſulam.

Tuc. Plut. Tragia & Tragias, Tragæa Stephano, inſula maris Ægæi parva, apud Samum: quam Strabo ante Miletum urbem Cariæ deſcribit, quaſi inter illam & Samum. Patria Theogitonis Philoſophi Peripatetici familiaris Ariſtotelis fuit. Eſt & oppidum Naxi inſulæ, ubi Apollo colebatur & Tragæus dicebatur, teſte Stephano.

Tragilos, oppidum Cherroneſi Thraciæ, teſte Stephano.

¶ Tragonara, *Tragonara*, urbs parva regni Neapolitani, in Capitanata provincia, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Beneventano; propè Frentonem fluvium. 15. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Hadriatici in Africum. Wlturaram versùs 10. paucisque conſtat incolis.

Strab. Plin. Tragurium, *Trau*, inſula Dalmatiæ, proxima ac penè juncta continenti, cum urbe cognomine epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Spalatenſi, inde 15. mill. paſſ. in occaſum, Sebenicum versùs 30. Salonis etiam finitima, à Liſſa inſula 115. ab Apſoro 140. in ortum. A Venetis, unà cum Epidauro & Chio, anno ſalutis 1169. Olympiadis 486. anno 4. occupabatur.

¶ Tragurum, *Trau* Italis, *Troghir* Slavis, urbs eſt munita Dalmatiæ, in inſula parva cognomine, ponte juncta continenti, contra Bubuam ſeu Boam inſulam, cui etiam ponte jungitur; ſubeſtque dominio Reipublicę Venetæ. 120. mill. paſſ. diſtat ab Abſoro in Eurum, uti 70. à Jadera, paucis autem milliaribus à ditione Turcica, teſte Joanne Lucio.

Tragus, fluvius Arcadiæ, in Alpheum influens.

Trajana, (non Triana, ut aliqui legunt) Trea Antonino, *Montecchio*, oppidum Piceni in monte non contemnendum, teſte Pamphylo, inter Auxinum ad Boream 12. & Septempedam in auſtrum 10. mill. paſſ. Cingolo quoque finitimum, & proprius. In Theſauro Linguæ Latinæ accipitur pro Potentia, quæ à Trajana diverſa eſt. Ptol.

Traiana colonia, *Keyſervverd* vel *Keiſerſvverd*, teſte Ortelio cum aliis, oppidum Germaniæ inferioris, ad Rhenum, inter Nuetium ad meridiem 2. & Teutoburgium (ſive, ut nunc vocant, Duysburgum) in Boream 3. leucis. Sed diſtantia apud Antoninum minimè congruit. Aliis, ut Pighio, eſt *Santen*, oppidum Cliviæ. Ant.

¶ Traiana Colonia, ſeu Colonia Ulpia Traiana, urbs Germaniæ inferioris, hodie, teſte Cluverio, eſt *Kellen*, vicus Clivenſis Ducatus, m. p. diſtans ab oppido Clivio Emmericum versùs, uno milliari a Rheno fluvio, & 10. milliaribus Germanicis ab oppido *Keiſerſvvert* dicto in Boream. Vide Colonia Traiana.

Traiana legio, *Drechshauſen*, teſte Ortelio, oppidum Germaniæ ſuperioris, ad Rhenum, Bingio proximum, inter illud 1. & Weſaliam in Boream 2. leucis, in via inter Magontiam & Coloniam Agrippinam. Aliis *Remmagen* pagus videtur.

Traiana via in Apulia, inter Beneventum in Hirpinis, & Brundiſium in Salentinis. Ami.

Traiani monumentum, *Cronburg*, vel *Tranburg*, teſte Beato Rhenano, locus Germaniæ ſuperioris, ſeu oppidulum apud Rhenum & Francphordiam urbem, ſeu *Kaſtel*, pagus ejuſdem tractus, in ulteriore Rheni ripa, contra Mogontiacum urbem, teſte Goropio.

Traiani pons, *Puente de Alcantara* Cluſio & aliis, oppidum Hiſpaniæ Luſitanicæ, in Extremadura, ad Tagum fluvium, apud Norbam Cæſaream, inter Placentiam ad Boream, & Turrim Juliam ad meridiem 12. leucis, a Cauria ſupra 8.

¶ Traiani pons, aliter Norba Cæſarea, dicitur *Alcantara*, urbs parva Hiſpaniæ, ſed munita, in regno Legionis & in Extremadura provincia, duabus leucis a limite Portugalliæ, octo à Cauria in meridiem, Emeritam versùs 14. & 20. a Placentia in occaſum.

Traiani portus. Vide Traianus portus.

Traianopolis, adhuc *Trajanopoli* dicta in tabulis recentibus, urbs Thraciæ archiepiſcopalis, inter Maximianopolim ad occaſum 58. & Apros ad ortum 23. mill. paſſ. à Cypſella 25. in meridiem, ab Hadrianopoli in Euronotum 86. Fuit & Traianopolis urbs Phrygiæ magnæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno: cuius meminit Ptolemæus, & libri Conciliorum. Ptol.

¶ Traianopolis, antea Zernis dicta, urbs Thraciæ, ad Hebrum fluvium, 25. mill. paſſ. diſtat à Cypſella in Boream, & vix 45. ab Hadrianopoli.

Traianopolis altera, nunc *Traina* & *Troyna*, urbs Siciliæ mediterranea, olim epiſcopalis, Dragina a Græcis, teſte Curopalate, dicta, quæ Divi Gregorii magni tempeſtate Epiſcopum habebat, à Nicoſia 10. mill. paſſ. in Cæciam, ab Argyra totidem in Boream, ab Enna duplo intervallo diſtans.

Traianus portus, *Porto Trojano* nunc, (non *Peſcara*, ut Niger indigitat) oppidum olim & portus Thuſciæ in ora, inter Populonium ad occidentem & Telamonem ad ortum, Populonio promontorio, ubi Plumbinum oppidum, propior, inter illud, & Scaprim ſeu (ut hodie vocant) Scarlinum.

¶ Traianus portus in Hetruria & in ora maris Tyrrheni, fuit ad Centumcellas, ubi nunc *Civitavecchia*, & portus ab Urbano VIII. Pontifice Maximo in portus Traiani veſtigiis egregiè reſtitutus. Ptol.

Traiectum, geminum: ſuperius, quod & ad Moſam; & & inferius, quod & ad Rhenum nominatur. Superius *Maeſtricht*, urbs Germaniæ inferioris, in Brabantia, ad Moſam fluvium interfluentem, ubi pons lapideus, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, inde 12. leucis in occaſum Antuerpiam versùs, à Leodio (quod illi in epiſcopatu ſucceſſit, ſicuti ipſum Traiectum ſucceſſerat Tungris) 4. leucis in Boream, quot ab Aquiſgrano in occaſum. Inferius *Utrecht*, Utriceſium Ammiano, urbs Germaniæ inferioris, in Batavis, ad Rhenum, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, unde 23. leucis in Boream diſtat, poſtea archiepiſcopalis ſub Philippo II. Rege Hiſpaniæ ac Belgii domino curante, à Paulo III. Pontifice Maximo effe- Ant.

ēta, olim Antonina ex veteri inſcriptione dicta, à priore Trajecto 21. leucis in Boream & Cæciam recedens, à Noviomago urbe Geldrica 7. Lugdunum Batavorum versùs 8. & Ultrajectum quoque latinè dicitur, ut libro 4. Itinerarii:

- & ſylvas inter amœnas,
Sacrificium ſedes, Ultrajectina ſubimus
Mœnia, pars Rheni ſecto quæ perfluit amne.

Trajectum item Francorum geminum; unum ad Mœnum, alterum ad Oderam fluvium, urbes Germaniæ præclaræ. Prius in Franconia, emporium maximum & urbs libera, apud Maguntiam, ab ea 4. leucis, à Spira 12. poſterius in Marchia, Academia, à Berlino 10. leucis in ortum, à Stetino 10. in meridiem; utrumque *Francfurdt*. Eſt & Trajectum Svevorum *Schvvinfurdt*, urbs Germaniæ, in Franconia, ad Mœnum libera, inter Carloſtadium 5. & Bambergam ad ortum 6. ab Herbipoli 6. in Cæciam.

¶ Trajectum, *Trajetto*, urbs regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris, propè oſtia Liris fluvii. Crevit ex ruderibus Minturnæ, eſtque media inter Carinulam ad ortum, & Caetam ad occaſum, 8. mill. paſſ. utrinque & 2. ab ora ſinus Formiani. Parva eſt & a paucis habitata.

¶ Trajectum inferius, ſeu Trajectum ad Rhenum & Ultrajectum, *Utrecht*, urbs eſt ampla Belgii uniti, & dominii Ultrajectenſis dicti caput, ad Rhenum fluvium, aliàs in ditione proprii Epiſcopi; tandem conceſſa Carolo V. Auſtriacis paruit, donec capta fuit ab Hollandis, quorum hodie agnoſcit Imperium, ſeu Ordinum generalium provinciarum Belgii uniti, cum dominio adjacente; eſtque media inter Arenacum Neomagumque ad ortum & Lugdunum Batavorum ad occaſum.

¶ Trajectum ſuperius, ſeu Trajectum ad Moſam, anteà Obtricum dictum, urbs aliàs Eburonum, *Maſtricht*, vulgò dicitur. Erat antea in ditione Leodienſi, è regione oppidi Vici Limburgenſis Ducatus; ſed ab Epiſcopo Leodienſi vendita fuit Carolo V. Imperatori, & Hiſpanis paruit donec anno 1633. fortiter expugnata fuit ab Hollandis, quibus etiamnum ſubeſt pace Monaſterienſi. Urbs eſt permunita 2. leucis a Tungris in ortum.

Ant. Trajectus, *Auſtelive*, aliis *Auſt-clive*, teſte Camdeno, locus, ſeu pagus Albionis, ad Sabrinam fluvium, in Angliæ & Walliæ confinio, Briſtolio Chepſtovioque vicinus.

¶ Trajectus apud Antoninum, ſic nominatur fretum quod eſt inter Siciliam & Italiam, hodie *il faro* di *Meſſina*. Item anguſtiæ maris Adriatici, inter Hydruntum & Acroceraunios montes, vulgò *la bocca del Golfo di Venetia* Italis, ubi ejus latitudo eſt tantùm 60. mill. paſſuum.

Cic. Cæſ. Liv. & ai. Tralles & Trallis numero ſingulari, Plinio & Ptolemæo quæ priùs Evanthia, Seleucia & Antiochia dicta eſt, teſte Plinio, *Chora* Nigro & aliis, urbs Lydiæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Epheſino, inde ad 30. mill. paſſ. in Eurum, vel ſub Archiepiſcopo Sardiano, ut aliis videtur penè extincta, inter Magneſiam ad Boream 140. & Mæandrum fluvium ad auſtrum 80. ſtadiis, ab Epheſo 260. ſtadiis, Laodiceæ proxima ad 10. mill. p. recedens. Populi Trallenſes Plinio & aliis. Juvenalis ſatyra 3.

Hic Andro, illo Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Trallibus palma viridis in æde Victoriæ ſub ſtatua Cæſaris enata traditur, quo tempore is Pompejum in Macedonia devicit: quo etiam tempore Pergami ſonus tympanorum in delubris exauditus eſt.

¶ Tralles, urbs eſt Aſiæ minoris in Lydia, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Epheſino; inter Magneſiam & Mæandrum fluvium ad meridiem, ac Cayſtrum fluvium ad Boream, & 36. mill. paſſ. ab Epheſo in Cæciam.

Tralli & Trallii, populi Illyrici, quorum regio Trallia, Stephano.

¶ Trallium, Bithyniæ oppidum in Aſia minori & prope ſinum Aſtacenum, teſte Stephano.

¶ Trangabaria, *Tranguebar*, oppidum peninſulæ Indiæ cis Gangem in Coromandelia regione, cum portu capaci, in ora ſinus Gangetici, valdè à Danis frequentato, 25. mill. paſſ. diſtat à Negapatano in Boream, uti 80. ab ora Boreali Taprobanæ; eſtque in ditione Principis Taniorii.

Prov. Rom. Tranium ſeu Tranum, *Trani*, urbs Apuliæ Peucetiæ archiepiſcopalis, non obſcura, in ora inter Barolum ad occidentem 6. & Barium ad ortum 24. mill. p. a Canuſio 18. Andriæ proxima. Traianopolim à Trajano Imperatore conditore dictam volunt Tranenſes ex veteri

traditione, Trinium a Plinio dictam Volaterranus, cum aliis non ſine maniſeſto errore putat; cùm Trinium fluvius ſit Frentanorum apud Plinium.

Tranſaquæ, *Tranſacco*, oppidum Latii, ad lacum Fucinum, in finibus Marſorum, ab Alba Marſorum 9. mill. paſſ. in occaſum, quot à Taliequitio in auſtrum, apud egreſſum Anienis fluvii, inde 4. ab urbe Roma 40. Marr. Rom.

¶ Tranſaquæ, *Tranſacco*, caſtrum eſt Aprutii Ulterioris, uno milliari a lacu Fucino in meridiem, 8. ab Alba in Eurum & 10. a fontibus Liris in ortum, uti paulò plus à fontibus Anienis.

¶ Tranſchinienſis Comitatus, *le Comté de Tranſchyn*, provincia eſt Hungariæ ſuperioris, prope Vagum fluvium & inter Sileſiam ad Boream, Moraviam ad ortum, Turocenſem Comitatum ad occaſum & Nitrienſem ad meridiem, ſub dominio Auſtriacorum; & eiu caput eſt Tranſchinium.

¶ Tranſchinium, *Tranſchyn*, oppidum munitum Hungariæ, Comitatus cognominis caput, ad Vagum fluvium, versùs confinia Sileſiæ, 20. mill. paſſ. diſtat a Nitria in Boream, uti 50. a Polonio in Africum.

Tranſcudani, populi Hiſpaniæ Luſitanicæ, qui iuxta Cudam fluvium, inter Tagum & Mundam fluentem incolunt. Quorum tractus *Ribera de Coa* dicitur, teſte Jacobo Vaſconcello. Vet. inſ.

¶ Trans-Iſſalania, *Over Iſſel* incolis, *Tranſiſelane*, Gallis provincia ſatis ampla Belgii uniti, versùs Germaniam, in tres partes diviſa, nempè in Drentiam, *Drente*, quæ ad Boream: in Salandiam, *Saliant*, quæ media eſt; & in Tuventiam, *Tevvent*, quæ ad meridiem. Terminatur ab oriente, Diœceſi Monaſterienſi, a ſeptentrione Friſia occidentali & dominio Groningæ, ab occaſu mari Auſtrino, & Gueldria inferiori, & a meridie Comitatu Zutphaniæ; ſubeſtque tota dominio Statuum provinciarum unitarum Belgii. Eius autem urbes præcipuæ ſunt Daventia, *Daventer*, Suvolla, *Zuvol*, Campi, *Campen*, & Covordia, *Coevorden*.

¶ Tranſitus ſeu fretum Brouverii, aut Cerviſiæ coctoris, *het Brouvers paſſage* Belgis, *le paſſage du Braſſeur* Gallis, pars maris Auſtralis ad ortum freti Macrei, & inſulæ Statuum, detecta & luſtrata anno 1643. ab Henrico *le Braſſeur*, Præfecto claſſis Batavæ, dum in Cilem tenderet.

Tranſlucum, *Landtubervvaldt*, teſte Ortelio, locus Daciæ Ripenſis. Lib.

Tranſmariſca, *Marice*, teſte Lazio, oppidum Myſiæ inferioris, cis Doroſtorum, ab eo 25. mill. paſſ. in occaſum; quod Tromariſca Ptolemæo dicitur. Not.

¶ Tranſmontana provincia, *Tra los mentes*, pars regni Portugalliæ, inter Galæciam ad Boream, & Durium fluvium ad meridiem, uti inter regnum Legionis ad ortum; & provinciam inter Durium, & Minium ad occaſum. Ejus urbes præcipuæ ſunt, Miranda Durii, & Bragantia.

Tranſpadani, populi Galliæ Tranſpadanæ, in qua Inſubres, Cenomani & Veneti comprehenduntur. Vide Gallia Tranſpadana. Cæſ.

¶ Tranſylvania, *Tranſylvanie* Gallis, *Erdely* Hungaris, *Sibenburgen* Germanis, pars eſt antiqui regni Hungariæ; ſed anno 1541. ab eo ſeparata fuit a Joanne Rege; & ab illo tempore Principes habet proprios, electi vos tamen, ſub clientela Turcarum. Terminatur hæc regio a ſeptentrione Ruſſia nigra, provincia Poloniæ, ab oriente Moldavia & Valachia, ab occidente Hungaria, & a meridie partim Hungaria etiam & partim Valachia. Extenditur autem ab ortu in occaſum per 200. mill. p. & eius præcipua urbs eſt Cibinium, *Hermanſtat*, ubi ſedes Principis.

Tranſylvaniæ urbes præcipuæ:

Alba Julia, Gula feirvvar *incolis*, Weiſſenburg *Germanis*.
Biſtricia, Berſterze *incolis*, Noſenſtat *Germanis*.
Cibinium, Zeben *incolis*, Hermanſtat *Germanis*, *regionis caput*.
Claudiopolis, Coloſvvar *incolis*, Clauſenburg *Germanis*.
Julia, Giula, & Gula.
Medieſus, Medgies *incolis*, Medvviſch *Germanis*.
Sciburgium, Segeſvvar *incolis*, Schiesburg *Germanis*.
Stephanopolis, Braſſavv *incolis*, Cronſtat *Germanis*.
Varadinum, Varadin *incolis*, Wardeyn *Germanis*.

Tranſtyberina, regio urbis Romæ, in qua Vaticanus mons, P. Vi.

mons, hodie *Borgo di S. Pietro*, & *Traſtevere*. Martialis lib. 1.

Pulchra quidem, verùm Tranſtyberina domus.

¶ Tranſtyberina, *traſtevere*, pars eſt urbis Romæ in Hetruria, trans Tyberim fluvium & ad radices montis Janiculi, atque inter ipſum & tyberim. Sed pars quæ *il Borgo* dicitur versùs molem Hadriani & montem Vaticanum, non cenſetur in tranſtyberina regione, quanquam ſit etiam in Hetruria & trans tyberim, et pars eſt recentior urbis Romæ.

¶ Trapalanda, *trapalande*, regio parva Americæ meridionalis, in tucumania. Dicitur aliter *de la Sal*, extenditurque ad occaſum versùs Cilem, inter Cordubam novam ad ortum & caſtrum S. Ludovici ad occaſum.

Plin. Trapeza, promontorium Troadis, ubi primùm Helleſpontus ſe concitat: & Stephano oppidum fuit Arcadiæ apud Tricolonum, quod Trapezus Pauſaniæ dicitur. Incolæ Trapezentes.

Ptol. Bibl. Cæſ. Trapezopolis, urbs fuit Cariæ, apud Mæandrum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Laodiceno, Antiochiæ ad Mæandrum finitima.

Strab. Trapezum, collis Syriæ, Antiochiæ magnæ imminens.

Strab. Plin. Mel. & al. Trapezus, Sinopenſium colonia, *Trabiſonda* ac *Trebiſonda* Europæis, *Taraboſan* Turcis, teſte Leunclavio, urbs Cappadociæ maritima & præcipua, archiepiſcopalis, ubi ora in Boream versùs Colchos flecti incipit, in Armeniæ majoris confinio, inter Polemonium ad occidentem 60. (quod ab Amiſo 120.) & Abſarum in ortum & Cæciam 130. mill. p. (quod à Phaſide 75. abeſt) à Satalis urbs Armeniæ minoris 135. in Cæciam, monte non parvo cincta, hac etiam tempeſtate clara, Satrapæ Turcarum ſedes, in quorum poteſtatem venit, ſub Maumethe. Populi Trapezunti. De hac Homerus lib. 3.

Vertice montano Trapezus incluſa receſſit.

Trapezus a Græcis condita ſita eſt inter Amiſum & Phaſim inde 2200. hinc 2400. ſtadiis.

¶ Trapezus, *Trebiſonde* Gallis, urbs eſt ampla Aſiæ minoris, in Cappadocia, cum portu capaci in ora ponti Euxini, aliquando etiam Imperatorum Græcorum ſedes. Vix 30. mill. paſſ. diſtat in Boream a confinio Armeniæ minoris, ſed multò longiùs à majori, 100. a Polemonio in ortum & 130. ab Abſaro in Africum, ſed 35. tantùm a limite Colchidis in occaſum & 70. à Satala in Boream. Reges ſeu Imperatores Græcos habuit proprios è gente Laſcara per 200. annos, nempè ab anno 1261. ad annum 1460. quo tandem ſub Davide à Mahumete II. Turcarum Imperatore expugnata & miſerè vaſtata fuit, Turciſque etiamnum paret. Ipſius Imperatori ſuberant aliàs Cappadocia & Colchis.

Ptol. Plin. & al. Traſimenus, Traſumenus Livio, ac Traſymenus ſcribitur & Thraſimenus ac Thraſymenus, *Lago di perugia*, lacus Hetruriæ, inter peruſiam 12. mill. & Cortonam ferè totidem, qui & *Lago di Praſſignano* & *Lago di Caſtiglione* ab oppidulis ad eum ſitis, nominatur. Hinc Romani cum Flaminio ab Hannibale ingenti ſtrage cæſi. De qua re Silius lib 6.

Interea rapidas perfuſa cruoribus alas,
Sicut Sanguinea Thraſimeni tinxerat unda.

Traſumenus (Vide Traſimenus) unde Traſimenus adjectivum, ut Traſimena littora apud Ovid. lib 6. Faſtorum.

¶ Travancorium, *Travancor*, urbs peninſulæ Indiæ cis Gangem, in Malabaria regione, ferè 60. mill paſſ. a Comorino promontorio in Boream, Coulanum versùs 50. cum portu capaci.

Herod. Liv. Trauſi, populi Thraciæ, ad Hemum montem, in Myſiæ inferioris confinio incolentes. Hos à Græcis Agathyrſos appellari ſcribit Stephanus, ſed hi in Sarmatia; non Thracia ſunt.

Ptol. Treba, oppidum Latii, apud ortum Anienis fluvii, ubi montes Trebani. Locus adhuc *Trevi* nominatur. Inde aqua Romam perducta adhuc nomen habere videtur, *Fonte di* Trevi.

Plin. Liu. & al Trebia, fluvius Galliæ Togatæ, quo Æmilia finitur, & a Liguria ſeparatur, ex Apennino monte in Padum apud Placentiam influens, à Genua 15. mill. paſſ. oriens & Bobium urbem alluens, etiam vulgò *la Trebia* dictus, in plures alveos, cum ex nivibus aut imbribus intumeſcit, diviſus, difficiliſque tranſvadari, ubi Romani cum Hannibale confligentes ferè omnes ſubmerſi. De qua re Silius lib. 4.

Tum Trebia infauſto nova prælia gurgite feſſis
Inchoat.

Trebia quoque urbs Umbriæ, de qua mox. Trebia fluvius in Theſauro Linguæ Latinæ in Subalpina regione & apud Dertonam urbem deſcribitur; cùm longè ab utraque fluat, atque apud Placentiam.

Trebiates, Trebiani Auſonio, populi Umbriæ, quorum urbs Trebia in libris Conciliorum & ex Arnobio, epiſcopalis olim, nunc oppidum, *Trevi*, in colle: inter Fulginium 6. & Spoletium 9. mill. paſſ. Mutuſcæ Virgilio. *Plin.*

Trebula, *Monte Leone*, teſte Ortelio, oppidum Sabinorum, caſeo celebre, à Reate 60. ſtadiis, teſte Halicarnaſſeo, a Nomento 8. mill. p. in Cæciam (ex quo error patet Theſauri Linguæ Latinæ, in quo Trebula proxima Romæ ſcribitur.) Sed hoc oppidum, quod Mons Leonis appellatur, multò remotius a Reate. Ibi montes Trebulani Pli. apud quem caſei Trebulani commendantur. Fuit & Trebula Livio & Ptolemæo oppidum Campaniæ, inter Capuam & Sueſſulam, ubi Trebulanum villa, hujus meminit Cicero lib. 5. epiſtolarum ad Atticum, a Benevento ſupra 25. mill. paſſ. De caſeo Trebulano Martialis lib. 13. epigramm. 30. *Pali. Ptol.*

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex.

¶ Trebula, Aborigenum urbs, *Monte Leone*, oppidulum eſt ditionis Pontificiæ, in Sabinis, paulò cis Podium S. Laurentii, ubi ad Eccleſiam S. Victoriæ inſignes extant Trebulanorum inſcriptiones, cum veſtigiis theatri aliarumque antiquitatum. Alia fuit Trebula Suffena itidem in Sabinis, quod nunc Montorium creditur, paulò ſupra Nerulam, teſte Luca Holſtenio.

Trecaſſes, Tricaſes Antonino, Tricaſii ptolemæo, Tricaſſini Ammiano, *Troyes*, populi & urbs Galliæ Celticæ in Belgicæ confinio, ſive è contra, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Senonenſi, inde 14. leucis in ortum, ad Sequanam fluvium, Lingonas versùs 22. a Remis 26. in auſtrum. Quæ urbs variè nominatur, Auguſtomana ptolemæo, Trecæ Turonenſi & libris Conciliorum, Urbs Trecaſſium libro Provinciarum, Auguſta Trecarum, in vita S. Germani Epiſcopi. *Plin.*

Trecaſſes, populi fuere Galliæ Celticæ, in confinio Galliæ Belgicæ. Eorum urbs Auguſtobona, ſeu Trecaſſes, & Trecæ, *Troyes*, Campaniæ caput, quæ 34. leucis diſtat a Lutetia in Eurum & 9. a Baro, ad Albulam in occaſum; eſtque urbs ampla & culta.

Trecorium, & Trecorenſium urbs, Oſiſmi Cæſari, *Triguier* & *Lantriguier*, urbs Galliæ Celticæ, in ora Boreali Britanniæ minoris, inter Briocum ad ortum 6. & Leonam ad occaſum 7. leucis, a Rhedonibus 26. in Boream, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi. Vide Oſiſmii populi. *Lib. Ger.*

¶ Trecorium, *Treguier*, ſeu etiam *Lantriguer* incolis, urbs eſt epiſcopalis Britanniæ minoris, in parte Boreali, cum portu in ora maris Britannici, 9. leucis diſtat a Brioco in occaſum, Leonam versùs 11 & 30. a Rhedonibus in Circium. Ibi aliàs Oſiſmii populi.

¶ Trelleburgum, *Trelleborg*, oppidum Sveciæ, in Scania provincia & in ora maris Baltici, 3. milliaribus Germanicis ab Elleboga in meridiem, 7. autem ab Hafnia in Eurum.

Tremerus, ſive, ut alii codices habent, Trimetus, *Tremiti*, inſula una Diomedearum maxima, ac præcipua, Apuliæ Dauniæ adiacens, ante Montem Garganum ad 30. mill. paſſ. diſtans; ubi inſigne Canonicorum, ſeu Clericorum Regularium, qui earum inſularum ſunt Domini cœnobium. Vide Trimerus. *Tac.*

¶ Tremetus, *Tremiti*, inſula eſt ſatis ampla & Diomedearum præcipua, in mari Hadriatico, a qua aliæ adiacentes dicuntur *les isles de tremiti*. Vix diſtat 15. mill. paſſ. ab ora Apuliæ; habetque caſtrum permunitum in colle, cum monaſterio inſigni Canonicorum Regularium Lateranenſium. Dicitur etiam aliquando *S. Nicola*, teſte D. Gaſpero a Caſtro S. Petri, eique adiacent duæ aliæ præcipuæ, nempè *S. Domino* & *la Caprara* dictæ.

Tremiſe olim Lycia dicta fuit, à Tremylo & populi Tremilenſes, auctore Stephano. *Steph.*

Tremithus, Trimethus Ptolemæo, *Tremithuſa*, ſeu *tremituge*, teſte Stephano Luſignano, urbs Cypri olim Epiſcopalis mediterranea, nunc pagus apud Cetium: cui Nicoſia ſucceſſiſſe traditur, nunc totius inſulæ metropolis in ora Boreali. *Steph. Suid.*

Tremonia, quæ & Drotmania, *Dortmund*, urbs Weſtphaliæ non contemnenda, inter Rhodam & Wernam proxima oppida, à Monaſterio 6. leucis Moguntiam versùs, à Paderborna 8.

¶ Tremonia urbs eſt Germaniæ, in Weſtphalia & in Comitatu Marchiæ, ad amnem *Emſer*, aliàs ſui juris, ſed hodie ſub dominio Electoris Brandeburgici 7. milliaribus Germanicis a monaſterio in meridiem diſtat, & paulò minùs ab Arensberga in occaſum, uti 14. a Paderborna. Parva eſt, ſed ſatis munita; eſtque inter Hanzeaticas comprehenſa.

¶ Trenorchium, *Tournus*, oppidum amplum Galliæ in Burgundia & Matiſconenſi tractu, ad Ararim fluvium, medium inter Cabillonum ad Boream & Matiſconem ad meridiem, 16. leucis a Lugduno in Boream.

¶ Trenta, *Trent*, fluvius, Angliæ Borealis. Oritur in Comitatu Staffordienſi; ubi auctus aliquot fluviis minoribus, per Darbiæ Comitatum labitur; ibique recipit Darvonem. Deinde per Notinghamiam, ubi urbem cognominem rigat, hinc per Lincolniam fluens, in ejus limite, & 10. milliar. Anglicis ſupra Hullum, in Album æſtuarium ſe exonerat.

¶ Treptovia, *Treptovv*, oppidum Germaniæ in Pomeraniæ Ducatu, ad Tollenſæam fluvium, in finibus Marchiæ Brandeburgicæ, cum arce. Aliàs amplum fuit, nunc ſenſim deficit; ſubeſtque dominio Regis Sveciæ 10. mill. Germanicis diſtans a Sundi in meridiem.

Trerus, regio Thraciæ parva, in Macedoniæ & Myſiæ confinio. Populi Treres. Regio etiam Trereas dicitur apud Callimachum.

Trerus, *Trero* & *Omme* aliis, fluvius Latii ad Fabrateriam oppidum fluens, ac in Lirim infra ad Fregellas, ſeu Pontem curvum, influens.

¶ Treſa, *Treſen*, urbs Sveciæ, in Sudermannia provincia, cum portu in ora maris Baltici, 7. leucis Svecicis diſtat ab Holmia in Africum, & 8. a Torſilia in Eurum.

Tres Caſæ, *Treca*, pagus ingens Novarienſis, à Novaria 5. mill. paſſ. Viglebanum versùs diſtans. Trecatum, ſeu Tercatum quoque dicitur. Vide ibid.

Tres Tabernæ, *Ciſterna*, urbs olim Latii epiſcopalis, nunc pagus, ſeu vicus in via Appia (teſte Celſo Cittadino & Baronio) occurrens, inter urbem Romam 26. & Forum Appii 22. mill. paſſ. ultra Velitras 6. Ad tres Tabernas Severum Imperatorem à Maxentio occiſum tradunt auctores miſcellanei hiſtoriarum & Zoſimus. Sunt & tres Tabernæ Antonino locus Macedoniæ, inter Scampes & Lychnidum 27. mill. paſſ.

¶ Tres Tabernæ urbs fuit, cujus veſtigia in ipſa via Appia conſpiciuntur, haud procul a Ciſterna. Sed non erat ubi hodie Ciſterna, teſte Luca Holſtenio, & ejus epiſcopatus unitus fuit Veliterno. Diſtabat autem 5. mill. ab Aricia, & 21. ab urbe Roma in ortum.

¶ Trethymirovia, vel Techtimirovia, *Trethymirovv*, oppidum munitum Poloniæ, in Ucrania & Volhinia inferiori, ad Boryſthenem fluvium, 14. mill. Germanicis infra Kioviam in meridiem, quod Coſacis donatum eſt a Rege Stephano, ut ibi commorarentur, ac armamentarium ſuum haberent. Poſſederunt autem hunc locum uſque ad annum 1648. quo ipſis Poloni eundem locum eripuerunt; unde poſteà cruentæ clades tam Polonos, quàm Coſacos afflixerunt & modò hi, modo illi civitatibus hujus tractus potiti ſunt, nunc autem a Coſacis occupatur.

Tretum & Tretus, mons Peloponneſi, apud Mycenas & Nemæam ſylvam, ubi Hercules leonem interfecit.

Tretum, Tritum Straboni, *Capo Ferrato* Caſtaldo, & incolis *Brucramel*, teſte Mercatore, promontorium Africæ, inter Cullu ad occaſum, & Tacatuam ad ortum.

Treva, *Travemund* in tabulis recentibus, urbs Germaniæ, in Saxonicâ & Holſatiæ confinio, apud Trevæ fluvii oſtium, qui ex Holſatia fluens, Lubecam urbem proximam alluit & poſt 2. mill. Germanica ad Travemunda mari Baltico excipitur.

¶ Treva quibuſdam eſt *Travemund*, oppidulum cum arce ad oſtia Travæ fluvii in Holſatiæ Ducatu & in Vagria tractu in ipſo limite Saxoniæ. Aliis autem Treva eſt *Lubeck*, urbs ampla libera, & Hanzeatica Germaniæ, in Holſatia & in Vagria, ad Tavam, Mercatore, Sanſone, Brietio & aliis teſtibus, quod veriſimilius. Vide Lubeca. Erpoldus tamen credit Ptolemæum erraſſe, qui fluvium, qui adhuc hodie in hoc tractu *Trave* nominatur, pro urbe habuit.

¶ Trevennium, *Trevinno*, oppidum eſt Hiſpaniæ in Alava provincia, ad radices montium & 4. leucis Hiſpanicis diſtans a Miranda Iberi in ortum, uti 6. a Victoria in Africum. *Plin.*

Treventinates, populi Samnii, Frentanis finitimi, quorum urbs Treventum colonia Frontino, urbs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Beneventano, inde 40. mill. ad Trinium fluvium, vulgo *Trivento*, in Comitatu Moliſio, inter Bovianum ad Meridiem 24. Hiſtonium ad Boream totidem, & Auxanum 28. mill. paſſ. *Sido.*

¶ Treventinates, populi fuere Samnii, quorum urbs Triventinum, *Trivento*, parva ſed epiſcopalis, in regno Neapolitano & in Comitatu Moliſio, in limite Aprutii citerioris. Vide Triventinum.

Trevidon, pagus Galliæ Aquitanicæ, apud Ruthenos.

¶ Trevirenſis ditio, *Stift van Trier* Germanis, *le Trevirois*, ſeu aliter *l'Archeveſchè de Treves* Gallis, provincia eſt Germaniæ, ſub dominio Archiepiſcopi Electoris Trevirenſis, juxta Moſellam fluvium, inter Palatinatum Rheni, & Veteraviam ad ortum, Luxemburgenſem Ducatum ad occaſum, Juliacenſem Ducatum ad Boream & Lotharingiam ad meridiem. Ejus urbes ſunt Treviri, *Treves*, provinciæ caput, Confluentiæ, *Coblents*, Bodobriga, *Boppart*, & Sarburgum, *Sarburg*. Satis extenditur ab ortu in occaſum, ſed valdè reſtringitur a ſeptentrione in meridiem. *Cæſ.* *Liu.*

Treviri, Treveri Plinio & Melæ, Triviri Ptolemæo, populi & urbs archiepiſcopalis Galliæ Belgicæ, ad Moſellam fluvium, Auguſta Trevirorum Melæ, Colonia Auguſta Patr. Trevirorum in veteri inſcriptione. Urbs Treverica Auſonio, Treviris libris Conciliorum, *Trier* Germanis, *Treves* Gallis, *Treveri* Italis, urbs præclara antiquiſſima omnium urbium Europæarum, à Trebeta Nini Aſſyriorum Regis fratre condita & nominata, anno ante Chriſtum hominum natum 1496. Roma multò antiquior, inter Metas ſeu Mediomatrices 13. & Coloniam Agrippinam 16. leucis, a Moguntia 18. De qua Lucanus lib. 1. *Zona.*

Tu quoque lætatus converti prælia Trevir.

Auſonius in catalogo urbium:

Trevericæque urbis ſolum, quæ proxima Rheno.

Hujus urbis Archiepiſcopus unus eſt ex Imperii Electoribus urbis, ac Trevirenſis ditionis, multis oppidis conſtantis, dominus.

¶ Treviri, populi fuere Galliæ Belgicæ, versùs Moſelam fluvium extenſi, inter Rhenum fluvium ad ortum, quo ſeparabantur a Germania magna, Mediomatrices & Virodunos ad meridiem, Remos, Tungroſque ad occaſum & Ubios ad Boream, ubi nunc Trevirenſis ditio & pars auſtralis, Ducatus Luxemburgici, ubi erant Cæræſi ſub ipſis contenti. Sed Treviri urbs, *Treves*, meliùs dicitur Auguſta Trevirorùm; eſtque etiamnum urbs ampla, ſed malè culta, ad Moſellam fluvium, ubi recepit Suravum: & pluries expugnata fuit hiſce ultimis temporibus. Vide Auguſta Trevirorum.

¶ Trevoltium, *Trevoux*, urbs parva Galliæ, in Breſſia provincia, Dombenſis Principatus caput, in colle, ad Ararim fluvium, tribus leucis ſupra Lugdunum in Boream, Matiſconem versùs 8. circiter.

¶ Tria, *Trie*, caſtrum ſplendidum Ducis Longovillæ in Gallia & in tractu Wxino Francico dicto, in provincia Inſulæ Franciæ, inter Calvomontium ad ortum, & Giſorium ad occaſum, 13. leucis à Lutetia diſtans in Circium.

Triadixa, urbs Thraciæ archiepiſcopalis, priùs Sardica: de qua ibid. Ejus meminit Zonara Tomo 2. Analium.

Trianenſes, ut legit Pintianus, Triacenſes, ut legunt alii, populi Piceni, quorum oppidum Traiana Ptolemæo, et Triana aliis, Trea Antonino, *Montecchio*. *trab.* *Slin.* *Ptol.*

¶ Triarachia, Armeniæ minoris urbs, teſte Antonino.

Triballi, *Bulgari*, populi Myſiæ inferioris, teſte Nicephoro et Laonico, cum Lazio et aliis, quorum regio *Bulgaria*, et metropolis in ſpiritualibus (ut aiunt) Ternoba et Sophia caput regionis, ac ſedes Satrapæ. In Triballis populi feruntur fuiſſe, qui viſu faſcinabant et interimebant quos irati diutiùs, et fixis oculis aſpexiſſent, teſte Plinio. Hos Stephanus in Illyrico perperam collocat, cùm à pleriſque in Myſia deſcribantur.

Cel. ¶ Tribanta, urbs Aſiæ minoris, in Phrygia majori, teſte Ptolemæo.

Triboces, Tribocci Ptolemæo, Tribochi Plinio, *Elſaſſer*, teſte Pyramio, populi Germaniæ ſuperioris, quorum regio Alſatia Latino recenti & vulgò *Elſate*, cujus caput eſt Argentoratum. De qua urbe quidam Poeta:

Urbs antiqua fuit (populi tenuere Triboces)
Argentoratum, ripis contermina Rheni.

¶ Tribocci, populi fuere Germaniæ ſuperioris, prope Rhenum, ubi hodie Alſatia, *Elſaſſ* Germanis, *Alſace* Gallis, quæ nunc ſubeſt dominio Regis Franciæ, pace Monaſterienſi.

Tribulium, Tribunia libris Conciliorum & Provinciali Romano, *Trebigna* vel *Tribigna*, urbs Dalmatiæ epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Epidaurio ſeu Raguſino, inter Epidaurum 16. & Rhizanam in ortum & Cæciam 20. mill. paſſ.

Sigeb. ¶ Tribulium, ſeu, & meliùs, Tribunium & Tribuna, *Trebigna*, urbecula eſt parva Dalmatiæ in ditione Turcarum, 16. mill. a Raguſa in ortum & 30. a Rhizino in Circium; eratque antea ſub Raguſæis. Ei unitus eſt Epiſcopatus Mercanenſis, in ora littorali.

Tiburia, oppidum fuit Germaniæ ſuperioris ad Rhenum, apud Moguntiam urbem, inter illam & Oppenhemium; ubi Concilium Triburienſe habitum eſt. Locus nunc deſertus *Tribur* adhuc dicitur, teſte Ortelio.

Tribus, à tributo quod pendebant, teſte Fazello dictæ ſunt partes in quas populus vel civitas dividitur, ab aliquibus ortum ducentes. Veluti Tribus Iſrael a filiis Jacob originem trahentes; quibus terra promiſſionis, hoc eſt, Palæſtinæ diviſa fuit. Has hic non abs re fuerit recenſere.

Tribus Iſrael:

1. Juda, ampliſſima, quæ utrumque mare Mortuum & Syrium, Idumæam & torrentem Ægypti attingebat, urbes ſupra 58. (in quibus Hebron, Gaza, Aſcalon, Azotus, & Accaron) poſſidens. Hinc Judæa regio nominata eſt. Habet ad ortum montes Seir, & Edom regionem ulterius Petram deſerti & Hor montem.

2. Ruben, ultra Jordanem inter eum, Arnon torrentem, & mare Mortuum, ſeu ut veteres vocant, lacum Aſphaltitem in regione Sehon & Amorrhæorum, ubi urbes Areopolis, Medaba & Heſebon, inter alias.

3 Gad, a ſuperiore in Boream recedens, juxta Jordanis ripam ulteriorem & fines Ammon, & Sehon in terra Galaad, inter Heſebon et Ramoth. Cujus urbes primariæ Galaad Socoth & Ramoth.

4. Aſer, in ora maris apud montem Carmelum Sidonem uſque, & interiùs uſque Canam Galileæ, ubi fines Zabulon. Ibi regio Cabul & Ptolemais inter aliàs urbes. Ceterarum Tribuum Borealiſſima eſt, uti Simeon auſtraliſſima.

5. Dan, inter Hieroſolymam & oram maris occiduam, ubi Joppe urbs. Habuit urbes 20. in quibus Thanna, Emaus, Modin, Arimathia & aliæ.

6. Nephthali partem Galileæ & Cœleſyriæ, inter Aſer tribum & Jordanem occupabat, habens Zabulon ad auſtrum. In ea urbes 18. erant, inter quas Nephthali & Cedes: cui regnum Baſan, ultra Jordanem ad ortum incumbit, cum regione Trachonitide.

7. Manaſſe, cis, & trans Jordanem. Pars trans Jordanem ultra Gad, inde in Boream recedens, erat inter Socoth & Corozain ex adverſo Capharnaum, ac inter Ramoth ad auſtrum & Rabbath in Cæciam, apud fines Ammonitarum: inter urbes Jabes erat & Zeb, juxta fines Amorrhæorum. Pars cis Jordanem inter Cæſaream & Maggeddo, campum Samariæ incolebat.

8. Simeon, ad auſtrum, inter fines Ægypti & tribus Juda, in Idumæa, urbes habuit 17. in quibus Sceleg versùs ortum, Berſabee versùs auſtrum, & Cades orientalior, cum Rumath ad occidentem.

9. Levi nullas partes habuit in diviſione terræ, inter alias tribus habitans.

10. Iſſachar ab ora littorali, ubi mons Carmelus eſt, uſque ad Jordanem extendebatur, Samariam habens ad meridiem, & terram Zabulon ad ſeptentrionem, inter montes Gelboe ad auſtrum & Thabor ad Boream, ſeu ad Cæciam. Urbes habuit 18. in quibus Jezrael & Dor.

11. Zabulon, in mare Galileæ & mare Syrium, apud montem Carmelum extenditur, montem Thabor, & magnam Galileæ partem occupans. Urbes 12. habebat, in quibus Nazareth, Bethſaida, Cana & altera Bethleem.

12. Joſeph, ſeu Manaſſe primogenti illius & Ephraim inter mare Syrium & Jordanem, Manaſſe totam ferè Samariam occupante ad ſeptentrionem, ubi Cæſaræa palæſtinæ & Maggeddo apud montem Gelboe & Hermon uſque Dor; Ephraim versùs auſtrum, ubi Gazer & Bethoron versùs montem Ephraim & Joppen.

¶ Tribus Joſeph dicitur, & meliùs, Tribus Ephraim ab omnibus. Extenditur inter mare Syrium ad occaſum & Jordanem fluvium ad ortum, terminaturque a ſeptentrione dimidia Tribu Manaſſe cis Jordanem, & a meridie Tribu Beniamin, ibique pars eſt Samariæ tractus. Eius urbes fuere Samaria, Gazer, Lidda, & Najoth.

13. Benjamin, inter tribum Judam ad meridiem, & Joſeph ad ſeptentrionem, urbes habens 25. in quibus reperiuntur Hierico, Bethleem, atque Jeruſalem. Ex his Juda, Dan, Ephraim, Manaſſe, Iſſachar & Aſer mare Syrium attingunt, Ruben, Gad, & Manaſſe ultra Jordanem ſunt orientem versùs, Simeon auſtraliſſima, iuxta fines Ægypti & Idumeæ: interiores ſunt Beniamin in Judæa, Joſeph (ſeu Ephraim) in Samaria, Zabulon in Galilæa, & Nephtalii inter Galilæam & Cœleſiriam.

Tribus in magnis urbibus, veluti familiæ antiquæ & præclaræ eſſe ſolent; præſertim in urbe Roma, in qua plures fuere, quas hic recenſere paucis libet.

Tribus Romanæ antiquæ 35. quarum 4. primæ Urbanæ, ſequentes Ruſticæ dicebantur:

1 palatina, a palatino monte dicta, quæ apud Varronem in ordine quarta eſt.
2 Suburbana, ſeu Suburana, a Subura, prima apud Varronem.
3 Collina, a collibus Quirinalibus, apud Varronem etiam tertia.
4 Eſquilina, ab Eſquilio monte, apud Varronem ſecunda.
5 Romilia, ſic appellata quòd ſub Roma eſſet, in agro a Romulo Vejentibus adempto.
6 AEmilia, ab AEmilia gente nobiliſſima, ab aliis 14. loco poſita.
7 Cruſtumina, a Cruſtumina urbe Tuſcorum.
8 Cornelia, à gente Cornelia clariſſima, 15. loco numerata.
9 Fabia, a Fabia gente et 16. loco; cuius meminit Horat. lib. 1. epiſt. 6.

-hic multùm in Fabia valet, ille Velina:

10 Galeria, a loco, cuius tamen memoria non exſtat.
11 Lemonia, a Lemonio pago apud portam Capenam in via Latina; ab aliis 7. loco memorata.
12 Mentina ſeu Menenia, a gente Menenia, locum 16. apud alios obtinet.
13 Ocriculana, ab Ocriculo oppido Sabinorum. Sed hoc loco Claudia ab aliis reponitur.
14 papiria, a papirio viro nobliſſimo, a quo nomen genti, loco 19. aliis.
15 pollia.
16 popillia.
17. pupinia.
18 Sergia.
19 Veientina, ab agro Vejenti nominata: ab aliis 9. loco repoſita.
20 Voltinia.
21 Claudia.
22 Stellatina.
23 Tromentina.
24 Arnenſis.
25 Sabatina.
26 pomptina.
27 poblilia.
28 Mæcia.
29 Scaptia.
30 Ouſentina.
31 Palerina.
32 Anienſis.
33 Terentina.
34 Velina,
35 Quirina.

Ordo ſecundùm alios:

1 Suburana, a ſub muro terreo.
2 Eſquilina, ab Eſquilio monte, ex Varrone.
3 Collina, a collibus.
4 palatina Circeroni, a palatio,

5 Ro-

5 Romilia, a Romulo, ex Varrone lib. 4.
6 Cruſtumina, ab oppido in Sabinis, Sexto Pompejo.
7. Lemonia, à Lemonio pago, via Latina, apud portam Capenam, Sexto pompeio.
8. pupenia, ab agro pupino, Sexto pompeio.
9. Vejentina, ab agro Veienti, Ciceroni.
10 Galeria, ex loco, Livio lib. 27.
11 pollia, ex loco, Livio lib 8.
12 Voltinia, ex loco, Ciceroni pro planco.
13 Claudia, ex gente, Livio lib. 2.
14. Æmilia, ex gente, Livio lib. 38.
15 Cornelia, ex gente, Livio lib. 38.
16. Fabia, ex gente, Svetonio in Auguſto, Horatio in epiſtolis.
17 Horatia, ex veteri inſcriptione.
18 Menenia, aliis Mentina, Joſepho lib. 13. de bello Judaico.
19 papiria, a papirio, Sexto pompeio.
20. Sergia, ex gente, Frontino lib. 2.
21 Vetrovia, ex Livio 36.
22. Stellatina.
23. Tromentina, a campo Tromento in Tuſſia, Sexto pompeio.
24 Sabatina, à lacu Sabato, Sexto pompeio.
25. Arnienſis, ſeu Armenſis, ab Arno fluvio Tuſciæ, Livio lib.6. Hæ quatuor a Cenſoribus additę fuerunt te, ſte Livio lib. 6.
26 pomptina, ab agro pomptino, Livio lib. 7.
27. popilia, a popila, Sexto pompeio.
28. Mæcia, a caſtro ſic dicto, Sexto pompeio.
29 Scapſia, ab oppido ſic dicto, Sexto pompejo.
30 Oufentina, à fluvio Oufente Sexto pompeio.
31 Falerina, ab agro Falerno, Ioſepho lib. 13.
32 Anienſis, ab Aniene fluvio, Ciceroni lib. 8. epiſtolarum.
33 Terentina, a Terento loco, Ciceroni pro planco.
34 Velina a lacu Velino, Livio lib. 19.
35 Quirina, a Curenſibus Sabinis, Sexto pompeio.

Aliæ tribus, ex antiquis inſcriptionibus.

1 Ocriculana, ab oppido.
2 pinaria, ex Sexto pompeio.
3 Suppinia, ex Livio lib. 31.
4 Camilla, ſeu Camillia, a Camillo.
5 Ceſtia, ex antiquo lapide, Cluentia, à Cluetia nobili familia.
6 Cluvia, ſic ab urbe Samnitum.
7 Dumia, ex antiquo lapide.
8 Minucia, á gente nobiliſſima.
9 papia, a papio Mutilo.
10 Tauria, ex lapide.
11 Veturia, ex lapide.
12 Ælia, ex Ælia nobiliſſima familia, ſicuti ſequens.
13 Julia, ex Dione 44.
14. Flavia, a gente Flavia, ex qua Veſpaſianus.
15. Ulpia, a Traiano Imperatore nomen accepit.

Tributum Cæſaris, *Tribaeles*, ex ſcriptoribus Germanicis, urbs Germaniæ in pomerania, inter Deminum 3. & Sundim, ſeu Sundium urbem in ora maris Baltici 4. Leucis.

¶ Tributum Cæſatis, *Tribeſez*, oppidulum eſt Germaniæ in pomerania citeriori & in dominio Berdenſis, in limite Ducatus Megalopolitani, 4. mill. Germanicis diſtans a Bardo in meridiem, Deminum versùs 3. & ſubeſt dominio Svecorum pace Monaſterienſi.

Trica urbs fuit Apuliæ, a Diomede unà cum Apina condita, teſte plinio lib. 3. cap. 11. quæ everſa in proverbium abiit; nam *Tricæ* pro nugis rebuſque futilibus accipiuntur, ac etiam pro impedimentis, ut frequenter apud Ciceronem, unde tricari verbum, & tricones, qui nugis alios detinent, & tricinus quæſtus, qui tardo fit, & tricæ Atellanæ, apud Varronem pro nugis imperitiſſimis. Fuit & Trica, vel Tricca. (Vide ibi,) teſte Stephano, urbs Theſſaliæ à Tricca penei filia nomen habens. Triccæ (quæ Dolopibus vicina eſt, & pindo monti) templum erat Æſculapio ſacrum: qui in Coo inſula & pergami etiam cultus ſuit; ſed maximè Epidauri in peloponneſo, ubi natus; unde Epidaurius dicitur. Ovid. lib. 15. Metamorph.

Æquore pacata patrias Epidaurius aras
Linquit.

Tricadiba, *Queilloa*, teſte Caſtaldo, inſula Indiæ citerioris in ſinu Colchico, ex earum numero quæ *Maldivar* hodie nominatur.

Tricala, oppidum Siciliæ. Vide Triocala.

Tricara, oppidum phlaſiæ, teſte Stephano.

Tricaricum, *Tricarico*, urbs Lucaniæ in Baſilicata, Epiſcopalis ſub Archiepiſc. Acherontino ſeu Mateolano inde 15. mill. paſſ. potentiam versùs 18. quot ab Acherontia, monti pelaſio proxima, 8. mill. diſtans.

Tricaſii, Tricaſtini Ammiano. Vide Trecaſſes.

Tricaſtini & Tricaſtem, ut aliqui codices habent. S. *paul de trois Chaſteaux*, populi & urbs epiſcopalis Galliç Narbonenſis in Delphinatu, in provinciæ confinio ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, inter montem Æmarorum ſeu Limarium oppidum ad Rhodanum tribus & Vaſionem urbem Comitatus Avenionenſis 7. leucis. De Tricaſtinis Silius lib. 3.

Jamque Tricaſtinis incedit ſinibus agmen.

¶ Tricaſtini populi fuere Galliæ Narbonenſis, quorum tractus parvus admodum dicitur etiam *le Tricaſtin*; eſtque in provincia Delphinatus inferioris, versùs Rhodanum fluvium & limites provinciæ. Eorum urbs Auguſta Tricaſtinorum, vulgò S. *Paul* dicitur in colle, 1. leuca à Rhodano diſtita & media ferè inter montem Æmarorum ad Boream & Aruſionem ad meridiem 3. leucis utrinque, uti 4. a Vaſione in Circium.

Tricca, Trica Straboni & Livio *Tricala* Sophiano & aliis, urbs Theſſaliæ mediterranea, epiſcopalis ſub *Liu.*
Archiepiſcopo Lariſſæo, inde 50. mill. paſſ. à pharſalo *ſtrab.*
30. in ortum, Gonno & pindo monti vicina, hac tem- *Plin.*
peſtate primaria, & ſedes præfecti. Hic templum Eſculapio ſacrum erat. *Ptol.*

¶ Tricca, *Tricala*, urbs aliàs Aſtiætidis in Theſſalia ad peneum fluvium; hodie in provincia *Janna* dicta. Diſtat 25. mill. paſs. ab urbe Janna in ortum Lariſsam versùs & Pharſalum 60. mill. paſſ. circiter.

Triceſima legio, Legio Trigeſima Ulpia ptolemæo, *Am.*
BercK, teſte Diveo, oppidum Germaniæ inferioris, ad Rhenum. Sed potiùs eſt *Alpen* apud Bercum, inter illud & Santas ſeſquileuca, quantùm à VVeſalia in meridiem Bercum versùs recedit.

Triceſimum, adhuc *Triceſimo*, oppidum ſeu caſtrum *Ant.*
Carnorum apud Forum Iulium, ab Utino 7. mill. paſſ. Iulium Carnicum versùs 30. ex Antonini Itinerario.

Tricoloni, & ut aliqui legunt, Tricolonum, oppidum *Pauſ.*
fuit Arcadiæ in peloponneſo a Tricolono filio Lycaonis, *Steph.*
teſte Stephano.

tricollori, populi Galliæ Narbonenſis, quorum oppi-
dum *Tallard*, apud Druentiam fluvium, in Delphina- *Plin.*
tu, apud fines provinciæ inter Siſtaricam 3. & Ebredunum ad ortum 8. leucis diſtans, eſſe putatur.

¶ Tricollori, populi Galliæ Narbonenſis, ubi fuere non conſtat; & *tallart* oppidum fuit aliàs Caturigum, Alarons dictum 6. mill. paſſ. à Vapinco in meridiem.

triconium, tricone plinio, trichonium polybio, & *Pauſ.*
Stephano, oppidum fuit Ætoliæ. Populi triconitæ & trichonii apud eundem, Stephanum appellantur.

tricorii, tricores Lucano, populi Galliæ Narbonenſis *ſtrab.*
quorum oppidum tricorium Livio, *le Creux*, teſte pineto, *Plin.*
in provincia inter Arelatum 5. & Maſſiliam 9. leucis occurrens, à Cabellione 6. in meridiem.

¶ tricorii, populi & tricorium oppidum Galliæ Narbonenſis, in qua parte provinciæ fuere me latet, & *la Crau* non oppidum eſt, ſed tractus, qui aliter dicitur Campi lapidei inter ſtagnum Aſtromelam ad ortum & Arelatem ad occaſum.

tricorneſii, populi Myſiæ ſuperioris, quorum regio *topliza* à Caſtaldo nominatur, & urbs tricornium vul-
gò *topliza* & aliis *Columbacz*, à Singiduno 5. leucis in *Ptol.*
ortum.

tricornium, *Columbacz*, ſeu, teſte Nigro *Galumbatz*, *Ptol.*
oppidum ſeu urbs Myſię, in Servia, apud Danubium & pontem traiani, ultra Singidunum 6. leucis ſeu 5. in ortum, è regione Severini oppidi Daciæ. Sed Lazio cui magis fides habenda, eſt *Coruſceve*, pagus proximus Galumbacio.

tricrena, locus Arcadiæ, in peloponneſo, ubi tres fontes ſunt; in quo Mercurium natum tradunt.

¶ tridentina ditio, *Stift van trente* Germanis, *Veſcoua- Pauſ.*
to di trento Italis & *Eveſchè de triente* Gallis, ubi aliàs tridentini populi, in Rhætia propria, provincia fuit antea Italiæ cui etiamnum à multis tribuitur: eſtque pars Auſtralis Comitatus tyrolis, a quo terminatur ad Boream, ſicuti ditione Veneta ab ortu occaſu, & meridie. Subeſt autem dominio Imperatoris, uti

Comitis Tirolis. Sed Epiſcopus Trindentinus, qui princeps Tridentinus etiam dicitur, poſſidet in eo tractu plurima loca, ipſamque civitatem Tridentum, ſub clientela tamen Comitis Tirolis.

Tab. Ptol. Tridentum, Tridente ptolemæo, *Trento* Italis, *Trient* Germanis, *Trente* Anglis, urbs Cenomanorum Venetiæ ad Atheſim fluvium, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi, à Verona 48. circiter, & a Mantua 60. mill. paſſ. in Boream hodie in Germania, in Comitatu Tyrolenſi, ab Oenipente ſede principis 23. leucis in auſtrum, Concilio Tridentino ibi indicto anno ſalutis 1545. Olympiadis 580. anno 4. clara. Populi Tridentini Plinio & aliis. De ea lib. 4. Itinerarii:

-mox inde Tridentum
Venimus, Italicæ quæ prima Janua terræ.

Et alibi:

Inde Tridentinæ portas intravimus urbis.

¶ Tridentum, Tridentinorum caput in Rhætia propria, urbs ſatis culta, ſedet in valle, inter altiſſimos montes poſita; Concilio ſuo Oecumenico celebris. A Gallis *Trente* dicitur; ſubeſtque proprio Epiſcopo, ſub clientela tamen Imperatoris, uti Comitis Tyrolis. 18. milliaribus Germanicis diſtat ab Oenipoute in meridiem, uti 6. à Bolſano, 4. à proximiori ora lacus Benaci in Cæciam, & 8. a Verona in Boream; eiuſque Epiſcopus ſuffragatur Patriarchæ Aquileienſi.

Vet. strab. Tridinum et Tirdinium, *Trino*, Gallis *Trin*, oppidum Galliæ Tranſpadanæ], in Ducatu Montisferrati, ad padum, præcipuum, ab urbe Caſalenſi 7. mill. paſſ. Taurinum versùs, à Vercellis 2.

¶ Tridinum, *Trin*, oppidum eſt munitum Montisferrati, tantiſper à pado fluvio remotum, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, cui conceſſum fuit à Duce Mantuano pace Claraſcenſi; pluriesque captum & receptum fuit hiſce ultimis temporibus.

ptol. Trieres aqud Arrianum populi Bithyniæ fuere, & oppidum Syriæ, teſte Stephano.

Trierorum (ſeu Trieron numero ſingulari) promontorium, *Capo Sudeyca* Marmolio, *Capo della Giudeca* aliis, promontorium Africæ, inter oſtia Cinyphi fluvii ad occaſum, apud Leptim magnam & Macomacam villam ad ortum.

Tiv. Trifernum, *Biſano*, teſte Blondo, mons & oppidum pelignorum, in Aprutio, non longè à Boiano. Sed hic locus non in pelignis eſt, ed in Samnitum & Frentorum confinio.

Plin. Mart. Atq. Trifolinus ſeu Tripholinus, (variè enim ſcribitur) *Monte di S Martino*, mons Campaniæ, Neapoli imminens, ſic à trifolii copia dictus. Unde vinum Trifolinum apud veteres commendatum. Martialis lib. 13. epigramm. 111.

Non *ſum de primo fateor Trifolina Lyæo.*

Trigemina porta. Vide Oſtienſis porta; nam eadem eſt.

Liv. Trigeſima legio. Vide Triceſima.

Am. Ptol. ¶ Trigiſamum, *Traſmaur*, oppidulum Germaniæ, in Auſtria inferiori, ad *Draiſain* amnem, qui paulò infra cadit in Danubium fluvium & in ditione Archiepiſcopi Salisburgenſis 7. mill. Germanicis ſupra Viennam in occaſum, teſte Cluverio.

ptol. * triglypton, *pegu*, teſte Caſtaldo, urbs Indiæ ulterioris ſive extra Gangem, regia, à Gange ad 160. leucas Hiſpanicas in Euronotum diſtans, ab ora ſinus Gangetici 40. in ortum. Aliis Trilingum dicitur. Apud Triglypton corvos albos naſci ferunt, ſicuti Trœzene in Aſia. Gallos etiam apud Triglypton barbatos eſse ferunt. (* *reglyfon tò cæ Triliggon* in manuſcripto Seldeni.)

¶ triglypton, ſeu Triglyphon, aliis eſt *Canarane*, ad Beſingam fluvium, 200. mill. paſs. ſupra Peguum in Boream.

Reg. trigoria, regiuncula Germaniæ ſuperioris, apud Rhenum et Vveſaliam ſuperiorem, inter illam, & Bodobrigam ad Boream, ubi oppidum S Goaris, *S. Govver*, vel *S. Gevver*, a Bodobriga 2. leucis in meridiem, Ficeliam versùs 1.

ptol. Trileuci, *Pennas de Guzan*, teſte Ortelio, tres ſcopuli Oceani Cantabrici, in ora Hiſpaniæ Boreali, apud Scythicum, promontorium Aſturum.

ptol. ¶ trileuci ſunt tres ſcopuli Hiſpaniæ, in ora Gallęciæ, propè Trileucum promontorium.

trileucum, quod et Lapatia Cori, Scythicum Melæ, *Cabo de Pennas*, promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Aſturum, contra Trileucos ſcopulos, inter Gygiam ad ortum, & Abulas ad occaſum 2. leucis, ab Oveto urbe, ferè 10. in Boream.

¶ Trileucum, promontorium Hiſpaniæ in Gallæcia & in ora Oceani Cantabrici, vulgò *Cabo de Ortegai* Hiſpanis, *Cap d'Orteguerre* Gallis, in mare valdè protenſum 12. leucis Hiſpanicis diſtat a Corunia in Boream & 28. a Scythico promontorio in occaſum.

¶ Trima, *Tryme*, urbs Hiberniæ, in Lagenia regione, & in Comitatu Mediæ orientalis, ad Bovindam fluvium, 20. mill. paſſ. à Dublinio in occaſum, Molingariam versùs totidem.

Timerus, (fortè Trimetus legendum) Teutria Plinio, *S. Maria di Tremiti*, inſula maris Hadriatici, ante montem Garganum, ab eo 15. mill. paſſ. (licèt alii 30. ſcribant diſtare) major Diomedearum. Vide Tremerus; nam utroque modo legitur. Diomedæa Stephano. *Tac.*

* Trimmanium, Trimammion Antonino, Trimammium libro Notitiæ, *Drimago*, teſte Ortelio, oppidum Myſiæ inferioris apud Iſtrum fluvium, ultra Galacium urbem Moldaviæ ſupra 30. mill. paſſ. Sed diſtantia apud Antoninum non videtur congruere. (* *Trimonnion* in Seldeni manuſcripto.) *ptol.*

Trimontium, oppidum Albionis, in Selgovis, apud oram occidentalem, inter Angliam & Scotiam, *Atterith* nunc, teſte Camdeno, aliis *Altrip*. Trimontium quoque urbs Thraciæ, eadem ac Philippopolis. Vide ibid. Trimontium ſic à 3. circumſidentibus montibus. Uzelium quoque dicitur * Trimontium Scotiæ, vulgò *Atterith*, non *Altrip*, ut alii indigitant, ab oſtio Solvei (qui Scotiam ab Anglia ſeparat) ad 6. mill. paſſ. diſtans (* Apud Ptolemæum diverſa ſunt, Trimontium & Uzellum, vel Uxelum ita enim ſcribendum videtur. Vide U xellum.) *ptol.*

¶ Trimulia, *la Trimoville*, oppidum Galliæ, Ducatus titulo inſignitum, in Pictavenſi provincia, & in limite Marchiæ Lemovicenſis, 12. leucis a Pictavio in ortum diſtat, ad amnem *Benaiſe*; cum caſtro ſplendido.

Trinacia, Tyracinæ Stephano, *Randazzo*, teſte Aretio, oppidum Siciliæ, a Taurominio 30. mill. paſſ. in occidentem. Verùm hæc urbs, quæ maxima olim fuit, & præcipua Siciliæ, teſte Diodoro, hodie jacet, teſte Fazello, à Syracuſanis exciſa; ejuſque veſtigia adhuc monſtrantur apud Catalbanum caſtrum, à Palica 3. mill. paſſ. à Menis 5. Tiracienſes populi Plinio. *Diod.*

Trinacria dicta eſt Sicilia a tribus promontoriis, Peloro, Pachyno & Lybæo. Similiter ob eandem cauſam, & Rhodus, teſte Plinio. Hinc Trinacrius nomen gentis. Virg. lib. 3. Æneid. *Strab. Plin. & al.*

Ante, & Trinacria tentandus remus in unda.

Trinaſius, Trinaſi mœnia Pauſaniæ, oppidum ſeu portus Peloponneſi, in ora Laconicæ, juxta quod tres inſulæ parvæ, à quibus nomen habet, inter Gythium, & oſtia Eurotæ. *ptol.*

Trinemii, populi Achajæ, ſeu Helladis, apud quos Cephiſus fluvius oritur. *Strab.*

trineſia, *Rheſiphe* Caſtaldo, inſula Indiæ citerioris, in ſinu Colchico.

¶ Trinitas, *la Trinidad*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & Guatimala regione, versùs oram littoralem maris Pacifici, & oppidum S. Salvatoris ab Hiſpanis exſtructum, 100. ferè mill. paſſ. diſtat ab urbe Sancti Jacobi de Guatimala in Eurum. *ptol.*

¶ Trinitatis inſula, *la Trinidad*, inſula Americæ meridionalis, in mari Boreali, prope oſtia fluvii Orenoci ſeu Pariæ, & in ſinu Pariæ, ubi magna unionum piſcatio. Extenditur ad 110. mill. paſſ. ab ortu in occaſum: vixque 35. mill. paſs. diſtat ab ora novæ Vandalitiæ in ortum, ſub dominio Hiſpanorum, qui in ea habent aliquot colonias.

¶ Trinitatis inſula, *la Trinidad*, inſula parva Americæ meridionalis, in mari Braſilico, montuoſa & deſerta.

trinium, *Trigno*, fluvius Frentanorum, in Aprutio (cum oppido cognomine) ex Apennino monte, ubi is Maiella appellatur, profluens, ac inter Tifernum ad ortum & Sarum ad occidentem ad Hiſtonium oppidum in mare Hadriaticum labens, Trivento urbe & Trino oppido irrigatis.

trinobantes, Trinovantes Tacito, populi Albionis, quorum regio *Middleſex*, quaſi Medioſaxonia, (à Saxonibus enim Anglia occupata & inhabitata fuit) & urbs, Auguſta Trinobantum, Londinium. Vide ibi. In Theſau-

ro

ro Linguæ Latinæ, pro Trinobantes, Trinobates. & pro Trinovantes Triovantes legitur; fortè errore calchographi. Continent & Eſſexiam regionem, inter Thameſim, & Stourum fluvium, eam a Suffolcia ſeparantem. Middleſexia verò inter Buchinhamienſem ad occidentem, Hortfordienſem ad Septentrionem, Eſſexiam ad ortum, Surreiamque ad auſtrum extenditur.

¶ Trinquimala, *Trinquimale*, urbs Ceylani inſulæ in mari Indico, regni cognominis caput, in ora, versùs ſinum Gangeticum, 45. mill. paſſ. diſtat à Candea in Cæciam, & 90. ab inſula Manaria in ortum; habetque arcem munitam.

Diod. ¶ Trinythium, Ægypti oppidum, libro Notitiæ, Oaſis majoris videtur, teſte Ortelio.

Triocala, Triocla Ptolemæo, Tricala & Tricalum Stephano, urbs Siciliæ apud oram Auſtralem, (olim Epiſcopalis,) à Romanis poſt bellum ſervile exciſa. Cuius locus in monte apud Calatabellotam oppidum vix milliario in auſtrum diſtans: à Thermis in ora Auſtrali (Saccam hanc urbem nunc dicunt) 14. mill. paſſ. in ortum recedens, Agrigentum versùs. Populi Triocalini Plinio. Eius meminit Silius lib. 14.

Et mox ſervili vaſtata Triocala bello.

¶ Triocala, urbs Siciliæ, hodie in ruinis jacet & ejus locus nunc *Santa Maria di Monte Vergine* dicitur, mill. paſſ. à Galata Bellota diſtans, versùs oram maris Africi, teſte Brietio.

Steph. Triopia, Triopium Thucydidi & Herodoto, urbs & promontorium Cariæ, apud Gnidum urbem, imo apud Plinium, ipſa Gnidus, *Chio* nunc & promontorium *Capo Chio* teſte Sophiano. Vide Gnidus, Triops appellatur apud Theocritum. Hinc nomen gentis ſive adiectivum Triopicus, a, um.

Pauſ. Triorena, locus eſt Arcadiæ, ubi tres fontes & ubi Mercurium natum ferunt teſte Pauſania. (Errore ſcripturæ Trierena. Vide ibid.

¶ Triparadiſus, Syriæ ſuperioris oppidum, ubi Euridica degebat, teſte Diodoro. Vide Paradiſus.

Tripholinus mons. Vide Trifolinus.

Ptol. Triphulum, *Fileſia*, teſte Lazio, oppidum Daciæ in Valacchia. Quod alii *Tergovviſch* urbem regionis primariam indigitant, a Cibinio ad 20. leucas in Eurum.

Poly. Strab. Pauſ. & al. Triphylia, Triphilia Polybio, regiuncula Elidis, in Peloponneſo, quam Stephanus eandem ac Eliden facit. In ea Pylus oppidum, ad Scollim montem, qui Triphyliacus ad Pyli alterius in ora Meſſeniæ, apud Coryphaſium promontorium differentiam cognominatur, ab illo 400. ſtadiis, teſte Strabone, ab Elide urbe 12. mill. paſſ. Triphyllis etiam apud Dionyſium Afrum nominatur:

Cingitur à quibus, Zephyrumque Triphyllidis arva
Excipiunt.

Triphylia, & Triphylis à tribus portis, vel à Triphyle Clyti matre dicta eſt, teſte Stephano. Populi Triphylii & Triphyli, apud eundem dicuntur.

Strab. plin. Ant. ptol. & al. Tripolis, urbs gemina: una Phænicis maritima, Archiepiſcopalis & emporium, ac ſedes Præfecti, inter Orthoſiam ad Arctos 50. & Byblum ad meridiem 36. mill. paſſ ab Antiochia 90. à Damaſco 100. ab Haleppo, 120. *Tripoli di Soria* Europeis, Turcis verò *Tarapolo*, teſte Leunclavio, *Trabelos* aliis dicta; ſic vocata, quòd tribus urbibus ſtadio inter ſe diſtantibus olim conſtaret, ſeu quod trium urbium hoc eſt, Aradi. Tyri & Sidonis eſſet colonia, teſte Stephano. Tripoli Theodoſius Poeta, qui de æſtate verſibus ſcripſit, ortus eſt. Hæc à Sultano Babyloniæ capta, igne, ferroque vaſtata anno ſalutis 1289. Olympiadis 516. anno 4. poſtea refecta, priſtinam magnitudinem recepit. Altera Tripolis Solino, Leptis magna Plinio, Antonino & Ptolemæo, (qui Neapolim & Leptim magnam eandem urbem facit) urbs Africæ littoralis, apud Syrtim parvam, ex tribus urbibus & ipſa conſtans, Taphris, Abrotono & Lepti magna, quæ ad eam conſtituendam convenere, *Tripoli di Barbaria* ad Europæis nominatur, inter Carthaginem ad occidentem 634. & Cyrenen in ortum 456. mill. paſſ. Erant aliæ huius nominis urbes; una in Theſſalia, teſte Livio, alia in Caria Stephano & alia in Lydia, teſte Plinio. Populi Tripolitani, De priore Dionyſius Afer de ſitu orbis:

Et pinguem Tripolim, nec non Orthoſida ſacram.

¶ Tripolis, urbs Africæ, in ora maris Mediterranei. Duplex eſt, nempe Tripolis vetus, *Tripoli vecchio*, ubi aliàs Sabrata, urbs Africæ in ora maris Mediterranei, & in Tripolitana regione, media inter Leptim magnam ad ortum & Tacapam ad occaſum, cum portu capaci. Sed parva eſt & in dies deficit, à paucis tantùm propter aeris inclementiam, Tripolis autem nova, *Tripoti* ſeu *Tripoli de Barbarie*, urbs eſt ampla Africæ, ubi alias Oea urbs, teſte Sanſone, eſtque regni Tripolitani caput, cum portu capaci, & munito, ſed piratica infamis. 540. mill. paſſ. diſtat à Cyrene in occaſum & ferè 400. à Carthagine in Eurum. Aliàs capta fuerat ab Hiſpanis. & conceſſa Equitibus Melitenſibus, ut comodiùs ſervaretur: ſed inde poſtea eiecti fuere a Turcis, quibus paruit per aliquot annos, nunc autem ferè ſui iuris eſt, Reipublicæ formam quamdam ſervans ſub clientela Turcarum.

¶ Tripolis, quæ & Iſchopolis, & Iſch opolis Plinio, urbs fuit Cappadociæ, in ora littorali Ponti Euxini 20. milliaribus ab Hermonaſsa in ortum, Trapezuntem versùs 70. ferè; nuncque etiam *Tripoli* dicitur, in provincia *Genech*, dicta, teſte Jacobo Callaldo, & ſubeſt dominio Turcarum.

¶ Tripolitana regio, pars Africæ propriæ, inter Cyrenaicam ad ortum, Bizacenam ad occaſum, mare Mediterraneum ad Boream, & Libyam deſertam & Garamantes ad Auſtrum. Ibi alias Lotophagi, & Macæi populi & Arzugitana provincia dicitur in Epiſtola Aurelii Epiſcopi Carthaginenſi apud Baronium, anno Chriſti 419. numero 58, quamvis ibi male edatur Azuritana: nam vetuſtiſſimæ membranæ Bibliothecæ Barberinæ Arzugitana habent; nunc autem dicitur regnum Tripolitanum.

¶ Tripolitanum regnum, *Royaume de Tripoli*, aliàs Tripolitana, regnum eſt Africæ in ora maris Mediterranei, inter regnum Barcæ ad ortum, & regum Tunetanum ad occaſum, ſeu inter Syrtim maiorem, & Syrtim minorem. Ibi raræ urbes, quarum præcipua eſt Tripolis, *Tripoli de Barbaria*, regni caput. Aliàs paruit Turcis, ſub quorum clientela remanſit poſtea per multos annos; nunc autem ferè ſui iuris.

Tripolus locus Cretæ, in quo Plutonem genitum fabulantur. Tripodus Diodoro. Hero.

Tripontium, *Torceſter*, teſte Camdeno, oppidum olim Albionis, nunc pagus Angliæ, in Comitatu Northamptonenſi, inter Londinium 85. & Lindum in Boream 73. mill. paſſ. ex Antonini Itinerario. Ant.

¶ Tripontium, oppidum alias Coritanorum, hodie pagus Angliæ, *Tovvceſter* dictus, teſte Speedo, 6. mill. Anglicis diſtans a Northantonia urbe in meridim Buckingamiam versùs, prope fontes Uſæ fluvii.

Triquetra appellatur Sicilia. Vide ibid. De qua Horatius lib. 2. ſerm. Satyra 6. plin.

Si quicquam. Quid? militibus promiſſa Triquetra
Prædia, Ceſar.

Hinc Triquetrus, a, um, adjectivum. Lucretio lib. 1. penultiam corripitur.

Inſula quem Triquetris terrarum geſſit in oris.

Triſanton * *Southampton* Lhuydo & Camdeno (quod potius nomen eſt tractus illius) ſeu verius *Hampton*, fluvius Albionis, cum oppido cognomine, in Auſtrali ora contra Vectim inſulam decurrens, Oppidum Italiæ *Antona* dicitur, & eſt portus ac emporium, (* Lhuydo & Camdeno, *Southampton*, vel *South-Hanton*, eſt oppidum & portus, Triſantonis portus, *Hanton*, vel *Anton*, Triſanton fluvius, *Hamshire*, vel *Hantshire* tractus. Plin.

¶ Triſanton portus ſeu Triſantonis fluvii oſtium, eſt *Hampton Water*, portus, ampliſſimus, qui aliter *le port de Sauthampton* dicitur ab oppido ei adjacente, aliàs Clauſentum dicto, in intimo ejus receſſu, ad oſtia fluvii *Teſt*, 10. mill. Anglicis à Vintonia in meridiem: eſtque in Hantonia provincia, in ora mari Britannici.

Triſchene, *Taverna*, urbs olim Epiſcopalis, magnæ Græciæ mediterranea, hodie non obſcura; apud montem Silam, Catacio urbi primariæ proxima 8. mill. paſſ. in Boream diſtans, à Beſidiano 29. à Neocaſtro 12. inter Crotalum & Semirum flumina. Cujus ſedes epiſcopalis, Catacium tanſlata eſt. Sunt qui Triſchenen Tres Tabernas urbem Latii exciſam eſſe velint, in Actibus Apoſtolorum memoratam.

Triſidis, *Tenzert* nunc, teſte Marmolio, *Tehart*, ab Arabibus dicta, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ mediterraneum, à Tocoloſida 10. mill. paſſ. diſtans in ortum aliis *Tenſor*.

* Triſmis, Troſmis Antonino, *Trachina*, teſte Nigro, oppidum Myſiæ inferioris, ad Iſtrum fluvium, inter Axiopo-

opolim ad occaſum 78. & Noviodunum ad ortum 38. mill. paſſ. (* *Triſmiſſ* in Seldeni manuſcripto.)

¶ Triſſum, Jazygum Metanaſtarum urbs, teſte Ptolemæo.

Triſtolus, *Tamoriza* Moletio, (quod nomen etiam regionis eſt) oppidum Macedoniæ mediterraneum, in regione Sintica, ab Heraclea in occaſum diſtans. Sed *Tamoriza*, regio ibi putatur, ubi Taulantii populi.

Tritæa, oppidum fuit Achajæ, in Phocide, mediterraneum, juxta Locros Ozolas.

Trite, oppidum fuit Hiſpaniæ, apud Herculis columnas, teſte Stephano.

Tritea, urbs fuit Troica, ab Arisbæis condita, teſte eodem.

Tritium, Metallum a Ptolemæo cognominatum, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Autrigonum, excifum: locus adhuc *Treio*, teſte Morali, apud Nagaram urbem Caſtellæ veteris, inter Dominicopolim & & Longronium 4. leucis a Calaguri 12. versùs Bergos monſtratur; quæ urbs *Naiara* dicitur, & Tritium novum nominari poteſt, quaſi ex Tritii veteris ruinis excitatum, inde tamen 2. leucis diſtans. In Theſauro Linguæ Latinæ malè *Tafaila* indigitatur, cùm locus Tritii adhuc monſtretur ab hoc oppido diſtans.

tritium alterum, Tuboricum a Ptolemæo & Tobolicum a Mela, cognominatum, *Mandragon* hodie, teſte Henrico Coquo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Vardulorum, ad Devam fluvium, inter Salinas ad auſtrum & Vergariam ad Boream oppida ſuper eodem fluvio, 2. leucis.

¶ tritium dictum Tubroicum, teſte Brietio, eſt Placentia, *Placentia*, urbs parva Hiſpaniæ, in Ipuſcua regione, ad Devam fluvium 4. leucis infra oppidum *Mondragon* in Boream, versùs aram Oceani Cantabrici paulò plus.

Tritolinus mons (ut aliqui legunt) apud Plinium in Campania, inter Puteolos ad Bajas, apud Avernum lacum, qui *Salviati*, teſte Georgio Fabricio. Sed aliis idem eſt, ac Trifolinus apud Neapolim. De eo in lib. 3. Itinerarii:

Nondum ſudor erat membris deterſus, & ori,
Quem toto excierat Tritolini montis hiatus.
Corpore.

Plin. Triton, fluvius Africæ, ex Tritonide palude (quæ & Pallantia, teſte Plinio, a Pallade dicitur) in mare Africum apud Tacapen urbem (ex qua nominatur, dicitur enim teſte Marmolio, *Rio di Bapis*) influens proximus hortis Heſperidum, uti Poetæ fabulantur a Tacapis 6. mill. paſſ. Claudianus de laudibus Stiliconis lib. 1.

Heſperidum Triton, & Gir ditiſſimus amnis.

Triton item fluvius parvus Beotiæ, apud Alcomenas urbem fluens; ubi Minervam natam, educatamque ferunt. Verum hoc alii ad Tritonem fluvium Cretæ, teſte Diodoro referunt: alii ad Tritonem fluvium Africæ.

Tritonica palus, in Thraca, ſeu potiùs in Macedonia circa Pallenen, in quam paludem qui ſe novies immerſiſſet, in avem converti fabulantur. Sed Ovidius hanc paludem Pallenen Hyperboream vocat & Tritonicam lib. 16. Metamorph.

Eſſe viros fama eſt in Hyperborea Pallene,
Queis ſolent levibus velari corpora plumis.
Cum Tritoniacam novies ſubiere paludem.

Strab. tritonia, Tritonis Ptolemæo, Triton Plinio, (qui eodem nomine fluvium & lacum appellat) *Lago di Caps*, teſte Marmolio, palus Africæ, ex qua Triton fluvius emittitur. Sed Strabo Tritoniadem paludem in finibus Cyrenes unà cum Templum Veneris deſcribit. De ea palude Silius lib. 3.

Hinc qui ſtagna colunt Trionidis a'ta paludis.

Triturita, inſula ſeu villa parva Hetruriæ, apud Arni fluvii oſtia: quam aliqui *Livorno* malè indigitant; cum Liburnus portus ſit ab oſtio Arni 15. mill. paſs. in ortum diſtans. Rutilius lib. 1.

Inde Trituritam petimus, ſic villa vocatur.

Triventinum, *Trivento*, urbs aliàs Samnii, nunc Comitatus Moliſini, in regno Neapolitano, & in limite Aprutii ?, 17. mill. paſs. a Bajano in Boream & 10. ab ora maris Adriatici in Africum; eſtque ſatis parva.

triventum, *Trivento*, urbs Samnii, in confinio Frentanorum, ac in Comitatu Moliſio, ad Trinium fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, inter Bojanum ad meridiem & Anxanum ad Boream 24. mill. paſſ. plus minùs. Vide Treventinates.

¶ Trivertum, *Moliſe*, ut ex Itinere Coſſ. bene Cluverius colligit, urbs fuit Samnii, hodie tantùm caſtrum tenue; à quo tamen tractus adjacens dicitur Comitatus Moliſinus, *Contado di Moliſe*, ad radices Apennini 10. mill. paſſ. diſtat à Triventino in meridiem Bojanum versùs & 12. ab Æſernia in ortum.

Triviæ lacus, Stagnum Dianæ Ovidio, Lacus Hippolyti Statio, Lacus Nemorenſis Tranquillo, Speculum Daniæ Servio, *Lago di Nemo* Erythræo, *Lago di Ienſano* vel *Lenſano*, teſte Cioſano, lacus Latii, apud Ariciam oppidum, ab eo 4. mill. paſſ. diſtans. Circumſtant Nemus & Cynthianum oppidula. Virg. lib. 8. Æneid. *Virg.*

Audiit & Triviæ longè lacus, audit amnis.

¶ Triviæ lacus, ſeu veriùs Dianæ, hodie *Lago di Nemi*, lacus eſt parvus Latii, 18. mill. paſſ. diſtans ab urbe Roma in ortum, ſic dictus à Caſtro Nemo ei adjacente, ejuſque circuitus eſt 6. mill. circiter.

Triviæ lucus, Nemus Triviæ Silio, Gallinaria ſylva Ciceroni, Lacus Campaniæ, in ſinu Cumano. Vide ibid. Sed aliis *Selva di Nemo* in Latio apud lacum Triviæ, prout ex Virg. lib. 6. Æneid. *Virg.*

Jam ſubeunt Triviæ lucos, atque aurea tecta.

Trivicus, *Trevico*, urbs Hirpinorum epiſc. ſub Archip. Beneventano, inde 24. mill. paſſ. inter illud & Compſam, Nuſco & Frequento finitima ad S. ab Ariano 10. Cujus meminit Horatius lib. 1. ſermonum ſatyra 5. *Hor.*

Nunquam erepſemus, niſi nos vicina Trivici
Villa excepiſſet.

¶ Trivicus, *Trevico*, urbecula eſt parva regni Neapolitani in provincia principatus ulterioris, intra Apenninum montem 13. mill. à Compſa in Boream, Bovinum versùs 10. teſte Magino.

Triumpilini, populi Alpini Cenomanorum, in territorio Brixienſi: quorum tractus *Val Triompa* hodie nominatur, à Brixia 20. mill. paſſ. diſtans. *Triplever* aliis vocantur. *plin.*

Troas regio Aſiæ, (quæ & Myſia & Phrygia minor dicitur) cum urbe ejuſdem nominis (quæ & Alexandria, ac Troas Alexandri nominatur) epiſc. ſub Archiep. Cyziceno, apud Lectum promontorium, à Byzantio 1500. ſtadiis diſtans in auſtrum, teſte Strabone; inter Abydum 27. & Antandium 35. mill. paſſ. à Sigæo 12. Locus nunc *Ceraſia* Turcis dicitur, teſte Leunclavio & noſtris *S. Maria*. Virg. lib. 5. Æneidos: *Strab.* *Plin.*

At procul in ſola ſecretę Troadis acta.

Apud Troadem tanta olim murium copia fuit, ut incolas abire compulerint; ſicuti & ex Gyaro inſula homines fugatos à muribus ſcribit Plinius. Quorum tanta multitudo eſt in Argello monte Thraciȩ, ut is ab aliis nomen acceperit; mus enim lingua Thracum Argillas dicitur.

¶ Troas tractus fuit Aſiæ minoris in Phrygia, cujus caput fuit Ilium ſeu Troja; & aliquando etiam ſumitur pro Troianorum regno, quod ſub Priamo novem dynaſtias complectebatur.

¶ Troas Alexandri, *Eski Stamboul* Turcis, urbs Aſiæ minoris in Phrygia, ab Alexandro magno exſtructa, ut pluribus narrat Quintus Curtius, in ora littorali maris Ægæi, paucis tantùm milliaribus in auſtrum à Trojȩ ruderibus. Epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Cyziceno; ſed ipſa nunc etiam in ruinis iacet.

¶ Troca, *Troki*, urbs Poloniæ, in Lithuania, iuxta lacum parvum, cum arce valida. Caput eſt Palatinatus cognominis. 4. leucis Polonicis à Vilna in occaſum diſtat. Dicitur aliter Trocum, eſtque iuxta Breſalam amnem, inter paludes inacceſſas. Condita fuit à Gedimino magno Duce Lithuaniæ anno 1321. qui ibi ſedem ſuam conſtituit. Sed anno 1655. expugnata fuit à Moſchis, & ab ipſis vaſtata & incenſa.

Trocmi, Trocmeni Stephano & Straboni, qui etiam Troginos vocat, populi Galatiæ, in Aſia, quorum urbes Travium, Androſia, Claudiopolis, & Cariſſa. Trogini etiam Plinio dicuntur: Sed Trogmi legendum eſt. *ptol.* *Liv.*

Troes, populi Phrygiæ apud Poetas, qui & Troiani. Vide Troia. Tros numero ſingulari. Homerus lib. 4. Iliados: *Hom.* *Virg.*

Troes, & Argolici pergunt defendere Reges.

Virgil. lib. 1. Æneidos:

Troes te miſeri, ventis maria omnia vecti.

Trezen, à Trœzene filio Pelopis dicta, *Damalz*, teſte Nigro, urbs Peloponneſi in ora Argiæ, ad ſinum Argolicum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Corinthio, poſtea metropolis, *Strab.* *pauſ.* *Steph.*

polis, *Trezena* aliis, diſſylabum & triſſylabum apud Poetas; Trœzena Ptolemæo, Poſidonia Straboni. Anthia & Hyperia Pauſaniæ, Saronia, Apollonia, Aphrodiſias Stephano, inter Gorinthum & Scyllæum promontorium ad 45. mill. paſſ. à littore 15. ſtadiis, Trœzene. Ovid. lib. 2. faſtorum:

Altaque Trœzene, Parrhaſieque nives.

Metamorphoſeon lib. 15.

Eſt propè Pittheam tumulus Trœzena ſine ullis
Arduus arboribus.

¶ Troezen, urbs Argiæ hodie *Pleda*, Caſtaldo, teſte eſt in ora ſinus Saronici, 18. mlil. paſſ. à Scyllæo promonrorio in Boream & 70. à Corintho in ortum.

Ptol. Trœzen altera, oppidum Meſſeniç mediterraneum, vulgò etiam *Trezina* in tabulis recentibus, Ithomæ finitimum, ab ea in ortum ſupra 15. mill. paſſ. Trœzenes aquæ pedibus noxiæ ſunt omnia ferè vitia illis inferentes, paæſertim podagram, quam aquæ Cydni in Cilicia tollunt, auctore Plinio lib. 31. cap. 2. Apud Trœzenem portus eſt qui Barba nominatur, teſte Euſtathio: Unde proverbium natum, *Trœzenem navigat*, in eos qui cum, imberbes ſint, pilis tamen appoſititiis barbam ſibi effingunt.

¶ Trœzene, Aſiæ minoris urbs fuit parva, circa Sariç regionem.

Strab. Trogilia, Trogilias Plinio, *Gatoniſi*, Sophiano; inſula parva Joniæ, apud Trogilium promontorium.

Strab. Trogilium, * Trogylium Ptolemæo, Mycale Herodoto, *Capo Tigrua* Moletio, ſed Sophiano *Gatoniſi*, nomine ab inſula Trogilia vicina accepto promontorium Ioniæ, in ora, inter Epheſum & oſtia Mæandri, contra Smum inſulam, inde 5. mill. paſſ. diſtantem in occaſum, à Sunio promontorio Atticæ 1600. ſtadiis, teſte Strabone. (* *Troggylion* in manuſcripto Seldeni.)

Liu. Trogilorum portus hodie *Stinctino*, teſte Fazello portus Siciliæ, in ora inter Syracuſas & Tapſum peninſulam ad Boream 2. mill. paſſ.

Thuc. Steph. Trogilus, oppidum olim, nunc pagus *Targia*, teſte Aretio, aliis *Stinctino*, apud portum Trogilorum. Apud Stephanum, non oppidum ſed regio appellatur. Populi Trogilii.

Plin. Mel. & al. Troglodytæ, populi Æthiopiæ, ſub AEgypto, apud oram ſinus Arabici & Barbarici: quarum regio *Sirſia*, nominatur, teſte Caſtaldo Hi in ſpecubus habitantes paupertatem perpetuò colebant, ſerpentibus veſcentes, teſte Mela Hic eſſe lacum, cuius aqua ter in die fit amara, & dulcis & ita nocte, ut refert Plinius. Apud Treglodytas & qui in cavernis degunt, myrrha (quæ, & in Aſſyria & in Syria, apud Orontem fluvium, præcipuè verò in Arabia) multa eſt. Hi ſerpentibus vivunt, venationibus dediti, velociſſimi, ab uxore & colloquio alieni. Idem Plinius lib. 31. cap. 2. ibi ait eſſe ſerpentes 20. cubitorum. Regio margaritis abundat.

¶ Troglodytæ, populi fuere Africæ, quorum regio Troglodytica dicta fuit, in ora occidentali ſinus Arabici, nempè à Ptolomaide Ferarum ad Aromata promontorium. Eorum urbes fuere, Ptolomais Ferarum, *Suaquem*. Adulis, *Ercoco*, ſeu *Arquico*, & Avalites, *Zeila*, Nunc autem regio dicitur Ora Abexia, ſeu Abyſſina, *la Coſte d'Abex ou d'Abexim*, quòd ſit pars orientalis Imperii Abyſſinorum, ubi etiam regna Barnagaſſi, Agameæ, Dancali & Doari, teſte Hieronymo Lupo. Sed eius pars Auſtralis Reges, nunc habet proprios, quorum præcipuus Rex Adeli, ubi *Auca Gurele*, urbs ejus primaria.

Plin. Troglodyticus ſinus, *Golfo di Melinde*, ex tabulis recentibus, ad mare Barbaricum & Aſperum, quod AEthiopiam ſub AEgypto alluit: idem quod ſinus Barbaricus.

Ptol. Trogylium promontorium. Vide Trogilium.

Strab. Plin. & al. Troja, quæ & Ilium, urbs Phrygiæ minoris, apud Idam montem & oram maritimam, notiſſima & quondam regia clariſſima, (à qua Troia regio, quæ & Troas, & Troiani populi, Troes apud Poetas & Teucri) nunc prorſus exciſa, cujus ruinæ apud oram à præternavigantibus cernuntur, adhuc *Troia*, noſtratibus dicta, à Turcis *Caraſia*, à Troade urbe ſive Alexandria 16. mill. paſſ. in Boream diſtans, Dardanum versùs 12. à Byzantio 200. circiter in auſtrum. Sub Principibus Chriſtianis inſtaurata epiſcopalis fuit ſub Archiepiſcopo Cyziceno. De ea Ovidius libro 1. triſtium elegia 2.

Mulciber in Troiam, pro Troia ſtabat Apollo:
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Hinc Troius nomen gentis apud Poetas triſſyllabum. Virgilius libro 1. AEneidos:

Arma virum, tabulaque, & Troia gaza per undas.

Et Trojanus etiam nomen gentis ibid.

Hac fugerent Graii, premeret Trojana juventus.

Excidium porrò Trojæ, Græcis illam obſidentibus, anno ante Chriſtum natum 1282 contigit. Trojani luxus in conviviis taxantur: adeò ut *porcus Trojanus*, in proverbio ſit apud Macrobium lib. 3. Saturnalium de opiparis conviviis, aut de homine variis deliciis delectato. *Troja non producit Thracem*, apud Græcos proverbio dicitur, ſignificaturque, ex degenere proſapia non gigni generoſum, ſicuti nec aquila ferox imbellem gignit columbam, apud Flaccum. A Troia capta ad urbem conditam anni 432. fluxere, ad Albam verò tantùm 400. *Trojanus equus* frequenter à Cicerone, veluti adagium uſurpatur, pro inſidiis occultis & pro tacita impoſtura, ut in oratione pro Muræna, Intus, inquit, eſt equus Troianus.

¶ Troia urbs fuit Aſiæ minoris, in Phrygia. 3. mill. paſſ. ab ora littorali diſſita & bello decennali nobilitata; ſed ita exciſa, ut iam tempore Strabonis, nullum eius extaret veſtigium: & Troia quæ Chriſtianorum tempore Epiſcopali ſede decorata fuit, eſt Alexandri Troas, quæ ab Alexandro magno extructa fuit. Vide Troas Alexandri.

Troia quoque (cognomine parva) urbs fuit Epiri mediterranea, in Chaonia & Ceſtria regione. Troia item ex Provinciali Romano urbs Apuliæ Dauniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, inde 36. mill. paſſ. in Boream Sipontum versùs totidem à Luceria 17. in ortum, olim Æcæ Antonino & urbs Æcana. Vide ibid. Steph.

¶ Troia, *Troja*, urbs aliàs Apuliæ Dauniæ, hodie Capitanatæ provinciæ, ad Chilarum fluvium, ad radices Apennini, 25. mill. paſſ. a Benevento in Cæciam & 6. a Bovino in Boream; eſtque Principatus titulo clara.

Troianopolis, (aliis Traianopolis) *Trojna*, urbs Siciliæ mediterranea, olim Epiſcopalis. Vide Traianopolis. Vlp.

¶ Trolhetta, *tolhette*, fluvius Sueciæ. Oritur in Vveſtrogothia: deinde Bahuſium rigans & Gotemburgum, paulò infrà in ſinum Codanum ſe exonerat.

Tronodorum, *Tonnerre* teſte Belforeſtio, oppidum Galliæ Celticæ, in Burgundiæ ducatu. Vide Toronodorum: idem enim videtur. Aim.

Tropæa & Poſtropæa, priùs Trophæa, *Tropia*, urbs Brutiorum maritima, apud Vaticanum promontorium, ubi ſinus Hipponiates deſinit, contra Amantheam urbem Calabriæ citerioris, ipſa in ora Calabriæ ulterioris ſita, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rhegino, inde 50. mill. paſſ. in occaſum, ab Hipponio 12. in auſtrum. Strab.

¶ Tropæa, ſeu Trophæa & Tropia, *Tropea*, urbs eſt Calabriæ ulterioris, in ora maris Tyrrheni. 45. mil. paſſ. a Rhegio in Boream, & 12. ab Hipponio in occaſum. Janus Parraſius urbem ſic dictam vult a Trophæis Sexti Pompeii, cum Octavianum Cæſarem prælio navali ibidem viciſſet. Ptol. Ant.

Tropæa Auguſti, *Torbia*, vel *Turbia*, oppidum olim, nunc pagus Liguriæ, in ora, apud Monœcum. 2. mill. paſſ. diſtantem, à Nicæa urbe 10. mill. in ortum, ibi adhuc turris antiqua miræ ſtructuræ.

¶ Tropæa Auguſti, quibuſdam *Torbia*, vicus Comitatus Nicææ, in ditione Ducis Sabaudiæ in colle, 7. mill. paſſ. diſtans à Nicæa in ortum & 2. a Monœco. Sed Luca Holſtenio teſte, Trophæum Auguſti Seguſioni extat in arcu triumphali, ſed litterarum veſtigia egrè agnoſcuntur, unde litteræ conflatæ fuerant, ductus vel ſulci etiam confuſi & obliterati ſunt. Arcus ipſe in horto privato nunc incognitus extat, per quem haud dubiè via publica olim ducebat, viſendus imprimis ob ſtructuram, & commiſſuras lapidum ſanè admirabiles & ſculpturas ſacrificiorum elegantiſſimas. Verùm inſcriptionem eandem omninò eſſe ac Plinianam, ex principio facilè dignoſcitur, quòd ſolùm è longinquo legi poteſt, ut etiam vidi dum illas partes luſtrarem. Torbiæ autem nihil tale iam olim extitiſſe apparet ex Auguſtini Juſtiniani deſcriptione oræ Liguſticæ, qui nequaquam ſilentio id tranſiiſſe.

Tropæas Druci, oppidum Germaniæ fuit, inter Rhenum & Salam, ubi Druſus obiit, & Tiberius Auguſtus à militibus Imperator ſalutatus, teſte Tacito. Strab. Ptol.

¶ Trophæa Pompeii, in quibus Strabo poſuit fines Galliæ Narbonenſis & Hiſpaniæ Tarraconenſis, poſita erant in loco qui hodie vocatur *Col de Pertus*, in montibus Pyrenæis, & in imo caſtri Belloguardiæ, in Comitatu Ruſcinonenſi & in ipſo limite Cataloniæ. De his vide pluri-

plurib. Illuſt. Virum Petrum de Marca Archiepiſcopum Pariſienſem in lib. 1. Marcæ Hiſpanicæ.

Trophonium antrum, locus Bœotiæ, apud Lebadeam urbem.

Tropia, Tropas Cedreno & Curopalati, *Tropea*, urbs Brutiorum maritima, ad finem ſinus Napitini, Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Rhegino, ab Hipponio & Mileto 12. mill. paſſ. (Vide Trophæa) non longè a portu Herculis.

Troſſulum, oppidum fuit Thuſciæ meriditerraneum, inter Volſinios & Ferentinos. 8. mill. paſſ. exciſum: Locus adhuc *Troſſulo* dicitur, apud Meonium oppidulum, inter Balneoregium & Hortanum. Ex eo Equites Troſſuli dicti, teſte plinio lib. 33. cap. 2. A Volſiniis 9. mill. paſſ.

Plin. Mel. & al. ¶ Troſſulum, oppidum fuit Thuſciæ, cujus etiam veſtigia manent, vulgò *Troſſo* & vicina foſſa, *il vado di Troſſo*, 2. mil. paſſ. à Monte phyſcone, ut ego pluries vidi & didici ab incolis illius tractus.

Trotilum, locus Siciliæ, in ora ad pantagiam fluvium, inter Syracuſas & Leontinos, *Curcuraci* nunc, teſte Aretio.

Trotmania, *Dortmund*, urbs VVſtephaliæ, inter Coloniam & Monaſterium, inde 10. hinc 6. leucis diſtans. Vide Tremonia.

Trucones, *Trucule*, ſeu *Trucula*, teſte Hermolao, inſulæ parvæ Illyrici, inter phariam, & Corcyram nigram.

Truentum, Truentium ptolemæo, *Tronto*, fluvius piceni, ex Appenino monte in Sabis apud Nurſiam oriens, ac per Aſculum urbem, quam circumfluit in mare Hadriaticum ad Truentum oppidum exciſum, nunc *porto d' Aſcoli*, vel juxta illum influens. Oppidum Truentinum Straboni, ac Truentinum caſtrum Ciceroni nominatur. Hinc Truentinus nomen gentis, Silio lib. 8.

Quique Truentinas ſervant cum flumine turres.

¶ Truentum, ſeu meliùs Truentus, fluvius piceni. Oritur ex Apennino monte, in ipſo limite Umbriæ; deinde per picenum fluens, recepto ad Aſculum Caſtellano amne, aliquot milliaribus infrà, prope vicum *porto d' Aſcoli* in Hadriaticum ſe exonerat, dividitque Marchiam Anconitanam ab Aprutio ulteriori. Truentum autem oppidum planè exciſum eſt & à quibusdam nunc creditur, *porto d' Aſcoli*, ab aliis autem, *Torre di Seguro*.

Trullum, locus (& nomen templi Conſtantinopolitani) ubi Concilia celebrabantur, apud Byzantium, olim ſede epiſcopali decoratus.

Trutavia, *Forcheim*, urbs libera Germaniæ in Franconia, inter Noribergam & Bambergam. Vide Locoritum.

Trutulenſis portus Albionis in Cantio apud Rutupias: ſed codex Taciti depravatus videtur Beato Rhenano & Rutupenſis, legendum eſt.

Ptol. Trybactra, *Buccara* ex tabulis Caſtaldi, urbs Sogdianæ; quæ aliis Bactra, Bactrianæ regia, dicitur.

¶ Trybactræ ſeu Tribactra, urbs fuit Bactrianæ, in Sogdiana propria, inter Maracandam & Oxum fluvium, quæ nunc *Bochara* creditur, urbs Mauralnahariæ regionis.

¶ Trychæ, Eubœæ inſulæ oppidum, teſte Stephano; quod a Lycophrone Trychania vocatur.

Tryphalia, Triphylia aliis regiuncula peloponneſi, pars Elidis, inter Eleos & Meſſenios. Vide ibid.

Tuæſis, *Tuede*, vel *Tvvede*, fluvius Albionis, in ora orientali; Angliam à Scotia diſcludens, ubi Bervicium oppidum ab Eboraco 110. mill. in Boream & Cæciam (aliis potiùs *Theſe* vel *Tees* eſt, a Tueda 70. mill. in auſtrum) cum oppido cognomine. Vide Tueſis.

Prov. Rom. Tuama, *Toam*, urbs Hiberniæ Archiepiſcopalis & Connaciæ metropolis, ab Armaca Hultoniæ metropoli ſupra 100. mill. paſſ. in occaſum (ſub qua Duacum, *Galvvay*, Achada, *Achde* (vel *Achonry*) Alachda *Kill-alla*, vel *Killalo*, Olfinum *Elphen*, Clonfertum, *Clonefert*, Ruſcomia, *Roſcomon*, urbes Epiſcopales continentur) Duaco, ſeu Galviæ, urbi & emporio, proxima, ad 24. mill. paſſ. recedens à Caſſilia metropoli Momoniæ ad 40. in occaſum æſtivum recedens, Labero ſeu Lumbrico urbe intercedente 25. mill. diſtante, à Dublino 80. & Armaca metropoli (illa Laginiæ, hac Ultoniæ) in occaſum ſupra 100. Dura, Rapa, Dunagalla, Belaiſena, Slego, Elfina, urbibus intercurrentibus.

¶ Tuama ſeu Tuamum, *Toam*, urbs fuit ampla Comitatus Clarenſis, in Connacia. Nunc pauciſſimis conſtat incolis & Archiepiſcopatus titulo tantùm nobilis 24. mill. paſſ. diſtans à Galliva in meridiem Claram, versùs.

Vet. Trad. Tubal ſeu Tuballa, *Tafalla*, teſte Beuthero, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaſconibus & regno Navarræ præclarum, inter Pompelonem ad Boream 6. & Tetelam ad auſtrum 10. leucis, quod & Tuboricum metallum dictum videtur Ptolemæo & Tobolicum Melæ.

Tac. Tubantes, populi Germaniæ, quorum regio *Tvvendt*, teſte pyramio, in Tranſiſalana, apud Friſiæ & VVeſtphaliæ confinia, in qua Almeloa & Ghuria oppida, à Daventria ſupra 4. leucas in ortum diſtantia, unà cum Saliis veteribus & Marſis. Licèt aliqui horum oppidum Benthemum *Benthem*, eſſe velint, Comitatum VVeſtphaliæ, inter Monaſterium 8. & Covordiam ad occidentem 5. leucis, à Marſis 2. à Daventria 9. leucis. Prior tamen interpretatio verior.

¶ Tubantes, populi Germaniæ, teſte Brietio, fuere ubi hodie Ducatus VVeſtphaliæ ex parte; erantque tempore Cæſaris & poſteà Marſis juncti, aut parum diſcreti ſedibus.

Ptol. Tubanti, populi Germaniæ, quorum urbs eſt Tubinga, teſte Lazio, ad Nicrum fluvium in Svevia & Ducatu VVirtembergenſi, à Stutgardia Ducatus metropoli 3. leucis ab Ulma ſupra 7. Sed aliis iidem ac Tubates ſunt, ſupra deſcriptis.

Tuberum, urbs Germaniæ, (cum fluvio cognomine per Franconiam in Mœnum influente, *Tauber*, vulgò) *Rotenburg*, ab Herbipoli 4. leucis in meridiem. Fluvius Tuberis & Tuberus vocatur apud Poetas Germanos, uti Libro 5. Itinerarii:

Tuberis attigeram ripas & Mana fluenta.

Et lib. 6.

Tuberus irriguis urbem præterfluit undis.

¶ Tuberum, *Rotenburg*, cognomento *ſur le Tauber* ad differentiam alterius, urbs eſt parva Franconiæ, ſed Imperialis & libera, ad fontes Tuberi fluvii, quæ aliter Rotenburgum dicitur; eſtque in colle 8. mill. Germanicis ab Herbipoli & 9. à Norimberga in occaſum.

Scrip. Germ. Tubinga, *Tubingen*, (quæ & Auguſta ex veteri inſcriptione) urbs Sveviæ, in Ducatu VVirtembergenſi, ad Necarum fluvium, Sturgardiæ ſedi Principis proxima ad 3 leucas in occaſum, Academia non ignobilis. Abeſt à Vienna Auſtriæ 91. mill. in occaſum, per Lenciam, Pataviam, Ratiſponam, Neoburgum & Ulmam.

¶ Tubinga, *Tubingue* Gallis, urbs eſt lepida Sveviæ, & culta, 4. mill. Germanicis à Stugardia diſtans in merid. & 12. ab Ulma in occaſum. In hac circa annum ſalutis 213. Antoninus Caracalla Imperator Palatium habuit & Forum, ludos item & ſpectacula Germanorum cauſa exhibuit. Anno Chriſti 1342. vendita fuit Ulrico VVirtembergenſi Comiti cum caſtro & omnibus ad eam pertinentibus, & anno 1477. ornata fuit Academia ab Eberardo Comite Tubingenſi.

Ant. Tubucci, *Abrantes*, teſte Vaſconcello, oppidum Luſitaniæ, in regno Portugalliæ ad Tagum fluvium, inter Scalabim ad occidentem & Fraxinum ad ortum 8. leucis Medobrigam versùs.

Plin. ¶ Tubucci, ſeu Tacubis, oppidum Luſitaniæ, quibuſdam eſt *Abrantes*, caſtrum ad Tagum, aliis eſt *Tancos*, caſtrum 7. leucis à Scalabi in ortum, Abrantum versùs 2. ubi fluvius *Zezare*, in Tagum ſe exonerat.

Tuburbis, Tuburbi D. Auguſtino, Tuburbum Antonino, colonia & urbs Africæ mediterranea, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, à Muſti 60. mill. paſſ. Alterum, quod minùs cognominatur ab Antonino, inter Carthaginem 46. & Vicum Auguſti 56. mill. *Caſal Romol*, hodie nominari putatur.

Tuburnica, colonia & urbs Africæ mediterranea, olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, Tuburnicenſe oppidum Plinio, quam quidam *Conſtantina*, indigitant, ſed hæc potiùs eſt Cirta.

Turburſica, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, ex libro Conciliorum.

Ptol. Tubuſuptus, urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi; proxima Saldis, teſte Antonino.

¶ Tubuſuptus, urbs hodie creditur *Couco*, urbs munita regni Algerii, in monte undique prærupto, ubi principum ſedes, versùs fluvium Naſabath & 40. mill. paſſ. ſupra Saldas in Africum 30. autem diſtans ab ora maris Mediterranei in meridiem.

Tubynga, aliis Tubinga, urbs & academia Ducatus Wir-

Wirtembergenſis, ad Necarum fluvium, ut lib. 4. Itinerarii. Hæc Auguſta in veteri inſcriptione ut ſupra:

in. *Alluit Helderberga tuam, claraque Tubinga.*

tol. Tucca, urbs Africæ in Mauritaniæ confinio, apud oſtia Ampſagæ, quæ à Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſi tribuitur, (ſed hæc ab illa longè diverſa) patria Melchiadis Papæ, olim epiſc. ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi.

Int. Tucca Terebenthina, urbs Africæ mediterranea, inter Muſti 42. & Suffetulam 50. mill. paſſ. Aſſuro urbi finitima, inde 12. mill. Hæc videtur eadem ac Tucca Ptolemæo, Aſſuro vicina, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi & atria Melchiadis; licèt alii eam Tuccam alteram eſſe velint.

liu. tol. Tucci, quod & Auguſta Gemella, teſte Plinio, Tuccis Straboni, Colonia Auguſta Gemella Tuccitana in veteri inſcriptione, *Martos* hodie, teſte Morale cum aliis, urbs olim epiſcopalis Bæticæ Hiſpaniæ ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, nunc oppidum non obſcurum, in Vandalitia, inter Gienenſem urbem 3. & Illiturgim 4. leucis, ab Ægabra 5. a Ferdinando Rege anno ſalutis 1226. unà cum Illiturgi recuperatum, ejectis Mauris.

¶ Tuchum, *Tucho*, urbs Imperii Sinarum, in Queichea provincia & in confinio Quanſiæ provinciæ, ad radices montium, & prope fluvium Coum, ſub qua ſunt duæ aliæ urbes, teſte Marcinio.

Tucia, fluviolus prope Romam decurrens inſtar rivuli. Silius lib. 13.

Tucia deducit tenuem ſine nomine rivam.

Vide Turia, ut alii codices legunt.

¶ Tucujum, *Tucuyo*, oppidum parvum Americæ meridionalis, in Venezuela regione, juxta fluvium cognominem, ſub Hiſpanis & versùs montes, in mediterraneis & in Bariquicemeto tractu.

¶ Tucumania, *le Tuecuman*, regio Americæ meridionalis, in Paraguaja, versùs Auſtralem partem, inter fluvium Argenteum ad ortum & montes regni Ciles ad occaſum, urbs nova Corduba, Rivogia & civitas S. Jacobi, cum aliquot aliis coloniis Hiſpanorum in mediterraneis; & ejus pars eſt Trapalandæ tractus.

tol. * Tude, *Tuy*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Gallæcia, ad Minium fluvium, contra Valentiam oppidum, Portugalliæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, inde 21. leucas in auſtrum, Bracaram versùs 8. ab Auria 10. Vide Tyde. In Theſauro Linguæ Latinæ Tyde hodie dici malè ſcribitur; cùm hoc ſit nomen antiquum. (* *Toyndai* in manuſcripto Seldeni.)

¶ Tudella, *Tudella*, urbs Hiſpaniæ, in regno Navarræ, ad Iberum fluvium, ubi recipit Quejum. Vide Tuteia

Tuder, Turde Ptolemæo, Turdetia Plutarcho, Tyderta

lin. Stephano, Tucertum libris Conciliorum, *Todi*, colonia & urbs Umbriæ epiſcopalis, in colle apud Tiberim fluvium, media inter Peruſiam & Narniam, 20. mill. paſſ. diſſita, patria D Martini Pontificis Maximi. Hinc Tuders & Tudertes populi Silio lib. 4.

Et Gradivicolam celſo de colle Tudertem.

Tuderti & Ameriæ in tertio Marii Conſulatu viſa ſunt arma cœleſtia inter ſe ab ortu & occidente concurrere, auctore Livio, qui etiam narrat in agro Mutinenſi, Lucio Marcio & Sexto Julio Conſulibus duos montes magno crepitu acceſſiſſe & receſſiſſe fumo & flamma exeuntibus, pereuntibus cunctis animantibus, villiſque concuſſis.

Tudernum, *Muderno*, teſte Leandro, oppidum ſive caſtrum Hetruriæ. Vide Sudernum; nam idem aliquibus videtur.

¶ Tueda, *Tuvvede*, fluvius Scotiæ, qui Tueſis etiam dicitur à quibuſdam. Oritur in Tuedia provincia; deindè per Tiveotiam fluens, uti inter Marchiam & Northumbriam provincias, in Oceanum Germanicum ſe exonerat paulò infra Barvicum.

¶ Tuedia, *Tuvvedal*, provincia Scotiæ meridionalis; inter Glotianam ad occaſum, Lothianam ad Boream & Teviotiam ad occaſum. Tueda fluvio bipartitur & ejus oppida præcipua ſunt Pebliſium & Selaricum.

¶ Tueria, *Tuer*, urbs Moſcoviæ, in Tueria provincia, ad Volgam fluvium, vix 50. mill. paſſ. infra ejus fontes in ortum, Moſcuam versùs 140. circiter; eſtque Ducatus Tueriæ caput.

Ptol. Tuerobis, *Tivy*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, per oram Walliæ occiduam decurrens & in mare Hibernicum apud Octapitaron promontorium prolabens. *Aberdevvy*, in Theſauro Linguæ Latinæ malè indigitatur.

Tueſis, *Varvvyck*, teſte Camdeno, oppidum Albionis Ptol. mediterraneum, in Anglia, à Conventria urbe 6. leucis in meridiem Glocestriam versùs. Sed hic error inſignis in Theſauro Geographico Ortelii eſt, nam pro *Varvvyck*, legendum eſt *Barvvick*, urbs munitiſſima in ora orientali, ac in Angliæ & Sc tiæ confinio, ubi oſtia Tueſis fluvii, de quo ſupra in Tuæſis; quem Ptolemæus inter Varam & Celnium fluvios deſcribit.

¶ Tueſis, urbs aliàs Ottadenorum, hodie eſt *Barvick*, ſeu *BeryvicKupon Tuvede* Anglis, Sanſone & aliis teſtibus, ipſoque Ortelio in eius Theſauro Geographico fuit aliàs Scotiæ urbs, ſed à duobus ſæculis Angliæ tribuitur. Vide Barvicum.

¶ Tugeni, populi fuere Germaniæ, in Helvetiis, unde Tugenus pagus; ibique nunc ſunt pagi Tugienſis, Glaronenſis, Svitienſis & Urienſis. Anr.

Tugia, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis mediterraneum, inter Caſtulonem 35. & Acci 72. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, quod aliis *A'caraz*, urbs à Toleto 28. leucis in Cciam diſtans, aliis *Villa nueva de Arcaraz*, oppidum 8. leucis diſtans ab Alcarazio, eſſe videtur. Inde ſaltus Tugienſis, de quo infra.

¶ Tugienſis pagus, *Canton de Zug*, unus ex 13. pagis Helvetiorum & totus Catholicus, cum quinque aliis pagis fœdus iniit anno 1352. Parvus eſt admodum, inter Tigurinum ad Boream, Suitienſem ad ortum ac meridiem, & Lucerinum ad occaſum. Ibi Tugium oppidum præcipuum. Rup.

Tugienſis ſaltus, Argenteus Straboni, Argentarius Mel. Avieno, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, unde Bætis fluvius profluit, 7 aria accipiens nomina; nam *Sierra de Alcaraz* dicitur à Cluſio, *Sierra de Segura* Floriano & Gometio: utrumque mihi probatur; ut Tugienſis ſit *Sierra de Alcaraz*, unde Bætis uno capite manat, & Argenteus *Sierra de Segura*, unde altero capite Bætis derivatur.

¶ Tugium, *Zug*, oppidum Helvetiorum, Tugienſis pagi caput & ad lacum cognominem, 12. mill. paſſ. diſtat a Lucerna in ortum & 18. a Tiguro in meridiem.

¶ Tugma, urbs Indiæ extra Gangem, teſte Ptolemæo, nunc fortè *Chacomas* dicta, ut conicere licèt ex ſitu.

Tuitium, *Deutſch*, pagus Germaniæ, cum cœnobio, ad ultetiorem Rheni ripam, contra Coloniam Agrippinam, veteribus Divitenſe monimentum. Vide ibid.

Tulcis, qui & Thulcis cum aſpiratione ſcribitur, *Francolin*, teſte Henrico Coquo, fluvius parvus Hiſpaniæ tarraconenſis, tarraconem urbem præterfluens, milliario ab urbe decurrens.

Tulingi, populi Germaniæ Rauracis & Latobricis finitimi, inter Rhenum & Danubium; quorum tractus Comitatus eſt Nellemburgenſis, teſte Scudo & oppidum *Stulingen* ad Danubium, in Svevia, inter Conſtantiam 8. & Rotovillam in Boream 3. leucis, à tubinga & Rotenburgo 5. in auſtrum. Marlianus Lotharingos longè hinc diſtantes eſſe putat.

¶ Tulingi, populi fuere Germaniæ ſuperioris, quos Cluverius ponit inter geminos Rhenorum confluentes, ſupra Curiam & lacum Brigantinum, ubi hodie pars Rhætorum, Sanſo autem eos ſtatuit versùs fontes Danubii & Nicri fluviorum, ſeu inter Brigantinum lacum & montem Abnobam, ubi hodie Comitatus Nellemburgenſis & Furſtenbergenſis, in Svevia meridionali.

Tuliphurdum, *Dreckfordt*, teſte Appiano, oppidum Ptol. Germaniæ, in Weſtphalia, inter Ofenburgum urbem, & Vechtum oppidum 3. leucis in Boream, a Linga ſupra 5. in ortum. In Theſauro Linguæ Latinæ, *Cottingen* pro *Gottingen* dici putatur.

Tuliſurgium, *Brunſvvich*, teſte Appiano, urbs Germaniæ maxima inter urbes Saxoniæ, Ducatus Brunſvicenſis caput, media ferè inter Erphordiam ad meridiem & Lubecam ad Boream 22. leucis, per Luneburgum 13. a Magdeburgo 11. in occaſ. Brunopolis à conditore dicta. Dicitur & *Braunſvvich*.

Tullianus carcer in urbe Romæ erat, ubi nunc Ædes Sex. S. Petri in carcere, ſic à Tullo Rege nominatus, (*ad* Ruf. *radices montis Capitolini.*)

¶ Tullonium ad Arroſium, *Toulon ſur Arroux*, oppidum Galliæ, in Ducatu Burgundiæ, ad Arroſium fluvium. Diſtat 7. leucis ab Auguſtoduno in meridiem & 16. a Molino in ortum.

Tullum, *Toul*, urbs Galliæ Belgicæ, epiſcopalis ſub

Archie-

Archiepiſcopo Trevirenſi, Leucorum metropolis, in Lotharingia, à Tullo Hoſtilio III. Romanorum Rege condita & nominata, ut Galli ſcriptores tradunt. Ea ſita eſt ad Moſellam fluvium, à Nanceio urbe ſede Ducum 5. leucis in occidentem Lutetiam versùs, à Metis 10. à Viroduno ferè totidem in auſtrum recedens.

¶ Tullum, *Toul*, urbs Galliæ Belgicæ, aliàs Leucorum caput, nunc ſub dominio Regis Franciæ, quanquam in Lotharingia inſerta, 9. leucis diſtans à Baro. Ducio in ortum. Ab ea regiuncula adjacens *le Toulois* dicitur. *Strab.*

Tullum item, mons Illyrici, mari Hadriatico obverſus, *Velez* ſeu *Telez*, teſte Lazio. Tullum quoque in tabulis Peutingeranis *Telfs*, oppidum ſeu pagus Rhætiæ, ad Oenum fluvium, in Comitatu Tirolenſi, ab Oeniponte 2. leucis in occaſum.

Ant. Ptol. Tulonium vel Tullonium, *Puente de la Reyna*, ut aliquibus videtur, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Pompelonem 3. & Stellam in occaſum 5. leucis. Sed ſitus non congruit; nam apud Antoninum Tullonium inter Viroveſcam & Pompelonem 56. mill. paſſ. locatur; & à Ptolemæo in Vardulis deſcribitur.

Tulonium, oppidum Vardulorum in Hiſpania, hodie eſt *Tudelle*, caſtrum Alavæ provinciæ, ad radices montis S. Adriani, propè Victoriam urbem, teſte Brietio.

¶ Tulugiæ, *Tulujas*, caſtrum Galliæ Narbonenſis, in Comitatu Ruſcinonenſi, ubi habitum fuit Concilium Tulugienſe circa annum 1050. teſte Baluzio; vixque una leuca diſtat à Papyriano.

¶ Tunchanum, *Tunchang*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Xantonia provincia, cujus tertia eſt; & ab ea pendent ſeptemdecim urbes minores, teſte Martinio, ſedetque in limite Pechinenſis provinciæ, juxta fluvium *Iun* dictum.

¶ Tunchinum, *le Tunquin*, regnum Aſiæ, in parte Boreali Annamiticæ regionis, ubi aliàs Daonæ populi, ut quidam exiſtimant. Terminatur ab oriente & ſeptentrione Sinarum Imperio, & à meridie partim Cocinſina & partim ſinu Magno, ab occaſu autem habet Laios populos & vaſtas ſolitudines. Dividitur in ſeptem partes ſeu provincias, teſte Alexandro *de Rhodes*; & ejus primaria urbs eſt *Kecio* ſeu *Tunkin*, Tunquinum. Subſunt etiam Regi Tunchini pars occidentalis Quanſiæ provinciæ Sinarum, ubi urbes Taipinga, Chinganum, Tiencheum, Sugenum, & Suchinga, & pars etiam occidentalis & meridionalis Iunnaniæ provinciæ Sinarum, ubi urbes Quangnanum & Quanſia; teſte Martinio.

¶ Tundera, *Tondern*, urbs Daniæ, in Iutia meridionali ſeu Ducatu Sleſviceuſi. Una leuca Danica diſtat ab ora Oceani Germanici, quatuor à Ripa in meridiem, & totidem ab Apenroa in occaſum.

Tunes, Tunis Straboni, Tunicenſe oppidum Plinio, (Thimiſſa forſan Ptolemæo) *Tuniſi*, urbs Africæ olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, in ora, ad ſtagnum, à Carthagine 15. mill. paſſ. in ortum, hac tempeſtate clara, & regia, ampliſſima Satrapæ ſedes. Non longè Romani fracti & cæſi à Carthaginenſibus, Xantippo Lacedæmonio auxiliante; quo tempore Marcus Attilius Regulus captus eſt. Hinc Tuniſeus, a, um, apud Sidonium in panegyrico Anthemii:

*Torrida * Tuniſeos infert mihi Byrſa furores.*

(* In alio codice *Gaucaſeos*.) Tuneta à Carthagine 12. mill. paſſ. diſtare ſcribit Livius libro 10. decadis 3. Hic gignuntur equi velociſſimi, quos Barbaros vocamus, qui & in Maſſylia & Numidia paſſim reperiuntur. Hæc urbs ab Arcadeno Ænobardo Rege Cirtæ capta anno ſalutis 1530. anno ſequente à Carolo V. recuperatur.

Ptol. Liv. ¶ Tunes, ſeu Tunetum, *Tuniſi* Italis, *Tunis* Gallis, urbs eſt ampla Africæ, cum arce & portu amplo, regni Tunetani caput, in ora maris Mediterranei, ſed piratica infamis. Capta fuerat à Carolo V. anno 1535. & poſtea proprio Regi reddita, ſed deficiente ſtirpe maſcula, nunc quamdam Reipublicæ formam ſervat ſub clientela Turcarum. 4. leucis diſtat à Goletta arce firmiſſima in meridiem, & 40. ab Hermæo promontorio.

¶ Tunetanum regnum, *Royaume de Tunis*, pars eſt Barbariæ, in Africa & in ora maris Mediterranei, ubi aliàs Africa propria & Bizacena regio. Terminatur à ſeptentrione mari Africo, uti etiam ab oriente, & Syrti minori, ab occidente Bagrada fluvio & regno Algerii, à meridie autem Biledulgeridia tractu. Eius primaria urbs eſt Tunetum; olimque proprios habuit Reges; ſed ex quo ſtirps defecit, regnum ſervat quandam Reipublicæ formam, antea ſub clientela Turcarum, nunc autem ſui ferè juris. Ab eo pendebant aliàs Melita, Lopaduſa, & Patalaria inſulæ, cum aliis in illius ora & versùs Syrtim minorem.

Tunetum, urbs Africæ. Vide Tunes.

¶ Tungchuenum, *Tungchuen*, urbs Imperii Sinarum, in Suchuenſi provincia, ſub qua ſunt ſeptem urbes; ſedetque juxta fluvium, *Thou*, in planitie, ad radices montium, teſte Martinio.

¶ Tungginum, *Tunggin*, urbs Imperii Sinarum, in Queichea provincia, cujus ſextum locum obtinet, in confinio Huquaniæ, ad radices montium, teſte Martinio.

Tungri, *Tongeren*, populi, & urbs Belgii, in Brabantia, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colonienſi, à Leodio (ubi ſedes epiſcopalis eſt) & Trajecto 3. leucis in occidentem, Lovanium versùs 8. *Plin. & al.*

¶ Tungri, ſeu Aduatuca Tungrorum, urbs aliàs ampla & epiſcopalis Eburonum, hodie *Tongeren* incolis, *Tongres* Gallis. Parva eſt, juxta amnem *Iecker*, in ditione Leodienſi; eſtque media inter Trajectum ad Moſam in ortum & Fanum S. Trudonis in occaſum, in limite Brabantiæ, 3. leucis utrinque.

Tungrorum fons, *Iſerborn*, teſte Andrea Baccio, locus apud Tungros; ſed, teſte Gilberto Limburgio, *Savenier*; apud pagum *Spa*, à Lymburgo urbe 3. leucis diſtantem, à Leodio 5. à Tungris 8. Cuius aquæ calidæ ſalubres adversùs cujuſcumque generis morbos ferè eſſe perhibentur. Aquas huius fontis ſcribit Plinius lib. 31. cap. 2. ſtillantes plurimis bullis, eſſe ſaporis ferruginei, (ut in fine potus deprehenditur) febres tertianas diſcutere, & calculorum vitia. *Plin.*

¶ Tungrorum fons hodie eſt *Spa*, vicus Leodienſis ditionis, qui *Spayſ* ab incolis dicitur; eſtque in limite Ducatus Lucemburgenſis, 5. leucis à Leodio in Eurum, & 3. à Limburgo in meridiem.

Tunicates populi ſunt Vindeliciæ, inter Auguſtam & Ratiſponam, ubi rura Tunicatea, quorum meminit Poeta Germanus libro 5. Itinerarii: *Ptol.*

Parva mora eſt, per rura animo Tunicatea lætus
Et Pladlingiaci per fora longa volo.

Tunnocelum, *Tinmouth* hodie Camdeno, caſtrum Albionis, in ora Northumbriæ, à Dunelmo urbe 20. ferè mill. in ortum & Cæciam. Vide Tina.

¶ Tunonium, *Tounon* ſeu *Thonon*, oppidum amplum Sabaudiæ, ad lacum Lemanum, Caballicenſis Ducatus caput. 8. leucis diſtat à Geneva in ortum, & 5. à Lauſana in meridiem.

Tuntobriga, *Branganza*, ut aliquibus videtur, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ducatus titulo inſignis, in regno Portugallico, inter Mirandam ad ortum 8. & Bracaram in occaſum 27. leucis, Bragantia Latinè etiam dicta. *Ptol.*

¶ Tuntobriga, oppidum Callaicorum Braccariorum in Hiſpania Tarraconenſis. In ruinis jacet, manet tantùm vicus *Bargua de Regoa* dictus, in Portugallia & in provincia Tranſmontana, 7. leucis à Brigantia in occaſum, ad Tuelam amnem.

Tuola, *Golo*, teſte Leandro, fluvius Corſicæ, per oram orientalem apud Marianam urbem fluens, ex magnis inſulæ, apud Niolum oppidum ex lacu montis Aurei oriens haud procul à Rhotani & Locræ fluminum ortu. *Ptol.*

Turcæ, *Turchi*, & *Muſulmani*, populi Sarmatiæ Aſiaticæ, ad Mæoticam olim paludem incolentes, qui inde egreſſi, magnam Aſiæ, Europæ, & Africæ partem occuparunt, ſede regni demum Byzantii conſtituta, cùm priùs anno ſalutis 1361. ex Aſia in Europam traiicientes Hadrianopoli conſediſſent, Amurathe Rege. Hi Boſſinam, Croatiam, & maximam partem Illyrici anno ſalutis 1390. occupant. Horum monarchia anno ſalutis humanæ 1300. initium accepit. *Plin. Mel.*

Satrapiæ Turcarum in Aſia, ſuperiore tempeſtate 30. nunc pauciores, multis à Perſis occupatis:

Albaniæ, ſedes Alexandria ſeu Portæ ferreæ, *Demircapi.*

Arabiæ felicis, ad ſinum Arabicum, ſedes Saba, *Zibit.*

Arabiæ felicis, extra ſinum Arabicum, ſedes Arabia, *Aden.*

Armeniæ maioris citerioris, ſedes Chorſa, *Chars.*

Armeniæ maioris ulterioris, ſedes Artaxata, *Teflis.*

Armeniæ maioris, in confinio Mediæ, ſedes Rivanum, *Revan.*)

Arme-

Armeniæ minoris, ſedes Melitene, *Malatia*.
Aſſyriæ, ſedes Seleucia, *Moſul*.
Babyloniæ citerioris, ſedes Babylon, *Bagdet*.
Babyloniæ ulterioris, ſedes Teredon, *Balſara*.
Bithyniæ, Pruſa ſedes, (*Burſe*.)
Cappadociæ citerioris, ſedes Amaſia, *Amaſia*.
Cappadociæ ulterioris, ſedes Sebaſte, aliis Sebaſtopolis, *Suvas*.
Cappadociæ, Ponti Polemoniaci, ſedes Neocæſarea, *Tocato*.
Carmaniæ, ſedes Iaxa, nunc ſub perſis, ab eis recuperata.
Ciliciæ, ſedes Cæſarea penes Anazarbum, *Acſar*, & intus Adana, *Adena*.
Cœleſyriæ, ſedes Damaſcus, *Scham*.
Colchidis, ſedes Phaſis, *Faſſo*.
Cypri, ſedes Fama Auguſta, *Famagoſta*.
Iberiæ, ſedes Barinum.
Iberiæ item, ſedes Tzildiris.
Iberiæ etiam, ſedes Smyrna.
Joniæ, ſedes Smyrna, (*Iſmir*.)
Lycaoniæ, ſedes Iconium, *Cogni*.
Mediæ Atropatiæ, ſedes Cyropolis, *Sumachi*, nunc perſarum.
Mediæ citerioris, ſedes Sarvanum, ſive Servanum, hodie perſarum.
Mediæ item in confinio Meſopotamiæ, ſedes Iban, *Van*.
Meſopotamiæ, ſedes Amida, *Caramit*.
Phrygiæ, ſedes Cotiæum, *Chiutaye*, ſub quo Præfecti 16.
Phœniciæ, ſedes Tripolis, *Tarapoli*.
Syriæ, in Armeniæ minoris confinio, ſedes Maraſſia, quæ Metita veteribus dicta putatur.
Syriæ, in Comagene, ſedes Hierapolis, *Halcppo*.
Ex quibus à Perſis multæ recuperatæ ſunt, uti Albaniæ, Armeniæ maioris, Mediæ, Aſſyriæ, & Babyloniæ.

Satrapiæ in Europa 7.

1 Boſniæ, ſedes Banialucha: ſub quo 9. Præfecti.
2 Daciæ ripenſis, ſedes Temeſvvaria: ſub quo 8. Præfecti.
3 Græciæ, ſedes Sophia: ſub quo Præfecti 21. totidem namque præfecturas continet hæc ſatrapia, quæ ſunt ex ordine infraſcriptæ.

Præfecturæ Romeliæ, ſive Græciæ Satrapiæ.

1 Sophia, in Myſia, *Sofia*.
2 Nicopolis, ibidem, *Nigeboli*.
3 Quadraginta Eccleſiæ, in Thracia, *kirckliſſe*.
4 Byzia, ibidem, *Vyza*.
5 Germia, in Thracia, *Kirmen*.
6 Siliſtria, in Myſia, *Siliſtra*.
7 Iuſtiniana prima, in Macedonia, *Guiſtandil*.
8 Tegina, in Sarmatia Europæa, *Bender*.
9 Hermonaſſa, ibidem, *AKerman*.
10 Scupi, in Macedonia, *Uſcopia*.
11 Priſdena, ibidem, *Priſrien*.
12 Theſſalonica, ibidem, *Salonichi*.
13 Trica, in Theſſalia, *Triccala*.
14 Lacædemon, in Peloponneſo, *Miſytra*.
15 Patræ, ibidem, *Patras*.
16 Caſſiope, in Epiro, *Ianna*.
17 Delvina, ibidem, *Delvino*, nomine recenti.
18 Elabaſſanum, in Macedonia, *Elbaſſavv*, nomine recenti.
19 Aulon, ibidem, *la Valona*.
20 Dyrrachium, ibidem, *Dulcagini*.
21 Scodra in Illyrico, *Iſcodar*, ſeu *scutari*.

4. Hungariæ, ſedes Buda: ſub quo 15. præfecti.

Præfecturæ Hungariæ ex ordine:

1 Novigradus, *Novigrad*.
2 Filecum, *Fileck*.
3 Zerzenum, *Zerzen*.
4 Zolnocum, *ZolnocK*.
5 Strigonium, *Gran*.
6 Segedinum, *Segedin*.
7 Alba Regalis, *stulvveiſſenburg*.
8 Sexardum, *Sexard*.
9 Simontorna, *smonturn*.
10 Copanum, *kopan*.
11 Muharzum, *Muharz*.
12 Zigetum, *Zigeth*, vel *Saſvvar*.
13 Quinque Eccleſiæ, *Funfkirchen*.
14 Sirmium, *sirmiſch*.
15 Samandria, *semender*.

Quarum Novigradus, Filecum, à Chriſtianis recuperatum, Zerzenum, Zolnocum, Segedinum in Hungaria tranſdanubiana ſunt. Nomina ſunt ferè recentia, Sirmii Albæ Regalis, Strigonii, Quinque Eccleſiarum, Segedini, Solnoci exceptis.

5. Maris, ſedes Callipolis, *Galipoli*: ſub quo 14. Præfecti, qui in locis maritimis & inſulis reſident, hoc eſt, Galatæ, Nicomediæ, Callipoli, Lemni, Mitylenæ, Chii, Naxi, Eubœæ, Rhodi, Cabylæ, Nauphiæ, Naupacti, Leucade, & Alexandriæ.
6. Myſiæ ſuperioris ſeu Serviæ, ſedes Taurunum, *Belgrado*, vel Samandria, *Zenderin*.
7. Sarmatiæ, ſedes Theodoſia Tauricæ, *Caffa*.

Satrapiæ in Africa 4.

Ægypti, ſedes Babylon nova, *Alcayro*: ſub quo 16. Præfecti.
Africæ propriæ, ſedes Tunes, *Tuniſi*.
Byzacenæ, ſedes Tripolis, *Tripoli di Barbaria*.
Mauritaniæ Cæſarienſis, ſedes Iulia Cæſarea, *Algeri*.

Augentur in dies, novis provinciis occupatis, minuuntur deperditis, & ſedes permutantur. Vide noſtram Europæ deſcriptionem, ubi ſingulos ſatrapiarum Præfectos videre poteris, cum illorum ſedibus.

¶ Turcæ, *les Turcs* Gallis, *los Turcos* Hiſpanis, *li Turchi* Italis, populi ſunt Aſiæ, qui Imperium ſuum longè latèque per Europam, Aſiam, & Africam armis propagarunt, & ſeipſos Muſulmanos ſeu fideles vocant. A Scythis, qui Caucaſios montes intèr Pontum Euxinum & Caſpium mare incolunt, originem trahi omnes ferè auctores uno ore conſentire videntur.

¶ Turcarum Imperium, *l'Empire des Turcs* ſeu *la Turquie*, latè per Europam, Aſiam, & Africam extenſum eſt à duobus præſertim ſeculis. Turcica ditio in Europa duplex eſt, nempe Rumelia, *la Rumelie*, ſub qua cenſentur Græcia, Macedonia, Albania, & Thracia, cum inſulis Creta, Eubœa, & aliis in mari Ægæo; & Sclavonia, *l'Eſclavonie*, ſub qua Boſnia, Servia, Croatia ex parte, Dalmatia mediterranea, Sclavonia, Bulgaria, & maxima pars regni Hungariæ versùs auſtrum. Turcicæ ditionis in Aſia quatuor ſunt partes, nempè Aſia minor, *la Natolie*, Syria latè ſumpta, *la Sourie* ſeu *Soriſtan*, Turcomania, aliàs Armenia major, *la Turcomanie*, & Diarbechia, aliàs Meſopotamia, & Aſſyria, atque pars Babyloniæ, *le Diarbech*, cum aliquot locis tantùm in Arabia Petræa versùs ſinum Arabicum. In Africa autem Turcicæ ditionis partes ſunt regnum Barcæ, *le royaume de Barca*, & Ægyptus, *l'Ægypte* ſeu *Miſir*, in duodecim Præfecturas ſeu Caſſilifatus, diviſa. Totius Imperii ſedes regia eſt Conſtantinopolis, Turcis *Stamboul*, ad Boſphorum Thracium. Sed urbes *Zibit*, *Aden*, *Balſora*, & *Sumachia* non ſubſunt Turcis, neque Colchis & Iberia, partes Aſiæ. Regna autem Tripolis, Tuneti, & Algerii in Africa ſunt ſui juris quodam modo, & Turcarum Imperatori parent tantùm quando ipſis videtur, quanquam ſub ipſius clientela vivant. At vice verſa ipſi tributum ſolvunt Principes Tranſſylvaniæ, Valachiæ, & Moldaviæ, uti Reſpublica Raguſina, & Princeps Tartariæ minoris ipſius eſt clientelaris. Turcicum Imperium dividitur aliter in viginti quinque Præfecturas generales, teſte Ricautio Anglo, ex quibus una eſt in Africa; ſeptem in Europa, & ſeptemdecim in Aſia: & ex his duæ reguntur à Præfectis *Beglierbey* dictis; aliæ omnes habent Præfectos *Baſſa* nominatos. Terminatur autem ditio Turcica in Europa ad Boream Tartaria minori, Polonia, Moldavia, Tranſylvania, & Hungaria Auſtriaca, ab occaſu mari Hadriatico, quo ſeparatur ab Italia & mari Mediterraneo. In Africa terminatur ad auſtrum ſinu Arabico, Nubiæ regno, deſertis Barcæ & Gaogæ, ac regno Tripolitano. In Aſia autem ad ortum terminatur Ponto Euxino, Georgia, Imperio Perſarum, & Arabia.

(Turcici Imperii diviſio ſecundum Præfecturas generales:

Præfectura Ægypti ſeu Cairi, quæ ſola in Africa, *le gouvernement de l'Egypte*, ſub qua 12. Caſſilifatus ſeu Præfecturæ minores.

Præfectura Aleppenſis, *le gouvernement d'Alep*, Aſiæ in Syria, ſub qua 9. Sangiacatus ſeu præfecturæ minores.

Præfectura Amidæ, *le gouvernement de Diarbekir* ſeu *de Caramit*, Aſiæ in Turcomania, ſub qua 12. Sangiacatus.

Præfectura Aſiæ minoris, *le gouvernement ou Beglierbegat de Natolie*, Aſiæ, ſub qua 15. Sangiacatus.

Præ-

Præfectura Boſniæ, *le gouvernement de Boſnie*, Europæ in Sclavonia, ſub qua 8. Sangiacatus.

Præfectura Budenſis, *le gouvernement de Bude, ou Budun*, Europæ in Hungaria, ſub qua 20. Sangiacatus.

Præfectura Caffenſis, *le gouvernement de Caffa*, Europæ in Taurica Cherſoneſo, ſub qua nullus Sangiacatus.

Præfectura Caramaniæ, *le gouvernement de Caramanie* ſeu *de Cogni*, in Aſia minori, ſub qua 7. Sangiacatus.

Præfectura Chorſæ, *le gouvernement de Chars*, Aſiæ in Turcomania, in qua 6. Sangiacatus.

Præfectura Cretæ inſulæ, *le gouvernement de Candie*, in Europa, in qua 4. Sangiacatus.

Præfectura Cypri inſulæ, *le gouvernement de Cypre, ou Kibros*, in Aſia, ſubque 7. Sangiacatus.

Præfectura Damaſchi, *le gouvernement de Sham ou Damas*, Aſiæ in Syria, ſub qua 7. Sangiacatus.

Præfectura Ibani, *le gouvernement de Van*, Aſiæ in Turcomania, ſub qua 9. Sangiacatus.

Præfectura Metitæ, ſeu Aladuliæ, *le gouvernement de Maraſch*, ſeu *Zulkadrie*, in Aſia minori, ſub qua 4 Sangiacatus.

Præfectura Ninivita, *le gouvernement de Moſul*, Aſiæ, in Meſopotamia, ſub qua ſunt 5. Sangiacatus.

Præfectura Præfecti maris, *le gouvernement du Capitan Bacha*, in qua ſunt 13. Sangiacatus partim in Europa & partim in Aſia, versùs oram maris Ægæi.

Præfectura Ricana, *le gouvernement de Rika*, Aſiæ, in Meſopotamia, ſub qua 7. Sangiacatus.

Præfectura Rumeliæ, ſeu Græciæ, *le gouvernement ou Beglierbegat de Rumelie*, in Europa, in qua 24. Sangiacatus.

Præfectura Sebaſtiæ, ſeu Amaſiæ, *le gouvernement de Suvas*, in Aſia minori, in qua 6. Sangiacatus.

Præfectura Schereſuliæ, *le gouvernement de Schehereſul*, ſeu *Schaeriſul*, Aſiæ, in Aſſyria, in qua 12. Sangiacatus.

Præfectura Seleuciæ, *le gouvernement de Bagdet*, Aſiæ, in Chaldæa, ſub qua 10. Sangiacatus

Præfectura Simyritana, *le gouvernement d'Erzerum*, Aſiæ, in Turcomania, ſub qua 9. Sangiacatus.

Præfectura Temiſuariæ, *le gouvernement de Temiſuar*, Europæ, in Hungaria, ſub qua 6. Sangiacatus.

Præfectura Trapezuntina, *le gouvernement de Trebizonde ou Tarabozan*, in Aſia minori, ſub qua nullus Sangiacatus.

Præfectura Tripolitana, *le gouvernement de Tripoli de Sourie ou Tarabolos Scham*, in Aſia, ſub qua 4. Sangiacatus.)

(*Turcici Imperii urbes præcipuæ.*

In Africa.

Alexandria, Alexandrie, *ſeu* Scanderia, *in Ægypto*.
Cairus, aliàs Babylon, le Caire, *ibidem*.
Siene, Aſſuan, *ibidem*.

In Aſia.

Alepum, Alep, *in Syria*.
Amaſia, Amaſie, *in Aſia minori*.
Amida, Caramit, *in Meſopotamia, ſeu Diarbechia*.
Ancyra, Angouri, *in Aſia minori*.
Antiochia, Antacyah, *in Syria*.
Attalia, Satalia, *in Aſia minori*.
Chius, Chio, *in Aſiæ minoris ora*.
Chorſa, Chars, *in Turcomania, ſeu Armenia*.
Cotiæum, Chiutaie, *in Aſia minori*.
Damaſchus, Scham, *in Syria*.
Fama Auguſta, Famaguſta, *in Cypro*.
Hieruſalem, Chuts Xerif, *in Syria*.
Ibanum, Van, *in Turcomania, ſeu Armenia*.
Iconium, Cogni, *in Aſia minori*.
Melitena, Malatiah, *ibidem*.
Metita, Maraz, *ibidem*.
Neoceſarea, Tocat, *ibidem*.
Nicæa, Iſnich, *ibidem*.
Ninive, Moſul, *in Diarbechia, ſeu Meſopotamia*.
Pruſa, Burſia, *in Aſia minori*.
Rhodus, Rhodes, *in ora Aſiæ minoris*.
Sebaſtia, Suvas, *in Aſia minori*.
Seleucia, Bagdet, *in Babylonia*.
Simyra, Erzerum, *in Turcomania, ſeu Armenia*.
Sinope, Sinabi, *in Aſia minori*.
Smyrna, Iſmir, *ibidem*.
Trapezus, Taraboſan, *ibidem*.
Tripolis, Tarabolos Scham, *in Syria*.
Tyrus, Sour, *ibidem*.

In Europa.

Achridus, l'Ochrida, *ſeu* Giuſtandil, *in Macedonia*.
Alba Regalis, Stulvveiſſenburg *in Hungaria*.
Athenæ, Setines, *in Græcia*.
Aulon, la Valona, *in Macedonia*.
Banialucum, Banialuch, *in Boſnia*.
Belgradum, Belgrade, *in Hungaria*.
Buda, Bude, *ſeu* Budum, *ibidem*.
Caffa, Caffa, *in Tartaria minori*.
Candia, *ſeu Matium*, Candia, *in Cretæ inſula*.
Chalcis, Negrepont, *in ora Græciæ*.
Conſtantinopolis, Stamboul, *in Thracia ſeu Romania*, *Imperii caput*.
Corynthus, Coranto, & Corto, *in Peloponneſo*.
Dyrrachium, Durazzo, *in Albania*.
Gallipolis, Gallipoli, *in Thracia*.
Hadrianopolis, Andrinople, *ibidem*.
Jaycza, Jaycze, *in Boſnia*.
Methone, Modon, *in Peloponneſo*.
Nauplia, Napoli de Romanie, *ibidem*.
Nicopolis, Nigeboli, *in Bulgaria*.
patræ, Patras, *in peloponneſo*.
priſrena, priſren, *in Macedonia*.
Scodra, Scutari, *ſeu* Scodar, *in Albania*.
Scupia, Uſchup, *in Servia*.
Serajum, Serajo, *in Boſnia*.
Sophia, *ſeu Sardica*, Sophia, *in Bulgaria*.
Sparta, Muſitra, *in peloponneſo*.
Strigonium, Gran, *in Hungaria*.
Temeſvaria, Temiſvar, *ibidem*.
Thebæ, Stives, *in Græcia*.
Theſſalonica, Salonichi, *in Macedonia*.
Vibitza, Vihitza, *in Croatia*.)

¶ Turcheſtania, *Turqueſtan*, pars ampla Aſiæ, in Tartaria, inter Tartariam veram, ſeu magnam ad Boream, & Imperium Magni Mogolis ad meridiem, ut ferè omnes narrant in hiſtoriis illius tractus. Sunt tamen multi recentiores, qui credunt nullam eſſe Turcheſtaniam, ſed in illo tractu eſſe regnum *Thibet*, ſeu *Tobat*, cum urbe primaria cognomine; ſicque de illis partibus pauca certè dici poſſunt.

¶ Turcomania, *la Turcomanie*, regio eſt Aſiæ, quæ aliàs Armenia maior dicta fuit. Extenditur inter Georgiam ad Boream, Aſiam minorem ad occaſum, perſiam ad ortum & Diarbechiam ad meridiem. Subeſt dominio Turcarum; & ejus præcipuæ urbes ſunt, Amida & Ibanum. Vide Armenia major.

Turde. Vide Tuder; ſic enim apud plinium, & Strabonem.

Tudetani, Turduli veteres Melæ, & Straboni, *los Algarve*, populi Luſitaniæ, in regno portugalliæ ad merid. *ptol.* quorum urbes, Silvæ, (loco Oſſonabæ) Lacobrica, pharus *Strab.* & Balſa; oppida Orichium, Villa nova, Sacræ, & alia. Turdulis iidem apud Livium, quorum oppidum Turdetum erat, inter Cæſarianum & Arcobricam, in Vandalitia ſeu Hiſpania Bætica. Turdetanos adeo opulentos fuiſſe refert Strabo, ut præſepibus uterentur argenteis. Turturani Stephano, qui eos unà cum Turdulis confundens, circa Bætim deſcribit.

Turdetani, populi fuere Hiſpaniæ, partim in Luſitania Auſtrali, ubi hodie Algarbiæ regnum, cum parte portugalliæ & partim in Bætica, ubi Hiſpalenſe territorium & Ducatus Medinæ Sidoniæ in Vandalitia provincia, teſte Brietio. Eorum autem urbes fuere pax Julia, Oſſonoba, Lacobriga, Hiſpalis, Italica, Aſta, & Aſindum.

Turduli alii ptolemæo & Melæ populi Hiſpaniæ Bæticæ, inter Mellariam & Bariam incolentes, partim in Vandalitia, & partim in regno Granatenſi, Baſtulis finitimi. Alii in Luſitania in ora inter Mundam, & Durium flumina inhabitantes, quorum tractus *Beira*, teſte Jacobo Vaſconcello, nominatur.

¶ Turduli, populi fuere Bæticæ, ubi hodie territorium Cordubenſe, in Vandalitia, & pars regni Granatenſis, inter Bætim & Singilim fluvios, teſte Brietio. *Exod.*

Turegum, *Turgavv*, teſte Rhenano, pagus erat Helvetiorum, cuius locus & tractus inter Tigurum, & Abbatiſcellam, apud Sangallum urbem, ſic nominatur, licèt Ortelius Turegum cum Tiguro confundat. *plom. Lud. Pii.*

Ture-

¶ Turegum, ſeu Turgea, *Turgavv*, tractus Germaniæ in Helvetiis, inter Tigurinum pagum ad occaſum & lacum Conſtantienſem ad ortum. Dominos agnoſcit ſeptem antiquiores pagos; & ejus oppidum primarium *Fravvenfeld* dicitur.

¶ Turena, *Turene*, oppidum Galliæ cum arce, in Lemovicenſi provincia Aquitaniæ, & in limite Cadurcenſis provinciæ, 2. leucis à Briva Curretia in meridiem, & 4. à Tutela, Sarlatum versùs totidem; eſtque Vicecomitatus ampliſſimi, & vetuſtiſſimi caput, cujus ditio in finibus Cadurcorum, Petragoricorum, & Lemovicum poſita, tribus his provinciis participat; pertinetque ad Duces è gente *de la Tour d' Auvergne*, qui etiam nuper erant ſupremi domini Sedani. Dicitur Torrina in vetuſtiſſimis Annalibus Francorum, & Torrena in Actis, mediæ ætatis. De eo autem pluribus agit Jacobus Auguſtus Thuanus lib. 85. Hiſtoriarum.

Turia, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis, ad fluvium cognominem, ab Auſonibus Italiæ populis anno urbis conditæ 640. exſtructa, ac poſtea Lobetum dicta, (vide ibid.) teſte Beuthero. Aliis videtur potiùs *Tervel*, urbs finitima, in Aragonio regno epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, inde 36. leucis Valentiam versùs, à Lobeto 3. in ortum. Turia item fluvius, ſive potiùs rivulus Latii via Appia 6. ab urbe milliario occurrens, teſte Petro Marſo.

¶ Turia, urbs aliàs Celtiberorum, nunc Aragoniæ, *Albarazin* dicta. In colle ſedet, 4. leucis à fontibus Turiæ fluvii in ortum, Lobetum etiam dicta. Vide ibid.

Turia quoque, & Thurias, ut alii legunt, Turium Plinio, Durias Melæ, *Guadalaviar*, teſte Cluſio, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, haud procul à fontibus Tagi, & Sucronis, à Turulio urbe 10. leucis oriens, ac in mare Ibericum juxta Valentiam influens. Juxta quem Sertorii copiæ à Pompeio magno diſſipatæ à Livio referuntur, quando is Calagurim ſe recepit. Is Turulis Ptolemæo dici videtur. De eo Claudianus de laudibus Serenæ:

Floribus, & roſeis formoſus Turia ripis.

¶ Turiacum, *Tury*, oppidum Galliæ, in Normannia inferiori, ad Olinam fluvium, ſex leucis ſupra Cadomum in meridiem, Viriam versùs totidem.

¶ Turias fluvius, *Guadalaviar*, oritur una leuca à fontibus Tagi, quatuor ſupra Lobetum in occaſum; hinc per Aragoniam fluens, ad Terulum recipit Alhambram fluvium, deinde per regnum Valentiæ labitur, & paulò infra Valentiam urbem in mare Mediterraneum, & ſinum Sucronenſem ſe exonerat.

Turiaſo, Turiaſſo Plinio, *Tarazona*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, in regno Aragonio, apud fines Caſtellæ veteris & Navarræ, inter Cæſarauguſtam ad ortum, & Numantiam, aut Soriam urbem Caſtellæ ad occaſum 12. leucis, à Tutela urbe Navarræ 4. in auſtrum.

¶ Turiaſo, *Taracona*, urbs eſt Aragoniæ, prope montem Caunum, & ad fluvium *Queios* dictum, 4. leucis diſtat à Tutela urbe in Africum, Soriam versùs 8. à Bilbili 10. in Boream, & 14. à Cæſarauguſta.

¶ Turichemum, ſeu Turchimum, *Turcheim*, urbs parva, ſed Imperialis Alſatiæ ſuperioris. Dicitur etiam *Durkheim*, & ſubeſt dominio Regis Franciæ, pace Monaſterienſi. Sita eſt ad amnem *Fach*, vix una leuca Gallica à Colmaria in occaſum, uti 4. à Briſaco.

Turii, Thurii Straboni, Thurium Plinio, populi & urbs magnæ Græciæ, apud oram ſinus Tarentini, & oſtia Crathis & Sybaris fluviorum, exciſa. Vide Thurium. Sunt & Turii apud Strabonem vel Thuræi oppidum Apuliæ Peucetiæ inter Cuperſanum & Aquam vivam, ad 6. mill. paſſ. diſſitum, *Turi* vulgò.

Turingi, & Toringi, ac Thuringi (variè enim ſcribitur) *Duringer*, populi Germaniæ, quorum regio Thuringia, & Caſſiodoro Thoringia, & aliis Turingia: cujus urbes claræ Erphordia, Gotha, Wimaria, Jena, Iſenacum. De ea lib. 4. Itinerarii:

Jam latos aperit Turingia fertilis agros.

¶ Turingia ſeu Thuringia, *la Thuringie*, provincia eſt Germaniæ, in Saxonia ſuperiori, cujus caput eſt Erphordia. Vide Thuringia.

Turmoli, ſeu Tumuli, ut alii legunt, locus Hiſpaniæ Luſitanicæ, in Vectonibus, ſeu pagus, vulgò *Rocchafria*, teſte Jacobo Delgado, vel *Rocca Fredda*, inter

Emeritam 66. & Caparam 44. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini.

* Turni, (fortè Sturni, cum apud Plinium populi Sturnini vocentur) oppidum Calabriæ, in Salentinis, mediterraneum, quod quidam *Stigliano* indigitant. Sed hoc oppidum eſt Lucaniæ, inter Turſum, Marſicum, & Tricaricum ad 20. mill. paſſ. apud Allianum 6. à Ferrandina 12. longè à finibus Calabrorum diſtans. (* In Seldeni manuſcrip. *Ztjornoi.*)

Turninum, *Doerne*, teſte Ortelio, pagus Brabantiæ, apud Antuerpiam, milliario diſtans. Cujus mentio in vitis Sanctorum Belgii habetur. *Scrip. Aleg*

¶ Turnonium, *Tournon*, oppidum amplum Galliæ, in Occitania, cum caſtro munito ad Rhodanum fluvium, in confinio Delphinatus & è regione Thini, ſeu Tenarum, duabus leucis ſupra Valentiam in Boream, & 4. ab Annonæo. Ibi Academia recens inſtituta.

Turobrica, *Alcantara*, teſte Beuthero, oppidum olim Hiſpaniæ Bæticæ, apud Alcantaram. *Plin.*

¶ Turocenſis Comitatus, *le Comtè d' Ovvar*, ſeu *de Turocz*, pars eſt Hungariæ ſuperioris, prope Vagum fluvium & ad radices montis Carpathi, ſub dominio Auſtriacorum, inter Comitatus Arvenſem ad Boream, Liptovienſem ad ortum, Tranſchinienſem ad occaſum, & Nitrienſem ad meridiem.

Turones, populi, & urbs Galliæ Celticæ archiepiſcopalis & academia, apud Ligerim fluvium, inter Aurelianos ad ortum 34. & Andegavos ad occaſum 30. mill. Gallicis. Regio Turonia, *Touraine*, & urbs Turo Sidonio, Turonica urbs Gregorio Turonenſi, *Tours*. Penultima aliquando brevis, aliquando longa. Venantius Fortunatus lib. 5. *Cæſ. Plin. & al.*

Dulce caput Turonis, relligionis apex.

Actius Syncerus:

Donec fatales Turonum accedere muros.

Sidonius in panegyrico Majoriani:

Defundit Turones. Aberas poſt tempore parvo.

¶ Turones, populi fuere Galliæ Lugdunenſis, quorum tractus hodie Turonia, *la Touraine* dicitur; et eorum urbs Turones ſeu Cæſarodunum hodie *Tours*, ampla eſt, ad Ligerim fluvium, ubi ponte lapideo oblongo, et pulcherrimo jungitur; ex altera parte alluitur Cari fluvio; eſtque elegans et culta ac emporium celebre, in regione perferaci et rigua. Vide Cæſarodunum.

¶ Turonia, *la Touraine*, provincia eſt Galliæ, in Præfectura Aurelianenſi, ubi aliàs Turones populi; eſtque ſatis parva, ſed fertilis admodum et rigua, ideoque hortus Galliæ dicitur. Terminatur ab oriente Bleſenſi agro, a ſeptentrione Cenomanenſi provincia, ab occaſu Andegavenſi provincia, et Pictavenſi, a qua etiam terminatur à meridie, uti et Bituricenſi Ducatu. Ejus urbes ſunt Turones, *Tours*, provinciæ caput, Ambacia, *Amboiſe*, Caino, *Chinon*, et Lochia, *Loches*, cum aliquot aliis.

Turrena Auguſtalis, *Bornea*, vel *Burnea*, teſte Leandro, oppidum olim, nunc pagus Thuſciæ, apud Volturnam, in agro Viterbienſi. *Caton.*

Turrena vallis. Vide Volturrena, et Vallis Telina. *Ant.*

Turres, *Turi*, oppidum Apuliæ Peucetiæ, proximum Cælio. Vide Thuriæ, et Turii.

Turres, S. *Severa*, teſte Leandro, oppidum olim Hetruriæ littorale inter urbem Romam 30. et Centumcellas 28. mill. paſſ. Locus nunc deſertus, ſola ibi turre exſtante, Alſio proximus, inde 4. mill. Pyrgos versùs 12. *Ant.*

Turres, *S. Biaſio*, teſte Barrio, oppidum, ſeu caſtrum Brutiorum, in Calabria citeriori, in confinio ulteriori, ad ſinum Hipponiatem, à Martorano urbe 6. mill. paſſ. in Cæciam Hipponium versùs. *Ant.*

Turres item, *Thurn*, teſte Lazio, oppidum Liburniæ mediterraneum, inter Tarſaticum ad occidentem et Seniam ad ortum 20. mill. paſſ.

Turris Auguſti, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Aræ Sextianæ. *Mel.*

¶ Turris Caprina, *la Tour de Bouc*, arx munita Galliæ, in Provincia, ad os ſinus Aſtromelæ et in ora maris Mediterranei. 6. leucis diſtat à Maſſilia in occaſum, et 3. ab Arelate in Eurum; eſtque in inſula parva admodum.

Turris Ferrata, ſpecula altiſſima circa Sirmium urbem Pannoniæ, ubi Probus Imperator à militibus interfectus eſt, teſte Aurelio Victore. *Aur. Vit.*

Turris Julia, *Trugillo*, urbs Hiſpaniæ Luſitanicæ, in Extremadura, ab Emerita 12. leucis, inter Caſtra Cæcilia 10. et Caſtra Cæſaris 8. Metallino propior. Vide Caſtra Julia. *Ver. Trad.*

¶ Turris Julia, *Trughillo*, urbs Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania et provincia Hundura. Parva eſt, ſed munita, in colle arduo, cum portu capaci in ora littorali ſinus Honduræ, a quo vix una leuca diſtat, & 60. a Valliſoleto in Cæciam. Capta fuit, & vaſtata ab Hollandis anno 1633.

¶ Turris Julia, *Turghillo*, urbs Americæ meridionalis. in parte Boreali Peruviæ; in Valle *Chimo*, vix duabus leucis ab ora maris pacifici, ubi portu gaudet capaci 80. leucis Hiſpanicis diſtans a civitate Regum in Boream. Sedet in agro feraci & riguo, eſtque ampla & culta, ſub Hiſpanis.

Plin. Turris Libiſſonis, Turris Biſſonis Ptolemeo, Turres Libris Conciliorum, *Torre*, urbs Sardiniæ Archiepiſcopalis in ora occidentali extincta (manet ſacra ædes & portus) à Saſſari urbe, quæ illi ſucceſſit, 12. mil. paſſ. In Theſauro Linguæ Latinæ *Sardos* hodie dici legitur, non ſine manifeſto errore. Locus inter portum Liguidonis, ſeu Longones 50. et Algarium 60. mill. paſſ. ab Ampuriis 20. conſpicitur.

¶ Turiis Libiſſonis urbs fuit ampla Sardiniæ, in eius ora occidentali, ubi incipit Borealis, hodie *porto torre* ſeu *Torre* ſimpliciter dicitur, in parte ſeptentrionali, *Capo di Lugodori* dicta, & media eſt inter Caſtrum Aragonenſe ad Boream, & Saſſarim ad meridiem, 16. mill. paſſ. diſtans.

Vet. trad. Turris Syllana, *Tordeſilas*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Durium fluvium, in Vaccæis, inter Methymnam Campeſtrem 4. & Vilalpandum in Boream 8. leucis, ac inter Valliſoletum ad ortum 8. & Zamoram ad occaſum 15. leucis, Octoduro propiùs, (*hodie in Regno Legionis.*)

Turrus, *Torre*, vel *Turre*, fluvius Carnorum, apud Forum Julium decurrens, & in mare Hadriaticum apud Aquilejam influens.

¶ Turſanus, *le Turſan*, tractus Galliæ in Aquitania & in Vaſconia propria, ubi alias Turſanum caſtrum, in Aturenſi Diœceſi, teſte Petro *du Val*.

Scrip. Ital. Turſus, urbs Lucaniæ, in magnę Græciæ confinio, ſedes Epiſcopi Anglonæ, inde 12. mill. paſſ. diſtantis & ſedes Ducis, *Turſi*.

¶ Turſus ſeu Turſia, *Turſi*, urbs regni Neapolitani, in Baſilicata provincia, inter Sirim & Acirim fluvios, vix decem mill. ab ora ſinus Tarentini in occaſum & 28. a Mateola in meridiem & colli affixa eſt.

Turulis, *Rio de Morvedre*, teſte Ortelio, *Rio Segura*, teſte Coquo, fluvius Hiſpaniæ ad urbem cognominem (quę & Turulium, vulgò *Tervel*, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, inde 36. leucis, Valentiam versùs 24. quot à Dertuſa) & Saguntum decurrens. In Theſauro Linguæ Latinæ *Turia* vulgò ſcribitur; cum hoc Latinum nomen ſit, ſicuti & Duria.

Ptol. ¶ Turulis, *Rio de Morvedro*, fluvius. Oritur prope Terulum in Aragonia; deinde per regnum Valentiæ fluens rigatiſque ibi Segobriga & Sagunto, paulò infra in mare mediterraneum & Sucronenſem ſinum ſe exonerat 13. mill. paſſ. a Valentia in Boream.

Suid Turulum, Tzurulum Cedreno, *Ciorlo* & *Ciorlich*, vel *Zorlich*, teſte Leunclavio, urbs Thraciæ, in via inter Hadrianopolim & Byzantium occurrens, inde 75. hinc 54. mill. paſſ. Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Heraclienſi, (eadem Turulea à Græcis nominatur) metropol is recens.

Turnutus, *Duina*, teſte Becano, fluvius Sarmatiæ Europeæ, ex Lituaniæ finibus per Livoniam fluens, ac in ſinum Venedicum, ad Rigam Livoniæ metropolim ſeſe exonerans: licèt aliis *Duina* Rubo apud veteres eſſe videtur.

¶ Turuntus fluvius Agathyrſorum, in Sarmatia Europæa hodie, teſte Cluverio, is eſt, qui *Welikarze Ka*, in Moſcovia ortus, magnumque lacum, qui Ruſſis *CzudzKo*, & Livonibus *peybas* tranſvectus, nomine hinc Nervæ aſſumpto, Livoniam à Moſcovia dirimit paulòque infra duo oppida Narvas in ſinum Finnicum exit.

Tuſca, *Cuadilbarbar*, teſte Ioanne Leone, fluvius Africæ in ſinum Numidicum influens.

Ptol. ¶ Tuſcania, *Toſcanella*, urbs eſt Hetruriæ, in ditione Pontificia & in provincia Patrimonii, in ipſo confinio Ducatus Caſtrenſis. Antiquiſſimis temporibus Salumbrona dicta fuerat, poſtea Tyrrhenia, Tuſcia & Tuſcana; eratque alias urbs ampla & dives, ſed ſexdecies expugnata & vaſtata fuit: & multi exiſtimant ab ipſa dictam fuiſſe Tuſciam, cùm etiam ejus Eccleſia Cathedralis alias elegantiſſima, nunc diruta, dicata ſit S. Petro in Tuſcia: & in ea etiam viſitur hæc inſcriptio antiqua: Richardus Præſul Tuſcanus Centumcellicus & Bleranus, anno 1093. De hac urbe uti de aliis plurimis ditionis Pontificiæ multa præclara nobis communicavit vir doctiſſimus Joannes Campinus, Secretarius & Minutiſta Brevium Summi Pontificis & de re literaria optimè meritus. Tuſcania dedit etiam Eccleſiæ plures Pontifices Maximos, Eutichianum, Paſchalem I. Leonem I. Joannem I. Lucium III. Leonem VI. Bonifacium VI. & Paulum III. Farneſium.

Tuſconienſes, poduli Hetruriæ, quorum urbs Tuſcania, *Toſcanolla*, epiſcopalis, inter Caſtrum ad occaſum & Viterbium ad ortum, ac inter Montem Phyſconem ab Boream & Cornuetum ad Auſtrum, 10. mill. paſſ. diſſita, ad Martham fluvium. Cujus Epiſcopatus Viterbienſi copulatus eſt. Ibi equorum nundinæ frequentes. Ab Aſcanio Æneæ filio condita putatur, uti marmorea inſcriptio docet. Plin.

Tuſci, & Thuſci, populi Italiæ antiquiſſimi, qui & Hetruſci, *Toſcani* & regio Tuſcia, ſive Thuſcia, (utroque enim modo ſcribitur) quæ & Etruria ſive Hetruria, *la Toſcana*, provincia Italiæ nobiliſſima & antiquiſſima, peramplaque, inter Liguriam ad occaſum Macra fluvio diviſa & Latium Umbriamque ad ortum Tiberi diſcreta, ad Arctos monte Apennino à Gallia Togata ſeparata, ad meridiem pelago Tyrrheno definita, longa 284. mill. paſſ. lata nunquam 100. In duas regiones dividitur: in eam quæ paſſim *Toſcana* nominatur, magno Duci Hetruriæ ſubjecta, in qua Florentia, Sena, Piſa, & Aretium urbes claræ; & eam quæ Patrimonium Eccleſiæ dicitur, Summo Pontifici ſubjecta, ab altera Pelia, & Oſa fluminibus ferè ſeparata (præter Peruſiam & Plebem Eccleſiaſticæ ditionis extra patrimonium) in ea Viterbium cęteris urbibus præſtat. Virg. lib. 10. Æneidos: Stra. plin. Liu. & a

Quę manus interea Tuſcis comitetur ab oris.

Idem lib 11.

Bis Tuſci Rutulos egere ad mœnia verſos.

Hic cavendus eſt error in Theſ. Linguæ Latinæ, ubi in Tuſcia piſaurum & Aſſiſium urbes Umbriæ, locantur (*Vide Thuſcia.*)

Tuſculanum, *Grotta ferrata*, & *S. Maria di Grotta ferrata*, villa Ciceronis apud Tuſculum, ubi Marcus Tullius Cicero, quæſtiones ſcripſit Tuſculanas: nunc ibi cœnobium inſigne Monachorum. In Theſauro Linguæ Latinæ, Tuſculum pro Tuſculanum, villa Ciceronis dicitur. Cic.

Tuſculum, *Fraſcati*, colonia & urbs Latii Epiſcopalis, everſa, apud Fraſcatam oppidulum, quod nomen Tuſculi ſervat in Pontificiis diplomatibus, quò ſe Pontifices tempore æſtivo recipere ſolent; urbs antiquiſſima, ante Ulyſſis, & Circes tempora, inter urbem Romam, & Labicum 12. mill. paſſ. Populi Tuſculani. Hinc Tuſculus nomen gentis. Martialis lib. 9. Epigrammate 60. Liu. plin. & al.

Seu tu Paſtanis genita es, ſeu Tyburis arvis,
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo.

Tuſculum urbem à Friderico A Enobarbo, exciſam traditur. Alii hoc à Telegono Ulyſſis filio conditum ſcribunt, velut Propertius lib. 2. eleg. 23.

Qid petis Æęi mœnia Te egoni?

Tyſclos à Stephano, & Tyſclani populi dicuntur, ſed malè.

¶ Tuſculum, *Fraſcati*, urbs alias Latii, nunc Campaniæ Romanæ, ad radices collis, 12. mill. paſſ. a Roma diſtans in ortum, ubi plurimæ villæ, & palatia principum Romanorum: eſtque etiamnum Epiſcopalis, cujus Epiſcopus Tuſculanus dictus eſt, ſemper unus ex ſex antiquioribus Cardinalibus, quanquam Tuſculum antiquum dirutum fuerit, & exciſum ab Henrico Imperatore: Sed erat planè in eodem loco, ubi nunc eſt *Fraſcati*, non autem in ſummo montis jugo, quo rudera, & veſtigia maximorum ædificiorum conſpiciuntur, ubi vulgò vetus Tuſculum fuiſſe creditur. Sed revera villa privata eo in loco fuit, non oppidum et ſitus ipſe repugnat; nam locus ille, quamvis & Romam & Vallem Albanam reſpiciat, magis tamen in hanc partem vergit, ubi ingentium fornicum ſubſtructiones viſuntur. Romam versùs extat theatrum, ſed & illud privatum potiùs quam publicum, ut ex magnitudine apparet, tum verò diſtantia, & intervallum repugnat, nam veſtigia illa non 12. ſed 15. ut minimum, vel 16. mill.

16. mill. paſſ. abſunt ab urbe Roma; tum Strabonis deſcriptioni ſitus ille repugnat, quippe cui ex proximo cacumen montis ſaxoſum, & aſpectu horridum imminet; neque verò aquarum copia huic loco convenit, ſed ipſe urbi *Fraſcati*. Unde facilè apparet hanc levem eſſe errorem, non veram ſententiam.

Tuſcum mare, idem ac Tyrrhenum, *il Mar*, & *il Mar di Toſcana*, non ſolum Hetruriam, ſed & Latium, ac regnum Neapolitanum, uſque ad fretum Siculum alluens.

Tuſdrum, oppidum, ſive urbs Africæ. Vide Thyſdrum, aut Thyſdrus.

Tutatio, *Iſchel*, teſte Lazio, oppidum Norici, in Salisburgenſi ditione, ad lacum Gemundenſem, unde Draunus fluvius effluit, inter Salisburgum ad occaſum 7. & Raſtadium ad ortum 4. leucis.

¶ Tutatio, oppidum fuit Norici Ripenſis, quod aliis eſt arx *Leonpach*, juxta fluvium *Krems*, in Auſtria meridionali. Quibuſdam autem eſt *Eſchvvend*, caſtrum ad fluvium *Ens*, in Auſtria ſuperiori.

Tutela, *Tudela*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ab Iberum fluvium, in finibus Vaſconum & regno Navarræ, à Pompelone regia 16. leucis in auſtrum, inter Cæſarauguſtam ad ortum 15. & Calagurim ad occaſum 8. Tutela item ſive Tutelæ, *Tulle*, urbs Epiſcopalis, inter recentes à Joanne XXII. Pontifice Maximo, effecta, à Lemovicenſi Diœceſi avulſa, ſicuti Maleaca ex cœnobio Pictavenſi Diœceſeos.

¶ Tutela, ſeu aliis Tutella, *Tulle*, urbs eſt Galliæ, in Aquitania prima & Lemovicenſi provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, ad Curretiam fluvium & Solanam torrentem, olim nobile monaſterium Ordinis S. Benedicti, 3. leucis diſtat à Briva Curretia in ortum & 10. à Lemovico in meridiem; eſtque caput inferioris provinciæ Lemovicenſis.

¶ Tutela, *Tudela*, urbs eſt Hiſpaniæ, in regno Navarræ, ad Iberum fluvium, ubi recipit amnem *Queiles*, 4. leucis Hiſpanicis diſtans a Turiazone in Cæciam, 14. a Bilbili in Boream & 15. a Cæſarauguſta in Circium, Calagurim versùs; eſtque nobilis & ipſo ſitu opportuna, teſte Oihenarto.

Tuticum, quod & Equotuticum Ciceroni & Ammiano, *Foggia*, teſte Celſo Cittadino, oppidum Apuliæ, Dauniæ, via olim inter Beneventum & Canuſium occurrens, inter Luceriam 12. & Sipontum ad Arctos 18. mill. paſſ. quod Horatius lib. 1. ſermonum ſatyra 5. memorat, dicens; *quod verſu dicere non eſt*. Oppidum hac tempeſtate primarium.

¶ Tuticum, urbs fuit Hirpinorum, quæ etiam Equus Tuticus dicta fuit, hodie *Ariano*, urbs epiſcopalis Principatu Ulterioris, in regno Neapolitano, ad radices Apennini montis, 13. mill. paſſ. a Benevento in ortum & 32. a *Foggia* in Africum.

Tuvera, *Tuver*, urbs Sarmatiæ in finibus Moſchorum, epiſcopalis & Principatus, à Moſcha regia 36. leucis in Boream. (*Vide Tueria.*)

Tyana, adhuc *Tiana* vulgò, urbs Cappadociæ Archiepiſcopalis, inter Saſima ad occidentem 32. & Fauſtinopolim in Eurum 18. mill. paſſ. apud Antoninum, media ferè inter Cæſaream ad Boream, & Tarſum, urbem Ciliciæ ad meridiem 75. mill. paſſ. utrinque apud Antoninum. Hinc Tyanæus & Tyanæjus apud Poetas, nomen gentis. Ovid. lib. 8. Metamorph.

Ora frutex, oſtendit adhuc Tyanæjus illic.

Hic Apollonius natus fuit, maximè apud omnes ſcriptores celebris, qui diſcendi cauſa tot regiones peragravit. Scripſit inter alia de aſtrologica divinatione lib. 4. Eudoxi, Gnidii, Platonis contemporanei inſignis Aſtronomi præceſſor. Hic Scythiam, Meſſagetas, Albaniam, Iberiam, Mediam, Parthiam, Perſiam, Aſſyriam, Babyloniam, Arabiam, Palæſtinam, Ægyptum, Æthiopiam, & alias quamplurimas regiones diſcendi cauſa peragravit, teſte Cœlio Rhodighino.

¶ Tyanitis, Aſiæ minoris Præfectura, in Cappadocia, teſte Ptolemæo, in qua Tyana urbs Straboni, qui ſcribit eandem quoque Euſebiam ad Taurum montem vocatam.

Tyberis, qui & Albula & Tyberinus (eſt enim Tyberinus nomen fluvii, & Regis) vide Tiberis. De quo Eninus lib. 5.

Teque pater Tyberine tuo cum flumine ſancto.

Tyberis quoque à Virgilio:

Tuque O Tybri tuo genitor cum flumine ſancto.

Eſt & Tyberis fluvius Ciliciæ, Adanam urbem interluens, ubi pons lapideus mirabilis ſtructuræ, *Scholichmarch*, vel *Schalechmarch* à Turcis dictus, teſte Bellonio.

Tybii, populi ſunt inter Getas & Thraces, à Plutarcho & à Plinio lib. 7. cap. 2. memorati, ſervilis & abiectæ conditionis, unde adagium ortum eſt (ut Syneſius ad Evoptium ſcribit) *Inter Soſias & Tybios referre*, quoties immeritos, in claſſem inferiorem, quam merentur redigimus.

¶ Tybreſtus, urbs Arabiæ, ad Cyrubem fluvium, teſte Vibio Sequeſtri.

Tybur, urbs Latii. Vide Tibur. (Hæc namque nomi- *Mel.*
na, Tyberis & Tiberis, Tybur, & Tibur, paſſim ſcribuntur apud veteres) Pomis abundat. Ovid. lib. 1. de Ponto elegia 4.

Quid referam veteres Romanæ gentis, apud quos
Exſulibus tellus ultima Tybur erat?

Hinc Tyburtinus nomen gentis. Idem Tyburtius Virg. lib. 7. Æneid.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt.

Horatius lib. 2. ſermonum ſatyra 4.

Picenis cedunt pomis Tyburtia ſucco.

Tybur à Catillo Arcade conſtructum tradit Virgilius lib. 7.

Tunc gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.

Pomis adeò abundat, ut pomoſum nominetur à Columella.

¶ Tybur, ſeu Tybur Herculeum, *Tivoli*, urbs eſt Latii, in ditione Pontificia, ad Anienem fluvium.

Tyde, Tudæ Ptolemæo, (licèt Ortelius neget) *Tuy* *Plin.*
urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Callaicis, ad Minium *Sil.*
fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, inde 21. leucis, inter Bracaram ad auſtrum 8. & Auriam ad Boream 10. De qua Silius lib. 3.

Oeneæ miſere domus, Ætolaque Tyde.

A Diomede condita, & de patris nomine dicta.

¶ Tyde, *Tuy*, urbs eſt Hiſpaniæ, in Gallæcia, ad Minium fluvium, 6. leucis ſupra ejus oſtia in Cæciam, Auriam versùs 12. & 17. à Compoſtella diſtans in meridiem, in ipſo confinio regni Portugalliæ. Recens munita fuit.

Tyella, *Judica* nunc, teſte Fazello, oppidum Siciliæ *Diod.*
olim fuit, Megaræ finitimum, ſeu, ut aliis videtur, *Sic.*
erat Centuripis, & Ineſtæ vicinum, quod & Hybla dictum putatur.

¶ Tykozinum, *Tykoczin*, urbs munita Poloniæ regni, in Polachia provincia, intra paludes, juxta fluvium *Narevv*, 7. leuc. diſtat ab Auguſtavia in meridiem & 9. a Grodna in Africum, in limite Mazoniæ provinciæ, cum palatio eleganti. Capta fuit à Svecis anno 1655. ſed recepta a Polonis anno ſequenti.

¶ Tyle caſtrum ſeu Caſtrum Tyle, *Tylle le Chaſteau*, urbs eſt parva Galliæ, in ſuperiori Burgundia & in Diœceſi Lingonenſi, via qua itur Divione Lingonas, imminens fluvio Thile, vulgò *Tille*, qui non longè à Sequanæ fonte ortus, in Ararim exoneratur, dicta fuerat antea Thile caſtrum, & malè ponitur à quibuſdam in Hiſpania, teſte P. Auguſtino Lubino in ſuis annotationibus ad Martyrologium Romanum.

Tylleſium, ſeu Tyleſſium & Tyleſſos apud Stephanum, *Ajello*, teſte Barrio, vel *Agello*, oppidum Brutiorum, apud oram Calabriæ citerioris & ſinum Terinæum à littore 7. mill. paſſ. quot ab Amantia urbe & à Tylleſio promontorio, (quod *Corica* nunc dicitur) oppidum non incelebre, ſuper ſaxo conditum.

Tylus, inſula ſinus Perſici, ab oſtio Euphratis na- *Arat.*
vigatione 24. horarum in ortum diſtans. Hujus nomi- *Plin.*
nis, duas inſulas habet Plinius in mari Rubro, 10. mill. paſſ. inter ſe diſtantes. Prior *Baharen* eſſe videtur, ab Armuzia 100. leucis Hiſpanicis in occidentem diſtans, ubi unionum & margaritarum copia eſt. Tylos etiam oleis, ficubus, palmis, vitibus, variiſque pomorum generibus, præter gemmas abundat. Ejus Dionyſius libro de ſitu orbis meminit ſic:

Hic Tylos eſt ſuperans vaſta miracula terræ.

Tymbriani, populi inter Piſidiam & Lycaoniam; *Ptol.*
quorum urbs Tymbra, ſeu Tymbria in libro Conciliorum, epiſcopalis erat, in Piſida, Tymbrion Xenophonti, ab Iconio 1500. ſtadiis in Corum diſtans, versùs Campum Cayſtri fluvii. Erat & Tymbria vicus Cariæ apud Mæandrum fluvium et Myuntem urbem, inde 4. ſtadiis, ubi Avernus, teſte Strabone.

¶ Tymniſſus, urbs Cariæ, in Aſia minori, teſte Stephano.

¶ Tymnus, Cariæ oppidum, teſte Stephano.

Tympania, Tympanæa Polybio, Tympaneæ & Typaneæ Stephano, *Strouiſi* Nigro, *Verdogna* Caſtaldo, & Moletio *Leondari*, oppidum Elidis mediterraneum, in Arcadiæ confinio, Leprio finitimum, Typania Plinio, Typanei populi.

Tymphæi, populi inter Epirum ad occaſum & Theſſaliam ad ortum, quorum oppida Tymphæa Stephano & Æginium Straboni.

Tymphe, mons Epiri, in Theſprotia regione, teſte Stephano. Hic gypſum (quod Thymphaicum appellatur, Thympheticum Plinio) magna in copia reperitur.

Tymphreſtus, ſive Tymphryſtus, (ut alii legunt) ons Phthiotidis apud ſinum Maliacum.

Tyndaridæ populi Sarmatiæ Aſianæ, inter Zygios, & Colchos. De quibus Dionyſius Afer:

Intima ſed Ponti poſt fines Tyndaridarum
Ægypto miſſi Colchi te tenuere coloni.

Tindaris, Tyndarium Ptolemæo *lo Tindaro*, & *S. Maria di Tindaro*, colonia & urbs Siciliæ, olim epiſcopalis, nunc exciſa in ora littorali, ſive potiùs mari abſorpta, à Tyndaro Lacedæmonio patre Ledæ condita & nominata. Nunc ibi tantùm ruinæ, & ſacra ædes Deiparæ Virgini dicata, inter Mylem ad ortum, & Boream 10. ac Pactas ad Auſtrum, 6. mill. paſſ. diſtans, à Meſſana, 66. Populi Tyndaritani Ciceroni. Eſt & nomen Helenæ à Tyndaro dictæ, cujus meminit Virg. lib. 2. Æneidos:

Tyndarida aſpicio: dant clara incendia lucem.

Hinc Tyndarius nomen gentis. Silius lib. 15.

Tunc, & Tyndarii Latias fortuna Tarenti
Auxit opes.

¶ Tynna, Armeniæ minoris urbs in Cataonia, teſte Ptolemæo.

Smyr. *Tao.* Typhonis, inſula maris Ægæi, ante Trojam, quæ & Calydna & Typhonis ſcopuli, apud Licophronem.

Steph. Typhreſtus oppidum fuit & mons Trachiniæ, unde Sperchius fluvius ortum habet, idem ac Tymphreſtus apud Strabonem. Eſt & mons Mileſiorum in Caria, teſte Lycophrone.

Tyracinum & Tyracinæ, *Randazzo*, oppidum Siciliæ, apud Ætnam montem. Vide Trinacia. Parvum appellat Stephanus ſed felix: cujus incolæ Tyracinæi dicuntur.

Strab. *Ptol.* Tyrambe, *Trapano*, teſte Moletio, urbs Sarmatiæ Aſiaticæ, ad Mæoticam paludem, inter oſtia Rhombitis, & Attici fluminum.

¶ Tyrambe, ſeu Tyrambis, urbs fuit Mæotarum, ad paludem Mæotidem, in Sarmatia Aſiatica & hodie *Temruk*; ſeu *Tomaruchi* dicitur, teſte Sanſone; eſtque urbs Circaſſiorum populorum, 16. mill. paſſ. à Boſphoro Cimmerio in ortum & 10. à lacu Corocondami in Boream.

¶ Tyrangitæ, populi Sarmatiæ Europeæ, quibuſdam Tyritæ erant in illo tractu, ubi hodie Podolia inferior, provincia meridionalis regni Poloniæ, versùs Tyram fluvium.

Hero. *Ptol.* Tyras, Tyra Straboni, Plinio, *Neſter* Martino, Cromero, & Herbeſtinio, fluvius cum urbe apud Ptolemæum, & Stephanum Sarmatiæ Europeæ, ex monte Carpate, apud Premysliam urbem Roxolanorum (ſeu Rhutenicam) oriens, ac in mare Euxinum, inter oſtia Iſtri & Boryſthenis ad Tyram urbem exiens. Cujus oſtia, ab oſtio Iſtri Boreali 300. ſtadiis in Boream diſtant, teſte Strabone. Ovid. lib. 4. de Ponto. Elegia 10.

Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

¶ Tyras fluvius, qui forte Naporis, *Nieſter*, fluvius aliàs Germano-Sarmatiæ, nunc Poloniæ. Oritur ex lacu parvo in Ruſſia nigra provincia, 9. leucis Polonicis à Premislia in ortum & 4. à Leopoli in meridiem. Hinc in ortum tendens, rigataque Pocutia tractu, Podoliam ſuperiorem & inferiorem à Moldavia ſeparat, & in Beſſarabia tractu in Pontum Euxinum ſe exonerat infrà Bialogrodam, 60. mill. paſſ. ab oſtio Iſtri in Boream. Dicitur etiam *Turla*, à quibuſdam.

Ptol. *Steph.* Tyras, urbs Sarmatiæ, ad oſtia Tyræ fluvii, quæ nunc *Moncaſtro*, teſte Herbeſtenio dicitur, *Zothezavia* Nigro, urbs præclara, à Taphris Regia Præcopenſium Tartarorum 24. leucis Germanicis in meridiem diſtans, in medio Oczacovia occurrente.

¶ Tyras urbs ad oſtia Tyræ fluvii, plurimis eſt *Moncaſtro* ſeu *Bialogrod*, quæ & *Akerman*, urbs Beſſarabiæ caput, vix 5. mill. paſſ. ſupra oſtia fluvii & 70. milliaribus Germanicis diſtans à Taphris in occaſum. Sunt tamen qui credant, Tyram urbem eſſe deſtructam & *Moncaſtro* in viciniis creviſſe ex ejus ruderibus.

¶ Tyrconenſis Comitatus, ſeu Terra Cornelii & Dungalenſis, *le Comtè de Tyrconel, ou de Dungal*, pars eſt Hiberniæ in Ultonia regione. Vide Dungalia.

Tyrii, vel Tyrus, *Tiriolo*, teſte Barrio, oppidulum magnæ Græciæ, in colle apud Catacium urbem, indè 6. mll. paſſ. Martoranum versùs, à Scyllacio 9. *Plut*

Tyrinthia, Tyrintha aliis & Tiryntha, urbs fuit Argis vicina, in qua Hercules nutritus traditur, unde & Tyrinthius cognominatur; cujus Virg. meminit lib. 7. Æneidos: *Virg.*

postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tyrinthius attigit arva.

Tyriſſa, *Cereſei*, teſte Mercatore, oppidum Macedoniæ mediterraneum, in Emathia. Aliis eſt *Dinorigriza*, à Gyrtona 15. mill. paſſ. in auſtrum, inter Caſtoriam, 46. & Gonnum 35. Atraci finitima. Populi Tyriſſæi Plinio. *ptol.*

Tyriſtaſis, Tiriſtaſis Demoſtheni, *Periſtaſi*, urbs Cherſoneſi Thraciæ, epiſcopalis ſub Archiepiſco Heracleenſi, in ora ad Propontidem. Vide Periſtacium, ſeu Periſtaſis, quæ à Lyſimachia 18. mill. paſſ. abeſt in Boream & Cæciam, ſed extra Cherſoneſum. *plin.*

Tyritæ, Tyrangitæ Ptolemæo, Tyrigetæ Straboni, Tyragetæ Plinio, populi Sarmatiæ Europeæ; circa oſtia Tyræ, & loca finitima incolentes. *Hero*

Tyrolis. Vide Tirolis.

¶ Tyronenſis Comitatus, *le Comtè de Tyrone*, ſeu *Tir-Oen*, id eſt, terra Eugenii, provincia Hiberniæ & in Ultonia regione, Duplex eſt, nempè Tyronenſis ſuperior, *Upper Tyrone* incolis, in parte occidentali inter Comitatus Dungalenſem, Fermanagenſem & Colranenſem, ubi nulla urbs alicujus momentis & Tyronenſis Comitatus inferior, *Nether Tyrone*, ad ortum extenſus, inter Comitatus Antrimenſem, Dunenſem, Armacanum & Tyronenſem ſuperiorem, à quo dividitur montibus *Slievv Gallen*, ubi aliquot arces & caſtrum Dunganonium dictum. Regio eſt ferax & ſatis ampla, ut quæ ſe in longum porrigit ad ſexaginta milliaria & in latum ad triginta.

Tyrtheni, populi inſulares maris AEgæi, Lemnum, Imbrum & alias inſulas oræ Thraciæ incolentes; à quibus Tyrrhenicus ſinus dictus eſt. *plut.* *Hero.*

Tyrrheni item, populi Hetruriæ, iidem ac Thuſcis & Hetruſcis. De quibus Virg. lib. 11. AEneidos: *Halic.* *Strab.*

Tyrrheni, quæ tanta animis ignavia veſtris?

Hinc Tyrrhenia regio Straboni, eadem ac Thuſcia. Ovid. lib. 14. Metamorph.

Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque.

Hos omnes ſcriptores ſuperſtitioſiſſimos fuiſſe tradunt, uti inter alios Plutarchus in ſympoſ. ſcribit. A quibus Romani ceremonias ſacras edocti fuere. Tyrrheni à celeritate dicti ſunt, antiquiores Pelaſgis, qui nauticam ab illis didicerunt.

Tyrrhenica ſtagna, paludes circa oſtia Iberi fluvii. Unde etiam Tyrrhenum mare à Paulino & à Latino pacato appellatur, Hiſpaniam ibi alluens, idem ac Ibericum.

Tyrrhenum mare, quod & Tuſcum, & Inferum, & Notium, teſte plinio, dicitur Thuſciam, Latium, Campaniam, Picentes, Lucaniam & Brutios, uſque ad fretum Siculum alluens, vulgò *il Mar Toſco*, & *il Mar di Toſcana* De quo Virg. lib. 1. AEneidos: *plin.* *Virg.* *& al.*

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.

¶ Tuſcum mare, *il mare di Toſcana*, pars eſt ampla maris Mediterranei, extenditurque inter Tuſciam, ditionem Pontificiam, regnum Neapolitanum, Siciliamque, Sardiniam, & Corſicam inſulas; ejuſque partes ſunt, ſinus Formianus, Neapolitanus, Salernitanus, Talaus, & Terineus, in ora Italiæ.

Tyrſeta, apud Stephanum oppidum fuit Taunitum: cujus incolæ Tyrſetini.

Tyrſis, regia Saturni, in inſula Beatis, locus fictus à poetis. *Hom.*

Tyrus, *Sur* Nigro, Poſtello & aliis, urbs Phœnicis Archiepiſcopalis, quondam clariſſima, in ora, extincta, apud Paletyrum, inde 30. ſtadiis, quæ adhuc *Paletyro*, dicitur, olim inſula, ab Alexandro Magno juncta continenti, ut Quintus Curtius lib. 4. ſcribit, inter Sidonem ad Boream, 24. & ptolemaidem ad auſtrum 32. m. urbes olim claras, nunc everſas, olim ſub Patriarcha Antiocheno, poſtea Hieroſolymitano, ab Innocentio III. Pont. Max. attributa. Durat Archiepiſcopatus Sarra quondam dicta, *pind.* *Cicer.* *Strab.* *ptol.* *& al.*

(ex

(ex quo nunc *Sur*, nominatur) teſtibus Feſto & Aulo Gellio lib. 14. cap. 6. Unde oſtrum Sarranum olim in pretio habitum. Hæc à Sultano Ægypti capta, & funditus everſa fuit, anno ſalutis 1292. urbis conditę 2043. Olympiadis 517. anno 3. Populi Tyrii. Ejus meminit Virgil. lib. 1. Æneidos & alibi, cum aliis, quos inter Lucanus lib. 3.

Et Tyros inſtabilis, pretioſaque murice Sidon.

Hinc Tyrius nomen gentis. Ovid. lib. 2. de Arte amandi:

Sive erit in Thyriis, Tyrios laudabis amictus.

Tyrus ab Alexandro Magno expugnata, miriſque affecta malis, continenti aggeribus juncta fuit, ut Quintus Curtius de geſtis Alexandri. Hinc proverbium manavit. *Quæ ex antiqua Tyro*, de extremo malo. *Tyria maria* etiam apud Pomponium Feſtum proverbialiter dicuntur de re periculoſa valdeque turbulenta, qualia fuere maria Tyria in quibus Tyrii tranſeuntes inſequebantur & capiebant. Tyrus ab Agenore Phœnicum Rege ortum habuiſſe traditur, ſicuti Sidon à Sichene. Hæc primùm navigare cœpit, teſte Tibullo lib. 1. elegia 8.

Prima ratem ventis credere docta Tyrus.

¶ Tyrus, *Sur*, urbs Syriæ, in Phœnicia & in ora maris Mediterranei. Aliàs ampla fuit & munita in ſaxo undique prærupto, cum portu capaci; nunc in ruinis jacet, & paucis admodum conſtat incolis, ſub dominio Turcarum.

Tyrus, inſula parva ante Tyrum urbem, quæ nunc *Pendoli* dicitur incolis, teſte Ortelio.

Tyrus etiam, *Iſola Biſentina*, inſula intra lacum Volſinium, in qua S. Chriſtina virgo martyrium paſſa eſt, ſic nunc à Biſento oppido illius dicta, inter Volſinios & Martham occurrens.

¶ Tyruſtæ, populi fuere in Illyrico, incertæ poſitionis.

Tyſca, regiuncula Africæ optimè habitata, in qua olim quinquaginta oppida erant; de qua lis inter Carthaginenſes & Maſſiniſſam Regem Mauritaniæ erat.

Tyſdrus. Vide Thyſdrus & Tiſdrus.

Tzurulum, *Zorlich*, & *Ciorlo*, teſte Leunclavio, urbs Thraciæ epiſcopalis, media ferè inter Byzantium & Hadrianopolim, teſte Cruſio. Quæ aliis à Byzantio 20. mill. diſtare traditur in occaſum: Vide Turulum.

V

VABAR, *Biſmeo*, teſte Caſtaldo, oppidum Mauritaniæ Cæſarienſis maritimum, inter Ruſazum ad occaſum & Saldas ad ortum occurrens.

Vabrenſe caſtrum & aliis Vabræ, *Vabres*, oppidum olim, nunc urbs epiſcopalis Galliæ Narbonenſis ſub Archiepiſcopo Toloſano, in regione Occitana, Bliteris proxima, inde 4. leucis in circium diſtans Albigam verſùs, à Joanne XXII. Pont. Max. ſede epiſcopali donata, & urbs ex cœnobio effecta. Populi Umbracini Plinio eſſe videntur.

¶ Vabræ ſeu Vabrenſe caſtrum, *Vabres*, urbs eſt parva Galliæ, in Aquitania regione, & in Rutenenſi provincia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, juxta amnem *Dourdan* & contra Fanum S. Africæ, ad radices montium, 8. leucis à Rutena in meridiem diſtat, Bliteras verſùs 12. & 10 ab Albiga in ortum.

Vacallineus pagus, *Vachlendorf*, teſte Antonio Morillonio, in Germania inferiori, apud Arnvvillerium oppidum, proximus Bonnæ, inde 2. leucis, à Colonia Agrippina 6. in meridiem.

Vacalos, *Wael*, pars Rheni fluvii, in Batavis Moſæ miſcetur. Vide Vahalis. Vachalis Fortunato lib. 6.

Perſtrepit hoc Vachalis, illud Iberus aquis.

Vacca, Vacua Straboni, Vacus Ptolemæo, Baccia Oroſio, *Vouga*, fluvius (cum oppido ſeu pago) Hiſpaniæ Luſitanicæ, inter Durium ad Boream & Mundam ad auſtrum, in Oceanum Occidentalem ferè medius decurrens, inter Lacobrigam & Portum, oppidum verò ab Aeminio in Boream & à littore 3. leucis in ortum recedit. Vacca item urbs Africæ, unde populi Vaccenſes apud Salluſtium de bello Jugurthino.

Vaccæi, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, per quos Durius flu. labitur. Quorum regio *Regno di Leon* dici poteſt: urbes Palantia, Pintia ſeu Vallifoletum, Octodurum, Sarabris, Sentica, Eldana & alia oppida. Quos Silius memorat:

-lateque vagantes

Vaccæi.

¶ Vaccia, *Vatzen* Hungaris, *Veitzen* Germanis urbs Hungariæ, ad Danubium fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, 15. mill. paſſ. ſupra Budam in Boream, & 30. infra Strigonium in Eurum, ſub dominio Turcarum.

Vachalis. Vide Vacalos & Vahalis.

Vacomagi, populi Albionis, in Scotia: quorum oppidum *Sterling*, teſte Hectore Boethio, præclarum, ubi Reges coronari ſolebant, à Glaſquo 20. & Dumbiana 10 mill. diſtans. Aliis ſunt Horeſtis & Taizalis finitimi & in plures regiones ſeu tractus dividuntur, qui Boena, Gareotha & Neslandia. Horum oppida Culenum & Bamfum. Ibi mons auri ferax. (Camdeno ſunt ubi Moravia, *Murray*.) *Ven. Fort. Ptol.*

¶ Vacomagi, populi fuere Scotiæ ſeptentrionalis ſeu Trans-Taanæ, juxta Vagar æſtuarium, ubi hodie Moravia provincia & pars orientalis Roſſiæ provinciæ, in ora maris Germanici; erantque Taizalis finitimi ad ortum. Eorum primaria erat Banatia; & longe à Strivelinga provincia diſtabant in Boream. *Ptol.*

Vacorium, *Villach* Jovio & Sabellico, urbs Norici non obſcura, ad Dravum fluvium, in Carinthia, inter Salisburgum ad occaſum 24. & Labacum in ortum 12. leucis, atq; inter Utinum ad meridiem urbem Carnorum in Italia 14. & Claudiam ſeu Clagenfurtum in Boream 6. in via quæ Flavianum ſeu Viennam ducit. Sed Lazio eſt *Straesburg*, oppidum Gurco urbi proximum, milliario Germanico in Boream Altenhoffum verſùs diſtans: vel ipſum *Altenhofen*, à Viruno 1. milliario in auſtrum Vitopolim verſùs recedens.

¶ Vacorium urbs fuit Norici, quæ hodie, teſte Cluverio, eſt vicus *Vagram* in Salisburgenſi ditione, prope Jovavum flu. 16. mill. p. à Cucullis verſùs meridiem, uti 30. à Salisburgo, ſed vix 10. à confinio Carinthiæ. *Strab.*

Vacua, Vacos Ptolemæo, *Vouga*, fluvius Luſitaniæ. Vide Vacca.

Vacunæ fanum, *Vacone*, pagus Sabinorum, Curibus proximus, inde 4. mill. paſſ. à Tibure ſupra 20. in occaſum & Boream, à Reate 12. in occidentem. *Herr.*

Vacunæ nemora in monte Fiſcello, ubi ſacra Vacunæ à Sabinis fiebant. Ovid. lib. 6. faſtorum: *Plin.*

Nunc quoque, cum fiunt antiqua ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales ſtantque ſedentque focos.

Fuit Vacuna Dea (à qua nomen loco) quæ præerat otioſis & vacuis, cui poſt collectas fruges ſacrificabant à laboribus vacantes, uti ex Ovid. loco citato.

Vada, *wagening*, teſte Divæo, oppidum Batavorum in Ducatu Geldriæ, inter Noviomagum 2. & Trajectum inferius 6. leucis, ad Rhenum, à Batavoduro 3. in ortum. *Tac.*

Vada Sabatia, Vadum Sabatium Plinio, *Vai*, portus oræ Liguſticæ, ad Sabatam urbem extinctam, (unde ei nomen) apud Savonam urbem, ab ea 3. mill. paſſ. in occidentem. *Strab.*

¶ Vada Sabatia, *Vai*, ſeu & *Vado*, portus eſt Liguriæ, cum arce munita in colle, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis, 3. mill. paſſ. a Savona in occaſum, Naulum verſùs totidem, in ora occidentali Genuenſi. *Cic.*

Vada Volaterrana, *Vada* etiam hodie, portus Hetruriæ, ad oſtia Cęcinę fluvii, à Volaterris 8. m. paſſ. in meridiem diſtans, ubi nihil hodie præter turrim, à portu Liburnio 20. mill. paſſ. in ortum, Populonium verſùs. *Plin.*

¶ Vada Volaterrana, *Vada*, vicus eſt parvus Hetruriæ, cum portu in agro Piſano, & in ora maris Tyrrheni, 20. mill. paſſ. à Liburno in Eurum & totidem à Volaterris in occaſum.

Vadavero, *Vadavicor*, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis ab aliis montibus ſeparatus, teſte Hieronymo Paulo Barcinonenſi. Alii legunt diviſim Vada Veronem, ſeu Vada Veronis, illumque Celtiberiæ fluvium in Salonem influentem faciunt. De eo Martialis lib. 1. epigrammate 49.

Vadeo regia, urbs Arabiæ felicis. Vide Badei regia, vel Badeos.

Vadicaſſes, Vadicaſſii Ptolemæo, populi Galliæ Celticæ, quorum tractus *le Vez de Coſtantin* (teſte Pineto) nominatur, in Normannia et oppidum *Quarentan*, portus in ora Boreali à Bajocis, urbe 8. leucis.

¶ Vadicaſſes, populi Galliæ Lugdunenſis fuere, ubi hodie Nivernenſis provincia, *le Nivernois*; ad Ligerim fluvium, longè à Normannia in meridiem et eorum caput erat Noviomagus Vadicaſſium, *Nevers*, Sanſone et Brietio teſtibus.

Vadimonis lacus, *Lago Vadimone*, teſte Fabricio, et *Lago di*

di Viterbo, in Hetruria, apud Viterbium. Sed Leandro eſt *Lago di Baſſanello*, apud Hortam urbem, inde 4. mill. p. & apud Tiberim: cui ſententiæ locus Plinii magis arridet. Apud hunc lacum Romani Hetruſcos inſigni clade affecere anno urbis conditæ 470. Sed Vadimonis lacus alter ab eo qui deſcribitur à Plinio (in quo inſulæ natare dicuntur) apud Longulam, ubi Hetruſcorum exercitus in extremo diſcrimine fuit, apud Livium legitur. Propertius lib 4. elegia 2.

Sex ſuperant verſus: te, qui ad Vadimonia curris,
Non moror.

(Ubi vadimonia potiùs nomen appellativum.)

¶ Vadimonis lacus, hodie *Lago di Baſſanello*, teſtibus Brietio & aliis, lacus eſt parvus admodum Hetrurię, in ditione Pontificia & in provincia Patrimonii, vix 3. mill. a Tiberi fluvio diſtans, & 4. ab Horta in meridiem, prope Baſſanellum caſtrum.

¶ Vadſtena, *Vadſten*, urbs Sveciæ, in Oſtrogothia provincia & in ora lacus Veteri, prope Motalam fluvium & 9. leucis Svecicis à Norcopia in occaſum diſtans. Ibi alias palatium ſuperbum Regum Sveciæ, nunc in ruinis.

Ptol. Vaga, Vagenſe oppidum Plinio, urbs Africæ olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, mediterranea, extincta, ubi Hunnericus Rex Uandalorum poſt multas victorias obiit, Bagai D. Auguſtino & Vagal Antonino. Sunt qui Vagalitanum Epiſcopum à Victore Uticenſi memoratum huius urbis Epiſcopum putent; ſed Vagalitanus a Vagenſi apud Victorem diverſùs eſt. Silius lib. 3.

Tum Vaga, & antiquis dilectus Regibus Hippon.

Ant. Vaga altera, urbs epiſcopalis Mauritaniæ Cæſarienſis, mediterranea, hodie *Tegmede*: Villanovano & Moletio ab Oppido novo 72. mill. paſſ. hodie penè deſerta, Iuliæ Cæſareæ finitima.

¶ Vaga ſeu Vagæ, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis, hodie *Batha* dicitur, ab Minam fluvium, in regno Algerii & in provincia montium; eſtque etiamnum ſatis ampla 70. mill. paſſ. diſtans ab Orano ſeu Quiſa in meridiem & 200. ab Algero in Africum.

Scrip. Brit. Vaga, *Govvy*, vel *Gvvy* Britannis *Vvy*, Anglis, fluvius Albionis, in VVallia, in Sabrinam apud Chepſtovium oppidum influens, teſte Lelando.

Liv. Vagedruſa, fons Siciliæ, apud Syracuſas, eadem Arethuſæ. De qua Silius lib. 14.

Qui fontes Vagedruſa tuos, & pauperis alvei
Hypaten.

Vageni, Tagienni Plinio (non Vageni, ut in Theſauro Linguæ Latinæ, ex Plinio) Bagienni Varroni, Batieni Ptolemæo Bacienni Paterculo, populi Liguriæ, apud ortum Padi fluvii, quorum oppidum vulgò *Vigon*, quaſi Vagenum, inter Taurinum 10. & pinnarolium 8. mill. Bacienni tamen & Batieni diverſi ſunt à Vagenis; horum enim oppidum Auguſta Batienorum ad Padum in agro Ticinenſi eſt. Vide ibid. De Vagenis Silius lib. 8.

Tum pernix Ligur, & ſparſi per rura Vageni.

¶ Vagienni, populi fuere Liguriæ montanæ ſeu Galliæ Subalpinæ, prope fontes Padi fluvii, ubi hodie Marchionatus Salutiarum, *le Marquiſat de Saluces*, ad radices Alpium, in dominio Ducis Sabaudiæ. Horum primaria erat Auguſta Tagiennorum, quæ a multis creditur eadem ac Salinæ, *Saluces* vulgò.

Vagenum, oppidum Germaniæ, quod *Vvagenheym* vocant vulgò.

Vagniacum, *Maidſtone*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Londinium 28. & Durovernum 34. mill. paſſ. ex Antonino in Cantio. Talboto eſt *Vvrotham*, pagus ejuſdem tractus.

Ant. ¶ Vagniacum, ſeu Vagniacæ hodie, teſte Camdeno eſt *Maidſtone*, caſtrum Cantii, ad Meduvagum fluvium, 23. mill. paſſ. diſtans à Duroverno ſeu Cantuaria in occaſum Londinum versùs 28.

Vagoritum, V*ogiron* hodie, olim oppidum Galliæ Celticæ, nunc pagus in Britannia minore, apud oram Borealem.

Ptol. ¶ Vagoritum, ſeu Seſſui, urbs fuit Sueſſuorum caput, in Gallia Lugdunenſi, hodie *Seez* dicta, in Normannia provincia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rothomagenſi. Dicitur aliter Sagium a recentioribus; eſtque ad fontes fluvii Olinæ, decem leucis a Lexovio diſtans in meridiem, & quinque ab Alenconio in Cæciam.

¶ Vagria, VV*ageren*, provincia eſt parva Daniæ, in Holſatiæ Ducatu, versùs oram maris Baltici & inter Lubecam ad meridiem, ac Chilonium ad Boream. Eius urbes ſunt Lubeca, *LubecK*, Oldesloa, *Oldeslo*, Plona, *Ploen*, Segeberga, *Segeberg*, & Oldenburgum, *Oldenburg*; ſubeſtque partim Regi Daniæ, & partim ducibus Holſatiæ, & Epiſcopo Lubecenſi.

Vagum, promontorium Corſicæ, in ora ad ortum verſa, poſt Marianam urbem.

¶ Vagum, promontorium Corſicæ, inſulæ hodie eſt *Capo Brigalino*, ſeu *Brigaglia*, eſtque prope ſtagnum cognomine, 5. mill. paſſ. a Baſtia urbe in meridiem, Marianam versùs 10. *Ptol.*

¶ Vagus, *le Vag*, fluvius Hungariæ Tranſdanubianæ qui aliter Vaga dicitur. Oritur ex monte Carpatho in confinio Poloniæ; deinde per Hungariam ſuperiorem fluens, ibi rigatis Tranſchinio, Calgotio, & Schinta oppidis, in Danubium fluvium ſe exonerat, 2. leucis ſupra Comaram in Boream; eſtque limes ditiones Auſtriacæ & Turcicæ.

Vagus, fluvius Scandiæ, V*vaga*, teſte Erberſtenio.

Vahalis, Vachalis Fortunato, Vacalos Cæſari, *Vvael* fluvius Germaniæ inferioris, per Batavos fluens, pars Rheni, ab eo poſt Embricam urbem deſciſſus, ac peues Noviomagum & Tielam, urbes Geldriacas fluens, Moſæ ad Vorcum oppidum Hollandiæ congrediens. De eo lib 4. Itinerarii Germaniæ ſic:

Dordracum ſerò appulimus; dein manè Vahalis,
Sive Moſa potius (tot enim jam cornua Rheni;
Nominibus gaudent) tranſivimus.

¶ Vaigatia, *VVeigates*, inſula eſt Oceani Septentrionalis, ſeu Glacialis, inter oram Moſcoviæ Borealis, a qua dirimitur freto Vaigatio ab ipſa dicto in auſtrum, & novam Zemlam ad Arctos.

¶ Vaigatium fretum, *le deſtroit de Waigates*, fretum eſt inter Moſcoviam ſeptentrionalem & novam Zemlam in Oceano Glaciali, juxta Vaigatiam inſulam. Dicitur etiam fretum Naſſovicum, *le deſtroit de Naſſau*, ab Hollandis, qui illas oras luſtrarunt, dum viam quærunt per oram Borealem Tartariæ, quam nuper detectam eſſe plurimi meritò exiſtimant. Vide fretum Vaigatium.

¶ Valachia, ſeu Vvalachia, *la Valachie*, pars eſt antiqui regni Hungariæ, ubi aliàs pars Daciæ. Terminatur a meridię Iſtro fluvio & partim Bulgaria, ab oriente Moldavia, a ſeptentrione Tranſylvania, & ab occaſu Hungaria. Eius caput eſt Tergoviſcum, *Tarvis*, & Principem habet proprium, ſub clientela Turcarum.

¶ Valachia antiquitus vocabatur Africæ propriæ quædam urbs circa Tunetum, quam hodie *Cammar t* appellant, ut refert ex quodam ſcriptore Arabo Marmolius.

¶ Valachria, *Valcheren* incolis, *Ovalchre* Gallis, inſula Belgii uniti, Zelandiæ Comitatus, ſeu provinciæ præcipua, inter oſtia Scaldis fluvii. Eius circuitus eſt 28. mill. paſſ. circiter; eſtque inter Scaldiam inſulam ad Boream, Oceanum Germanicum ad occaſum, Flandriam ad auſtrum, & Bevelandiam auſtralem inſulam ad ortum. Eius præcipua urbs eſt Middelburgum, *Middelburg*, aliæ ſunt Fliſſinga, *Fleſſingues*, Veria, *la Vere*, & Arnemuda, *Armuyde*, oppidum.

¶ Valachria nova, *nievv Valcheren* Batavis, *nouvelle Ovalchre* Gallis, inſula eſt Americæ ſeptentrionalis, in mari Boreali, quæ aliter dicitur inſula Tabaci, *Tabago*; eſtque probè culta ab Hollandis, quibus etiam ſubeſt. Vida inſula Tabaci & nova Valachria.

¶ Valaqueria, V*alaguer*, urbs munita Hiſpaniæ, in Catalonia ad Sicorim fluvium, 5. leucis diſtat ab Ilerda in Cæciam, Urgelam versùs 16. ibique grandi clade affecti fuere Hiſpani anno 1645. a Gallis duce Harcurtio. Dicitur & Ballegarium.

¶ Valculeriæ, *Vaucouleurs*, oppidum Galliæ in Campania provincia, ſed intra fines Barrenſis Ducatus inſertum, ad Moſam fluvium, 3. leucis à Tullo in Africum, & 6. à Fano S. Michaelis in meridiem.

Valcum, *Veltz* Simlero, V*alcovvar*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris & Hungariæ, ad Danubium, *Ant.* inter Varonianum ad Boream & Bononiam ad Euronotum 4. leucis, a Murſa 3. à Quinque Eccleſiis 10. in ortum.

Valdanus, V*alpo* Lazio, fluvius pannoniæ inferio- *Plin.* ris, Valpum oppidum Hungariæ alluens, ac in Danubium ad Valcum infra Draum fluvium influens.

Val-

¶ Valdecum, *WaldecK*, oppidum Germaniæ, in Haſſia, Comitatus ſeu ditionis cognominis caput, inter Langraviatum Haſſo-Caſſellanum ad ortum & Ducatum Veſtphaliæ ad occaſum. Oppidum autem jacet propè Ederam fluvium, 5. leucis à Caſſela in occaſum & 7. a Marpurgo in Boream.

¶ Valdhuſta, *Waldhuſt*, urbs parva Germaniæ, ſed munita, in Svevia provincia, ad Rhenum fluvium, ſub dominio Auſtriacorum, in Klegovia tractu & una ex quatuor urbibus Sylveſtribus, 7. mill. Germanicis diſtat a Baſilea in ortum, Scaphuſiam versùs 5. & 2. a Laufenburgo.

¶ Valdivia, *Valdivia*, urbs Americæ meridionalis, in regno Chiles, cum portu percapaci, versùs oram maris Pacifici. Pluries deſtructa fuit ab Araucanis populis, nunc autem reſtauratur, 200. mill. paſſ. diſtat a civitate Conceptionis in meridiem, uti 75. ab Imperiali; ſubeſtque dominio Hiſpanorum & in ejus viciniis eſt lacus Valdiviæ dictus.

¶ Valdemontium, *Vaudemont*, oppidulum Lotharingiæ cum caſtro, Principatus titulo clarum, in colle, 5. leucis diſtat à Tullo in auſtrum, uti 6. a Nancejo, vix autem 2. a Mirecurtio.

¶ Valderfinga, *Vaudrevange* Gallis, *Walderfingen* Germanis, oppidum Lotharingiæ ad Saravum fluvium. Diſtat 7. leucis a Metis in ortum, uti a Theodonis villa, Bipontium versùs paulò plus; & malè habitum fuit & devaſtatum ultimo bello Lotharingico.

¶ Valdovium, *VValdovv*, deſertum Poloniæ, in Pruſſia regia & in limite Poloniæ.

Ptol. Valena, *Valbach* Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria ad Danubium, nunc pagus, Strigonio urbi proximus. Situs tamen apud Ptolemæum repugnat.

Plin. Mel. & al. Valentia, *Valencia* Hiſpanis, *Valenza* Italis, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Conteſtanorum, ad Turiam fluvium, regni Valentini caput, ampla, nobilis, & elegans, à Barcinone 49. leucis in meridiem, à Toleto, 60. in ortum, tot à Cæſaraugſta, à Dianio 10. in Boream, olim epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, poſtea ſub Alexandro VI. Pontifice Maximo, Archiepiſcopalis & metropolis effecta. A Romo Rege, anno poſt diluvium 902. condita putatur. Hæc anno ſalutis 1238. ab Hiſpanis obſeſſa, deditione, abeuntibus Mauris, recepta eſt. De ea Andreas Reſendius:

Millibus a pelago ſejuncta Valentia tangit.

Hic Academia & totius regni Conventus juridicus, elegantia & populi frequentia (ſi Ulyſſipponem excipias, quoad incolarum numerum) nulli ſecunda.

¶ Valentia, *Valence* Gallis, urbs alias Conteſtanorum ad Turiam fluvium, qui paulò infra in ſinum Sucronenſem, nunc Valentinum dictum, ſe exonerat, 49. leucis à Barcinone in Africum diſtat, uti à Toleto in ortum & à Cæſaraugſta in meridiem.

Ptol. Valentia altera, *Valence*, colonia & urbs Galliæ Narbonenſis, ad Rhodanum fluvium, in Delphinatu, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Viennenſi, inde 14. leucis in meridiem, Avenionem versùs 23. Valentino epiſcopatui Dienſis hodie copulatus eſt.

¶ Valentia, *Valence*, urbs eſt culta & ampla Galliæ, cum arce & Academia celebri, in Delphinatu & in tractu Valentinenſi ab ea dicto, *le Valentinois*, Ducatus titulo inſignito. 7. leucis diſtat à Dia in occaſum, 12. à Vivario in Boream, paulò infra confluentes Iſaræ in Rhodanum fluvium, & è regione Vivarienſis tractus.

Liv. Valentia item, *Valencia al Menno*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Minium, præclarum, in Bracarum, & Callaicorum confinio, contra Tydem urbem Gallæciæ, fluvio intercedente, in regno Portugallico, à Bracara 8. leucis in Boream. Eſt & Valentia, oppidum Galliæ Ciſalpinæ ad Padum fluvium, amplum, ab Alexandria, Statiellorum 7. mill. paſſ. à Ticino 27. *Valenza*, Hiſpanorum præſidium. Vide Forum Fulvii & Forum Valentinum. Valentia quoque in Brutiis. Vide Vibo & Hipponium. Populi Valentini, Plinio ibi, & in Sardinia.

¶ Valentia item, *Valencia de Minho*, oppidum eſt parvum, ſed munitum Portugalliæ, in ipſo limite Gallæciæ, vix una leuca à Tyde in meridiem, & 5. ab ora Oceani in ortum. Pluries obſeſſum fuit ab Hiſpanis irrito conatu.

¶ Valentia, *Valenza* incolis, *Valence* Gallis, oppidum eſt Ducatus Mediolanenſis, in colle, juxta Padum fluvium, & permunitum, in limite Montisferrati & 10. mill. infra Caſalem in ortum. 7. autem ab Alexandria in Boream. Captum fuit à Gallis anno 1657. ſed poſtea Hiſpanis redditum, pace ad Pyrenæos confecta; eſtque in tractu, *Laumellina*, dicto.

¶ Valentia Alcantaræ, *Valencia de Alcantara*, oppidum munitum Hiſpaniæ, in Extremadura provincia & in limite Portugalliæ, juxta amnem *Savar*. Captum fuerat a Luſitanis, ſed poſtea redditum Hiſpanis, pace Olyſſipponenſi anno 1668. Diſtat 4. leucis a Portu alacri in ortum & 8. ab Alcantara in occaſum.

¶ Valentia nova, *nueva Valentia*, oppidum eſt Americæ meridionalis, in Venezuela regione & in Curiana provincia, versùs lacum Tocariguam, & 25. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Borealis in meridiem.

¶ Valentiæ regnum *Reyno de Valencia* Hiſpanis, *Royaume de Valence* Gallis, regio Hiſpaniæ, in ora maris Mediterranei, ubi aliàs Edetani & Conteſtani populi. Terminatnr ab oriente Catalonia & mari Mediterraneo, a ſeptentrione Aragonia, & ab occidente Caſtella nova & regno Murciæ. Ejus caput eſt Valentia, *Valencia*, aliæ urbes præcipuæ ſunt Segobriga, *Segorvo*, Orcelis, *Orighvella*, Sativa, *Xativa*, Illici, *Elche*, & Alona, *Alicante*.

Valentianæ, Valentinianæ Reginoni, Valencenæ in vitis Sanctorum Belgii, Valentinianenſes libro Notitiæ, *Valenchiennes*, urbs Bèlgii ad Scaldim fluvium, Hannoniæ præcipua & poſt Montes primaria, inter illos & Cameracum, 7. leucis, à Tornaco S. in meridiem. Argi. nart.

¶ Valentiniana, urbs alias Nerviorum, nunc Belgii, in Comitatu Hannoniæ, *Valleneiennes* dicta. Elegans eſt & permunita, 5. leucis diſtans a Tornaco in meridiem. Quercetum versùs 2. & media inter Montes ad Cæciam & Cameracum in Africum 6. leucis, in ipſo limite Auſtrebantii tractus.

Valentinum forum. Vide Forum Fulvii et Valentia. Plin.

Valeranica, *Berlanga*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in regno Caſtellæ, ad Durium fluvium, inter Numantiam et Uxamam, teſte Joanne Mariana. Scrip. Hiſp.

¶ Valeranica, quibuſdam eſt *Berlanga*, oppidum Caſtellæ veteris, intra montes, 7. leucis ab Uxama in Boream, uti a Durio fluvio et paulò minùs a Numantia in occaſum.

Valeria, regio Pannoniæ ſuperioris, inter Draum et Saum, ultra Draum extenſa, nunc *Stiria*, et *Steymarck*, non tamen tota, ſed ea pars, quæ Hungariæ adjacet ad occaſum. Cujus urbes Græcium, primaria et caput, Pœtovio, Caſtra Variana, Murſpons et oppida complura. Sedes principis eſt Græcium; quod olim Savaria (cum fluvio alluente) dictum putatur.

¶ Valeria provincia erat Pannoniæ inferioris, inter Danubium et Dravum fluvios, et magis versùs Danubium extenſa, circa Solvam, Aquincum et Statuas Coloſſas, teſtibus Sexto Rufo et Jornande: et longè a Stiria in ortum; ubi hodie pars Hungariæ inferioris.

Valeria item, regio Latii, iuxta lacum Fucinum (ubi Valeria urbs, quæ et Marſi, ad lacum prædictum, epiſcop. ubi nunc Piſcina oppidum ſedes Epiſcopi Marſicani:) cuius urbes, Valeria ſive Marſi, Carſeoli, Amiternum, Furconium, et Reate. Via verò Valeria, quæ ad eas urbes ducebat per Tybur, a Strabone memoratur, vulgò *il Piano di Perito*, et *della Cella*, teſte Ciofano. D. Gr. P. Di.

Valeria, *Valeria*, colonia & urbs olim Hiſpaniæ Tarraconenſis, epiſcopalis, exciſa, nunc pagus mediterraneus, apud Sucronem fluvium, triplex, *Valeria de Suſo*, *Valeria la Vieja*, & *Valeria Guemada*, teſte Ambroſio Morali, à Concha urbe (quæ illi ſucceſſit, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano) 7. leucis, quæ in veteri inſcriptione appellatur Colonia Iulia Valeria. Plin. Ptol.

¶ Valeria, quæ antea Caſtrum altum, urbs fuit Celtiberorum juxta Sucronem fluvium, quæ à multis *Cuenca* creditur, urbs Caſtellæ novæ in tractu montuoſo dicto, cujus caput exiſtit.

Valerii villa, Valeriana villa Vopiſco, locus Brutiorum, apud Rhegium urbem. Ptol.

Valerius, *Ciradio* hodie, fluvius Corſicæ apud Niolum oppidum oriens et per agrum Nebienſem in mare Liguſticum decurrens ad arcem S. Florentii. Sed Volerius apud Ptolemæum in codice Græco *Rigi* aliis, nam *Ciradio* eſt Circidius. Cic.

¶ Valerius, ſeu meliùs Volerius, fluvius parvus

Corſicæ. Nunc *fiuminale di S. Fiorenzo* dicitur, prope Nebii rudera labitur & in ſinum S. Florentii ſe exonerat.

¶ Valeſia, *le VValais*, pars ampla Helvetiorum, ubi aliàs Seduni & Veragri populi Galliæ Narbonenſis. Dicitur a quibuſdam Valleſia & Valinſa, ſed malè, extenditurque ab ortu in occaſum inter Helvetios ad Boream, & ortum, Ducatus Mediolanenſem, & Auguſtanum ad meridiem, & Sabaudiam ad occaſum. Provinciæ caput eſt Sedunum, *Sytten* Germanis, *Syon* Gallis: alia oppida ſunt Martinacum *Martinach*, & Agaunum *S. Maurice*. Valeſii autem multa fœdera cum Helvetiis ſanxere variis temporibus; tandemque anno 1533. perpetuum fœdus omnino firmatum fuit; & eorum tractu *Valliſſerlandt* dicitur à Germanis.

¶ Valeſium, *le Valois*, tractus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, Ducatus titulo inſignitus, versùs Oeſiam fluvium, ubi urbs Crepiacum, *Crepy* cognomento *en Valois*, tractus caput.

¶ Valeta, *la Valete*, urbs recens, ſed munitiſſima Melitæ inſulæ in mari Siculo, à Joanne *de la Valette pariſot* Gallo, magno Magiſtro Ordinis S. Joannis Hieroſolimitani excitata ultimo ſeculo poſt ſolutam Melitæ obſidionem. Perculta eſt & lepida in ora Boreali inſulæ cum portu capaciſſimo. In ea commoratur magnus Magiſter Ordinis; eique adjacet arx S. Elmi in ſcopulo.

Vet. Tra. Validum, *Gualdo*, teſte Flondo, oppidum Umbriæ, inter Nuceriam urbem 7. & Sigillum oppidum 6. mill. paſſ. Calium versùs.

Vet. Inſcr. Valinſa regio, Vallenſes libris Notitiarum. Valinſani in libris Concilior. populi Galliæ circa Rhodanum, inter Allobroges ad occaſum, & Lepontios ad ortum, ubi Seduni populi & Vagri, nunc *Vvalliſſerlandt* Germanis, & *Valleſiani* Italis, Helvetiis fœderati; quorum Sedunum urbs caput eſt.

¶ ValKonienſis Comitatus dicitur meliùs Valponienſis, le *Comtè de Valpon*; eſtque provincia regni Hungariæ, in Raſcia, ſub dominio Turcarum. Vide Valponienſis.

Ant. Vallata, *Vanenza*, ſeu *Vaneza* hodie, teſte Cluſio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaccæis, & regno Legionenſi, circa Aſturicam urbem, inde 2. leucis Legionem versùs.

Vallatum, *Veillenbach*, ſeu *Feillenbach*, teſte Lazio, oppidum Vindeliciæ olim, nunc pagus Bavariæ, inter Abuſinam & Summontorium 4. leucis plus minùs. Aliis *Pfal* dicitur.

Vallenſes. Vide Valinza, ſeu Valinſa.

Lib. Not. Vallencenæ, quaſi vallis cygnorum, *Valenchiennes*; urbs Hannoniæ, ad Scaldem fluvium, circa Julii Cæſaris tempora condita eſt veteri traditione, inter Cameracum ad auſtrum 7. & Tornacum in Boream 8. leucis. (*Vide Valentiana.*)

Scrip. Gall. Valleſia & Valleſii, ſeu Valeſia & Valeſii, olim Seduni, (tametſi Valeſii magis Sedunis patent) regio & populi Galliæ Belgicæ, Allobrogibus & Helvetiis finitimi, ſic à vallibus longis, vel multis dicti, per quos Rhodanus fluvius inter ortum ſuum & Lemannum lacum decurrit, ubi Sedunum primaria urbs. Vide Seduni. Eſt & Valeſia regio Galliæ Belgicæ, inter Picardiam & Campaniam, in qua Silvanectum urbs, vulgò *Valois*.

Valli, populi Aſiæ, inter montes Gordiæos & portas Caucaſias.

¶ Vallia, *Principautè de Galles* Gallis, *VVales* Anglis, *Zambre* Britannis, aliàs etiam Cambria dicta, pars eſt occidentalis regni Angliæ, antea regionem ſeparatam faciens ſub propriis Principibus uſque ad Leolinum; quo cæſo, Eduardus filius primogenitus Henrici III. Regis Angliæ Valliæ Princeps dictus fuit, ut & deinceps ceteri primogeniti Regum Angliæ. Diviſa fuerat aliàs in tres partes, nempe in Venedotiam, in Poviſiam & in Dehenbartiam: ibique fuerant aliàs Demetæ, Ordovices & Silures populi. Nunc autem diſtinguitur tota Vallia in Valliam Borealem, *North VVales*: et in Valliam Auſtralem, *South VValles*: ſub quibus ſunt duodecim provinciæ, ſeu Comitatus; nempe in Vallia Boreali Comitatus Flintenſis, *Flintshire*, Denbighenſis, *Denbighshire*, Arvonia, *Carnarvanshire*, Mervinia, *Merionethshire*, Mongomerienſis, *Mongomeryshire*, & Mona inſula, *Angleſey*: in Vallia autem Auſtrali ſunt Comitatus Ceretica, *Cardiganshire*, Radnoria, *Radnorshire*, Brechinia, *Brecknockshire*, Glamorgania, *Glamorganshire*, Maridunenſis, *Caermardenshire*, & Penbrochienſis, *Penbrockshire*. Comitatus autem Monumetenſis revulſus fuit à Vallia ſub Henrico VIII. Rege, & Angliæ additus. Valliæ major longitudo à ſeptentrione in meridiem eſt 120. mill. paſſ. latitudo verò major eſt 80. minor autem 50. circiter.

(*Valliæ urbes*:

Arvornia, Carnaruan.
Bangoria, Bangor.
Bellomariſcus, Bevvmaris.
Brechinia, Breknock.
Cardiffa, Cardiffe.
Ceretica, Cardigan.
Denbighia, Debigh.
Harlecum, HarlecK.
Maridunum, Caermarden.
Mons Gomericus, Montgomery.
Penbrochium, PenbrocK.
Radnoria, Radnor.)

Vallis Cariniana, ſive ut alii legunt, Carmiana, *Babolitza Carethna*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ inferioris.

Vallis Eccleſiæ, ſeu Villa Eccleſiæ, urbs Sardiniæ epiſcopalis, in ora occidua, inter inſulam Sulcitanam & Calarim, *Villa di Chieſa*, à Calari 30. mill. paſſ. cujus epiſcopatus Archiepiſcopatui Calaritano junctus eſt. Appellatur & Eccleſiæ, *Ygleſias*, apud ſcriptores Sardiniæ numero plurali, eò ſede epiſcopali Sulcitana olim tranſlata. (*Vide Villa Eccleſiæ.*)

Vallis Quirini, locus Romæ, inter colles Quirinalem, & Viminalem, ubi Templum S. Vitalis.

Vallis regia, *Vaire*, pagus in agro Genuenſium, apud montem Apenninum, à Genua 10. mill. paſſ. diſtans. *Vet. Trad.*

¶ Vallis Tari, *Val de Taro*, tractus Italiæ prope fontes Tari fluvii & ad radices Apennini, inter Ducatus Parmenſem ad ortum, Placentinum ad Boream & occaſum, & ditionem Genuenſem ad meridiem. Antea Principes habuit proprios è gente Landorum: nunc autem pro majori parte ſubeſt dominio Ducis parmæ; vixque princeps Vallis Tari, nunc è gente Auria ſervare potuit Campianum cum aliquot aliis locis. Dicitur hic tractus ab Italis *Stato di val di Taro*, ibique oppidum eſt præcipuum *Borgo val di Taro* dictum.

Vallis Telina, *Valtellina*, regio Inſubriæ in Rhætorum confinio, per quam Addua fluvius decurrit, inter ortum illius & Larium lacum 60. mill. paſſ. longa. A Telio caſtro nomen habet; licet nonnulli illam, ex quadam nominis alluſione decepti, Volturrenam à veteribus dictam velint. De hac maxima noſtra tempeſtate inter Gallos, Hiſpanos & Venetos decertatio fuit: ab Hiſpanis (quibus ſeſe Valtelinenſes dederunt) Gregorio XV. Pontifici Maximo tradita & ejus judicio commiſſa; ſed ſub Urbano VIII. Gregorii ſucceſſore à Gallis & Venetis capta; nunc denique diù Ducatu Mediolanenſi militaribus copiis gravato, pace inter Gallos & Hiſpanos confecta, rurſus Pontifici Maximo, qui illam Catholicis reſtituat, anno ſalutis 1626. a mandatis copiis extra Italiam, reſtituenda putatur. *Scrip. Inſub.*

¶ Vallis Tellina, *la Valteline* Gallis, pars fuit Rhætiæ antiquæ, ubi Vennones populi, ſeu Vennonetes; nuncque etiam ſubeſt dominio Rhætorum, quamvis pluries ab Hiſpanis tentata irrito ſemper conatu, Vallis eſt fertiliſſima & oblonga, ab ortu in occaſum extenſa inter Rhætos ad Boream, & dominium Venetum ad meridiem. Vide Tellina Vallis.

Valliſoletum (olim Pintia, ut aliquibus videtur) *Valladolid*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Vaccæis & regni Legionenſis confinio, ad Piſoracam fluvium, quam à Gothis anno ſalutis 625. conditam tradunt, olim ſedes Regum, nunc urbs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Toletano, ex primis Hiſpaniæ urbibus, à Burgis 22. leucis in occidentem, & Africum, Salmanticam versùs totidem, à Legione 18. à Philippo II. Rege urbs effecta. Ea totius Caſtellæ & adjacentium regionum conventus eſt juridicus & Academia haud obſcura. *Vet. Trad.*

¶ Valliſoletum, *Valladolid*, aliàs pintia dicta, urbs eſt Caſtellæ veteris in ipſo limite regni Legionis, 16. leucis Hiſpanicis diſtans à Burgis in Africum, 22. à Legione in Eurum & 14. à Sentica in ortum; eſtque elegans & culta: & in ea obiit die Jovis 20. Maii anno 1506. Chriſtophorus Columbus ſeu Colonus magnus ille Argonauta, qui primus Indiam occidentalem, ſeu Americam

dete-

detexerat anno 1492. & ejus corpus translatum ſuit Dominicopolim in America ex ipſius mandato. Huius tanti viri epitaphium ſic refertur à Ioanne de Caſtellanis in ſuo tractatu de viris illuſtribus Indiæ:

Hic locus abſcondit præclari membra Coloni,
Cuius ſacratum nomen ad aſtra volat
Non ſatis unus erat ſibi mundus totus, & orbem
Ignotum priſcis omnibus ipſe dedit.
Divitias ſummas terras diſperſit in omnes,
Atque animas cœlo tradidit innumeras.
Invenit campos divinis legibus aptos,
Regibus & noſtris proſpera regna dedit.

¶ Valliſoletum, *Valladolid*, urbs recens Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania & in Jucatania regione versùs oram ſinus Honduræ & inſulam Cozumelam dictam, in tractu feraci, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Valliſoletum, *Valladolid*, ſeu *Cammayana*, urbs Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania & in provincia Hondura, cujus primaria exiſtit; eſtque epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Mexicano ab anno 1588. versùs montes & media inter mare Boreale & mare Pacificum, ſub Hiſpanis.

¶ Vallis Umbroſa, *Vall' ombroſa*, monaſterium in agro Florentino intra excelſos Apennini colles, à S. Joanne Gualberto illius ordinis fundatore anno 1070. extructum. 18. milliaribus diſtat a Florentia in ortum, & 7. ab Arno fluvio.

¶ Vallocuria, *VValcourt*, oppidum Belgii in Hannonia provincia, Leodienſis tamen ditionis ad amnem *Heuze*, vix 2. leucis a philippopoli in Circium, Binchium versùs 5. circiter.

Int. Vallum, *the Pictſvval* adhuc dictum, murus Albionis, quem Hadrianus Imperator inter Britanniam I. hoc eſt, Angliam & Britanniam II. hoc eſt, Scotiam ad reprimendas barbarorum incurſiones ædificavit, teſte Æliano Spartiato. Vide Hadriani murus, ſive Murus Hadriani: qui murus 80. mill. paſſ. in longitudinem à mari ad mare patebat. Vallum quoque, ſeu murus Sinas à Seribus ſeparans in longitudine 600. mill. paſſ. prætenditur.

tol. Valon, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ in Oceanum Atlanticum inter Exiliſſam ad Boream & Tingim ad meridiem exiens.

¶ Valoniæ, *Valognes*, oppidum Galliæ in Normannia inferiori & in Conſtantienſi tractu, quatuor leucis ab ora littorali maris Britannici, uti à Cæſarisburgo in meridiem & 12. à Conſtantia in Boream.

¶ Valpo ſeu Valcum quibuſdam, *Walpon*, urbs Hungariæ Valponieſis Comitatus caput, in Sclavonia ad amnem cognominem, ſub dominio Turcarum ab anno 1543. vix 6. mil. paſſ. diſtat à Dravo fluvio in meridiem, & 25. à Danubio in occaſum, uti 10. a Murſa; forſanque aliàs Cibalæ dicta fuit.

lin. ¶ Valponienſis Comitatus, *Comtè de walpon*, pars eſt regni Hungariæ in Raſcia. Dicitur aliter Comitatus ValKonenſis; eſtque inter Comitatus Varanienſem ad Boream, Poſegienſem ad occaſum & Sirmienſem ad auſtrum, Danubiumq; fluvium ad ortum, ſub dominio Turcarum. Eius verò caput eſt Valpo.

Valvenſis Epiſcopus, idem Sulmonenſis, in Pelignis, à Valva agro in territorio Sulmonis dictus. Cujus ſedes aliquando à Sulmonenſi ſeparata fuit.

¶ Vana, *Wana*, fluvius Croatiæ in regno Hungariæ. Vihitzam rigat; & deinde in Savum fluvium cadit in ipſo limite Croatiæ ſupra Gradiſchiam; diciturque à quibuſdam Una.

Vanacini, populi Corſicæ, circa Sacrum promontorium incolentes, nunc *di Capo Corſo*, ubi Centurinum oppidum, in Boream maximè vergentes.

Vandali, qui & Venedi, Fenni & Sclavi poſterioribus, populi Septentrionales, qui non ſolùm Germaniam ad oram maris Baltici, ubi Ducatus Megalopolitanus eſt, Vandalia olim dictus, tenuere; ſed etiam per pomeraniam, poloniam, Sleſiam, Bohemiam, Ruſſiam & Dalmatiam, teſte Alberto Krantzio, effuſi ſunt; ſicut & in Galliam, ac in Hiſpaniam progreſſi, ibi ſedes in Bætica locarunt, quæ propterea Vandalia, ſeu Vandalitia, *Andaluzia*, magna ex parte, nominatur: inde in Africam traiicientes, illam occuparunt, diùque hanc tenuerunt; ſicuti & Sardiniam, ſub Geinſerico Rege. Alii Vandalos, à Vanda Regina dictos, primò in polonia circa Viſtulam fluvium habitaſſe ferunt. Alii à Vandolo Tuiſconis filio & Manni nepote, dictos volunt, ex Beroſo. Regio Vandalia & Vandalis apud poetas gemina: una in Germania, *MecKelburg*; altera in Hiſpania Bætica, *Andaluzia*. De Vandalis Prudentius lib. 2. contra Symmachium:

Deinque Romanus, Daca, Sarmata, Vandalus, Hunus.

In Theſauro Linguæ Latinæ putantur eſſe, qui plinio & Straboni Vindelici dicuntur, errore manifeſto; cum hi in Bavaria, illi in ora maris Baltici fuerint. A Vandalis nomen gentis Vandalicus deducitur. Unde Vandalici gladii apud D. Proſperum Aquitanicum cladem Gallis a Vandalis illatam deplorantem ſic:

Heu cęde decenni
Vandalicis gladiis ſternimur, & Geticis.

Wandali etiam gemino *v.* ſcribitur.

¶ Vandalia, *Wenden*, tractus eſt Germaniæ in pomerania ulteriori, in ora maris Baltici; ubi urbes Rugenvaldia & Stolpia, inter Ducatum Caſſubiæ ad occaſum, & dominium Lauvenburgenſe ad ortum, in ditione Brandeburgica.

¶ Vandalitia, *Andaluzia* incolis, *Andalouzie* Gallis, regnum eſt Hiſpaniæ, ubi aliàs Bætica. Terminatur a ſeptentrione Extremadura provincia & Caſtella nova, ab oriente regno Granatenſi, ab occidente portugallia & a meridie Oceano, & mari Mediterraneo; ibique Mauri duo regna conſtituere, Cordubenſe et Hiſpalenſe, quæ poſtea Caſtellæ adjuncta ſunt per Ferdinandum III. cum ex ea regione Mauros Granatam compuliſſet. Regio eſt miræ fertilitatis, in qua nihil ad vitam, nihil ad delitias deſit. A Bæti fluvio in duas partes ferè ſcinditur; & dicitur etiam Andaluzia à recentioribus. Eius autem primaria urbs eſt Hiſpalis.

(*Vandalitiæ urbes*:
Aſindum, Medina Sidonia.
Aſta Regia, Xerez de la Frontera.
Aſtigi, Ecia.
Batia, Baeca.
Calpe, Gibraltar.
Corduba, Cordova.
Gades, Cadiz.
Gienna, Iaen,
Hiſpalis, Sevilla.
Ubeda, Ubeda.
Urſao, Oſſona.)

¶ Vandalizia nova, *nueva Andaluzia* Hiſpanis, *nouvelle Andaluzie* Gallis, regio Americæ meridionalis, in Terra firma, versùs oſtia fluvii Orenoci, ſeu pariæ. Dicitur aliter paria; eſtque inter Guayanam ad ortum & Venezuelam ad occaſum; ubi Comana, ſeu nova Corduba urbs præcipua cum aliquot coloniis Hiſpanorum.

¶ Vangena, *VVangen*, urbs imperialis Germaniæ, in Svevia provincia, ad Argum fluvium, 3. milliaribus Germanicis diſtat à lacu Conſtantienſi, & 6. a Memminga in Africum. Dicitur ab aliis Vemania, & Vimania. Vide ibid.

Vagiones, *Vvorms*, populi & urbs Germaniæ ſuperioris ad Rhenum, in Palatinatu, epiſcopalis ſub Arch. Moguntino, VVormacia nunc, & olim Borbetomagus, inter Spiram ad auſtrum 6. & Moguntiam in Boream 7. leucis, urbs libera. Lucanus lib. 1. Cæſ.

Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo
Stridentes acuere tubæ.

In Theſauro Linguæ Latinæ ponuntur vicini Coloniæ Agrippinæ, à qua plurimùm diſtat, intercedentibus Moguntia, Bingio, Bodobriga, Confluentibus, & Bonna.

Vannia, (licet aliqui Vaunia legant) *Lovino*, teſte Ortelio, oppidum Bechunorum, inter Inſubres & Cenomanos Caraccæ, ſeu Carracæ oppido finitimum. Ptol.

¶ Vannia ptolemæo, cuius oppidani Vannienſes, oppidum fuit Euganeorum, hodie *Civeda*, caſtrum Vallis Camonicæ in agro Brixiano, & in dominio Veneto, ad fluvium Ollium, 30. milliaribus à Brixia diſtans in Boream.

Vapingum, Vapinquum Aimoino, Vapincum libro Conciliorum, *Gap*, teſte Simlero, urbs Galliæ Narbonenſis, in Delphinatu; apud Alpes Cottias, epiſc. ſub Archiepiſcopo Aquenſi, inter Ebredunum 7. & Diam in occidentem 9. leucis. Ant.

¶ Vapincum, *Gap*, urbs aliàs Caturigum caput, nunc in Delphinatu & in confinio provinciæ. Satis eſt munita, cum arce *Puymore* dicta in colle, vix 2. leucis ab

Iſa-

Iſara fluvio, & 7. à Seguſterone in Boream, 6. autem ab Ebreduno in occaſum.

Vet. Trad. Vaprium, *Vavaro*, teſte Merula, oppidum Inſubriæ, ad Adduam fluvium, contra Oſtia Brembi fluvii, in agro Mediolanenſi, non obſcurum, à Mediolano 20. mill. paſſ. à Tritio 6.

Ptol. * Vara, *Murray Firth*, teſte Buchanano, fluvius Albionis, per Moraviam regionem Scotiæ in ortum fluens. Aliis eſt *Gloyd*. Sed vide Bara. Quidam Varar perperam legunt. Eſt autem Varar, ſeu Vara, uti apud Ptolemæum, etiam oppidum Scotiæ, ad oſtia fluvii cognominis; quod *Dunbar*, quaſi Varæ caſtrum nominatur. (* in Seldeni manuſcrip. *Oyarar*.)

¶ Vara, ſeu Varar æſtuarium, eſt *Murray firth*, ſinus Scotiæ Borealis & pars Oceani Germanici, inter Moraviam provinciam, & partem orientalem Roſſiæ provinciæ: eique adjacent Innernium & Chanonricum oppidum. Vara autem oppidum Scotiæ cis Taanæ, ſeu Meridionalis à multis creditur Dumbarum, *Dumbar*, caſtrum tenue Lothianæ provinciæ in ora Oceani Germanici, ubi acriter dimicatum inter Anglos & Scotos anno 1650. Diſtat 26. mill. paſſ. ab Edimburgo in ortum.

Prov. Rom. Varadinum, *Vvaradin*, *Vvardein*, & *Varadin*, urbs Jazygum Metanaſtarum, in Hungaria Tranſdanubiana, apud Tranſylvaniæ confinia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocenſi, inter Solnocum ad occaſum & Albam Juliam ad ortum, ſupra 12. leucas, inter Budam & Temeſvariam, inde ad 80. hinc ad 60. mill. paſſ. totidem à Cibinio urbe Tranſylvaniæ.

Varadinum, *Varadin*, Germanis *Gros Wardein*, urbs eſt permunita Tranſylvaniæ, in limite Hungariæ, ad *Sebeskerez* fluvium, ſub dominio Turcarum ab an. 1660. Diſtat 22. mill. paſſ. à Julia in Boream, 90. ab Alba Julia in occaſum, Budam verſùs 10. longiùs à Cibinio.

¶ Varalii, Illyrici populi, Ardiæorum pars, deinde Narentani, & Calmitæ dicti, vel Zachlumitæ Porphyrogennetæ.

¶ Varallum, *Varallo*, oppidum Italiæ, in Ducatu Mediolanenſi, ad Saſſitem fluvium, in limite agri Vercellenſis. Diſtat 15. milliaribus à Lacu Lario in occaſum, & 12. à Maſſerano. Ibi mons celebris ſeceſſu S. Caroli Borromæi.

Plin. Varamus, fluvius Venetiæ, in Anaſſum, ſive Plavem apud Belunum urbem influens, *Varamo* adhuc nominatus; licet Leander *Caloro* dici ſcribat.

¶ Varanienſis Comitatus, *le Comtè de Baranyvvar*, provincia eſt Hungariæ inferioris, in limite Raſciæ, verſùs confluentes Dravi fluvii in Danubium, inter Comitatus Bathienſem, Bodroghienſem, Tolnenſem, & Valponienſem, ſub dominio Turcarum. Ejus oppidum præcipuum eſt Varanium, ſeu Varonianum, *Baranyvvar*, ad amnem Craſſum, 12. mill. paſſ. à Bodroco in occaſum, Quinque Eccleſias verſùs 30. circiter.

¶ Varanus lacus, *Lago Varano*, lacus regni Neapolitani, in Capitanata provincia & in ora maris Adriatici, ad radices montis Gargani, 16. mill. à Manfredonia in Boream; eſtque circuitus 15. mill.

¶ Varaſdienſis Comitatus, *le Comtè de Varaſdin*, pars eſt regni Hungariæ, in Sclavonia, verſùs Dravum fluvium, & confinia Stiriæ provinciæ, qua terminatur ad occaſum; ſicuti Hungaria inferiori ad Boream, & Riſienſi Comitatu ad ortum, & meridiem. Subeſt dominio Auſtriacorum & ejus caput eſt Varaſdinum, *Varaſdin*, ad Dravum.

¶ Varaſdinum, *Varaſdin*, & *Varadin*, urbs munita Hungariæ, in Sclavonia, ad Dravum fluvium, in limite Stiriæ, ſub dominio Auſtriacorum, 17. mill. paſſ. à Pœtovione diſtat in occaſum.

Ptol. * Varbata urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, mediterranea, Celamæ, & Lanigaræ proxima, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi. (* Urbara rectiùs, ut in pleriſque codicibus.)

¶ Varburgum, *Vaersborg*, oppidum munitum Sveciæ, in Hallandia provincia, cum arce, & portu in ora maris Baltici, 35. mill. paſſ. diſtat à Gottemburgo in meridiem, Helmoſtadium verſùs 5. uti 6. milliaribus à Caſtro Elſeburgo.

Vet. Inſ. Varcilienſes, populi Hiſpaniæ Terraconenſis, quorum pagus *Varcile*, teſte Morali, ad Tagum fluvium, apud Toletum. Alibi ab eodem Morali *Valtierra* oppidum putatur. Et Henrico Coquo eſt *Arganda* oppidum Compluto finitimum, inde 4. leucis Cincum verſùs.

Plin. Vardæi, populi Dalmatiæ, apud Cumanum, ſive Onæum promontorium, nunc *Pilari*, quorum urbs Stagnum nominatur. Hos Plinius vocat populatores Italiæ. (*Vide Ardai*.)

¶ Vardhuſiana Præfectura, *Gouvernement de Wardhus*, pais ſeptentrionalior regni Norvegiæ, verſùs promontorium Boreale, ſub dominio regis Daniæ. Terminatur à ſeptentrione mari Boreali, ab oriente Lapponia Moſcovitica, ab occaſu Nidroſienſi Præfectura, & à meridie Lapponia Svecica. Dividitur in duas partes, nempe in Finnomarchiam, quæ ad ſeptentrionem, & in Lapponiam Norvegicam, quæ in meridiem extenditur verſùs Sveciam; ibique tantùm ineſt caſtrum Vardhuſium præcipuum cum aliquot oppidulis nullius nominis & inſulis *Magger*, & *Surroy* dictis.

¶ Vardhuſium, *Wardhus*, caſtrum regni Norvegiæ in inſula Varda, *Wardhus*, parva admodum, in ora Boreali Norvegiæ & in Oceano ſeptentrionali, verſùs confinia Lapponiæ Moſcoviticæ, 120. mill. paſſ. diſtans a promontorio Boreali in Eurum, ſub dominio Regis Daniæ, & ab eo tractus adiacens dicitur Vardhuſiana Præfectura. Caſtrum autem Vardhuſium ambitu parvum eſt & vetuſtate ferè collapſum, nulla turri, nulliſque alicujus momenti operibus munitum. Oppidulo jungitur, præter caſulas piſcatorias, nullas alias ædes complectenti; eſtque in inſula parva in ora Oceani Septentrionalis, ſeu Glacialis, vix 30. mill. paſſ. diſtans in occaſum à confinio ditionis Moſcoviticæ.

Varduli, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad oram Oceani Cantabrici, in Aquitaniæ confinio, inter Vaſcones & Cantabros. Quorum regio *Guipuſcoa*, teſte Stephano Garibæo, dicitur: cujus Toloſa oppidum primarium eſt.

¶ Varduli, populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſub Cantabris, inter Vaſcones ad ortum, & Autrigones ad occaſum, atque ab Oceano ad Iberum fluvium extenſi, ubi hodie Ipuſcoa provincia, *Guipuſcoa*, cum majori parte Alavæ tractus. *Plin. Mel. Ptol.*

¶ Varendorpium, *Varendorp*, oppidum Germaniæ, in Weſtphalia & ditione Monaſterienſi, ad Amaſium, fluvium, 12. mill. paſſ. diſtat à Monaſterio in ortum; eſtque munitum, ſed nuper fœdo vaſtatum incendio.

¶ Varennæ, *Varennes*, urbecula Galliæ, in Borbonienſi tractu, ad Elaverem & in limite Alverniæ inferioris, quinque leucis ſupra Molinum in meridiem.

Varentanum, *Valentano*, oppidum Thuſciæ mediterraneum, apud lacum Volſinienſem, in Ducatu Caſtrenſi, ab Aquula 10. mill. paſſ. in meridiem, quot à Monte Phyſcone in occaſum. *Ant.*

Vargiones, populi Germaniæ, in Svevia, circa ortum Danubii, quorum tractus *Bar*, vel *Baar* Comitatus nominatur. *Ptol.*

Varia, *Varea*, teſte Stephano Garibæo, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Iberum fluvium, ubi is incipit navigari, quaſi 2. mill. paſſ. à fluvio diſtans, apud Logronium, ſed, teſte Morali, eſt ipſum *Logrono*, urbs in confinio Caſtellæ veteris & Navarræ ad Iberum: quod potiùs Varia nova dici debet; Varia verò vetus, *Varea* nunc pagus. *Strab. Plin. Ptol.*

Variana, quæ & Varia caſtra, libro Notitiæ, *Vvaraſdin*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, in Stiria, apud fines Hungariæ & Croatiæ, à Pœtovione 4 leucis in ortum apud Dravum fluvium. Vel, teſte eodem, *Waram*, pagus ejuſdem tractus. *Ant.*

¶ Variana ab aliis ponitur in Pannonia Savia, ad Savum fluvium, ubi hodie *Velica*, oppidum Zagrabienſis Comitatus in Sclavonia, medium ferè inter Gradiſchiam ad ortum, & Zagrabiam ad occaſum, in ipſo limite Croatiæ.

Variana item Antonino, *Brannicero*, teſte Lazio, oppidum Myſiæ inferioris, apud Danubium, ultra Ciabrum fluvium 30. m. paſſ. ab Oeſco 15. in occidentem. Licet Ortelius Variana Myſiæ cum varianis Pannoniæ confundat.

Varianus vicus, *Figarolo*, teſte Leandro, quaſi vicus Aurelii, pagus Venetiæ, apud Padum fluvium, à Ferraria urbe 15. mill. paſſ. in occaſum. Licet diſtantia apud Antoninum repugnet; ponitur enim à monte Anejano 17. mill. paſſ. diſtans: ubi fortè 27. legendum eſt.

Tac. Varini, Varrini Plinio, populi Germaniæ, quos variè indigitant: nam Willichio *Neuvve Marcht*, ideſt, Nova Marchia, eorum regio eſt, in qua Francfurtum urbs ad Oderam. Althamero ſunt Vvarmienſes in Pruſſia; (ſed hi ſunt in Sarmatia, non in Germania) Lazio verò horum oppidum *Veringen* eſt in Svevia, inter Pſullendorſum ad auſtrum 3. & Reutlingam ad Boream ſupra 2. leucas, à Tubinga 3. in Euronotum.

¶ Varini populi erant ubi nunc pars Ducatus Megalopolitani, in Saxonia inferiori. Ibi etiamnum fluvius *Warne* & oppidum *Waren*; aliàs Varinum dictum, teſtibus Cluverio & Brictio.

Ant. Varis, *Bod-Vary* Camdeno, oppidum Albionis, in Vvallia, in Comitatu Flintenſi, inter Segontium ad occaſum 43. & Devam in ortum 23. mill. paſſ. non longè ab urbe Aſaphenſi & oſtio Tœſobis fluvii, Igeniæque, *Tegengil*, oppido vicinum.

Ptol. Variſti, qui Nariſci Tacito videntur, (utroque enim modo apud Capitolinum legitur) populi Germaniæ. Vide Nariſci.

Scrip. Ptol. Varmia, *Vvarmerlandt*, regio Pruſſiæ, in Sarmatia & regno Polonico; cujus Epiſcopus Varmienſis, Brunsbergæ, quæ urbs clara inter Dantiſcum & Regium Montem reſidet (*in Pruſſia regia*.)

Nice. Varna, quæ & Barne, urbs Archiepiſcopalis Myſiæ inferioris, apud oram maris Euxini, Calati, nunc *Calliacra* finitima, in auſtrum recedens, olim Dionyſiopolis, eadem metropolis cum Tiberiopoli, licèt urbes diſtinctæ ſint.

¶ Varna, etiamnum *Varne* dicitur; eſtque urbs culta, cum portu, in ora Ponti Euxini, nota clade Chriſtianorum, ſub Uladislao Rege Ungariæ anno 1444. Sita eſt ad oſtia fluvii cognominis, 40. mill. paſſ. diſtat à Siſopoli in Boream, uti 16. à Roſito, longè autem à Caliaca in meridiem; ſubeſtque dominio Turcarum.

¶ Varnetonium, *Varneton*, oppidulum Belgii, in Comitatu Flandriæ, ad Legiam fluvium, medium inter Ipras & Inſulas, ſub dominio Francorum, pace ad Aquiſgranum.

Varonianum, *Barronivvar*, teſte Lazio, oppidum Panoniæ inferioris, apud Danubium, inter Altinium ad Boream, & Valcum ad meridiem, ſupra quatuor leucas, à Quinque Eccleſiis 7. in ortum, Comitatus non obſcurus.

¶ Varta, *VVarte*, fluvius Poloniæ. Oritur in Polonia ſuperiori; & paulò poſt per inferiorem Poloniam fluens, ibi Siradiam & Poſnaniam rigat; deindeque auctus Obra, Noteſco & Proſna fluviis, infra Landſpergam in Oderam ſe exonerat prope Cuſtrinum arcem in Marchia Brandeburgica.

¶ Varvicenſis Comitatus, *VVarvickshire*, provinciæ eſt Angliæ, inter Leiceſtriam, & Northantoniam Comitatus ad ortum & Vigorniam ad occaſum, ubi aliàs Cornavii populi. Ejus caput eſt Varvicum.

¶ Varvicum, *VVarvick*, urbs Angliæ, ad Avonam fluvium, Comitatus cognominis caput, aliaſque Præſidium dicta. 24. milliaribus Anglicis diſtat à Vigornia in ortum & 30. ab Oxonio in Boream, 7. autem à Coventria in meridiem.

Caſ. Strab. Varus, *le Var* Gallis, *il Varo* Italis, fluvius Liguriam, Italiæ regionem à Gallia Narbonenſi, ſive à Provincia, ſeparans, ex monte Cema profuſus, ac in mare apud Nicæam urbem, inter illam & Antipolim, prolabens. Cujus oſtia à Templo Veneris, ſive à Venere Pyrenæa, 277. mill. paſſ. in Boream diſtant, ſeu 2600. ſtadiis ex Strabone. Ejus meminit inter alios Lucanus, lib. 1.

Finis & Heſperiæ promoto milite Varus.

¶ Varus, *le Var*, fluvius Galliæ Narbonenſis; oritur ex Acema monte in Alpibus maritimis, Glannatevamque rigat. Hinc auctus aliquot amnibus, per Provinciam labitur, deindeque ipſam ſeparat à Comitatu Nicæenſi & prope Nicæam, in mare Mediterraneum ſe exonerat. Sed non eſt verus Galliæ & Italiæ limes, cum Comitatus Nicæenſis fuerit pars Galliæ Narbonenſis, uti & poſtea Provinciæ, donec in poteſtatem Ducis Sabaudiæ devenerit: & Italia ſeparatur à Gallia Alpibus maritimis, non autem Varo fluvio, ultra quem ſunt aliquot caſtra Francici juris, uti etiam ſunt citra Varum Sabaudici juris. De his tot incolæ, tot teſtes, quidquid alii in contrarium dicant.

Auſo. Sidon. Am. Vaſatæ, & Vaſates (Vaſſatæ Antonino, Vaſſei Plinio, Vaſſarii Ptolemæo) licèt Ortelius Vaſſates ſcribat, *Bazat*, populi & urbs Aquitaniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Auſcenſi, inter Burdigalam 10. & Auſcos 18. leucis. Tractus *Bazadois*. Auſonius edyll. 2.

Vicinas urbes colui, patriaque domoque;
Vaſates patria, ſed lare Burdigalam.

Scribitur paſſim Vaſſatæ & Vaſſates, ac Vaſatæ, & Vaſates.

¶ Vaſates, populi fuere Galliæ, in Aquitania, inter Nitiobriges ad ortum & Bituriges Vibiſcos in occaſum, prope fluvium Garumnam. Horum tractus hodie *Bazadois* dicitur; eorum autem urbs præcipua Coſſio ſeu Vazates, *Bazas*, urbs eſt epiſcopalis. Vix 3. leucis diſtat à Garumna fluvio in meridiem, 7. à Burdegala in Eurum, Auſcios versùs 15. circiter.

¶ Vaſcitania, *les Baſques*, tractus Galliæ, in Aquitania, versùs Pyrenæos & confinia Hiſpaniæ, ubi Lapurdenſis tractus, *le pais de Labeur* & Navarra inferior, *la baſſe Navarre*. Ejus urbs præcipuæ ſunt, Bajona & Fanum S. Joannis Pedeportuenſis.

Vaſcones, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad montis Pyrenæi radices, in Aquitaniæ confinio, (quorum regio *Navarra*, teſte Tarapha cum aliis) qui montes Pyrenæos in Aquitaniam tranſgreſſi, illi nomen ſuum indidere: nam pars Aquitaniæ inter dictos montes, & Garumnam & Oceanum Aquitanicum comprehenſa, *Gaſcoigne*, & Italis *la Guaſcogna* nominatur. Porrò regnum Navarræ, ſuo Rege defuncto, Ferdinandus Rex Caſtellæ & Aragoniæ, poſt regnum Granatenſe recuperatum, victis Arabibus & ejectis, regno Hiſpaniæ adjunxit anno ſalutis 1592. Romani Pontificis auctoritate. Iuvenalis ſatyra 15. Vaſconum meminit. Plin. Tac. Ptol.

Vaſcones (ut fama eſt) alimentis talibus uſi.

¶ Vaſcones populi fuere Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Iberum fluvium & Pyrenæos montes, uti inter Cantabros, Celtiberos & Ilergetes, ubi hodie regnum Navarræ, quod Ferdinandus V. Aragoniæ Rex ſine cauſa occupavit anno 1492. pulſo inde legitimo Rege, Joanne Albretio ipſius pronepote, nulla fretus Romani Pontificis auctoritate: quòd enim dicunt Hiſpani de quodam diplomate Julii II. fuit tantùm poſt illam uſurpationem & ad ipſorum inſtantiam, ut videre eſt ex temporibus utriuſque, & ut pluribus probat Mezeræus cum aliis. Regni caput eſt Pompelo. Navarra autem ſuperior ab eo tempore ſubeſt Hiſpano. Inferior & minor portio Gallico ſceptro per Henricum IV. legitimum hujus regni hæredem coniuncta eſt. Vide Navarra.

¶ Vaſconia, *la Gaſcogne*, provincia Galliæ. Dupliciter ſumitur vellatè, vel ſtrictè. Vaſconia latè ſumpta continet partem Aquitaniæ, inter Oceanum, Garumnam fluvium, & Pyrenæos montes, ſub qua provinciæ Vaſatenſis, *le Bazadois*, Condomenſis, *le Condomois*, Arminiacenſis, *l'Armagnac*, Beneharnia, *le Bearn*, Bigerenſis, *le pais de Bigorre*, Convenæ, *le pais de Comminges*, Vaſcitaniæ pas, *les Baſques*, Lebretenſis tractus, *le pais d'Albret*, ſeu *les Landes*, & Vaſconia propria, *la Gaſcogne propre*; eiuſque præcipuæ urbes fuere, Aturus, Auſcii, & Vaſates. Vaſconia autem ſtrictè ſumpta continet Vaſconiam veram inter tractus, Arminiacenſem, & Condomenſem, Beneharniamque. Eius urbe præcipuæ ſunt Aturus, Datii, Fanum S. Severi, & mons Martiani; ibique fuere aliàs Eluſates & Datii populi.

Vaſconiæ ſaltus, Vaſconum ſaltus Plinio, tractus inter montem Pyrenæum & Oceanum, pars Hiſpaniæ, in Guipuſcua regione. Vaſconiæ meminit Auſodius in epiſtolis ad Paulinum 25. Auſo.

Vaſconiæ ſaltus, & ninguida Pyrenæi.

¶ Vaſiligroda, *Vaſiligorod*, urbs Moſcoviæ, in Ducatu Novogardiæ minoris, ad Volgam fluvium, 75. mill. paſſ. diſtans à Novogardia minori in ortum. Dicitur aliter Baſiligroda, quòd à Duce Baſilio condita ſit, ubi Sura fluvius cadit in Volgam.

Vaſio, Vaſion Ptolemæo, Vaſſionenſis urbs Sidonio, Forum Vocontiorum Ciceroni, *Vaiſon*, teſte Cœnali urbs Galliæ Narbonenſis, in Provincia, apud fines Delphinatus in Comitatu Avenionenſi, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Avenionenſi, inde 10. leucis in Boream, ab Arauſione 6. a Carpentoracte ſupra 4. Plin. Mel.

¶ Vaſio, *Vaiſon* urbs eſt Galliæ, in Provincia & in Comitatu Vindaxino, ad fluvium *Lovveſe*, in colle, ſub dominio Summi Pontificis. 8. leucis diſtat ab Avenione in Cæciam, uti 4. ab Arauſione & 4. à Carpentoracte in Boream.

Vaſſates. Vide Vaſatæ et Vaſates. Auſo.

Vaſſei

Vaſſei. Vide Vaſatæ, nam iidem putantur.

¶ Vaſſeium, *Vaſſy*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, ad amnem Blaiſam. 10. leucis à Calvomonte in Boream diſtat, & 4. à Fano S. Deſiderii in meridiem. ibi malè habiti fuere Reformati ſub Carolo IX. Rege.

¶ Vaſſerburgum, *Vaſſerburg*, urbs Germaniæ, in Bavaria ſuperiori, ad Oenum fluvium, cum caſtro munito. 7. leucis diſtat à Monachio in ortum, Barchuſiam versùs paulò minùs.

Scrip. Ital. Vaſtalla, *Guaſtalla*, oppidum Galliæ Togatæ, haud obſcurum, ad Padi fluvii ripam, Luceriæ oppido proximum, inter Regium Lepidi & Mantuam, utrinque 18. mill. paſſ. Parmæ propiùs, nuper Ducali titulo inſignitum. Vide Guardiſtallum ſive Guardaſtallum, variè enim apud ſcriptores Latinè nominatur.

Vaſtena, urbs Sueciæ. Vide Vadſtena.

¶ Vaſtinium, *le Gaſtinois*, tractus Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, versùs Belſiam, & juxta Lupiam fluvium, ubi Montargium, Milliacum, Nemurſium, & Moretum, cum aliquot aliis oppidis. Sed ejus periere limites.

¶ Vaterfordia, *Vaterford*, urbs Hiberniæ, in Momonia regione, Comitatus cognominis caput, & totius inſulæ poſt Dublinium præcipua, in ipſo limite Lageniæ, ad Suirium fluvium. Portu gaudet capaci, quanquam 8. mill. paſſ. diſtet ab ora littorali, & 25. à Vexfordia in occaſum.

Vaterfordienſis Comitatus, *Comtè de Vvaterford* Provincia Hiberniæ, in Momonia regione, inter Lageniam ad ortum, Oceanum ad meridiem, Corcagiam Comitatum ad occaſum & Comitatum Triperarienſem ad Boream. Ejus primaria urbs eſt Vaterfordia.

Mar. Vaternus, (vide Vatrenus) fluvius.

Vaticanum, *Baticano* vel *Vaticano*, promontorium Brutiorum, in ora Calabriæ ulterioris, inter Tropeam & Nicoteram ad 4. mill. paſſ. apud Ioppolim oppidum, ubi ſinus Hipponiates terminatur.

Iauen. Prud. Vaticanus mons, unus ex 7. montibus urbis Romæ, *il Vaticano*, ubi S. Petri baſilica, omnes alias baſilicas in toto orbe terrarum magnitudine ſuperans, & palatium Pontificium ampliſſimum: ſic à vaticiniis, quæ ibi fiebant, teſte Gellio libro 16. capite 17. dictus. Cuius meminit Iuvenalis ſatyra 6.

Et Vaticano fragiles de monte patellas.

Plin. Vatrenus, Vaternus Martiali, *Santerno*, fluvius Æmiliæ, ex Apennino monte ſupra Florentiolam oppidum oriens, ac penes Forum Cornelii decurrens, & in Padum infra Lucum oppidum inter Ravennam & Argentam 15. mill. paſſ. influens. Cujus meminit Martialis libro 3. epigrammate 67.

Ceſſatis pueri, nihilque noſtis,
Vaterno Reſinaque pigriores?

Cæſ. Vatuca, *Valckenburg*, teſte Marliano, oppidum Germaniæ inferioris, in finibus Eburonum, apud Trajectum ſuperius, inde 2. leucis in ortum. Aliis eſt *Hertzogenrode*, oppidulum inter Iuliacum & Aquiſgranum, & Varuca legendum volunt. Aliis eſt ipſum Iuliacum. Sed errant, cùm apud Cæſarem Atuatuca legatur; idem quod Atuacutum Ptolemæo, urbs Tungrorum; quæ *Tangeren* adhuc appellatur. Vide Tungri, & Atuacutum.

Vaunia, oppidum Venetiæ, Inſubriæ finibus propinquum: quod hodie *Lovino* dici putatur. Vide Vannia.

Vaurium, & Vaurinum, *la Vaur*, urbs Galliæ Narbonenſis epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toloſano, inde 6. leucis in Boream, à Ioanne XXII. Pontifice Maximo ſede epiſcopalis decorata, & à Ruthenenſi Diœceſi ſeparata, ſicuti urbs Caſtrenſis ab eodem Pontifice ab Albigenſi epiſcopatu diviſa, & epiſcopalis effecta.

¶ Vaurium, ſeu Vaurum, *Lavaur*, urbs eſt parva Galliæ, in Occitania provincia, ad Acutum fluvium, 6. leucis à Toloſa in ortum, Caſtrum versùs totidem, & in ipſo limite Albigenſis tractus.

Ubeba, *Ubeda*, urbs Hiſpaniæ in parte orientali Vandalitiæ & prope confinia Caſtellæ novæ & fontes Batis fluvii. 5. leucis Hiſpanicis à Gienno diſtat in Boream. Parva eſt, & ſenſim deficit.

¶ Uberlinga, *Vberlinghen*, urbs Germaniæ, in Suevia provincia, & Imperialis, ad lacum Conſtantiæ, & in intimo ejus receſſu versùs Boream. Antea munita fuit, & pluries capta ultimo bello Germanico, 6. milliaribus Germanicis diſtat à Scaphuſia in ortum, uti 2. à Conſtantia in Boream.

Ubii, populi Germaniæ inferioris, qui & Agrippinenſes: quorum exſtat adhuc pagus *Vbich*, in territorio Iuliacenſi, teſte Ortelio. His Trevirenſes contermini, ut libro. 6. Itinerarii:

Poſt Vbios, tandem Trevirum ſuccedimus urbi.
Mox claram petimus, magnificamque Metim.

¶ Ubii populi fuere Germaniæ inferioris, versùs Rhenum fluvium, quorum præcipuæ urbes Colonia Agrippina & Ara Ubiorum. Ibi fuerant antea Sunici populi, nunc autem Archiepiſcopatus Colonienſis & Ducatus Iuliacenſis.

Ubiſci, Uibiſci Ptolemæo, portu Galliæ Aquitanicæ, ſuntque Burdigalenſes, uti Cubi Bituriges. De quibus vide ibi. Plin.

¶ Vbiſci, ſeu, & meliùs, Bituriges Vibiſci, populi fuere Aquitaniæ circa Burdegalam. Vide Vibiſci.

Ucetia, *Vſetz* & *Vzes*, urbs Galliæ Narbonenſis, à Nemauſo 4. leucis. Vide Utica.

¶ Vcetia, *Vzez*, urbs eſt Galliæ Narbonenſis, in Occitania inferiori, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, & Ducatus titulo inſignita. 4. leucis diſtat à Nemauſu in Boream, & 6. ferè ab Avenione in occaſum.

¶ Vcraina, *l'VKraine*, provincia Poloniæ, quæ ſic dicitur tanquam poſita in limite Moſcoviæ & Tartariæ minoris. Vocatur aliter Volhinia inferior ſeu Palatinatus Kiovienſis ab ejus urbe primaria Kiovia, & Braczlavienſis; & in duas partes ſcinditur Boryſthene fluvio. Habitant in eo tractu Coſacci populi, à quibus pluries vaſtata fuit hæc provincia, uti & à Moſcis, qui nunc eius partem poſſident. Ibi erant aliàs campi plurimi deſerti qui poſterorum Regum inſigni ſtudio & cura & hominibus & pagis impleti, & multis oppidis ac caſtellis munitionibuſque muniti ſunt: kyovienſis Palatinatus nempe & Braczlavienſis, ambo magna hominum multitudine repleti, hodierno tempore cultiſſimi inveniuntur.

¶ Ucraina, *Vkraine*, provincia eſt Moſcoviæ, ſic dicta quaſi limes, quia poſita eſt in limite Tartariæ minoris ſeu Precopenſis. Extenditur ab ortu in occaſum; habetque aliquot fortalitia, ad coercendos Tartarorum incurſus.

Ucubis; *Lucubi* adhuc, teſte Andrea Navagerio, olim oppidum, nunc pagus Hiſpaniæ Bæticæ, apud Alcalam Regalem, in regno Granatenſi, & Ateguam. Videtur idem Atubi; ſed Attubi Plinio & Livio ſcribitur, ab Aſpa via 20. mill. paſſ. diſtans.

¶ Vcultiniacum, Hiſpaniæ Bæticæ urbs, quæ nunc Curiga dicitur, inquit Plinius, Acurgia à Ptolemæo vocari ſcribit Pintianus, apud quem tamen Curgia legitur. Plin.

Udini, populi Aſiæ, in Albania, ad fauces maris Caſpii.

Veca, *Villa Vicioſa*, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Aſturum, medium inter Saliam ad ortum, & Gygiam ad occaſum 9. leucis, portus & oppidum non ignobile. Plin.

Vechta, *Vecht*, oppidum munitum Germaniæ, in VVeſtphalia & ditione Monaſterienſi inferiori, in limite Brunſvicenſis ditionis. 10. mill. paſſ. diſtat à Diepholtia in Boream, uti 30. ab Oſnabruco, Bremam versùs paulò minùs.

Vecilius, mons Latii circa Algidum oppidum & nemus.

Vectis, Vecta Eutropio, Victeſis Ptolemæo, cui alibi Victis, *VVight* Anglicè, & *Gvvydh* Britannicè, teſte Lhuydo, inſula Albionis, ore Auſtrali Angliæ proxima, contra Triſantonis fluvii oſtia, & Antonam urbem & emporium. Liv.

¶ Vectis, *l'isle de VVight* Gallis, inſula eſt Angliæ in mari Britannico, & Hantoniæ provinciæ ferè adiacens, ab ea exiguo freto diviſa. Longitudinis eſt 20. mill. paſſ. ab ortu in occaſum, latitudinis verò 12. & circuitus 60. circiter. Dividitur autem in duas partes, nempe in *Eaſt Medyne* ad ortum, & in *VVeſt Medyne* ad occaſum; eiuſque primarium oppidum eſt Novusportus, olim Medena.

Vectones, Vettones Straboni, & Appiano, ac aliis, populi Hiſpaniæ; in Luſitania: quorum regio Vettonia à Prudentio dicitur, vulgò *Extremadura*, extra regnum Portugallicum. Hos Andreas Reſendius uſque ad Durium fluvium in Arctos ex Plinii ſententia extendit: vel alios

eſſe

eſſe Vectones, qui ad Luſitaniam ſpectant, circa Tagum in ortum extenſis, quorum metropolis ſuit ex Prudentio Emerita & penultima in illis corripitur: in Vectonibus autem producitur. De Vectonibus Lucanus lib. 4.

Vectoneſque leves, profugique à gente vetuſta
Gallorum.

De Vettonibus vide infra.

¶ Vectones, ſeu & meliùs, Vettones, populi fuere Luſitaniæ, inter Durium ad Boream & Tagum ad meridiem, ubi hodie pars meridionalis regni Legionis & pars Borealis Extremadurę Caſtellanę dictę. Eorum autem urbs fuere, Salmatica, Caurium, Cottęobriga & Deobriga.

Vediantii, Veſdiantii Ptolemæo, populi Alpini Liguriæ (licèt nunc in Gallia Narbonenſi cenſeantur) ad Alpes maritimas. Quorum urbs Sanitium, *Senes*, in Provincia, epiſc. ſub Archiep. Ebredunenſi, inde 5. aut 6. leucis in meridiem.

¶ Vediantii, populi fuere Galliæ Narbonenſis, inter Alpes maritimas ad ortum & Varum flu. ad occ., ubi hodie Comitatus Nicæenſis, ſub dominio Ducis Sabaudiæ, cum aliàs fuerit pars Provinciæ; eorumque càput erat Cemeneleum, ex cujus ruderibus crevit Nicæa in viciniis et in ora maris Mediterr., longè à Sanitio in ortum.

Ptol. Vedra, *Vvere*, teſte Camdeno (non *Tuvedo*, ut habet Ortelius) fluvius Albionis, per Northumbriam * ex Cheviota monte in ortum fluens, ac Dunelmum urbem alluens, Tueda Auſtralior, (* Non ex Cheviota, nec per Northumbriam fluens, ſed in agro Dunelmenſi oriens, ſecundùm Camdenum & alios.)

¶ Vedra, *VVeere*, fluvius Angliæ Borealis. Oritur in ipſo limite Northumbriæ provinciæ, deinde per Dunelmenſem tractum fluens, Dunelmum urbem rigat, & poſtea in mare Germanicum cadit 4. milliaribus Anglicis ab oſtio Tynæ fluvii.

Scrip. Belg. Vegeſatum, Vinſatum, Gemblacenſi, *Vveſet*, & Gallis *Viſe* oppidum Belgii, in finibus Eburonum, ad Moſam, medium inter Leodium & Trajectum 2. leucis.

Anton. Vegeſela, Vegeſila D. Auguſtino, urbs fuit Africæ mediterranea, in Numidia, à Sufetula 30. mill. paſs. à Theveſta 40. in Boream.

Ptol. * Vegia, Vegium Plinio, *Veggia* etiam hodie, inſula Liburniæ oræ proxima, (cum urbe cognomine epiſc. ſub Archiepiſc. Iaderenſi) longa 30. mill. paſſ. inter Abſyrtides ad occidentem & Arbam ad ortum, circuitu 80. olim juncta continenti, cujus urbs inter Crepſam ad occidentem & Seniam ad ortum quaſi 12. mill. paſſ. diſſita eſt. (* In Seldeni manuſcripto *Oyetia*.)

¶ Vegia, ſeu Vegium, quæ etiam Viglia & Curricta inſula, Italis *Veglia*, Clavis *Kirk*, inſula eſt maris Adriatici in ora Liburniæ, & ab ea exiguo freto diviſa ad ortum, habet autem ad occaſum Abſorum inſulam, a qua 5. mill. diſtat & Arbam ad meridiem. Extenditur ad 30. milliaria ab Euro in Circium, & urbem habet primariam, *Veglia* dictam in parte occidentali inſulæ, 17. mill. paſſ. à Senia in occaſum.

Suet. Vejentanum villa erat Liviæ Auguſtæ apud Veios. Cui Auguſtæ in eo loco moranti aquilam advolaſſe ferunt, ac gallinam albam, cum ramulo lauri in illius gremio demiſiſſe. Quæ gallina mox tantam pullorum ſobolem protulit, ut locus adhuc ad Gallinas vocetur. De qua re Tranquillus in Galba.

Liv. Ptol. Veii, Vejens Catoni libro originum, cui & Larthenianum, colonia & urbs olim epiſcopalis antiquiſſima Hetruriæ, apud Tiberim, media ferè inter urbem Romam & Feſcenniam 14. mill. paſſ. à Comero condita & à Camillo longa 10. annorum obſidione capta, & exciſa, poſteaque refecta. Locus hodie *Martenlano*, teſte Leandro, & aliis *Vejana*, in Urſinorum ditione. Hæc urbs à Romanis capta & exciſa fuit anno urbis conditæ 358. Ex cujus ruinis urbs Caſtellana in finibus Faliſcorum condita videtur, ex multis ibi repertis inſcriptionibus marmoreis, licèt à loco Vejorum ſupra 12. mill. paſſ. abſit. Quæ urbs Fabiorum cęde memorabilis eſt. Ovid. lib. 2. Faſtorum:

Hæc fuit illa dies in qua Vejentibus arvis.
Ter centum Fabii ter cecidere duo.

Apud Vejos puer biceps natus eſt & Sinueſſæ unimanus ſub Tiberio Sempronio Graccho, & Romæ tres ſoles viſi ſunt, teſte Tito Livio lib. 1. decadis 5. Populi Vejentes Livio, & Vejentani Plinio, Veientana vina Martiali lib. 3. epigramm. 49.

Vejentana mihi miſces, tibi Maſſica potas.

Lucanus lib. 7.

Fabula nomen erit: Gabios, Vejoſque, Coramque.

¶ Veii urbs fuit ampla Hetruriæ, quæ, teſte Philippo Cluverio, erat ubi hodie *Scrofano*, caſtrum in provincia Patrimonii. Sed Lucas Holſtenius pro certiſſimo affirmat Civitatem Veientanam fuiſſe ubi nunc eſt Caſtrum Inſula dictum *Iſola* Farneſiorum, ſed in oppoſito colle undique prærupto, in quo murorum & ſubſtructionum, tum quoque ædificiorum veſtigia apparent. Pars quoque urbis, & fortè arx in eo colle ibidem prærupto fuit, in quo nunc Inſulæ Caſtellum eſt, quod olim civitati partim junctum fuiſſe exiſtimat, 9. mill. paſſ. ab urbe, præter inſcriptiones & itineraria antiqua, quæ Vejos hoc in loco fuiſſe docent; tum præter ſitum & naturam loci ac veſtigia clariſſima, cuniculus ille, quem Camillus ex ima valle in civitatem ducit, manifeſtè apparet, via quoque ſilice ſtrata, à VI. lapide in via Caſſia deflectens, rectè eò ducit. Certum igitur eſt, inquit ille, Formellum & Scrofanum non eſſe Veios, ſed Inſulam ſive collem præruptum, qui adjacet Farneſiorum Inſulæ, haud procul à divertigio Claudiæ & Caſſiæ viæ. Nam tabula Itineraria omnino eo in loco ponit Veios ubi nunc eſt diverſorium *la Storta* dictum, vel paulò ſupra. Sed nil certius eſt quàm Veios fuiſſe in colle undique prærupto prope Inſulam vicum Farneſiorum, nam & ſitus & intervalla Dionyſii & Tabulæ in eam conveniunt, & veſtigia clariſſima magnæ urbis apparent. Extat etiam in Eccleſia Inſulæ lapis antiquus, in quo ordo Veientanorum legitur. Via quoque antiqua ex Claudia ad VI. lapidem ſive Turrim Spacatam dictam divertens, recta Veios tendebat, cujus veſtigia clariſſima ſuperſunt, & ad Bacanellum iterum in Claudiam redibat. A Veiis dicti fuere Veientes populi, in eo tractu ubi nunc pais provinciæ Patrimonii in ditione Pontificia.

Veltutii, *Voltagio* ſeu *Ottagio*, teſte Auguſtino Iuſtiniano, oppidum Liguriæ, in finibus Genuenſium, intra montis Apennini radices, medium inter Genuam & Dertonam 20. mill. paſſ. Aliis potiùs *Voltri*, *Vultri*, ſeu *Vutri* eſſe videtur, oppidum aut pagus oræ Liguſticæ, à Genua 10. mill. paſſ. in occaſum Savonam versùs: nomen enim magis arridet. Vet. tab.

¶ Vel, oppidum Africæ interioris, à Cornelio Balbo expugnatum, teſte Plinio.

Velabrum, vicus olim Romæ celebris: locus nunc in foro olitorio apud montem Aventinum, *S. Giorgio in Velabro* nominatur; erat enim inter illam ædem, & ædem S. Anaſtaſiæ. Cujus meminit Tibullus libro 2. elegia 5. P.Vict.

At qua Velabri regio patet, ire ſolebat
Exiguus pulſa per vada linter aqua.

Hinc Velabrenſis nomen gentis Martiali libro 13. epigrammate 29.

Sed Velabrenſem qui bibit, iſte ſapit.

Velabrum à velatura dictum eſt, teſte Varrone. Aliis erat in foro boario, ubi olim templum erat Herculis, & Veſtæ, ſeu Matutæ: nunc ibi ædes S. Stephani rotundi.

¶ Velatudorum Sequanorum oppidum, in Gallia Lugdunenſi, 22. mill. paſſ. diſtans à Veſuntione, teſte Antonino.

Velauni, Vellaunii Cæſari, Vellęi Straboni, populi & urbs Aquitaniæ, ad montem Cemmenum, Arvernis, Gabalis, & Ruthenis finitimi. Quorum regio *Velay*; urbs verò *S. Flour*, teſte Ioanne Poldo, Ptolemæo Rueſium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi, à Ioanne XXII. Pontifice Maximo ſede epiſcopali donata, inter Claromontem 14. & Ruthenos 10. leucis, Gabalis propior. Aliis urbs Velaunorum eſt Podium, *le Puy en Velay*, epiſcopalis, antiquior: quod verius eſt, cùm Floropolis ſit urbs recens. Apud Plinium Velauni ſunt populi Alpini in Gallia Narbonenſi. Plin. Ptol.

¶ Velaunii populi fuere Galliæ, in Aquitania, versùs fontes Ligeris fluvii; quorum tractus nunc *le Velay* dicitur, in Occitania; ſuntque Seguſianis, Arvernis, Gabalis, & Helviis finitimi. Eorum caput erat Rueſſio ſeu Rueſſium, ex cujus ruinis crevit urbs adjacens Anicium, nunc Podium, *le Puy* cognomento *en Velay*, in colle ſita atque probè culta, mill. paſſ. à Ligeri fluvio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Bituricenſi. Sed Floriopolis urbs eſt Alverniæ ſuperioris, 11. leucis diſtans ub Anicio in occaſum.

* Velcera, *Bocariz* & *Bocharin* Theveto & Moletio, vel *Bacharin*, oppidum Liburniæ maritimum, inter Tarſaticam ad occaſum 12. & Seniam urbem ad ortum 24. mill. paſſ. (* *Oyolcira* in Seldeni manuſcripto.) Ptol.

¶ Velceræ ſinus, *Golfo di Bucariza*, ſinus eſt parvus maris Adria-

Adriatici, in intimo ejus receſſu,in ora Liburniæ, prope Velceram oppidum & inter Vegiam inſulam ad ortum & Abſorum ad occaſum extenſus.

Velcurium, *FeldKirch*, urbs Rhætiæ, Campus Eccleſiæ Latinæ, a Curia 5. leucis Campidonam verſùs diſtans non obſcura. De qua lib. 6. Itinerarii:

Hic quoque Velcurio natus, qui phyſica ſcripta Edidit.

Ant. Veldidena, *Wilten*, teſte Lazio, oppidum olim nunc pagus Norici, in Vindeliciæ confinio,in Comitatu Tyrolenſi apud Oenipontem, à Parthano 18. mill. paſſ. Oenipontem verſùs in Bavariæ confinio.

¶ Veldidena, oppidum Rhætiæ propriæ, in Vindeliciæ confinio. Nunc quibuſdam eſt *wilthaim*; pagus comitatus Tyrolis ad Oenum fluvium, & vix 1. milliari ab Oeniponte urbe, quæ crevit ex ejus ruinis, ad Oeni Utiique confluentes. Aliis eſt ipſa urbs Oenipons, totius Tyrolis caput & antea ſedes Principis.

Velia, * Veleia libro Notitiæ, Beleia Antonino, *Veleja*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Viroveſcam ad occaſum 41. & Aram Cœli 47. in ortum Pompelonem verſùs, ex Antonino in Caſtella veteri. Populi Velienſes plinio. (* Sicut & in Seldeni manuſcripto.) Ptol.

Velia, quæ & Helia à Plinio, Elea & Hyela, teſte Strabone, dicta eſt, urbs Lucaniæ Epiſcopalis, in ora litterali exciſa,ad ſinum Pæſtanum, inter Pæſtum 200. & Talaum ad ortum 400. ſtadiis à phocenſibus, ſub Cyri tempora condita, ſeu poſt AEneæ in Italiam adventum, anno 600. unà cum Maſſilia, teſte Aulo Gellio lib. 10. cap. 16. Ea nunc jacet ubi *Caſtel a mar della Brucca*, ab oſtio Silati 50. mill. paſſ. in ortum verſùs Talaum. De ea Horatius lib. 1 Epiſtola 15. Cic. Strab. Plin. & al.

Quæ ſit hyems Veliæ, quod cælum, Valla, Salerni.

Flor, Ptol. Velica, ſeu Vellica, *Victoria*, ut nonnullis videtur, vel *Vittoria*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Cantabris,inter Logronium ad meridiem & Flaviobrigam ſeu Bilbaum ad Arctos 10. leucis. Sed Victoria eſt urbs recens, ab Hiſpanis ob devictos Mauros condita.

¶ Velica, ſeu meliùs Vellica, oppidum Cantabrorum, teſte Brietio. Nunc fortè eſt *Trevino*, oppidum Alavæ tractus in regno Caſtellæ veteris, ad radices montium, in limite Biſcaiæ & vix duabus leucis diſtat ab Ibero fluvio in Boream, uti quatuor à Victoria.

Velicer, *Berckel* in tabulis recentibus, fluvius Germaniæ, ex territorio Monaſterienſi in VVeſtphalia oriens, ac per Tranſiſalanam regionem fluens, Iſalæ ad Zutphenum urbem Galdricam congrediens. Ortelio, *Aa*, videtur, qui & per Tranſiſalanam in Iſalam labitur; quod minùs probatur.

¶ Velicer fluvius, teſte Goropio, is eſt qui in Vveſtphalia paulò ſupra vicum *Valen* dictum è ſylvis ſumit exordium, non longè ab Veſto caſtello in Iſalam deferendus, hodie, *Aa*, teſte Ortelio, BocKoltiamque alluit in Diœceſi Monaſterienſi.

¶ Velilla, *Velila*, vicus Hiſpaniæ, in Aragonia, ad Iberum fluvium, 9. leucis infra Cęſarauguſtam in Eurum, ubi campana mirabilis, ſponte ſonans, quoties Hiſpania magnum detrimentum accipit, Mariana & aliis teſtibus.

Cic. Plin. Tac. Velinus lacus, *Lago di Pie Luco*, Sabinorum in Umbriæ confinio, inter Reate urbem Sabinam & Interamnam urbem Umbriæ ad 12. mill. paſſ. per quem Velinus fluvius labitur, apud Reate fluens. Appellatur apud Varronem palus Reatina. Eſt & Velinus portus apud Veliam urbem Lucaniæ everſam: cuius meminit Virg. lib.6. Æneidos:

-aut tu mihi terram

Iniice, (*namque potes*) *portuſque require Velinos.*

Idem de fluvio lib. 7.

Sulfurea Nar albus aqua, fonteſque Velini.

Velina verò regio urbis Romæ monti Palatino juncta fuit, unde Velina tribus, teſte Publio Victore. In Theſauro Linguæ Latinæ hinc lacus Velinus dictus ſcribitur cùm longè abſit ab urbe, in Sabinis.

¶ Velinus lacus, *Lago di Piediluco*, à caſtro ei adjacante dictus, eſt in Umbria & in confinio Sabinæ tractus, ſub dominio Summi Pontificis. Velinus autem fluvius, *Velino*, oritur in Aprutio ulteriori, ubi Civitatem Regalem, Interdocium,&Civitat.Ducalem rigat;deinde per Umbriam fluens, ibi rigata Reate, per lacus Reatinum,& Velinum labitur & deinde ſupra Interamnam in Narem fluvium ſe exonerat,

¶ Veliſcum, urbs Africæ, in Mauritania Cæſarienſi, teſte Antonino.

Velitræ, Velitra Stephano, Vælitræ Dioni, *Veletr* & *Belitri*, colonia & urbs Latii Epiſcopalis, in via Appia, à Roma 20. mill. paſſ. in Eurum Privernum verſùs diſtans, Albæ & Ariciæ vicina ad 3. & 4. mill. antiquiſſima, ab Anco Martio Rege expugnata. Ibi nunc ſedes eſt Epiſcopi Oſtienſis. Populi Veliterni Plinio & Livio, Velitrani Halicarnaſſæo. De ea Silius lib. 8. Liv. Hali. Suet.

Setia, & incelebri miſerunt valle Velitrę.

Velitræ oviferæ, a magnitudine & copia ovorum dicuntur. Veliterni cum Romanis bis, et non ſemel bellum geſſere, ut apud Livium legitur.

¶ Velitræ, *Veletri*, urbs aliàs Volſcorum, nunc Campaniæ Romanæ,in ditione Pontificia. Lepida eſt, & culta, in clivio; & eius Epiſcopatus unitus eſt Oſtienſi. 6. mill. diſtat ab Alba in ortum, Pipernum verſùs 25. Ptol.

Vellanis, *Larzii*, teſte Lazio, oppidum Myſiæ ſuperioris, Vendenidi proximum, in ortum diſtans. Cæſ.

Vellaunii, populi Aquitaniæ. Vide Velauni.

Vellaunodunum, oppidum Galliæ Celticæ, quod Cœnalis, & Ortelius idem faciunt Antiſſiodoro Antonino, & Autrico Ptolemæo. Aliis eſt *Chaſteaulandon*, teſte Vigenereo. Aliis *Veron*, oppidulum apud Senones: quod magis probatur, cum Cæſar, illud oppidum Senonum vocet & nomen arrideat. Vellaunodunum verò aliis oppidum eſt, quod nunc Villanova dici putatur.

¶ Vellaunodonum, oppidum Senonum, in Gallia Lugdunenſi: Nunc eſt *Chaſteau Landon*, oppidum Vaſtinii tractus, in provincia Inſulæ Franciæ, medium inter Autiſſiodorum ad Eurum & Autricum ad Circium, 4. leucis a Montargio in Boream Lutetiam verſùs & 11. ab Agendico Senonum.

Vellica, urbs Cantabrorum mediterranea, quæ Villanovano & Henrico Coquo *Victoria* urbs, Alavæ regionis caput, eſſe putatur, inter Bilbaum 10. & Burgos 23. leucis, à Pompelone 16. in occaſum. Sed Garibajus refragatur, quod Victoria urbs ſit recens, ab Hiſpanis condita ob victoriam adverſùs Mauros reportatam.

¶ Vellica, oppidum Cantabrorum, teſte Btietio. Nunc fortè eſt *Trevinno*, oppidum Alavæ tractus. Vide ſupra Velica.

Velocaſſos, Veneliocaſii ptolemæo, populi Galliæ Belgicæ, in confinio Celticæ, circa Sequanam fluvium (*Vergaſſis* Divæo, *Veulqueſſins* Ortelio) quorum regio *Vilcaſſin*, & *Vulxin*, vel *Vexin*, inter picardiam, & Normanniam. Cujus regionis caput eſt Giſorium ſeu Cæſortium oppidum, *Giſors*, quaſi Cæſaris otium. Bellovacis propinquum, inde 5. leucis, Lutetiam verſùs 12. Verocaſſes videntur Cæſari. Sed puto Velocaſſes eſſe Bajocenſes in Normannia, Verocaſſes autem Vilcaſſinos circa Sequanam: Cæſar enim eos inter Caletes & Veromanduos recenſet.

¶ Velocaſſes, populi fuere Galliæ Lugdunenſis, in limite Belgicæ, inter Caletes ad Boream, Bellovacos ad ortum, Lexovios ad occaſum & Eburovices ad meridiem circa Sequanam fluvium, ubi nunc Diœceſis Rothomagenſis in Normannia, dempto tamen Caletenſi tractu Velocaſſium nomen quidam hærere putant in utroque Vexino, ſeu Vulxino, *le Vexin*, ubi etiam erat pars Velocaſſium. Eorum urbes erant Rotomagus, Briva Iſura & Giſorium. Plin.

Veluca, Voluce Antonino, *Cannatanazor*, teſte Hieronymo Zurita, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, inter Vxamam & Numantiam 25. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini.

¶ Veluvia, *la Veluve*, tractus Belgii uniti in Gueldria inferiori, ubi aliàs Marſaci populi. Terminatur a ſeptentrione, mari Auſtrino, ab ortu Iſala fluvio, ab occaſum, dominio Ultrajectenſi & a meridie Rheno fluvio; ejuſque urbes ſunt Arenacum, Hadervicum & Elburgum.

Vemania, *Vvangen*, teſte Simlero, oppidum Rhætiæ, in Svevia, medium inter Campodunum & Lindavium, ad lacum Brigantinum, 3. leucis ab Auguſta, 13. à Brigantia, 14. mill. paſſ. Campodunum verſùs 15. ex Antonino. Ant.

¶ Vemania, oppidum fuit Rhætiæ in Vindelicia, nunc Sveviæ urbecula, *Wangen* dicta, libera, ad Argum ſuperiorem fluvium, 25. mill. paſſ. a Campoduno in occaſum, Conſtantiam verſùs 32. circiter, 12. à Lindavia in Boream & 60. ab Auguſta in Africum; deficitque in dies.

Ve.

Venaſrum, *Venaſri*, colonia & urbs Samnii (non Campaniæ ut in Theſauro Linguæ Latinæ) in Campaniæ confinio, ad Vulturnum fluvium, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Capuano, inde 22. mill. paſſ. Aquilam versùs, inter Atinam ad occaſum 19. & Eſerniam ad ortum, 10. olei ferax. Apud Venaſrum fons Acidulus eſt, qui calculoſis medetur, teſte Plinio lib. 31. cap. 2. Hinc Venaſranus, nomen gentis. Ejus & olei Venaſrani meminit Martialis lib. 13. Epigrammate 95.

Hoc tibi Campani ſudavit bacca Venaſri.

Venaſrus etiam nomen gentis, ut oleum Venaſrum apud Varronem lib. 1. de Re Ruſtica.

¶ Venaſrum, *Venafro*, urbs aliàs Campaniæ in Samnii confinio, teſtibus Cluverio & Brietio. Nonnihil a Vulterno fluvio diſſidet in colle, nunc in provincia Terræ laboris, in regno Neapolitano, Principatus titulo clara, ſed parva. Vix 5. milliaribus diſtat a confinio Comitatus Moliſini in occaſum & 10. a Liri fluvio in ortum, uti a Caſſino monte.

Scrib. Brit. Venantodunum, quaſi mons Venatorum, *Hunsendune*, teſte Lelando, *Guntingdon* nunc, oppidum Albionis, in Anglia.

Plin. Mel. Venaria, inſula parva maris Tyrrheni, inter portum Veneris, & oſtia Macræ, anguſtiſſimo freto à portu Veneris diviſa, vulgò *il Giro*. Veneria inſula à S. Venerio Abbate dicta; & ſic fortè legendum apud Plinium: Venaria verò, apud Melam eſt inſula parva in ſinu Formiano.

¶ Vencheum, *Vencheu*, urbs eſt Imperii Sinarum in Chequianenſi provincia, cujus undecimum locum obtinet. Ab ea pendent quinque aliæ urbes, eſtque propè oram littoralem Oceani Sinenſis; ideòque gaudet portu capaci. & emporio celebri, teſte Martino Martinio.

Scrip. Ptol. Venda, *Vvenden*, urbs Livoniæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, à Sixto V. Pontifice Maximo. ſede Epiſcopali donata, inter rigam 12. & Torpatum 16. leucis.

¶ Venda, *Wenden*, urbs eſt Livoniæ, in Letlandia provincia. Dicitur aliter *Vindovv*, eſtque ad amnem cognominem, qui paulò poſt cadit in Teyderam fluvium. 19. leucis diſtat à Torpato in Africum & vix 4. à Conemburgo in occaſum, Segevoldiam verſua 5. ſub dominio Svecorum à multis annis.

Ptol. Vendenis, *Ravenicżer*, teſte Lazio, oppidum Myſiæ ſuperioris ad Neſtum fluvium, Neſſo oppido proximum à Scupi 15. mill. paſſ. in occaſum versùs Neſſum.

Strab. Vendum, *Vvindiſchgratz*, teſte Lazio, oppidum Japodum in Norici, Pannoniæ, Liburniæque confinio, apud Colapim fluvium, Metullo oppido finitimum.

Plin. Tac. Venedi, Venedę Ptolemęo, populi Germanię Boreales, quorum regio *Vvinlandt*, ſeu *Finlandt*, teſte Erberſtenio, ad ſinum Venedicum, ad Suedicum regnum ſpectans, Finlandia Latino recenti. Cujus urbs Epiſcopalis Viburgium ſub Archiepiſcopo Upſalenſi, inter Stocholmiam Sveviæ Regiam & Novogardiam maximam Moſchorum urbem in Cæciam, ſupra 80 leucas Germanicas.

¶ Venedi populi fuere Germano-Sarmatiæ, valde extenſi, inter Sarmatiam Europæam ad ortum, Germaniam ad occaſum, Æſtiæos ad Boream & Baſtarnas, Pevcinoſque ad meridiem; ſub quibus erant Venedi proprii, Carpini, Phinni, Galindæ, Sudeni, Cæſtobogi, Igilliones & aliquot alii minoris nominis. Venedi autem latè ſumpti erant ubi nunc magnus Ducatus Lithuaniæ, in regno Poloniæ, teſtibus Cluverio, Sanſone & Brietio; ſed longè à Finnonia diſtabant in auſtrum.

Ptol. Venedicus ſinus, Clylipenus Plinio, *Friſchaff*, teſte Mario, *Pautzkervvyck*, teſte Ortelio, ſinus maris Baltici, inter Finlandiam & Livoniam. (Forſan potiùs apud Dantiſcanos.)

¶ Venedicus ſinus, *Golfe de Dantzick*, pars eſt maris Baltici in ora Pruſſiæ, versùs Gedanum & oſtia Viſtulæ fluvii, cujus pars inter Regiomontem ad ortum & Mariæburgum ad occaſum, dicitur *Friſch Haff*, pars autem ad occidentem, versùs Pauſcum oppidum vocatur, *PautzKervvicK* ab incolis.

Scrip. Brit. Venedotia, *Gvvinedhia*, teſte Lelando, regio Albionis, in Cambria, id eſt, Wallia, ad Boream, *North Vvales*, Anglicè.

¶ Venedotia ſinus, pars Vvalliæ Borealis, quæ, teſte Speedo, incolis *Gvvineth*, Anglis *North VVales*, ſic dicta fuit à Roderico magno Vvalliæ Rege, qui anno 870. omnem Vvalliam in tres Talaithas ſeu regiones deviſit. Venedotiæ caput erat Gadiva *Aberfravv*, oppidum Monæ inſulæ; & diviſa fuit in quatuor partes, nempe in Monam inſulam, Arvoniam, Mervimam & Mediam regionem, ſeu *Bervedhvvlad*, ſub qua Comitatus Denbighenſis & Flintenſis. Tota autem hæc regio montibus immenſis, rupibus præruptis & ingentibus ſylvis referta eſt.

Ptol. Plin. Cæſ. Veneli, Unelli Cęſari, populi Galliæ Celticæ, qui *Percherons* hodie, quaſi Perticenſes & regio *le Perche* Comitatus teſte Becano, dicuntur, inter Carnutes, Normannos & Cenomanos. Cujus oppida primaria Belliſmum, *Belleſme*, inter Carnutes 15. & Alenconium, 7. leucis, & Mauritania, *Mortaigne*, à Belliſmo, 7. leucis in Boream. Sed errant qui hic Venelos indigitant; nam illos Cæſar inter civitates Armoricas Oceanum attingentes reponit, & Ptolemæus eos locat inter Lexovios & Biduceſios; Perticenſes autem longè diſtant ab ora maris Britannici.

¶ Veneli, ſeu & meliùs Unelli, populi fuere Galliæ Lugdunenſis, ubi hodie tractus Conſtantienſis dictus, *le Coutantin*, in intimo receſſu Normanniæ inferioris, versùs oram maris Britannici, longè à Pertico tractu in Circium, teſtibus Sanſone & Brietio.

Ptol. Veneliocaſii, populi Galliæ, juxta Sequanam fluvium, Verocaſſes Cæſari, quorum regio *Vulxin* & oppidum primarium Giſorium, *Giſors*, à Bellovacis. 5. leucis in occaſum & à Pontiſara 6. in Boream. Vide Velocaſſes.

Plin. Veneria inſula. Vide Venaria. Fuit etiam cognomen Siccæ urbis in Africa & Nebriſſæ urbis in Hiſpania Batica, teſte Plinio.

Strab. Veneris fanum, Aphrodiſium Ptolemæo Venus Pyrenæa Plinio, *Cabo de Creuz* promontorium & oppidum Hiſpaniæ citerioris, in confinio Galliæ Narbonenſis. Vide Aphrodiſium.

Ptol. Veneris inſula, in Marmarica. Vide Aphodites & Læa, ubi error detegitur eorum qui illam Marmaricę tribuunt & alteram Ægypto, ad ſinum Arabicum.

¶ Veneris Portus, *Port Vendres*, portus eſt peramplus Galliæ Narbonenſis, in Comitatu Ruſcinonenſi. Dicitur aliter Veneris Pyreneę portus, eſtque ad radices Pyrenæorum montium, in ipſo limite Hiſpaniæ & Cataloniæ prope Caucoliberim, in ora maris Mediterranei, ſub dominio Regis Francorum ab anno 1642. Diſtat 18. mill. paſſ. à Rhoda in Boream, Perpinianum versùs 16. circiter.

Veneris portus, *Porto Venere*, oppidulum oræ Liguſticæ, cum arce, contra Portum Ericis oppidum, apud oſtia Macræ, inde 5. mill. paſſ. in occaſum, (quanta eſt latitudo portus Lunenſis) Genuam versùs 55.

Veneris urbs, urbs & nemus Ægypti, Aphrodites, & Aphroditopolis Ptolemæo, ad Nilum inter Lycopolim & Crocodilopolim.

¶ Venerus, *lac VVe er*, lacus ampliſſimus Sveciæ, in Gothia regione *&* inter provincias Oſtrogothiam ad ortum & Vveſtrogothiam ad occaſum; extenditurque ad 80. mill. à ſeptentrione in meridiem.

Cæſ. Veneti, *Vannes*, populi & urbs Galliæ Celticæ, inter civitates Armoricas (quæ urbs etiam Venetia à Cęſare dicitur) epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Turonenſi, in ora occidentali Britanniæ minoris, à Rhedonibus 16. mill. Gallicis in occaſum, à Nannetibus totidem in Boream. Sunt & Veneti populi Italiæ, de quibus mox.

¶ Veneti populi fuere Galliæ Lugdunenſis, ſive Celticæ, in minori Britannia, ubi nunc Diœceſis Venetenſis, *le Dioceſe de Vannes*, in inferiori parte Britannię minoris, versùs Oceanum Aquitanicum. Eorum caput Venetiæ, ſeu Dariorigum Venetorum, *Vannes*, urbs eſt Epiſcopalis; eſtque prope æſtuarium, *le Morbihan* dictum, ſatis lepida & culta, cum caſtro antiquo, *l'Hermine* dicto. Vix 2. leucis diſtat ab Oceano in Boream, 24. à Rhedonibus in Africum, & paulò minùs à Nannetibus in occaſum, Coriſopitum versùs 27. A Venetis populis dictæ fuerant Veneticæ inſulæ, quæ hodie *Belliſle*, & aliquot minores ei adjacentes; in ora auſtrali Britanniæ minoris.

Ptol. Strab. Plin. & al. Venetia, regio Italiæ maxima, ab Addua fluvio (quo ab Inſubria ad occaſum ſeparatur) uſque ad Timavum fluvium, quo ab Iſtris dividitur, protenſa, Pado ad meridiem, à Gallia Togata diviſa, Alpibus verò Rhæticis & Juliis ad Arctos, à Rhætia, & Norico ſeparata, ſub ſe Carnos complectens: tametſi Ptolemæus Venetiam à Carnis diſtinguat, Pars occidua inter Adduam & Atheſim flumina, *Lombardia* nominatur, ſeu ſub Longobardia continetur (Longobardia enim latiùs patet, Inſubres & alios

popu-

populos continens.) Inter Atheſim & Liquentiam fluvios, (qui Venetos dividit à Carnis) *Marca Triviſana* vel *Trivigiana* dicitur, Reliquum, in quo Carni & Forojulienſes ſunt, uſque ad Timavum, *Friuli*, quaſi Forum Iulii, & *la Patria* nominatur. Populi Veneti ab Henetis populis Paphlagoniæ in Aſia dicti, & derivati. Caput Venetiæ olim fuit Aquileia; nunc Venetiæ, urbs maxima intra ſtagna Hadriatica, poſt Aquileiæ excidium conſtructa ſuper palis in terra ſub aqua defixis, & inſulis parvis cohærentibus, ut inter orbis miracula meritò adnumerari poſſit, urbs libera, mari terraque longè dominans, epiſcopalis antea, nunc Patriarchatus, Patriarchali ſede Gradenſi ad ſe translata, *Venetia* Italis, *Venedig* Germanis, *Veniſe* Gallis, *Venice* Anglis, inter urbem Romam ad meridiem 290. & Viennam Auſtriæ in Boream 375. mill. paſſ. à Mediolano 265. in ortum, emporium maximum, ab omnibus nationibus frequentatum, Reſpublica præclariſſima, optimis legibus conſtituta, quæ Romanæ æmula diutiſſimè perdurat. De Venetis Claudianus de 6. conſulatu Honorii:

Sic fatus Ligures, Venetoſque erectior amnes.
Magna voce ciet.

Silius libro 8.

Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis.

¶ Veneti populi fuere Italiæ, in Gallia Tranſpadana; quorum regio Venetia dicta fuit. Olim Tuſcos per Galliæ Ciſalpinæ partem iſtam ſparſos ſeparabat à Venetis fluvius Atheſis; ſed Tuſcis per Gallos ejectis, factus eſt limes Venetiæ & Galliæ Ciſpadanæ alveos Citimus Padi, vulgò *il Po d'Argenta*, quare à Propertio Eridanus Venetus nominatur. Olim etiam ab Hiſtris ſeparati ſunt fluvio Timavo, poſtea fluvio Tilavempto à Carnis diſcreti ſunt. Ad Adduam quoque fluvium olim Venetia pertinuiſſe perhibetur. Poſtea ultra Veronam non eſt extenſa, teſte Brietio. Sunt qui credant Venetos dictos fuiſſe antea Henetos, erantque ubi hodie Marchia Tarviſina, pars occidentalis Foro-Iulii, agri Vicentinus, Patavinus, Ducatus Venetus, & minuta pars Ferrarienſis. Venetorum autem dominium hodie, ſeu ditio Veneta, *Stato della Republica di Venetia* Italis, *Eſtat de la Republique de Veniſe* Gallis, pars eſt ampla Italiæ ſub dominio Reipublicæ Venetæ, ubi aliàs Veneti proprii, Carni, Iſtri, Cenomani, & Euganei populi. Terminatur à ſeptentrione Alpibus Carnicis & Iuliis, ditione Tridentina, & Valle Tellina, ab occaſu Ducatu Mediolanenſi, à meridie Ducatu Mantuano, ditione Pontificia, & mari Adriatico, quo etiam ab ortu terminatur & Carniola provincia. Eius partes ſunt Iſtria, *l'Iſtria*, pro maiori parte, Foro-Iulium, *il Friuli* ſeu *Patria di Friuli*, Marchia Tarviſina, *la Marca Trevigiana*, ſub qua agri Tarviſinus, Cadorinus, Feltrinus, & Bellunenſis, Ducatus Venetus, *il Dogado*, Peninſula Rhodighina, *il Poleſino di Rovigo*, & territoria Patavinum, *il Paduano*, Veronenſe, *il Veroneſe*, Vicentinum, *il Vicentino*, Brixianum, *il Breſciano*, Bergomenſe, *il Bergamaſco*, & Cremenſe, *il Cremaſco*. Eius autem major longitudo ab ortu in occaſum eſt 240. mill. paſſ. latitudo verò ubi maior eſt non excedit 100. mill. paſſ. Sed versùs Benacum lacum & ſinum Tergeſtinum valde reſtringitur, & Auſtriacus ſervat Comitatum Goritiæ atque Aquileiam in Foro-Iulienſi agro, & multa loca Iſtriæ. Subſunt etiam Reipublicæ Venetæ ora littoralis Dalmatiæ, ubi urbes Iadera, *Zara*, Ænona, *Nona*, Spalatum, *Spalato*, Sebenicum; *Sebenico*, Tragurium, *Trau*, Cliſſa, *Cliſſa*, & Catara; *Cataro*, inſulæ Abſyrtides, *Cherſo*, Curicta, *Veglia*, Arba, *Arbe*, Giſſa, *Pago*, Scardona ſeu Longa, *l'Iſola Longa*, Bratia, *la Brazza*, Phæria, *Lieſina*, & aliæ quamplurimæ in ora Dalmatiæ & in mari Adriatico; atque inſulæ Cephalenia, *Cefalonia*, Corcyrus, *Corfou*, Zacynthus, *Zante*, cum aliquot aliis minoribus in mari Ionio & versùs Epirum, uti Parga, *la Zarga*, arx Epiri in ora littorali, Cythera inſula, *Cerigo*, versùs oram Auſtralem Peloponneſi, & inſulæ Tenos, *Tine*, & Mycone, *Micoli*, in mari Ægæo; & tandem arces Suda, *la Suda*, Spinalonga, *Spinalonga*, & Grabuſia, *les Grabuſes*, iuxta oram Borealem Cretæ inſulæ, quæ nuper occupata fuit à Turcis, cùm antea ſubeſſet dominio Reipublicæ Venetæ, uti Cyprus inſula, Eubœa, inſulæ Archipelagi pro majori parte, Peloponneſus, & Albania. Sed hæc omnia nunc ſubſunt dominio Turcarum à plurimis annis.

¶ Venetiæ, *Venetia*, ſeu etiam *Vinegia*, quibuſdam, *Veniſe* Gallis, urbs eſt perampla Italiæ, & Reipublicæ Venetæ caput, pulcherrima, & ex 60. ampliùs inſulis contexta. Nunc eius circuitus eſt novem milliarium, & in ea æſtus maris ad duos pedes intumeſcit. 500. pontes numerantur pro maiori parte lapidei, quorum pulcherrimus, qui maiorem canalem iungit, vulgò Pons Rivi alti, *il Ponte di Realto*, anno 1591. ex lapide Iſtriano ductus. Armamentarium habet percelebre & portum celeberrimum juxta inſulas ei adjacentes ad ortum. Sed mare tantiſper ab ea recedit in dies à pluribus annis.

Urbes Venetorum in Italia.

Ægida. Vide Iuſtinopolis.

Æmonia. Vide Civitas nova.

Ateſte, *Eſte*, olim epiſcopalis, (nunc oppidulum.)

Belunum, *Cividad di Belluno*, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.

* Bergomum, *Bergamo*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi.

* Brixia, *Breſcia*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Caprulæ, inſula cum urbe epiſcopali ſub Patriarcha Aquileienſi, *Caborle*. (Parva eſt admodum.)

Ceneta, *Ceneda*, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.

Civitas nova, *Città nova*, gemina; una Venetiæ, altera Hiſtriæ (Paucis conſtant incolis.)

Clugia, *Chioza*, epiſcopalis ſub Patriarcha Veneto, olim Clodia Foſſa.

Concordia, ſic vulgò: ſedes in Portu Romatino ſub Patriarcha Aquileienſi. (Parva eſt.)

Crema, ſic vulgò, epiſcopalis recens ſub Archiepiſcopo Bononienſi.

† Equilium, *Ieſolo*: ſedes ad urbem novam. (Exciſa eſt.)

Feltria, *Feltri*, epiſcopalis ſub Aquileienſi Patriarcha.

Forum Iulium, *Cividal del Friuli*, ſine ſede.

Foſſa Clodia. Vide Clugia.

Gradus, *Grado*, olim Patriarchalis ſedes Venetias translata. (In ruinis penè iacet.)

† Hadria, *Adri*, ſedes Rhodigii ſub Archiepiſcopo Ravennate. (Interiit.)

Iuſtinopolis, *Cavo d'Iſtria*, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi. (Meliùs dicitur *Capo d'Iſtria*.)

Opitergium, *Vderzo*, olim epiſcopalis, pro quo Ceneta.

¶ Palma, *Palma la nova*, urbs recens & munitiſſima Foro-Iulii.

Parentium, *Parenzo*, epiſcopalis Hiſtriæ ſub Patriarcha Aquileienſi.

* Patavium, *Padova*, academia, & epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.

¶ Piſcaria, *Peſchiera*, urbecula permunita agri Veronenſis, ad lacum Benacum.

Pola, ſic vulgò, epiſcopalis Hiſtriæ ſub Patriarcha Aquileienſi.

Tarviſium, *Treviſo*, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.

Torcellum. (*Torcello*,) pro Altino, epiſcopalis ſub Patriarcha Veneto. (Parva eſt & ferè deſerta.

* Venetiæ, *Venetia*, Patriarchalis, emporium, Reſpublica, & urbs prodigioſa.

* Verona, ſic vulgò, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.

* Vicetia, *Vicenza*, epiſcopalis ſub Patriarcha Aquileienſi.

Utinum, *Vdine*, ſedes Patriarchæ Aquileienſis, conventus iuridicus Carnorum.

Interiere etiam Altinum, & Heraclia.

Venetus lacus, *Cellerſee* Munſtero, & *Vnderſee* Scudo, lacus Sveviæ, in Helvetiorum confinio, qui Acronio in auſtrum vergenti iungitur apud Conſtantiam urbem, (unde etiam *Lago di Conſtanza* ab Italis nominatur) & ex quo Rhenus egreditur, in Acronium antea ingreſſus.

¶ Venetus lacus, qui aliter Brigantinus, Podamicus, & Conſtantienſis, Germanis *Bodenzée*, Gallis *lac de Conſtance*, & Italis *Lage di Conſtanza*, lacus eſt maximus inter Sueviam & Helvetios, prope Conſtantiam, & inter Brigantium in Eurum & Uberlingam in Circium per 40. m. p. extenſus. Dicitur etiam *Oberzée*, ſeu lacus ſuperior, ad differentiam Acronii ſeu Cellenſis lacus, qui *Vnderzée* dicitur ſeu inferior, teſtibus Cluverio, Sanſone, & Brietio. Vide Brigantinus lacus.

¶ Ve-

¶ Venetus ſinus, *le Golfe de Veniſe*, pars ampla maris Mediterranei, inter Italiam & Illyricum valde extenſa. Dicitur aliter mare Adriaticum & Sinus Venetus. Vide ibi.

¶ Venezuela, *Venezuela*, regio Americæ meridionalis & pars Terræ firmæ. Terminatur à ſeptentrione mari Boreali, ab ortu nova Vandalitia, ab occaſu Gubernio fluvii Facis, *de la Hacha*, & à meridie Paria regione. Ejùs longitudo ab ortu in occaſum eſt 300. mill. paſſ. circiter, & ejus præcipua urbs eſt Corum ſeu Venezuela, *Coro ò Venezuela*, urbs parva intra paludes, ſub Hiſpanis cum tota regione, in qua rara ſunt oppida.

¶ Venezuelæ ſinus, *Golfo de Venezuela ò de Coro*, ſinus Americæ meridionalis inter Venezuelam provinciam & Præfecturam fluvii Facis, *de la Hacha*, pars eſt maris Borealis, extenditurque per 80. milliaria à ſeptentrione in meridiem.

¶ Venicnii populi fuere Hiberniæ, in ora Boreali, ubi hodie Comitatus Dungalenſis, in Ultonia ulteriori.

Venicnium, *Romeshead*, teſte Camdeno, & *Capo Ligra*, teſte Nigro, promontorium Hiberniæ, in ora Boreali, inter Boreum & Rhobogdium promontoria. Ubi populi Venicnii.

¶ Venicnium, promontorium Hiberniæ in Venicniis, hodie *Horre heah* dicitur, teſte Speedo; eſtque in Ultonia regione & in ora Comitatus Dungalenſis, prope portum *Sheve* dictum, 20. mill. paſſ. diſtans à Rapoa in Boream.

¶ Venloa, *Venlo*, urbs munita & Hanzeatica Germaniæ inferioris, in Gueldria ſuperiori, ad Moſam fluvium, in ipſo limite Iuliacenſis Ducatus. Pluries capta & recepta fuit, ſubeſtque etiamnum dominio Hiſpanorum. Tribus leucis diſtat à Ruremunda in Boream, & paulò minus à Gueldria urbe in Africum.

Vennenſes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum oppidum *Duegna* vel *Duenas* videtur Pineto, ad Piſoracam fluvium, in Vaccæis, inter Palentiam 2. & Valliſoletum in meridiem 6. leucis.

Vennonæ, * *Bensford - Bridge* Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Bennaventam 17. & Etocetum 18. mill. paſſ. à Lindo 63. in occaſum, à Londinio 73. in Circium. (* Camdeno videtur eſſe *High-croſſe* pagus agri Leiceſtrenſis, non longè à *Bensford-bridge* diſtans.

Vennones, Venones Plinio, * Vinnones Ptolemæo, populi Rhætiæ, (non Helvetiæ, ut ſcribit Ortelius) quorum regio Latino recenti Vallis venuſta apud Luitprandum *Vinſtgoevv* vulgò, *Engadin*, teſte Scudo, *Wunitz* Lazio, per quam Oenus fluvius principio decurrit. (* *Oynnones* in Seldeni manuſcripto.)

Vennonetes, populi Rhætiæ Alpini, in Italiæ confinio, quorum regio *Vetlin* Germanis, *Valteina* Italis, quaſi Vallis Telina; ſive, ut ait Ægidius Scudus, Ventonini: per quam vallem Addua fluvius decurrens, lacum Larium ad Arcem Fontanam ingreditur. Ejus oppida præcipua Morbonium, Sondra, Tiranum, & Bormium, à Curia metropoli Rhætorum 30. mill. paſſ. diſtans, ab Arce Fontana 38.

Venſienſis, vel Vencienſis urbs, Ventia Dioni, Vintium Ptolemæo, *Venza*, teſte Cœnali, & *Vence*, urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis, in Provincia, in ipſis Alpibus maritimis, ſub Archiepiſcopo Ebredonenſi, inde 20. leucis in meridiem, proxima Nicææ, inde 4. leucis in Boream, Sanitium versùs 13. Sedes Graſſenſi copulata eſt anno ſalutis 1592.

Venſienſis urbs, ſeu melius Vintium, Neruſiorum caput in Gallia Narbonenſi, hodie *Vence* dicitur; eſtque urbs parva Provinciæ, ſed epiſcopalis, cuius ſedes aliàs Graſſenſi copulata fuerat, ſed à paucis annis ab ea iterum diviſa. Epiſcopum habet proprium. Tribus leucis diſtat à Nicæa in Circium, duabus à Uaro fluvio in occaſum, Graſſam versùs quatuor.

¶ Venſilia, *Venſuſſel*, tractus Daniæ in Iutia ſeptentrionali & in Diœceſi Alburgenſi, in modum peninſulæ, inter Scagenſe promontorium ad Boream & Limicum ſinum ad meridiem, aliàs Burglavia dictus, teſte Brietio.

¶ Venſilia, *Venſuſſel*, oppidulum Daniæ in Iutia ſeptentrionali, ad amnem *Ry aa*, in Diœceſi Alburgenſi. Aliàs Burgla dictum fuit, & 20. mill. paſſ. diſtat ab Alburgo in occaſum.

Venta Belgarum, Vintonia Latino recenti, *Vvintcheſter* ac *Wincheſter* Anglicè, *Caer Gvvent* Britannice, & *Wintanceſter* Saxonicè, teſte Camdeno, urbs Albionis, in Anglia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, inter Londinium ad ortum 52. & Exoniam ad occaſum 90. mill. à Sarisberia 20. in ortum. Eſt & Venta Belgarum altera, urbs Angliæ epiſcopalis, & emporium præclarum ad oſtia Sabrinæ fluvii, quæ Briſtolium poſtea dicta eſt, *Briſtovv*, (vide ibi) Londinio 95. mill. in occaſum. Vide Venta Silurum.

¶ Venta Belgarum urbs fuit Belgarum in Albione, nunc Angliæ, in Hantonia Comitatu, *Vvincheſter* dicta, ad amnem *Ithing*, 15. mill. paſſ. ab ora maris Britannici in Boream. Dicitur à recentioribus Vintonia. Vide ibi.

¶ Ventadurea, ſeu Ventedorn, *Ventadour*, oppidum Galliæ, in Lemovicenſi provincia; Ducatus titulo inſignitum, ad amnem *Loveſſe*, vix 2. leucis à Duranio fluvio diſtat & à confinio Alverniæ ſuperioris. 7. autem à Tutela in ortum.

Venta Icenorum, quæ videtur Venta Simenorum Ptolemæo, *Nordvvich*, teſte Priſæo, vel *Norvvich*, (ſeu *Caſter*, pagus Norvico proximus, ad 3. mill. diſtans) urbs Albionis, in ora Angliæ orientali, 24. circiter milliaribus ab oſtio Garienui fluvii, à Tondinio 80. milliar. in Eurum, à Cantabrigia 40. in ortum, in Norfolcia regione. *Ant.*

¶ Venta Icenorum, urbs Albionis, nunc, teſte Camdeno, eſt *Caſter*, ſeu Caſtor, pagus Norfolciæ provinciæ, 3. milliaribus Anglicis diſtans à Norvico in meridiem, uti 75. à Londino in Cæciam. Dicitur à quibuſdam Venta Simenorum, ſed malè, ut pluribus docet Camdenus.

Venta Silurum, poſtea Briſtolium, * *Briſtovv* Anglicè, & *Caer - Vvent* Britannicè, teſtibus Camdeno & Lhuydo, urbs Angliæ clariſſima poſt Londinium, epiſcopalis, & emporium ab oſtia Sabrinæ. Aliis Venta Silurum eſt *Caer - Vvent*, oppidum Vvalliæ, Comitatus Monumetenſis, Briſtolio adverſum, in altera ripa Sabrinæ, non procul ab oſtiis Rhatoſtathybii fluvii. Sunt qui Briſtolium Ventam Belgarum, non Silurum eſſe putant. (* Camdeno & Lhuydo eſt *Caer - Vvent*, oppidum Vvalliæ, uti priùs dictum eſt, non *Briſtovv*.) *Ant.*

¶ Ventedorn, *Vantadour*, oppidum Lemovicum, Vicecomitatus titulo antiquitus inſigne, deinde Comitatus, tandemque Ducatus ab anno 1578. Vide Ventadurea.

Ventia, urbs Galliæ Narbonenſis, in Provincia. Venſienſis urbs.

Venus Pyrenæa, oppidum olim, & promontorium Hiſpaniæ citerioris, in Galliæ Narbonenſis confinio, *Cabo de Creuz*. Vide Aphrodiſium. *Strab.* *Plin.*

Venuſia, Venuſium Horatio, *Venoſa*, colonia & urbs Apuliæ Peucetiæ, in Lucaniæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Acherontino, inde 24. mill. paſſ. in occaſum, inter Neapolim 93. & Tarentum in ortum 83. mill. patria Horatii Flacci. Populi Venuſini Plinio, & Venuſinus nomen gentile Horatio libro 2. ſermonum ſatyra 1. *Ptol.* *Strab.* *Plin.* *& al.*

Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus.

¶ Venuſiæ, *Venoſa*, urbs eſt regni Neapolitani, in provincia Baſilicata, ad radices Apennini montis, parva, & Principatus titulo clara gentis Ludoviſiæ, 12. mill. paſſ. diſtat ab Acherontia in Boream, 45. à Bario in occaſum, Compſam versùs 25. & inter Neapolim ad occaſum ac Tarentum in Eurum, 75. mill. paſſ. utrinque.

¶ Vera Crux, *Vera Cruz*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in provincia Tlaſcala, cum portu in ora ſinus Mexicani. Ei adjacet arx S. Ioannis *de Ulva*, triangularis & munita, in inſula parva, ad tutelam portus, cum valido Hiſpanorum præſidio. 80. leucis diſtat à Mexico in ortum, & ferè 70. à mari Auſtrino in Boream.

Veragrani, vel Veregrani, populi Piceni, quorum oppidum *Monte Fano*, teſte Franciſco Pamphilo, inter Auximum urbem ad Arctos 5. & Traianam oppidum ad auſtrum 7. mill. paſſ. Vel *Monte Granario*, caſtrum proximum, teſte eodem Pamphilo. *Plin.*

Veragri, populi Galliæ Narbonenſis, inter Allobroges ad occaſum & Sedunos ad ortum, apud Rhodanum fluvium, quorum oppidum Octodorus Cæſari, nun *Martenach*, inter Sedunum ad ortum 15. & Agaunum ad accidentem 12. mill. paſſ. Eorum tractus pars Valleſiæ, *Pays de Gavot*, teſte Scudo; ſed Pingonio *Chablais* appellatur. *Cæſ.*

¶ Veragri populi fuere Galliæ Lugdunenſis juxta Rhodanum fluvium, ubi nunc Veleſia inferior, ſed tantiſper à Caballico tractu in ortum diſſita.

¶ Veragua, *Veragua*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, Ducatus titulo inſignita gentis Columbæ. Eſt inter mare Boreale & mare Auſtrinum, in ipſo limite regionis Terræ firmæ; eſtque ſub Præfectura Guatimalæ. Ejus urbes ſunt Conceptio, provinciæ caput, Trinitas, & S. Fides, ſub dominio Hiſpanorum.

¶ Vera Pax, *Verapaz*, Provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in Præfectura Guatimalæ, prope oram maris Borealis & intimum receſſum ſinus Honduræ, inter Iucataniam ad Arctos, Honduras ad ortum, Guatimalam ad meridiem, & Chiapam ad occaſum. Ejus oppidum præcipuum dicitur etiam Vera Pax, *Verapax*, ſub Hiſpanis cum toto tractu.

Strab. Plin. Verbanus lacus, *Lago maggiore*, lacus Inſubriæ, per quem Ticinus fluvius per mill. paſſ. 30. labitur, in longitudinem ad 40. mill. extenſus, nullibi ſupra 5. aut 6. latus, à Lario 24. recedens, eo minor, licèt major appelletur, lacubus circumſtantibus comparatus, & apud Strabonem 400. ſtadiis longus legatur. Abeſt à Novaria 17. mill. paſſ. à Mediolano 36. Illum oppida plura circumſtant: in his Angleria oppidum olim præclarum, Arona in adverſa ripa oppidum frequens cum arce; intra Palantia, Canobium, Locarnum, & Sextum ad egreſſum Ticini, (cum aliis pagis) pleraque familiæ Borrhomeæ, cujus ditio longè latèque introrſum paret. In eo inſula eſt ejuſdem familiæ malis medicis conſita, quæ ob miram elegantiam & amœnitatem Tempe dici poſſet, ac hortis Alcinoi & Heſperidum comparari, apud Palanriam, inde mill. paſſ. tantùm diſtans. De eo libro 4. Itinerarii:

Stagnaque Verbani, ſummas oſtendit & Alpes.

Verbigenus, ſive, ut alii legunt, Urbigenus, Urba Antonino, *Orbe* nunc, oppidum Helvetiorum, in Equeſtrium confinio, apud montem Juram, juxta Burgundiæ Comitatus limites, à Lauſonio urbe 5. leucis in Boream, inter Ebredunum ad ortum 2. & Nozeretum urbem Burgundiæ in occaſum 6. leucis.

¶ Verbigeus pagus tractus fuit Helvetiorum, in Gallia Lugdunenſi, ubi Verbigeni populi. Dicitur etiam Urbigenus, eratque inter Iuram montem, Lemanum lacum, & Aventicum, ubi hodie Principatus Neocomenſis, pagus Friburgenſis, & Romana ditio pagi Bernenſis.

¶ Verbigenus, ſeu, & meliùs, Urba, *Orbe*, oppidulum eſt Helvetiorum, in Brenenſi pago, ad amnem cognominem, ad radices Iuræ montis. Vide Urba.

Verbinum, *Vervin*, oppidum Galliæ Belgicæ, in Picardia, in finibus Laudunenſium, (non Veromanduorum, ut ſcribit Ortelius) ad initium Iſaræ fluvii, medium fermè inter Rhemos ad meridiem & Malbodium oppidum Hannoniæ ad Arctos 12. leucis, à Lauduno 8. in Cæciam.

Ant. ¶ Verbinum, *Vervins*, oppidulum eſt Picardiæ, in Tiraſcia tractu, pace inter Reges Galliæ & Hiſpania anno 1598. celebre. Vix 4. leucis diſtat à limite Campaniæ in occaſum; eſtque medium inter Capellam arcem ad Boream, & Marlam ad meridiem 4. leucis, 16. à Remis in Arctos, & ſeptem à fontibus Æſiæ in Africum.

* Vercellæ, etiam vulgò *Vercelli*, urbs Libycorum, in Inſubrum & Salaſſiorum confinio, ad Seſſitem fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, olim in Ducatu Mediolanenſi, nunc in Principatu Pedemontano, media inter Mediolanum & Auguſtam Taurinorum 35. mill. paſſ. ab urbe Caſalenſi 10. quot à Novaria. Silius libro 8.

Vercellæ, fuſcique ferax Pollentia villi.

Plin. Ptol. & al. (* *Oyrcellai* in Seldeni manuſcripto.)

¶ Vercellæ, *Verceil* Gallis, urbs eſt permunita Pedemontii, cum arce valida. Pluries capta fuit, & tandem pace ad Pyrenæos reddita Duci Sabaudiæ, cui etiamnum ſubeſt. 10. mill. paſſ. diſtat ab urbe Caſalenſi in Boream, quot à Novaria in occaſum.

¶ Vercellenſe dominium, *il Vercelleſe*, tractus Italiæ, aliàs pars Ducatus Mediolanenſis, nunc ſub dominio Ducis Sabaudiæ, cujus caput Vercellæ; eſtque inter Ducatum Mediolanenſem ad Boream & ortum, Marchionatum Eporedienſem ad occaſum, & Montemferratum ad meridiem. In eo autem ſunt etiam Bugella & Fanum S. Agathæ.

¶ Vercaerus, *Vvercxer zèe*, lacus Livoniæ, in Eſtonia propria inter Torpatum ad ortum & Felinum ad occaſum. Ex eo effluit Fela fluvius; eſtque Svecicæ ditionis.

Verda, *Verden*, ſeu *Ferden*, urbs Germaniæ, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino ſub Carolo Magno, cathedra epiſcopali inſignita, in Saxonia, Bremæ finitima, ab ea 4. leucis in ortum, Brunopolim versùs 15. apud Viſurgim fluvium, media inter Mindam ad meridiem, & Hamburgum in Boream 11. leucis. Eſt & Verda ſeu Vverda Danubiana urbs Sveviæ, *VVers Tonavv*, vel *Dunavvert*, ab Auguſta Vindelicorum 7. leucis in Boream. De qua lib. 5. Itinerarii:

Sole cadente ferè VVerdæ ſucceſſimus urbi,
Urbs Tiberina, tuus quam modò præſul habet.

¶ Verda, *Ferden*, urbs eſt Saxoniæ inferioris, in Germania, Ducatus cognominis caput, ſub Svecis, cum antea pareret proprio Epiſcopo. Sedet ad Alleram fluvium, qui poſtea cadit in Viſurgim, 6. mill. Germanicis diſtans a Brema in ortum, Cellam versùs 10. & 11. a Stada in meridiem. Civitas autem duplex eſt, nempè vetus & nova; eſtque parva & immunita.

¶ Verdenſis Ducatus, *Hertzogthumb Ferden* incolis, *Duchè de Ferden* Gallis, tractus Germaniæ, in Saxonia inferiori, aliàs ſub dominio Epiſcopi Verdenſis, nunc ſubeſt Regi Sveciæ pace Monaſterienſi; eſtque inter Ducatus Bremenſem, & Brunſvicenſem. Ejus caput eſt Verda.

¶ Verda, ſeu Vertia, & Donavertia, *Donavvert*, urbs eſt Sveviæ ad Danubium fluvium, ubi recipit Vernitium, aliàs libera & ſui juris, nunc ſub dominio Ducis Bavariæ. Eſt in ipſo confinio Bavariæ ſuperioris, 6. mill. Germanicis diſtans ab Auguſta Vindelicorum & pluries capta, & recepta fuit ultimo bello Germanico.

Vereduna, *Verdun*, urbs Galliæ Belgicæ. Vide Verodunum. Ejus meminit Fortunatus lib. 7.

Urbs Vereduna brevi quamvis claudaris in orbe.

Vereſis, *Vereſto* nunc, teſte Leandro, *Verde* aliis, fluviolus Latii, per agrum fluens Præneſtinum.

¶ Vereſis, fluvius parvus Latii, nunc *Oſa* dictus, ut credit Lucas Holſtenius, juxta Præneſtinam viam, & lacum Burranum ſive S. Praxedis. Defluit ad Caſtellum S. Juliani, & paulò ſupra fontem Salonium, in Anienem ſe exonerat.

Veretum, oppidum Salentinorum exciſum (cujus locus *S. Maria di Vereto* adhuc, teſte Celſo Cittadino, nominatur) ab Uxento, & Leuca 4. mill. paſſ. diſtans, Japygio promontorio vicinum. Uretum apud Ptolemæum legitur à Vereto diverſum; quod aliis eſt *Uſano*, aliis *Oria*, urbs epiſcopalis. Strab.

Vergæ, poſtea Vergianum, *Rogiano*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum mediterraneum, in Calabria citeriori, ad Iſaurum fluvium, inter Balbiam, & Beſidianum, à Balbia 10. mill. paſſ. Malvito & Torano finitimum, 4. mill. diſtans. Ptol.

Vergellus, qui & Gellus, fluvius Apuliæ, apud Cannas fluens, quem Hannibal ponte ex Romanorum interfectorum cadaveribus confecto trajecit. Is in Aufidum labitur & *Fiumo di Canne* nominatur. Mer:

Vergeminum, Viglebanum Hermolao Barbaro (quæ nomina recentia ſunt, & confecta; nam primum ad loci amœnitatem, alterum ad ſterilitatem ſoli indicandum, quaſi vilis gleba, inventum eſt) *Vigevano*, urbs recens Inſubriæ, apud Ticinum fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi effecta, inde 20. mill. paſſ. quot à Ticino in occaſum, Novariam versùs 12. Eò animi gratia Duces Mediolanenſes frequenter ſe recipere, ibique morari ſolebant.

¶ Vergeminum ſeu, & meliùs, Viglebanum, *Vigeuano* incolis, *Vigeue* Gallis, urbs eſt parva, cum caſtro munito, in Ducatu Mediolanenſi, epiſcopalis affecta a Clemente VII. anno 1630. Vide Viglebanum.

Vergia, & Vergianum, *Regiano*, teſte Barrio, oppidum Brutiorum. Vide Vergæ (variè enim legitur.) Liu.

Vergilia, *Venta Loquera* putatur, ex tabulis recentibus, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Baſtitanis & regno Murcienſi, inter Caravaciam, & Ventam Moralem 4. leucis, Oſcam versùs in meridiem 11. Populi Virgilienſes Plinio. Ptol.

¶ Vergilia, urbs Baſtitanorum, aliis eſt Murcia, *Murcia*, urbs lepida & probè culta, regni cognominis caput, ad Taderum fluvium, 6. leucis Hiſpanicis a Carthagine nova in Boream. Vide Murcia.

Ver-

Verginium mare, *Mor Weridh*, teſte Lhuydo, Britannicè, mare inter Albionem & Hiberniam interjectum.

¶ Verginium mare ab aliis Vergivium dicitur, Britannis antiquis *Mor Weridh*, Hibernis *Fariſi*, & Anglis *The Irish ea*, Gallis *la mer d' Irlande*, Hiberniam, VValliam, Scotiam, & partem Angliæ occidentalis interluit; & à quibuſdam extenditur ad Bolerium promontorium. Dicitur aliter mare Hibernicum à recentioribus.

Vergium, Bergidum Ptolemæo, ut videtur, *Vierzo* nunc, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ citerioris in Catalaunia, in finibus Illergetum, nunc pagus. De eo a Romanis capto loquitur Livius libro 4. decadis 4. Vergeſtani populi apud eundem.

¶ Verium ubi fuerit magna eſt inter Hiſpanos auctores diſputatio. Sed Lubinus credit fuiſſe quod nunc eſt *Veria*, olim in Hiſpania Bætica & conventu Cordubenſi, inter Abderam ad auſtrum & Oſcam Bæticæ ad Boream, nunc in regno Granatenſi; diſtatque 14. leucis à Granata, Almeriam versùs 8

¶ Veria ſeu Campoveria, *der Vere*, urbecula Belgii uniti, in Zelandia provincia & in Valachria inſula, cum portu capaci. Vix una leuca diſtat à Midelburgo in Cæciam; eſtque probè munita, ſub dominio utili principis Auraici.

Verlucio, *Verminſter* Camdeno, oppidum olim, nunc pagus Albionis, in Anglia, inter Aquas ſolis ſive Bathoniam ad occaſum 15. & Cunetionem ad ortum 20. mill. paſſ. ex Itineratio Antonini.

¶ Vermelandia, *Vermeland*, provincia Sveciæ, in Veſtrogothia regione, inter Dalecarliam ad Boream, Nericiam ad ortum, Venerum lacum ad meridiem & Daliam ac Norvegiam ad occaſum. Eius urbes ſunt Caroloſtadium, Philippoſtadium, Cola, & Ruſcoga.

Vernemetes, *Verines*, teſte Helia Vineto, pagus Aquitaniæ, aqud Burdigalam urbem. Cujus meminit Fortunatus libro 1.

Nomine Vernemetis voluit appellare vetuſtas.

Vernicones, Ceronibus ſeu Creonibus (quorum regio *Argyle* ſive Argathelia vocatur, ejuſque urbs epiſcopalis *Liſmore* dicitur) ac Carnonacis (quorum regio Lorna & Atholia, urbs verò Evonium, nunc *Dunſtapbage*) finitimi, maximè in ortum extenduntur. Eorum regio *Fife* nominatur, 60. oppidis ſeu urbibus conſtans; in quibus Fanum S. Andreæ in ora ad ortum, archiepiſcopalis, Dumblanum introrſum, epiſcopalis, Abernæthum Pictorum ſedes, & Fanum S. Joannis.

¶ Vernicones populi fuere Scotiæ, in ora orientali & juxta Oceanum Germanicum extenſi, ubi nunc provinciæ Fifa, Perthia, Anguſia, & Mernia, versùs Tavam æſtuarium, ſed longè à Creonibus & Carnovacis.

¶ Vernolium, *Vernevil*, oppidum eſt Galliæ, in Normannia provincia, & partim etiam in Pertico tractu, ad fluvium *Aure*. Diſtat 8. leucis à Drocis in occaſum Sagium versùs, & 7. ab Ebroicis in meridiem.

¶ Vernonium, *Vernon*, urbs Galliæ, in Normannia, ad Sequanam fluvium, 8. leucis ſupra Rotomagum in Eurum, & 6. ab Ebroicis in ortum, Giſorium versùs totidem.

Vero, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Celtiberos fluens: cujus populi Verones Ptolemæo dici videntur. Cujus meminit Martialis libro 1. epigrammate 49.

Sterilemque canum nivibus effractis ſacrum
Vada Veronum montibus?

Is *Huecar* hodie, teſte Joanne Mariana, nominatur, Concham urbem circumfluens, ſeque Sucroni commiſcens: niſi ſit alter, à priore diverſus: hic enim in Caſtella nova oriens, per regnum Valentiæ labitur cum Sucrone; prior per *A*ragoniam.

Verocaſſes, populi Galliæ Belgicæ juxta Sequanam incolentes, Caletibus finitimi, vulgò *Vulxin*, in Normanniæ & Picardiæ confinio. Vide Velocaſſes. Sunt qui horum oppidum Caſſetum dicunt in Picardia.

¶ Veroduni populi fuere Galliæ Belgicæ, juxta Moſam fluvium, quorum tractus hodie *le Verdunois* dicitur, & eorum caput Verodunum.

Verodunum, & Virodunum, Veredunum, & Vereduna Venantio Fortunato, *Verdun*, urbs Galliæ Belgicæ ad Moſam, epiſcopalis Lotharingiæ, in Campaniæ confinio ſub Archiepiſcopo Trevirenſi, inter Catalaunum urbem Campaniæ ad occaſum & Metas ad ortum 12. leucis, à Tulo 10. in Boream et Circium. De ea lib. 4. Itinerarii:

Dehinc Veredanum celebratam preſulis urbem,
Hic ubi fertilibus flores Lotharingia campis.

¶ Verodunum, *Verdun*, urbs eſt ampla cum arce recenti & probè munita ad Moſam fluvium, intra fines Lotharingiæ inſerta, ſed tamen Gallici juris cum toto tractu adjacente, 15. leucis diſtat à Catalauno in ortum, Metas versùs 10.

¶ Verodunum, *Verdun*, oppidum Aquitaniæ, in Gaurenſi Comitatu & Veroduni tractu, ad Garumnam fluvium, quinque leucis intra Toloſam in Boream.

Verolamium, Verulamium Tacito, Urolanium Ptolemæo, *Vverlam* ſeu *Verulam*, urbs olim Albionis, nunc pagus Angliæ, apud Tameſim fluvium & oppidum ſancti Albani, inter Londinium ad ortum 21. & Oxonium ad occidentem 30. mill. paſſ. In Theſauro Linguæ Latinæ Verolamium putatur eſſe oppidum S. Albani, ſed error eſt, cùm adhuc nomen retinet. *Ant.*

¶ Verolamium urbs fuit Cattieuchlanorum in Albione, antiqua ſedes Caſſibellani, teſte Speedo; eratque aliàs magni nominis, quam Tacitus municipium vocat, et inter ditiſſima totius inſulæ numerat. *Verulam* hodie dicitur locus, licèt præter mœnium fragmina nihil ſuperſit. Fluvius Leaus auſtrale illi munimentum fuerat, ruderibuſque dirutorum mœnium ad ortum & occaſum occurrit, quorum tractus, & ſubiecta aggeri foſſa etiamnum ſuperſunt, colliguntq; in ambitu 1270. paſſ. Hic S. Albanus Britannorum protomatyr ſub Diocletiano martyrio coronatus eſt anno 293. in adverſa ripa fluvii Leai, in cujus memoriam Offa magnus Merciorum Rex in ipſo loco ubi ſupplicio affectus, quem *Holmehurſt* dixerunt, ampliſſimum Monaſterium conſtrui curavit anno 793. ubi etiam è Verolamii ruinis redivivo opere ſpecioſum S. Albani Fanum exſtruxit. Vide Fanum Sancti Albani.

¶ Veromæi, ſeu Vallis Romæa, *Val Romey*, tractus Breſſiæ provinciæ, in Galliæ regno, inter Beugeſiam tractum ad occaſum & Rhodanum fluvium ad ortum, ubi Seſſelium oppidum præcipuum.

Veromandui, Viromandui Livio, populi & urbs exciſa, olim epiſcopalis Galliæ Belgicæ, ſub Archiepiſcopo Rhemenſi, nunc pagus & abbatia; quorum regio *Vermandois*, in Picardia, & urbs *Vermand*, apud oppidum Sancti Quinctini (quod regionis eſt caput, probè munitum, ad Somonam fluvium, medium inter Noviomum ad auſtrum et Cameracum ad Boream 11. leucis) urbs Auguſta Veromanduorum (licèt apud Ptolemæum Auguſta Romanduorum legatur) à Fano S. Quinctini 2. leucis in occaſum Peronam versùs diſtat, nunc, ut dictum eſt, abbatia *Vermand* appellata.

¶ Veromandui, populi fuere Galliæ Belgicæ, quorum *Cæſ.* tractus etiamnum *le Vormandois* dicitur; eſtque in Pi- *plin.* cardia provincia, Ducatus titulo inſignis, inter Tiraſciam ad ortum, Sanguiterſam ad occaſum, Cameracenſem tractum ad Boream, & Inſulam Franciæ ad meridiem. Ejus primaria urbs erat Auguſta Veromanduorum, *Vermand*, juxta amnem *Oumignon*. Nunc verò caput eſt Quintinopolis, ſeu Fanum S. Quintini, *S. Quentin*, ad Somonam.

Verometum, *Burrovv*, teſte Camdeno, oppidum olim Albionis, nunc pagus Angliæ, in Leiceſtria Comitatu, eo loco qui hodie *Burrovvhill* dicitur, inter Margidunum & Ratas 12. mill. paſſ. a Lindo 40. in auſtrum Londinium versùs.

Verona, *Verona* quoque vulgò, colonia & urbs Ce- *Ptol.* nomanorum Venetiæ, ad Atheſim fluvium interluen- *Strab.* tem, epiſc. ſub Patriarcha Aquilejenſi, urbs clariſſima *Plin.* & maxima totius Venetiæ, ſi Venetias excipias, inter *Liv.* Ferrariam ad Euronotum, & Tridentum in Circium *& al.* 50. mill. paſſ. à Brixia 40. in ortum, Venetias versùs 62. A Maximiliano Imperatore Venetis erepta anno ſalutis 1509. & anno 1516. eiſdem, pace ſequuta, reddita fuit. Ibi Ingens amphitheatrum conſpicitur. Colonia Auguſta Verona in veteri inſcriptione. A Gallis, cum Brixia & aliis urbibus condita, dictaque Verona a conditore, vel quaſi verè una. De ea Martialis lib. 14. epigramm. 193.

Tantum magna ſuo debet Verona Catullo,
Quantum parva ſuo Mantua Virgilio.

Silius lib. 8.

Tum Verona Atheſi circumflua, & undique ſollers.

Veronæ natus eſt Æmilius Macer, qui de herbis verſu

ſcripſit poſt Nicandrum Colophonium, obiitque in Aſia paulò poſt Virgilium, teſte Crinito, Meſſalæ Corvini contemporaneus. Hunc præceſſit Quintus Catullus longè celebtior, Terenti & Varonis temporibus, qui & hic natus eſt.

Plin. ¶ Verona, *Verone* Gallis, *Dierrichs Bern* Germanis, urbs eſt ampla & pulcherrima Longobardiæ, in ditione Reipublicæ Venetæ, ad Atheſim fluvium, quem quatuor pontibus nectit; eſtque caput agri cognominis, cum arce permunita, 35. m. p. diſtat a Tridento in meridiem, Mantuam verſ. 22. & 40. a Brixia in ortum, uti a Piſcaria, Venetias versùs 70. circiter. 60. autem a Ferraria in Circium.

Verona altera, urbs Helvetiorum, *Bern*, ut aliqui bus videtur, urbs & conventus juridicus inter Helveticos maximus, inter Baſileam ad Arctos 8. & Sedunum ad auſtrum 10. leucis Helveticis, media inter Tigurum in Cæciam, & Lauſonium ad Libonotum 8 a Friburgo, & Salodoro 3. Populi Bernenſes Plinio. Sed qui ſic ſcribunt, falluntur; cum Plinius, tam Veronem, quàm Bernenſes in Rhætis commemoret.

¶ Verona, urbs Helvetiorum quibuſdam eſt *Berne*, Berna, urbs ampla ad Arolam, ſed falluntur: Berna enim urbs eſt recens ab Othone Zeringhenſi Duce condita, & Plinius memorat tantum Veronam urbem in Rhætia & Bernenſes populos longè diſtantes ab Helvetiis, qui fuerant aliàs in Gallia Lugdunenſi.

¶ Veronenſis ager, *il Veroneſe* incolis, *le Veronois* Gallis, tractus eſt Longobardiæ, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, inter Tridentinam ditionem Germaniæ ad ortum agros Vicentinum & Patavinum ad ortum, Ducatum Mantuanum ad meridiem & agrum Brixianum lacumque Benacum ad occaſum. Extenditur ad 65. mill. paſſ. a Circio in Eurum & eius caput, eſt Verona.

Ant. Verones, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quos Vero fluvius alluit. Vide Berones, nam videntur iidem. Silius lib. 3.

Ac Veronum alas Balarus probat equore aperto.

Veroviacum, *Vvervecк Vvarvvyck*, ſeu *VervvicK*, pagus Belgii, in Flandria, ad Legiam fluvium, inter Inſulam & Corteriacum 3. leucis, Meſſinæ proximus. Vide Viroviacum.

Verovicum, *Varvvick*, oppidum Albionis in Anglia, Conventriȩ urbi finitimum, ab ea 6. mill. in auſtrum recedens.

¶ Verovicum, ſeu Varvicum, *VvarvvicK*, urbs Angliæ Comitatus Varvienſis caput ad Avonem fluvium, alias Præſidium dicta, in Tobunis, 9. mill. paſſ. a Conventria in meridiem & 28. a Vigornia in ortum.

Verreginis villa, quæ & Verreginum legitur, *Borechs*, teſte Vineto, pagus Aquitaniæ apud Burdigalam urbem.

Diod. Verreginum, Verrugo Livio, Ferrugo Valerio Maximo oppidum fuit Latii in Volcis, ad lacum cognominem, cuius hodie nullum extat veſtigium.

Liv. Verrugo, oppidum Latii, in finibus Volſcorum a Romanis cum arce Carventana captum, ut Livius lib. 4. decad. 1. ſcribit.

¶ Verſaliȩ, *Verſailles*, caſtrum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, ubi palatium planè regium a Ludovico XIII. Rege cœptum & Ludovico XIV. magnificentiſſimè abſolutum ad miraculum uſque, 4. leucis diſtat a Lutetia in ortum uti 2. a Fano S. Clodoaldi, versùs Monfortium Amalrici 6. circiter. a

¶ Verſca, *Verſche*, fluvius. Oritur in Lapponia Svecic è lacu *paierfui*; deinde per Lapponiam Moſcoviticam fluens, in mare Album ſe exonerat.

¶ Verſojum, *Verſouy*, oppidulum Galliæ in Breſſia provincia, & in Geſia tractu, ad Lemanum lacum, ſub dominio Francorum, vix 2. leucis ſupra Genevam in Cæciam.

Vertacomacora, *Vartema*, oppidum Inſubriæ, in agro Mediolanenſi a Mediolano 20. mill. paſſ. Vertacomacori Vocontiorum apud Plinium.

Ant. Verteris, *Burgh under Stamemore*, teſte Camdeno, oppidum Albionis in Anglia, in Comitatu Vveſtmariæ, medium inter Caturactonium 31. & Luguvallum 42. mill. paſſ. ex Antonino.

¶ Verthæmum, *Verthaim*, oppidum Germaniæ in Franconia ad Mœnum fluvium, ubi recipit Tubarum. Caput eſt regiunculæ adiacentis, inter ditiones Herbipolitanam ad ortum & Moguntinam ad occaſum; ſubeſtque proprio Comiti.

¶ Vertia, ſeu Donavertia, *Donavvert*, ſeu *Vvert* urbs Germaniæ, ad Danubium fluvium, in Sveviȩ Ducatu aliàs libera & Imperialis, nunc Bavarici iuris, ab anno 1607. varias ultimo bello Germanico experta vices Dicitur etiam Verda. Vide ibid.

Vertine, *Verzine*, teſte Barrio, oppidum magnæ Græciæ in Calabria citeriori, a Cerentia 6. mill. paſſ. in Boream, quot ferè a Bryſtacia, ſive Umbriatico, a Cariato 12. Strab.

¶ Vertuſium ſeu Virtus, *Vertus*, oppidulum Galliæ in Campania provincia, 6. leucis diſtans a Catalauno in occaſum, cum caſtro antiquo.

Veruca, *Monte Falcone*, teſte Leandro oppidum Carnorum, inter Natiſonem fluvium, & Timavum ab Aquileja 6. mill. paſſ. in Boream, ab Utino 20. in ortum, a Gradiſca 6. Sed, teſte Nigro, Veruca longè hinc diſtat in agro Veronenſi, ad Atheſim fluvium, *la Chiuſa* vulgò, inter Veronam 12. & Tridentum 36. mill. paſſ. Eſt & Veruca arx firmiſſima in Gallia Subalpina ad padi ripam, contra Creſcentinum oppidum, edito loco conſtructa, media ferè inter Hactam Pompejam, & vercellas, ab Auguſta Taurinorum ad 15 mill. paſſ. versùs Caſale Montis Ferrati caput recedens fruſtra olim à Gallis tentata, ſed & hac tempeſtate ab Hiſpanis incaſſum obſeſſa, neque expugnata, cùm hæc ſcriberem, anno a partu Virginis M. DCXXV. Ea vulò *Verva* appellatur.

¶ Veruca, *Monte Falcone*, oppidum eſt Italiæ in Foro Iulio, a Theodorico Gothorum Rege conditum 9. mill. paſſ. diſtat ab Aquileja in Cæciam, 26. ab Utino in Eurum, uti 10. a Gradiſca versùs oram ſinus Tergeſtini & regiunculæ cognominis caput, ſub dominio Venetorum.

Verulum, (non Verulanum, ut ſcribit Ortelius) Verulæ Frontino, *Veruli* vulgò, colonia, & urbs Latii epiſc. in Hernicis, apud Coſam fluvium, media ferè inter Anagniam ad occaſum & Soram ad ortum 10. ſeu 9. m. paſſ. Fruſinoni finitima. Populi Verulani Plinio & Livio. In Theſ. Ling. Lat. vicini Tuſculanis & Veliterni s dicuntur; cum ſupra 40. mill. paſſ. à Tuſculanis & pluribus a Veliternis diſtent (vulgò *Veroli*.)

Veruvium, *Cap S. Andres*, promontorium Albionis in ora Scotiæ orientali, apud Andreapolim urbem. Vide Berubium.

¶ Veſalia inferior, *weſel*, urbs permunita Germaniæ, trans Rhenum fluvium, ubi recipit Luppiam fluvium, in Ducatu Clivenſi; ſed ab Hollandis capta, ab iis etiamnum ſervatur, quanquam juris ſit Brandeburgici, Ptol. 14. milliaribus Germanicis diſtat a Gueldria urbe in Cæciam, Monaſterium versùs 13. & 11. a Juliaco in Boream; eſtque Hanzeatica.

¶ Veſalia ſuperior, *Ober Weſel*, oppidulum Germaniæ, ad Rhenum, in ditione Electoris Trevirenſis. Vide Voſavia.

Vesbius, ſive, ut alii codices habent, Vſvius, mons eſt Campaniæ, qui aliis Veſevus, & Veſuvius dicitur. Vide ibi. Ejus meminit Valerius Flaccus lib. 3.

-magis ut mugitor anhelat
Vesbius.

Veſci, quod & Faventia, Veſcis Ptolemæo, *Gueſca* ſeu *Hueſca*, ex tabulis recentibus, urbs Hiſpaniæ Bæticæ mediterranea, in regni Murcienſis & Granatenſis confinio, inter Ventam Moralem ad Arctos, & Baſti in Meridiem. 7. leucis. Nigro eſt *Velez el Ruvio*, vel *Velez el Blanco*. Plin.

Veſcianum villa fuit Campaniæ, inter Capuam & Nolam, in agro Veſciæ urbis extinctæ à Livio memoratæ inter Atellam & Veſuvium.

Veſeris, fluvius Campaniæ, apud montem Veſuvium fluens in Craterem ſinum.

Veſevus, Vesbius Silio, Veſuvius Straboni, Plinio, Livio, & aliis, *Monte di Somma* hodie, ſic ab oppido in eo dictus, mons Campaniæ ignivomus, olim incendiis memorabilis, oræ littoreæ vicinus, inter Neapolim & Stabias 8. mill. paſſ. à Nola 6. Virgiliu lib. 2. Georgic.

Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo
Ora jugo.

Ubi Nola jugo legebatur. (*Vide Veſuvius.*)

Veſontio, Viſontium Ptolemæo, Biſuntio Ammiano, Cæſ. quæ & Chryſopolis in libris Conciliorum, *Beſanzon*, urbs maxima Sequanorum, archiepiſcopalis & metropolis Burgundiæ Comit. ad Dubim fluvium circumfluentem, emporium & urbs libera, inter Dolam ad occaſum, & Montem

tem Bellicardum ad ortum 12. leucis, a Baſilea 20. in occidentem. A Trojanis poſt Trojæ excidium condita putatur.

¶ Veſontio, ſeu Viſuntio, *Bezançon*, urbs Galliæ Lugdunenſis, nunc Comitatus Burgundiæ; & ſub Hiſpanis pace Monaſterienſi, cum antea Imperialis & libera. Capta fuit à Rege Ludovico XIV. anno 1668. ſed poſteà reddita pace ad Aquiſgranum facita 15. leucis diſtat à Monte Bellicardo in Africum 20. à Divione in occaſum, uti à Lingonibus in Eurum, & 25. à Baſilea.

et. Veſpaſiæ, pagus Umbriæ, in monte, juxta fines Sabinorum, à Nurſia 6. mill. paſſ. Spoletium versùs; unde nomen Veſpaſiano Imperatori.

r. Veſpolatum, pagus amplus agri Novarienſis antiquus,
onu. à Novaria ad 8. mill. paſſ. Viglebanum versùs diſtans. Hic à Conrado Imperatore anno ſalutis 1028. Eccleſiæ Novarienſi donatus eſt.

¶ Veſprimienſis Comitatus, *Comtè de Veſprim*, pars eſt Hungariæ inferioris, inter Comitatus Albenſem ad ortum, Zaladienſem ad occaſum & Caſtriferrei ad Boream, lacumque Balatonium ad meridiem. Subeſt dominio Auſtriacorum & ejus caput eſt Veſprimium.

¶ Veſprimium, *Veſprim* Hungaris, *weisbrun* Germanis, urbs parva Hungariæ, ſed munita, ſub dominio Auſtriacorum, in ipſo limite ditionis Turcicæ, & Comitatus cognominis caput, in colle, ad fontes fluvii *Sarvvize*, & versùs oram Borealem Volceæ Paludis, ſeu lacus Balaton s.

rov. Veſprinium, *Veſprin*, urbs Pannoniæ ſuperioris, in Hun-
m. garia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Strigonienſi, inde 8. leucis in meridiem, Albæ Regali proxima, inde 3. leucis in occaſum Taurinum versùs Sabariam, apud lacum * Perſonem, in ora illius Boreali. (* Potiùs Balatonem lacum.)

ol. Veſſones, populi Galliæ Belgicæ, qui aliis Sveſſiones dicuntur. Vide ibid.

¶ Veſt-Friſia, *weſt Friſe*, pars eſt Hollandiæ versùs ſeptentrionem extenſa, quæ aliter Northollandia dicitur, inter Amſterodamum ad meridiem & Texeliam inſulam ad Boream, ubi urbes Alcmaria, Enchuſa, Hornia, & Medenblicum. Friſia autem occidentalis ab hac diſtinguenda eſt, & vulgò *la Friſe* dicitur.

rab. Veſtini, populi Italiæ, inter Præguttios ad occidentem
n. & Marrucinos ad ortum, ac inter Marſos ad meridiem,
ol. & oram maris Hadriatici ad Boream, in Aprutio: quorum caput eſt Aquila, urbs ab urbe Roma 60. mill. paſſ. à Neapoli 120. ab Aſculo 50. Hinc Veſtinus nomen gentis Martialis lib. 13. de Caſeo Veſtino epigramm. 28.

Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Inter Veſtinos & Picenos medii ſunt Præguttii & inter eoſdem, ac Sabinos Marſi & Carſeolani.

¶ Veſtini populi fuere Italiæ ſub Samnitibus, à ſeptentrione Matrino fluvio diviſi à Piceno, ab occidente Aterno fluvio à Marſis, à meridie eodem Aterno à Pelignis, & Marrucinis, ab oriente denique Supero mari alluebantur; erantque ubi hodie pars Aprutii ulterioris, inter fluvios Aternum; & *Piomba*; & eorum urbes, fuere Amiternum, Aternum, & Pinna.

¶ Vetslaria, *Wetzlar*, urbs Germaniæ, aliàſque Imperialis ſeu liqera, in Haſſia ad Lanum fluvium 6. mill. paſſ. à Gieſſa in occaſ., & 30. à Francofurto ad Mœnum in Boream.

¶ Veſtmannnia, *Weſtmannie*, provincia Sveciæ, inter Uplandiam ad ortum & Nericiam ad occaſum, Geſtriciam ad Boream & Sudermanniam ad meridiem, ejuſque urbes ſunt Aroſia & Arboga.

¶ Veſtmaria, *Weſtmorland*, provincia Angliæ Borealis, ubi aliàs Brigantes populi ex parte. Eſt inter provincias Eboracenſem, Lancaſtrenſem, Cumbriam, & Diœceſim Dunelmenſem, ejuſque oppida ſunt Aballaba, & Candalia.

¶ Veſtmonaſterium ſeu Monaſterium occidentale, *Weſtminſter*, urbecula Angliæ, ad Tameſim fluvium & Londino adjacens ad occaſum, in Comitatu Midleſexiæ, ubi Abbatia celebris S. Petro dicata & ab Henrico III. Rege Angliæ exædificata, ubi Regum Mauſolæa.

¶ Veſtrovicum, *weſtervvick*, urbs Sveciæ, in Smalandia provincia, cum portu in ora maris Baltici & in ipſo limite Oſtrogothiæ provinciæ. 55. mill. paſſ. a Calmaria in Boream.

¶ Veſulium, *Veſoul*, urbs Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, parva, ſed culta. 9. leucis à Viſuntione in Boream & 13. à Monte Bellicardo diſtans in occaſum. Pluries capta & reddita fuit hiſce ultimis temporibus. *Plin.*

Veſulus, *Monviſo*, mons Liguriæ, in Gallia Subalpi- *Sol.*
na, apud Alpes Cottias, ex quo Padus fluvius Italiæ *& al.*
notiſſimus profluit & Druentia fluvius Galliæ Narbonenſis, ab Auguſta Taurinorum 30. mill. paſſ. in occidentem, à Salutiis 16. in Boream. In cujus jugo planities eſt, unde Padus gemino & viſendo fonte manat. De eo Virg. lib. 16. Æneides:

Actus aper, multos Veſulus quem piniſer annos
Defendit.

¶ Veſulus, *le Mont Viſo*, mons Italiæ & pars Alpium Cottiarum, inter Galliam & Italiam, ſeu inter Marchionatum Salutiarum ad ortum, & Delphinatum ad occaſum, 20. mill. paſſ. à Salutiis in occaſum, ubi fontes Padi fluvii. *Ptol.*

Veſuna, urbs Galliæ Aquitanicæ. Vide Petrocorii, nam ipſa Petrocorienſis urbs ſic à Ptolemæo nominatur.

¶ Veſuna ſeu Veſunua, & Petrocorii, *Perigueux*, urbs Galliæ, in Aquitania, Petrocorienſis provinciæ caput, ad fluvium Illam. Vide Petrocorium.

Veſuvianæ aquæ, eædem Sebeto amni, teſte Loffredo, *Tac.*
ſic enim Sebetus fluvius ex monte Veſuvio, apud Neapolim fluens appellatur à Tacito.

Veſuvius, Veſvius Statio, ſi non eſt error codicis, *Strab.*
(vide Veſevus) *Monte di Somma*. Hinc Veſuvina in- *plin.*
cendia, & Veſuvium oppidum, *Somma*, ad hujus mon- *& al.*
tis radices ſitum, à Neapoli 8. mill. paſſ. in ortum diſtans, vino hoc tempore in pretio habito clarum. Statius lib. 2. ſylvarum carmine 2.

Ructaſſent dites Veſuvina incendia Locros.

Item lib. 4. Sylvarum carmine 4.

Littoribus, fractas ubi Veſvius egerit iras.

¶ Veſuvium mons, Veſevus Poetis, & Vesbius Græcis, hodie *Monte di Somma*; mons celeberrimus & ignivomus in provincia Terræ laboris, aliàs vitibus magna ex parte conſitus, & peramœnus, nunc omni ex parte incultus, ut ego vidi, propter crebra incendia. Anno enim 1632. ſic æſtuavit, ut calamitatem ultimam Neapolis expectaret, quod etiam poſtea pluries accidit, ſed minori impetu. De ejus variis incendiis ſcripſit Recupitus. *Lib.*

Vetaonia, *Vaadonia* nunc, vel *Vandoma*, pagus & *Conc.*
cœnobium in regno Portugallico: cujus fit mentio in Concilio Lucenſi.

Vetera, quæ & Vetera caſtro Tacito & Legio XXI. *Tac.*
Antonino, *Santea*, teſte Pyramio cum Pighio, urbs Ger- *ptol.*
maniæ inferioris, apud Rhenum, in Ducatu Clivenſi, in- *Ant.*
ter Coloniam Agrippinam in Auſtrum 12. & Cliviam in Boream 4. leucis. Sed Simlero eſt *Berck*, oppidum ad Rhenum, à Santis 2. leucis, Coloniam versùs 10.

¶ Vetera, ſeu Vetera Caſtra, oppidum Germaniæ inferioris, eſt *Santen*, oppidum Ducatus Cliviæ, prope Rhenum fluvium, 2. leucis à Veſalia inferiori in occaſum, & totidem à Gueldria in Boream, uti 3. à Rhenoberga.

Vetera Caſtra, *Pfeter*, teſte Simlero cum Aventino, oppidum Vindeliciæ, in Bavaria, nunc pagus apud Danubium, inter Ratiſponam ad occaſum, & Straubingam in ortum 3. leucis.

¶ Veteravia, *Weteravv* incolis, *Veteravie* Gallis, tractus Germaniæ & Franconiæ, in circulo Electorum Rheni, inter Haſſiam ad ortum & Rhenum fluvium ad occaſum, Ducatum Weſtphaliæ ad Boream, & ditionem Moguntinam ad meridiem; dividiturque in 12. Comitatus, qui ſunt Belſtinus, *le Comtè de Beilſtein*, Comitatus Cattimeliboci, *le Comtè de Catzenellobogen*, ditiois Haſſo-Caſſellanæ pro majori parte, Dietienſis, *le Comtè de Dietz*, Dillemburgicus, *le Comtè d'Dillembourg*, ſub proprio Comite, Hadamarius, *le Comtè de Hadamar*, nuper Principatus titulo inſignitus Naſſoviæ gentis, Idenſtinus, *le Comtè d'Idenſtein*, Iſenburgicus, *le Comtè d'Iſſembourg*, Naſſovius, *le Comtè de Naſſau*, nuper Principatus titulo inſignitus, & unde orta domus Naſſovia celeberrima, & Principes Arauſicani, Sigenſis, *le Comtè de Sigen*, Solmenſis *le Comtè de Solms*, Vilburgenſis, *le Comtè de Veilburg*, & Viſbadenſis, *le Comtè de Viſbaden*, in ditione Electoris Moguntini. Oppida autem præcipua totius provinciæ ſunt Dietia, Hadamaria, Naſſovia, Sigenum, & Solma.

¶ Veterus, *lac Weter*, lacus amplus Sveciæ, inter Weſtrogothiam & Oſtrogothiam provincias. Extenditur ad 80. mill. paſſ. à ſeptentrione in meridiem & eum circundant Vadſtena & Jonecopia.

Plin. Vettionenſes & Vettonenſes ex veteri inſcriptione, populi Umbriæ, quorum oppidum *Bittona*, quaſi Vettonium, apud Tiniæ & Aſii fluviorum confluentiam, inter Mevaniam 6. & Peruſiam 8. mill. paſſ. olim urbs epiſcopalis.

Vettones, populi Luſitaniæ, quorum regio Vettonia Prudentio, *Extremadura* hodie. Vide Vectones. De quibus Vaſconcellus.

Et Vetonum terris, atque Ana proxima quondam.

¶ Vettones, populi fuere Hiſpaniæ in Luſitania, ubi hodie pars auſtralis regni Legionis, cum parte Boreali Extremaduræ Caſtellanæ. Vide Vectones.

¶ Vettoniana, *winten*, oppidulum eſt Germaniæ, in Ducatu Bavariæ, ad Danubium fluvium, teſte Cluverio.

Vetulonia, Vetulonium Ptolemæo, *Vetulia*, oppidum olim Hetruriæ, apud Populonium (non *Viterbo* urbs, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) ub ſylva Vetulonia nunc, *Selva Vetletta*, Populi Vetulonii Plinio. Erat & Vetulonia apud Viterbium, ex qua & Longula, & Turrena ipſum Viterbium conſtructum eſt, uti ex tabula Regis Deſiderii, quæ ibi adſervatur, legitur. Cujus meminit Silius lib. 8.

Mæoniæque decus quondam Vetuloniæ gentis:
Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces.

¶ Vetus Vicus, ſeu Altorfium, *Altorf*, vicus amplus Helvetiorum, Urienſis pagi caput, prope Rufnam fluvium & lacum Lucerinum, ad radices montium. 15. mill. paſſ. à Svitio in meridiem & 24. à Curia in occaſum.

Ptol. Vexala, (in Seldeni manuſcripto *Oyzalla*) *Yvelmouth*, teſte Camdeno, æſtuarium Albionis, in Cornubia regione, in mare ad Bidfordiam oppidum labens apud Herculis promontorium. Aliis *Molts* ab oppido vicino nominatur. (Camdeno (qui Uzella ſcribit) eſt oſtium Pedredi fluminis, Anglis veteribus *Pedredamuth* dictum; vel ut alii, oſtium Ivelli, vulgò *Evelmouth*, aut *Ivelmouth*; quæ duo flumina agri Somerſettenſis ſunt & in mare fluunt paulò infra *Bridgevater* oppidum, cum *Bediford* oppidum ſit Comitatus Devonienſis. Idem Camdenus Nicolai de *Moeles* viri nobilis in hoc tractu meminit.)

¶ Vexfordia, *Wexford*, urbs munita Hiberniæ, in Lagenia regione, Comitatus cognominis caput, cum portu peramplo in parte orientali inſulæ, ubi incipit Auſtralis. Aliàs Menapia dicta fuit & 24. milliaribus diſtat à Roſſia in ortum, uti 25. à Vaterfordia, & 60. à Dublinio in meridiem.

¶ Vexfordienſis Comitatus, *Vexford Countye* Anglis, provincia eſt Hiberniæ inſulæ, in Lagenia regione. Terminatur ab ortu, & meridie mari Hibernico, à ſeptentrione Comitatu Caterloghienſi, & ab occaſu Comitatibus Kilkennienſi, & Vaterfodienſi; ejuſque caput eſt Vexfordia.

Ptol. ¶ Vexinum, *le Vexin* tractus Galliæ, cujus pars, nempe Vexinum Gallicum, *le Vexin Francois*, eſt in provincia Inſulæ Franciæ, inter Oeſiam & Eptam fluvios cujus caput eſt Pontiſara; Pars autem occidentalis, ſeu Vexinum Normannicum, *le Vexin Normand*, eſt in Normannia provincia, inter Eptam & Andelam fluvios, caput eſt Giſorium; ibique aliàs fuere Vetocaſſes populi pro majori parte.

¶ Vexſia, *Vexſio*, urbs Sveciæ in Smalandia provincia, juxta lacum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Upſalienſi, 35. mill. paſſ. diſtans a Vetero lacu in meridiem, versùs mare Balticum paulò plus.

¶ Vezeliacum, *Vezelay*, urbs Galliæ in Burgundiæ Ducatu, ad Curam fluvium, & in Antiſſidiorenſi tractu, in colle, juxta limites Nivernenſis provinciæ. 7. leucis ſupra Antiſſiodorum in meridiem, & 14. à Nivernis in Cæciam.

Ufens, *l'Aufente*, fluvius Latii, juxta Privernum fluens pelagoque Tyrrheno apud Terracinam urbem exceptus, qui & *Baldino*, teſte Ligorio, aliiſque *Baudino* dicitur. Cujus meminit Virg. lib. 7. Æneidos.

Quærit iter valles, atque in mare conditur Ufens.

Hujus oſtia ab oſtiis Truenti in Picenis 150. mill. paſſ. ab ſunt (tanta eſt inter duo maria diſtantia) inter oſtia Tiberis 72. & Neapolim 82.

¶ Ufens, fluvius Latii, hodie *il Portatore* dicitur, & naſcitur ad diverſorium vulgò *Caſenove*, 2. mill. ſub Setia, ut ego pluries vidi in Campania Romana, & in ditione Pontificia. Sed ejus oſtia prope Terracinam diſtant 100. mill. paſſ. ab oſtiis Truenti in Piceno, in meridiem, uti 60. à Neapoli in occaſum, versùs oſtia Tyberina 50.

Ufens alter, fluvius Piceni, *Chiente*, teſte Cæſare Orlando & alter in Gallia Togata, in ora Semnonum, in Æmilia apud Rubiconem fluens.

Uffugum, *Monte Alto*, teſte Barrio, urbs Brutiorum in Calabria citeriori, olim epiſcopalis (cujus ſedes ſedi Conſentinæ nunc copulata eſt) media inter Conſentiam & Argentanum, ſeu Marcopolim, 12. mill. paſſ. utrinque.

Uggade, *Uggel*, teſte Meyero, oppidum Galliæ Celticæ, in Normannia, à Rhotomago 5. mill. paſſ. in auſtrum diſtans, apud Sequanam fluvium, Comitatus. Ant.

¶ Uggade, oppidum Aulercorum Eburonicum, ad Sequanam in Gallia Lugdunenſi. Quibuſdam eſt *Elbeuf*, oppidum Ducatus titulo inſignitum in Normannia, 5. mill. paſſ. ſupra Rothomagum in meridiem.

¶ Ugoghenſis Comitatus, *Comtè de Ugogh*, provincia eſt Hungariæ ſuperioris, versùs Tibiſcum fluvium & limites Tranſylvaniæ, ſub dominio Auſtriacorum. Terminatur a ſeptentrione Peregienſi Comitatu, ab ortu Moramaruſienſi, ab occaſu Bihorienſi & a meridie Zatmarienſi. Ejus autem caput eſt Ugoza, *Ugoza* Hungaris, *Ugogh* Germanis, caſtrum in colle, 2. milliaribus Germanicis diſtans a Zatmaria in Boream, Vibiſcum fluvium versùs paulò plus.

Via, *Avia*, fluvius Hiſpaniæ Tarraconenſis, per Calaicos in Minium influens.

Via Beloium, *la Chiuſa*, pagus Carnorum intra Alpes Julias, qua in Noricum tranſitur, à Glemona oppido Carnorum 14. mill. paſſ. Villacum versùs 9. leucis Germanicis.

Viacenſes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis in Bæticæ confinio, quorum urbs Biatia. Vide ibid. Plin.

Viadus, Guttalus Plinio, *Oder*, teſte Althamero cum aliis, fluvius Germaniæ, ex Moravia oriens, longoque tractu per Sleſiam, Marchiam & Pomeraniam in mare Balticum in Boream fluens, Uraislavia, Francfurto & Stetino, urbibus præcipuis, irrigatis.

¶ Viadus, ſeu meliùs Viadrus fluvius, *l'Oder*, ab aliis dicitur Guttalus & Odera; eſtque ex præcipuis totius Germaniæ Vide Odera.

Viæ urbis Romæ ex Publio Victore, & aliis.

Æmilia, à Lepido Conſule cum Cajo Flaminio ſtrata, ab Arimino Bononiam uſque perducens, unde nomen regionis.

Albania in Latio, per portam Latinam Albam ducens. Tibullus lib. 1. elegia 8.

Nec taceant monumenta viæ, quæ Tuſcula tellus,
Candidaque antiquo detinet Alba lare.

Alta, per urbem à monte Quirinali ad portam Viminalem.

Amerina, pars Flaminiæ, à porta Flaminia Ameriam ducens.

Appia, ab Appio Claudio ſtrata, per portam Capenam Brunduſium uſque perducens. De qua Statius ſic, ſylvarum lib. 2. carm. 2.

Appia longarum teritur regina viarum.

Hæc à Trajano inſtaurata fuit.

Ardeatina, ab Aventino monte Ardeam uſque ducens.

Aſinaria, inter Appiam & Ardeatinam, per portam Cœliomontanam. (* Latinam & Ardeatinam, in epitome geographica, & in 2. catalogo.

Auguſta, pars Flaminiæ, per Thuſciam.

Aurelia, per portam Aureliam, Forum Aurelii uſque per Pyrgos & Centumcellas ducens.

Auſonia, eadem, ac Latina. Vide Latina.

Campana, per portam Aſinariam, ſeu Cœliomontanam.

Caſſia, per portam Flaminiam, Forum Caſſii deducens.

Cimina, per portam Flaminiam ad montem Ciminum.

Claudia, per portam Flaminiam Forum Claudii perducens per Thuſciam.

Collatina, per portam Collatinam, ſeu Pincianam in Sabinos.

Conſularis, per portam Aureliam in Thuſciam.

Cornelia, inter Aureliam & Triumphalem apud S. Petrum ſeu Vaticanum exiens in Thuſciam.

Domi-

Domitiana, ab Appia inter Sinueſſam & Puteolos in Campania ducens.
Flaminia, à Cajo Flaminio Conſule ſtrata, per portam Flaminiam, ſeu Flumentanam Ariminum uſque perducens. De ea Martialis ſic, lib. 11. epigramm. 14.
Quiſquis Flaminiam teris, viator,
Noli nobile præterire marmor.
Ex lib. 10. epigramm. 10.
Totaque Flaminiæ Roma videnda viæ.
Gabina, per portam Gabiuſam Gabios ducens.
Junia, à Via Salaria in Sabinos ducens.
Lata, per urbem, juxta & ante ædem S. Marcelli, ſic & hodie dicta.
Latina, per portam Latinam; quæ & Latia. & Auſonia. Martiali lib. 9. epigramm. 102.
Conſecrat, Auſoniæ maximæ fama viæ.
Lavicana, per portam Eſquilinam Labicos ducens.
Laurentina, per portam Oſtienſem.
Nomentana, per portam Viminalem in Sabinos Nomentum uſque. Ovid. lib. 4. faſtorum:
Hæc mihi Nomento Romam cùm luce redirem,
Obſtitit in media candida turba via.
Nova, per urbem inter Ædem S. Mariæ Liberatricis & Velabrum. Ovid. lib. 6. faſtorum:
Forte revertebar feſtis Veſtalibus illa,
Qua Nova Romano nunc via juncta foro eſt.
Hæc per palatium Septizonium uſque ad Thermas Antonianas ducebat.
Numicia, ab Appia deciſa.
Oſtienſis, per portam Oſtienſem, ſeu Trigeminam Oſtiam uſque.
Portuenſis, per portam Navalem Thuſciam Portum uſque.
Prænestina, per portam Eſquilinam Præneſte uſque.
Quinctia, per Sabinos, à Salaria deciſa.
Recta, per Campum Martium in urbe. De qua Martialis lib. 8. epigramm. 74.
Dum repetit ſera conductos nocte penates
Lingonus à Recta, Flaminiaque via.
Sacra, per urbem apud Ædem SS. Coſmæ & Damiani, ab arcu Conſtantini ad arcem Titi, ac ad Capitolium uſque per Forum Romanum. De qua Propertius lib. 1. elegia 1.
Actiaque in Sacra currere roſtra via.
Salaria, per portam Salariam in Sabinos. Ejus meminit Martialis lib. 4. epigramm. 64.
Ille Flaminiæ, Salariæque
Geſtator patet, eſſedo tacente.
Sempronia, à via Flaminia in forum Sempronii ducens.
Setina, ab Appia deciſa, Setiam dicens.
Tiburtina, per portam Gabiuſam Tibur ducens. Sic & porta Tiburtina, quæ & Taurina, *di S. Lorenzo.*
Trajana, ab Appia deciſa, per Latium.
Triumphalis, per portam Triumphalem in Thuſciam, ac à Vaticano Capitolium uſque ducebat.
Tuſculana, per portam Aſinariam, ſive Cœliomontanam Tuſculum uſque.
Valeria, per portam Aſinariam in Marſos ducens.
Vitellia, per portam Ianiculenſem in Thuſciam ad mare uſque:
Viæ longiùs ab urbe diſtantes:
Æmilia Lepidi, ab Arimino (ubi deſinit Flaminia) gemina; una Placentiam uſque, altera uſque Aquilejam.
Æmilia Scauri, à Piſis Dertonam. De Æmilia Martialis lib. 3. epigramm. 3.
Romam vade, liber: ſi veneris unde, requiret
Æmiliæ dicas de regione viæ.
Poſtumia, per Galliam Togatam, eadem Æmiliæ, ſeu pars, ſeu vicina.
Poſtumia altera ex tabula ænea, à Genua Dertonam ducens, nunc *Coſtuma*.
(*De viis aliter.*) *Viæ per Italiam, ab urbe Roma; pleræque incipientes, & à portis ejuſdem urbis nomen habentes.*
Æmilia, ab Arimino Placentiam uſque & Aquilejam.
Albana, per Latium Albam uſque.
Appia, Brunduſium uſque.
Ardeatina, Ardeam uſque.
Aſinaria, per Latium, inter Latinam & Ardeatinam.
Aurelia, per Thuſciam Alpes uſque.
Campania, in Campaniam per Latium.
Caſſia, per Thuſciam, Forum Caſſii uſque.
Cimina, uſque ad Ciminam ſylvam, per Thuſciam.
Collatina, in Sabinos.
Cornelia, per Thuſciam, inter Aureliam, & Triumphalem.
Domitiana, pars Appiæ, in Campaniam.
Ferentina, per Latium Ferentinum uſque.
Flaminia, Ariminum uſque.
Gabina, Gabios uſque.
Gallicana, in Sabinos.
Iunia, in Sabinos.
Latina, per Latium Caſinum uſque, media inter Appiam, & Valeriam,
Laurentina inter Oſtienſem & Ardeatinam,
Navalis, quæ & Portuenſis.
Nomentana, in Sabinos Nomentum uſque.
Numicia, pars Appiæ in Latio.
Oſtienſis, Oſtiam uſque.
Patinaria, per Sabinos, pars Salariæ.
Portuenſis, Portum uſque.
Quinctia, per Sabinos, pars Salariæ.
Salaria, per Sabinos, in plures.
Setina, pars Latinæ, Setiam uſque.
Trigemina, eadem ac Oſtienſis.
Triumphalis, per Thuſciam.
Tuſculana, pars Campaniæ, Tuſculum uſque.
Valeria, in Marſos.
Vitellia, per Thuſciam.

Viana, *VVeiſſenhorn*, teſte Lazio, oppidum Rhætiæ, in Suevia, ab Ulma 2. leucis in auſtrum, ab Auguſta Vindelicorum 8. in Corum. Sed alibi eidem Lazio eſt *Voitſperg*, oppidum parvum ſeu pagus ejuſdem tractus. Simlero autem eſt *VVangen*, oppidum ejuſdem Sueviæ, inter Lindavium 2. & Memingam 5. Viana autem apud Plinium urbs eſt Norici, & *VVien* urbs Auſtriæ caput putatur; licèt Viena Auſtriæ in Pannonia ſuperiori cenſeatur. *Plin. Ptol.*

¶ Viana, urbs Rhætiæ, in Vindelitia, hodie eſt Iſna, *Iſne*, urbs libera Sueviæ provinciæ, in Germania, ad Argum amnem, teſte Sanſone. Diſtat 10. milliaribus à Vemania in ortum, uti 40. à Conſtantia, Campodunum versùs 15.

¶ Viana, *Viana*, urbecula Hiſpaniæ, in Navarræ regno, Principatus titulo clara primogenitorum Regum Navarræ. Sedet prope Iberum fluvium, in limite Alavæ & Rivogiæ, vix una leuca à Logronno in ortum, 7. à Calaguri in Circium, 13. à Pompelone in occaſum.

¶ Viana, *Vianen*, oppidum Belgii uniti, in Hollandia meridionali, ad Leccum fluvium, cum caſtro gentis Brederodæ, in limite dominii Ultrajectenſis, & ferè 2. leucis ab Ultrajecto in meridiem; eſtque ferè medium inter Neomagum ad ortum & Roterodamum in occaſum.

¶ Viana Limii, *Viana de foz de Lima*, oppidum Hiſpaniæ, in Portugallia, ad oſtia Limii fluvii & in ora Oceani Atlantici, in provincia inter Durium & Minium, 5. leucis à Braccara in occaſum, & ferè 3. ab oſtio Durii fluvii.

¶ Viatka, *Viatka*, provincia Moſcoviæ orientalis, versùs Tartariam deſertam & Uiatkam fluvium, inter Permiam provinciam ad Boream & Ceremiſſos populos regnumque Caſanenſe ad auſtrum.

ViatKa, *Viatka*, urbs parva Moſcoviæ, provinciæ cognominis caput, ad fluvium ViatKam dictum, cum caſtro munito, ſub dominio magni Ducis Moſcoviæ cum toto tractu. 120. mill. paſſ. diſtat à Cazano in Boream.

Vibali, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum locus Pineto & Moletio *Fomillan* dicitur. Vide Bibali, & Forum Bibalorum Ptolemæo. *Plin.*

¶ Vibantanarium, urbs aliàs Tyrangitarum, in Sarmatia Europæa, nunc *Bar*, urbs Poloniæ regni, in Podolia ſuperiori, teſte Brietio. Aliis autem eſt *Lampol*, oppidulum ad Tyram fluvium, in Podolia inferiori, 50. mill. paſſ. à Baro in meridiem.

Vibii forum, & Forum Vibienſium, *Bibiena*, oppidum ſeu pagus Galliæ Subalpinæ, in finibus Taurinorum, à Taurino ad 20. mill. paſſ. in occaſum, à monte Veſulo & ortu Padi fluvii 10. *Plin.*

¶ Vibii forum, ſeu Forum Vibii, oppidum fuit Galliæ Subalpinæ, nunc Principatus Pedemontii, ſub Duce Sabaudiæ Brietio eſt *Caſtel Fiori*, aliis autem *Bubiana*, caſtrum in Marchionatu Salutiarum, ad amnem *Peles*, prope Bricheraſcum, & vix 3. milliaribus à Luceria diſtans, ad radices montium.

Plin. Vibiſci, populi Aquitaniæ. Vide Ubiſci.

Ant. Vibiſcum *Vivis*, oppidum Galliæ, in finibus Sedunorum, ad lacum Lemanum, in ora ad ortum, in confinio Equeſtrium, & Helvetiorum, inter Agaunum 15. & Lauſonium urbem 18. mill. paſſ. Vide Vibiſcum.

¶ Vibiſcum, ſeu Viviſcus, *Vevay*, oppidulum eſt Galliæ Lugdunenſis, in Helvetiis, & in ora Boreali lacus Lemani, ubi hodie pars pagi Bernenſis, 13. mill. paſſ. à Lauſana in ortum, Veragros versùs & 20. ab Agauno in Boream.

Cic. *Strab.* *Plin.* Vibo Valentia, quæ & Hippo, & Hipponium Straboni, *Bivona*, teſte Barrio, aliis *Bibona*, urbs olim, nunc Caſtrum Brutiorum in ora ſinus Vibonenſis, olim epiſc. ſub Archiep. Rhegino, à Monte Leonis (quæ urbs illi ſucceſſit & Hipponium à plerisque eſſe putatur) 4. mill. paſſ. diſtans, Tropeam versùs 8.

Plin. Vibonenſis ſinus, idem cum Hipponiate, & Terinæo, *Golfo di S. Eufemia*, ſinus Brutiorum, inter Calabriam citeriorem, & ulteriorem.

¶ Viburgum, *VViborg*, urbs regni Daniæ, in Iutia Boreali, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lundenſi, prope Limicum ſinum. Diſtat 70. mill. à Ripa in Boream, 40. ab Arhuſia in occaſum; mediaque inter Oceanum Germanicum ad occaſum, & Codanum ſinum ad ortum, 40. mill. paſſ. diſtans. Illius autem Diœceſeos longitudo, ab ortu in occaſum. 12. mill. Germanicis patens, complexu ſuo ambit ſexdecim Præfecturas, ducentis, & octo parœciis, tribus caſtris, & urbibus tribus, *Viburgo*, *Nibe*, & *Scheve*, conſtantes.

¶ Viburgum, *Vibourg*, urbs Sveciæ - Careliæ provinciæ caput, cum arce permunita, aliquoties à Moſcovitis in caſſum tentata. Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rigenſi, versùs oram ſinus Finnici, cum portu peramplo 45. mill. paſſ. diſtat à Kekholmia in occaſum, uti ab ora lacus Ladogæ, 106. autem à Narva in Boream.

¶ Vincennæ, *Vincennes*, caſtrum Galliæ in provincia Inſulæ Franciæ, cum palatio ſuperbiſſimo recens excitato à Ludovico XIV. Francorum Rege. Diſtat à Lutetia una leuca in ortum Latiniacum versùs.

Ptol. Vicenta, Vicetia Plinio, Vicentia Tacito, & Vincentia poſterioribus, *Vicenza*, urbs Venetiæ epiſcopalis, ſub Patriarcha Aquilejenſi, ad Reronis, & Medoaci minoris confluentiam, inter Veronam ad occaſum 30. & Patavium in ortum 18. mill. paſſ. à Gallis, teſte Trogo, cum Verona condita; urbs ampla & ſcorpio figura perſimilis. In Theſauro Linguæ Latinæ, Vicentia ex Plinio & Ptolemæo ſcribitur; ſed non ſic apud illos legitur. De ea lib. 4. Itinerarii:

Digreſſis, tenuem ſe Bachilionis ad amnem
Frugiferos inter tollit Vicentia campos.

De Vicentia urbe apud Calepinum, quę & Vicentia Tacito lib. 3. Hiſtoriarum & Vicetia Plinio, ut ſupra: olim Vicania, teſte Galaſſio Poeta Vicentino ſic:

Hic quondam Galli victricia bella gerentes,
In veteri vico mœnia parva locant;
Quò ſe reciperent, ſi belli adverſa fuiſſet
Fortuna, & Latio Gallica terga darent.
Hinc rem Romanam Latiumque laceſſere tentant,
Seu mare, ſeu terris bella gerenda forent:
Hac quoque Romanas ad mœnia vertere prędas.
Hic quoque pro meritis premia digna viris,
Poſt victos hoſtes, libertatemque receptam.
Hinc Vicentinis nomina dicta viris.
Hinc data ſunt terra praclara nomina noſtra;
Hinc Vincentini nomina clara tenent.
Nec Senonas credas dixiſſe hac nomina noſtros,
Antea Vicanos fama vetuſta canit.

Verba Taciti ſunt, Poſſeſſa ipſo tranſitu Vicentia; quod per ſe parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantibus illic Cæcinam genitum, & patriam hoſtium Duci ereptam. Populi Voicetini apud Ciceronem, in epiſtolis ad Atticum, ubi & Ateiſtini memorantur. Ubi videtur legendum Vicetini & Ateſtini. Vicentia à Maximiliano Imperatore anno ſalutis 1509. Olympiadis 572. anno 4. urbis conditæ 2270. Venetis eripitur; ſed anno 1516. ſecuta pace eiſdem reſtituitur.

¶ Vicentia, *Vicenza* incolis, *Vicenze* Gallis, urbs eſt Italiæ, aliàs in Venetia, hodie in Longobardia, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, Vicentini agri caput, ampla & probe munita, 30. mill. diſtat à Feltria in meridiem, & 54. à Ferraria in Boream.

¶ Vicentinus ager, *il Vicentino* incolis, tractus Italiæ, in ditione Reipublicæ Venetę, inter Comitatum Tirolis ad Boream, Marchiam Tarviſinam ad ortum, Veronenſem agrum ad occaſum & Patavinum partim ad ortum, & partim ad meridiem. Ejus caput eſt Vicentia.

Vicenumum, *Trebiſazzi*, oppidum Lucaniæ in magnæ Græciæ confinio, apud oram ſinus Tarentini, ab Arponio 4. mill. paſſ. Vide Viceſimum. *Ant.*

Viceſimum, aliis Vicenſinum, ſeu, ut plerique legunt, Vicenumum, *Trebiſazzi* Barrio, oppidulum magnæ Græciæ, in Calabria citeriori, apud ſinum Tarentinum, inter Thurios, & Heracleam ad Arctos, à Thuriis, ſive Terranova 14. mill. paſſ. Amigdolariam versùs 6. à Coſano 12.

Vicetia. Vide Vicenta, & Vincentia. *plin.*

¶ Viclovium, *ViKlo*, oppidum Hiberniæ, cum portu, in Lagenia & Comitatu Dublinenſi, 25. mill. paſſ. a Dublinio in meridiem, Arcloam versùs 12.

Vicodonia, urbs Trhaciæ, quæ poſtea Hadrianopolis dicta eſt. In ea a Scythis capta, 100000. hominum cæſa ſunt. *Hero.*

Vicohabentia, *Vicovenza*, urbs Galliæ Togatæ epiſcop. ſub Archiep. Ravennate, nunc pagus agri Ferrarienſis, ſede epiſcopali Ferrariam translata, inde 16. mill. paſſ. Ravennam & Comachum versùs diſtans. *Ptol.*

* Victoria, *Agobel*, teſte Marmolio, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis mediterranea, proxima Gitlui. (* In Seldeni manuſcripto *Kittaria*.) *Beda.* *Ptol.*

¶ Victoria, urbs Mauritaniæ Cæſarienſis. Nunc *Moaſcar* dicitur, teſte Sanſone; eſtque etiamnum ſatis ampla.

Victoria, *Guith*, ſeu *Caer-Guidi*, teſte Camdeno, oppidum * Albionis, in Damniis. Altera in Anglia, *Wigton*, oppidum Lindo proximum; & alia in Scotia apud Candidam Caſam, quæ etiam V*vigton* dicitur, a Candida Caſa 6. mill. in Boream ad lacum, cujus pars hyeme congelatur, pars non. (* Camdeno *Caer-Guidi*) (de qua an Victoria ſit ſubdubitat) urbs fuit in medio Forthæ æſtuarii Scotiæ, ubi nunc *Inch Keith*, inſula procul à Damniis, Angliæ populi juxta Lhuydum; proxima Lingo, oppido Scotiæ, vulgò *Lin Lithquo*, non Angliæ (Lindum enim Anglicum K*incoln*, urbs longè hinc diſtans) uti nec *VVigton*, qui portus eſt Gallovidiæ, Scotiæ regionis, apud Candidam Caſam, ac à nonnullis forſan Victoria appellatur.

¶ Victoria, urbs fuit Albionis ulterioris, ſeu Scotiæ, in Damniis, quæ nunc Brietio & aliis eſt Abernethea, *Abernethy* urbs ampla Scotiæ, in Strathernia provincia, juxta Tavam æſtuarium, & in ipſo limite Fifę Comitatus. Vide Abernethea.

Victoria item, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Cantabris, Alavæ regionis caput, anno ſalutis 1180. teſte Joanne Mariana, condita, à Pompelone 16. leucis in occaſum, à Burgis 23. Bilbaum versùs 10. Vide Vellica. *Scrib.* *Hiſp.*

¶ Victoria, *Vittoria* incolis, *Victoire* Gallis, urbs eſt Hiſpaniæ, Alavæ provinciæ primaria, ubi aliàs vicus *Gaſteys* dictus, ad radices montis S. Adriani, & prope Biſcajam provinciam, 12. leucis à Flaviobriga, ſeu Bilbao in meridiem; & 21. à Burgis in Cæciam diſtans: eſtque ſatis culta.

Victoriacum, oppidum Gallię geminum: unum in finibus Cenomanorum, in Britannię minoris confinio, *Vitray*, inter Alenconium ad ortum 20. & Rhedones ad occaſum urbem primariam Britanniæ 7. leucis, unde potiùs in Britannia eſt, quàm in Cenomania. Alterum in Campania, *Vitry*, ad Matronam fluvium, inter Catalaunum urbem, & Deſideriopolim oppidum in Cæciam 7. leucis. *G. Tu.* *Aim.*

¶ Victoriacum, *Vitray*, oppidum Rhedonum, in Gallia Lugdunenſi & in Aremorica. Ab aliis Vitriacum & Vitręum dicitur; eſtque ad Vidanam fluvium, in limite Cenomanenſis provincię, 9. leucis ſupra Rhedones in ortum, Alenconium versùs 26. Vide Vitręum.

¶ Victoriacum Francicum, *Vitry le Francois*, oppidum Galliæ, in Campania provincia, & in Pertenſi tractu, ſubſtitutum ejus loco quod Incenſum dicitur, *Vitri le Bruslè*, in viciniis. Sedet ad Matronam fluvium, ubi recipit Ornam. 7. leucis à Catalauno in Eurum, Deſideriopolim versùs totidem, & 11. à Barroduco in occaſum.

Victorię Juliobrigenſium portus, *S. Vincente*, ut videtur, oppidum & portus Hiſpanię Tarraconenſis, in ora Cantabrica, inter Flavionaviam, ſive Andreapolim ad ortum *plin.*

9. &

9. & Lanas ad occaſum 3. leucis, a Juliobriga circa fontes Iberi parum diſtans.

Victoriæ mons, *Monzia*, Floriano & Ioanni Marianæ, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, ſeu pagus in Catalaunia, apud Iberum fluvium, circa Dertuſam urbem.

Victris, cognomen aliquot urbium, ſeu legionum.

¶ Vicum, *Vic*, oppidulum Lotharingiæ, in tractu Metenſi, ad Sellam fluvium, ſub dominio Regis Francorum una leuca infra Marſalium in occaſum, Nancejum versùs 5.

Vicus, *Vich*, & *Vique*, urbs Hiſpaniæ citerioris in Catalaunia, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, apud Auſam urbem extinctam, cui ſucceſſit, à Gerunda 6. leucis in occaſum.

¶ Vicus, *Vich*, urbs eſt parva Hiſpaniæ, ſed Epiſcopalis, in Catalonia, prope Teram fluvium, 12. leucis a Barcinone in Boream, & 10. ab ora maris Mediterranei.

¶ Vicus, *Vico della Baronia*, urbs eſt Epiſcopalis regni Neapolitani, ſub Archiepiſcopo Beneventano. Parva eſt admodum, & ægrè habitata, in provincia principatus ulterioris.

Vicus, Æquenſis, *Vico di Sorrento*, urbs Picentinorum epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Surrentino, inde 4. mill. paſſ. in Boream, Stabias versùs totidem, à Neapoli 22. quæ & Æquana urbs, & AEqua, in ora littorali.

¶ Vicus AEquenſis, *Vico* cognomento *di Sorrento*, urbs aliàs Picentinorum, nunc provinciæ Terræ Laboris, in regno Neapolitano. Parva eſt admodum, ad radices collis & in ora ſinus Neapolitani, 10. mill. paſſ. à promontorio Minervæ in Cæciam, & totidem ab Amalphio in occaſum.

Vicus Aquarius, *Viſeo*, teſte Joanne Mariana. Vide Lancia & Viſenſis urbs.

Vicus Aurelii, *Figarolo*, pagus agri Ferrarienſis, à Ferraria 12. mill. Veronam versùs.

¶ Vicus Aurelii, *Ficheruolo*, pagus eſt Ducatus Ferrarienſis, in ditione Pontificia, ad Padum fluvium, 12. milliaribus ſupra Ferrariam in Circium Veronam versùs, & in ipſo limite Ducatus Mantuani.

Vicus Cuminarius, *Zarza*, teſte Mariana, vel *S. Cruz de Zarza*, teſte Morali, oppidum olim, nunc vicus Hiſpaniæ Tarraconenſis, in finibus Carpetanorum, a Titulcia oppido, Madrito finitimo 18. mill. paſſ.

¶ Vicus Cuminarius, oppidum Carpetanorum, hodie eſt *la Zarza*, vicus Caſtellæ novæ, prope Fanum S. Crucis *de la Zarza* dictum, vix una leuca à Tago fluvio, & 13. a Madrito in Eurum diſtans.

Vicus Egonum, *Vicovenza*, teſte Leandro, urbs olim, nunc pagus AEmiliæ, in agro Ferrarienſi, a Ferraria (quæ illi ſucceſſit) 16. mill. paſſ.

Vicus Italicus, *Zagabria*, teſte Antonio Bonfinio, urbs Pannoniæ ſuperioris, in Liburniæ confinio, ad Segeſticam inſulam Sai fluvii, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Colocenſi, Croatiæ caput. Vide Siſopa. Alii ſcribunt *Zagrabia*.

¶ Vicus Julius, hodie *Germeshein*, teſte Cluverio, oppidum Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in Palatinatu inferiori, in ipſo limite Darmſtadienſis tractus, 9. mill. infra Vormaciam in Boream.

Vicus Martius, *Vimercato*, Latino recenti, Vicus Mercatus, teſte Merula, oppidum ſeu potiùs ingens pagus Inſubriæ, in agro Mediolanenſi, inter Mediolanum 14. & Bripium 12. mill. paſſ. Bergomum versùs.

¶ Vicus Matrini, oppidum fuit Hetruriæ, inter Forum Caſſii, cuius veſtigia extant ad Vetulam, & Sutrium in Provincia Patrimonii in ipſa via Caſſia, ubi nunc diverſorium publicum *le Capannacie* dictum: & viſuntur veſtigia aliquot antiquorum ædificiorum, teſte Luca Holſtenio.

Vicus Varronis, *Vicovaro*, vel *Vicovarro*, oppidum Sabinorum, apud Anienem fluvium, Nomento urbi exciſæ proximum, à Tibure 10. mill. paſſ. in Cæciam versùs Reate. Villa Varronis apud Ciceronem dici videtur. Aliis Vicus Valerius dicitur.

¶ Vicus Varronis, *Vicovaro*, oppidum eſt ditionis Pontificiæ, in Sabina provincia, ad Anienem fluvium, in colle, 9. mil. paſſ. a Tibure in ortum et 18. a Reate in meridiem; principatuſque titulo gaudet gentis Urſinæ.

Vidicini. Vide Vrticini.

Vidotara, *Rianus* hodie, teſte Buchanano lacus, ſeu ſinus Albionis in ora Scotiæ ad occaſum, inter ſinum Rerigonium, & oſtia Clotæ fluvii.

¶ Vidotara, ſeu Vindotara, ſinus Scotiæ, in ejus parte occidentali, & in Damniis populis. Quibuſdam eſt *Ayr Fyrth*, ſinus parvus prope Aeriam urbem Covalliæ provinciæ, 25. mill. paſſ. a Lacu *Ryan* diſtans in Boream.

Vidrus, fluvius Germaniæ, variè à Sriptoribus indigitatus; *Schvvart Watter* Junio, *Groeninger Diep* Becano, apud Groningam, urbem Friſiæ fluens, Althamero *Vecht*, ex Weſtphalia in Flevum ſinum, inter Friſiam, & Tranſiſalanam, ad Gelmudam oppidum influens, teſte Ortelio. Aliis eſt *Regge*, qui in Vecthum labitur ad Omam oppidum. Ortelio magis fido, cum Vecthus ceteros amnes longè ſuperet. De eo Poeta Germanus lib. 7. Itinerarii ſic. *Ptol.*

Vidrus ubi curvo ſinuat ſua flumina flexu.

¶ Vidrus, fluvius Germaniæ, Ortelio, & aliis eſt *Vecht*, Vechta. Oritur in Weſtphalia. 5. mill. Germanicis à Monaſterio in Circium: deinde auctus Aa, Dinchelo, & Regga fluviis, & per Tranſiſalanam provinciam Belgii uniti labens, in mare Auſtrinum ſe exonerat infra Gelmudam. 8. mill. paſſ. à Suvolia in Boream. *Ptol.*

Vidua, *Crodagh*, teſte Camdeno, fluvius Hiberniæ, per oram Borealem in Oceanum, inter Venienſum promontorium, et Argitam fluvium decurrens.

¶ Vidua, fluvius Hiberniæ, inter Vecninios & Robogdios. Nunc *Dirgh* dicitur ab aliis; eſtque inter Comitatus Tyrouenſem ad ortum, & Dungalenſem ad occaſum, & in Oceanum Deucaledonium ſe exonerat infra Rapoam, per lacum Suvillium. *Plin.*

Viduegaſſes, populi Galliæ Celticæ, quorum regio *le Beauſſe*, teſte Dalechampio, nominatur, plures complectens populos, in quibus, Carnutes, Cenomani, Turonenſes, & Aurelianenſes.

¶ Viducaſſes populi fuere Galliæ Celticæ, qui aliter Biducaſſes dicti, inter Lexovios ad ortum, & Unelos ad occaſum, ubi nunc tractus *le Beſſin*, in Normannia inferiori; eorumque caput fuit Juliobona, ſeu Bajocum, *Bryeux*, vulgò. Vide Biducaſſes. *Froal.*

Vidula, *Veſle*, fluvius Galliæ Belgicæ, per Campaniam in Axonam labens, apud Catalaunum, ad 2. leucas decurrens, ac Axonæ congrediens apud Brenniam oppidum 2.

¶ Vidula, *la Veſle*, fluvius Galliæ. Oritur in Campania. 3. leucis à Catalauno in ortum; deinde auctus aliquot fluviis minoribus, Durocortorum ſeu Remos rigat, & in Axonam fluvium ſe exonerat inter Brenniam, & Sveſſiones.

¶ Vieliſca, *Wieliczka*, oppidulum Poloniæ celeberrimum Saliſfodinis ſubterraneis, in Polonia minori, & in Palatinatu Cracovienſi, à Cracovia in ortum non longè diſtans, & non ſatis tutam habitationem exhibens, ob terram undique effoſſam, & frequentibus cuniculis perterebratam. Anno 1510. majori parte deflagrarunt hæ Salinæ Vielicenſes, uti etiam anno 1644. 16. Decembris, teſte Piaſecio.

¶ Vielkyluchia, *Vielkiluki*, urbs munita Moſcoviæ, ad Lovatum fluvium, in Reſcovienſi Ducatu, & in limite Lithuaniæ 30. leucis Polonicis diſtans à Vitepſcia in Boream, Ilmenum lacum versùs 16. Sedet in edito colle, captaque fuerat à Poloniæ Rege Stephano, anno 1580. ſed poſtea reddita Moſchis.

¶ Viella, *Viella*, urbs parva Aquitaniæ, ad Pyrenæos montes, Hiſpanici tamen juris, & Aragoniæ ad fontes Garumnæ fluvii, in limite Cataloniæ, & Convenenſis tractus, 18. mill. paſſ. ſupra Lugdunum Convenarum in meridiem in Arania valle.

¶ Vieluna, & Velunia, *Wielun*, oppidum eſt ſatis lautum Poloniæ majoris, in Palatinatu Caliſienſi, & in limite Sileſiæ Ducatus, aliquot tantùm milliaribus à Czenſtochova. Malè habitum fuit & partim incendio conſumptum anno 1656. ultimo bello Svecico. *Caſ.* *Plin.* *Senc.*

Vienna, *Vienne*, colonia & urbs Galliæ Narbonenſis, Archiepiſcopalis, Allobrogum metropolis, in Delphinatu ad Rhodanum, antiquiſſima, olimq; celeberrima, inter Lugdunum ad Boream 5. & Valentiam ad auſtrum 14. leucis, à Gratianopoli 15. in occaſum. Illam Sylvio Rege Romanorum, & Lycurgo apud Spartanos, Heliæ Prophetæ temporibus conditam ferunt. De qua Auſonius in Catalogo urbium Carmine 7. *& al.*

Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Viennæ Arbogaſtus, cum Valentinianum juniorem dolo ſtrangulaſſet, ut imperium arriperet, à Theodoſio ſuperatus

tus ſibi ſua manu mortem conſcivit, auctore Paulo Diacono in libro de geſtis Romanorum. Vienna altera, ſeu Viena, olim Flaviana, urbs Pannoniæ ſuperioris, Auſtriæ caput, ad Danubium, apud Hungariæ fines, urbs clariſſima, probèque adverſus Turcas munita, quaſi media inter Lintium ad occaſum & Budam ad ortum ad 30. leucas (vide Flaviana Ala & Vindobona) *wien* Germanis, & *Viena* Italis, epiſc. ſub Archiep. Salisburgenſi. Hæc ter incaſſum à Turcis obſeſſa fuit annis ſalutis 1529. 1532. & 1543. De Vienna ſecunda ſic in lib. 2. Itinerarii:

- Getiſque fluenta
Danubii, Auſtriaca contendere ad ampla Viennæ
Mœnia.

Vienna hæc abeſt à Conſtantinopoli in occaſum æſtivum ad 207. leucas Germanicas ſic: per Budam 32. Taurunum 35. Sophiam 61. Philippopolim 24. Hadrianopolim 18. Byzantium 37. loca memoratiora.

¶ Vienna, *Vienne* Gallis, *Vienna* Italis, urbs olim ex Galliæ præcipuis, in qua Pilatus exulavit, nunc anguſtior eſt, ad radices collis, cum ponte ad Rhodanum fluvium, ubi recipit Geram. Aliàs habuit duas arces, *Pipet*, *&* *la Baſtie* dictas, quæ nunc in ruinis jacent. 13. leucis diſtat à Gratianopoli, & ab ea tractus adjacens dicitur Viennenſis, *le Viennois*, in Delphinatu. In ea celebratum fuit Concilium Viennenſe univerſale XV. anno 1311. à Clemente V. Pontifice Maximo.

¶ Vienna, *wien* incolis, *Vienne* Gallis, urbs eſt ampla, & culta Germaniæ, Auſtriæ caput, cum ponte ad Danubium fluvium, ubi recipit *Vien* amnem, unde nomen urbi; eſtque à pluribus annis Imperatoris ſedes. 26. mill. Germanicis a Lintio in ortum, Poſonium versùs 10. aliaſque Vindobona dicta fuit.

¶ Viennenſis Gallia, pars ampla Galliæ, quæ antea Gallia Narbonenſis dicta; ſed ipſa major extitit, cum ſub ipſa fuerint Gallia Narbonenſis, & Gallia Subalpina. Sic dicta fuit tempore Imperatorum Romanorum, & erat ſub Præfecto prætorio Galliarum. Ejus autem partes erant quinque, nempè Viennenſis prima, quæ & Narbonenſis tertia, cujus metropolis Vienna, Viennenſis ſecunda, quæ Narbonenſis prima, in qua Narbo metropolis, Viennenſis tertia, quæ Narbonenſis ſecunda, cujus metropolis Aquæ Sextiæ, Viennenſis quarta, ſeu Alpium maritimarum, in qua Ebrodunum metropolis, & Viennenſis quinta, ſeu Alpium Grajarum, in qua Tarantaſia metropoli, ſuntque hodie in his partibus, Occitania, Provincia, Delphinatus, Sabaudia, Pedemontium, & Valeſia provincia.

¶ Viennenſis tractus, *le Viennois*, pars eſt Delphinatus provinciæ, in Gallia, magis ad occaſum extenſa, inter Rhodanum & Iſaram fluvios; ideòque olim inſula Allobrogum dicta à quibuſdam: quòd ibi fuerint Allobroges populi ex parte. Ejus caput eſt Vienna & habuit aliàs Principes proprios Delphinos Viennenſes dictos.

Ptol. Viervedrum, *Duncans-bay*, & *Dunsbi* Camdeno, promontorium Albionis, in ora Scotiæ orientali, apud Borealem, inter Tarvedum ſive Orcadem ad Boream, & Berubium ad Auſtrum, promontorium contra Orcades inſulas.

¶ Viervedrum, ſeu, & meliùs Virvedrum, promontorium Scotiæ Borealis, alias in Cornaviis, nunc in Stratnaverniа provincia. *Fare head*, dicitur Sanſoni, Brietio & aliis; diſtatque 48. mill. paſſ. à Beruvio promontorio in occaſum.

¶ Vieſta, *Vieſte*, urbs parva regni Neapolitani, in Capitanata provincia, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Manfredonienſi, ad radices montis Gargani, in ora maris Adriatici, & 25. milliaribus à Manfredonia in Cæciam.

Flor. Vigenna, Vingenna Fortunato & Turonenſi, *Vienne*, fluvius Galliæ, per Pictavos in Ligerim inter Turones & Andegavos influens, ad Vicum Cadacenſem irrigatis Lemovicis, Conflando, Arvallis, Caſtro Heroldi & Chinone oppidis.

Prov. Rom. Vigiliæ, *Biſegli*, urbs Apuliæ Peucetiæ littoralis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tranenſi, inde 5. mill. paſſ. in ortum, Barium versùs 19.

Plin. Vigiſonus. Vide Togiſonus, ut alii codices habent.

Viglebanum (quod & Vicevenum) *Vigevano*, urbs Inſubriæ recens epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi, inde 20. mill. paſſ. Caſale versùs totidem, quot à Ticino, Novariam versùs 12. Vide Vergeminum. Sic autem appellatur a glebæ vilitate, quaſi Vilis gleba, teſte Gaudentio Merula.

¶ Vigornia *VVorcheſtershire*, provincia Angliæ, ubi alias Dobuni populi, inter Comitatus Varvicenſem ad ortum, Staffordienſem & Salopiam ad Boream, Herefordiam ad occaſum & Gloceſtrienſem ad meridiem; versùs Sabrinam fluvium, cuius caput eſt Vigornia.

Vigornia, *VVorceſter*, urbs Albionis, in Anglia, epiſ- Scrip.
copalis ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, inter Varvicum Brit.
ad ortum & Herefordiam ad occidenrem 30. ferè mill. paſſ. ad Sabrinam fluvium. Vide Branovium ſeu Brannogenium & Brangonia.

¶ Vihitza, *Vihitz*, urbs regni Hungariæ in Croatia regione. Dicitur aliter *Bigihon*; ſedetque juxta lacum parvum, quem efficit fluvius VVana. Alias Auſancata dicta fuit, ut quidam credunt & eſt permunita, ſub dominio Turcarum. 45. mill. paſſ. a Senia in ortum, Litotidem à Jadera in Boream.

¶ Vikezlandia, *ViKsland*, tractus eſt Sveciæ, in et vonia regione et Eſtonia provincia, inter Reveliam et pirnaviam in ora maris Baltici, ſub Rege Sveciæ ubi Hapſelia & Lehalium.

¶ Vilburgum, *VVeilburg*, oppidum Germaniæ in Veteraviæ tractu, ad Lanum fluvium Comitatus cognominis caput 3. mill. Germanicis a Vetzlaria in occaſum, Naſſaviam versùs 6. & 7. a Magontia in Boream.

¶ Vildhuſia, *VVildeshuſen*, oppidum Germaniæ in Vveſtphalia, inter ditionem Oldenburgenſem & Monaſterienſem. Sed pendet ex Ducatu Bremenſi; ideoque juris eſt Sveci ad Hontam fluvium, 18. mill. paſſ. diſtans ab Oldenburgo in Eurum, et 9. a Delmenhorſtia in meridiem.

Vilica, *Bellieh*, pagus Germaniæ inferiotis, ad Rhenum, apud Duſſeldorpium et Nueſium, à Colonia Agrippina 5. leucis in Boream, ex vitis Sanctorum Belgii.

¶ Vilia, *Vilia* fluvius Poloniæ, in Lithuania provin- Scrip.
cia. Oritur in Palarinatu Braslavienſi, ubi auctus Naro- Berg.
cio, aliiſque fluviis minoribus, Vilnam urbem Lithuaniæ primariam rigat, & tandem infra Couuniam Chronio miſcetur.

¶ Vilkomeria, *Vilkomirz* incolis, *Vilkemer* Germanis; urbs Poloniæ in Lithuania regione, ad amnem Suvietam 8. leucis à Vilna in Boream, uti 7. à Troca.

Villa, *Beni Arax*, teſte Marmolio, oppidum Maurita- Ptol.
niæ Cæſarienſis mediterraneum, inter Lanigaram & Altaum.

Villa Caninii Rufi, apud Plinium Juniorem in epiſtolis in ora Larii lacus erat apud Comum, ubi poſtea cœnobium Humiliatorum conditum fuit in ejuſdem urbis ſuburbiis.

¶ Villacum, *Villach*, oppidum Germaniæ, in Carinthia ſuperiori, ad Cravum fluvium in ditione Epiſcopi Bambergenſis. Forſan Tarnaſicum alias dictum fuit; diſtatque 18. mill. paſſ. a Clagenſurto in occaſum.

¶ Villa Eccleſiæ, *Villa d' Igleſia*, urbs recens Sardiniæ, in parte auſtrali inſulæ, contra Sulci rudera. Epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Calaritano, versùs oram littoralem & 34. mill. paſſ. à Calari in occaſum. Parva eſt & malè culta.

Villa Fauſtini, *S. Edmunds Bury*, teſte Talboto, oppidum Albionis, in Anglia, in via inter Londinium & Icianos 37. mill. paſſ.

¶ Villa Fauſtini, oppidum fuit Icenorum in Anglia, Ant.
nunc Suffolciæ provinciæ, vulgò *S. Edmunds Bury*, ſeu etiam *Bury*, 18. mill. paſſ. ab Icianis in ortum diſtans, uti 24. a Cantabrigia, & 34. a Venta Icenorum in Africum, ſed non inter Lindum, & Londinum.

¶ Villa franca Confluentum, *Ville franche de Conflent* urbs Galliæ, in Occitania, *&* in Comitatu Ruſcinonenſi, ad Thetim fluvium, tractus adjacentis caput & ad radices Pyrenæorum, alias ſub Hiſpanis, nunc Regi Franciæ ſubeſt; diſtatque 10. leucis Gallicis a perpiniano in occaſum.

¶ Villa Franca, *Ville Franche*, oppidum Galliæ, in Lugdunenſi Præfectura & in Bavioviensi tractu, ad amnem Morgonem, qui paulò infrà cadit in Ararim, 6. leucis infra Matiſconem, Lugdunum versùs 5.

¶ Villa Franca, *Ville Franche* cognomento *de Rovergue*, urbs ſatis culta Galliæ in Aquitania, & in Rutenenſi provincia, ad Veronium fluvium, 8. leucis infra Rutenos in occaſum, Cadurcam versùs totidem.

Vil-

¶ Villa Franca, *Ville Franche*, oppidum Pedemontii, in Comitatu Niceæ & prope Niceam, cum arce & portu amplo in ora maris Liguſtici. 4. mill. à Monachio in occaſum, Varum fluvium versùs totidem.

Villa Marii, *Marino*, oppidum ſeu caſtrum hodie Latii, in colle & via Appia, medio itinere inter urbem Romam & Velitras 10. mill. p.

Villa Mariana quoque à ſuperiore diverſa, nunc *Zagarolo*, dici putatur, oppidum Latii apud Præneſte, inde 5. mill. paſſ. Labicum versùs.

¶ Villa nova, *Ville neuve*, oppidum Galliæ, in Occitania provincia, ad Rhodanum fluvium è regione Avenionis, & Comitatus Vindaſcini, 7. leucis infra Pontem S. Spiritus.

¶ Villa nova Bergia, *Villa neuve le Berg*, urbs parva Galliæ, in Occitania & in Vivarienſi tractu, juxta amnem *Hibie*, & 4. leucis à Vivario in occaſum, 2. autem ab Albenaco in Eurum.

Villa Publii Valerii, *la Motta*, teſte Gabriele Barrio, pagus Brutiorum, in Calabria ulteriore, ultra Rhegium, apud Leucopetram.

¶ Villa Regia, *Villa Real*, oppidum Hiſpaniæ, in Portugalliæ regno, in provincia inter Durium & Minium, Ducatus titulo inſignitum. 4. leucis diſtat à Lameca in Boream, & 3. à Durio fluvio.

¶ Villa Vitioſa, *Villa Viceſa*, caſtrum Hiſpaniæ, in Portugallia, cum ſplendido palatio, ſedes antea Ducis Brigantiæ, nunc delitiæ Regum Portugalliæ, 7. leucis à Pace Auguſta in occaſum, Eboram versùs 9. Ibi Hiſpani grandi clade affecti fuere à Lnſitanis à paucis annis.

¶ Villeriæ ad Cotiam, ſeu Villeriæ in Retia ſylva, *Villers Coſte Roz*, oppidulum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, cum palatio regio, in Valeſia tractu, vix 3. leucis à Crepiaco in ortum, & 6. à Compendio in Eurum.

¶ Villicum, *Vesli*, oppidum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ & in agro Sueſſionenſi, ad Axonam fluvium, Ducatus tamen Remenſis pars, 3. leucis ſupra Sueſſiones in ortum, & 7. à Remis.

¶ Vilmurium, *Villemur*, oppidum Galliæ, in Occitania provincia, ad Tarnim fluvium, 5. leucis à Toloſa in Cæciam, & in limite Albigenſis tractus, 4. leucis ſupra Montem Albanum, ubi aliàs acriter dimicatum fuit.

Vilna, *VVilde*, urbs Sarmatiæ, Lituaniæ caput & metropolis, in regno Polonico, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, inter Cracoviam 100. & Smolencum in Cæciam 80. leucis.

¶ Vilna, *Vilne* Gallis, *Vilde* & *VVildavv* Germanis, indigenis V*Vilenski*, & Italis *Vilna* dicitur, ampla eſt, & male habita fuit à Moſcovitis hiſce ultimis temporibus, & ab ipſis capta anno 1655. ſed poſtea à Polonis recepta, ipſis etiam paret. Arcem habet munitam cum palatio regio; ſedetque ad Viliam fluvium, ubi recipit Vilnam amnem, 130. leucis Polonicis à Cracovia in Cæciam, uti 80. à Varſavia, 100. à Smolenco in occaſum, & 50. à Riga in meridiem.

Vilumbri, populi Umbriæ inter Umbros orientaliores: quorum caput eſt Spoletium urbs.

¶ Vilvordia, *Vilvorden*, oppidum Belgii, in Brabantia, ad Senam fluvium, cum caſtro, inter Bruxellas & Mechliniam, ſub Hiſpanis.

Vimania, *Altorff*, teſte Lazio, oppidum olim, nunc pagus Rhætiæ apud VV*yngarten* oppidum in Suevia, apud Ravensburgum urbem, 1. leuca diſtans. Sed aliis videtur VV*angen*, urbs libera, inter Ravensburgum 2. & Campodunum in Eurum 5. à Lindavio 3. leucis.

¶ Vimania, ſeu Vemania, urbs aliàs Rhætiæ, in Vindelicia, nunc eſt VV*angen*, urbs libera Sueviæ versùs lacum Brigantinum, 8. milliaribus Germanicis à Conſtantia in ortum. Vide Vemania.

Vimaranum, *Guimaranes* ſeu *Guimaraes*, oppidum Luſitaniæ, in regno Pertugallico, & agro Bracarenſi, a Bracara 3. leucis in ortum. S. Damaſi Papæ patria putatur, teſte Onuphrio.

¶ Vimaria, *Weimar*, urbs Germaniæ, in Thuringia provincia, ad amnem *Ilm*, 3. milliaribus Germanicis ab Erfordia diſtat in ortum, Ienam versùs 2. & Naumburgum 5. ſub dominio proprii Ducis, è domo Saxonica; & hinc dictus fuit etiam Bernardus Vimarienſis Dux, bello celeberrimus, mortuus anno 1639. Neoburgi ad Rhenum.

Viminacium, *Vidin*, teſte Nigro, ſed Lazio *VVuczidern*, urbs Myſiæ ſuperioris, ad Danubium, in Servia, archiepiſcopalis, & ſedes Satrapæ, à Singiduno 20. leucis in ortum, Bydena à Græcis recentioribus dicta. Fuit & Viminacium Antonino apud Palantiam urbem Hiſpaniæ in Vaccæis. *Anton.* *Lib. Not.*

Viminacium alterum, *Vimy*, teſte Paradino, pagus Galliæ Celticæ, apud Thodanum fluvium & Lugdunum urbem. *Æliano.* *Spart.*

¶ Viminacium, *Vimy*, pagus eſt Galliæ cum caſtro ad Ararim fluvium. 2. leucis ſupra Lugdunum in Boream, & in ipſo limite Breſliæ provinciæ & Dombenſis tractus.

Viminalis collis in urbe Roma, à viminibus circa aram Iovis natis dictus eſt, & Iupiter ipſe Vimineus cognominabatur. *Sex.* *Ruf.*

Viminalis, porta Romę. Vide porta. *P. Vict.*

¶ Timpina, *VVimpſen*, urbs parva & Imperialis Germaniæ, in Suevia provincia, ad Icarum fluvium, ubi recipit Coccarum & Iaxtum fluvios 2. leucis infra Hailbrunam in Boream, & 5. ab Heidelberga in ortum.

¶ Vimutium, *Veymouth*, caſtrum munitum Anglię, cum portu capaci, in Dorcetia provincia & in ora maris Britannici, prope Vindelim inſulam, & 6. mill. paſſ. à Dorceſtria in meridiem.

Vinaria, *VVeinmar* vel *Weimar*, urbs præclara Thuringiæ, ſedes Ducum, ac olim Othonis Imperatoris ſede decorata, inter Erphordiam & Neoburgum, hinc 5. inde 3. leucis. Altera, oppidum Palatinatus, ab Eidelberga 2. leucis Francofurtum versùs. *Scrip.* *Germ.*

¶ Vinaria, *weimar*, urbs Thuringiæ. Dicitur meliùs Vinaria. Vide ibid. Vinaria autem Palatinatus inferioris oppidulum *Weinheim*, vulgò dicitur in via montana, ſeu tractu *Bergſtraſſ*, dicto.

Vincentia, *wenicza*, teſte Lazio, oppidum Pannoniæ ſuperioris, ſeu Valeriæ Ripenſis, ad Draum fluvium, in Stiria, inter Pœrovionem ad occaſum & Variana caſtra ad ortum 2. leucis. Vincentia verò urbs Cenomanorum in Italia non obſcura. Vide Vicentia & Vicetia; variè enim ſcribitur. *Lib. Not*

Vincium, *Venza*, urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis, Provinciæ, ſub Archiepiſcopo Ebredunenſi, proxima Nicææ, 4. leucis in Boream diſtans. Vide Venſienſis urbs. *G. Tu.*

¶ Vincium, *Vence* Gallis, *Venza* Italis, urbs eſt Galliæ, in Provincia, parva, ſed epiſcopalis, vix 2. leucis ab Antipoli in Boream, & totidem à Varo fluvio in occaſum, Graſſiam versùs 3. Ejus epiſcopatus unitus fuit Graſſenſi, poſtea autem ſeparatus à paucis annis.

Vinda, VV*inden*, urbs epiſcopalis Livoniæ, inter Rigam metropolim 12. leucis, & Totpatum 16. Alia in Curlandia, VV*indavv*, cis Rigam 20. leucis. Vide Venda. *Scrip.* *Ptol.*

Vinda, VV*enden*, urbs parva Livoniæ, ad Teyderam. Meliùs dicitur Venda. Vide ibi. Vinda autem, *Vindavv*, Polonis *Kieſſ*, urbs Curlandiæ, cum portu ad oſtia VVetæ fluvii in mare Balticum, 15. leucis Polonicis diſtat à Memelio in Boream, & 30. à Riga in occaſum.

Vindana portus, *Breſt*, teſte Paulo Iovio, portus, & oppidum Galliæ Celticæ, in ora occidentali Britanniæ minoris, à Leona 8. ſeu 7. leucis terra in Libonotum. Sed, teſte Bertrando Argentræo, *Vilaine*, fluvius ejuſdem oræ. *Ptol.*

¶ Vindana ab aliis Vidana dicitur; eſtque *la Vilaine*, fluvius Britanniæ minoris. Rhedones alluit, & poſtea in Oceanum Aquitanicum ſe exonerat inter oſtia Ligeris ad ortum & Venetias ad occaſum.

¶ Vindaſca, *Venaſque*, urbs fuit epiſcopalis Galliæ Narbonenſis, nunc caſtrum Provinciæ, in Comitatu Vindaſcino ab eo dicto, cujus caput fuerat aliàs. Sedet ad amnem *la Naſque*, & una leuca diſtat à Carpentoracte in ortum Aptam Iuliam versùs.

¶ Vindaſcinus Comitatus, *le Comtat Venaiſſin*, pars eſt Galliæ, in Provincia, inter Delphinatum ad Boream, Druentiam ad meridiem, & Rhodanum fluvium ad occaſum, & à Ioanna Regina Neapolitana, ſimulque Comitiſſa Provinciæ, conceſſa fuit Summo

Pon-

Pontifici, cui nunc ſubeſt, cum Avenione urbe adiacente. Eius caput fuit aliàs Vindaſca, nunc autem Carpentoracte, *Carpentras*. Sunt etiam in eo tractu Vaſio, *Vaiſon* & Cabellio, *Cavaillon*. Sed Avenio non eſt pars Comitatus Vindaſcini, quanquam ejus viciniis & ſub dominio Summi Pontificis.

Vindedivii apud ſcriptores Hibernos, oppidum Laginiæ vulgò * *Draich*, ſeu *Droh*, inter Dondalchum & Dublinium, inde 16. hinc 20. mill. paſſ. Hibernicis diſtans, ab Armaca 40. (* Forſan & meliùs, *Tredagh* vel *Drogheda*.)

Ptol. Vindelicia, regio Europæ, Danubio, Lico, & Oeno fluviis contenta, cujus nomen adhuc durat in tractu qui *Lintzgovv*, teſte Scudo nominatur. Porrò Vindelitia, nunc *Bayern* et Italis *Baviera* dici poteſt, teſte Aventino: tametſi Bavaria paulò magis patet, partem Norici ultra Oenum, ubi Salisburgenſis tractus eſt complectens. Populi Vindelici Straboni, Plinio et aliis. Nomen habet a Vinda & Lico fluviis. De eis Claudianus de victoriis Stiliconis:

Vindelicos ſaltus, & Norica rura tenebant.

¶ Vindelicia terminos habebat a ſeptentrione Danubium, ab oriente Oenum fluvios, ab occidente Brigantinum lacum & a meridie Rhætiam. Aliàs fuit pars Illyrici, nunc verò Germaniæ, ubi Ducatus Bavariæ & pars Auſtralis Sveviæ provinciæ.

Ant. Vindelis, *Portland*, ut videtur Camdeno, inſula maris Britannici inter Albionem (cui propior eſt) & Galliam, à Vecti inſula 10. leucis in occidentem, versùs extrema Cornubiæ et Garnſejam inſulam 14.

¶ Vindelis, *Portland*, inſula fuit Durotrigum, nunc peninſula parva Angliæ meridionalis, in Dorſetia provincia. Per 9. mill. paſſ. extenditur a ſe tentrione in meridiem; eſtque prope Vimatium portum, & 6. mill. paſſ. a Dorceſtria.

Ptol. Vinderius, *the Bay of Knocfergus*, teſte Camdeno, fluvius Hiberniæ, in ora orientali, inter Iſamnium & Rhobogdium promontoria, ubi * *Droghedath*, oppidum. (* Potius ubi k*noc Fergus* (Hibernis *Carig-Fergus*) oppidum longè hinc in Boreom diſtans.

Vindeſorium, VV*indſor*, oppidum Albionis in Anglia, ad Tameſim fluvium, à Londino 20. mill. paſſ. in occaſum, in quo Reges inaugurati ſolent. Kingſtonum verò in medio eſt, ubi ungebantur.

¶ Vindili, ſeu Vandali populi incolebant eam partem Germaniæ, quæ eſt inter ſinum Codanum, Viſtulam fluvium, Albimque, & Chaluſum, & ſub his erant Angli, Varini, Caviones, Deuringi, Eudoſes, Nuithones, Vardones Rugii, Heruli ſeu Lemovii, Carini, Guttones, Cidini, Langobardi, et Burgundiones populi, teſtibus Sluverio, Brietio, Sanſone et aliis.

Vindinum, Vindicinum Fortunato, *Vendoſme*, teſte Villanovano urbs Galliæ Celticæ, non obſcura et Ducatus in Belſia regione, à Carnutibus 24. leucis in occaſum Turones versùs. (*Vide Vindocinum*.)

Flor. Vindius, *Monte d' Oca*, & *de Aſturias* Villanovano, et ulterius in occaſum *Irneo*, & *Ernio* Joanni Marianæ et Garibæo, in Aſturibus autem *Sierra d' Oviedo*. Henrico Coquo, mons Hiſpaniæ Tarraconenſis, à Pyrenæis creatus, longèque in occaſum extenſus, ac propterea variè nominatus, qui et Hirmius et Vinnus veteribus dictus eſt, teſte Mariana; in quo Segiſama oppidum.

Vindius mons omnibus eſt, *Monte de la Aſturias* incolis, *Mont de Aſturies* Gallis; eſtque inter Aſturias ad Boream et Regnum Legionis ad meridiem.

Vindo (licèt aliqui Virdo legant) VV*ertach*, teſte
Fort. Ortelio, fluvius Vindeliciæ, unà cum Lico Auguſtam urbem Vindelicorum alluens. Cujus meminit Fortunatus in vita S. Martini lib. 4.

Pergis ad Auguſtam, quam Vindo Lacuſque fluentant.

Lib. Not. Vindobala, oppidum Albionis in Northumbria, quod et Vindomora apud Antoninum Auguſtum legitur, teſte Camdeno. Vide ibid.

Ant. Vindobona, quæ et Juliobona, et Ala Flaviana, *Wien*, urbs Pannoniæ ſuperioris, Auſtriæ caput. Vide Ala Flaviana.

¶ Vindobona, urbs Pannoniæ ſuperioris, nunc VV*ien* incolis, *Vienne* Gallis, Latino recenti Vienna, Auſtriæ caput, et urbs permunita ad Danubium fluvium, ubi nunc ſedes Imperatoris. Sed malè cum Alis Flavianis confunditur.

¶ Vindocinenſis ager, *le Vendoſmois*, tractus Galliæ, in Belſia provincia, versùs Lædum fluvium, atque inter Perticum agrum ad Boream, Bleſenſem ad ortum, Turoniam provinciam ad meridiem, & Cenomanenſem occaſum. Eius autem caput eſt Uiddocinum.

¶ Vindocinum, *Vendoſme*, urbs Galliæ, in Belſia provincia, Vindocinenſis tractus caput, ad Lædum fluvium, Ducatus titulo inſignita.

Vindogladia, *Winburn*, teſte Camdeno, oppidum Angliæ, inter Sorviodunum 12. & Durnovariam 9. mill. *Ant.* paſſ. apud Antoninum. (Aliis eſt *Hulford* in VVallia) Hoc oppidum ad Comitatum Dorſettenſem ſpectat, à Dorceſtria ad 16. mill. paſſ.

Vindolana, oppidum Albionis, in Anglia, ad Vallum, in Northumbria, *Vvincheſter in the Vvall* vel *old Vvincheſter*, teſte Camdeno, ita dictum ad alterius oppidi quod *Vvincheſter* etiam vulgò nominatur, & Latinè Venta ao Vvintonia, differentiam. Vide ibi. *Lib. Not.*

Vindomana. Vide Ala Flaviana. *Lib.*

Vindomora, *Vvallſend*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Vallum 29. & Cataractonum 40. mill. paſſ. in Northumbria. *Not. Ant*

¶ Vindomora oppidum fuit Ottadinorum, in Anglia Boreali, nunc viculus *Vvallſend* dictus, id eſt, finis muri. Diſtat 3. milliaribus a Novo Caſtro in occaſum, in Northumbria, in ipſo limite Dunelmenſis Diœceſis.

Vindomus ſeu Vindonus, Vindonum aliis, *Silceaſter* ſeu *Silceſter* Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, inter Callevam 15. & Ventam Belgarum ſeu Vvintoniam in occaſſum 21. mill. paſſ.

¶ Vindomus, ſeu, & meliùs, Uindonus, oppidum *Ant.* Belgarum, in Anglia meridionali. Nunc *Sicheſter* dicitur; eſtque oppidulum Hantoniæ provinciæ, in ipſo limite Bercheriæ, 6. mill. paſſ. à Readingo oppido & à Tameſi fluvio in meridiem; dictaque fuit à Britannis *Caeſergont*, id eſt, Segontiacorum civitas, teſte Camdeno.

Vindoniſſa, Vindonenſe caſtrum libris Notitiæ, *Vvin-* *Tac.* *diſch*, urbs olim epiſcopalis, nunc pagus Helvetiorum, à Conſtantia (quæ illi in epiſcopatu ſubrogata eſt) 6. leucis in occaſum, proximus Badæ, milliario diſtans, medius inter Tigurum & Baſileam. Lazius tamen ruinas Vindoniſſæ in Kunigsfeldenſi cœnobio apud Sempachium opppidum, ubi Comitum Habſpurgenſium ſepultura, non longè a *Vvindiſch* pago, monſtrari ſcribit; ut credi poſſit hunc pagum ex ruinis Vindoniſſæ ædificatum nomen ex illa obtinuiſſe. Ejus meminit Poeta Germanus libro 6. Itinerarii:

Cumque inde ad veteris veſtigia Uindoniſſa,
Me comitaretur Friſius ille meus.

¶ Uindoniſſa urbs fuit Galliæ Lugdunenſis, in Helvetiis, in Ambronico pago, nunc *Vindiſch*, vicus pagi Bernenſis, ad Arolam fluvium, ubi recipit Ruſſam.

¶ Uindorum Marchia, V*indiſch Marck*, provincia Germaniæ, & pars Ducatus Carniolæ; ideòque à quibuſdam dicitur Carniola media, & eſt inter Croatiam ad ortum & Lugeam paludem ad occaſum, ſub dominio Auſtriacorum. Ejus urbes præcipuæ ſunt Metulum & Rudolphivelda.

Vineta, ſic hodie, urbs Pomeraniæ, in Rugia (vel *Scrip.* Vſedomia potiùs) inſula exciſa, unà cum Arcona, Ca- *Germ.* rento, & Julino, urbibus ejuſdem inſulæ extinctis, pro quibus hodie Sundis, & Volinum.

Vingenna. (vide Vigenna) fluvius Galliæ. *Fort.*

Viniſima, quæ & Vinshemia, *Vvinshaim*, urbs Fran- *Scrip. Germ.* coniæ, inter Noribergam, & Mergethum ad 7. leucas Spiram versùs; cujus fit mentio a Poeta Germano libro 5. Itinerarii:

Et me Viniſimam properantem nigra ruens nox
Egit in obſcura ruſtica tecta caſa. *Aarr.*

Vinius, *Fiume di S. Germano*, teſte Sanfelicio, fluvius Samnii, apud Caſinum decurrens, atque in Lirim influens.

¶ Vinnicza, V*vinnicza*, urbs munita Poloniæ, in dodolia inferiori, ad Bugem fluvium; 12. leucis polonicis a Baro in ortum, & 10. ſupra Brasloviam in Boream, territorii circumjacentis caput. Capta fuit a Coſacis anno 1650.

Vinovium, oppidum Albionis, in Anglia, inter Vallum, & Cataractonum 22. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, Camdeno eſt *Bincheſter*, oppidum agri Dunelmenſis, quod alio nomine Latino Viconia nominatur.

(Vin-

(Vinnovium forſan Ptolemęo. Vide Bimonium.

¶ Vinovium, Ptolemæo Binovium, oppidum Brigantum in Anglia Boreali. Nunc vicus eſt *Bincheſter* dictus, ad Vedram fluvium, in Diœceſi Dunelmenſi, 6. mill. Anglicis ſupra Dunelmum in meridiem.

¶ Vinſa, *Winſen*, oppidum Germaniæ, in Ducatu Luneburgenſi ad Albim fluvium, ubi recipit Ilmenaviam. 2. mill. Germanicis infra Luneburgum in Circium, Hamburgum verſùs 4.

¶ Vinſchota, *Viniſchoten*, oppidum parvum Belgii uniti in provincia Groningæ, prope ſinum Dullartium, in in limite Tranſiſalanię, & 5. mill. Germanicis diſtans à Groninga in ortum.

* Vinſtringa, *Fineſtrange* Gallis, *Vinſtringen* Germanis, oppidum Lotharingiæ, ad Saravum fluvium. 7. leucis diſtat à Marſalio in ortum, uti à Bipontio in meridiem; fuitque malè habitum, & pluries vaſtatum ultimo bello Germanico.

Vintimilium, *Vintimiglia*, urbs Liguriæ, in ora epiſcopalis ſub Arch. Mediolanenſi, ſub Genuenſi Republica, inter Albinganum ad ortum 40. & Nicæam ad occaſum 27. mill. paſſ. Vide Albintemelium.

Vintium, *Venza*, urbs Liguriæ, in Alpibus maritimis, nunc epiſc. in Provincia, proxima Niceæ, ab ea 4. leucis in Boream, ſub Archiep. Ebredunenſi. Vide Venſienſis urbs. In Theſauro Linguæ Latinæ appellari vulgò *Montviſol* dicitur, non ſine aperto errore; cum *Montviſol* ſit mons Veſulus.

¶ Vintonia, *Vincheſter*, urbs Angliæ meridionalis, in Hantonia provincia, aliàs Venta Belgarum dicta. Epiſc. eſt ſub Arch. Cantuarienſi; ſedetque ad amnem *Itching*, 14. mill. ab ora maris Britannici in Boream, & 16. à Sariſburia in ortum.

¶ Vintshæmum, *VVintzheim* urbs parva Germaniæ, Imperialis & libera, in Franconia & in ditione Bambergenſi, ad amnem *Aiſch*. Dicitur etiam Vinſhemia & Viniſima, à quibuſdam 7. leucis diſtat à Norimberga in occaſum & totidem ab Herbipoli in Eurum.

Vinuli, Vvinuli Paulo Diacono, populi Germaniæ, iidem Langobardis, ſeu Longobardis ſic appellati antequam in Italiam irrumperent.

Vinundria, *VVindiſchgratz*, teſte Lazio, qui alibi Vendum ſic interpretatur. Qui Lazius etiam Vindomanam ſic appellari ſcribit.

Vipitenum, *Stertzingen*, teſte Simlero, oppidum Rhætię, in Comitatu Tyrolenſi, inter Oenipontem 6. & Brixinum urbem ad auſtrum 4. leucis. Aliis eſt *Lug*, Pagus inter Oenipontem, & Stertzingum 3. leucis, ab Oeniponte paulò remotior.

¶ Vipitenum, ſeu Vepitenum, oppidum Rhætiæ propriè dictæ. Nunc teſte Sanſone, eſt *Sterzingen*, pagus Comitatus Teriolis, ſub Auſtriacis, ad radices Alpium Tridentinarum & montis *de groſſ Verner* dicti, prope fontes Eyſoci fluvil. 7. leucis à Boceno in Boream.

Virbii clivus locus erat Latii, ab urbe Roma 5. m. paſſ. Ariciam verſùs.

Virbius, fluvius Laconicæ, in Peloponneſo, ad quem Æſculapius Hyppolytum curaſſe traditur. Et nomen proprium viri Aricini, cujus meminit Virgilius lib. 7. Æneidos.

Virbius inſignis, quem mater Aricia miſit.

Vircao, oppidum erat Hiſpaniæ Beticæ, inter Cordubam 46. & Illiturgim 24. mill. paſſ. ex Itinerario Antonini, in quo numeri diſtantiæ depravati, cum inter Cordubam, & Illiturgim vix 46. mill. paſſ. interſint.

Virena, *Francoliſe*, teſte Baptiſta Porta, locus Campaniæ apud Teanum urbem, & montem Gallicanum à Teano mill. paſſ. diſtans, ubi fontes acidi.

Virgao, *Roda*, teſte Joanne Mariana, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, apud oram Oceani Gaditani, in Vandalia, inter Fanum Luciferi & Meneſthei portum, hinc 2. inde 4. leucis à Cæpione 3.

Virgi, *Vera*, teſte Cluſio, vel *Bera*, urbs olim epiſc. Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Baſtetanorum littorali, in confinio regni Murcienſis & Granatenſis, inter Carthaginem novam 9. & Charidemum promontorium ad occaſum 5. leucis. Ortelius Virgi Melæ cum Vrce Ptolemæi confundit, cum Vrce ſit mediterraneum. Error inſignis in Theſauro Linguæ Latinæ occurrit, ubi *Almeria* indigitatur, urbs diverſa, longiùs diſtans.

¶ Virgi ſeu Vrce, *Vera*, oppidum fuit Baſtetanorum, nunc regni Granatæ, in ora maris Mediterranei & ſinus Virgitani ab eo dicti, in limite regni Murciæ, 11. leucis à Carthagine nova in occaſum, & 8. à Charidemo promontorio in Boream. 10. autem ab Almeria in ortum.

¶ Virginia, *la Virginie*, regio Americæ ſeptentrionalis, à Richardo Grenvilio Anglo detecta anno 1585. & ſic dicta in honorem Eliſabethæ Angliæ Reginæ. Pars eſt novæ Franciæ latè ſumptæ, ſub dominio tamen Anglorum qui ibi multas habent colonias. Extenditur hæc provincia ad 150. leucas à ſeptentrione in meridiem, ſeu à novo Belgio ad Floridam, verſùs oram littoralem maris Borealis. Ejus præcipuum oppidum eſt Jacobipolis, *Jameſtovvne*, ad Pouhatanum fluvium Virginiæ latè ſumptæ. Ejus partes ſunt etiam nova Svetia, juxta fluvium Auſtrinum, ſub dominio Svecorum & novum Belgium, *le nouveau Pais Bas* Gallis, aliàs ſub dominio provinciarum Belgii uniti, nunc autem Anglici juris ex quo tota provincia occupata fuit ab Anglis hiſce ultimis temporibus, & ipſis poſtea conceſſa pace Bredana anno 1667. Ejus coloniæ præcipuæ ſunt Amſterodamum novum ſeu Manhatum, & arx Arauſicana.

Virgitanus ſinus, à Virgi nominatus, *Golfo de Cartajena*, inter Scombrariam promontorium apud Carthaginem & Charidemum promontorium Bæticæ contentus. Mel.

¶ Viria, *Vire*, urbs Galliæ, in Normannia inferiori, ad fluvium cognominem, ſatiſculta & lepida. Diſtat 12. leucis à Cadomo in Africum, paulò minùs à Conſtantia in ortum, uti ab ora maris Britannici.

¶ Viria, *Vire*, fluvius Galliæ, in Normannia provincia. Oritur paulò ſupra Viriam urbem, quam rigat, deinde prope Fanum S. Laudi labitur; & auctus aliquot rivis, in mare Britannicum & in magnum Vadum ſe exonerat prope Iſiniacum. 7. leucis à Bajocis in occaſum.

¶ Viria ſeu Virlandia, *VVirland*, provincia Livoniæ, in regno Sveciæ in Eſtonia, inter Alentachiam ad ortum & Harriam ad occaſum, in ora ſinus Finnici, ubi tantùm aliquot oppida parvi momenti.

Viriballum, *Capo d' Ajazzo*, promontorium Corſicæ in ora occidua, apud Adjacium urbem. Sed ſi Adjacium eſt Urcinium Ptolemæo, Rhium (non Viriballum longiùs in Boream diſtans) eſt promontorium, quod nunc *Capo d' Ajazzo* dicitur. Ptol.

¶ Viriballum promontorium Corſicę inſulæ, in ora Occidentali. Nunc *Capo Roſſo* ſeu *Capo di Calvi* dicitur Brietio & aliis, eſtque in parte Auſtrali ſinus Calvenſis, & vix 6. mill. à Calvio in Africum. 35. autem ab Adjacio in Boream.

Viritium, *Gripſvvald*, teſte Althamero, urbs Germaniæ in ora Boreali Pomeraniæ, ad Mare Balticum, inter Sundim ad occaſum 4. & Volgaſtum ad ortum 3. leucis à Stetino 15. Academia regionis clara. In Theſ. Ling. Lat. pro *Gripſvvald* ſcriptum eſt *Griefnagen*. Ptol.

¶ Viritium, urbs Sidenorum in Germania, nunc teſte Philippo Cluverio, eſt *Piritz*, oppidulum prope Oderam fluvium in Pomerania ulteriori, in Ducatu tamen Stetinenſi & ſub dominio Svecorum. 5. mill. Germanicis à Stetino in meridiem in confinio Marchiæ Brandeburgicæ.

Viroconium, poſtea Vigornia. urbs Albionis epiſcop. ad Sabrinam fluvium, in Angliæ & Vvalliæ confinio. Vide Vigornia & Branovium. (Camdeno verò aliiſq; oppidum diverſum à Vigornia, in Comitatu Salopienſi, *Vvroxceſter* vel *Vvroxceter* vulgò. Ptol.

¶ Viroconium urbs fuit Cornaviorum in Anglia, ubi nunc *Vvreckceter* ſeu *Vvrockceter*, viculus Salopiæ Comitatus, ad Sabrinam fluvium & paulò ſupra Salopiam urbem.

Virodunum, *Verdun*, urbs epiſcopalis Galliæ Belgicę ſub Archiepiſcopo Trevirenſi, in Auſtraſia. Vide Verodunum. Eſt & Virodunum *Verdun* ſeu *Vertun*, oppidum Galliæ Celticæ in Burgundiæ Ducatu, ad Ararim fluvium, inter Cabilonum ad meridiem, & Belnam ad Boream 4. leucis, à Divione 12. De illa lib. 7. Itinerarii. Ant.

Dehinc Virodunum celebratam præſulis urbem
Venimus.

Viro-

Lib. Not. Viroſidum, *wervvic* vel *Warvvckupon Eden*, teſte Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia, apud Carleolum urbem.

¶ Viroſidum oppidum fuit Brigantum in Anglia Boreali, nunc vicus *Vvarvick upon Eden* dictus, ſeu ad Itunam fluvium, in Cumbria provincia. 5. mill. Anglicis ſupra Carleolum in ortum.

plin. Ant Viroveſca, (non Virveſca, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) Burveſca Ptolemæo, *Birvieſca* ſeu *Brivieſca*, oppidom Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Caſtella veteri, non obſcurum, apud fines Cantabrorum, inter Burgos ad auſtrum 8. & Hordoniam urbem Cantabricam ad Arctos 13. leucis.

Ant. Viroviacum, quod & Veroviacum legitur, *Vvarvvyck*, teſte Jacobo Meyero, oppidum Belgii in Flandria, inſulæ urbi proximum, inde 3. leucis in Boream, Hypras versùs totidem, ſimiliter inter Armentarium ad occaſum & Corteriacum ad ortum 3. leucis, (*in ditione Francorum*.)

¶ Virſio, *Vierzon*, oppidum Galliæ in Bituricenſi provincia, ad Carim fluvium, ubi recipit Avarum in limite Bleſenſis tractus. 8. leucis à Biturico in Circium Turones versùs diſtans, & 14. ab Aureliis in meridiem.

Virtingui ſeu Virtingi, populi Germaniæ, in Svevia trans Danubium, qui nunc Vvirtimbergenſes ſunt, teſte Rhenano, quos Aurelius Imperator vicit, teſte Pollione Trebellio. Durat nomen partim regioni, que *Vvirtimberg* dicitur.

¶ Virtonium, *Virton*, urbecula Belgii, in Ducatu Luxemburgico, in limite Lotharingiæ. 5. leucis diſtat à Luxemburgo in occaſum & 4. ab Orolauno in meridiem, ſub Hiſpanis; eſtque in ipſo limite ditionis Gallicæ.

plin. Virucinates, *Frieſinger* (hoc eſt, Friſingenſes) nunc, teſte Simlero, populi Vindeliciæ, in Bavaria, niter Ambram & Iſaram flumina, quorum urbs eſt Friſinga, inter Auguſtam ad occaſum 9. & Landshutum in ortum 6. à Ratiſpona 11. in meridiem, Monachium versùs 8.

ptol. Virvedrum, *Cap d' Abroth* nonnullis, promontorium Albionis in ora Scotiæ ad ortum, in Oceanum maximè prominens, inter Berubium ad auſtrum, & Tarvedum ad Arctos. Vide Viervedrum.

¶ Virvedrum, promontorium Scotiæ Borealis; nunc *Faro Head* dicitur; eſtque in Strathernia provincia. 5. mill. paſſ. à Beruvio promontorio in occaſum, & paulò minus à Tarvedro; eſtque in ora Borali Scotiæ, ubi

ptol. incipit occidentalis.

Virunum, *Frieſach*, teſte Lazio, quaſi *Urieſach*, oppidum Norici, in Carinthia, inter Vitopolim 4. & Neomarchum in Boream 2. leucis à Claudia ſive Clagenfurto 6. Sed Simlero eſt *Bruneck*, oppidum Norici in Comitatu Tyrolenſi, inter Brixinam ad occaſum & Aguntum in ortum 5. leucis, Villacum versùs 20.

¶ Virunum, oppidum Norici, hodie, teſte Philippo Cluverio, eſt *Folkmark* ſeu *Volckmarck*, urbs Carinthiæ inferioris, in Germania, ad Dravum fluvium, ſub dominio Auſtriacorum 5. leucis infra Clagenfurtum in ortum, uti à Vitopoli Lavantum versùs.

¶ Viſapora, *Viſapor*, aliàs forſan Muſopalle dicta, urbs eſt Indiæ orientalis, in peninſula cis Gangem, regni Decani caput, & in tractu *Cunkan* dicto, ad fluvium Mandovam, 120. mill. paſſ. à Dabulo in ortum & 180. à Goa urbe in Cæciam.

¶ Visbada, *Vvisbaden* oppidulum Germaniæ, in ditione Moguntina, aliàs Aquæ Mattiacæ dictum, ubi aquæ multis morbis ſalutares. Vix 2. mill. Germanicis diſtat à Moguntia in Boream & 4. à Francofurto in occaſum. Ab eo tractu adiacens dicitur Comitatus Visbanienſis, *le Comtè de Vvisbaden*, in Veteravia.

¶ Visbua ſeu Visbia, *Vvisbuy*, urbs regni Sveciæ in Gothlandia inſula maris Baltici, cum portu capaci in ejus ora occidentali. Aliàs ampla fuit & potens, nunc autem multum defecit & paucis conſtat incolis. 9. leucis Svecicis diſtat ab Oelandia inſula in ortum, uti 13. à Veſtrovico oppido proximiori Smalandiæ provinciæ.

Lib. Conc. Viſenſis urbs, *Viſeo*, urbs Luſitaniæ in regno Portugallico, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Bracarenſi, inter Guardiam 10. & Portum 14. leucis. Vide Lancia.

¶ Viſenſis urbs, ſeu Viſeum, *Viſeu*, aliàs Lancia, urbs Luſitaniæ in provincia inter Durium & Tagum dicta, juxta amnem *do Montorio*. 9. leucis Luſitanicis diſtans à Lameca in meridiem & 12. à Guardia in occaſ.

Viſentum, *Biſento*, teſte Andrea Fluvio, oppidum olim Hetruriæ, teſte Leandro, caſtrum ejuſdem nominis, ad Vet. * Sinum fluvium in Aprutio, apud Pinnam & Laure- In tum oppida (* Forſan Salinum.)

¶ Viſentum, *Biſento*, caſtrum eſt regni Neapolitani, in Aprutio ulteriori ad Sinum amnem, in colle 5. mill. diſtans à Pinna in circium.

Viſio, *Vignonnet*, teſte Paradino, oppidum ſeu pagus Ant. nunc Galliæ Narbonenſis, in Allobrogibus & Sabaudia.

Viſontum, *Vikicio*, teſte Lazio oppidum olim, nunc ptol. pagus Pannoniæ ſuperioris in Hungaria, apud Capronizam oppidum. (Eſt & Viſontium Ptolemæo urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis in Pelendonibus, *Viſeo* Villanovano: Viſeum autem Portugalliæ oppidum eſt, longè à Viſontio Ptolemæi diſtans.

¶ Viſſegradia, *Vizzegrad* incolis, *Plidenburg* Germanis, urbs munita Hungariæ, in colle, prope Danubium fluvium, ſub dominio Turcarum. 5. mill. Germanicis diſtat à Strigonio in Eurum. 8. ſupra Budam in Boream, & 4. à Vacia in Circium.

¶ Viſſemburgum, *Vveiſſembourg*, urbs Germaniæ in Alſatia inferiori, Imperialis. Sed ſub dominio Regis Franciæ pace Monaſterienſi. Sedet ad amnem Lutterum, in limite palatinatus inferioris, 4. mill. Germanicis ab Hanguenoa in Boream, Landaviam versùs 2. & 5. à Philippopoli in occaſum.

¶ Viſſemburgum, *Vveiſſemburg*, urbs Imperialis Germaniæ in Bavaria Tranſdanubiana & in ditione Aichſtetenſi, ad fontes Rednitii fluvii, 4. mill. Germanicis à Donaverta in Boream, Norimbergam versùs 7. & ferè à Neoburgo in Circium.

¶ Viſtochium, *Vviſtock*, oppidum Germaniæ in media Marchia Brandeburgica, in tractu *Pregnitz*, ad Dorſam amnem, ubi Auſtriaci victi & grandi clade affecti fuere à Svecis Bannerio Duce. Eſt in limite Megalopolitano, 7. mill. ab Havelberga diſtans in Cæciam & vix quatuor à Rapino in Boream.

Viſtula, qui & Viſtillus Plinio, & Iſtula Ptolemæo, plin. Viſula Melæ, Buſula Ammiano, *wixel* vel *Weixel*, flu- ptol. vius magnus & extremus Germaniæ, illam à Sarmatia ad ortum ſeparans, ex Sleſiæ & Moraviæ confinio oriens, ac per Poloniam in ſinum Balticum decurrens, Gracovia, Sandomiria, Vvarſovia, Torunia & Gedano, claris urbibus irrigatis. De illo lib. 7. Itinerarii:

Utque tuas venjens ſubeo Caſimiria portas,
Transgroſſus ripas, Viſtula magne, tuas,
Vidi Paoniis ubi Viſtula montibus exit,
Viſtula par fluvia, maxime Rhene, tuo.

¶ Viſtula, fluvius Poloniæ, *Vveiſſel* incolis, *Viſtule* Gallis, *Viſtula* Italis, Germaniam olim a Germano-Sarmaria ſeparans. Oritur in Ducatu Teſcinenſi in Sileſia ex monte Carpato in ipſo limite Hungariæ, deinde auctus aliquot rivis per Poloniam ſuperiorem fluens, Oſvicinum, Zatorium, Cracoviamque regni præcipuam rigat. Hinc Viſlocum fluvium recipit prope Polaniecum, Sanum infra Sandomiriam, & Vieprium ad Steſicam; poſtea per Mazoviam provinciam labens, Czercum & Varſavium rigat; receptoque Buge fluvio, iuxta Ploſeum & Uladislaviam Poloniæ inerioris urbs fluit: & tandem per Pruſiam labens, inibi Torunium, Chulmiam, Graunentiumque rigat, & ſupra arcem *Heuft* dictam in duo brachia ſcinditur; ex quibus orientale in ſinum *Friſch Haf* dictum cadit, occidentale autem paulò infra Gedanum in mare Balticum ſe exonerat juxta arcem *Vveiſſel munde* dictam in ora ſinus Gedanenſis.

¶ Victus, *Vyſt*, inſula Scotiæ & una Æbudarum in ora occidentali, à ſeptentrione in meridiem exrenſa per 45. mill. cum aliquot oppidulis. Ei ferè adjacet ad Boream Leuviſia inſula.

¶ Viſuntio, *Bezaneon*, urbs Galliæ Lugdunenſis & Sequanorum caput. Dicitur ab aliis Veſontio. Sedet ad Danubium flavium, aliaſque fuit libera, ſed ab anno 1648. pace Monaſterienſi effecta eſt iuris Hiſpanici & caput Comitatus Burgundiæ. Anno 1668. capta fuit à Gallis, ſed poſtea reddita pace Aquiſgranenſi.

Viſurgis, Viſurigis Ptolemæo, Buſurgis Straboni, I- plin. turgis Ovidio, *Vveſer*, fluvius ingens Germaniæ, ex Dion. Meliboco monte in Franconia oriens, ac inter Haſſiam ad occaſum, Thuringiam ad ortum, Vveſtphaliam ad auſtrum, & Saxoniam ad Boream, in Oceanum Germanicum, in Friſia orientali, quaſi medius inter Amaſiam & Albim, ſeſe exonerans, Hamelam, Mindam, Vverdam & Bremam, urbes alluens. Viſurgis alter, *Vveſer-*

ſer, fluvius Belgii, ex territorio ſeu Ducatu Iuliacenſi per Limburgum in Moſam apud Leodium influens.

¶ Viſurgis, *le Weſer*, fluvius Germaniæ. Primùm Verra dicitur, *Vertz*, oriturque in confinio Franconiæ; deinde per Haſſiam fluens, prope Smalcaldum & Iſenacum labitur. Sed recepto ad Mendam oppidum Fulda fluvio, tunc Viſurgis dicitur; & in Arctos tendens juxta Ducatum Brunſvicenſem, ibi Hamelam rigat, uti Corbiam, Mindam, Neoburgum, & Hojam urbes Vveſtphaliæ. Hinc recepto Allera fluvio paulò infra Uerdam, labitur juxta Bremam, & tandem Oceano Germanico miſcetur inter Ducatum Bremenſem & Comitatum Oldenburgenſem.

¶ Viſurgis autem fluvius parvus Belgii nunc *Vveſe* dicitur. Oritur in Ducatu Limburgenſi & in confinio Iuliacenſi; deinde Limburgum rigans, poſteà in Urtum cadit, & cum ipſo paulò poſt in Moſam fluvium ſupra Leodium.

Beda. Vitæ, populi Germaniæ, quorum caput & urbs *Vvittenberg*, quaſi mons Vitarum, urbs Saxoniæ, & academia præclara, ad Albim fluvium, inter Torgam ad auſtrum 4. & Magdeburgum ad Arctos 10. leucis.

Vitaliana, inſula, ſive potiùs ſcopulus, & turris firmiſſima in lacu Verbano conſpicitur, à Ludovico Borrhomæo (quæ familia ab antiquiſſima Vitaliana, cujus Vitalianus, Princeps Patavinus, divæ Iuſtinæ virginis & Martyris pater, ac divi Maximi Epiſcopi eiuſdem urbis avus, auctor fuit, ortum duxiſſe traditur, Baſilio Sereno Clerico Canonico auctore) cùm ab hoſtibus præmeretur condita, quaſi unicum perfugium in quo ſe tutaretur, cui inſula alia longè major adjacet, malis aureis conſita, & amœniſſima. In ea turri carmina hæc inſculpta leguntur:

Vitaliana vocor Verbani turris in undis,
Edita primæva nomina ſtirpis habens.
Me Ludovicus ſic Borrhomæus in altum
Extulit, ut pateat Vitalianus honor,
Simque locus fidis ſemper patefactus amicis;
Hoſtibus at noſtris ſim moribunda lues.

A Canobio oppido 3. mill. paſſ. abeſt.

t. rad. Vitellia colonia fuit Romanorum, in finibus Æquorum, cujus meminit Livius libro 2. decadis 1. cujus nullum durat veſtigium, ſicuti nec Verruginis oppidi vicini.

Vitellianum, *Viadana*, teſte Alciato, oppidum amplum Galliæ Tranſpadanæ, ad Padum, è regione Brixelli, in Ducatu Mantuano, inde 20. milli. paſſ. Parmam versùs 10. nomen à Vitellio Imperatore habens.

et. ab. ¶ Vitellicum, *Vitlich*, oppidum Germaniæ, in ditione Trevirenſi, cum caſtro ſplendido, ubi ferè degit Elector. Sedet ad amnem Leſerum, uno milliari Germanico à Moſella fluvio diſtans, & 4. à Treviris in Cæciam.

¶ Viteſcia, *Vvitepsk*, urbs munita Poloniæ, & Palatinatus cognominis caput, in Lithuania, ad Duvinam fluvium, ubi recipit Vvidzbam, cum arce munita, vix 12. leucis Polonicis à confinio Moſcoviæ, Poloſcam versùs 16. & 25. a Smolenſco in Circium. Pluries capta fuit & recepta ultimo bello contra Moſchos; aliâſque Duces proprios habuit uſque ad Olgerdum magnum Ducem Lithuaniæ.

Viterbium, *Uiterbo*, urbs Hetruriæ, ad montis Cimini radices, priùs Vetulonia, teſte Platina, ex illa, Longola, et Turrena conflata, epiſcopalis loco Ferentii urbis vicinæ ad 5. mill. paſſ. exciſæ, inter Volſinios 14. & urbem Romam 40. mill. paſſ. Patrimonii caput. De eo libro 3. Itinerarii:

Præcipiti ingredimur poſitum ſub monte Viterbum.

¶ Viterbium, *Viterbe* Callis, urbs eſt Italiæ ampla & culta, provinciæ Patrimonii caput, in ditione Pontificia, 40. mill. ab urbe Roma diſtans in circium Senas versùs, & 10. a Volſinio lacu in ortum.

i. Vitis, *Montone* Leandro, *Rocone* aliis, & apud Ravennam *Aquedotto*, fluvius Galliæ Togatæ, ex Apennino monte per Æmiliam, viam ſecans AEmiliam apud Forum Livii, in mare Hadriaticum apud Ravennam labens. Ad hunc amnem à Ravenna 3. mill. paſſ. anno ſalutis 1512. acriter inter Gallos & Hiſpanos pugnatum eſt, 18000. Hiſpanorum cæſis.

¶ Vitis, ſeu Utis, & Utens, *Montone*, fluvius parvus Æmiliæ. Oritur ex Apennino monte; deinde prope Forum Livii labens, prope et infra Ravennam in mare Adriaticum ſe exonerat. Ibi Hiſpani maxima clade affecti fuere à Gallis ipſo die Paſchatis anno 1512. ſub Ludovico XII. Rege Galliæ.

Vitodurum, *Vvinterthur*, teſte Scudo, oppidum Helvetiorum, medium ferè inter Conſtantiam urbem Sveviæ, & Tigurum urbem Helveticam 3. leucis utrinque. Ant.

¶ Vitræum, *Vitray*, oppidum Galliæ Lugdunenſis, in Armorica, quod Vitriacum & Victoriacum dicitur ab aliis. Sedet ad Vidanam fluvium in limite Cenomanenſis provinciæ, 9. leucis ſupra Redones in Cæciam.

Vitulia apud Veteres dicta eſt Italia, à Vitulorum, quibus abundat copia: deinde Italia voce Græca ab eiſdem vitulis, quos Græci *Italoys*, hoc eſt, Italos, teſte Aulo Gellio vocant.

Vituli inſula, *Selſey*, teſte Camdeno, inſula Albionis, Angliæ adjacens. Beda.

¶ Viva, Africæ propriæ urbs, teſte Antonino. Vina alii codices habent. Vivenſis Epiſcopi meminit Conciliorum opus & Concilium Carthaginenſe.

Vivarienſe monaſterium, pagus cum cœnobio Galliæ Celticæ, in territorio Vivarienſi, à Vivario urbe paulò ſupra 4. leucas in auſtrum versùs Nemauſum, *S. Andeol*, ex vita S. Andeoli. Scrip. Gall.

¶ Vivarienſe monaſterium, *le bourg S. Andiol*, ſeu etiam *le bourg de* Viviers incolis illius tractus, pagus eſt Occitaniæ, in Vivarienſi tractu, ad Rhodanum fluvium. 2. leucis infra Vivarium in auſtrum, versùs Pontem S. Spiritus, & paulò minus à Fano S. Pauli. Ibi S. Andochus Subdiaconus martyrio affectus fuit ſub Aureliano Imperatore.

¶ Vivarienſis tractus, *le Vivarais*, provincia eſt Galliæ, in Occitania, ubi aliàs Helvii populi Galliæ Narbonenſis. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem, terminaturque ab oriente Rhodano fluvio, quo ſeparatur à Delphinatu, à ſeptentrione Forenſi tractu & Velauniis, ab occidente Gabaliis, a meridie autem Occitania inferiori & Vcetienſi tractu. Ejus urbes ſunt Vivario provinciæ caput, Annonæum, Albenacum, Privatium & Turnonium.

Vivarienſis urbs, Vivarium alibi, *Viviers*, urbs Galliæ Cælticæ, ad ulteriorem Rhodani fluvii ripam (cujus regio *Vivaretz* dicitur, populi Ambibareti apud Cæſarem) epiſc. ſub Archiepiſcopo Viennenſi, inde 24. leucis in auſtrum, media ferè inter Avenionem ad meridiem & Valentiam ad Boream 10. leucis. Fuit & Vivarium locus Romæ apud portam Præneſtinam, & caſtrum prætorium a Vitige Rege impugnatus, teſte Procopio lib. 1. de bello Gothico. Sic hodie adhuc dicitur. Vivarienſis regio Occitaniæ finitima, licèt montibus undique quaſi turribus cincta ſit, maximè tamen fertilis eſt, omnium ferè fructuum copia affluens & vini generoſi ferax, quaſi à copia vivariorum nominata.

¶ Vivarienſis urbs, ſeu Vivario, & Vivarium, aliàs Alba Auguſta Helviorum, *Viviers*, urbs eſt Galliæ, Vivarienſis tractus caput, in Occitania ad Rhodanum fluvium, in planitie, è regione Delphinatus, tribus leucis ſupra Pontem S. Spiritus in Boream.

¶ Vla, *Oulo*, oppidum Sveciæ, in Cajania & in ora ſinus Bothnici. Ei adiacet Vlaburgum, *Ulabrogh*, oppidum in inſula parva eiuſdem ſinus; eſtque ad oſtia fluvii Vlæ.

¶ Vla, *Ula Tresek*, lacus Sveciæ in Caiania ſeu Bothnia orientali, in mediterraneis, versùs Savolaxiam provinciam; eique inſidet Caianeburgum oppidum.

Uladislavia, *Vlasdilavv*, urbs Poloniæ maioris, ad Viſtulam fluvium, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Gneſnenſi, inde 12. leucis in ortum diſtans, Cuiaviæ regionis caput, inter Varſoviam ad meridiem, & Toruniam ad Boream.

¶ Vladislavia, *Wladislavv*, urbs eſt Poloniæ maioris, ſeu inferioris, ad Viſtulam fluvium. 15. leucis à Gneſna, media inter Poloſcam in Eurum & Thorunium in Circium. 5. leucis utrinque diſtans, & 22. infra Varſaviam. Caput eſt Cuiaviæ provinciæ, in Palatinatu Inovvolocenſi; eſtque epiſc. ſub Archiep. Gneſnenſi, ab anno 1173. Arcem habet tantiſper munitam in paluſtri loco.

Vlbanectes, *Senlis*, populi & urbs Galliæ Belgicæ, nunc Latinè Silvanectum, epiſc. ſub Archiep. Remenſi. Valleſiæ regionis caput, proxima Compendio, 6. leucis diſtans, inter Lutetiam 10, & Noviomum urbem picardiæ in Cæciam 12. plin.

¶ Vlbanectes, populi Galliæ Belgicæ. Meliùs dicuntur Sylvanectes, *le Dioceſe de Senlis*. Vide Sylvanectes.

Ulci, Vlciana colonia Frontino, *Lauria*, ſive *Luria* Moletio & aliis, *Laorina* aliis, oppidum Lucaniæ mediter- ptol.

diterraneum, in Baſilicata, in via inter Salernum & Conſentiam occurrens, inter Ebulum 54. & Caſtrovillarium in ortum 23. mill. paſſ.

Ptol. Ulcinium, *Dolcigno*, urbs Dalmatiæ in ora littorali epiſcopalis ſub Archiep. Antibarenſi. Vide Olchinium, ſive Olcinium.

Ptol. Vlia, *Monte Major* Morali & Marianæ, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in Vandalitia, à Corduba 20. mill. paſſ. Vlla Aulo Hirtio, in colle, Cæſaris tempore munitiſſimum. Aliis eſt *Vzena*, Tucci & Ægabræ proximum; aliis *Velia*.

Plin. Uliarus, *Oleron*, inſula Oceani Aquitanici, contra oſtia Garumnæ fluvii & Carantoni, à Rupella urbe & inſula S. Martini dicta 4. aut 3. leucis in auſtrum recedens, cum oppido cognomine.

¶ Uliarus, *l'Isle d'Oleron*, inſula eſt Galliæ, in Oceano Aquitanico & in ora Santoniæ provinciæ Aquitaniæ, contra oſtium Carcutonii fluvii. 2. leucis diſtans in occaſum. Extenditur à ſeptentrione in meridiem per 6. leucas. Ejus autem latitudo eſt 2. leucarum tantùm. Arcem habet permunitam, *le chaſteau d'Oleron*, dictam, in parte Auſtrali inſulæ, quæ 1. leuca cum dimidia diſtat ab oſtio Separæ fluvii in occaſum 3. à Rea inſula in meridiem, & 6. à Rupella urbe in Africum; eſtque fertilis & probè culta.

¶ Ulma, *Ulm*, urbs Germaniæ in Svevia ad Danubium fluvium, ubi recipit Ilarum, olim Alcimoennis Carithnorum urbs, in limite Vindeliciæ. Perampla eſt, munita, libera ſeu Imperialis & probè culta, 10 mill. Germanicis ab Auguſta Vindelicorum in occaſum, 15. a Conſtantia in Cæciam, & 25. ab Argentina in ortum, uti 12. à Tubinga.

Ulmetum, *Elmesly*, teſte Camdeno, locus Albionis in Anglia.

Ant. Ulmi, *Ileſſi*, Lazio, *Iltz* Simlero, oppidum Pannoniæ inferioris in Hungaria, inter Sirmium 26. & Cibalim 24. m. paſſ. Murſam versùs in Boream.

¶ Ulmus, oppidum Pannoniæ ſuperioris, nunc, teſte Cluverio eſt *Ilmitz*, vicus Peiſoni lacui impoſitus in Auſtria inferiori, & in ipſo limite Hungariæ.

Ulmus, pagus Myſiæ ſuperioris, à Naiſſo urbe 19. mill. paſſ. in ortum Sardicam versùs.

¶ Ulodimeria, *wlodzimierz*, urbs Poloniæ, in Volhinia ſuperiori, ad Lugum amnem, qui paulò infra cadit in Bugem fluvium, 11. leucis Polonicis à Luceoria in occaſum, & 8. à Belza in Boream.

Ulpia Caſtra. Vide Caſtra.

Ant. *Ptol.* Ulpia legio xxx. *Alpen*, teſte Mercatore, oppidum Germaniæ inferioris, apud Rhenum, inter *Berck* ad auſtrum, & *Santen* in Boream 2. leucis, totidem a Weſalia in occaſum. Videtur idem quod Caſtra Ulpia Antonino, inter Nueſium 7. & Cliviam in Boream, 6. leucis.

Ulpia Trajana, *Varhel*, & Sclavonicè *Gradiſch*, teſte Lazio, urbs olim Daciæ, nunc pagus Tranſylvaniæ, ab Alba Iulia 8. leucis in Auſtrum.

¶ Ulpia Trajana, ſeu Colonia Ulpia Traiana, quæ Zarmizogetuſa, & Zarmigetuſa, urbs fuit Daciæ mediterraneæ præcipua, ad Sargetiam fluvium, nunc caſtrum *Varhel*, ſeu *Zarmis*, in Tranſylvania, ad radices montium, 6. leucis ab Aluta fluvio in occaſum diſtans.

Ptol. Ulpianum geminum: unum Myſiæ ſuperioris, in Dardania apud Macedoniæ confinia, olim urbs epiſcopalis, & Juſtiniana ſecunda appellata, nunc Latino recenti Villa Procopiana, teſte Lazio, proxima Scupi, inde ad 12. mill. paſſ. in occaſum. Alterum oppidum Daciæ, *Pyrethi*, teſte Lazio, apud Albam Juliam in Tranſylvania. Aliis eſt ipſa Alba Julia.

¶ Ulpianum, oppidum Miſiæ ſuperioris, nunc quibuſdam eſt *Wlpia*, caſtrum Serviæ, in limite Bulgariæ, & vix 40. mill. paſſ. ab Iſtro fluvio in meridiem. Ulpianum alterum oppidum Daciæ nunc, teſte Nigro, eſt *Czanadre*, aliis autem eſt Varadinum, *wardein*, urbs munita Tranſylvaniæ.

Ultonia, ſive Hultonia, cum aſpiratione apud ſcriptores Hibernicos, *Ulſter*, una ex Hiberniæ regionibus, in Boream contra Scotos vergens, in qua urbes epiſc. 25. olim cenſebantur, nunc 11. duntaxat, quarum metropolis eſt Armaca, ſive Ardamacha, a Dublinio metropoli Laginiæ 55. mill. paſſ. Hibernicis in Boream recedens, a Dumbo promontorio 40. in auſtrum, a Tuama metropoli Connaciæ ſupra 100. in ortum æſtivum, a Duno, (quod a Dublinio 50. mill. paſſ. abeſt) ad 20. per compendium. Cum autem Hibernia manus ſimilitudinem gerat, Ultonia hujus figuræ pollex eſt, ſicuti Connacia index, Laginia medius, Momonia medicus & auricularis, Media ſeu Midia vola; ut his verſibus exprimitur:

Pingitur in ſpeciem ſinuoſa Hibernia palmæ:
Vltonia eſt pollex ſtudiis aſperrima Martis;
Index Connacia; at medius ſit Lagnica tellus, &c.

¶ Vltonia, *Vlſter* Anglis, *Cui Gully* Hibernis, id eſt, provincia *Gully*, Britannis *wltvv*, Gallis *Vltonie*, Hiſpanis & Italis *Vltonia*, una eſt ex quatuor Hiberniæ partibus, ad Hyperboreum mare protenſa, & hinc Buinda fluvio à Lagenia, illinc Erno lacu & Banno fluvio à Connachtia ſecluditur; eſtque regio ampla, ſed multis & lacubus & ſtagnis interfuſa. In ea ſunt decem Comitatus ſeu provinciæ minores, nempè Lugenſis Comitatus, *Louth Countye*, Dunenſis, *Dovvne Countye*, Antrimenſis, *Antrim Countye*, Armacanus, *Armagh Countye*, Monaghanus, *Monaghan Countye*, Cavonenſis, *Cavon Countye*, Fermanaghenſis, *Fermanagh Countye*, Dungalenſis, *Countye Dunghallor Tyrconell*, Colranenſis, *Colrane Countye*, qui duplex eſt, nempè ſuperior & inferior; erantque aliàs in illa regione populi Darnii, Erdini, Rhobogdii, Venicnii, & Voluntii. Ejus autem præcipuæ urbes ſunt Dunum, Armacha, & Rupes Ferguſii.

(U*ltoniæ urbes:*
Armacha, Armach.
Derrium, Derry.
Drogheda, Drogheda.
Dungalia, Dunghall.
Dunum, Dovvne.
Dunkeranum, DundalK.
Kilmoria, Kilmore.
Rupes Ferguſii, KnocK Fergus.)

¶ Vltza, *Vltzen*, urbs Germaniæ, in Ducatu Luneburgenſi, ad amnem *Ilmenovv*, 5. milliaribus Germanicis ſupra Luneburgum in meridiem, & totidem à Daneberga diſtans in occaſum.

Vlubræ oppidum fuit Latii, apud Velitras urbem, ubi Auguſtus Cæſar educatus. Populi Vlubrenſes Plinio. Hodie nullum illius apparet veſtigium. De qua Iuvenalis ſatyra 10. *Cic.* *Prou.*

Frangere pannoſus vacuis ædilis Vlubris.

Horatius libro 1. epiſtola 11.

Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquum.

Vluleus, ſive Vlulens, ut alii legunt, *Argento*, teſte Ortelio ex tabulis recentibus & Caſtaldo, fluvius Macedoniæ, iuxta Dyrrachium urbem decurrens. *Vib.* *Seq.*

Vlyſſippo, (non Olyſſipona, ut in Theſauro Linguæ Latinæ) Oliſſippo Plinio, Olioſippon Ptolemæo, *Lisboa* Hiſpanis, *Lisbona* Italis, urbs Hiſpaniæ Luſitanicæ caput, ſeu conventus juridicus & regia, archiepiſcopatu & emporio clariſſima, omniumque urbium Hiſpaniæ maxima, ſeptem collibus impoſita, ad Tagum fluvium, haud procul ab ora occidua diſtans, à Toleto 83. & ab Hiſpali 63. leucis in occidentem, à Sacro promontorio 30. Portum versùs in Boream 50. à Chriſtianis anno ſalutis 1147. victis Mauris recuperata, unà cum Ebora, Helvis, et Pace Iulia, à Bonifacio IX. archiepiſcopalis & metropolis effecta. Ab Vlyſſe condita nomen habet, teſte Plinio cum Solino. *Mel.* *Sol.*

¶ Vlyſſippo ſeu Olyſippo, *Lisbone* Gallis, urbs eſt regni Portugalliæ caput, & ſedes regia, perampla & ſplendidiſſima. Arcem habet permunitam in colle & portum, creſcitque in dies. Diſtat 2. leucis Hiſpanicis ab oſtio Tagi fluvii & ab ora Oceani Atlantici in ortum, ut 6. à Lunæ promontorio, 33. à Sacro promontorio in Boream, Portum versùs 46. circiter, & 56. ab Hiſpali in Circium, 32. autem à Pace Auguſta in occaſum.

Vlyſſis portus, Odyſſia Ptolemæo, *S. Giovanni di Decatria*, teſte Fazello, portus olim Siciliæ in ora ad ortum apud Engyum, nunc lapidibus ex Ætna monte oppletus. Aliis eſt *Porto de Lognina*, inter Tauromiium 10. & Catanam 20. mill. paſſ. *Ptol.* *Plini.*

¶ Vlyſis portus, locus Siciliæ in ora orientali, ubi hodie *porto Lognina*, lacus parvus cum turri in valle Demonæ, 7. mill. paſſ. à Catana in ortum, prope Acim amnem, Taurominium versùs; & ei adjacent Scopuli Cyclopum.

¶ Vma, *Ama*, oppidum Sveciæ, in Bothnia provincia, ad oſtia fluvii Vmæ, cum portu capaci, prope oram ſinus Bothnici. Hinc tractus adjacens Lapponiæ dicitur *Vma Lapmarck*.

Umber, lacus Umbriæ, in Hetruriæ confinio, apud Tiberim: idem ac Vadimen, ut aliquibus videtur. Umber item Bedæ flu. Albionis maximus. Vide Habus Ptol.

¶ Umbilicum maris nominat Paulus Diaconus quandam Oceani voraginem, eumque deſcribit circa littus occidentale Scandiæ. Hujus meminit Sylveſter Cambrenſis, & noſtro tempore Oleus Magnus, ſub nomine Charybdis. Lucas Aurigarius eum appellat *Maelſtroom*, ſed propriæ nomine *Mouſterſtroomo*, eumque à peritis naucleris etiam *havelder Zee* idem, ac umbilicus maris ſonans vocari addit. Haud procul eſt a Norvegiæ continente, & ab effectu nomen ſortitur. Eſt enim maris Germanicis locus, ubi, teſte Ortelio, ſingulis ſenis horis creſcente Oceano, aqua deorſum in barathra demergitur, atque devolvitur rotatione adeò violenta, undarumque ſtrepitu tam incredibili, ut plane quis admirari vix poſſit, nedum deſcribere; eſt contra eadem totidem horis Oceano decreſcente rurſum ex imo reſurgit, ſurſumque emergit, atque attollitur tanto impetu. ut nulla ſit tam ingentis ponderis moles, neque ullum quantumvis vaſtiſſimum, piſcium genus, quod ad fundum ſubſidere queat; omniaque tunc antea rapta, abſorptaque, inrer quæ interdum naves hominibus, & mercibus onuſtas eructat & evomit. Patet hæc vorago in ambitu ad 13. mill. Germanica, ſive 40. mill. paſſ. cujus punctus eſt Scopulus *Mouske* dictus.

Plin. Umbranici, populi Galliæ Narbonenſis, apud Aquitanicæ fines; quorum urbs Vabræ videtur. Vide Vabrenſe caſtrum.

¶ Umbranici populi fuere Galliæ Narbonenſis inter Cemennum montem ad occaſum, Vardoneam fluvium ad maridiem Rhodanum ad ortum, & Ardeſcam, quo ſeparatur ab Helvetiis; eſtque in eo tractu pars Occitaniæ inferioris, vulgò Ucetenſis tractus, *l'Uzege*, cujus primaria Vcetia. 25. leucis à Vabris in ortum.

Cic. Strab. Plin. & al. Umbria, etiam vulgò *l'Ombria*, regio Italiæ ampla, Apennino monte diviſa, inter Hetruriam ad occaſum, Tiberi diſcreta, & Sabiniam ac Picenum ad ortnm, Nare fluvio ad meridiem terminata, mari Hadriatico ad Boream, Ombria olim dicta, teſte Plinio, quaſi ab imbribus, vel ab Umbrone fluvio, teſte eodem Plinio. Urbes Ciſapenninæ, Narnia, Interamna, Spoletium, Fulginium, Nuceria, Aſſiſium, Eugubium, Tifernum, Tudertum, Ameria, Tranſapenninæ, Urbinum, Mons Feretranus, Piſaurum, Fanum, Senogallia, Forum Sempronii, & Callium, populi Umbri Plinio & aliis. Martialis lib. 9. Epigrammate 58.

Sic montana tuos ſemper colat Umbria *fontes.*

Statius 4. ſylvarum carmine 4.

Exta ferat: cur Thuſcus aper generoſior Umbro.

Lucanus lib. 2.

Tunc U*mbris Marſiſque ferax, domituſque* S*abello.*

¶ Umbria, *l'Ombrie* Gallis, aliàs diviſa fuit in duas partes, in Vilumbriam, ſeu Umbriam trans Apenninum, ubi hodie pars Romandiolæ, Ducatus Urbini, & minor pars Piceni; & in Olumbriam, ſeu Umbriam cis Apenninum montem, ubi nunc territorium Peruſinum, ager Civitatis Caſtellanæ, & Ducatus Spoletanus. Umbria autem recens complectitur tantùm Ducatum Spoletanum, *le Duchè de Spolete*, & vulgò etiam *l'Umbria* dicitur. Terminatur à ſeptentrione Marchia Anconitana, ad ortu, Aprutio ulteriori, ab occidente territoriis Peruſino, & Orivetano, à quibus ſeparatur Tiberi fluvio, à meridie autem provincia Patrimonii, & Sabina; totaque ſubeſt dominio Summi Pontificis. Eius urbes præcipuæ ſunt Spoletum, provinciæ caput, Fulginium, Tudertum, Interamna, & Reate.

U*rbes* U*mbriæ hujus temporis.*

Ameria, *Amelia*, epiſcopalis libera, (ideſt, à jurisdictione Archiepiſc. exempta.

Aſſiſium, veteribus Æſiſium, *Aſſiſi*, epiſc. libera.

Burgum S. Sepulchri, ſub Arch. Florentino, & magno Duce, *Borgo di S. Sepolcro.*

Callium, *Cagli*, epiſc. ſub Archiep. Urbinate (in Ducatu Virbini.)

Camerinum, *Camerino*, in confinio Piceni (in Marchia Anconitana.)

Eugubium, *Gubio*, epiſc. ſub Archiep. Urbinate (in Ducatu Urbini.)

Fanum Fortunæ, *Fano*, epiſc. libera (intra fines Ducatus Urbini.)

Forum Sempronii, *Foſſumbrone*, epiſc. ſub Arch. Urnitea (in Ducatu Urbini.)

Fulcinium, *Foligno*, epiſc. libera.

Hiſpellum, *Spello*, olim epiſcopalis, ſedes Spoletinæ iuncta, (oppidulum.)

Interamna, *Terni*, epiſcopalis, libera.

Leopolis, S. *Leo*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopa Urbinate, (in Ducatu Urbini.)

Manliana, *Magliano*, ſedes Epiſcopi Sabinenſis, (in Sabina.)

Mevania, *Bevagna*, olim epiſcopalis, ſede Spoletium deducta, (nunc caſtrum.)

Narnia, *Narni*, priùs Nequinum, epiſcopalis, libera.

Nuceria, *Nocera*, epiſcopalis, libera.

Nurſia, *Norcia*, olim epiſcopalis.

Ocriculum, *Otricoli*, olim epiſcopalis.

Piſaurum, *Peſaro*, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Vrbinate, (in Ducatu Urbini.)

Reate, *Rieti*, epiſcopalis Sabinorum, libera.

Senogallia, *Sinigaglia*, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate, (in Ducatu Urbini.)

Spoletium, *Spoleti*, epiſcopalis, libera, (Umbriæ coput.)

Tifernum geminum: Tiberinum, *Citta di Caſtello*, epiſcopalis, libera; alterum Metaurenſe, S. *Angelo in Vado*, (ſedes Urbaneæ iuncta.

Trebia, *Trevi*; olim epiſcopalis, ſede Spoletium tranſlata, (nunc caſtrum.)

(*Tudertum*, Todi, *epiſcopalis*, *libera.*)

Vettiona, *Bittona*, olim epiſcopalis, (nunc caſtrum.)

(*Urbanea*, Urbanea, *epiſcopalis ſedes* Tiferno *Metauro juncta.*)

Urbinum, U*rbino*, archiepiſcopalis & Ducatus Urbinatis caput.

Interiere Forum Flaminii, Carſula, Interocrea, & Martula ſeu Mattana urbi.

¶ Umbriaticum, U*mbriatico*, urbs parva regni Neapolitani, in Calabria, citeriori. Dicitur ab aliis Bruſtacia; eſtque epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Siberinenſi, ad radices montium, 12. mill. paſſ. à mari Jonio in occaſum, & 10. à Siberina in Boream.

Umbrica ſive Umbricum oppidum erat Faliſcorum prope Feſcennium urbem, apud Treliam fluvium. Plin. Rut.

Umbro, *l'Ombrone*, flnvius Hetruriæ, inter Senam & Aretium oriens, in auſtrumque fluens, apud Roſetum urbem, quam alluit, mari Tyrrheno exceptus, poſt 7. mill. paſſ. Rutilius libro 1.

Tangimus U*mbronem non eſt ignobile flumen.*

¶ Umbro, fluvius, *l'ombrone*, oritur in agro Senenſi & in confinio Florentini tractus, 10. milliaribus a Senis in ortum. Deinde in meridiem tendens, auctus Arbia infra Bonum conventum, Merſa & Orcia fluviis, verſùs Roſetum labitur, & 5. milliaribus infra in mare Tyrrhenum cadit, 7. mill. a Telamone in Circium. Ant.

Umbro mons, S. *Quirico*, teſte Ioanne Annio, oppidum Hetruriæ, in monte, a Sæna, ferè 20. mill. paſſ. in via quæ Romam ducit occurrens, inter Montem Alcinoum 3, & Pientiam 2. Ptol.

Una, *Sus*, teſte Marmolio, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, in Oceanum Atlanticum fluens inter Uſadium promontorium ad Boream & Atlantem montem maiorem, apud Surigam urbem. Strab.

Undalus, *Pont de la Sorgue*. teſte Paradino, oppidum Galliæ Narbonenſis, ad Rhodanum fluvium, exciſum, ubi Sulgas fluvius confluit: vel *S. Remy* pagus, teſte Joanne Poldo: vel *Port de la Traille*, teſte Scaligero, haud procul ab Avenione.

¶ Ungaria, *Unghvvar*, urbs Hungariæ ſuperioris, Comitatus Unghenſis caput, ad radices Carpati montis & prope Ungum fluvium, in limite Ruſſiæ nigræ. 30. mill. paſſ. diſtat a Caſſovia in ortum, & 25. a Tibiſco fluvio in Boream.

¶ Unghenſis Comitatus, *Comtè de* U*nghvvar*, provincia Hungariæ ſuperioris, ad radices Carpathi montis & Ruſſiæ nigræ, atque inter Abanvivarienſem Comitatum ad occaſum & zemblynienſem & Peregienſem Comitatus ad meridiem, ſub dominio Auſtriacorum. Ejus caput eſt Ungaria.

¶ Uana, U*nna*, urbs Hanzeatica Germaniæ, in Weſtphalia, & in Comitatu Marchiæ, aliàs probè culta; nunc parva ſub Electore Brandeburgico. Egin.

Unni, qui & Hunni pleriſque, populi Germaniæ, qui Thunni Euſtathio dici videntur, qui ex Septentrionibus profecti, Italiam, & Galliam oppreſſere. Hi Avares etiam apud Eginarthum, Onogari, Agathiæ, unde nunc Hungari, Unni verò apud Dionyſium Afrum, ſunt populi Scythiæ

citerioris ; Caſpiis populis, qui Caſpium mare attingunt, finitimi, & Albanis. Ab his fortè Hunni in Germania.

Voberca, ſive, ut alii legunt, Voberta, *Bobierca*, & *Bubierca*, teſte Varrerio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis in finibus Celtiberorum, ac regno Aragonio inter Bilbilim ad Boream 3. & Segontiam ad meridiem 13. leucis Martialis lib. 1. epigramm. 49.

Præſtabit illic ipſa figendas prope.
Voberta prandenti feras.

¶ Voberca, oppidum Celtiberorum, nunc pagus eſt, *Bubierca* dictus, in Aragonia, ad Salonem fluvium, 3. leucis ſupra Bilbilim in occaſum, Seguntiam verſùs.

Vobernum, *Boarno*, teſte Helia Capreolo, pagus Cenomanorum, in agro Brixienſi.

Vet. Inſc. Ptol. Vobrix, *Lamta*, teſte Marmolio, oppidum Mauritaniæ Tingitanæ; mediterraneum, Babæ & Volubili finitimum.

Cæſ. Vocates, populi Aquitaniæ (quos Marlianus perperam cum Vaſatibus confundit) quorum oppidum, *Vique*, ab Auſcis 3. leucis in occaſum, à Condomo 2. in auſtrum Nogerorum verſùs, in Comitatu Armeniacenſi: licèt Vigenereus velit horum tractum eſſe *Bigorre*.

¶ Vocates, populi Galliæ, in Aquitania. Idem fuere qui & Boates, *le Captalat de Buch*, in ora Oceani Aquitanici, teſte Brietio.

Tac. Vocetus, ſeu Vocetius, *Botzberg*, teſte Scudo cum Lazio, mons Helvetiorum, pars Juraſſi orientalis. Sed Tacitus illum in Rhætis memorat. Aliis eſt *wichen*, in Helvetiis, apud Arburgum.

Vet. Trad. Voconia, *Vogogna*, oppidum Inſubriæ, in valle, apud Athiſonem fluvium, inter Mediolanum 60. & Olcellam oppidum 7. mill. paſſ. ab Arona ultra Verbanum lacum 20. mill.

Strab. Tac. el. al. Vocontii, populi Galliæ Narbonenſis, quorum regio in Delphinatu, *Val de Viſo*, teſte Pineto nominatur. Aliis horum urbs Vaſio putatur in Comitatu Avenionenſi; quæ & Forum Voconii vel Vocontiorum. Vide ibid. Vocontius nomen gentis Silius lib. 3.

Jam faciles campos, jam rura Voncuntia carpit,

¶ Vocontii, popoli fuere Galliæ Narbonenſis, ubi hodie Diæceſis Dienſis in Delphinatu, & Diæceſis Vaſionenſis in Comitatu Vindaxino; & eorum urbes erant Dia & Vaſio, Brietio & aliis teſtibus.

Ant. Vodgoriacum, locus, Belgii, in Hannonia apud Binchium oppidum, teſte Ortelio, inter Bagacum 12. & Geminiacum 10. mill. paſſ. a Montibus 3. leucis in ortum, Binchium verſùs.

¶ Vodgoriacum, lacus Galliæ Belgicæ, in Nerviis. Nunc, Philippo Cluverio teſte, eſt *Gauryes*, vicus Hannoniæ 11. m. a Bagaco diſſitus in Cæciam, Binchium verſùs 5. mill. paſſ. uti a Montibus in Eurum.

¶ Vodnana, *Wodnany*, oppidum Bohemiæ ad Blanitium fluvium, vix 3. leucis a Budoviſſa in Circium. 10. a Paſſavia in Cæciam, ut 3. a confinio Auſtriæ ſuperioris.

¶ Voerda, *Woerden*, oppidum Belgii in Hollandia provincia ad Rheni alveum. 10. mill. paſſ. diſtat ab Ultrajecto in occaſum, Lugdunum Batavorum verſum 18.

Vogeſus, *Vauge*, mons Galliæ Belgicæ, in Lotharingia, in Burgundiæ confinio; nam Lotharingos a Burgundis, & Alſatis ſeparat. Ex eo Moſa & Moſella fluvii proflunt: Moſa quidem apud fines Lingonum. Circa ortum Moſellæ *Kratzer* appellatur. Eius meminit Lucanus libro 1.

Caſtraque, quæ Vogeſi curvam ſuper ardua rupem.

Cæſ. Plin. Vogeſus à Gallis *Eſtay*, à Germanis verò *Auff der Stay* appellatur: in eo aſarum herba plurima provenit.

¶ Vogeſus mons, *le mont de Vauge*, extenditur inter Lotharingiam & Comitatum Burgundiæ, uti etiam inter Lotharingiam & Alſatiam, ubi ineſt ſylva Vogeſa. Ex eo profluunt fluvii, Moſella in Boream, & Arar in Boream non autem Moſa fluvius.

¶ Voigtlandia, *Voigtlend*, provincia Germaniæ in Saxonia ſuperiori, ſub dominio Electoris Saxoniæ, pro majori parte & in Miſniæ Marchionatu. Dicitur ab incolis *Voigtlandiſche*; eſtque in limite Bohemiæ & Franconiæ. Eius urbes præcipuæ ſunt Zuica & Plava,

Plin. Volane, vulgò etiam *Volane*, oſtium Padi (& portus) quod & Olane, teſte Plinio, dictum eſt, inter Capraſiam ad auſtrum & Sagim ad Boream 15. mill. paſſ. a Ravenna 24. Clodiam verſùs 34. in Arctos.

¶ **Volane, *Porto di Volana*, unum ex oſtiis Padi fluvii** inter Foſſam Carbonariam ad Boream & Sagim ad meridiem in Ducatu Ferrarienſi. Ei adiacet vicus Volane, *Volana* vulgò, in ora maris Adriatici.

Volaterræ, *Volterra*, colonia & urbs antiquiſſima Hetruriæ in monte, epiſc. ſub Archiep. Florentino, inde 34. mill. paſſ. inter Senam ad ortum, & Piſas ad occaſum 26. mill. plus minùs, una ex primis 12. Tuſcorum coloniis, à Jano condita, ſive a Tyrrheno Lydio, anno ante urbem conditam 500. Perſii Poetæ Patria. De ea quidam: Cic. Plin.

Anne Volaterras, vicinaque mœnibus arva.

Et Angelus Politianus:

Impenſis, ductuque tuo, Volaterra, repulſas.

Volaterrana vada, quæ cum Volaterris in Theſ. Linguæ Latinæ confunduntur, ab ipſa urbe 8. mill. paſſ. diſtant ad oſtia Cecinæ fluvii. Vide Vada Volaterrana.

¶ Volavia, *Wolavv*, urbs Germaniæ, Ducatus cognominis caput in Sileſia provincia, prope Oderam fluvium 28. m. paſſ. ab Uratiſlavia in Circium, Glogaviam verſùs totidem & 18. a Lignitio in Cæciam.

Volcæ, populi Galliæ Narbonenſis, ultra Rhodanum fluvium, quorum regio *Languedoc*, & Italis *Linguadocca* nominatur; (licèt Livius eos juxta Rhodanum, apud Arelate, & Avenionem deſcribat) nam Arecomici & Tectoſages apud Ptolemæum inter Volcas computantur. Magis tamen patet regio Occitana, quam regio Volcarum; etenim Toloſa caput eſt Occitanæ regionis, & tamen extra Volcas eſt, ſicuti & Narbo. De Volcis Silius lib. 8. Liv. Plin. & al.

- per inhoſpita rura
Volcarum populatur iter.

¶ Volcæ populi fuere Galliæ Nabornenſis, quorum regio Occitania, *le Languedoc*; erantque diviſi in Volcas Arecomicos ad ortum, ubi hodie pars Orientalis Occitaniæ provinciæ, *le bas Languedoc* & in Volcas Tectoſages ad occaſum, ubi hodie pars Occidentalis, ſeu ſuperior Occitaniæ, *le haut Languedoc*. Et eorum urbes erant Narbo, Toloſa, Carcaſſo, Biterræ, Agatha & Nemauſus.

Volcææ, *Balaton* & *Platſee* Bonfinio, paludes Pannoniæ ſuperioris, in Hungaria apud Albam Regalem, inde 3. leuc. juxta Veſprinium, in ora illius Boreali in auſtrum extenſæ. Dion.

Volcejum, *Bocino*, teſte Celſo Cittadino, oppidum Lucaniæ, in monte, mediterraneum inter Silarum & Tanagrum fluvios, circa Alburnum, montem, ultra Silarum 8. mill. paſſ. a Salerno 20. in ortum ab Auleta 6. Populi Volcejani, ſeu Volcentani Plinio, ipſum verò oppidum Volcejana urbs in veteri inſcriptione. Plin.

Volci, Volſci Plinio, Livio, Melæ, populi Latii quorum caput eſt Anxur ſive Tarracina urbs, aliæque urbes Privernum, Setia, ac Forum Apii exciſum. Livius autem libro 2. decadis 1. ſcribit Volſcorum caput fuiſſe Antium, Strab. Ptol.

Volciani, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, quorum oppidum, ſeu pagus *Villa Dolce*, quaſi *Volce*, teſte Floriano, in Celtiberis & regno Aragonio, circa ortum Guerbæ fluvii, quorum mentio fit in bello Hamilcaris contra Romanos. Liv.

Volcientes, populi Hetruriæ, quorum oppidum Volce, nunc extinctum: locus adhuc *Voce* nominatur, apud Caſtrum urbem (quæ illi ſuccedit) in tractu qui *Piano della Badia* dicitur, verſùs oram littoream & montem Argentarium. Plin.

¶ Volcmarchia, *Wolcmarck*, urbs Germaniæ in Carinthia inferiori ad Dravum fluvium, aliàs Virunum dicta, in Norico, teſte Cluverio. 25. mill. paſſ. infra Clagenfurtum in ortum, Lavantum verſùs 15. Vide Virinum.

Volerius, *Fiuminale* Leandro, & Moletio, ac aliis *Rigi*, fluvius Corſicæ, in oram Borealem fluens per agrum Nebienſem, mari exceptus ad oppidum S. Florentii. Vide Valerius. Ptol.

¶ Volfembutela, *Vvolfembutel*, urbs Germaniæ in Ducatu Bruſvicenſi, Ducum ſedes firmiſſima, ad Oacrem fluvium, 2. leucis ſupra Bruſvicum in meridiem, Halberſtadium verſùs 7. & 6. ab Hildeſio in ortum. Sedet intra paludes, & eam inundatione perdere Sveci conati ſunt ætate noſtra.

¶ Volgaſtia, *Vvolgaſt*, urbs munita Germaniæ in Pomerania citeriori & Svecici juris ad oſtium Oderæ, *Pfin* dictum. 5. mill. paſſ. diſtans ab ora maris Baltici 14. ab Anclamo in Boream, & 30. a Sundis in ortum. Gaudet arce lepida Ducali; ibique eſt portus, ſub

inſula

inſula *Ruden* totius Pomeraniæ commodiſſimus. Capta fuit a Rege Sveciæ anno 1630. & ab illo tempore ipſi ſubeſt pace Monaſterienſi.

¶ Volhinia, *Volhinie* Gallis, *Wolin* Polonis provincia regni Poloniæ & pars Magni Ducatus Lithuaniæ. Extenditur, ab ortu in occaſum, per 450. mill. paſſ. ſed eius latitudo eſt tantùm 100 mill. paſſ. Terminatur a ſeptentrione Lithuania propria, & Polesia provincia ab oriente Moſcovia, ab occaſu Raſſia nigra, & a meridie Podolia. Duplex eſt, nempè Volhinia ſuperior, ſeu Palatinatus Luceoriæ, *le Palatinatu de Luſuc* quoad occaſum, & Volhinia inferior, ſeu Palatinatus Kioviensis, *le Palatinat de Kiovv*, aliter Ocrania ſeu confinia, *l'VKraine*, quæ ad ortum, & versùs Boryſthenem fluvium. Sed pluries miſerè vaſtata fuit a Moſchis & Coſaccis hiſce ultimis temporibus, & etiamnum Moſchi occupant Kioviam & præcipua loca Volhiniæ interioris. Volhiniæ autem urbes ſunt Kiovia, Luceoria, Bialaceria, Circaſſium, Volodimiria & Czernobela.

Volibi, *Falemouth* ſeu *Volemouth*, teſte Camdeno portus Albionis in ora auſtrali Dumnoniorum ſeu Cornubiæ, ab Luxonia urbe 60. mill. in occaſum, Ocrinum promontorium versùs 19. [Ptol.]

¶ Volkoviſca, *Vvolkovviſca*, urbs Poloniæ in Lithuania & in Palatinatu Novogrodenſi prope amnem *Roſſ* 45. mill. paſſ. diſtat a Bielſca urbe Polachiæ in Cæciam & 55. a Novogroda urbe in occaſum.

¶ Vollenhovia, *Vollenhove*, oppidum Belgii uniti in Trans-Iſallania provincia, ad ſinum Auſtralem, vix 8. mill. paſſ. diſtat ab oſtio Iſalæ fluvii in Boream, ut 10. a Suvolia, Leovardiam versùs 32. 3. autem a Bloczilia arce.

¶ Vollinum, *Vvolin*, oppidum munitum Germaniæ, in Pomerania citeriori & Svecici juris ad oſtia Oderæ fluvii. Crevit ex ruinis Jullini urbis 10. m. paſſ. & diſtat ab ora maris Baltici Stetinum versùs 20. prope lacum *Das Groſſe Hoff* dictum & ad Divennæ ſiniſtram margi nem. Alias emporium fuit celebre nunc paucis conſtat incolis.

Volmaria, *Wlmer*, urbs Sveciæ in Livonia & in Litlandia provincia, ad Teyderam fluvium 9. mill. Germanicis diſtat a Felino in meridiem, CoKenhuſiam versùs 12. & 15. a Riga in Cæciam.

Volochda, *Wologda*, urbs Sarmatiæ in ditione Moſchorum, epiſcopalis a Moſcha 80. leucis in Boream & Cęciam. [Prov. Rom.]

Volodimiria, *wolodimer*, urbs Moſcoviȩ in provincia, ſeu Ducatu Volodimirienſi, alias Ruſſiæ Albæ metropolis. Alluitur fluvio Cleſma. Diſtat 90. mill. paſſ. a Novogardia parva ſeu Niſa in meridiem, Moſcuam versùs 120. circiter.

¶ Volodimirienſis Ducatus, *Duché de Vvolodimer*, provincia eſt Moſcoviæ, inter Suſdaliam ad occaſum, Morduates ad ortum, Rezaniam ad meridiem & Ducatum Novogardiæ parvæ ad Boream; habetque urbem primariam cognominem.

¶ Vologda, *Vvologda*, provincia eſt ampla Moſcoviæ tota paludoſa, versùs fontes Dwinæ fluvii inter Cargapoliam provinciam ad Boream, Beloſeram ad occaſum, Bielſcam, & Suſdaliam ad meridiem, & Vſtiugam ad ortum. Eius caput eſt Vologda, *VVologda*, urbs ampla & permunita.

¶ Volcæ ſeu Vulci Ptolemæo & aliis, Tuſciæ civitas fuit epiſcop. ad dexterum latus Floræ amnis, ubi nunc *il piano di Volci*, in Ducatu Caſtrenſi: & aquæductus ejus pars vulgò *il ponte della Badia* dicitur, teſte Luca Holſtenio, inter oppida Montem Altum & Montem Acutum, prope Floram fluvium.

Vulſci, populi Latii. Vide Volci. Hinc Volſcus nomen gentis. Virg. lib. 2. Georg [Plin. Virg.?]

Aſſuetumque malo Ligurem Volſcoſque verutos.

Horum Regina Camilla bellicoſiſſima et robuſtiſſima, tantæque fuit celeritatis, ut de ea Virg. lib. 7. dixerit:

Hos ſuper advenit Volſca de gente Camilla &c.
Illa, vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu leſiſſet ariſtas.
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Error manifeſtus in Theſauro Linguæ Latinæ tollendus eſt; nam Volſcos populos Thuſciæ facit, cum longè a finibus Tuſcorum abſint.

¶ Volſci, populi fuere Latii qui ab occidente ſeparabantur a Rutulis, & Latinis a ſeptentrione Æquis, Herniceis & Marſis, ab oriente Samnitibus, & Campanis a meridie denique mari Tyrrheno, ubi hodie, pars occidentalis Campaniæ Romanæ versùs Velitras palianum, Antium, Privernum & Terracinam.

Volſinienſis lacus, Vulſinienſis Columellæ, Balſinus Procopio & Agathiæ, *Lago di Bolſena*, lacus Hetruriæ ingens & ferè rotundus, circuitu 30. mill. paſſ. piſcoſus, qui ab aliis oppidis circumſtantibus nominatur: nam dicitur *Lago di Marta* ab oppido Martha, ubi fluvium Martham emittit, & *Lago di Capo di Monte*, In eo inſula eſt parva, ubi Farneſiorum ſepultura, & ubi Amalaſuntha Regina, Athalarici Gothorum Regis mater impiè occiſa eſt.

¶ Vulſinienſis lacus, vulgò *Lago di Bolſena* incolis, *lac de Bolſena* Gallis, lacus eſt Hetruriæ in ditione Pontificia, & in Ducatu Caſtrenſi, juxta provinciam Patrimonii, & agrum Vrbevetanum dictum, circuitus 22. mill. circiter. Dicitur aliter Vulſinius, & cum circumſtant oppida Volſinium, Marta, Caput montis, Biſentia & Mons Faliſcorum urbs in colle. In eo autem ſunt duæ inſulæ, una maior ad ortum, Martana dicta in qua cæſa fuit Amalazonta Gothorum Regina: altera ad occaſum Biſentina vocitata. *Plin.*

Volſinium, Volſinii Straboni & Livio, cui alibi Vulſinium, *Bolſena* & *Bolſeno*, urbs olim epiſcopalis Hetruriæ, ad lacum Volſinienſem, nunc oppidum ſedem Oropitum, inde 12. mill. paſſ. in ortum diſtans, translata, medium ferè inter Senas & urbem Romam ad 54. mill. paſſ. Populi Volſinienſes Plinio. Vrbs antiqua unaque ex 12. primis Thuſcorum coloniis, ubi prodigium memorandum contigit; Sacerdote enim inter celebrandum de ſacramenti veritate dubitante, ex hoſtia ſacrata ſanguis profluxit in ſubiectam pallam; quæ adhuc illo tincta Oropiti ſervata monſtratur. De ea Juvenalis ſat. 3.

Aut poſitis nemoroſa inter juga Volſiniis, aut
Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce.

¶ Volſinium, *Bolſena* urbs alias Hetruriæ, nunc caſtrum ditionis Pontificiæ ad radices collis, in provincia patrimonii, et in limite agri Orvietani. 9. milliaribus ab Oropito in meridiem, & 6. à Monte Faliſcorum in Circium. *Ptol.*

Voltumnæ Fanum, Volturnæ fanum Antonino, locus Hetruriæ, apud Ciminum montem, ubi nunc Viterbium urbs eſt, ut Annio & aliis videtur. Sunt tamen qui Maſſam eſſe velint, urbem in Senenſi ditione, inter Senas 40. & Populonium 20. mill. paſſ.

Volturrena, *Valtelina*, teſte Leandro, regio Inſubriæ, per quam Addua decurrit, quaſi Vallis Turrena. Sed errat; nam Volturrena locus fuit Hetruriæ, apud Viterbium.

Volubile, * Volobilis Ptolemæo, *Feſſa* teſte Marmolio, colonia & urbs ampla Mauritaniæ Tingitanæ, mediterranea, nunc regia clariſſima & ingens Maurorum à Tingi 144. mill. paſſ. a Banaſa 35. quot ab utroque mari. (* In manuſcripto Seldeni *Ovolobilit*.)

¶ Volubilis, urbs Africæ in Mauritania Tingitana. Nunc *Fez* dicitur a Gallis, *Fezza* Italis & Hiſpanis; eſtque urbs maxima & regni Fezzani caput, ad fluvium Fezzam, 100. mill. paſſ. ab Oceano Atlantico in ortum & totidem a mari Mediterraneo in meridiem uti 160. a Tingi. Vide Fezza.

Voluce, oppidum olim Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vide Veluca.

Voluntium, *Arglas*, urbs Hiberniæ in ora Laginiæ, ab Armaca 22. mill. in ortum. (Voluntios populos hoc loco habet Ptolemæus.)

Vomanus & vulgò *Vomano*, fluvius Piceni, in confinio Præcutinorum in Aprutio, ex Apennino monte in mare Hadriaticum decurrens, medius inter Truentum, & Aternum flumina, apud Interamnam & Adriam fluens, Vomanum Plinio. Cuius meminit Silius lib. 8.

- ſtatque humectata Vomano
Adria.

¶ Vomia, *Womie* ſeu *Midnick* urbs Poloniæ in Samogitia provincia. Vide Mednichia.

¶ Vomia, *Vomi*, urbs Japoniæ in Niphonia inſula & in Jetſegeno tractu, vix 50. mill. paſſ. a Meaco in ortum, prope ſinum magnum Meacenſem; eſtque regni cognominis caput, teſte Brietio.

¶ Vomura, *Vomura*, urbs Japoniæ in parte occidentali Xi-

Ximoæ inſulæ, in regno *Figen* dicto, cum portu capaci, 15. mill. paſſ. à Nangazachio in Circium.

¶ Voornia, *Voorn*, inſula Belgii uniti in Hollandia provincia, prope & infra confluentes Moſæ & Vahalis fluviorum. Vix extenditur ad 4. aut 5. mill. habetque *Ant.* arcem Voorniam dictam in ejus parte orientali.

Voreda, * *Old Carlile*, teſte Camdeno, ideſt, vetus Carleolum urbs olim, nunc pagus Albionis in Anglia, apud Carleolum urbem. (* *Old Pentrith*, in Camdeni in- *Ptol.* dice.)

Vorganium, *Triguier*, ideſt Trecorium, urbs Galliæ Celticæ in ora Britanniæ minoris Boreali, Oſiſmiorum caput, inter Leonam àd occaſum & Briocum ad ortum. Vide Trecorium.

Mart. Vormacia, *Worms*, urbs clara Germaniæ ſuperioris, epiſc. ſub Archiep. Moguntino. Vide Vangiones. De ea lib. 7. Itinerarii;

Incola Vormaciam nomine turba vocat.

Vornemetis. Vide Vernemetes.

Fort. ¶ Vorotinenſis Ducatus, *Duchè de Worotin*, provincia eſt Moſcoviæ Auſtralis; versùs Tartariam minorem & Lithuaniam provinciam Poloniæ, à ſeptentrione in meridiem extenſa, prope Moſcovienſem, & Rezanenſem Ducatus.

¶ Vorotinum, *Worotin*, urbs Moſcoviæ, Ducatus cognominis caput cum caſtro, ad Occam fluvium. 66. mill. paſſ. diſtat à Moſcua urbe in meridiem & totidem *Fort.* à confinio Lithuaniæ in ortum.

Voſagus, Vogeſus Cæſari & aliis, mons Galliæ Belgicæ. Vide Vogeſus. De eo Venantius Fortunatus lib. 7.

Ardenna, an Voſagi cervi, capræ, Helicis urſi.

Vet. Trad. Voſavia, quæ & Ficelia, *Ober Weſel*, oppidum Germaniæ ſuperioris ad Rhenum, inter Bingium ad auſtrum & Bodobrigam ad Boream 3. leucis ſic vulgò dictum, ad alterius weſaliæ in Germania inferiori, pariter ad Rhenum, urbis liberæ in Ducatu Clivenſi differentiam. Hic Mammæa Alexandri Severi Imperatoris mater cæſa & ſepulta, Chriſtianorum fautrix.

¶ Voſuma, *Voſumi*, urbs Japoniæ, tractus cognominis caput in Ximoa inſula, & in eius parte Auſtrali, teſte Brietio.

¶ Voxua, *Voxu*, urbs Japoniæ, cum regno cognomine in Niphoniæ inſulæ parte orientali, & Ochia regione, 240. mill. paſſ. diſtans ab Jendo urbe in Boream, teſte Brietio.

¶ Uplandia, *Upland*, provincia regni Sveciæ in Svecia, ubi urbes Vpſalia, & Holmia, regni caput. Terminatur a ſeptentrione Ceſtricia, ab ortu mari Baltico, ab occaſu Weſtmannia & à meridie Sudermannia, eſtque abundans & probe culta. Eius autem caput eſt Vpſalia, *Prov.* alias regni Sveciæ caput.

Rom. Vpſala, *Vpſal*, urbs Scandinaviæ Archiep. & metropolis Svediæ, ſeu Sueciæ, ab Eugenio III. Pontifice Maximo erecta, olim regia, ab Holmia regia 7. leucis in Boream recedens.

¶ Vpſala ſeu Vpſalia, *Epſal* vulgò urbs eſt regni Sveciæ archiepiſcopalis, antea ſedes regia, cum Academia inſigni, in Vplandia provincia. 36. mill. paſſ. ſeu 7. leucis Svecicis ab Holmiain Boream. 6. leucis ab Aroſia in ortum. Sedet ad fluvium Salam, qui influit in lacum *Kolen* dictum, & incumbit urbi arx munitiſſima ex rupe.

¶ Vraba, *Vraba*, tractus Americæ meridionalis, in Terra firma regione, & in Gubernio Carthaginis novæ, versùs oram maris Borealis & ſinus Vrabæ. Ibi aliquot coloniæ Hiſpanorum parvi momenti.

¶ Vrabæ ſinus, *Golfe de Vraba*, ſinus Americæ meridionalis, & pars maris Borealis in auſtrum extenſus, inter Gubernium, ſeu provinciam Carthaginis novæ ad ortum, & provinciam Terræ firmæ ad occaſum, iuxta Vrabam tractum.

Bibl. Vr Chaldæorum, Orche Straboni, Orchoe Ptolemæo, urbs Chaldææ regionis, ſub Babylonia in Arabiæ Deſertæ confinio, & patria Abraham Patriarchæ.

Ptol. Vra boos, locus Cypri, nomen antiquum adhuc ſervans teſte Luſignano, ideſt, cauda bovis in ora ad ortum, inter Salamina, & Carpaſiam.

¶ Vraniburgum, *Vraniborg*, caſtrum Daniæ ſplendidum, in Huena inſula, in Sundico freto, inter Serlandiam inſulam ad ohcaſum, & Scaniam provinciam ad ortum. Excitatum fuit à Tichone *Brahe* nobili Dano Mathematico percelebri. Nunc autem ferè collapſum jacet.

Vranopolis oppidum erat Macedoniæ, ſub monte Atho Alexandro Caſſandri Regis fratre conditum. Fuit & urbs epiſc. Pamphyliæ apud Ptolemæum & alia Galatiæ ex libris Conciliorum.

Vratiſlavia, *Breslavv*, urbs Germaniæ epiſcop. ſub Archiep. Gneſnenſi Sleſiæ regionis caput, ad Oderam flu- *Scrip.* vium, Academia & urbs clara, ex præcipuis Germa- *Germ.* niæ, anno ſalutis 1033. epiſcopo donata, inter Pragam & Gneſnam in Cæciam 28. leucis, ac inter Berlinum ad occidentem, & Cracoviam ad ortum 30. a Gorlitio, primaria Luſatiæ 15. in ortum. De illa in lib. 5. Itinerarii Germanici:

Sleſia, que pulchris habet oppida condita muris;
Viſa caput qnorum culta Vratislavia.

¶ Vratislavia, *Breslavv*, urbs eſt ampla Germaniæ Sileſiæ provinciæ caput in Ducatu Vratislavienſi. 20. milliar. Germanicis diſtat à Gorlitio in ortum. 10. à confinio Poloniæ, & 10. infra Ooelium in Circium, Glogaviam versùs 15. & 34. à Cracovia in Circium. Berlinum versùs 40.

Vrba, oppidum Equeſtrium in confinio Sequanorum. *Ant.* Vide Verbigenus.

¶ Vrbanea, *Vrbanea*, urbs parva Italiæ in Ducatu Vrbinate alias Caſtrum Durantium dicta, recens Epiſcopalis facta ſub Archiepiſcopo Vrbinate, & ſic denominata ab Vrbano VIII. Pont. Max. Epiſcopus Sancti Angeli in Vado habet etiam Epiſcopatum hujus urbis, nempe duas Diœceſes æque principales, invicem iunctas & iuris epiſcopalis, æqualiter participes.

Sic certiores facti, & melius quam antea recognita editionem primam correximus.

Diſtat 7. mill. paſſ. ab Vrbioo in Africum, Tifernum Tiberinum versùs 8. circiter.

¶ Vrbara, oppidum alias Mauritaniæ Cæſarienſis, nunc *Galaa* ſeu *Calat Hoaora* dicitur; eſtque intra montes, in regno Tremiſino.

Vrba Salvia, Vrbs Salvia Antonino, Vrbis alia Pro- *Ptol.* copio Salvia urbs Plinio oppidum olim Piceni, nunc pagus adhuc *Vrbiſalia* dictus, a Tollentino 10. mill. paſſ. diſtans, versùs Tignium 6. a Seravalle 5. ab Alarico Rege Gothorum exciſa. In Theſauro Linguæ Latinæ Vrſa Balvia pro Vrba Salvia, non ſine errore ſcribitur.

¶ Vrba Salvia, nunc vicus eſt Piceni, *Vrbiſaglia* dictus, in ditione Pontificia juxta Chientum fluvium. 6. mill. a Tolentino in ortum, Firmum versùs 18. & 5. a Macerata in meridiem.

Vrbevetanum. Vide Oropitum ſive Orobitum.

¶ Vrbevetanus tractus, *il territorio di Orvieto*, pars a- *Proc.* lias Etruriæ, nunc ditionis Pontificiæ, inter Vmbriam ad ortum, agrum Peruſinum ad Boream, agrum Senenſem ad occaſum, & provinciam Patrimonii ad meridiem. Eius autem caput eſt Vrbs vetus, ſeu Oropitum & Orivetum.

Vrbicus, Vrbiaca Antonino, ut videtur Ortelio, *Ar- Liv.* *bacha* Beuthero & Cluſio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis, Albonicæ proximum à Cæſarauguſta 88. mill. paſſ. in meridiem. Eſt & Arbeca oppidum Hiſpaniæ citerioris in Catalaunia, inter Illerdam 4. & Tarraconem 8 leucis.

Vrbicus, *Orbego*, teſte Morali, fluvius Hiſpaniæ Tar- *D. Iſi.* raconenſis, apud Auguſtam Aſturicam fluens: apud quam Svevi à Theodorico Rege cæſi ſunt, teſte Adone Viennenſi.

¶ Vrbicus, *l' Orbego*, fluvius parvus Hiſpaniæ in regno Legionis. Oritur ex montibus Aſturiæ; deinde in auſtrum tendens, Aſuram fluvium juxta Aſturicam profluentem recipit & poſtea in Eſtolam cadit.

¶ Vrbinatenſis Ducatus, ſeu Vrbinas, *Ducato di Vrbino*, incolis *lo Stato*, pars eſt Italiæ, ubi alias Vilumbri; ſeu Vmbria trans Apenninum ex parte. Antea Duces habuit proprios è gente Roborea: ſed deficiente maſcula ſtirpe, in Franciſco Maria Roberto noſtra ætate defiit. Is enim Vrbano VIII. Pontifici Maximo etiam vivus ditionem ſuam ceſſit, ne turbæ poſt mortem concitarentur; ſicque Pontificiæ ditionis pars eſt. Eius autem partes ſunt Ducatus *Vrbini*, il Ducato di Vrbino, Comitatus Montiferetrani, *il Contado di Monte Feltro*, Comitatus Eugubii, *il Contado, o territorio di Gubio*, Piſauri Dynaſtia, *il dominio, ò Signoria di Peſaro*, & Vicariatùs Senogaliæ, *il Vicariato di Senigaglia*. Terminatur à ſeptent. mari Adriatico & Romandiola, ab ortu piceno a meridie Vmbria, & ab occ. Hetruria. Eius urbes ſunt Vrbinum, *Vrbino*, Ducatus caput, Piſaurum, *Peſaro*, Seno-

nogallia, *Senigaglia*, Callium, *Cali*, Eugubium, *Gubio*, & Urbanea, *Urbanea*. Sed Fanum urbs erat ab antiquo in ditione Pontificia, quanquam intra fines Ducatus Urbinatis inſerta.

Urbinum, *Urbino* quoque nunc, urbs Umbriæ, in monte, archiepiſcopalis & Ducatus Urbinatis caput, inter Tifernum Metaurenſe, & Piſaurum 20. mill. paſſ. ab Arimino 30. Populi Urbinates Plinio. De eo in lib. 3. Itinerarii:

- hinc imus in urbem:
Urbinum dixere patres tua regia tecta.

Urbinus quidam, in agro Reatino a militibus ad necem conquiſitus, ſervum habebat adeò ſui amantiſſimum, ut is domini veſtibus, & ornamentis indutus, ſe in cubile receperit, quò Urbinus creditus, pro domino interficeretur, uti factum eſt: cui Urbinus ſtatuam, quæ fidelitatem illius teſtaretur, erexit. Cœlius Rhodiginus.

¶ Urbinum, *Urbino* Italis, *Urbin* Gallis, urbs eſt ditionis Pontificiæ, Ducatus Urbinatis caput, ad Iſauri flu. fontes. Diſtat 20. m. paſſ. a Piſauro in Africum, 25. ab Arimino in meridiem & 7. à Tiferno Metauro in Cæciam. Patria fuit Raphaelis Sanctes pictoris excellentiſſimi.

Urbiſalia. Vide Urba Salvia.

Urbs, *l'Orba*, vel *Urba*, fluvius Liguriæ, ex Apennino monte fluens, maximè perſpicuus, in Bormiam in agro Alexandrino influens, indeque ad 4. mill. paſſ. uterque in Tanarum ab Alexandria 2. mill. labitur. Aliis Urbs fluviolus putatur, qui ad Aſtam urbem, ejus lambens mœnia, in Tanarum influit, *Borbo* ab incolis dictus. Claud. lib. de Vict. Stiliconis:

Pervenit ad fluvium miri cognominis Urbem.

Urbs vetus, *Orvieto*, urbs Hetruriæ epiſcopalis. Vide Oropitum. Urbs quoque vetus, quæ Danis Brannefia, teſte Krantzio, dicitur, vulgò *Aldenburg* vel *Oldenburg*, urbs Holſatiæ maritima, olim epiſcop. nunc penè extincta, à Lubeca, quæ illi in epiſcopali ſede ſucceſſit, 6. leucis in Boream diſtans, in ora maris Baltici.

¶ Urbs vetus, *Orvieto*, urbs epiſcopalis ditionis Pontificiæ, natura & arte munitiſſima, agri cognominis caput, propè Peliam fluvium. Vide Oropitum.

¶ Urbs vetus, *Civita vecchia*, oppidum cum portu, in ditione Pontificia, & in ora maris Tyrrheni. Vide Centumcellæ.

Ptol. Urceſa, & Urceſia ex veteri monumento, *Velez* Cluſio, & Joanni Marianæ, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis & in Caſtella nova, ubi ordo Equitum, a Conſaburo 4. leucis Toletum versùs, a Segobriga urbe exciſa (quæ nunc *Capo della Griega* dicitur) 2. ſive 2. mill. paſſ. recedens.

¶ Urceſa, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Celtiberis. Nunc quibuſdam eſt *Veles*, caſtrum ſatis cultum, ubi Prioratus magni proventus Ordinis militaris S. Jacobi. Sedet ad amnem *Bediia*, 16. leuc. a Toleto in ortum, uti 12. a Coaſabura & 12. a Concha in occaſum.

Plin. Urci, Urce Ptolemæo, *Orce* nunc, oppidum Hiſpaniæ mediterraneum, in Baſtetanis, & nunc in regno Granatenſi, Almeriæ & Virgi finitimum, olim urbs epiſcop. quam Joannes Mariana Murciam nunc dici putat, regni Murcienſis caput; ſed ſitus repugnat. Recuperatur ab Hiſpanis anno ſalutis 1265. Miror hoc oppidum in Theſ. Ling. Lat. appellari *Aquile* vulgò, cum adhuc nomen retineat, ut dictum eſt.

¶ Urci, ſeu Urce urbs, multis eadem eſt, quæ Virgi, *Vera*, urbs aliàs Baſtetanorum, nunc regni Granatenſis, in ipſo limite Murciæ & in ora maris Mediterranei ſinuſque Virgitani ab ea dicti. Nunc deficit in dies & in oppidulum redacta eſt. Vide Virgi.

Ptol. Urcinium, *Ajazzo*, ſive *Ajaccio*, teſte Pineto & Moletio, urbs Corſicæ epiſcop. ſub Archiep. Piſano, Adjacium Latino recenti, in ora occidua, inter Calviam & Bonifacium 70. mill. paſſ. à Baſtia, ubi Præfectus moratur 80.

¶ Urcinium hodie eſt *Adjazzo*, urbs Corſicæ inſulæ cum portu & ſinu parvo, in ejus ora occidentali, ſub dominio Reipublicæ Genuenſis; aliàſque caput erat totius inſulæ, 24. mill. paſſ. diſtat a Bonifacio in circium & 40. a Calvio in meridiem, uti 70. a Baſtia.

Ptol. ¶ Urema, Syriæ urbs juxta Euphratem fluvium, teſte Ptolemæo. Per *i* ſcribitur in ſecunda Interpretibus.

Uretum, ut in codice Græco Ptolemæi. Vide Veretum, ut alii legunt.

Urgavonenſe municipium, *Ariona*, teſte Morali, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, mediterraneum, in Vandalitia, apud Tucci, 3. leucis diſtans. Vide Alba.

Tomus II.

Urgella, *Urgel* ſeu *Xea de Urgel*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, in Catalaunia, apud montium Pyrenæorum radices, epiſc. ſub Archiep. Tarraconenſi. Vide Orgella.

¶ Urgellenſis planities, *el plano de Urgel* incolis, *la plaine d'Urgel* Gallis, tractus eſt Hiſpaniæ in Catalonia, inter Sicorium fluvium, Pyrenæos montes, Ilerdam, Cervariam, & Cardonam extenſus; & ſic dictus ab Urgela urbe adiacente, Comitatus Cerretaniæ.

Urgenum, Enarginum Antonino, Ernaginum Ptolemæo, Ugernum Turonenſi, *Orgon* Dalechampio, oppidum Galliæ Narbonenſis, in Provincia, ad Druentiam fluvium, apud Cabellionem urbem, inde 2. leucis Arelatum versùs. *Str*

¶ Urgenum, oppidum Galliæ Narbonenſis, in provincia. Nunc quibuſdam eſt *Orgon*, oppidulum ad Druentiam, cum arce deſtructa in colle, 1. leuca ſupra Cabellionem in ortum Aquas Sextias versùs, uti 6. ab Arelate. Sed differt ab Enargino oppido ad Rhodanum.

Urgo, Orgon Stephano, Gorgon Rutilio, *la Gorgona* Plin. inſula parva maris Tyrrheni, in Liguſtici confinio, ſub Genuenſibus, inter portum Liburnum & Corſicam 30. mill. paſſ. ipſa circuitu 4. a portu Ericis 60.

¶ Virgo, *la Gorgona* Italis, *la Gorgone* Gallis, inſula eſt parva Italiæ, in mari Tyrrheno, cum caſtro, ſub dominio magni Ducis Hetruriæ, cum pars ſit agri Piſani. Tota montuoſa eſt & media inter Liburnum ad ortum, & Sacrum promontorium Corſicæ inſulæ ad occaſum, 20. mill. paſſ. Dicta fuit etiam Margarita inſula, tempore Deſiderii Longobardorum Regis.

Uria, *Oria* & *Oira*, urbs Japygiæ, ſeu Salentinorum, epiſc. inter Brundiſium 18. & Tarentum 24. mill. paſſ. ab Alerio 30. in monte, ſub Archiep. Tarentino. Hodie Brunduſinæ copulata eſt ſedes. Uria item Varroni, oppidum magnæ Græciæ, apud oram Calabriæ ulterioris, in territorio Locrenſi, *Condojani* vulgò.

¶ Uria, *Oria*, urbs aliàs Meſſapiæ in Salentinis, nunc Terræ Hydruntinæ, in colle, ad radices Apennini montis, aliàs ampla, nunc parva admodum, cum arce, 16. mill. paſſ. diſtat a Brunduſio in occaſum, Tarentum versùs 18. & 23. ab Aletio in Circium.

Uriconium, *Wroxceſter*, teſte Lhuydo, ſeu *Worceſter*, urbs Albionis in Angliæ, Walliæque confinio, ad Sabrinam fluvium, à Salopia 5. mill. paſſ. in auſtrum recedens. Vide Branovium & Viroconium.

¶ Urienſis pagus, *Canton d'Uri*, unus ex tredecim Ptol. pagis Helvetiorum, totuſque Catholicus. A ſeptentrione in meridiem extenditur ad radices montium, juxta Urſam fluvium, ab Alpibus ad Lucerinum lacum, inter pagum Glaronenſem ad ortum, & Sylvanienſem ad occaſum. Ibi Vetus Vicus, ſeu Altorfium, *Altorf*, vicus primarius.

Urium, fluvius Bæticæ Hiſpaniæ, inter Bætim & Anam flumina fluens; ubi & Urium oppidum Ptolemæo fuit. In Theſ. Ling. Lat. Aurienſis alio nomine dici ſcribitur: ſed Aurienſis urbs eſt Gallæciæ.

¶ Urium fluvius nunc quibuſdam eſt *Odier*, fluvius Vandaliciæ, qui ſimul cum Luxia fluvio, *Tinto*, in Oceanum, & ſinum Gaditanum ſe exonerat prope Gueluam oppidum inter oſtia Anæ, & Bætis. Urium autem oppidum eſt *Veas* oppidum Vandalitiæ, 12. mill. paſſ. ſupra oſtia fluvii cognominis.

Urpanus, *Sarvvicze* ex tabulis recentibus, fluvius Pannoniæ, apud Veſprinium urbem oriens, & per Albam Regalem fluens in ortum, Danubium petens inter Colociam & Teutoburgium.

Urſa, *Rus*, teſte Scudo, fluvius Helvetiorum, ex Adula monte oriens, perque Uriam, Lucetiam & Vindoniſam, in Arolam decurrens.

¶ Urſa, *Ruſſ*, fluvius Helvetiorum. Oritur ex Alpi- *Plin.* bus & ex Adula monte; deinde in Boream tendens, prope Altorfium & per Lucerinum lacum fluens Luceriam rigat; & tandem auctus aliquot amnibus, prope Vindoniſſæ rudera in Arolam cadit.

Urſentini, populi Lucaniæ, quorum oppidum *Conturſio*, teſte Bruſonio, a Silaro fluvio parum in ortum recedens. Aliis videtur *Urſimarſio*, oppidum ejuſdem regionis, in Brutiorum confinio, apud Laum, inde 6. mill. paſſ. Quod veriſimilius videtur, cum ſitus non repugnet & nominis alluſio adſit.

¶ Urſeola, vel Urſolis, Galliæ Narbonenſis urbs, teſte Antonino.

Urſidungum, poſtea Cella S. Gisleni, vulgò *S. Giſlain*, oppi-

oppidum, ſeu pagus Belgii, in Hannonia, ad Haniam fluvium, montibus urbi proximus, ad 2. leucas diſtans in occaſum.

Plin. Strab. Urſo, & Genua Urbanorum, teſte Plinio, Urſao Aulo Hirtio, Orſona Appiano, *Oſſuna* Morali & aliis, oppidum præclarum & Academia Hiſpaniæ Bæticæ, in Vandalitia, ab Aſtigi 5. leucis in auſtrum, ab Hiſpali 13. Malacam versùs, Ducatus.

Sex. Ruf. Urſus Pileatus, S. *Bibiana* hodie, locus Romæ apud portam Eſquilinam; ubi ſacra Ædes S. Bibianæ Virgini dicata.

Plin. Urticini, populi Piceni, quorum oppidum exciſum, nunc *Ortezzano* Pamphilio.

Ant. Urunca, *Enſisheim*, teſte Simlero, oppidum, ſeu urbs Germaniæ ſuperioris, in Alſatia, inter Baſileam 4. & Argentoratum 10. leucis, a Colmaria 3. in auſtrum.

¶ Urunca, ſeu Uruncis, oppidum Tribocorum, in Germania ſuperiori. Quibuſdam eſt Malhuſia, *Mulhauſen*, urbs Imperialis Alſatiæ, in Sundgovia tractu.

Scrip. Brit. Urus, *Ouſe*, teſte Camdeno, fluvius Albionis, in Anglia, per Eboracum urbem fluens, ac in Abum ſive Humbrum influens: ſuper quo pons lapideus eſt.

Ptol. Uſadium, *Capo di Alguer*, teſte Marmolio, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ, in ora maris Atlantici, inter Tamuſigam & Surigam urbem, cis Atlantem majorem.

¶ Uſadium, promontorium Mauritaniæ Tingitanæ. Nunc *Cap Cantin* dicitur, Cantinum Caput; eſtque promontorium regni Marocani, in Ducala provincia, propè Azafiam urbem, 10. mill. paſſ. a promontorio Gero in Boream.

Uſarchia, *Luſarche*, oppidum Galliæ, in provincia Inſulæ Franciæ, 7. leucis diſtat a Lutetia in Boream, & 3. a Sylvanecto in occaſum, Bellomontium versùs 2.

¶ Uſarchia, *Uſerche*, urbs parva Galliæ, in Lemovicenſi provincia, ad Veſeram fluvium, 5. leucis diſtat a Tutela in Boream, uti 5. a Brivate, S. autem a Lemovico in auſtrum. Dicitur meliùs Uſerca.

¶ Usbechia, *Usbeck*, regio Aſiæ, quæ aliter Zagataja dicitur; eſtque perſæpè ſub Tartaria latè ſumpta comprehenſa. Ibi fuere aliàs Sacæ, & Jaxartæ populi Scythiæ intra Imaum montem; nunc autem hæc regio dicitur a quibuſdam recentioribus *Maurainahar*; extenditurque inter Thibetum regnum ad ortum & mare Caſpium ad occaſum. Ejus autem præcipua urbs eſt Samaracanda.

Usbium, *Ips* hodie, teſte Lazio, oppidum Norici, ad Danubium, in Auſtria, Laureaco finitimum, inde 3. leucis in ortum Viennam versùs. Germaniæ Ptolemæo.

Ptol. ¶ Usbium oppidum Norici quid ſit hodie non conſtat. Sed *Ips* vicus Auſtriæ ſuperioris ad Danubium fluvium, aliàs ad Pontem Iſis dictus fuit, 6. milliaribus Germanicis infra Laureacum. Sunt tamen qui credant Usbium eſſe Vicum *Porſenperg*, ad amnem *Uſper*, dimidio milliari ab *Ips*.

Liv. Uſcana, Sulcanum Oroſio, oppidum olim Macedoniæ, amplum, apud Lychnidum, inde 12. mill. paſſ. recedens.

Ptol. Uſcenum, *Perſenburg*, Moletio & aliis, oppidum Jazygum, ad Granuam fluvium, in Hungaria Transdanubiana, Strigonio finitimum, ab eo in Boream, & Cæciam recedens.

¶ Uſcochi, *les Uſcoques*, populi Croatiæ versùs oram littoralem ſinus Veneti, & Seniam, ſub dominio Auſtriacorum. Aliàs cum Venetis magnas exercuerunt inimicitias, unde ortum bellum cum Ferdinando II. Imperatore, tunc Archiduce Auſtriæ.

Ant. Uſcudama, urbs Thraciæ, poſtea Hadrianopolis. Vide ibid. De qua lib. 2. Itinerarii:

Tandemque Uſcudama mutato nomine priſco,
Matricida ſuo de nomine dixit Oreſtam.

¶ Uſedomia, *Uſedom*, urbs Germaniæ in Pomerania citeriori, & Svecici juris, in Uſedomia inſula, inter oſtia Oderæ fluvii, *Pſin*, & *Svvine* dicta, cum arce & portu in ora æſtuarii, ſeu lacus *das Groſſ Haff* dicti, 3. leucis ab ora maris Baltici in occaſum, Anclamum versùs 12. ſed 2. mill. tantùm a Wolgaſto. Fuit aliàs emporium celebre, crevitque ex ruinis Vinetæ; nunc autem deficit in dies.

Ptol. Uſellis, *Oſelo*, colonia & urbs olim epiſc. nunc oppidum Sardiniæ mediterr. inter Tarram & Oſæam, a Saſſari 9. mill. paſſ. diſtans in merid.

¶ Uſellis, *Ales* quibuſdam, *Uſel* aliis, urbs eſt Sardiniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arborenſi, versùs oram occidentalem, 10. milliaribus ab Arborea in meridiem, Calarim versùs. Sed parva eſt admodum, & deficit in dies.

¶ Uſerca, *Uſerche*, urbecula eſt Galliæ, in Provincia, & Diœceſi Lemovicenſi, ad Veſeram fluvium, diſtans quinque leucis a Tutela; & malè dicitur ab aliis Uſarchia.

Uſilla, urbs Africæ fuit littoralis, olim epiſc. ſub Archiep. Carthaginenſi, inter Rhuſpas ad occaſum & Taphruram ad ortum.

¶ Uſila, urbs fuit Africæ, in Byzacena regione, quæ nunc quibuſdam eſt *Caſar Cetona*, vicus regni Tunetani in ora Syrtis minoris, 30. mill. paſſ. à Thyſdro in Eurum.

Cæſ. Diony. Tac. Uſipetes, populi Germaniæ, quorum locus *Hochrug* dicitur, teſte Rhenano, inter Rhenum fluvium & Montes Haſſiæ. Sed Uſipetes apud Cæſarem erant finitimi Sicambris & Tencteris, ſic apud Tacitum, quorum urbs *Zutphen* in Geldris, ad Iſalam fluvium, teſte Aulo Junio; aliis *Weſop*, oppidum in finibus Batavorum, inter Nardam & Mudam oppida proxima, ab Amſterodamo 2. leucis in auſtrum, a Trajecto 3. Viſpi Ptolemæo & Uſipii Martiali lib. 6. epigram. 60.

Sic leve flavorum valeat genus Uſipiorum.

De Uſipetibus, & aliis populis Politianus lib. 5. de Stellis ſic:

Helvetii, Uſipiteſque, atque effera corda Svevi,
Queis unum prædæ ſtudium, & durare ſub ipſis
Corpora fluminibus, teliſque aſſueſcere dextras;
Non urbis, non cura domus, agrive colendi:
Venatu ducant vitam, atque è lacte liquente.
Bella placent ſævis, fuſuſque è corpore ſanguis.

¶ Uſipetes, aliter Uſipii, populi Germaniæ, prope Rhenum fluvium vixere in agris Sicambrorum; ſed expulſi à Chattis unà cum Tencteris, hæſerunt, ubi hodie tractus Reclinchuſia, cum parte Comitatus Marchiæ, prope Lupiam fluvium, in Weſtphalia, teſte Brietio. Alii tamen credunt eos fuiſſe, ubi hodie Comitatus Zutphaniæ in Belgio.

Scrip. Brit. Uſocona, nunc *Okenyate* Camdeno, oppidum Albionis, in Anglia. Vide Uxacona. Locum apud aliquem haud legi.

¶ Uſtadium, *Udſted*, oppidum Sveciæ, in Scania provincia ad auſtrum, & in ora maris Baltici, cum portu tantiſper capaci. Diſtat 7. milliaribus Germanicis ab Elleboga in ortum, 9. autem a Chriſtianoſtadia in meridiem.

Ptol. Plin. Uſtica, *l'Uſtica* ſeu *l'Uſtega* Fazello, inſula Siciliæ, una Æoliarum, Evonymus Straboni, à littore Siciliæ 60. mill. paſſ. quot ab aliis Æoliis in auſtrum, & Libonotum.

¶ Uſtiuga, *Oſtioug*, provincia eſt Moſcoviæ orientalis, versùs Suchanam fluvium, ubi cadit in Duinam, inter Permiam provinciam Czeremiſſoſque populos ad ortum & Vologdam ad occaſum.

¶ Uſtiuga, *Oſtioug*, urbs Moſcoviæ, provinciæ cognominis caput, ad fluvium Suchanam, condita olim ubi *Jug* fluvium recipiebat, unde & nomen habuit; ſed propter opportunitatem ad dimidium milliare translata eſt civitas illa, 180. mill. paſſ. a Volochda urbe in Cæciam, & 50. a Duino fluvio.

Ant. Uſula, Uſilla Ptolemæo, urbs Africæ fuit mediterranea, inter Tuſdrum 32. & Theænas ad ortum 28. mill. paſſ. Cujus meminit D. Auguſtinus.

Ptol. Uthina, urbs fuit Africæ mediterranea, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi, apud Cuinam coloniam.

Poly. Cæſ. Cic. Plin. & al. Utica, Ityca Polybio & Ptolemæo, colonia & urbs olim epiſcopalis Africæ littoralis, à Carthagine 34. mill. paſſ. in occaſum Tabracam versùs, exciſa, variè à ſcriptoribus indigitata, *Porto Farina* & incolis *Garel Melha* Marmolio & Fazello, *Benſert* ſeu *Biſerta* (urbs hac tempeſtate clara) Huberto Foliettæ, & aliis; *Mazachares* locus erat Nigro. Populi Uticenſes Cæſari. Ego Biſertam Uticam novam eſſe, ex veteris ruinis ædificatam, exiſtimo. Uticæ diem obiit Gnejus Nevius, tertium inter comicos locum tenens apud Volcatium, Roma inimicorum factione ejectus. Scripſit de bello Punico tragœdias. Ibidem vita functus Cato Uticenſis, licèt Romanus eſſet.

¶ Utica, nunc omnibus eſt *Biſerte*, Italis *Biſerta*, Arabibus

Ben-

Benſert, urbs regni Tunetani, ſatis ampla & munita ſed pyratica infamis, cum portu capaci, ſeu verius ſinu parvo in ora maris Africi.

Lib. Conc. Utica altera, quæ & Ucetia, ſive Uzetia, *Vzes* vulgò, urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Arelatenſi, in Occitana regione inter Nemauſum 4. & Lutevam ad occaſum 8. leucis.

¶ Utica, urbs Galliæ Narbonenſis, in Occitania. Dicitur melius Ucetia, *Vzes*; & ab ea tractus adjacens vocatur Ucetienſis tractus, *l'Vzege*. Vide Ucetia.

¶ Utica, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum. Nunc *Marmolexo* dicitur, in Vandalitia provincia & in Diœceſi Giennenſi, teſte Lubino.

¶ Uticenſe cœnobium, ſeu Fanum S. Ebrulphi, *S. Euroul*, pagus Galliæ, in Normannia, cum abbatia celebri Ordinis S. Benedicti, ad fantes Carentonii fluvii, in Diœceſi Lexovienſi, & in ipſo limite Ebroicenſis Diœceſis, 3. leucis diſtans ab Aquila in Circium, & 7. à Lexovio in meridiem. Sic dicitur nunc à S. Ebrulpho, qui ejus primus Abbas fuit ibique obiit anno 596.

Ptol. Utidava, *Vtuarhel*, oppidum Daciæ exciſum, teſte Lazio.

Vet. Trad. Utinum & Utina, Atina Melæ, ut aliquibus videtur. *Vdine*. urbs Carnorum, ac Forojulienſium conventus juridicus, Patriarchæque Aquilejenſis ſedes, ab Aquileia 20. mill. paſſ. in occaſum, à Foro Julio 8. à Venetiis 70. in Boream, Villacum ſeu Vacorium urbem Carinthiæ versùs, olim ſub Carolo magno urbs epiſcopalis.

¶ Utinum, *Vdine* incolis, Weyden Germanis, urbs aliàs Carnorum, nunc Foro-Julii provinciæ primaria. Subeſt dominio Reipublicæ Venetæ ab anno 1420, & 20. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Adriatici in Boream, uti ab Aquileia in Circium, & 20. à Goritia in occaſum.

Amm. Utriceſium, *Vtrecht*, urbs Batavorum, archiepiſcopalis & metropolis effecta Philippo ſecundo Rege Hiſpaniæ & Belgii domino. Vide Trajectum.

Anton. Utriculum, *Otricoli*, urbs olim epiſcopalis Umbriæ, nunc oppidum in monte, Tiberi proximum, inter Narniam 8. & Romam 36. mill. paſſ. Vide Ocriculum. Populi Utriculani Plinio.

¶ Utuntæ, *Zunzen*, vicus Briſgaviæ in Germania, prope Rhenum fluvium. inter Briſiacum ad Boream, & Baſileam ad meridiem. Forſan is eſt qui Urunca ſeu Uruncis ab aliis dicitur. Vide ibi.

Plin. Utus, fluvius Myſiæ, ex Hæmo monte in Danubium influens: (ubi Utus Antonino, oppidum ab Oeſco Triballorum 12. mill. paſſ. diſtans Thraciam versùs) quo in loco Arugillus ab Attila interfectus eſt, teſte Ammiano, in Dacia Ripenſi.

¶ Vvalhoſſia, *Vvalhoff*, vicus Livoniæ, in Ducatu Semigalliæ, cis Duinam fluvium, & prope Aſcheradam arcem, ubi Poloni victi & ingenti clade affecti fuere anno 1626. menſe Januario à Guſtavo Adolfo Suecorum Rege.

Helmod. Vvagri, populi Germaniæ, in Holſatia: quorum urbs primaria Aldemburgum fuit.

¶ Vvalones, ſic vocant Latini juniores Galliæ Belgicæ populos, qui ſe ipſos *Vvalons* vocant, & à Germanis *Vvalen* dicuntur. Sunt inter Scaldim & Legiam fluvios, occupantque partem Comitatus Flandriæ, quæ Flandria Gallicana dicitur, & ab ipſis *la Flandre Vvallone* ſeu *Gallicane*, ubi tractus Tornacenſis & Duacenſis atque Caſtellania Inſulana, ſub dominio Francorum ab anno 1667.

Vvandali, populi. Vide Vandali. Hi Carthaginem capiunt ſub Geinſerico Rege anno ſalutis 439. urbis conditæ 1190. Olympiadis 303. anno 2. & anno ſalutis 445. Romam diripiunt ſub eodem Rege.

¶ Vvarſavia, *Vvarſovie*, urbs eſt ampla Poloniæ, Mazoviæ caput, ad Viſtulam fluvium, ubi frequens Regum ſe ceſſus. Culta eſt, cum arce regia. Vix 3. leucis Polonicis diſtat à limite Poloniæ minoris in ortum, uti 24. à Lancicia, & 33. à Gneſna, 25. à Thorunia in Eurum, 24. à Sandomiria in Boream, uti 36. à Cracovia, & 58. à Vilna in Africum. Hactenus comitiis publicis regni Poloniæ nobilitata fuit & duobus palatiis regiis. Duplex eſt, vetus & nova; & in ſuburbio Cracovienſi viſitur ſepulchrum Joannis Demetrii Sutſcii magni Ducis Moſcoviæ.

¶ Vvaterfordia, *Vvaterford*, urbs Hiberniæ epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Caſſilienſi. Vide Vaterfordia.

¶ Vucheum, *Vucheu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Kianſia provincia cujus ſeptimum locum obtinet; & ab ea pendent 5. aliæ urbes. Sedet ad radices montium, juxta fluvium *Lienſam*; eſtque in limite Fochienſis provinciæ, teſte Martinio.

Vverina, fluvius Illyrici, in Saum fluvium Pannoniæ per Boſſinam influens. *Laon.*

Vvelliæ, ſeu Vvellæ, *Vvelles*, urbs Albionis, in Anglia, epiſcopalis, in Comitatu Somerſettenſi, Bathoniæ urbi proxima; quarum urbium hodie ſedes epiſcopales unitæ ſunt. *Scrip. Brit.*

Vvelliæ, urbs parva Bolgarum in Anglia, olim Theodunum dicta fuit. Vide ibid.

Veſtphalia, regio Germaniæ. Populi Vveſtphali & Vveſtphala arva apud poetas Germanos. Urbes Monaſterium, primaria, Padeborna, & Oſnaburga.

VVeſtphalia regio eſt ampla Germaniæ, quæ unum ex decem circulis Imperii conſtituit, inter Saxoniam inferiorem ad ortum, & Belgium ad occaſum; ſuntque in ea regione epiſcopatus ſeu ditiones Monaſterienſis, *Eveſchè de Munſter*, Paderbonenſis, *de Paderborn*, Oſnabrucenſis, *d'Oſnabruk*, & Mindenſis, *de Minden*; Comitatus Oldenburgenſis, *le Comtè d'Oldenbourg*, Friſiæ orientalis, *de la Friſe orientale* & Marchiæ *le Comtè de la MarcK*, Vveſtphaliæ propriæ Ducatus, *le Duchè de Vveſtphalia*, Comitatus Hoyenſis, *Comtez de Hoye*, Diepholtienſis, *de Diepholt*, Ravensbergenſis, *de Ravensberg*, Lemgovienſis, *de Lemgovv* Lingenſis, *de Lingen*, Luppiæ, *de Lippe*, Benthemenſis, *de Benthem*, & Scaumbergenſis, *Scaumberg*. Dicitur *Vveſtphalen* incolis, *Veſtphalie* Gallis. Terminatur a ſeptentrione mari Germanico, ab oriente Ducatibus Bremenſi, Ferdenſi, Luneburgico, & Brunſvicenſi, ab occidente Belgii uniti provinciis & a meridie Ducatibus Clivenſi, & Montenſi, Veteravia, Valdecenſi Comitatu, & Landgraviatu Haſſo-Caſſelano. Totius autem regionis caput eſt Monaſterium, *Munſter*. Sed Ducatus Clivenſis, Montenſis, Juliacenſis, & ditio Epiſcopi Leodienſis non cenſentur propriè in Vveſtphalia, quanquam parte ſint Circuli Vveſtphalici dicti.

¶ Vveſtphaliæ propriæ Ducatus, *le Duchè de Vveſtphalie* pars eſt Vveſtphaliæ latè ſumptæ; ſub dominio Electoris Colonienſis, inter Comitatus Valdecenſem ad ortum, & Marchiæ ad occaſum, atque inter ditiones Monaſterienſem, & Paderbornenſem ad Boream, & Veteraviam ad meridiem. Ibi Arensberga oppidum primarium cum aliquot aliis minoribus.

(*Weſtphaliæ urbes præcipuæ*:

Arensberga, Arensberg.
Embda, Embden.
Minda, Minden.
Monaſterium, Munſter, *regionis caput*.
Oldemburgum, Oldembourg.
Oſnabrucum, Oſnabruck.
Paderborna, Paderborn.
Suſatum, Soeſt.
Tremonia, Dortmund.)

¶ Vveſtroghotia, *Vveſtrogothland*, pars occidentalis Gothiæ regionis, in Svecia, ſub qua comprehenduntur Vveſtrogothia propria, Dalia, & Vermelandia provinciæ.

Vveſtrogothia propria, *Vveſtro-Gothland*, provincia Sveciæ, in Gothia regione, inter Venerum lacum ad Boream, Oſtrogothiam ad ortum, Smalandiam ad meridiem & Hallandiam, Præfecturamque Bahuſianam ad occaſum. Eius urbes præcipuæ ſunt Gotheburgum, *Gothembourg*, Scara, *Scare*, Lidcopia, *Lidcoping*, & Falcopia, *Falcoping*.

Vvilla, *Vveill*, Germaniæ urbecula, ſed libera & ſui iuris, in Vvirtembergenſi Ducatu ad Vvurmum rivum, tribus milliaribus Germanicis a Tubinga diſtans in Boream Spiram versùs & duabus à Stugardia in occaſum.

VVilteburgum, *Vviltenburg* adhuc, oppidum fuit Batavorum, in Hollandia, à Traiecto 2. leucis diſtans; ubi adhuc rudera illius cernuntur. Ibi ſedes erat epiſcopalis, antea Traiectenſis. *Gemb.*

¶ Vvintonia, *Vvincheſter*, urbs Angliæ epiſcop. ſub Archiep. Cantuarienſi. Vide Vintonia.

Vvinuli, populi Germaniæ, qui & Vinuli, & Longobardi. *P. Dia.*

¶ Vvirtemberga, *Vvirtemberg*, caſtrum eſt vetuſtum Sveviæ regionis Germaniæ, in colle ſitum, prope Nicrum fluvium

um & Eislingam Canſtatumque oppida & nomen dedit familiæ Procerum, & poſtea Comitum, tandemque Du, cum VVirtembergenſium.

¶ Wirtembergenſis Ducatus, *Duchè de Wirtemberg*, regio eſt ampla Germaniæ, in Svevia, cuius caput Stutgardia. Nomen habet a Vvirtemberga arce veteri, haud procul ab Eislinga; ſubeſtque proprio Duci. Terminatur ab oriente & meridie Svevia propria, a ſeptentrione Palatinatu Rheni, ab occidente autem Sylva nigra & Marchionatu Badenſi. Eius præcipuæ urbes ſunt Stutgardia, *Stutgard*, Tubinga, *Tubingen*, & Schotnorfia, *Schorndorf*.

Vviſmaria, *Vveiſmar*, vel *Vveiſmar*, urbs et emporium Germaniæ, in ora maris Baltici, Ducatus Megalopolitani. De qua lib. 5. Itinerarii:

Wiſmariam portu celebrem lux prima marinam
Nos duxit.

¶ Vviſmaria, *Wiſmar*, urbs eſt Hanzeatica Germaniæ in Ducatu Magalopolitano, cum portu capaci in ora maris Baltici & arce recenti permunita, ſub dominio Regis Sveciæ pace Monaſterienſi, media ferè inter Roſtochium ad ortum, & Lubecam ad occaſum, 7. mill. Germanicis utrinque, & 4. a Suverino in Boream. Crevit ex ruinis Megalopolitanæ urbis in viciniis. Sed ab anno 1266. urbis privilegia ea conceſſa fuere ab Henrico Duce Megalopolitano.

¶ Vviſniovicium, *VViſniovvicz*, caſtrum Poloniæ, in Volhinia ſuperiori ſeu Palatinatu Luceorienſi, Ducatus titulo inſignitum gentis Koributæ, unde antea cognomen habuerat Michael modernus Poloniæ Rex electus anno 1669. Sedet ad IKvvam amnem, 4. leucis a Zbaraſio Podoliæ oppido in Boream, Luceriam versùs 9.

Vvittemberga, *Vvittemberg*, urbs Germaniæ, ad Albim fluvium, Saxoniæ ſuperioris caput, & Academia Lutheri concionibus nota. Dicitur a quibuſdam Vitarum mons; eſtque munita, ſub dominio Electoris Saxoniæ. 9. mill. Germanicis diſtat à Lipſia in Boream uti 5. infra Torgaviam, & 14. a Dreſda in Circium, Magdeburgum versùs 12. circiter.

¶ Witherna, ſeu Candida Caſa, *VVithen*, urbs Scotiæ epiſc. ſub Archiep. Glaſcuenſi, in Gallovidia provincia.
Gem Vide Lucopibia, & Candida Caſa.

VVitlam, ſive ut alibi legitur, Vvitham, oppidum fuit Batavorum, ad oſtia Moſæ, à Normannis anno ſalutis 835. conditum, teſte Gemblacenſi.

Strab. Liv. ptol. Vvlcani inſula, quæ & Hiera, & Theraſia Plinio, inſula Siciliæ, una Æoliarum, ignes emittens, Liparæ proxima ad 4. mill. paſſ. nunc etiam Wlcano, ſic dicta, quòd ibi templum eſſet Vvlcani, teſte Strabone. Eius meminit Virg. lib. 8. Æneidos:

Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Vulcani montes.

¶ Vulcani, montes ſunt ignivomi in America, ideò *Volcanos* dicti ab Hiſpauis; ſuntque plurimi, præſertim in America meridionali, & intra montes Andes, in ipſo limite orientali regni Ciles. Ex his autem præcipui ſunt in illo tractu.

¶ Vulcanus Antoci, *Volcano de Antoco*, in limite provinciæ Cuiæ, versùs tractum caſtri Anguli.

¶ Vulcanus Chillani, *Volcano de Chillan*, eſt inter Cujam provinciam & Chillanum tractum.

¶ Vulcanus Chuanaucus, *Volcano Chuanauca*, eſt in parte auſtrali Ciles, versùs Ancudiam provinciam.

¶ Vulcanus Copiapi, *Volcano de Copiapo*, eſt in parte Boreali Ciles, ad fontes fluvii cognominis, in limite Peruviæ.

¶ Vulcanus Coquimbi, *Volcano de Coquimbo*, eſt ad fontes fluvii cognominis, in limite Cuiæ provinciæ.

¶ Vulcanus Huapeus, *Volcano de Huape*, in limite Quillatæ tractus, versùs Fanum S. Joannis de confinio.

¶ Vulcanus Liguæ, *Volcano de Ligua*, eſt prope fontes fluvii cognominis, versùs Fanum S. Ioannis de confinio.

¶ Vulcanus Notuci, *Volcano de Notuco*, eſt inter purenam vallem & Pulcas populos.

¶ Vulcanus Oſorni, *Volcano de Oſorno*, eſt inter tractus Oſorni & Villæ divitis.

¶ Vlcanus Peteroæ, *Volcano de Peteroa*, eſt ad fontes fluvii cognominis, inter Vàllem S. Jacobi, & Cuiam provinciam.

¶ Vulcanus Quechucabus, *Volcano Quechucabi*, eſt in parte Auſtrali Ciles, prope Ancudiam tractum.

¶ Vulcanus S. Clementis, *Volcano de S. Clemente*, eſt in parte meridionali Ciles, versùs Magellanicam.

¶ Vulcanus Villæ divitis, *Volcano de Villa ricca*, eſt inter Vallem cognominem & Pulcas populos, juxta lacum *Mellabaulquen* dictum.

Vulcani montes ſunt etiam in Peruvia, nempe.

Vulcanus Arequipæ, *Volcano de Arequipa*, in parte Auſtraliori Peruviæ & prope Arequipam urbem.

¶ Vulcanus Caucæ, *Volcano de Coca*, in valle cognomine.

¶ Vulcanus Maſpæ, *Volcano de Maſpa*, in provincia Quixorum.

¶ Vlcanus Pintæ, *Volcano de Pinta*, in provincia Quitoa, & prope Quitoam urbem.

Vulcani montes duo ſunt etiam in nova
Hiſpania ſcilicet.

¶ Vulcanus Guatimalæ, *Volcano di Guatimala*, in provincia cognomine, & prope urbem S. Jacobi de Guatimala.

¶ Vulcanus Nicaraguę, *Volcano de Nicaragua*, in provincia cagnomine, prope urbem Legionem dictam. Egin.

Vulpiacum, *Vlpen*, pagus Germaniæ inferioris, circa Iuliacum urbem. *Aliis Vbleh.* Sed prior interpretatio magis arridet, *Vlpen* verò circa Limburgum, inde 2. leucis.

Vulſinium. Vide Volſinium, utrumque enim legitur Liv. Lib. 3. Itinerarii.

Inde lacum, cuius Vulſinia littore quondam
Bis ſex Tyrrhenas inter caput extulit urbes.

¶ Vulſinius lacus, *Lago di Bolſena*, lacus eſt ditionis Pontificiæ in Ducatu Caſtrenſi, prope Vulſinium oppidum. Vide Volſinium.

Vultunna, ſeu Vultonia, *la Boutonne*, fluvius Aquitaniæ, per fines Santonum fluens, ex Pictonibus ortus, ac per Engeriacum oppidum in Carantonum influens. terip. Gal.

Vulturaria, Vultura Horatio, *Vulturara* etiam hodie, urbs Hirpinorum, in Apuliæ confinio, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Beneventano, inde 28. mill. paſſ. in Boream, à Luceria 12. Boianum versùs. Cuius meminit Horatius lib. 3. carminum ode 4.

Me fabuloſa Vultura in Apulo
Altrices extra limen Apuliæ.

Vbi alii codices habent *Vulture*. Vultur verò mons, vel flumen Apulię à quo Vultura urbs nomen habet. In Theſanro Linguæ Latinæ citatur Horatius, qui de urbe loquitur Vultura, non de Vulture monte.

¶ Vulturaria, & Vulturara, *Volturara*, urbecula eſt parva regni Neapolitani, in Apulia & in Capitanata provincia, 23. mill. paſſ. diſtans a Benevento in Boream & 12. a Luceria in occaſum.

Vulturnum, Volturnum Varroni & ptolemæo, *Caſtel à Mar di Botorno* hodie, urbs olim Campaniæ epiſcopals ſub Archiepiſcopo Capuano, inde 10. mill. paſſ. ad oſtia Vulturni fluvii, nunc exiguum caſtrum inter Sinueſſam ad occaſum 8. & Linternum ad ortum 9. mill. Vulturnum urbs priùs, poſtea Capua eſt appellata, ut ſcribit Livius lib. 4. decadis 1. Ex quo Vulturnum geminum fuiſſe videtur, unum interus, alterum in ora. Strab. plin. Liv.

Vulturnum, *Caſtel de Volturno*, urbs olim Campaniæ, nunc caſtrum tenue provinciæ Terræ Laboris, in ora maris Tyrrheni, 9. mill. à Literno in Boream.

Vulturnus, *Volturno* etiam vulgò, & *Fiume di Capoa* fluvius Campaniæ, in Samnio oriens apud fines Atinæ, perq; Venafrum, Teleſiam, & Capuam in mare Tyrrhenum ad Vulturnum urbem decurrens, Calore & Sabbato acceptis. De quo Ovid. lib. 15. Metamorph. plin strab. Liv.

Linternum, multamq; trahens ſub gurgite arenam
Vulturnus, niveiſque frequens Sinueſsa colubris.

Wormacia, olim Borbetomagus, *Worms*, urbs Germaniæ ſuperioris, ad Rheoum, libera, & epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Moguntino, inde 7. leucis, Spiram versùs 6. Vide Vangiones.

¶ Vvormacia, *Vormes* Gallis, urbs eſt Germaniæ, in palatinatu inferiori ſeu *Rheni*. Ampla eſt & Imperialis, ſed malè culta. Pluries capta & recepta fuit hiſce ultimis temporibus; ſubeſtque dominio proprii Epiſcopi, cum tractu parvo adjacente. Olim Borbetomagus, ſeu Bormetomagus Vangionum dicta fuit, ab Attila everſa, poſtea a Clodoveo Francorum Rege reparata fuit: habuitque aliàs Archiepiſcopos proprios, ſed anno 729. converſus eſt hic archiepiſcopatus in epiſcopatum à Pipino Francorum Rege propter perfidam Gervilionis.

Vvrmius, *Vvorm*, fluvius Germaniæ inferioris, apud Aquiſ-

qui'granum oriens,& in Ruram, qui Moſæ ad Ruremundam miſcetur, influens.

wrzena, *Wrzen*, urbecula eſt Germaniæ, in Miſnia, ad Muldam fluvium. Alias Comitibus propriis paruit, nunc autem eſt in ditione Epiſcopi Miſnenſis; & 2. mill. Germanicis diſtat à Lipſia in ortum.

¶ Wtinga, *Wting.* urbs eſt Imperii Sinarum, in Junnania provincia, cujus quartum locum obtinet. Ab ea pendent 3. aliæ urbes; eſtque in limite Queicheæ provinciæ, teſte Martinio.

Ant. Vxacona, ſeu Vſocona ut alius codex habet, Ok*enyate*, teſte Camdeno, oppidum olim, nunc pagus Albionis in Anglia, medius ferè inter Rutunium 22. & Etocetum 24. mill. paſſ. versùs Bennaventum, in Comitatu Salopienſi.

Ptol. Vxama, *Oſma*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud
Plin. Durium fluvium, in regno Caſtellæ veteris, ferè extincta paucis conſtans ædibus, à Pompejo magno, quòd imperata facere recuſaſſet, everſa, & refecta, rurſus à Mauris in ſolitudinem penè redacta, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Toletano, inter Burgos 20. & Segontiam 10. leucis, à Numantia 12. à Toleto ſupra 30. in Boream Burgos versùs.

¶ Vxantus, *Oveſſant*, inſula Galliæ, in ora Britanniæ minoris, 16. mill. paſſ. à Gobæo promontorio in occaſum. 52. à Coriſopito in Circium, uti 55. à Leona in occaſum. Parva eſt, circuitus 8. mill. paſſ. cum caſtro & ali-
Ptol. quot villis.

Vxella, *Leſtuthiel*, teſte Camdeno, vel *Leſtithiel*, oppidum Albionis, in Dumnoniis, ſeu in Cornubia regione, (aliis eſt *Kreckornvvell*, oppidum ejuſdem regionis proximum) ab Exonia urbe ultra 40. mill. in occaſum, Vxela ſcribendum ex codice Græco Ptolemæi. Mill. paſſ. 16. à Tamara eſt. Vxela etiam æſtuarium proximum eſt; quod, teſte Camdeno, *Ivelmouth* appellatur. Vide
Caſ. Vexala.

Vxellodunum, *Cadenac*, teſte Vigenereo, oppidum Galliæ Aquitanicæ, in finibus Cadurcorum, in monte, ad Tarnem præterlabentem, à Cadurcis 9. leucis diſtans. Hoc Franciſcus Junius *Yſſouldun* eſſe putat; ſed hoc Exolidunum eſt, oppidum præclarum Biturigum, longiſſimè à finibus Cadurcorum diſtans.

¶ Uxellodunum oppidum Cadurcorum in Aquitania hactenus credebatur mons prope *Martel* oppidum ad Duranium; ſed revera eſt *le puech d' Iſſoudun*, locus Cadurcenſis provinciæ, prope Caſtrum *Martelas*, ad Oldum fluvium, 3. leucis ab urbe *Cadenac* dicta, longè à Tarne fluvio in Boream, teſte Brietio.

Ptol. Vxellum, ſive Vzellum, ut aliqui ſcribunt, ſed Vzelum ſcribendum eſt, oppidum Albionis, in Selgovis, in Scotia, apud Carbantorigum & Trimontium.

Vet. Vxena, *Vzelis*, teſte Carolo Cluſio, oppidum Hiſpa-
Inſc. niæ Bæticæ, nunc pagus.

Ptol, Vxentum, *Ogenti & Vgenti*, urbs Salentinorum, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hydruntino, inde 20. mill. paſſ. in meridiem, quot ab Aletio in Cæciam versùs Japygium promontorium vicinum, ad Alexano 8. à Gallipoli 20. in ortum proxima Vereto.

Ptol. ¶ Vxentum, *Vgento*, urbs aliàs Salentinorum nunc Terræ Hydruntiæ, 30. mill. diſtans ab Hydrunto in Africum, 11. à Gallipoli in Eurum, Japygium promontorium versùs totidem, & 4. ab ora littorali ſinus Tarentini. Parva eſt admodum & ægrè habitata.

Vxentus mons Indiæ eſt citerioris cis Gangem fluvium, juxta quem incolunt Adiſathri populi, quorum urbs primaria Balantipyrgum eſt, Palibothra occidentalior.

Diod. Vxii, montes Armeniæ majoris, ex quibus Tigris fluvius oritur. Vbi Vxii populi, & Vxia regio Straboni.

Strab. Vxiſama, inſula Oceani Occidui, una ex illis quæ ab Hiſpania tridui navigatione in occaſum diſtant; quæ *Azores* dici videntur Ortelio. Per has novum orbem navigari ſolet.

D. Au. Vzalis, Vzialis Victori Vticenſi, Vzalitanum (ſive, ut alii legunt, Vſalitanum) oppidum Plinio, colonia & urbs olim epiſcopalis Africæ meditarranea, apud Uticam urbem.

Ptol, Vzecia, *Cayrahon*, ut aliquibus placet, oppidum Africæ mediterraneum, Thyſdro finitimum, Vſceta Aulo Hirtio, Hadrumeto proximum Thyſdrum versùs.

¶ Vzeſta, *Vzeſte*, caſtrum Galliæ, in Aquitania & in Vaſatenſi tractu, ad amnem Cyrionem, & in limite Burdegalenſis tractus, ubi ſepultus fuit anno 1316, Clemens V. Pontifex Maximus, Gallus, Bertrandus *de Gotb* antea dictus, qui natus erat in vico Villandrando, una leuca illinc diſtante, & obierat apud Rupem Mauram, ad Rhodanum fluvium, 2. leucis ſupra Avenionem anno 1314.

Vzecia, urbs Galliæ Narbonenſis, epiſcopalis ſub Ar- *Mart.*
chiepiſcopo Narbonenſi, in Occitania regione, apud Nemauſum, inde 4. leucis (Vide Vcetia & Vtica) vulgo *Vzes*.

Vzella, *Leſtithiel*, oppidum Albionis, in Cornubia. Videtur Vxela Ptolemæo. Vide ibid.

Vzita, oppidum Africæ mediterraneum, Vlizibræ ſi- *Scrip.*
ve Vlizibirræ urbi finitimum, à Cæſare, teſte Aulo *Brit.*
Hirtio, deletum.

X

¶ XAliſca, *Xaliſco*, provincia Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania, & pars Auſtralis novæ Gallæciæ, versùs oram maris Pacifici ubi incipit Purpureum. Ibi urbs præcipua Xaliſcum dicitur; ſuntque præterea in hoc tractu aliquot coloniæ Hiſpanorum.

¶ Xanſia, *Xanſi*, provincia Imperii Sinarum, in parte Boreali, & inter alias ſecundum locum obtinens. Terminatur à ſeptentrione muro Sinico, quo dividitur à Tartaria magna, ab ortu Pechinenſi provincia, ab occaſu Xenſia, & à meridie Honania. In ea ſunt quinque urbes præcipuæ, nempè Taiyvenum, *Tayiven*, provinciæ caput, Pingyanum, *Pingiang*, Taitunga, *Taitung*, Luganum, *Lugan*, & Fuencheum, *Fuencheu*, ſub quibus ſunt 92. urbes minores, teſte Martino Martinio in ſuo Atlante Sinico.

Xanthi, populi Thraciæ, quorum meminit Hecatæus in Europa, ut ſcribit Stephanus. Horum urbs Archiepiſcopalis Xanthia, inter Maſynopolim & Abderam, de qua Nicetas Choniata in Annalibus.

Xanthus, fluvius Phrygiæ, ſeu Troadis notiſſimus, præſertim apud Poetas, ex Ida montes oriens, atque in *Strab.*
Helleſpontum apud Dardanum urbem influens; idem *Plin.*
Scamandro, teſte Dione Pruſæo cum Maximo Tyrio; *& al.*
ſed diverſus, teſte Plinio, ſicuti & Simois. Verùm quia hi tres amnes confluunt apud oram, propterea iidem ab aliquibus appellantur. Is *Scanto*, & poſtea *Scamandro* nominatur. Virg. lib. 5. Æneidos:

Nec minor in terris (Xanthum Simoentaque teſtor,)

Ovid. lib. 3. amorum:

Cum rapuit vultus, Xanthe, Negra tuos.

Xanthus alter, qui & Sirbis Straboni, & Glaucus Plinio dicitur, fluvius Lyciæ, Xanthum urbem inter- *Strab.*
luens, *Sirbi* etiam vulgò, Cadmo monte oriens. Xanthus *Hero.*
item fluviolus Epiri, qui, teſte Virgilio, areſcit, lib. *Plin.*
3. Æneidos:

Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum.
Agnoſco.

Xanthus, à Xanto Cretenſi nominata, teſte Stephano, *Vet.*
quæ & Xantopolis in libris Conciliorum, urbs Licyæ *Trad.*
non parva, epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Myrenſi, proxima Pataræ, & ab oſtio Xanthi fluvii (à quo alluitur) 70. ſtadiis diſtans. *Sirbi* nunc & *Santo*, de nomine fluvii. Eius Epiſcopus Synodo interfuit Florentinæ. Xanthus etiam oppidum fuit Leſbi inſulæ, teſte Stephano.

Xanthus item urbs Germaniæ inferioris, apud Rhenum, *Santen* vulgò, à Troianis anno ab excidio Troiæ 289. condita, ut ferunt ſcriptores Belgæ, deque Xanthi fluvii nomine dicta. Ea eſt in Ducatu Clivenſi, à Clivia urbe 4. leucis, Coloniam versùs 12.

¶ Xanthus, *Santen*, urbs aliàs Gugernorum in Germania, nunc Ducatus Clivenſis, prope Rhenum fluvium. Aliàs Vetera caſtra dicta fuit; eſtque ſatis parva, duabus leucis infra Veſaliam in occaſum & totidem à Gueldria in Boream. Vide Vetera caſtra.

¶ Xantonia, *Xantung*, provincia eſt Imperii Sinarum, in parte Boreali, inter alias provincias quartum locum obtinens. Mirè rigua & fertilis eſt. Terminatur à ſeptentrione & ab ortu Sinarum intimo receſſu ſeu Nanchinenſi ſinu, ab occaſu Pechinenſi provincia, uti à meridie Nanchinenſi. In ea ſunt 6. urbes præcipuæ, nempè Cinanum, *Cinan*, provinciæ caput, Jencheum, *Jencheu*, Tunchanum, *Tunchang*, Cincheum, *Cingcheu*, Tencheum, *Tengcheu* & Laicheum, *Laicheu*: ſub quibus ſunt 98. urbes minores, teſte Martinio.

¶ Xaocheum, *Xaocheu*, urbs eſt Imperii Sinarum in Quantunia provincia, cuius ſecundum locum obtinet.

Al-

Alluitur duobus fluviis, & ab ea pendent 5. aliæ urbes, teſte Martinio. Diſtat autem 80. mill. paſſ. à Quancheo in Boream.

¶ Xaohinga, *Xaoging*, urbs eſt Imperii Sinarum in Provincia Chequianenſi, cujus octava exiſtit; & ab ea pendent 6. aliæ urbes. Ampla eſt & valde culta, inter aquas, ferè Venetiarum ad inſtar, ad oſtia fluvii *Chè* in Oceanum Eoum, ut plurimis ſcribit Martinius.

¶ Xaoum, *Xaouu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in parte Boreali Fochienſis provinciæ, cujus octava exiſtit, juxta fluvium *Zuvum* ad radices montium, in limite Xanſiæ provinciæ. Ei ſubſunt 3. aliæ urbes; eſtque in tractu fertili admodum, teſte Martinio.

¶ Xarajorum lacus, *Lago de los Xarayes*, lacus Americæ meridionalis in Paraguaja regione, ex quo effluit Argenteus fluvius, ut multi exiſtimant.

Ptol. Xarax vel Zarax, *Xaralaſi* Moletio, aliis *Cara*, ſeu
Polyb. *Zara* oppidum Laconicæ, in ora orientali, ad ſinum
Argolicum, inter Epidaurum ultra Maleam promontorium, & Cyphantum portum. Vide Zarex.

¶ Xativa, ſeu Sativa, *Xativa*, alias Sætabis, urbs parva Hiſpaniæ, cum caſtro antiquo, ſed munito, in regno Valentiæ 2. leucis Hiſpanicis diſtat a Sætabi fluvio in meridiem, uti 7. à Valentia, & 12. ab Artemiſio promontorio in occaſum.

¶ Xauxa, *Xauxa*, fluvius amplus Americæ meridionalis, in Peruvia regione. Dicitur etiam *Rio Maragnon*. Oritur autem ex lacu *Chincacocha* 120. mill. paſſ. à Lima in Boream; deinde in ortum tendens, recipit fluvios *Parcos*, *Vinaque*, *Abancay*, *Apurima*, *& Incay*: quibus auctus in Boream fluit; & rigatis *Maina*, *Mananes*, *& Pacamores*, aliiſque provinciis Peruviæ, ac receptis, *Chupachos & Maybamba* fluviis, in fluvium Amazonum ſe exonerat.

¶ Xecienum, *Xecien*, urbs eſt Imperii Sinarum in parte ſeptentrionali Queicheæ provinciæ, inter urbes Sucheum ad ortum, & Sunanum ad occaſum versùs fluvium Ivenum. Inter alias urbes hujus provinciæ quintum locum obtinet & ab ea pendent tantum tres arces.

¶ Xenſia, *Xenſi*, una ex 15. provinciis Imperii Sinarum, & inter ipſas tertium locum obtinens, in eius parte Boreali. Terminatur à ſeptentrione montibus, Sinico muro, & Croceo fluvio, quo ſeparatur à Tartaria magna, ab ortu Xanſia provincia, à meridie Suchuenſi provincia, & ab occaſu regno Thibeti. In ea ſunt 8. urbes præcipuæ, nempe Siganum, *Sigan*, provinciæ caput, Fungcianum, *Fungciang*, Hanchunum, *Hanchung*, Pingleanum, *Pingleang*, Cunchanum, *Cungchang*, Linyaum, *Lyniao*, Kingyanum, *kingyang*, & Jenganum, *Jengang*, ſub quibus ſunt 108. urbes minores, & 19. arces
Theo. permunitæ, teſte Martio.

Steph. Xera, urbs Hiſpaniæ Bęticæ, quæ & Cæſariana colonia, *Xerez de la Frontiera* vulgò, apud oram Vandalitiæ, contra Gades inſulam proximam, inde 2. leucis, Hiſpalim versùs 15. ab Aſſidonia & Arcenſi colonia 5. in occaſum. Alii legunt Xerea. Hinc nomen gentis Xeræus, a, um.

¶ Xera, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, quibuſdam eſt *Xerez de la Frontera*, in Vandalitia, prope oſtia fluvii *Guadalete*, 2. leucis à Mneſthæi portu in Boream, uti 6. à Gadibus Hiſpalim versùs, prope ſinum Gaditanum ſedet, & ab aliis dicitur Cæſariana & Aſta Regia. Vide ibid.

¶ Xera, *Xerez*, oppidum Americæ ſeptentrionalis, in nova Hiſpania & in Guatimala regione, versùs oram maris Pacifici, & 90. mill. paſſ. à Legione urbe Nicara-
Catul. guæ in occaſum, Guatimalam versùs 250. ſub Hiſpanis.

Xerolibya, regio Africæ arida & deſerta, inter Tripolim & Pentapolim.

Steph. Xerxena regio Mediæ Borealis, inter Iberiam &
Ptol. Albaniam, apud Alazonem fluvium, ſic à Xerxe Perſarum Rege ibi orto dicta, teſte Eutropio. Sed apud Strabonem eſt regio Mediæ, Armeniæ maiori contermina. Sic Cambyſena à Cambyſe Rege dicta.

¶ Xicocum, *Xicoco*, inſula Aſiæ in Oceano Orientali, & una ex tribus partibus Japoniæ. Dicitur etiam *Chicoko*, ſeu quatuor regna & *Tokoeſi*, eſt inter Niphoniam inſulam peramplam, quæ ei inſidet ad Boream & ortum, & Ximum inſulam, à qua ſeparatur ad occ. anguſto freto, ad auſtrum verò habet mare Sinicum. In ea ſunt quatuor regna ſeu provinciæ, nempe *Ava*, *Ivo*, *Sanuqui*, *& Toſa*. Sed nulla urbs alicuius momenti, teſte Brietio.

Xilia, Zelis Straboni, Zilis Plinio. Vide Zilia, ſic Ptol.
enim apud Ptolemæum in codice Græco legitur, non Steph.
Xilia, ut citatur ab Ortelio, qui potius citare debuit Stephanum.

¶ Xiloca, *Xiloca*, fluvius Hiſpaniæ in Aragonia. Darocam oppidum alluit, & poſtea in Salonem ſe exonerat prope Bilbilim.

¶ Ximum, *Ximo*, inſula Oceani Eoi, & una ex tribus præcipuis partibus Japoniæ versùs auſtrum, & ferè inter Niphoniam & Xicocum inſulas ad ortum, à quibus ſeparatur anguſto freto & Coream regnum ad occaſum. Dicitur Ximum, id eſt, Regio inferior, & *Saycock*, id eſt, novem regna: tot enim complectitur, quorum nomina ſunt Figenum, *Figen*, Bungum, *Bungo*, Chicuanum, *Chicuien*, Fingum, *Fingo*, Fiunga, *Fiunga*, Bugenum, *Bugen*, Satcuma, *Satcuma*, Voſumum, *Voſumi*, & Vtum, *Vto*: & in his præcipuæ urbes ſunt Arima, *Arima*, Bungum, *Bungo*, Nangaſachium, *Nangaſachi*, & Satcuma, *Satcum*.

¶ Xincheum, *Xincheu*, urbs eſt Sinarum, in provincia Huquania, cujus duodecimum locum habet, teſte Martinio. Sedet in tractu montuoſo, & ab ea pendent quinque aliæ urbes, paucis tantùm milliaribus diſtans ab Iveno fluvio, & 30. à Tuntinga lacu in occaſum.

Xiphene, regio Palęſtinæ, apud Stephanum, cuius Ioſep.
meminit Joſephus lib. 6. de antiquitate Judæorum. Hinc Xiphenæus nomen gentis.

Xiphoniæ promontorium, *Capo di Molina*, teſte Fazello, promontorium Siciliæ (ubi Xiphonia oppidum erat, teſte Stephano) in ora ad ortum, inter Acis fluvii oſtium, & Cyclopum ſcopulos proximos, à Tauròminio 10. mill. paſſ. Catanam versùs 20. Incolæ Xiphoniatæ apud Theopompum lib. 39.

¶ Xiphonia, oppidum Siciliæ in ora orientali. Nunc Strab.
eſt Auguſta, *Agouſta*, oppidum parvum, ſed munitum Vallis Neætinæ, in peninſula, cum portu peramplo ſeu ſinu parvo prope Taurum promontorium, & 24. mill. paſſ. diſtans à Siracuſis in Boream, Catanam versùs 16. & 24. in meridiem à Longo promontorio *Capo delli Molini*.

¶ Xoa ſeu Xaoa, *Xoa*, regnum Africæ in Æthiopia, versùs Zanguebariam regionem. Ejus pars ſubeſt dominio Imperat. Abyſſiniæ, altera pars ipſi erepta fuit per Galas populos ſuperiori ſęculo, teſte Hieronymo Lupo in deſcriptione Æthiopiæ ſuperioris, & in
ejus diſſertatione de fontibus Nili fluvii. Strab.

Xois, inſula & urbs Ægypti, apud illius continentem, inter Sebennyticum & Phatnicum Nili oſtia. Incolæ Xoitæ.

Xuchis, oppidum fuit Libyæ, apud Artemidorum. Cujus Ptol.
nomen gentis Xuchites.

¶ Xuicheum, *Xuicheu*, urbs eſt Imperii Sinarum in Quanſia provincia, cujus decima eſt, intra montes; & ab ea pendent duæ aliæ urbes, teſte Martinio. Media eſt inter urbes Nanchangam ad ortum, & Ivencheum ad occaſum, & 60. mill. paſſ. à lacu Poyangi in occaſum.

¶ Xunchinga, *Xuncking*, urbs eſt Sinarum in Suchuenſi provincia, cujus tertia exiſtit in tractu montuoſo, prope fluvium *Kiang* dictum 90. mill. diſtat ab urbe Chingto, provinciæ primaria in ortum; & ab ea pendent novem urbes, teſte Martino Martinio.

¶ Xunninga, *Xunning*, urbs eſt Imperii Sinarum in provincia Junnania, cuius duodecimum locum obtinet Urbs eſt ampla in tractu valde montuoſo, teſte Martinio.

¶ Xunta, *Xunte*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Pechinenſi provincia, cuius quinta exiſtit; & ab ea pendent 8. aliæ urbes. Sedet ad radices montium, versùs Imperii confinia, teſte Martino Martinio.

¶ Xuntienum, *Xuntien*, id eſt, cœlo obediens urbs eſt ampliſſima Aſiæ, & Imperii Sinarum caput, quæ aliter & melius, dicitur Pechinum, *Pecking*, à qua provincia adiacens vocatur Pechinenſis. Vide Pechinum.

Xuthia oppidum fuit Siciliæ, cuius meminit Phili- Steph.
ſtus lib. 3. Nomen gentis Xuthiates.

Xyline, *Sentina* Moletio & aliis, oppidum Cappado- Ptol.
ciæ maritimum, in ora, ultra Trapezuntem, inter Chordulam ad occaſum & Apſorrum ad ortum.

¶ Xylopolis, Macedoniæ oppidum in Mygdonia regione, teſte Ptolemæo.

Xylos, oppidum fuit Cariæ, cuius meminit Hæcateus Steph.
in Aſia. Nomen gentis Xyleus, a, um.

Xy-

Atol. Steph. Xynia, Xyniæ Livio, oppidum & palus Theſſaliæ, (quam paludem etiam Bœbeidem vocant) in Bœotiæ confinio. Sed Livius Xynias in Epiro commemorat, fortè in confinio Epiri; vel Xyniæ Livii diverſæ ſunt à Xynia Stephani. Vide Livium libro 2. & 9. decadis 4. De Xynia Polybius libro 9. apud quem & Stephanum Xynieus, a, um, nomen gentis. Palus verò Xynias dicitur, quam Stephanus Bubaida vocat.

Steph. Xyſtis oppidum erat Cariæ, teſte Stephano, unde nomen gentis Xyſtianus. Sed hac tempeſtate non videtur extare.

Y

¶ YAncheum, *Yancheu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Nanchincoſi provincia, cujus ſeptimum locum obtinet; & ab ea pendent novem urbes. Ampla eſt, & emporium habet celebre prope fluvium *Kiang*, ubi in eum ſe exonerat lacus *Piexe* dictus, 50. mill. paſſ. diſtans à Nanquino in ortum.

Steph. Ybla, tergemina urbs Siciliæ, teſte Stephano, major, parva, & minor, ab Yblo Rege dicta. Populi Yblæi; ſed parvæ (quæ & Megara) etiam Galeotæ, & Megarienſis dicti. Minor & Hera vocata fuit. Vide Hybla.

Ant. Yela, ſeu Hyela, urbs Lucaniæ maritima, exciſa. Vide Velia.

¶ Yencheum, *Yencheu*, urbs eſt Imperii Sinarum, in Xantonia provincia, cujus tertia exiſtit. Sub ipſa ſunt 17. urbes minores, eſtque ampla & culta, versùs confinia Nanchinenſis provinciæ, teſte Martino Martinio.

¶ Yeſda, *Yeſd*, urbs Perſiæ in mediterraneis, in provincia *Airach* dicta, versùs montes, 130. mill. paſſ. ab Aſpahamo in ortum.

Yggade. Vide Vggade, ut alibi legitur.

¶ Yocheum, *Yocheu*, urbs eſt Sinarum, in provincia Huquania, prope Tutingam lacum, ubi ex eo effluit *Kiang* fluvius. Ab ea pendent decem civitates minores; eſtque ampla & culta in regione feraciſſima, teſte Martinio.

Yſna, *Iſne*, urbs Rhætiæ, in Suevia, libera, inter Campodunum & Lindavium.

¶ Yſna, aliàs Viana, urbs Rhætiæ in Vindelitia, nunc *Iſne*, urbs Sueviæ, ad Argum inferiorem fluvium. 16. mill. paſſ. diſtat à Campoduno in occaſum, Lindaviam versùs totidem. Vide Iſna & Viana.

Ant. Yungus, & Vngus apud aliquos legitur, pagus Galliæ Belgicæ, medius inter Durocortorum ad occidentem & Epoiſſium (nunc Yvodium) in ortum 22. mill. Orolaunum versùs.

¶ Yugus ſeu Vungus, pagus Remorum in Gallia Belgica. Nunc eſt *Vouzi*, oppidulum Galliæ, in Campania, ad Axonam fluvium, 12. leucis à Durocortoro ſeu Remis in ortum, Ivodium versùs 10.

Scrip. Gall. Yvodium ſive Ivodium, oppidum Galliæ Belgicæ, *Yvoix*, in Ducatu Lucemburgenſi, inter Macerias urbem Campaniæ ad Moſam ad occaſum 4. & Lucemburgum ad ortum 12. leucis. Vide Ivodium.

¶ Yvodium, *Yvoix*, oppidum aliàs Trevirorum in Gallia Belgica, nunc Ducatus Lucemburgenſis, ad Carum fluvium. Aliàs munitum fuit, ſed nunc ejus mœnia disjecta ſunt; ſubeſtque dominio Francorum, inter Macerias 7. leucis & Lucemburgum 11. diſtans. Dicitur meliùs Epoiſſus & Ivodium. Vide ibi.

¶ Yupia, *Yupi*, regio ampla Aſiæ in Tartaria magna, inter Oceanum Eoum ad ortum & Tenducum regnum ad occaſum; ſed nomine tantùm nota eſt Europæis, cum vix detecta ſit versùs oram littoralem ad auſtrum.

Z

¶ ZAara, *Zaara*, ſeu deſertum, regis ampla Africæ, ubi aliàs Getuli & Garamantes populi; eſtque ab ortu in occaſum exteſa, inter Biledulgeridiam ad Boream, Nigritarum regionem ad auſtrum, Nubiam ad ortum, & Oceanum Atlanticum ad occaſum. Eius partes ſeu deſerta ſunt ſeptem, nempe Gaoga, Bornum, Berdoa, Lempta, Targa, Zuenziga, & Zanhaga. Sed raræ ſunt urbes, & oppida in illo tractu.

Ptol. Zaaram, *Giſam*, teſte Villanovano, regio Arabiæ felicis, mediterranea, ſic Ortelio referente: ſed Zaaram urbs eſt regia ad ſinum Arabicum, *Gezan*, teſte Moletio, qui, ut alibi, hic quoque divinare videtur.

¶ Zaaram ſeu Zabram urbs eſt Arabiæ felicis, *Alglar* dicta, in ora ſinus Arabici, in provincia *Hagias* dicta, ad oſtia fluvii *Laakic*, & 90. mill. paſſ. à Methymna Tanalbia in occaſum, teſte Sanſone.

Zabatus, Zaba Calliſto & Cedreno, fluvius Meſopotamiæ, apud Ninivem urbem fluens, an in Tigrim labens. Xeno.

¶ Zabelus, *Zabes*, urbs Tranſylvaniæ, *Millembach* Germanis, olim primaria Saxonum ſedes. Dicitur etiam *Zaſzebes* ab Hungaris; ſedetque juxta Mariſium fluvium; 6. mill. paſſ. infra Albam Juliam in meridiem, & 29. à Cibinio in occaſum.

Zabi, Zaba libro Notitiæ, oppidum fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, in mediterraneis, inter Juliam Cæſaream & Cirtam occurrens, à Milevo 150. mill. paſſ. Cæſaream versùs ſupra 200. Ant.

Zabii, populi Indiæ, qui cum Deriade adversùs Dionyſium ſeu Bacchum pugnaverunt, teſte Stephano. Steph.

¶ Zabolcenſis Comitatus, *Comtè de Chege*, pars eſt Hungariæ ſuperioris versùs Tibiſcum fluvium, inter Zemblinenſem Comitatum ad Boream, Bihcrienſem ad ortum, & Hevveſienſem ad occaſum. Ejus caput eſt *Chege*, oppidum ad Tibiſcum; ſubeſtque dominio Turcarum.

Zabulon urbs fuit (& Tribus) Palæſtinæ, in Galilæa, apud fines Ptolemaidis, hodie exciſa: rudera monſtrantur. Cujus meminit Iuvencus libro 1. Bibl.

Terra Zabulonum, & regio cui Nephtala nomen.

¶ Zabulon, una ex duodecim Tribubus Iſraelitarum. Vide Tribus.

Zacantha oppidum fuit Hiſpaniæ, ab Hannibale everſum, teſte Apollodoro. Incolæ Zacanthæi. Steph.

Zacatæ, populi Sarmatiæ Aſianæ, circa fontes Tanais fluvii, in Moſchorum finibus. Ptol.

¶ Zacatecarum tractus, *los Zacatecas*, provincia Americæ ſeptentrionalis in nova Hiſpania, inter novam Biſcajam ad Boream, & novam Galæciam ad auſtrum, ſic dicta à Zacatecis populis illius provinciæ, in qua ſunt 5. urbes Hiſpanorum, nempe Zacatecæ, *los Zacatecas*, Durangum, *Durango*, Nomen Dei, ſeu Onomatheopolis, *Nombre de Dios*, Ellerena, *Ellerena*, & Xera de limite, *Xerez de la Frontera*, cum aliquot aliis coloniis Hiſpanorum, parvi momenti, ſuntque in Præfectura Guadalajaræ.

¶ Zachaſus lacus, *lac de Zachaf*, in Æthiopia inferiori & in Imperio Monomugi, ex quo effluit Zambra fluvius.

Zacynthus, *il Zante*, inſula (cum urbe epiſcopali cognomine ſub Archiepiſcopp Corcyrenſi, à Zacyntho Dardano condita, unde nomen, teſte Stephano) maris Jonii, Peloponneſo ad occaſum adjacens, contra Chelonitem promontorium, inter Cephaleniam ad Arctos & Strophades ad auſtrum 30. mill. paſſ. circuitu, 36. Plinio, à Berenice, urbe Cyrenaicæ 412. ſub Venetis. Plinius illam à Cephalenia 22. mill. paſſ. diſtare ſcribit. Strabo 60. tantùm ſtadiis. De ea Virg. lib. 3. Æneid. Strab. Plin. Liv. & al.

Jam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Et Ovid. in epiſt. 1.

Dulichii, Samiique, & quos tulit alta Zacynthos,
Turba ruunt in me luxurioſa proci.

Hinc nomen gentis Zacynthius, a, um. Hic Diblobatazius Imperator Græcorum LXXI. per annos 33. imperavit, inchoato imperio anno ſalutis 1221. Olympiadis 499. anno 4.

¶ Zacynthus, *le Zante*, ſeu *l'isle de Zante*, inſula eſt maris Jonii versùs oram occidentalem Peloponneſi. Excurrit in longitudinem ad 25. mill. paſſ. in latitudinem 20. ejus ambitus eſt 60. Diſtat 12. mill. paſſ. à Cephalenia inſula in meridiem, & 15. à Chelonate promontorio in occaſum. Urbem habet amplam & permunitam, cum arce in colle, ſub dominio Reipublicæ Venetæ, teſte Brietio. Ptol.

Zadris, *Caltichea* Moletio & aliis, urbs Colchidis mediterranea, apud Albaniæ fines, à Surio in ortum recedens.

¶ Zaflanus lacus, *lac de Zaflan*, in Æthiopia ſuperiori, lacus eſt peramplus, à Borea in auſtrum extenſus, cum urbe cognomine ei adjacente, aliàs ſub dominio Imperatoris Abyſſiniæ, nunc ſub poteſtate Galarum, teſte Hieronymo Lupo Luſitano.

Zagabria, urbs Pannoniæ ſuperioris, ad Saum fluvium & ad Segeſticam inſulam, epiſcopalis, ſub archiepiſcopo

copo Colocenſi, Croatiæ regionis caput, Siſciæ, cui ſucceſſit, proxima. Vide Siſopa. Hic divi Marci Evangelium manu ejuſdem ſcriptum aſſervari fertur.

¶ Zagataia, *Zagathay* ſeu *Vſbeck*, pars ampla Tartariæ, quæ aliter *Mauralnahar* dicitur, nempe versùs auſtrum; ibique erant aliàs Sacæ populi, Iaxarthæ, & Bactriana. Terminatur ab occaſu mari Caſpio, à ſeptentrione Tartaria vera, ab ortu regno Thibeto, & a meridie Perſia. Sed de ea pauca admodum dici poſſunt.

Cedr. Laon. Zagoria, regio Thraciæ, in qua Develtus urbs, quæ ſic vulgò hodie nominatur; uti & regio ſeu tractus ipſe. Vide Develtus.

Zagrabia urbs eſt permunita regni Hungariæ, quæ vulgò etiam *Zagrab* incolis, *Agram* Germanis dicitur; eſtque in Slavia regione, & Comitatus Zagrabienſis caput, ſub dominio Auſtriacorum, ſed in limite ditionis Turcicæ & Croatiæ regionis. 15. mill. paſſ. diſtat à Petrina in ortum, uti 40. à Caroloſtadio, 45. autem à Vihitza in Boream.

¶ Zagrabienſis Comitatus, *Comtè de Zagrabia* ſeu *d'Agram*, pars eſt regni Hungariæ, in Sclavonia, ſub dominio Auſtriacorum, inter ditionem Turcicam ad ortum, Comitatum Riſienſem ad Boream, Sagorienſemque ad occaſum, & Croatiam, à qua ſeparatur Savo fluvio ad meridiem; ejuſque primaria eſt Zagrabia.

Ptol. Zagri pylæ, anguſtiæ montis Zagri, per quas ex Aſſyria in Mediam traiicitur, hodie *Semirami*, teſte Nigro, quod à Semiramide Regina 15. mill. pervius factus ſit: ſicuti & Strongylus in Carmania, inter illam & Gedroſiam, Semiramidis mons appellatur à Ptolemæo.

Strab. Ptol. Plin. Zagrus mons, *Adilbergian*, teſte Caſtaldo, mons Aſiæ excelſus, qui mediam ab Aſſyria ſeparat, Niphati monti finitimus, a quo in ortum recedit, Zagrius a Strabone dictus.

Ptol. Zagylis, *Cazales* Mercatori, vicus olim, nunc oppidum Marmaricæ maritimum, inter Catabathmum ad occaſum & Paratonium ad ortum, inde 50. hinc 78. mill. paſſ. Antonino, apud quem Zigilis.

¶ Zahara, *Zahara*, oppidum alias munitum Hiſpaniæ, in Vandalitia in colle, unde ortum ultimum bellum Granatenſe 12. leucis Hiſpanicis diſtat ab Aſta Regia in ortum, & 13. ab Hiſpali in Eurum in limite regni Granatenſis.

¶ Zabaſpa, *Zabaſpa*, urbs Zagataiæ, ad oſtia Oxi fluvii in mare Caſpium, & in limite Perſiæ.

¶ Zairus, *le Zaire*, fluvius amplus Africæ, in Æthiopia inferiori. Oritur ex lacu *Zaire* dicto; deinde in occaſum tendens, & regnum Congi a regno Cacongi ſeparans, ibi lato æſtuario in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat.

¶ Zairus lacus, *lac de Zaire*, lacus eſt peramplus Africæ, in Æthiopia ſuperiori, & alias in Imperio Abyſſinorum, ſic dictus ab urbe *Zaire* ei adjacente ad occaſum; & ejus pars auſtralis dicitur Zamberus lacus. Ex eo autem effluit fluvius Zairus in occaſum, uti etiam Nilus fluvius ſecundum multorum opinionem. Sed Hieronymus Lupus Luſitanus aliter ſentit de Nilo in ſuo opere Conimbricæ typis mandato anno 1660. de fontibus Nili & de Æthiopia ſuperiori, in qua per 12. annos commoratus eſt.

¶ Zala, *Zalavvar*, urbs parva Hungariæ, Zaladienſis Comitatus caput, ad Zalam fluvium, 3. mill. Germanicis à Caniſia in ortum. uti 6. à Mura fluvio versùs Volceam paludem. Sala etiam antiquitus dicta fuit.

Ptol. Zalacum ſeu Zalacus, *Guanſer* incolis ex tabulis recentibus, mons Mauritaniæ Cæſarienſis, in occaſum vergens.

Zaladienſis Comitatus, *Comtè de Salavvar*, dicitur aliter Saladienſis; eſtque pars regni Hungariæ, inter Balatonium lacum ſeu Volceam paludem ad ortum, Stiriam provinciam ad occaſum, Dravum fluvium ad meridiem, & Comitatus Caſtriferrei & Veſprimienſem ad Boream. Ejus urbes præcipuæ ſunt Zala & Caniſia; ſubeſtque dominio Turcarum.

Ptol. Zaliſcus, fluvius Cappadociæ, in confinio Galatiæ, ſeu potius ipſius Galatiæ, per Paphlagoniam in mare Euxinum inter Sinopen ad occaſum & Amiſum ad ortum fluens: ſuper quo urbs ejuſdem nominis epiſcopalis eſt ſub Archiepiſcopo Amaſeno, in mediterraneis, vulgò *Bolli*, regionis primaria, eam denominans, teſte Andrea Theveto.

¶ Zaliſcus, ſeu Zalicus, fluvius Aſiæ minoris. Oritur in confinio Galatiæ; deindeque par Paphlagoniam fluens, ibi in Pontum Euxinum cadit 30. mill. paſſ. à Sinope in ortum. Sed longe à Cappadocia.

Zaliſſa, *Scander* hodie, teſte Theveto, urbs Iberiæ regia, in Armeniæ majoris confinio, à Georgianis habitata. Dicitur autem *Scander*, quaſi Alexandria, ab Alexandro Principe, ſive illius regionis Regulo,) *ad Cyrum fluvium.*) *Ptol.*

Zama, *Zamora*, teſte Marmolio, Zamamizon Ptolemæo, colonia & urbs Africæ epiſcopalis, olimque Iubæ regia, à Carthagine, teſte Livio, itinere quinque dierum diſtans, & ab Hadrumeto 300. mill. paſſ. teſte Æmilio Probo, ubi Hannibal à Scipione magna ſtrage victus eſt. Cujus vetus inſcriptio Colonia Ælia Hadriana Auguſta Zama Regia. De qua Silius libro 3. *Polyb. Plin. & al.*

Et Zama, & uberior Rutulorum ſanguine Tapſus.

¶ Zama, ſeu Zama regia, urbs Africæ. 120. mill. paſſ. diſtat à Carthagine in meridiem, & 100. ab Hadrumeto in occaſum.

Zamæ fons Africæ canoras voces reddens (auctore Plinio libro 13. capite 2. & Iſidoro ex Vitruvio) iis, qui aquas illius potant. *Plin. Vetr.*

¶ Zambeius, *Zambre*, fluvius Africæ, in Monomotapa regione. Oritur è lacu *Zachaf*, deinde auctus aliis fluviis, & in ortum tendens versùs oram Cafrorum, inibi in Oceanum Æthiopicum cadit in regno Zofalæ.

¶ Zamberus, lacus, *lac de Zambre*, in Æthiopia ſuperiori, pars eſt Auſtralis lacus *Zaire*, versùs Galas populos & regnum Monoemugi. Ei adiacet urbs *Zambre* dicta ad auſtrum.

Zametes ſeu Zames, *Zimat* nunc in tabulis recentibus, mons Arabiæ felicis, apud oram Auſtralem, ex quo Betius fluvius oriens in ſinum Arabicum influit. De quo Pontanus libro 5. Uraniæ: *Ptol.*

Betius hinc Zamete fluens lavat herbiger amnis.

Zammale, *Samael* nunc, teſte Ortelio, & *Molle*, voce detruncata, vicus Belgii, in Brabantia, apud Ghelam oppidum, inde 2. leucis diſtans in ortum, ab Arſcotio in occidentem, (*ſeu melius in Caciam.*) *Scrip. Belg.*

Zamora, olim Sentica, ſeu Sarabris, nunc *Zamora*, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Durium fluvium, in confinio regni Portugallici, ad Legionenſe ſpectans, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, à Salmantica 12. leucis, a Valliſoleto 13. in occaſum, Mirandam urbem Portugalliæ versùs. *Prov. Rem.*

¶ Zamoſcium, *Zamoſky*, urbs parva Poloniæ, ſed munita, in Ruſſia nigra & Belſienſi Palatinatu, juxta ſtagnum, Principatus titulo inſignita, 14. leucis Polonicis à Sandomiria in ortum, & 15. à Leopoli in Boream, Lublinum versùs 9. Excitata fuit magnis impenſis à Joanne Zamoſcio magno regni Poloniæ Concellario in planitie amœna, non procul à fluvio Vepro; & fruſtra tentata fuit à Coſaccis anno 1651.

Zancle, ſic Meſſana urbs Siciliæ olim appellata traditur, licet alii diverſam à Meſſana faciant: Zancle enim ab Anaxila Rheginorum tyranno everſa, non longè Meſſanam à Meſſeniis populis Peloponneſi ædificatam tradunt Olympiade 29. A Zanclo autem gigante condita traditur anno mundi 1435. ſive, teſte Diodoro, ab Orione gigante. Aliter ſcribit Nicander libro 10. illam a falce Saturni ibi abſcondita dictam fuiſſe. De ea Ovidius libro 15. Metamorphoſeon: *Strab. Plin.*

Nunc freta circumeunt: Zancle quoque juncta fuiſſe
Dicitur Italia.

Populi Zanclæi, & Zanclæus nomen gentis. Silius libro 14.

Nec Zanclæa gerunt obſcurum mœnia nomen.

Inde etiam Zancleius nomen gentis quadriſyllabum. Ovidius libro 14. Metamorphoſeon:

Oppoſitumque petens contra Zancleia ſaxa.

¶ Zanfara, *Zanfara*, regnum Africæ, in Nigritia regione, cum urbe primaria cognomine, inter regnum Gangaram, a quo ſeparatur Nigro fluvio ad Boream, & regna Beninum & Biafaram ad meridiem.

¶ Zanguebaria, *le Zanguebar*, regio perampla Africæ, in Æthiopia ſuperiori, ubi alias Barbaria regio. Extenditur a ſeptentrione in meridiem versùs oram littoralem maris Æthiopici, inter Azaniam regionem ad Boream, Æthiopiam propriam ad occaſum, & oram Cafrorum ad meridiem, ad ortum autem habet Oceanum. Eius

Ejus regna præcipua ſunt Lamonum, *de Lamo*, Melindæ, *de Melinde*, Monbaciæ, *de Monbaza*, Mongalum, *de Mongalo*, Mozambici, *de Mozambique*, & Quiloæ, *de Quiloa*, cum urbibus primariis cognominibus verſùs oram littoralem maris Æthiopici.

¶ Zanhaga, *Zanhaga*, regio Africæ, & deſertum in Zaaræ regionis parte occidentali, inter Teſſetum regnum ad Boream, Gualatam & Tombutum regna ad meridiem, Zuenzigam deſertum ad ortum & Oceanum Atlanticum ad occaſum.

Plu. ¶ Zanzibara, *Zanzibar*, inſula eſt Africæ in mari Æthiopico & in ora Zanguebariæ regionis, inter Melindam urbem ad Boream & Quiloam ad auſtrum.

Zaoportus, locus Galliæ Narbonenſis, apud Ci- plin. thariſten promontorium. Sed lectio hujus loci ſuſpecta eſt Dalechampio, cum apud neminem hujuſcemodi nomen legatur.

ptol. Zaraſpæ, populi Aſiæ, in Drangiana regione, inter Ariam & Arachoſiam: quorum urbs primaria eſt Prophthaſia. Vide ibi.

Diod. Zarattha urbs fuit Mauritaniæ Cæſarienſis, epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Iuliæ Cæſareæ, in mediterraneis.

Zarcæus, mons Mediæ, qui à Semiramide pervius factus eſt, ab eaque denominatus. Vide Zagrus, nam eſt idem.

Zareta apud Stephanum eſt fons maris Chalcedonii, Pauſ. ubi crocodili gignuntur, qui Zaretii dicuntur.

¶ Zaretra, caſtrum Græciæ, in Eubœa inſula, circa Eretriam, teſte Plutarcho.

Zarex, Zarax Polybio, *Cara* ſeu *Zara*, teſte Nigro, oppidum, mons, & portus Laconicæ apud ſinum Strab. Argolicum. Vide Zarax.

Plin. ¶ Zargidava, Mœſiæ inferioris oppidum, teſte Pto- Ptol. lemæo.

Zariaſpa, urbs Bactrianæ olim regia, & primaria, quæ Bactra Ptolemæo & Straboni, Bactrum Plinio, per quam Zariaſpis fluvius fluit. Vide Bactra. Pontanus libro 5.

Hæc quos Cardamonis populos, quos & Zariaſpes
Alluit.

Abeſt ab Alexandria Ariorum 3870. ſtadiis in ortum, teſte Strabone libro 11. Alexandria verò à portis Caſpiis 6400. Diſſita eſt inter Indiæ fines 3700. ſtadiis & Iaxartem fluvium Sogdianæ 5000.

¶ Zariaſpa, urbs Bactrianæ, in Imperio Perſarum, Ptol. Nunc eſt *Belch*, urbs ampla regionis *Mauralnaher*, in Vlpiano. Tartaria magna, teſte Sanſone.

Zarmigethuſa, & * Zarmiſogethuſa, quæ & Ulpia Trajana ex antiqua inſcriptione, *Veczel* nunc, & *Venecz*, & incolis *Varhel*, ac Sclavonicè *Gradiſch*, teſte Lazio, urbs Daciæ olim regia, nunc pagus, ab Alba Iulia 8. leucis in auſtrum, paulò à Cibinio remotior. Cuius vetus inſcriptio, Colonia Ulpia Traiana Auguſta Dacia Zarmis. Hæc Corona *Cronſtadt* dici putatur in Theſauro Linguæ Latinæ. Sed Lazio fides habenda eſt viro earum regionum peritiſſimo. (* In Seldeni manuſcripto *Zermiſegeſtuta*.)

¶ Zatecium, *Ziateck* Bohemis, *Sats* Germanis, oppidum Bohemiæ, ad Egram fluvium, 11. milliaribus Germanicis ab Egra in ortum, Litomeritium versùs 8. & 10. à Praga in Circium.

¶ Zatmarienſis Comitatus, *le Comtè de Zatmar*, provincia eſt Hungariæ ſuperioris, inter Ugoghenſem Comitatum ad Boream, Bihorienſem Comitatum ad occaſum, & Tranſſylvaniæ Principatum ad ortum & meridiem, ſub dominio Auſtriacorum; & ejus præcipua urbs eſt Zatmarium.

¶ Zatmarium, *Zatmar*, urbs parva Hungariæ ſuperioris, ſed munita, Comitatus cognominis caput, ad amnem *Samos*, in ipſo limite Tranſſylvaniæ, & ſub dominio Auſtriacorum, 10. milliaribus Germanicis diſtat à Varadino in Boream, & 14. a Tokæo in ortum.

¶ Zatoria, *Zator*, urbs Poloniæ ſuperioris, ad Viſtulam fluvium, in Palatinatu Cracovienſi, & 6. leucis a Cracovia in occaſum diſtans, versùs confinia Sileſiæ provinciæ 5. ubi Skauda amnis Viſtulæ miſcetur, arcem habens ſatis munitam. Ab ea tractus adjacens dicitur Zatorienſis Ducatus, qui ſicut Ozviecenſis Sileſiæ Polonicæ pars eſt, a Sigiſmundo Poloniæ Rege adiectus.

¶ Zavichoſtum, *Zavichoſt*, urbecula Poloniæ minoris, in Palatinatu Sandomirienſi, ad Viſtulam fluvium, 2. mill. Germanicis infra Sandomiriam. Ibi anno 1205. cæſus fuit a Polonis Romanus Ruſſiæ Princeps.

¶ Zbaraſium, *Zbaras*, oppidum Poloniæ, in Podolia inferiori & in limite Volhiniæ inferioris, ubi antea actum de pace cum Coſaccis, 10. leucis Polonicis diſtat a Braclavia in Boream, 13. a Luceoria in meridiem, uti 4. a Vviſnio viеczo, & 6. a Zboravia; eſtque Ducatus titulo inſigne Dacum Wiſnio viciorum. Ibi obſeſſus fuit Polonicus exercitus a Tartaris, & Coſaccis anno 1649. & in illa obſidione ſtrenuè ſe geſſit Jeremias Michael *de Koributh*, Wiſnio viecii. Zbaraſis, & Lubnæ Dux. Ruſſiæque Palatinus, & egregia facinera edidit; ſed anno 1651. ibi mortuus eſt.

¶ Zboravia, *Zborovv*, oppidum Poloniæ, in Ucrania 6. leucis Polonicis a Zbaraſio, cum arce munita ubi Tartari, & Coſacci victi, & grandi clade affecti fuere anno 1649. a Joanne Caſimiro Poloniæ Rege.

¶ Zliarum, *Soravv*, urbs Germaniæ, in Luſatia. Vide Sorava.

Zea, quæ & Zæa, urbs olim Bœotiæ primaria, cujus tamen hodie nulla extat memoria. Hujus meminit Stephanus ex Herodiano.

Zeb, oppidum fuit Paleſtinæ, in Tribu Manaſſe, ultra Jordanem ſeu lacum Geneſara, ac ultra Ramoth, & Jabes oppida proxima, ab eis paululùm in ortum recedens,

Zebes, regio Mauritaniæ Cæſarienſis, apud montem Auraſium: quæ *Zeb* nunc etiam nominatur, teſte Joanne Leone & mons *Auraz* incolis dicitur.

¶ Zebum *Zeb*, regio eſt Africæ in regione Biledulgerida. Dicitur etiam Zebes; eſtque inter Biledulgeridiam propriam ad ortum & Tegorarinam regionem ad occaſum, uti inter regnum Algerii ad Boream & deſertum Lemptam ad meridiem.

Zecarus, *Zecaro* vel *Zezaro* fluvius Luſitaniæ, in Tagum cum Nabane influens. Vide Ozecarus.

¶ Zeelandia, *Zeelande*, ſeu *Selande*, inſula eſt regni Daniæ præcipua, inter Scaniam provinciam Sueciæ ad ortum, & Fioniam inſulam ad occaſum, ubi Haphnia regni primaria. Dicitur meliùs Selandia. Vide ibid.

Zegira, Zigira potiùs, *Gezira* vulgò, urbs Aſſyriæ, ad Tigrim fluvium in Meſopotamiæ confinio, a Marde 60. mill. paſſ. in Boream, teſte Ammiano.

Zegzegum, *Zegzeg*, regnum Africæ in Nigritia regione, cum urbe primaria cognomine, inter Caſſeniam regnum ad Boream, & Beninum regnum ad meridiem.

¶ Zeila, *Zeila*, urbs Africe in regno Adelio, in Æthiopia ſuperiori, in ora maris Arabici, paulò extra fauces maris Rubri, cum portu capaci ad oſtia Zeilæ fluvii. Dicta fuit antea Avalites & 400. mill. paſſ. diſtat ab Aromata promontorio in occaſum, in Azania regione.

¶ Zekelhyda, *Zeklheid*, ars munita regni Hungariæ in colle, in Tranſylvania, antea ſub dominio Auſtriacorum, juxta Beretonium fluvium 22. mill. paſſ. diſtat a Varadino in Boream, Zatmarium verſus totidem.

Zela, urbs Cappadociæ nunc planè jacens, nomen tamen antiquum adhuc retinens, in Ponto Polemoniaco, apud Neocæſaream, olim clara epiſcop. ſub Archiep. Amaſeno, Zielam vocat Stephanus, quam dicit a Ziela Nicomedis filio conditam. Zela vero apud eundem eſt locus Armeniæ, qui & Artemidiſacea dictus eſt.

¶ Zelandia, *Zelande*, provincia eſt Belgii uniti Comitatus titulo clara, quinque inſulis præcipuis conſtans, inter oſtia Scaldis fluvii, nempe Valachria, *Vvalcheren*, Bevelandia Auſtrali, *Zud Bevelandt*, Bevelandia Boreali, *Nort Bevelandt*, Scaldia. *Schovven*, & Duvelandia, *Duvelandt*; fuitque alias multò amplior, ſed valdè imminuta fuit plurimis maris inundationibus, præſertim annis 1304. & 1509. Terminatur a ſeptentrione Hollandia, ab ortu Brabantia, ab occaſu mari Germanico, & a meridie Flandria; ſubeſtque tota dominio provinciarum unitarum Belgii. Ejus urbes præcipuæ ſunt Middelburgum, *Middelbour*, Fliſſinga, *Fleſſingues*, Veria, *Vere* Ziriczea, *Ziriczee*, Goeſa, *Goes*, & Tola, *Tolen*, & in ea ſunt 102. vicis ex quibus tamen quidam a mari abſorpti fuere.

¶ Zelandia nova, *Novvelle Zelande*, pars Terræ Auſtralis ſeu Antarcticæ, recens detecta a Batavis, nempè

anno

anno 1654. Extenditur a ſeptentrione in meridiem verſùs inſulas Salomonis & terram Diemeni. Sed non conſtat an ſit inſula, aut continens.

Liv. Zelaſium, promontorium Theſſaliæ, Demetriadi urbi imminens.

Hom. Strab. Zelia, a zeleo heroe condita, teſte Stephano oppidum Myſiæ, in Aſia, ad montis Idæ radices, & ad Æſapum fluvium, Cyzico urbi proximum ad 190. ſtadia inde diſtans, ab oſtio Æſapi 80. teſte Strabone, zelea Homero 2. Iliados.

Quique colunt Zeleam extrema radice ſub Ida.

Strab. Zelis (vide zilia & xilia) *Arzila*, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, in ora maris Atlantici, extra Herculis columnas, ſub Luſitanis, epiſc. olim ſub Arch. Tingitano.

P. Diac. Zellia regio Pannoniæ ſuperioris, quæ nunc Ciliensis Comitatus in Stiria dicitur. Vide Celia, uti urbs apud Ptolemeum nominatur.

¶ Zemblynenſis, ſeu Semblynienſis Comitatus, *Comtè de zemblyn*, pars eſt regni Hungariæ in ſuperiori Hungaria, ſub dominio Auſtriacorum. Terminatur a ſeptentrione Ungenſi Comitatu, ab ortu Perigenſi, ab occaſu Abanvivarienſi, & a meridie Borſanienſi. Ejus autem oppidum præcipuum eſt zemblinium.

¶ Zemblinium, *zemblin*, oppidum Hungariæ ſuperioris, Comitatus cognominis caput, ad Brodochium fluvium. Dicitur etiam *Zemlyn* a quibusdam 5. mill. Germanicis diſtat a Caſſovia in ortum, & 6. a Tokæo in Boream, ſub poteſtate Auſtriacorum.

Eutrop. Zemene, urbs Peloponneſi, in Laconica, epiſc. ſub Arch. Corinthio, nunc verò metropolis, Mainæ ſive Tænaro finitima; ſic & vulgò dicta.

Ptol. Zenobii inſulæ, ſeptem inſulæ Arabiæ felicis, parvæ ad ortum in ſinu Sachalite. Vide Sarapidis inſula.

App. Dionyſ. Zenodotia, zenodotium Stephano, oppidum fuit Meſopotamiæ, Nicephorio urbi proximum. Meminit illius Arrianus. Hinc nomen gentis zenodotius, a, um.

¶ Zenonis Cherſoneſus in Taurica Cherſoneſo teſte Ptolemæo, tractus eſt Bugem paludem ſeu ſinum diſcludens a Coreto ſinu, ſeu Mæotide palude, teſte Sanſone Totus montuoſus eſt admodum, extenditurque ad 50. mill. paſſ. a meridie nempe ab Heracleo in Boream ad Agarum promontorium, quo anguſto tantùm freto dividitur a Baſilydis Scythis, ſeu Sendica regione in parva Scythia.

Eutrop. Zenophrurium, ſeu potiùs Cœnophrurium, ideſt, novum caſtellum, locus Thraciæ ad Propontidem, medius inter Byzantium & Heracleam, ubi Aurelianus Imperator interfectus eſt.

¶ Zenophrurium, ſeu meliùs Cœnophrurium, nunc *Drepali* dicitur; eſtque caſtrum tenue in ora occidentali Propontidis, ubi incipit Borealis, 20. mill. paſſ. diſtans a Selimbria in occaſum, Heracleam verſùs paulò plùs, & 40. a Byzantio.

Porphyrogen. Zenopolis, urbs olim Pamphyliæ, epiſc. ſub Archiepiſcopo Seleucienſi, in mediterraneis, cujus ſit mentio in Synodo Conſtantinopolitana: ſic a zenone Imperatore dicta.

¶ Zeophir, & Caicapha oppida fuere circa Neapolim Phœniciæ, teſte Guillelmo Tyrio.

Pliu. Zephyre, inſula parva Cretæ ante Samonium promontorium.

Mel. Strab. Ptol. Zephyrium promontorium & urbs Ciliciæ, epiſc. ſub Archiep. Seleucienſi, inter oſtia Calycadni ad occaſum, & Corycum urbem & promontorium ad ortum, *Tarſu* nunc, teſte Nigro, zephyrium item appellatum fuit Halycarnaſſus, urbs Cariæ, ut ſcribit Stephanus.

Strab. Steph. & al. Zephyrium promontorium multiplex: Unum magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ulterioris, apud Locros, inde 3. mill. paſſ. a quo Locri Epizephyrii denominati, inter Rhegium 420. & Stylum in Boream 320. ſtadiis, *Capo Burzano*, ſeu *Capo Bruſano*, vel *Bruzano*, teſte *Mazzella*. Alterum Cretæ, in ora ad ortum. *Capo d'Altelin*, teſte Luſignano, ſed Pineto, *Capo di Mirabello*, apud Cherſoneſum urbem; Tertium Cypri, in ora occidua, apud Paphum veterum *Capo Chelidonio*, teſte Luſignano, aliis *Punta Malota*, aliis *Melonta* inter Paphum, & Drepanum. Quartum Cyrenaicæ, in ora apud Darnium urbem, proximum Nauſtathmo, *Capo di Bonandrea* Nigro, potiùs *Cataltym* Marmolio. De Zephyrio magnæ Græciæ. Ovid. lib. 15. Metamorph.

Zephyriumque legit, Caulonaque, Naritiamque.

Ubi alii legunt, *Romechiumque legit*; cum in zephirium prima ſit brevis.

¶ Zephyrium, promontorium magnæ Græciæ in ora orientali Calabriæ ulterioris, nunc *Capo Bianco* dicitur a quibuſdam. In mare Jonium excurrit, & 10. mill. paſſ. diſtat ab Herculeo promontorio in Boream Locros verſùs, prope Burzanum caſtrum. Zephyrium autem promontorium Cretæ inſulæ in ejus parte Boreali aliis eſt *Capo S. Zuane*, ſeu caput S. Joannis prope Spinam longam arcem, 12. mill. paſſ. a Mirabello caſtro in Boream.

Zerbis, fluvius Meſopotamiæ, per Alonos populos in Tigrim influens. Plin.

¶ Zerveſta, *Zerbſt*, urbs parva Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & Principatu Anhaltino, in limite Ducatus Magdeburgenſis, ſub proprio Principe. 7. milliaribus Germanicis diſtat a Vitteberga in Circium, Magdeburgum verſùs 5. & 3. a Deſſavia in Boream.

Zerynthus & zerinthos, oppidum & antrum Hecates, in Samothracia inſula. A Lycophrone Canis antrum dicitur. Inde zerinthius nomen gentis. Ovidius libro 1. triſtium elegia 9. Ovid. Lycophr. Steph. Suid.

Inde levi vento Zerinthia littora nacta.

Threiciam tetigit feſſa carina Samon.

Zeteon, oppidum Arcadiæ, cujus meminit Pauſanias libro 28. quod & zœteon Stephano dicitur. Steph.

Zetta, *zerbi*, teſte Mercatore, oppidum Africæ maritimum, apud zetham promontorium, (cujus meminit Ptolemeus) inter Syrtem parvam & magnam, ſic a Girba inſula vicina hodie dictum, a Tacapis 85. mill. paſſ. in ortum. Vide zetha apud Ptolemæum. Caſ.

Plin. Zeugitana, regio Africæ, in ora littorali, Numidiæ finitima, Tuſca fluvio eas ſeparante. Zeugitana gens chiromantica fuiſſe putatur, & hinc quos *Cingaros* dicimus, Belgæ *Egyptenaren*, & *Heylieden*, Angli *Gipſyes*, (qui a Gallis *Egyptiens* & *Bohemes* dicuntur,) qui divinando ex manus inſpectione circumvagantur, profectos tradunt.

Zeugma urbs fuit Syriæ epiſcopalis, in Comagene, ad Euphratem fluvium, ſub Archiepiſcopo Hierapolitano, a Samoſatis 72. mill. paſſ. in auſtrum, inter Germaniciam 30. & Edeſſam 45. a Dolicha 10. apud Antoninum. Ibi pons erat ſuper Euphrate, cuius adhuc veſtigia durant. Ab Iſſo urbe Cilicia 400, ſtadiis Strabon, a Seleucia Pieria 132. mill. paſſ. teſte Plinio, ab Oruro Meſopotamiæ, termino Imperii Romani, 250. mill. paſſ. in occidentem, a Seleucia magna 527. pariter in occaſum. Eius meminit Statius libro 3. ſylvarum carmine 2. Cic. Strab. Plin. & al.

Antiquæ Babylonis opes, & zeugma Latinæ
Pacis iter.

Contra zeugma in altera Euphratis ripa Apamia urbs erat munitiſſima, & ampla, 65. ſtadiis ambitu patens, ſedes Satraparum, ubi tributa ſolvebantur, teſte Plinio.

Zeugma item *Zazſebes* nunc, teſte Lazio, & *Mulenbach* Germanicè, oppidum Daciæ, in Tranſylvania, Latino recenti Zabeus, à Claudiopoli 3. leucis in auſtrum. In Theſauro Linguæ Latinæ, *Klauſenburg* nunc dici putatur; ſed Lazio magis fido.

Zeugminium, urbs Pannoniæ inferioris, apud Savi cum Danubio confluentiam. Vide Sirmium, nam eadem urbs eſt, teſte Niceta Choniata.

¶ Ziatecum, *Ziateck*, Bohemis, *Satz* Germanis, urbs Bohemiæ. Vide Zatecium.

¶ Zibitum, *Zibit*, urbs ampla Arabiæ felicis, prope fluvium cognominem, & verſùs ſinum Arabicum: Olim Saba dicta fuit. Caput eſt regnì cognominis, & capta fuit ultimo ſeculo a Turcis. Sed a paucis annis expugnata fuit à proprio Rege, cui etiamnum ſubeſt cum toto tractu. Diſtat 180. mill. paſſ. ab Adeno in Circium, & ferè 200. à faucibus ſinus Arabici in Boream; eſtque emporium celebre.

¶ Zicchi populi fuere Aſiæ, qui antea Achæi dicti, in ora Boreali Ponti Euxini & Caucaſei maris, atque inter Heniochos, & Saginas ad ortum, & Cercetas ad occaſum, ubi nunc Avogaſia regio ex parte, & Circaſſi populi.

¶ Zicchia, ideſt, Scythia, *Zicxia* apud Stephanum Diaconum in vita Stephani Junioris manuſcripta.

Zichnæ, vulgò etiam *Zichne*, teſte Leunclavio, urbs Macedoniæ epiſc. ſub Arch. Serrano, poſtea Archiepiſc. ſeu metropolis effecta, Serris proxima.

¶ Zidenum, *Ziden*, ſeu melius urbs *Giudda*, urbs Arabiæ felicis, cum portu in ora maris Rubri, alias Pudin dicta, ut credunt quidam. 60. mill. paſſ. diſtat a Meca in Africum, & 220. a Ptolemaide ferarum in ortum.

Zigg,

Plin. zigæ, zygi Stephano, populi Sarmatiæ Aſianæ, proximi paludi Mæoticæ, oram maris Euxini incolentes, vulgò hodie *Circaſſi*, Chriſticolæ. Ab his zygopolim oppidum apud Trapezuntem conditum ſcribit Stephanus.

¶ zingenhæmum, *Ziegenhaim*, urbs parva, ſed permunita Germ. in ditione Landgravii Haſſo Caſſellani. 7. mill. Germanicis diſtans à Caſſella in meridiem, uti 4. a Friſlaria, & 6. a Fulda in Circium. Ab ea tractus adiacens dicitur Comitatus zigenhæmius.

Ptol. zilia, zelis Straboni, *Arzila*, teſte Marmolio, urbs Mauritaniæ Tingitanæ, olim epiſc. ſub Arch. Tingitano, inter Tingim ad Boream 24. & Lixum in auſtrum 32. mill. paſſ. Sed apud Ptolemæum eſt mediterranea, Caſtaldo *Alger* eſt, non illa quæ Julia Cæſarea nominatur. Eſt & fluvii nomen Ptolemæo.

¶ zilia, *Arzila*, urbs alias Mauritaniæ Tingitanæ, nunc regni Fezzæ, in Hasbata provincia, probè munita, cum arce, & portu peramplo, in Ora Oceani Atlantici. 32. mill. paſſ. diſtat à Tingi in meridiem, Lixum versùs 20. fuitque alias ſub dominio Luſitanorum, poſteà Gailano Principi paruit, nunc autem Regi Fezzæ, & Marochi ſubeſt.

Sol. zimara, urbs Armeniæ maioris, ſub montis Capotis radicibus, unde Euphrates fluvius erumpit.

zimyra, urbs Ariæ in ora ad ortum.

Ptol. zingis vel zengiſa, promontorium Æthiopiæ, ſub Ægypto, in ora Azaniæ, apud Oponem, ſeu, ut alii legunt, Oponenem Emporium.

Q. Cu. zioberis, fluvius Aſiæ propriè dictæ, qui ſub terram conditus ad 300. ſtadia decurrens, rurſus emergens in Rhyndacum influit.

Sim.

Meta. zioncellus, fluvius Thraciæ, per Druſiparam urbem fluens: cuius fit mentio in paſſione S. Alexandri Martyris. Vide zorolus; nam videtur idem.

ziph oppidum fuit Iudææ, in Tribu Iuda, inter Carmelum & Hebron, Ceilæ propius, & Carmelo.

Bibl. zippa, *de Ziip*, quaſi ſentina Oceani, lacus Belgii uniti, in Hollandia Boreali, inter Alcmariam ad meridiem & Theſſeliam inſulam. Ab aliquot annis exſiccatus, munitur aggere *Hondsboch* dicto.

¶ ziricæa, *ziriczèe*, urbs munita Belgii uniti, in zelandia provincia & Scaldia inſula cum portu capaci in eius parte Auſtrali contra Scaldis æſtuarium. Dimidia leuca tantùm diſtat à Brouvershavia, ſeu Brouverii portum, 5. à Berga ad zomam in occaſum, & 3. a Midelburgo in Cæciam. Capta fuerat ab Hiſpanis anno 1575. poſt longam obſidionem; ſed poſteà fortiter recepta a Batavis, & iuxta ipſam Flandri victi, & ingenti clade affecti fuere a Gallis & Batavis anno 1304.

Ptol. ziridava, *Schæreſten*, teſte Lazio, oppidum Daciæ, in Valacchia.

¶ ziridava, urbs Daciæ, ad Naparim fluvium. Nunc aliis eſt *Targorod*, urbs munita Moldaviæ, 40. m. paſſ. à Suczova diſtans in meridiem.

Ptol. zitha, promontorium & oppidum Africæ. Vide zetta.

¶ zitia, *zeitz*, urbs eſt parva Germaniæ, in Saxonia ſuperiori & in Miſnia provincia, in tractu Novoburgico, ad Elſterum fluvium. 4. mill. Germanicis ab Altemburgo in occaſum, Ienam versùs 5. & totidem a Lipſia & a Merſoburgo in auſtrum.

¶ zittavia, *zittavv*, urbs eſt Germaniæ, in Luſatia ſuperiori, ad Neiſſam amnem, in ipſo limite Bohemiæ & ſub dominio Ducis Electoris Saxoniæ 4. mill. Germanicis ſupra Gorlitium in meridiem Pragam versùs. Ædificata autem fuit vel certè munita anno 1255. a Vvenceslao Bohemiæ Rege.

¶ zizi, *zizes*, montes Africæ, in regno Fezzæ, & in provincia *Chaus* dicta, in mediterraneis, teſte Marmolio; extenduntur que ab ortu in occaſum inter Ommirabihum fluvium & fontes Mulviæ fluvii.

¶ znoimum, *znaim* Germanis, *znoymo* Bohemis, urbs Germaniæ, in Moravia provincia, ad Teyam fluvium, in limite Auſtriæ, 7. mill. Germanicis a Bruna in Africum, & 10. a Vienna in Circium. Pluries capta, & recepta fuit ultimo bello Germanico; præſertim a Svecis anno 1645.

Eſeſi. Zoara, Segor, lib. Geneſis, olim oppidum, nunc pa-
Ioſep. gus Palæſtinæ, apud lacum Aſphaltitem, in Arabiæ pe-
Lib. trææ confinio, nunc quoque *Segor*. Zoara item apud
Not. Stephanum urbs fuit Perſidis: cuius incolæ Zoaratæ dicti ſunt.

Zoelæ, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora Aſturum: quorum urbs Zoela.

¶ Zoſala, *Zoſala*, urbs munita Africæ in Æthiopia, & Caſreria regione, in ora maris Æthiopici, in inſula ad oſtia fluvii cognominis, cum arce, ſub dominio Luſitanorum, in limite zanguebariæ, 250. m. p. à Currentium promontorio in Boream, & 340. a Mozambica in Africum.

¶ Zoſalæ regnum, *royaume de zoſala*, ſeu *de zeſala*; pars eſt Æthiopiæ inferioris, in parte Boreali Caſreriæ regionis, versùs oram Oceani Æthiopici, & intra oſtia Cuamæ & Zabmeri fluviorum, in limite zanguebariæ. Pars fuit aliàs Imperii Monoemugi; & habet urbem primariam cognominem, ſub clientela Luſitanorum.

Zogocara, urbs Armeniæ majoris, quæ *Teflis* videtur *Ptol.* Thomæ Minadojo. Sed hæc aliis potiùs eſt Artaxata, Zogocara paulò orientalior. (* in Seldeni manuſcripto *Zogoracha*.)

¶ Zolernum, *Zollern*, caſtrum Germaniæ, in Suevia provincia, Principatus cognominis caput a paucis annis, prope Hechingam urbeculam. 3. mill. Germanicis diſtat à Tubinga in meridiem, Conſtantiam versùs 9. & 2. a Danubio fluvio.

¶ Zolnocenſis Comitatus, *Comtè de Zolnock*, pars eſt regni Hungariæ, inter Torantalienſem Comitatum ad ortum, Peſtenſem ad occaſum, Hevveſienſem ad Boream, & Bathienſem ad auſtrum. Ejus caput eſt Zolnochium; ſubeſtque dominio Turcarum.

¶ Zolnochium, *Zolnock*, urbs Hungariæ, Comitatus cognominis caput, ad Tibiſcum fluvium, ubi recipit Zagivvam; eſtque permunita, ſub dominio Turcarum. Diſtat 40. mill. paſſ. a Varadino in occaſum, Budam versùs 60.

Zona, oppidum Thraciæ, circa oſtia Hebri, ubi mons *Gero.* ejuſdem nominis eſt, teſte Plinio, & Nicandro. Zone Stephano dicitur, & oppidum Ciconum fuit. Hinc Zonæus nomen gentis. Hodie haud exſtare videtur.

¶ Zontium, *Zons*, oppidum eſt Germaniæ, ad Rhenum fluvium, in ditione Archiep Colonienſis. 12. mill. paſſ. infra Coloniam Agrippinam in Boream, Duſeldorpium versùs 8. aliàſque Durnomagus dictum fuit.

Zoriga, urbs Armeniæ maioris, quam Moletius *Caramit* indigitat; cum hæc ſit Amida urbs Meſopotamiæ, *Ptol.* longè ab ea diſtans.

Zoroanda, locus in monte Tauro, in Armeniæ & *Plin.* Meſopotamiæ confinio, ubi Tigris ſub terram conditus, paulò poſt emergit.

Zorolus, fluvius Thraciæ, à Druſipara 14. mill. paſſ. fluens, ſic a Tzurulo proxima urbe dictus, cum potiùs Zurulus, vel Turulus dici debet.

Zoropaſſus, urbs Armeniæ maioris, inter Cotænam, & Nyſam, proxima Comanis Cappadociæ, ab ea in Boræam recedens. An exſtet hodie incertum eſt.

¶ Zoſiterpum, Thraciæ oppidum, teſte Procopio. *Cic.*

Zoſter, oppidum & promontorium Atticæ, inter Pi- *Strab.* reum portum & Ceam inſulam, cuius meminit Cicero *Hero.* lib. 5. epiſtolarum ad Atticum, licèt Strabo illud apud Iſthmum deſcribat; ſicut & Stephanus; qui ſic dictum ait, quòd ibi Latona zonam ſolverit, ubi incolæ piſces illi & Dianæ immolabant.

¶ Zuenziga, *Zuenziga*, regnum Africæ, in Zaara regione, cum urbe primaria cognomine, inter Targam regnum ad ortum, Zanhagam ad occaſum, Tegorarinum ad Boream & Agades ad meridiem; & in eo regno ſunt deſerta Gogdenum & Ghirum.

¶ Zuikavia, *Zuiekau*, urbs eſt Germaniæ, in Miſnia provincia & in Voigtlandia tractu, ad radices Sudetorum montium, & ad Muldam fluvium, ubi quondam Carolus magnus caſtra habuit contra Slavos. Jacuit poſteà uſque ad Henrici Aucupis Imperium, a quo reſtaurata fuit.

¶ Zuiria, *zuirie*, provincia Aſiæ, in Georgia, versùs oram occidentalem maris Caſpii, ubi aliàs Albania regio. Pars eſt Georgiæ ad ortum, ubi Tartari Dagheſtani dicti degunt. Dividitur in tres partes; & eius urbes præcipuæ ſunt *Stranu*, aliàs Albana, *zitrach*, aliàs Getara, & *Chipiche*, aliàs Cabala.

Zurobara. Vide zuroedra. *Ptol.*

zuroedra, oppidum Daciæ, quod Niger *Temeſvvar* urbem hac tempeſtate claram eſſe putat. Sed apud Ptolemæum zurobara legitur, ut in codice Græco.

¶ zuroedra, ſeu, & meliùs, zurobara, urbs Daciæ. Aliis eſt Temeſvaria *Temeſvvar*, urbs ampla & munita Hungariæ, ſub dominio Turcarum. Vide Temeſvaria.

zuru-

Cho. Zurulum. Vide Tzurulum; variè enim ſcribitur. Vide etiam Turulum.

Ptol. Zurzura, urbs Armeniæ majoris, quæ *Erzil* hodie dicitur, teſte Moletio, proxima Gervæ, & Maguſtanæ, ab eis parum in ortum recedens.

¶ Zutphania, *Zutphen*, urbs Belgii uniti, zutphaniæ Comitatus Caput, ad Iſalam fluvium, ubi recipit Berkelam. Permunita eſt & cum arce valida, ſub dominio Statuum generalium Belgii 9. mill. paſſ. diſtat à Daventria in meridiem, Doesburgum versùs totidem & 17. ab Arenaco in Cæciam.

¶ Zutphaniæ Comitatus, *Comtè de Zutphen*, provincia eſt Belgii uniti, in Ducatu Gueldriæ, ubi aliàs Uſipetes populi. Terminatur a ſeptentrione Tranſiſalana provincia, ab ortu VVeſtphalia, ab occaſu Gueldria inferiori, à qua dirimitur Iſala fluvio, & à meridie Cliviæ Ducatu; ſubeſtque tota dominio Statuum generalium Belgii. Eius autem caput eſt zutphania. Alia oppida ſunt Doesburgum, Grolla, & Dotechemum.

¶ Zuvolla, *Zuvol*, urbs Hanzeatica Belgii uniti in Tranſiſalania provincia ad fluviolum Aam, qui mox cadit in Vidrum non procul ab Iſala fluvio, ex quo vallum perductum eſt, & tria caſtra. Urbs eſt munitiſsima, 8. mill. paſſ. ab oſtio Iſalæ, & ab ora maris Auſtrini in ortum, & 18. a Daventria in Boream, Leovardiam versùs 44. circiter.

Zuzidava, urbs Daciæ, quam Lazius *Galumbacz* interpretatur; ſed hæc apud Danubium in Myſia eſt, non in Dacia. Plin.

¶ Zuzidava, urbs Daciæ, aliis eſt *Huſz*, oppidum ad fluvium Geraſium, in Moldaviæ Principatu. Strab. Steph.

Zygactes, fluvius Thraciæ, juxta Philippos urbem Macedoniæ, in confinio fluens: ubi Plutonem currum, quo Proſerpinam raptam vehebat, fregiſſe fabulantur.

Zygi, populi Sarmatiæ Aſianæ apud Boſphorum Cimmerium incolentes. Vide Zigæ. Strab.

Zygopolis, urbs Cappadociæ, ultra Trapezuntem in Colchorum confinio.

Zygris, *Solonet*, teſte Caſtaldo, urbs epiſcopalis Marmaricæ maritima, inter Catabathmum magnum ad occaſum, & Paratonium in ortum. Zygritæ ibidem populi Ptolemæo. Epiſcopi zygrorum meminit D. Athanaſius. Ptol.

Zymna, oppidum Syriæ, inter Cyrrhum & Edeſſam; cujus hodie nulla exſtat memoria apud recentiores. Ant.

Zyras, fluvius Thraciæ, apud Dionyſiopolim (quam alluit) Pontum Euxinum ſubiens in Myſia inferiori, licèt ex Thraciæ montibus originem trahat. Plin.

¶ Zyras, fluvius Mœſiæ inferioris, nunc *Varne* dicitur, & infra Varnam urbem in Pontum Euxinum cadit.

IN-

MICHAELIS ANTONII BAUDRAND PARISINI NOTÆ, ET ADDITIONES EXCERPTÆ

EX EJUS LIBRO

GEOGRAPHIÆ

ORDINE LITTERARUM DISPOSITÆ.

OCCITANIA, *le Languedoc* incolis, *la Linguadocca* Italis, provincia ampla Galliæ, quæ aliquando Languedocia dicitur à recentioribus; ubi olim, pars occidentalis Galliæ Narbonenſis, & in ea Volcæ Arecomici, Volcæ Tectoſages, Gabali, Helvii, & Velauni, uti poſtea Gallia Gothica, & deinde Comitatus Toloſanus; terminatur ab oriente Rhodano fluvio, quod dividitur à Delphinatu, & Provincia; ab Occidente Garumna fluvio, quo à Vaſconia ſeparatur; à Meridie Comitatu Ruſcinonenſi, & Mari Mediterraneo; à Septentrione verò provinciis Cadurcenſi Ruthenenſi, Alvernia, & Forenſi, ſicque eſt perampla, & ex præcipuis Regni Franciæ provinciis, tum ob fertilitatem, tum ob amœnitatem. Dividitur ſæpius in tres partes, nempe in Occitaniam Superiorem, *le haut Languedoc*, in Occitaniam inferiorem, *le bas Languedoc*; & in Cemmenicum tractum, *les Sevennes*, ſub quibus ſunt viginti duæ Diœceſes ſeu tractus; In Occitania Superiori, quæ ad Occaſum, & versùs Garumnam ſunt Diœceſes Toloſana, Montalbana, Rivenſis, S. Papuli, Vaurenſis, Mirapincenſis, Albigenſis, Caſtrenſis, & Apamienſis, ſeu Comitatus Fuxenſis; In Occitania inferiori, quæ ad Meridiem versùs mare Mediterraneum, & Provinciam ſunt Diœceſes Narbonenſis, Alethenſis, Carcaſſonenſis, S. Pontii, Bliterrenſis, Lutevenſis, Agatenſis, Monſpeſſulanus, Nemauſenſis, & Ucetienſis; Sub Cemmenico tractu ſunt Gabalitanus tractus *le Givaudan*, Vivarienſis tractus *le Vivarais*, & Velauni *le Velay*, quamquam hic tractus ultimus non ſit propriè in Cemmeniis montibus: Et totius Occitaniæ præcipua urbs eſt Toloſa, quæ Superioris caput, ut Mons-Peſſulanus Inferioris. Hinc Occitani populi, *les Languedochiens* vulgò.

Orbis ſive Mundus, *le Monde*, *ou la Terre Univerſelle* Gallis, *il Mondo*, *ò la Terra Univerſale* Italis, *el Mondo*; *ò el orbe de la Tierra* Hiſpanis, *die Vvelt* Germanis, *Suviat* Polonis, *The Vvorld* Anglis, & *de Vvereldt* Belgis, fermè ad finem ſæculi decimi quinti in tres partes diviſus erat, nempè in Europam, Aſiam, & Africam; ſed ex eo tempore ex Europæis Chriſtophorus Columbus primum, mox Americus Veſpucius, & alii novas detexere Regiones, quorum veſtigiis inſiſtentes Hiſpani, Galli, Angli, & Belgæ, tantumdem terræ detexere, quantum ab antiquis cognitum erat, & ſuis Coloniis regiones ampliſſimas implevere; ab hoc tempore Orbis dividitur in antiquum orbem, ſeu ab Antiquis cognitum, & in novum ſeu recens detectum. In orbe antiquo ſunt tres partes, nempè Europa, *l'Europe*, quæ aliis minor eſt, ſed magis populoſa, & culta, Africa, *l'Afrique*, quæ Europæ ſubjacet, & ab ea Mediterraneo mari dirimitur, per Æquatorem ſecta, & Aſia, *l'Aſie*, quæ nobis aliquando *le Levant*, Europæ, & Africæ ſubtenditur. In orbe novo, ſeu recens detecto eſt America, *l'Amerique*, ſeu India Occidentalis, quæ duplex eſt, nempè America Septentrionalis, quæ aliquando Mexicana dicitur ab ejus urbe præcipua, & America Meridionalis, quæ etiam Pervana dicitur. Præter has quatuor orbis partes ſunt etiam duæ aliæ, nempè Terra Arctica ſeu Borealis incognita, *la terre Arctique*, in qua nova Zemla, Gronelandia ſeu Terra Viridis, & Spirtzberga, ſeu Regio Montium Acutorum, cum aliis plurimis ſinibus, & fretis; Et terra Antarctica, ſeu Auſtralis incognita, *la terre Auſtrale* in qua nova Hollandia, nova Zelandia, terra Auſtralis Spiritus Sancti, terra Concordiæ & Magellanica, cum multis inſulis, & Regionibus ad Auſtrum extenſis; de quibus ſive de Arcticis, pauca, aut nulla ſunt dicenda; & de his ultimis partibus nondum conſtat, quæ ſint orbis antiqui, & quæ partes orbis novi; Ex his autem dignoſcitur orbis partes cognitas eſſe quatuor, nempè Europam, Aſiam, Africam, & Americam, & duas ferè incognitas, ſcilicet terras Arcticas & terras Antarcticas.

Pedemontium, *il Piemonte* Incolis, *le Piemont* Gallis, *el Piamonte* Hiſpanis, *das Pemund* Germanis, provincia Italiæ, ſic dicta quaſi ad pedes montium, Principatus titulo clara, & ſub dominio Ducis Sabaudiæ, ubi olim Gallia ſubalpina; Ampla eſt, & probè culta, atque rigua, extenſa inter Ducatus Mediolanenſem, & Montisferrati ad ortum, Genuenſem ditionem, & Comitatum Niceenſem ad meridiem, Delphinatum, & Sabaudiam ad occaſum, à quibus ſeparatur Alpibus Cotiis, & Graiis, & Ducatum Auguſtanum atque minutam partem Ducatus Mediolanenſis ad Septentrionem. A Pado fluvio bifariam ſecatur; & ejus partes ſive tractus ſunt Pedemontium proprium, ſive ſtrictè ſumptum, *il Piemonte*, & ejus annexa, nempè Marchionatus Salutiarum *il Marcheſato di Saluzzo*, Aſtenſis Comitatus *il Contado d'Aſti*, cujus pars eſt Marchionatus Cebæ; Vercellenſis ager, *il Vercelleſe*, Bugellenſis ager, *il Bielleſe*, Albenſis tractus, *l'Albeſano*, & pars Montisferrati, quæ conceſſa fuit Duci Sabaudiæ pace Claraſci ſancita. Totius autem Provinciæ caput eſt Auguſta Taurinorum, *Torino*, ubi etiam ſedes Ducis Sabaudiæ. Et notandum quod Carolus Emanuel I. Dux Sabaudiæ ad majorem commoditatem, Pedemontium, ſeu potiùs ejus ditiones Tranſalpinas, excepto Ducatu Auguſtano, qui ſub Sabaudia cenſetur, deſtribuit in duodecim partes parvas, provincias ſive præfecturas dictas, quibus poſtea additæ fuerunt quatuor aliæ à Duce Victore Amedeo ejus ſucceſſore; ſicque nunc Pedemontium cum ejus annexis dividitur in 16. provincias ſive partes, teſte etiam Franciſco Auguſtino ab Eccleſia Epiſcopo Salutiarum. Earum verò nomina ſunt Provincia Taurinenſis, *la Provincia di Torino*, Eporedienſis, *d'Jurea*, Vercellenſis, *di Vercelli*, Bugellenſis, *di Biella*, Seguſina, *di Suſa*, Montis Regalis, *di Mondovi*, Cunei, *di Cunio*, Aſtenſis, *d'Aſti*, Chierii, *di Chieri*, Saviliani, *di Savigliano*, Salutienſis, *di Saluzzo*, Pinaroli, *di Pinarolo*, Albenſis, *d'Alba*, Tridinenſis, *di Trino*, Foſſani, ſive Claraſci, *di Foſsano*, *o di Cheraſco*, & Carmaniolæ, *di Carmagnola*; hinc Pedemontanus nomen gentis *Piemonteſe* vulgò Italis, *Piemontis* Gallis, & *Piamontes* Hiſpanis.

Polonia, & Poloniæ Regnum, *PolsKa* incolis, *die Polen* Germanis, *la Pologne* Gallis, *la Polonia* Hiſpanis, & Italis, *Poland* Anglis, Regnum eſt Europæ, peramplum ubi olim pars Sarmatiæ Europææ, cum parte orientali Germaniæ prope Viſtulam fluvium; ſic dicitur à voce *Pole*, quod planitiem, & venationem Slavis ſignificat, cum tota Regio plana ferè, apertaque ſit, & venationi admodum apta. Terminatur à Septentrio-

ni mari Baltico, ſive orientali, Livonia Svecica, & Moſcovia, ſive Ruſſia Magna, & Nigra, à qua etiam & à campis deſertis versùs Tartariam minorem terminatur ab ortu: ab occaſu verò Germania, & à meridie Hungaria Trans-Danubiana, Tranſylvania, & Valachia. Dividitur autem in duas partes inæquales, nempè in Poloniæ Regnum proprie dictum, vulgò *Kroleſtuuo Pols*Kie, & *Korona Pols*Kie incolis, *le Royaume de Pologne* Gallis, in quo pars major ad occaſum, & meridiem extenſa, & in magnum Ducatum Lithuaniæ, vulgò *Vviel*Kie *Xieſtvvo Litevvs*Kie indigenis, *le grand'Duche de Lithuanie* Gallis, ſub quo minor pars ad Septentrionem, & ortum excurrens.

Poloniæ Regni, ſtrictè ſumpti partes ſunt tres, nempè Polonia minor, *Mala Pols*Ka, cujus caput eſt Cracovia totius Regni primaria, Polonia major, *Vviel*Ka *Pols*Ka incolis, cujus caput Gneſna, ſub qua cenſentur Mazovia, *Mazovvsze* vulgò, cuius præcipua Varſavia Regia ſedes; & Ruſſia Rubra *Ruſſ*, cujus primaria Leopolis, & ſub qua comprehenduntur Volhinia, & Podolia; his tribus partibus Regni Poloniæ additur Pruſſia Regia, vulgò *Pruſſy* dicta. Lithuania verò *Litvva* ſive Magnus Ducatus Lithuaniæ, cujus caput eſt Vilna, ſeparatur à Poloniæ regno ſtrictè ſumpto, ſed eidem Regi ſubeſt, ex quo anno 1386. Regno Poloniæ adjecta fuit per Jagellonem Ducem, qui poſtea Uladislaus Rex dictus fuit, & ſub ipſa cenſetur Samogitia provincia; & notandum quod in titulis Regis 14. numerantur Provinciæ ſeu partes eo ordine, nempè Poloniæ Regnum, Magnus Ducatus Lithuaniæ, Ruſſia, Pruſſia, Mazovia, Samogitia, Livonia, Volhinia, Kiovia, Podolia, Podlachia, Smolenſca, Severia, & Czernichovia.

Poloniæ Regnum Latè ſumptum; dividitur etiam perſæpè in 34. Palatinatus, ſive præfecturas, & Vaivodias, vulgò *Vvoievvodztvvo* dictas, cùm Palatinatus vocetur *Vvoievvoda* vulgò, quaſi Dux belli ſive copiarum, ſub quibus ſunt 87. Caſtellaniæ; & de his Palatinatibus notandum, quod tres ſunt in Polonia minori; nempè Cracovienſis, Sendomirienſis, & Lublinenſis: in Polonia majori ſeptem, videlicet Poſnanienſis, Kaliſſienſis, Lencicienſis, Breſtenſis, Inoullodislavienſis, Siradienſis, & Ravenſis, quibus adduntur tres Palatinatus Mazoviæ, ſcilicet Plocenſis, Podlachiæ, & Mazoviæ cum terra Dobrinenſi; in Ruſſia ſive Ruſſia Rubra ſunt Palatinatus ſex, nempè Ruſſiæ, Podoliæ, Volhiniæ, Belzenſis, Braslavienſis, & Terra Chelmenſis; in Pruſſia ſunt tres Palatinatus Culmenſis, Mariæburgenſis, & Pomeraniæ; in Lithuania ſunt tres Palatinatus Vilnenſis, Trocenſis, & Breſcienſis, quibus adduntur Palatinatus ſex Ruſſiæ Albæ ſive Lithuaniæ, videlicet Novogrodenſis, Mſcislavienſis, Vitebſcenſis, Miſcenſis, Polocenſis, & Smolenſcenſis, atque Samogitia provincia, quamquam non dicatur Palatinatus; & in Livonia ſunt Palatinatus Derpatenſis, Parnavienſis, & Vendenſis; ſed notandum quod hi tres Livoniæ nunc ſubſunt Regi Sveciæ, & poſt pacta Olivenſia cum ipſo inita anno 1660. erectus eſt unus Palatinatus, & Caſtellanus Livoniæ; Smoleſcenſis paret Magno Duci Moſcoviæ, Podolia ſubeſt pro majori parte Turcarum Imperatori, & Kiovienſis Palatinatus partim agnoſcit Magnum Ducem Moſcoviæ, & ex parte ſubeſt Ucraniæ Principi, ſicque ex his imminutum eſt Regnum Poloniæ, à quo fiduciario jure pendet Curlandiæ Ducatus in Livonia, uti dominia Bithovii, & Lavemburgi in Pomerania ulteriori, quæ conceſſa ſuere Electori Brandeburgico, Antea etiam Pruſſia Ducalis feudalis erat Poloniæ, ſed ab anno 1657. ex hoc onere ſe exemit Elector Brandeburgicus, qui illam obtinet jure ſupremi dominii quantum linea ejus duraverit, pactis Bydgoſtienſibus, & ſub Polonia comprehenditur maior pars Comitatus Scepuſienſis in Hungaria ſuperiori. Hinc populi Poloni, Polack vulgò ſibi, & Germanis, *les Polonois* Galli, *li Polacchi* Italis, *Polish* Anglis, qui Pulani dicti fuere in hiſtoriis mediæ ætatis.

Poloniæ Regni Palatinatus ſive Prefectura,
Vaivodia dicta, quo ordine inter ſe
cenſentur.

Palatinatus Cracovienſis, *Vvoievvodztvvo* Krokovvs*kie*.
Palatinatus Poſnanienſis, *Vvoievvodztuuo Poſnans*Kie.
Palatinatus Vilnenſis, *Vvoievvodztvvo Vvilinskie*.
Palatinatus Sendomirienſis, *Vvoievvodztuuo Sendomirs*Kie.
Palatinatus Kaliſſienſis, *Woiewrdztwo Kaliskie*.
Palatinatus Trocenſis, *Woiewrdztwo Trockie*.
Palatinatus Siradienſis, *Woiewodztwo Sirackie*.
Palatinatus Lencicienſis, *Woiewodztwo Lenczyckie*.
Palatinatus Breſtenſis, *Woiewodztwo Brieſckie*.
Palatinatus Kiovienſis, *Woiewedztwo Kiowskie*.
Palatinatus Inoullodislavienſis, *Woiewodztwo Inoulodislawskie*.
Palatinatus Ruſſiæ, *Woiewodztwo Ruskie*.
Palatinatus Volhiniæ, *Woiewrdztwo Wolinskie*.
Palatinatus Podoliæ, *Wioewodztuuo Podols*kie.
Palatinatus Smolenſcenſis, *Woieuuodztuuo Smolenskie*.
Palatinatus Lublinenſis, *Woieuuodztuuo Lubels*kie.
Palatinatus Polocenſis, *Woicnuodztuuo Polockie*.
Pblatinatus Belzenſis, *Woieuuodztuuo Belzkie*.
Palatinatus Novogrodenſis, *Woieuuodztuuo Nouuogrockie*.
Palatinatus Plocenſis, *Woieuuodztuuo Plockie*.
Palatinatus Vitebſcenſis, *Woieuuodztuuo Witebskie*.
Palatinatus Mazoviæ, *Woieuuodztuuo Mazouuieckie*.
Palatinatus Podlachiæ, *Woieuuodztuuo Podlaskie*.
Palatinatus Breſcienſis, *Woieuuodztuuo Brieſcinskie*.
Palatinatus Ravenſis, *Woieuuodztuuo Ravvskie*.
Palatinatus Culmenſis, *Vvoieuuodztuuo Chelminskie*.
Palatinatus Mſcislavienſis, *Vvoieuuodztuuo Mſcislauuſ*Kie.
Palatinatus Mariæburgenſis, *Vvoieuuodztuuo Malborſ*Kie.
Palatinatus Braclavenſis, *Vvoieuuodztuuo Braclauus*Kie.
Palatinatus Pomeraniæ, *Vvoieuuodztuuo Pomorskie*.
Palatinatus Minſcenſis, *Vvoieuuodztuuo Minskie*.
Palatinatus Vendenſis, *Vvoieuuodztuuo VvendsKie*.
Palatinatus Derpatenſis, *Vvoieuuodztuuo Derpskie*.
Palatinatus Parnavienſis, *Voieuuodztuuo Parnauus*Kie.

Pontus Euxinus, antea dictus Axenus, ideſt inhoſpitus, teſte Plinio, qui Amazonius Claudiano, Scythicus Valerio Flacco, & Tauricus Feſto, mare eſt inter Europam & Aſiam extenſum ab ortu in occaſum, inter Moeſiam inferiorem, & Thraciam ad Occidentem, Aſiam minorem ad meridiem, Colchidem ad orientem, & Sarmatiam utramque Europæam nempè, & Aſiaticam ad Septentrionem, Strabone teſte: dictum fuit etiam mare Cimmerium Herodoto, Oroſio, mare Ponticum Straboni, Tacito, Plutarcho, mare Colchicum Straboni, atque mare Sarmaticum Ovidio. Hodie mare nigrum vulgò *la mer Noire*, ſeu *la mer Majeur* Gallis, *il mar Maggiore*, ſive *il mar Negro* Italis, *das Schuuartzzeè* Germanis, *Zorno more* Ruſſis, *Cara denghiz* Turcis, *Mauro Thalaſſa* Græcis, *Czarne Morſe* Polonis, & *the Blanch ſea* Anglis; Ejus major longitudo ab ortu in occaſum eſt 800. mill. paſſ. latitudo autem à Septentrione in Meridiem eſt 350. mill. paſſ. Ejus autem præcipuæ partes ſunt mare Caucaſeum versùs Sarmatiam Aſiaticam, vulgò *la mer de Circaſſie*, & mare Colchicum ſive Phaſianum versùs Colchidem, nunc *la mer de Mengrelie*, uti etiam Carcinites ſinus, vulgò *le Golfe de Moſcoviè*. Ei conjungitur Palus Mæotis per Boſphorum Cimmerium ad Septentrionem, uti & Propontis per Boſphorum Thracium ad meridiem, vixque 375. mill. paſſ. diſtat ab ora proximiori maris Caſpii in occaſum, teſte Plinio, illud verò hodie circumſtant hæ regiones Aſia minor ſive Natolia, Mengrelia, Circaſſia, Tartaria minor, Bulgaria inſerior, & Romania, ejus verò omnes Poetæ meminere.

Portus Naonis, *Pordenone* incolis, *Portenau* Germanis caſtrum Italiæ, in ditione Veneta, & in Foro-Julienſi provincia, versùs confinia Marchiæ Tarviſinæ, 18. mill. à Ceneta in ortum, & 28. ab Utino in occaſum hybernum; & quoniam Imperator hujus loci titulum gerit, cum aliis ſuis titulis, & vocat ſe Dominum Portus Naonis, liceat mihi idcirco pauca de hoc dicere, ut videamus qua ratione id fiat. Antiquitus Imperatores dederant provinciam Foro-Julienſem Patriarchis Aquilejenſibus, poſtea Ottocanus Rex Bohemiæ, & Dux Auſtriæ atque Carinthiæ bello petiit Patriarcham, cui ademit Portum Naonis, ſed deinde à Rodolpho Imperatore Auſtriaco victus, & cæſus, hoc caſtrum tranſiit in ditionem Auſtriacorum, ſuccedentibus temporibus, & poſt multa bella inter Rempublicam Venetam, atque Patriarchas Aquilejenſes, tandem pace ſancita

anno

anno 1455. Foro-Julienſis provincia remanſit Juris Venetorum, ſed Portus Naonis ſuberat dominio Auſtriacorum, uti antea, donec anno 1508. Veneti hoc caſtrum expugnarunt, at poſt confectum fœdus Cameracenſe, non ſolum Maximilianus Imperator Portum Naonis recepit, ſed etiam omnem Foro-Julium occupavit, verum mutata ſorte armorum, Veneti de novo hoc caſtrum expugnarunt, & tandem Venetæ Reipublicæ conceſſum fuit perpetuo, pace inita Bononiæ cum Carolo V. Imperatore anno 1529. Attamen Imperatores Auſtriaci ſemper titulum dominii hujus loci retinuerunt, in ſuis litteris; & quam vis hoc caſtrum dicatur Portus Naonis, tamen 18. mill. paſſ. diſtat ab ora maris Adriatici in Buream, eſtque in Planitie pulcherrima; de eo & de aliis plurimis locis multa, eaque preclara nobis pro ſua ſumma benignitate communicavit Excellentiſſimus Baptiſta Nanius Venetus, Divi Marci Procurator, Vir doctiſſimus, & de re litteraria optime meritus.

Presbyteri Joannis Imperium, ſeu Pretioſi Joannis, *l'Empire du Preſte Jean*, ubi fuerit non ſatis conſtat. Exiſtimant tamen doctiores plurimi fuiſſe in Aſia, versùs Tartariam; quanquam alii malè Abaſſinorum Imperatorem Presbyterum Joannem vocarint; de cujus erroris origine ſic diſſerit Godignus lib. 1. cap. 5. Magnus Indiarum Præsbyter Joannes, ſic enim antiquiores Hiſtorici ipſum vocant, Chriſtianus erat; eorum de numero, quos hæreſi ſua Neſtorius infecerat, in illis imperabat regionibus, quas ea continet Scythia, quam extra Imaum montem Ptolemæus conſtituit, à qua fortè nihil illæ provinciæ differunt, quas Marcus Paulus Venetus Tenducum, Ortelius Argum, Ayton Armenus Tarſem appellarunt; ferunt tam longè latèque fuiſſe dominatum, ut 72. Reges partim Chriſtianos, partim Ethnicos habuerit ſubditos, præterea in honorem Jonæ vatis, dictum apud ſuos Jonanam, id autem fuiſſe omnium, qui Imperium illud tenebant commune nomen, ut de Ægypti Pharaone dictum eſt. In his autem occiduis Eccleſiæ latinæ partibus Joannem ſolitum appellari; addito Presbyteri vocabulo, non quod Sacerdos eſſet, ſed quia Archiepiſcopi more, quando prodibat in publicum unum habebat in Comitatu, qui erectam crucem præferet, qua ſe religionis Chriſtianæ defenſorem Pretejannes prædicabat. Multos hoc Imperium annos floruit, donec ad Davidem quendam ventum, qui à quodam ſuo Duce Cinge dicto victus prælio, & Imperii gloriæ, & Presbyteri Joannis nominis finem impoſuit. Victor enim Cinges anno ſalutis 1187. Imperator ab exercitu creatus, & à Scythis receptus, pro Presbytero Joanne Ularcanus cæpit nuncupari. Inde quoque rerum Chriſtianorum ingens ſtrages conſecuta, ſenſim enim prævalere contra Chriſtianos Ethnici, diminui religio, gentilia ſacra inferri, unus tunc ſuperfuit ex tanta calamitate Rex, qui Neſtorianas collegit reliquias, nec ipſe tamen diu vixit, nec deinde alii contra prævalentes Tartarorum vires caput ampliùs erigere potuere. Quo tamen errore Presbyteri Joannis nomen Abaſſino Imperatori datum ſit, jam apertum facio. Eo tempore quo novas terrarum plagas maritimo curſu Luſitani inquirebant, magna per Europam celebritate ferebatur Presbyteri Joannis nomen, dicebatur enim eſſe Imperator potentiſſimus, multorum Regnorum Dominus, Religione Chriſtianus, quo tamen orbis loco erat incognitum. Ergo cum Petrus Covillenius, quem Joannes II. Luſitaniæ Rex ad eum Principem per Mediterraneum primum mare, terreſtri deinde itinere inveſtigandum miſerat. In Aſiatica India ad quam devenerat, audiſſet in ea Æthiopia, quæ ſub Ægypto eſt, Principem quemdam eſſe longè maximum qui Chriſtianam profiteretur Religionem, ad ipſum ſe contulit, cumque multa apud illum reperiſſet, quæ de uno Presbytero Joanne conſtanti fama apud Europæos percrebuerat, credidit illum ipſum eſſe, qui Præsbyter Joannes dicebatur; hic igitur primus fuit qui Abaſſinum Imperatorem eo cæpit nomine appellare, eum deinceps cœteri imitati, qui conſequentibus annis Æthiopiam ſunt ingreſſi, eumdem errorem facilè in Europam invexere.

Roma, urbs Latii caput, & Italiæ primaria, à Romulo & Remo Fratribus condita, primò Palatinum, deinde Capitolinum, alioſque montes tenuit, propriis parens Regibus, quibus ejectis, Reſpublicæ Romanæ ab ea dictæ præcipua effecta, adeo crevit, ut ſucceſſu temporis, & ſub Imperatoribus præſertim, totius orbis tunc cogniti maxima fuerit, & Imperii Romani caput, nunc Roma dicitur incolis, *Romm* Germanis, *Riimu* Illiricis, eſtque etiam nunc totius Italiæ præcipua, & ſedes Pontificis maximi, cui ſubeſt a pluribus ſæculis, poſita partim in 7. Montibus, partim in vallibus, campiſque ſubjectis ad Tiberim fluvium, ejus ambitus eſt 13. mill. paſſ. & in mœnibus ultra trecentæ turres parvæ numerantur, multis tamen ex his collapſis, portæ verò urbis in univerſum ſunt 20. & Regiones, ſeu partes ſunt 14. *li Rioni* dictæ, cum olim totidem extarent, jam à tempore Auguſti Imperatoris, & pontes ad Tiberim fluvium quinque, ex quibus unus partim dirutus jacet, cum olim eſſent octo. Urbs ipſa caput eſt Provinciæ, *la Campagna di Roma* ab ea dictæ; & trans Tiberim habet etiam ſuburbium amplum alias Civitatem Leoninam dictum, nunc Burgum, *il Borgo*, intra muros incluſum, & ab Urbano VIII. Pontifice Maximo munitum, una cum arce valida ei adjacente, olim dicta moles Hadriani, nunc caſtrum S. Angeli, *il Caſtel S. Angelo*. Roma quæ revera pulcherrima exiſtit, pulchrior in dies evadit, ornaturque ſplendidiſſimis ædificiis à Summis Pontificibus: ſicque tum Imperatorum ſuorum munificentia, tum Pontificum pietate ad eum ſplendorem pervenit, quem faciliùs admirare, quam intelligere poſſumus, & intelligere, quam explicare; 300. circiter Eccleſiæ ſunt in ipſa, pro majori parte nobiles, & ornatiſſimæ, & ejus præcipua Eccleſia, quæ & Patriarchium, eſt Baſilica S. Joannis in Laterano, ab Innocentio X. ex parte reſtaurata. Sed Baſilica S. Petri in Vaticano, totius orbis facilè pulcherrima eſt Eccleſia, & ſumptuoſiſſima, ad miraculum uſque excitata, à Conſtantino Magno, primùm ſumptuosè extructa, & quam antiquitate obſoletam Julius II. Pontifex Maximus à fundamentis renovare cæpit, ſubſequentes Pontifices proſecuti ſunt, & Paulus V. abſolvit, & adjacet Palatium Pontificium Vaticanum ſuperbiſſimum. Sed Summus Pontifex pro maxima anni parte commoratur in Palatio Quirinali, vulgò, *Monte-Cavallo* dicto. Sunt etiam in ea urbe plurima Palatia nobiliſſima, & Academia ſeu Univerſitas Studiorum perantiqua, cum plurimis Collegiis in quibus eminet Collegium Romanum dictum, de his, & de aliis urbis ædificiis, tum antiquis, tum recentibus, pluribus, & doctiſſime ſcripſerunt Onuphrius Panvinus, Janus Jacobus Boiſſardus, Juſtus Lipſius, Jacobus Laurus, Paulus Merula, Philippus Cluverius, Famianus Nardinus, & Floravantes Martinellus, cum aliis. Diſtat urbs Roma 12. milliaribus ab oſtiis Tiberinis, & ab ora maris Tyrrheni in Septentrionem, 120. à Neapoli, & 60. à Tarracina in occaſum æſtivum, Florentiam versùs 140. & Genuam 300. ab Ancona verò 135. & Laureto 120. in meridiem; pluries capta fuit, primùm à Senonibus Gallis anno urbis conditæ 362. Olympiadis 97. anno 3. Secundo à Gothis ſub Alarico Rege anno ſalutis 410. Tertiò à Vvandalis ſub Geinſerico Rege anno ſalutis 455. Quartò ab Herulis 18. annis poſteà. Quintò ab Oſtrogothis 14. poſt annis. Sextò à Totila Gothorum Rege 12. annis. Et ſeptimò die 6. Maij anno 1527. expugnata fuit, & miſerè vaſtata ab Hiſpano exercitu Caroli V. Imperatoris. Populi Romani, *i Romani* vulgò, *les Romains* Gallis, *los Romanos* Hiſpanis, *Rimski* Illiricis, *Romers* Germanis, & *Rzymiatzin* Polonis, olim etiam Quirites dicti, & Romuli, Romulæi, & Romulidæ Poëtis.

Rubicon, fluvius parvus Galliæ Ciſpadanæ, illam ab Italia ſeparans Plinio, Svetonio, Straboni, & Ptolemæo, ubi à populo Romano Cæſari interdictum ne ulterius armatus procederet, nunc vulgò creditur, *il Piſatello*, amnis Romandiolæ, qui versùs ortum *Rico* dicitur, & propè Cæſenam urbem fluens, vix 2. milliaribus ab ea in ortum Ariminum versùs 18. diſtans, poſteà amiſſo proprio nomine, *il Fiumicello di Savignano* dictus, nomine à fluviolo ad Savinianum oppidum decurrente, cui miſcetur accepto, in mare Adriaticum ſe exonerat, 10. milliaribus ab Arimino Portum Cæſenaticum versùs 4. teſtibus Blondo, Leandro, & Cluverio, ut etiam multis probare nititur Scipio Claromontius, quam etiam opinionem Cæſenates tuentur, inſcriptione marmorea erecta anno 1546. ad Piſatellum fluviolum; quam etiam nuper reſtaurari curarunt, à Cardinali Litta, quemadmodum nos ipſi per ea loca tranſeuntes vidimus anno 1667. Sed de Senatus conſulto in illa inſcriptione referto putat Cluverius cum doctioribus commentum eſſe, & Ariminenſes exiſtimant Rubiconem fluvium eſſe, qui inter Savinianum &. Ariminum decurrit, vulgò *Luſo* quod is Svetonio, & aliis per agrum Ariminenſem fluere dicatur, & Plinius ſic fluvios recenſet,

ſet, qui in Adriaticum ſe exonerant, Ariminum, *Marecchia*, Apruſa, *Apeſa*, Rubicon, quem ſic interpretantur *Luſo*, & Sapis, *Savio* cum *Piſatello* ſit amnis parvus, ſeu torrens, qui in Saviniani fluviolum ſe exonerat, non autem in Adriaticum mare. Luſus verò *Luſo* fluvius parvus, in mare ex ſe ipſo labitur, quàm etiam opinionem Luſi fluvii Rubicon olim dicti tuentur Malateſta, Porta, & Cæſar Clementinus; ſed pluribus eam probare nititur Jacobus Villanius in ſua erudita diſſertatione de Ariminenſi Rubicone.

Ruſſia, *Rusz* incolis, *la Ruſſie* Gallis, *die Ruſſlandt* Germanis, *Ruſſia* Anglis, pars ampla Regni Poloniæ, inter Poloniam ad occaſum, Lithuaniam ad ſeptentrionem, Moſcoviam ad ortum, & Transſylvaniam & Valachiam ad meridiem: extenditur ad 150. milliaria, & dividitur in duas partes, nempè in Ruſſiam Albam, ſive Lithuaniam ad Septentrionem, que ad magnum Ducatum Lithuaniæ ſpectat, & in Ruſſiam Rubram ad meridiem, & quæ propriè dicitur Roxolania, & ad Poloniam pertinet, teſte Starovolſcio, hinc Ruſſi populi, qui & Rutheni.

Ruſſia Alba, *& Lithuanica*, pars ampla Ruſſiæ quæ Magno Ducatui Lithuaniæ adjacet, ſubjacetque in Regno Poloniæ, ſic dicta quod olim fuerit portio Ruſſiæ magnæ, ſive Moſcoviæ; dividitur autem in ſex Palatinatus, ſive Præfecturas, nempè Novogrodenſem, Mſcislavienſem, Vitebſcenſem, Minſcenſem, Polocenſem, & Smolenſcenſem, ſed hæc ultima nunc Moſcis ſubeſt.

Ruſſia Magna, ſeu *Nigra*, quæ & Moſcovia, *la grande Ruſſie*, quæ aliter *la Ruſſie Noire ou la Moſcovie*, Regio perampla Europæ: quæ olim Sarmatia dicta fuit, inter Oceanum Septentrionalem ad Septentrionem, & Tartariam minorem ad meridiem; cujus incolæ Rutheni, & Ruſſi *les Roux* dicuntur, Græci ritus. Ejus primaria urbs eſt Moſcua, à qua tota Regio Moſcovia dicitur. Vide ibi.

Ruſſia Nigra, *la Ruſſia Noire* Regio Europæ, quæ aliter & ſæpius dicitur Moſcovia, teſte Simone Starovolſcio; vide Moſcovia,

Ruſſia Rubra, Provincia Poloniæ, quæ aliter & ſæpius dicitur Ruſſia propria, & Roxolania, *la Ruſſie*, pars eſt Regni Poloniæ, versùs meridiem extenſa, inter Poloniam propriam, & Moſcoviam. Ejus partes ſunt ſeptem, nempè Ruſſia propria, ſive Palatinatus Ruſſiæ, & Palatinatus Podoliæ, Volhiniæ, Belzæ, Braſlaviæ, Kioviæ, & Terra Chelmenſis; de quibus ſuis locis, & à Caſimiro II. Rege unita fuit perpetuò Regno Poloniæ anno 1345.

Ruſſia Propriè Dicta, Polonis *Rusz*, Gallis *la Ruſſie Rouge*, ſeu *la Petite Ruſſie*, provincia Regni Poloniæ versùs Auſtrum, inter Poloniam ſuperiorem ad occaſum, & Volhiniam, ac Podoliam ad ortum; complectitur Palatinatus Ruſſiæ ſive Leopolienſem, Culmenſem, & Belſenſem, & à ſeptentrione habet Palatinatum Breſcianenſem, & à meridie ſeparatur Carpato monte ab Hungaria ſuperiori, & Transſylvania. Dicitur aliter Palatinatus Ruſſiæ & ejus primaria urbs eſt Leopolis, *Luuouu*, quæ ab ea etiam ſæpe dicitur à Germanis, *Ruſſelemburg*. Aliæ urbes ſunt Belza, Culma, Premiſſa, Jaroslavia ibique fuere aliàs Peucini populi ex parte, ut exiſtimat Cluverius.

Sardinia, inſula ingens Italiæ, in mari mediterraneo Straboni, Ciceroni, & Plinio, quæ Sardon Græcis, & etiam Ichnuſa, & Sandialotis dicta fuit, teſte Plinio, nunc *la Sardenna* Incolis, *Cerdenna* Hiſpanis, *la Sardegna* Italis, & *la Sardaigne* Gallis, extenditur à ſeptentrione in meridiem, inter mare Tyrrhenum ad ortum, & mare Sardoum ad occaſum, ejus circuitus vix eſt 500. mill. paſſ. ad ſummum; longitudo verò 170. à ſeptentrione in Auſtrum, & latitudo major 90. à Corſica freto 8. mill. paſſ. diviſa eſt versùs Boream, & ferè 400. mill. paſſ. diſtat ab Inſula Baleari minori in ortum Siciliam versùs; habet. 11. portus, & 94. turres, ſeu ſpeculas in ora littorali; olimque in ea fuere ſub Romanis 42. urbes, quæ nunc ad octo tantùm reducuntur, & totius inſulæ primaria eſt Callaris, *Cagliari*, in ejus parte orientali, ubi tendit ad meridiem. Olim paruit Carthaginenſibus, deinde Romanis, hinc collabente Romano Imperio à Saracenis occupata fuit, qui deinde ejecti fuere à Genuenſibus, & Piſanis, tandem à Bonifacio Papa VIII. conceſſa fuit Jacobo II. Regi Aragoniæ anno 1326. qui illam poſt varia bella tandem obtinuit; unde tranſiit ad ejus poſteros, nuncque etiam ſubeſt Hiſpanis, & regitur à Prorege, & à Friderico II. Imperatore in Regnum evecta fuit Sardinia hæc Inſula, quæ declinante Imperio Romano diviſa fuit in quatuor partes, nempè Arborenſem, Callaritanam, Galluritanam, & Turritanam, quæ omnium major, teſte Sigonio, & hæ partes propriis ſuberant Principibus, Judicibus dictis ſupremo jure, quorum poſtremi maximum Aragonenſibus negotium faceſſere; nunc autem dividitur in duas partes, ex quibus pars ſeptentrionalis, olim Regnum loci Aurei, nunc dicitur promontorium ſeu provincia Loci Aurei, *il Capo de Logudori* vulgò, ubi olim provinciæ Turritana, & Galluritana; pars verò meridionalis dicitur promontorium, ſeu provincia Callaritana, *il Capo de Cagliari*, ubi olim provinciæ Arborenſis, & Callaritana, teſte Franciſco de Vico in ſua hiſtoria Sardiniæ, & in his duabus partibus, ſive provinciis ſunt 27. tractus *Encontradas* dicti; huic Inſulæ adjacent plurimæ inſulæ præſertim versùs oram meridionalem, de quibus ſuis in locis dicitur; ſed quod narrant de illo riſu Sardonio, ab herba Sardoa, quæ guſtata mortem affert riſu ora contrahens, ut moriens ridere videatur, eſt merum Solini commentum, ut pluribus & doctè probat Franciſcus de Vico, nec de illo riſu Sardonio quidquam ſciunt ipſi Sardi; hinc Sardi populi, *li Sardi* Italis, *los Sardos* Hiſpanis, & *les Sardes* Gallis.

Saxonia, dicitur à mediæ ætatis ſcriptoribus ea Germaniæ pars, quæ in Saxonum poteſtatem, & dominium tranſiit, præcipitante Imperio Romano, ubi olim Sicambri, Cattuarii, Ampſivari, Cheruſci, aliiſque populi versùs Albim, & Viſurgim fluvios, qui comprehenſi fuere ſub Saxonia, donec poſt plurima bella à Carolo Magno Rege Francorum, & Imperatore debellata, poſt bellum 33. annorum, quo Saxones decies vicit, Francici juris effecta eſt, & ab ipſo ad Chriſtianam Religionem amplectendam tandem reducta eſt, fundatis in ea Regione decem Cathedralibus Eccleſiis, tuncque temporis triplex fuit, nempè Saxonia Oſtphalorum, Saxonia Angrivariorum, Saxonia Weſtphalorum, quæ etiam Saxonia Vetus dicta fuit à Beda, & aliis hujus ævi Scriptoribus; & de his fuſiùs & doctiſſimè Celſiſſimus, & Reverendiſſimus Princeps Ferdinandus à Furſtemberg, Epiſcopus Paderbonenſis, & Monaſterienſis, in monumentis Paderbonenſibus; nunc autem Saxonia aliter ſe habet, & Weſtphalia extra ipſam cenſetur.

Saxonia, *die Sachſen* incolis, *la Saxe* Gallis, *Saſſonia* Italis, & Hiſpanis, *Saxony* Anglis, & *SasKa Ziemia* Polonis: pars ampla, & ſeptentrionalior Germaniæ, quæ dupliciter ſumitur vel latè, vel propriè.

Saxonia Latè Sumpta, complectitur Saxoniam inferiorem, ſeu Circulum Saxoniæ inferioris, & Saxoniam ſuperiorem ſive Circulum Saxoniæ ſuperioris, aliàſque amplior fuit.

Saxonia Propria, continet tantùm Ducatum Saxoniæ cum provinciis Duci Saxoniæ ſubditis.

Saxonia Strictè Sumpta, *das Hertzogthumb Sechſen* incolis, *le Duchè de Saxè* Gallis, tractus Germaniæ in Saxonia propria, qui aliter dicitur Electoratus Saxoniæ, cum provincia ſit ab Electoratu inſeparabilis, pars eſt ditionis Ducis Saxoniæ; inter Luſatiam inferiorem ad ortum, Marchiam Brandeburgicam ad ſeptentrionem, Principatum Anhaltinum ad occaſum, & Miſniam ad meridiem; dicitur etiam Saxonicus circulus ſeu tractus, in diviſione ditionum Ducis Saxoniæ, & ejus urbes ſunt Witeberga tractus caput, & Torgavia.

Saxonia Propria, ſive Electoralis, & Ducatus Saxoniæ, *das Churfurſtenthumb von Sachſen* incolis, *l' Electorat de Saxe*; ſeu *le Duchè de Saxè* Gallis, provincia eſt Germaniæ in Saxoniæ ſuperioris circulo, versùs Albim & Salam fluvios, inter Luſatiam ad ortum, Marchiam Brandeburgicam, & Principatum Anhaltinum ad ſeptentrionem, Branſuicenſem Ducatum, & Haſſiam inferiorem ad occaſum, & Franconiam, Bohemiamque ad meridiem. Ejus partes ſunt Saxonia ſtrictè ſumpta, ſeu Saxonicus tractus, Miſnia provincia, pars major Thuringiæ, Comitatus Mansfeldienſis ex maxima parte, Comitatus Barbienſis, & quatuor præfecturæ ex Magdeburgo excerptæ ab anno 1635. pace ad Pirnam ſancita. Totius autem Saxoniæ propriæ duplex eſt diviſio, una quæ ſæculo elapſo obſervata fuit, & tempore Joannis Friderici Electoris, partes, ſive circulos quatuor continens: Primum Saxonicum. Secundum Turingicum, Tertium Miſnicum. Et quartum Francicum ſive Franconicum; & ex his Thuringicus ſubdividebatur 1. intractum Orlanum, 2. Salanum, *Salgrund*, 3. Wimarienſem,

ſem, & 4. Gothorum, & Verranum: Miſnicus verò diviſus in principales duos Voitlandicum, & Torgenſem, ſed hæc diviſio non eſt ampliùs in uſu. Altera moderna diviſio, quæ ſex abſolvitur circulis, Primo Saxonico, ſive Electorali, *das Sachſiſchen Creiſſ*, ſub quo Saxonia ſtrictè ſumpta, in qua ſunt Vviteberga, & Torgavia. Secundò Thuringico, *das Thuringiſchen Creiſſ*, in quo pars minor Thuringiæ, quæ Duci Saxoniæ ſubeſt. Tertio Miſnico, *das Naiſſniſchen Creiſſ*, ſub quo pars orientalis Miſniæ, ubi Dreſda, & Miſna. Quarto Lipſico *das Leipzigiſchen Creiſſ*, in quo pars ſeptentrionalis Miſniæ & Lipſiæ. Quinto Montano, ſive Archimontano, *das Ertzgeburgiſchen Creiſſ*, in quo pars Montana Miſniæ, ubi Chemnitium, Annaberga, & Fridberga. Et Sexto Voigtlandico, *das Voitlandſichen Creiſſ*, ſub quo Voigtia tota; his addi debent Luſatia omnis, *Lauſnitz*, quæ aliàs pars erat Saxoniæ, & quæ Duci Electori Saxoniæ conceſſa fuit anno 1620. cum antea pars fuerit Regni Bohemiæ, Comitatus Hennebergenſis, ſequeſtratio Comitatus Mansfeldienſis, Comitatus Barbienſis, cum jure in Abbatia Quedelinburgenſi, & in Burgraviatu Magdeburgenſi. Totius autem Saxoniæ propriæ præcipua eſt Vviteberga, & ejus Dux ſextum locum obtinet inter octo Imperii Electores, ejuſque ſedes eſt Dreſdæ; ſed notandum eſt quod intra ejus ditiones inſertæ ſunt Oſitia, & tractus Vvimarienſis, & Gothanus, qui propriis ſubſunt Principibus, uti Epiſcopatus Merſoburgenſis, & Neoburgenſis, qui proprios habent Adminiſtratores, ut vocant, quibus ſubſunt cum Regnunculis adjacentibus, ſed anno 1652. ratione diviſionis initæ ex teſtamento Joannis Georgii I. Electoris Saxoniæ, ejus ditiones ita diſtinctæ fuere, ut aſsignaverit teſtator Electori, & Electoratus Saxoniæ ſucceſſoribus, Burgraviatum Magdeburgenſem, & circulos Electoralem, Miſnicum, Lipſienſem, & Montanum, cum Marchionatu Luſatiæ ſuperioris, Mansfeldienſi ſequeſtratione, & jure in Abbatia Quedeliburgeſi. Auguſto ſecundo genito obvenere quatuor Præfecturæ, *Querſurt*, *Juterbock*, *Dam*, *TorcK*, a Ducatu Magdeburgenſi excerptæ, uti & ditiones in Thuringia ſitæ, utpote *Sachſenburg*, *Eckasberg*, *Nebra*, *Freyburg*, *Sangerhauſen*, *Langenſalza*, *Vveiſſenfels*, *Sittgenbach*, *Heldrungen*, & *Vvedelſtein*, cum omnimoda jurisditione territoriali. Tertiogenito Chriſtiano obvenerunt Luſatia inferior, Epiſcopatus Merſoburgenſis, & Præfecturæ *Dafinſter Vvalda*, *Biterfeldt*, *Delitz*, & *Zarbig*, iiſdem juribus. Et quarto genito Mauritio obvenere etiam Epiſcopatus Naumburgenſis, & pars Hennebergenſis comitatus, cum Præfecturis Tautenburg, Fraven, Priſnitz, Nieder Trebra, Vogtsberg, Plaven, Panſa, Tribtin, Arnshang, Vvenden, & Zugenmuck, ſed in illa diviſione fit ſubſtitutio de linea ad lineam Maſculini generis. Hinc Saxones populi *Sachſichen* Germanis, *les Saxons* Gallis, *li Saſſoni* Italis, *Sas* Polonis, & *Saxony* Anglis.

Sinus Oceani à Fretu Herculeo inchoando

Sinus Emporicus, in ora Mauritaniæ Tingitanæ, quibuſdam eſt *le Golfe de Salè*, ſinus parvus Africæ, in ora Fezzæ, prope Salam urbem.

Sinus Heſperius, in ora Libyæ, nunc *le Golfe de Saint Thomas* dicitur, Æthiopici ſinus intimus receſſus, eſtque inter oram orientalem Guineæ, & Regni Benini ad ſeptentrionem, & Æthiopiam inferiorem ad ortum.

Sinus Barbaricus, ſive Aſperum mare, prope Raptum promontorium, hodie *la mer de Zanguebar* dicitur, eſtque in parte orientali Æthiopiæ propriæ, & ejus pars admodum parva eſt ſinus Melindæ.

Sinus Avalites, pars maris Æthiopiæ, inter Aromata promontorium, & fauces ſinus Arabici, *le Golfe de Zeila*. Parvus eſt.

Sinus Arabicus, inter Arabiam & Ægyptum, Æthiopiamque, ſub Ægypto, extenſus ad 350. leucas, hoc eſt 1050. mill. paſſ. inter fauces, & intimum illius receſſum protenſus, dicitur aliter mare Rubrum, hodie *la Mer Rouge*, ſeu etiam *la mer de la Mecque* Gallis, *el mare Roxo* Hiſpanis, & *il mar Roſſo* Italis: vide Arabicus ſinus, & mare rubrum.

Sinus Adulicus, pars ſinus Arabici, Æthiopiam ſub Ægypto alluens, inter fauces illius, & Colobon promontorium, in quo Adulis urbs, *le Golfe de Arquico* vulgò.

Sinus Heroopolites; pars Arabici ſinus intimo ejus receſſu, ubi Heroum urbs, nunc *le Golfe de Suez* dicitur, eſtque in parte ſeptentrionali ſinus Arabici, inter Ægyptum, & Arabiam Petream.

Sinus Ælanticus, pars ſinus Arabici, in Arabiæ Petreæ, & Fœlicis confinio, ubi Ælana urbs *il Golfo d' Eltor*.

Sinus Sachalites, in ora Arabiæ Fœlicis ad ortum, inter Syagrum ad meridiem, & Corodamum promontorium ad Boream, *le Golfe de Calhat*, vulgò.

Sinus Perſicus, inter Arabiam ad meridiem, & Perſidem cum Suſiana ad ſeptentrionem, 255. leucis extenſus, *il Golfo di Perſia* ab Italis nunc dicitur, Gallis verò *le Golfe de Balſora*, e *la mer d' Elcatif*, ſeu etiam *le Golfe de Perſe*, & ejus pars orientalis, ſeu extra ejus fauces dicitur ſinus Armuzianus.

Sinus Ichthyophagorum Macarum, Arabiam alluens, pars Perſici.

Sinus Leantis, pars Perſici ſinus, Arabiam fœlicem alluens.

Sinus Sacer, pars Perſici inter Leanitem, & Meſanitem, Arabiam alluens in intimo ferè receſſu.

Sinus Meſanites, pars Perſici ſinus, Arabiam alluens.

Sinus Pelodes, pars Perſici, Suſianæ Regionis oram alluens.

Sinus Paragonticus, in ora Carmaniæ Oceani Indici pars, nunc *le Golfe de Gugirat*, inter fauces ſinus Perſici, & Guadelam urbem.

Sinus Canthi, *le Golfe d'Inde*, ſinus eſt Indiæ intra Gangem, prope oſtia Indi fluvii, & versùs confinia Imperii Perſarum, teſte Sanſone.

Sinus Barygazenus, ſic à Barygaza urbe in India intra Gangem, nunc *le Golfe de Cambaye* dicitur, ab urbe adjacente, ſeu *le Golfe de Guzarate*, a Regno cognomine vicino.

Sinus Colchicus, in ora Indiæ intra Gangem, versùs oram littoralem, & urbem Colchi, ubi nunc pars maris Malabariæ, ſed de ejus recenti nomine altum ineſt inter Scriptores ſilentium.

Sinus Orgalichus, pars Oceani in ora Indiæ intra Gangem, ubi ſit, difficile eſt dicere, uti de Argarico ſinu, quod ſub ipſo ſumitur.

Sinus Gangeticus, inter Indiam citeriorem, & ulteriorem extenſus, & ſic dictus à Gange fluvio in eum influente, nunc *le Golfe de Bengala* vocatur à Regno cognomine, eſtque omnium illarum partium maximus, ſive potiùs pars ampla Oceani Indici.

Sinus Sabaracus, in ora Indiæ extra Gangem, Gangetici ſinus pars eſt vulgò, *le Golfe de Martaban* ſeu *de Pegu* dicitur, juxta Auream Cherſoneſum, ab ea in ſeptentrionem recedens.

Sinus Perimulicus, in ora Indiæ ulterioris, nunc *le Golfe de Siam*, ſic dictus a Regno adjacente.

Sinus Magnus, *le Golfe de Hiynam*, ſeu *de la Cochinchine*, extenditur inter Indiam Ulteriorem, & Sinarum Regionem.

Sinus Sinarum, qui & intimus receſſus Sinarum hodie *à Enſeada de Nanquin* Luſitanis, eſt in parte Orientali Sinarum versùs Boream. Ab aliis dicitur *le Colfe de Gang* ſeu *Zang*.

Sinus Meacenſis, *le Golfe de Meaco* ſinus Oceani orientalis in ora meridionali Japoniæ inſulæ versùs Meacum excurrens.

Sinus Manilanus ſeu Cavitæ, vulgò *la Babia de Cavita*, pars eſt Oceani Indici in parte occidentali Manilæ inſulæ, in Philippinis, & prope Manilam urbem.

Svecia, ſive Sveciæ regnum *Suverie* ſive *Suvendenrick*, & ſæpiùs *SuveriesryKe* indigenis, *Suverige* Danis, *die Schuveden* Germanis, *la Suede* Gallis, *The Snveden* Anglis, *SzuvedzKaziemia* ſive *Szuvecya* Polonis, *la Svetia* Italis, & *la Svecia* Hiſpanis, Regnum eſt Europæ peramplum, versùs ſeptentrionem maximè extenſum, ſed non æquè cultum, majorem partem Scandinaviæ complectitur, aliàſque Daniæ unitum fuit aliquando, & dictum Gothorum Regnum, ſed hodie proprio Regi ſubeſt ab anno 1525. Terminatur a ſeptentrione Lappia Norvegica, & Oceano Boreali, ab oriente Ruſſia magna ſive Moſcovia, à meridie mari Orientali, ſeu Baltico, & ab Occidente Dania & Norvegia. Ejus verò partes præcipuæ ſunt ſex, nempe Svecia ſtrictè ſumpta, Gothia,

thia, Norlandia, Finlandia, Ingria, & Livonia, ſub quibus ſunt 34. provinciæ ſatis extenſæ, & quælibet provincia partitur etiam in territoria, ſive tractus vulgò *Haeradh* dictos.

Svecia dividitur etiam ab aliis in 22. Prefecturas, ex quibus 14. vocantur Legiferatus, & duo circuli, teſtibus Andrea Buræo, & Theodoro Sprengero, cum aliis. Subſunt etiam Sveciæ Regi Pomerania, citerior, Ducatus Bremenſis, & Principatus Ferdenſis, cum Vviſmaria urbe, ſed hæc ſunt in Germania, ubi etiam Rex Sveciæ habet jus expectantiæ in Pomeraniam Ulteriorem, Novam Marchiam Brandeburgicam, tractum Stellomontanum, & ea omnia vigore Pacis Vveſtphaliæ, & pacti initi cum Electore Brandeburgico. Totius autem Regni Sveciæ primaria eſt Holmia *Stockholm* prope Melerum lacum, cum olim eſſet Upſala; hinc Sveci populi, *Svenske* ſibi, *les Svedois* Gallis, *Schuveder* Germanis, *Szuved* Polonis, *i Svedeſi* Italis, *los Sveceſis* Hiſpanis.

Syria, regio perampla Aſiæ, ſacris & profanis hiſtoriis celebratiſſima, Hebræis Ariam, ſeu Charam dicta, D. Hieron. teſte, plures regiones complectitur, cum latè ſumitur, nempe Syriam propriam, Phæniciam, & Palæſtinam, ſive terram Sanctam; ſed cum ſtrictè ſumitur, & propriè, Paleſtina ab ea ſeparatur, teſte etiam Ptolemæo; terminatur à ſeptentrione Cilicia, & Armenia minori, ab ortu Meſopotamia, Eufrate fluvio diſterminante, & Arabia deſerta, à meridie Palæſtina, & ab occaſu mari mediterraneo, ſive Syriaco ab ea vocato, & nunc *Souriſtan* dicitur ab incolis, *la Sourie* Gallis, *la Soria* Italis, & Hiſpanis, totaque nunc ſubeſt dominio Turcarum à 160. annis, cum antea Ægyptiis pareret. Syriæ propriæ maxima latitudo ab ortu in occaſum eſt 200. mill. paſſ. nempe inter Ciliciam, & Palæſtinam; ejus partes olim fuere plures, nempe Cœleſria ad meridiem, Phœnicia ad occidentem, Comagene ad ſeptentrionem, Palmyrenes ad orientem, & Seleucia circa medium, ejus autem primaria urbs erat Antiochia ad orientem; nunc verò hac regio *Siam* vocatur ab Arabibus, & dividitur in quinque partes, teſte Gollio, quorum nomina ſunt 1. Gaza, Rama, Palæſtina, & Hioroſolyma. 2. Jordanis, Tiberias, & Cœle-Syria, utpote valloſa inter duos montes Regio. 3. Emeſſa, Hamata, Kinſarina, & Aleppum. 4. Damaſcus, & Regio littoralis. 5. Antiochia, Adana, Maſiſa, & Tharſus, Jacutus verò, & Abulfeda ambo Syri diviſione alia Syria diſtribui ajunt in partes etiam quinque, caſtra dictas; hinc Syrius nomen gentis & Syrus.

Terra Sancta, *la Terre Sainte* Gallis, *la terra Santa* Italis, *la tierra Santa* Hiſpanis, *das Heilige Landt* Germanis, *Ziemia Suvieta* Polonis, & *Holy Land* Anglis, regio Aſiæ, quæ antiquiſſimis temporibus Terra Chanaan dicta fuit, & Terra Promiſſionis, poſtea Palæſtina, & deinde Judæa, univerſo modo admirabilis, à Deo electa, ut eam præſentia ſua viſibiliter illuſtraret, & in ea liberationis noſtræ Sacramenta miniſtrando, genus humanum redimeret; pars eſt meridionalis Syriæ latè ſumptæ, & ſubeſt dominio Turcarum à 160. annis, cum antea Sultanis Ægypti pareret; dicta fuit etiam Regnum Hieroſolymitanum tempore belli ſacri, cum a Chriſtianis Latinis occupata fuit, & poſſeſſa ante quinque ſæcula, & nunc terminatur ab occidente mari mediteranneo ſeu Syriaco, à ſeptentrione Syria propria, & ab oriente, & meridie Arabia. Hodie ejus partes ſunt plures, de quibus infra, nempe octo inter Jordanem ad ortum, & mare mediterraneo ad occaſum & tres trans Jordanem, ut pluribus ſcribit Michael *Nau* S.I. qui illas partes ſæpe luſtravit, & etiamnum: in illis degit. Urbes autem ſunt parvi admodum momenti, & eorum præcipua eſt Hieroſolyma, vulgò *Elkods* dicta, quaſi urbs Sancta; ſed de partibus antiquis illius regionis, vide pluribus in vocibus Palæſtina, Judæa, & Hieroſolymitanum regnum.

Terræ Sanctæ partes Recentiores.

Tractus Gazæ, *le pais de Gaze*, in quo urbes Gaza, & Rama, cum 300. viculis, & olim Tribus Dan & Simeon.

Tractus amici Dei, nempe Abraham, ſeu tractus Hebron, *le Pais d'Elkhalil*, in quo urbs Hebron, & 15. vici, ſub præfectura Hieroſolymitana, ubi olim pars Tribus Judæ.

Tractus urbis Sanctæ, *le Pais d'Elkods*, in quos urbs Hieroſolyma, & 100. vici, aliàſque major pars tribus Judæ, & tota Tribus Benjamin.

Tractus Neapolis, *le Pais de Naplos*, in quo Neapolis, & 100. viculi; ſub Præfectura Hieroſolymitana, & ubi olim Tribus Ephraim & Samaria.

Tractus Hareti, *le Pais de Harete*, in quo ſunt Arabes cum 50. vicis, & olim fuit media Tribus Manaſſe cis Jordanem.

Tractus Nazarenus, *le Pais de Nazareth*, ſive ut ipſi vocant, Jouret Caſrekanna, in quo 25. vici, & olim major pars Tribus Zabulon.

Tractus Sephet, *le Pais de Saphet*, in quo plures vici, & antiquitùs Tribus Nephtalim, & major pars Decupoleos.

Tractus Sidonis, *le Pais de Seyde*, in quo Sidon, Tirus, & Ptolæmais cum annexis, & olim Galilæa.

Tractus Saltis, *le Pais de Salth*, trans Jordanem fluvium, ubi Arabes *Beni-Aubayd* dicti, & olim Tribus Ruben, & Tractus Moabitarum.

Tractus Arabum, *Beni Kenane*, trans Jordanem ubi aliàs tribus Gad.

Tractus Arabum, *Govavr*, trans Jordanem ubi olim dimidia Tribus Manaſſe.

Tranſsylvania, quæ & Septemcaſtrenſis Regio & Erdelia etiam, *Erdely* incolis & Hungaris, *Landt vuorlem Vvaldt*, *& Siebenburgen* Germanis, *Siedmigrodka* Polonis, *Siedm Gradikaziemia* Slavis; *Ertel* Turcis, *la Tranſylvanie* Gallis, & *la Tranſilvania* Italis, & Hiſpanis, regio Europæ ſive potiùs pars Orientalis Hungariæ Regni ſtrictè ſumpti, à quo ſeparata fuit anno 1541. à Joanne Rege, & ab eo tempore Principes habet proprios, electivos tamen, ſub clientela Turcarum, eratque olim in ea regione pars occidentalis Daciæ. Terminatur à ſeptentrione Ruſſia Rubra provincia Poloniæ, ab oriente Valachia, & Moldavia, ab occidente Hungaria ſuperiore, & à meridie partim Hungaria, & partim etiam Moldavia. Extenditur verò ab ortu in occaſum per 170. mill. paſſ. ſed à ſeptentrione in meridiem multo minor eſt, & dicitur Tranſſylvania à Sylvarum, montiumque ambitu, quibus inſinuatur, & rigatur fluviis Alvia, Maro, & Samo, cum aliis minoris nominis. Dividitur in decem tractus, ſive Comitatus, quorum nomine ſunt Comitatus Albenſis, *de Gula Feiruvar*, Biharienſis *de Bihar*, Czikienſis, de *Czick*, Dobocenſis *de Bobacz*, Gyorgienſis *de Gyirgio*, Hunyadienſis *de Hunyad*, kraſznenſis *de kraszna*, Solnocenſis, *de SolnoK*, Tordenſis *de Torda*, & Uduardhelyienſis *de Udvarhely*, ſed perſæpe hæc regio partitur in tres populos nempe in Hungaros, Siculos, ſive Siculicales, & Saxones, qui ſinguli habent etiam ſeptem ſedes, ſive loca præcipua, de quibus fuſiùs in vocibus Siculi, & Saxones. Principatus autem primaria urbs eſt Cibinium; Hinc Tranſsylvani populi, qui & Tranſsylvanenſes *Siebenburger* Germanis, *les Tranſylvans* Gallis, *i Tranſilvani* Italis.

Valacria, regio Europæ, & pars ampla antiqui Regni Hungariæ, vulgò *la Valachie* Gallis, *Valachey* Germanis, *Iflakia* Turcis, *Vvolochy* Polonis, & *la Valachia* Italis, ubi olim pars Daciæ, diſtinguitur in duas provincias, nempe in Valachiam propriam, & Moldaviam, ſive Valachiam inferiorem, ex quibus prima, quæ Valachia propria & occidentalis, & minor à Græcis Slavis, & Turcis Ugroulachia dicta, quod Hungaricam Valachiam ſignificat, à Latinis Tranſalpina, & ſuperior, ab ipſis autem Valachis Muntena dicitur, ideſt Montana, vulgò nunc *la Valachie*; terminatur à Septentrione Poloniæ regno, & Ruſſia Rubra, ab ortu Beſſarabia, à meridie partim Bulgaria, & partim etiam Moldavia à qua terminatur adhuc ad occaſum, Principem nunc habens proprium, Vayvodam dictum, ſub clientela Turcarum. Ejus autem urbes præcipuæ ſunt Jaſſium, & Soczova, ubi hodiè præſidia Turcarum, ſed multo minor eſt, quam vulgò notant tabulæ Geographicæ, nempe à ſeptentrione in meridiem, & malè etiam ſumitur in omnibus tabulis Geographicis pro Moldavia, cum illa ſit eo in loco, ubi ponitur Moldavia, & vice verſo Moldavia ponitur, ubi revera eſt Valachia, & de his plura didici ab incolis & a Polonis, ſed præſertim ab Excellentiſſimo Comite de Morſtein, Magno Regni Poloniæ Theſaurario, viro Doctiſſimo, qui nobis multa, & egregia de illis partibus pro ſua ſomma benignitate communicavit; & notadum quod in Valachia ſunt 26. oppida, & Caſtra à Catholicis inhabitata, præſertim Chotiina, *Nempzs*, *Romani*, *Vvivvar*, *Eahloiiazvvar*, *Vvazlo*, *Zoruca*, *Orhe*, *Barlat*, *Tataros*, *Huztuvaras*, & *Romam Vvaſar*, ut didici ab incolis harum partium. Valachia autem inferior ſive orientalis, & major nunc Moldavia dicta, *la Moldavie*, & olim Maurovlahia, ideſt Nigra Ulahia a Græcis, hodie quoque à Turcis Carabogdania, ideſt Nigra Bogdani regio, à Bogdano Principe dicitur, & hanc Slavi Moldoulahiam, à flumine

Mol-

Molda dicunt, Valachi autem *Moldove*, ut pluribus ſcribit Vir Clariſſimus Joannes Lucius Trangurinus, in hiſtoria de Regnis Dalmatiæ, ubi etiam plura de Valachis, hujus regionis incolis, qui *Vvalacher* dicuntur à Germanis, *Iſlach* Turcis & *les Vvalaques* à Gallis.

VENETIÆ, Venetia incolis, & Italis, *Vvenecya* Polonis, *Benetia* Græcis vulgari Græco, *Veniſe* Gallis, *Venecia* Hiſpanis, *Venedig.* Germanis, *Venedich*, Georgis, *Venedik* Turcis & *Venice* Anglis, urbs perampla, & cultiſſima Italiæ & Reipublicæ Venetæ ab ea dictæ caput, & primaria, pulcherrima & ditiſſima, emporiumque maximum, ab omnibus nationibus frequentatum; dicta fuit etiam aliquando *Vinegia*, primùm ædificari cæpta fuit à Patavinis, & aliis tractus vicini accolis, anno Chriſti 420. propter metum Gothorum, intra ſtagna Adriatica 3. mill. ab ora littorali eo in loco ubi multæ inſulæ anguſtis alveis ad ſe invicem disjunctæ ſenſim ex limo per flumina devecto accreverant, erantque aliquot piſcatorum ſedes, earum inſularum una Ripalta vocabatur, ad quam primi accolæ conſedere, ſed deſtructis per Attilam Aquileja, Altino, Concordia, Opitergio, & Patavio; harum urbium incolæ ad has inſulas confugerunt, anno 453. ſicque tum plurimum crevit hæc urbs, ita ut tunc condita de novo videri poſſit, ex tam exiguis igitur principiis urbs hæc incrementa habuit, quæ lapſu temporis Reipublicæ clariſſimæ caput effecta eſt, & primùm Duces habuit anno 697. crevit poſteà in dies, ita ut nunc ex 72. inſulis parvis contexta ſit, intra Adriatica ſtagna, hodie *le lagune di Venetia* dicta, in intimo receſſu maris Adriatici, & inter orbis miracula meritò adnumerari poſſit. Ejus circuitus eſt 9. mill. & in ea æſtus maris ad duos pedes intumeſcit, habet 72. Parrocchiales Eccleſias, cum plurimis aliis pulcherrimis, & urbs ipſa in ſex partes diſtribuitur, quas Sextertias vocant, nempe Sextertia Olivolenſis ſeu Caſtelli, *Seſtier di Caſtello*, Sextertia S. Marci, *Seſtier di S. Marco*, Sextertia Canaregii, *Seſtier di Canarejo*, Sextertia S. Pauli, ſeu Paulana, *Seſtier di S. Paulo*, Sextertia S. Crucis, *Seſtier di S. Croce*, & Sextertia Dorſiduri, *Seſtier di Dorſoduro*; Epiſcopalis erat antea, ab anno 774. ſub Patriarcha Gradenſi, tuncque ejus Epiſcopus dictus fuit Olivolenſis, & poſtea Caſtellanus, ſed anno 1451. Patriarchali dignitate urbs hæc inſignita fuit, loco Gradi à Nicolao V. Pontifice Maximo, & Caſtellum Olivolenſe ſedes eſt Patriarchæ, ubi etiam Eccleſia Patriarchalis *S. Pietro in Caſtello* dicta; ſed Eccleſia Ducalis ſub invocatione S. Marci ſumptuoſiſſima eſt, & pro majori parte marmorea, eique adjacet Palatium ſuperbiſſimum Ducum, & Reipublicæ, uti & Palatium Procuratiæ S. Marci in platea perampla & in urbe hac 500. pontes numerantur, pro parte lapidei, quorum pulcherrimus, qui majorem canalem jungit, vulgò Pons Rivi alti, *il Ponte di Rialto*, anno 1591. ex lapide Iſtriano ductus; Armamentarium habet valdè celebre, & ampliſſimum, cum portu capaci & tuto, juxta inſulas ei adjacentes ad ortum; ſed mare tantiſper ab ea recedit in dies; 260. mill. paſſ. diſtat ab urbe Roma in ſeptentrionem, Viennam Auſtriæ verſus 280. & 100. à Ravenna in ſeptentrionem etiam, atque 150. à Mediolano in ortum, Palmam verſus 70. & Gradum 80. circiter; hinc Veneti populi, *li Venitiani* ſibi, & Italis, *les Veniſiens* Gallis, *los Venitianos* Hiſpanis, *Venediger* Germanis, *Venitians* Anglis, & *Venediklu* Turcis. Veneti fuere Summi Pontifices Gregorius XII. Eugenius IV. Paulus II. & Alexander VIII.

VIRGINIA, *The Virginia*, Anglis, *la Virginie* Gallis, Regio Americæ Septentrionalis, à Richardo Grenuilio Anglo detecta anno 1585. & ſic dicta à Gualtero *Ralegh* in honorem Elizabethæ Angliæ Reginæ, pars eſt novæ Franciæ latè ſumptæ, ſub dominio tamen Anglorum, qui inibi multas habent colonias. Extenditur hæc provincia ad 150. leucas a ſeptentrione in meridiem, versùs oram litteralem maris Borealis, a Mariæ terra ad Carolinam provinciam. Dividitur autem hodie ab Anglis in 19. tractus ſive Comitatus, quorum nomina ſunt *CarotucK*, Carolæus, *Charles*, Glocestria *Glocester*, Hartfodia, *Hartford*, Henriceus, *Henrico*, Jacobæus, *James*, Novem Cantium, *Nevv. Kent*, Loncaſtria, *Lancaſter*, Midleſexi, *Middleſex*, *Nanſemund*, *Lovver Norfolck*, Northamptonia, *Northampton*, Northumbria *Northumberland*, *Rapahanock*, Surria, *Surrey*, Varvicenſis *Vvaruvick*, Veſtmaria, *Vveſtmorland*, Vectis inſula, *Isle of Vvight*, & Erobacenſis *Yorck*; totius verò regionis præcipuum oppidum eſt Jacobipolis *James Tovvum* ad fluvium Pauhatanum ſive Icobæum; alia oppida ſunt *Elizabeth*, ad oſtia ejuſdem fluvii, *Dales-giſt Vvicocomoco*, & *Bermuda*, ſuntque in ea regione aliquot flumina navigabilia.

ZAMBEZUS, *le Zambeze* ſive etiam *Zambere* quibuſdam, fluvius amplus Africæ in Æthiopia, oritur ex lacu Zambezo dicto, ut exiſtimant, deinde in meridiem fluens, per regnum Monoemugi, & per regnum Monomotapæ labitur, hinc auctus plurimis fluviis, & rigatis aliquot provinciis, in ortum tendit, ubi receptis fluviis *Chiri*, *Manzone*, *Arroenna*, *Cabreſe*, *Arvia*, *Aroboi*, aliiſque minoribus, Zanguebaria à Cafreria regione ſeparans in Oceanum Æthiopicum ſe exonerat, inter Moſambicum & Zophalam quadruplici oſtio, cum totidem ramos efficiat versùs oram, ex quibus primus *Quilimane* dictus 90. leucis diſtat à Moſambico, ſecundus Cuama *Cuama*, qui & fluvius bonorum ſignorum, 25. leucis diſtat à priore in meridiem. Tertius Luabus *Luabo* 5. leucis diſſitus eſt à ſecundo etiam in meridiem, uti & quartus Luabus vetus dictus, *Luabo el viejo* diſtat 15. leucis à priori, & inter hos quatuor ramos ſunt plures inſulæ peramplæ & probè cultæ. Navigabilis autem eſt hic fluvius ad 120. leucas ſupra ejus oſtia, nempe uſque ad arcem Tete dictam, quæ ſubeſt Luſitanis, uti & alia ſatis munita dicta arx Sancti Martialis de Sena, 60. leucis infra ipſam diſſita versùs oram littoralem totidem teſte Emanuele à Faria.

ZANGUEBARIA, *les Zanguebar*, Regio ampla Africæ in Æthiopia inferiori, ubi olim Barbaria regio; ſic dicitur ab Arabibus, quaſi regio Nigrorum, quia apud ipſos *Zangue* nigrum ſignificat, & hinc *Zanguy* vocantur ejus incolæ. Extenditur à ſeptentrione in meridiem versùs oram littoralem Oceani Æthiopici, ſed ejus latitudo ab oriente in occidentem multo minor eſt, terminaturque ad Boream Aziana regione, qua ſeparatur fluvio *Quilmanci*, ad occaſum Abyſſinia, & Regno Monoemugi, à meridie Imperio Monomotapæ, & Cafreria Regione, qua dividitur brachiis Zambezi fluvii, & ab ortu rigatur Oceano Æthiopico, in qua etiam ſunt aliquot inſulæ littorales. Ejus verò Regna præcipua ſunt Lamonum, *de Lamon*, Melindæ *de Melinde*, Monbaciæ *de Monzaba*, Mongalum *de Mongalo*, Mozambici *de Mozambique*, & Quiloæ *de Quiloa* cum urbibus primariis cognominibus versùs oram littoralem maris Æthiopici, teſte Joanne Leone, cum Marmolio; & notandum eſt quod Luſitani poſſident in hac Mozambicum, & Monbaciam, cum aliquot aliis arcibus in ora littorali, & à paucis etiam annis plures colonias deduxerunt in ejus parte meridionali versùs Mozambicum, & oſtia Zambezi fluvii.

ARCHIEPISCOPATUS
ET
EPISCOPATUS
TOTIUS ORBIS
JUXTA PRÆSENTEM ECCLESIÆ STATUM.

IN ITALIA

Romana Sedes Summi Pontificis.

ROMA.

Reliquarum ſedium in orbe Chriſtiano Caput & Princeps.

EPISCOPATUS qui ſunt ſub Summo Pontifice in Diſtrictu Urbis, ut vocant, & à ſex antiquioribus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus optantur.

Oſtienſis, *Oſtia*, ad Decanum Sacri Collegii Cardinalium pertinens, cui unitus eſt Veliternus vulgò *Velletri* in Campania Romana ditionis Eccleſiæ.

Portuenſis, *Porto*, in provincia Patrimonii.
Sabinenſis, *la Sabina*, in Sabina.
Præneſtinus, *Paleſtrina*, in Campania Romana.
Tuſculanus, *Fraſcati*, ibidem.
Albanenſis, *Albano*, ibidem.

EPISCOPATUS alii, qui à Summo Pontifice immediatè pendent, dicti in provincia Romana.

IN CAMPANIA ROMANA

Ditionis Eccleſiæ.

Tiburtinus, *Tivoli*
Anagninus, *Anagni*
Segninus, *Segni*
Ferentinus, *Ferentino*
Alatrinus, *Alatri*
Verulanus, *Veroli*
Tarracinenſis, *Terracina*

IN PROVINCIA PATRIMONII

Ditionis Eccleſiæ.

Nepeſinus, *Nepi.*) invicem uniti.
Sutrinus, *Sutri.*)
Viterbienſis, *Viterbo*) invicem uniti.
Tuſcanenſis, *Toſcanella*)
Hortanus, *Orti*) invicem uniti.
Civitatis Caſtellanæ, *Civita Caſtellana*)
Cornuetenſis, *Corneto*) invicem uniti.
Montis-Flaſconis, *Monte-Fiaſcone*)
Balneo regienſis, *Bagnarea*
Urbevetanus, *Orvieto*
Aculenſis & Aquæpendentis, *Aquapendente*.

IN UMBRIA.

Ditionis Eccleſiæ.

Peruſinus, *Perugia*
Spoletinus, *Spoleto*
Civitatis Caſtelli, *Città di Caſtello*
Civitatis Plebis, *Città della Pieve*
Interamnenſis, *Terni*
Narnienſis, *Narni.*
Amerinus, *Amelia*
Tudertinus, *Todi*
Reatinus, *Rieti*
Fulginatenſis, *Foligni*
Aſſiſienſis, *Aſſiſi*
Nucerinus, *Mocera*
Aretinus, *Arezzo*, in Thuſcia.

IN MARCHIA ANCONITANA

Ditionis Eccleſiæ.

Anconitanus, *Ancona*
Lauretanus, *Lareto*) invicem uniti.
Recinetenſi, *Recanati*)
Aſculanus, *Aſcoli*
Æſinus, & Eſinus, *Jeſi*
Auximanus, *Oſima*
Camerinus, *Camerino*
Fanenſis, *Fano*, intra Ducatum Urbinatem.

IN REGNO NEAPOLITANO

Aquilanus, *Aquila*
Sulmonenſis, *Sulmona*) invicem uniti.
Valuenſis, *Valua*)
Civitatis Ducalis, *Civita Ducale*
Aprutinus, *Teramo*
Marſicanus, *Marſi*

ARCHIEPISCOPATUS

Cum ſuis.

SUFFRAGANEIS

Archiepiſcopatus Piſanus.

PISA.

IN HETRURIA

Epiſcopatus Suffraganei.

Alerienſis, *Aleria* } In Corſica inſula Genuenſis ditionis.
Adjacenſis, *Ajazzo* }
Sagonenſis, *Sagona* }
Lucenſis, *Lucca*, in Hetruria, ſui juris, ſed ab ejus juriſdictione immunis.
Lunenſis Sarzanenſis, *Sarzana*, in Hetruria, ditionis Genuenſis, ſed ab ejus juriſdictione immunis.

Archiepiſcopatus Florentinus.

FIORENZA.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

In Hetruria

Feſulanus, *Fieſole*
Piſtorienſis, *Piſtoja* } invicem uniti.
Pratenſis, *Prato* }
Volaterranus, *Volaterra*, ab ejus juriſdictione immunis.
Collenſis, *Colle*
S. Miniati Teutonis, *S. Miniato al Tedeſco*
Burgi S. Sepulchri, *Borgo S. Sepolcro*

Mon-

Montis Politiani, *Monte Pulciano*, ab ejus juriſdictione immunis.
Cortonenſis, *Cortona*, ab ejus juriſdictione immunis.

Archiepiſcopatus Senenſis.

SIENA.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

In Hetruria.

Suanenſis, *Saona*
Cluſinus, *Chiuſi*
Groſſetanus, *Groſſeto*
Maſſanenſis, *Maſſa*
Pientinus, *Pienza*, ab ejus juriſdictione immunis
Ilcinenſis, *Mont' Alcino*

Archiepiſcopatus Firmanus.

FERMO.

In Marchia Anconitana

Ditionis Eccleſiæ.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Maceratenſis, *Macerata*) invicem uniti.
Tolentinus, *Tolentino*)
Ripanus, *Ripa Tranſone*
Montis Alti, *Mont' Alto*
S. Severini, *San Severino.*

Archiepiſcopatus Urbinatenſis.

URBINO.

In Ducatu Urbinate

Ditionis Eccleſiæ.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Callienſis, *Cagli*
Foro Semproniensis, *Foſſombrone*
Feretranus, *Monte feltro*
Piſaurienſis, *Peſaro*
Urbanienſis, *Urbanea*) invicem uniti.
S. Angeli in Vado, *S. Angelo in Vado*)
Senogalienſis, *Senigaglia*
Eugubinus, *Gubio*, ab ejus juriſdictione immunis

Archiepiſcopatus Ravennatenſis.

RAVENNA.

In Romandiola,

Ditionis Eccleſiæ.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Hadrienſis, *Adria*, cujus ſedes Rhodigii
Ariminenſis, *Rimini*
Britinorienſis, *Bertinoro*
Cervienſis, *Cervia*
Ceſenatenſis, *Ceſena*
Comaclenſis, *Comacchio*
Faventinus, *Faenza*
Ferrarienſis, *Ferrara*
Imolenſis, *Imola*
Forolivienſis, *Forli*
Sarſinatenſis, *Sarſina*

Archiepiſcopatus Bononienſis.

BOLOGNA.

In ditione Eccleſiæ.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Parmenſis, *Parma* } In ditione Ducis Parmenſis.
Placentinus, *Piacenza*
Burgi S. Donini, *Borgo S. Donin*
Rhegienſis, *Regio* } In ditione Ducis Mutinenſis.
Mutinenſis, *Modena*
Cremenſis, *Crema*, in ditione Veneta.

Archiepiſcopatus Genuenſis.

GENOVA.

In ora, & ditione Genuenſis.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Albingaunenſis, *Albenga.*
Naulenſis, *Noli*
Brugnatenſis, *Brugneto*
Nebienſis, *Nebio*, in Corſica inſula
Marianenſis, *Mariana*) ibidem) invicem
Accienſis, *Accia*,) ibidem) uniti.
Bobienſis, *Bobio*, in Ducatu Mediolanenſi

Archiepiſcopatus Taurinenſis.

TORINO.

In Pedemontio.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Eporedtenſis, *Jurea*
Montis Regalis, *Mondovi*
Salutiarum, *Saluzzo*, ab ejus juriſdictione immunis
Foſſanenſis, *Foſſano*

Archiepiſcopatus Mediolanenſis.

MILANO.

In Ducatu Cognomine.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Cremonenſis, *Cremona*
Novarienſis, *Novara*
Laudeſis, *Lodi*
Alexandrinus, *Aleſſandria*
Dertonenſis, *Tortona*
Viglebanenſis, *Vigevano*
Papienſis, *Pavia*, ab ejus juriſdictione exemptus
Bergomenſis, *Bergamo*) in ditione
Brixienſis, *Breſcia*) Veneta.
Albenſis, *Alba*) in ditione Ducis
Aſtenſis, *Aſti*) Sabaudiæ.
Vercellenſis, *Vercelli*)
Aquenſis, *Aqui*) in Montis-Ferrati Ducatu.
Caſalenſis, *Caſale*)
Savonenſis, *Savona*) in ora, & ditione
Vintimillienſis, *Vintimiglia*) Reipublicæ.

Patriar-

Patriarchatus Aquilejenſis.

AQUILEJA.

In Foro-Julio.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI.

Patavinus, *Padova*) in dominio Venetæ
Vicentinus, *Vicenza*) Reipublicæ.
Veronenſis, *Verona*)
Tridentinus, *Trento*, in ditione Imperatoris
Comenſis, *Como*, in Ducatu Mediolanenſi
Tarviſinus, *Treviſi*, in dominio Venetæ Reipublicæ
Cenetenſis, *Ceneda*)
Bellunenſis, *Belluno*) in dominio Venetæ
Feltrenſis, *Feltre*) Reipublicæ.
Concordienſis, *Concordia*)
Tergeſtinus, *Trieſte*, in ditione Imperatoris
Juſtiniopolitanus, *Capo d'Iſtria* }
Æmonienſis, *Città Nuova* } in dominio Venetæ
Parentinus, *Parenzo* } Reipublicæ.
Polenſis, *Pola* }
Petinenſis, *Pedena*, in ditione Imperatoris
Mantuanus, *Mantova*, ab ejus juriſdictione exemptus, in ditione Mantuani Ducis,
Labacenſis, *Laubach*, in Garniola, ab ejus juriſdictione immunis, & in ditione Imperatoris.

Patriarchatus Venetus.

VENETIA.

In ditione Reipublicæ Venetæ.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Clodienſis, *Chiozza*
Torcellanus, *Torcello*
Caprularum, *Caorle*

IN REGNO NEAPOLITANO

Archiepiſcopatus Neapolitanus.

NAPOLI.

In Provincia Laboris.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Puteolanus, *Pozzuolo*
Nolanus, Nola
Accerrarum, *la Cerra*
Iſclanus, *Iſchia*
Averſanus, *Averſa*, ab ejus juriſdictione immunis

Archiepiſcopatus Capuanus.

CAPUA.

In Provincia Laboris.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Theanenſis, *Tiano*
Calvenſis, *Calvi*
Caſertanus, *Caſerta*
Calatinus, *Cajazzo*
Carinolenſis, *Carinola*
Iſernienſis, *Iſernia*
Sueſſanus, *Sueſſa*
Aquitanenſis, *Aquino*, ab ejus juriſdictione immunis
Venafranus, *Venafro*
Gajetanus, *Gaeta*, ab ejus juriſdictione immunis
Fundanus, *Fondi*, ab ejus juriſdictione immunis
Seranus, *Sera*, ab ejus juriſdictione exemptus

Archiepiſcopatus Salernitanus.

SALERNO

In Principatu Citeriori.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Campanieſis, *Campagna*, cui unitus eſt Satrianenſis
Caputaquenſis, *Capacio*
Policaſtrenſis, *Policaſtro*
Nuſcanenſis, *Nuſco*
Sarnenſis, *Sarno*
Marſicenſis, *Marſico*
Nucernus, *Nocera delli Pagani*
Acernenſis, *Acerno*
Cavenſis, *la Cava*, ab ejus juriſdictione exemptus

Archiepiſcopatus Amalphitanus.

AMALFI

In Principatu Citeriori.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Litterenſis, *Lettere*
Capritanus, *Capri*
Minorenſis, *Minori*
Scalenſis, *Scala*) invicem uniti
Ravellenſis, *Ravello*) ab ejus juriſdictione immunis.

Archiepiſcopatus Surrentinus.

SORRENTO.

In Provincia Laboris.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Vicanus Equenſis, *Vico*
Maſſenſis, & Maſſalubrenſis, *Maſſa*
Caſtri maris, *Caſtell' à mare*

Archiepiſcopatus Compſanus.

CONZA.

In Principatu Ulteriori.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI.

Muranus, *Muro*, in Baſilicata Provincia
Satrianenſis, *Satriano*, unitus Campanienſi in Principatu Citeriori.
Laquedonienſis, *Lacedogna*, in Provincia Ulteriori
S. Angeli Longobardorum, *S. Angelo de longobardi*) invicem uniti in Principatu Ulteriori.
Biſaccienſis, *Biſaccia*)
Montis Viridis, *Monte Verde*, unitus Archiepiſcopatui Nazareno, ibidem.

Archie-

Archiepiſcopatus Acheruntinus, & Materanus.

L'ACERENZA, & MATERA.

In Apulia.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI.

Ibidem.

Venuſinus, *Veneſa*
Anglonenſis, *Anglona*, ſive Turſi
Potentinus, *Potenza*
Gravinenſis, *Gravina*
Tricaricenſis, *Tricarico*
Montis piloſi, *Monte Peloſo*, ab ejus juriſdictione exemptus.
Melphienſis, *Melfi*) invicem) ab ejus juriſditione
Rapollenſis, *Rapolla*) uniti.) exempti.

Archiepiſcopatus Tarentinus.

TARENTO.

In Provincia Hydruntina.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Motulenſis, *Motola*
Caſtellanatenſis, *Caſtellana*
Uritanus, *Oria*

Archiepiſcopatus Brunduſinus.

BRINDISI.

In Provincia Hydruntina.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEUS

Ibidem.

Oſtunenſis, *Oſtuni*

Archiepiſcopatus Hydruntinus.

OTRANTO.

In Provincia Hydruntina.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Caſtreſis, *Caſtro*
Gallipolitanus, *Gallipoli*
Ugentinus, *Ugento*
Aletienſis, *Lecce*
Aleſſanenſis, *Aleſſano*
Neritonenſis, *Nardo*, ab ejus juriſdictione immunis.

Archiepiſcopatus Barenſis.

BARI.

In Barenſi Provincia.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Bitontinus, *Bitonto*
Juvenacenſis, *Giovenazo*
Melphitenſis, *Molfeta*, ab ejus juriſdictione immunis
Ruvo, *Ruvo*
Converſanenſis, *Converſano*
Minerbinenſis, *Minervino*
Monopolitanus, *Monopoli*, ab ejus juriſdictione exemptus
Bitettinus, *Bitetto*
Polignanenſis, *Polignano*
Lavellenſis, *Lavello*
Catharenſis, *Cattaro*, in Dalmatia, & ditione Veneta.

Archiepiſcopatus Tranenſis.

TRANI.

In Barenſi Provincia.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Vigilenſis, *Biſeglia*
Andrienſis, *Andria*

Archiepiſcopatus Nazarenus in Barulo Oppido.

BARLETTA.

In Provincia Barenſi.

Sine Suffraganeis, & ei unitus eſt Epiſcopatus Montis Viridis.

Archiepiſcopatus Sipontinus,

MANFREDONIA.

In Capitanata Provincia.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI.

Ibidem.

Veſtanenſis, *Vieſte*
Trojanenſis, *Troja*, ſed ab ejus juriſdictione immunis

Archiepiſcopatus Lancianenſis.

LANCIANO.

In Aprutio.

Sine Suffraganeis.

Archiepiſcopatus Theatinus.

CHIETI.

In Aprutio.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Adrienſis, *Atri*) invicem) ab ejus juriſditione
Pinnenſis, *la Penna*) uniti.) exempti.
Orthonenſis, *Ortona*) invicem uniti.
Camplenſis, *Campli*)

Archiepiſcopatus Beneventanus.

BENEVENTO.

In Principatu Ulteriori.

Et ditionis Eccleſiæ.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI.

Aſculanus, *Aſcoli*
Theleſinus, *Teleſe*
S. Agathæ Gothorum, *S. Agata de Goti*
Alifanus, *Alife*
Montis Marani, *Monte Marano*

Abel-

Abellinenſis, *Avellino*) invicem uniti.
Frequentina, *Fricento*)
Arianenſis, *Ariano*
Trevicenſis, *Vico della Baronia*
Triventinus, *Trivento*, ab ejus juriſdictione exemptus.
Bojanenſis, *Bojano*
Bovinenſis, *Bovino*
Vvlturarienſis, *la Volturara*
Larinenſis, *Larino*
Thermularum, *Termine*
Lucerinus, *Lucera*
Guardienſis, *Guardia Alferes*
S. Severi, *San Severo*

Archiepiſcopatus Roſsanenſis

ROSSANO

In Calabria Citeriori.

Nullum Epiſcopatum habet Suffraganeum.

Biſignanenſis, *Biſignano*, ab ejus juriſdictione exemptus.

Archiepiſcopatus Conſentinus.

COSENZA.

In Calabria Citeriori.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Maturanenſis, *Martorano*
Sancti Marci, *San Marco*, ab ejus juriſdictione exemptus.
Miletenſis, *Melito*, ab ejus juriſdictione exemptus.
Caſſanenſis, *Caſſano*, ab ejus juriſdictione exemptus.

Archiepiſcopatus S. Severinæ.

SANTA SEVERINA.

In Calabria Ulteriori,

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Umbriacenſis, *Umbriatico*
Belcaſtrenſis, *Belcaſtro*
Strongulenſis, *Strongoli*
Inſulanus, *Iſola*
Ceruntinus, *Cerenza*) invicem uniti.
Cariatenſis, *Cariati*)

Archiepiſcopatus Rheginenſis.

REGIO.

In Calabria Ulteriori.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Catanenſis, *Catanzaro*
Crotonienſis, *Cotrone*
Tropejenſis, *Tropea*
Oppidenſis, *Oppido*
Nicoterenſis, *Nicotera*
Neocaſtrenſis, *Necaſtro*
Hieracenſis, *Geraci*
Squillacenſis, *Squillace*
Bovenſis, *Bova*

IN SICILIA INSULA

Archiepiſcopatus Panormitanus.

PALERMO.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Agrigentinus, *Gergenti*
Mazarienſis, *Mazara*
Melitenſis, *Malta*

Archiepiſcopatus Meſsanenſis.

MESSINA.

EPISCOPATUS SUFFRAGANEI

Ibidem.

Cephalædenſis, *Ciſalu*
Pactenſis, *Patti*
Liparenſis, *Lipari*

Archiepiſcopatus Montis-Regalis.

MONREALE.

Eſthoniæ Ducatus, ſive Eſtiæ, *Eſten*, Livoniæ pars ampla, vendita Equitibus ordinis Teutonici anno 1346. à Valdemaro III. Rege Daniæ pro 18. milliaribus Marcarum argenti.

FeldKirca, *FeldKirch*, oppidum Sveviæ, venditum Archiduci Auſtriæ, anno 1490. ab Hugone Comite Montisfortis.

Ferretanus Comitatus, *le Comté de Ferret*, oppignoratus Carolo Duci Burgundiæ ultimo, anno 1471, à Sigiſmundo Archiduce Auſtriæ, pro 80. mille florenis.

Finalium, *Finale*, oppidum Liguriæ, venditum cum ſuo Marchionatu, ſive agro adjacente Philippo 3. Regi Hiſpaniæ, anno 1599. à Sfortia Andrea Carreto ejus Marchione.

Forum Sempronii, *Foſſombrone*, urbs Italiæ, vendita Federico Duci Urbinati à Galeatio Malateſta, ejus domino, pro ſumma 13. mille florenorum auri, tempore Sixti IV. Papæ.

Friburgum, *Fribourg*, urbs Germaniæ in Briſigavia, vendita Alberto, & Leopoldo Ducibus Auſtriæ, anno 1367. ab Egone Comite Furſtembergio.

Friburgum, *Fribourg*, urbs Helvetiæ, vendita Rodolpho I. Imperatori anno 1277. à Comite Eberhardo Kiburgio, pro 4000. marcis argenti.

Friſia, *la Friſe*, provincia Belgii, vendita Carolo Principi Hiſpaniæ, & deinde Imperatori, anno 1515. à Gregorio Duce Saxoniæ, pro centum mille florenis.

Genapum, *Genep*, oppidum Germaniæ ad Moſam, venditum Duci Cliviæ à Brederodio ejus domino.

Genuenſis Comitatus, *le Comté de Genevois*, tractus Sabaudiæ; venditus Amedeo Comiti Sabaudiæ, anno 1401: ab Humberto *de la Toire* domino *de VVillars*, nepote & hærede Clementis VII. ultimi Comitis Genevenſis, atque à Mechtilde Bavariæ alia ejus nepte, & ab Othone *de la Toire* avvnculo paterno, & hærede dicti Humberti, anno 1406. poſt ejus obitum ſine liberis, unà cum juribus in urbem Genevenſem mediante pecuniæ ſumma.

Giſſa, *l'Isle de Pago*, inſula Dalmatiæ, vendita Reipublicæ Venetæ, anno 1409. à Ladislao Rege Neapolitano.

Golnovia, *Golnou*, oppidum Pomeraniæ, oppignoratum Electori Brandeburgico, anno à Suecis pace ad Fanum S. Germani Sancita, pro 50. mille Scutis.

Goricomium, *Gorcum*, oppidum Belgii, venditum Guillelmo Bavaro Comiti Hollandiæ, anno 1412. cum dominio ArKeli, à Reinoldo Duce Gueldriæ.

Gotlandia, *l'Isle de Gothland*, iuſula maris Baltici, vendita Daniæ Regi, anno 1408. ab Equitibus Pruthenis, pro 9000. aureis.

Gravia, *Grave*, oppidum Belgii, venditum Duci Brabantiæ, anno 1323. ab Ottone domino Cuicani tractus.

Gruierę Comitatus, *le Comté de Gruyeres*, tractus Helvetiæ, venditus Bernatibus, & Friburgiis, anno 1554. ab ejus Comite.

Guinæ Comitatus, *le Comté de Gdines*, tractus Picardiæ, venditus cum Ardra Philippo Audaci Francorum Regi, anno 1282. ab Arnulfo III. Comite Guinæ.

Haguenoæ Præfectura Provincialis, *le Grande Baillage, ou la landſogtiæ de Haguenau*, pars ampla Alſatiæ, oppignorata Ludovico IV. Electori Palatino, anno 1408. à Roberto Rege Romanorum ejus patre, pro 50. millibus florenorum, & deinde redempta anno 1558. à Ferdinando I. Imperatore.

Heidenheimum, *Heidenheim*, oppidulum Sveviæ, ad Brentium fluvium, venditum Udalrico Comiti VVurtembergio, à Ludovico Comite Electori Palatino.

Helfenſtenius Comitatus, *le Comté d'Helfenſtein*, tractus Sveviæ, venditus Ulmæ urbi, ab ejus Comitibus.

Helmſtadium, *Helmſtad*, oppidum Saxoniæ inferioris, venditum Guillelmo Duci Brunſuicenſi anno 1490. Abbate Verdenæ ad Ruram.

Hochburgenſis Marchionatus, *le Marquiſat d'Hochberg*, tractus Germanię in Briſigavia, venditus Bernardo Marchioni Badenſi, anno 1415. ab Ottone II. Marchione Hochbergenſi.

Ho-

Hohenbergenſis Comitatus, *le Comté de Hohenberg*, tractus Sveviæ venditus Duci Auſtriæ, anno 1371. à Rodolpho ejus Comite ultimo, & Alberto Marchione Hohbergenſi.

Holſatiæ Ducatus, *le Duché d'Holſteiv*, provincia Germaniæ, vendita Regi Daniæ, anno 1390. ab Ottone Comite Schavenburgi, pro 43000. aureis Rhenanis.

Jadera, *Jara*, urbs Dalmatiæ, vendita Reipublicæ Venetæ, cum agro adjacente, anno 1490. à Ladislao Rege Neapolitano.

Jameſium, *Jametz*, oppidum Barrenſis Ducatus, venditum Regi Ludovico XIII. anno 1633. à Carolo III. Duce Lotharingiæ.

Julia, *Giula*, urbs Tranſsylvaniæ, oppignorata Principi Tranſſylvaniæ à Turcis.

Landgraviatus Alſatiæ, *le Landgraviat d'Alſace*, provincia Germaniæ, vendita Ludovico Magno Francorum Regi anno 1648. à Ferdinando Carolo Archiduce Auſtriæ Oenipontano, pro ſumma trium millionum librarum Turonenſium, pace VVeſtphalica unà cum Suntgavia.

Lavemburgum, *Lavvembourg*, oppidum Pomeraniȩ, oppignoratum Ducibus Pomeraniæ, anno 1526. à Sigiſmundo Rege Poloniæ.

Lebuſia, *Lebuſſ*, urbs Germaniæ, vendita cum ſuo agro, Joanni, & Othoni Marchionibus Brandeburgicis anno 1260. à Boleslao Calvo Duce Sileſiæ.

Leonſtenius Comitatus, *le Comté de Lovveſteim*, tractus Germaniæ in Franconia, venditus Friderico I. Electori Palatino, anno 1441. à Ludovico Comite ultimo, pro 14000. aureis Rhenanis.

Limburgenſis Ducatus, *le Duché de Limburg*, provincia Belgii, vendita Joanni Duci Brabantiæ, anno 1282. ab Alphonſo Comite Montenſi.

Lucerna, *Lucerne*, urbs Helvetiæ, vendita Alberto I. Imperatori ab Abbate Murbacenſi.

Luda, *Lude*, oppidulum VVeſtphaliæ venditum Epiſcopo Paderbornenſi, anno 1212. ab Alberto Comite Eberſtenio.

Lupia, *Lipſtat*, urbs VVeſtphaliæ Vendita Duci Clivenſi, à Comite Lupiæ, pro 8000. marcis Argenti.

Luſatia, *la Luſace*, provincia Germaniæ, vendita Regi Bohemiæ anno 1370. ab Alberto Comite de *Sternberg* Archiepiſcopo Magdeburgenſi, pro 6. millibus marcarum.

Luxemburgenſis Ducatus, *le Duché de Luxembourg*, provincia Belgii, vendita Philippo Bono Duci Burgundiæ ab Elizabath à Moravia nepte Imperatoris Sigiſmundi, & ab Elizabeth Regina Poloniæ ejus etiam hærede.

Luximum, *Luxim*, oppidulum Lotharingiæ, venditum Duci Lotharingiæ à Principe Paruæ Petræ.

Magdeburgum, *Magdebourg*, caſtrum Germaniæ in Vogeſo tractu, venditum cum adjacente agro Georgio Palatino Epiſcopo Spirenſi, anno 1517. ab Ulrico Duce VVurtembergenſi.

Marchiæ Comitatus, *le Comté de la Marche*, provincia Galliæ, vendita Henrico Regi Angliæ, anno 1170. ab Audeberto Comite Marchiæ, pro 15. mille libris Andegavenſibus,

Marienburgum, *Marienbourg*, oppidum Belgii, venditum Carolo V. Imperatori ab Epiſcopo Leodienſi.

Mariæburgum, *Marienbourg*, urbs Pruſſiæ, vendita cum aliis locis, & caſtris, Regi Poloniæ, anno 1457. ab Equitibus ordinis Crucigerorum, prò 476000. florenis.

Matiſconenſis ager, *le Maſconois*, tractus Galliæ, venditus unà cum Matiſcone, Ludovico IX. Francorum Regi anno 1238. à Joanne ejus Comite, pro ſumma 11000. librarum.

Mechlinia, *Malines*, urbs Belgii, vendita fuit ab Adolpho Epiſcopo Leodienſi anno 1328. Reginaldo Duci Gueldriæ, qui illam deinde vendidit Ludovico Malano Comiti Flandriæ, anno 1332.

Mallinga, *Mellinghen*, oppidulum Helvetiæ ad Ruſnam fluvium, venditum Helvetiis à Sigiſmundo Imperatore.

Mentonum, *Menton*, oppidulum Liguriæ, in ora, venditum Carolo Principi Monoeci, anno 1630.

Molucæ inſulæ, *les Moluques*, in Oceano Orientali ad quas omne jus, quod habebat, vendidit Carolus V. Imperator, anno 1529. Joanni III. Portugalliæ Regi, pro 350. mille Ducatis.

Monſpeſulanus, *Montpellier*, urbs Galliæ, vendita Philippo Valeſio Regi Francorum, anno 1343. à Sanctio Rege Majoricæ, cui ſuberat, pro 120. mille Scutis.

Norimberga, *Nuremberg*, urbs Germaniæ emit à Friderico ejus Burgravio jura in civitatem, in arcem, & in territorium Norimbergenſe, anno 1426. prætio 240. mille florenorum, ultra quod à Rege Bohemiæ ipſa etiam emit loca *HerſprucK*, *Lauf*, & *Belden*, itemque arces, *Hebeſtoin*, & *HanecK*.

Novigradum, *Novigrad*, oppidum Dalmatiæ, venditum Reipublicæ Venetæ à Ladislao Rege Neapolitano, anno 1409.

Noviomagum, *Nimegue*, urbs Belgii, oppignorata cum ſuo agro Ottoni Comiti Gueldriæ, anno 1270. à Guillelmo Comite Hollandiæ, & Rege Romanorum, pro ſumma 21. mille marcarum argenti.

Oeſilienſis Epiſcopatus, *l'Eveſché de Oeſel*, Livoniȩ tractus, venditus Magno Duci Holſatiȩ fratri Friderici II. Daniæ Regis, anno 1560. à Joanne à *Munchauſen* ejus ultimo Epiſcopo, pro 20000. Imperialibus.

Onelia, *Onelia*, oppidum Liguriæ, venditum cum ejus agro Duci Sabaudiæ, anno 1526. ab Hieronymo ab Auria ejus Principe.

Oppavienſis Ducatus, *le Duché de Troppau*, tractus Sileſiæ, venditus Ferdinando primo Regi Bohemiæ, & Hungariæ à filiis Georgii Marchionis Anſpachii.

Orcades inſulæ, *les Isles Orcades*, in ora Scotiæ, oppignoratæ Regi Scotiæ, anno 1474. à Chriſtiano Rege Daniæ, nec poſtea redemptæ.

Oſtroviza, *Oſtrovice*, oppidum Croatiæ, venditum Venetæ Reipublicæ, anno 1411. à Vaivoda Boſſinæ, pro prætio 5000. Ducatorum auri.

Ovicimenſis Ducatus, *le Duché d'Oſvviecin*, tractus Poloniæ in Palatinatu Cracovienſi, venditus Regi Poloniæ, anno 1457, à Januſio ejus Duce & Domino, pro 80. millibus florenorum Hungaricalium.

Phalſeburgum, *Phalſebourg*, oppidum Lotharingiæ venditum Duci Lotharingiæ à Comite Palatino Veldenſi.

Philippovilla, *Philippeville*, urbs Belgii, vendita Carolo V. Imperatori, ab Epiſcopo Leodienſi.

Pinarolium, *Pignerol*, urbs Pedemontii, vendita Ludovico XIII. Regi Francorum, anno 1631. à Victore Duce Sabaudiæ.

Pitiglanum, *Pitigliano*, oppidum Hetruriæ, venditum Magno Duci Hetruriæ cum agro adjacente, anno 1624. ab Urſinis.

Pomara, *Pomara*, caſtrum Montisferrati, venditum Marchioni Montisferrati, anno 1210. à Papienſibus pro ſumma 3000. librarum.

Rensburgum, *Rensbourg*, oppidum Holſatiæ, venditum Daniæ Regi.

Revalia, *Revel*, urbs Livoniæ, vendita Magno Magiſtro Livoniæ, anno 1374.

Revalienſis Epiſcopatus, *l'Eveſché de Revel*, tractus Livoniæ, venditus Magno Duci Holſatiæ fratri Friderici II. Regis Daniæ, anno 1562. à Mauritio *VVrangel* ejus ultimo Epiſcopo.

Rocabruna, *Rocabruna*, oppidum Liguriæ, in

ora,

ora, venditum Carolo Principi Monoeci, anno 1327.

Rotenburgum ad Nicrum, *Rotenbourg ſur le Neckre*, oppidum Sveciæ, venditum Auſtriacis, anno 1371. à Rodulpho Hohenbergenſi Comite ultimo.

Rubeacum, *Rufach*, oppidum Alſatiæ, venditum Epiſcopo Argentoratenſi, anno 1195. à Conrado Comite Oetingenſi.

Ruſcinonenſis Comitatus, *le Comté de Roſſillon*, provincia Galliæ, vendita Ludovico XI. Regi Francorum, anno 1462. à Joanne Rege Aragoniæ, pro ſumma 300. mille ſcutorum.

Rutenenſis Comitatus, *le Comté de Rodez*, tractus Galliæ, venditus ab Alphonſo Comite Sancti Egidii anno 1147. Richardo, & Hugoni, qui inde ejus Comites extitere.

Sargentia, *le Sargants*, tractus Helvetiæ, venditus ſeptem pagis, anno 1483. à Georgio Comite Vverdenbergenſi.

Scania, *Schonen*, provincia Gothiæ, vendita Magno Sveciæ Regi, anno 1339. à Joanne Duce Holſatiæ, pro 70. mille marcis argenti, quibus ipſi antea conceſſa fuerat à Chriſtophoro II. Rege Daniæ

Scaphuſia, *Schafouſe*, urbs Helvetiæ, vendita Friderico Duci Auſtriæ, 1310. à Ludovico Bavaro Imperatore.

Scardona, *Scardona*, urbs Dalmatiæ, vendita Reipublicæ Venetæ, anno 1411. à Sandaglio Boſniæ Vaivoda, pro 5000. ducatis auri.

Scepuſienſis Comitatus, *le Comté de Scepuſe*, tractus Hungariæ, cujus major pars, & 13. oppida ſive caſtra oppignorata fuere Poloniæ Regi, anno 1434. à Sigiſmundo Imperatore, nec poſtea redempta.

Sonnebergenſis Domitatus, *le Comté de Sonneberg*, tractus Tirolis, venditus Sigiſmundo Duci Auſtriæ, tempore Friderici III. Imperatoris, ab Vberhardo Dapifero de *Vallburg*, pro 50. mille florenorum.

Stenæum, *Stenay*, urbs Barrenſis Ducatus, vendita Ludovico XIII. Regi Francorum, anno 1633. à Carolo III. Lotharingiæ.

Sveviæ Præfectura, *la Lundfogtie de Sovabe*, tractus Germaniæ, venditus Sigiſmundo Duci Auſtriæ, anno 1490. à Joanne Dapifero de *Vvaldeburg*.

Tabernæ, *Saverne*, urbs Alſatiæ, vendita Epiſcopo Argentoratenſi, unà cum Landgraviatu Alſaitæ inferioris, anno 1195. à Conrado Comite Oetingenſe genero Henrici ultimi Comitis ab Egesheim, & Landgravii Alſatiæ.

Tendanus Comitatus, *le Comté de Tonde*, tractus intra Alpes in Italia, venditus Emanueli Philiberto Duci Sabaudiæ anno 1575. à Renata à Sabauda Marchioniſſa *d'Urfe*, hujus Comitatus herede, unà cum dominiis de *Maro*, & de *Preia*.

Teneramunda, *Dermonde*, urbs Flandriæ, vendita Philippo Valeſio Regi Francorum, anno 1340.

Theſſalonica, *Salonique*, urbs Macedoniæ, vendita Reipublicæ Venetæ, anno 1423. ab Andronico Paleologo ejus Deſpota.

Tierſtenium, *Tierſterin*, caſtrum Helvetiæ venditum cum ſuo agro partim Solodurijs, & partim Epiſcopo Baſileenſi, anno 1517. ab Henrico ejus ultimo Comite.

Toggenburgenſis Comitatus, *le Comté de Toggenbourg*, tractus Helvetiæ, venditus Abbati Sancti Galli, anno 1469. à Patermanno Raronio.

Tornacum, *Tournay*, urbs Flandriæ, oppignorata Anglis à Carolo V. Imperatore, & redempta à Franciſco I. Rege Francorum anno 1518. pro 400. mille ſcutis.

Tractus ad Aniſſum, *le pais ſur l'Ens*, pars Auſtriæ, quæ & Auſtria ſuperior, oppignorata Maximiliano Duci Bavariæ à Ferdinando II. Imperatore, pro ſumma 13. millionum, & redempta pace Vveſtphalica.

Trajectum ad Rhenum, *Utrecht*, urbs Belgii, vendita Carolo V. Imperatori, ab ejus Epiſcopo Henrico Bavaro, anno 1527.

Tranſiſalania, *l'Ovver Iſſel*, provincia Belgii, vendita Carolo V. Imperatori, anno 1527. ab Henrico Bavaro Epiſcopo Ultrajectino.

Tubinga, *Tubingen*, urbs Sveciæ, vendita Udalrico Comiti VVurtembergenſi, cum caſtro, & omnibus ad eam pertinentibus, anno 1342. à Comitibus Gozzone, & Vilhelmo fratribus.

Valentiana, *Valencienne*, urbs Belgii, vendita cum ſuo Comitatu Regnerio Comiti Hannoniæ, anno 973. à Garnerio ejus Comite.

Valentinenſis ager, *le Valentinois*, tractus Galliæ, venditus Carolo VI. Regi Francorum, anno 1391. à Ludovico à Pictavio, pro ſumma 100. mille ſcutorum auri.

Vaudum, *le pais de Vaud*, tractus Helvetiæ, venditus Aymoni Domino Fauciniaci, unà cum Advocatia Lauſanæ, anno 1225. à Vvhernero, & Hermanno Comitibus Kiburgi. Deinde Vaudum iterum venditum fuit Amedeo Viridi Comiti Sabaudiæ, anno 1350. ſimul cum Bugeſia provincia, Valli Romæa, & Comitatu Rotundi montis, à Catharina filia unica Ludovici II. à Sabaudia Baronis de Vaudo, ad id conſentiente Guillelmo ejus marito Comite Namurcenſi, pro pretio 160. mille florenorum auri, & tandem Vaudum oppignoratum fuit Bernatibus à Sabaudiæ Duce anno 1636. pro 100. mille ſcutis.

Vecta, *Vecht*, oppidum Veſtphaliæ, venditum epiſcopo Monaſterienſi, anno 1247. ab Ottone Comite Luppiæ.

Vildenegum, *Vildeneg*, tractus Bavariæ venditus Leonardo à *Reutſchach*, Archiepiſcopo Saliſburgenſi cum omnimoda juriſdictione, & Monaſterium *Manſee*, unà cum oppido, à Maximiliano I. Imperatore, pro 12000. florenis.

Vildeshuſia, *Vvildeshauſen*, oppidulum Vveſtphaliæ, oppignoratum Epiſcopo Monaſterienſi, anno 1679. à Rege Sveciæ, pace ad Noviomagum facta, pro 100. mille ſcutis.

Vindaſcinus Comitatus, *le Comtat Vanaiſſin*, tractus Provinciæ, venditus Clementi VI. Papæ unà cum Avenione, anno 1248. à Joanna Regina Neapolitana, ſimulque Comitiſſa Provinciæ.

Ultrajectina Ditio, *la Seigneurie d'Utrecht*, provincia Belgi, vendita Carolo V. Imperatori, die 15. Novembris, anno 1529, ab Henrico Bavaro ejus Epiſcopo.

Zatorienſis Ducatus, *le Duché de Zator*, tractus Poloniæ minoris, in Palatinatu Cracovienſi, venditus Joanni Alberto Regi Poloniæ, anno 1494. à Januſio ejus Duce, pro 80. millibus florenorum Polonicarum.

URBES, REGIONES ET ALIÆ PARTES FICTITIÆ,

Seu quæ nec ſunt, nec unquam extiterunt,

Quanquam ſæpe notentur in pluribus tabulis Geographicis.

ANianum fretum, *le Dertroit d'Anian*, antea deſcriptum fuit inter Tartariam, & Americam, poſtea à recentioribus quibuſdam ponitur inter Californiam, & Terram Eſonis; ſed revera nunquam luſtratum fuit, aut detectum, ſicque fictitium eſt, cum Nautæ peritiores nullatenus hoc agnoſcant fretum.

Beach *Beach*, Regio ampla, ponitur tamquam pars terræ Auſtralis in plurimis tabulis, ſed ubi fuerit, aut à quibus detecta, altum ineſt inter authores ſilentium, & ex recentioribus relationibus illarum conſtat, nullam eſſe regionem ſic dictam in omni terra auſtrali, & in partibus ab Europæis detectis.

Belgis, urbs, cujus ſit mentio in pluribus tabulis Galliæ Belgicę, & cujus meminere aliquot recentiores, tamquam de urbe antiqua Belgii, ſed revera nunquam extitit, ut pluribus probatur in voce Belgii.

Bengala, *Bengala*, urbs Aſiæ, cujus ſit mentio in omnibus tabulis recentioribus, tamquam urbs præcipua Regni cognominis, in ora ſinus Gangetici, ubi in eum ſe exonerat Coſminus fluvius; ſed revera ubi ponitur hæc urbs, prope oſtia Coſmini fluvii in ſinum Gangeticum, & in Regno Arracami, & Regni Bengalæ præcipua urbs eſt Ougelum, ſicque nulla urbs eſt Bengala dicta, ut conſtat ex omnibus relationibus recentiorum, & ex diariis nautarum.

Coſmopolis, *Coſmopolis*, urbs Italiæ, cujus ſit mentio in omnibus tabulis Geographicis, & ſtatuitur in Ilua Inſula, versùs oram Thuſciæ, ubi revera ineſt Portus Ferrarius, *Porto Ferrajo*, oppidum ejuſdem inſulæ, cum portu tuto, quo Jacobus Caſtaldus, & Thomas Porcacius ſuam finxerunt Coſmopolim, cum re ipſa nulla ſit urbs hujus nominis in Ilua Inſula, ut pluries vidi, neq; de iſta Coſmopoli aliquid ſciant ipſi Florentini.

Friſlandia, *Friſlande*, inſula ampla Oceani ſeptentrionalis, quam narrant eſſe versùs Gronelandiam, & detectam fuiſſe ante tria ſæcula à Nicolao Zeno Veneto, nomine Regis Daniæ, ſed de ea altum inter alios authores ſilentium, nec etiam conſtat, ubi ſit, cui ſubjaceat, & quas habeat urbes, & partes, & cum de ea nihil prorſus ſcribant Nautæ Europæi, qui quotannis illas partes luſtrant propter piſcationem, melius eſt dicere Friſlandiam inſulam eſſe fictitiam, unde mentio à tabulis recentioribus expuncta fuit.

Gochelaga, *Gochelaga*, urbs, quæ in Nova Francia ſtatuitur à quibuſdam authoribus, versùs fluvium magnum S. Laurentii, ut ſcribunt ex quorumdam relationibus, & dictis incolarum, ſed re ipſa nulla eſt urbs ſic dicta in illa regione, neque in ejus viciniis, unde nec de ea amplius ſit mentio.

Jacobipolis, *Santiaco*, ita vocatur in omnibus tabulis, urbs præcipua inſula S. Jacobi, unius ex inſulis Capitis Viridis, versùs oram Occidentalem Africæ, cum revera nulla ſit urbs ſic dicta, neque oppidum in hac inſula, & ejus primaria urbs eſt Ripa Magna, *Ribeira Grande* vulgò, eo in loco, ubi ſtatuitur in tabulis Jacobipolis, quæ ſic urbs eſt fictitia.

Iava Minor, *la petite Java*, ponitur quaſi inſula ampl Aſiæ, in Oceano Indico, versùs ortum Javæ inſulæ, quæ ideo Java major vocabatur in plurimis tabulis Geographicis, ſæculo elapſo inciſis, ſed ab omnibus recentioribus, & ex diariis Nautarum omnium compertum eſt, unicam eſſe tantùm Javam inſulam, eamque peramplam, & oblongam, nullam verò inſulam Javam minorem, quæ ideo omittitur in omnibus tabulis recentioribus.

Lodrinum, *Lodrino*, urbs, quæ tribuitur Albaniæ in omnibus tabulis, cum tamen nulla ſiat ejus mentio in omnibus hiſtoriis illarum partium, & cum etiam poſita ſit urbs Liſſus, *Aleſſio* vulgò, eodem in loco, ubi ponunt Lodrinum, ad oſtia Drilonis fluvii, ſed id accidit ex ignorantia linguæ Italicæ, quia videntes in tabulis ſinum Drilonis, *il Golfo dello Drino*, crediderunt eſſe *il Gallo del Lodrini*, & ſic dictum eſſe ab urbe *Lodrino*, quam finxerunt in illius ora, & quæ ideo expungi debet ab omnibus tabulis.

Luſſonia, *Luſſon*, ſeu & *Lueon*, ſic dicitur in tabulis urbs Manilæ inſulæ, ſeu Luſſoniæ in Philippinis, & in Oceano orientali, & ſtatuitur in ejus parte occidentali, cum revera nulla ſit Luſſonia urbs in hac inſula, ut conſtat ex relationibus illarum partium, & nautarum, qui illas partes ſæpe luſtrant.

Manoa, *Manoa del Rey Dorado*, urbs, quæ creditur in Guyana regione Americæ meridionalis, & in ora occidentali prætenſi lacus Parimæi, ſed quæ re vera nunquam extitit, & mere fictitia eſt, ut pluribus probatur in voce Provinciæ inaurati.

Minorica, *Menorca*, ſic ponitur in tabulis, urbs præcipua Minoricæ inſulæ, ſed tantùm ex opinione quorumdam, cum ejus oppidum præcipuum ſit *Citadella*, in ejus ora occidentali, ſed nulla urbs eſt, ſeu oppidum aut caſtrum Minorica dictum in hac inſula, adde etiam quod eo in loco ubi ſtatuunt Minoricam urbem ineſt portus *Port Mahon* dictus, & arx tantùm S. Philippi in colle.

Norumbega, *Norumbega*, cujus ſit mentio in plurimis tabulis Novæ Franciæ, ubi ſtatuitur versùs oram Acadiæ, prope fluvium Norumbegam; ſed revera nulla urbs eſt ſic dicta, aut oppidulum in illis partibus, nec unquam fuit, ideoque expungitur à tabulis recentibus.

Nova Albion, *la Nouvelle Albion*, Regio, quæ notatur peramplà in tabulis Americæ ſeptentrionalis, & ſtabilitur inter Californiam, & terram Eſonis, dicitur detecta à Franciſco Draco Angelo, ſed ubi fuerit prorſus incompertum eſt, nec ipſi ſciunt Angli, niſi forſan ſit locus aliquis parvi momenti in ora Californiæ inſulæ, unde nulla ejus eſt ſit amplius mentio in tabulis recentioribns.

Parimeus lacus, *le lac de Parimé*, quem credunt peramplum eſſe, & ad inſtar maris, in Guiana Regione Americæ Meridionalis, & versùs fluvium Amazonum, ſed revera multoties quæſitus numquam inveniri potuit; nec de eo quidquam didicerunt ab Indigenis, ſicque vere fictitius eſt ille lacus, ut pluribus notatur in voce Provinciæ inaurati.

Pavoaſanum, *Pavoaſan*, ſic dicitur in omnibus tabulis, urbs præcipua inſulæ S. Thomæ, in ora Guineæ, cum revera urbs ſit S. Thomæ, ut conſtat ex relationibus illarum partium, ſed hic error irrepſit, cum qu[illegible]dam, ignari linguæ Luſitanicæ, videntes in tabula inſulæ vocem *Pavocaon*, quæ ſignificat coloniam,

niam, ſive habitationem, crediderunt nomen eſſe urbis, quam Pavoaſanum dixere.

Provinciæ Inaurati, *las Provincias del Dorado*, quas Hiſpani credunt eſſe in America meridionali, & in mediterraneis, versùs fluvium Amazonum, & de quibus plurima narrant, merè fictitiæ ſunt, nec unquam fuere, ut pluribus probatur in voce Provinciæ Inaurati.

Quiri Regio, *le pais de Quir*, ſic dicitur in tabulis ea pars Terræ Auſtralis, quæ revera à Petro Ferdinando Quiro detecta fuit, anno 1606. ſed ab ipſo vocata fuit Regio Auſtralis Spiritus Sancti, *la Tierra Auſtral del Eſpiritu Santo vulgò*.

Tartaria, *Tartar*, urbs, quæ dicitur Tartariæ Magnæ caput, ſed an exſtet valde incertum eſt, & plurimi recentiores exiſtimant eſſe purè fictitiam,

ANTIQUI GEOGRAPHI.

PRimus omnium Homerus, Auſus eſt Geographiam tractare, ut pluribus narrat Strabo ex Hipparcho.

Anaximander Mileſius, Thaletis diſcipulus, primus fuit qui Geographicam ediderit tabulam, Geographiamque valde excoluit, ut Strabo refert ex Eratoſthene. Claruit temporibus Servii Tullii, Regis Romanorum.

Herodotus Halicarnaſſeus Hiſtoricus floruit Olympiade 84. tempore Artaxerxis Regis Perſarum. Geographiam univerſam complexus eſt, tractatu ſatis extenſo.

Scylax Caryandenſis ex urbe Cariæ, qui vixit tempore Darii Nothi, Periplum ſcripſit Interni maris, quem latinitate donavit, & notis illuſtravit Iſaacus Voſſius.

Dicæarchus Meſſenius Siculus, Ariſtotelis diſcipulus vixit Alexandri magni ævo.

Scymnus Chius Periegeſim totius orbis conſcripſit ſub Nicomode Rege Bithyniæ Olympiade 150.ut ex ejus initio colligitur. Antea prodierat ſub nomine Martiani Heracleotæ, ſed auctori ſuo reſtituta eſt.

Artemidorus Epheſius emiſit Geographiæ libros undecim, Olimpiade 169. quorum ſupereſt tantùm fragmentum.

Iſidorus Characenus Parthus fuit, & meminit exilii. Tiridatis Regis Parthorum. Sub Auguſto, vel non multò poſteà claruit.

Strabo Cappadox ex urbe Amaſia Tiberio Imperatore ſcribere deſiit, & ante annum ejus duodecimum.

Pomponius Mela ex urbe Melaria in Hiſpania Bætica ad tempora Claudii Imperatoris videtur pertinere.

Plinius ſecundus totis libris 3.4.5.6. Hiſtoriæ ſuæ naturalis Geographiam univerſam complexus eſt. Opus ſuum Veſpaſiano Imperatori dicavit.

Arrianus Nicomedienſis duos reliquit Periplos Ponti Euxini, & Erythræi maris quos illuſtrarunt Ramuſius, & Stuchius, Vixit ſub Trajano Imperatore.

Claudius Ptolemæus Alexandrinus, præcipuus ſui ævi Geographus, idem ille eſt qui Almageſtum ſcripſit, cùm fuerit Aſtrologus juxta, & Mathematicus ſtrenuus. Floruit ſub Adriano & Antonino Pio Imperatoribus.

Dionyſius Afer, ſeu Alexandrinus, Perigites dictus, opus ſuum, ſeu deſcriptionem totius orbis duobus libris diſtinctam vulgavit cum duo Romæ imperarent, forte Antoninus, & Getas; idque verſibus Græcis.

Marcianus Heracleotes ex Artemidoro Epheſio Periplum exterioris maris concinnavit. Citatur à Stephano, quare inter Ptolemæo,& Stephani ętatem debet interiici.

Aethicus iſter contexuit duplicem orbis deſcriptionem poſt Conſtantinum, quarum altera quod Oroſium tota legitur.

Antonini Auguſti Itinerarium videtur editum poſt Conſtantinum, aut certè ſubinde mutatum, novis urbibus inſertis; meminit enim Conſtantinopoleo. Tribuitur Antonino Imperatori, vel Antonino Auguſto Geoponicorum ſcriptori, vel Aethico. De eo pluribus Voſſius.

Veteris orbis deſcriptio conceditur Alipio cuidam Antiocheno, & ſcripta eſt ſub Conſtantino, & Conſtante Latinè tantùm.

Notitia Imperii edita eſt intra annos Chriſti 400. & 453. ut rectè demonſtrat Pancirolus: & tribuitur à quibuſdam Aethico.

Stephanus Byzantius Gramaticus ſcripſit Græcè ordine Alphabetico opus in plures libros diſtinctum de urbibus, & populis, ab Hermolao abbreviatum, ſeu potiùs mutilatum, claruit circa tempora Anaſtaſii Imperatoris; ejus opus notis nondum editis illuſtravit P.Auguſtinus Lubin, & illud nuper Latinum reddidit cum notis Thomas de Pinedo Luſitanus, in Belgio unito anno 1678.

Aledriſis, ſeu Nubienſis Geographus, præclarè ante quingentos annos Orbem in ſeptem climata deſcripſit. Vixit tempore Rogerii I. utriuſque Siciliæ Regis, hoc eſt, anno 1150. & eum ex Arabico Latinum fecere Gabriel Sionita, & Joannes Heſronita Maronitæ.

Euſtathius Archiepiſcopus Theſſalonicenſis enarravit Dionyſium Afrum doctiſſimè, uti etiam Homerum, ſub Andronico Imperatore anno domini 1183.

Iſmael Abulpheda, Syriæ princeps in Hama Arabs, multa, eaque præclara edidit de Geographia Aſiæ Arabicè. Eum ex oriente advexit Guillelmus Poſtellus, & credit Voſſius ipſum vixiſſe ante annum 1200. ejus opus abſolutum ex præcipuis Aratum ſcriptis anno 1320. ipſe verò obiit anno 1345. ut pluribus notat Joannes Gravius.

RECEN-

RECENTIORES GEOGRAPHI.

FRanciſcus Berlingerius, Nicolai filius florentinus, Poeta idem, ac Geographus anno 1470. ut arguunt ſex libri, quos de Geographia Ptolemæi fecit carmine Italico ad Federicum Urbinatium Ducem, cum plurimis æneis tabulis.

Dominicus Marius Miger Venetus floruit anno 1490. cujus ſuperſunt Geographiæ commentariorum viginti ſex, nempe undecim Europæ, totidem Aſiæ, & Africæ quatuor ejus opera publicis juris fecit VVolfangus VVeiſſenburgius Baſileæ anno 1557.

Petrus Appianus, ſeu *Binevvitz*, Germanus è Miſnico oppido Miſniæ anno 1524. emiſit Coſmographiam ſuam, ſive inſtructionem Geographicam, & eam reſtituit anno 1540. Rainerus Gemma Friſius, obiit verò Jngolſtadii die 21. Aprilis 1552.

Zacharias Lilius Vicentinus floruit anno 1530. Emiſit parvum compendium Geographicum totius orbis ordine Alphabetico, & Italico Idiomate, traductum à Franciſco Baldello, & excuſium fuit Venetiis anno 1552.

Hieronymus Girava Tarraconenſis, Caroli V. Coſmographus, edidit librum Geographiæ univerſalis impreſſum Venetiis anno 1570. & anno 1556.

Michael Villanovanus Delphinas Medicus Lugduni anno 1541. edidit Ptolemæi Geographiam à Bilibaldo Pirchaimero Norimbergenſi primùm translatam anno 1525. ſed à ſe cum multis collatam codicibus Græcis, & ſecundum eos correctam, & antiquis locorum nominibus recentiora opponit; viginti ſeptem tabulis terræ Ptolemæo cognitæ addidit 22. novas.

Jacobus Caſtaldus Pedemontanus emiſit typum totius orbis, & plurimas tabulas recentes Europæ, Aſiæ, & Africæ, ex Abulfeda collectas anno 1550.

Sebaſtianus Munſterus Germanus Ingelheimenſis anno 1550. Carolo V. dicabat Coſmographiam ſuam, ſive terrarum deſcriptionem, in qua plùs hiſtoriæ, quàm Geographiæ legitur; atque idem Pomponii Melæ libro de ſitu orbis, & Julii Solini Polyniſtora illuſtravit præclarè meritus de hæbreis litteris quas anno 1529. Baſileæ cepit profiteri. Peſtilentia obiit Baſileæ anno 1552. ſexagenario major.

Gerardus Mercator, Geographorum ſui temporis princeps, anno 1550. ac deinceps floruit Ptolemæi Geographiam reſtituit, item Atlantem elucubravit, quo eſt univerſi orbis tabula complexus. Summus hic vir ortus eſt Rupelmundæ in Flandria anno 1512. Juliacenſium Ducum coſmographus. Obiit Teutoburgi anno 1504. ætatis ſuæ 82.

Hieronymus Zurita Cæſarauguſtanus florebat anno 1550. Hic de re Geographica bene meritus eſt edendo Itinerarium Antonini; commentario quoque doctiſſimo idem itinerarium illuſtravit. Obiit anno 1580. ætatis 78.

Abrahamus Ortelius Antuerpienſis anno 1575. clari erat nominis, quod deinceps ſemper auxit. Philippi Regis Hiſpaniæ Geographus fuit. Præcipuè nomen peperit Theatro Geographico orbis Terrarum, Theſauro Geographico, ac parergo, ſive tabulis Geographiæ veteris ac Synonymis Geographicis, vir magni laboris. Obiit anno 1599. die 28. Junii ætatis 72.

Joannes Laurentius ab Anania Calabere Civitate Taberna opus ſuum Geographicum Italico Idiomate de Fabrica mundi inſcripſit, editum Venetiis anno 1582.

Joannes Boterus Pedemontanus Benenſis Abbas S. Michaelis de Clauſula floruit anno 1595. & opus ſuum Italico ſermone Relationem univerſalem inſcripſit, dicavit Carolo Emanueli Duci Sabaudiæ, cujus liberos erudivit. Additæ ſunt ſcriptis munitæ tabulæ, ſed accuratè parum. Obiit anno 1608.

Paulus Merula Batavus Dordrechtanus anno 1605. edebat Coſmographiæ ſuæ partem primam. Obiit anno 1607. ætatis 50. Roſtochii.

Joannes Antonius Maginus Patavinus anno 1610. & ſequentibus docuit Mathematicas Bononiæ, & ejus in Ptolemæi Geographiam extant commentaria unà cum totius orbis deſcriptione edita anno 1597. Emiſit etiam Italiæ deſcriptionem, quam poſt ejus obitum Fabius filius publici juris fecit anno 1620. cum ipſe obiiſſet anno præcedenti Bononiæ.

Petrus Bertius Flander anno 1601. divulgabat tabulas Geographicas contractas, atque auctiores, & emendatiores anno 1616. item Germanicarum rerum libros tres. anno 1625. Pariſiis emiſit breviarium orbis terrarum Anno 1630. Ptolemæi Geographiam Græcè Latinèque edidit emendatiùs, varioſque adjunxit Geographos veteres, & à Rege Ludovico XIII. factus Regius Geographiæ Profeſſor. Obiit Pariſiis.

Philippus Cluverius Pruthenus Gedanenſis, Geographus ſui temporis præcipuus, anno 1603. edidit Italiæ antiquæ tabulam, uti poſt varios eventus, & multas calamitates, anno 1611. libellum de Rheni oſtiis, & anno 1616. Germaniæ libros tres, cum Vindelicia, & Norico, exinde luſtrata Italia, Siciliæ veteris deſcriptionem emiſit anno 1619. ab exceſſu autem prodiit ejus deſcriptio Italiæ antiquæ anno 1625. uti introductio ejus in univerſam Geographiam veterem, & novam, quam nuper commentario ſatis extenſo illuſtravit Joannes Bruno Guelpherbyti; parabat etiam Cluverius Galliæ antiquæ, & Græciæ notitiam, cum obiit ex mœrore Lugduni Batavorum anno 1623. ætatis 43.

Philippus Ferrarius, Italus, Alexandrinus, ordinis Servorum B.V. Mariæ bis Generalis, annis nempe 1609. & 1623. & deinde in Ticinenſi Academia Mathematices profeſſor, edidit Ticini anno 1605. Epitomen Geographicam in quatuor libros partitam, uti anno 1609. Venetiis Topographiam in Martyrologium Romanum, poſteà verò compoſuit Lexicon Geographicum, in quod priorum lucubrationum ſuarum materiam tranſtulit, & tandem obiit anno 1626. Ticini, cum ſub prælo eſſet illud Lexicon Geographicum, quod anno ſequenti prodiit in lucem Mediolani, & quod nos iterum anno 1670. publici juris fecimus Pariſiis, emendavimus, & dimidia parte auctiorem reddidimus.

Petrus d'Avity Gallus è Vivarienſi provincia, opus peramplum compoſuit de Rebus publicis, & Imperiis, in quinque corpora extenſum, Multa habet exquiſita ex recentioribus relationibus. Natus erat anno 1572. & obijt Pariſiis anno 1635. ætatis 63. cum ſub prælo eſſent ipſius opera, quæ poſtea publici juris facta ſunt anno 1643. curante Franciſco Ranchin Occitano.

Abrahamus Golnitzus Danus, Compendium Geographicum emiſit Hafniæ anno 1643.

Lucas Holſtenius, Saxo Hamburgenſis primùm clarus in Gallis, deinde Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Romæ, & Bibliothecæ præfectus emiſit annotationes in Geographiam Sacram in Italiam antiquam Cluverii, & in Theſaurum Geographicum. Obiit Romæ anno 1661. ætatis 65. & ejus annotationes in lucem prodierunt anno 1666. cura & Sumptibus Franciſci Cardinalis Barberini S. R. E. V. Cancelarii.

Nicolaus Sanſon Gallus Abbavillæus, Geographus Regius, anno 1627. emiſit opus ſuum Geographicum Galliæ antiquæ, & poſt edidit Pariſiis tabulas methodicas, & aliquot libros Geographiæ, tam veteris, quàm novæ, itemque ſingulis annis mappas quamplurimas Geographicas, quæ aliis meritò anteponuntur. Is omnium Geographorum ætatis noſtræ facilè princeps habitus eſt. Obiit Lutetiæ Pariſiorum anno 1667. ætatis 68.

Philippus Brietius Gallus Abbavillæus, ſocietate Jeſu anno 1648. & ſequenti emiſit Parallela Geographiæ veteris, & novæ totius Europæ, tribus libris contenta, & additæ ſunt ſcriptis minutæ tabulæ. Scripſerat etiam parallela Geographiæ Aſiæ, Africæ, & Americæ eodem modo; ſed morte præventus, non potuit publici juris facere. Obiit Pariſiis anno 1669. ætatis 70.

Joannes Baptiſta Nicolaus Siculus Sacerdos è Paternione,

nione, emiſit Romæ opus ſuum, Herculem Siculum dictum, ſive ſtudium Geographicum primùm Italicè, deinde latino ſermone, quo totius orbis deſcriptionem complexus eſt, ſed valde confuſè cum aliquot tabulis Geographicis. Obiit Romæ die 19. Januarii 1670. ætatis 60.

Joannes Baptiſta Ricciolius Ferrarienſis, ſocietatis Jeſu Mathematicus inſignis, Bononiæ edidit anno 1661. Geographiæ, & Hydrographiæ reformatæ libros duodecim, in quibus tamen plus ineſt Mathematices quam Geographiæ. Obiit Bononiæ anno 1671. ætatis 73.

Lucas de Linda Belga, edidit Lugduni Batavorum anno 1655. parvam deſcriptionem orbis, & omnium ejus rerum publicarum, ab aliis authoribus excerptam.

Dapperus Belga emiſit in lucem Amſterodami deſcriptiones, Aſię Africæ, & Americæ vernaculo ſermone, & ab aliis excerptas, quas biennio poſt, in Anglicam linguam tranſtulit Joannes Ogilvius, Londinenſis Anglus, & eis plura addidit.

Petrus du Val Gallus Abbavillæus Geographus Regius, edidit Pariſiis mappas plurimas Geographicas, uti & multa opera Geographica & itineraria, tum recentia, tum antiqua.

Auguſtinus Lubin Pariſinus, Auguſtinianus, & Geographus Regius, emiſit Pariſii locorum ſui ordinis deſcriptionem, cum tabulis Geographicis, à ſe inciſis anno 1658. Edidit etiam Martirologium Romanum notis, & tabulis Geographicis illuſtratum, ubi & tabulas Geographicas utriuſque teſtamenti, notas ad Plutarchum, & Uſſerium Armachanum atque Mercurium Geographicum cum aliis, & nunc ſub prælo eſt ejus Geographia Biblica.

Guillelmus Sanſon Gallus Abbavillæus, Geographus Regius, doctiſſimi parentis doctiſſimus filius, jam ante obitum patris emiſerat aliquot Tabulas Geographicas, uti & plurima poſtea; ſicque ejus veſtigiis inſiſtens feliciter, de Geographia optimè meritus eſt multis titulis.

Iacobus Robbe Gallus Sveſſonæus anno 1677. emiſit Methodum Geographicam, in qua totius orbis deſcriptionem complexus eſt.

COMMU-

COMMUTATA ATQUE ADDENDA HOC VOLUMINE JAM EXCUSO.

ARgentoratum, *Straſbourg*, urbs Germaniæ præclara, & Alſatiæ primaria, Francici juris effecta fuit, anno 1681. 30. Septembris.

Baſtonacum, *Baſtogne*, urbs Belgii, facta fuit juris Francici anno 1681. tanquam pars Comitatus Chiniacenſis.

Bipontinus Ducatus, *le Duchè de Deux ponts*, tractus Germaniæ in Vvaſgovia, factus in clientela Francorum anno 1680.tanquam feudum Eccleſiæ Metenſis.

Caroli Corona, *Carels Croon*, oppidum Sveciæ in BleKingia, recens extructum à Carolo X.Sveciæ Rege.

Carolomontium, *Charlemont*, oppidum Belgii in Comitatu Namurcenſi, factum Francici juris anno 1680. idque pace ad Neomagum ſancita.

Caſale, *Caſal*, urbs Italiæ Ducatus Montisferrati primaria, arcem habens probè munitam à Vincentio Mantuæ Duce extructam, quæ facta fuit Francici juris anno 1681. die 30. Septembris ex conceſſione Ducis Mantuæ.

Chiniacum , *Chiny*, oppidum Belgii, caput Comitatus cognominis, intra fines provinciæ Luxemburgenſis, factum Francici juris anno 1681.

Chiniacenſis Comitatus, *le Comtè de Chiny*, tractus Belgii valde extenſus, provinciæ Luxemburgenſi annexus, factus Francici juris anno 1681.

Chriſtianoſtadium, *Chriſtianſtat*, urbs recens Germaniæ in Comitatu Oldenburgico, à Chriſtiano V. Rege Daniæ extructa hoc anno 1681. ubi antea vicus *Varel* in ora Oceani Germani, & æſtuarii de *Jade* dicti.

Dalemum , *Dalem* , oppidum Belgii in Ducatu Limburgenſi, incendio ferè totum conſumptum fuit à paucis annis.

Durbutum, *Durbu*, in Ducatu Luxemburgenſi, factum Francici juris anno 1681.

Echternacum, *Echternach*, oppidum in Ducatu Luxemburgico, & Comitatu Chiniacenſi, factum Francici juris anno 1681.

Fanum S. Huberti, *S. Hubert*, oppidum Belgii in Arduenna Sylva, factum Francici juris anno 1681.

Fanum S. Vendelini, *S.Vendel*, oppidum Germaniæ in Vaſgovia tractu, factum ſub clientela Francorum, tanquam feudum Eccleſiæ Metenſis.

Fumæum, *Fumay*, oppidulum Belgii intra Hannoniam, ad Moſam, in ditione Prumenſis Abbatis, factum Francici juris anno 1680.

Halla, *Hall*, urbs Saxoniæ in Ducatu Magdeburgenſi, facta ſub dominio Electoris Brandeburgici anno 1680. per mortem Auguſti Saxoniæ Ducis.

Herbemontium, *Herbemont* , oppidum Belgii, in Comitatu Chiniacenſi, factum Francici juris anno 1680.

Huffalitia, *Hoffalize*, oppidum Belgii in Ducatu Luxemburgico, & Comitatu Chiniacenſi, factum fuit Francici juris anno 1681.

Incile Occitanium, *le Canal de Languedoc*, opus verè Regium; & ſtupendum in Gallia, per 50. leucas extenſum, nempe à Toloſa urbe ad Setium promontorium: quo per Garumnam, & alios fluvios Oceanus mari mediterraneo jungitur. Abſolutum fuit, & perfectum anno 1681.

Leiningenſis Comitatus, *le Comtè de Linange*, tractus Germaniæ intra Palatinatum Rheni, factus fuit ſub Clientela Francorum anno 1681. tanquam feudum Eccleſiæ Metenſis.

Leucopetra, *Vveiſſenfels* , oppidum Germaniæ in Miſnia, ubi exſtructum caſtrum, in quo ſedes Ducum è domo Saxonica, qui antea Duces Hallenſes dicti fuere.

Luxemburgenſis Ducatus, *le Duchè de Luxembourg* provincia Germaniæ in Saxonia inferiori, quæ antea Archiepiſcopi Magdeburgenſis ditio, ſubeſt dominio Electoris Brandeburgici ab anno 1680. unà cum Magdeburgo urbe, *Magdebourg*, poſt obitum Auguſti Saxoniæ Ducis ejus ultimi Adminiſtratoris, uti ſtabilitum fuerat pace Vveſtphalica.

Mahmora, *la Mahmora*, urbs parva Barbariæ in Regno Fezzano, quæ antea ſuberat Hiſpanis, nunc paret Regi Fezzæ, qui illam expugnavit anno 1681.

Marca Famina, *Marche en Famine*, oppidum Belgii in Arduenna Sylva, factum Francici juris anno 1681.

Mons Veſſuvius, *le Mont de Somma* Italiæ mons prope Neapolim, obmiſſus fuit inter montes ignivomos.

Montis Belligardi Comitatus, *le Comtè de Monbelliard*, tractus Germaniæ, inter Burgundiæ Comitatum, & Sangoviam, factus fuit Francici juris anno 1680. tanquam feudum Comitatus Burgundiæ.

Novum Caſtrum, *le Neuf-Chaſtreau*, oppidum Belgii in Comitatu Chiniacenſi, factum Francici juris anno 1681.

Orolaunum, *Arlon*, oppidum Belgii, Ducatui Luxemburgenſi annexum, factum Francici juris anno 1681. unà cum ejus agro Orolaunenſi Marchionatu dicto.

Ottingenſis Comitatus, *le Comtè de Eting*, tractus Germaniæ in Svevia, titulo principatus nuper inſignitus fuit.

Pons Curuus, *Ponte Corvo*, oppidulum Italiæ, eſt in ditione Eccleſiæ, & in Campania Romana, quamquam intra fines provinciæ Laboris ferè inſertum.

Revinum, *Reſtin*, oppidulum Belgii ad Moſam, in limite Campaniæ , factum fuit Francici juris anno 1680.

Rotomagus, R*oven*, urbs perampla Galliæ, & Normaniæ primaria, dividitur in quatuor partes, quæ ſunt Regio Bellovicina, *le quartier de Beavvoiſine*, Regio Caletenſis, *le quartier de Cauchoiſe*, Regio Martinvillæ, *le quartier de Martinville*, & Regio S. Hilarii, *le quartier de S. Hilaire*, ſicque vocantur à totidem portis hujus urbis, de qua ita ſcribit Joannes *Commire* S.I.vir clariſſimus.

Neuſtriacæ reginaplagæ, cui victa triumphos
Anglia, Parthenope, terra Sicana dedit
R*otomagus Francas, una minor, anteit urbes.:*
Huc quoque quod minor eſt, vim putat eſſe Deum
Sciliceo Oceani quam refluus æſtus adorat;
Cui famulis ingens Sequana ſervit aquis;
Cui montes circum inſignem ſtruxere coronam,
Plurimaque haud ſimplex arx Diademafacit:
Cui Gazæ veniunt, omnique à Sole tributa;
Non illa imperii debuit eſſe caput.

Rupes, *la* R*oche*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, Francici juris factum anno 1681. uti pars Chiniacenſis Comitatus.

Rupesfortis, *Rochefort*, oppidum Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, juris Francici factum anno 1681. unà cum ejus agro ſive Comitatu.

Salma, *Salme*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, Francici juris factum anno 1681. tanquam feudum Metenſis Eccleſiæ.

Saræpontanus Comitatus, *le Comté de SarbrucK*, tractus Germaniæ in confinio Lotharingiæ, factus ſub clientela Francorum, tanquam feudum Eccleſiæ Metenſis.

Saravum Ludovici, *Care-Lovis*, urbs recens Galliæ in Lotharingia, ad Saravum fluvium anno 1680. excitata, & permunita à Ludovico Magno Francorum Rege, in planitie, vix mill. paſſ. ſupra Valderfingam, & 10. leucis à Metis in ortum.

SchenKia arx, *le fort de SchenK*, arx Germaniæ in Ducatu Clivenſi, ubi Rhenus primùm in duo brachia ſcinditur, nempe in Rhenum, & Tahalim, conceſſa Belgis unitis ab Electore Brandeburgico, anno 1681.

Schetlandiæ inſulæ, *les Isles de Schetland* in mari Caledonio, ſubſunt dominio Regis Angliæ uti Regis Scotiæ, ut mihi affirmarunt plures viri docti, quamquam ad eas jus habeat Rex Daniæ.

Sponheimenſis Comitatus, *le Comté de Sponheim*, tractus Germaniæ in circulo Rheni ſuperioris, inter Moſellam, & Navam fluvios, factus pro majori parte ſub clentela Francorum anno 1681.

Valdentia, *Valdentz*, oppidum Germaniæ intra ditionem Trevirenſem, ad Moſellam fluvium, factum ſub clientela Francorum, anno 1680. cum ejus agro, tanquam feudum Eccleſiæ Virdunenſis.

Virtonium, *Virton*, urbecula Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, facta Francici juris, anno 1681. tanquam feudum Eccleſiæ Virdunenſis.

Viſmaria, *Viſmar*, urbs Germaniæ in Ducatu Megalopolitano, reddita fuit Svecis anno 1680. à Rege Daniæ, uti ſtabilitum fuerat pace ſancita ad Fontem-Bellaqueum prope Pariſios anno præcedenti.

Urſimontium, *Orchimont*, oppidulum Belgii in Ducatu Luxemburgenſi, factum Francici juris anno 1680.

LEXICI GEOGRAPHICI PARS ALTERA,

In qua nova locorum veteribus præponuntur.

Quæ charactere Romano edita ſunt, ea ſunt PHILIPPI FERRARIJ. At quæ charactere quem vocant Italicum, ſunt MICHAELIS ANTONI BAUDRAND.

A, Aa, *amnis Belgii, in Tranſiſalania.*
Aa, Aa, *fluvius VVeſtphaliæ*, *aliis* Velicer.
Aa, Aa, *fluvius etiam VVeſtphaliæ.*
Aa, Aa, *amnis VVeſtphaliæ.*
Aa, *Euneno*, fluvius Arteſiæ, & *Velicer*, fluvius VVeſtphaliæ.
Aa, Agnio, & Euneno *fluvius Arteſiæ.*
Aa, Alpha, *fluviolus Germaniæ in Friſia.*
Aade, Aada, *fluvius Brabantiæ.*
Aahus, Aahuſium, *oppidum VVeſtphaliæ.*
Aar. Vide Arr, (*Arola.*)
Aarburg, Arburgum, *oppidum Helvetiorum.*
Aaraſſo, Aaraſſus, *urbs Piſidiæ.*
Aare & Are, Abrinca, *amnis Germaniæ.*
Abacares, Abacares, *populi Americæ meridionalis.*
Abach, *Abudiacum*, pagus Bavariæ.
Abachu. Vide Bachu.
Abacoa, Abacoa, *inſula Americę ſeptentrionalis.*
Abaibe, Abaibæ, *montes Americę meridionalis.*
Abanbo, Abanbus, *fluvius Æthiopiæ.*
Abancay, Abancaius, *fluvius Americæ meridionalis.*
Abanhi, *Aſtapus*, fluvius Africæ, aliis *Nilus.*
Abannas. Vide Abaunas.
Abano, *Aponus* Vicus Patavinus.
Abanvivvar, Abanvivacienſis, *Comitatus Hungariæ.*
Abaraner, Abaranum, *oppidum Armeniæ.*
Abaraus, Abaraum, *oppidum Guineæ in Africa.*
Abavi, *Aſtapus*, fluvius Æthiopiæ.
Abaunas, *Mantiana palus*, lacus Mediæ.
Abba Curia, *Dioſcoridis inſula*, inſula maris Rubri.
Abbahuis, *Nilus* fluvius Ægypti.
Abbaſchi, Abbaſſi, *populi Aſiæ in Georgia.*
Abbefort, Abbefortia, *oppidum Norvegiæ.*
Abbeville, Abbavilla, *urbs Galliæ.*
Abella, *Abela*, oppidum Paleſtinæ.
Abella, Abella, *fluvius Poloniæ.*
Abellinas, *Antilibanus*, mons Syriæ.
Albenovv, Abnoba, *mons Germaniæ.*
Abenſperg, *Abuſina*, oppidum Bavariæ.
Aberavon, Aberavonium, *oppidum Angliæ.*
Aber Convvey, *Conovium*, oppidum VValliæ.
Aberconvvey, Abercovonium, *oppidum Angliæ in VVallia*
Aberdone & Aberdeen, *Aberdonia*, *Devana*, urbs Scotiæ,
Aberdore, Aberdora, *oppidum Scotiæ Borealis.*
Aberdour, Aberdura, *oppidum Scotiæ auſtralis.*
Aberford, *Calcaria*, oppidum Angliæ.
Aberfravv, *Gadiva*, oppidum Monæ inſulæ.
Abergevenny, *Gobannium*, oppidum Valliæ.
Abergevenny, Abergennium, *oppidum Angliæ in VVallia.*
Aberiſtyvith, Aberyſtyvium, *oppidum Angliæ.*
Abernethy, Abernethæum, *urbs Scotię.*
Abertivy, *Tybius*, Rhatoſtathybius, fluvius Valliæ.
Abet, *Suriga* oppidum Mauritaniæ.

Abexin. Vide Abiſſia.
Abia, Abia, *fluvius Tartarię.*
Abiagraſſo, *Albiatum*, oppidum territorii Mediolanenſis.
Abiam, *Oxus*, fluvius Margianæ.
Abiamu. Vide Abiam.
Abington, Abindonia, *oppidum Angliae.*
Abiſca, Abiſca, *provincia Americae in Peruvia.*
Abiſſia, *Æthiopia*, provincia Africæ.
Abiſſini, *Æthiopes*, populi Africæ.
Abiſſinie ou pais des Abiſſins, Abaſſenia, *ſeu* Abiſſinia, & Æthiopia, *regio Africae.*
Abiſſins, Abiſſini, *populi Æthiopiae.*
Abiſtaverati, *Olbaſa*, urbs Ciliciæ.
Abiz, *Iatrus*, fluvius Bulgariæ.
Abnaquiou, Abnaquii, *populi Americae ſeptentrionalis.*
Abnedara, *Meribriga*, pagus Portugalliæ.
Abo, *Aboa*, urbs Sveciæ.
Aboy, Aboya, *urbs Hiberniae.*
Abraconis, Abraconium, *oppidum Armeniae.*
Abrantes, Abrantus, *oppidum Hiſpaniae in Portugallia.*
Abrantes, *Tabucci*, oppidum Portugalliæ.
Abreoios, ò Baxos de Babueca, Aperi oculos Babuecæ, *ſcopuli Americae ſeptentrionalis.*
Abrigada, *Arabica*, oppidum Portugalliæ.
Abrolhos, Aperi oculos, *ſcopuli in mari Braſilico.*
les Abrohos, Aperi oculos. *ſcopuli in ora Braſiliae.*
AbrucKbanya, *Avrariarum*, oppidum Tranſylvaniæ.
l'Abruzzo, *Aprutium*, *Samnium*, regio Italiæ, ubi *Samnites* populi.
Abuio, Abuia, *inſula Aſiae.*
Abutich, *Abydus*, urbs Aegypti.
Abyſo, *Elorum*, fluvius Siciliæ.
Aca, *Ptolemais*, urbs Pheniciæ.
Acada, *Sangarius*, fluvius Bithyniæ.
Acafran, *Chinaſal*, fluvius Mauritaniæ.
Acanes, Acanes, *urbs africae in Guinea.*
Acapulco, Acapulcum, *urbs novae Hiſpaniae.*
Acaraig, Acaraga, *oppidum Americae meridionalis.*
Acaxi, Acaxium, *oppidum Japoniae.*
Acaxutle, Acaxutla, *portus novae Hiſpaniae.*
Accadie, Accadia, *provincia novae Franciae.*
Accara, Accara, *oppidum africae in Guinea.*
Accaron, *Accaron*, urbs Paleſtinæ.
Accia, Accia, *urbs Corſicae inſulae.*
Accumba, *Hypania*, oppidum Peloponneſi.
Acdeniz, *Ægaeum mare.*
Acelaro, Elorus, *fluvius Siciliae.*
Acerano, *Acherae*, pagus agri Novarienſis.
Acere, *Acerrae*, *Acherrae*, pagus agri Ticinenſis.
Acerenza, *Acherontia*, urbs regni Neapolitani.
l'Acerra, *Acerrae*, urbs regni Neapolitani.
Ach. Vide AKen.
Acha, Acha, *fluvius Bavariae.*
Achacica, Achacica, *oppidum novae Hiſpaniae.*
Achamba, *Taprobana*, inſula Indiæ.
Achatana Esbahan, *Ecbatana*, urbs Mediæ.
Achatou, *Aphrodiſium*, oppidum Cypri.

Achbaluc, Achbalucum, *oppidum Aſiæ in Cataia*.
Achelo, *Anchialus*, urbs Thraciæ.
Achem, Achemum, *urbs Aſiæ in Sumatra inſula*.
Achlar, *Araxes*, fluvius Armeniæ majoris.
Achonry, Achonrita, *urbecula Hiberniæ*.
Achotou. Vide Achatou.
Achrida, *Achris*, *Achridus*, urbs Macedoniæ.
Achſteede, Acſteda, *oppidum Germaniæ in Saxonia*.
Achtervvaldt, *Arduenna*, ſylva Galliæ Beglicæ.
Achyr, Achyrum, *urbs Poloniæ*.
Aci, arx Siciliæ, apud *Acim* fluvium.
Aciaponda, Aciaponda, *oppidum Indię*.
Acierno, *Acernum*, urbs regni Neapolitani.
Acilino, *Acilius*, *Acithius*, fluvius Siciliæ.
Acoionlu, *Armenia minor*, regio Aſiæ.
Acoma, Acoma, *locus Americæ ſeptentrionalis*.
Acon. Vide Emeley.
Acon, & Acone. Vide Aca.
Acopende, *Olbia*, uebs excisa Pamphyliæ.
Acor, *Icoſium*, urbs Mauritaniæ.
Acores. Vide Azores.
Acqs, Taſta, *urbs Galliæ*, *ſeu* Aquæ Tarbellicæ.
Acqua dolce. Vide Aqua dolce.
Acqua dolce, *Calacta*, caſtrum Siciliæ.
Acqua Favella, *Thuria*, fons, Calabriæ.
Acqua pendente, *Acula*, *Aquula*, *aquæ Taurinæ*, oppidum Hetruriæ.
Acquapendente, Acula, *urbs Hetruriæ*.
Acquaria, Aquarium, *oppidum Italiæ*.
Acqua Sparta, Aqua Sparta, *oppidum Umbriæ*.
Acqua di Trevi. Vide Fonte di Trevi.
Acqua viva, *Aqua Viva*, oppidum regni Neapolitani.
Acque di Mondragone, *Aquæ Sueſſanæ* vel *Sinueſſanę*, thermæ Campaniæ.
Acqui, *Aquæ Statyellæ*, urbs Montisferrati.
Acra Spandona, *Metopon*, promontorium Thraciæ.
Acre, Acon *ſeu* Ptolemais, *urbs Syriæ*.
Acremont, *Acræ*, oppidum Siciliæ exciſum.
Acri, *Aciris*, fluvius & oppidum Calabriæ.
Acri. Vide Aca.
Acrioteri, *Tatta*, lacus Phrygiæ.
Acriſtia, *Scrythea*, oppidum Siciliæ ruinatum.
Acs, *Aquæ Tarbellæ*, *Aquæ Auguſtæ*, urbs Vaſconiæ.
Acſa, *Aſcania*, lacus Bithyniæ, & *Aſcanius*, fluvius.
Acſar, *Anazarbus*, urbs Ciliciæ.
Acſerai. Vide Acſar.
Actamar, *Mantiana palus*, lacus Mediæ.
Acumar. Vide Azumar.
Acumoli, Acumulum, *oppidum Aprutii in Italia*.
Acyla, *Ocelis*, urbs Arabiæ felicis.
Aczud, Aczuda, *oppidum Valachiæ*.
Adacth, *Ulipada*, urbs Taprobanæ.
Adaovus, Adaovi, *populi Africæ in Guinea*.
Adarę, Adara, *oppidum Hiberniæ*.
Adata, *Germanicia*, urbs Syriæ.
Adazar, *Caucaſus*, mons Aſiæ.
Add, *Abdua*, *Addua*, fluvius Lombardiæ.
Adea, Adea, *regnum Africæ in Æthiopia*.
Adegelle, *Chriſorrhoas*, fluvius Damaſci.
Adel, *Azania*, regio & regnum Aethiopiæ.
Adel, Adel, & Azania *regnum Æthiopiæ*.
Adelſperg, *Piſtoina*, *Poſtoina*, *Avendone*, *Adulis*, oppidum Croatiæ.
Aden, Adenum, *urbs Arabiæ*.
Aden, *Arabia*, urbs Arabiæ felicis. Aliis *Madoce*.
Adena, *Adana*, urbs Ciliciæ, & *Sarus*, fluvius.
Vaſtan, *Vaſtena* urbs Sveciæ.
il Vaſto, *Hiſtonium* oppidum Aprutii.
Vathi, *Las* oppidum Laconiæ.
Vatia, *Eretria* oppidum theſſaliæ.
Vatica, *Boæ*, *Bœæ* oppidum Laconicæ.
Vaticano. Vide Baticano.
il Vaticano, *Vaticanus mons* collis Romæ.
Vatiza, *polemonium* urbs Cappadociæ.
Vatter, *Carpates* mons Sarmatiæ Europææ.
Vatzen & Veitzen, Vaccia *urbs Hungariæ*.
Vavaro, *Vaprium* oppidum Inſubriæ.
Vaucouleurs, Valculeriæ *oppidum Campanię*.
Vaudemont, Valdemontium *oppidulum Lotharingiæ*.
Vaudrevange, Valderfinga *oppidum Lotharingiæ*.
Vauge, *Vogeſus*, *Voſagus* mons Lotharingiæ.
la Vaur, *Vaurinum* urbs Linguadociæ.
Vay. Vide Vai.
Vaynghen, *Vangiones* locus Germaniæ ſuperioris.
Vayona, *Tituacia*, *Titulcia* pagus Caſtellæ novæ.
Ubeda, *Ubeda* urbs Andaluziæ.

Uber-

Uberlinghen, Uberlinga *urbs Sueviæ*.
Ubich, pagus Juliacenſis Ducatus, olim *Ubiorum* locus *Wlpiacum* aliis.
Uchtlandt, tractus Galliæ Belgicæ, ubi N*antuates* pop.
Udenheim, *Neomagus* oppidum Germaniæ ſuperioris.
Uderzo. Vide Oderzo.
Udine, *Utinum* urbs Foroiulii. *Idunum* aliis.
Udſted, Uſtadium *oppidum Suecię*.
Vecht, *Vidrus* fluvius Tranſiſalanæ.
Vecht, Vidrus *fluvius Weſtphaliæ*.
Vecht, Vechta *oppidum Weſtphalię*.
Veczel, *Zarmigethuſa* pagus Tranſylvaniæ.
Veer & Campvvar, Campoveria *oppidum Belgæ*.
la Vega, *Talamina* oppidum Hiſpaniæ.
Vegia, *Curicta*, *Vegia*, *fortunata* inſula Liburniæ.
Vegia vel Veggia, Vegla, *Curicum*, *Vegium* urbs inſulæ Vegiæ.
Veiana, *Veii* urbs Hetruriæ exciſa.
Veier, Vide Beier.
Veillenbach, *Vallatum* pagus Bavariæ.
Veium. Vide wie.
Velay, regio Aquitaniæ, ubi V*elauni* populi.
Veleia, *Beleia*, V*elia* oppidum Hiſp. Tarraconenſis.
Veletri, *Velieſæ* urbs Latii.
Velez, U*rceja* oppidum Hiſpaniæ.
Velez el Blanco. Vide Velez el Ruvio.
Velez de Gomera, *Acrath* opp. Mauritaniæ Tingitanæ
Velez Melaga, H*exi*, *Sexi*, *Sex*, *Sexitana* urbs Granadæ, ubi *Exitani* populi.
Velez el Ruvio, V*eſci*, *Faventia* oppidum Hiſpa
Velia, U*lia* oppidum Andaluziæ.
Velica, Variana *oppidum Sclavonia*.
Velichi, *Acheron* fluvius Epiri.
VeliKi preuves, *Ara Cæſaris* Sarmatiæ.
Velilla, Velilla *vicus Aragonia*.
Vella, *Antiphili portus* Æthiopiæ ſub Ægypto.
Velſenberch, villa Duc. Bergenſis, ubi *Bructuarii* pop.
Veltenburg, *Artobriga* pagus Bavariæ.
Veltlin, tractus Rhætiæ, ubi V*ennonetes* populi.
VeltſicK, *Ciceronis caſtra*, *Belgis* pagus Flandriæ iuxta Gandavum.
Veltz, V*alcum* oppidum Hungariæ.
de Veluvve, tractus Hollandiæ, ubi *Caninefates* populi (V*eluvia* aliis.)
Venafri, *Venafrum* urbs Samnii.
le Venaiſſin ſeu le Comtat Venaiſſin, Vindaſanus Comitatus *provinciæ*.
Venaſque, oppidum C*empſorum* populorum Aragoniæ.
V*enaſque*, Vindaſca *caſtrum provinciæ*.
Vence, *Venſienſis urbs*, *Vincium*, *Vintium* urbs provinciæ ubi populi *Neruſi*.
V*encheu*, Vencheum *urbs Sinarum*.
Vendoſme, V*indinum*, *Vindocinum* oppidum Galliæ.
le Vendoſmois, Vindecinnoenſis ager *tractus Galliæ*.
Vendres, *Rubrenſis lacus*, lacus Linguadociæ,
la Vene, C*litumnus* fluvius Umbriæ.
Venecz, Z*armigethuſa* urbs Tranſylvaniæ exciſa.
Venedig. Vide Venetia.
V*ener*, Venerus *laeus Sueciæ*.
Venetia, V*enetię* urbs Venetæ regionis.
Venezuela, Venezuela *regio Americę meridionalis*.
Venlo, Venloa *urbs Belgii*.
Venoſa, V*enuſia* urbs regni Neapolitani.
Venſone. Vide monte di Venzone.
Venſuſſel, Venſilia *&* Burgla *oppidum Iutiæ*.
Venſuſſel, Venſilia *tractus Iutia*.
Venta Loquera, V*ergilia* oppidum regni Murcenſis.
Ventadour, Ventadurea *&* Vendetorn *oppidulum Lemovicenſis provincia*.
Ventavon, Alabuntis & Alabons *oppidum Delphinatus*.
Ventotiene, *parthenope* inſula maris Tyrrheni (*Bentitiana* aliis.)
Ventuſia, *Auſona* pagus Latii.
Venza. Vide Vence.
Vera, V*irgi* urbs Granatenſis regni.
Vera Cruz, Vera Crux *oppidum novæ Hiſpania*.
Veragua, Verauga *provincia novæ Hiſpanię*.
Verataſer, *Echedorus* fluvius Macedoniæ.
il Vercelleſe, Vercellenſe Dominium *pars pedemontii*.
Vercelli, V*ercellæ* urbs pedemontii.
Verde, V*ereſis* fluvius Latii.
Verden. Vide Ferden.
Verdiſo, *perontieum* oppidum Thraciæ.

Verdun, *Vereduna*, V*erodunum*, V*irodunum* urbs Lotharingiæ; & alia Burgundiæ Ducatus.
Verdun, Verodunum *oppidum Aquitania*.
der Vere, Veria *&* Campoveria *urbecula Zelandię*.
Vereſto, *Vereſis* fluvius Latii.
Vergada, Lumbricatum *inſula Dalmatia*.
Vergaſſius, *Velocaſſes* populi Galliæ Belgicæ.
Vergovigna, *Ardotium* oppidum Liburniæ.
Verhichi. Vide Velichi.
Veria, *Barca* oppidum regni Granatenſis.
Veria, *Berrhœa* urbs Macedoniæ.
Veria, *Chryſas*, *Helicon* fluvius Siciliæ.
Veria vel Viria, *Chryſes* fluvius alter Siciliæ.
Veria, *pieria* regio Macedoniæ.
Verines, *Vernemetes* pagus Aquitaniæ.
Veringen, oppidum Sueviæ, ubi V*arini* populi.
Verlia, *Olbia* oppidum Bythyniæ.
Vermand, *Auguſta Veromanduorum* urbs picardiæ exciſa.
Vermandois, tractus picardiæ, ubi V*eromandui* populi.
Vermeland, Vermelandia *provincia Suecia*.
Vernator. Vide Rio Vernator.
Vernauda, *Targines* fluvius Calabriæ ulterioris.
Vernazza, *Vulnetia* oppidum ditionis Genuenſis.
Verneuil, Vernolium *oppidum Galliæ*.
Vernicario, *Apruſtum* oppidum Calabriæ citerioris.
Vernon, Vernonium *urbs Normannia*.
Veron, V*ellaunodunum* oppidum Galliæ apud Senones
Verona, *Verona* urbs Venetiæ.
Veroneſe, Veronenſis ager *tractus* L*ongobardia*.
Verraders Eylandt, Traditorum inſula *maris pacifici*.
Verre. Vide Capo di Verre.
Vrſacgeli, *Antiochia* piſidiæ urbs: & *piſidia* regio Aſiæ minoris.
Verſac-li, *piſidia* provincia Aſiæ minoris.
Verſailles, Verſaliæ *caſtrum Gallia*.
Verſche, Verſca *fluvius* L*apponia*.
Verſoy, Verſoium *oppidum Breſſię*.
Vertema, *Bardomagum* pagus Inſubriæ.
Verthaim, Verthæmum *oppidum Franconia*.
Vertus, Vertuſium *oppidum* C*ampanię*.
Verua, *Veruca* arx Montisferrati.
Vervin, V*erbinum* oppidum picardiæ.
Vervins, Verbinum *oppidum picardia*.
Verulam, *Verolamium* oppidum Angliæ exciſum.
Veruli, V*erulum* urbs Latii.
Vervvinter HoecK, promont. Hiemale *in nova Zemla*.
Verzine, *Vertinę* oppidum Calabriæ citerioris.
Veſciano, *Beſcia*, *Veſcia* oppidum Campaniæ Italicæ.
Veſcovato di Trento, Tridentina ditio *in* G*ermania*.
Veſcovio, Cures *urbs Sabinorum*, Forum novum.
Veſle, *Vidula* fluvius Campaniæ Gallicæ.
Veſly, Villicum *oppidum Gallię*.
Veſo, *Veſulus* mons pedemontii.
Veſoul, Veſulium *urbs Comitatus Burgundia*.
Veſprin, R*hiſpia*, *Veſprinium* urbs Hungarię.
Veter, Veterus *lacus Sueciæ*.
Veteravie, Veteravia *tractus Franconia*.
Vetralla, *Forum Caſſii* oppidum Hetruriæ.
Vetrana, *Veretum* oppidum Salentinorum.
vetulia, V*etulonia* locus Hetruriæ.
Vevay, vibiſcum *oppidulum Helvetiorum*.
veulqueſſins. Vide vergaſſins.
Vexford, vexfordia *urbs Hibernię*.
vexford Countye, vexfordienſis Comitatus *Hibernia*.
le vexin, vexinum *tractus Galliæ*.
vexſio, vexſia *urbs Sueſię*.
veyzama, *Segiſama Iulia* oppidum Biſcaiæ.
le vez de Conſtantin, tractus Normanniæ, ubi *vadicaſſes* populi.
vezelay, vezeliacum *urbs Burgundię*.
Ugenti, U*xentum* urbs terræ Hydruntinæ.
Uggel, *Uggade* oppidum Normanniæ.
Ugogh, Ugoghenſis Comitatus *pars Hungariæ*.
Ugogh, Ugoza *caſtrum Hungariæ*.
via Coſtuma, *poſtumia via* Liguriæ.
viadana, *vitelliana* oppidum Ducatus Mantuani.
viana, *Mirtilum* oppidum portugalliæ.
viana, viana *urbecula* Navarræ.
viana de Foz de Lima, viana Limii *oppidum portugall.*
vianen, viana *oppidum Holandiæ*.
viarons, *Avanticum* oppidum Biturigum.
viatka, viatKa *provincia* M*oſcoviæ*.
viatka, viatka *urbs Moſcov.æ*.

Vi-

Viborg, Viburgum urbs Suecia.
Vibrato vel Viparata, Abula fluvius Aprutii.
Vic, Vicum oppidum Lotharingiæ.
Vicarello, Aurelii vicus, Biracellum oppidum Hetruriæ.
Vicari, Hyccarum oppidum Siciliæ.
il Vicentino, Vicentinus ager pars Longobardię.
Vicenza, picentia pagus Picentinorum.
Vicenza, Vicenti, Vicetia, Vincentia urbs Venetiæ.
Vich, Auſa nova, Corbio, Vicus urbs Catalauniæ (aliis Aquæ Vocanię.)
Vichorchiano, Vide Vitorchiano.
Vico, Elbii vicus, vicus Hetruriæ.
Vico della Baronia, Vicus urbs principatus ulterioris.
Vico, Ruſi Virginii villa locus Inſubriæ.
Vico di Sorrento, Æqua, Equana, vicus Æquenſis, urbs Campaniæ.
Vicovaro vel Vicovarro, vicus Varronis oppidum Sabinorum.
Vicovenza, Vicus Egonum, vicus Habentium, Vicohabentia, pagus Romandiolæ, ubi Ægones populi.
Victimolo, Ictumulum locus agri Vercellenſis.
Victoria, Vallica, Victoria urbs Biſcaiæ.
Vidin, Bydena, Viminacium urbs Serviæ.
VielkiluKi, Vielkyluchia urbs Moſcoviæ.
Viella, Viella urbs parva Aragonię.
Viena, Ala Flaviana, Flavianum, Juliobona, Vindobona, Vienna urbs Auſtriæ metropolis.
Vienne. Vide Viena.
Vienne en Auſtriche. Vide Wien.
Vienne, Vienna urbs Delphinatus.
Vienne, Vigenna fluvius Galliæ.
le Viennois, Viennenſis tractus pars Delphinatus.
Vierzo, Bergidum, Vergium oppidum Catalauniæ.
Vierzon, Avanticum oppidum Biturigum.
Vierſon, Virſio oppidum Bituricenſis provinciæ.
Vieſte, Apeneſtę urbs Apuliæ Dauniæ (Vieſta.)
Vigazolo, Vigiſole, Tagiſonus lacus agri Patavini.
Vigevano, Viglebanum, Vergeminum urbs Ducatus Mediolanenſis.
Vignonnet, Viſio pagus Sabaudiæ.
Vigon, oppidum Pedemontii, ubi Vageni populi.
Vihicio, Viſontium pagus Hungariæ.
Vihitz, Vihitza urbs Croatiæ.
Vikesland, ViKezlandia tractus Livoniæ.
ViKlo, Viclovium oppidum Hibernię.
Vilaco. Vide VylacK.
Vilaine, Vindana, Herius fluvius Britanniæ minoris.
Vilcaſſin. Vide Wlxin.
Vililla, Celſa locus Aragoniæ.
Villa d' Adriano, Tiburtina villa in Latio.
Barna, Libarna pagus agri Dertonenſis.
de Capilla, Mirobriga pagus Andaluziæ.
di Chieſa, Vallis Eccleſiæ, Villa Eccleſię urbs Sardiniæ
Cigura, Segerra pagus regni Valentini.
de Conde, Abobrica oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Dolce, pagus Aragoniæ, ubi Volciani populi.
Franca, Carthago vetus oppidum Hiſp. Tarraconenſis
Franca, Portus Herculis oppidum Liguriæ maritimum
de Fo Forum Satiellorum pagus territ. Alexandrini.
d'Igleſia, villa Eccleſiæ urbs Sardiniæ.
Manta, Mantua urbs Caſtellæ exciſa.
de mori, Mora oppidum Corſicæ.
Nueva d' Alcaraz, Caſtaon, Tugia oppidum Caſtellæ
Nueva de los Infantes, Laminitani poppuli in Hiſpania
procopiana, Iuſtiniana ſecunda, Ulpianum oppidum Myſiæ ſuperioris,
pozzi, Saralapis, Suſalei villa opp. Sardiniæ exciſum
Real, Villa regia oppidum Portugalliæ.
di Ruvigans, Paulini prædia locus Foroiulii.
Vitioca, Villa Vitioſa caſtrum Portugallię.
Vitioſa, Veca oppidum Auſtriæ.
Voioſa, Ionoſia oppidum regni Valentiæ.
Villach, Vacorium urbs Carinthiæ (Villacum aliis.)
Villacher Alhen, Alpium Noricarum pars.
Villalon, Avia oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Villanova, Portus Hannibalis oppidum Algarbiæ.
Villar del Pedroſo, Auguſtobriga pagus Luſitaniæ.
Villebon, Juliobona oppidum Normanniæ.
Ville-Franche, Villa Franca oppidum Bauiovienſis tractus.
Ville-Franche, Villa Franca oppidum Comitatus Nicæenſis.
Ville-Franche de Conflent, Villa Franca Confluentum urbs Comitatus Ruſcinonenſis.
Ville-Franche de Rovergue, Villa Franca urbs Ruthenenſis tractus.
Villemur, Vilmurium oppidum Occitaniæ,
Villers coſte Retz, Villeriæ ad Cotiam caſtrum Galliæ.
Villena, Bigerra urbs Caſtellæ.
Villenburg, Altilia oppidum Bavariæ.
Villeneuf, Penne locus apud lacum Lemanum.
Ville-neuſve, Villa nova oppidum Occitaniæ.
Ville-neuſve le Berg, villa nova Bergia oppidum Occitanię.
les Villes Anzeatiques, Hanzeaticæ urbes Germaniæ.
Vilne, Vilna urbs Lithuaniæ.
Vilſſ, Quintanica fluvius Bavariæ.
Vimerca, vicus Martius pagus Inſubriæ.
Vimy, vimynacium pagus Galliæ apud Lugdunum.
Vincennes, Vincennæ caſtrum Galliæ.
Vincheſter, Vintonia urbs Angliæ.
Vindicari, Nauſtathmus portus Siciliæ.
Vinding, pagus Sveviæ, ubi Auguſta Vindelicorum.
Vindiſch MarcK, Vindorum Marchia provincia Germaniæ.
Vinoxbergues, Mons S. Vinoci urbs Flandriæ.
Vinſchoten, Vinſchota oppidum Belgii.
Vinſtgoevv, tractus Rhætiæ, ubi Vennones populi.
Vinſtringen & Fineſtrange, Vinſtringa oppidum Lotharingiæ.
Vintimiglia, Albintiminium, Albintemelium, Vintimilium urbs Liguriæ.
Vipao, Frigidus fluvius & oppidum Carniolæ.
Vique, Corbio, Auſa nova, Vicus urbs Catalauniæ.
Vique, oppidum Aquitaniæ, ubi Vocates populi.
Vire, Viria urbs Normanniæ.
Vire, Viria fluvius Normannię.
Virginie, Virginia regio Americæ ſeptentrionalis.
Virton, Virtonium urbecula Belgii.
Viſbaden, Aquæ Mattiacæ & Visbada oppidum Germaniæ.
Viſchmond, Æquinoctium pagus Auſtriæ.
Viſento. Vide Biſento.
Viſe, Vegeſatum oppidum Leodienſis Diœceſis.
Viſegrad vel Vizzegrad, Felicis lacus ſeu locus, oppidum Hungariæ.
Viſeo, Lancia, Viſeum, Vicus aquarius, Viſenſis urbs, Viſontium urbs Luſitaniæ.
Viſſaopatan, Sipphara urbs Meſopotamiæ.
Viſſent & Vvitſant, Iccius portus Angliæ.
Viſtiza, Ægium oppidum peloponneſi.
Viſtricz, piſtrenſis villa locus Hungariæ.
Viſtrizza, Erigonus fluvius Macedoniæ.
Viſtule, Viſtula fluvius poloniæ.
Viterbo, Viterbium urbs Hetruriæ.
Vitilo, Bityla oppidum peloponneſi.
Vitlich, Vitellicum oppidum Trevirenſis ditionis.
Vitorchiano, Horchianus vicus, Orchianum oppidum Thuſciæ.
Vitray, Victoriacum oppidum Britanniæ minoris (Vitreum aliis.)
Vitry, Legio vitrix, Victoriacum Francicum, oppidum Campaniæ.
Vitſan. Vide Whitſan.
Vittoria. Vide Victoria.
Vivaretz, regio Galliæ, ubi Ambibareti, Heleuteri populi (Helvii aliis, & Vivarienſis tractus.
Viviers, Vivarienſis urbs, urbs Galliæ Celticæ (Vivarium)
Viviers, Alba Helviorum ſeu Alba Auguſta Helvetiorum urbs Galliæ.
Vivis, Bibiſcum, Vibiſcum oppidum lacus Genuenſis.
Vize, Bizia, Byzia urbs Thraciæ.
Vizzegrad & plindenburg, Viſſegradia urbs Hungariæ.
UKraine, Vkraina provincia Poloniæ.
Ukraine, Ucraina provincia Moſcoviæ.
Ula Trask, Ula lacus Sveciæ.
Uladislavv, Uladislavia urbs poloniæ.
Ulaerdingen, phladirtinga oppidum Hollandiæ.
Ulagrada, Scampis urbs Macedoniæ exciſa.
Ulaſtra, Velia nova locus Lucaniæ.
t'Uliæ, Flevo inſula Hollandiæ in oſtio Rheni; & Flevum Rheni, oſtium orientale.
Ulm, Alcimoennis, Ulma urbs Sveviæ.
UlosKa, Italia regio Europæ.
Uloſka Zemla, Italia regio Europæ.
Ulpen, wlpiacum pagus prope Limburgum.
Ulſter, Ultonia provincia Hiberniæ.

Ulubat, Lopadium urbs Myſiæ Aſiaticæ; & Rhyndacus fluvius.
Uma, Huma & Uma oppidum Sueciæ.
Umarabea, Cuſa fluvius Mauritaniæ, & Ruſubis, Rutubis portus.
Umbriatico, Bryſtacia urbs Calabriæ ulterioris (Umbriaticum aliis.)
Umbrone, Vide l'Ombrone.
Uncra, Ancyra urbs Galatiæ.
Underſee, Venetus lacus Sveviæ.
Undervvaldt, Sylvania urbs & conventus Helvetiæ.
Ungaria, pannonia, Hungaria provincia Europæ.
Unghvvar, Ungaria urbs Hungariȩ.
Ungvvar, Unghenſis Comitatus pars Hungariæ.
Unna, Unna urbs Veſtphaliæ.
Voce, locus Hetruriæ, ubi Volcientes populi.
Vocone, Fanum Vacunȩ pagus Sabinorum.
Vodena, Ædeſſa urbs Macedoniæ.
Vogel, Claudius mons Stiriæ. Aliis Mons Regis.
Vogelsberg, Melibocus mons Germaniæ.
Voghera, Iria, Vicus Iriæ oppidum Lombardiæ in Liguria.
Vogiron, Vagoritum oppidum Britanniæ minoris.
Vogogna, Voconia oppidum Inſubriæ.
Voidanar, Atrax urbs Theſſaliæ.
Vaitland, Merania tractus Germaniæ, ubi Nariſci populi (Voitlandia aliis.)
Voitlander, Nariſci populi Germaniæ.
Voitſperg, Viana pagus Sveviæ.
Volana, Olane, Volane oſtium Padi cum pago.
Volcano, Hiera inſula iuxta Siciliam.
Volcano de Antoco, Antoci mons regni Ciles.
Volcano de Arequipa, Vvlcanus Arequipæ, peruviæ.
Volcano de Chillan, Vvlcanus Chillani, regni Ciles.
Volcano Chuanauca, Vvlcanus Chuanaucus, regni Ciles.
Volcano de Coca, Vvlcanus Caucæ peruviæ.
Volcano de Copiapo, Vvlcanus Copiapi regni Ciles.
Volcano de Coquimbo, Vvlcanus Coquimbi regni Ciles.
Volcano de Guatimala, Vvlcanus Guatimalæ, in Guatimala provincia.
Volcano de Huape, Vvlcanus Huapeus regni Ciles.
Volcano de Ligua, Vvlcanus Liguæ regni Ciles.
Volcano de Maſpa, Vvlcanus Maſpæ peruviæ.
Volcano de Nicaragua, Vvlcanus Nicaraguæ in provincia Nicaragua.
Volcano de Notuco, Vvlcanus Notuci regni Ciles.
Volcano de Oſorno, Vvlcanus Oſorni regni Ciles.
Volcano de peteroa, Vvlcanus peteroæ regni Ciles.
Volcano de pinta, Vvlcanus pintæ peruviȩ.
Volcano Quechucabi, Vvlcanus Quechucabus regni Ciles.
Volcano de S. Clemente, Vvlcanus S. Clementis regni Ciles.
Volcano de Villa ricca, Vvlcanus villæ divitis regni Ciles.
Volcanos, Aſine pagus Argiæ.
Volemouth, Voliba portus Cornubiæ.
Volfembutel, Volfenbutela urbs Germaniæ.
la Volga, Rha fluvius ſarmatiæ Aſiaticæ.
Volhinia, regio ſarmatiæ Europææ, ubi Alauni populi, (Volhinia aliis.)
Voli, Scylæum promontorium Calabriæ.
Voliſmeni, panormus pagus Cretæ.
Vollenhove, Flevum caſtellum oppidum Friſiæ occidentalis.
Volli. Vide Bolli.
Vollo & Volo, Maliacus ſinus Theſſaliæ; & pagaſȩ, Demetrias oppidum.
Volragio, Veiturii oppidum Liguriæ.
Volterra, Volaterræ urbs Hetruriæ.
Voltorno, Vulturnus fluvius Campaniæ Italicæ.
Voltri. Vide Vvltri.
Volturara, Vulturaria urbs Apuliæ.
Voluzza, Cambuvii montes Macedoniæ.
Vomano, Vomanus fluvius Aprutii.
Vomi, Vomi urbs Iaponiæ.
Voniſſa, Anactoria oppidum Epiri.
Voorn Schans, Arx Voornia in Gueldria,
Voragine, Virgium, Voragium oppidum Liguriæ.
Vordonia, Amyclæ urbs Laconicæ.
Vorms, Bormium oppidum Rhætiæ, ubi Bormiæ aquæ.
Vornoc, pictonium promontorium Aquitaniæ.
Voſpero, panticapæa, Boſphorus urbs Tauricæ; & Boſphorus Cimmerius fretum.
Voſtanza, Andariſtus oppidum Macedoniæ.
Voſtica, Bura oppidum peloponneſi.
Voſumi, Voſuma urbs Japoniæ.
Vothara, palibothra urbs Indiæ.
Vouga, Vacca, Vacua fluvius & oppidum portugalliȩ.
Vouzi, Yungus pagus Remorum.
Voxu, Voxua urbs Japoniȩ.
Upland, Uplandia provincia Sveciȩ.
Upſal, Upſala urbs Sveciæ.
Upſu, Hypſus urbs phrigiæ magnæ.
Uraba, Uraba tractus Americæ meridionalis.
Uramea, Menoſca, Menlaſcus oppidum Guipuſcoæ.
Urana, Blandona oppidum Liburniæ (Aurana aliis.)
Uroniborg, Uraniburgum caſtrum Daniæ.
Urba, urbs fluvius Liguriȩ.
Urbanea, Urbanea, Urbs Ducatus Urbinatis.
Urbino, Orvinium, Urbinum urbs Umbriæ.
Urbiſalia, Salvia urbs, Urba Salvia oppidum piceni exciſum.
Urdax, Hurdaſpalenſe cœnobium locus Aquitaniæ, iuxta Baionam.
Uren, Tauriſci populi & oppidum Helvetiæ.
Ureo, Apſus fluvius Macedoniæ.
Urgel, Orgelium, Urgella, Orgia urbs Catalauniæ, ubi Ilurgavonenſes populi.
Urichia, tractus Germaniæ ſuperioris, ubi Raurici populi.
Urieſach. Vide Frieſach.
Urla, Clazomenȩ urbs Joniæ.
Urlie, Daddala, Dædala oppidum Lydiæ dirutum.
Urou Venusberch, Fiſcellus mons Umbriæ.
Urſimarſo, Abyſtrum, Albiſtrum, Apruſtum oppidum Calabriæ, ubi vrſentini populi.
Vſano, vretum locus territorii Hydruntini.
Uſbeck, Uſbechia regio Aſiæ.
Uſcopia, Scupi urbs Myſiæ ſuperioris.
les Uſcoques, Uſcochi populi Croatiæ.
Uſento. vide Ugenti.
Uſedom, Uſedomia urbs pomeraniæ.
Uſerche, Uſerca & Uſarchia urbs Lemovioenſis prov.
Uſetz. Vide Uzes.
Ushant, Axantos inſula Angliæ.
Usk, Burrium oppidum Walliæ.
l'Uſtega & Uſtica, Evonymus inſula ſiciliæ, Uſtica aliis.
l Vſtica. Vide l' Vſtega.
Vtrecht, Antonina, Traiectum inferius, Vtriceſium, urbs Belgij.
Vtrokceſter, Vtceſter, Vttoxeter, Etocetum, oppidum Angliæ.
Vtuathel, Vtidava, oppidum Daciæ.
Vulcanetto, Evonymus, inſula Siciliæ.
Vulcania. Vide Volcano.
Vulcano, Hiera, Vulcani inſula, inſula iuxta ſiciliam.
Vulcanos, Vide Volcanos.
Vulſi, Stymphalum, urbs peloponneſi.
Vulpia, Ulpianum, Iuſtiniana ſecunda, oppidum Bulgariæ.
vultri vel vutri, Veiturii, oppidum Liguriæ.
vulturara, Vulturaria, urbs Hirpinorum.
vulxin, regio Galliæ, ubi Velocaſſes, Veneliocaſſi, Verocaſſes, populi.
Vuting, vutinga, urbs Sinarum.
vxilica, Ialyſus pagus Rhodi inſulæ.
vylacK, Ivollum, oppidum Hungariæ.
Viſt, viſtus, inſula Scotiæ.
vzelis, Uxena, pagus Hiſpaniæ Bæticæ.
vzes, Ucetia, Utica, Uzetia, urbs Linguadociæ.
Uzeſta, Vzeſta, caſtrum Aquitaniæ.

W

DIE Vvaar, tractus valleſiæ, ubi Nantuates populi.
Vaccamach, Trapezus, urbs Cappadociæ.
die Vael, Helium, oſtium Rheni, Vahalis, Vacalos fluvius.
Vvaga, Vagus, fluvius Scandiæ.
Vvagenheym, Vagenum, oppidum Germaniæ.
Vvagening, Vaga, oppidum Geldriæ.
Vvangeren, vagria, provincia Holſatia.
Vvailheim, oppidum Bavariæ, ubi Benlauni populi.
Vvalacher, Getæ, Daci, populi Europæ.
le Vvalais, valeſia, pars Helvetiorum.

Vval-

VvalcKeren, *Valacria* inſula Zelandiæ.
VvaldecK, Valdecum *oppidum Haſſię*.
Vvaldhuſt, Valdhuſta *urbs Svevię*.
Vvaldovv, Valdovium, *deſertum Pruſſię*.
Vvales, Vallia *pars Anglię*.
Vvalhoff, Vvalhoffia *vicus Livonię*.
the Vvall of the picts, *Hadriani murus*, *Vallum* vallum inter Anglos & ſcotos.
Vvallingford, *Caleva* oppidum Angliæ.
Vvalliſerlandt, *Valinſa*, *valleſia* regio Galliæ ad Rhodanum, ubi populi *Seduni*, *veragri*, *valleſii*.
Vvallſend, *vindobala*, *vindomora* oppidum Angliæ.
Vvall-tovvn, *Ad murum* pagus Angliæ.
Vvalſe, Falciana *vicus Auſtriæ*.
Vvan, *Iban* urbs Armeniæ maioris.
Vvana, Vana, *fluvius Croatiæ*.
Vvangen, *Vimania*, *Viana* oppidum Sveviæ, (*Vangena* aliis.)
Vvaradin, *Varadinum* urbs Hungariæ ubi *Euridenſii* populi.
Vvaram, *Variana*, pagus Pannoniæ ſuperioris.
Vvarasdin, *Variana* urbs Stiriæ (*Varasdinum* aliis.)
VvarczKovie more, Balticum mare.
Vvadeyn. Vide Vvaradin.
VVardhuſs & Vvardhuys, *Lytarmis*, *Rubeę* promontorium Norvegiæ.
Vvadhuſſ, Vardhuſium *caſtrum Norvegiæ*.
Vvardhus, Vardhuſiana præfectura *regni Norvegiæ pars*.
VVarmerlandt. Vide VVarmia.
Vvarmia, *Varmia* tractus Pruſſiæ, ubi *varini* populi.
Vvarrington, *Rhigodunum* oppidum Angliæ.
VVarſavv, *Vvarſovia* urbs Poloniæ.
Vvarte, Varta *fluvius Poloniæ*.
VVarvvicK, *Præſidium*, *Verovicum* oppidum Angliæ, (*Varvicum* aliis)
VvarvvicK upon Eden, *Viroſidum* oppidum Angliæ.
VvarvicKshire, Varvicenſis Comitatus *Angliæ pars*.
VvarvvicK. Vide VvervvycK.
Vvasgovv, *Neuſtria* regio Galliæ.
the Vvash, vel the Vvashes, *Metaris* flu. vel æſtuarium Angliæ.
Vvaſſerburg, oppidum Bavariæ, ubi *Conſuanetes* populi (*Vaſſerburgum*.)
Vvaſſerfall, *Jura* mons Sequanorum.
Vvaterford, *Manapia* urbs Hiberniæ (*Vaterfordia*.)
Vvaterlandt, pars Hollandiæ, ubi olim *Friſiabones* populi.
Vvays, *Dumna* inſula maris ſcotici.
Vvcheu, Vucheum *urbs Sinarum*.
Vvedon, Bennaventa *vicus Angliæ*.
Vveen, Huena *inſula maris Baltici*.
Vveert, *Quartenſis pagus*, *Quartum* pagus Brabantiæ.
VvegiersKa, *Hungaria*, *Pannonia inferior* provincia Europæ.
Vueigats, Veigatia *inſula Oceani ſeptentrionalis*.
Vueigats, Veigatium *fretum Oceani ſeptentrionalis*.
Vveil, Vuila *urbs Vvirtembergenſis Ducatus*.
Vveilburg, Vilburgum *oppidum Germaniæ*.
Vveimar & Vveinmar, *Vinaria* urbs Thuringiæ.
Vveisbaden, oppidum Germaniæ prope Moguntiam, ubi *Bucinobantes* populi.
Vveimar, *Vviſmaria* urbs Ducatus MecKelburgici.
Vueiſſel, Viſtula *fluvius Poloniæ*.
Vueiſſelmund, Munda *arx Pruſſiæ*.
Vveiſſenburg, *Alba Julia*, *Apulum*, urbs Tranſylvanię.
Vveiſſemburg, Viſſemburgum, *urbs Bavariæ*.
Vueiſſemburg, Alba ſebuſiana, *ſeu* Viſlemburgum *urbs Alſatiæ*.
Vveiſſenburg, pagus Alſatiæ, ubi *ſebuiſiani* populi.
Vveiſſenhorn, *Viana* oppidum Svevię.
VveleKa, *Fulfinium*, oppidum Vegiæ inſulæ Dalmatiæ.
VveliKa reca, Turuntus *fluvius Moſcoviæ*.
Vvelles, *Belgæ*, *Vvellę*, *Theorodunum* urbs Angliæ.

Vvels, *Falciana*, *locus felix*, oppidum Auſtriæ.
Vveſchlandt, Italia *regio Europæ*.
Vvenceland, tractus Vvalliæ, ubi *Silures* populi.
Vvenden & Vvinden, *Venda*, *Vinda* urbs Livoniæ.
Vvenden, Vandalia *tractus Pomeraniæ*.
Vvenden, *Vandali*, *Vvandali* populi Germaniæ.
Vvendenberg, *Suditi*, vel *Sudeti* montes Germaniæ.
Vvenicza, *Vincentia*, oppidum Stiriæ.
Vverben, *Moradunum*, oppidum Ducatus Juliacenſis.
Vverczer zee, Verczerus *lacus Livoniæ*.
Vvere, *Vedra* fluvius Angliæ.
Vverencze, *Claudius* mons Hungariæ.
Vverevvic, *Viroſidum* oppidum Angliæ.
Vverſl, *Catarractes Danubii*, caſus Danubii in Auſtria.
Vveriphout, *Gordiæus* mons Armeniæ majoris.
Vverlam. Vide Veruſam.
Vverminſter vel Vvarminſter, *Verlucio* oppidum Angliæ.
Vverne, Furnæ *urbs Flandriæ*.
Vvernovv, *Chaluſus* fluvius Germaniæ prope Roſtochium.
Vverſavv. Vide Vvarſavv.
Vvert Tonavv, *Verda* urbs Sveviæ.
Vvertach, *Vindo* fluvius Vindeliciæ.
VvervvecK. Vide VvervvycK.
VvervvycK, *Veroviacum*, *Viroviacum*, pagus Flandriæ.
Vveſchel, *Tiſona* pagus Bavariæ.
Vveſel, *Aliſo*, *Vveſalia* urbs Germaniæ inferioris.
Vveſer, *Viſurgis* fluvius Germaniæ.
Vveſet, *Vegeſatum* oppidum Leodienſis Diœceſeos.
Vveſop, oppidum Hollandiæ, ubi *Uſipetes* populi.
Vvesho, *Vexio* urbs Sveciæ.
Vveſtcappel, *Maguſani Herculis fanum*, pagus Zelandiæ.
Vveſtcheſter, *Devana*, *Prætorium* urbs Angliæ, aliis *Camulodunum*.
Vveſtervvaldt, pars *Hercyniæ* ſylvæ Germaniæ, aliis *Buronia*.
VveſtervvicK, Veſtrovicum *urbs Sveciæ*.
Vveſtfalen, *Iſthævones* populi & regio Germaniæ.
Vveſtfrieſen, *Friſia occidenatlis*, regio Belgii, (*Veſt-Friſia* aliis.)
Vveſtmannie, Veſtmannia *provincia Sveciæ*.
Vveſtminſter, Veſtmonaſterium *urbecula Angliæ*.
Vveſtmorland, *Damnii*, regio Angliæ, (*Veſtmaria*.)
Vveſtphalie & *vveſtphalen*, Vveſtphalie, *regio Germanię*.
VveſtricK, *Auſtraſia*, regio Germaniæ ſuperioris.
Vveſtrogothland, Vveſtrogothia *provincia Suecię*.
Vveſtrych & VveſtrycK, *Neuſtria* provincia Galliæ; & *Auſtraſie*, *Lotharingia*, inter Galliam & Germaniam.
Vveſt-zee, mare Cimbricum, *pars Oceani Germanici*.
Vvetzlar, Vetslaria, *urbs Germanię*.
Vveſt-vvales, *Demetia*, regio *Demetarum* populorum Vvalliæ.
Vveteravv, Veteravia *tractus Franconiæ*.
Vvethelingcheſtre, *Verolamium* locus Angliæ.
Vvetſch, *Ala Faviana*, *Vienna* urbs Auſtriæ.
Vveyden, *Idunum* urbs Carinthiæ.
Vveymar, Vimaria, *urbs Thuringię*.
Vveymouth, Vimutium *caſtrum Anglię*.
Vvhithern, *Candida caſa*, *Lucopibia*, urbs Scotiæ.
Vvhitſan, *Icius portus*, pagus nunc agri Bononienſis in Gallia.
Vviborg, Viburgum *urbs Danię*.
Vvichen, *Vocetus* mons Helvetiæ.
Vviczittern, *Arribantium*, *Viminacium* oppidum Serviæ.
Vviefelsburg, *Aventicum* oppidum Helvetiæ.
VvieliczKa, Vieliſca *oppidulum Poloniæ*.
Vvielun, Vieluna *oppidum Poloniæ*.

Vvien, *Ala Flaviana*, *Vienna*, *Juliobona*, *Vindobana*, *Viana* urbs Auſtriæ.

Vvienervvaldt, *Deſerta Boiorum* regio Auſtriæ.

Vuierrz, Aprus *amnis Poloniæ*.

Vviſle, *Ila* fluvius ſcotiæ.

Vvight, *vectis* inſula Angliæ.

Vvigton, *victoria* oppidum ſcotiæ.

Vviidme, *Ala Flaviana* urbs Auſtriæ.

Vvilde, *vilna* urbs Lithua niæ.

Vuildeshun, Vildhuſia *oppidum vueſtphaliæ*.

Vviloch, *Amrinus lucus*, locus Vueſtphaliæ.

Vuilia, Vilia *fluvius Lithuaniæ*.

VuilKormirz, Vilkomeria *urbs Lithuaniæ*.

Vvillem Schouten Eylandt, Guillelmi ſcouteni inſula, *in mari Indico*.

Vvilſnach, *Suſudata* urbs Germaniæ.

Vvilten, *Veldidena* pagus Comitatus Tyrolenſis.

Vviltenburg, *Utriceſium*, *traiectum inferius* urbs Belgii.

Vviltenburg, *Vvilteburgum* oppidum Hollandiæ.

Vviltshire, Angliæ comitatus, ubi *Severiani*, *Belgæ* populi.

Vvimpfen, *Cornelia*, *Vuimpina* urbs Sveviæ.

Vvinder mare, *Setantiorum portus* locus Angliæ.

Vvinburne, *Vindogladia* oppidum Angliæ.

Vvincheſter, & Vvintcheſter, *Venta Belgarum* urbs Angliæ.

Vvincheſter in the Vvall, *Vindolana* oppidum Angliæ.

Vvincz, *Pinon* oppidum Valacchiæ.

Vvindavv, *Vinda* urbs Curlandiæ.

Vvinden. Vide Vuenden.

Vvindiſch, *Vindoniſſa*, *Vindonenſe caſtrum* urbs Helvetiæ exciſa.

Vvindiſch Gratz, *Vendum*, *Vinundria* oppidum Japoniæ.

Vuindiſch Matray, Idunum *oppidum Norici*.

Vvindiſchlandt, pars *Illirici*, *Savia Pannonia* regio Pannoniæ.

Vvindſor, *Vindeſorium* oppidum Angliæ.

Vvinlandt. Vide Filandt.

Vvinnicza, Vinnicza *urbs Poloniæ*.

Vuinſen, Vinſa *oppidum Ducatus Luneburgenſis*.

Vvinshaim, *Viniſma* urbs Frenconiæ (*Vintshęmum* aliis.)

Vvinceſter, *Venta Belgarum* unss Angliæ.

Vuinten, vettoniana *oppidum Bavariæ*.

Vvinterthur, *Vitodurum* oppidum Helvetiæ.

Vvipach, *Frigidus* fluvius Carniolæ.

Vurland, Viria *provincia Livoniæ*.

Vvirtemberg, regio & oppidum *Caritinorum*, *Decumatium*, *Virtinguorum* populorum Germaniæ.

Vuirtemberg, Vuirtembergenſis Ducatus *pars Sveviæ*.

Vuirtemberg, Vuirtemberga *caſtrum sveviæ*.

Virtzburg, *Herbipolis*, *Artaunum*, *Pęapolis* urbs Franconiæ.

Vuisbuy, Visbua *urbs sveciæ*.

Vviſcheiburg. Vide Vueſchel.

Vviſelburg, *Limuſa* oppidum Hungariæ.

Vviſinar. Vide Vveiſmar, (*vuiſmaria* aliis.)

Vuiſaiovvicz, Vuiſniovicium *caſtrum Poloniæ*.

VuiſtocK, Viſtochium *oppidum Germaniæ*.

VitepsK, Vitepſcia *urbs Poloniæ*.

Vvithren, Leucobbia, Lucobibia, Lucopibia & Candida caſa, *urbs ſcotiæ*.

Vvite zee, *Granduicus ſinus*, *Album mare*, mare Moſcoviæ.

Vviltam, *Bullęum* oppidum Cornubiæ.

Vvittenberg, *Calęcia*, *Leucoręa*, *viterbega* urbs Saxoniæ ubi olim *Vitę* populi.

Vvixel vel vueixel, *viſtula* fluvius poloniæ.

Vuolodzimiercz, Ulodimiera *urbs poloniæ*.

Vudnay, Vodnana *oppidum Bohemiæ*.

Vuoerden, Voerda *oppidum Hollandiæ*.

Vvoeringen, *Quadriburgium* oppidum Germaniæ inferioris.

Vvolavv, Volavia *urbs Sileſiæ*.

VuolcmarcK, Volcmarchia *urbs Carinthiæ*.

Vvolfartzhauſen, locus Sveviæ, ubi *Auguſta*, *Vindelicorum* urbi exciſa.

Vvolga, Rha *fluvius Moſcoviæ*.

Vvolgaſt, Volgaſtia *urbs Pomeraniæ*.

Vvolin, *Julinum* inſula & urbs Pomeraniæ.

VvolKovviſca, VolKoviſca *urbs Poloniæ*.

Vvollenhove, Vollenhovia *oppidum Trans-Iſalaniæ*.

Vvollin, Vollin *oppidum Pomeraniæ*.

Vvolmer, Volmaria *urbs Sveciæ*.

Vvolodimer, Volodimiria *urbs Moſcoviæ*.

Vvolodimer, Volodimirienſis Ducatus *pars Moſcoviæ*.

Vvologda, Vologda *provincia Moſcoviæ*.

Vvomie & MidnicK, Vomia *urbs Poloniæ*.

Vvoodcote, *Neomagus* pagus juxta Londinum.

Vvorceſter, *Branovium*, *Brannogenium*, *Vigornia* urbs Angliæ.

Vvorceſter shire, Vigornia *provincia Angliæ*.

Vvorm, *Vvrmius* fluvius Ducatus Limburgenſis.

Vvorms, *Borbetomagus*, *Vvormacia* urbs Palatinatus, ubi *Vangiones* populi.

Vvormſee, *Bormiæ aquæ* in Rhætia.

Vvorotin, Vorotinenſis Ducatus *pars Moſcoviæ*.

Vvorotin, Vorotinum, *urbs Moſcoviæ*.

Vvorſtfrieſen, *Friſii* populi in Cimbrica Cherſoneſo.

Vvrotham, *Vagniacum* pagus Cantii.

Vvroxceſter, *Viroconium*, *Uriconium* oppidum Angliæ.

Vvuczittern vel Vvuczidern. Vide Vviczittern.

Vvunitz, tractus Rhætiæ, ubi *Vennones* populi.

Vvurmſerloch, *Rhætica juga*, *Rhęticæ Alpes*, pars Alpium inter Rhætiam & Inſubriam.

Vvurtzbourg, Herbipolis *urbs Germaniæ*.

Vvurtzgarten, *Carpates* mons Sarmatiæ Europææ.

Vvrzen, Vurzena *urbecula Miſniæ*.

Vvy, *Vaga*, *Antona* fluvius Vvalliæ.

Vvych te Duerſteden. Vide Duerſtede.

Vvyngarten, *Vimania* oppidum Sveviæ.

X

XA, *Oxus* fluvius Margianæ.

Xaſica, *Thermæ*, *Ad aquas Larodas*, urbs Siciliæ maritima.

Xainctes. Vide Saintes.

Xaiſmael, *Perſia* provincia Aſiæ.

Xaliſco, Xaliſca *provincia novæ Hiſpaniæ*.

Xalon, *Salo* fluvius Aragoniæ.

Xanſi, Xanſia, *provincia Sinarum*.

Xanto, *Xanthus* fluvius Phrygiæ.

Xantoigne vel Xantonge, regio Galliæ, ubi *Santones* populi.

Xantung, Xantonia *provincia Sinarum*.

Xaocheu, Xaocheum *urbs Sinarum*.

Xaoching, Xaochinga *urbs Sinarum*.

Xaovu, Xaoum *urbs Sinarum*.

Xaraliſi, *Xarax* oppidum Laconicæ.

Xat. Vide Apte.

Xativa, *Setabis* urbs regni Valentiæ, (*Xativa* aliis.)

Xauxa, Xauxa *fluvius Peruviæ*.

la Xea de Urgel. Vide Urgel.

Xecien, Xecienum *urbs Sinarum*.

Xelſa, *Celſa* & *Colonia Julia Celſa* oppidum Aragoniæ dirutum.

Xenil, *Singilis* fluvius Andaluziæ.

Xenſi, Xenſia *provincia Sinarum*.

Xerez, *Eſuris* oppidum Andaluziæ, vel pagus ad oſtia Anæ.

Xerez de la Frontiera, *Aſida*, *Cęſariana*, *Xera* oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, (*Aſta Regia*.)

Xerolibado, *Citarius* mons Macedoniæ.

Xetafe, *Tituacia* oppidum Caſtellæ novæ.

Xevoſna vel Xenoſna, *Heraclea* urbs Macedoniæ.

Xicli, *Motychanus* fluvius Siciliæ.

Xicoco, Xicocum *inſula Japoniæ*.

Xilef, *Carentus* fluvius Mauritaniæ.

Xili, *Cinętium*, *Onugnathos*, promontorium Peloponneſi.

Xiloca, *Bilbilis* fluvius Aragoniæ, (*Xiloca*.)

Ximo, Ximum *inſula Japoniæ.*
Xincheu, Xiucheum *urbs Sinarum.*
Xiria, *Pholoe* mons Arcadiæ.
Xixona, *Setabicula*, *Sexiona* oppidum regni Valentini.
Xoa, *Azania* regio Æthiopiæ (*Xoa.*)
Xucar, *Sucro* fluvius Valentiæ.
Xuicheu, Xuicheum *urbs Sinarum.*
XuncKing, Xunchinga *urbs Sinarum.*
Xunning, Xunninga *urbs Sinarum.*
Xunte, Xunta *urbs Sinarum.*
Xuntien. Vide PeKing.
Xylocaſtro, *Ægira* urbs Peloponneſi.

Y

YAncheu, Yancheum *urbs Sinarum.*
Yare. Vide Yere.
Yarmouth, *Gariannonum* oppidum Angliæ.
Ybelin, *Geth* urbs Palæſtinæ exciſa.
Yencheu, Yencheum *urbs Sinarum.*
Yepes, Iſpinum *vicus Caſtellæ novæ.*
Yerach, Babylonia *regio Aſſyriæ.*
Yere, *Garryenus* fluvius Angliæ.
Yeriſco, *Panormus* oppidum Macedoniæ.
Yerri, *Aracillum* oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis.
Yeſd, Yesda *urbs Perſiæ.*
Ygaint, *Ingantes* populi Angliæ.
Yglesias, *Vallis Eccleſiæ* urbs Sardiniæ.
Ygnos, *Ænus* urbs Thraciæ maritima.
Ygualada, *Ergavia* oppidum Catalauniæ.
Yhadeda, *Myla* fluvius Siciliæ.
Yhaſibli, *Cacyparis*, fluvius Siciliæ.
Yhomiſo, pagus Siciliæ, apud *Dianæ fontem.*
Yla. Vide Ila.
Yle, Epidium *inſula Albionis in Scotia*, Hyla & Yla.
Ymvvithig, *Vriconium* oppidum Angliæ.
Yniesta, *Egelaſta* oppidum Caſtellæ novæ, *Segobriga* aliis.
Ynis Rhuochym, *Thanatos* inſula Angliæ.
Yocheu, Yocheum *urbs Sinarum.*
Yonne, *Icauna*, *Jauna*, *Iunna* fluvius Galliæ Celticæ.
YorK, *Brigantium*, *Eboracum* urbs Angliæ.
YorKshire, regio *Brigantum* populorum Angliæ (*Eboracenſis Comitatus.*)
Yperen & Ypri, *Hypræ* urbs Flandriæ, ubi *Pleumoſii* populi.
Yphax, *Siphax* oppidum Andaluziæ exciſum.
Yres, *Athenopolis*, *Olbia* oppidum Provinciæ.
Yri, *Phlius* oppidum Peloponneſi.
Yſel, *Foſſa Druſiana*, *Iſala*, *Aliſo*, *Isla* fluvius Belgii.
Yſne, *Iſiniſca* oppidum Sveviæ.
Yſſel. Vide Yſel.
Yſſouldun, *Exolidunum*, *Uxellodunum* oppidum Biturigum.
Y-ſtvvith, *Stucia* fluvius Vvalliæ.
Vſtvvithi, *Rhatoſta*, *Rhatoſtathybius* fluvius Vvalliæ.
Yverdon, *Ebrodunum* oppidum Helvetiorum.
Yvica, *Ebuſus* inſula Hiſpaniæ.
Yviza. Vide Yvica.
Yumach cama, *Perſicus ſinus* inter Arabiam & Perſiam.
Yvoire, Aquaria *oppidum Sabaudiæ.*
Yvoix, *Epoiſſius* , *Ivodium* , *Evoſium*, *Yvodium* oppidum Lucemburgenſis Ducatus.
Yupi, Yupia *regio Tartariæ.*
Yvverdhon, *Hibernia* inſula Oceani Occidentalis.

Z

ZAara, zaara, *ſeu* Deſertum *regio Africæ.*
Zabara, *Libya deſerta* regio Africæ.
Zabbay, *Paradiſus* locus Aſiæ.
Zabern, *Taberna* urbs Alſatiæ.
Zabes, Zabeſus *urbs Tranſylvaniæ.*
los zacatecas, zacatecarum tractus *provincia novę Hiſpanię.*
Zachaf, zachaſus *lacus Æthiopiæ inferioris.*
Zaconia, *Laconida* regio Peloponneſi.
Zacuth, *Eurymedon* fluvius Pamphyliæ.
Zadaon, Calipus *fluvius Luſitan...*
Zadar, Jadera *urbs Illyrici.*
Zadra, *Auſigda* oppidum Cyrenaicę.
Zaſaran, *Clupea* oppidum Africæ maritimum.
Zaſſo, *Joppe* urbs Paleſtinæ exciſa.
Zaſlan, zaſlanus *lacus Æthiopiæ ſuperioris.*
Zagabria, *Siſopa*, *zagabria*, *Soroga*, *Vicus Italicus* urbs Pannoniæ.
Zagari, *sangarius* fluvius Bithyniæ, *Calpas* aliis.
Zagarolo, *Gabii*, *Villa Mariana* oppidum Latii.
Zagatay, *Sogdiana* provincia Aſiæ, aliis *Bactriana.*
Zagatay & UsbecK, zagataia *regio Tartarię.*
Zagoria, *Develtus* urbs Thracię; & *Zagoria* regio.
Zagrabia. Vide Zagabria.
Zahara, *Libya deſerta* regio Africę; & *Arabicus ſinus*, (*Zabara* aliis.)
Zahara, zahara *oppidum Vandalitię.*
Zahaſpa, Zahaſpa *urbs Zagataiæ.*
le Zaire, Zairus *fluvius Æthiopiæ.*
Zalavvar, *Sala*, *Sallis* oppidum Hungariæ (*Zala*)
Zalonkemen. Vide SalonKemen.
Zalonzermen, Acumincum *oppidum Pannoniæ.*
Zambra, *Ciſimbrum* locus Hiſpaniæ.
Zambre, *Cambria*, *Vvallia* regio Angliæ.
ZamKo, *Antianę* oppidum Hungariæ.
Zamora, *Sentica*, *zamora*, *Sarabris*, urbs regni Legionenſis.
Zamora, *zama* urbs Africæ.
ZamosKy, Zamoſcium *urbs Polonię.*
Zanaga, *Darat* fluvius Africæ.
Zanagra, *Automala* oppidum Africæ.
Zanara, *Diarrhœa* portus Cyrenaicæ.
la Zanara, *Diabate* inſula Sardiniæ.
Zanfara, Zanfara *regnum Nigritię.*
Zanguebar, *Frons Africę* promontorium Africæ auſtrale; & *Agiſymba* regio Africę.
Zanguebar, Zanguebaria & Barbaria *regio Æthiopię inferioris.*
Zanhaga, Zanhaga *regio & deſertum zaarę.*
Zania, *Jamna*, *Jamnia* oppidum Paleſtinæ.
Zante, *zacynthus* urbs & inſula maris Jonii.
Zanto, *Oſones* oppidum Hungariæ.
Zanzibar, Zanzibara, *inſula zanguebariæ.*
Zappring. Vide Scapring.
Zaqueiſmael, *Suſiana*, provincia Aſiæ.
Zara, *Jadera* urbs Liburniæ.
Zara. Vide Cara.
Zaracin, *Jeſrael* pagus Palæſtinæ.
Zara Vecchia, Alba maritima *oppidum Dalmatię.*
Zarnouniza, Epetium *oppidum Illyrici.*
Zazza, *Vicus Cuminarius* pagus Caſtellæ novæ.
Zazzuara, *Frateria* oppidum Tranſylvaniæ.
Zashalon, *Centum colles* oppidum Hungariæ.
Zata, *Cornacum* oppidum Hungariæ.
Zatmar, zatmarienſis Comitatus *pars Hungariæ.*
Zatmar, zatmarium *urbs Hungariæ.*
Zator, zatoria *urbs Poloniæ.*
Zavichoſt, zavichoſtum *urbecula Poloniæ.*
Zazella, *Tonice* urbs Æthiopiæ.
Zazſebes, *Zeugma* oppidum Tranſylvaniæ.
Zbaras, zbaraſium *oppidum Poloniæ.*
Zborovv, zboravia *oppidum Poloniæ.*
Zea, *Cæa* pagus regni Legionenſis.
Zea, Zia, *Cea* vel *Cia* inſula maris Ægæi.
Zeb, zebum *regio Biledulgeridiæ.*
Zeb, *Zebes* regio Mauritaniæ Cæſarienſis.
Zebibana, *Ctenos* oppidum Tauricæ.
Zecaro, *Zecarus*, *Ozecarus* fluvius Portugalliæ.
Zedic, *Sacazama* pagus Africæ.
ZeeblacK, *Sopianæ* oppidum Hungariæ.
Zeelandt, *Codanonia*, *Selandia* inſula maris Baltici.
Zeglie. Vide Zuglie.
Zegzeg, Zegzegum *regnum Nigritiæ.*
Zeila, *Dere* urbs Æthiopiæ; & *Avalites* emporium; (*Zeila* aliis.)
Zeilan, *Nanigeris* inſula Indiæ citerioris. Aliis *Taprobana*, *Ophir.*
Zelanda, Zelandia *provincia Belgii uniti.*

Z

Zeſſelimur, *Cetia*, *Cetium* oppidum Auſtriæ.
Zeitz, Zitia *urbs Miſniæ*.
Ze kel eid, ZeKelhyda *arx Tranſylvaniæ*.
Zela, *Zela* urbs Cappadociæ exciſa.
Zelanders, *Mattiaci* populi & provincia Belgii.
Zelandt vel Zeelandt, *Arborichæ*, *Selandia* inſula Belgii
Zelbecdibes, *Armenia maior* provincia Aſiæ.
Zell, Cella *urbs Germaniæ*.
Zell, Cella *urbs parva Germanię*.
Zell in Hammerſpach, Cella *urbecula Sueviæ*.
Zema, *Idubeda* fluvius Hiſpaniæ.
Zemblyn, Zemblinium *oppidum Hungariæ*.
Zena, *Genua* urbs Liguriæ.
Zenara, *Cynara* inſula maris Ægæi.
Zenderin, *Singidunum*, *Senderobis* urbs Serviæ.
Zendrevv. Vide Sendrevv.
Zenega, *Gir*, *Stachir*, *Nigir* fluvius Libyæ (*Daria* & *Daradus*.)
Zeng, *Semia* urbs Liburniæ.
Zentmar, *Borgum Centenarium* pagus Pannoniæ ſuper.
Zenzibar. Vide Zanguebar.
Zepd, *Cilicena* oppidum Hungariæ.
Zerbi, *Zetti* oppidum Africæ. Vide Gerbi.
Zerbſt, Zerveſta *urbs Saxoniæ ſuperioris*.
Zerecin. Vide Zaracin.
Zarſen ſeu Zerſen, *Siga* urbs Mauritaniæ.
Zermagna, Tedanium *fluvius Illyrici*.
Zerpa, *Serpa* oppidum Portugalliæ.
Zerro de los Infantes, *Illurgis* oppid. Granatenſis regni
Zerunaz, *Aſtra* oppidum Sclavoniæ.
Zettivar, *Citus*, *Cithrum* opp. Theſſaliæ vel Macedoniæ
Zeuta. Vide Ceuta.
Zey, *Ciana* fluvius Germaniæ juxta Moguntiam.
Zevthon, *Apheterion* locus Indiæ citerioris.
Zezaro. Vide Zecaro.
Zezil. Vide Izli.
Zia, Ceæ *inſula maris Ægæi*.
ZiatecK, & *Sats*, Zatecium *oppidum Germaniæ*.
Zibelletto, *Byblus* urbs Phæniciæ.
Zibit, *Saba* urbs Arabiæ felicis, & *sabea* regio, (*Zibitum* aliis.)
Zichine, *Zichne* urbs Macedoniæ.
Zidem, *Acila*, *Ocelis* urbs Arabiæ felicis, ubi *Sideni* populi.
Ziden, Zidenum & Pundin *urbs Arabiæ*.
Ziegenhaim, Zigenhemum *urbs Haſſię*.
Zigea, *Segeſtica* inſula Croatiæ.
Ziglio. Vide Giglio.
Ziigna, *Achardeus* fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ.
de Ziip, Zippa *lacus Holandiæ*.
ZiKa vel ZicKa, *Magniana*, *Mogetiana* oppidum Hungariæ.
Zilia, *Anatis* fluvius Mauritanię Tingitanæ.
zimat, *zametes* mons Arabiæ felicis.
Zina, *Pamphylia* provincia Aſiæ minoris.
Zingari. Vide Cingari.
Zinira, *Serabis* fluvius Valentiæ.
Zipangri, *Chryſe* inſula maris Eoi.
Ziriczee, Ziriczæa *urbs Zelandiæ inſulæ*.
ZirKnitzerſee, & Zirichnitz, *Lugeum*, pagus Liburniæ.
Ziton, *Thebæ* urbs Theſſaliæ.
Zitrochan, *Albania* provincia Aſiæ.
Zittavv, Zittavia *urbs Luſatiæ*.
Zizarga, *Caſſiterides* inſulà Gallæciæ.

Z

Zizeris, *Auguſta Vindelicorum* locus Sveviæ.
Zizes, Zizi *montes regni Fezzę*.
Znaim, Znoimum *urbs Moraviæ*.
Zoarat. Vide Zuarat.
Zocoroph, *Arabicus ſinus*, ſinus Aſiæ.
Zocotera, *Dioſcoridis inſula*, inſula maris Rubri. Aliis *Ogyris*.
Zoegua, *Besbicus* inſula Propontidis.
Zoeſt, *Suſatum* urbs Vveſtphaliæ.
Zoſala, Zofala *urbs Cafreriæ*.
Zoſala, Zofalæ regnum *pars Africæ regionis*.
Zoga, *Citium* oppidum Macedoniæ.
Zollern, Zollernum *caſtrum Sveviæ*.
ZolnocK, *Solnocum* urbs Hungariæ (*Zolnochium* aiis.)
Zominicho, *Aſiſia* oppidum Sclavoniæ.
Zonchio, *Pylus* urbs Elidis.
Zonichia, *Pylus* oppidum Meſſeniæ.
Zons, oppidum ſtatus Colonienſis, ubi *Sunici* populi.
Zons, Zontium *oppidum Germaniæ*.
Zoppia, *Sopianæ* oppidum Hungariæ.
Zorlich, *Turulum*, *Tzurulum* urbs Thraciæ.
Zothezavia, *Tyras* Sarmatiæ Europææ fluvius.
Zotophac, *Lotophagites* inſula maris Africi.
Zotrivar, *Cithrum* oppidum Theſſaliæ.
Zuachem. Vide Suachen.
Zuarat, *Piſidon* portus Africæ.
Zucala, *Iſthmus*, *Tauricus*.
Zucamini, *Oropus* oppidum Atticæ, vel Bæotiæ.
Zuchria, *Pella* urbs Macedoniæ.
Zuenziga, Zuenziga *regnum Africæ*.
Zuera, *Curnonium* oppidum Aragoniæ.
Zuera, *Gallicum* locus Aragoniæ.
Zues, Vide Sues.
Zuerin, *Severini cœnobium* pagus Auſtriæ.
Zug, *Tougium*, *Tugium* urbs Helvetiæ.
Zugger, *Tougeni* populi Helvetiæ.
Zuglie, *Alpes Juliæ*, *Carnicę*, inter Carinthiam & Forum Julii.
Zuglio, *Julium Carnicum*, *Carnicum Julium* pagus Carnorum.
ZuicKau, ZuicKavia *urbs Miſnię*.
Zuiria, *Albania* regio Aſiæ (*Zuiria* aliis.)
ZuKal, *Fretum Herculeum* inter Mauritaniam & Andaluziam.
Zulch. Vide ZulpicK.
ZulpicK, *Tolbiacum* oppidum Germaniæ inferioris.
Zunchio, *Epitalium* oppidum Peloponneſi.
Zuns. Vide zons.
Zuazen, Utunta *vicus Briſigavię*.
Zurich, *Tigurinus pagus*, *Tigurum* urbs Helvetiæ.
Zuricherzee, Tigurinus *lacus Helvetiorum*.
Zurzach, *Aquę duræ* locus Helvetię.
Zutphen, urbs Geldriæ, ubi *Uſipetes* populi (*zutphania* aliis.
Zutphen, zutphaniæ Comitatus *pars Belgii in Gueldria*.
Zuyder-ſee, *Flevum*, *Flevi lacus* ſinus apud Hollandos, (*Auſtrinus ſinus* aliis.
ZuveybrucKen, Bipontium *urbs Germaniæ*.
ZvvicKavv, *Cygnea* urbs Voitlandiæ in Germania.
zuvo, zuvolla *urbs Tranſiſalaniæ*.
zygeth & zigeth, *Metubarris* inſula Hungariæ.
zygeth, *Salinæ* oppidum Tranſylvaniæ.

F I N I S.

APPENDICES
ET CORRECTIONES
AD TOMUM PRIMUM
LEXICI GEOGRAPHICI
ADDITÆ A
DOMINICO MAGRO MELITENSI
Canonico, Theologo Cathedralis Viterbienſis, Protonotario Apoſtolico & S. Congregationis Indicis Conſultore:

ACCESSERUNT ETIAM
MICHAELIS ANTONII BAUDRAND
IN HAS APPENDICES, ET CORRECTIONES.
NOTÆ.

Quæ hac nota ¶ oculis conſpiciuntur, & charactere, quem vocant Italicum edita ſunt, M. A. BAUDRANDI *ſunt. Cætera verò* D. MAGRI, *cujus* Correctiones *aſteriſco notatæ ſunt.*

A

AASAR, Urbs in tribu Juda, hodie verò vicus, qui occurrit peregrinantibus de Azoto, Aſcalonam.

Abala, oppidum in Africa Trogloditarum, non procul à Mari rubro. Eſt aliud ejuſdem nominis, in tribu Juda. Abala etiam appellatur portus Meſſaliæ proximus, ad quem aufugit Cæſar dimicans contra Pompejum.

Abalus, inſula in Oceano Germanico, in qua juxta aliquorum opinionem, ex arboribus fluit electrum.

Abana, fluvius Damaſci, qui ex radicibus montis Libani exortus in mare Syriacum profluit.

Abaraza, urbs Syriæ inter Cyram & Edeſſam ſita.

Abaſſis, urbs epiſcopalis, ut colligitur ex jure Orientali.

Abaſa, inſula in ſinu Maris Erythræi, prope Æthiopiam.

Abaſes, loca deſerta & inacceſſa in occidentali plaga Ægypti.

Abaſcus, fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ, qui ſe in Pontum Euxinum effundit.

Abaſges, Scythiæ populi, ad fidem Chriſti converſi, Temporibus Juſtiniani Imperatoris, ut ſcribunt Procop. & Zon.

¶ *Abaſges, ſeu Abaſgi populi fuere Colchidis, verſùs pontum Euxinum, teſte Arriano, ubi nunc forſan Abaſſi, populi ſatis noti; ſed longè à Scythia diſtabant in occaſum.*

Abaſitus, tractus Myſiæ Aſiaticæ, in quo Ancyra urbs ſita eſt.

Abaſſus, oppidum majoris Phrygiæ ad Toſiſtoborgiorum fines.

Abas, ſive Abauris, fluvius juxta quem Pompeius Albanos prælio ſuperavit.

Abdela, urbs circa Meſopotamiam, de qua Cedrenus.

Abdara, dicta Almeria, ab Almerio Gothorum Rege, qui anno 530. à Chidelberto Francorum Rege occiſus hic occubuit.

¶ *Abdara urbs Hiſpaniæ Bæticæ, quæ & Abdera, nunc Adra ab omnibus intelligitur; eſtque oppidum regni Granatenſis, 7. leucis ab Almeria diſtans.*

Acuthartus ingens ſinus in mari Arabrico, verſùs Ægyptum.

Aceſtes, fluvius Indiæ navigabilis, juxta quem Alexander M. Bucephalam urbem condidit.

Achab, urbs in qua regnavit Nembrod, quæ hodie Niſibis appellatur.

Acridophagi, populi Æthiopiæ, ſic appellati, quia locuſtis vivunt, ſuntque curſu velociſſimi.

Acropolis eſt oppidum in Lucania, *Agropoli*, olim urbs epiſcopalis, ad cuius Antiſtitem extat Epiſtola S. Gregorii, hodie ſub Epiſcopo Capitaquenſi.

¶ *Vide Acropolis.*

Adana, hodie Adna, teſte Leonardo Habela Ep. Sidonienſi, meo concive, in Itinerario.

¶ *Vide Adana.*

* Adedi, urbs eſt munitiſſima, ædificiorum nitore, & populorum frequentia celebris; olim peninſulæ formam obtinebat, nunc verò civium induſtria undique aquis ambitur.

¶ *Adedi quid ſit hodie non conſtat; ſed non eſt Aden, quæ olim Arabia urbs dicta fuit, ſicque de Adedi ſitu difficile eſt aliquid certi narrare.*

Ader, locus iuxta Bethlem, ubi Angelus Chriſti nativitatem paſtoribus nunciavit, ibique Jacob oves ſuas pavit.

Adiabene, etiam populi, incolentes illam Æthiopiæ partem, quæ eſt contra Meroen Nili inſulam, appellantur Adiabeni. Ita quoque quædam Regio ultra Armeniam appellatur Adiabene.

* Adonis. Non eſt appellandus hic fluvius *Narracellebe* ut ſcribit Gulielmus, Linguæ Arabicæ imperitus, ſed *Nahar alcalb*, id eſt, fluvius canis, de quo ego loquor in meo Itinerario. Vocabatur etiam Lychus, ut ex inſcriptione ſaxis inciſa prope pontem, quam egomet legi, & exſcripſi, eamque retuli in meo Itinerario.

¶ *Quod ſcripſerit Narracellebe Ferrarius, poſt Tyrium, pro Nahar alcalb, condonandum eſt homini linguæ Arabicæ imperito.*

Adra, alia in Illyrico, hodie *Caſtello* appellata.

Adremmon, oppidum, de quo Zacharias c. 12. quod S. Hieronymi ætate Maximianopolis appellabatur, ut ipſe ſcribit.

Adverſa, *Averſa*, urbs epiſcopalis in Campania condita ex reliquiis Atellæ.

¶ *De ea fuſè ſcriptum in voce Averſa, uti vocatur ab omnibus, non autem Adverſa, ut ſcribit Magrus.*

* Ægæum mare à Turcis non appellatur *Acdeniz*, ut in Lexico ſupponitur, ſed *Ac Denghis*, id eſt, Album Mare, ad diſtinctionem maris Euxini, quod Nigrum mare ab ipſis vocatur.

¶ *Quod Acdeniz ſcripſerit in Lexico, pro Acdenghis, eſt levis error, condonandus linguæ Turcicæ imperito, qui Leunclavium ſequutus eſt.*

Ærindele, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rabenſi, ſeu Petracenſi, in Patriarchatu Hieroſolymitano.

¶ Vide *Æryndele*.

Æthiopia, *Etiopia*, non *Abexia* nec *Abiſſia*, ut Lexicon, ſed *Abaſia*, Incolæ vocantur Abeſc, ab Italis verò Abiſſini; ſunt Chriſtiani veterem religionem profitentes, ſed Judæorum ritibus, & Monothelitarum hæreſi corruptam. Vivunt ſub potentiſſimo Imperatore ab ipſis *Naguz* appellato, à noſtris verò corruptè & abuſivè *Prete-Janni*.

¶ De Æthiopia fusè ſcriptum in vocibus ſeu articulis Abaſſinia, Abyſſini, Æthiopia, & Pretioſi Joannis Imperium; ubi etiam probo eorum Imperatorem abuſivè dici *Prete-Janni*; ſed à ſuis *Neguz* vocatur, non autem N*aguz* ut ſcribit Magrus.

Africa, *Aphrichia*, Arabicè ſignificat diviſam, cùm vera ſit pars orbis à cæteris ſeparata ad inſtar Peninſulæ. Ab incolis vocatur B*ar*, id eſt, Deſertum vel terra.

¶ Africa nomen habet à regione Africa propria, verſùs Tunetum & Carthaginem urbem exciſam, in ora Maris Mediterranei; non autem ab ulla voce Arabica, quicquid dicant nonnulli: & tantùm alicubi verſùs ſinum Arabicum *Bar* ab incolis.

Agareni, *Arabi*, qui ſunt innumeri populi, ſic denominati ab Agar Iſmaelis matre, quare & Iſmaelitæ ab aliis appellati, qui denique Saraceni in hiſtoriis vocantur. Jactant enim ſe falsò ex Sara uxore Abrahami originem duxiſſe, & non ex Agar. Hos nec Cæſares Romani, nec Imperatores Othomani unquam ſuperare potuerunt. Sequuntur nefariam Machometis doctrinam, qui ex eorum natione originem duxit. De ipſorum moribus fusè diſſerui in meo Itinerario.

¶ Agareni ſæpiùs dicti fuere Saraceni. Vide ibid.

Agatha, in Campania, dicitur ab aliquibus Scriptoribus Agathopolis.

Agripias, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Sergiopolitano, ut ex codice Græco m. ſ. Card. Sirleti patet. Eſt & alia urbs maritima ejuſdem nominis, in Idumea, Epiſcopalis ſub Patriarcha Hieroſolymitano, dicta etiam Anthedon, ſeu Majuma.

Alba Julia, ſic appellata à Julia Auguſta matre M. Aurelii Antonii, hodie *Feiuuiar*.

¶ Hodie *Gula Feirvar* dicitur ab Incolis, non autem Fejuvar.

Alcæum, oppidum in Sicilia, hodie *Recalmuto* appellatum.

Alcedonia. Vide Laquedonia.

Aleſa, hodie, *Caronia*, olim urbs epiſcopalis ſub Metropolitano Syracuſano ex diſpoſitione Leonis Imperatoris.

¶ Vide A*læſia* & H*aleſa*, ubi fusè de hac urbe.

Aleſſium, *Aleſſo*, urbs Epiri, in qua obiit Georgius Caſtriotus vulgò Scanderbech appellatus, ſtrenuiſſimus illius ævi Dux & acerrimus Chriſtianæ fidei, & ſuæ gentis propugnator contra immanium Turcarum conatus.

¶ Urbs Albaniæ, quæ vulgò A*leſſio* dicitur, & non *Aleſſo*; ab omnibus vocatur Liſſus & non Aleſſium. Vide Liſſus.

Alexandria Syriæ Aleſſandretta, vocabatur etiam Alexandria minor. Hodie nullum ejus extat veſtigium; apparent ſolum aliqua tuguria in mercatorum commodum; extat una domus lapidea pro Ianizzarorum Duce, qui vectigalia exigit.

Altinum; hodie nihil extat, præter turrim, quæ nomen Altini retinet.

Amida. Hodie à Saracenis *Emet* vocatur.

Amphipolis, eſt & alia civitas ejuſdem nominis in Syria apud Euphratem à Seleuco condita, quam *Turmeda* Syri vocant, & de ea ſcribit Volaterr. libro 8.

* Amudata. Hæc à Victore Uticenſe appellatur Amudarſa.

* Amyzon. Hæc in Concilio Epheſino vocatur Amazon.

Anazarbus hodie nonniſi pagus, teſte Bellonio.

Amazartha urbs Archiepiſcopalis, ſub Patriarcha Antiocheno ex Codice Græco m. ſ. Cardinalis Sirletti.

Ancyra, pannis undulatis, qui ex Caprarum villis eo loco texuntur, valdè celebris.

Andros. De prodigio illius fontis teſtatus eſt mihi Romæ Dominicus Grammatica ejuſdem inſulæ Epiſcopus. De eodem ſcribunt quamplurimi Authores.

Antiquera, urbs Epiſcopalis in India occidentali ſub Archiepiſcopo Mexicano, ab incolis G*uaxaca* nuncupatur, cujus Epiſcopatum inſtituit Paulus III. anno 1547.

¶ Melius dicitur A*nticaria*. Vide ibid. fusè de ea.

Antirrhium Promontorium. Hodie *Caſtelli di Lepanto*.

Apia, urbs epiſcopalis, ſub Metropolitano Laodiceno in Phrygia Cappatiana, ex deſcriptione Leonis Imperatoris.

Aprumacium, B*rignole*, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Genuenſi.

* Arabia. Non aptantur ibi nomina Arabica, nam Felix appellatur J*aman*, Petræa *Jaſrab*, Deſerta A*lchagias*.

* Arabicus ſinus vocatur ab Incolis *Bahar Colſem*.

Araſſus, urbs epiſcopalis in Phrygia, ſub Metropolitano Pergenſi, ex diſpoſitione Leonis Imperatoris, Ptolæmeo, aliiſque ſatis nota.

* Aſphaltis, appellatur ab Incolis B*ahar* M*elach*, id eſt, mare ſalſum; non rejicit pondera, ut exiſtimat Plinius; ſed ob nimiam ſalſedinem ea ſuſtinet.

* Auguſta Emerita, vulgò *Medina di* R*io ſecco*.

¶ Nunc ab omnibus Auguſta Emerita dicitur *Merida*, urbs Hiſpaniæ, non autem *Medina di* R*io ſecco*, ut ſcribit Magrus.

Auguſtopolis, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Rabenſi, ſeu Patracenſi in Patriarchatu Hieroſolymitano ex Gulielmo Tyrio.

* Aurelia porta Romæ non eſt porta S. Petri, ut in Lexico, ſed Porta S. Pancratii.

¶ Non eſt porta S. Petri, ſed nec etiam porta S. Pancratii; cum diruta jacet à pluribus ſæculis, teſte Famiano Nardino, & ut notavi in voce Aurelia porta.

Aurelii vicus vix hodie extant veſtigia, ſed ſaluberrimæ ibi aquæ thermales ſub ditione Urſinorum, quorum Dux nova erexit ædificia.

B

BAhia omnium Sanctorum, urbs epiſcopalis in Braſilia, vulgò *Baiia de todos los Sanctos*.

¶ *Bahia* non eſt vox latina, ſed Luſitanica, quæ ſignificat ſinum; eſtque ſinus Braſiliæ, ad quem urbs Soteropolis, quam & Fanum S. Salvatoris. Vide quæ de his ſcripſi in vocibus Soteropolis, Fanum S. Salvatoris, & ſinus omnium Sanctorum.

Barbaranum, oppidum in Hetruria, propè Viterbium, ſub ditione populi Romani, vulgò B*arbarano*. In donatione Ludovici Pii appellatur Marturanum, teſte Holſtenio.

Baſſanum, eſt & aliud oppidum hujus nominis propè Sutrium, ſub ditione Principis Iuſtiniani ab eodem ſatis auctum cum ſuburbio S. Vincentii, ſeu Iuſtinianeo. Alterum Baſſanum prope Civitatem Hortanam. Ambo ſunt in Hetruria.

Baſſora, urbs Arabiæ felicis ſita in eo loco, in quo Tigris & Euphrates ſimul confluunt, qui deinde in ſinum Perſicum excurrunt, ſub Machometarum dominio, ibique reſidet totius Provinciæ Præfectus; ex relatione P. Ignatii a Ieſu Carmelitæ diſcalceati.

¶ De ea fusè ſcripſi in voce Teredon & Balſera, ad quas te remitto.

Becerra, urbs Arabiæ felicis, ac ſedes Metropolitæ, ſub Patriarchatu Hieroſolymitano, teſte Gulielmo Tyrio, vulgò B*ejeſſereth*.

Belle, urbs epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Scythopolitano in Patriarchatu Hieroſolymitano, teſte Tyrio.

Bi-

Bicharchæa, oppidum dirutum prope Tuſcanellam in Hetruria, hodie vulgò *Carcarella*.

Bigaſtrum, nonnullis ſcriptoribus eſt *Bilveſtre*, oppidum in finibus Luſitaniæ.

Biletum, *Bileto*, urbs epiſcopalis in Apulia Peucetia, teſte Paulo Merula in Coſmographia.

¶ Nulla urbs eſt Apuliæ Biletum dicta, ſed Bitelium quod meliùs. Vide ibid.

Biteræ Septimanorum, ſeu Biterræ, *Boziers*, urbs epiſcopalis ſub Narbonenſi Archiepiſcopo in Gallia, teſte Ptolemæo.

¶ Meliùs dicitur Biterræ & Bliterræ. Vide ibid.

Bretonia, Reſendus & Vaſæus putant eſſe oppidum, *Camigna* in Luſitania: Sed in antiquo codice m. ſ. de diviſione Epiſcopatuum Hiſpaniæ legitur Ovetum, hoc eſt, Britonia.

Brinianum olim urbs epiſcopalis, in provincia Mediolanenſi, Briniates memorat Livius.

Brumacium. Vide Aprimacium.

Bucephala, eſt alia urbs in Macedonia prope Philippos, vulgò *Cavalla* appellata, quæ ab aliis vocatur Chaleſtra.

Bunua: extat alia urbs hujus nominis in Illyrico vulgò Budoa ſub Archiepiſcopo Antibarenſi ditionis Venetæ.

¶ Dicitur ab omnibus & meliùs *Butua*. Vide ibid.

Burgum S. Domnini, *Borgo S. Donnino*, urbs epiſcopalis inter Parmam & Placentiam ſita, cui Clemens VIII. ſedem epiſcopalem conceſſit; olim Julia appellabatur.

¶ De hac urbe fit mentio in articulis Burgum S. Sepulchri, Burgus S. Domnini, Fidentia & Julia, ubi fuſiùs deſcribitur.

C

CÆſarea Philippi. Hanc Agrippina exornans in honorem Neronis, Neronianam appellavit, teſte Joſepho lib. 18. c. 3. Antiquitatum.

Cætaria, oppidum in Sicilia, quod hodie Carini vocatur.

* Calamina. Auctor ſequutus eſt Geographorum hallucinationem. Nulla enim urbs vocatur Calamina, ſed Meliapurna: lingua Malabarica Calamina ſignificat lapidem nigrum ſupra quem occiſus fuit S. Thomas Apoſtolus. Hinc irrepſit Scriptorum error.

¶ De ea vide quæ ſcripſi in voce Meliapora, ubi ſecutus ſum opinionem Kircheri, quanquam de hac voce Calumina ſit contentio inter noſtrates, qui illas oras nuper luſtrarunt & hanc urbem etiam obtinuerunt aliquot annos.

Callium, *Cagli*, urbs epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Urbinate.

¶ Vide Cale & Calle ubi fusè de ea.

Colvellum, oppidum in Hetruria, prope Tiberis flumen, *Monte Calvello*.

* Calpe, non dicitur *Gibraltar*, ſed Arabico vocabulo *Gebeſtar*, quæ vox ſignificat Montem rotundum.

¶ Calpe nunc *Gibraltar* dicitur ab Hiſpanis & aliis; eſtque vox corrupta, pro *Gibel Tarif*, quod montem *Tarif* ſignificat à Duce Saracenorum *Tarif*, qui primus Hiſpaniam eſt ingreſſus.

Camaldolum, *Camaldoli*, vicus Umbriæ, à quo Camaldulenſium ordo vocabulum ſumpſit à S. Romualdo inſtitutum, ibique extat celebre Monaſterium.

¶ Camaldulum dicitur, eſtque in ditione Florentina. Vide Camaldulum.

Cammarum, oppidum in Sicilia, hodie vulgò *Camerata* appellatum.

Candia à Turcis expugnata cum ingentis totius orbis Chriſtiani jactura die 4. Octobris 1670.

¶ Candia urbs expugnata fuit anno 1669. non autem anno ſequenti ut ſcribit Magrus. Illud verò notare non potui in voce Candia; quia jam ſub prælo erat hic articulus ante captam urbem, ſed ejus memini in voce *Matium* poſteà.

Caninium, oppidum in Hetruria, *Canino* prope Caſtri ruinas.

Cannubin, monaſterium inſigne in monte Libano, ſedes Patriarchæ Maronitarum, ſic appellatum ab ipſis detorto vocabulo, id eſt, Cœnobium.

Cantianum, oppidum Hetruriæ, *Chianciano*, hodie appellatum.

* Capitolias hodie ab Incolis appellatur, *Sejol Sciveb*.

Capreæ, eſt alia inſula in mari Adriatico à S. Gregorio Capricana, ſeu Caprea nuncupata.

¶ Vide Capraria, ut meliùs dicitur ab aliis.

Carabizya, urbs Archiepiſcopalis, ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano ex diſpoſitione Leonis Imperatoris.

Carbonianum, oppidum in Thuſcia ſitum, *Carbognano*, prope Viterbium ſub ditione Principis ex familia Columnenſium.

Carejæ, *Galera*, oppidum in via Claudia, inter hoſpitium Stortæ & Braccianum, cujus Duci ex familia Urſinorum paret.

Carron, urbs Epiſcopalis, ſub Metropolitano Edeſſæ in Patriarchatu Antiocheno, teſte Tyrio.

Caſſandria, eſt etiam inſula Maris Ægæi ejuſdem nominis, hodièque Schiatto nuncupata.

* Caſſia via non Florentiam ducit, ut ſupponitur, ſed Forum Caſſii, hodie *Vetralla*, & locus corrupto vocabulo *Forcaſſo*, ab Incolis vocatus eſt, Eccleſia ordinis Hieroſolymitarum equitum prope oppidum Vetrallæ: unde via ſumpſit vocabulum, cujus veſtigia integrè extant paſſim.

* Caſtella aurea, ab Onuphrio corruptè vocatur Caſtellum de auro, cui conceſſit epiſcopalem ſedem Paulus III.

¶ Caſtella aurea, Regio etiam Americæ, quæ nunc terra firma dicitur à ſæculo & ultro vide Terra firma, & Caſtella aurea.

Caſtrum Amerinum, hodie *Baſſan d'Orti*, oppidum in Hetruria.

* Catharum, non eſt ſub Archiepiſcopo Raguſino, ut ſupponitur, à quo fuit exemptum, ex Decreto Alexandri III. & hodie ſubeſt Archiepiſcopo Barenſi.

Ceris, oppidum in ora maritima Calabriæ *Sciglio*, nuncupatum, ubi Poetæ Scyllam latrantem finxere.

Cereris templum in Sicilia celeberrimum hodie locus montanus, appellaturque *Tiſereri*.

Ceſuedo, vicus prope Corboniacum, vulgò *Leonard de Corbigny*, in tractu Morucenſi, qui Burgundiam à Nivernis dirimit, de quo in vita Sancti Germani.

¶ Corboniacum, meliùs Corbiniacum dicitur, & *Corbigny* vulgò.

* Chaboras, ab incolis hic fluvius appellatur *Chobor*, id eſt Magnus. Influit in Euphratem prope ſepulchrum Ezechielis Prophetæ infra urbem Hellam. Origo unde naſcitur ab Arabibus appellatur *Ras-Elajan*, id eſt, Caput fontis.

Chelidonium, promontorium, vulgò *ChielmnicK* appellatur.

¶ A Nautis vulgò *Capo Selidoni* dicitur.

Cherſoneſus Taurica, hodie *Caffa*.

¶ Non vocatur *Caffa*, quæ urbs eſt ejus præcipua; ſed Tartaria minor *Precops* & *KrimsKy* vulgò. Vide Tauria Cherſoneſus, & Tartaria minor.

Cherſoneſus Melitenſis, eſt pars occidentalis illius Inſulæ figuram caudæ piſcis præſeferens, versùs Gaulos, de qua Plinius, qui aſſerit rivulo dividi ab inſula.

Chila, fluvius in Sicilia, qui hodie ab incolis appellatur *Fiume di Roſmarino*.

Ciancium, *Vennes*, urbs Epiſcopalis Britanniæ Aremoricæ, ſub Archiepiſcopo Turonenſi.

Cillinum, *Celleno*, oppidum Hetruriæ in Provincia Patrimonii, inter Viterbium & urbem veterem.

Ciratana, vicus in Sicilia, qui ab incolis appellatur *Jerettana*.

Civinocurtus, *Chevincour* à Francis vocatur hic vicus in Diœceſi Belvacenſi prope urbem * Corapedium.

¶ Dicendum eſt Compendium, non Corapedium.

Coloſſæ, Suida & alii Scriptores exiſtimant Coloſſenſes

ſes ad quos ſcribit S. Paulus fuiſſe Rhodios ſic appellatos à Coloſſo.

Columna, oppidum prope Tuſculum *Colonna* ſub ditione Principis Ludoviſii.

Cophiti, populi Chriſtiani in Ægypto, à quo nomen traxerunt; nam *Chips* eſt Ægyptus; ſunt Schiſmatici & hæreſes Dioſcoridis ſequuntur; eorum Patriarchæ obedientiam præſtant Æthiopes.

Corchianum, oppidum in Faliſcis *Corchiano*, ſic appellatum ab Horcha Dea Hetruſcorum, quæ à Latinis Pomona vocabatur.

Corduba, fuit etiam Patria Avicennæ & Averrois Medicorum Arabum, item Ambroſii Moralis Hiſtoriographi.

Corfinianum, oppidum Hetruriæ *Gruffiniano*, ſitum in provincia Patrimonii.

Cos, patria Hippocratis, celeberrimi Archiatri.

Coſyra, paret hodie familiæ de Requeſens ab Incolis vocatur *Cauſera*, ita etiam a Mauris.

Cremera potiùs prope diverſorium Inſulæ fluit, teſte Holſtenio, oppidum enim Inſulæ, ut optimè probat Famianus Nardinus, eſt antiquum Veium, hodieque fluvius appellatur *la Valca*;

¶ Vide quæ de iis dixi in voce Cremeræ.

* Cures, non eſt Turre, nec Veſcovio, ſed vicus hodie Cureſe; nam Veſcovio eſt Forum novum, ut cumulatiſſimè probavi in mea Epiſtola ad Eminentiſſ. Cardinalem Franciſcum Mariam Brancatium, tunc Sabinenſem Epiſcopum, quæ fuit prælo tradita, cum Opuſculo ejuſdem Cardinalis de Optione ſex Epiſcopatuum.

Cyparis, fluvius in Sicilia, hodie *Caſſibile* dictus.

D

Dimetus, locus in Sicilia, hodie vulgò *Torre dell' Oliveto* nuncupatus.

Druſi, populi juxta montem Libanum incolentes, bello dediti, Gentiles, quorum mores & religionem deſcripſi in meo Itinerario.

E

Egitarſus, Promontorium Siciliæ hodie vulgò nuncupatur, *Capo di S. Teodoro*.

Elico, fluvius in Sicilia, qui ab incolis *Olivero* appellatur.

Elorina. ſic etiam ibidem extat ejuſdem denominationis, apud Syracuſas, Elorina via, quæ hodie ab Incolis vocatur *Calorina Emmaus*. Hodie eſt pagus & ab Incolis appellatur *Cubeibi*.

* Epidaurus rigoroſè loquendo non eſt Raguſa, ſed vicinum oppidum, ex cujus ruinis ædificata fuit Raguſa, hodie appellatur *Raguſa vecchia*.

¶ Vide Raguſia, ubi eadem prorſus ſcribo.

Ernaginum, vicus *la Durance* duobus circiter milliaribus ab Arelate diſtans, Avinionem versùs. Ab aliis Arnago vocatus, ut in vita S. Cæſarij Epiſcopi Arelatenſis.

Euriolus, Arx prope Syracuſas in Sicilia, quæ ab Incolis *Belvedere* nuncupatur. Aliqui ſcribunt Euryolus.

F

* Falacrium, *Raſalcarmi*, vox Arabica, quæ ſignificat caput vineæ.

S. Fidei Civitas, *S. Fede Bogota*, in novo Regno Granatenſi, quod eſt in America meridionali. Eſt ſedes Archiepiſcopalis & Proregis. Nuncupatur de Bogota ad diſtinctionem alterius oppidi S. Fidei in eadem America ſiti ad mare in plaga ſeptentrionali.

¶ Vide Fanum S. Fidei de Bogoaa.

Formellum, *Formello*, oppidum ſub ditione Ghiſiorum prope Baccanas, quod in Bulla Gregorij IX. nuncupatur Caſtrum Formelli.

G

Gabula, urbs Archiepiſcopalis ſub Patriarchatu Antiocheno, teſte Leonardo Habela, Epiſcopo Sidoniæ.

Garella, urbs Archiepiſcopalis, ſub patriarchatu Conſtantinopolitano ex diſpoſitione Leonis Imperatoris.

Garzala, *Gorzola*, urbs epiſcopalis in Illyrico, ſub Archiepiſcopo Raguſino.

¶ Dicitur ab omnibus Corcyre Melæna. Vide ibid.

Geldria, *Geldre*, una ex XVII. provinciis Germaniæ inferioris Ducatus titulo inſignita, Rheno, Vahali, & Moſa, fluminibus irrigua.

¶ Dicitur ab omnibus Gueldria. Vide ibid.

Geſſen, Regio Ægypti, in qua Jacob eum ſuis liberis habitavit. Aliqui exiſtimarunt eſſe Thebaidem ut teſtatur S. Hieronymus.

H

* Helena, nunc ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi. In ea obiit Conſtans Imperator, ut ſcribunt Hieronymus, Eutropius, & Oroſius. Aliqui aſſerunt hanc urbem conditam fuiſſe ab Helena Imperatrice, vel à Conſtante in honorem Aviæ ſuæ. Apud Strabonem Hellenes eſt urbs Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi.

¶ Nunc ſuffragatur Archiepiſcopo Narbonenſi, non autem Tarraconenſi, uti antea. Vide Helena, & Hellenes.

Heli Stagnantium inſularum maxima, ab anguillarum copia ſic dicta, cujus Epiſcopus erat ſuffraganeus Archiepiſcopo Cantuarenſi.

¶ Dicitur ab omnibus Elia, & Elys. Vide ibid.

Hephæſtia, inſula parvula. inter Melitam & Gaulos *Comino* vulgò dicta: ab Incolis verò *Kemmana*, in ea aſſurgit munitiſſima arx: ab aliquibus appellatur Lampas, & ab Ortelio, Feſta.

* Herculis fanum Melitæ; ſic dictus hic locus, quia ibi Herculi erat dicatum templum omnibus nationibus venerabile, unde à Græcis Hærcules fuit appellatus Melitis. Ejus veſtigia uſque in præſentem diem apparent

Herio, inſula vulgò *l'Isle de Nermoutier* ſeu S. Philiberti, in finibus pictonum.

Hidra, oppidum Siciliæ prope Leontinum, hodie ab incolis *Cedra* nuncupatur.

I

Intimelium, *Ventimiglia*, urbs epiſcopalis in Liguria ſub Archiepiſcopo Mediolanenſi ſtatus tamen politicus pertinet ad regimen Reipublicæ Genuenſis.

¶ Dicitur ab Auctoribus Latinis Albium Intemelium, & Albintemelium. Vide ibid.

Jon, inſula maris Ægæi, in qua Homerum ſepultum fuiſſe ferunt.

Itius, promontorium prope Bononiam Maritimam, ſeu Gallicam. Errant tamen qui putant Itium eſſe Cales, nam ptolemæus priùs ponit Itium, deinde Geſſoriacum, à quo Cales diſtat pluſquam viginti millibus paſſibus.

¶ Itius, vel meliùs Iccius portus, eſt wiſſan, vicus picardiæ inter Bononiam, & Caletum, ut exiſtimant omnes Doctiores, & ut cognovi etiam, dum illam oram luſtrarem anno elapſo, cum ex Anglia redirem. Vide Iccius portus.

Junianum, oppidum in Umbria, hodie *Lugnano* nuncupatum.

Junianellum, oppidum in Tuſcia, vulgò *Vignianello* ſub ditione Comitum de Mariſcotis.

* Junonis Templum. Errat Quinctinus aſſignan locum Templo Junonis in inſula Melitæ, nam ſitum erat in promontorio, in quo aſſurgit munitiſſima Sancti Angeli arx vulgò *Caſtel S. Angelo*, ubi eiuſdem templi apparent uſque ad præſens veſtigia. Fuit autem hoc locupletiſſimum templum ſpoliatum à C. Verre Siciliæ prætore rapaciſſimo, ut teſtatur Cicero.

In his fides adhibenda eſt potius Dominico Magro, viro indigena, quàm Quinctino.

Lab-

L

LAbdalum, Arx Syracuſis in Sicilia, hodie locus appellatur *Montebeliſi*.

Lautomiæ, erat locus Syracuſis in quo Dionyſii crudeliſſimi Tyranni carcer ſurgebat; Latumiarum una uſque in præſentem diem teſtudinata remanet ex qua miſerabiliter ad voces echo reſultat. Hodie ab incolis nuncupatur *Grotta di S. Nicolo*.

Lazara, oppidum olim Hannoniæ ab urbe Valencenæ 10. leucis, cui nominabatur & nomen dedit Gens de Lazara ferens Alarum inſigne, Italiæ nota.

Leprinianum oppidum ad Tiberis oram ſub ditione Monachorum S. Benedicti de urbe, vulgò Leprigniano appellatum.

Libanus mons. In eo habitant Maronitę Catholici, & Romanæ Eccleſiæ accerrimi propugnatores, de quorum moribus, ac illibata vita ſusè ſcripſi in meo Itinerario.

Lincopia, urbs epiſcopalis in Svecia ſub Archiepiſcopo Upſalenſi.

Liſimelia, Palus apud Syracuſas in Sicilia vulgò *Pantanello* nuncupata.

¶ Vide Lyſimilia.

Lycus. Eſt etiam ejuſdem nominis alius fluvius, qui è monte Libano per Phœniciam excurrit in mare Syrum vulgò *Fiume Cane* dictus, & ab incolis eorum lingua, *Nahar alcalb*, quod idem ſignificat, ut patet ex inſcriptione quam adduxi in meo Itinerario, appellabatur etiam fluvius Adonis.

M

MAcharina, oppidum in Sicilia *Mazzarino* communiter nuncupatum.

Magontiacum. Hic primùm Ars impreſſoria inventa traditur à Joanne Gottembergio anno 1440. Alii aſſerunt à Joanne Fauſtia anno 1452.

Martaranum eſt etiam *Barbarano* oppidum Tuſciæ, ſub ditione populi Romani prope Viterbium. Hoc enim vocabulo appellatur in donatione Ludovici Pii, teſte Holſtenio in ſuis Annotationibus.

* Mecca. Scribendum erat, *Medinet-alnabi* ſcilicet Civitas Prophetæ. In ea quidem venerantur corpus Pſeudoprophetæ Mahumetis & non Mecca, ut communis error populorum aſſerit, verùm quidem eſt quod religionis cauſa Mohometani venerantes inventant etiam Meccam, quia falſo exiſtimant ibi fuiſſe erectum altare ab Abrahamo.

¶ Verum eſt illud, uti aſſerit Magrus, & uti etiam poſtea notavi.

Milevum, ejus Epiſcopus fuit celebris ille Scriptor Optatus Milevitanus. Hoc fortaſſè apud Plinium libro 4. capite 3. dicitur corrupto vocabulo Miræum.

Milia, fluvius in Sicilia, qui hodie ab incolis vocatur *Fiume di Juliano*.

N

NAim. Hodie ab incolis *Nem* appellatur.

Nauburgum, ſeu Neoburgum urbs epiſcopalis in Germania ad Salam fluvium, ſub Archiepiſcopo Magdeburgenſi, *Namburg*, vulgò nuncupata.

¶ Vide Naumburgum, & Neoburgum.

Nauportus Siciliæ hodie ab Incolis vocatur *Le fontane bianche*.

Neapolis. In Peloponneſo extat alia Civitas ejuſdem nominis vulgò *Napoli di Romania* nuncupata, apud Scriptores veteres Nauplia appellabatur.

¶ Vide Nauplia, quod ſic dicatur, non autem Neapolis.

Neſtoriani, qui & Caldęi populi Chriſtiani per Meſopotamiam, Syriam, aliáſque Orientis regiones diſperſi ſectantur errores Neſtorij Hereſiarchæ.

Nexivanum. *Neſſevan*, urbs Archiepiſcopalis in Armenia maiori, diſtatque ab urbe Taurufio & à Flumine Gange ſex dierum Itinere, Archiepiſcopus Nexivanenſis ſolet ex familia Ordinis Prædicatorum, quorum ſtudio quamplurimi Armeni Catholicam doctrinam amplexi ſunt.

¶ Dicitur ab antiquis, & recentioribus etiam *Naxuanna*. Vide in voce Naxuana; ſed hęc urbs longiù diſtat à Gange fluvio quàm itinere ſex dierum, ut vul. Magrus, quum ab eo diſſita ſit in occaſum ferè 700. leucis Gallicis, ſeu ad minus 2000. paſſuum in occaſum, ſicque maxima ineſt differentia.

Ninives, *Ninive*, urbs celeberrima ex Jonæ Prophetæ prædicatione; In qua verò Orbis parte ſita ſit, variæ fuerunt Scriptorum opiniones, ſed communiter creditur fuiſſe in Moſopotamia Aſſyriorum Regum ſedes, ubi hodie eſt urbs vulgò *Moſſul* nuncupata.

¶ *Vide Ninus*.

Niſyros; Hæc inſula fuit olim ſub dominio clariſſimæ familiæ Brancaciorum Neapolitanæ titulo Ducatûs inſignita, teſte Boſſio lib. 4. part. 1. Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ Militiæ.

F I N I S.

APPENDICES
ET CORRECTIONES
AD TOMUM SECUNDUM
LEXICI GEOGRAPHICI
ADDITÆ A
DOMINICO MAGRO MELITENSI
Canonico, Theologo Cathedralis Viterbienſis, Protonotario Apoſtolico & S. Congregationis Indicis Conſultore:

ACCESSERUNT ETIAM
MICHAELIS ANTONII BAUDRAND
IN HAS APPENDICES, ET CORRECTIONES.
NOTÆ.

Quæ hac nota ¶ *oculis conſpiciuntur, & charactere, quem vocant Italicum edita ſunt*, M. A. BAUDRANDI *ſunt. Cætera verò* D. MAGRI, *cujus* Correctiones *aſteriſco notatæ ſunt.*

O

OPpianum, oppidum Hetruriæ in provincia Patrimonii S. Petri vulgò Appiana, ab aliis vocatur Appianum.

* Orchianum, *Viturchiano*, ſcribendum erit Vicus Orchianus, teſte Latino Latinio.

Oria, *Oria*, urbs epiſcopalis in regno Neapolitano ſub Archiepiſcopo Tarentino.

¶ Dicitur meliùs *Uria*. Vide ibid.

P

PAciorus, oppidum prope Syracuſas in Sicilia *Palazzolo* ab Incolis nuncupatur.

Pathmos. In eadem inſula Joannes Evangeliſta audivit divinas revelationes in Apocalypſi deſcriptas futuris temporibus eventuras.

Pella Palæſtinæ. In eam confugerunt Chriſtiani ante Hieroſolymitanam obſidionem divinitus à Tito & Veſpaſiano Romanis Imperatoribus inceptam, teſte Euſebio lib. 3. cap. 4. Eadem multis annis fuit ſedes Patriarcharum Hieroſolymitanorum.

Pentia, olim urbs ſeu Templum prope Lilybæum in Sicilia; hodie *Li pulici* ab incolis appellatur.

Pera, peninſula è regione Conſtantinopolis nuncupata etiam Galatha, immo olim Sycæna à ficuum copia, ut innuit vox Græca.

¶ *Vide Pera.*

Perſæ hodie Mahumetanam ſectam ſequuntur, ſed diverſo ritu, ideo erga Turcas odium nutriunt implacabile; cæterum Chriſtianos amant. De eorum moribus ac religione ſcripſi in meo Itinerario.

Petrini, pupuli in Sicilia, quorum oppidum hodie appellatur *Petralia*.

Pictienſes, populi in Sicilia, quorum oppidum hodie appellatur *Pittinèo*.

Porculus Mons, hodie *Monte portio* prope Tuſculum ex Bulla Gregorii IX. ad favorem Monaſterii S. Pauli de urbe. Hodie oppidum ſatis amplum ſub ditione Principis Burgheſii qui ibidem munificentiſſimum templum ædificavit ac liberaliſſimè ornavit.

R

RUtheni Sarmatiæ populi, vulgò *Ruſſiotti*. Sunt Schiſmatici, & obſervant ritum Græcum. Eorum quamplurimi à Clemente VIII. anno 1596. fuerunt recepti in S. Romanæ Eccleſiæ communionem, qui Uniti vocantur ad diſtinctionem Schiſmaticorum.

Romania, eſt etiam quidam tractus Neuſtriæ quem Sequana à Caletorum pago dirimit, vulgò *le Roman* nuncupatus.

¶ Ruid ſit tractus ille Neuſtriæ, ſeu meliùs Normanniæ dictus *le Roman* vulgò, mihi non conſtat, quanquam pluries illius partes luſtrarim, nec ipſi ſciunt indigenæ & inter duodecim partes Normanniæ, nulla fit mentio Romaniæ quæ vox prorſus incognita Normannis. Sed forſan accidit, quod Magrus invenit in Tabula Geographica Normanniæ, vocem *le Roumois*, id eſt Rotomagenſis ager, ſeu tractus prope Rotomagum & Caletenſem tractum, & hinc quam ſibi imaginatur Romaniam effinxit.

* Roncilio, *Ronciglione*, appellandum eſt hoc oppidum Rus Syllanum, vel Rus Celinorum, teſte periſſimo Latino Latinio Viterbienſi.

Roſolus mons, *Monte Roſo* vicus inter Baccanas & Rus Syllanum. Ita nuncupatur in Bulla Gregorii IX. in favorem Monaſterii S. Pauli de Urbe.

Rus Syllanum, *Ronciglione*, oppidum in Hetruria, ſatis amplum & Habitatoribus frequens, ſicut & diverſorum artificum, 10. mill. paſſ. à Viterbo diſſitum.

S

* SAbbaticus fluvius. Verum quidem eſt quod Sabbatis quieſcit, ſed falsò adducitur Joſephus Hebræus, qui contrarium omnino ſcripſit; exiſtimavit enim hunc flu. ſabb. tantum fluere, cæteris verò diebus quieſcere, quem ſequuti ſunt Bar. Menochius & alii. Siccatur ergo penitus diebus ſabbati, teſte Plinio, quod prodigium egomet vidi & fusè in meo Itiner. diſſerui adducens Auctores veros. Feria igitur ſexta ad ſolis occaſum aquæ deficiunt, redeuntque die ſabbati eodem hora.

Sabbi, populi Meſopotamiæ, hoc enim nomine Arabes eos nuncupant, à noſtris verò Chriſtiani S. Joannis, quia nihil aliud profitentur, niſi S. Joannis Baptiſmum. Cæterum potius Ethnicorum ritus ſectantur, ita dicti ab aliquo diſcipulo S. Joannis Baptiſtæ. Quamplurimi eorum amplectuntur orthodoxam fidem opera Patrum Carmelitanorum diſcalceatorum. Appellantur etiam Mendai, quaſi Medi.

¶ Vide Sabbi Populi.

Sacra, eſt etiam inſula ejuſdem nominis in mari Siculo prope Drepanum vulgò nuncupata, *Maretimo*, Græco vocabulo *Jera* ab aliquibus dicta.

¶ Vide Hiera.

Sæpicianum, vel Sulpicianum, oppidum Hetrdriæ. vulgò *Sepicciano* nuncupatum.

Savara, villa *Seure*, duabus leucis infra Pariſios pro-

prope Meudemis Caſtellum, *Meudon* appellatum. Ita in vita S. Germani Epiſcopi.

Scamandria, urbs nunc diruta, ex cujus ruderibus conſtructa fuit arx Abydi, ad Boſphorum Thracium.

Seleucia Meſopotamiæ, in qua reſidet Neſtorianorum Patriarcha. Eam aliqui putant eſſe Moſul, ſed Leonardus Habela Epiſcopus Sidonienſis Nuntius Apoſtolicus ad dictum Patriarcham exiſtimat Moſul fuiſſe oſim Aſſur. Alii putant Seleuciam eſſe *Bagdat*, quod videtur veriſimilius.

Septimus, inſignis locus ſeptimo lapide ab urbe Conſtantinopolitana diſſitus, palatii ſtructura, Senatus conſultationibus, Eccleſiarum munificentia, ac monaſteriorum frequentia valdè celebris. Ibi ſervantur Imperialia ornamenta. Quare corruptè legitur in legibus Juſtiniani illa clauſula *Recitata Septies*, nam corrigenda eſt, & legendum, *Recitata Septimi*.

Sertorianum oppidum in Hetruria *Sarteano* nuncupatum.

Sextifirmium Julium, urbs maritima in Hiſpania Betica, hodie vulgò *Salebrenna* nuncupata.

Sitia, urbs epiſcopalis in inſula Cretæ maritima, vulgò *Sithia* nuncupata.

¶ Vide Cytæum.

Solentis, Caſtrum in Sicilia hodie *Solanto* appellatur. Sophia olim fuit Regnum Bulgarorum ſedes, poſtea verò Deſpotarum totius Serviæ tempore Imperatorium Orientalium.

Soranum, oppidum in Hetruria *Sorano* appellatum Seſticheri, eſt in eadem ciuitate Catenæ porta Seſticheri nuncupata, quæ hodie *Porta de Saſſi* dicitur.

Stocholmia, ſive Holmia, urbs totius Regni Svecorum metropolis.

¶ Dicitur ab omnibus Holmia, urbs Regni Sueciæ primaria, ſed non metropolis. Vide Holmia.

Suezicum, *Suachen*, oppidum ad latus maris rubri, ac præcipuus portus & ingreſſus in Æthiopiam.

¶ *Suachem*, olim Ptolemais Ferrarum dicta fuit ab omnibus & 60. mill. paſſ. diſtat à Suezio in meridiem, ſicque duæ ſunt urbes longè inter ſe diſſitæ.

Surianum, *Soriano*, oppidum in calabria celebre, ob Iconem prodigioſam S. Dominici, ubi magnificentiſſimum extat Cœnobium ordinis Prædicatorum, ſub cujus ditione eſt idem oppidum. Eſt etiam aliud ejuſdem nominis in Hetruria prope Viterbium, ab aliis syrianum appellatum.

Surrentum. Huic Ciuitati anno 660. præfuit Epiſcopus S. Baculus ex antiquiſſima & clariſſima familia Brancaria, quæ inter Patricias Neapolitanas & Ducum gloria & Purpuratorum Patrum doctrina ac ſplendore ſemper claruit.

Sycæna, peninſula è regione Conſtantinopolis ſita, ſic dicta à fienuum copia, quam Conſtantinus magnus exornavit, hodièque Pera, ſeu Galatha appellatur, quam incolunt Chriſtiani Europæi.

T

TAda ſeu Tadum, olim urbs epiſcopalis de qua S. Gregorius in ſuo Regiſtro lib. 7. epiſt. 87. ſitus eſt ubi nunc *Gualdo* in quo ager *le pieve di Tado* hodie nuncupatus, Procopius lib. 3. de Bello Goth. eam appellavit Taginam.

¶ Vide Tadinum.

* Tapſus Africæ, ab aliquibus Scriptoribus notatur aſpiratione Thapſus: In Conciliis Arabum appellatur *Caps*. In quo floruit celebris Scriptor Virgilius Epiſcopus Tapſenſis.

Telepte urbs Africæ. In ea celebratum fuit Concilium Teleptenſe, ab aliquibus corrupto vocabulo Telenſe appellatum.

Temixtitan, urbs epiſcopalis ampliſſima novæ Hiſpaniæ in India occidentali.

Teroane Morinorum, *Tervane*, urbs epiſcopalis olim ſub Archiepiſcopo Rhemenſi, quæ anno 1552. fuit funditùs deleta à Carolo V. Imperatore. Ejus ſedes epiſcoPalis translata fuit Bononiam Gallicam, Rudera ſpectantur in finibus Arteſiæ, quæ vetus retinent nomen.

Thanaſium, ſive Thaneos, urbs epiſcopalis in Ægypto ſub Archiepiſcopo Damiatæ.

Thimetus, fluvius in Sicilia, qui hodie appellatur, *Fiume di Patti*.

* Tigis fuit Metropolis totius Numidiæ, quia ejus Archiepiſcopus, ſeu Primas convocavit Patres ad Concilium Cirtenſe, ut teſtatur S. Auguſt. lib. 3. contra Creſconium, cap. 17.

* Tigris fluvius, ab Incolis Arabico vocabulo appellatur *Dagella*.

Tillurus, fluvius in Dalmatia, hodie *Dentina* vocatus, vulgò verò *Cetina*.

Triatium, oppidum ad radices montis Ætna, hodie ab incolis *Randazzo* appellatum.

V

VAlentianum, *Valentano*, oppidum in Hetruria, ab aliis Varentanum appellatum.

Valerianum, ſeu Falerianum, *Vallerano*, oppidum in Hetruria prope Viterbium.

Valliſoletum in Hiſpania, fuit Civitatis honore decoratum à Philippo II. Rege quia ibi natus fuerat.

¶ Vide Valliſoletum.

Vico, Villa prope lacum ejuſdem nominis, hodie *Vico* ad radices montis Cirnini; ex hoc loco multi prodierunt urbis Romanæ Præfecti infenſiſſimi Romanis Pontificibus.

Vicus orchianus, *Viturchiano*, oppidum populi Romani, in Provincia Patrimonii S. Petri, ſic dictum ab Orchia Dea Etruſcorum, quam Pomonam Latini vocabant.

Vinſio, opp. in Biturigibus hodie *Vienzon* dictum.

¶ Dicitur *Verzon*, olimque vocatum fuit Virſio. Vide ibid.

* Viterbium. Hęc à Deſiderio Longobardorum Rege auguſtioribus ædificiis ornata, ac mœnibus ſepta, qui quædam oppidula in unum redacta, muro turribuſque cinxit, ideòque eam nominavit *Viterben* quæ vox Germanica ſignificat ampliatam, ut ſcribit Rhenanus de Viris Illuſtribus Germaniæ. Quare fabuloſa mihi videtur interpretatio Characterum F. A. V. L. quibus utitur illa civitas in parma rotunda; exiſtimarunt enim ſignificare quatuor oppida Fanum, Arbanum, Vetuloniam, Longulam, ſed toto cœlo aberrant, nunquam enim legimus in Scriptoribus oppidum Arbanum. Deinde unum ex oppidis incluſis vocabatur Turena. Igitur cum ſanioris mentis hominibus ego ſentio, illos Characteres idem eſſe ac ſi dicatur Fanum Volturnæ, quod fanum erectum erat in illo colle, in quo hodie viſitur Eccleſia Monialium S. Auguſtini, quæ antiquitùs nuncupabatur S. Maria in Balturna, mutando V. in B. juxta morem illius ſæculi; unde vallis ſubjacens hodie vocatur Faul. In hac Civitate requieſcit S. Roſæ V. corpus incorruptum, ac miraculis clarum. Ex eadem ortus eſt ſæculo præterito celeberrimus Scriptor Latinus Latinius omnigenæ eruditionis vir.

Ur Chaldæorum. Hodie vocatur *Orfa* ab Iacolis.

Urſao, urbs Hiſpaniæ Bæticæ, vulgò *Oſſuna* Ducatus titulo inſignita. Dicitur etiam ab aliis Urſo.

¶ Vide Urſo.

Utica Africæ, cui præfuit Epiſcopus Victor inſignis Auctor, qui ſcripſit eleganti ſtylo libros de perſecutione Vandalica.

Z

ZAchlum, fluvius, olim Arion in Dalmatia, hodie *Ombla* nuncupatus.

¶ Vide Ariona.

Appiana, T. Oppianum, vel Appianum.

Averſa, C. Adverſa.

Baiia de Todos los Santos, Bahia omnium Sanctorum.

Barbarano, T. Marturianum.

Baſſano di Sutri, T. Baſſanum.

Baſſano d'Orti, T. Caſtrum Amerinum.

Baſ-

Baſſora. C. Baſſora.
Baſſereth. E. Becerra.
Beſtona. T. Beſtonium.
Borgo S. Donnino. C. Burgum s. Domnini.
Brignole. E. Aprumacium.
Budoa. C. Budua.
Cagli. D. Callium.
Camaldoli, Camaldolum.
Camerata. T. Cammarum.
Canino. T. Caninium.
Capo Crio, Gradus.
Capo di S. Teodoro, Egitharſus.
Carbognano, Carbonianum.
Carcarella, Bicharchœa.
Caſſibile. F. Cyparis.
Celleno. T. Cilinium.
Chianciano. T. Cantianum.
Colonna. T. Columna.
Corciano. T. Corchianum.
Fiume di S. Giuliano, Milia.
Formello. T. Formellum.
Galera. T. Cerejæ.
Graffignano. T. Corſinianum.
Jarretta. F. Ciratana.
Leprigniano. T. Leprinianum.
Lugnano. T. Lunianum.
Mazzarino. T. Macharina.
Medina del Rio ſecco. C. Auguſta Emerita.
Monte Beliſſi, Labdalum.
Monte Portio, Mons Porculus.
Mons Roſo, Mons Roſulus.
Olivero. F. Elico.
Oria. C. Oria.
Palazzolo, T. Paciorus.
Pantanelli. Liſimelia palus.
Pittineo. T. Pictienſes.
Pulici Tempio, Pentia.
Randazzo. T. Triatium.
Recalmuto. T. Alcæum.
Ronciglione, Rus Syllanum.
Roſmarino. F. Chila.
Salabreſina. T. Sextifirmium Julium.
Sarteano. T. Sertorianum.
Sciglio. T. Cenis.
Li Serreri. M. Cereris templum.
Sipicciano. T. Sulpitianum, vel Sæpicianum.
Sithia. C. Sitea.
Solanto. T. Soloentis.
Sorano. T. Soranum.
Soriano. T. Syrianum vel Surianum.
Spaniola. T. Hiſpaniola.
Suachem. T. Suezium.
Torre dell' Oliveto, Dimethus.
Torvano. C. Torone Morinorum.
Valentano. T. Valentinianum.
Vallerano. T. Valerianum, vel Falerianum.
Vannes. C. Ciantium.
Ventimiglia. C. Itimelium.
Vignianello. T. Junianellum.
Umbriatico. C. Umbriaticum.

F I N I S.

INDEX

INDEX CATALOGORUM QUI IN HOC OPERE REPERIUNTUR.

TOMUS PRIMUS.

Arces propriè dictæ. 57.58
Circuli Germaniæ. 250
Coloniæ Romanæ in Italia, & extra Italiam. 167.168.169
Comitatus ſeu Provinciæ *Hungariæ.* 284
Emporia 209
Errores Calepini, & Theſauri Linguæ Latinæ. 77
Fontes 229
Fana 221
Fora Romana 230
Inſularum Antilarum præcipuæ. 36
Inſulæ Cyclades *præcipuæ.* 301
Inſulæ maris Ægæi. 302
Inſulæ ultimis temporibus detectæ. 303
Lacus novæ Franciæ 319
Legiones Romanæ 327
Metropoles Aſiæ minoris 61
Græcorum 257
Monarchiæ 390
Montes urbis Romæ 394
Montes Clariores 393
Municipia Romana in Italia 398
Nomi Ægypti 419
Partes Æthiopię ſuperioris 13
Partes Lithuaniæ 339
Populi & Comitatus Angliæ, & VValliæ 119
Præfecturæ Franciæ 233
Præfecturæ Romanæ in Italia 318
Principes Germanię 250
Principes Italiæ 311
Provinciæ Belgii 87
Provinciæ Franciæ 439
Provinciæ Germaniæ 440
Provinciæ Hiſpaniæ 442
Provinciæ Italiæ 443
Provinciæ Moſcoviæ 396
Regiones Africæ 13
R*egiones Americæ meridionalis* 27
R*egiones Americæ ſeptentrionalis* 28
Aſiæ magnæ 60
Aſiæ minoris 61
Germaniæ 251
Hiſpaniæ 280
Italiæ 311
Romæ urbis 91
R*egna Japoniæ* 290
R*egna Indiæ* 300
R*egni* Francici *diviſio* 233
Urbes Achajæ 280
Ægypti 10
Æmiliæ 11
Æthyopię ſuperioris 13
Africæ 14
A*lbaniæ* 17
Allobrogum 22
Alſatię 23
Americę meridionalis 27
Americę ſeptentrionalis 28
Angliæ 106
Apuliæ utriuſque 41
Apuliæ Dauniæ 196
Aquitanię 44
Arabię ibid.
Aragonię 46
Armeniæ minoris 130
Aſię 60
Aſię minoris 61
Auſtraſiæ 74
Batavorum 85
Bavariæ 86
Belgii 87
Bohemiæ 98
B*oruſſiæ ſeu Pruſię* 101
Brabantiæ 102
Britanniæ G*allicæ* 107
Brutiorum 129
Burgundiæ 112
Calabriæ 117
Campaniæ Gallicæ, & Italicæ 123
Cappadociæ 127
Carnorum 132
Caſtellę veteris, & novæ 137
Cataloniæ 240
Cenomanorum Italiæ 146
Ciles 156
Ciliciæ ibid.
Corſicæ 169
Cretæ 173
Cypri Epiſcopales 180
Cyrenaicæ 181
Daciæ 182
Daniæ 184
Delphinatus 188
Epiri 213
Eubœæ 213
Europæ 218.219
F*landrię* 227
Franciæ propriæ, ſeu I*nſulę* F*rancię* 234
Franconiæ ibid.
Friſiæ utriuſque 236
Gallæciæ 240
Galliæ Aquitanicæ ibid.
Belgicæ 242
Celticæ 241
Narbonenſis 242
Urbes Galliæ Subalpinæ, ideſt Pedemontii 243
Genuenſis R*eipublicæ* 249
Germaniæ 251
Germaniæ inferioris ibid.
Griſonum 260
Gueldrię 261
H*annonię* 266
Haſſię Caſſelenſis 267
Helladis 270
Helvetiis fœderatæ 271
Hetruriæ 276
Hiſpaniæ 280
Hiberniæ Epiſcopales 277
Holandiæ 282
Holſatię 283
Japonię 290
Javæ I*nſulæ* 291
Illyrici 296
Indię 300
Inſubriæ 301
Irpinorum 307
Iſtriæ 310
Italiæ 312
Jutiæ 316
Lageniæ 320
Latii 324
Legionenſis 328
Liguriæ 336
L*ithuaniæ* 340
L*ivoniæ* ibid.
L*uxemburgenſis* 348
Macedoniæ 351
Marchiæ A*nconitanę.* 361
M*archiæ* B*randeburgicæ* ibid.
Marmaricæ 198
M*arrochii regni* 367
Mauritaniæ 371
M*iſniæ* 389
Moſcoviæ 397
M*utinenſis Ducatus* 401
Myſiæ Europçæ 403
N*avarræ* 408
N*eapolitani regni* 410
N*igritię* 416
Norici 216
Normannię 420
N*orvegię* 421
N*ovę* H*iſpaniæ* 422
Numidiæ 425
Pedemontii 248
Salentinorum 120
Scandinaviæ 130
T*errę Hydruntinę* 327

TOMUS SECUNDUS.

Cademię totius orbis, in additione 22
Ædificia Romæ 112
Arces Europæorum in ora Aurea Guineæ 13
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus totius orbis in addit. 296
Antiqui Geographi in addit. 220
Montes VVulcani 280
Oceani nomina 5
Oracula 13
Palatinatus Poloniæ. in addit. 2
Paludes 26
Partes Terræ ſanctæ recentiores in addit. 294
Peninſulæ 39
Populi Prodigioſi, & monſtruoſi 65
Portis urbis Romæ 66
Portus à veteribus memorati 69
Præfecturæ Turcici Imperii 240
Promontoria præcipua 74
Provinciæ Romanæ 77
Provincię Scotię 141
Provinciæ Sinarum 161
Provincię Svecię 181
Recentes Geographi in addit. 319
Reges Europæ, Africæ, & Aſiæ 101
Conſtantinopolis 90
Europæ 340
Regna Africæ, Americæ, Aſiæ, & Europæ &c. 95
R*eſpublicę Europę* 103
Satrapiæ Turcarum 240
Sinus maris Mediterranei 158
Sinus Oceani 163
& in addit. 320

Si-

Sinus Oceani in America 166
Sylvæ veteres 186
Templa urbis Romæ antiqua 203
Thermæ Romæ 212
Tribus Iſrael 230
Tribus Romanæ ibid.
Viæ urbis Romæ 262
Urbes Aprutii 126
Hungariæ 24
Jazygum ibid.
Liberæ in addit. 311
Lotharingiæ 70
Pannoniæ 24
Paraguaję 30
Parmenſis ditionis 31
Patrimonii S. Petri 35
Peloponneſi 38
Perſię 41
Peruvię 42
Picardię
Piceni ibid.
Picentinorum ibid.
Pictavienſis 54
Poloniæ 61
Pomeranię ibid.
Pontificię ditionis 64
Portugallię 67
Provincię 77
Quadrangulares 85
Sabaudię 120
Samnii 127
Sardiniæ 131
Sarmatiæ Europææ 132
Saxoniæ 136
Scotiæ 141
Siami regni 255
Siciliæ 156
Sileſię 159
Sinarum 161
Stirię 177
Svecię 181
Svevię 182
Syrię 187
Taprobanę 193
Tartarię magnę 196
Tauricę Cherſoneſi 199
Terrę firmę 207
Tranſylvanię 227
Turcici Imperii 240
VValliæ 248
Vandalitię 249
Venetorum 256
Ultoniæ 272
Umbriæ 273
VVeſtphalię 279
Venditæ, & oppignoratæ, in add. 314
Urbes, & Regiones fictitiæ, in add. 318

FINIS.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 102183099